PRAXIS ET THEORIA COMMISSIONVM A BEATISS. PAPA AD CAVSAS DECIDENDAS:

In quibus omnes tam veterum, quàm recentium Doctorum theoricas recto ordine digestas, ad praxim deductæ sunt.

A CLARISSIMO IVRISCON. AC IN ROMANA CVRIA
Aduocato celeberrimo earum Auctore

D. Quintiliano Mandosio

DENVO AVCTAE ET AMPLIATAE.

Omnibus nedum Pontificij, & Cæsarei iuris studiosis, sed & causarum patronis, aduocatis admodum, & iusdicentibus cuiuscunque ordinis vtiles, ac necessariæ.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

COMMISSIONVM PRAXIS ET THEORIA

CLARISSIMI IVRISCONSVLTI. ET IN CVRIA ROMANA CELEBERRIMI ADVOGATI.

D. Quintiliani Mandosij.

PROOEMIVM.

COMMISSIONVM materia licet frequens, & in forensibus iudicijs quotidiana existat, parum tamen à plurimis est exquisite cognita. Vt autem harum rerum inexpertes commisionum huiusmodi plenam assequantur cognitionem, tutoq; commisiones fabricare posint, hic vigintiquinque formulas commisionum in Romana Curia frequentiores subijciam, non iuxta morem antiquum mancas, & insipidas, ac pro maiori parte ab indoctis, & in praxi Romanæ Curiæ parum versatis, fabricatas: sed iuxta moderna tempora vsu receptas, ac (vt puto) ab omni labe, & superfluitate purgatas. Aliquas extensas ponam, vt omnes illarum clausulas iuniores edoceam. Nonnullas truncatas describam, vtq; hi vberiorem fructum percipiant, iuribus diuinis, & humanis, & Doctorum auctoritatibus (quod hactenus à nemine factum reperi) has commisionum formulas, earumq; clausulas, & verba, ac concesionum rationes clariores, & lucidiores, omnibusque gratiores reddere curabo.

COMMISSIO I. CAVSAE SVPER BENEFICIO.

DIGNETVR S. V. causam, & causas, quam & quas deuotus S. Vestræ Orator. P. habet, & mouet, habereq;, & mouere vult, & intendit contrà, & aduersus quendam N. aduersarium intrusum, omnesq; alios intrusos, & intrudendos, ac communiter, vel diuisim interesse putantes, de, & super Parrochiali Ecclesia. S. Andreæ &c. ac illius spolio, intrusione, & detentione, fructuumq; vsurpatione, rebusq; alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deducendis, & illorum occasione, alicui ex vestri sacri Palatij Apostolici causarum Auditoribus, siue illorum locumtenentibus, vel si magis placet, Reuerendiss. D. Auditori Cameræ, vel eius in ciuilibus locumtenenti, corã quo nonnulla iura ad causam, & causas huiusmodi facientia producta reperiuntur audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas summariè &c. ac tam coniunctim, quàm diuisim committere, & mandare. cum potestate tam in Curia, quàm extra eam citandi, & inhibendi, aliaque faciendi in pręmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. Pręmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stilo Palatij, cæterisq. contrarijs non obstantib. quibuscunque.

REGENS Cancellarię (qui nunc est Reuer. D. Bartholomęus Farratinus omni virtute, & scientia præclarus) absq; manu Referendarij, & Cardinalis, vel alterius Præpositi, ad signandum commissiones Iustitiæ, signare, & expedire poterit ex eius propria facultate hoc modo, videlicet. (Audiat Magister. Iulius, citet, inhibeat, procedat, vt petitur, & iustitiam faciat.) Quòd autẽ ipse solus signare, & expedire possit, cauetur Reg. 3. de pote. Vicecancell. & Cancellariæ Regentis, quę dispo nit ipsos, & eorum quemlibet committere posse in Curia causas beneficiarias, etiam non deuolutas, cum potestate citandi ad partes: de qua regula loquitur Glo. anti. super Reg. de Annali Gl. pen. ver. Veruntamen non omittam. licet dictam Regulam sub alio nu. citet, & ante ipsum dixit Egid. Bellam:

dec.602. Cancellariā cōmittere posse oēs causas, quæ sunt de cōi Iustitia absq; spāli mandato, sequi tur Rebuf.in praxi sup 3.par.signa.nu.18.Videat in lib.nūcupato Prouinciale.fol.33. vbi ꝙ omnes causæ, quæ sunt de iustitia, p Cancellariā cōmitti possunt.Idē concludit Feli.super rub. de rescr.nu. 9.vers.secundo nota ꝙ Cancellaria Papę, & Sarnen.in trac.Breuiū.nu.8. Verū quia Vicecancellarii,& Regentis prædicti facultas limitata extat, vt dr in dicto libro Prouinciale nuncupato, ubi sup. vers.Vicecancellarius dr minister Papę limitatus, & non rescribit contra ius, nec illi derogare potest. Rot.Belle.46.exceptio de litis,in fi.Prouin.fo.32. a ter. vers.signatura contra ius non est concessa Vicecancellario.Feli.super d.Rub.de rescr. num.9.& Staphi.super signa.fol.161.à ter. iuxta primā impress.vers.Item in terris Ecclesiæ, quando in com miss. Quòd Vicecancellarius, seu Regens causas non legitime deuolutas sine spāli mādato Papę cōmittere non possit,tracto infra ad fin.4.cōmission. Q̄ñ commissiones continent derogationes, & aliquid contra,uel præter ius,expedit illas modo præmisso,vel aliter formatas à Cardinali, uel alio signaturæ Præfecto,præuia et Referendarij manu signare.Positis quibusdā euidentialib.pro faciliori dicēdorum intelligentia,discussisq; aliquib. ex clausulis commissionis præmissæ, aliarū commissionum formulas subijciā,quę pro maiori parte à Referendario,& signaturę iustitiæ Præfecto signandę erūt.

Præmitto, ꝙ rescriptorū duo sunt genera, alterū gratiæ,de quo alibi tracto,alterū iustitiæ, seu ad lites,de quo habemus tex.i.l.& si legibus.& ibi Bar. & alij.C.si con.ius,uel uti.pub.in iure canonico habemus tex.in c.pastoralis.in c.sciscitatus. & in c.super lris,de rescr.& infinitis alijs in locis. Rescripto rū iustitiæ de quib.hic tractabimus, alterū nuncupabimus prophanū,seu pro causis prophanis,alterū pro causis spūalibus,seu beneficiarijs, de hoc secundo tāquam digniori prius tractabimus, pariter p̄mittēdo,qd rescriptū,seu commissio in causis beneficiarijs,& summariè cognoscendis, est loco petitionis,seu libelli.c.pręterea,& ibi Host.& Panor. ante nu.3.de dila.Inn.in c.super lris, post nu.3.de rescri.& c.cū olim Abbas, vbi iura de libello loquē tia,ad rescriptū extendit.& ibidem Feli. ante nu.7. de off.dele.Saly.in auth. qui semel.nu.16. vers.vlterius scias.C.quō & quan.iud.& ad ea,quæ adduco in 67.q.reg.de Anna.nu.2.Declarando tamē,& intelligendo,prout p Maria. Soz.Iun.cons.82.cū sa. tis.nu.1.li.2.& Aug.Bero.in c.qm̄ Abbas.nu.71.de off.dele.D.meus cons.483.nu.7.& Cacher.Dec.Pedem.num.4.Grat.consi.12.col.2.lib.2.

Præmitto ēt rescriptum ad lites subreptitium, vel obreptitium iuxta verioreē opin. non esse ipso iure nullū, processumq; illius uigore factū ualere, ad c.si aūt,& c.plerūque,de rescri.'& latius prosequor in 9.q.reg.de subro.nu.8.videatur ēt cons.Pa ris.51.nu.27.ac cons.124.snia lata.nu.17. & 21.& post nu.22. vers.nec hēt prædictis,ubi hanc cōem opi.esse testatur. vol.4.Et hanc communem, & ueram affirmat Aug.Bero.in c.super lris. nu.25.& seq.de rescr.ubi postquā contra cōem nonnulla argumenta adduxerat,hanc communē quatuor fundamētis corroborat, respondens oībus contrarijs.

Tertio præmitto,ꝙ commissiones impetratę efficiuntur communes inter litigantes.ca.1.& 2.de mut.petitio.Aret.cons.33.consultatio.& cons.140. col.vlt.vers.pro his,per Sarnen. in 4.q.reg.de Anna.nu.2.& ad ea,quæ adduco in 10.quæst.Reg. ꝙ commiss.causa.lite.non expedi.num.2.Intellige tu post rescripti præsentationem. ad nota. per Bal. in l.si quis.in 1.lectu.§.sed si impetrauerit; vers.item in argumentum.ff.quod quisq; iur. Ias.in l.si arrogator,nu.55.ff.de adoptio. An autē commissa causa,& decreta citatione nondum exequuta, causa dicatur conditionaliter deuoluta,& ante executionem impetrans pœnitere possit: adeo ꝙ reus contra ipsum absentem per audientiam contradictarū procedere non possit: magna fuit in Rota controuersia,& ego alibi tractabo. Interim videatur deci. Belleme.456.si P.& 462. eodem modo incipiens, & in nou.402.quæ inter se contrariæ videntur. Videatur etiam dec. Accoram.56. incipien. si actor cōmittit cām.de do.& cont.qui etiam dicit,quòd il la dec.402.seruatur, & videatur Are.in palle.cons.

Quarto præmitto, ꝙ confessio facta in commissione,seu in rescripto, uel libello probat contra impetrantem,ad l.cùm precum. C.de libe.cau. & ibi no.Bal.& Sal.& l.2.C.de insti.& substi.est tex.singul.in l.ne satisdatio.ff.rē rat.hab.Rom.sing.354. & reueren.vers.secundo in supplicatione, & cons. 23.Aym.Crau.cons.201.nu.4.ac de Antiq. temp. par.1.nu.148.& Ias.cons.79.col.2.lib.1. Bero.con sil.144.nu.1.lib.3.Bal.in l.2.nu.3.C.de erro.aduo. & ad alia, quæ adduco in 8.q.Reg.de non iudi.iux. form.suppli.nu.11.ubi num.seq.amplio,ēt si rescriptum sit subreptitiū,prout noluerūt Ioan. And.in c.cum in positionibus.de iureiu. libr.6. & D.meus Phi.Dec.cons.274.viso, cir.princ. Bartho.Cassan. cons.47.col 3. Aduertat igitur procurator formas commissiones,ne quid assertiuè,seu enunciatiuè dicat,quod eius principali nocere possit. Pluries mihi accidit ex confessionib.aduersariorum in rescriptis victorias consequi a limita tamen secundum Bal.in l.prædia.C.de præd.mino.procedere solùm quando verba sunt assertiua,non aūt narratiua,in quibus non fundatur intentio,& quæ confessio reuocari posset.sequitur Mart. Laud.de priuil.& rescr.q.47.Bar.in l.qui familiæ.ff.fam.erc. Maria. in c.vlt.col.14.in 6.effectu.de libel.obla. Alex.& Purpur.nu.56.in l.ędita.C.de æden.D.meus Phi.Dec. in l.2.nu.65.C.eo. Limita si sit concludens, prout alia probatio,ideo confessio generalis non probaret.Corn.consil.288.quamquam.post num.4. ver sicu.confessio enim volum.4. Petr.de Ancharan. consil.179 prima facie,post num.5. versic. Cum enim dicta confessio.& Aymo.consil.157. nobilis num.9.& seq.

Postremo omissa antiquorum disputatione, an commissio, seu rescriptū absq; mādato impetrari possit?concludo pro affirmatiua,ꝙ absq, mandato hodie rescriptum obtineri possit,ad Rot.Belleme. 730.cōmissio impetrata.versus finem, & tracto in 39.q.reg.de Anna.nu.2. & seq.In materia etiā be-

neficiaria

neficiaria impetrare quis potest abq.mandato.glo. magna in fi.in c.nonnulli.§. sunt & alij.de rescrip. vbi etiam Fel. in 1. Fallen. Alia quæ hic præmitti, & tractari possent, discutienda venient super formulis commissionum, illarumque clausulis.

Dignetur. Hoc verbum hic deponés ẽ, & interpretamur dignetur. i.dignum censeat, seu iudicet, seu velit S.V. vel placeat S.V. cõmittere, & mãdare &c. Sic & verbo isto vtimur, dũ cuicũq. potenti preces porrigimus, vel dũ alloquimur sũmũ Põtificẽ, Regẽ, vel alium magnũ, seu potẽtẽ virũ, prout Ruth.c.2. (Vñ mihi hoc, vt inuenirã grãm ante oculos tuos, & nosseme dignareris peregrinè mulierẽ.) Tobiæ.ca. 12. (Sed peto te pater mi, vt roges eũ si forte dignabitur me dietatẽ de oib.q̃ allata sunt sibi, assumere.) Iudith. c.5. Si digneris audire dñe, dicam veritatẽ.) Et habemus tex in c.constitutus.circa med.ibi Dignaremur sup vtroq. p idem beneficium sub venire de in inte.resti. Sic & apud Sueto.in Aug. (Vniuersũ deniq.genus operas aliquas publico spectaculo p̃bentiũ ẽt opera sua dignatus ẽ.) Sic, & in rescripto Roberti Regis Neapolitani, quod ad lrãm posuit Affli.Dec.Neap.264. Quidam Baro.ante nu.2.dr̃. Et dubietatis incertũ ius declarari p̃dictũ mandare humanius dignaremur. Antitheton dedignor. i.nõ dignor, seu cõtemno, vel indignũ existimo. Virg.4. Aeneid. (Quos ego sum toties iam dedignata maritos.) c.1.§. quia verò leges non dedignant sacros Canones imitari, de no.ope.nunc.c.euthemiũ. ver. de ea verò.2.q.3.c.clerici.& ibi D.meus, in prin. de iud.l.cum Papinianus.C.de sent. & interlo.c.eãte.& ibi idẽ Dec.nu.6. vbi ẽt in quo differant dedignari, & indignari. Dignor alibi passiuè.i. dignus sum, prout apud M.Tul.3.de Ora. (Natura nulla est, quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur) idest, dignę sint.

Quam, & quas habet, & mouet.) Verba ista comprehendunt etim causam appellationis, prout voluit Rot. 490. quæ est vltima in nou. de qua clausula tractabo infra in formula cõmissionis.9. Admissionis pro interesse.

Habereque, & mouere vult, & intendit.] Tpe impetrationis rescripti hmõi, impetrans non vr̃ vere cãm, seu litem habere, & mouere. Causa enim, seu lis dr̃ post litẽ contestatã.l.nemo. C.de iurisd.om.iud.l. placuit. C.de pedan.iud.Gl.pragm.de causis. §.itẽ fuit, in ver.incępto, & ad alia quæ adduco in 11.q. reg.de subrogan.nu.2. vel saltẽ causa, seu lis dr̃ citata parte, ad ea, quæ adduco in d.q.nu.2. Ad tollendũ oẽ dubium apponuntur hęc verba videlicet. (Hẽt, & mouet cãm, habereque & mouere vult.) Sunt qui drĩam constituant inter litẽ, & cãm, vt lis dicatur solùm post cõtestationẽ, uel saltẽ parte citata. Causa vero qñcunq; dici possit. Bart.post gl. in l.causas.1.& 1.lect.& ibidem per alios.C.de translac.Rom.cons.412.pro habẽda, nu.8.& hãc esse cõem testatur Cur.iun.in l.more maiorũ.nu.83.ff. de iuris.om.iudi. Vide oĩno Rober.Maran.in suo speculo.vers.fin.5.par. vers.sequitur modo uidere de tertio termino, qui dr̃ lis.nu.63.& seq. vbi docet, quæ dicatur lis, quãdo incipiat, & in quo differat ab instãtia, & postea nu.66.& seq. tractat quæ, qualis, & quando dicantur cã. Fatentur Docto.q̃ aliquãdo iuxta subiectã mãm litem ẽt dicamus ante contestationem aliquam, imo pro oĩ drĩa, seu cõtrouersia, ẽt extraiudiciali, uel contentione, quia & pro rixa, ac iurgio accipiũt. Ad hæc vltra alios ego adduco illud Prou.16. (Homo peruersus suscitat lites.) Eccl.8. (Non litiges cum hoĩe potẽte, ne forte incidas in manus illius. Non contendas cũ viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem tibi.) & cap.28. (Abstine te a lite, & minuas peccata: hõ.n.iracundus incendit litẽ, & vir peccator turbabit amicos.) Esa.c.58. (Ecce ad lites, & ad cõtentiones ieiunatis.) 2.ad Thim.2. (Stultas aũt, & sine disciplina quæstiones deuita, scias q̃ generant lites.)

Contrà, & aduersus. Hæc verba idem significãt, & alterũ pro altero ponit, prout Gen.14. (Inite bellũ contra Basa Regem Sodomorũ, & contra Bersa Regem Gomorræ.] & c.16. (Iniquè agis contra me.) Exod.1. (Et si ingrueret contra nos bellũ.) Hiere.18.post prin. (Repẽte loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud.) & ca.26. (& cõgregatus est oĩs populus aduersus Hieremiã in domo Domini) & postea, (quia profetauit aduersus ciuitatem istam.) Psal.2. Aduersus dñm, & aduersus Christum eius.l.fi.ff de off.procu. Cæsa. ubi aduersus pro contra ponitur.l.uti frui.§. Verũ. ff.si vsu.peta.l.si eum, ante fi.si quis caut. l.non solum.§.fi.ff.de iniur.l.qui vetante.ff.de reg.iu.clc.1. in prin.& ibi gl.de in inte.resti.in ver.aduer. Contra pro præter.l.pacisci contra edictum.iun. glo.1. iuxta primũ intellectũ.ff.de pac.l.si cui purè, quæ est 31.ibi. Nec rursus contra uoluntatem defuncti libertatem præstandam esse.iun.glo.in ver. contra, etiam iuxta primum intellectum.ff.ad Trebel.l.qđ uulgò.iun.gl.1.iuxta primum intell.ff.de bon.pos. con.tabu. Alibi contra exponimus.i.è cõuerso, seu è contrario, prout in l.nauis, vers.contra si scapha. ubi etiam gl.ff.de insti.act.l.duobus.§.fi.cum gl.ff. de iureiur.auth.contra.C.de non nu.pec.l.qui res. quæ est 98.ver. Contra si mihi quinque.iun.gl.hoc ipso ver.ff.de solut. Nonnũquã, contra, accipimus pro è regione, seu ex opposito. Gen.12. (& idẽ trãsgrediens ad mõtem, qui erat contra Orientem Bethel.) Num.16. (In campestribus Moab super Iordanem contra Ierico.) Virgil.6. Aen. (Contra elata mari respondet Gnosia tellus.) & iuxta tex.in l.uenditor.in prin.ff.com.pręd. Pro contra, & pro cum, in c.dilectus.in prin.ibi, Aduersus epm.i.cum epo, vel contra epm. de succes.ab intest. Aduersus, seu aduersum, pro apud etiam ponitur. Ter. Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. M.Tullius in calce vlt.episto.familiaris. 3.lib. Et ut aduersus magistrũ morum modestior. Aduersus eum.i.pro eo.l.naturaliter.ibi, Quo casu non aduersus eũ: & post, sed aduersus oẽs, & utrobiq; gl. ff.de acq.pos.

Aduersarium Aduersarius dr̃ oĩs qui se opponit, resistit,

stit, seu oppugnat. Deut. 20. in prin. [Si exieris ad bellũ cõtra hostes tuos, & videas æquitatus, & currus, maiorem quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinẽ, non timebis eos.] Iosue 5. [noster es, an aduersariorũ?] Terẽ. in Phor. (Verum scientem tacitũ cãm tradere aduersarijs, ẽt ne id lex cogit?) & ꝙ collitigans dicatur aduersarius, probatur ex verbis M. Tullij in Orat. pro Cluen. (Sed ne pecuniaria quidẽ de re minima iudicẽ, nisi qui inter aduersarios conuenisset.) l. eum, quem temere, ibi (aduersarium suum) ff. de iud. l. diui fratres, ibi electionem aduersario deferunt. ff. de libe. cau. & ad tex. in l. j. C. de eden. iun. l. si aduersarius. C. de fide instru. in c. 3. de rescr. & in c. 1. de iudic. ubi latè D. meus Phil. Dec. in vtraque lec. & ibidẽ Rip. nu. 11. & seq. vbi ampliat. Durũ est, durum aduersarium, ac potentem habere, iustitia tamen fretus confidat in Domino, qui in medio erit, & pro eo contra aduersarios dimicabit, & ipsum de periculo eruet. Deut. 20. Aduersarius ẽt dr̃ Diabolus. Zacca. ca. 3. in prin. (& Sathan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei) & 1. Pet. cap. 3. [Sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret.) Idem ẽt criminator dicitur. Diuus Hiero. ca. 6. epist. ad Ephe.

Intrusum.

Quis, & quot modis dicat intrusus, vide per Gemi. in c. pp, col. 2. dist. 19. per Feli. in c. quia diuersitatem. in 2. not. de concess. præbẽ. & per alios per me relatos in 4. q. reg. de subrogan. nu. 2. & 7.

Intrudendos.

Vigore huius dictionis intrudendos, citari poterunt illi, qui post rescriptum impetratum se intruderint: quod sæpe euenit, præsertim, vt tẽpus conteratur ad perquirendum, & docendqm quis possideat, seu detineat, & est magna disputatio inter dominos de Rota, & alios Doc. quõ, & qualiter procedi debeat contra intrusos lite pendente. & quidam dr̃iam constituunt; an quis intrusus sit ante litis contestationem, an lite iam contestata, & an ante sñiam, seu sententias, an post. Videatur Bart. in l. 1. §. 1. ff. de relig. & sump. fun. & magis ad rem nostram per Rot. Bellam. 709. supposito, ꝙ P. cum tribus seq. & in nou. 477. cum seq. Videnda erunt quæ scribam infra super commis. execut. q. 20.

Communiter.

Puta si contra cõmunitatem, vniuersitatem, collegiũ, capitulum, cohæredes, socios, vel corpus aliqđ agat, vel contra vnũ, qui rem cum alio cõem hẽat. ad tex. ĩ l. legatis. ff. de leg. 2. Cõiter interpretamur. i. vnà, siue simul. Gen. 13. (& nequibant habitare cõiter) & 2. Machab. 14. (Nuptias fecit, quiete egit, cõiterq, viuebant.) Generalius autem quàm in tex. nostro accipitur in l. vni. ad fi. ibi. (Sed ꝙ communiter omnibus prodest.) C. de cadu. toll. Cõiter in alio significatu, videlicet pro plerumque, pro maiori parte, uel æqualiter, vide text. & ibi glo. & Doc. in clem. causam. de elect.

Diuisim.

Vt contra singulares ꝑsonas, etiam si contra vnũ ex cohęredibus, uel contra aliquẽ de vniuersitate, si nõ adsit interesse cohæredũ, vel vniuersitatis. arg. tex. in l. 2. §. dubitandum. in l. cum in hoc iudicio. & in l. arbitrũ. ff. fa. erc. De qua clausula (cõiter, uel diuisim) hẽmus tex. in c. cum in illis, & ibi per Glos. & Doc. de præb. li. 6. Vide ẽt Rot. 118. nota quod vbi aliquis, ubi de gratia ad collationem Decani, & capituli cõiter, vel diuisim, in anti. Hæc ẽt proderũt ad declarationem clausulæ passim lr̃is Apostolicis poni solitæ. (Seu si venerabili fratri nostro Episcopo N. & dilectis filijs capitulo &c. communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum; ꝙ ad receptionem, uel prouisionem &c.) & alterius similis, vide licet, (seu si venerabili &c. quod interdici, suspendi, aut excommunicari non possint, &c.

Interesse putantes.

Intellige, vt interesse prætendant super beneficio, seu re, super qua litigatur, iuxta tex. in c. veniens. 2. ibi. (interloquendo pronunciamus, ꝙ sua inter erat, vt se posset opponere Archidiacono memorato.) de testi. & ad Rot. 1. de rescri. Bisigne. in antiq. Interesse circa diuersa, & iuxta subiectã materiam considerari põt. Et hoc verbum, interest, latè patet. Hinc dixit Paul. ad Galat. 2. (Ab his aũt, qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint, nihil mea interest:) & Iureconsultus, in l. Senatores. 1. ff. de senato. (Neq; interest a quo, vel qualiter adoptatus fuerit,) & nec interest an in senatoria dignitate constitutus eum susceperit. & Iulian. in l. de quibus. ff. de legi. §. pen. (Nam quid interest suffragio populus uoluntatẽ suã declaret, an rebus ipsis, & factis?) & Vlp. in l. 2. de his qui sunt sui, uel alie. iu. (Sed dñorũ interest, ne auxiliũ cõtra sęuitiã, vel famẽ, vel intolerabilem iniuriã denegetur, &c.) Aliter accipit verbum interest, & nomen verbale interesse. C. de sent. quæ pro eo, qđ inter. & de illo interesse hẽmus tex. in l. ꝙ sępe. in vlt. vers. de contrah. emp. & in l. debitor decẽ; vers. alioqui secundũ illam sententiam, si interesse vsurarũ tantum est in legato. ff. de leg. 2. De hac cl'a (interesse putantes) loquar infra dũ. 9. formulã commissionis admissionis ꝑ interesse ponã.

Quæro cõmissa cã ad instantiã A. contra B. omnesq, interesse putantes: si tertius in vim clausulę interesse prætendẽs veniat ad cãm, an A. obtinere debeat dilationes ad partes? Pro opin. negatiua est tex. in l. qui in alterius. vers. non ẽt si agat, nã planè qui agit, certus esse debet, cũ sit in ptãte eius, qñ velit experiri; & ante debet rẽ diligenter explorare, & tunc ad agendũ procedere. ff. de reg. iur. Illi igitur, qui cõmiserat cãm, & sic actori dilatio concedi nõ debet. c. ꝑterea, & ibi glo. & Abb. de dilat. Cassad. dec. 1. nu. 2. eo. Hanc opin. in proprijs terminis nr̃is tenuit Rota in vna Salamantin. de anno 1549. ꝑut annotauit Achil. dec. 2. eo. tit. Verũ cõtra Rotę decretũ hmõi facit, quia ille tertius erat reus voluntarius, & sic loco actoris. ad tradi. ꝑ Rom. in l. de pupillo. post nu. 14. & ibi ꝑ Ias. ĩ §. seruo. ff. de no. ope. nun. & ille. A. respũ huius tertij nõ mouit litẽ, & sic respũ huius tertij non venit ad cãm instructus. Nõnulli constituunt dr̃iam inter ꝑalle. clausulam contra N. oẽsq; interesse putantes, & similẽ cl'am additis verbis, in executione citationis noiandos, prout Dec. Crescen. 3. sub tit. de dilat. aliàs 8. incipien.

pien. coram D. Camillo. in hoc. n. secundo casu putant non specificatos in citatione nõ posse venire ad cām absq; speciali rescripto, secus ĩ primo casu.

Secundo quæro, an citatio facta, & excuta contra aliquẽ cum clausula, quatenus sua putauerit interesse, operetur, ac inducat litis pendentiam, ac attentata? pro opi. affirmatiua concludendum vr̃, illa enim citatio admittitur, valet, ac operatur suos effectus. Bal. in l. consentaneũ. col. pen. ubi ẽt alij. C. quõ & quan. iud. Ang. in l. ad peremptoriũ. ff. de iudi. per tex. in l. ea quidẽ. C. si manci. ita fue. alie. Negatiua opinio est verior, licet. n. aliquid operetur hæc citatio in aliquib. casibus, tamen sic citatus nõ dr̃ simpliciter citatus, sed improprie, & condõnaliter, prout Bal. & alij in alle. l. ea quidẽ. C. si manci. ita fue. alie. & per quẽ tex. uel ibi nota. ita decidit, idem Bal. in l. fi. col. 14. in 5. q. vers. Et hoc qñ est citatus simpliciter. C. de edi. di. Adri. tol. & idem Bal. in l. testamenta. col. vlt. idem cõcludit in simili citatione, quam potius edictum vocare debere affirmat, & sic citatus, potius dicatur citatus ad uoluntatem exquirendi quẽ ad cām. Bal. in l. ult. vers. Item quia citatio, quæ fit de hærede. C. de testa. idẽ voluerunt Pau. Castr. in l. libertus 1. ad fi. ff. de in ius voc. & D. meus cons. 187. & pro tenui. num. 3. vers. Non obstat ꝙ citatio. & f̃m Rot. 419. si impetretur. nu. 2. ĩ no. hęc potius dr̃ citatio monitoria, quàm arctatoria ad comparendum. Rot. in terminis 18. nu. 3. si impetretur commissio. vers. Præterea si mandantur citari oẽs, quorũ interest. de do. & contu. aliàs 419. Item si impetretur cõmissio. in no. ac Dec. Paleot. 192. in Perus. S. Crucis, inci. Prosequendo dubium. vnde nec verum litis pendentiam, nec attentata operari poterit, cum cle. 2. ut li. pend. supponat citationem, quæ arctet, vt per Cardin. ibi. q. 3. & per alios.

Super Parrochiali, &c.

Res super qua quis litigare intendit, exprimi debet. l. 1. C. si a non compe. iudi. l. 1. ff. de eden. l. edita. C. eo. & utrobiq; per Doc. c. olim. 1. ubi ꝙ in rescripto contineri debet res, seu articulus, sup quo litigandũ est, seu reus conuenitur. de off. deleg. & p Spec. de rescr. præsentatio. §. ratione quoque defectus, nu. 4. vers. item, ꝙ articulus super quo: & de expressione nominis sancti in rescripto ad lites, habemus tex. in c. dilectus filius. 2. post princi. ibi (super ecclesia S. Nicolai Dumelien.) de rescr. & ꝙ in rescripto ecclesiarũ nomina, seu denominationes specificari debeant, & nõ sufficiat dicere, super quibusdam ecclesiis, est tex. in cap. ex literis, vers. verum quoniam. de dolo, & contu. sic, & in libello res exprimi debet. l. si in rem aliquis, ad fi. l. 1. §. si quis argentum. ff. depos. c. 2. & ibi glo. & latè Mar. Soz. nu. 16. de libelli oblat.

Ac illius spolio.

Hanc clausulã addunt aliqui ad euitandam illam disputationem, an causa simpliciter commissa super beneficio veniat non solùm petitorium, sed etiam possessorium. arg. tex. in l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. pos. ad tex. in l. 3. C. si non comp. iud. Spec. de rescr. præsenta. §. ratione autem causæ, potest num. 11. vers. item ꝙ faciat tantũ de proprietate mentionem. Ego autẽ dico, ꝙ absq; hac suppletione, cõmissa causa simpliciter, uenit etiam possessorium ad tex. in c. 1. cir. med. de sequest. poss. Spec. ubi supra uers. simpliciter autem committendo vtrunq; vr̃ commissum. Rot. 396. si committatur, in nou. Cald. cons. 5. sub titu. de præben. Feli. super rubr. de rescr. col. 3. versus fin. vers. cæterum quando fit simplex commissio. Sarnen. q. 53. nu. 3. super regu. de Trien.

Et intrusione.

Licet narrẽ aduersarium occupasse rẽ meam, seu me spoliasse, & ille neget, offeratq, se paratum probare contrarium, non tñ rescriptũ redditur inualidum, nec tales exceptiones contra rescriptum admittuntur, prout uoluit Pau. Cast. in l. pręscriptione, col. 2. vers. & est notandum. C. si cõ. ius, uel util. publi. sequitur Mar. Soz. iun. cons. 82. cum satis. nũ. 15. li. 2. uide gl. fi. ad hoc nota in c. 1. de lit. conte. li. 6. & Lap. alle. 89. post nu. 6. vers. item si impetrans rescriptum. Intrusus quis, & quot modis dicatur, declaro in 4. q. reg. de subro. nu. 2.

Ac detentatione.

Seu detẽtione, vtrũque enim dicere possumus, sic & detinere, & tenere ꝓ eodem accipimus; iuxta tex. ĩ l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verb. obli. c. causam, quæ. de præscri. & per Doc. infra citandos. Tenere, detinere, detentatio, & detentio in bonam partem nonnũquam accipiuntur, prout Eccl. 24. (Et in plenitudine sanctorum detentio mea) licèt ibi detentio aliter accipiatur, quàm hic, præall. l. stipulatio ista. §. hęc quoqur. ff. de verb. obli. & ca. causam quæ. de præscrip. ubi etiam gl. & Abb. Regulariter aũt detentio, & detentatio, ac detineo, in malam partem accipiuntur, quod nonnunquã efficit subiecta materia, uel uerbum aliquod additum, & sic ratione adiuncti, prout Ecclesi. 3. versus fin. (& in vanitate detinuit sensus illorum) ac ad Rom. 1. (Qui veritatem Dei in iniustitia detinent.] & cap. 7. [Nunc autem soluti sumus à lege mortis, ĩ qua detinebamur.] Quod etiã, & quõ posidere, & detinere sint diuersa, probatur ex tex. in alleg. l. stipulatio ista. §. hæc quoq;. ff. de verb. obli. ubi etiam gl. & Doc. in l. 1. in princ. ff. de acqui. poss. in l 1. §. deijcitur. ff. de vi, & vi ar. Detentatio nuda facti insistentia describi potest, & nonnunquam custodiæ. uel conseruationis gratia. l. 3. §. ex contrario, ubi glo. & §. fi. ff. de acq. poss. l. cum legati. ff. qui. ex cau. in poss. ea. Bart. in l. 1. in prin. nu. 13. & ibidem Ang. ac Alex. & Ias. nu. 36. & declarat ibidem Rip. nu. 44. ff. de acquir. pos. Idem Rip. super rub. de cau. poss. & propr. nu. 26.

Fructuumque.

Hoc magis ad cautelã, quàm ex necessitate apponitur, non enim opus est in rescripto, seu libello exprimere fructus, uel illorum certam quantitatem, seu æstimationem. Cyn. in l. certum. in vlt. quæst. C. de rei vend. Bart. in l. 1. post num. 10. ff. de eden. Alex. cons. 90. in causa, & lite. num. 11. ubi hanc opin. magis communem asserit li. 2. & Rui. cons. 164. quamuis ex ijs. col. 4. vers. secus quando fructus petuntur accessoriè. vol. 5.

Vsurpatione. Hic accipitur in malam partẽ, prout etiã Iosue c.7.in prin. (Et vsurpauerunt de Anathemate.) Et in l.fi.in prin.C.de inter.matri. in c.quia ꝑ necessitate, ibi (Quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio.) 1.q.1.c.generali.de elec.lib.6.cle.1.& ibi Cardi.in prin.de deci. Vsurpatio ẽt accipitur ꝑ presumptione, illicito vsu, ac mala acquisitione.l.j. iun.gl.in ver.vsurpatos.C.ne lice.potentio. l.3.ad fi.& ibi Luc.de Pen.in ver. vsurpatione. C.de bo. vac.li.10.Idẽ Luc.in l.vni.in ver. vsurpantes.C.de stud.libe.vrb.Romę.li.11.Alias significationes huius dictionis, vsurpatio, posui in 14. quæst. 3. regu. cancel.num.6.

Rebusq; alijs. Licet rei appellatio latissima sit, comprehendens ẽt iura, ad tex.in l.rei appellatio.ff.de ver. sign.& ad alia, quæ adduco in §.& in ipsa.in ver.rebus, in gl.facul.hic tamen interpretatio facienda est de reb.similib.expressis, præsertim pp dictionem, alijs, quæ infert similitudinẽ, & idẽ in qualitate, licèt diuersum in substantia.l.fugitiui, cũ gl.fi. C.de ser.fug.c.cũ non ab hoĩe.de iud.c.sedes, ubi oẽs.de rescr.Et ꝙ propter dicta verba, Rebusq; alijs, commissio nõ se extendat ad maiora, est tex.in c.pręsentium, iun.gl.in ver.rebusq; aliis, de testi.lib.6.

Latius deducendis. Quę autem sint ea, quæ latius deduci poterunt? dic ꝙ ea, quæ incidenter, seu consequenter veniunt, non aũt ea, quæ æquè, & principaliter.ad theo.Bart.in l.1.col.2.nu. 10.vers.dicit gl.ff.de eden.Non intelligas igitur, ꝙ si cãm commisi super parrochiali.S.Andreæ, possim postea ĩ articulis specificare alias ecclesias, seu alia beneficia, qđ latius prosequar, cùm de clausulis, cũ incidentibus, & dependentibus, loquar. Vbi cadũt verba, latius deductis, puta in sñia, operantur relation ẽad oĩa in actis deducta. iuxta cons. Paris. 39.nu.20.lib.1.quod sequuta est Rota prout Dec. Paleot.142.incip.Pendente lite.

Illorum occasione idest illorũ causa, seu prætextu. sic accepit iurecons.in l.qui occiderit §.in hoc quoque.ff.ad l.Aqui.& ita sumitur in c.fi. de iniur.& dam.dat.prout sic accepit Bart.in l.idẽ est.§.si quis auctoritate, post prin. ff.de ui & ui ar. Possumus ẽt occisionẽ accipere pro causa remota, prout Iudic.c.14.post prin. (Parentes aũt eius nesciebãt, ꝙ res a Domino fieret, & quæreret occasiones contra Philistijm.) Prouer.18.(Occasiones quęrit, qui vult recedere ab amico.) Dan.6. cir.prin. (Vñ principes & Satrapę quęrebãt occasionẽ.&c.) in c.post tràslationẽ.de renun.in c.solitę.post prin. de maio.& obe.ibi (Non cãm, sed occasionẽ.) cle. cãm, ubi gl.in ver.occasione, & Card.q.5.ac Vitali. nu.8.de elec. Ias.super rub.C.qui admit.nu.8.Pro proxima, & remota accipere possumus illã, de qua Hester.4.ad fi.(Si enim nunc silueris; per aliã occasionẽ liberabuntur Iudæi.) Et Prou.9. (Da sapiẽti occasionẽ, & addetur ei sapientia.) Et Eccl.26. (In filia non aduertente se, firma custodiã, ne inuenta occasione abutatur se.) Occasio etiã pro interpretatione sumitur in l.capienda occasio, quæ est 129. ff.de reg.iur.Et quado occasio se habeat ad non verum, uide tex.in §.porrò ne moniales, cãn 1, uel occasionem.de statu regula.lib.6.Alberi. in Dictio.in ver.occasione.Et ꝙ occasio designet cãm iniustam, uel insufficientem, uoluit Card.in cle.2.§.2. de sepult.Pro ꝑmissis vide Fel.in c.solitæ. col.3. de ma. & obe.D.meũ Phi.Dec.in rub.C.qui admit.col.3. & Cagn.ĩ alle.l.capienda occasio.ff.de re.iu. De occasione vide ẽt, q̃ scripsi in 3.q.31. reg.cãcel.nu.9.

Alicui ex vestri sacri Palatij.) Nõ debet dici tali auditori, prout disponit tex.in l.obseruandũ est.ne is iudex detur, quẽ altera pars nominatim petit.ff.de iudi.cap.ad hæc.de rescr.ca.insinuante.ibi (utpote quos idem.R.in iudices postularat.) de off. deleg. Spe.de iudi.dele.§.Superest.post prin.vers.Item si ad petitionẽ partis datus est.Phi.Fran. in c.postremo.in 22.causa.de appel.Rober.Maran.de ord.iudi.in 2.actu.vlt.par.nu.53.in 22.causa.M.Tullius in Orat.pro Cluent. (Neminẽ uoluerunt maiores nostri non modo de extimatione cuiusquã, sed ne pecuniaria quidẽ de re minima esse iudicẽ, nisi qui inter aduersarios conuenisset.) Signatura itaq; iudicẽ dabit nonnunquã de consensu partiũ. Et stilus noster est, ꝙ si partes sunt ꝑsentes, aut concordãt, & R.P.D. Regens cancellariæ dat iudicẽ de consensu partium. Aut partes dissentiunt, & quælibet pars noĩat aliquos, & dictus D.Regens, ex noĩatis aliquem deputat, & hic stilus est rationabilis, & iuri conformis, prout per Abb.post gl.fi.in c.1.nu.4. de fo.cõpet. Nonnunquã in aliqua cã graui partes ita obstinatè contendũt, ut altera omnes iudices ab altera parte noĩatos reiiciat, & tunc uel ipse D.Regens, uel Cardinalis signaturæ iustitiæ præpositus, quem vult ex non noĩatis a partib. deputat in iudicem, & aliqñ recursus hr̃ ad totã signaturam iustitiæ, & nonnunquã grãe.mensib. retrò actis. R.P.D. Alphonsus Benarinus in locũ R.P.D.Regentis cancel.absentis illiusq; vices gerens, & qui nunc est Sacræ Rotæ Auditor dignissimus, ad huiusmodi auditoriatũ nuperrimè suadentibus meritis, & uirtutibus, ac præuijs laudabilib.laboribus, & solitis arduis disputationibus admissus: ipse Reuer.D.Benarinus in quadam cã ardua iubet procuratorib.super electione iudicis dissentientib.duos à quolibet noĩari; nominantur duo, noĩatis ab altero alter non acquiescit, mãdat iterũ alios secretè nominari, comperitq; inter alios à partib.descriptos vnum ab vtraq; parte nominatũ; quem illico comprobauit. Quòd si iudex procurauerit seipsum deputari, suspectus pariter erit.gl.in l.per omnia.§.sed si aduersarius.ff.de ꝓcur.Spe.ubi supra. vers. Item si ipse seipsũ impetrauerit, Arch.& Io.And. in c. si cõtra, super gl.recusare.de off.dele.Idem Phil.Fran.in c. postremo.in 23.cã.de appellat. Et nouissimè conclusit Rota in Volaterrana, Bonorũ cãm, proponente R.D.Vicecomite, ex quo iudex causæ commissionẽ in seipsum procurauit, & affectauit, ꝙ se suspectum redderet, in qua causa scripsi pro Dominis de Guidis, in quorum fauorem in causa nullitatis pronunciatum postea fuit.

Cau-

Causarũ auditoribus.

Hi sunt quos Rotæ Auditores nũcupamus, numero duodecim, moribus, theoria, & praxi oẽs quotquot, & quicunq; sint superãtes, nemoq; tantę au ctoritatis, & pręeminẽtiæ, ac sciæ reperitur, qui horum tantorũ Patrum vestigia sequi dedignetur, illorumq; sanctis decretis acquiescere. De ijs loquit tex.iun.gl.in cle. Auditor. de rescr. Spec. de Iudice dele. §. iã nunc dicendũ, vers. Itẽ non obstat si obijcis de Auditoribus. nu. 9. & tit. de citatio. §. vlt. ac Lud. Rom. cons. 436. qđ indultũ, ubi probat auditorũ Rotæ priuilegijs non derogari per indultum derogans priuilegijs familiariũ descriptorũ in cancellaria, & quibuscunq, alijs, & ego alibi dixi horũ responsa, ac decreta magis diuina, quàm humana censeri debere. De quib. vide Sarnen. in Proœ. Regularum. q. 1. dum de Rotæ immutatione tractat, q. 2. nu. 10. Verùm si quispiã ita superstitiosus sit, vt ab alijs, quã ijs qui in hoc duodecim virali numero fuerunt super Rotæ Auditorũ excellẽtia, ac celebritate testimoniũ desideret: vltra alia, quæ ꝑ probatissimos auctores de is scripta fuere, quæ uidere poterit, præstantissimi Iurisc. Hierony. Grati de his loquentis verba legat posita respon. 22. in fi. li. 1. Plura scripsissem (inquit) in hac cã maximi põderis, si corã Reuer. Auditoribus Rotæ Rom. verba nõ facerem, qui vt iudices totius orbis sunt, ità prima inter Iudices iuris lumina esse constat, adeo vt apud eos solum per indicem rem ipsam ostendere liceat. Hæc ille, sed quid diceres hodie Bononiæ, & Italiæ splendor, si vt fama immortali, ita & vita viueres, ac respiceres hodiernos Rote Auditores? quippe qui longe alios, qui iã fuerunt theoria, praxi, morum candore, ac oĩ virtute excellant: & qui cum Ecclesiaste, seu cõcionatore dicere possunt, [Ecce magni effecti sumus, & præcessimus oẽs sapientia, qui fuerunt ante nos in Hierusalẽ.] & quib. non solũ Regina Austri, sed & Rex Septentrionalis, maximus itẽ ille occidentalis, qui vtinam ẽt Imperator Orientalis euadat, dicere poterit; Maior est sapiẽtia, & opera vrã, q̃ rumor, quẽ audiui.

Seu illorum

Locũtenentibus. Sciendum est, ꝙ Auditores Rotę, Cappellani ẽt Papæ vocantur, interq; Papæ Cappellanos connumerãtur. extra. Ad regimẽ. Io. xxij. de ꝑben. & ꝙ dicantur cappellani Papæ, ꝓbat ex tex. in extrau. ad Romani. vers. Qđ tã in pendentibus, ibi [per dilectos filios magistros Cappellanos nr̃os causarũ Palatij Apost. Auditores] eo. titu. de pręb. inter cõmu. & qui sint isti Locũtenentes, & quare sic nuncupentur, apparebit ex infra dicẽdis, Prouin. fo. 61. inquit, Auditores Rotę non constituuntur ex Epis, sed effecti Rotæ Auditores si creantur epi, non per hoc desinunt officiũ Auditoratus Rotę exercere in oĩbus, & per oĩa, ꝓut prius sed desinunt noĩari Rotæ Auditores. vocant autẽ Locumtenentes, & sic Auditorum Locumtenentes, seu qđ Auditorum loco sint. Nec talis locumtenens Rotæ Decanus effici potest. Post adeptũ igit Auditoratũ ad epãtũ promotus, erit loco Auditoris, sed in nihilo minus erit quolibet alio Rotę Auditore. Olim ad exatus promoti, Auditores esse desinebant, in officioq: Auditoratus hmòi amplius se non exercebant, ptout Guiglielmo Durãdo Speculatori nuncupato ad exatũ Mimalensem promoto, & Ægidio Bellamerę ad Auinionẽsem, & aliis pluribus, & nouissimè Reuer. D. Ioãni Aldobrãdino, ac integerrimo, ad exatum, successiuè ad Cardinalatus supremã dignitatẽ promoto, in cuius locũ Rotę Auditor suffectus fuit R. P. D. Hyppolitus Aldobran. eiusdẽ frater germanus, ætate iuuenis, morib. doctrina, negociis pertractãdis, rerũq. oĩum experientia senex. licèt aũt locũtenens nuncupetur, ĩ eo tamẽ cadere nõ poterit illa discussio, an locũtenẽs, uel alterius vicẽ gerens eandẽ hẽat facultatẽ, potestatem, auctoritatẽ, quam hẽt ille, cuius vices gerit. ad tex. in l. 2. & ibi Doc. C. de off. eius qui vi. alte. ge. per Bar. iu l. si filius. ff. de leg. 1. ꝑ Ias. in l. 1. num. 74. & ante. ff. de off. eius. & ꝑ Cassa. Dcc. 4. de cõstit. & licèt Glossator antiquus sup reg. Cancell. de expectatiuis, ĩ §. ꝙ inter hñtes gratias expectatiuas. dũ de uice rectore ioquitur, subdat, ꝙ ẽt vices Auditorũ gerentes priuilegiis gaudere nõ debeant in materia expectatiuarũ, eius tñ opi. est oĩno falsa, oĩbus. n. priuilegiis, & prerogatiuis aliorũ Auditorũ gaudẽt, cõtra quẽ ẽt cõcludit Staph. super signa. fo. 115. iuxta primã impres. uers. primum est, ꝙ exigerentes vices Auditorũ. Rursus, quis est, qui nesciat, ꝙ isti D. Locũtenentes, prout alij D. Auditores, ita laborant, & insudant? imo Reuer. D. Locũtenentes hmõi duplici grauantur onere, tũ illo grauissimo, quo cęteri D. Auditores audiẽdo, & decidendo causas magni põderis totius orbis Christiani. Altero ẽt insudando circa curã aĩarum ei creditarũ, vigilãdo, in oĩbus laborãdo, opus ẽt Euãgelistæ faciẽdo, ministeriũ duplex implendo, baculo pastorali vtendo, cuius vsus circa tria pręcipuè consistit, iuxta carmẽ illud. Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta. Hęc, & alia adducebã pro Reuer. D. meo, & nunquã satis laudato D. Paulo Emilio Verallo, gloria Romanę togę, Episcopo Caputaquen. ac sacræ Rotę locumtenente sapientiss. & iustissimo. Hodie promoti ad epãtus cessant à Rota, prout aliàs.

Coram,

quo nonnulla iura. Sæpe contingit, vt per hæc, vel similia verba, pars, cui vult cãm committi, obtineat, & sic indirectè cõsequetur, ꝙ sibi via directa denegaretur, contra tex. in l. Athletas. §. sed & qui tunc quæstũ. ff. de his qui not. infa. c. quod una via, de reg. iu. lib. 6. & ad gl. magistram, in §. est aũt casus. in ver. habeatur. Insti. de hęre. insti. Alium modũ obtinendi iudicem, quem quis desiderat, ponam infra com. 11. confirmatoria iurisdictionis.

Audiẽdas,

cognoscendas. Audire causam pro cognoscere sumimus, prout in §. audiet, & ibi ꝑ Ang. ĩ Auth. de defen. ciu. Ita ẽt accipitur Deut. 1. (Audite illos, & qđ iustũ est, iudicatet. i. cognoscite inter illos, seu cognoscite illorũ causas. et post (Ita paruum audietis, ut magnũ.) expedit hęc verba ponere, stante tamen clausula in rescripto, ꝙ iudex decidere, & determinare causam debeat, & sic cõmisso cõsequenti, veniet, & necessarium antecedẽs, & sic cognitio

causæ.ad ea,quæ uoluerunt Bar.in l.à diuo Pio.ante nu.5.ff.de re iud.Abb. in c.venerabilis de iudi. ac Augus.Bero.ibidem,& alij per eum relati,nu.6. Magnum autẽ dubium est,an si causa audienda,& cognoscẽda alicui cõmittatur, illius etiam decisio commissa videatur,de quo per Spec. & Io.And.in addi.tit.de iudi.dele.§.sequitur,vers.& no.ꝙ simpliciter nu.13.gl.& Bar.in l.1.C.si con.ius vel uti. publi.& opi.Bar.dicit cõem Iasre.Dec.339.si Princeps.Vide etiam Bal.de pa.constan.in ver. ad cognitionem,vbi ꝙ arbitri electi ad cognitionem,videntur electi ad decisionem, tractat idem Bald.ad partes arguens,& postea pro hac opin.concludens cons.121.a capite.nu.3.li.3.Et facit tex.in l.de qua re cognouerit Iudex, de ea quoq; pronunciare cogendus erit.ff.de iudi. & in c.cum Eps.ibi [causas ad ecclesiasticum forum spectantes audire] iun.nota.ibi per Archi.& per Gemi.nu.8. de off.ord.li.6. per Lap.alle.65.Nunquid ecclesia, nu.2. & alle. seq.ante nu.7.Ias.in l.cui iurisdi.nu.10. ff.de iuris. om.iud.melius per Bar.in l.à Diuo Pio,ubi nu.11. distinguit.& ibi per Alex.ff.de re iudi.ac ibidem latè per Ias.qui alios citat,nu.15. & seq. Idem Alex. tractat in l.1.nu.51.ff.de off.eius. Videatur etiam Gemi.in c.quoniam.nu.6. de immu eccle. li.6.ubi per illum tex.decidit cognitione cõmissa cum clausula, Quòd iustitiã faciat, venire ẽt potestatẽ decidendi.Idem vult Fel.in c.super quęstionum.col.2. nu.3.de off.dele.Imol.in cle.auditor.de rescr.Et ꝙ stante clausula,iustitiam faciat,cognitio,ac decisio causæ commissa censeatur.cõcludunt etiam Alex. cons.84.ad fi.li.1.Ias.in l.iustitia.nu.11. ff.de iust. & iur.& in l.causas,post num.4.C.de transac.D. meus in c.1.in 1.not.& in c.significasti.in 2.no.de off.dele.In summa conclusio præmissa cõis est, & vera.Verum vt aliquis fructus ex illa percipiatur, ad praxim eam redigamus,tres casus constituẽtes.

Primus sit in causa alicui per ordinariũ, uel aliũ inferiorem a principe,delegata cum præmissa clausula, Quòd iustitia faciat,& procedat conclusio præmissa vera,& communis. Altera sit ꝙ loquamur pariter de delegato ab eodem inferiore absq; illa clausula,iustitiam faciat, sed simus in delegato ad vniuersitatem causarum, cui mandata sit cognitio causarum, concludo ꝙ etiam procedere poterit ad diffinitionem.Ita post Iac.But.uoluit Ang. in l.qui procuratorem.de procu.ac Feli. in c.super quæstionum.in prin.nu.3.de offi.dele. Et est ratio secundum Angel.vbi supra,quia delegatus ad vniuersitatem causarum loco ordinarij habetur. Tertius casus erit in delegato a principe,cui mandata cognitione causæ,censetur & diffinitio mandata. vt uoluerunt Bal.ĩ d.l.qui procuratorem, ac Alex. in d.l.a diuo Pio,in prin. nu.18. alios ad id referentes.quæ probari videntur ex l.1. C.qui sua iuris. & in c.significasti.& in c.super quæstionum.de offic. dele.In contrarium autem in delegato Papæ,quòd vtrumq; exprimi debeat,videlicet, Quòd possit audire,& decidere,pondero tex.in c.lator, ibi Audiat,& decidat.& in c.cãm 2. ibi plenius cognoscatis,cãm hmõi terminetis,qui fil.sint leg. Si.n.alterum exprimere suffecisset,frustra Papa vtrumque expressisset.Verum ad dubium tollendum,vtrunque exprimat,qui sapit. Non.n.hæc indistinctè, & absq; dubio procedunt,prout aduertit Aug. Bero. qui alios refert in c.venerabilis.nu.7.de iudi. Negari tamen non põt, ꝙ qñ committitur cã absolutè sub ijs verbis,committimus tibi cãm vertẽtem inter M.& N.quin cognitio,& decisio demandata censeri debeat,ut per Bar.in l.a diuo Pio. ĩ prin. nu.11.& per Alex.post nu.18.ff.de re iudi. per D. meum in c. significasti.in 2.no.de off.dele. Et dixerunt commissionem simplicem totam causam cõprehendere,exemplo illius,qui interrogatus an sit hæres,respondeat affirmatiuè, quod intelligẽdum sit in totum,ac insolidum,non pro parte.l.si defensor.§.1.ff.de interro.actio. Et cum causa sit unum continens,comprehendens cognitionem,& diffinitionem fine inspecto, necessario causa simpliciter commissa ueniet vtrumque.

Decidendas, fineq, debito terminandas. Summa rõne adduntur hæc verba ad tollẽdum dubium, de quo nunc loquuti sumus,& hæc verba decidendas,& terminãdas,parum inter se differunt: diffinire eñ, decernere,constituere,decidere, terminare, vel finem imponere, idem significant ut colligi potest iun.simul locis infra citãdis,videlicet apud M.Tullium 7.Verri.Quibus reb.oĩbus actis,atq; decisis. l.terminato.C.de fruc.& lit.expen.præalle.c.lator. & cap.causam 2.ubi pro eodem capit Papa terminare,& decidere.l.cogi.quę est.16.ff.ad Trebel. §.Talis quoque casus a diuo Pio terminatus est.

Summariè &c. Intellige summariè,simpliciter, & de plano,ac sine strepitu,& figura iudicij, cum simus in causa super beneficio,in qua ex iuris dispositione proceditur simpliciter,& de plano, ac sine strepitu,& figura iudicij,prout cauetur in clem. dispendiosam.de iudi.in cle.sæpè, vbi declaratur, quid uelint,& inferant illa verba,de verb.sign.Exprimitur igitur hic summariè, quod in dictis iuribus expressum non erat: postea subditur & c.quæ clausula summariè &c.(vt dixi) comprehendit illas clausulas,de quibus in dictis iuribus. De hac dictione summariè, et eius effectu latius tractabo inf.com.3.sub hoc ver.

Ac tam coniunctim, q̃ diuisim.) Idest simul,uel separatim. Hęc clausula operatur, ut commissa causa super plurib.rebus,seu contra plures personas, iudex possit super aliquibus,uel contra aliquos, licet non super omnibus,uel non contra omnes, ꝓnunciare: qua clausula non apposita,uel alio expresso, aliud plerunq; de iure tam ciuili, quàm canonico decidendum esset.ad.l.si cum dies.§.penultimo, versic. absurdum enim.l. dicere, et l.quid tamen. ff. de arbit.l. de unoquoque.ff.de re iud.l.in hoc iudicio.ff.fam. ercifcun.gl.in cap.cum I.et A. in princ. ver.dilata. de re iud.l.ĩ hoc iudicio.ff.fa.erc.gl.in c.ex I.et A. in princ.ver.dilata. de rę iud. Felyn.in capitu.cum inter.post numerum 10. versicu. et istis adde. eo. Pro hac clausula,coniunctim et diuisim, videatur etiam

ẽt tex.in c.super q.ver.intentionis, iun.gl.in verbo, diuisim.de offic.deleg.Lap.Alle.51.dicebant.post prin.post nu.2.& post nu.4. ubi ẽt ꝙ cõiunctim,& diuisim, sunt contraria.& Staph.super sign.fo.179. versic. si diuersæ causæ coniunctim, idest simul: vt si contra Abbatem, & conuentum simul quis agat. & diuisim, vt si contra Abbatem tantum, ꝓvt per Rot.206. licet actum.in nou. & quòd facultas alicui concessa dispensandi cum adultero, & incestuoso, intelligenda sit diuisim, non coniunctim. vers. cum adultero tantum, vel solum cum incestuoso, voluit Mil.in suo repert. in versi. dispensandi facultas alicui. similem clausulam nostræ videlicet, coniunctim siue disiunctim, habes in §.si eadem.vbi glo.& omnes declarant. Inst.de legat. Possemus etiam dicere coniunctim, vel sequestratim, ad tex.in cap.Pontifices.in princi.12.quæst.3. & in cap.requisiuisti.versi.Aut cum ecclesia, aut sequestratim dimittitur.& postea versi.Quoniam hoc est verum. de testa. verum similibus clausulis, vel verbis insolitis vti non debemus. De clausula, tam coniunctim, quàm diuisim, in alia materia, quando videlicet committitur causa appellationis a grauamine, vnà cum negocio principali, apposita clausula de qua tractamus quid illa operetur, & qualiter accipienda sit, tractat latè, ac subtiliter Augu.Bero.in sua q.familia. 120. apertissimi. præsertim.nu.8.& seq.

Committere,

& mandare.) Licet hæc duo uerba idem significare uideantur, ad l.1.l. si remunerandi, & toto titu.ff.& C.mandati.c. mandato.de simon. & hoc verbo committere vtitur Papa in c. cum inter R.§.fi.de electio.aliquid tamen plus infert verbum mandare, quod etiam magis præceptiuum est: committere enim est, quando alicuius fidei, curæ, seu custodiæ aliquid traditur, dimittitur, commendatur, seu conceditur, prout.1.Machabe.7. [Et commisit regionem Alchimo.] Huc spectat illud Terentij. [Ouem lupo commisisti.] Et iux.tex. in l.1.§.relegandi.versicu.cum vrbem nostram fidei tuæ commiserimus.ff.de offi.præfe. vrb. committere exitum rei, iudicio Dei, idem est quod rem in voluntate Dei collocare.2.Machabe.13. [Ipse verò cum senioribus cogitauit priusquam Rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem, exire, & domini iudicio committere exitum rei.] Committere edictum, & committere stipulationem.l.3.§.si pater.uers.planè, cum gloss.in versi.committat.ff.de bono.pos.con.tabu. Commisit, i.deliquit.l.relegatorum.versic. si quis eam sententiam admiserit, vt is qui in alia prouincia commisit.iunct.gloss.hoc ipso ver.ff. de inter.& relega. Committere se mari, idest arbitrio maris.act. apostol.27.versus fin. [Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari.] Mandare verò iuxta terminos nostros pro præcipere sumere possumus. Et iux.tex.in c.mandamus. de offi.Archid.& in c.mãdatum, de rescri. Sic etiam licet idem sonent verba hæc, mandamus, præcipimus, iubemus, prout de mandato, & iussu habemus tex.in l.1.versi. Sed ego quæro.ff.quod iussu. De mãdato verò, & præcepto, habemus.Genes.26.in princ. [Et custodierit præcepta & mandata mea.] & in c.1.de offi.dele.vbi præmittitur præceptum, postea mandatum, pro eodem ponitur.& in c. eam te.ibi [Mandatum dedimus, & præceptum.] de rescrip. Hęc tamen inter se differunt, & plus est præcipere, seu iubere, quàm mandare.Hostien.in c.capitulum sanctæ crucis.de rescrip.& Bal.in Marga.in ver.Papa vtrum dicat in Bullis. Pro quibus, & aliquibus similibus verbis uideri poterunt, quæ scripsi in §.Ac tam.in ver.mãdato.in Glo.facul.pro ibi, & hic tradi. vide omnino Sarnen.in c.1.ver.in tex.ibi, iubere.nu. 6.cũ plurib. seq.de iud.lib.6.His verbis, committimus, & mandamus, vtuntur etiam Reges, prout in rescripto Regis Neapolitani posito in Dec.Neap.Affl. 294.quidam Baro, post nu.2.

Cũ potestate tã in curia

quàm extra eam citandi.) Licèt non poneretur facultas citandi, posset tamen iudex impetratus citare, iuxta tex.in c.præterea.de offic.deleg. facit tex. in l.2.ff.de iurisd.om.iud.ad hoc est pulchrum cõsil. Federici de Sen. 163.super reuocatione, vbi etiam quòd causa simpliciter commissa, delegatus auxilium brachij singularis inuocare potest.

Et inhibendi.

Nisi dictum fuisset, ꝙ citare, & inhibere extra curiam posset, solùm in curia, non autem extra eam citare, & inhibere posset; rescripta enim stricti iuris sunt.c.eam te. iuxt. vnum intellectum, de rescr.c.P.& G.de offi.deleg. Inno.Io.An. & Compostell.in c.super litteris.de rescr.Rot.396 si committatur.numero 3.in nou. Roma. consilio 388.in casu, post numerum 4.versi.breuiter dicendum. Inhibitio iux. commissionem regulanda est, ac signaturam, nec vltra potest extendi, & quòd vltra fit, nullum est.D.meus Phil. Dec.consilio 13.viso puncto post numerum 6.Paris. consilio 39. nõ possunt.numero 9.libro 3.Si tamen illa uerba, in curia & extra; omitterentur, defendi posset, ꝙ etiam extra curiam auditor citare, & inhibere posset. ad Rot.1.de proc.aliàs 19.in nou. & clarius per Cass. dec.4.de resc.ea præsertim ratione, quia potestas committentis est vniformis sine restrictione locorum, & Papa committens est vniuersalis princeps habens iurisdictionem spiritualem generaliter per totum orbem.c.cuncta per mundum 9.q.3.Et hãc opinionem tenuisse etiam signa.testatur Sarnen.in 2.q.proh.reg.nu.8.

Aliaque faciendi &c.

Cui aliquid demandatur, omnia illa concessa videntur, quæ expeditioni, seu exequutioni rei commissæ conferunt, seu conueniunt. vulg.l. oratio. ff. de sponsa.l.ad rem mobilem, & l.ad legatum.ff. de procuc.l.illud.ff.de acqui.hære.Hinc dicimus, seruo hȩredi instituto libertatem datam censeri.l.pen. C.de necess.ser.hæred.insti.§.seruus.Insti.de hære. insti.Huc spectat, quod dixi supra, causa simpliciter commissa, delegatum citare, & contumaces punire posse.c.præterea, & c.significasti.de offi.deleg. Et pro illa regula, ꝙ concessa intelligantur omnia

sine

ſine quibus illud explicari non poteſt, quandocunque aliquid alicui conceditur probat tex. in l.2.ff. de iuriſd.omn.iudi.& in l.fi.in fi. ff.de offi. eius in l.3.§.fi.ff.de penu leg.in l.ueteris,& ibi glo.& Bar. ff.de iti.actuque priua.& in cap.præterea.de offic. leg.limitat hanc regulam quinque modis Iaſ. in alleg,l.2.& 3.ff.de iuriſ.om.iud.

Præmiſsis ac conſt. De non obſtãtiis tractat latè Fel.in c.nonnulli.in 2. fallen. de reſcri. In commiſſionibus à ſolo regente ſignatis,derogationes ſimiles,uel aliàs non multum firmas,& ualidas cenſeo,ad glo.fin.in cap.1.de offi.deleg.ad not. per Belleme.Dec.46.& 81.& ad alia, quæ adduxi ſupra dum de regente cancellariæ loquutus ſum. Nunc ad aliam commiſſionis formulam,quæ a Referendario. & Cardinali, uel alio ſignaturæ præfecto,ac eodem regente cancellariæ ſignanda erit,trãſeamus.

COMMISSIO II. CAVSAE BENEFICIARIÆ.

BEATISSIME Pater, Vigore mandati de prouidendo, et ſeu cuiuſdam ceſſionis, uel reſignationis,prouiſum fuit S.V.oratori Ioanni Antonio Teſtæ Archipresbytero Beneuẽtano de duobus ſimplicibus perpetuis beneficijs, ſeu Cappellanijs nuncupatis in parrochialibus eccleſiis ſancti Nicolai,et ſancti Martini reſpectiuè locorum etc. Beneuentan.Diœc.quæ quondam N. dum uiueret obtinebat, et in quibus ad præſens quidam. M. et Q.reſpectiuè introſi reperiuntur. Supplicat idem orator eidem S. V. quatenus dignetur cauſam, et cauſas, de, et ſuper ſimplicib. beneficijs prędictis, cappellaniis nuncupatis,ac quam, et quas dictus orator de,et ſuper præmiſsis,rebusq; aliis &c. habet &c. contra, & aduerſus prædictos. M. & Q. omnesque alios, intruſos &c. ſummariè, &c. alicui ex veſtri ſacri Palatii, &c. cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus,annexis,& connexis audiendas &c. committere, & mandare cum poteſtate prædictos M. & Q. omnesque alios, & ſingulos etiam in executione citationis præſentium vigore, ad partes decernen. nominan. ac quibus, & quotiens opus fuerit, quacunque etiam dignitate, etiam epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia quauis fulgentibus,etiam ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, & pecuniarijs eius arbitrio moderandis inhibendi, & in euentũ non paritionis pœnas,& cenſuras prædictas incurriſſe declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, interdicendi, auxiliumque brachij ſecularis implorandi,cæteraq; faciendi neceſſaria,vel opportuna,præmiſſ.&c. ac regulis cancellariæ, illa præſertim, qua caueri dicitur commiſſiones,& inde ſequuta literis non confectis nullius eſſe roboris, vel momenti, cui ſpecialiter derogare placeat.

BEATISSIME. Sic incipere ſolent reſcripta iuſtitiæ,aliquando incipiunt: Pater ſancte,præſertim quando ſunt reformationes,ſeu habent vnam, ſeu plures commiſſiones præinſertas. Tempore Adrian.VI. electi in ſummum Pontifi. abſentis à Rom.Cu.incipiebant commiſſiones,Reuerendiſſimi Domini, & ſic ſupplicabatur ſacro Collegio Cardinalium.Signatura erat,Placet ſacro Collegio,ſuo, & D. N. Papæ nomine, prout per Sarnen.ſuper compen. vt.ſigna.ante nu.21. ver.Sacrum Collegium. Conferunt quæ in ſimi. voluit Paui.de offi,& pote.c.ſe.vacan.in 6. prælud. nu. 6. ꝙ ad Collegium Cardinalium appellari debeat ſede vacante,& Papa vocari ſolet beatiſſimus, & ſanctus. Et iux.tex.in l.1.in fi. C. de ſacr.eccl. in cap. ſi Romanorum.§.conſonat.19.diſtinct.in c. fi. 21. diſtinct.in cap.1.23.diſtinct.cap.non nos.40. diſt. & in epiſtola, victor,in princip.C.de ſum.Trini.Et diuus Hyeron.Damaſum Papam beatiſſimum vocauit in primis, & ultimis uerbis epiſtolæ ad eundem,quam deſcriptam habes ante quattuor Euangeliſtas. Nonnulli conditionem ſuam humilius inſpicientes,negauerunt hominem capacẽ eſſe beatitudinis, quamdiu in hoc mundo viuit. Quidam uerò extollentes ſe auſi ſunt dicere, ſapientię compotes beatos eſſe poſſe mortales. Hæc refert diuus Augu.lib.9.de ciui. Dei.c. 14. M. Tullius 2.Tuſculan. inquit,Metrodorus quidam eum putat perfectè beatum cui corpus bene conſtitutum ſit. Papa ſenioris Romæ ſanctiſſimus appellatur in c.fi. 22. diſtinct. Cardi.in clem.1.de proba.Ad oſtendendã ſummi pontificis beatitudinem, & ſanctitatem,eccleſia plura inſtituit erga ipſum ſeruanda,quę Deo conueniunt,puta, quòd ipſe Papa adoretur,prout in eius creatione,& in pleriſque actibus,pręſertim publicis videmus, adoratio autem eſt ipſius Dei. Deutero.c.10. [Dominum Deum timebis,& ei ſoli ſerues] 2.Paralipo. 29. (Incuruato genu adoratur dominus) Matthæi.4. (Scriptum eſt enim,Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.) Et hoc quod exterius fit,&infra dicenda ſigna ſunt interioris reuerentiæ,exteriora quędam ad reuerẽtiam pertinentia exhibentur excellentibus creaturis,inter quæ maximum eſt adoratio, vt inquit Diuus Thomas 2.2.q.48.art.1.& ibidem ꝙ alia ratione adoramus Deum,quod pertinet ad latriam,alia veneratione creaturas excellens, quod pertinet ad Duliam. Quòd Papa adoretur, uel tanquam creatura excellens,uel etiam ut Dei in terris uices gerens,ratio ſuadet, ꝙ autem Imperator, eique inferior adorari ſe permittat ego non probo, & propterea leges, quæ ſuper hoc loquuntur, potius interpretandæ uidentur, ꝙ adoratio ſumatur pro ſalutatione,uel reuerentiæ, & obedientiæ præſtatione Imperatori,& quibuſdam alijs faciendis; ſuper quibus habemus tex.in l.reſtituendæ, ibi (noſtrum adoraturos purpuram) C.de aduoc. diuer. iudi. in l.1.ibi (Siue noſtræ ſerenitatis adoratur admittantur Imperium)C.de præpo.ſa.cubi.li. 12. in l.primicerium,ibi (Adoraturus æternitatem noſtram) C.de fabricen. lib.12. in l. 1. C. de appari, pręfect. urb.eod.lib.& in alijs. Illi principes ſeculares, qui

qui ambiunt ſibi flectu genua, ſibi pedes deoſculari, ſe adorari, videntur ſimiles Baal, cum quo Iſraelitæ fœdere percuſſo Dei ſui obliti ſunt. Iudic. cap. octauo, in fi. & cap. 9. & ſcribitur ad Roman. 11. Quæ non incuruauerunt genua ſua Baal. Genua ẽt omnes ſummo Pontifici flectunt, infirmitatem eorum deſignantes, ac proſternuntur omnes, quaſi oſtendentes, ſe nihil eſſe ex ſe ipſis, prout per Diuũ Thomam 2. 2. artic. 2. ad ſecundum: eique pedes deoſculamur, vt notiſſimum eſt. & aduertit gloſſ. in l. 1. in verſic. oſculandi, ibi (Sed Papam oſculamur in pede) C. de domeſti. & prote. lib. 12. Et qui appropinquant pedibus Domini, accipient de doctrina illius. Deuterono. 23. circa princip. Poſſumus dicere, quòd pedes Papæ oſculamnr, tanquã partem infirmam. Sic eccleſiam Romanam ſanctiſſimam nuncupatam, ſeu præfiguratam eſſe legimus in canticis canti. ca. 6. Viderunt eam filiæ Sion & beatiſſimam prædicauerunt. & eccleſiaſtici 24. (Tum præcipit, & dixit mihi creator, &c. (Et poſtea (quaſi cœdrus.) Cum iis, quæ ſequuntur. Non ſolũ autem ſummus Pontifex, ſed & quilibet epiſcopus beatiſſimus, & ſanctiſſimus vocari poteſt; vt in prohœm. ff. orum, verſus fi. ibi (Quam beatiſſimus eiuſdem ciuitatis epiſcopus.) In Authen. de ſanctiſſimis epiſcopis. & iux. tex. in c. retulerunt. vbi Papa epiſcopum ſanctiſſimum fratrem nuncupat. de cõſe. diſtin. 4. Idem videre eſt in epiſtola Gregorij in expoſitione Iob, quæ incipit, Reuer. atque ſanctiſſ. fratri. Epiſcopi ſe inuicem ſanctiſ. & beatiſs. appellabant, vt videre eſt apud diuos Auguſt. & Hyeronimum; ſanctum etiam epiſcopum vocat Hyeronimus contra Vigilantium, inquiens, ſanctum epiſcopum in cuius parrochia &c. Idem in epiſtolis Auguſtino ſcribens, Domino verè ſancto beatiſſimo Papæ Auguſtino: & Auguſtinus ad Paulinũ, Libros, inquit, beatiſſimi Papæ Aurelij epiſcopi &c. Imo etiam Imperator ſanctiſſimus vocatur à Scęuola Iurecon. in l. quæris. ibi, Quem ſanctiſſimus, & nobiliſſimus Imperator. ff. de nata. reſti. & a Paulo in l. Titia Seio. §. Lutius ibi. Quæro cum ſanctiſſimus Imperator. ff. de leg. 2. Hodie tamen aliter ſeruatur, ſoli enim Papæ honor iſte datur; quod etiam annuit Troil. Maluet. in tractat. de canoni. ſancto. quæſtione prima, numero decimoſexto. & clarius notauit Sarnen. olim Rotæ auditor in cap. primo, numero vigeſimoſecundo, verſiculo, hoc tamen hodie non licet. de conſtitu. libro ſexto. Ego tamen (ſaluo aliorum iudicio) non puto, ꝙ ſi quis ẽt hodie epiſcopũ dignum, & talem, qualem deſcribit Paul. ad Thimo. beatiſſimum uocaret, uel ſanctiſſimum, poſſet redargui, sũmus aũt Põtifex adeo ſanctiſsimus, beatiſsimus haberi debet, vt nephas ſit illi maledicere, ſeu ipſum blaſphemare, etiam ſi forſan indignus exiſtimetur. Dicit enim lex diuina. (Et principi populi tui non maledices.) Et beatus Paulus, ꝙ Ananiã vocauerat parietẽ dealbatũ, eũq; Deo percutiendum prædixerat, cognito poſtea ꝙ eſſet ſummus ſacerdos, excuſauit ſe dicens, ignoraſſe illum eſſe principem ſacerdotum. Et ꝙ detrahere ſummo Pontifici, multoque, magis illum offendere non liceat, etiam ſi illum quis peſſimum exiſtimet, probatur exemplo Saulis, quem Dauid poſtquam mortem ſibi conſciuerat, Chriſtum vocat, punitque eum, qui illius iuſſu eundem percuſſit, inquiens. Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum Domini.

Pater Sicut Deus pater omnium eſt, Deute. 32. circ. princip. (Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, & creauit te?) Et eccleſia dicitur communis mater. cap. penult. in fin. iunct. gloſſ. de conſecra. diſtinct. 1. ca. 2. verſus fin. de ſum. trin. pulchre per Cardin. in clem. 1. in 2. not. iunct. 2. oppo. numero 3. de ſumm. trini. & mater dilectionis, timoris, agnitionis, & ſãctæ ſpei. eccleſiaſtici 24. [Eccleſia item Romana aliarum eccleſiarum mater] cap. non decet. & c. ſeq. 12. diſt. c. rogamus. 25. quæſt. 1. ſic ipſe vices Dei gerens in terris pater omnium dicitur, & omnes præter epiſcopos dicuntur Papæ filij. cap. Lotharius Rex. cir. medium. 31. quæſt. 2. cap. quam graui. de crimi. fal. Pater clericorum & religioſorum appellatur in tex. in c. fi. vbi ad hoc not. Gemi. in 9. not. de pact. libro 6. Papa etiam vocatur pater patrum, gloſſ. in prohœm. clem. in ver. Papa, in fi. Io. Mona. in c. ſi eo tempore. de electio. libro 6. Bal. in capitu. 1. in prin. qui feud. dar. poſſ. Cur. Iun. conſil. 157. præſupponitur in facto. num. 11. (Legis pater, & communis pater appellatur etiam Imperator. §. dubitatum, vbi etiam glo. in verſic. patres. Auth. de ince. nup. & Authen. neque vi. quod ex do. ad fi. iun. glo. penult. & in Authen. vt hi qui oblig. ſe habe. ad fi. Patres vocabantur ſenatores. l. vni. in princ. iun. inſcriptio. & in fin. C. de cadu. tollen. Decuriones etiã patres ciuitatis dicuntur. l. in defenſoribus. in prin. C. de defen. ciui. l. 3. in fin. & ibi late pro præmiſſis Luc. de Pen. C. de his qui ſpon. publi. muner. libr. 10. & in l. 1. in ver. filios. C. de excu. artifi. optime per Arch. in c. fi. nu. 5. 22. q. 2. vbi quod pater dicitur naturali generatione perfecta, vel imperfecta, item oratione, item ſpeciali cultu, & beneficio, regeneratione, adoptione, doctrina, officio, auctoritate, ætate, exiſtimatione, & alijs modis. Patres vocantur etiam epiſcopi, & prælati. c. ſexta ſinodus, cum alijs ſeq. vbi enumerantur plures, qui in concilijs illis interfuerunt. 16. diſtinct. c. quis dubitat. 96. diſtin. & qui legatione dei funguntur. c. qualis. quæſt. 7. Patres etiam ſpirituales vocantur perſonæ eccleſiaſticæ tam regulares, quàm ſeculares, quæ exemplo, & doctrina cæteris præſtant. c. in decima. 17. q. 2. Pater etiam ſpiritualis dr̃ ſacramẽti collatione, ſicut baptiſmi, confirmationis, vel pœnitentiæ. c. de eo. &c. omnes. 30. q. 1. Patres temporis antiquitate, ſicut veteris, & noui teſtamenti patres appellantur. Luc. cap. 1. ad fi. (Ad faciendam miſericordiam cũ patribus noſtris) & paulo poſt (Iuſiurãdum, quod iurauit ad patrem noſtrum Abraam daturum ſe nobis.) c. cum in lege. verſic. quid ergo per thauros, & uerſi. quid ergo per altilia? 23. q. 4. Patres ẽt iudices dici poſſunt eccleſiaſtici. cap. 4. (In iudicando eſto populis miſericos, ſicut pater.) Et in Authen. vt iu. ſine quo. ſuffra. §. eos. verſicu. & ita præſidentes collationibus, & tanquam patres filijs, &cæt.

Man-

Mādati de prouidēdo.) de mandatis de prouidendo, tracto in signatura gratiæ sub rub. de mand. de prouiden.

Et seu cuiusdā cessionis, vel resignationis &c.) De his etiam tracto in signatura gratiæ sub titulo de resignationibus, altero de cessionibus. Quare autē vltra expressionem, quòd vigore mandati de prouidendo prouisus fuit de iis beneficijs, exprimit ēt quòd virtute cessionis, seu resignationis? cum sufficiat vnicus titulus dummodo sit legitimus, seu canonicus.

Respondeo, quia dubium erat, quis ex istis titulis melior seu validior esset, omnes expressit; & idem fuisset si dixisset vigore mandati de prouidēdo, seu aliàs, & quod idem beneficium ex eodem modo vocandi pluries impetrari possit, vel circa idem beneficium, seu multiplicatio titulorum in fauorem eiusdem personæ permittatur; probatur per tex. & docto. in cap. post electionem. de concessio. prebend. per Lap. alleg. ultim. colum. fin. versi. ad secundam qōnem per Rom. consi. 432. quoad primum, & per Fel. in c. in nostra. col. 2. in ver. titulus multiplicatur. de rescr.

Prouisum fuit. Ante prouisionē vigore dicti mandati orator non habuisset ius in re. Prouin. fol. 33. colum. 1. circ. medium. versicu. per mandatum de prouidendo non causatur ius in re. Sarnen. post Rot. Belle. 164. & 667. in 1. q. Regu. de non. tollen. iur. quæsi. nu. 34.

Deuoto. Deuota debet esse petitio, supplicatio, & oblatio. Exod. 25. [egressaque omnis multitudo filiorum Israel de cōspectu Moisis obtulerunt mente promptissima atque deuota.] & postea. [omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iusserat Dominus.] 2. Paralippomen. 29. [obtulit vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mēte deuota.] Deuotio sit erga Deum, Romanam ecclesiam, & circa fidem catholicam, iuxta tex. in c. 2. in princip. iunct. gloss. in ver. deuotione. & ibi tradi. per Archid. Ioan. And. & alios. de supplen. negl. præla. lib. 6. Deuotio nil aliud est, q̃ voluntas quędam prompte tradendi se ad ea, quę pertinent ad Dei famulatum. Et consecratus Dei nomini, ac deuotus Deo idem sonant. Diuus Augu. de Ciui. Dei. lib. 10. dum de vero, perfectoque sacrificio tractat. c. 6. Diuus Thomas secunda, secundæ, quæst. 82. art. 1. Deuoti apud antiquos, qui seipsos deuouebant idolis in mortem pro sui exercitus salute; sicut de duobus Decijs Titus Liuius narrat vt etiam per diuum Thomam vbi supra. Non solū Papa, sed etiam Imperator deuotos solet vocare subditos, prout in l. omnes omnino. ibi, a prouinciali bus deuotissimis. C. de anno. & tribu. lib. x. Rex autem vocat fideles præsertim propter fidelitatis iuramentum sibi præstitum. l. deuotum. iun. ibi. not. per Luc. de Pen. in versicu. deuotum. C. de metat. lib. 12. & quod deuoti dicantur tam subditi Imperatoris, quàm regis, facit tex. in l. allegatis, iun. ijs, quę not. ibi Bal. C. de vectiga. vbi quòd de stilo Reges scribūt deuotis nostris, idest obedientiarijs nostris, & in titu. de pace constan. in princ. inn. gloss. in versic. deuotionis. Verum fidelis a deuoto parū, vel nihil distat. Matthæ. de Affli. rub. qui. ex can. feu. amittit. num. 197. & seq. versi. vel dic melius & quod subditi deuoti esse debeant, probatur per tex. in cap. 1. & ibi per Bald. in versi. deuotis. de pa. constan. Hinc ego Beneuenti gubernator deridebā quasdam literas proregum prouinciarum citra, & vltra nonnunquam scriptas, in quarum inscriptione adducebatur, deuoto regio, dicebā, licet nomē & cognomen meum designarent, ac officium, non esse mihi directas, quippe qui non deuotus, aut subditus alicuius regis erā, sed Romanus, ac soli Deo, & Romano Pontifici subditus essem. contra vero cum eisdem rescriberem, nonnunquam dicebam deuoto apostolico, quod maiori, & veriori ratione dicere poteram, cum omnis creatura sedi apostolicæ subdita sit. Imperator etiam debet esse deuotus, & fidelis Romanæ ecclesiæ. Fel. in c. constitutus. post numerum 9. de rescrip. Guelphi, & Gibellini an se deuotos nuncupare potuerint, olim sat dubitari poterat; & videbatur dicendum, ꝙ Guelphi se tales asserere, & nominare possent, Gibellini verò secus, ut elicitur ex iis quæ uoluerunt Oldrā. consi. 62. & cir. nu. 5. & seq. & Anchar. consi. 271. de titulis. post numerum secundum, & ante dictū, numerum, & olim fiebant statuta circa Guelphos, & Gibellinos prout uidere est in alleg. Lapi. 40. An constitutio, super qua allega. plura de his tracto. Hodie tam Guelphi, quàm Gibellini se deuotos appellare possunt: cessauit enim illa pestifera distinctio, uel potius potentia harum sectarum, quę non solum per Italiam, sed & per alias regiones serpebat, & publicam pacem præcipuè deturbabat. An autem Iudæi deuotos se uocare possint, Anch. pręalleg. consi. 271. col. 3. versi. quærò si dicamus, concludit pro affirmatiua, si nobiscum conuersentur, & viuant; & quia ecclesia eos cum suis ritibus tolerat. & Ancha. sequitur licet illud con. corruptè citet Ioan. Lecirier de primoge. lib. 1. quæst. 17. in fi. An Barba. consilio. 63. licet. colum. 2. versicul. accedat ad hoc elegans con. uolum. 4. & Rolan. a Valle consil. 35. uisa, numero 40. & sequen. lib. 1. Hoc tamē non caret difficultate, & contrarium uidetur uerius cum ultra infinita, quæ hic adducere possem, hoc unum sat sit, quòd Iudæus est ita perditus, ut diabolus nuncupari possit, Archidiaco. in capitu. usque nu. 2. 23. distin. & dictus Ioan. Leicirier, q. 18. ad fi. dicti lib. 1. de primoge. Deuotæ gentes olim nuncupabantur quæ pop. Ro. parebant d. l. allegatis. iun. glo. in uer. deuotarum. C. de uect. & commiss. Deuotus olim in malam partem sumebatur pro execrabili, & detestando. Horat. Epodon Ode. 16. Impia per domus deuoti sanguinis ætas. Idem Horat. Ode 4. lib. 3. Deuota non extraxit arbor. hodie in bonam accipitur. Alciat. super rubr. ff. de uerb. & re. sign. Deuotos aliter acceptos habes apud Cæsarem. lib. 3. Belli Gallici. Adcantuanus, inquit, qui summam imperij tenebat cum sexcentis deuotis, quos illi oldurios appellāt, quorū hæc ē conditio,

ditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur quorum ſe amicitiæ dediderunt, ſi quid ijs per vim accidat, aut eundem caſum vni ferant, aut ſibi mortem conſciſcunt, ſic & iudices, a quib. ad ſedem Apoſtolicam appellatur, appellationibus deuotè deferre debere iure cautum eſt, prout in c. venientis, poſt princ. de iureiur.

Oratori. Orator dicitur dum ſupplex rogat, ſic ſupplex rogat Abigail. prout 1. Reg. 25. Cum autem vidiſſet Abigal Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſina, & procidit corã Dauid ſuper faciẽ ſuã, & adorauit ſuper terrã, & cecidit ad pedes eius, & dixit. In me ſit Domine mi hæc iniquitas, loquatur obſecro ancilla in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ, ne ponat omnino Dominus meus Rex cor ſuum ſuper virũ iſtum iniquum Habal. & c. 2. Paralipo. 6. Quicunque orauerit in loco iſto exaudi de habitaculo tuo. Exorator dicitur cum impetrauerit, Teren. in Hecyra. Orator ad vos venio habitu ſcenico, ſinite, exorator vt ſiem. Idem Terent. Oro, vixque exoro. orare præter aliàs ſignificationes expouimus ꝓ depræcari. Cæſar lib. 8. Belli Galli. legati ad eum principes Hæduorum veniunt oratum, vt maximè neceſſario tẽpore ciuitati ſubueniat. Luc. de Pen. ſuper rubr. C. de legatio. lib. 10. poſt priuc. Maiorẽ humilitatem oſtendit verbum orare, quàm petere, prout apud Cæſarem lib. 6. Belli Galli parum poſt princ. Petunt atque orant vt ſibi parcant. Idem Cæſar, vel potius A. Hircius ad fi. lib. 4. Belli Ciui. vel uerius Alexandrini, ſub is verbis, ſed etiam reorũ habitu ſupplex ad Cæſarem uenit oratum, ut ſibi ignoſceret. orare, quòd inferioris ſit probatur ex præmiſſis, & ex uerbis Terentijs Nam Simo cum apud ſeruum hoc uerbo uti uellet, inquit, ſi æquũ orare Daui.

Iohannis Antonio Teſtæ.] Nomen, & cognomen impetrantis reſcriptum, ſeu cauſam committi petentis, & illius contra quem committitur exprimi debent, prout etiam in libelli oblatione. c. quærelam. de electio. glo. in uerſi. libellũ. poſt prin. c. 1. de libel. obla. Hoſtien. in ſumma, eo. tit. ante numerum ſextum, uerſiculo. Ideoque apponendus eſt in libello quis petat &c. & poſtea ſubdit, conſuetudo tamen hoc exigit ſolum, ut libello apponatur quis pertit, & a quo, & quid, & quare petat. Et ſi erraretur in expreſſione nominis illius, contra quem reſcriptum impetratur, non per hoc illud uitiaretur. Rot. 103. error nominis. in no. & Bellame. 643. Argumento tex. in l. ſi quis infundi, & ibi gl. 1. ff. de leg. l. ſequitur Fel. in c. ſignificãte. col. 1. de reſc. & Staph. ſuper ſign. fo. 184. ad fi. uer. ſimiliter ſi ſit.

Perpetuis. Beneficia ſecularia de ſui natura perpetua ſunt. c. ſatis peruerſum. 50. diſtin. cap. ueniens, & ibi not. de fil. præsby. c. ex parte. de cler. ægro. Rot. 264. nota quòd ubi religioſus, in anti. capellæ autem ſeu cappellaniæ plures ſunt, quæ manuales, & ad nutum amouibiles exiſtunt, & propterea hæc expreſſio cõueniens eſt.

Cappellaniȩ. De cappellis, cappellanis, & altarib. ttacto in 17. q. Reg. de Anna.

Reſpectiuè.) Ideſt uno beneficio cappellania nuncupato, in parrochiali S. Nicolai, altero ſic etiam nuncupato in parrochiali S. Martini, & ſic ſingula ſingulis referenda ſunt iuxta intentionem loquentis, ad glo. nota. in l. qui in futurum. in uerſi. poterimus. ff. de pact. glo. 3. in l. ult. C. de fideicom. glo. in l. generaliter. in uer. diffinitiua. C. de reb. credi. glo. in uer. uel alia. in §. penul. Inſti. de iur. natur. gent. & per Maria Sozzi. conſilio 125. uiſis. numero 14. & ſequen. lib. 1. Reſpectiuè anthiteton, abſolutè. Ariſtot. in prædicamen. de quanto. Nil enim ipſum per ſe ipſum, ideſt abſolute &c.

Beneuentanæ. Beneuentum, ꝙ prius Maleuentum uocatum fuit, ut per Liuium lib. 9. referentem interfectos, & comprehenſos 30000. a Sulpitio, & Petilio conſulibus prope Maleuentum. Meminit etiam lib. 10. Maleuentum a Græcis primis habitatoribus nuncupatum fuit, ut Feſtus ait, propteruentum terribilem, & infeſtiſſimum, ut etiam dixit Procopius, & ego ſæpius expertus ſum dum ibi gubernatione fungebar. Beneuentum poſtea nuncupatum fuit, dum noui coloni ad ibi habitandum conducti fuere. ut per T. Liuium lib. 14. & per Pli. libro 3. cap. 10. fuit poſtea urbs illa facta colonia Romanorum, ut per Liuium dicto lib. 14. & per Plin. lib. 25. & 27. ubi recenſet Beneuentanos inter illas 17. colonias, quæ auxilium Romanis præſtiterunt cõtra Hãnibalem militibus, & pecunijs. Beneuentum celeberrima, & antiqua ciuitas eſt apud Sãnitos à Diomede (ut aiunt) condita, ut per Solinũ, & Seruium ſuper carmine Virgilij lib. 8. Venulus Diomedis ad urbem, quod etiam oſtendunt hodie arma, ſeu inſignia ipſius ciuitatis. Lycrophon ſic ſcribit Dyomedes à Troia rediens ab Ægilia uxore non receptus in Apuliam, ſeu in loca contra Apuliam uenit, ubi Arpos, & Beneuentum condidit. Hanc ciuitatem à Totila dirutam Longobardi (qui totam Italiam occuparunt) inſtaurarunt. ut per Blõdum Hiſtoriarum lib. 6. illudque in Ducatum erectum fuit, ubi & alijs in locis Italiæ dicti Lõgobardi habitarunt annis ducentum, ut affirmant Pau. Diaconus, Blondus, & Sabellicus in ſuis Hiſtorijs. Debellatis Longobardis a Carolo Magno ſaraceni deinde Italiam deuaſtantes Beneuẽtum ſolo ęquarunt: ſaracenis ab Italia expulſis, redeunt ciues Beneuentani iam per diuerſas regiones errantes, eorũ ciuitatem inſtaurare incipiunt. Otto II. eandem aggreſſus obtinet, ſecumque oſſa diui Bartholomęi aſportaſſe fertur: ab eodemque Ottone II. Imperatore combuſtum fuit Beneuentum, ut per Blondũ Hiſtoriarum lib. 23. Guilielmus Normanus Siciliæ poſtea Rex nominatus hanc ciuitatem a ſe inſtauratam Adriano IIII. donauit, ut per Platinam in eiuſdem Adriani uita, & Blondum Hiſtoriarũ. lib. 15. quam poſtea Federicus II. diruit, ut ſcripſerunt Blond. Hiſtoriarum libro 27. & Platina in uita Gregorij IX. A quo deinde reſtitutum fuerit

Bene-

Beneuentum mihi non constat. Habet territorium fertile, & amęnissimum. Homines plures,& religiosi,& sapientes,ac in armis præclari ex hac ciuitate exiere,inter quos Greg. VIII. vitæ intergerrimę ac doctrinę sublimis; ibi ortus fuit.de quo Platina in eius uita,ac Blondus.libro decimosexto. historiarum. quem uirtutibus omnibus ornatum affirmant.Ex nostris peritissimi Rofredus, cuius hodie sepulchrum extat, & Odofredus Beneuentani fuere. De Beneuento loquitur tex. in l. hæredes mei, quæ est 57. in princ. ibi Patriæ meæ coloniæ Beneuentanorum. ff. ad trebel. Et de Beneuento lobuitur Horat.lib.1.Saty.5.ar Barthol.Brixien.in positione casus in princ.& Archid.etiam in princi. in cap.suppliciter 23. quæstione. 8.dum exponunt verbum Suanenses,de quo in tex.idest Beneuentani.ego in tex.puto legendum Samnites,vel impoliti ori sermone Samnitenses. Beneuentum à Plinio positum est in secunda regione inter Hyrpinos:à Strabone vero,& Ptolomeo in Samnio collocatur. In compendio Historiarum Regni Neapolis libro secundo.scribitur Carolum Magnũ ab Alexandro primo, in Italiam vocatum anno 776. capto Desiderio vltimo Longobardorum rege,ducatum Beneuentanum a se recuperatum cum ducatu Spoletano, & aliis locis summo Pontifici, & sedi Apostolicæ donasse.His,qui post me Beneuentanis præerunt,annuo, vt seruent sententiam Philosophi Politicorum libro secundo, capit.7.quam Beneuentanis maximè cõuenire sciant, inquit ille, Nam si remisse erga illos te geras,superbuerint illi quidem, ac se pares dominantibus existimant, sin asperè tractentur insidiantur &cæt. Temperamentum nisi ad hæc inueniant, & inuento vtantur Beneuentano gubernationi præficiendi sciant se perditissimos.

Diœcesis, Quid veniat diœcesis appellatione,& qui dicantur diœcesani latè discutio in 42.quæstione 16.Regu. cancellar. iuxta secundam æditionem.dum iuxta 10.p.illius Reg.præferentem in assecutione beneciorũ diœcesanum non diœcesano,quæro qui veniant appellatione diœcesanorum.

Quondam Hęc dictio ponitur ad ostendendum, aliquẽ obiisse,cap. cum contra. & ibi Ioan. And. de Pign.& ad alia quæ adduco in §.sanè.in ver.quondã in gl.facul.

M. & Q. Sufficit primam litteram nominis proprij reorum,contra quos rescriptum impetratur, exprimere. ad tex.in c.cum M.Ferrar. & ibi per omnes. de constitut.videatur Rebuff.super concord. in for. mandat.apostol.in versicu. episcopo, & per me in 58.q.regul. de Anna.

Supplicat: Idest supplex petit,& flexis genibus pręcatur.Deuteron.9.ad fin. [Et iacui coram Domino quadraginta diebus, & noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar,ne deleret nos &c.] Sophoniæ. ca.fi. [Vltra flumina Etiopię, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferrent manus mihi.] Ad Ephes.cap.3.Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum &c.Impetrare volens rescriptum a Papa humiliter supplicace debet prout habes in cap.penul. versi. Vnde humiliter supplicarunt,vt feudum prædictum.& cap. de reb.eccle.nõ alien. Supplicatur etiam Imperatori. Authen. de restitu.& ea quæ par. ver. Rursus autem alter supplex apparuit.l,vnius.ff.de appel. recipi.ibi principi erit supplicandum. Vbi notandum etiam est ꝙ dum ibidem subijcitur ꝙ si alius à Principe appellabit,non dr̃ ꝙ illi supplicãdũ,sit,sed solũ ꝙ ille sit adeũdus.Et licet subdat,quòd princeps sit adeũdus,supple quòd illi supplicetur.Item supplicatur regi,prout videre est in rescripto regis Neapo.Roberti,quod inuenies in Dec. Neapol. Afflict.264. quidam Baro. vbi ante numerum secundum dicit.Propter quod Logoteta præfatus nobilis,vel nobis supplicauit humiliter. Supplicatur magistraui, Duci exercitus,& priuatis, vt ex infra adducendis apparebit. Cic. 3. Tusc.inquit [Cum se Alcibiades afflictaret lacrimansque, Socrati supplex esset, vt sibi &c.] Idem Cicero in Oration. antequã iret in exilium (si tamen Ciceronis est) structura enim orationis,& verba aliud suadent, [Quorum potestas ait,proximè ad Deorum immortalium numen accedit,oro,atque obsecro, quibus sigillatim sæpè supplex iacui,vt eum, quem singuli stratum,atq; abiectum subleuastis, nunc vniuersi conseruatum velitis &c.] & in Com.Cæsar.li.4. belli ciui.vel potius.libro belli Alexandrini,addito per A.Hircium versus fi.sed etiam eorum habitu supplex ad Cæsarem venit oratum: supplicantes genuflectuntur,& minores redduntur a genu,ad pedem. Hoc volunt illa verba Horatij episto. ad Iccium.libro primo. Ius,imperiumque phraates Cæsaris accepit genib. minor. supplicare est præces reuerenter porrigere. l.fi.& ibi docto.C.de preci.impe.offe.& illa verba, supplicat humiliter, habemus in capit.dilectus, de offic.ordin.videantur quæ scrisi in 8. q.regu.de Impe. ben. viuen. nume. 2. & sequen.In supplices gratia,& misericordia vtendum est, vti apud Cæsarem libro 2.belli Galli.[Quos Cæsar,vt in miseros,ac supplices vsus misericordia videret &c.] Et humilibus conceditur gratia, nõ superbis Ecclesiastici. c.3. [Quanto magnus exhumilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.] & ca.x. [Sedes ducum superborum destruxit Deus,& sedere fecit mites pro eis:radices gentium superbarum arefecit Deus,& plantauit humiles ex ipsis gẽtibus] c. quanto.in fi.ibi Tuum humiliter confitere peccatum.de iur.iu.22.q.2.humilitatis.Humilitas media est inter præsumptionem, & pusillanimitatem. Vnde contemni etiam debebunt qui se despiciunt,deiiciunt,vel spernunt vltra quàm debeant: prout illi qui neque quærũt honores viis honestis neque quærũt opera honore digna. quod est vtilitatis, inertiæ, ac miseriæ, prout per Ægid.de Regi.princi.lib.1.par. 2. capit.26. dum de humilitate tractat.

S.V.

S.V Abbreuiatè hæ duæ dictiones ſcribi cō ſueuere. Sed non eſt ſtilus ita firmus, & fixus, quin extensè ſcribi poſſint hoc modo. Videlicet, Sanctitati ueſtræ. Et licet Rebuff. praxis Romanæ inſcius, ex alicuius forſan parum Romæ ēt verſati, ſeu alicuius indocti relatione in ſua forma ſigna. in ver. S.V. pro re valde notabili animaduerterit in ſupplicatione gratioſa illa verba debere ſcribi abbreuiatè, non autem extenſe ad euitandum falſum, alioqui ſuſpecta redderetur; ſciant inuiores (quos ſemper alloquor) ꝙ Rebuff. in hoc, prout in pleriſque alijs valde decipitur, & loquitur ſine ratione, & abſque praxi: vel praxis cognitione, & de ipſo, qui doctè ſcripſit ſuper concordatis, ſuper nominationibus, & ſuper alijs, dici poſſet illud, quod de quodam ſe philoſophum primarium profitente dictum fuit. Si tacuiſſes, philoſophus fuiſſes. Concludo pragmaticos, ſeu ſcriptores ſolere præfatas dictiones (prout pleraſque alias) truncatè ſcribere, verum ſi aliter ſcriptæ reperiantur, nec ius, nec ſtilus aliquis reſiſtit, nec contra ſtilum Romanum eas deſcriptas eſſe, quis concedere poſſet, & ſic non redditur ſuſpectum reſcriptum gratiæ, multo minus reſcriptum iuſtitiæ. Et iſta uerba communiter extense impreſſa uidemus in Auten. vt etiam eccle. Roma. verſic. (Habeat itaque veſtra ſanctitas hanc legem) & ad fi. ibi (Sanctitas itaque veſtra.) Item in epiſto. Victor. in princ. ibi (Reddentes honorem apoſtolicæ ſedi, & ueſtræ ſanctitati.) Et poſtea in alijs locis. C. de ſum. trini. nec text. in cap. quàm graui. de crim. fal. per Rebuff. adductus, facit ad rem, quia circa literas, & de illo ſtilo, qui inconcuſsè ſeruatur; imo plus dico, ꝙ multi decipiuntur dum generaliter, & indiſtinctè, ac in qualibet re dicunt, ita ſeruat Curia Romana: quaſi quilibet obmuteſcere debeat ad ſimplicem allegationem obſeruantiæ Rom. Cur. non conſiderantes quot, & quæ requirentur ad inducendum conſuetudinem, obſeruantiam, ſeu ſtilum. Et dum loquimur de ſtilo Romano, hoc temperamento vti debemus, vt intelligamus de ſtilo antiquo, & uſitato, ac firmo, & fixo; prout ſupponit Albe. in dictio. in verſi. ſtilus. pro quo etiam adduci poteſt tex. in l. fi. ad fi. ibi (Si enim pactis conuentis hoc fieri conceditur; & in vſu quotidiano hæc ſemper verſari aſpicimus) C. de fideiuſſor. Et dixit Albe. in dictio. in verb. Curia, & Felin. in cap. Rodulph. poſt num. 22. verſiculo, vbi autem didici. de reſcr. quòd non debemus dicere, ita ſeruat Cur. Roma. niſi illa obſeruantia ſit firmata conſtitutione apoſtolica: quod tamen ego nimis rigidum, & aſperum puto, ſicut nimis leuè, & vanum indiſtinctè dicere, ſic ſeruat Rom. Cur. non enim puto neceſſariam eſſe conſtitutionem ad inducendum ſtilum. Et ſi conſtitutionem haberemus, ad quid ſtili allegatio ſuper his ſuperquib. à iure diſponitur, requireretur? Et dicit in c. ex literis. colum. 3. de conſtitut. verſic. ex quo infero, quòd in interpretatione ſtatuti eccleſiaſtici recurrendum eſt primò ad ius canonicum, ſecūdò ad ſtilum Curiæ. Videantur not. per Nicol. Boe. in additio. ad tractat. de parlamentis. Ioan. Monta. p. 2. numero octauo, vbi plura de ſtilo curiæ. Quantum verò attinet ad id, quod dicebam, illa verba etiam extensè deſcribi poſſe. Aduertendum eſt, ꝙ non reperitur in iure prohibitum, orationes, clauſulas, & verba extensè deſcribi: ſed contra habemus per ſigna, notas & caracteres non debere notari, & ſcribi. §. illud autem. iun. gloſſ. in ver. ſigna. in 1. conſtitu. ff. l. ſi cum patrono. §. fi. & ibi glo. pen. in verſi. notis. ff. de bono. poſſeſ. & ad alia, quæ adduco in j. quæſtione. 15. Regul. de Dictio. numera. ſit igitur firma concluſio aliqua poſſe ſcribi per ſigna, notas ſeu carecteres, ergo & extensè, ſed non contra. Hic modus loquendi S. V. conuenit ſummo Pontifici, qui ſanctiſſimus dicitur.

Cauſam, & cauſas.)

Reſcriptum impetratur ſuper duobus beneficijs, rurſus contra plures: ergo plures ſunt cauſę, & propterea bene dictum fuit cauſam, & cauſas: ſicut dicimus tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt res. l. ſcire debemus. & l. quod dicitur. ff. de verb. obligat. ſic & tot legata, quot res in legato exprimuntur, l. 2. ff. de lega. 2. & tot præſcriptiones, quot res. cap. auditis. circ. fi. de præſcrip. & c. 2. ad fi. de cappell. monach. Quando autem tot dicantur decreta, quot res videatur. Dec. Neap. Afflict. 218. num. 3. & ſeq. Ad omnem tamen dubitationem tollendam, non ſolum quando reſcriptum obtinetur contra plures, & ſuper diuerſis, ſed & ſi contra vnum, & ſuper vna re, ſolent exprimi eodem modo illa verba, cauſam, & cauſas.

De & ſuper ſimplicib.

Per hæc, & ſimilia verba cenſetur commiſſa cauſa tam ſuper petitorio, quàm poſſeſſorio, etiam ſi nō diceretur ſuper beneficijs, ſed ſuper ſpolio beneficiorum, vel caſtri. c. 1. cir. medium. de ſeque. poſſ. & ibidem Abb. in 4. not. numero ſexto, ac num. 15. & ſeq. verum aduerte, quod in exemplo Abb. num. 19. licet non ſolum ſit expreſſa occupatio, & detentatio, & ſic poſſeſſoriū tantū, ponuntur tamen verba hæc uidelicet. Quam rem Seius dicit ad ſe pertinere, & Abb. facit tria membra, ut ibi. Ad idem Rot. 366. ſi committatur, in no. Calder. conſilio 5. ſub titu. de præbend. Fel. ſuper rub. de reſcri. col. 3. verſi. Cæterum quando ſit. Caſſa. Dec. 6. numero 5. eod. titul. & dicit Dec. Neap. Afflict. 239. poſt numerum quartum. Quòd ſi princeps cōmittat cauſam ſub verbo, de iuſtitia, inſinuat petitorium, & poſſeſſoriū. Idē voluit nouiſſimè Aug. Bero. in c. ſignificaſti. numero ſecundo, de offi. dele. Introducta verò cauſa huiuſmodi ſuper petitorio, & poſſeſſorio, poterit actor quandocunque petitorium ſuſpendere, proteſtādo, ꝙ in ſolo poſſeſſorio procedatur, & ꝙ per quemcunque actum in futurum faciendū non intendat ab huiuſmodi ſuſpenſione recedere. Quod intelligo etiam in iudicio adipiſcendæ. c. paſtoralis. vbi Imol. num. 6. de reſti. ſpol. Gozza. conſil. 100. num. 22.

Amplio vt ēt ſuſpenſio petitorij fieri poſſit probationibus factis, prout habetur in Dec. Put. 341. incipien. in vna Bononien. Caſtri Liani. libro 2. ubi tamen ad fi. illius Dec. ſuper quibuſdam non figit

pedes

pedes.subdens ex mente Ripę in §. nihil cōmune. etiam tacitum consensum sufficere pro suspensione.

Quo etiam petitorio, non suspenso, imò petitorio, & possessorio ab actore cumulato, poterit iudex super possessorio tantum pronunciare. Bartho. in l.naturaliter.§.nihil commune.in 4. quæstione, numero 36.quem ibi tam antiqui, quam recentiores sequuntur.ff.de acqui. possess. Idem voluerunt Innocen.in cap.suborta. Anton.de Butr. num.4.& 11.Imol.numero secundo. Abb. numero septimo, ac Fel.in princip.de re iud.Rot.Bellame. 507.cap. Dec.86.numero sexto. Quod procedit de vtroque iure, licet Barthol. vbi supra restrinxerit ad ius ciuile vt voluerunt in eo §.nihil commune.Imol. numero decimo, versiculo. Idem adde.circa penul. quæstionem. Ludoui.Roman. numero 25. Aretin. post numerum 26.versicu. Quia tamen.Ias.nume. 180.Rip.numero 101.Bologn. numero 118.versi. cuius dictis.Rube.numero 114.Claud. nume. 71. Ruin.num. 32.Paris, post num. 116.Sozzi.Iun.nume.380.Amplio etiam stante commissione de procedendo simul super petitorio, & possessorio. Aeg. d.Dec.506.sequitur Staph.super sign. §.cauendū. nu.5.& §.citatio.in fi.

Incidentibus.) Incidens quęstio dicitur, quæ tangit negocium principale, & inducitur ad excludendum intentionem actoris, & habet uim exceptionis peręptoriæ, ut est pacti denon petendo, & iusiurandi exceptio. Item contra matrimonium, quòd alter est consanguineus, cap.primo, & capitu.suam & vtrobique glo.& Docto.de ordi. cogni.l.1. vbi gloss.Bartol.& alij C.de ordin.iudicio, glo.1.in l.ꝙ iussit.& ibi Alex.de re iudic.numero 6.Ias. numero 35.& Rip.numero 13.vbi etiam, ꝙ incidens trahit originem ante litem motam, & respicit merita causæ.vt etiam per Bartol.post Azo.in l.1.nu.5. C.de ordi.iudicio.videatur etiam Bald.in alleg.l.j. colum.penult.versic.Incidens verò.Idem voluerūt Anton.de Butr.in præalle.c. 2. de ordi.cogni.& ibi Abb.numero 12.Rui.consilio 164.qui ex ijs.num. 9.in 3.respon.volum.5. Et quòd incidens quæstio respiciat merita causæ affirmarunt Cuma.in dicta. l.quod iussit.numero secundo, & ibi communiter Docto.& hanc communem dicit Maria. Sozzi. Iun.cons.136.iustissimi.num.2.lib.2.Incidens etiā vocatur articulus subreptionis, quando non obstante quacunque subreptione etiam dolosa, iudex delegatus dicitur esse competens ad articulum subreptionis oppositæ, & sic quis est iudex super incidēti, & non super negocio principali.iuxta tex.in l.2. C.si con.ius uel vti.publi.in cap.cæterum, in c.pastoralis, & in c.super literis, versi. Nisi forsan, vbi ēt Abb.in 3.not.& alij.de rescrip. Notādum est, quo oēs causæ in Rom.Cur.committi solent cum hanc clausula, cum incidentib. dependentib. & annexis. prout ēt per Rot.163. Auditor.in no.& Bella.519. si in causa.Fel.in c.ex p.2, post nu.10.ver. Etiam, de rescrip.& per Albe. Brun. de Augmento, in 1.conclu.prin.post nu. 5.ver. Quędam se habent ut incidentia. De iure iudex causæ principalis debet esse iudex incidentium, emergentium, & annexorum. quoties. C.de iudi.& iudex causæ præparatę, debet esse iudex causæ præparantis, l. ordinarij. C. de rei uendi.Rip.super rub.de iudic.& respon. 100.aliàs 2.eo.titu.de Iud.& fo.comp. In causa legitimitatis, vel successionis; incidenter deducitur matrimoniū & sic non primò, seu principaliter, sed per modum causæ.super matrimonio igitur sic incidenter deducto, vel alio incidenti quævis probatio, etiam leuis, & præsumptà, vel coniecturata sufficit, ita Gemin.consi.21.nu.8.& seq.per tex.in c.causam, qui fil.sint legi.sequitur Paris. plenè id probans consi. 57.nu.41.cum aliis seq.vol.4.sic & dominium quādo non principaliter in iudicium deducitur, sed incidenter, non requirit directam, & concludentem probationem, sed potest sola possessione probari. glo.Bar.Bal. Ang. Castren. & communiter alij in l.quidam in suo.ff.de condi.institu.Corn. consilio 219.num.6.volum.4. Alex.consi.103.num.11. vol. 7.Paris.dicto consilio 57.nu.44. vol.4. Boe. Deci. 40.nu.8.Et hanc communem affirmat Sozz.Iuu.in l.generaliter.§.nihil cōmune.nu.32.ff.de acq.poss.

Dependentibus.) Dependens qō dicitur, quæ negocium principale quoqūo tangit, & ab eo originem trahit, sicut quæstio dotis, quæ à matrimonio pendere dicitur.l.3.ff.de iu.dot.clem. dispendiosam.cum ibi nota.de iudi. & præparatorium dicitur esse dependens ipsius pręparati. Alex. consi.197.ad fi.li.2. Alia etiā dn̄r dependentia, de quibus per glo.& Cardi.in dicta cle.dispendiosam. Et vt causa, seu quæstio dicatur dependens, necesse est, ꝙ de ea tractaretur pēdēte negatio principali, & incidēter ad illud, si uero tractet principaliter, nō diceret depēdēs ſm Bal. Ang.Pau. Castr.& Alex.in .l1.ff.solu.matri.& d.cons.Rui. 164. nu. 10. vol.5. De dependentib.vide ēt Ang. Aret.in praxi cri. in ver.emergentib.& coringentibus. Aeg. Boss.etiā in praxi ctimi.titu.de fo.compe.nu.117. & seq.quæ dicatur ecclesia dependens, seu ab alia ecclesia dependere, vide tex.iun.glo.in c.cum te.in ver.pendeant, & ibi per Abb.nu.11.& seq.de æta. & quali.& pulchrè per Fran. Aret.consi.63.in præsenti.num.2.& ante & post.& illud consi. Aret.cōprobauit Rot.4. Maij 1538.decidens beneficium manuale non venire appellatione dependentis in rescripto, prout Dec.Achil.1.de Benefi.quæ incipit Beneficium manuale. Gladium dependentem, & lora dependentia habes 2.Reg.20. Porro Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente, vsque ad illa in vagina lora ex ore dependentia.3.Reg.7.Et subterleones, & boues quasi lora ex ore dependentia. Dependentia operatur, ut licet procurator Cæsaris, seu camera non sit iudex inter priuatos, sed duntaxat inter fiscum.& priuatum.l.2.C.si aduer.fiscum, & l.1.C. de iurisd.omn.iud.nisi partes prorogent, vt ibi, tameo quando causa habuit dependentiam à fisco, & Camera, etiam procurator Cæsaris est iudex, vt dicunt Barthol. in l. cum rerum.iuxta primam lecturam. C.de senten.& iterloc. omn.iudi. Paul.Castren.in l.fin.C.si aduer.fiscum.Sozzi. consil.244. col.2.

REVERENDISSIMO
D. BARTHOLOMAEO FARRATINO
CANCELLARIAE APOSTOLICAE REGENTI,
ac ſignaturæ Iuſtitiæ Vice Præfecto.

Quintilianus Mandoſius.

SVPPLICIBVS libellis, quibus in dies innumeræ lites iudicandæ committuntur, Præſul digniſſime, normam, & ipſum penè ſpiritum iure tui nobiliſſimi officij præſtas, illos amplians, coarctans, reformans, mentem Summi Pontificis ſuper ijs declarans, iudicibus veram, ac rectam procedendi viam digito monſtrans. Ego, qui plures, & frequentiores dictorum ſupplicum libellorum formulas, omni ex parte diſcuſſas (quod hactenus a nemine factum eſt) in hoc meo libello deſcriptas, ac gloſſis, & interpretationibus oportunis munitas, pro omnium commodo, ac vtilitate, in publicum exire debere ſtatui, cui magis hæc mea ſcripta, quàm tibi iam diu patrono meo dicare debui? Quòd ni illa tuo ſano iudicio, ac cenſuræ ſubijcerem, profitererque, ſi illa a te comprobentur tutò in manus omnium prodire poſſe, fateri profectò cogerer, me in Phormionis Peripatetici errorem incidiſſe, qui cum apud Annibalem, qui multos annos de Imperio cum Populo Romano omnium gentium victore ſtrenuè certauerat, de officio Imperatoris copioſiſſimè diſſeruiſſet, non iniuria reprehendi meruit. Tuum erit, & mihi, & libello meo, pro tua ſingulari humanitate fauere.

INDEX COMMISSIONVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

col.2.Ægid.Bos.in praxi crimi. titul.de fo.compet. nu.117.& seq.

Emergentibus. Emergēs quæstio dicitur, q̄ respicit processum,& ordinem litis,& cadit in naturam exceptionis dilatoriæ, puta an dilatio sit danda: an testis sit admittendus, vel non. iuxta exemplum glo.1.in l.quod iussit: ff. de re iud.& ibi Raphan.Cuma.numero 2.Alex.num.6.Ias. num.35. versi.Emergens verò.& Rip.num.13.Vel si oppono aliquem non esse procuratorem, vel ꝙ libellus sit ineptus,& non potest opponi ante libellum productum, prout per Bal.Saly.Pau.Castren.in l.1.C. de ord.iud.Abb.in c.fi.ad fi.de ord.cogn.& præalle.consi.Sozzi.164.num.9.& ante num.12.iun.consil.136 nume.2.lib.2.Et dixit Lap.alleg.82.in causa, quartam dilationem non concedi ad probādas exceptiones,vel defensiones emergentes,quę factū principale non respiciunt. De emergentibus, uide etiam Ang.Are.in alle.praxi crimi.in ver. emergentibus,vbi ꝙ propter verbū,emergētibus, & alia de quibus in inquisitione posita etiam, ꝙ processus esset solum super vulneribus,postea subsecuta morte condemnatio fieri poterat de morte. Nonnumquam pro eodem ponuntur emergens,& incidens, vt in cap.tuam. ubi etiam glo.de ordi.cogni.& per Albet. Brun. de Augmento. in prima, conclusio. princip.versiculo.Quædam se habent, vt incidentia,& dependentia.& Abb. in cap. fraternitatis. in not.de testib.

Annexis, & connexis.

De annexis loquutus sum in glo.Facul. §. habita.in uer.Annexis,& de iis tractant Docto.in cap.super eod.de præben.lib.6. De connexis tractaui in 12.q. 11.Reg. reuocatoriæ.nume.3.& 5. Connexum,qđ etiam coniunctū dicitur, tale est, si Plato ambulat, Plato mouetur.si dies est, Sol est super terram, ut per Au.Gellium lib.16.Noct.Atrica.cap.18.Et ꝙ connexa non sint idem,connexaque inseparabilia, sint probarur ex verbis M.Tullij lib.1.de Finibus. Amicitia(inquit)cum uoluptate cōnectitur.ex tex. in l.eum actum.§.planè si quid connexum. ff.neg. gesto.vbi si seruus negocia gerens ædificium reficere incipiat,liber què factus in refectione perseueret, quāquā actus illi diuerso tēpore, ac a persona diuersi status facti, connexum tamen negocium habent. Et licet actus plures in se sint, cum tamen connexi sint pro vno iudicantur perfectione inspecta,finis.n.oīum idem est.Hinc dicimus, ꝙ is, qui plurib.vulnerib.hominem interfecit, non illū vulnerasse,sed interfecisse dicaur.l.illud.ad fi.ff.ad leg. aquil.Hinc connexa negocia dicimus, quæ ad vnū finem tendant.gl.in l.cū filius.§.1.ff.de uer.obl.Bal. in l.ampliorē.in fi.C.de appel.Fel. in c.cū inter.nu. 7.de re iud.& in c.translato.nu. 6. de constit. Et in d.c.translato.in 1.not.dixit Aret.connexa illa esse, quorū vnū sine altero stare non pōt. quem sequit Fran.Niconit.in rub.ff.de nou.ope.nun.nu.58.Idē sensisse vr̄ idē Aret.consi.29.nu.20.ver.His breuiter.sequit Hyppo.de Mars.super rub.ff.de fideius. nu.218.ac Aimo consi.326. ex themate,in 4. dub.

Ex quorū dictis probat ēt annexa indiuidua esse, ut ēt uoluit Anch.cons.160.p̄supponitur in themate.ver.Item dr̄.col.2.Hinc dicunt,cimiteriū ecclesiæ connexum esse,vnde polluto cimiterio, polluta ecclesia dicitur.ca.1. de conse.eccle.vel alta.Rot.6. de con.præb.in nou.porticus etiam domui connexos dicunt ad l. cætera. §.Hoc senatusconsul. 2.ff. de leg.1.& per omnes ibi.in l. pleriq. nu. 19.p Ias. ff.de in ius. uocan.Connexitas tribus modis consideratur,ut per Io.de Imol.consil.139. præfatus symus.nu.2.& 6.connexa capitula,seu coniuncta.D. meus Phi.Dec.illa esse inquit in c.si duob. ante nu. 19.de appel.quæ ex diuersitate factorum separationem non recipiunt. De connexo per eundem Dec. consil.33.postnu.2.vide Dec.Nicol.Boe.73.incip. sæpe.nu.4.& seq.ac Paris.consil.66.videtur.nu.13. & seq.lib.1. Aduertendum est ꝙ noua commissio causę alteri commissæ,adiecta clausula, Cum incedentibus, dependentib.& connexis,intelligi debet de ijs,quæ sunt eiusdem naturæ,cuius est ipsa causa.s. de iudicialiter agitandis. prout uoluit Rot.Bellam.328.si Papa.sequitur Fel.in c. sedes.col.4.ver. Et pro hoc vltimo. qui ualde commendat illud dictum Bella.licet decisionem sub alio num. citet.& in c.cęterum.colum.3.ibi rectius illam adducit,de rescr.Idem etiam uoluit Cassa.Dec.ulti. nu.13. de cau.pos.& propri.Connexio operatur, ꝙ res separatæ naturę conuertantnr,seu redigantur ad naturam alterius.prout post Ant.de But. per Nic. Mil.olim peritissimum Rotæ Auditorē in suo Reper.in vers. connexis.De effectu cōnexitatis, & ꝙ propterea sępe a regulis iuris recedatur,videre est in tex.l.eū. §.planè si quid connexum. ff. neg. gesto. in l. quid ergo.§.penul.& ibi Bal.de contra.tute. & uti.actio. in l.fundi partē.ff.de contra.emptio. Lap. Alle.80. quæris cum locatio post.numerum tertium, quem sequitur Laurent.Calcan.cōsilio 125. in causa.col. fin.versiculo. Item quia ratione connexitatis. Ratione connexitatis singulariter voluit Bal.in l.serui tus,per illum tex.cum l.sequē.ff.quemadmo.serui. amit.ubi etiam Angel.& Floria.ad hoc notant,ꝙ si sint plures domini unius castri,& per unum solum iurisdictio exerceatur, quòd omnes suidentur uti ea iurisdictione,& sic possessio omnibus conseruatur,vt etiam per Ias.consilio. 185. in ista consultatione.colum.4.lib.2.Et in pluribus fratribus quorum unus est clericus tradit Aret. consil. 25. ui sothemate in 2.dub. De annexis,& cōnexis uide etiā per Abb.in c.præterea.nu.7.& ibidem in trib.Apostillis.in uer.connexa. Et differentiam cōnexitatis, & similitudinis vide per Abb.cons.18.in causa, & q.col.2.li.2.& per eūdē Abb.in c.translato.in 1.nota.nu.1.ver.His pręmissis.ubi etiam tres apostil.de const.& per Aegid.Bossium in sua praxi crim.tit.đ remis. mercedis.publ.nu.40.& tit. de fo.cōp.n.119.

Omnesq; Hæc clausula an cōprehēdat capitulū, seu uniuersitatem, omissa longa disputatione q̄ hic caderet,cōcludo ꝙ nō.Ad not.per Io.And.in c.cum in illis.col.fi. sup glo.in uer.electio.in fi.per Gem.in §.in illis. nu.10. & ibi per alios.de præb. lib.6. per Fel. qui alios refert in c.eam te.num.15.de rescr. per Maria.Sozzi.

de citatio.art.6.in 3.quęst.31.quęst.princ. post nu
me.63.& per Sarnen.in c. cum in multis. nu.68.
lib.6. Et propterea Rota sub die 28. Aprilis 1560.
coram bo.me.Fabio Accorambono conclusit in fa
uorem capituli Hipporigien. contra Franciscũ Ho
ranum,citationem contra capitulum in vim clau
sulæ,omnesque alios in commissione exequutoria
li contentæ,non fuisse bonam,& propterea censu-
ras contra capitulum latas nullas fuisse. Vide om-
nino Marian.Sozz.de citatio.arti.3.post nu.6.q.3.

Secundo quæro, an vigore clausulæ, omnesque
alios,citari possit princeps & quiuis alius in su-
ma potestate constitutus? videtur dicendum q sic
per clem.1.iun.gloss.in versi. quibuscunque, & ibi
per Card.num.1. de iudi. contrarium tentum est,
præsertim propter tex.in c.sedes.de rescrip.non.n.
veniunt vigore dictæ clausulæ personæ maiores,&
digniores aduersario speciatiter nominato. Sic ẽt
videmus,q in citandis principibus.& personis il-
lustribus aliud seruatur, quàm incitandis personis
priuatis.iux.tex.in l.quoties.versi. quibus illustrib.
& ibi per Io.de Platea.C.de digni.lib.12.per Ia-
co.de S.Georg.in l.& post edictum. nu.10.ff.de iu
di.& per Rip.in c.1.ante nu.87.ver.adde tamen,ex
tra eo.& ad ea quæ adduco super signa.de indul
to percipien.fruct.in absen.versi.eo tempore.Vn-
de vel personæ supremæ, & magnæ præeminẽ
tiæ specificandæ sunt,vel saltem addi debet clausu
la post illam,omnesque alios videlicet, Quacunq.
dignitate, & excellentia præditos;vel cuiuscunque
status,gradus,conditionis, vel præeminentiæ exi-
stant,prout in simili voluit Archi.in c.quamuis.de
offi.ord.lib.6.& Sarnen.in 4.q.Procem.Reg.col.
2.ver.nam dicta clausula. Videatur tamen idẽ Sar
nen.in compen.ut. signa.num.47.& ante. Ex pro-
ximè dictis,& ex tex.in extrauag.rem non nouam.
§.pręmissis igitur.de do.& contu.inter commu.iũ.
glo.in ver.quibuscunque.in clem.j.de iudi.videtur
concludendum,q quando citandi sunt in suprema
dignitate positi,vel illis inhibendum est,exprimi
debeat vltra præmissas illa clausula,post verbum
præeminentiæ,videlicet,ecclesiasticæ, vel munda-
næ,etiam si imperiali,vel regali fulgeat dignitate.

Tertiò quæro,an vigore clausulæ præmissæ in-
cludantur pauperes? Bald.in cap.sedes. de rescrip.
similem clausulam videlicet, Quidã alij,notat non
comprehendere pauperes,qui propter paupertatẽ
se defendere non possunt allegat.l.Titius.ff.de p-
cur.quæ nihil facit pro opin.Bal.& Bal. vbi supra,
simpliciter refert,& sequitur Fel.in c.significantib.
ante nume.6.in 4. priuilegio paupertatis. de offic.
deleg.est uerum,q ipsi loquuntur in clausula, Qui
dam alij,quæ non est generalis,& vniuersalis, put
est clausula nostra,omnesque alios.Ego sub utraq.
clausula pauperes comprehendi puto. Puto tamen
pauperes facile euasuros, nõ posse extrahi ab eorũ
iudicio ordinario,& facilè causas contra eos motas
ad iudicem ordinarium remitti: pauperes enim, &
miserabiles personæ nolentes, trahi non debent ad
iudicium extra domicilium.Bal.in l.in vni.C.quã.
impe.inter pupil.& vid.& Mil.in Reper.in versi.
lo, minor, pupillus & uidua.

Quartò quæro an clausula,omnesque alios, seu
quidam alii, in rescriptis comprehendat etiam fœ
minas? p negatiua cõcludit uṝ Gom.inc.2.de resc.
li.6.Ego affirmatiuam teneo nõ solum in clausula
omnesque alios,quæ generalis,& vniuersalis est,ad
supra adducta,sed etiam in clausula, Quidam
alii, seu quosdam alios. prout per Archid. in ca.si
quis suadente.colum.penult.17.quæst.4.Specul.ti-
tul.de rescrip.præsenta,§. vltim.colum.2.versicul.
Sed quæritur vtrum. Ioan.And.ac Gemin. colum.
1.in cap. cum in multis.de rescri.libro sexto. Idem
Gemini.in cap.generali.colum.3.in 4. casu. de ele-
ctio. eodem lib. Compostell. in cap. sedes. de resc.
Abb.in cap.significauit. colum.1. eodem tit. Imol.
in l.si ita scriptum.colum.ult.ff. de legat. 2. Angel.
Aret. in §.vlt.colum.2.Insti. qui testa.tuto.da.pos.
Ias.in l.Gallus.§.& quid si tantum.in 1. lectu.an-
te num.62. ibi,similiter in rescriptis.& idem latius
in l. si quis id quod prælle: ff.de iuris.om. iud.nu.
7.concludit in rescriptis.D.meus in l. fœminę. col.
.9.ff.de reg. iur. Tiraq.de vt.retra.§.1. Glo. 9. nu.
183.ac numero 204.Paris.cons.20.num....colum.
3.lib.3.Et ubi supra,nonnulli in specie loquuntur
in clausula præmissa. Quosdam alios, ad Gomesiũ
vbi supra,ac adducta pro eius opin.responderi po-
test,quòd non ea ratione sub illa clausula,Quosdã
alios,fœminę non cõprehendantur,ex natura clau
sulę,sed ex causa subiectæ materię,videlicet benefi
ciarię,seu similis.At subiecta materia operatᷣ dispo
sitionis,ac decisionis variationẽ.l.si uno.post prin.
ff. loca. l. conditio in pręteritum.&l.decem.ff.de
uer.obli.l.insulam.& ibi Bart.& Pau. Castren. no-
tant.ff.de pręscr.verb.D.meus in l. j. in ulti. lectu.
no.2.ff.si cer.peta.Idem Dec.in l.bonorum.nu.15.
c.qui admitti.Insuper detᷣ mihi casus,q mulier ha-
beat nominationẽ ad beneficium,uel ius pręsentã-
di,an sub illa clausula poterit cõprehenditᷣ. Tandẽ
respondeo quòd quęsitum nostrum est generale ad
oẽm materiam,non ad beneficiariam tantum.Imo
retorquetur argumentum arguendo a speciale.

Singulos Simile in ca. nimis. in fin. ubi
(Vniuersi, & singuli) de exces.
pl.in c.generali.in prin.de electio.lib.6. Aliqui di-
cunt addi dictionẽ,singulos,post terminũ, oẽs,seu
vniuersos,ad euitandã sophisticam interpretationẽ
malignorum,ut per Host.in c.nimis, & per Fely.
in c.cum te, ante nu.16.ver.ex iis infertur.de rescr.

In executione citationis.] Ponitur hęc clausula,
quia plerunque causam committi faciẽs igno
rat nomina,& cognomina citandorum,qui in par-
tibus forsan reperiuntur, nec facile potest sciri qui
sint citandi; absque tamen hac clausula necessario
citandi nominari debuissent in citatione,duæ trãs-
mittitur ad partes.iux.tex.in c.cum in multis.2.re-
spon.de resc.li.6.& ad ea,q̃ adduco in 36.q.reg.de
Anna.nu.5.pro qua clausula uideatur oĩno Cassa.
Dec.1 post nu.1.de do.& contum. Ante expressio-
nem personarum Iudex habet iurisdõnem in ha-
bitu,& non in actu; & si quis sub hac clausula com
prehensus,antequã citaretᷣ,impetraret rescriptũ,te
neret.c.pastoralis.§.qm̃.de rescr. Quęro an in noĩa
tione aliorũ intrusorum uigore huius clausulæ fa-

cienda

cienda requiratur specificatio nominum citandorũ per ipsummet principalem, vel ad hoc requiratur speciale mãdatum? Pro parte affirmatiua videtur in terminis doctrina Phil. Franc. in alle. cap. cum in multis. in 2. not. de rescr. lib. 6. quæ vult declaratio nem personarum incertarum in rescripto pertinere ad impetrantem, & non ad procuratorem nisi speciale mandatum habentem, arg. tex. in l. generaliter ff. de ri. nup. Insuper hic duo vincula supponi possunt: alterum est (vt supra ostendi) ꝙ nomina citãdorum in citatione, quæ ad partes transmittitᷣ specificarentur; alterum uerò ꝙ per ipsum principalẽ. sublato igitur primo impedimento, remanet secundum. ad tex. in l. qui neque sequantur. §. solutum. ff. de ver. signi. in c. pastoralis. de priui. in capit. ex tuarum. de custo. & vsu pal. in cap. 2. de fil. præsbyt. Rot. 468. extra Rotam. colum. 2. versic. & sic primo. in nou. Contrarium seruatur, ꝙ immo stante clausula præmissa non requiratur alia specificatio, seu declaratio per ipsum principalem, seu procuratorem speciale ad id mandatum habentem. Quod tanto magis procedit, quando vltra clausulam p̃missam, vel etiam absque ea apposita fuerit clausula, ꝙ nomina intrusorum habeãtur pro expressis quæ operabitur, vt perinde sit ac si omnes intrusi nominati essent, vt conclusit Rot. de Anno 1549. prout Dec. Achill. 6. de commissio. vbi subdit ꝙ propterea ad citandum intrusum non requiritur aliud mandatum, & ꝙ Domini voluerunt taliter citatum, licèt contra eum ad nonnullos alios actus processum esset, desinere esse pacificum triennalẽ, & quòd is non gaudeat Regula.

Secundò quæro an commissio contra Titium, omnesq. alios intrusos, & intrudendos, cum potestate citandi Titium, & omnes in decreto citationis nominandos, det iurisdictionem, adeo ꝙ quilibet interesse putans, possit comparere, etiam si non sit citatus, & procedere per audientiam contradictarum contra committentem absentem. Pro opin. negatiua pondero, ꝙ causa commissa erat contra intrusos, hic qui comparet nõ est intrusus, vnde qualitate à rescripto, seu clausula prędicta requisita nõ concurrente, non potest rescripto, seu clausulæ prędictæ locus esse. ad Bar. in l. 1. §. quod autem ait prętor. ff. ne quid in flumi. publi. per Bal. in l. si quãdo. C. vnde ui. & per D. meum Phili. Dec. consil. 14. & pro tenui. colum. 2. post prin. Ruin. consi. 90. in cã. colum. 3. post medium, vol. 5. & per Paris. consilio 72. ad veram. num. 96. vol. 4. Nec obstat, si dicatᷣ, ꝙ licet in prima clausula expressio facta sit contra intrusos, & in alia clausula sit dictum, contra oẽs nominandos, & sic quia generalia, & latissima sunt verba, non solum intrusi citari potuissent, sed etiã non intrusi; sic etiam contra tam intrusi, quàm nõ intrusi ad causam uenire poterant; quia responderetur, clausula apposita in præcedentibus inducit repetitionem quoad sequentia, ad Bar. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. numero 4. & ibi Aret. ff. de verbo. oblig. & per eundem. in l. 1. §. fi. numero 4. ff. eod. Insuper vigore illius clausulæ [omnes alios nominandos] Iudex ante nominationem non videbatur habere iurisdictionem. ad ea quæ adduxi in 36. quæstione reg. de Anna. num. 5. Opinionem negatiuam tenuit Rot. in Vallentin. coram Reuerendissimo Puteo 4. Decembris 1542. vt idem annotauit Dec. 62. de iudi. ponderando, ꝙ virtualiter omnes erant comprehensi, & ꝙ sicut in facultate actoris erat procedere contra omnes, quicunque essent, ita ipsi poterant comparere ad libitum, debuit enim actor cogitare, ꝙ possent venire interesse putantes. ad quæ allegabatur Rot. 17. de dolo, & contum. in nou. aliàs 402. si actor præsens.

Ad partes decernen.

Idẽ ẽ dicere ad partes, quod extra Rom. Cur. hic est quidã mos loquendi Romæ, qui iamdiu fuit etiam tempore Lapi prout eius alle. 89. Factum super, in positione casus. col. 1. versi. erant enim ipsi præiati in partib. & tempore Aegidii Bellame. prout eius Deci. 46. Exceptio de litis pendentia in partibus. Rot. 10. fuit dubitatum. in nou. post nu. 2. vers. potest ẽt ꝙ pars, contra quam debet fieri huiusmodi extractio, siue exemplatio in partib. mansit in Curia, & 245 licet in causis. num. 2. ibi præsertim si in partibus in causa cognitum plenè, & cõclusum. & 272. ibi, & scandali ex hoc orti in partibus, & 484. nu. 7. versi. operatur enim principalis citatio in partibus facta. etiam in nou. Vnde colligitur, quòd idẽ est dicere extra Cu. Ro. quod in partibus. Marian. Sorzi. de citatio. art. 20. ante nu. 7. versi. si verò Auditor mandat extra curiã citari, & sic ad partes &c. & habemus tex. in c. cum in partibus vestris sæpè contingat, de uer. signi. Nuncupant etiam homines de partibus, dum eos nouos homines, & inexpertes morum, consuetudinis, stili nostri, & rerum Romanarum significare volunt. Vt autem hunc pe nè vulgarem loquendi modum excusemus, nõ erit absolutum cõsiderare, ꝙ omnia alia loca extra Ro. Cur. partes dici possunt, & membra ipsius Ciuitatis Romanæ, quæ caput orbis est. l. 1. §. sed & si quæ C. de vet. iu. enucle. & ad alia, quæ adduxi in §. nec non electioni. in ver. Vrbis. in gloss. facult. similem modum loquendi habes apud Aristo. de histo. anima. lib. 5 c. 5. dum de purpuris animalibus tractat, cuius uerba ita transferuntur. [Partes item Aquiloniæ nigras, Austrinæ rubras magna ex parte ferũt.] Sic & in c. si clericus laicum, ibi [licet in plerisque partibus] de for. compet. Hoc modo intelliges vltima uerba Regu. 3. ancell. de pote. vicecancell. videlicet, cum potestate citandi ad partes, idest extra Roman. Cur.

Ac Quibus, & quoties.

Vigore huius clausulæ fortius inhibere quis poterit non solum partibus, sed etiam impedientib. suã iurisdictionem, & forsan absq. hac clausula potuisset. per capit. primũ, de offic. deleg. per hæc tamen verba indubitanter, & in alijs casibus in dicto cap. primo, non comprehensis, inhibebit alijs, quam partibus ipsis. At per hæc verba, Quibus, & quoties, non poterit indistinctè omnibus inhibere, videlicet aliis ab impedientibus, vel alijs a collitigantibus. ad c. Romana. §. in alium. de appel. li. 6. Rot. 58. nota ꝙ auditor. in antiq. Staphil. super Signat.

fol.181.in versi.signatura autem dictę commissionis.Paris.consilio 39. non possunt.ante numero 10. libro 1.

Quacunque etiam dignitate etiã Archiepiscopali,&c.) Pro hac clausula quacunq; dignitate adduco tex.in l.3.versi. Cæteros autem. cuiuscunque dignitatis sint.ff.si cui plus quàm per leg.falci.& in l.1.cir.princ.versi. semper autem satisdare cogitur cuiuscũque sit dignitatis, vel quarũ cunque facultatum hæres. ff. vt lega. nomi. cauea. Episcopalis dignitas sub quacunque etiam generali dispositione, nisi de illa fiat mentio, non comprehenditur. c. si compromissarius. §. huiusmodi, de electio.li.6.c.1.de offi.dele.eo.lib.&c. quia periculo fam.de senten.excom. d.li.6.Io. And. in regula, cui licet.similem expressionem habemus in extrauagan.detestandæ. de sepul.inter commun. versus fin.ibi,etiam si pontificali dignitate præfulgeant.

Hinc ego damnabam, vel potius non laudabam stilum illum à Sacra Rota Romana,& ab alijs forsan tribunalibus passum receptum, tolerantem in sententijs contra episcopos, & principes temporales, quin & contra ipsos Cardinales, ueræ fidei Cardines,& qui fulgent vti sidera firmamenti, verba illa videlicet, oppositiones, pturbationes &c.& impedimenta per N.quomodolibet factas,& præstitas, factaq. & præstita fuisse,& esse temerarias,illicitas,iniquas,indebitas,& iniustas, temeraria que illicita,iniqua,indebita,& iniusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta &c. Et de huiusmodi stilo, mentionem facit,& quod etiam per Rotę tribunal hæc verba admittantur indistinctè (licet de episcopis,& Cardinalibus non loquatur) Sarnen. in 1.q. Reg.de Anna. num. 6. Quid autem importent, & quem sensuum habeant verba huiusmodi nemo ignorat. Et præfata uerba uidi aliàs apposita in sẽtentia bo.me.Cardinalis Carpon.contra Cardinalem Anibault Gallum super solutione pensionis facienda. In Cardinales autem,episcopos,& similes ꝙ talia verba effundi non debeant etiam ex iis percipi potest,quæ scripta sunt Actuum cap. 16.ad fi. Oportet vos sedatos esse & nil timere agere. Et quã turpis sit temeritas ostendam infra in 14. commiss. Attentatorum,in ver.Temereque.

Vel alia quauis. Dictio. alia, iuncta dictioni,quauis,& sic vniuersali, non tantum similia, sed & diuersa,aut generalitatem designat,comprehendẽdo etiam maiora expressis. clem. 1.in princi.ibi (Vel alia quauis causa] iun.gl. in ver.quauis.& ibi Imol. colum.2.de re iudi.clem.1.iunct.glo.in versi.quouis modo.de rebus eccle. non alie. & ad alia, quæ adduco in 4.quæstione.Regu.de non iudi.iux.for. suppli.nu.5.Videnda sunt, quæ dixi supra in versi. omnesq; alios,ad fi.Idem dicendum esset de clausula,vel alia quacunque.Barba.consil. 26. col.3.in princ.& colum.9.lib.2. Sozz. in l. quidam relegatus.in 5.conclu.ff.de rebus dub.sequitur Rui.consil.103.num.9.lib.3.& Roland. de Valle consi. 5. pulchrè.nu.44.& seq.& consil.61 multiplici.nu.41. & seq.lib.1.

Fulgentibus. Idest micantibus,resplendentibus, put sapien.3.[fulgebunt iusti &c.] Daniel 12.[Qui autem docti fuerint,fulgebunt,quasi splendor firmamenti.] Cicer.in Catil. (Qui nitent vnguentis,qui fulgent purpura.) Lucanus lib.20. (Fulget gemma toris.) l.iusiurandi.in fi.C.de testi.cap.fi.§. iusiurandi. 4.quæstione 3.c.licet ex quadam.post medium. ibi.(Etiam si præsidiali refulgeat dignitate) de testi. extra.rem non nouam.ibi. (Etiam si imperiali,vel regali fulgeat dignitate.) Sub titul.de do.& contu. inter commu.

Sub pœnis. Pœnas istas pecuniarias numquam solui uidi: potius igitur ad terrorem, quàm ad effectum illas consequendi hæc clausula ponitur.Et ꝙ tales pœnæ non soluantur, iuri canonico consonat,ad text. in cap.suam.de pœn.& in cap.fraternitatis.12.q.1. iun.glo.in versi.cum augmento.ad fin. quæ communiter approbatur,iuxta tamen declarationem ꝑceptorijs mei in l.quod à quoquam.ff.de reg. iur. Non nego,quin pœna hæc,quæ communiter quingentorum Ducatorum esse consueuit, imponi, & exigi possit,iuxta illud 2.Machabe.7.versus fi.(Iustas superbiæ tuæ pœnas exolues.) Laudo tamẽ hãc consuetudinem,illam, & similes pœnas non exigẽdi. Pœnæ autem pecuniariæ tunc à iudice ecclesiastico imponi debent,quando illæ magis timentur quàm ecclesiasticæ prout per Abb. in ca.cæterum, de offi. ord. & per eundem Abb. in c. de causis.de offi.deleg.vbi etiam ante nu.14.monet ꝙ ad tollendam auaritiæ suspitionem melius faciet iudex ecclesiasticus si pœnas contumaciæ,& similes applicabit locis piis,quod etiam dixit in dicto c. cæterũ. Hodie Romæ similes pænæ post Concil.Triden.applicantur locis pijs.Et ꝙ tam pro contumacia quã crimine possit imponi pœna pecuniaria quando plus timetur.voluerunt etiam Archi.in cap.ea vindicta.23.quæstione 4.Foller.in practi.cano.in ver. Et si confessi,num.126.Couarub.practicar. lib. 2. capitu.9. An autem citatio possit decerni, & fieri sub pœna omnium bonorum?pro affirmatiua conclusserunt Isern. in const.edictorum,col.7.& Affli. nu.31.& in c.j.quæ sint rega.nu.28.

Censuris. Censura idem est quod statutum,præceptum, decretum,lex,seueritas, rigor,correctio, dicta à censeo, censes,prout etiam censoris nomen.l.censere.ff.de verb.sign.Plin. in Paneg. (Nam vita principis censura est, eaque perpetua ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur.) De censura, quæ erat censorum dignitas, quæ ad quinquennium concedi solebat,vltra alios loquitur Plutar. in Æmilio sub iis verbis.(Censura maxima omnium magistratuum, reuerentia plurimæ potestatis tum in aliis rebus, tum maximè ad morum emendationem, nam senatores senatu remouere põt,equitibus equos adimere,ex plebeis ærarios facere,notare infamia &c. Censores duo erant, qui censurã gerebant, de qua censura loquitur etiam Plin.li.14.c.4. [Catonum ille primus triumpho, & censura super cętera insignis.] Cẽsores eodem rogabantur auspicio, quo & con-

onſules, atque prętores, qui magiſtri morum dicebantur, cenſui & morib. regendis, caſtigandisq., luſtrisq. condendis præerant, ad horum cenſionem. i. iudicium tota ciuitas cenſebatur. Cenſere autem eſt iudicare, arbitrari, & interdum ſuadere, & decernere, vnde cenſores nominati. Cenſoris officiũ quod fuerit docet T. Liuius lib. 24. Cenſores inqt, vocari ab operum locãdorum cura propter inopiã ærarij; & ad mores hominum regendos animaduertunt, caſtigandaque vitia, &c. De cenſoribus Feneſtel. de Magiſtra. Roma. c. 17. & Val. Max. lib. 2. de cenſo. nota.

Eccleſiaſticis. Hoc uerbũ additur ad dñiam cenſuræ, de qua proximè loquutus ſum. De hac cenſura eccleſiaſtica habemus tex. in c. quærenti. de uerb. ſig. ſub nomine cenſuræ eccleſiaſticæ tria comprehenduntur, excommunicatio videlicet ſuſpenſio, & interdictnm. Excommunicatio, & interdictum ad laicos, & clericos extendi poſſunt. Suſpenſio autem ad clericos tantum. Pro præmiſſis, & pleniori ſignificatione cenſurarum eccleſiaſticarum, uide Io. de Ligna. in tracta. de cenſura eccleſiaſtica. vbi plenè. & Phi. Franc. in c. 1. §. ſuperior. nu. 4. & ſeq. de ſenten. excom. li. 6. vbi colligit excommunicationem, interdictum, & ſuſpenſionem in decẽ ęquiparari: rurſus & inter ſe in alijs decem differre. Cẽſuram eccleſiaſticam dicimus propriè ſpiritualem pœnam. Et dicit tex. in c. corripiantur. 24. q. 3. ꝙ ex communicatione nulla eſt maior pœna. Et Dec. Caſſad. 5. de conſtit. nu. 5. Et excõicatio dicitur ſpiritalis, ſeu ſpiritualis gladius. c. quoniam. verſicu. ſi quis. de offi. ord. c. dilecto. de ſent. excom. li. 6. Item dicitur ferrum patridas corporis partes abſcindẽs. c. ecce. 24. q. 3. & infra deſcribam plures principes tanquam putridos a Romanis Pontificibus, & ſede Apoſtolica excommunicatos. Alibi excommunicatio vocatur mucro epiſcopi. c. 1. in fi. 16. quæſt. 2. Inno. in c. venerabili. poſt nu. 3. ver. Item dicunt quidam. de cenſi. & hæc verba, ſub cenſuris eccleſiaſticis, interpretanda ſunt, vt inducant excõicationem maiorẽ, quæ a fidelium ſeparat cõmunione, non autem minorẽ tantũ, quæ à perceptione ſacramentorum repellit, ad tex. in c. ſi quem. de ſent. excom. excommunicationis autem vmbram, figuram, & effigiem, inuenies apud Platonem verſus fi. li. 9. de legibus. Rurſus apud Cæſarem lib. 6. belli Galli. parum poſt prin. dum mores, & ritus Druidum Galliæ, qui ſacra tractabant, ſacrificia procurabant, religiones interpretabantur, de oĩbusq. controuerſis conſtituebant, deſcribit, ſub ijs verbis; ſi quis aut priuatus, aut populus eorum decreto nõ ſtetit, ſacrificijs interdicunt; hæc pęna apud eos eſt grauiſſima, quibus ita interdictum eſt, ij numero impiorũ ac ſceleratorũ hñr. Ab ijs oẽs decedunt, additũ eorum, ſermonemq. diffugiunt, ne quid ex cõtagione incõmodi accipiant; neq. ijs petentib. ius redditur, neq. honos vllus communicatur. Verba Cæſaris refert etiam illa rei nr̃æ appropriando ac rationib. comprobando & fulciendo And. Tiraq. de Vtr. Retra. p. 1. gl. 9. §. 1. nu. 272. & ſeq. ibi videre poteris, vbi etiam ad idem inuenies verba Platonis, de quo mentionẽ ſupra fecimus. Dum autẽ Tiraq. ſupponit canoniſtas, & Theologos excõicationem à diuo Paulo inuẽtam opinari, aduertendũ eſt, ꝙ tam Theologi, quàm Canoniſtæ viderunt veriſimiliter verba Ioſue. c. 16. [Vociferamini: tradidit. n. vobis Dominus ciuitatẽ, ſitq. ciuitas hæc anathema, & oĩa quæ in ea ſunt Domino.] Hinc colligi vr̃ excõicatio, & interdictum, verbum. n. Anathema, idem ſignificat, ꝙ excommunicatio ergo ex vſu eccleſiæ noſtræ ante Diuum Paulum mos erat excommunicandi, & ciuitates interdicendi, qđ canoniſtas ignoraſſe nõ puto, multoq. minus Theologos. Tantę potentiæ eſt excõmunicatio, vt apud Anaſtaſium legatur, quendam paſſum martirium excommunicatum non potuiſſe videre Chriſtum niſi is a proprio epiſcopo abſolueret, & cum ædificaretur illi martirij templum ante abſolutionem, in quo ſepelliendum cadauer conditum erat, illud extra templum ſpontè portabatur. Summi Pont. & eccleſia Romana etiam Imperatores, & Reges excommunicare poſſunt, & excommunicauerunt. Felix. ij. Rom. an. 366. excommunicauit Conſtantinũ Imperat. filium Conſtantini magni Imperatoris rebaptizatum: & poſtmodum inobedientem hæreticum declarauit. Inno. 1. creatus anno. 407. excommunicauit Archadium Imperatorem, quia conſenſerat ab Eudoxia dicti Imperatoris vxore expelli à ſua ſede Conſtan. ſanctum. Io. Chriſoſtomum. Anaſtaſius ij. Romanus electus anno 499. Anaſtaſium Imperatorem hæreticum, & inobedientem excommunicauit, qui fulmine poſtea nutu diuino percuſſus interiit. Cõſtãtinus. I. Syrus creatus anno 708. Iuſtinianũ Imperatorẽ Cõſtãtini filiũ, eo ꝙ Patriarchã occęcatũ exilio dedit, excõicauit; qui poſtea veniam impetrauit. Grego. 2. Romanus electus anno 715. Leonẽ Imperatorẽ excõicauit pp ſpretũ imaginum Chriſti, eiuſq. genetricis. Nicolaus. 1. Romanus electus anno 868. duos Imperatores intrepidè excommunicauit, videlicet Michaelẽ Orientalem pp Ignatiũ conſtan. Epiſcopum à ſede eiectum, & Lotharium Occidentalem; quod vxoratus Galdradem pellicem dimittere nollet. Grego. 7. Lenenſis creatus anno 1073. in Henricum Imperatorem, qui eccleſiæ vnitatem ſcindere attentauit, excõicationis ſententiam protulit de conſilio 110. Epiſcoporum. Vrbanus. 2. creatus anno 188. Philipũ Regem Frãciæ excommunicauit, quòd retineret vxorẽ alterius viuentis. Adrianus. 4. Anglicus creatus anno 1154. Guglielmum regem Siciliæ tanquam ſibi rebellẽ excommunicauit. Alexand. 3. Senenſis creatus anno 1159. Imperatorem Federicum primum, frequentius admonitum, vt a ſchiſmate eccleſiæ ceſſaret, apud Ananiam in cœna Domini coram Cardinalib. & epiſcopis, ac magna populi multitudine ſolemniter excommunicauit. Innocẽtius. 3. Campanus creatus anno 1197. Imperatorẽ Othonẽ 4. ab ipſo coronatum periurum, & inobedientẽ excõicauit, & depoſuit. Honorius. 3. Romanus creatus anno 1216. Federicum. 2. Imperatorem, quẽ prius apud ſanctum Petrum coronauerat anno 1221. rebellem, & hoſtem eccleſiæ excommunicauit, & anathematizauit. Blõndus, & Platina in uita dicti

Honorij affirmant propter flagitia, & excessus illũ excõmunicatum fuisse, qualitates autem excessuũ non describunt: eps verò Aug. Burgen. in historia Suetica, & nonnulli scriptores Germani asserunt il lum ex friuolis, & leuissimis causis eundem excom municatum fuisse, veræ historiæ illũ (vt præmisi) hostem ecclesiæ immanissimum asseuerant. Quas excommunicationis, & anathematis sententias Gre gorius IX. Campanus electus an. 1226. comproba uit, innouauit, & aggrauauit. Clemens IIII. electus an. 1264. Manfredum filium illegitimum Federici II. regni Siciliæ, & Apuliæ occupatorem publicè, & patenter excommunicauit, & anathematizauit. Legi in compen. Historiarum Neap. li. 4. Alex. IIII. excommunicauisse Manfredum occupatorẽ vtriusq; Siciliæ, & ecclesiasticarũ personarũ insectatorẽ, qui apud Beneuentum in bello a Carolo Angio perem ptu, squia excõicatus obierat sepultura caruit; tandemq. iussu summi Pontificis extra regnum exposi tus, ne etiam mortuus in terris ecclesiæ consisteret, apud ripam fluminis viridis sepultus fuit, prout in dicto compen. scribitur. Martinus IIII. Gallus electus anno 1280. Petrum regem Aragoniæ, qui insulam Siciliæ de iure beati Petri existentem occu pauerat, excommunicauit, regno priuauit, ac crucẽ generalẽ contra eum dedit. Bonifatius VIII. Anagninus electus anno 1294. Philippum Regem Frãciæ, qui se super ecclesiam indebitè erigebat, excõmunicauit, eiusq. regnũ fore imperio subditum declarauit. Ioan. 22. electus anno 1316. Ludouicũ Bauariæ Imperatorem electum citatum, non comparentem excommunicauit. Io. 22. anno 1322. excom municauit Federicũ regem Siciliæ præsertim quia vocauerat ad duellum Robertum regem Neapolis, vt in compen. historiarum Regni Neapo. lib. 5. Vides quanta sit potestas summi Pontificis, & in Imperatores, & Reges, quippe qui ab ipso immediatè Imperium, & Regnum recognoscunt vt ꝓbo in c. j. nu. 2. de probatio.

Arbitrio. Non dicitur ad eius uoluntatem, quæ non referretur ad regulatam rationem, sed dr̃ arbitrio, & sic arbitrio boni viri: non autem ẽm eius voluntatẽ freno ca rentem. sic & Leuiti. 3. [Quicunque igitur maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis &c.] Pro præmissis est tex. in l. fideicõmissa. §. quãquam. ff. de leg. 3. in l. si cum ea, & ibi Bal. C. de dot. promis. l. hæc venditio. ff. de contrah. emptio. l. si in lege. in princ. ff. loca. l. si in personam. §. generaliter. ff. de reg. iu. c. dilectus, ubi Bu. & Fel. de homic. Rebuff. super concor. rubri. de collat. §. 1. in ver. ad arbitriũ. Et arbitrium quandoque cadit sup quali, aliquando super quãto, & super oĩb. decem prædicamentis, vt per Bal. in l. voluntatis. nu. 7. C. de fideicom. De clausula, Arbitrio tuo committimus, uideatur Imol. in l. filiusfamil. ff. de donat. D. meus in alle. l. in personam. §. generaliter. ff. de reg. iur. & latissimè per Fel. post alios in c. j. col. 17. uer. & si dicatur, committimus arbitrio tuo. de constit. De clausula, Voluntati tuæ, committimus, & ꝙ plus operetur, quam præcedens, uideatur. gloss. in versi. personam. & ibi Abb. in c. Abbate. numero. 15. de verb. signifi. Bar. in l. centesimis. nu. 8. ff. de verbo. oblig. & in extraua. ad reprimendum, in uer. voluerit. Ant. de But. & latius Fel. in c. 1. de constitut. col. 16. ver. & si dicatur committimus voluntati tuæ. Voluntas autem quid sit, diffinitur per Augu. lib. j. retractatio. quod sit animi motus ad aliquid adipiscendum, imitandum, vel non imitandũ, vt etiam 11. q. 1. in prin. & per Luc. de Pœn. in l. 3. in uer. voluntas. C. de his, qui spon. publi. mune. sube. lib. 10. & in l. seruos, in uersi. voluntas. C. de agri. & censi. li. 11. de quo etiam per Bal. in l. in vendentis. nu. 10. C. de contrah. emptio. Voluntas (ut diffiniuit Alexander in paraphrasi de anima, cap. vlt.) est appetitus rationi, & deliberationi cõiunctus. Et Auerro. 3. de anima tex. com. 50. dicit, ꝙ voluntas appetitus est. Idem commentator ex libro Destru. dispu. prima in solutione 2. dubij annotauit, ꝙ voluntas est quoddã desiderium de duobus oppositis æqualiter dependens; & ꝙ desiderium illud cessat quando desideratum deductum est ad actũ, & ꝙ verbũ voluerit, de sui propria significatione designet voluntatem absolutè excepta fraude, & dolo. vide tex. in præalle. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de leg. 5. & l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & omino Lap. al leg. 128. factum super quo. nu. 3. vbi etiam limitat, & declarat.

Moderandis. S. Pecuniarijs sup quantitate, vt imponat pœnam quingentorum solitam imponi (ut supra dixi) vel minuat præsertim in causa parui monenti, vel inter personas pauperes. & si supponimus non solere imponi pœnam vltra quingentos Ducatos, uideretr̃ dicendũ, ꝙ non possit huiusmodi commissionis vigore pœna augeri, sed bene minui. moderatio. n. diminutionẽ, ac reductionẽ, & remissionẽ designat, ad tex. in c. cum sit Rom. ibi [Recisius tempus fuerit moderatus.] Vbi ẽt D. meus in 4. not. de appel. c. fi. iun. gl. in vers. moderationis. de verb. sign. c. procurationes. ver. hoc. adhibitio moderamine. de censi. c. Archiepiscopatu. de rapto. ca. statutũ. iun. glo. in versi. moderandum. de rescri. li. 6. l. 1. ibi. [Vt iudices moderentur, &c.] ff. de testi. l. cũ filius. §. pater. ver. sed moderãdæ portionis. ff. de leg. 2. l. illicitas. §. præses. ff. de offi. præsi. cle. 1. iũ. glo. in uer. moderationẽ. de iur. patr. extrau. execrabilis. §. j iun. gl. in uer. moderãdas. de præb. Io. 22. gl. pragm. de elec. c. sicut. §. notarij. in ver. moderatũ. Vel si uolumus, quod ẽt augere potuit, cõcludere possumus propter illud verbũ, arbitrio, quod ꝓcedit. & ex proprio significatu, dictionis, moderandis. Moderari etiam significat temperare, modum adhibere, metiri. Suetonius in Augusto. (Nec successum victoriæ moderatus est.] Cice. de senectu. (Moderatio modo viriũ adsit; & tãtũ quãtũ quisq. pôtnitat.) l. 3. in prin. & §. j. ff. ubi pupil. edu. debe. c. apostolicæ. 35. q. 9. c. cum adeo scripta sedis apostolicæ moderemur. de rescr. c. cupientes. §. deniq. ibi. (Moderata districtione perstringimus.] de elect. li. 6. Moderari itẽ pro gubernare, seu disponere accipimus. c. 2. ibi prouinciæ moderandæ. de offi. dele. lib. 6. Hinc dicimus Rei suæ quisque est moderator, & arbiter. Moderator etiam ille dicitur, qui in

in eius officio, modum, & temperiem in se & alios frenãdo & regendo, seu gubernãdo, habet ad tex. in c. per singulos. 29. q. 3. Io. And. in Addi. ad glos. in versic. moderandum. in c. statutum. de præb. li. 6. & iuxta carmen illud, [Quintiliane vagæ moderator summe iuuentus.] Si igitur causa magni erit momenti, & inter personas potentes, incongruum non uidetur ꝙ propterea, vel ex alia legitima causa in vim dictæ clausulæ pœnas augeat. Si quis dictionem illam, moderandis, non solum ad dictionem, pœnis, sed ẽt ad dictionẽ, censueis, referre velit, exponere posset moderandis. i. moderatè, vel ꝓuidè, & prudenter, ac certa ratione infligendis, seu fulminandis. iux. tex. in c. nemo. Eps. 2. q. 1. in c. nemo eporum. 11. q. 3. in c. sacro. ver. caueat etiam & post ibi. [Cum non leuis sit culpa &c.] de sent. excommu. & dicit tex. in c. 1. eo. lib. 6. Cum medicinalis sit excommunicatio non mortalis, disciplinans, non eradicans, dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat, cautè prouideat Iudex ecclesiasticus, vt in ea ferenda ostendat se prosequi, qđ corrigentis fuerit, & medentis. Moderatio circa oĩa laudatur, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Prouerb. c. 10. & c. 17. immoderata autem in omnibus dãnantur. Prou. c. 15. [Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est cõteret spiritum.

Non paritionis: Propter contumaciam, tã quam propter causam immediatam, ab homine infligitur excommunicatio. c. 1. in fi. & c. tuæ. 2. resp. vt lit. non conte. c. ex parte 1. versi. ad intelligendũ. de ver. signifi. c. nemo. 1. iun. glo. ver. alia est ratio & c. nemo. 2. iun. glo. fin. versi. item videtur hic. 11. q. 3. Io. de Ligna. de censu. eccle. post princ. versic. nam propter contumaciam. nu. 3. & §. 12. nu. 3. & 4. Rot. 337. no. ꝙ ex processu, in princ. in antiq. & Bellame. 109. Dominus citatus. contra contumaces loquitur Ecclesiastici. c. 1. prope fi. & 1. Machabęo. 3. [Ipsi veniunt ad nos in multitudine, contumacia, & superbia &c.] Contra filium contumacem, & ꝙ à populo lapidibus obruatur, habemus Deut. 22. Clausula præmissa, & in euentum non paritionis, ad cautelam ponitur in commissione, absque ea tamen delegatus cõtumaces, & inobedientes punire posset, est tex. clarus in c. præterea. de offi. deleg. & voluit Abb. d. tit. in c. cũ in iure post nu. 3. est ẽt tex. in cap. sanè. 2. eod. titu. Videatur ẽt per Fed. de Sen. consi. 163. quod incipit super inuocatione. Et ꝙ inobedientes puniendi sint, probatur. 2. Corint. 10. Paratus sum vlcisci omnem inobedientiam. c. scismatici. ver. etiam hinc absurdè. 23. q. 6. c. de excommunicationis. ver. cum Paulus. 24. q. 3. c. 1. nos igitur. de postu. præla. c. veritatis. ibi. (In eundem propter inobedientiam, excommunicationis sentẽtiam protulerunt.) Et postea ibi. (Cum apostolo omnem inobedientiam ulcisci volentes. de do. & contum.

Declarandi. Declaratoria sup his, & similib. requirit, arg. tex. in l. eius, qui delatorem, & ibi per Bar. ff. de iu. fi. per Abb. in c. peruenit. 1. nu. 5. de appella. Roma. consi. 482. in casu pręmisso. nu. 6. Fel. in c. 1. nu. 4. 2. de const. & latius in c. Rodulph. in versi. sed declaratoria. de rescr. & in c. præterea. col. 1. ver. Quibus adde Bal. de sponsa. pro quo est ẽt tex. in c. cum secundum. de hæret. li. 6. & ibi Arch. cir. fi. & Ioan. And. col. fi. idem Io. An. in c. pro humani. col. fi. ver. Et sufficit. & Gemi. in §. fi. col. 3. uers. sufficit iudicẽ de homi. eo. lib. Bal. in auten. qui semel. colum. j. C. quo. & quan. iud. & in l. quæ sub conditione. §. fin. ver. uel dic. ff. de condi. insti. Barbat. in c. ex parte. col. 3. de feud. Cur. in tract. feud. in 4. p. nu. 76. ver. Istud est magnũ dictũ. Ias. in l. Si quis iniquum. §. quod autem. col. 1. uer. In contrarium moueo. ff. quod quis. iur. Fel. in c. cum non ab homine. & ibidem. D. meus col. fi. in 3. conclu. de iudi. Rui. consi. 85. col. 3. versic. Si verò non sit manifestum. vol. 4. Gramma. consi. 105. nu. 60. & con: ciui. 47. col. 1. & seq. Rip. in c. sæpè. nu. 100. de rest. spol. Quid autẽ si dictum sit, ipso facto, seu dictum sit ipso iure, & ipso facto. vel alternatiuè ipso iure, vel ipso facto uidere poteris per Io. And. in alle. c. 1. de homi. lib. 6. col. 5. ver. Et eodem modo, & ibidem per Gemi. col. 6. uer. Sed contra id quod dixi. per Bal. in ca. 1. colum. 1. cum addi. sua in uer. sed nunquid lex. in titu. Hic fini. lex Corra. Hyppo. de Marsi. in rub. ff. ad leg. Corn. de fals. col. 6. uersi. Et ad prædicta. & Bertr. consi. 217. col. penul. uer. Præterea supposito lib. 2. in ultimis. Effectus huiusmodi declarationis maximi sunt, inter quos ille, ꝙ is, qui excõicatus est ante declarationem, cogitat, id sibi tãtum, non aliis constare: unde aliquis minus forsan timens Deum, diuinamq; iram, quàm homines, humanasq. uoces humanam existimationẽ, hnmanasq. pœnas, indurato corde in excõicatione diu persistit. Et nonnulli excommunicati eo deueniunt, vt glorientur in malitijs suis iux. psal. 51. (Quid gloriaris in malitia?) Et psal. 93. (Vsque quo gloriabuntur?) Erubescet forsan hic, contristabitur, cõmouebitur, & forsan uiam rectam, uiamque salutis inueniet postq̃ declaratus fuerit, uidens se ab omnib. Deum timentibus uitari, & eiici tanquam canem mortuum, & ꝙ contra eum dr̃ illud 2. Reg. 16. (Quare maledicit canis hic mortuus.) Rursus dicet sibi illud ecclesiastici 13. (Quæ communicatio sancto homini ad canem?) Iterum audiet uerba, de quibus. 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelib. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quę societas lucis ad tenebras? Quę antem conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cũ infideli?) Hic etiam audiet uerba illa Matthæi 7. (Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas uras ante porcos) Et uerba Apocalips. uersus finem. (Foris canes, & uenefici. Et in summa effectus declarationis, & denunciationis, ij erunt, censura ecclesiastica magis timebitur, cõionis periculum euitabitur, contumaciæ uitium reprimetur, & excommunicati dum à communibus actibus excludentur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinabuntur. Hæc omnia habes in tex. capitu. pia. in princip. de except. libro 6. Declaratus etiam, seu publicatus excõicatus ex officio, nemine opponente, à iudicio, & ab actis re-

repellitur.d.c.pia.in fi.Declaratio etiam, & denunciatio excommunicationis,eam corroborrat, & saltem præsumptiuè eam probat,prout per docto. in d.c.pia,& hanc esse communem opinionem testatur Paris.consil.104. dico quod nu. 3. volum.4. Vide autem quæ nunc subijciam.

Quæro an declaratoria, & bracchium seculare probent excommunicationem ad effectum annullandi prouisionem beneficij? Pro opin.negatiua facit,quod notario vel iudici non credatur de actib. de præterito,puta, ex illis verbis in sententia, viso libello, visa litis contestatione,& similibus. Non enim probatur illa interuenisse.Imol.Abb. Fel.nu. 57.& alij in cap. quoniam contra. de probatio. Et hanc esse magis communem opin. testatur Alex. in consil.42.col.3.vol.4. Prout etiam dicimus non sufficere in inq.sitione scriptum esse, Fama,& legitimis inditijs præcedentibus, his enim verbis non statur.Fulgosi.107.col.2.Signo. de Homod.consi. 156.col.penul.Alex.consi.180.col.vlti.lib.2.ac cōsil.34.num.1.& consi.138. num.12.vol.6. Docto. in auten.si quis in aliquo.C.de edē. Amplius quia essemus in peremptoria exceptione non includeretur probatio excommunicationis,vt in specie habemus in Dec.8.de exceptio. aliàs 252.Item licet. in no.Bellame.Dec.86. in fi.Pro parte affirmatiua in censuris latis in Curia Romana conclusit Rota 10.Decembris 1540.quia de facili poterat reccurri ad regestum. Et pro hac opin.adducebantur etiā Hostien.& Gemini.in c.pia.de exceptio. vt in Dec. Put.73.incip.Dubitaui ego.li.1.

Aggrauādi, reaggrauādi. Crescente contumacia,seu peccato,crescere dēt & pœna. Genes.cap.18.[Clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis.] cū iis quæ sequuntur. Zacha.7. [Et aures suas aggrauaueruut, ne audirent.] l.relegati.ff.de pœnis l.quicunque. in princ. C.de ser.fugi.cap.quia sanctitas,ibi.[Et quem maior sequitur culpa.] 50.dist.c.cnm non ab homine. de iudi.Spec.de sent.§.vt autem. dum diuersas sententiarum formas tradit.num. 31. versicu. uerum quia excommunicatio, vbi de duplici aggrauatione loquitur,ipsius aggrauationis formulam ponēs De grauatoria tractat Spec.de senten.d.§.vt autem num.31.& seq.& de grauatoria,& reaggrauatoria loquitur Pau.Castren.consi.321.visis actis,iux. nouam impressionem,uersic.in quantum verò dicta captura. p.1. Aggrauare aliquid est illud grauius, seu molestius,seu iniquius efficere. Sapien.9. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam. Colum. lib.2. Tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo profectu operis.Et Claudius Iurecō.referēs Demostenem sub ijs verbis: Nemo enim o uiri Athenienses denuntians hoc quod aggrauat audientibus repræsentare potest, ita vt rei veritas se habet.Hæc habes in l.aut facta, quæ est 16. §. tempus.ff.de pœnis.

Interdicendi. Interdictum ab excommunicatione, & suspensione differt,quia excommunicatur, seu suspēditur persona,interdicitur verò locus,regnū, prouincia,ciuitas,castrum, populus, communitas, clerus,capitulum,collegium,uilla,prout videre poteris Iosue cap.6.[Vociferamini,tradidit enim vobis dominus ciuitatem,sit que ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt Domino, sola Raab meretrix viuat cum vniuersis,quę cum ea in domo erunt.] Et nobis inseruient uerba Cæsaris,quæ supra retuli in uersi.ecclesiasticis; & dum ipse dicit,si quis aut priuatus, intelligi debeat de excommunicatione,dum verò subijcit, aut populus, applicemus eius uerba interdicto.pro quibus faciunt tex.in cap.P.& G.de offi. deleg. cap. cum ab ecclesiarum.de offi.ord.Io. de Ligna. in tabu. remissio. super interdicto.eccle.post princ.in ver. differunt. uersic.tertiò,quia proprie loquendo excommunicatio, & suspensio concernunt hominem, vt proprium obiectum,interdictum locum.Ioan. Calde. de interdi.eccle.p.1.num.4. uersi. alibi excommunicatio,& interdictum ponuntur ut diuersa.& nu. 7.versi.Item singularis persona propriè suspendit. Non sine magna causa ad interdictum deueniri debet; per illud enim multi ob contumaciam,seu peccatum unius plerunque plectuntur; & si peccata suos debeant tenere auctores.l.crimen. ff. de pœn. l.sancimus.C.eo.& in proprijs terminis nostris est text.in c.quæsiuit.de his,quæ fi.à maio.p.c. ubi de interdicto posito propter culpam,seu delictum psonæ singularis,& in c.Romana.§.fi. de senten.excom.lib.6.Et licet loquatur in excommunicatione, tamen quia ratio ibi expressa est fauorabilis animabus,quod patet ibi.[Volentes aīarum periculū uitare] idem dicendum erit in interdicto, tū propter identitatem rationis, ad l.si postulauerit.§.ratio.ff. de adul.l.à Titio.ubi latè Ias.col.3. ff.de uerb.obli. Oldra.consi.185.Thema tale est, in fi.ubi etiam, ꝙ tunc non dicatur lex extendi,sed enucleari,& gloss. in l.sed & si lege.§.& puto posse.in uersi. habeant, ante fi.inuehitur contra considerantem diuersitatē casuum ratione contempta.ff.de hære. petit. Cald. consi.1.An sit licitum.sub tit.de reg.circ.medium. uer.non obstat,dicit,ꝙ ratio est lex communis. Tū etiam propter fauorem animarum,de quo supraad ea quæ adduco in 6.q. reg. de impe. bene uiuen.& quando hęc interdicta indiscretè,& absque magna causa decernuntur,& seruari mandantur,decrescit indeuotio populi,pullulant hęreses,infinita pericula animarum insurgunt,ac ecclesijs sine earum culpa debita obsequia detrahuntur,uerba sunt Bonif. VIII.in c.alma mater.§.quia uero. de senten.excō. lib.6.In rescripto pro obtinendo interdicto,uel interdicti ampliatione, ultra alias hæc clausula poni consueuit. Cum autem pater sancte,malitia contumacia,& ribellione crescentibus,crescere debeat & pœna &c.arg.tex.in l.penul.ff.de priu.deli.in l.quicunque.C.de seru.fug.c.1.de pœn.per Afflict.in c. 1.§.aut libellario.num.45.qui mo.feu.amit. Spec. de senten.§.vt autem.num.30.& sequen.Excōmunicationis verbum iuxta terminos nr̄os usurpatū inuenimus ante annos mille, prout in concilijs Africanis,quibus interfuit diuus Augustinus,ex collectaneis Isidori in Græcis decretis conciliorum,

Item

Item Hierony. in Rufinum. cuius verba ſunt, vt certior ſit tui reprehẽſio, quàm poſt pacem excommunicatio.

Auxiliumque brachij ſecularis implorandi, &c.) Duobus modis auxilium brachij ſecularir imploratur; uno quando delinquens incorrigibilis per ecclesiaſticum iudicem, curiæ ſeculari, corporali pœna puniendus traditur, iux. tex. in cap. cùm non ab homine. in fi. de iudi. in c. 2. in fi. de cleri. excommuni. & in c. 1. & in ca. quoniam in pleriſque. de off. ord. c. princeps. 23. q. 5. & in Repert. Inquiſito. in ver. Brachium ſeculare. Altero modo, & magis ꝓpriè, & iuxta terminos noſtros, auxilium brachii ſecularis inuocatur, ad adiuuandum iudicem eccleſiaſticum, puta ſi timeat de Rei potentia, vel illius fuga, vt in c. vt famæ. §. Laici verò. de ſentẽ. excomm. in c. 1. de off. ord. optimè per Abba. in ca. quoniam. ſuper glo. fi. vbi ponit hanc diſtinc. eo. & ꝙ neceſſaria ſit hæc clauſula in reſcripto, alioqui delegatus illud inuocare non poſſit, concludit Archid. in c. ut officium. de hæret. li. 6. Abb. anti. in c. ſignificaſti. ad fi. de off. dele. reſpondens contrariã opi. procedere ĩ ordinario. Fede. de Sen. conſ. 251. Caſus talis Iacobus. nu. 4. verſ. præterea brachium ſeculare non poteſt inuocare iudex delegatus ſine ſpeciali mandato, & hoc dicit eſſe de ſtilo curiæ, & etiam Abb. Pan. in d. c. ſignificaſti. confitetur hunc eſſe ſtilum Ro. Cu. nu. 8. licet poſtea dicat communem opinionem eſſe in contrarium, & illam ipſe ſequatur. Videatur etiam Prouin. fol. 21. ver. inuocatio brachij ſecularis, hodie non datur abſque ſignatura. Qui ſapiunt, clauſulam præmiſſam in reſcripto non omittant ad tollẽdum omne dubium, & quòd brachium ſeculare decernatur in ſubſidium, & tempore ſuo, et præuijs declaratione excommunicationis, ac aggrauatoria, & reaggrauatoria, & nonnunquam etiam interdicto & aliàs ſeruata ad vnguem forma reſcripti, & ſi ſine reſcripto poſt omnes alios actus ordine non prętermiſſo voluerunt Oldr. conſ. 89. Epiſcopus ſi inuocat brachium ſeculare. Paul. Caſtr. conſil. 39. viſis actis. colum. vlt. Feli. in cap. cum dilecta. col. 4. verſ. Et dicit pulchrè Pau. Caſtren. de reſcr. & ꝙ vigore brachii ſecularis perſona capi non poſſit, niſi aliter verba ſonent, cùm ad capturam vltimò deueniendum ſit. Ang. conſil. 47. iſta num. 3. & an in pręſtante auxilium huius brachii ſecularis requiratur cauſæ cognitio, uideantur Inn. et alle. c. 1. de offi. ordi. Et Inn. in cap. cum in iure. de offi. dele. Alex. conſil. 130. in cauſa. nu. 3. vol. 4. ſi tamen illud conſilium Alexandri eſt, et Iafre. Dec. 88. incip. iudex requiſitus. Et quòd detur in ſubſidium, et quando opus eſt brachium ſeculare, ſeu militare, probat tex. in l. ſi in aliquem. ibi miniſteria quoque militum, ſi opus fuerit, ad curatores adiuuandos dare. ff. de offic. proconſ.

Cęteraque faciendi. Supple tu, uel fieri faciendi, ſeu mandandi, ita etiam interpretari debemus verba tex. in c. nos quidem. ibi [tunc per te ædificetur, et poſtea ſine diminutione qualibet aſſignentur] id eſt vt ædificari, ſeu aſſignari faciat, ſeu mãdet de teſta. quãdo enim aliqua mandantur, quæ ille, cui ſit mãdatum, per ſe ipſum implere nequit, ſeu neſcit, vel non conuenit ꝙ ipſe impleat, alter eius mandato, uel iuſſu implebit, prout in caſu d. cap. nos quidem. Epiſcopus enim neſciebat veriſimiliter ædificare, et ſi ſciuiſſet, non conueniebat, vt ædificaret: ſat eſt, quòd ædificari mandet, & faciat. Idem dicimus de clauſula in commiſſione executoriali poni conſueta, videlicet. (cũ poteſtate litteras executoriales intimandi & exequendi.) Quomodo intimabit, ſeu exequetur Iudex Romanus in Hiſpanis, vel Germania, aut etiã hic Romæ citra offenſam ſuæ dignitatis? Intimari, & exequi mandabit, & faciet per alios, & ſic per ipſum facere videbitur, ad tex. in l. 1. poſt princ. ff. de eo per quem fac. erit. l. 1. ante fin. ff. ad Turpil. & alia, quæ adduco in 20. quæſtio. 16. Reg. Canc. nu. 3.

Ac regulis Cãcellarię, illa præſertim.) Hæc clauſula neceſſariò ponitur, quando literæ non ſunt expeditæ tempore commiſſionis cauſæ, propter reg. cancell. 31. quòd commiſſ. cau. liter. non confe. Videantur, quę ibi ſcripſi & de additione, quam ſignatura facere conſueuit, dum hæc derogatio petitur.

COMMISSIO III. SVPER CAVSA PROFANA.

BEATISSIME PATER, quia ad aures, & notitiam deuotæ creaturæ veſtræ. N. Epiſcopi Amerini, per varias & diuerſas perſonas deuenit, plura bona, caſalia, domos, vineas, & alia ſtabilia valoris duorum mille ducatorum ad cathedralem eccleſiam, & dictam creaturam ſpectantia, & pertinentia, ac ſpectantes, & pertinentes, indebitè occupata, & occupatas, etiam ſub colore attendamentorum, affictuum, ſeu locationum eiſdem factarum; de quibus vbi appareret, ex forma conſtitutionum præſertim vtriuſque paulinę omnino nullitatis vitio ſubiaceret, & ad d. creaturã ſpectet pro iniuncto ſibi paſtoris officio, bona, caſalia, vineas, & domos prædictas recuperare ab occupatoribus, & detentoribus quibuſcunque. Ideo ſupplicat quatenus cauſam, & cauſas, quam, & quas dicta creatura habet &c. contra, & aduerſus quoſdã. P. & Q. clericos, ſeu laicos, detẽtores, quàm alios, tàm in Decreto, quàm in executione citationis pręſentium vigore ad partes decernendæ nominãdos quotcunque ſint numero, omneſq; alios ſua communiter &c. de, & ſuper caſalibus, domibus, vineis, aliorumq; bonorum ſtabilium recuperatione, ac fructibus &c. nullitateq; & inualidate quarũcunq; prætenſarum locationum, rebuſque alijs &c. attenta grauitate cauſæ alicui ex veſtri ſacri palatij & c. ſummariè, & prout in beneficialibus audien. &c.

confinium

confinium dictorum bonorum, aliorumq; hic necessariò exprimendorum tenores, & formas pro plenè,& sufficienter expressis habentes.

COMMISSIO prædicta est sup causa prophana,licet actor sit persona ecclesiastica, & bona etiam supponantur ecclesiastica, vnde non erit locus cle.dispendiosam.de iudi.illæ enim sunt causæ spirituales in dicta clem.comprehensæ, quæ ibi nominantur,seu exprimuntur,& non aliæ.ad Dec. Cassa.1.de iudi.& licet in dicta cle.dispendiosam. inter causas spirituales nominetur etiam causa super Decimis;glosa tamē ibi in ver.decimis,restringit,& declarat,de quibus decimis sit intelligendū. Immo aliqui limitant dictam cle. vt procedat solū quando tractatur de iure decimādi, at si super fructibus decimarum præsertim præteritis,ꝙ non dicatur causa spiritualis,immo iudex laicus adiri possit.Fede.de Sen.consi.245.D.Andreç. nu.1. quod sequitur,licet illud cons.corruptè citet Lud.Rom. in l.Titia.num.6. ff.solu.matr. Profana.i.procul à fanis,seu à sacris.Horat.in poet.Fuit hæc sapientia quondam publica priuatis,secernere sacra prophanis.idem Horat.episto.ad Quintium lib.1. Si spes fallendi miscebis sacra prophanis.glo.antep. Insti. de empt.& uendi.& profanare.i.veneranda deturpare,seu conari deturpare.l.nemo clericus. iun. gl. in ver.prophanant.C.de summa trin.profana aūt, & sancta,seu sacra vel diuina opponuntur. Leu.10. & vt habeatis scientiam discernendi inter sanctū, & profanum,inter pollutum,& mūdū. Ezech.22. Inter sanctum,& profanum non habuerunt distantiam,inter pollutum,& mundum nō intellexerūt. Sic apud Platonem lib.8.cui titulus Eutyphro,vel de sanctitate. Quomodo diuinum numē circa sanctum,prophanumve se habeat. Et parum post,sic te sincerè diuina, sancta & prophana quomodo se habeant scire præsumis.& post: An non idem est in singulis actionibus ipsum sibi sanctum, & prophanum,rursus omne sanctum contrarium &c. & iuxta tex.in l.in tantum.§.si quis ergo. ff.de re.diuis. §.sacræ.instit.eod.l.inter stipulantem. §.sacram.ff. de verb.obli.l.3.§.nam in contempto, vbi etiam gl.C.de sacro.Eccle.c.alienus est, profanus est 24. quæst.1.Profanum, & illicitum, seu immundum nonnunquam pro eodem ponitur,prout Gen.43. ad fi. (Illicitum est enim Ægyptijs comedere cum Hebræis,& profanum putant huiuscemodi conuiuium,& Leuit.19.in prin. (Si quis biduum comederit ex ea,profanus erit, & impietatis reus.) Et profanare idem significat, quod violare,& polluere. Neemiæ seu 2.Esdræ cap.fin. (Quæ est hæc res mala,quam vos facitis?& profanatis diem sabbati,& postea vos additis iracundiā super Israel violando sabbatum.) & ad fi. (Recordare domine Deus meus aduersus eos,qui polluunt sacerdotiū, iusq; sacerdotale.& Leuiticum.) prophanus idem quod impius,scelestus,pollutus,irreligiosus.Iuue. Saty.2. Solis ara deæ maribus patet, ite prophani clamatur.& Statius. Fraternas acies,alternaq; bella prophanis decertata odijs.Item prophani dicebantur sacris non initiati,qui phanum intrare non poterant.Item indocti,imperiti. Horat.in prin.3.lib. Carminum.odi prophanum vulgus. In hoc sensu accipi forsan possent verba Sibillæ virgilianæ.procul hinc, procul esse prophani,conclamat vates totoque absistite luco. Et sic extra phanum, & extra lucum prophanos eijciebat. Prophanos item vocat Plato lib.13.cui titulus Theætetus,uel de sciētia duros nimium,& proteruos,nihil aliud esse putantes,quàm quod pugno tenere possint,dicentes, nihil esse inuisibile. Prophanare alibi pro irritare, contrauenire,seu non custodire, uel non obseruare,accipimus,prout Psal.88. (Si iustitias meas prophanauerint,& mandata mea non custodierint (& postea) neque prophanabo testamentum meum,& quæ procedunt de labiis meis,non faciam irrita.

Ad aures. Sic & ecclesiastici c.21. (Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures perueniet.) Aliquid deuenit ad aures perueniet.) Aliquid deuenit ad aures per relationem vnius,prout in c.ad aures.de æta. & qualit.ca.ad aures.quod met.cau.& in cap. Quintauallis.de iureiuran. nonnunquam verò pluribus significantibus,prout in c.ad aures.de rescr.in ca.ad aures.de exces.prælat.& in c.ad aures.de pœnit. In vtroque casu præsertim in 2.quando clamor ad prælatum ascendit,qui diucius sine periculo dissimulari, vel tolerari non potest,iux.tex.in c.fi. in fi.de cohabit. cleric.& in capitu.qualiter 2.de accusa. prælatus prouidere taliter debet,ne iuxta euangelium, & iuxta dictum cap.qualiter, ab officio suo turpiter amoueri mereatur.

Creaturæ vestræ. Mos est antiquus Ro.Cu. vt sicut supplicantes quicunq; sint, siue laici, siue clerici, deuotos se oratores nuncupant; ita & episcopi,archiepiscopi,primates,& Patriarchæ se deuotas Papæ creaturas nominent. At si quis causam differentiæ quærat inter hos, & illos, non facile illam concludentem inueniet; immo videtur indifferenter concludendum esse,nomen creaturæ cuicunque homini conuenire, prout Sapien.3. (Maledicta creatura eorum) & cap. 16. versus finem, [Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormētum aduersus iniustos.] Ad Romanos 8. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.cum ijs,quæ sequuntur. Marci c.26. (Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.) Omni autē creaturæ Euangelium prædicatur,cum homini prædicatur, vt dicit Gregorius in Homelia Euangelij Pentecostes. sic,& apud diuum Hieronymum contra Iouianū. (Omnis creatura sub vitio est.) Et c.fi. ante fi. vers. omnis creatura,de pœnit.dist.2.c.si quis per capillum.§.& si quis per creatura.22.quæstio.1. Verum, respondere possumus, ꝙ sufficere debet stili Rom. Cur.usus,ad vulgatum.ca.quam graui,de cri.fal. ad consil.Calde.8.sub titu.de rescri.num.4.Mil.in reper.in ver.stilus curiæ.Dec.consil.699. quod est pen.nu.5.sed si aliquis stili præmissi rationem inuestigare tentauerit, illa puto contentus erit (quam non legi ab alio tactam) quod episcopi,& superiores sedis Apostolicæ, & Papæ illos promouentis, & illius

& illius ſucceſſorum creaturæ magis proprie, quã alij dicantur; ex quo Epiſcopi à Papa creantur, & conſecrantur, & quaſi noui homines efficiuntur, nouam quaſi naturam aſſumentes, mores mutantes & ſtatum, propter quam ſtatus mutationẽ quis nouus homo iuris interpretatione dicitur, prout ſeruus factus liber, & liber ſeruus effectus. l. qui res. §. aream. ff. de ſolutio. l. ſi ſeruus legatus. in fin. ibi, Nouus enim homo videtur eſſe. ff. de adi. lega. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obl. l. quod quis cum ſeruus. cum ibi no. per præceptorẽ meũ. ff. de reg. iur. Et quòd epiſcopus vocari debeat Papæ creatura, probatur etiam ex tex. in ca. ego. N. de iureiu. vbi profitetur ſe Epiſcopatum à ſede Apoſtolica recognoſcere, & iurat fidelitatem Papę, qui ipſum creauit, & ſucceſſoribus. Alia etiam ratione vocari poteſt creatura, ex quo ex ſimplici homine, & ſic effectus epiſcopus: quodammodo creatus dicatur. In ſimi. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam. §. ſuſceperit liberos, num. 69. C. de reuo. dona. Hinc ẽt videmus ꝙ in creatione clerici epiſcopus ei tonſo dicit, Inducat te Deus nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitiam, & ſanctitatem veritatis. Pro præmiſſis adduco ad Rom. cap. 6. & ad Epheſ. c. 4. Deponite vos ſecundum priſtinam conuerſationem veterem hominem &c. & ad alia ſupra adducta. Non ſolum autem iuxta conſiderationem præmiſſam quis alius, vel nouus homo dici poteſt, ſed etiam quando ex ignauo, ſeu ignorante ſciens, uel prudens euaſit, ex ſententia Platonis, li. 3. in Theæteto, ſeu de ſcientia, vt alij, inquit, quodammodo effecti habitum priſtinũ deponant. Hęc ego menſibus elapſis Phanum pertranſiens, vt Venetias adirem, a religioſiſſimo Antiſtite Franciſco ex nobili familia Ruſticucia hoſpitatus in menſa exiſtens adducebam: ſciens Reuerendiſſimum illum epiſcopum omnibus ſcientijs, optimis moribus, ac virtutibus ornatum, regiũq; animũ præſe ferẽtem, plus paſci cibo ſpirituali, ac doctis ſermocinationibus, quàm illis cibis pręcioſis, quæ continuò parari facit pro omnibus non vulgaribus illac in dies pertranſeuntibus.

Plura bona. Spiritualia ſine temporalibus diu eſſe nõ poſſũt, & ſpiritualia per temporalia conſeruantur, ad ca. ſi quis obuenerit. 1. q. 1. arg. tex. in c. relatum, & in c. dilectus. 1. de præben. Io. de Ligna. in tract. de Amicitia. in cap. de Amici. quæ eſt propter honeſtum. poſt num. 1. ſequitur, ꝙ etiã circa temporalia conſeruanda ſolicitus debet eſſe Prælatus, & quilibet beneficium eccleſiaſticum obtinens.

Caſalia. Sufficiebat dicere plura bona ſtabilia, abſque illa expreſſione Caſalia &c. ad tollendum tamen dubium, de quo in l. ſi in rem. in prin. & in fi. ff. de rei vendi. & in c. 2. de libell. oblat. vbi etiam quòd alia ſpecificari debent, bona talis fuit additio, vltra quam etiam aliam clauſulam ponere ſoleo; de qua infra ad fi. in verſ. confinium.

Vineas. Vineam primus plantauit Noe. Gen. 9. in ſacra pagina duob. modis accipitur vinea: loquar de primo vulgari, & communi vſu, prout dicto ca. 9. Gen. & Exod. 22 in prin. (Si læſerit quiſpiam agrum, vel vineam.) Leu. 25. in prin. (Et ſex annis putabis vineam tuã.) 4. Reg. 19. verſus fin. (Plantate vineas, & comedite fructus eorum) & alibi ſæpè. Ita etiam accipimus in iure noſtro, prout in l. forma. ibi. (Vinea quot vites habeat.) ff. de cenſi. & in l. ſed etiam a vinea. ff. de in ius vocan. Vineæ appellatione an veniat etiam arundinetum, quod cannetum vulgo dicimus, videtur quòd ſic, ſi eſt ad vſum illius vineæ. argum. tex. in l. prelijs. §. qui domum. ff. de lega. 3. & in l. fi. 1. reſpon. ff. de ſerui. vrba. prædio. Et per Alexand. conſ. 223. viſis verbis. in prin. lib. 2. Pro hac opin. arguo, etiam ſic: vitis arboris appellatione continetur: arundines veniunt arborum appellatione: vtrunque probatur ex l. 2. & 3. ff. arbo. fur. cæſa. ergo arundines veniunt appellatione vitium: & arundinetum appellatione vineæ. Et quòd arundineta contigua, vel proxima ſint neceſſaria ꝓ vineis iugatis in Italia frequentiſſimis oſtendit M. Varro de re ruſt. cap. 11. de vitium ſpeciebus tractans, ubi conſulit arundines domi naſci debere, vineæ enim tunc ſumptum non metuent. & Columella eo. tract. lib. 4. cap. 30. de pedaminibus, & iugis pro vineis loquens inquit. Hæc enim quaſi quędam dotes vineis ante præparantur, quibus ſi deficitur, agricola cauſam faciendi vineta non habet: cum omnia quæ ſunt neceſſaria extra fundum quęrenda ſint: Nec emptionis tantum (ſicut ait Attilicinus) pręcium onerat ruſtici rõnem, ſed & comparatio &c. Pro quo etiam adduci poteſt, ꝙ legata domo veniat etiã hortus, vt voluit Abb. & ibi Barb. in apoſtil. in c. Rainutius. de teſta. & per alia cumulata per Cagno. in l. cum principalis. nu. 9. ff. de regu. iur. Quod tamen Docto. omnes in materia loquentes fundant ſe in contiguitate, & connexitate, ad glo. in cap. fin. 12. quæſt. 2. ſi emptio canneti ſimul cũ vinea facta ſit aliquid etiam operaretur, vt veniret appellatione vineæ. ad text. in l. prædijs. §. Titio. ff. de leg. 3. & ibi glo. in ver. rationibus. Facit etiam, quod legato fundo ueniant paſcua, ad illius uſum deputata. l. Seio. §. Tirãnæ. ubi Bart. in ſum. de fun. inſtr. Contrarium concluſit Rota in vna Romana bonorum pro Rocco Blancalana cõtra Valaguſios, coram Reuerendiſſimo Cardinali Puteo olim Rotæ Auditore; in qua cauſa ego ſcripſi, & inter alia ponderabam proprium vineæ eſſe habere vites non autem arbores, arundines, vel quid aliud, vt omnibus patet; & probatur ex alleg. tex. in l. forma. ff. de cenſi. pro quo etiam adduci poteſt. l. item ſi fundi. §. inſtrumenti, ubi arũdinetum, vt quid diuerſum à fundo, poni uidetur. ff. de vſufruc. Videatur etiam Dec. Putei 85. lib. 3. incipien. In vna Rom. hæreditatis.

Stabilia. Idẽ quod immobilia ſignificãt, quæ aliàs dicuntur bona ſoli, ad differentiam mobilium. l. quam Tuberonis. §. in peculio autem. ff. de pecu. mobilia autem & mouentia, an inter ſe differant, videatur. l. mouentium. & ibi per Alcia. ff. de verb. ſign. Mouentia etiam bona. i. mobilia appellat Modeſtinus in l. fi. ff. de requi. reis. Et quòd idem ſit dicere mouentia, & non

mouentia,

mouentia, quod mobilia & immobilia, probatur ex tex. in l. in rebus. C. de iu. dot. De bonis mobilibus, & immobilibus habemus tex. in l. bene à Zenone. vers. quæ omnia. C. de quadrien. præscrip. & dicuntur immobilia, seu stabilia, quæ de sui natura moueri non possunt; & mobilia quę apta sunt moueri de loco ad locum. Plato secundum puerorum opinionem in sophista, vel de ente post medium, comprehensis omnibus quotcũque (inquit) vel stant, vel mouentur, ambo sumus ens, & omne vocari. Fructus, vsusfructus, actiones, nomina debitorum an computentur inter mobilia, an inter immobilia, & de alijs mobilibus & immobilibus, videtur tex. in alle. l. fi. ff. de requi. reis. cum ibi nota. Oldra. cons. 219. factum tale est. D. Rex. Luc. de Pen. l. fi. col. 1. & 2. C. de venden. rebus ciuitatum lib. 11. D. meus Phi. Dec. cons. 472. testator legauit. Abb. nu. 2. & seq. & Aug. Bero. in c. nulli. num. 7. de reb. eccles. non alie. vbi etiam an appellatione immobilium veniant serui rustici, & plenius num. 70. & seq. vbi quæ dicantur mobilia, quæ immobilia, & an actiones, & nomina debitorum, sub illis veniant, & præfati, & Ias. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. in 4. not. ff. de re iudic. & in l. stipulatio hoc modo cōcepta. col. fi. ff. de ver. obli. ac D. meus cons. 442. in causa. concludunt, quando simpliciter fit mentio bonorum cōprehendi iura, & actiones, ac nomina debitorum. l. nomen. & ibi Doct. C. quę res pign. obli. pos. Anchar. cons. 101. num. 6. Aymo cons. 213. latè Tiraq. in l. si vnquam. in ver. bona. num. 8. & seq. C. de reuo. dona. sed si dicatur, bona mobilia, & immobilia vbicunq; sita, non comprehenduntur iura, & actiones, ac nomina debitorum, iura enim & actiones ac nomina debitorum sunt tertia species, nec circunscribuntur loco. pro quibus adduci potest tex. in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecu. in l. vxorem. §. legauerat. in l. quæsitum. §. 1. & in l. si mihi Męuia. in princ. ff. de leg. 3. glo. Cępol. Alcia. & alij in l. mouentium. ff. de verbo. sign. Et in legato voluit Oldra. cons. mihi 163. quod incipit, ꝙ nomina debitorum in legatũ. Dec. consil. 237. num. 1. vbi de legato omnium, & singulorum bonorum quorumcũque. Ias. consi. 5. col. 4. vers. 2. pro ista. lib. 3. Paris. consil. 49. num. 1. & seq. & cons. 69. num. 14. & seq. lib. 2. Bero. consi. 41. num. 3. & cons. 53. num. 8. lib. 1. Cassen. cons. 7. num. 45. vbi quòd in legato quantumcunque generali nomina debitorum nō comprehenduntur. Capra consil. 9. nume. 9. Rolan. à Valle loquens de legato quorumcunque bonorum cons. 65. num. 8. lib. 1. Nat. cons. 146. lib. 1. num. 13. Fran. Mar. Dec. 322. num. 8. 10. Dilect. de Arte testan. in titu. de legat. caute. 9. latissimè Tiraq. de vt. retra. titu. 1. §. 1. Glo. 7. num. 8. & seq. Pinel. in rub. C. de bon. mat. par. 2. num. 24. & seq. Annui redditus, quòd inter immobilia connumerentur, probat text. in §. 1. ibi [aut ciuiles annonas] in Auth. de non alie. & in l. iubemus 2. ubi Bal. not. C. de sacros. eccle. Gemin. consil. 40. num. 4. D. meus in cap. in præsentia. nu. 74. de proba. Tiraquel. de vtroque retra. par. 1. §. 1. glo. 6. num. 4. & ante, vbi præmittit de sui natura non esse propriè immobiles, nec mobiles, sed esse tertiam quandam speciem, citans ad id alios.

Valoris.

Non est necessaria valoris expressio: expedit tamen in casu nostro illam exprimere, tum ad ostendendum, ꝙ causa est vltra quingentos, & sic meritò in Rota discutienda. ad ea, quæ notauit Staphi. super signa. versic. secundo quādo causa est ardua, puta supra quingentos florenos, fol. 158. ad fi. tum ad demonstrãdum, ꝙ non sumus in re modici valoris; quo casu de iure alienatio, seu locatio forsan tenuisset, vt in cap. liceat, & in cap. terrulas. 12. quæs. 2. Fede. de Sen. consil. 210. Quidam episcopus. circa medium. & Abb. in cap. vt super. nume. 15. & post nume. 18. de reb. eccles. alien. Felin. consil. 42. Cantor ecclesiæ. numero 14.

Spectantia.

Latè patet hoc verbum, prout in l. 3. §. sed utrum. ad fi. ibi. (Licet aliquo casu peculium ad filiũ spectet.) & postea §. Pomponius. ff. de mino. in c. cùm in cunctis. §. cum vero. de elect. ca. cum ecclesia sutrina. de cau. poss. & propr. cap. querelam, vers. & ecclesia eadem spectat ad titulum. S. Susannæ. de electio. Alex. cons. 43. uisis. num. 1. uol. 4. Paris. consil. 58. vera iuris. num. 44. li. 3. Spectare potest principaliter, item secundario. Abb. in cap. audiẽtiam, col. 3. uers. quæro. de præscrid. Et quod idem significet spectare, quod pertinere uoluerunt Ias. post alios, quos citat in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 285. ff. de acquiren. poss. Feli. in cap. inter dilectos. num. 2. de fi. instrum. Marsi. sing. 280. ac consilio 16. nu. 13. & cons. 40. nume. 25. lib. 1. Chacher. Dec. Pedem. 4. nu. 2.

Pertinentia.

Generalem significatũ habet hoc uerbum, & larissime patet, non solum ius dominij ueri, ac dire cti demonstrans. Leuit. cap. 27. (Et possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum.) Num. 5. (Omnesq; primitiæ, quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinent, & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis ipsius erit.) Et cap. 16. post princi. (Manè inquit notum faciet Dominus, quæ ad se pertineant.) l. si his uerbis. ff. de adopti. sed etiam utilis, & pignoris: & non solum petitorium, sed & possessorium respiciens. l. uerbum pertinet. ff. de uerbo. signif. l. 1. §. penult. iun. glo. in ver. pertinet. ff. de no. ope. nunc. glos. in l. si quis intentione. ff. de iudi. l. 3. C. de fi. instrum. ca. querelam. ubi etiam glo. & Anto. de But. de electio. Bal. in l. si de proprietate. num. 15. C. si à non compe. iudi. sequitur Fely. super rub. de rescr. ante num. 6. cap. cum ad sedem. de resti. spol. Rot. 396. si committatur. in nou. Abb. in cap. 1. num. 16. uers. sed circa hoc. de seq. pos. Alex. præalleg. consil. 43. num. 1. uol. 4. Soz. consil. 8. uisis, & diligenter. col. 2. uers. & opin. Rotæ. Idem Soz. in l. rem quæ nobis. post num. 14. uers. & idem concludendum. ff. de acqu. posses. Aret. in l. Centurio. col. fi. ff. de uulga. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 184. uers. similiter uerbum pertinere. ff. de acqu. posses. & ibidem Rip. num. 198. pro quo uerbo pertinet, & ꝙ respiciat dominiũ, & possessionem, uideatur Fely. super rub. de rescr. ante num. 6. uers. unde dicit Bal.

cit Bal.& Barth. Cassan.consi.61.super facto. nu.2. Et q hoc verbum, pertinere, in rescripto positum, sit latissimum, voluit Corn.consil.247. viso processu, post num.15.lib.1. pertinere iuxta sui naturā accipimns principaliter, non secundariò.l.seruum. §.ait prætor.& l.non solum.§.quæ utitur.ff.de procu. Et q sit verbum directum, Bald.in l.licet.C.de pact. Pertinere etiam dicitur quod ex præscriptione pertinet, quod valet ad verba libelli, si in eo dicatur, rem petitā ad se pertinere, satis enim est probare dominium ex præscriptione competens. ad nota.in c.cum ecclesia sutrina.de cau.pos.& propr. Abb.in c.cum contingat.in 1.not.de deci. Pertinere etiam, idest respicere, seu concernere. l.solent.§. quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus.ff. de offi.procon.l.sed & posteriores.ff.de legi. Pertinere etiam, idest coniunctum, proximum, seu de familia esse.l.si in aliquam.in fi. ff. de off.proconsi. l. uni.§.sed et si.ff.de off.præfe.vrb.l.illicitas.§.ne potentiores.ibi, (ad religionem præsidis pertinet.) ff. de off.præsi. Pertinet, idest vtile est, d.l.illicitas.§.ne quid sub nomine militum quod ad vtilitates eorum in communi non pertinet &c. Pertinere ad rē idest ad rem, seu causam, vel casum facere, seu rei expedire.l.1.vers.nec ad rem pertinet, q in hæreditate res corporales cōtinentur.ff.de re.diuis. Pertinentiarum autē appellatione veniunt omnia, quę ad rem pertinent; & quę statuto, vel consuetudine, seu lege deputata sunt, vt accedant. c.cum ad sedē, & ibi per Inn.Io.And.in ver.pertinentijs suis, & Abb.num.11.Anto.de But. col.3. vers. oppono q non procedat. Anch.col.2.Card.col.1. & Imol.col. 2.vers.Item aduerte. & Collect.nu.9. de rest.spol. Oldra.consi.10.in prin.Specu.in tit. de relig.dom. col.1.vers.qua lite autem, & ibi Ioā.And.in addit. Bal.consi.420.col.2.vers.Istis ergo.lib.1.& consil. 445.col.1.vol.5.Abb.consi.62.col.3. vers.secūdo principaliter.lib.2.praxi. Papien.in libell. actionis realis, in ver.cum pertinentiis suis. D.meus Phil. Dec.consil.516.col.pen.vers.Et sicut domina.vide per Sozi.reg.295.in ver.pertinentiarum.vbi ponit regulam, & quatuor fallen. Pertinentiarum Castri appellatione quod nō veniant prædia, seu possessiones particulares in territorio ipsius castri existentes, voluerunt Imol.in l.possidetis. Et ibidem Alex.nume.23.ff.de acqui.poss. Idem Alex.consil. 222.in fi.vol.6.& consi.14.vol.7. Ias.in l.beneficiū. num.7.ff.de consti.princi. Are.consil.15. nume.1. Ruin.consi.45.col.1.lib.1. Declarant nonnulli istā opin. procedere quando dominus castri illa bona particularia nō eodem iure cum castro possidebat, sed diuerso, vt per Aret.in l.3. col.5.vers. Adde ēt ff.de acquir.poss.& per Mar.Soz.Iun.ubi supra. Vel quando disponens de castro non erat ipse dominus terrarum, & prædiorum particularium, ut per Aret.alle.consi.15.col.1. Verum non defuerūt, qui contrarium tenuerint non obstantibus pręmissis, voluerunt enim bona particularia videri concessa. prout Bal.in cap.1.colu.1. & seq. vers.modo hic quæritur. Aluarot.colum.pen.vers. Au.concessit castrum. Præposit. Alex. col.2. vers. Quæro ab extra.ac Afflict.nu.52.de capit.qui cur.vēdi. Aret. in l.3.col.5.ff.de acqu.poss. Corn.consi.321.col.penult.vers.pro decisione.vol.4.Barba.consi.57.colum.10.vers.Et ideo cum Innocē.uolu.4. D.meus Phil.Dec.dicto consil.516.colum.penul.versicu.Et sicut, ac consil.517.col.fi.vers. Et dato quòd esset. Ego sequerer opi.Mar.Sozi.iun.prælle.consi.160. nu.3.lib.2. ut quando bona eodem iure dominus possideret, tunc concessa censeantur, secus quando diuerso iure ea acquisiuisset. Limitari possent prædicta omnia, nisi ex cōiecturis aliud appareret, puta si argui, uel coniecturari posset ex qualitate, seu quantitate precii, ut uoluerunt Imol.in l.2.& Are. uterque in fi.ff.de acqu.poss. Alex. dictis cōs.222. in fi.uolu.6.& 14.uol.7.& Affli.in alle.cap.1.nu. 8.in titu.de capi.qui cur.uendi.Mar.Sozi. iun.consil.160.num.32.lib.2. Quæro concessa, seu exempta ecclesia cum suis pertinentijs, an censeatur concessus, seu exēptus populus. Lap.de Castel.tenuit quòd sic alleg.139.nume.8.pars negatiua mihi uidetur uerior, de qua in consi. Io. Calde. quod post præmissam Alle.Lapi sequitur.nu.20.& seq.uersi. sed licet episcopus.aliàs est consi.6.inter alia consi. Calde.sub tit.de donatio.

Ad præfatam ecclesiā, & dictam creaturā.]

Dixit Inn.in c.literis.de resti.spol.q p̄latus in bonis ecclesiæ hēt suo noīe naturalem possessionē: sed nomine ecclesiæ habet naturalem & ciuilem, super quo tamen uideatur Bald. in l.2.num.61.& ante.C.de serui.& aqua.& Rót. 226.not.quòd prælatus.in anti. supponit ecclesiā possidere, unde uult prælatum ecclesiæ agere posse interdicto unde ui, pro rebus ecclesiæ antequā esset prælatus ablatis, ea ratione, quia ecclesia possidebat. Episcopus in bonis suæ ecclesiæ habetur loco domini.uel dici potest, q sit procurator, administrator, dispensator, ac defensor rerum ecclesiasticarum.c.casellas.10.quæst.2.c.fin.iun.glo.12.q.1. c.Episcopus.14.q.1.c.2.de donatio. An autem episcopus, uel alius prælatus etiam regularis possit ipse solus, & in quibus casibus, administrare, & conuenire, ac conueniri, uideatur ca.edoceri, & ibi per Inn.& alios.de rescr.& Rot.466.confessio.nu.2.in nou.Belle.628.& seq.& 696.

Locationum.

Dicunt aliqui locationem factam per prælatum dummodo non ad lōgum tempus, idest ad tempus breuius decennio etiam absque solennitatibus subsistere, per text.in clem.1. in fi.de rebus eccle.non alie.per Ioan.And.in addi. ad Specu.super rub.eod.tit.per Alexan.in l. si filiofam. §.sicut in quinquennium.num.25.ff.solu.matr. Lap.alle. 31.an non obstante.ad fi.hodie locatio ultra triennium non seruatis his de quibus in extraua.ambitiose.Pau.2.de reb.eccle.non alie.inualida est, ut in dicta extraua. Videantur quæ scripsi super Signat. in indulto locandi redditus beneficiorum.

Constitutionum:

Videlicet Simachi Papæ.capitulo, non liceat Papæ. capitu. terrulas. à contrario sensu.12.quæstio.secunda. de reb.eccle. non alien.

Præser-

Præsertim. Natura huius dictionis est exprimere casũ minus dubilem,& implicare magis dubitabiles, statuens idẽ esse in omnibus, prout l.fi. post princ.iun.gl.in uer. præsertim.ff.de libe.hom.exhib.& ad alia, quę adduco in 6.quæst.reg.de subro.nume.secundo. Nullitas igitur supponitur ex omnibus constitutionibus res ecclesiæ alienari prohibentibus; clarius autem ex constitutionibus Paulinis, de quib.infra.

Vtriusque Paulinæ. Videlicet.extraua.ambitiosæ.de reb.eccle.non alie.Pau.2.inter communes. & consti. Pauli.4.pro quibus uideantur, quæ scripsi super Signa.dum de rescripto, si in euidentem, tracto.

Subiacerent. Ipso iure ad tex. in ca. uni.iun.glo.fin.in fi.de iniu.& dam.dat.lib.6. per Abb.in cap.Clericus.colum.fi.ne cler.uel mona.& in cap.licet de uitanda. in 7.not.numero 7.de electio.uideatur per Felyn. in cap.Rodulphus.post num.26.in uer.subiacent. de rescrip.

Ad dictam creaturam spectet.] Spectare hic aliter sumitur, quàm supra, sibi spectantia,& pertinentia. Spectat hic idem significat, quod incumbit, uel eius est officium. Cic. de Amicit. (Sed eadem bonitas ad multitudinem pertinet.) Sic & in l.1.§.cura carnis, ibi (ad curam præfecturæ pertinet.) Et postea ibi (quæ ad huiusmodi præbitionem spectant, ad ipsius curam pertinent.) ff.de offic. præfec. urba. & in l. illicitas. ibi, (Ad religionem præsidis prouincię pertinet.) ff.de offi.præsi.spectare pro concernere, seu respicere.l. 1.§.1. ubi quod ad statum rei Romanæ spectat.ff. de iust.& iur.

Pastoris officio. Quot sunt hodie, qui Pastoris officium prout tenentur, exerceant? Pastor bonus oues à ferarũ incursibus præseruat, extraua.quemadmodum.Sixti 4.de pœniten.inter commu.Et an & quando Pastor teneatur de morte pecudum, seu caprarum sibi traditarum, uideatur tex. in l.si quis fundum.§.Imperator.ff.loca. per Bal.in l.cum ita. §.species.ff.de leg.2.per Corn.consi.136. quamuis. num.2.& 16.lib.primo,& melius, quàm alibi, Hieremiæ cap.13. (Vbi est grex, qui datus est tibi, pecus inclitum tuum? quid dices cum visitauerit te? Tu docuisti eum aduersum te,& erudisti in caput tuum, nunquid non dolores apprehẽdent te, quasi mulierem parturientem?) Pastor bonus singularũ ouium vultus respicit. Prouer. c.27. (Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera) extrauag.Saluator.post prin.Ioan.22.de prę ben.inter commu.Pastor bonus gregem suum docet.Ecclesi.c.18. (Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi Pastor gregem suum, congregat,& custodit.) Hierem.31. (Qui disperdit Israel congregauit eum, & custodiet eum sicut Pastor gregẽ suum.) Bonus pastor animam suam dat pro ouib. suis; mercenarius autem,& qui non est pastor, videt lupum venientem,& dimittit oues, & fugit. Ioan.10.& 4.Esdræ 5. (Et non derelinquas nos, sicut Pastor gregem suum in manibus luporum malignorum.) Hi sunt, qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi, vt dicit Pau.2.ad Philippẽ. & habemus tex.in ca.sunt in ecclesia.8.quæst.1. Qui habet aures audiendi audiat: meum non est iudicare. Ego neminem nomino, conscientia sua vnũquenq; cõueniat.ita loquitur Ambro.in increpa. ad populũ. de quo habemus tex. in ca. quod autem.dicta 8.q. prima, scio plures probos, doctos, & sollicitos, in vinea domini strenuè laborantes, ignauos autẽ fucos,& oues deuorantes quis excusabit? videat autem isti vltra ea, quæ docet Paul. ad Timothęum scribens verba Ezechielis Prophetæ cap.34. quæ talibus diriguntur. Vę (inquit) pastoribus, qui pascebant semetipsos, gregem autem meum non pascebant, lac consumitis,& lana vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatum est non confortatis, & quod ægrotabat non corroborastis, & quod contribulatũ est non colligastis,& quod errabat non reuocastis, & quod perijt non inquisistis, & quod forte fuit confecistis,& dispersæ sunt oues meæ eò quòd nõ fuit pastor.& Hier.cap.12. (Pastores multi demoliti sunt vineam meam.) Et cap.23. (Væ pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ.) Cum ijs, quæ sequũtur:& dicitur Num.27. (Ne sit populus domini, sicut oues sine pastore) 2.Paralypo.18. (Vidi uniuersum Israel dispersum in mõtibus, sicut oues absq; pastore.) Iudith.c.11. (Et habebis omnẽ populum Israel sicut oues, quibus non est pastor.) Non sint etiam pastores, quos pascit ventus.de quibus Hieremiæ 22. (Malos pastores, seu eos qui pastoris tantum nomen habẽt.) Deus ipse grauiter punit,& dissipat, ac perdit. Zachariæ 10. (Super pastores iratus est furor meus.) Et ca.11. (Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificẽtia eorum.) Et postea (Et succidi tres pastores in mense vno &c.) Iterum. (O pastor,& idolum derelinquens gregem, gladium super brachiũ eius &c.) Pastoris etiam nomen regi optimo cuiq; congruit. sic & Homerus Agamemnonem populorum appellauit pastorem, cuius sententiam comprobat Aristo.in 8.lib.Ethico.cap.11.dum de amicitia regia tractat. Meritò hic fortitus fuit nomen Agamemnonis, quippe quod vt ostendit Plato in Cratylo, vel de recta nominum ratione, secũdum naturam hoc nomen fuit, vt sibi laborandum censeret: tolerandumque,& in ijs, quæ decerneret per virtutem perseuerandum. Considerate hæc o Reges, o præsides, o pastores. Chrysantes in sua oratione ad milites, quam habemus apud Zenophontem, lib.5. exorditur principem, seu regem optimũ in nihilo differre ab optimo patre, quippe qui pro populis suis angitur, ac curis vexatur ac pater pro commodis, ac vtilitatibus filiorum, æquiparãs Cyrum Regem dignissimo cuiuis parenti. Nulli autẽ magis conuenit pastoris nomen, quàm ipsi domino nostro Iesu Christo. Zachariæ 13. (Percute pastorem,& dispergentur oues.) Et Matthæi 26. & Marci 16. (Percutiam pastorem,& dispergentur oues gregis.) & Ioan.10. (Ego sum pastor bonus.)

Ad Hebræos.13. (Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni dominum meum Iesum Christũ & cæt.) Et 1. Pet. 2. in fi. (Sed conuersi estis nũc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarũ.) Rursus pastoris nomen iure optimo conuenit et summo Pontifici, cui in personam Petri dictum fuit. (Pasce agnos meos.) Rursus. (Pasce oues meas.) Ioan. 21. Quis autem sit ille pastor, de quo scriptũ est. Ideoque vobis dico gentes, quæ auditis, & intelligitis, expectate pastorem vestrum; requiẽ ęternitatis dabit vobis, quoniã in proximo est ille, qui in fine seculi adueniet. 4. Esdræ 2. non est dubitandum, quòd ille sit Christus, à quo consequimur ęternam gloriam, lucem perpetuam, & pręmia regni cœlestis. & hic est ille, qui in fine seculi aduenet, de quo scriptum est, & iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos, & mortuos. Hunc verum pastorem, & verum pastorum omnium ducem, & lucem sequantur non solum oues omnes, sed & omnes alij pastores, quibus exemplũ reliquit, vt quemadmodum ipse fecit, sic & alij faciant. Ioan. ca. 13. ex præmissis, & infra adducendis nonnullæ conditiones boni pastoris eliciũtur. Prima. Quòd cognoscat oues suas, iuxta illud (Cognosco oues meas.) Samuel iudicabat Israel, & ibat circũ iens Bethel, & Galgala, & Masphat, vt homines, qui eo indigebant facilius possent ad ipsum habere accessũ. 1. Reg. ca. 7. Audiui ego his auribus fœ. re. clem. 7. (dum is pransus esset, & omnes astãtes super quouis negocio & audiuisset, & illis respõdisset) dicentem familiaribus suis, respicite per has aulas, et per cubicula si quis est qui nos alloqui velit. Hunc morem seruat Serenissimus magnus Dux Etrurię III. Franciscus ex eadem præclarissima familia Medicea, qui omnibus, omnib. horis eum alloqui volentibus se facilem, & benignum præstat. Secunda, ꝙ illas amet. Io. præalleg. ca. 10. (Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis.) Maior autem amor, & charitas ostendi nõ potest, quàm exponere animã, idest corpus, & vitam, iuxta illud, maiorem charitatem nemo habet &c. Tertia, ꝙ collocet eas in bonis pascuis. Psalm. 22. (In loco pascuæ ibi me collocauit.) Quarta ꝙ aquas bonas ouibus paret. dicto Psal. 22. (Super aquã refectionis educauit me.) Et videmus magnam curam adhibitã in adaquandis pecoribus, illisq; aquas subministrando. Puteos Abraam pro adaquandis pecoribus, habes Genes. cap. 26. Ob hoc inuidentes ei Palæstini &c. Puteos alios fodit Isaac ibidem, & ille descendens, vt veniret ad torrẽtem &c. & post alij Putei, & aliæ aquæ subijciuntur. Puteos item Iacob habes Gen. ca. 29. & alibi. Quinta conditio erit, ꝙ errantes oues reducat & puniat. Hoc comprobatur in Moyse in populum conflantem, & adorantem vitulum. Exo. 32. & in Paulo 2. Corin. 10. In promptu habemus vindictam aduersus omnem inobedientiam. ac 2. Colo. 4. Cum virga veniam ad vos. Hinc etiam baculo pastorali vtitur. d. psal. 22. (Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.) De hoc baculo pastorali loquutus sum in gl. facult. in ver. episcopus. Sexta ꝙ pigras, tepidas, ac negligẽtes oues excitet. Hinc scribitur ad Rom. 14. Hora iam est nos de somno surgere. Ad Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. & 2. ad Timoth. 1. Commonefacio te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te. Septima conditio sit, ꝙ à lupis, & alijs feris bestijs eas defendat, & protegat, præsertim in umbra. ad supra adducta, & ad præallega. Ps. 22. (Nam & si ambulauero in medio vmbrę.) (Et de maxima uigilãtia pastorum pro tutela ouiũ habemus Lucæ. cap. 2. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.) Quæ de pastoribus ouiũ scribuntur, plerunque ad episcopos, & prælatos transferuntur. Rem nouam, & illis, qui apud vberrimos fontes Platonis bibere non consueuere miram subijciam, vt ex illius verbis, & mente pulchrã differentiam constituere possimus inter diuinum pastorem, & consequenter summum Pontificem, ac alios Pastores, reges, præsidentes, gubernatores, non vniuersales: sic enim ille scribit libro 16. qui inscribitur, ciuilis, vel de regno. Reor equidem ò Socrates pastoris illius diuini figuram maiorẽ esse quàm ut regi competat: quis suis naturam, siue ad educationem siue disciplinas intueamur. Artem suo imperio eum præcipientem, & circa animalia non priuatim, sed publicè prouidentem. Et parum post, greges singulos pascere aliis omnibus pastoribus conuenit cum ijs quæ sequuntur.

Recuperare.

Defendere, & recuperare iurat. Host. in ca. ego N. in ver. itẽ. de iureiu. & quòd recuperare debeat, est tex. in c. 2. de rebus eccle. non alien. lib. 6. alioqui punitur, prout in c. generali. de elect. eod. li. 6. imo etiam acquirere debet vbi potest, prout est tex. in cap. quicunque. 12. q. 4. clem. quia contingit, & ibi per Cardi. in 5. not. nu. 2. de relig. dom. Et quilibet clericus negligens circa agros, bona ecclesiastica, & clericorum utilitatem non curans, ab ecclesia, & beneficio remoueri potest. glo. fi. in cap. sæpe. 13. q. 2. Addo quòd ecclesia læsa ex negligentia prælati ipsum prælatum conuenire potest. cap. monemus, cum ibi nota. 12. quæstio. secunda. glo. not. in cap. placuit. in ver. pertinent. ad fin. 16. q. 3.

Ab occupatoribus.

Occupare plerũque vim, seu violentiam, vel astutiã, aut artem, & nõnunquã militarem, vel aliam supponit. Iudic. 3. ad fin. (Descenderunt post eum, & occupauerunt vada Iordanis.) 1. Machab. 5. Et parant venire, & occupare munitionem.) Et postea. (Et occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum.) Et cap. fi. propè fin. (Et alios misit occupare Hierusalem, & montem templi.) Et 2. Machab. 10. (Et confestim duas turres occupauit.) l. vnica. §. item solent. ibi. (Vel nummis datis tutelam occupasse.) ff. de offic. præfe. vrb. l. 2. §. & cum placuisset. ibi, Remp. occupatam retinerent. ff. de orig. iur. ex locis supra citatis patet distinctionẽ illam non subsistere, vt mobilia tantum dicatur occupari, immobilia uero inuadi, iuxta opin. glo. in l. domum. C. de rei vendic. qui tamen tex. contrarium probat, de quo etiam per glo. in ver. res soli. §. penult. Instit. de vi bono. rapto.

rapto. Occupare item accipimus pro præuenire, sic in cap. si vero. ibi. (Occupantis melior est cõditio.) Et l. si verò. ff. de pecul. l. non enim. ff. de tribu. act. l. sed dicendum. ff. de in litem iur. l. si Titius, quæ est 9. ff. de verb. obli. Occupantes, seu vsurpantes bona ecclesiastica puniuntur, prout in alleg. cap. 2. in fi. de reb. eccles. non alienan. Vsurpantes verò bona Ecclesiæ Romanæ, seu Sedis Apostolicæ puniũtur, prout in nouissima Bulla in Cœna domini, quę singulis annis publice, & corã omni populo in platea sancti Petri astante, per duos Cardinales, alterũ latino, alterum vulgari sermone, præsentibus alijs omnibus Cardinalibus, & etiam ipso Papa alta voce legitur. Habemus etiam bullam Clemen. VII. contra detinentes bona quæcunque, & aliorũ Romanorum Pontificum, ea non restituentes, quę est ad futuram rei memoriam: incipit, Cogitur Rom. Pont. & insertam habet bullam Adriani VI. & nouissime alia emanauit cõtra sisces occupatores.

Dicta creatura habet.

Non solum successor, sed & is qui alienauit, instare, & curare poterit, vt malè alienata recuperẽtur. cap. nosti. de elect. cap. 2. de preca. & ibi Abb. in 1. not. cap. si quis presbyterorum. de rebus eccle. non alien. facit tex. in omni materia simili in ca. quòd quis commisit. 35. quæst. 9. cap. 1. iun. gl. in ver. contractum. & ca. 2. cum gl. in ver. confessionem. in fi. de in integ. rest. lib. 6. Paris. cons. 31. circa præsentẽ. num. 10. vol. 4. immo quælibet ecclesiastica persona alienationem male factam reuocari facere poterit. cap. non liceat. in fi. 12. q. 2. & prealle. ca. si quis presbyterorum. de reb. eccle. non alie. Bart. Brixiẽ. in quæst. domini. q. 78. nu. 2. dum de alienatione rerum ecclesiastic. tractat. Amplio etiam si interuenerit iuramentum, vt eo non obstante idem qui iurauit pro recuperatione rerum male alienatarum instare possit. ad cap. primo. de his, quæ fiunt a maio. par. capitu. gloss. in præalleg. capitu. si quis presbyterorum. in verb. alienator. & præceptor meus, consil. 134. & pro tenui. in fi.

Clericos seu laicos.

Hęc clausula disiũctiua ponitur, quando ignoratur an aduersarii sint clerici, an laici. arg. tex. in l. 1. §. quia autem. ff. quorum lega. c. constitutus. de resti. in inte. glo. magna in c. abbate. de re iud. li. 6. In dubio autem is laicus præsumitur, non autem clericus, cum clericatus nõ nascatur, seu ista qualitas accidentalis, ac superueniens. Innoc. in c. super his. ante num. 11. de accus. Alex. post Ang. in l. si prius. num. 38. ff. de no. ope. nunc. Abb. in c. bonæ. 1. col. pen. de elect. Ioã. Frãc. Rip. in c. decernimus. num. 4. de iudi. & quia causæ de quibus hic, sunt super bonis ĩ terris ecclesię existentibus, & contra personas terræ ecclesiæ, vltra alias rationes: meritò causæ huiusmodi Romę cõmittuntur. ad tex. in cap. si duobus. de appell. in capit. venientes. de iureiuran. per Staph. super signa. fol. 159. iuxta primam impressionem. vers. quartus casus, de causis profanis.

Quotcunque

sint numero.] Hæc clausula ponit pro-pter cap. cum in multis. de rescr. lib. 6. cum aliàs et addita clausula, & contra alios quosdam, non possint trahi vltra tres, vel quatuor. Videatur Rot. Bisig. 2. de rescri. in antiq. & 419. Si impetretur commissio. in nou. latè per Mar. Sozin. de citatio. art. 5. num. 63. & seq. & conferunt ea quæ scripsi in 36. q. reg. de Anna. num. 5. vsque ad finem dictæ quæst. Addo q; pauperes se defendere non valentes, non includuntur sub illa clausula. Et quosdam alios, vt volunt Bald. in c. sedes, col. 2. vers. sed nunquid, de rescr. & pręceptor meus in c. 1. nu. 218. vers. Et qui propter paupertatem. de proba.

Attenta

grauitate causæ.] Causæ profanæ (vt dixi supra in ver. valoris) parui momenti non committuntur in Rota, tũ propter illius tribunalis honorem, & amplitudinem. non enim conuenit Rotæ Auditores quorum scientia, prudentia, integritate, morum candore, ac maiestate Rom. Cu. orbisq; Christianus refulget, instar pedaneorum iudicum, circa minima occupatos esse, tum propter litigantium dispendia, quib. (quo ad fieri potest) occurrendum est iuxta. cap. dispendia. de rescr. & in c. 1. vt lit. penden. lib. 6. indecens enim esset pro minimis rebus, seu in causis leuibus aliquos præsertim forenses in Rotæ Tribunali vexari, ad quæ, & alia, quæ considerari possũt, respicientes maiores nostri semper obseruarunt, & nũc idem obseruatur; ne causę infra summã quingentorum ducatorũ in sacro Rotæ Auditorio decidendæ committantur: & si forsan aliquando causæ valoris intra summam quingentorum aureorũ in Rota reperiantur, statutũ est, q; in illis, ac in causis viduarum, ac pupillorum procedatur summariè, & simpliciter, ac eo modo, quo in causis beneficialibus; prout in Bulla Innocen. super facultate D. Auditorum Rotæ. Quare autem sit taxata summa ad quingentos ducatos, infra quam in Rotæ tribunali causæ discutiendæ non veniunt, vltra quod arbitraria sit taxatio huiusmodi, tu dicis. enim arbitrio remittitur, quæ sit magna, quæ parua causa, & summa, iuxta magis communem sentẽtiam, ut per glo. in cap. si. in ver. illustrium. de re iudi. lib. 6. Barbat. cons. 23. col. 3. & cons. 80. in fi. lib. 3. Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. petitiones. nu. 19. de proba. D. meus alios citans in Auth. præterea. nu. 15. C. vnde vir & vx. potest considerari, q; iudices cognoscentes super negotijs humilioribus, prout erãt defensores ciuitatum, & pedanei iudices, vsq; ad summam trecentorum ducatorum cognitionẽ habebant, tanquam causæ ad illam summam, humiliores dici possent, vt in Authen. de defenso. ciui. §. & iudicare, & l. fi. iun. glo. quæ humiliora negotia declarat esse vsque ad trecentum solidos. C. de peda. iudi. per Alex. in l. 1. post num. 15. vers. dummodo hodie valor causæ. ff. de offi. eius & quę dicatur causa minima, videatur etiã per Alber. in dict. in ver. causa minima, causam cẽtum aureorum minimam dicunt Doct. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. Bal. in l. placet. col. 3. C. de peda. iudi. & Instit. de succes. libe. §. sed nostra. pauper dicitur qui nõ habeat centum aureos. Tex. in l. nonnulli. ff. de accus. Qui minus quam quinquaginta aureos habet

in bonis pauper dicitur. Fulgo. verò in dicta l. imperium. dicit causas minimas esse vigintiquinque aureorum sequitur in Valasc. nu. 207. Minima etiã causa dicitur duorum aureorum. l. si oleum §. fin. & l. seq. ff. de dolo. ubi pro minima causa puta duorum aureorum non datur actio de dolo. In l. 3. §. quamuis. ff. si cui plus quam per leg. Falci. dicitur causas minimas esse quæ non excedunt summã decem aureorũ præstandorũ annuatim. Minima causa etiam dici potest quando sumptus litis excedit causæ valorem. l. mediterraneæ. vbi Bar. C. de anno. & tribu. lib. 10. canonizata in c. anterior. §. illud 2. quæst. 6. Possessorij causa de magna etiam re parua dici posset. iuxta tex. in l. 1. C. si de momen. poss. fels. cap. momentaneæ. C. qui legi. perso. non habe. stan. in iudi. Io. And. in c. ex insinuatione. de procura. & iuxta dictum Bar. in l. admonẽdi. col. antepe. ff. de iureiur. causæ itẽ breuiores quæ sint arbitrio iudicis remittitur. glo. Bar. & alij cõmuniter in Authen. nisi breuiores. arg. l. 1. ff. de iur. delibe. summa autem quingentorũ magna dicitur ad tex. in §. nos autem, ibi vsque ad quingẽtos solidos, & gl. in præceden. §. in ver. iussu. in fi. ibi, vel verius vsque ad quingẽtos solidos sunt paruæ, si vltra sunt magnę. Insti. de Attil. tuto. Staphil. supra adductus super Signa. fol. 158. ad fi. vers. 2. quãdo causa est ardua. Gom. in §. omnium post nu. 19. vers. quia de quantitate quingentorũ non omnis iudex potest cognoscere. Instit. de actio. prout etiam videmus, ꝙ donatio ultra summam quingentorum insinuationẽ requirit. l. illud. C. de sacros. eccle. l. pen. ad fi. C. de dona. Videantur quæ tanquam in 11. formula confirmationis, iurisdictionis in ver. grauitate. Vnum nõ omitto, quòd nonnunquam causæ magnæ, & paruæ considerantur respectu personarum inter quas litigatur, ut per Lap. alle. 49. licet materia post nu. 8. uersi. & causæ dicuntur magnæ, & paruæ, ibi aliqua addo, quę uideri poterunt.

Summarie. Elegantius summatim iux. tex. in l. si quis a liberis. §. si uel parens. ff. de libe. agno. l. in hac actione. uersi. iudex igitur summatim debebit cognoscere an eius intersit. ff. ad exhiben. l. in lege aquilia dele tum. ff. ad leg. aqu. ubi etiam gl. l. a diuo Pio. §. si super rebus, uersi. sed sciendum est summatim eos cognoscere debere. ff. de re iudi. l. j. §. si ea. ff. de uẽ. in pos. mit. & l. 3. uer. summatim ergo cum petitur ff. de carbo. edi. l. 1. §. quod si sic. ff. de præto. stipu. l. si defensor. uers. summatim igitur prætor cognoscere debebit. ff. de intero. actio. l. 3. ibi. (De qua re summatim debet cognoscere.) ff. ut in pos. leg. iun. l. summarium iudicium idest breue. l. summarium iun. 1. declaratione gl. ff. de stat. homi. & in summa. i. breuiter. l. fi. uersi. & in summa. cum gl. ff. de exerci. actio. Iudicium, uel est ordinarium, uel summarium, ordinarium illud est, quod ordinarie tractatur iuris ordine seruato, interuenientibus libello, iuramento calumniæ, litis contestatione, publicatione, & alijs solemnitatib. a iure requisitis, de quibus in l. 1. & authen. offeratur. C. de litis conte. in l. prolatam. ubi gl. Bar. & alij. C. de senten. in c. quoniam contra. de proba. Rom. sing. 405. scis duas regulas. in prin. quibus solemnitatibus omissis iudicium redditur nullum, ad supra adducta. Iudiciũ summarium duobus modis considerari potest, uel quò d causa summaria in eo tractetur, quoad probationem ut in ea sufficiat semiplena probatio, ꝑut per Lap. Alle. 3. num. 4. per Ias. & alios in l. admonendi. ff. de iureiu. Altero mõ dicitur iudicium summarium, quòd in eo non requirantur substantia iudicij. ut præall. all. Lapi. 3. nu. 5. & sic summarium iudicium hoc secundo modo acceptum solemnitates prædictas non requirit, uel non omnes, uel non ita exactas. cle. sæpe. uers. nos autem, & ibi Doct. de uerb. sig. Bart. in extraua. ad reprimendũ. in uersi. summarie. Rot. 378. nota quòd si in commissione. uersi. præterea ad summarium processũ, per quem tolluntur aliqua acta substantialia iudicij. in anti. Roma. consi. 20. Viso pacto nu. 8. quos autem actus, & citationes requirat summarius ꝑcessus, alibi tractabimus. Causa autem summaria duobus modis considerari potest. Primo tanquam iudicium præparatorium alterius iudicij, pro quo nonnulli allegant. l. si defensor. uers. summatim igitur prætor cognoscere debebit, cum quæritur an quis respondere debeat, quo iure hæres sit. ff. de interro. actio. & hoc modo sumunt Inno. Io. And. Abb. & alij in ca. pueniens. 2. de testi. & propterea Abb. ibi nu. 10. post Abb. anti. infert in causa summaria non contestari litem, & leuiores exigi probationes. Altero modo causa dicitur summaria ex natura ipsius causæ, prout infra ostendam. Rursus causa, uel est summaria ex sui natura, uel quia Papa mãdat illam summarie cognosci, & terminari. Primo casu illę dicuntur causæ summarię, seu summarie cognoscendæ, & decidendæ, quę nominãtur in clem. dispendiosam. de iudi. Rursus, & pleræq; alię, puta causæ super possessorio. ad l. meminerint in uer. illico. l. momentaneæ, & l. sequenti. ubi Bar. C. unde ui. Alex. consi. 66. uisi dubitationibus. nu. 10. uol. 5. Dec. consi. 28. & pro tenui. col. 1. in fin. & col. seq. Causa etiam depositi summaria est. l. pen. & ibi Bart. C. depo. Dec. consi. 645. præsupposita. ante num. 3. Causa item alimentorum ex sui natura summaria est l. 2. ff. de fer. Bart. in l. 1. §. fi. uersi. idem dico in causa alimentorum. ff. de præto. stip. Bald. in l. 1. num. 6. C. de fideicomm. & in l. si quis in suo. post num. 5. C. de inoffi. testam. Alex. in addi. ad Bar. in l. si quis a liberis. §. si quis ex his. ff. de liber. agno. multæ aliæ sunt causæ summarię, quas hic non prosequor, pro quibus, eorumque cognitione, & pro negocijs summarijs uide text. in præallega. l. si defensor. uersi. summatim igitur prætor cognoscere debebit, cum quæritur an quis respondere debeat, quo iure hæres sit. ff. de interr. actio. Et glo. nota. secundum Bal. in l. 3. in uersi. summatim. ff. de exhiben. Altero modo (ut præmisi) est cã summaria, quia princeps illam summariam facit, seu potius illam summariam, seu summarie cognosci mandat, & hoc uidemus in omnibus plenè causarum commissionib. An autem alius, quàm princeps possit committere causam summariè terminandam, omissis argumentis concludo ꝙ non, prout uoluit glo. in uersi. figura autem ædium. in c. fi.

de hæreti.lib.6. Et hanc glo.citare debuit Aret.in §.præterea 2.col.6.in 24.casu.uersic. & aduerte ꝙ non omnes.Insti.de except.est etiam gl.in clem. sæpæ post princ.in uer.mandamus.de uerb.signif.gl. in c.indemnitatibus §.sane.in uer. sine strepitu.de electio.lib.6.idem uoluerunt in eisdem,uel similibus terminis Spec.in tit.de lega.§.superest.uer. & nunquid.Bal.post Gui.de Cun.in l.ne quicquam. §.si uersi.vnde in rescriptis.ff.de offi.procon.& lega.& in c.in causis.in 2.not.de re iudi. Ang.in dispu.Astensis miles,colum.15.uersi.no.ex hac ultima.& ibidem do.meus colum.2.uersi.primum est.de iudi.& Imol.in l.nemo potest.col.1.uers.facit ad prædicta.ff.de leg.1.& in l.ex duobus.§.fin. uersi.Dubium facit.ff.de vulg.& pupil.& in alle.clem.sæpe.colum.6.uersi.in gl.mandamus, & ibi Card.in 11.q.de uerb.signi.ac ibi Natta,col.68. super eodem uersi.mandamus.Lud.Roma. super rub.de arbit.colum.4.Barba.consil.2.col.3.uersi. Præterea contra dictam commissionem.lib.2.Sozzi.consi.96.col.2.uersi.Sed ad omnia.lib.1.Fel.in c.nonnulli.num.37.in 24.conclu.de rescr.Abb.in c.nisi specialis.in 3.not.de offi.lega.& in ca.si.in 1. not.de confir.uti.uel inu,ac consi.1.colum.2.uers. Nam episcopus lib.2.Idem Abb.in c.1.in prin.de rescr.& in c.uenerabilis.post num,8.de iudi.Lap. alleg.102.non potest,post num.3.uersic.sed nunquid posset compromittere.Cardi.in clem.si.in si. de iudi.Alex.consi.106.perspectis.num.12.lib.2. & in c.olim.num.73.de accusa.& in c.1.colum. 1,ubi ꝙ inferior non potest,cum duabus ampliationibus,& quinque declarationibus.de resc.& ibidem Augu.Ber.num.2.uersi.item solus princeps causas committit,cum clausula,summariè,Cassa. Dec.ulti.eo.tit.de rescr.& Dec.1.num.1.de iudic. Ias.in §.fuerat.num.55.Institu.de actio.& consuluit Abb. quòd domini de Malatesttis domini Arimini non potuerũt committere causam cum clausulis,simpliciter, & de plano,sine strepitu,& figura iudicij,ex quo solus Princeps potest,ut in cons. 6.in causa.colum.3.uersi.tertiò corruit.lib.1.sequitur Ias.in l.nemo potest.in 2.lect.post num.7.ff.de lega.1.Idem esse de iure, & hanc esse communem opinionem dixit Corne.consil.329. ostenso mihi. num.3.lib.9.licet ipse subdat aliud de facto per inferiores Papæ seruari.Vide etiam Hyppo.de Marsil.sing.102.in quantum dicunt,ꝙ inferiores Papę de facto, & non de iure committant causas summarie, & sola facti ueritate inspecta audiendas, & terminandas (non loquendo de omnibus inferioribus circa quos longa opus esset distinctione, & discussione) aliàs respondi Serenissimum Cosmum Magnum Ducem Etruriæ de iure posse causas sui dominij cum eisdem,uel similibus clausulis committere,ea præsertim ratione quia habet iura imperij, & neminem in superiorem recognoscit; nec recognouit Respub.Florentina a tempore Honorij IIII.& citra,quando solutis pecunijs Rodulpho Imperatori libertatem consecuta fuit,eodem Honorio IIII. id comprobante prout de ijsdem mentionem faciunt Platina,& alij Historici, & ex nostris Fely.in c.cum non liceat,col.9.in 4.considerare.de presc. Corset.in tracta.de potesta.regia.q. 101.num.68.D.meus consi.357.num.2. De ijs alibi latius tractabo.sequitur supposito præmisso uero existente ꝙ nullus inficiari possit quia magnus Dux Tusciæ committere possit causas summarie cognoscendas,ad Bal.in l.2.C.de serui.& aqua.Roma.super rub.de arbit.col.6.uersi.Tu uerò allega. ibi Dominio Florentino uersatur.Fely.in c.1. post nu.2.in 2.decla.de rescript.pro ijs uide Nattam in d.clem.sæpe.col.71.in 4.fallen.de uerb.sig. Omissa discussione an clausula, summarie, ultra præmissa aliquid operetur, de qua clausula habemus in locis supra adductis, & infra adducendis. Quæro an si in commissione petitus sit processus summarius,in causa profana & Cardinalis uero signaturæ præfectus hoc modo signet, placet.D.N.Papæ.Regens extendat signaturam. De mandato D. N.Papæ audiat magister. N.citet,inhibeat,procedat summariè ut petitur, & iustitiam faciat, possit procedi uia summaria. Dubium facit,quia magis attenditur Signatura Cardinalis,quæ signatura Papæ censetur,ad ea,quę dixi in 2.q.33.Reg.in prin. quàm extensio Regentis Cancellarię, ut per Sarnen.in compen.utr.signa.post nu.22.& in Decis. Cassa.quam infra adducam.Et cum summarius ꝑcessus non censeatur concessus,nisi princeps id exprimat.ad tex.in clem.sæpe.in prin.ibi [committimus,& procedi mandamus.] de uerb.sig.Rot.Belle.279.in causa Alex.consi.94.in causa.post nu.2. uersi.ad hoc adduco.lib.2.Contrarium concludo & hoc iure utimur,& adduci potest Rot.378.no. ꝙ si in commissione,ante si. ibi dum tamen signatura habeat,Audiat talis,& summarie procedat.in anti.& Rot.78.si petitur committi.in nouo.Alex. consi.74.in causa num.7.lib.1. Staph.super signa. fol.141.in uersi.dicendum est modo de stylo.& forma signaturæ, Sed maius est dubium, quid si in corpore rescripti petitum sit,ꝙ mandetur summariè procedi, & Cardinalis signauerit, ut supra uidelicet.Placet D.N.Papæ.Regens pariter absq; illa expressione,ꝙ summarie procedat,sed simpliciter,audiat talis,& iustitiam faciat,an hoc casu summarius processus fieri possit, seu summarie procedendum sit? rationes,& auctoritates supradictę cõcludunt pro parte negatiua, si enim quando dicitur,summarie procedat,summarie procedi põt,ergo qñ non est dictum secus sit,prout in alleg.Dec. Bellame.276.in anti.& 378.& in nou.77.& põt adduci alia ratio,quæ est,ꝙ illa signatura rescripti referatur ad postulata,ut hr̃ in c.super litteris.de rescri.tamen si postulantur plura respicientia principale propositum postulantis, quorum aliqua sunt iuri contraria,& ꝙ cã cognoscat,sũmarie,simpliciter,& de plano,& c.ita post Caprã uoluit Corn. cons.5.uiso.nu.9.& cons.119.cir.primũ.nu.17.li. 2.Aliud sentire vr̃ Corn.consi.312.cir.primũ,ante nu.2.ubi discutit,an si petatur cõmitti cã appellationis unà cũ toto negotio principali,& ꝙ sũmarie procedat,signatura sit, ut petit,dicit illã clausulã, ut petit,nõ respicere negotiũ principale, sed illã dictionẽ sũmarie.li.3.Videant omno dec.7.& 14.Cassa.de rescr.& inter alia vult attẽdi magis signaturã

Card.

nalis, quàm attendatur extensio regentis, & quod auditores Rotæ ad cautelam et post sententias mittunt notarium causæ ad regenté, vt apponat in originali cómissione, seu in eius extensione illud verbum, summariè, concludens, q hodie etiã sine clausula &c. venit processus summarius, pro qua clausula summariè, &c. videatur et Staphil. super signat. fol. 141. vers. preterea requirit expressa, & spãlis cómissio de mandato Papæ ad procedendũ summariè. Rursus aduertẽdũ est, q cómissa causa summariè in prima instantia, in 2. & 3. non facta mẽtione, q auditor procedat summariè, summariè procedere poterit virtute primæ commissionis, Rot. Belle. 41. Si Papa. & Cassa. 8. de rescr. nu. 1. & 5. & in dec. Ioan. Pauli Ptholo. nu. 30. incip. dicũt nonnulli. sed contra proxime dicta adduco Dec. Belle. 422. commissio auditori. 649. licèt vna 92. commissio impetrata. Inn. & Staph. super signa. in ver. Auditor non potest. fol. 172. ubi q commissio pro articulis admittendis non se extendit ad secundam, & tertiam instantiam, & sic dec. prædictæ inter se contrariæ videtur. Solutio colligi potest ex illa dec. Bellem. 422. dum adducit rationẽ, quæ est, quia termini sunt instantię, & nõ causæ: Perempta igitur, seu finita instãtia, noua commissione opus est, secus verò in commissione, q summariè procedatur; quo casu priuilegium cõceditur causæ, vnde licèt diuersæ sint instantiæ, eadem tamen causa est in secũda, & tertia instantia, quæ in prima; prout per Bellem. præalleg. dec. 41. qui etiam adducit alias rationes, quare cõmissio, quòd summariè, prosit quoad subrogatum auditorem, & in diuersis instãtijs. In simili casu videmus, quòd sicut in prima instantia locum habet reconuentio nedũ coram iudice ordinario, verum etiam coram delegato. capitu. 1. & 2. de mutu. petitio. sic etiam in secunda instantia, seu in causa appellationis in nonnullis casibus: ea ratione, quia ex quo iudex appellationis succedit loco iudicis a quo, debet succedere cũ omnibus appenditijs, & qualitatibus suis, vt sic subrogatũ sapiat naturam eius, in cuius locũ subrogatur. ita Cyn. & alij in l. per hãc. C. de temp. appel. ubi et Bal. Abb. plenè in alle. c. 1. de mut. petitio. nu. 31. præsertim vers. Et hæc opi. Io. And. & Cy. subdens rationem, de qua supra uers. subijciam pulchram dubiũ, de quo ego gubernio nunc Beneuẽtano præfectus, Beneuentiq; moram trahens, ab excellenti Doctore D. Marino Giptio interrogatus fui. Commissa erat causa à summo Pont. Vicario Beneuentano in temporalibus (qui est loco prætoris circa ciuilia, & est diuersus à Vicario in spiritualibus, qui nunc Beneuenti est doctiss. & integerrimus D. Ioan. Anto. Buzolinus) cum clausulis summariè, & non obstantibus statutis. an iste Vic. remaneat ordinarius, an verò effectus fuerit delegatus, & consequenter an sit locus appellationi à sententia dicti Vicarij, cui ex forma statuti Beneuentani, si tanquam ordinarius processisset, locus non fuisset. Quod remaneat ordinarius, videtur tex. in terminis in cap. licet, & in cap. penult. de offic. ordin. ubi quòd si Papa ordinario aliquid mandet, non per hoc illum delegatũ facit, & in cap. cum aliquibus. de rescrip. lib. 6. Bar. in l. & quia. ff. de iurisdict. omnium iudic. Ludou Roma. in l. cum mulier. nume. 84. ff. solut. matrim. Dominus meus consil. 404. viso eleganti. colum. tertia. ante medium. & consil. 483. pro resolutione ante nume. 3. Hęc opi. placet utrique doctori Bilottæ, D. Ioan. Camillo, & D. Scipioni, ego in casu mihi proposito contrarium concludendum esse affirmo, & ita annotaui decisum fuisse per R. Dominos de Rot. de anno 1548. in vna Bononien. fideicommissi coram Reueren. D. Fabio. Voluerunt enim non esse excitatam iurisdictionem tantum, sed ita immutatam, ut talis non amplius sit ordinarius, sed delegatus, & propterea appellationi locũ esse. Hoc Rotæ dictum satis placuit D. Siluano Vico sani iudicij doctori. D. Franciscus de Amicis (quem ego legum torrentem appellare soleo) non acquiescit huic decreto Rotæ, nisi legibus, aut aliorum doctorum auctoritatibus comprobetur. ut illi morẽ geram, ultra Rotæ decisionem, quæ sola sufficeret, adduco in terminis distinctionem, & theo. Bald. in addi. ad Spec. de legat. colum. fin. versic. ego dico. Idem uoluit Ang. consil. 139. visis. ante fin. versic. si enim, ut ordinario. Alexan. in l. more. num. 16. ff. de iurisdi. omn. iudi. & hanc esse communẽ opin. testatur Ias. in l. prima. §. & post operis. nume. 3. & sequ. ff. de nou. ope. nunciatione. Pro ijs dixi etiam videndum consil. Aug. Beroi. 109. in causa nume. secundo, & sequen. lib. 3. Postremo dubitari posset an commissa causa summariè, & c. si processum sit via ordinaria, processus, & sententia corruant? pro opin. negatiua concludit Bald. in l. nulla. colu. fin. ff. de legib. ubi quòd si iudici mandatur, vt procedat summariè & de plano, et iudex procedat ordinariè, ualeat processus per illum tex. & iudiciariũ non potest coerc. & idem Bald. in l. testamen. in tertio not. C. de testa. sequitur Fely. in cap. cum dilecta. in quinta ampliat. de rescript. Hinc pulchrè decidit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in decimaquarta quæstio. ff. de offic. proconſ. statuto disponente in sindicatibus non seruari aliquem ordinẽ, si tamen seruatus sit, vnde videatur recessum a forma statuti, tamen quia dictum statutum remittit, ac relaxat formam iuris communis, processus valebit. Videnda erunt quæ tractant Docto. in Clemen. sæpe. de verbo. significat. per Bart. in extra. & per nota. per Innocen. in capitu. nouit. de iud. vbi quòd seruare ordinem. ad reprimen. quomo. in crimi. læsæ maiest. in uer. prout. in prin. & considerandum est, quòd dum rescribitur summariè &c. non ponitur in iudicis, uel partium arbitrio, sed uidetur mandari ita procedi, & non aliter: & videtur data forma ad tex. in c. cum dilecta, ubi omnes. de rescrip. Et stilus præsertim Rotæ Romanæ est q tunc non aliter quàm summariè procedatur, & seruata tela iudiciaria, qua in summarijs procedi consueuit, vnde stilo isto pro iure communi vti debemus. capitulo, quàm graui. cum materia. de crim. fals.

Prout in beneficialib.

Maximus est fauor causarum beneficialium, ut in illis procedatur simpliciter, & de plano, ac sine strepitu,

pitu,& figura iudicij.cle.dispendiosam. de iudi.& rescriptum in causis beneficialibus,uel similib.habet um libelli.ca.præterea.cum ibi nota.per Host. & Abb.ante num.8.et alios.de dilat.per Alexand. consil.201.in causa.lib.2.& per Dec.consilio 473. pro resolutione.nu.7.Item quoad obseruationem terminorum, & propterea additur hæc clausula, prout in beneficialibus. Vnum non omitto, quod notatu dignũ est, ꝙ si in causa profana omissa esset illa clausula, summariè &c.vel summariè,& apposita tantum clausula,prout in beneficialibus,in illa causa profana summariè procedi posset.Et ultra dictam clem.dispendiosam.de iud. id conclusit Rota de mense Maij 1545.in causa Meten. Prioratus de Valuerde, & sic sententia per bo.me. Fabium Accorambonũ lata,fuit habita pro valida,non obstante, ꝙ causa esset profana, & processum fuisset summariè.prout annotauit bo.me.Io.Mohe. Decisionem Mohed. de qua loquor puto esse illam, quam ego habeo sub nu.298. incip. Fuit resolutũ per Dominos.De dictione,prout,quandò ponitur in oratione imperfecta,& tunc relatiuè,& quando iustificatiuè,quando causatiuè Reper.Inquisi.hoc ver.pro qua etiam dictione,vide Albe.de Ros.hoc ipso ver.Et de clausula,prout aliàs soluit:vel secundum quod antecessores tui soluerunt in sententia, quòd non faciat conditionem, nec requirat probationẽ,seu verificationem, sed quòd stet causatiuè. Bart.in extrau.ad reprimendum.hoc ver.in l.eum qui.§.Iulianus.ff.de constitu.pecu. Felyn.in capitulo secundo,numero decimo,de rescrip.Ias.Institu. de actio. §. præiudiciales. numero septuagesimoquarto. Et hanc etiam communem affirmat Cur. Iun.consilio 97.numero tertio, & sequen. pro qua dictione,prout, videatur consi.Boro.110.numero quinquagesimonono,libro secundo, & cons.1. numero 22. lib.3.

Confinium Res immobilis debet designari per loca generalia, & per latera,& confinia,saltem duo.l.forma.ff.de censi.l.si in rem.in fi.ff.de rei vendi.l.cum seruo.§.fi.ff.de contrah.empt.l. Titius meus. ff.de act.empt.Bald.super rub.C.de contrah.emp.quęstio.22.in fi.Bar.in l.demonstratio falsa. in 7.q.ff. de condi.& demonstr. Alex.cons.75. videtur prima.nu.5.lib.3.glo.vni.in c.2.post princ. vers.item duos proximos vicinos.de libel.obla.Soz.cons.89. lib.1.Ruin.cons.115.Causa.nu.15. vbi quod demonstratio per duos confines præualet demõstrationi nominis proprij;& viæ simul.vol.5.Qua cõclusione stante confines duos satis rem demonstrare refert Bart.in alleg.l.demonstratio falsa. nu.15. ꝙ si tertia demonstratio non esset vera, non vitiaret,quem Bar.ibi communiter sequũtur.ff.de condi.& demon.& dixit D.meus cons.13.ad fi.Ruin. cons.11.nu.2.lib.3.& cons.10.num.2. vol.5.Sozi. cons.127.nu.18.lib.3.Paris.cons.65. num.8. lib.1. & cons.58.num.1.ac num.21.& sequen. lib.3. Alciat.respon.126.num.79. Hæc clausula quòd confinia habeantur pro expressis,perinde operatur, ac si expressa fuissent,ac designata.Limita pręmissam conclusionem de designatione cõfinium non procedere vbi locus est notorius,vt voluit Bar. in l.libellorum.ff.de accus.Cardi.in c.olim 1. in ver.super domo Caluen.de resti.spol. Barba.in cap. cum dilectus.de ordi.cogni.Fallit nisi statutum pro forma requirat confinium specificationem,tunc enim quantũcunque locus sit notorius specificatio præmissa requiritur.Ange.& Roma.in l.hac consultissima.C.qui testamẽ.face.posl.glo. & Bald.in l.1.ff. de libe.& posthum.Reper.Inquis.in ver.excedere. vers.Licet confinia. Amplio vt sufficiat duas demonstrationes esse veras, licet aliqua ex positis sit falsa, per Barto.in l.prima,in fi.ff.de do. prælega. per Bald.in dicta l.demonstratio. & in l.forma. & communiter per scriben.in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.primo. & per Aug. Bero. quæst. fami.48.vers.fi.& nume.quinto. Et ibidem nume. quarto idem Bero.concludit,qualitatis demonstrationem fortiorem esse illa, quæ ex finibus fit,per ea quæ voluerunt Angel. Alexand. & alij in alleg. l.si quis in fundi.

COMMISSIO IIII. CAVSAE PRO CREDITO. CONT. HÆRED, DEBIT.

BEATISSIME PATER, Quidam, N. dum viueret debitor remansit deuotorum S. V. Oratorum Petri Diedi, & fratrum, Venetorum,in notabili pecuniarum summa,ultra scuta auri duo mille, occasione venditionis illi factæ cuiusdam Molendini in territorio Ceruien.existentis, ijdemq; Oratores ab hæredibus,& possessoribus dicti. N. qui ab humanis decessit, dictam pecuniarum quantitatem consequi vellent iustitia mediante. Idcirco supplicant.S.V. quatenus causam, & causas quam &c. contra, & aduersus pręnominatos hæredes,& bonorum possessores in exequutionę citationis præsentium vigore ad partes decernendæ nominan.omnesque alios.&c. de & super pecuniarum summis (vt præmittitur) sibi debitis, rebusque aliis &c. alicui &c. cognoscen.&c.committere,& mandare dignetur, cum potestate præfatos citandi,etiam per edictum publicum,constito summariè & extraiudicialiter de nõ tuto accessu, ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi,necnon citatis dictis aduersarijs,quatenus ipsorum aliqui minores existant ad legitimè comparendum in prædictis, ubi legitimè non compareant eisdem absentibus,& non petentibus curatorem ad lites,& causas huiusmodi, cum quo agi, & procedi possit deputandi,cæteraq; faciendi,&c. pręmissis constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,quòdque causa, seu causæ huiusmodi non sint forsan ad Rom.Cur.legitimè deuolutæ,nec in ea de sui natura,aut iuris necessitate tractandæ, & finiendæ sint stilo Palatij &c.

etr

PETRI DIEDI &c. Hoc rescriptū, per me fabricatum, vt creditores àb hæredibus debitoris creditum suum consequi possint, cuicunq; iuri, ac rationi cōsonū ē, iux.tex.in l.fi. §.fin verò, ver.cū satis absurdum est, creditoribus ius quidē suū persequentibus, legitimū auxilium denegari. C.de iu. delib.l.1.& 2.C.de bo.aucto.iud.poss.cum vulg. Generaliter asserimus, ꝙ hæredes creditoris, & debitoris conuenire, & conueniri possunt; eo.n.ipso, ꝙ hæres adit hęreditatē, censetur quasi contrahere cum debitoribus, & creditoribus hæreditarijs.l.apud Iulianum.§.fi.ff.quib.ex cau.in pos.eat. l.2.§. ex his.ff.de verb.obli. Bart.in l.de eo. iun.declara. Alex.ibi in addi.ff.de iudi.Raph.Cuma.cons.176. statuto.col.3.ante nu.3. vers. ēt forsan D.meus in l.qui cum alio.nu.6.& seq.ff.de reg.iu. Et sic mortua persona, cui aliquid competit, vel concessum, aut relictū erat, uel persona, quæ aliquid debebat, non perit concessio, obligatio, relictū, aut ius competens, vel debitum, sed transeunt ad hæredes, & contra hæredes. Pro ptimo casu est tex.in l.si pactū ff.de proba.& in l.1.C.ut actio.ab hære.& con.hęre. Bart.in l.seruus.nu.4.ff.de condi.furt.vbi in fortioribus terminis concludit, uendentē de suo facto tantùm promittentē, obligare ēt hæredē, sequitur. D.meus cons.213.visis.num.8. Pro secundo casu est tex.in l.2.C.de euict.l.1.& 2.C.de hæred.actio. & pro vtroque casu cum suis limitationibus, uide pulchrè, & latè per Albe.Brun. de Interitu, & peremptio.in 11.& 12.conclus. His nobilibus de Diedis patrociniū præstiti, ac ad eorū fauorem victoriam reportaui; quo factum est, vt abinde citrà Religiosissimus D.Vincētius Diedo Patriarcha Venetus, ac doctissimus R.D.Hieronymus ēt Diedo sub mea clientela pro eorum negocijs existere dignati sunt. In hoc rescripto omnem minoris ętatis materiam tractare proposueram; sed quia otiū mihi non suppetit, vltra ea quæ hic necessariò discutienda veniunt, polliceor de huiusmodi minori ætate, illiusq; effectibus alibi latissimè tractare.

Quatenus causam.

Hrēdes tamē à creditoribus hæreditariis conueniri non debebūt infra tres menses præalle.l.fi.§.Donec.C.de iu.delibe.ubi tamen limitant Pau.Cast. Alex.Iaco.de S. Georg.& alij, vt ibi.

Prænominatos hæredes.]

Sicut debitor antequā conueniatur, extraiudicialiter moneri deberet, an satisfacere velit.l.quidam Hiberus.ff.de ser.vrba. prędio.l.debitores.vbi glo.& Bal. ac Salyc. C.de pigno.Rom.sing.396.alio sero, & 397.ita & hæredes debitoris prius interpellari extra iudicium debuissent, tantò magis, quia hæredes ignorantiam prætendere possūnt gestorum per defunctum, & an id quod petitur debeatur.l.fi.in fi. ff. pro suo. l. qui in alterius.ff.de reg.iur.Bart.in l.non ab re. in fi.C.vnde vi.Rot.337. no.quòd ex processu. in antiq.Responderi potest, quòd debitor ex vrbanitate extraiudicialiter interpellatur, non necessariò glo.Bar.& alij in præalleg.l.debitores. C de pign. glos.Ang.& alij in §.sic itaque.Instit. de actio.glo. Ana.& alij in cap.licèt Heli.de Simo. Abb.in cap. secundo, num.4.de accusa. Ias.in l.certi condictio. post num.3.ff.si certum peta. Felyn.in cap.nouit. colum.penul.de iudi.Sicut igitur quis non tenetur requirere extra iudicium debitorem, ita nec illius hæredes, & ita seruatur.Imo præsumitur huiusmodi monitionē extra iudicialem ab vrbanitate procedentem interuenisse, neganti, probandi onus incumbere negatiuam, prout concludit Roma. sing. 397.quis debet probare, & Fely. qui illud singu.citare uoluit in ca.nouit.in fi.de iudi. & ibidem D. meus ad fi.idem Fely.& Dec.in c.quoniam contra. ille ante nu.16.vers. Et in dubio præsumitur istā monitionem præcessisse: & hic num.94.de proba. & Hyppo.de Marsi.in l.pater.num.43.ff.de quęst. Hoc tamen vltimum non procedit absque difficultate, nisi dicas quod cùm (vt præmisi) talis vrbana monitio non requiratur, & à communiter accidentibus præcedere debeat, meritò illā præcessisse credēdum sit. Quæro an saltem creditor teneatur intimari facere heredi Caij contractum obligationis ipsius Caij? breuiter in partem negatiuam est dec. Cassa.12.de rescr.nu.1. Ea ratione quia actiones transeunt in hæredem actiuè, & passiuè.l.vni. C.vt actio ab hære.& contra hære.vnde concludit non esse necessarium intimare contractū obligationis, sed sufficere illum citari facere, vt hæredem obligatum ex tali causa, & in iudicio postea probare, ꝙ eiaius erat mihi debitor, & ille conuentus est Cus hæres.

Bonorum possessores.

Illud additur, ne dubitari cōtingat, an comprehendantur & illi, qui iure prætorio succedunt, ad text in l.2.ff.de bon.possess.& in l.cùm emancipatus.in prin.ff.de cōtratab.in l.in conditionibus primum. in §.si patronus.ff.de condi.& demon.in l.1.§.bonorum.& ibi per Bar.& Ias.in princ.& nu.17.& 23.& l.recusare.§.1.ff.ad Trebel.

In exequutione citationis.]

Effectus huius clausulæ, quantum ad rem nostrā attinet, magnus erit, uolunt enim Bartol.consil.91.& in quæst.nume.5. Cardin.consil.74. D.Abbas.post nume.4.versic. dico quòd debuerunt nominatim citari. Belleme. dec.688.in tali.colum.2.vers.hęc autem motiua, & dec.sequen.& dec.688.in causa.in prin. filios & hæredes, & alios, quorum primo, seu principaliter interest, non posse citari per citationem generalē, & sic contradictor legitimus debet nominatim, & specialiter citari. Alex.cons.106.visis.nu.14.vol.5. Rui.cons.24.circa primum.nu.3.vbi ampliat, etiā si aduersarius incertus sit, sed de facili certus esse possit.vol.4.per Fely.in cap.2.post num.8. vers. & possent ista.de constitu.D.meus in auth. si quis in aliquo.nu.20.& ante.de eden.& per Cassa.dec.vlt. nu.6.vt lit.pend. Ampliabat Rota, etiam si locus, in quo citandi degebant, distat per triginta miliaria, & sic diceretur, ꝙ de facili haberi non potuit notitia, in una Burgen. Matrimonij coram Prolomeo 16.Aprilis 1527.De clausula ꝑmissa loquutus sum etiam supra comm.2.in ver.in exequutione.

Etiam per edictũ publicum.) Edictum ab edicẽdo: Nam vt scirent ciues quod ius de quaque re quisque magistratus dicturus esset: seque præmunirent, edicta proponebant. l. 2. §. eodem tẽpore. ff. de ori. iur. Edictum habes in sacra pagina. 1. Esdræ 1.. (Cuius Rex Babilonis proposuit edictũ, vt domus Dei ædificarentur.) Dan. 6. (Porrò Rex Darius proposuit edictum &c.) 1. Machab. 6. (Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius.) Lucæ 2. (Exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.) In iure habemus tex. in l. 1. ff. de con sti. in l. 2. ibi (edicti perpetui) Vbi gl. declarat. i. generalis edicti, vbi vide Budeum. ff. de sta. hom. in l. 3. §. antequam. ff. de off. procõ. in rub. & nigro. ff. de ædil. edi. in rub. & nigro. C. de edic. di. Adr. toll. Et alibi sæpe proconsules etiam, & prẽsides in prouincijs edicta proscribebant, quæ prouincialia appellabantur ad differentiam vrbanorum, vt ex lib. septimo, epist. M. Tullij ad Atticum epist. 1. & ex Verrinis. Edictum, de quo hic, in specie, non in genere sumitur, illud enim in genere idem est, quod lex. l. 1. cir. princ. ibi. (Pertinet autem lex hæc.) iun. glos. ff. vnde cogna. citatio per edictum permittitur in casu necessitatis, videlicet, quando alio modo quis citari non potest, puta propter absentiam, vel latitationem: vel quando quis non habet habitationem, prout voluerunt Bal. in l. si accusatoribus, col. fi. C. de accusa. Pet. Foller. in pract. crimin. in 1. par. 2. par. in ver. uel eos verbaliter. nume. 37. Pro hac clausula, ꝙ possit decerni citatio per edictũ publicum, & quid testes probare debeant, vt decerni possit, & qualiter exequutioni demandata sit, videatur extrauag. Bonif. VIII. Rem non nouam. de do. & contu. inter commu. clem. 1. de iudi. Bar. in extrauag. ad reprim. in ver. per edictum. Rot. 692. not. ꝙ aliquoties, vers. si autem petatur, in anti. & 79. si committatur causa. in nou. Cassa. dec. 1. num. 2. de appella. Videantur etiam, quæ scripsi in 71. quæst. Reg. de Anna. a num. 8. vsque ad fin. quæst. & vltra ibi adducta adde omnino videndos esse Mar. Soz. de citatio. art. 23. & Fely. in c. quoniã frequenter. num. 13. cum pluribus sequen. vt lit. non contesta. Aliquid etiam per Rebuf. super concord. rub. de const. in ver. edictum. Et Maria. Soz. ubi supra latè declarat, quot modis edictum sumatur, & tam ipse, quàm Felyn. vbi suprà disputant, quis possit committere citationem per edictũ, & quis per edictum citare possit, & Mar. nume. 4. in 4. quæstio. princ. & Fely. ubi supra docent quomodo, & in quibus casibus possit fieri citatio per edictum, videlicet, quando adest impedimentũ ne citatio perueniat ad citandum, vel quando locus, in quo est persona citanda, tutus non sit, uel citandus sit tyrannus, vel aliàs horribilis, uel ciuis potens, seu formidabilis, & aliàs, vt ibi. Et ibi dictis addo, quòd licet regula sit, quòd testes singulares nõ probent, in cap. licet causam. §. quanquam. de proba. Bal. in l. de quibus. num. 37. ff. de legi. Corn. consil. 89. visis actis. num. 18. lib. 1. Rota tamen in quadam causa Beneuentana coram bo. mem. Achille de Grassis conclusit, ꝙ ad probandum non tutum accessum, sufficiebant duo testes examinati, quorũ alter deponebat citationes non posse exequi, nisi de licentia proregis Neapolitani. Alter vero quòd nullus auderet exequi. Possemus tamen considerare, quòd duplex potest esse singularitas in testibus, altera obstatiua, ut in testibus Susannæ, de quibus Daniel decimotertio. Nisi respondeas, ꝙ in illis testibus non solùm singularitas, sed etiam falsitas concurrebat, prout patet ibi. (Recte mentitus es.) Cum ijs, quæ præcedunt, & sequuntur. Altera singularitas adminiculatiua, quando testes concordant in eundem rei finem, vt per Bald. ubi supra. Et quando testes singulares sunt concordes in effectu rei, licèt sint discordes & singulares in verbis, probatio inducitur, ad pulchrum text. in l. qui sententiam. C. de pœnis, & in cap. nihil. de verb. signif. glo. in cap. penul. in ver. substantia. de conuer. coniug. Hippo. de Marsi. super rub. C. de probat. nume. 356. Ias. in l. bonorum, col. pen. & vlt. C. de bon. possess. secun. tabu. Fran. Curt. in tracta. Testium. in 46. conclus. num. 92. Aduertant iuniores, quòd Rot. 23. si aliquis. de do. & contum. aliàs 781. in anti. decidit, ꝙ si petitum sit in commissione, quòd decernatur citatio per edictum, & commissio signata sit, vt petitur in forma, tunc facienda sit informatio, seu probatio per d. cle. 1. de iudi. & a stilo Ro. Cu. (vt præmissi) requisita: secus si signata sit, ut petitur, & sic sine illis verbis, In forma. hoc. n. secundo casu nec probatio, nec informatio requiritur, quod dictum refert pro notabili, & sequitur Fely. in pręal. c. qm̃ frequenter. nu. 18. ut li. non conte. & Staph. dicens ita seruare Rot. super signa. in ver. si petitur cõmitti causa cum facultate citandi &c. fol. 168. Hæc distinctio nõ est vera, nec hodie seruatur, ꝙ in secundo casu non requiratur isformatio, seu probatio & vltra stilum notorium, ꝙ non minus in secundo casu, quàm in primo probatio, de qua supra, requiratur, concludit Cassa. dec. 2. ad fi. de do. & cont. ubi dicit, ꝙ dictũ illius dec. sup. adductę hodie non attenditur. Et q̃d regulare sit ante oĩa iudici constare debere locũ non esse tutũ, seu potius ad locũ non patere tutũ accessum pro citatione exequẽda vltra p̃fatos uoluerunt Bal. post Gui. de Cun. in l. si qua p calumniã. col. fi. C. de epi. & cler. Alex. cons. 206. viso themate. li. 2. Fely. & alii in c. quoniã frequenter. §. porrò. vt lite non cont. Et ꝙ iudici asserẽri ad aliquẽ locũ non dari tutũ accessum non credať, faciunt not. in c. qm̃ contra. de pba. & p Bero. consil. 65. plurib. se offerentib. nu. 154. vers. Neciudici asserenti. li. 1. Et q̃d supplicans asserens locũ non tutũ, id probare debeat uoluit D. meus consil. 172.

Quæro in vim clausulæ præfatæ, citationẽ quæ Beneuenti exequutioni demandanda erat propter non tutum accessum, quis in ciuitate Velitrensi exequi fecit, an exequutio sit ualida? pro opinio. negatiua uidetur dec. Cassa. 6. de dolo & contum. vbi quod loca uiciniora intelliguntur de uicinioribus locis, ubi citandus degit. At Veliternum non est ciuitas proximior ex locis status Ecclesiastici Beneuento, sed Terracina, ergo &c. Bñ pars affirmatiua, ut uerior à Rota recepta fuit, ꝙ immo executio fuerit

fuerit bona, quia sufficit in loco uicino, licet non in uiciniori, & ita intellexit dec. Cassa. prædictã, & executioné in ciuitate Velitrensi factam, ualidam decreuit, ut per Achil. de citat. dec. 13. Idem ẽt annotauit bo. me. nouatus in Beneuentana supra Felyn. pro episcopo Spoletan. contra canonicos, & capitulum Beneuẽtanum corã eodẽ Achille sub die Veneris 8. Nouemb. 1549. in hæc verba. Itẽ dixit citationẽ validam, licet non factã in ciuitate Terracinæ viciniori, quia satis est, ꝙ ciuitas Veliterina sit in dominio ecclesiæ, & multũ frequentata; ex qua facile possit heri notitia, sicut de ciuitate Terracinæ. Tredecim casus, in quib. necessaria est, & fit citatio per edictũ, cumulat, & prosequitur Rober. Maran. de ordi. iudic. par. 6. dum de citatione tractat. num. 82. vers. Quarta citatio est illa, quæ fit per edictum.

Minores existãt. Minores hic tripliciter accipi possunt; primò ꝙ sint minores vigintiquinq; annis, intra quam ætatem fragile, & infirmũ est cõsilium, & in hanc vsq; ætatem adolescentes curatorum consilio regũtur, de his loquitur totus titulus. ff. de min. & Insti. de curat. & rub. ff. de cura. furio. vel aliis extra mino. dãdis. in illis verbis, extra minores. Alio modo minores dicuntur, qui sunt ĩ pupillari ætate, & minores 14. annis, & tutorib. indigent, vt toto tit. ff. & Insti. de tute. & in infinitis alijs locis. Et de minoribus uigintiquinque, & minoribus quatuordecim annis, loquitur tex. in cap. in præsentia. de proba. Tertio modo minores ẽt dicũtur infantes vsq; ad annũ 7. de quibus in l. quiq;. ff. de in ius uoc. in l. si infanti, idest minori feptẽ annis. C. de iu. deli. in l. etiã infanti. iun. gl. ff. de adop. & toto tit. C. de infan. & expo. Nõ intelligas de infantibus, de quib. in Dec. Put. 63. incip. Fuit resolusum in vna Oscen. & Dec. seq. li. 1. ubi ꝙ ius patronatus infantis, & magnatis præsumatur, ex usurpatione, loquitur. n. secundum morem Hispanorũ, & Lusitanorum, qui infantem vocant secundogenitum, vel ꝙ semper sit minor primogenito, & nõnunquã in infantili ætate constitutus, uel potius (vt puto allegoricè, seu per metaphorã quandã) ut sicut propriè infans dr̃ infrà septenniũ constitutus, & qui fari non potest, seu fari nescit, saltẽ expeditè iuxta tex. in l. inter illã conditionẽ cum fari poterit. ff. de ver. sig. & ad alia, quæ adduco in tract. ætatis minoris, dũ de infantia loquor: sic iste secũdogenitus corã primogenito fari quasi prohibitus censeatur, seu fari nesciat, & eius sermo parũ attendatur: Contra verò sermo primogeniti, illiusq; actio oĩs obseruetur & extollatur, & plerunq; plusquam deceat, vel expediat, nec mirũ si perpendamus carmẽ illud in Neronẽ, Oẽs laudabant versus cantãte Nerone: supposito, quod carmina Neronis essent stolida, & inepta, quibus conueniebat pars illa prima distinctionis Horatii, scribimus ĩdocti, doctiq; poemata passim. Rursus (vt in ipsius Neronis historiis habetur) supponimus, ꝙ vocẽ horridam, ac dissõnantem, & inconcinnam haberet, & tamen laudabatur in omnibus: sic nonnunquam accidit istis primogenitis.

Ad legitimè comparendum.] Maxima est inter Doctores altercatio, an minores citari possint? & quo ad infantes concordant omnes, quòd citari non possint, quod voluit tex. in alleg. l. quique. ff. de in ius vocan. l. secunda. ff. de condi. fur. l. 1. ibi ita tamen, vt pro his, qui fari non possunt, vel absunt, ipsi tutores iudicium suscipiant. ff. de administra. tuto. l. pupillus, vbi præceptor meus. num. 3. ff. de reg. iur. Ioan. And. in addi. Spec. sub tit. de reo, in ver. auctoritate, & Bald. in cap. vni. de mili. vasal. qui contu. est. num. 20. vers. de citatione infantis; vbi concludunt, quòd tutor infantis citari debet, si eum habet, alioqui curandum & instandum est, vt illi tutor detur, ad quod citantur consanguinei, & amici infantis: tutore autem dato ipse tutor citabitur, an autem pupillus solus citari possit Bart. in l. 1. §. sufficit. ff. de admin. tuto. concludit pro affirmatiua. Docto. in l. si ex legati. præsertim Aret. nume. tertio. qui melius, & clarius aliis loquitur. ff. de verb. obligat. declarant Bart. & distinguunt, vt ibi. Mar. Sozi. de citatio. art. 5. in 19. quæstio. nume. 43. & art. 20. nume. 49. & sequen. latè discutit, & distinguit. latius verò more suo tractat Tiraquell. de vtr. retract. par. prima. glos. 13. §. primo. nume. 14. cum pluribus sequen. num. 18. dicit rem valde dubiam esse, adeo vt Pau. Castren. in alleg. l. si ex legati. non ausus fuerit quicquam asseuerare. in summa verior, & communis opin. videtur esse, quòd si pupillus habet tutorem tutor citandus sit, alioqui citentur consanguinei, vel affines, amici, & uicini, & hi, qui uerisimiliter pupilli defensionem omittere non creduntur, iux. tex. clarum. in l. hæc autem. §. non defendi. ff. quibus ex caus. in possess. ea. per Specu. tit. de primo decreto. §. restat. nume. decimo. uersicu. sed pone quod pupilli, & uersicu. sequen. & per Ioan. And. ibi in additio. Roma. consilio 454. in re præsenti. nume. secundo. & per Ab. cõsilio quadragesimotertio, ex omnibus, post nume. 2. versic. moueor primo. libro secundo. Dec. Neapol. Afflic. 262. fuit in concilio. D. meus consi. 549. requisitus. Lap. alle. 115. quidã exposuit, post nume. 4. versicu. Et iste clericus erat in octauo, uel in nono anno, & postea versi. sed iudex ad instantiã partis. ibi, in mea apostill. in uer. non ad cau. nonnullos ad id cito in materia beneficiaria, an pupillus maior infante possit solus ualide citari, & citatio de eo solo facta sufficiat ad interrumpendã præscriptionem Reg. de trien. discutiam in tracta. Ætatis mino. quæstio. decima. Ex his, quæ colligi possunt in locis supra adductis, bona cautela est ad omne dubium tollendum, vt citetur pupillus ad legitimè comparendum, & aliàs, ut in clausula nostræ commissionis, nec ex stilo Rom. Curiæ citantur consanguinei, & amici, sed solum ipse minor iuxta clausulam nostræ commissionis; cui stilo conformis uidetur doctri. Ioan. And. in addit. ad Specul. prealleg. §. restat de primo decreto. in ver. §. secundo. in quarta opi. ibi, uel saltem requiendum prius ipsum, ut ueniat petere curatorem, &c. Clausula pręmissa stãte euitabimus ẽt illã disputationẽ, de qua per prædictos, uidelicet, an simpl'r citato

pupillo, cẽseatur is citatus, vt legitimè compareat. Adultus verò siue curatorem habeat, siue non, vigore clausulæ præmissæ, fortius validè citabitur, & euitabitur illa discussio, de qua per Bart. in præalleg. l. 1. ff. de admi. tut. §. sufficiat. an in adulto citãdo electio sit actoris, prout per Maria. Soz. de citatio. art. 20. q. 19. nu. 51. vers. in adulto verò. pro quibus videatur Alexan. in alleg. l. si ex legati. colum. fi. ff. de ver. obl. & omnino Dec. cons. 449. visis duobus. num. 12. Minores aũt Romani quomodo citandi sint, habemus duo statuta, vnum lib. 1. cap. 42. sub rub. de citationibus minorum, alterum lib. 4. c. 2. sub eadem rub. Contra minores in beneficialibus quomodo procedendum sit, videatur c. si maior, & ibi per Doc. de iudi. lib. 6.

Absentibus. Licet regulariter curator nõ nisi præsenti detur. l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tute. l. mutus. §. is qui. ff. de procura. vigore huius clausulæ etiam absenti constitui poterit.

Et non petentibus. Curator petenti datur, prælle. §. si pupillus, & ibi Bar. ante num. 4. dat cautelam, ꝙ in constitutione curatoris ad lites semper ponatur, quod præsens dat præsenti & petenti. Bal. in c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. nu. 20. Et si agit, non recipit talem curatorem, nisi volẽs: si verò conuenitur, cogitur recipere, sed non hũc, vel illum. §. item inuiti. Insti. de cura. iun. glo. declaratione. & Bar. de qua in præall. l. qui habet. §. si pupillus. Spec. in tit. de curat. §. vt aũt. ante num. 2. Io. And. in addi. ad Specu. tit. de reo, in ver. auctoritate. Verba in nostra commissione posita operantur, vt omni disputatione sublata, si sic citati non compareant, eorum absentia, seu contumacia non obstante, illis curator ex officio iudicis deputari possit. Sic & non petentibus bonorum possessio dari potest. l. seruus bonorum. quæ est 7. ff. de bonorum possess.

Curatorem ad lites. Infanti tñ vigore huius commissionis curator dari non poterit, prælle. l. qui habet, ibi, (Itaq; infanti non põt dari. ff. de tute. Bal. in præall. c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. nu. 20. Aliter igitur infans citari debebit, ut supra dixi. Adultus curatorẽ inuitus accipere non cogitur, præterquam in litẽ. Hæc sunt verba tex. §. itẽ inuiti. Insti. de curat. l. 1. C. qui petant tuto. Spe. in præall. §. vt aũt. ante nu. 2. sub tit. de curat. Pupillo vero an ad lites curator dari possit. Bal. in alle. c. 1. de mili. vasal. qui contu. est. Concludit quod sit, idẽ supponit. Rom. sing. 138. habes, quod curator, & idẽ concludit multa adducens Alexã. cons. 122. videtur prima, li. 1. Et licèt Alex. ibi plura iura, & plures Doc. adducat, inquantum ipse idem concludit, quoad pupillum nõ hñtem tutorem, sicut quo ad habentem, iste secundus casus est magis dubitabilis, prout colligi potest ex ijs, quæ supra adduximus. Verum ex clausula nr̃æ cõmissionis hoc, & oẽ dubium remouetur, & sic indubitáter, & adultus, & pupillus infante maior, ualide citabuntur, valideq; illis ad lites curator dabitur. Vide præal. Dec. Matthęi de Affli. 262. & D. meum cons. 549. Vnũ valde notabile & nouum non ommitto, ꝙ licèt curator ad litem cautionẽ pręstare teneatur. l. & si ad species. iun. gl. & ibi etiã Bart. ff. rem pup. sal. fore, in Rotæ tamen tribunali curator ad lites sine cautione admittitur, etiam inter Romanos, non obstante statuto. & præcipua ratio huius stili est, quia curator ad litem nõ administrat bona, ita decisum fuit in causa Romana hæreditatis de valle coram Puteo. 8. Iunij 1548. & 11. Maij. Rota in eadem causa coram eodem declarauerat statutum Romanum concernere ordinatoria iudicij. Hoc vltimum addidi ne quis mireť quomodo Reuer. D. de Rota statuto Romano postposito iuxta eorum stilũ in causa inter Ro. processerint: ex illo enim decreto Rotæ, ꝙ statutum sit iudicij ordinatoriũ, sequitur alia conclusio vera, & communis, ꝙ in ordinatorijs attendi deberet locus iudicij, in quo causa agitur. glo. communiter approbata in capitu. quod clericis, & ibi per omnes, de fo. compet. Rocc. in cap. fin. colum. 232. versi. 2. limi. & colu. 272. vers. primo igitur. de consue. iux. paruam impres. Et hãc opin. testatur esse communem Rip. de legi. respon. 4. num. 4. lib. 1.

Ad Ro. Cu. legitimè: Id est, secundum leges, vel iura. Io. And. in ca. quoniam. colum. 3. in ver. legitimè, vt lit. non contest. glos. in cap. vni. de pace tenen. inter subdi. in ver. legitimè. in princ. legitimè alibi rectè, vel bene, seu ad bonum.

Deuolutæ. Verbum deuoluere iis rebus aptatur, quæ à summo deorsum decidunt, vt apud Colume. libro 1. (Huic proxima fluens aqua è montibus orinnda, quæ per saxa præceps deuoluitur.) Cõtra uero accipitur hic, vt deuolutio fiat ab ĩferiori ad superiorem, ut infrà ostendam. Per translationem deuolutam rem dicimus, & deuolutam hæreditatẽ, quasi ea de manu ad manum peruenerit. Liu. lib. 5. de bello puni. (Et eò deuolui rem, vt aut patritij, aut patritiorum asseclæ habendi Trib. plebis sint.) De hęreditate deuoluta est tex. in l. quãuis, ad eũ hæreditas fuerit deuoluta. ff. de iudi. in ca. in pñtia, ibi. Ad ipsos erat ipsius hæreditas deuoluta. de proba. in l. pupilli, quę est 96. §. fin. ff. de solu. De successione deuoluta est tex. in l. Lucius 2. rñ. ff. de uulg. l. si infanti. §. 1. C. de iu. deli. & ibi Bald. col. 3. vers. ꝑterea ibi est uerbũ deuolutus, dicit illud verbum esse generalissimum ad oẽm deuolutionem, siue ad suos, siue ad extraneos: quẽ sequitur Ang. de Perig. ĩ tractã. suitat. nu. 98. De bonis defuncti intestati ad fratrẽ deuolutis, est tex. in l. sextiã. ff. de leg. 3. De dominio deuoluto est tex. in l. denique. §. quæsitũ est. ibi. An postea dominio ad aliquẽ deuoluto. ff. quod ui. aut clam. De bonis ad fiscũ deuolutis loquitur tex. in l. 2. ad fi. ff. de ali. & cib. leg. Et de bonis ad monasteriũ deuolutis loquiť tex. in c. in pręsentia. de proba. & ibi Ant. de But. & alij dicũt substitutionẽ cõpendiosam fieri posse per hoc verbũ, deuoluãtur, & ibidẽ discutiũt, an hoc verbũ, sit directũ, an non merè directum. prout ẽt per Fely. ibi num. 2. & per

Bar.

Bar. in l. Centurio. nu. 54. ff. de vulg. Rursus ius uni qualitercunque competens si ad alium perueniat, ad illũ deuolutũ esse dicunt, iux. tex. in cle. 1. cir. medium. de iur. patron. & in clemen. 1. iunct. gl. in versiculo, titulo, & ibi Vita. in 3. not. numero 12. Alio modo deuolutio per negligentiam inducitur, prout in cap. secundo, de concess. præbend. Et tunc deuolutio dicitur, quando potestas ab inferiore propter negligentiam abdicatur, & ad superiorem deuenit, seu transfertur, prout latius tracto in 90. q. Reg. de Annan. numero quarto, & sequent. vbi de beneficijs deuolutis, & ad quos fiat deuolutio, & quòd duobus modis beneficia deuoluta potest cõferre Papa. Electio etiam ad superiorem deuoluitur in pœnam non eligentium. gloss. in cap. duob. de rescrip. libro sexto, & in cap. quanquam. de electio. eodem libro. Nunc proprius ad rem nostram, quomodo causæ ad Rom. curiam deuoluantur, tractemus. Ad Ro. C. causæ propriè, & verè deuoluuntur per appellationem. cap. si quis vestrum. ca. decreto, & in alijs, 2. quæstione 6. cap. 1. respon. 1. de electio. libro 6. clem. causam. eo. Rot. 8, no. quod vbi causa. in antiq. nec curo an appellatio sit iudicialis, an extraiudicialis. cap. vt circa, & cap. constitutio. de electio. lib. 6. clem. vnic. iunct. gloss. in versiculo. per appellationem. de cau. poss. & propri. Nec etiam curo an omisso medio ad sedem apostolicam appellatum sit, licet enim iudices sint gradatim adeundi. §. ad hæc. in Authen. de quæsto. Bald. in cap. vni. numero 8. si de inue. inter domi. & vassal. lis. du. Ad Papam tamen omisso medio appellari potest. cap. Romana. cap. quamuis. & ca. ideo. 2. quæstione 6. cap. sollicitudinem. de appell. Rot. Bisig. 21. à sub executore. numero 4. eo. in antiquio. præall. cap. 1. de electio. lib. 6. & cle. causam eodem titu. & ibi Vita. ad hoc. not. num. 18. Causæ etiam profanæ per appellationem ad Rom. Cu. deuoluuntur, si a iudice recepta sit, vel à parte approbata. c. sæpe. & c. interposita. §. 1. de appell. & uideatur omnino post alios Phil. Fran. in d. ca. sæpe, in 2. not. & Rot. 38. fuit dubitatum. in addi. num. 3. in no. Rot. tamen præalle. 21. a subexecutore. de appell. num. 3. in antiquio. videtur requirere utrũque, videlicet admissionem iudicis, & partis comprobationem, postea uero consensum tantum partium. Bellame. vero unum tantum. decisi. 729. si in causa profana, in princip. Videatur Rot. Bisign. 18. à grauamine de appel. in antiquio. Amplio etiam, vt causæ appellationum à sententijs ab ipsis regib. prolatis interpositarum ad Rom. Cur. deuoluantur. Et licet de iure ab ipsis Regibus appellari nõ possit. l. 2. §. exactis. ff. de ori. iur. nec etiam appellabatur a Senatu Romano, nec à præfecto prætorio, prout ostendam infra Com. 17. in uer. alicui. Et cor Regis dicatur in manu Dei esse. l. inter claras. C. de sum. trin. Vnde Deus solus est supra Regem, & Regis facta immutat, & corrigit. Tamẽ, quia summus Pontifex ipsius Dei locum in terris tenet, ipse Dei Vicarius sententias à Regib. prolatas cognoscet, confirmabit vel infirmabit, & irritabit. Optime per Isern. in cap. imperialem. versiculo, præterea si inter duos. num. 81. de prohibi. feu. ali. per Fede. De feruntur etiam causæ ad Rom. Cur. per relationẽ, quando iudex causæ dubius in iure, non autem in facto, antequam pronunciet, principem consulit qualiter iudicare debeat, relationis exemplum litigantibus porrigens, vel ex toto causam remittens, vt princeps iudicet, prout in l. & duabus sequent. C. de relatio. Et in l. ex illo. C. de appell. & in cap. intimasti. eod. titu. Verum hæc raro accidunt, præsertim, vt remissione facta princeps in illa causa iudicet, stante nouo iure, de quo in Authen. ut iudic. non expe. sacras iussio. & in authen. nouo iure. C. de relatio. & per gl. in alle. l. ex illo. in uersi. relaturum. C. de appell. Videatur Fran. in alle. c. intimasti. col. 3. & 4. de appell. & Rober. Maran. de ordi. iudic. in 2. actu princi. vlt. p. nu. 7. & seq. ubi describit quinq; species relationis. Alios modos deuoluendi, seu deferendi causas ad Ro. Cur. ponit Specu. in tit. de legato. 9. nunc ostendendum. nu. 36. Phil. Fran. in alle. c. intimasti. col. 3. de appel. & Staphi. super Sign. fol. 158. & seq. in uersic. excipiuntur quidam casus. Causæ a Papa cõmissæ ad eum tantum deuoluuntur, non autem ad legatum, vel alium. c. studuisti. de off. dele. Anch. consi. 132. in primo. Ro. sing. 458 tu habes titulum. ad fi.

De sui natura.

Natura nonnunquam exponitur, idest Deus, qui nasci facit, & creat in l. 1. §. ius naturale. iuxta unam lectu. ff. de iur. natur. gent. & ciui. Aliquando dicitur quælibet res nata, vel creata. l. cum ad præsens. & l. sequen. ff. si cer. peta. Aliquando dicitur quoddam ius naturale insitum rebus, vt dicto. §. ius naturale. secundum alterum intellectum. & Insti. de iur. natur. gent. in princip. & l. fluminum. §. uitium. ff. de dam. infe. Aliquando natura dicitur consuetudo. l. j. ff. ad Maced. Item ponitur pro solito cursu causarum. l. actor. C. de p ba. Item dicitur complexio, vel dispositio quædam siue sanitas. l. j. §. sciendum. ff. de ædili. edi. Nonnũquam ipsius uocabuli impositio, uel uocabulum, quod nasci dicitur cum inuenitur. argumen. tex. in l. 4. ff. de prescr. versiculo. Aliquando dicitur patria potestas, vt ff. de fur. l. nec cum filio. ut dicit Sal. in l. cum ad præsens. ff. si cer. petat. Naturam hic pro more, seu consuetudine sumere possumus prout, Hester, cap. fi. [Cum aures principum simplices ex sui uatura &c.] Et apud Virg. 4. [Nũc age naturas apium &c.] Sic & Aristo. tractat de natura animalium, pro qua declaratione adduco tex. in l. j. in prin. [Quasi illi natura administrabat.] cum glos. j. ff. ad Macedo. glo. in cap. bonæ. j. in uer. per rerũ naturam, idest consuetudinem; consuetudo enim ẽ altera natura, quod dic secundum solitum cursum causarum, & ibidem Abb. post num. 12. de electio. Et de cõsuetudine generis, seu speciei animalis est tex. Insti. si quadru. pauper feci. dica. versicu. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam mouentur. iunct. glo. in versiculo, contra naturam Possumus etiam naturam pro proprio accipere, in quo illa quattuor concurrant, de quibus Porphy. de proprio, & Ammonius super eum. Et ita accipi posset Insti. de actio. §. præterea. ad fin. ibi secundum cuiusque rei de qua actnm est naturam. Vnde sicut proprium,

prium,& naturale est;equi hinnitus,& canis latratus, ita propriū sit causarū,de quibus infra loquemur, esse in Cur.Rom.seu in illa discuti.Rursus dicere possumus,ꝙ sicut terra per se,& non per accidens deorsum tendit, ignis sursum fertur, & aqua extinguit ignem.Sapien.cap. fi.ad fi. Et aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. ita per se, & non per accidens.causæ,de quibus infra,in Cu.Roman. sint. Causæ autem de sui natura in Ro.Cu. tractandæ sunt causæ maiores.cap. quoties 24. q. 1.cap.maiores, de baptis.cap. ut debitus.in fin. de appel.c.quod translationem. vbi pulchra gloss.in uersiculo.reseruata.de offi.lega.cap. 1. & toto titul.de translat.prælat.Innncen.in capit.innotuit,in 1.glo.de electio. Specu.de legato.§. nunc ostendendum.in prin.prælleg.Rot.38. in addi.numero 3. in nou. Mil.in reper.in uersiculo, dispēsare potest. Causæ maiores & arduæ dici etiam possunt illæ de quibus in constit.Marchiæ.libro secundo, capit.6. & per Aug.Bero.consilio 181.in causa matrimonij.numero 16.79.99.& in aliis locis.libro 3.Causæ item beneficiales,seu spirituales,licet de sui natura tractandæ sint in Cu.Rom.vt in dicta addit. ad decisio.38.in nou.per Franc.in prælleg.c.sæpè colum.2.versiculo,nam causæ beneficiales, de sui natura tractandæ sint in Cur.de appellat. Pro præmissis,& infra dicendis vide August. Bero.in c. cum omnes. numero 44. & numero 83. vbi de causis grauibus,& Sedi Apostolicę reseruatis.de constitut. Aduertendum est, quòd aliter de sui natura causę maiores in Curia tractantur, & aliter causæ beneficiales:illæ enim eclusiuè,seu priuatiue ad omnes alios, vt nullus absque Papæ commissione seu mandato se in illis intromittere possit,ut in iuribus supra adductis. In beneficialibus verò etiā coram ordinariis locorum procedi potest usque ad finalem decisionem, vt illę numquam ad Sedē Apostolicam deferantur, vt in dies videre est. Rursus & in Cur.Rom. deciduntur absque eo, ꝙ in illis aliquis prius se intromiserit,nonnunquam uero super illis in partibus litigatur; postea ad Cur.p appellationem uel alia via deferuntur,.seu deuoluuntur,prout in alleg. clem. causam. de electio. & in clemen.vni.de cau.poss.& propri. Ad id quod dixi,causas beneficiarias, coram ordinarijs tractari etiam posse magnam limitationem, & curialibus non iniucundam afferam,quæ est, ꝙ ab hac positione,seu regula excipiuntur omnia beneficia sedi Apostolicæ reseruata non minus ex dispositione regularum cancellariæ,quàm iuris communis, seu constitutionum.Regulas enim huiusmo di constitutiones pontificias nuncupare soleo, nec in alio, ab aliis constitutionibus has regulas differre asseto nisi ꝙ illæ perpetuò durant,hæ verò ad uitam ipsius Papæ conditoris. prout per doctor. quos cito in procem.Regul. numero secundo,& in 11. q. 1. regul.numero 6.Si igitur beneficia supponimus ex constitutionibus reseruata, quo casu nullus præter Papam de illis disponere potest,ad tex.in ca.quod translationem.de offic. lega. cum aliis supra adductis,& per Ludo.Roma.in simi. consilio 59.ad discutienda.post num.1.uersi. Nec ea similiter,quæ in signum priuilegii singularissimi sunt tantū principi reseruata. Ergo & causas,ac lites super huiusmodi beneficiis reseruatis reseruatas sedi Apostolicæ,& Cur.Roma.omnino dicemus, arguendo a cā ad causatum. Quod enim dicitur causa causæ, & causa causati.dicetur.l.manumissiones.ff. de iustit. & iur.D.meus super rub.ff.si cer. petat.in 3.lectu. num.5.l.hoc iure.§.deiecit. ff.de reg. iur. c. mulieres.de sent.excom.Marsi.consi.7.nu.4.

Et causatum sapit naturam suæ causæ. l. ius. ff. de oper.libe. & potentia causę influit in causatum. l.publius.§.1.ff. de condit. & demonst. quod alibi latius prosequar.Causas etiam, & controuersias inter Reges hic omnino tractandas esse existimo. Et si ad Pop.Rom. & ad consulem illarum cognitio, ac decisio pertinebat,prout in Cæsaris commentariis.libro tertio,Belli ciui.in hæc uerba (Interim cōtrouersias Regum ad Pop.Rom. & ad se,quod cōsul esset pertinere existimans &c.) Quare non eodē modo nunc ad Rom. summum Pont. & Regum dominum illarum cognitionem spectare non affirmabimus?cum etiam illius proprium sit omnes iudicare,& a nemine iudicari. ca. Constantinus.2.6. distinct.cap.cuncta per mundum,& in aliis. 9.q.3. & cui omnis creatura subdita est.cap. solitæ.de maiori.& obedien. Et quòd Papa sit iudex ordinarius Regum,probat etiam tex.in clem.2.§.nos quoque Regis ordinarius, & §. nostra ex superioritate. ibi [Etiam nihilominus ex ipsius plenitudine potestatis,quam Christus Rex Regum &c.] de re iudic.& & quod summus Pontifex iudicet facta Regum,& Reges ipsos,& audiat, & cognosci faciat causas oppressorum ab Imperatore, & Regib. & prouideat quando tales remissi sint, vel renuant iustitiam ministrare,pulchrè concludit And.de Isern.in præall. c.Imperialem.§.fi.uersic.præterea si inter.nu.81.& sequen.de prohi.feu.alie. per Fede. ubi etiam subdit,ꝙ sicut Dauid erat refugium omnibus, qui opprimebantur à Saule, uel aliàs in angustia constituti erant 1.Reg.ca.22. Sic & Papa refugium erit omnium oppressorum uel à Regibus,vel ab Imperatore: fortius si ab alijs,prout etiā concludo super ca. 1.de probatio.post num.31. præsertim versic. Circa veritatem huius dubij. Causæ item in Rom.Cu. tractari omnes poterunt quæcunque sint, si partes consentiant, & vltra tex.in l.2.ff.de iudi.l.si conuenerit.ff.de iurif.om.iud.c.significasti.de for.comp. & ultra id,quod consensus dicitur esse de substantia prorogationis iurisdictionis. Mil. in reperto. in uersiculo, iurisdictio non prorogatur nisi per expressum consensum.Roma.consi.48.colum.1.vers. Secundo quia posito.& hęc generaliter vbique procedant.Romæ tamen consensus partium circa iurisdictionis prorogationem plus, & in casibus, in quibus alibi non operaretur,operatur,ea pręsertim ratione,quia Roma est communis patria. Consequenter etiam, quia cum Roma sit communis patria. l. Roma commnnis patria. ff. ad munici. l. Sed & reprobari.§.fi.ff.de excu. tut. poterunt omnes hic præsentes citari, & non habebunt ius reuocandi domum, prout latè prosequor in 10.q.regul.de Idioma.num.2.& seq. Viduæ item,& miserabiles

rabiles personæ, quæ sub protectione Principis & ecclesiæ sunt, Romæ, & coram summo Pontifice alios conuenire, & volentes conueniendæ erunt,& non alibi l.vni.C.quan. impe. inter pupil. & uid. Bart.in l.Æmilius.ad fi.ff.de mino. Rolan.a Valle, consilio 76.pluribus,numero 35.& sequen. & numero 44.& sequen.libro 1. Quæ dicatur vidua,& quæ miserabilis persona,vide Gui.Papæ. dec.466. quia secundum,& apostil.ibi positaa.Etscias,quòd vidua etiam dici potest, quæ maritum habet inutilem. glo. singul.l.vltim.in versi.orbitates.C.ad leg. Flau.de Plagia.Alexand.consilio 104.libro primo. Catel.Cott.Memoria.in versic.vidua dicitur.Et vltra ius ciuile videmus in iure diuino peculiarem, protectionem viduarum,&orphanorum esse apud Deum,prout Exod.22.viduæ,& pupillo non nocebitis.Esaiæ cap.quinto. Defendite uiduam,iudicate pupillo.& iuxta.Psalm. 67. Turbabuntur à facie eius patris orphanorum & iudicis viduarum . Sic & similis protectio debet esse apud ipsum Dei Vicarium;quæ autem causæ uiduarum , & miserabilium personarum,&quando ad ecclesiam spectent uide tex.in cap.ex tenore,& ibi glo.& Doct. de fo. compe.c.significantibus.vbi gloss.de offi. deleg.Io. Lup.in c.per vestras.in 2.not.num.6.de dona.inter ui.& vxo.vide omnino Rip.in l.1.num.48.ff.solu. matrim.Et quod personæ prędictę nolentes non possint trahi ad iudicium extra domicilium etiam per rescriptum cum clausula,non obstante aliqua lege, post Bald.in alle.l.vni C.quan.impe.inter pupil.& vid.concludit Mil. in suo repert. in versiculo, minor,pupillus,& vidua. Verum quod diximus uiduas, & pupillos dici miserabiles personas , limitant nō nulli nisi sint diuites,quo casu non numerentur inter personas miserabiles.Abb.& ibi Barba.in Addi. in c.significantibus.de offic.delega. Paris.de Put.in tract.syndic.in ver.expensæ, colum.1.Afflict.& cōmuniter Docto.in consti.Regni incipien.præsenti. Tiraq.in l.si vnquam,in versi.facultatum.nu.1. C. de reuo.dona.Licet hæc sit communis opin. non tamen esset absonum contrarium tenere , non enim uni,aut particularibus aliquibus personis hoc priuilegium concessum fuit,sed ob pietatem sexus respectu uiduarum . Inconcusse autem affirmarem viduam luxuriosè viuentem hoc priuilegio nō gaudere, pro quo vide Foller.in praxi crimi.in versicu. Audiantur excusatores.nu.82. Concludamus Romanam curiam locum esse omnibus tutissimum.c. ad Romanam.&ibi nota.2.quæstione 6.ca. fin. de for.comp.Et hoc apparet ex euidentia facti. Hinc habemus nulli licere Ro.cu.forum declinare maximè in causis arduis,&grauib.c.1.&ca. quanto. de translat.episco.c.quo ad translationem.de off.leg. & ad alia supra adducta.& per Bero.consil.18.nu. 67.& seq.lib.3.

Aut iuris necessitate &c.

Cum dictio,aut,inter diuersa ponatur.l.filię,& ibi Bald.in 1.oppo.C.de colla.Bar.in l. si is qui ducenta.§.vtrum.in 6.oppo.& ibi omnes.ff. de reb. dub. Cardin.in clem.2.quæstione 2.de æta. & qualita. sequitur quòd aliud est causas esse in Rom.Cur.de sui natura,aliud de iuris necessitate . Quomodo igitur causæ de iuris necessitate hic tractandæ non sint,uideamus. Idem ego puto esse causam non debere cognosci in curia de iuris necessitate,quod de iuris rigore,seu iuris obseruantia, ut iuris rigor , & potestas,seu arbitrium iudicis opposita sint , iuxta tex.in l.sæpe.ibi [non imponit necessitatem.] ff. de offic.præsid.l.non quicquid.ff. de iudic. De rigore autem iuris multę causę prohibentur hic decidi, puta quando clericus laicum conuenire vult super rebus nō ecclesiasticis.iux.tex.in c. si clericus laicū. de for.compet.Item in causis appellationum a iudice ciuili , qui non est de temporali iurisdictione ecclesię.c.duobus.§.denique. de appell. Et in aliis, prout per Staphil.super sign. in uer. causæ profanę non committuntur in curia.fol. 158. Vel dicamus de iuris necessitate in Rom.Cur.tractandę nō veniunt iux.ea,quæ not.Fran.in c.sępè.col.9.in 2. fallen.in fin.de appel.vel de iuris necessitate.i.iure gentium,vel constitutionum principis,iux. tex.in l. ergo.iun.gl.in uer.necessitas.ff.de legi.Iuris autem rigor quot modis accipiatur declaro in c.super literis.nu 9.de rescr.

Tractandæ. Id est uentilandę , discutiendę,disputandę ita accipere possumus illud in l.1. propè fi.ff.de orig.iur.in l.illud. & l. sequen. ff. de iur. codicil.l. Marcellus apud Iulianum.ff.de verbo.signifi.glos. fin.in l.uni.C.de emen.Codi.& tractare pro quęrere seu multipliciter exponere, vide tex.iunct. gloss. in uersi.ille tractatus,in l.fi.ff.si pars hære.pet. Plures causæ sunt, quę,vel quia non legitimè deuolutę uel earum natura resistenre,uel quia iura aliter disponunt.ad ea, quę supra latè diximus,non solum uon debent diffiniri in Ro. Cu. imo nec in ea aliqualiter cognosci, vel tractari.

Et finiendę. Id est, decidēdę, seu terminandæ.ad l.vbi, acceptum.ff.de iudic.l.causas vel lites. C.de trausactio.cap.finem litibus.de dolo,& contum.hęc verba , & finiendę non sint, conueniunt etiam causis, quę ad principem deferuntur per relationem,quādo iudex in iure dubius principem consulit qualiter iudicare debeat,quo casu in curia principis tractatur,& discutitur quomodo sit pronuntiandum; ipse autem princeps vel eius curia causam non determinat,prout in l.1.& sequen.C.de relatio. & ad alia,quę adduco supra in uersi. deuolutę . Conueniunt etiam causis,quæ per appellationes super cōpetentia & iurisdictionę iudicis,item à grauaminibus,seu aliàs ante sententiam ad Rom. Cur.deuoluuntur,& sic Romę omnino tractandę, & discutiēdę sunt quoad illum atticulum à quo appellatum fuit,& si rationabiliter non sit appellatum, de iure causę huiusmodi ad inferiores remittendę sunt.vulga.c.ut debitus.de appel.Imol. in pręalleg. c. sępe. eodem titul.&ibi latius, & clarius pro pręmissis p Fran.colum.9.quęstione 2.cum alijs sequen. Quicquid autem dicant Doctor.in pręalle.c.vt debitus, & Fran.in dicto cap.sępe.de appel. Hodie hoc iure utimur,quòd causę semel ad Rom. Cu.deuolutæ, nunquam ad inferiores iudices remittantur , sed hic

hic terminentur Rot.38. fuit dubitatum colum.3. in 2.queſtione,& 321.ſi appellatus.uerſic. nam ex quo ſemel cauſa.in nou. Alber. in authent. qua in prouin.C.ᵛbi de crimi.agi opor. pulchrè p Mart. Laud.in tract.de principi.q.117.incipien. conſuetudo Roman.Cur.ſeruat,ᵛt cauſa,quæ ſit in Cur. Rom.non remittatur extra cur.ad inſtantiam principis, ᵛel alterius, qui aſſerat cognitionem ad ſe ſpectare.Hæc ego adducebam in fauorem cuiuſdã incarcerati hic Romæ,quem Prorex Neapolitanus ad ſe remitti inſtabat eo prætextu, ꝙ a carceribus Vicariæ Neapolitanę quendam nobilem aufugere permiſiſſet, & faciunt alia per me adducta in 5. q. proœm.reg.cancel. iux.ſecundam editionem ᵛbi etiam rationem, ſeu cauſam aſſigno. quare cauſæ huiuſmodi non debeant remitti. Ibi dictis addo, ꝙ hæc fuit vna ex rationibus, quibus motus fuit D. Phil. Dec. ut ſuaderet Clem. VII. ꝙ cauſam inter Regem Angliæ,& Reginam ſuper ſeparatione matrimonij Romę terminari deberet, prout eius conſ. 699.accepi.nu.13.Amplio, vt nec alibi delinquẽs, ᵛt fuit ille Neapolitanus,de quo ſupra in Roma. Cur.exiſtens,ad ſuum Regem remitti debeat, ᵛt pulchrè decidit Oldra. conſil.124. quòd remiſſio, & num.5.teſtatur hanc eſſe Rom.Cur. conſuetudinem.Non intelligo tamen de cauſis, ſuper quibus iudices principem conſulunt, qualiter iudicare debeant.vel de cauſis parui momenti quas remittere iuſtũ, & pium eſt. Et ex præmiſſis quilibet non obtuſi ingenij percipere poterit quàm neceſſaria ſit clauſula præmiſſa;quodque cauſa,ſeu cauſæ &c.& cuius potentię exiſtat; ad tollendum plura dubia, quæ oriri poſſent,an cauſa ſit legitime deuoluta,an Romæ tractari debeat.& ꝙ plus eſt tollit periculũ nullitatis ꝓceſſus vigore reſcripti abſque illa clauſula faciendi. Aduertant tamen iuniores,ne huiuſmodi commiſſiones cum hac clauſula ſignari faciant à ſolo Vicecãcel.ſeu cancellariæ Regente,qui talem clauſulam concedere non poteſt, nec iſtis prout Papæ ſignatura derogare; ꝓut dicit Belleme. dec.747.ſi auditor.poſt princ.verſ. primo ergo deduco.ex cuius dictis duo clare eliciuntur.Alterum eſt,vt præmiſi,quòd cancellaria cauſas non legitime deuolutas ſine ſpeciali mandato Papæ committere non poteſt.Alterum, ꝙ abſque legitima tali derogatione nulli iuriſdictio tribuitur.

COMMISSIO V. IACTATIONVM ET MOLESTATIONVM.

CVIVS formulam poſui in 14. quæſt.regu.de ſubro.nu.2.& nu. 3. & ſeq. diſputo ubi fundetur illud iudicium,& illa commiſſio, & an commiſſio prædicta cõprehendat petitorium, & poſſeſſorium.Ex illa formula poſſunt aliæ commiſſiones iactationum, & moleſtationum elici, etiam in cauſis profanis,puta in cauſis pecuniariis, & dixit D.meus conſil.43.colum.1.quòd petens principaliter a creditore non laceſſitus ſe declarari non debitorem,ex quo nihil debeat, quod ſe nihil debere probare teneatur, & ſi contrarium tenuiſſe videatur idem Dec.conſilio 3.num.9.& Alcia.3.Regul. præſump.44.num.7.iis, quæ ſcripſi in dicta 14. q. Regu.de ſubro.

Primò addo videndum eſſe tex. in c. audita. de reſti.ſpoliat.ex quo elici poteſt concluſio reſcripti moleſtationum,& ſententiæ,quæ poſtea contra indebite moleſtãtem ferenda venit.Et cuiuſque intereſt releuari a turbatione,& propterea ſuper turbatione imponendum erit perpetuum ſilentium, ut aduertit Lap.Alleg.86.in cauſa: poſt num.2.col.3. verſi.Et ſua intereſt releuari a dicta turbatione. Sic contra non probatis moleſtationibus, turbationib. ſeu iactationibus ſententia abſolutoria ferẽda erit, cum expenſarum condemnatione in fauorem eius contra quem commiſſa fuit huiuſmodi cauſa iactationum,vt elicitur etiam ex Dec.Put.219.incipien. Nona Decembris 1541.lib.1.Rurſus addo uidendum eſſe reſcriptum Roberti Regis Neapol. ſuper iactatiouibus extensè poſitum in Dec. Neapolit. Mat.de Afflit.264. Quidam Baro, de quo reſcripto quod prouiſionem uocant,loquitur etiam Capit.Dec.205.in cauſa.colum.penul. ante fi. ibi ᵛidere licebit,in quo differat circa modum committendi cauſam iactationum,& in illa procedendi ſtilus noſter ab illo,nec ille eſt à iure diſſonus, vt ex dictis deciſio.apparet:immo ille magis ſecundum iuris terminos procedit, nam iuxta iuris diſpoſitionem terminus inſtanti,ſeu moleſtanti pręfigi debet ad tex.in l.diffamari.ubi omnes.C. de inge. manu. Et aliquando etiam Romæ in ſimilibus terminis in vim ſpecialis reſcripti præfigi conſueuit; ſed communiter abſque alia præfixione proceditur, & ſtilus Rom.Cur.introduxit ꝙ loco præfixionis termini huiuſmodi ſufficiat ſeruaretelam iudiciariam,& ſic loco dictæ præfixionis termini ſubſtantiales ſeruantur. Vltra ſupra adducta, & ultra ea,quæ tetigi in alle.quæſt.14.reg.de ſubro. Iaſ.in l. 2. nu. 23. ff.de re iud. Aliqua etiam hic non inutilia tractabo. Et pro hac commiſſionis formula, ſeu remedio timentis inquietari uide Ludo.Roma.conſilio 412. pro habenda.in princ.Bal.in rub.C.de condic.ex lege.colum.1.Abb.in cap.ſi quis contra clericum.de fo.compet.Ange.Aret.ſuper rub.Inſti.de excep.Felin.in cap.venerabilis.poſt num. 8. verſic. Et tales termini ad agendum nunquam aſſignantur. de iudic.Gomeſ.in §.præiudiciales.colum. fi.Inſtitu. de actio.D.meum in cap.in præſentia. 3.not.de prob. & conſi.3.& diligenter.ver.circa.Vide etiam conſi. Io.Bapt.Ferret.39.R.D. ubi etiam an, & quando coram iudice diffamationis ſit pręuenta iuriſdictio etiam reſpectu negocij principalis., vnde orta fuit infamia. Et pro formula ſententiæ in hac materia vide ibid.nu.3.& in con.illo plures citat materiam hanc rractantes.

Quæro quare cauſa cõmittatur ſuper illis quinque, videlicet,iactationibus, turbationibus, moleſtationibus,

stationibus, vexationibus, inquisitionib. & an hæc inter se differant? A secunda parte quæsiti resoluitur prima.

Secunda igitur pars prius videnda est, iuxta quã breuiter concludo, ꝙ omnia hæc verba ad idem tendere videntur, in aliquibus tamen differunt, vt ex infra adducendis apparebit. Alioqui frustra tot verba conculcarentur in rescripto principi porrigẽdo: superflua autem in omni actu, & inter quoscũque reprobantur. l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. l. hæc stipulatio. in fi. ff. vt leg. nomi. §. quib. in j. cõst. C. gl. 1. in l. 1. ff. quod met. cau. ubi ꝙ nec sillaba nõ necessaria apponi debet. & Bal. super rub. C. de cõtra empt. q. 9.

Iactare. Quantum ad rem nostram pertinet, accipimus pro ambitiosius, gloriari circa aliquid cum alterius inculpatione. seu diffamatione. Ab hoc non dissimile est illud Prouer. cap. 28. versus fin. [Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat.] Et illud l. fin. ff. de testa. vbi de iactante se Imperatorem hæredem instituturo, qđ interpretari possumus absque alicuius offensa, vel etiam in alterius offensam, seu odium, puta si quis consanguineum odio prosequatur, in illius iniuriã vel offensam dicat Imperatorem instituam. Ad rẽ nostram exemplum ponere possumus, puta si pluries apud plures dicam, Mæuium esse meum debitorem in quingentis aureis: vel domum, quam Titius inhabitat, & dicit suam, ad me spectare, seu beneficium aliquod ecclesiasticum per N. detineri occupatum, & mihi deberi, mihique in illo ius competere, vel dicis me esse malæ fidei possessorẽ vel me non habere talem iurisdictionem, vt per Innocen. in c. conquerente. post numerum primũ. de offic. ordin. per Bar. in l. ait prætor. §. huius autẽ. numero 2. ff. vti posside. Ludo. Roma. consil. 53. visis. post prin. Ange. super rub. Instit. de excep. post numerum 23. Ias. in l. 2. numero 23. ff. de re iudic. Boe. decis. 255. quęritur an quis. nu. 7. Et semper in malam partem accipitur, vti. 2. Machabe. 10. versus fin. [Et sermones nephandos iactabant.] Apud Ciceronem pro Roscio Amerino. Hęc tu eruci tot & tanta si nactus esses in reo quamdiu diceres? quo te modo iactares? Et apud Quint. lib. 3. c. 13. [Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat] l. si quis forte. ibi [quod ꝓ salute principis habere se iactat] ff. de pœnis. De verbo, iactare, videatur etiam text. in l. quisquis. vbi plenè per Luc. de Pœn. C. de cohort. lib. 12.

Turbare. Seu conturbare idem significat, quod infestare. l. obseruare. versiculo, plerunque enim incerta hæc, & inopinata turbant prouinciales, & actus impediunt. ff. de offi. procon. Cice. pro Cluentio (Vnum est, quod me maxime conturbat) c. turbat acumen. 27. distinctio. c. turbatur nauicula Petri 1. quæst. 4. Hiero. ad August. episto. 4. Nam fortissimos etiam milites subita bella conturbant. Turbatur quis, siue inquietatur, cum fit, vt non sit quietus. l. constante. quæ est 26. versi. Et quiescens mattimonium non debet alius turbare. ff. de adult. Boni. de Vita in clem. 1. numero 6. do excess. præla. Et turbatur quis, siue inquietatur in possessione, seu quasi per ingressum alterius eo inuito, itẽ per actus, qui impediunt colere, arare, fructus colligere, seu percipere, & per similes actus. Bald. consilio 406. Sciendum est, quòd quis inquietatur, & turbatur. lib. 3. Barthol. in alle. l. ait prætor. §. huius autem interdicti. num. 2. ff. vti possi. Corn. consilio 94. viso processu lib. 3. Pręceptor meus consilio 604. pro resolutione. colum. fi. vbi etiam ꝙ sufficit verbalis contradictio. latissimè Fitma. in suo repert. in versic. Turbare dicitur, alium, & ante, & post, quem etiam pro præmissis allegat Ias. in l. prius. num. 19. ff. de no. oper. nunc. & turbare est verbum generale ad omnem molestiã iudicialem, & extraiudicialem, & de iure, ac de facto, & siue illata sit agendo, siue excipiendo, ad tex. in l. non putauit, quæ est 8. ibi, sicut nec iure ciuili testamentum parentum turbat. ff. de bono. pos. cont. tabu. Rui. consilio 77. numero sexto, libro 2. Agens super turbatione beneficij quid probare debeat, vide Mil. in repert. in versic. Actor si agit super turbatione, vbi & quando possidet, & quando non. Et quod quatuor modis quis turbetur in possessione, vide Mil. in reper. in ver. Turbatio qñ fieri dicatur. Et ꝙ turbare per vim possessorem sua possessione, sit species oppressionis. Lap. Alle. 66. proponitur num. 4. Turbatores præsertim quietis, & pacis odiosissimi sunt, & de militib. turbatorib. pacis, ꝙ capite plectendi sint, est tex. in l. fi. ff. de re milit.

Molestare Molestiam inferre, & stimulare significat. ecclesiastici 11. post princ. [De ea re, quæ te nõn molestat, non certaueris.] Molestiam autem iuxta terminos nostros ille pati dicitur, qui iudicialiter vexatur. l. vni. vbi Bald. post num. 3. versicu. in tex. ibi, molestiam. C. de nundi. in Authen. de fideiuss. post princ. iunct. gloss. in uer. molestus sit. Lap. Alle. 65. nunquid ecclesia, col. fi. ver. nunquid si in libello, & in fi. Et hæc verba parum inter se differunt, videlicet molestatio, seu molestia, controuersia, & inquietudo, ad tex. in l. 1. C. si aduer. vendi. iunct. declaratione Tiraq. de vtr. retract. §. 35. glos. 4. nu. 39. Et quod idem sit molestare, & controuersiam mouere, & quod molestia inferatur in iudicio, & per actus iudiciales, latè prosequitur plura adducens Alexan. consilio 52. Viso testamento, & consilio 151. viso themate. libro 3. Ioan. Franc. Balb. de præscrip. in 4. par. 4. par. in princ. 29. quęst. prin. num. 4. E. voluit Bar. in l. si prius. in 5. opposi. post nume. 3. ff. de nou. oper. nunc. quem sequitur Lap. dicta alle. 65. colum. fin. uersicu. respondeo ꝙ sic, quòd sola contradictio, quam facit reus in iudicio, probet molestiam, & sufficiat ad condemnationem: idem etiam voluit Ruin. sequens Bart. vbi supra consilio 106. in hac numero 21. volum. 5. & Bart. & Lap. vbi supra, sequuntur alii, quos refero in additio. addictam alle. Lapi. in uersic. in 6. opposi. Aduertendum tamen est, ꝙ in prædictis locis non excludunt, quin molestia etiam inferatur extra iudicium, & de facto, & etiam verbaliter: dicunt. n. molestiã inferri etiam iudicialiter, illa dictio, etiã, infert, quòd etiam extraiudicialiter inferatur, & ꝙ mo-

molestetur persona seu possessio, vel etiam res etiã absque iudicio, & de facto, ac uerbaliter. probatur 3. Esdræ, ca. 2. ad fi. Et prohibete nequid, vltra hęc fiat, sed nec procedant in plurimum; ex quo sunt malitiæ ita vt Regibus molestia importetur. Et probat tex. in l. Aurelio Sempronio fratre meo: neminẽ molestari volo nomine debiti. ff. de libera. lega. & in l. illud. §. quid tamen. ff. de tributo. actio. l. 4. §. Item quæritur. ibi. Ne molestiis hæreditariis impli cetur. ff. de doma. excep. & tex. in l. vni. C. de thesau. lib. 10. iun. declaratione Luc. de pęn. ibi in vers. molestare, vbi not. quòd molestari dicitur quis etiã solo uerbo. cap. licet. in fin. de probatio. cap. si quis à proprio, ibi [Molestiam imperialibus auribus inferre non præsumat] 21. quæst. 5. Fel. in c. causam quæ. num. 14. & seq. de rescr. vbi etiam de molestia iuris, & facti, pro quibus etiam vide Corset. in singu. in versicu. molestia. Ruin. consil. 48. præmisso, num. 8. & seq. & consi. 77. in facto. num. 6. & seq. lib. 2. D. meum consil. 581. viso. num. 11. & cõsil. 613. implorato, num. 1. Sarnen. 45. q. Regul. de Anna. nu. 2. & in tota. q. 58. de Trien. & Dec. Neap. Capitii 69. in causa. num. 9. Et quòd molestatio, seu molestia capiatur in malam partem, apparet ex verbis c. ex parte. ibi [non permittatis exinde molestari] de testi. c. dilectus. de simo. At si quis iuste, vel via iustitiæ aliquid faciat seu aliquem conueniat, non dicitur molestiam inferre, prout Bal. in l. j. nu. 27. versi. item quæro, si testator mandauit hæredi ne molestet vxorem in suo legato. C. de his, quę pęnæ nomine. sequitur Roma. in l. si seruum. §. prætor. num. 12. ff. de acqui. hære. vbi etiam subdit, quòd si testator relinquat uxorem vsufructuariam prohibens illam ab hæredibus molestari, & molestantẽ iubeat hæreditate priueri. quòd dicta verba intelliguntur si de facto hæres molestet, non autem si de iure. Similem quæstionem, & decis. ante ipsum posuit Bald. in l. 1. colum. 5. C. de his quæ pœnę nom. volens hæredem posse actionem iustam mouere; aut iuris exceptionem proponere aduersus testatoris vxorem, licet testator prohibuisset illum nõ molestari: & sic poterit ex legato vxori relicto falcidiã detrahere. Idem Bald. in l. j. num. 13. vers. sed pone. C. de vsufruct. pro quibus videatur Corset. in suis singula. in ver. molestia. latè Barba. consi. 40. Col. 16. versi. sed uerba hoc modo sunt concepta videlicet molestiam inferre, præsumat. vol. 4. Cur. Iun. consil. 173. habita diligenti. nu. 13.

Vexare. Idem est, quod infestare, sic l. illicitas. ibi (Iniurijs vexentur.) ff. de offi. præsi. l. quia poterat. ibi (quotundam vexationem.) ff. Trebel. l. 2. §. quem ita senio, & corporis imbecillitate uexari pręses animaduerterit. ff. de vacatio. & excur. mune. l. semper. ibi maximè si non tam corporis habeat vexationem. & postea ibi, A domesticis uexationibus, & simplicibus liberemur. ff. de iu. immuni. Salust. in Catil, At me cum ab reliquis malis moribus dissentirem, nihilominus honoris cupido, eadem, quæ cæteros fama, atq; inuidia, vexabat.) Vexatio iuxta terminos nostros dicitur molestia, quæ de facto, ac contra iustitiam infertur, prout apud Martialem lib. 2. in Ponticum [Vexat sæpe meum patronus confinis agellum.] l. aut qualium qui vexatus sit aduersarium. ff. de ali. iudi. mut. cau c. dilectus. 1. vbi omnes, de simon. Et hæc est illa vexatio, super qua disputant Docto. ibi an pecunia redimi possit, & glos. in cap. quæsitum in uer. ab annis. 1. quæs. 3. Sali. in l. serui. §. si autem. post princip. C. de adulte. Augel. in l. athletas. §. fin. ubi dicit, quòd redimere uexationem non est contra bonos mores. ff. de his, qui notan. infa. Romen. consi. 517. in casu. num. 20. vbi quando liceat uexationem redimere. Sic & in testamento ueri uexationem redemptam uidemus. 1. Regun. ca. 25. In Abigail uxore Nabal, qui Nabal, qui erga Dauid vexationem redemit ducentis panibus, duobus vtribus uini, & aliis rebus, ut ibi. De uexatione iudiciali uidetur tex. in l. 2. ff. de alie. iud. mutan. cau. fa. l. minoribus vigintiquinque annis subuenietur. ibi (Sed etiam cum interfit ipsorum litibus, & sumptibus non uexari.) ff. de minor. in l. iniuriarum actio. quę est 13. uersi. Si quis per iniuriã ad tribunal alicuius me interpellauerit mei uexandi causa. ff. de iniur. l. si calumnietur. ibi, alios uexarent litibus, quæ est 233. ff. de uersi. signifi. & in clem. 1. ante fi. iun. glo. in uer. ex sola, & ibi Cardi. num. 14. & Imol. nume. 10. ubi not. uerbum exari sumi pro uexatione iudiciaria, per Sarnen. in 63. q. Reg. de trien. num. 2. De uexatione per solam citationem habemus tex. iun. gloss. in alleg. l. iniuriarum actio. §. si quis per iniuriam ad tribunal. ff. iniur. Hic magis de uexatione extraiudiciali, quàm de iudiciali interpretatio faciẽda est, & quòd uexatio consideretur etiam extra iudicium, & pro omnibus præmissis, & quòd uexationum uaria sint genera, & quando, & in quibus casibus uexationem redimere liceat, pulchrè & latè tractat Pau. Rom. de pensio. in 6. quæst. fol. mihi 12. & seq. Magna fuit contentio inter antiquos an uexare uerbum designet leue, ac paruũ incommodum, & præiudicium, an potius graue, & atrocitati etiam congruens, pro iis adduco carmen illud Candida succinctam latratibus inguina monstris, Dulichias uexasse taies. & Aul. Gellium libro 2. c. 6.

Inquietare. Idest facere, ut quis non sit quietus, exponimus, ad tex. in l. si seruus filium. §. inquit lex, ibi (ne amplius inquieter) ff. ad leg. Aquil. & in l. iubemus. iun. declaratione Luc. de Pen. in uersi. inquietudinem. C. de fun. patrimo. lib. 11. Boni. de Vita. in cle. 1. num. 6. de excess. præla. Et inquietatio, seu inquietudo, quieti opponitur, & sic nuncupatur, quia in quiete non dimittit. probatur ex tex. in l. constante, quæ est 26. ibi, Et quiescens matrimonium non debet alius turbare, atque inquietare. ff. de adulter. & ut post Papi. per Luc. de Pen. in l. facultate. C. deiure fi. lib. 10. in uersic. inquietudinem. Et sicut quies efficit (vt Diuus Augustinus 19. de ciuitate Dei. c. 1. nos docet) ut nullam quis corporis molestiam patiatur, ita inquietudo contrarium operabitur. Inquietatio propriè personam respicit, ad text. in l. 2. ad fin. C. de carbo. edi. in l. diffamari. C. de inge. & manu. in l. deuotum. in princ. C. de metat. libro 12. Quod uerum est, nisi dicatur, si quis molestauerit, inquietauerit, uel turbauerit possessionem meum iux.

iux. tex. in l. 3. uersi. Domos quoque eorum non tãtum in hac sacratissima vrbe sed in qualiber alia posita ciuitate, immunes ab omni hospitio, cuiuslibet dignitatis inquietudine vendicamus. & iux. distinct. Bartol. in l. 1. §. 1. ad fin. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. cum quo transit Ias. in l. si domus. §. in pecunia. numero 18. ff. de lega. 1. Inquietatio, vt nonnulli asserunt, videtur, quod iudicialis esse debeat: l. bene à Zenone. cir. princ. C. de quadri. præscri. & præalle. l. facultates. iun. ibi nota. per Luc. de pen. colum. 2. versic. ex quo patet, quod hic non erat sola molestia iudicialis & ideo quo pondero text. in l. 1. ibi sumptus litis exemplo decretorum principalium præstare iubetur ei, quem sine causa sæpius inquietauit. Et sic necessario supponitur lis si sumptus litis præstari debent. ff. de vaca. & excus. mune. Ego verò dico inquietationis nomen latè patere, & etiam dari inquietationem extraiudicialem & etiam verbalem, est tex. in §. 1. ibi, Neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare. Insti. qui. non est permis. face. testa. in l. 2. versic. Ergo etiam si mater ei, qui soluendo non erit non petierit tutorem, puto ignoscendũ, consuluit enim ei ut minus inquietet, quasi indefensus. ff. ad sena. con. Tertylli. l. in litis agrum. §. 1. ibi inquietari prohibetur. ff. de re milit. cap. si quis episcopus, ibi [aures principis inquietare voluerit.] 27. quęst. 5. & in l. fi. iun. expositione Luc. de Pen. in uersic. inquietare. C. de nauicula. lib. 11. vbi dicit, inquietare, propriè esse actum extra formã iudicii. De uerbali inquietatione loquuntur Bar. in l. si prius, in 2. opposi. Claud. Seyssel. nu. 4. & seq. & alij. ff. de no. ope. nunci. Redeo ad propositum quæsitum, & concludo, ꝙ hæ quinque voces seu dictiones inter se finitimæ sunt, aliqua tamẽ differentia inter illas colligi potest, adeo ut omnia penitus complectamur, omnibus illis dictionibus vtimur. Sed quæret aliquis quorsum laborauerim supra ad ostendendum ꝙ omnes uoces prædictæ etiam extra iudicium, & aliàs (vt supra ostẽdi) locũ sibi uendicent? Inter alia respondeo, ꝙ si iudicium iam cœptum supponimus, uel litem nouam, raró commissioni prædictæ iactationum, & molestationum locus esse poterit, tunc enim non esset opus noua causæ commissione, nec alius iudex ab obtento impetrari deberet, ad text. in l. pen. versic. sed & si post susceptum. ff. de iurisd. om. iudi. Non solum autem in beneficialibus iux. formulam, de qua in alleg. 14. quæst. Regu. de subro. Sed etiam perpaucis verbis commutatis in profanis, & criminalib. causæ iactationum committi poterunt iux. tex. in l. Titia. ff. de accus. in c. ad petitio. iun. iis, quæ ibi no. Cardina. num. 1. extra eo. Bal. in l. Sed & si per prętorẽ in 2. lectu. colum. 2. post med. ff. ex qui. caus. maior. Idem Bald. & Castren. in l Papinianus. §. si quis post. ff. de inoffi. testa. Apostil. ad Ange. Are. in tract. Malefi. in ver. & ad Titij querelam; Roman. consil 53. Georg. Natta in clem. sæpè. colum. 30. de verbo. signi. Nic. Boe. Dec. 255. numero septimo. Est verum quòd in causis criminalibus, quę in curia committuntur, raró eueniet, ꝙ super causis iactationum criminalium signentur commissiones, non enim consueuit similes commissiones absque procuratoris fisci citatione, & plerumque eiusdem assensu signari, ille autem, vt plurimum, dissentit, & protestatur. Contra eos, qui se iactant, seu diffamant, siue in causa status alicuius, siue in causa ciuili, vel beneficiali vel alia, benè procedunt commissiones huiusmodi iactationum, & molestationum, & iuridicè, ac magna cum ratione impetrantur & signantur: qui enim contra me se iactat, vel me diffamat, me ad iudicium tacite prouocat. Bal. in alle. l. diffamari. post num. 12. versic. Sed ille qui diffamat. Aret. super rub. Insti. de exceptio. versicu. ac etiam potest quis cõpelli. Ex quibus argui posset, ꝙ committens causam super iactationibus, potius reus quàm actor dici debeat: super quo vide Alleg. Lapi. 55. Quidam coram. post nume. 5. vbi vult ꝙ dicatur reus, & ibi aliqua addo. At plerunque accidit, ꝙ nemine inquietante, seu infamante nonnulli verò in beneficiis intrusi, in illis, illorumque detentatione diu remanere sperantes, & litium inuolucris alios eludere quærentes, causas iactationum, & molestationum, in Rota, vt plurimum committunt, maximè, vt viam ordinariam ac executiuã euitent, nec docent de aliqua iactatione, vel molestia, rursùs nec de aliquo eorum iure, uel de aliqua exceptione iuridica, seu ualida. Quo fit, ut infinitis sub ijs diuerticulis & fallaciis, præsertim absentes, vel à Rom. Cur. distantes, vel non valentes litium infinita dispendia sufferre, vexentur, crucientur, & eludantur. Non ab re forsan esset exemplo fę. reco. Pauli III. qui Regulam Cancellariæ edidit suo tempore ad vnguem obseruatam contra deuolutarios seu certo modo impetrantes, qui & tunc multi erãt & quorum etiam nunc infinitus est numerus; per quam regulam illorum temeritatẽ, immanitatem, & rabiem frænabat, & reprimebat, ita & nunc iactationum causas causis nullis, nullisque iactationibus, vel vexationibus subsistentibus committi facientes, aliqua rigorosa lege, vel graui pœna cohiberentur, compescerentur, & reprimerentur. Non est enim malitiis, & calumniis indulgendum, iux. tex. in l. in fundo. ff. de rei uend. c. calumniam & audaciam. de pœnis. clem. vt calumniis. de re iudi. Et licet sit aliqualiter prouisum circa similes abusus per condemnationem ad expensas, & damna, put in c. fi. de rescr. & per alia iura, de quibus in gloss. fin. ibi posita, termini tamen diuersi sunt, nec etiam in illis casibus talia dãna refici sęu resarciri vnquã vidi. Huc spectat illud non minus æquum, quàm iuri consonum, sacræ Rotæ decretum sub die Mercurii. 27. Februarii 1549. Factum in causa Burgen. Iurispatro. Cappellæ S. Augustini, pro Didaco Orãsi. contra Petrum Garsiam coram Reumano. Dato enim dubio an Petro Garsiæ committenti causam super molestationibus, non constito de aliquo eius iure, nec possessione medietatis cappellę, & minus de molestationibus huiusmodi debeatur absolutoria? R. D. mei de Rota concluserunt pro negatiua, vt per bo. mem. Hiero. Noua. annotatum inueni, & sic non obstante, ꝙ Didacus contra quem causa huiusmodi commissa erat nihil probasset, non propter hoc Rota absoluit ab impetitis, nam qui cau-

sam

ſam commiſerat, non deduxerat & probauerat ea, ad quæ tenebatur.

Quæro an ſubrogatus etiam quoad poſſeſſionẽ qui cauſam iactationum, & moleſtationum commi ſit, ſi ingrediatur poſſeſſionem dicatur attentare? ſi loquimu in ſubrogatione rigoroſa indubitabilis erit opinio affirmatiua, & vltra alia, quia pro ſubro gato poſſeſſio non datur niſi cum cauſę cognitio ne, & diſcuſſo iure defuncti. Rot. 411. in fi. alias 10. vt li. penden. in no. & Dec. Mohed. 327. incipien. fuit reſolutum. Si uero loquamur de ſubrogatione gratioſa, pars negatiua tenenda uidetur, uoluit. n. Rota, quòd ſubrogatus gratoſe lite pendente poſ ſeſſionem capiens non dicatur attentare ut pręallę. Dec. Mohed. 327. & fuit concluſum in Cęſaragu ſtan. paro. coram Aldobrandino 10. Decembris. 1557. teſte Paleot. Dec. 102. incipiẽ. Marius, quod etiam clarius reſolutũ fuiſſe teſtať. 27. Decembris 1558. idem Paleot. 119. incipi. iuxta deciſionem. Et ratio adduci poteſt, quia ingreditur authoritate Papæ, quæ tollit uitium litigioſi, & effectũ. Cle. 2. ut li. penden, ut notauit Mohed. Dec. 202. fuit dubi tatum cir. medium. princeps, qui eſt ſupra ius non attentat. Rot. 25. ſi reus. in fi. de reſcr. aliàs 3. to. in no. Bellame. 749. licet, in fi. D. meus con. 461. nu. 10. Hæc uoluiſſe Rotam teſtatur Paleot. in ſuis recolle ctis Dec. 147. incipien. agebat in cauſa Nolan. Mo naſterij. In caſu propoſito opin. affirmatiua mihi uerior uidetur, ea ratione, quia committendo cau ſam uiam iudicialem eligere uideatur, via autem quam elegit ſibi patere debet. l. ſi mulier. §. vlti. ff. quod met. cau. Et voluerunt Domini de Rota ſu brogatum committentem cauſam ſibi mouiſſe con trouerſiam, & ideo non potuiſſe capere poſſeſſio nem vt dixi in 8. quęſt. reg. de ſubrog. poſt nume. 6. verſicu. contrarium in caſu. ſic etiam dicimus do minum, qui poterat propria auctoritate emphyteu tam expellere, & poſſeſſionem ingredi adeuntem iudicem non poſſe poſtea lite pendente uti dicta facultate Iaſ. in l. 2. num. 105. C. de iur. emphy. Rui. conſil. 57. vol. 4. D. meus conſil. 116. col. 4. Bero. cõ ſil. 54. num. 12. lib. 3.

Secundò quęro quis obtinuit breue quòd abſq. vitio ſpolii, & attentatorũ, poſſeſſionem capere poſ ſet, narrans deinde Papę, ꝙ quidam N. & nonnul li alii prætendunt breue huiuſmodi eſſe ſubrepti tium, & obreptitium, ac nullum, & inualidum, idẽ N. orator obtinet committi cauſam iactationum huiuſmodi ſuper prædicta ſubreptione, & obre ptione, & poſſeſſionem beneficii capit, an poſſeſſio dicatur attentata? pro opi. negatiua facere videtur, ꝙ cum princeps conceſſerit eum poſſeſſionem ca pere poſſe abſque vitio attentatorum, quod conce dere potuit ut oſtendi in proxima præceden. quęſt. ſequitur, ꝙ lite non obſtãte poſſeſſionem legitime cęperit, attentata enim litem ſupponunt nec ſine li te eſſe poſſunt vt etiam concluſit Rota in peruſin. plebis ut in recollectis Paleot. Dec. 222. incip. Mar tinus, cir. medium. & voluit Caſſa. Dec. 6. ſuper Re gul. Cancel. incipien. uoluerunt Domini. nu. 2. ubi facit conſequentiam. Attentata adſunt, & reuocan da ueniunt, ergo lis erat. Non obſtante igitur hac li te ab attentatis immunis erit ſtante breue ac con ceſſione principis, aliàs de nihilo breue inſeruire vi deretur, & fruſtratorium fuiſſet, quod nullo modo dicendum erit, argum. tex. in l. ſi quando. in princ. ff. de lega. 1. c. ſi Romanorum. ante medium; ibi, Vt quid uel membranas occupat. 19. diſtinct. c. ſolitæ. cum gloſſ. in uerſic. tanquam, poſt medium. de ma ior. & obe. & Papa Dei vicarius illum imitari de bet qui nihil agit fruſtra, & dixit Iob capi. 34. uerè enim Deus non condemnabit fruſtra. Contrariam opinionem, & ſic affirmatiuam, & quòd adſint at tentata veriorem puto. ſuppono non licere lite pen dente poſſeſſionẽ capere abſque uitio attentatorũ. Actus enim facti lite pendente dicuntur attentati, prout in rub. & toto tit. ff. & C. ac in Decreta. in 6. & Clem. vt li. pend. nihil innoue. & in ſpecie de poſ ſeſſione lite pendente, quod ſit attentata, & reuocã da ultra alios concludit Rota 411. Si lite inno. ſe quitur Natta con. 568. quidam fratres. libro tertio, numero 4. Quando Papa conceſſit breue ꝙ abſq, vitio attentatorum, & ſic litem ſuppoſuit, uerisimi liter intellexit de lite, quæ tempore breuis conceſſi adeſſet argumen. text. in l. ſi ita. ff. de au. & argen. lega. ibi, Quod teſtamẽti tempore fuiſſet, & poſtea ibi præſens, non futurum tempus oſtendit. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de lega. 2. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 4. quæſt. ff. de uerbor. oblig. Et quòd re ſcriptum de lite loquen. ſeu litem ſupponens in telligi debeat de lite, quæ tunc eſt, non de ea, quæ erit, eſt tex. in cap. fin. de reſcr. ſic & procura tor generaliter, uel curator de lites conſtitutus non intelligitur ad cauſas quæ non ſunt, ſed ad eas, quę exiſtunt, loqui. l. qui habet. §. ult. cũ gl. ult. & l. ſeq. ff. de tute. Rot. 562. vtrum procuratorium in anti. & Biſign. 3. de procurator. in antiquio. Et legatum indefinitum comprehendit ſolum exiſtentia, non autem futura l. ſi ita legatum. & l. medico. in prin. ff. de aur. & argen. lega. Et inſtrumentis fundi lega tis non veniunt ea, quæ tunc non erant inſtrumen ta fundi. l. ubi. §. vltim. ff. de lega. 3. Liberationis itẽ legatum non extenditur ad debitum poſt teſtamen tum teſtatori ſolutum, ſed ſolum comprehendit debitum tunc exiſtens. l. creditor. in princi. & l. Au relius. §. teſtamento. & §. Titius Seio. de libe. lega. Inſuper dum quis ſupplicat ſibi priuilegium con cedi capiendi poſſeſsionem lite mota, uel introdũ cta, interpretatio facienda eſt ab alio quàm ipſo loquente uel impetrante mota, cum perſona loquẽ quentis non veniat etiam in generali ſermone. l. prima, cum gloſs. in uerſiculo, relatum. ff. de ſena to. l. inquiſitio. & ibi Bald. C. de ſolutio. l. Paulus. §. ultim. & ibi gloſ. & Barthol. ff. de piguo. Imol. in clemen. 1. de aut. & uſ. Roman. conſi. 89. colum. 1. lib. 3. & conſi. 42. colum. penult. uolum. 4.

C O M-

COMMISSIO VI.

AVOCATORIA.

MOTV proprio &c. Cupientes liti,& causę,quę inter dilectos filios M.& N.& diuersos alios ciues,& particulares personas Cornetan.ex vna, & dilectum filiũ P. Grimaldum vltra triennium corã diuersis iudicibus in prouincia patrimonij, quam in vrbe nostris de, & super &c. rebusque aliis &c. pependit, & forsan aliquo ex dilectis filiis præsiden.&c. clericis Cameræ nostræ Apostolicæ pendet indecisa,finem imponere, causam & causas prædictas à quibuscunque iudicibus auocamus,illamque, & illas dilecto filio S.Rom. Eccle. Camerario summariè audien. &c. committimus, Et mandamus.

MOTV proprio &c. Et sic excluditur oĩs subreptio,& obreptio.c. Si Motu proprio. de præben.lib.6.cle.si Romanus.cum gl.in ver.validum.eo.tit.& ibi Cardi.in 3.not.& Gemi.in ca.si propter.nu.12.de rescr.li.6.Soz.cons.115.fundata.col.1.lib.3.De qua clausula Cel.Vgo inter clausulas rescriptorum sub hoc ver.Qui scire voluerit alios effectus huius clausulæ,motu proprio,videat per Rebuf.super concor. in for. manda. Apo.vbi quadraginta septem effectus motus proprij cumulat. Aduertendum tamen est, quod non sufficit appositã esse clausulã motus proprij in principio, seu corpore rescripti,nisi signatura ipsius Papę exprimat; quòd concedit motu proprio hoc modo, videlicet. Placet motu proprio. I.Sin simpliciter signaretur, placet,I.rescriptum non esset motu proprio.

Cupientes. Hic non accipitur, prout in l.1.in fi.ibi,Idem dic ẽt in his,qui præter modum timidi, cupidi, auariq; & sunt,aut iracundi.ff.de ædil.edi.vel prout in c.sicut hi,ĩ prin.47.dis.seu in l.2.vbi latè Luc. de Pen. in ver.cupiditate,vbi quod cupiditas est omnium malorum radix.C.de consuli.lib.12. & cupere in locis supra & per Luc. adductis sonat in malam partẽ, hic in bonam, & hoc Papæ desiderium est pium, & sanctũ,vt ostendã infra in vers.finẽ. exponamus hic cupientes, i.optantes, & desiderãtes,vt hẽmus l.1.post prin.ff.de ius.& iu.cle. cupientes.de pœn.

Particulares personas.

Quõ cognoscatur quando rescriptum est impetratum contra vniuersitatem,vel particulares personas,seu vt singulos,& qualiter vtroque casu citandi sint,& libellus sit formandus,& quando iudiciũ motum dicatur,nõ solum contra cõe, & massariũ, & sic contra homines,vt vniuersos,sed etiã contra particulares homines post Bal. in l. sed si in hac.§. qui manumittitur.in 1.lectu. ff.de in ius voc.docet Aug.Bero.conf.19.in causa.nu.11.& 39.lib.1.

Vltra triennium. De iure ciuili lapso triẽnio a die contestationis litis instantia perimitur.l. properandũ.j.resp.C.de iud. c.venerabilis. iun.gl. in ver.non obstante.in prin. extra eo.quo casu non esset locus auocationi hmõi. At de iure canonico secus est,ut in d.c.venerabilis.iun. d.gl. per Abb.in c.super 2.nume.5.vbi adducit rationem, quare instantia de iure ciuili perit triennio, & non de iure canonico.de appel. videãtur quæ adduco in 3.qõ. Regu.de Anna.num.16. vbi quod instantia de iure canonico perpetua est.Prout etiam per Aug.Bero.in alle.c.venerabilis.num.13.de iudi.& per tex.in ca. fin.de proba.iun.declaratione Hostien.ibi.

Corã diuersis iudicib.

Siue per viã auocationis ab vno, & impetrationis alterius iudicis,siue per viam appellationis ab aliqua Interlocutoria, seu grauamine ab inferiori ad alium iudicem superiorem,quod etiam de iure canonico permittitur, licet secus de iure ciuil.cap.vt debitus,vbi omnes,&c. per Abba. in d.ca. super 2.nu.3.in 2.regu.de appel.

Prouinciæ patrimonij.

Narrari debet corã quo lis pendet,& an corã iudice ecclesiastico,an seculari,ordinario,vel delegato. ad gl.in c.prudẽtiã.§.sexta.de off.dele. & ibi Abb. nu.5.Fely.in c.super literis.num.12.de rescr. & ad alia quæ adducã in proxima seq.formula cõmissionis,ĩ ver.delegatis.Et post Rot.14.de rescr.ac Tho. Fasto.dub.64.dixit Fely.d.nu.12. non valere commissionem spãlem impetratam in curia non facta mentione, qđ lis alibi pendebat. Et dixit Bellame. Dec.46.incip.exceptio,rescriptum committẽs causam in curia Auditori, esse subreptitium,si non est narratum litem pendere in partibus corã dño temporali,etsi impetrans aliàs esset psona priuilegiata.

Finem imponere, &c.

Lites tollere,& execrari optimũ est, Ecclesiast.28. (Abstine te a lite, & minus peccata.) l. quidam. existimauerunt.ff.si certum petat.ca.finem litibus. de dolo & contuma.cap.vt debitus. in prin.de appel. ibi, (Et litigantibus.) Et ad alia, quæ adduco in præfatio.Reg.de subro.nume.1.Patet igitur (vt supra dixi) quòd hæc cupiditas, & intentio Papæ, vt litibus finis imponatur,optima est. Contra vero homo peruersus optat,& suscitat lites. Prou.16. versus fi.Eccles.28.Homo enim iracundus incẽdet litem,& vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

Auocamus. Aliqui appellant commissionem auocatoriã, alij aduocatoriam, & tamen auocare, & aduocare iuxta terminos nostros contraria sunt. Aduoco enĩ idẽ est,quod ad me uoco, seu ad me accerso, vel ad me venire facio,ecclesiast.13. (Aduocatus à potentiore discede,ex hoc enim magis te aduocabit.) Cice.pro Quintio. (Viros bonos cõplures aduocat.) l. mancipia.ibi (vel aduocandã crediderit) iun. gl. C.de seru.fugi.l.si prætor. §. Proculus notat,si aut morbo impeditus aut reip.cã aduocatus adesse nõ potuit reus.ff.de iud. Auoco,uero,aliò voco,abstraho,abduco,remoueo disiungo.Cic. p Ros. Ameri-

no. (Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios denique Mamercos, quos iam ætas à prælijs auocabat. Item Familia. libr. 16. Tironi, ad fi. Nec tamen te auoco ἀσύγραφα. Quintilia. lib. 10. (Namque illa ipsa, quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati) .l. 2. §. & cum placuisset. uers. cumque consules auocarentur bellis finitimis. ff. de ori. iur. lib. 1. in fi. ibi, ascriptis auocabitur hæreditas. ff. de his quæ in testa. delen. l. milites agrum in princ. ff. de re mili. l. 3. §. fi. ff. de testi. ibi. (& multo minus milites auocandi sunt a signis) prut illũ tex. sic restituit Bud. ibi, & prius aduerterat auocamẽta non aduocamenta dici debere pro solatijs, quæ nostram mentem a mærore, & animi ægritudine auocant. Idem annotauit Bud. in l. si necessarias. ff. de pign. actio. Auocare pecuniam pro repetere, seu recuperare habemus tex. in l. si inuitis, aliàs iuxta lectu. Floren. etiam si inuitis, quæ est 110. ff. de cond. & demonst. Defendi potest hic uarius, vel forte contrarius loquendi modus hoc modo. Quòd ex diuersis causis, seu effectibus, vtroque modo rectè commissio hæc nuncupari possit. Auocatoria uidelicet, quia illius vigore causa, uel lis per Principem ab uno, uel pluribus iudicibus auocatur per se cognoscenda, vel alteri committenda. Aduocatoria uerò, quia Papa causam illam ad se aduocat, ut ipse cognoscat vel alicui terminandam postea committat, rectius qs eam auocatoriam nuncupauerit. At si aduocatoriã nuncupare mauis, adducere poteris tex. in l. 2. ibi ibi (Ad proconsulis notionem aduocare velis.) C. vbi cau. fiscal. possemus etiam hanc commissionem reuocatoriam nuncupare iuxta tex. in c. ecclesia 2. ibi. Postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negocium reuocauit. ut lit. pendent. & ex tex. in c. ut nostrum, ibi. Per quod totius cognitionem negotij ad nostrum iudiciũ reuocauimus. de appell. Vnde describũt auocationem dici litis pendentis coram inferiore ad principem, uel aliũ superiorem absque prouocatione factam translationem, prout per Rebuff. qui euocationem appellat. in tract. de euocatio. quęst. 2. super leges regias tomo 1. Couarub. pract. quæst. cap. 9. nu. 1. Causas auocari dupliciter contingit, uel expresse, uel tacitè, seu consequenter, si expresse, vel motu proprio, siue parte id petente, uel clarè, & dispositiuè, vel euentualiter seu dubitatiuè.

Quærit Guido Papa Dec. Delphi. 440. Vtrum princeps causam in alio iudicio pendentem, indecisam possit ad se aduocare proprio motu &c. Cõcludit quòd sic per l. non aliter. C. de Palati. sacra. largi. lib. 12. At per alia, quæ ibi adducit, & in trac. de resc. n. 28. uers. Princeps p suũ rescriptũ, & sic quãdo motu proprio, tenet q possit. Secus igitur vr dicẽdũ si non motu proprio. Ego uerò dico q dicta l. non aliter, non facit ad rem, & licet iun. gl. suppletione tex. ille intelligi possit quando motu proprio, tamen termini illi circa assumptionẽ cuiusdam officij, de quo ibi, nostris sunt satis diuersi. Breuiter, siue motu proprio, siue aliter, Papa causas pendentes a quibuscunque auocare potest, & ad se aduocare, vel alteri committere ad sui libitum, ea prçsertim rõne, de qua in addi. ad dictã Dec. posita, quia plena iurisdictio in solo principe consistit, & si potest ex toto reuocare iudicem, fortius ad se causam pendentem aduocare, seu reuocare. Verum quia hæc clara sunt præsertim per c. vt nostrum. de appell. ubi omnes, & per alia infra adducenda. circa illa non insisto. Differt auocatio motu proprio, & ad partis instantiam, quia illa magis fauorabilis, & ab omni subreptione, & obreptione (vt præmisi) immunis est. Et motus proprius in expressa causę auocatione ligat etiã ignorantes, & operatur idem quod decretum irritans. Abb. in c. cum M. colum. ultim. de constitut. Imo. in c. cęterum, & in c. cum contingat. ad fi. de rescr. Phi. Fran. in c. ut nostrum. num. 8. de appell. Et hãc communem affirmare uidetur Rip. in alle. c. cum M. num. 196. Contrariam verò opin. & fortè meliori ratione, quòd nõ caueatur iure quòd motus proprius liget ignorãtes, ideo idem dicamus si nõ adsit motus proprius, vel si adsit, ut per Inn. in c. 1. de con. præbend. lib. 6. Ant. de But. Abb. colum. penul. Fel. & D. meus Phil. Dec. in alle. c. cęterum, de rescr. Euentualiter, seu dubitatiuè causa auocatur, cũ in aliqua commissione causæ ponitur clausula, de qua in seq. commissione.

Auocatio maioris est effectus, & potentię quã relatio ad principem, uel appellatio ad superiorẽ, auocatio etiam indistinctè iurisdictionem suspendit, executionem impedit, attentata inducit si quæ in contrarium fiant, non discusso an iuste emanauerit, uel non: sufficit. n. coastare de uoluntate principis auocantis. c. pastoralis. de offic. delegat. Bald. Barbat. Præposit. in 2. not. ut D. meus in c. ut nostrum. de appellat. capitu. constitutus. eo. Innoc. in c. cum M. colum. 3. de constit. quæ sit maioris potentiæ inhibitio, an auocatio tracto in C. quæstio. de inhib.

Superest, vt de tacita auocatione tractemus, cuius duas esse species asserere possumus, altera est, de qua in text. in capit. cæterum. de rescriptis. vbi per secundum rescriptum de primo mentionem faciens, causa a priori est exempta iudicio, & sic tacitè a prioribus iudicibus causa auocatur, si alteri, uel alijs facta de priori rescripto mentione committatur, & in proprijs terminis nostris est. Deci. in nou. sexagesimaseptima si petatur quòd causa commissa uni Auditori committatur alteri, & signetur alteri Auditori (Audiat talis) auocata censetur causa, a primo Auditore, sine expressa reuocatione, quia satis constat de mente committentis alteri, quòd noluit a primo reuocare. Eandem decis. habemus in antiqu. 512. not. si petatur. Idem voluit Staphil. super signat. fol. decimoseptimo, versicul. & est aduertendum, quòd non est necesse petere specialiter in tali cõmissione, quòd causa auocetur a primo iudice. Thom. Grammat. consil. ciuil. nonagesimoquinto, in causa præsentationis. numero vigesimoquarto. & de auocatione expresa, & tacita loquitur Cassad. decis. secundo. num. 1. de rescrip. De alia specie tacitæ auocationis habemus text. in c. quamuis. iun. declaratione, seu ampliatione.

Archid.

Archid. ibi in ver. reuocetur. de offic. delega. lib. 6. puta si princeps, uel alius cognoscere incipiat de causa, quæ coram aliquo iudice sub se existẽte pendebat, de quo ẽt per Ioan. And. in c. intimasti. col. 2. vers. superior vero. de appella. Calde. cons. 7. sub tit. de preben. ꝟers. Sed conferendo. Inn. & alij in c. cum M. Ferrarien. & ibi Ripa nu. 197. dicit hanc esse communem opinionem, de consti.

Quæro, an commissio auocatoria liget ignorantes, & sic iurisdictio auferatur à iudice, licèt ignorãte, & processus posteà ab ignorante factus nullus sit. Gemi consil. 47. Supplicatur Papæ. disputat ad partes, tandem concludit pro parte affirmatiua, cuius dictum limitatur procedere solum in duob. casibus, primò quando in commissione auocatoria adest clausula decreti irritantis, videlicet. Irritum quoque decernentes, & inane, si secus super his a quoquam contigerit attentari, cuius decreti natura est ignorantes ligare, &c quicquid in contrarium fiat, irritare. c. si eo tempore, ubi glos. in ver. ignoranter. de elect. cap. quidam. de præben. lib. 6. Rui. cons. 70. num. 8. vol. 5. Cassa. in tit. de decre. & reserua. dec. 3. Secundus casus est iuxta terminos nostri rescripti, quando auocatio est motu proprio, & ita restringitur cons. illud Gemi. ut per Rip. in cap. cum M. Ferrariensis, post nu. 196. vers. ista conclusio. de consti. & hæc opin. est magis communis contra Gemin. vt per Rip. vbi supra. & conclusit Rota prout Dec. 7. Achill. de commis. incip. commissio auocatoria, licèt liget ignorantes.

COMMISSIO VII. CAVSAE CVM CLAVSVLA AVOCATORIA.

DIGNETVR S. V. Causã, & causas, quam &c. deuotus S. V. Orator M. habet contra N. de, & super parrochiali ecclesia Pancorbilucan. &c. rebusque alijs in actis causæ, & causarũ huiusmodi latius deducendis, & illarum occasione alicui ex vestri sacri palatii &c. summariè &c. cum opportuna auocatione à quibuscunq; iudicibus de partibus etiam delegatis Apostolicis quatenus forsan causa, & causæ huiusmodi coram illis pendeant indecisæ. attento maximè ꝙ in illis partibus propter aduersarij potentiam non sperat consequi posse iustitiæ complementum, prout quandocunque iurare paratus existit audien. &c. committere, & mandare.

ET cum opportuna auocatione. Sine hac, ꝟel simili clausula, si lis coram alio pendeat, rescriptum esset ipso iure nullum: licèt enim rescriptum ad lites non sit ipso iure nullum, & processus illius vigore factus valeat. c. si autem. ca. plerumque. de rescr. Inn. But. Abb. in c. cæterum. eo. titu. Rot. Bellame. 485. processus factus, & probant hãc esse cõmunem opi. ac veriorẽ adducti per me in 9. q. Regu. de subrogan. nu. 8. Fallit tamen prædicta cõclusio, quando rescriptũ est auocatorium iurisdictionis, & subreptitium; hæc est tritissima fallen. quam dat Fely. post alios in c. ad audientiam. 2. de rescr. fallen. 10. pro qua ꝟideatur omnino Cassa. Dec. 1. eod. tit. vbi plura adducit, dicens Rotam tempore suo illam fallen. Felyn. in plurib. causis sequutam fuisse, & illam ipse declarat, & Fely. & alios Doc. defendit a contrarietate. Videatur ẽt alia Dec. Cassa. 2. de appel. num. 6. Auocationem, quam facit Papa eius legatus facere non posset ab ordinarijs, cũ inter eum, & illos præuentioni locus sit. ca. si a sede. de præb. lib. 6. Spe. tit. de lega. §. nunc ostendendũ. ꝟers. præmissa. Abb. in c. 1. col. 2. de off. lega. Gemi. in c. 1. in prin. de fo. compe. lib. 6. Rip. in c. cum M. Ferrarien. nu. 195. de constit. pract. quæst. c. 9. ante nu. 4. ꝟers. Quarto hic iure pontificio. Signatura addere solet, Quatenus causa non sit instructa, sed tunc quæro, an si impetrans commissionẽ hanc nõ probet causam non esse instructam hæc commissio suffragetur? Distinguebat Rota in causa Arimino cappel. corã D. Ludouico Gomez, prout dec. Crescen. 126. incipiente commissio causæ. li. 1. hoc modo, Aut quis narrat causam in partibus pendere, & patet eam in Rota commicti, & auocari quatenus non sit instructa, & tunc cum sit suæ intẽtionis fundamentum, ex quo Papa auocat, quatenus non sit instructa impetrans hanc suam mentionem, etiam negatiuam probare debet, siue agat, siue excipiat. Innoc. in cap. proposuit ad fi. de cleri. excom. mini. in c. super ijs. col. 3. vers. sed quiduis, & ibi Hostiẽ. colum. pen. Io. And. & Anto. de But. col. 9. ac Fely. num. 16. de accusa. est tex. in l. si ita stipulatus. ꝟers. Quòd si ab initio. ff. de ꝟer. obli. & per alios, quos cito in repet. c. quoniam contra. nu. 25. de probat. Aut petit simpliciter causam committi, sed cũ auocatione opportuna, quatenus causa non sit instructa, & tunc quia non cẽsetur fateri in partibus causam pendere, sed tantum casu quo oporteat cãm auocari. Clausula huiusmodi videtur potius apposita ad abundantem cautelam, vt in Inno. notat Hostien. in c. mandatum. col. fin. de accusa. argu. tex. in l. qui mutuam. 2. respon. ibi. Etenim, quæ dubitationis tollendæ causa, &c. ff. manda. ꝟt etiam dici solet in impetratione beneficij, ꝟidelicet. Cũ prorogatione iurispatronatus quantum de illo existat. seu quatenus opus sit, ꝟt in dicta Dec. Crescen. in fi. & faciunt in simi. quæ scripsi in gl. latius in §. Habita. in ꝟer. forsan.

Iudicibus de partibus.

Omnes iudices extra Roma. Cu. ꝟocamus de partibus iuxta declarationem de qua suprà. columna secunda, in ꝟer. ad partes. Quando causa a iudice auocatur, fit quodammodo sibi contumelia ad tex. in l. litigatores, ibi, Qui ei hanc contumeliam fecerint. ff. de arbitr. Et sic contra primam rõnem procemij tex. in c. vt debitus. de appel. pro quo ꝟideatur Innoc. in c. ex literis. post prin. & ibi per Hostien.

stien. col. 2. vers. Melior tamen reddi ratio. & per alios, de offi. dele. per eundem Hostien. in Sum. eo. §. quæ delegari possunt. post num. 6. vers. & est ratio. Cassa. Dec. 2. nu. 6. de rescr.

Delegatis Apostolicis.

Ab his difficile causæ auocantur, & odiosa censetur literarum Papæ reuocatio, & propterea mentio fieri debet de litis pendentia coram ipsis iuxta tex. in c. cæterum de rescr. in c. ad hæc. de senten. excō. & per Inno. Hostien. & alios ubi supra. ac per Cassa. Dec. 1. nu. 1. de rescr. Et de mentione facienda processus causæ coram ordinario cœptę uideantur glo. & Abb. in c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. Amplio etiam si coram ordinario, seu delegato ad citationem tantum illiusq. executionem deuentū fuerit, per solam enim citationem lis pendere dicitur. Clemn. 2. vt li. penden. c. proposuisti. de fo. cōpe. c. gratum. & relatum. de offi. dele. l. & quia. iun. glo. penul. ff. de iuris. om. iud. glo. in vers. literas. in c. super literis. & ibi Felyn. num. 12. de rescr. Ruin. cons. 61. nu. 2. vol. 5. Afflit. Dec. Neapo. 220. nu. 13. Amplio etiam si ad solam citationem, etiam non executam deuentum fuerit, quo enim ad actorem, per illam iam lis pendere dicitur, illiusq. litis mentio facienda est. Rot. in no. 17. nu. 4. de dolo. & con tu. & Dec. 6. vt li. penden. etiam in no. Roma. cons. 330. cir. premium. col. 2. sequitur Fely. in c. super literis. de rescr. n. 13. & in c. cæterum. nu. 2. vers. Limita decem modis eo. ac D. meus in c. vt debitus. num. 14. de appell. quicquid ibi dicatur in quadā Apostil. & male. Amplio principalem conclusionem, ut necessaria sit litis pendentia. tam coram ordinario, quàm delegato mentio, qua non facta rescriptum corruat, quòd hoc procedat etiam si rescriptum emanasset cum clausula motu proprio. vt voluerunt Rui. cons. 80. in fi. vol. 5. Ias. in l. 2. nu. 2. C. vt li. penden. Aimo respon. pro Repub. Saluiliani. nu. 51. ac Rolan. à Valle cons. 31. ad fin. libr. 2.

Quatenus forsan.

Hæc est illa clausula euentualis, & dubitatiua, de qua supra in proxima præceden. commissione loquebar. Non enim hic assertiue, & dispositè, seu dispositiuè dicit, quòd causa pendeat, sed quatenus pendeat. i. si pendeat. ad l. sticum, qui meus erit. ver. Sed conditio talis. ff. de lega. 1. l. si quis crediderit. vbi gl. ff. de pact. c. placet. de conuer. coniu. D. meus Phi. Dec. cons. 385. iuridicā. nu. 2. Bar. in l. 1. nu. 20. ff. de condi. & demō. Insuper hic additur dictio, forsan, quæ quando alicui facto adijcitur dubiū inducit, & nihil certi ponit. l. in substitutione. iun. gl. in ver. fortè. ff. de vulg. l. in commodato. §. sicut autem. ff. commoda. Hæc clausula. quatenus forsan pendeant indecisæ, quare sic ponatur, & non assertiuè, & dispositè, duplex rō, vel causa adduci potest: Altera, quia procuratores vt plurimum principalibus absentibus commissiones formant, & sic non semper sunt penitus circa omnia bene instructi, propterea ne assertiones, seu confessiones in rescriptis contentæ clientibus nocere possint ad l. cum præcum. C. de lib. cau. & latius prosequor supra in 1. formula commiss. in 4. prælud. Altera potest esse, quia facilius obtinentur quædā rescripta, quæ de sui natura non facile signātur, si clarè, & apertè aliqua exprimant, secus enim si pallient, celent, coloret iuxta illud Cicero. de claris orato. Non aperte, nec eodem modo semper, sed varie, dissimulanterq. conclusis. Alibi quatenus, accipimus pro quia, prout in l. diuus, quæ est 15. vers. Et quatenus cum glo. ff. de fals.

Pendeant indecisæ.

Sic in l. 1. circ. princ. ibi Si quia de ijs bonis iudicia penderent. ff. ad trebel. l. si filius, quæ est 42. vers. Sed in patrono pendenti controuersia. ff. de bon. libert. l. cum decemrquæ est 71. §. fi. ibi, Si pendente iudicio ratum habuerit. ff. de solutio. l. si seruus. quæ est 63. §. fi. ibi pendente iudicio seruus datis decem hæredi. ff. de furt. De quæstione pendente ex iurisdictione habemus tex. in l. filię. quæ est 88. ff. eo. Dum lites indecisæ pendent, etiam ipsi litigantes pendent animis, animusque, & vita, vitæq. modus, & qualitas a litiū exitu, ab alienoque animo, & voluntate pendere dici possunt. Sic & status serui pendet, seu in suspenso est. iuxta tex. in l. si tibi homo. §. cum seruus legatur, & ipsius serui status, & omnium quæ personā eius attingunt in suspenso est. ff. de lega. 1. l. non est cogendus, quæ est 53. ibi cum status hominis ex legato pēdeat. ff. ad trebel. Peculiari nomine p seruū captiui possessa in suspenso sunt, nam si dominus captus reuertatur, ei sunt acquisita: si dominus in captiuitate decedat ad heredes eius ptinebūt. l. bona, quæ est 22. ver. Quæ peculiari. ff. de capti. & postli. reuer. l. libertatis quæstiones ex testamento pēdent. l. 3. vers. cæteræ quoque. ff. de carbo. edi. Pendet status pupilli, an sit filius, vel non. dicta l. 3. ver. Cæterū si idoneos, de carbo. edi. pendet status mulieris, an sit materfa. uel filiafa. l. 1. cir. prin. ff. ad tetul. pendet status hominū, quorū patres in hostiū potestate sunt. l. bona, quæ est 22. uers. Nam status hominū. ff. de capti. & postli. reuer. ac Insti. q̄b. mo. iuspat. pote. solu. §. si ab hostibus. Actiones arbitrariæ pendent ex arbitrio iudicis. §. præterea. Insti. de actio. actionē ex stipulatu quis habiturus sit q̄nq. in pēdēti est, iuxta tex. in l. si seruus cōis, quę est 18. vers. Quātā pecuniā tibi. ff. de stip. seruo. Fideiussoris obligatio q̄nque est in pendenti. iuxta text. in l. fideiuss. quę est 17. §. stipulatione. ff. de fideiuss. Pēdet ius filiorum propter ius postliminij. §. si ab hostil. ibi, Tū pēdet ius liberorū. inst. q. mod. ius pat. pote. solui. Sic & ius potestatis parētis propter ius postliminij pēdet. vbi supra. ibi, Ipse quoq. filius. Legati itē cōditio pēdet. l. pen. ff. q̄ ex cau. in pos. ea. Et cōditio pēdet. l. necessariò. §. q̄ si pēdēte cōditione. ff. de peri. & cōmo. rei uēdi. l. Sēpronius. vers. Idem euenit. ff. de vsufru. lega. l. si fundus. uersus fi. ibi. Si pēdente ea, & postea ibi, Et pēdente cōditione decessisset. ff. de serui. lega. l. si fundū. q̄ est 104. ff. de cōdi. & dem. Vsucapio pēdet. l. si is. ver. Quòd si is. ff. de vsuca. Appellatio pēdet. l. reus. q̄ ē 7. ff. de mune. & hono. l. qui cum. quæ est 14. §. si lgit. ff. de bō. libert. Sētentiæ in pendenti sunt. l. duo. ff. de re iud. Cōtrouersia pēdet. l. fi. ff. de tabul. exhibē. Pēdet legis falcidiæ rō. l. si ppterea, q̄ est 53. ff. ad l. fal. Mater

ter an quædam perſonæ in ſucceſſione ſibi obſtet in pendenti eſt.l.ſi.ff.ad Sena.con.Tertul.Dominia in pendenti.l.hæreditate.quæ eſt 19. §.patet vers. Quod abſurdum eſt.ff.de caſtr.pec. Pendet dies, & conditio.l.ſub conditione. ff. de aſſignat. libert. Voluntas promiſſoris in pendenti eſt. l.ſi ex pluribus,quæ eſt 106.ff.de verb.obli. Imò omnia huius mundi pendent,iuxta illud.Omnia ſunt mundi tenui pendentia filo,Et ſubito caſu quę valuere ruūt. Mortale omne animal quaſi pendere neceſſe eſt a voluptatibus,doloribus,cupiditatibuſq; inquit doctiſſimus ille Plato.lib.34.Dial.5.de Legibus. Et litigantes expectando,& deſiderando,ac formidando cruciantur,& anguntur,ipſorumq; vita(vt pręmiſi)pēdere dici poteſt etiam,iuxta illud M.Tullij in Tuſculanis. Quòd ſi (inquit) expectando,& deſiderādo pēdemus animis,cruciamur, & angimur. Ita tamen pendent infęliciſſimi litigantes,ut in illis vera reddi uideantur verba Virgiliana.6.Aen.Radiiſq; rotarum diſtricti pendent.& 6.Aenei.Dum conſulta petis,noſtroq; in limine pendes &c. Litigās item poteſt Didoni furibundæ comparari,quæ ſaucia vulnus venis alebat,& inquam ſunt illa carmina,vltra alias obiurgationes, Non cœptæ aſſurgunt turres,non arma iuuentus exercet, portuſve, aut propugnacula bello,Tuta parant,pendent opera interrupta &c.talis eſt litigās,qui totus in ea re, eſt,omnia alia negligens.Curandum igitur eſt,ne lites diu pendeant,quæ plerunq; aduocatorum,procuratorum,ſollicitatorum,notariorum ſunt pabula,vt etiam nos admonet Gui.Bud.in annot.in Pandect.in tit.ff.de offi.præſe.prȩto.Fęlix autem ille dici poteſt cuius dies ſine lite ſunt. Pēdere item pro originem trahere ſumimus in l.qui ita,quȩ eſt 57. §.ſi damnum.verſ.Hæ enim actiones tranſeūt quȩ ex bonis defuncti pendent.iun.gl.ff.ad Trebel. Plura tempora hic deſignari poſſunt ex ijs verbis. Pendeant indeciſæ,videlicet,principium litis,& cauſę, eo ipſo ꝙ pars eſt citata.l.& quia.iun.glo.pen.ff.de iuriſ.om.iud.c.propoſuiſti.de fo.compe.cle.2. vt li. penden.Iaſ.in l.1.verſ.Tu tamen caue.C.vt li.pend. Item poſtquam lis conteſtata fuerit,tunc.n.verè lis pēdere dicitur.l.nemo.C.de iuriſ.om.iud.l.placuit C.de peda.iudi.gl.in alleg.l.& quia. dum primam opin.probat.§.omnem.& §.ſi vero.in authē.de litigio.ca.ſuper quæſtionum.§.1.& ibi Abb. col.5. & Feli.ſuper gl.in ver.litis,de off.deleg.ca.ex parte.2. vbi glo.fin.diſtinguit,& declarat, de ver.ſign.gl.1. in l.cauſas.C.de tranſac.Bal.in authen.clericos.C. de epiſc.& cler.Caſſa.Dec.6.ſuper Reg.cancel. nu. 4.& Dec.39.num.2. ubi declarat ſecundum varias expoſitiones quando lis, & cauſa dicatur cœpta. Rurſus poſtquam cauſa eſt inſtructa etiam lis, ſeu iudicium pendere dicitur.cap.paſtoralis.verſ.cum legati.de cau.poſ.& proprie.Item vſque ad cauſæ concluſionem excluſiuè,etiam facta publicatione. ad cap.cum dilectus.in 1.reſpon.de fi.inſtrum.De qua concluſione in cauſa tracto ſuper rub. de probatio.nu.14.& ſeq.verſ.Idem etiam demonſtratur, nam quando concluſum eſt in cauſa poſſet ēt dubitari an tempus poſt concluſionē antequā ſententia proferatur,verba illa reſpicere poſſint: & pro opi: affirmatiua adduci poteſt tex.in præall. c. paſtoralis.§.ſi vero renunciatū fuerit,uel concluſum.iun illis verbis,cauſa non deciſa, ex quibus colligi poteſt,ꝙetiam poſt concluſionem in cauſa,ante tamē ſnīam cauſa indeciſa pendeat. Contra vero adduci poteſt,ꝙ a pari procedunt, ſententiam diffinitiuam eſſe latam,uel concluſum eſſe in cauſa.Bar.in l.ſi mater.§.eandem.num.5.ff.de excep.rei iudica. Sequitur Iaſ.in l.licèt.num.3.C.de procu. Et dixit Abb.in c.1.num.13.de mut.petitio. ꝙ poſt concluſionem in cauſa non dicitur amplius iudicium,per tex.in c.forus.de verb.ſign.Et uoluit Lud.Roman. ſingul.352.tu ſcis,ꝙ exceptio. quòd licèt exceptio declinatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam opponi poſſit.c.inſinuante.de off.dele. ſecus dicendum ſit,ſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa,ea ratione, quia poſt concluſum in cauſa acta faciunt notorium.ſequitur Fely.in c.inſinuante. in 5.fallē. nu.12.de off.deleg.Ad remouendas difficultates,& ne in quacunq; parte litis, præſertim propè finem cauſas auocari contingat,ſignatura aliquas clauſulas iuri,& rationi conſonas addere conſueuit,videlicet,dummodo,ſeu quatenus cauſa non ſit inſtructa: de qua clauſula,& eius mirabili effectu loquar in tracta.inhibitionum.quæſt.30.& ſeq. Nonnunquam vero ſignatura addit; citrà tamen concluſionem in cauſa.argu.tex.in al.le.ca.paſtoralis. de cau. poſſeſ.& propriet. & ad alia, quæ diximus ſupra circa concluſionem cauſæ. Qua clauſula (coram illis pendeant indeciſæ.) addita,etiam ſi cauſa ſit inſtructa auocatur,ut per Staph.ſuper ſigna.fo.172. verſ. econtra,cauſa iam incepta in partibus per dictas clauſulas,quas ſignatura addit, ceſſant difficultates,quȩ oriri poſſent circa illa verba (pendeant indeciſæ) de quibus ſupra,& omnes aliȩ.

Propter aduerſarij præſertim potentiā]

Potentia aduerſarij plura incommoda,ac ſiniſtros effectus parere conſueuit,& propterea dr̄.Eccle.4. (Noli reſiſtere contra faciem potentis,nec coneris contra ictum fulminis.) Rurſus.c.8. (Nō litigabis cum homine potente,ne fortè incidas in manus illius).& ſic ad religionem præſidis pertinet curare, ne potētiores uiri humiliores iniurijs afficiant.iux. tex.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de off.præſi. Et ad prætorem,ne quis a talibus uexetur, ſeu potius opprimatur.ad l.1.§.ait prætor.ff.de poſtulan. Ad procōſulemq; ſeu eundem prætorem, ne alienatio in potentiorē fiat,duriorq; aduerſarius ei, qui potentiori par eſſe non poteſt,ſubreget.l.1.cum duab. ſeq.Et toto tit.ff.de alie.iudi.mut.cau.fa. c.2.extra eo.& aliàs diuerſimodè iura diuina, & humana impotentes,humiliores,& pauperes ſeruāt, & protegunt,ne in potētum fauces, quaſi in Carybdim vocarem incidant: Quāta, & qualis dēt eſſe cura Vicarij Dei circa frȩnādā,& reprimendā potētiā litigantiū,ſanguinē plerunq; pauperū,ſeu debilium ſitientium,rabiē,& immanitatē? quos (exemplo illius,cuius vices gerit) ſi eorum potētia abutantur,non dubitat de ſede ēt deponere,iuxta illud.Depoſuit po-

tentes de sede &c.Lucæ cap.1.Qui autē dicantur potentes ratione diuitiarum, vel dominij, nobilitatis, seu magistratus & alijs modis, videatur p Innoc.Host.& alios in c.2.de alie. iudi.mu.cau.fa.& per Matth.de Afflic.de iure protomi.§.5.nu.2.& 4.& 6. vbi etiam de præsumptionibus contra potentiores,& ante ipsum per Luc.de Pen. in l.1.C. de apo.publi.& descrip. cur.lib.10. Et concludendum est illum dici potentiorem, qui potest alterū perterrere, vt quia in eum habeat potestatem de iure,& de facto,nec sufficit, q sit ditior,nobilior, & ex primatibus ciuitatis,vt voluerūt gl.in l.1. C.ne lice.potentio.& ibi Ias.nu.2.gl. & Abb. in ca.2. de alie.iudi.mutan.cau.fac.Et dixit Bal.cons.151.casus,quædam mulier,lib.1.potentiorem illum dici, qui habet merum,& mixtum imperiū, vel perterrere aliter potest.Idem affirmant Rom.cons.118. ad fi.ac Aymo cons.205.nu.41.

Non sperat posse consequi iustitiæ cōplementum.] Iuxta tex.in c.statutum. §. cum vero.ibi (aut sui aduersarij potentiā meritò perhorrescēs.) de rescr.lib.6.per Staph.super signa.fol.172.versi. econtra causa, vbi subdit, q commissio auocatoria præsertim si in ea narretur causam esse instructā, colorari solet per hanc clausulā (quòd orator non sperat in partibus posse consequi iustitiæ complementum) de qua clausula etiam infra tractabimus. Non refert autem,an per hęc verba,an per alia iste timor, siue metus non consequēdi iustitiam, exprimatur,vt per Archid.Ioan.And. & alios in d.c.statutum,& pulchrè per Fede.de Sen.cons.158. R.pater constitutio Bonifacij. Nonnunquam autem uidi signaturam parum curare hāc clausulam, vel super ea se non fundare in concedendo huiusmodi rescripto auocatorio,vt infra ostendam,præsertim quando concipiebat clausulam illam calumniosè, & callidè poni.

Prout quandocunque iurare paratus existit.] Hoc iuramentum perhorrescentiæ nuncupatur,de quo habemus tex.in c. statutum,§.cum verò.de rescrip.lib.6. De verbo perhorrescit,habemus tex.in l.in omnibus causis pro facto.ff.de reg.iur.

Quæro an iuramentum perhorrescentiæ necessariò præstandum sit, adeo,quòd si per ipsum impetrantem non præstent, sententia quæ in eius fauorē postea fertur,nulla,& inualida sit? Ego aliàs sic distinguebam. Aut rescriptum fundatur super perhorrescētia,seu ab eadē pendet,p̄sertim si signatura addit,p̄stito dicto iurō;& affirmatiuè respondendum sit.Aut rescriptum super perhorrescentia non fundatur,& negatiua verior sit, prout colligitur ex Dec.Bellame.45.exceptio de non perhorrescētia,in prin.Et Cassa.deci.1. de iureiu.ante nu.2. ibi (Ex quo necessarium est qn̄ rescriptum fundatur in perhorrescentia &c.) Postea inueni Decis. Achil.in Oscen.coram Capizucca 3.sub tit.de iure iur.in hæc verba(Sententiam non esse nullam iuramento perhorrescentiæ non pręstito,si in commissione dicatur,prout iurare paratus existit.) Quia id intelligitur parte petente,ad nota.per Ias. in l. vniuersa.C.de preci.impe.offe. vt est coram Dño Acoramb.7.iuramentum perhorrescentiæ,lib.2. Secus tamen si signatura commissionis dicat,præstito perhorrescentiæ iuramento,quia tunc esset defectus iurisdictionis.

Secundò Petrus Paulus Arditius Cameræ Apostolicæ notarius nomine vxoris, quę erat Florentina,obtinuit committi cām Auditori Cameræ sup summa mille ducatorum,cū clausula, q non sperabat Florentiæ contra clerum, contra quem litigare intendebat,consequi iustitiæ complementū, prout parata erat iurare si opus fuerit; & in signatura nō aderat extensio,Recepto iurō,& iuramentum non fuerat præstitum ab initio, sed in fine ante sn̄iam. Fuit dubitatū in Rota corā D. Marsicano 16.Martij 1542.an ex hoc sentētia esset nulla per tex. in c. statutum.§.si verò.de rescr.lib.6. & dum pro parte Ardisij allegaretur, q iuramentum poterat præstari in quacunque parte iudicii,vt in alia quæst.infra probabo, quia respondebatur, quòd hoc erat uigore Innocentianæ, quæ non habet locum extra Rotam, & sic coram Auditore Cameræ, ut ostendam infra super X.commiss.Audiat qui præuenit. quæst.1.in fin.& in aliis. Licet quoad alios terminos loquar. Fuit tentum in illa causa,quòd ex quo in commissione dictū fuit, si opus fuerit, & in extensione non fuerat dictum, Recepto dicto iuramēto,quòd signatura non existimauerat iuramentum necessarium,arguendo à verisimili mente excogita,ad glo.fi.in fi. passim citari solitam in l. tale pactum.ff.de pact. Et hæc etiam procedunt in rescriptis Principum,in quo casu nos sumus vt uoluerunt Alexan.in l.Titius §.Lucius. & ibi Ias.in 1.not.ff.de libe.& posthu.Idem Alex. cons.46.columm.1.vers.pro hoc facit.& cons.217.col.7.versic. Ad octauum.lib.2. Dec.Neap. capit.69.nu.20. ac Hyppo.de Marsi.in l.si sciendum.col.2.versic. Et idem dicas.de parricid. Nec etiam iudex existimauit in principio iuramentum huiusmodi fore necessarium,ideo potuit præstari quandocunque iudex existimaret fore necessarium. Et sic Rota remansit pro Ardisio.vt Dec.Put.282.incip. in vna Florentina.lib.1.

Tertio quęro,an quādo iurm̄ huiusmodi necessario præstari debet,requiratur ī principio,vel sufficiat si præstetur in quauis parte litis,seu instātiæ? Quòd requiratur in principio, hēmus casum legis in alle.c.statutū.ibi (primo fidē iudici faciat saltē p propriū iurm̄ &c.) de rescr.li.6. vnde cum habeamus casum legis,nulla dubitatio cadere potest. l.illam.C.de collat.l.ancillæ.ubi Bal. & alij. C.de fur. Bal.cons.345.examinanda.nu.4.vers.de isto.lib.1. Præceptor meus Phil.Dec.cons.452.visa. col.fi.ante nu.27.& cons.484.nu.1. vbi extendit ad statuta. ad statuta. Aliud hodie seruatur in Rota virtute bullæ, seu constitutionis Innocentianæ. versicu. Et si prima, vel secunda sententia reperiatur nulla ex inordinato processu, vel etiam ex omissione iuramenti, super perhorrescentia, iuxta constitutionem

tionem &c. dummodo illud per partem in quacũque parte iudicij poſtea præſtetur, ad confirmationem, vel informationem, refectis expenſis procedere. Conſtitutio igitur Innocentiana, quæ eſt in viridi obſeruantia, addit dicto c. ſtatutum, ſeu illud declarat, uel reformat, & ſic hodie caſus legis eſt ille, de quo in bulla Innocentiana, & quòd hoc hodie ſeruetur, teſtatur Caſſa. præalleg. dec. 1. nu. 3. de iureiur. & illam diſpoſitionem bullæ Innocentianæ Rota (vt ſæpe vidi) interpretatur vſque ad brachium ſeculare, de quo etiam habemus Dec. Achi. 2. de iu. iur. vbi quòd etiã poſt executoriales, vſque ad brachiũ ſeculare prout etiam in Dec. Guidob. 71. incipien. fuit auocata cauſa. & in Dec. Ptolomei 291. in vna parmẽ. interim ergo nõ eſt, quid nõ iuranti imputari poſſit, cum durante huiuſmodi tempore iurare non cogatur. argu. text in c. cõmiſſi, ibi, non eſt, niſi tunc demum &c.) de electio. lib. 6. Vide Dec. Put. 34. libr. 3. incipient. Die 19. Maij.

Quartò quæro, an iuramentum perhorreſcentiæ in quacunque parte iudicij præſtitum, validet etiam geſta in partibus? Pro opin. affirmatiua videtur concluſio in proxima quæſt. facta. Item quia non videtur poſſe aſſignari ratio differentiæ, idem ergo dicamus in hoc caſu, ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adul. l. à Titio, & ibi latè Iaſ. co. 3. ff. de ver. oblig. l. illud, verſi. Sed magis uiſum eſt, & ibi gloſ. in verb. ęſtimari. allegat concordan. ff. ad leg. Aqui. Amplius iudicandum ſemper eſt, ut actus valeat, ſeu pro actus ualiditate, præſertim in dubio, per communem regulam l. quoties. ff. de reb. dub. & per Felyn. in c. paſtoralis. colum. 3. verſ. ad identitatem, de reſcr. & hęc præſumptio validitatis actus ſuperat omnes alias. c. quoniam Abbas, & ibi Dominus meus. de offi. deleg. & idem Dec. conſi. 344. applaudent. in fine. Pars negatiua uerior, & tenenda eſt, pro qua concluſit Rota, prout Dec. Pere. Fab. 27. de iuramen. calum. in hæc verba. In vna Meſſanen. Baroniæ coram R. P. D. Iacobo Puteo Decano. die 9. Maij, 1547. fuit dictum quòd per Innocentianã iuramentum perhorreſcentiæ poteſt præſtari in quacunque parte iudicij, hoc tamen habet locum tantum ad hoc ut poſſit procedi in curia, non autem quantum ad hoc, vt retroacta in partibus non eſſent nulla, præſtito iuramento perhorreſcentiæ. Hæc ille. pro qua opin. negatiua, & quòd Innocentiana ſolum procedat in tribunali Rotæ, videantur quæ ſcribam, infra com. 10. in 1. gloſſ. Et quo ad propoſitum quæſitum ponderari etiam debet, quòd per illam bullam Innocen. videtur corrigi ius commune, videlicet. c. ſtatutum. de reſcr. lib. 6. prout oſtendi in præcedenti quæſtio. correctio igitur ſolum inducatur in caſu expreſſo videlicet pro tribunali Rotæ.

Quintò quæro, an requiratur iuramentum perhorreſcentiæ, ipſius principalis, vel ſufficiat iuramentum procuratoris? quòd ipſius principalis uidetur probare tex. in d. c. ſtatutum, ibi (per proprium iuramentum) quæ verba ad hoc ponderat ibi Archi. Idem etiam videtur probari ex verbis Bullę Innocen. ſupra poſitus, ibi (dummodo illud per partem præſtetur) & ex Dec. 42. ſi impetretur. ibi (per ſolum iuramentum impetrantis.) Altera fuit opin. Docto. in alle. c. ſtatutum. & glo. in uer. per propriam. Gemi. & Franc. in c. vt circa. in §. ſeu. uerſi. alioquin. de electio. lib. 6. uidelicet quòd procurator ſpecialiter ad hoc, uel ſimile iuramentum præſtandum conſtitutus, iurare poſſit, non autem procurator generalis. Rota ſeruat quòd procurator habens mãdatũ, in quo dicatur, quòd poſſit præſtare quodlibet licitum, & honeſtum iuramentum in animam conſtituentis, iuramentum huiuſmodi perhorreſcentiæ præſtare poſſit, ut per Caſſa. dicta. dec. 1. de iuriur. num. 2. ubi nominat duas cauſas, in quibus ita concluſum fuit, & ita et ego ſeruari uidi. Iuramentum ſuppletiuum an a procuratore præſtetur vide Caccialu. in repet. l. ad monendi num. 254. & ſeq. de iureiur.

Sexto quæro, an iuramentum perhorreſcentiæ recipiat probationem in contrarium? puta quis iurauit ſe non ſperare conſequi poſſe iuſtitiæ complementum in partibus, propter potentiam aduerſarij. Aduerſarius non obſtante dicto iuramento probare vult ſe minorem in potentia eſſe, quàm ille qui impetrauit, & quòd impetrans eſt ſe potẽtior, & conſequenter non ſit locus alicui timori iuſtitiæ ſibi non miniſtrandæ, & ſic quòd cauſa non poterit, ſeu debebat auocari. Io. And. in prealleg. c. ſtatutum. concludit pro parte affirmatiua per rationes quas ibi adducit, idem tenet Rot. Bella. 45. dicens quòd aduerſarius probare poterit per indicia, & facta exteriora, puta ſi probat reus actorem eſſe in ciuitate propria potentiorem, tunc enim timor actoris eſſet uanus, & inconſiderabilis. argu. tex. in l. ſi. ff. quod met. cau. cum illa Dec. Belle. reſiſtere uidetur Fely. in c. accedens. 2. in conclu. 8. nu. 13. ut lit. non conte. Io. Calde. diſtinguit, aut iuramentum huiuſmodi delatum eſt reo ſciẽte, & contradicente, uel excipiente, & procedat opin. prædicta: aut tacente, uel cõſentiente, & procedat opi. negatiua, ut reus contra illud iuramentum uenire, ſeu probare non poſſit, quam diſt. Gem. in alleg. c. ſtatutum. col. 4. dicit ſibi videri ſatis æquam. Rot. vero 79. not. quòd ubi quis impetrat. in antiq. indiſtinctè tenet quòd iuramento dicentis, ſe per horreſcere, ſtari debeat, & quòd aduerſarius contrariũ allegãs nõ ſit audiẽdus. Alia. Dec. 493. not. ſi impetrur in anti. quæ eſt eadẽ cum illa dec. 92. ſi impetretratur commſſio, in nou. ſimpliciter dicit quòd ſufficit probatio per iuramentum, & tamen contrarium probari poſſit per alteram partem, ut ſupponunt Docto. in dicto capitulo, ſtatutum. Dubiũ hoc eſt ſatis diſputabile, mihi tamẽ magis placet opin. negatiua, quòd non admittatur probatio contra hoc iuramentum. Et per triginta annos, quibus verſatus ſum in Rota, nunquam contrarium ſeruari uidi. Quædam alia circa iuramentum perhorreſcentiæ proſequar in tractatu de Inhibitionibus quæſtio. 16.

Septimo quæro, an cõmiſſio auocatoria, in qua narratum fuit, mulierem conuentam in Rom. Cu. eſſe pauperem, & ſentẽtiã in eius fauorẽ in partib. latã in rẽ trãſiſſe iudicatam, corruat, ſi illa ſentẽtia

in rem non transiuerat iudicatam? pro opi. affirmatiua adduci potest, quòd rescriptum auocatorium subreptitium est ipso iure nullum. Inn. Host. & Io. And. in c. ex literis. de offi. dele. Fely. in c. ad audientiam. 2. post nu. 21. in 10. fallen. de rescr. Cassa. dec. 1. num. 1. eod. tit. quam fallentiam Rotam sequutã fuisse testatur, & per eundem Cassa. dec. 2. de appella. num. 6. Insuper quia impetrans duo copulatiuè narrauit, videlicet se pauperem, & rem iudicatã in sui fauorem, ad duo se astrinxit, ergo vtrumq; probare tenetur iux. tex. in l. diuus. Et ibi Bart. num. 3. ff. de re iud. Accedit, ꝙ commissio hæc quæ narratis alijs copulatiuè, signata fuit, non fuisset verisimiliter signata narrato tantum vno, vel narratis illis duobus distributiuè, prout per Abb. post glo. in c. licet. ante num. 34. vers. si non tunc. puto quòd non sufficiat alterutrius probatio, quia præsumitur quòd in fraudem vtrunque deduxit. de probat. Sequitur Felyn. in c. ex parte. 1. colum. 15. in vers. Restringe tertiò. de rescr. Pars negatiua est verior, & sic quòd ex pluribus narratis in commissione sufficiat vnum esse verum, licèt alterũ sit falsum. Rot. 514. not. quòd licet plura capitula. in anti. & 68. licet capitula. in nou. Bellame. 280. licèt plura narrentur. latè per Felyn. in alle. cap. ex parte 1. in ver. copula. de rescr. Sic etiam narrans plura in libello non tenetur omnia iustificare. Lap. alle. 55. quidam coram. ante nu. 6. vers. item non expedit. Et in proprijs terminis propositi quæsiti conclusit Rota in vna Colonien. matrimonij, quòd sufficeret sola paupertas mulieris conuentæ: ratio fuit, quia ex sola illa causa paupertatis Papa causam remisisset ad partes, prout annotauit Achil. Dec. 10. de commissio. pro qua Dec. videatur etiam alleg. Lapi. 24. limitat, ad fi. vbi ꝙ quando plures causæ narrantur in rescripto, quarũ aliquæ sunt subreptitiæ, aliquæ non, ponderandum est super quibus se fundat Papa, adde tu, vel super quib. se fundasse præsumatur.

COMMISSIO VIII.

DEPVTATIONIS ADIVNCTI.

BEATISSIME PATER ad instantiam A. actoris pendet lis uia ordinaria, coram R. D. Locumtenen. in ciuilibus, de & super &c. vel sic, Introducto iudicio in vim specialis rescripti. S. V. ad instantiam A. Actoris, coram R. D. Locumtenente Auditoris Cameræ, seu R. D. N. Prælato in Romana Curia dicti A. cõsanguineo, & affine, seu familiari domestico, vel continuo commensali supplicat. S. V. deuotus illius orator B. attento quòd dictus R. D. Iudex, tum propter consanguinitatẽ, seu affinitatem prædictam, vel familiaritatem &c. & ex alijs causis quas hic cõsultò exprimere omittit, & durum sit coram suspecto iudice litigare, dignetur aliquem ex ordinarijs, seu prælatis Roma. Cu. eidem R. D. Iudici in adiunctum dare, & deputare, &c. præmissis &c. statum, & merita causę & causarum huiusmodi, aliorumq; omnium etiã hic forsan de necessitate, ac de verbo ad verbum exprimen. seu inseren. tenores, & formas, pro plene & sufficienter expressis habentes.

AD INSTANTIAM A. actoris. Vt iudex suspectus allegari possit, requiritur ꝙ sit aditus, seu impetratus ab alio, quàm eo qui illum suspectum allegat, prout supponit Feder. de Sen. consil. 117. casus talis ad fi. vers. Et facta fide aliqua liter de errore: ac Staph. & alij infra adducendi, alioquin imputaretur ipsi alleganti suspectum, ꝙ talem elegisset, seu pro iudice impetrasset. Insuper non esset uerisimile, ꝙ quis sponte pro suo iudice sibi suspectum procurasset, quòd si postea mutãdo sententiam recuset ipsum, calumnia, & malitia concipi posset, & inconstantia ipsius litigantis. quę variatio reprehensibilis esset, & non admittenda. prę sertim in alterius præiudicium, seu iniuriam. l. seruí electione. ff. de lega. 1. l. nemo potest mutare. ff. de reg. iu. cap. quod semel. eo. lib. 6. cap. publicato. de elect. Et quòd impetrans iudicem, non possit illum postea recusare, probatur in ca. insinuante. de off. dele. & no. Abb. in c. inter monasterium. nu. 11. vers. præterea iudicem impetrando. de re iud.

Via ordinaria. Duobus modis, coram A. C. vel altero ex Locumtenentibus causa pendere potest, via ordinaria videlicet, & in vim specialis rescripti iure delegato, prout per Belle. Dec. 353. cautiones præstitæ. in prin.

Locumtenente. Duos locumtenẽtes habere solitus est Auditor Cameræ, alterum in ciuilibus, alterum in criminalibus, de quibus loquutus sum in Glo. Facul. in §. habita, in ver. in ciuilibus, & in duabus aliis glo. seq. Et licet in rescriptis causarum ciuiliũ non dicatur, coram Locumtenente ciuili; uel in criminalibus non exprimatur verbum, criminali, sed simpliciter dicatur, coram Locumtenente id sufficit propter subiectam materiam, argu. text. in l. non videntur data, iun. glo. 3. post medium. ff. de regu. iur. l. si vno. post prin. ff. loca. cle. 1. iun. glos. in ver. exhortamur. de testi. & not. præceptor meus. in l. 1. in vlt. lectu. nu. 1. ff. si cer. pet. & in l. bonorum. 2. C. qui admit.

Auditoris Cameræ. Cui raro dari consueuit adiunctus, tum propter implicationes iudiciorum. arg. tex. in c. cum contingat. de rescrip. & per Staph. super signa. fol. 176. in ver. dantur literæ per Cancellariam. tum etiam quia de Auditore Cameræ signatura multum cõfidit, propter auctoritatem personæ, tum etiam quia alia uia facilè consuli potest litigantium commodo, & securitati: si enim quis suspectum habet Locumtenentem ciuilem, Auditor Cameræ uel per seipsum causam audit, uel illam criminali Locumtenenti, uel alicui alteri committit, licet secus in causis criminalibus, in quibus maius periculũ versatur, ideo cautius agendum est.

dum eſt.ad l.fi.C.de proba.& per Staph.vbi ſupra. Aliquando adiunctus datur etiam Cardinali ex aliqua magna cauſa,& tunc non niſi alter Cardinalis,prout ego aliquando vidi, & olim idem ſeruari legi,pro quibus vide etiam conſi. Gemi.24.quia diffuse.ante nu.12.verſ.ſi Papa cōmiſerat vni Cardinali hauſim,& poſtea impetretur alter Cardinalis,& Papa ſcribit,addatur talis &c.

Prelato in Ro: Curia.

Hic non intelligimus de illis prælatis,qui habēt ordinariam iuriſdictionem,de quib.per Abba.in ca. decernimus,nu.16.ſuper gl.vlt.quam ſequitur pręceptor meus ibi.nu.14.de iudi.neque de alijs prælatis,de quibus tracto in 6.quæſt.25.reg. de moneta,ſed ratione adiūcti, videlicet in Rom.Cu. interpretatio facienda eſt de illis prælatis,quibus cauſę per viam reſcriptorum hic in Ro.Cu.committuntur,ſiue ſint epiſcopi,vel maiores, ſiue canonici cathedralis,vel aliquam dignitatem Eccleſiasticā habeant,iux.tex.in c.ſtatutum.de reſcr.lib.6. Horum prælatorum in Ro.Cur. numerus indeterminatus eſt,inter quos eſſe conſueuerunt referendarij,quorum officium eſt ſupplicum poſtulata ſummo Pōtifici,vel Cardinali ſignaturę pręposito referre,ſupplicibusq; libellis manum apponere. de referendarijs tam iuſtitiæ,quàm gratiæ videatur Sarnen.in compen.vt.Signa.num.26.cum pluribus ſeq.vbi latè.His prælatis Rom.Cu. Papa certas cauſas delegat,quorum nomina deſcripta tenere cōſueuit Regens Cancellariæ,& inter illos cōmiſſiones,& cauſas quaſdam diſtribuit,ſicut aliàs inter Rotę Auditores.& quilibet horum prælatorum in Ro.Cu.habet proprium notariū,quem ſibi ad libitū eligit.

Propter familiaritatem.

ſeu affinitatem prædictam.] Conſanguinitas,ſeu affinitas iuſtam præbet cauſam,ſuſpectum allegandi iudicem.l.qui iuriſdictioni. ff.de iuriſdi.omniū iudi.ca.accedens 2.vt lit.non conteſta. Hæc autem allegatio,ſeu exceptio affinitatis,non ſolum eſt ſufficiens ad obtinēdum adiunctum, immo etiam ad recuſandum,& remoueri petendum,quemlibet iudicem,per iura ſupra adducta.

Vel familiaritatem,&c.

Familiares domeſtici,aſſeſſores,conſiliarij, & ſimiles prohibentur in auditorio eius, cuius ſunt conſiliarij,vel familiares,& ſimiles etiam aduocare, ſeu patrocinium præſtare.ad tex.in ratione ſui,in l.pe. ff.de off.aſſeſ.& l.fi.C.eo.

Et ex alijs cauſis.

Infinitæ ſunt cauſę,propter quas iudex ſuſpectus allegari poteſt,prout in alle. c.poſtremo.vbi gl.& Doct.de appel.in c.ſecundo requiris.§.1.in c.cum ſpeciali.eod.& in cap. ſuſpiciones.de off.deleg.late Lanfran. in c.quoniam cōtra,in ver.recuſationes,de proba.per Iaſ.& alios in l.apertiſſimi. C.de iudi.& Phi.Franc.in prealle. c.poſtremò.ponit quadraginta cauſas ſuſpicionis, & minor cā repellit iudicē, quàm teſtem,gl.in c.accedens,vt lite non cont.& in c.cū eo. de offi.deleg.

Quas hic conſultò

exprimere omittitur.] Expedit nonnunquam aliqua reticere, pręſertim quæ iudices irritare, ſeu prouocare poſſent,licèt enim iure ſuo vtens, nemini iniuriam faciat.l.illud.1.reſpon.ff.de peti.hæred.l.iniuriarum actio.§. 1.ff.de iniu.c.cùm eccleſia Vulterana.de elec. communiter tamen iudices indignantur, cum ſuſpecti allegantur,ſeu ſuſpicionum cauſæ cōtra eos adducuntur,prout ſupponit Papa in alleg. cap.ſuſpicionis.de offic.deleg.& declarat gloſ.ibi in ver. forſan prouocatus. Mos autem Rom.Cur.eſt cauſas ſuſpicionum contra iudices ſolis referendarijs, uel ſignaturæ præpoſitis patefacere, & vt plurimū nulla cauſa ſuſpicionis in reſcripto exprimi ſolet, ſi iudicem infamet, de iure canonico in libello recuſatorio cauſa ſuſpitionis exprimi debet.dicto cap.ſuſpitionis,& ca.cum ſpeciali.de appe. Bal.in l.apertiſſimi,in 1.q.C.de iudi.

Coram ſuſpecto

iudice litigare.] Res periculoſa eſt,& malos parere ſolet euentus ſub ſuſpecto iudice ſubire iudicium.l.apertiſſimi.iun. glo.in ver.libello.& l.fin.C.de iud.ca.cum inter,de excep.Mos antiquus circa iudices ne ſuſpitioni locus eſſe poſſet,ille erat de quo Cic.pro Cluentio in hęc verba [Neminem voluerunt maiores noſtri,nō modo de extimatione cuiuſquam, ſed ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iudicem, niſi qui inter aduerſarios cōueniſſet.] Et in omni re, ac in omni materia ſuſpectum vitare debemus, prout etiā monet nos exemplum illud, de quo 2. Machab.4. ſub ijs verbis. (Qui cùm veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando, quāuis ei ſuſpectus, ſuaſiſſet de aſilo procedere, ſtatim eum peruenit non veritus iuſtitiam.&c.

Ex ordinarijs.

Intellige de Vicario vrbis,qui nūc eſt Illuſtriſſimus & Reuerendiſ. Cardinalis de Sabellis, vel de eius Vicegerente,qui ad pręſens eſt doctiſſimus & integerrimus.R.P.D.Pyrrus Tharus Romanus,vel de Gubernatore vrbis eiuſq; Locumtenentibus. Vicarius Papæ eſt iudex ordinarius, eſt tex.uni. in iure in capitulo penultimo.de offic. vica.de quo tractat Paui.de offic. & pote. capi.ſe.vacan.in 10.quæſtio.2.par.princ.nume.33.ver.nunc reſtat ſubijcere aliqua de vicario Papæ,& poſt nume.44. ponit literas facultatum eidem concedi ſolitarum,nunc facultates ſunt ampliores, & iuriſdictio latius patet,quàm aliàs. de quo etiam Vicario vrbis,videri poterit per d.Oct.Veſtrium in ſua praxi,dum de Vicario vrbis,eiuſq; ditione,& officio, ſatis pertinenter tractat, per eundem ēt videre licet de Gubernatore vrbis,qui etiam Vicecamerarius nuncupatur.Quòd Vicarius Papæ olim, ſicut hodie eſſet Cardinalis probari poteſt ex ſuperſcriptione,c.dilectus filius.de exceſ.præla.quæ eſt Honorius III.P.tituli S.Potentianæ presbytero Cardinali,iun.caſus figuratione per Bernar.quā inuenies in lectura Abb.vbi inter alia dicitur. Mādat Papa Cardinali S. Prudentianæ presbytero ſuo Vicario, quatenus pdictos rectores corā ſe venire faciat,&c.

Adiun-

Adiunctum. Adiungere idem est
quod addere, anne-
ctere, applicare, associare. Virg. in Georg. Vlmisq;
adiungere vites.l.tutor, ibi, (Curatorem ei potius
adiungi.ff.de suspe.tut. l. quidam.in fi.ibi Quia is
adiunctus sit, qui etiam tunc cum adiungebatur
& c.ff.de iu.codicil.De iure ciuili delegatus potest
in totum recusari propter suspicionem, & vt su-
spectus remoueri; ordinarius uerò non recusatur
in totum, sed ei datur adiunctus.l.apertissimi, iun.
sua auth.ubi Bar.& alij. C.de iudic. Sed quod di-
citur in dicta auth. de episcopo, de consuetudine
non seruatur, sufficit enim quod alius associetur,
secundum Gul.de Cu.Bal.Sal.& Pau.Castr. ibi. &
consuluit Alex.cons.12.uiso processu, uol.6.quòd
Archiepiscopus potuit ordinario associari, pro qui
bus uideatur præceptor meus in c.cum speciali. an
te nu.2.de appell.Et hoc remedium dandi adiun-
ctum suspecto comprobat, affirmans esse iuxta sti
lum, & consuetudinem Rom. Cur. Fede. de Sen.
cō.præalle.117.casus.ad fi.vers.Et si diceres quod
remedium. Amplia, ut nō solum ordinario debeat
dari adiunctus, sed etiam delegato ad uniuersitatē
causarum.gl.1.in l.fi.C.de iudi.Alex.cons.12. vi-
so processu.nu.5. vol.6. ea ratione, quia delegatus
ad uniuersitatem causarum, habetur instar ordina
rij.gl.1.in l.Pomponius, aliàs, si uni, vers.idem in
delegatis ad uniuersitatem causarum.ff.de re iud.
quę gl.communiter comprobatur, ut per Ruinum
cons.5.habita.col.4.ante fi.& cons.69.nu.12. uolu.
5.& per gl.in c.cum causam, in versic.a principe
delegatus.de appell.faciunt nota.in l.1,ff. de offic.
eius.& uoluit Aug.Bero.in c.quoniam contra.ante
nu.155.vers.Quod iuris autem sit de delegato. de
proba.De iure uero canonico tam ordinarius, quā
delegatus, potest in totum recusari.c.si quis contra
clericū, vbi Abb.& alij.de fo.cōp.d.c. cū speciali,
ubi Abb.in 1.no. de app.& seruabit forma dicti ca.
cū speciali. put gl.in alleg.c.si q̄s cōtra clericū, & p
Ro.sin.455.si allegat. Signatura, iusta seu legitima
cā subsistēte tā iudicib.Ro.Cur.quā extra eā adiū
ctū dare cōsueuit, ut in li.nūcupato prou.fol.23.
uer.dantur litteræ, in quib. conceditur adiunctus,
propter iudicum suspitionem, ab aduersario impe
tratorum. Staph.super Signa, fol.176. uers.dantur
litteræ per cancellariam, quando petitur deputati
adiunctus.& fol.185.uers. prædictis respectibus.
Mil.in reper.in uer.iudex ordinarius potest recusa
ri, saltem vt alius ei associetur. Adiunctus autem
intelligitur datus priuatiuè quantum ad hoc ut pri
mus iudex solus non habeat exercitium iurisdictic
nis, ut declarat Ruy.cons.5.habita.col.4.uol.5:Ho
rum iudicum primo dati, & secundo adiūcti, alter
sine altero procedere non poterit, non secus ac si
omnes a principio dati simul fuissent, quo casu u-
nus sine altero procedere non potuisset. c.causam
matrimonij,& ca.cum causa.de offi. dele. l.duo ex
tribus.ff.de re iud.& quòd prior iudex sine adiun-
cto nulliter procedat concludit Gemini. cons. 24.
diffusè, col.pen. vers.super sexto, dum autem.num.
13.subdit allegatum sibi fuisse stilum Rom.Cur.q;
quando Cardinali datur in adiūctum alter Cardi-
nalis, quòd adiunctus possit solus procedere, non
autem primus Cardinalis solus, illum non com-
probo, nec tūc talem stylum fuisse crediderim, nec
tempore meo fuit, nec in se rationem aliquam ha-
buisset, nec ratio differentiæ adduci posset, quare
magis adiunctus solus, quàm ille primus iudex so-
lus procedere possit, postea subdit quòd quando
conceditur clausula præelectiua, uidelicet vt talis
addatur, quod si non omnes, tu solus additus pro-
cedas. Ego similiter dico quòd hęc vel similis clau
sula, in cōcessione adiuncti est insolita, nec unquā
talem clausulam appositam uidi, uel audiui, non
nego quòd tam olim quàm hodie in aliquibus re-
scriptis tales clausulę uel similes appositæ sint, pro
ut uidere est in ca.cum plures.de off.deleg.libr. 6.
per Abb.in c.quoniam Abbas.nu.5.eod.per Rot.
Bisi.2.de arb.in antiquio.& 192.si episcopus.cum
sua addi.in nou.& alibi sæpe. At in materia adiun-
cti non cadit hæc clausula; Signatura (si in uentre
commissionis id non sit expressum) addere solet,
Dummodo ad litis contestationem processum nō
sit, ut per Staphi.alle.fol.174.Ratio est, quia exce-
ptio recusationis non solum ante litem contestatā,
sed ante omnes dilatorias opponi debet.l.sed & si
susceperit, in princ.ff.de iud.l.fi.C.de except. Abb.
& alij in c.inter monasterium.de re iud. Lanfranc.
in repet.c.quoniam contra.in uer.recusationes, in
princ.de prob.distinguendo tamen pro concordia
gl.& Barto.& aliorum in l.quidam consulebant.ff.
de re iud.& in l.si cōuenerit.ff.de iuris.om.iud.hoc
modo, quòd aut quis opponit aliam exceptionem
dilatoriam ante litem contestatam, & tunc videtur
prouocare iudicem, ut super ea pronuntiet, cense-
tur eo ipso in iudicem consentire, nec expectatur
litis contestatio. Si uero non opponitur aliqua ex-
ceptio, & requiritur litis contestatio, cadit etiam a-
lia distinctio uidelicet, Aut ante litem contestatam
apparebat causa suspicionis, seu apparere poterat,
quòd esset locus exceptioni cuiuis dilatoriæ, &
procedant supra adducta. Aut nuper emergit su-
spicio, seu post litem contestatam illa, uel quęuis
alia exceptio dilatoria apparet, & tunc quandocū-
que opponi potest.c.insinuante, de off. deleg.Ro-
ma.sing. 352. Tu scis quando exceptio decinato-
ria, Fel. post alios in c.pastoralis, de except. & hæc
est communis opi.ut per Iafre.Dec.49.incip.exce-
pt.dilatoria. Adiunctus datur etiam tutori coniun-
cto pupillo suspecto, item patrono liberti tutelam
gerenti etiam suspecto.l.si tutor.ff. de suspe. tuto.
Bar.in l.quod si forte.nu.5.ff.de solutio.sic & præ
lato propter suspitionem dilapidationis datur ad
iunctus.c.uenerabili.de off.del.gl.in c. licet heli.in
ver.de dilapidatione.de Simo.Bar.in d.l.q; si fortè.
vers.sed tex.ff.de solutio.

Quæro an lite pendente adiunctus dari possit?
Videtur, quod non: causa enim coram primo iudi-
ce cæpta ab eodem decidi debet, l.si quis postea.&
l.ubi cæptum.ff.de iud.l.cum quædam.ff.de iuris.
om.iud.c.ex tenore,& ibi gl.magna.de rescr. Con-
trarium est uerius, ut elici potest ex supra adductis
& probat Lap.Alle.88. Commune florentiæ, post
numerū septimū versic.in contrarium, & postea

vers.

uersicul.& possunt iudices adiungi lite pendente.

Secundo quæro, quomodo signetur commissio huiusmodi deputationis adiuncti, & qualiter concipiatur citatio concesso adiuncto. Quo ad primã partem propositi quæsiti habemus cons. Gem. 24. quia diffuse, post nu. 11. super 6. dub. ibi enim Papa scribit. Addatur talis, unde reducendo ad praxim iuxta mentem Gemini. si petatur dari adiunctus Regẽti, Signatura erit, prędicto Auditori Cameræ addatur Vicarius Papæ, seu N. Cardinalis. Tu autem dic melius, & iuxt. modernum stilum cõcludet, quòd signatura concipietur hoc modo, uidelicet de mandato. D.N. Papę audiat idem Aud. Cameræ adiuncto sibi Vrbis Vicario, uel si Vicarius prius erat iudex, dicetur. Audiat idem Vicarius adiuncto sibi Gubernatore, uel adiuncto sibi Aud. Cameræ. Formula citationis erit, Aud. Cameræ & R.P.D. Episcopo Amerino adiuncto, seu Gubernatore Vrbis & R.P.D. Fuscherio adiuncto Romana Casalis citetur &c. N. & quòd coram duob. quis citandus sit, probatur, quia adiuncto communicatur exercitium iurisdictionis pręalle. cons. Rui. 5. habita. colum. 4. uolum. 5. & sic alter sine altero procedere non poterit, ad l. duo ex tribus. ff. de re iud. Ergo coram utroque citatio facienda erit & coram utroque comparendum.

Tertiò quæro Episcopus Bononiẽsis datur in adiunctum Canonico Ariminensi, deinde decedente Episcopo Bononiensi, ille Canonicus Ariminẽsis promouetur ad huiusmodi Episcopatum Bonon. cum retentione omnium beneficiorum, & sic ipse idem remanet Canonicus Ariminensis, & efficitur Episcopus Bononiensis, an ipse solus possit causam huiusmodi cognoscere, & terminare? Pro opin. affirmatiua, facit Decisio. Io. And. in c. rationi. colum. penult. de reg. iur. lib. 6. ubi concludit in simili casu, quòd si causa sit commissa duobus delegatis, sub nomine dignitatis, absque clausula, q alter sine altero ꝓcedere possit, si unus moriatur & alter illius dignitatẽ assequat, ipse solus ꝓcedere poterit, ex quo gerit uices utriusq. dignitatis. q Io. And. sẽtẽtiã sequũtur Lap. Alle. 88. Cõe florẽtię post nu. 3. & alij quos cito in mea Apostilia ad Lap. in uer. lib. 6. Contrarium in casu nostro concludendum est, tum propter terminorum diuersitatem, unde illatio fieri non potest, vulga. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. l. si duo. in fi. ff. uti poss. tum quia ratio casus nostri aliud suadet, ex quo supponimus quod adiunctus datus fuerit illi canonico Ariminensi, tanquam suspecto, vel parum confidenti, superuenientia autem huiusmodi, uel alterius dignitatis, non efficit, vt suspicio cesset, quæ suspicio cũ adhuc superfit, nõ debet pars cogi, coram illo solo iudice litigare; ad ea quæ adduxi supra in uer. coram suspecto.

Quarto quęro, quid si adiuncto dato Papa obierit, an & quando primus iudex absq; adiuncto procedere possit? conclude, & distingue iuxta ea, quæ uoluerunt post Io. Cald. Lap. Allegg. 88. Commune. post nu. 3. uers. præterea si delegatus Papæ. Io. And. in c. cum plures, & ibi latè. Gem. num. 12. 13. & 16. Lud. Rom. in l. more. post n. 17. qui Lap. vbi supra citare debebat. & ibidem Alexand. numero 38 ff. de iurisdictio. omnium iudic.

Quinto quærò, an is cui datur adiunctus, notã aliquam incurrat? Breuiter hoc iure utimur, ut adiuncti datio non notet aliquem, & in simi. ad hoc adduco tex. in l. tutorq. in fi. ibi (Sed ei. adiunxerit, non erit famosus.) Et l. si tutor. ibi [optimum factũ est curatorem ei potius adiungi &c. ff. de suspec. tutor.

Statutum & merita causa. &c.] Status litis, ac totius processus substantia exprimi debet, quando causa ab aliquo iudice auocatur, gl. in c. prudentia. in §. sexta in uers. ob causam quam ibi notat Abb. col. 3. de off. deleg. gl. in c. ut debitus. in uersic. dicat. de appel. gl. in c. super literis. & ibi Bero. nu. 72. de rescr. Bellam. dec. 46. exceptio de litis pendentia in partib. sequitur Fel. in c. super literis. nu. 12. in 3. amplia. de rescrip. Staph. super Signa. fol. 159. vers. ult. quo ad prædicta. de quo etiam per Rot. Bisigne. 4. de rescr. versic. item & ex quo eidem Auditori committitur, nec agitur de reuocatione iurisdictionis, nec de causa alij quàm primo committenda, in antiquio. Et 672. dic quòd si in aliqua. in anti. & Ro. 214. si causa committatur, uer. hoc uerum secundum aliquos in nou. Abb. in c. coram. colum. pen. n. 13. de off. de leg. Fel. in c. cæterum. col. 3. uers. intellige primò sanẽ. de rescrip. Non solum autem facti series, sed & ipsius facti causa narranda est, ut uoluit Roma. cõsil. 320. in præsenti consultatione, col. fi. Barb. cons. 46. col. 2. nu. 4. lib. 2. ac D. meus cons. 531. num. 20. Intellige tu iuxta con. Anch. 16. quo ad articulos principales, non autem quoad singula, & leuia, ac parui momenti ipsius causæ quęlibet recensenda sint. idem uoluit Barb. cons. 20. col. 3. lib. 3. Idem (iuxta terminos nostros) dicendum est quando petitur adiunctus. glo. 2. in alle. c. coram. & ibi Ant. de Butr. in 4. not. & Abb. nu. 13. de off. delega. & Barb. ibidem. quod etiam in effectu sensit Fel. in c. cæterum. num. 3. de rescrip. & apertius Ias. in l. 2. nu. 3. C. ut lite penden. Contrarium tenuit Bald. in c. cum dilecta. col. fi. uers. in gl. magna, ubi quòd si iudex adijcitur iudici, non oportet mentionem facere de processu habito coram primo; rationẽ subdit, quia intelligitur adiunctus continuate, & in eodem statu, in quo causam inuenit. de rescr. sequitur And. Barb. in c. prudentiam. §. sexta. col. 8. de off. deleg. uideatur Fel. in c. cæterum. nu. 3. uers. extensio secunda. de rescr. Ad tollendum omnes difficultates, quæ in vtroque casuum prædictorum, & in quibusuis alijs contingere possent, prudenter adijci debet in fine rescripti, clausula prædicta [Statum, & merita causæ &c.] Quæ supplet expressionem faciendam. prælle. Dec. 214. si causa, uers. respondebatur quo ad hoc. in nou. Gem. consil. 120. quia in facto. post. nu. 6. uers. præterea & hic aduertendum. De illa clausula generali, quòd tenores pro expressis habeantur. tracto in 9. q. Reg. 11. Reuocatoriæ. nu. 2. & seq. & in 19. quæst. Reg. de infir. nu. 13. Et an legatus hac clausula [habeantur pro expressis] vti possit, disputat ad partes Luc. Pau. Rosel. in reperto. ad Fran. Aret. in uer. legatus siue

Pa-

Papæ, concludēs pro negatiua, & quòd si illa clausula uteretur, non prodesset. Demum sciēdum est, quòd litis pendentia tacita rescriptum nullum sit dato quòd impetrans absque dolo tacuerit. Bal. in c. ult. ut li. pend. quod dictum pro singu. commendant Ias. in l. 2. col. 1. circa medium. C. eo tit. & Castel. col. in suis Memo. in uer. lite pendente. Postremò aduertendum est ad id, quod annuit Achil. de Gras. Deci. 65. aliàs 8. sub titul. de commissio. post Staph. sup sig. fol. 72. quod cōmissio, in qua narrata lite cū clausula, Cuius status, & merita, causæ &c. non sit subreptitia, etiam quòd in ea non fiat mentio ꝙ cā sit instructa: de quo non parum dubito, stante maximè ui, & efficacia instructionis causæ, de qua semper mentio specifica, & indiuidua fieri debet. Hinc sæpissimè apponi uidemus in rescriptis auocatoris causarum, & in alijs clausulam illā, Dummodo, seu, Quatenus causa non sit instructa, de qua tracto. quæstio. 30. & sequent. de Inhibitio. & alibi.

COMMISSIO IX.

ADMISSIONIS PRO interesse.

DIGNETVR S.V. committere & mandare R. P. Ioan. Baptistæ Robeo Rote Auditori, siue in eius locū subrogato, uel subrogando, quatenus deuotum S. V. oratorē N. ad causam, & causas, quæ coram eo inter A. ex una, & B. ex alia, & forsan nonnullos alios &c. rebusque &c. in prima vertuntur instantia, in statu, & in terminis in quib. reperiuntur, & indecisæ pendent, pro suo interesse admittat, illamque & illas; Nec non quam, & quas habet &c. contra & aduersus A. in dicta parrochiali intrusum, & præfatum B. omnesq. alios &c. de & super parrochiali Ecclesia præfata, rebusque alijs &c. latius deducen. &c. illorum occasione audien. &c. cum potestate citandi. &c. pręmissis. &c.

COMMISSIO hæc admissionis pro interesse, quæ passim impetrari consueuit, an necessaria sit? Et uidetur negatiuè respondendum, arguendo à sufficienti parrium enumeratione, ad l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de action. & oblig. l. ad instructiones itinerum. C. de sacro. Eccle. Aut enim dicimus litem pendere coram iudice ordinario via ordinaria, & nullo est opus rescripto, interesse enim prætendens comparere potest coram illo, & de eo docto ad causam admitti debet. c. ut hi, cō tra quos. ut lit. pend. lib. 6. Supponendo quòd illa lis de qua ibi, possit esse coram iudice ordinario, & sic coram eodem admissio pro interesse, & probatur ex his, quæ uoluit Innoc. in c. ueniens 1, in uer. restiterit. de sponsa. Aut lis est coram iudice delegato in uim specialis rescripti, & quia communiter rescripta commissionum causarum habere consueuerunt illam vulgatam clausulam uidelicet (Cōtra N. omnesq. alios sua communiter, uel diuisim interesse putantes.) Et tunc uigore illius clausulę absque alio nouo rescripto, ad causam iam commissam, pro suo interesse, de illo prius docto, admittēdus ueniet. Sicut enim uigore illius clausulæ, ille qui causam committi fecit, non solum nominatos in rescripto citare, & conuenire poterit, sed & non nominatos, interesse tamen prætendentes, in uim dictæ clausulæ, debent posse ad causam uenire, alio quin iudicium claudicaret, nec in iudicio ęqualitas seruaretur, contra tex. in l. hos accusare. §. si seruus, & postea, uers. Sed cum natura. ff. da accus. in l. non debet actori licere. ff. de regul. iur. in cap. nullus. in princ. 4. quæst. 4. in c. nouit. uers. cęterum scriptum: de iud. & in c. cum inter. cir. medium. de exceptio. Rursus dato quòd dicta clausula. (omnesque alios interesse putantes.) in rescriptis apposita non fuisset, adhuc habens interesse, uidetur quòd ad causam uenire possit absque alia commissione, uidelicet ratione connexitatis, quam habet super re in iudicio deducta. l. 1. & 2. ff. quibus rebus ad eun. iud. ea. optimè per Inn. in d. c. ueniens. uers. nam hic illam quæ dicitur super inducta, potest proponere corā ipso iudice delegato, uel etiam ordinario, licet aliàs non sit eius ordinarius uel delegatus, de sponsa. sequitur Abb. in ca. ueniens. 2. nu. 8. ubi ꝙ tertius interesse prætendens, potest ius suum consequi coram delegato. & ibi etiam Fel. nu. 16. de testi. & tamen præfati non requirunt, nec supponunt clausulam præmissam in rescripto commissionis causæ. cum Innoc. tenet etiam Rot. 103. si C. impetret. uers. tertio uerò superueniente pro suo interesse, in nou. Præmissa (mea quidem sententia) satis stringūt, unde vanus, ac superfluus uidetur iste Romanus stilus, commissiones huiusmodi impetrandi, & contra rationem. l. unic. C. de Thesau. lib. 10. & l. 1. in fi. ff. ad municip. Nisi dicamus commissiones huiusmodi, nonnunquam obtineri, ad tollendā dubia quæ oriri possent circa plura, nonnunquā verò in quibusdam casibus, necessariò impetrari debere. Ponamus enim quòd non adsit, seu non supponatur illa connexitas, de qua per Inn. & alios supra adductos, uel non talis, qualis ab ipsis requiritur, & tunc concedamus etiam non adesse illam clausulam in rescripto (Omnesque alios interesse putantes.) non ne commissio hæc necessaria erit? Nec forsan absonum esset restringere illam Dec. 103. in nou. vers. tertio verò superueniente, ut procedat duntaxat quando illa clausula (Interesse putantes.) in commissione posita est, ex quo (vt dixi) poni consueuit; unde Rota eam appositam supponat. At secus sit, si apposita non fuerit. Et hæc restrictio videtur iuri, & rationi consona, ne dicta Dec. discrepe ta tex. in c. P. & G. de off. delega. quod in prin. allegaui, ubi deciditur, quod delegata iurisdictio ad personas in rescripto non expressas, etiā de ipsarum consensu prorogari non possit. Et Rot. 4. ut iam innouata. de appell. Bisig. in antiquio. ubi post Inn. & Compostell. in cap. cū M. Ferrarien. ad fi. de constit. vult etiam stante connexione, & ꝙ ad eūdē iudicem eundum sit, intelligi si expresse causa committatur, subdens quia iurisdictio delegata non est extendenda extra personas, inter quas commissa est, Rebuff. super concor. in rub. de contesta. uers.

versi. in causa tamen beneficiali, vult tunc aliquem posse venire pro interesse coram delegato, si sit cõprehensus in commissione; casum etiam, in quo necessaria est noua, & specialis commissio, ut quis admitti possit pro interesse, posui in 27. q. Reg. de anna. ad fin. Duobus autem modis contingere potest ut quis ad causam veniat pro suo interesse, primo quando quis litem assumere vult ad coadiuuandum reum, vel actorem, vtque ei assistat: exemplum de venditore, qui tenetur de euictione, qui ad iudicium accedit defensurus emptorem. l. venditor. ff. de iudi. l. a sententia, & l. si perlusorio. ff. de appel. Exemplum item poni potest in legatarijs defendentibus scriptum hęredum in lite. ad tex. in l. si suspecta. ff. de inof. testa. Item in omnibus qui tenentur litem in se suscipere. Bar. & alij in alle. l. si perlusorio. ff. de appel. Dec. Neap. Afflit. 15. vtrum si autor. Altero modo quis ad causam venit non ad coadiuuandum alium sed ad excludẽdum vtrumque, & hoc est thema nostræ commissionis. hic enim qui ad causam admitti petit, quærit, & intẽdit omnes alios collitigantes excludere. Pro hoc videre poteris Innoc. in c. veniens. de testi. Bal. de pace tenen. §. si duo. cir. princ. in vers. contendunt. in usi. feudo. & omnino Rot. Bisig. in antiquio. 4. de Iudici.

Ioãni Baptistæ Rubeo.

Hic est nobilis Romanus, & Rotæ Auditor ac Decanus dignissimus. In rescripto quod impetratur, debet fieri mentio de iudice ordinario, uel delegato, coram quo causa pendet. cap. ex literis. de do. & contum. c. inter monasterium. iun. not. ibi per Hostien. colum. 4. post medium, ibi etiam de iudicibus litigantibus, &c. de re iud. quem sequitur ibi Abb. nu. 24. & Felyn. in cap. cæterum. colum. 3. in fin. 9. limi. de rescr. At in hoc rescripto a tertio impetrando admissionis pro suo interesse non uidetur necessaria narratio litis illorum litigantium. in specie Ruin. consi. 61. numer. 19. vol. 5. post Oldra. consi. 299. Quidam vgo. & in simi. Rot. Fasto. dub. 64. vbi quòd commissio non est subreptitia si non fiat mentio pendentiæ litis super eadem re inter alios.

Siue in eius locum subrogato vel subrogando. Hæc verba ponuntur ad cautelam, ad hoc, vt si tempore impetrationis rescripti, propter absentiam, uel aliud impedimentum Auditoris, coram quo causa pendebat, alter subrogatus esset, uel in futurum subrogaretur, cessaret dubium, an coram illo subrogato litigare possit veniens pro interesse. Cùm enim commissiones fiant sub nominibus proprjs, videlicet, audiat magister Ioan. Baptista, expedit exprimere illa verba, siue in eius locum substituto, uel subrogato, seu substituendo, uel subrogando, iuxta tex. in l. 3. in princ. & in l. penul. in fin. ubi dicit, ideo in stipulatione adijcitur. Quive in eius locum substitutus erit. ff. de iudi. sol. Rot. Bella. 353. cautiones præstitæ, Cur. iun. consi. 28. habita diligenti, ante num. 5. & numer. 7. Pro quibus tamen videatur Rot. 296. not. quòd ubi committitur. in anti. & Bisi. 10. de rescr. in antiquio.

Ad causam. Admitti petens ad causam, docere prius debet, saltem summariè de suo interesse. ca. ueniens 2. de testibus cap. 2. ad fin. ut lit. penden. libr. 5. Rot. Bisig. 1. de rescrip. in antiquio. Et quòd sine interesse nemo audiatur. And. Tiraq. de constitu. 3. part. 13. limi. num. 14. & in tracta. Le mort saisit. par. 2. decla. 4. num. 9. Item quòd prius de interesse docere quis debeat, colligitur ex clausula a Signatura addi solita, de qua infra in ver. pro suo interesse, & sufficit quòd apparenter doceatur de interesse, puta docendo se electum, licet electio non canonica ex aduerso supponatur; vel producatur vnio, quæ tamen inualida redargui possit, Innoc. alle. cap. veniens, in 2. In uer. intentionẽ. de testi. vbi etiam Cardin. idem Cardin. consi. 7. in causa fratrum. & Fely. in c. cum super. nume. 16. de re iudic.

Quęro an Rex admitti debeat pro interesse ad causam, ad euitandum scandalum, & peccatum, ne restituatur Abbatissa scandalosa? Pro parte negatiua faciunt proximè adducta, quòd non admittatur ad causam non habens interesse. Rex nullum interesse prætendere potest, super his quæ spiritualia sunt inter spirituales personas, & coram spiritualibus tractantur, vnde videtur esse locus diuinæ illi sententiæ. Redde Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ sunt Dei. Matth. 22. Marci 12. & Lucæ 10. Et videmus quòd Rex quacunque consuetudine non obstante, in negocijs, & causis clericorum se immiscere non potest. ca. 2. de foro compe. Rot. 839. utrum ualeat consuetudo, in antiq. quæ est eadem Bisigne. 2. de consue. in antiquio. immo tales, & alij circa spiritualia se immiscentes, dicuntur contra libertatem ecclesiasticam facere, ut latè per Lap. Allega. 92. inspeximus. nu. 4. & 7. & tota Alleg. vbi plura ad hoc adducit. Insuper nemo admittendus venit, ad opponendum ea quæ nec in lite existẽs, opponere posset, videlicet personæ inhabilitatem, seu defectus, hæc enim in petitorio discutienda essent, ipsa autẽ Abbatissa ante omnia restituenda veniret iuxta. c. reintengranda. 3. q. 1. & toto in titu. de restitu. spolia. Contrariam opin. affirmatiuam, tenuit Rot. in causa Colubrien. spolij coram Fabio 4. Nouembris 1545. prout Dec. 14. Put. de iudi. pro qua allegabatur consi. Fede. de Sen. 95. Super dubitationum. vbi num. 2. dicit posse patronum Abbatissã dilapidantem, vel aliàs amotione dignam petere remoueri. ad c. filijs 16. quæst. vlt. Rocc. de Cur. in tracta. iu. patro. in uer. onerosum. in 1. quęst. & Lãbert. in eodem tracta. 2. art. 2. quæst. princ. 3. lib. vbi quòd patronus debet denuntiare presbyterum dilapidantem, & instare vt Abbatissa digna motione amoueatur, & quòd quilibet de plebe denuntiare potest presbyterum dilapidantem. Ex præmissis constat solutio ad contraria, uidelicet quòd non interfit, ergo ad causam admitti non debeat. Si enim patronus, immo quilibet de plebe admitti debet contra presbyterum dilapidantem, & cõtra Abbatissam (vt supra) fortius admitti debet

bet Rex, qui maiorem quàm quiuis ex plebe, & forsan quàm quiuis patronus curam pro tuitione, & defensione religionis, ac ecclesiarum prӕsertim sui Regni, & rerum ecclesiasticarũ habere debet, quę multo magis procederent in Regibus Gallię, & Hispaniarum, quorum alter Christianissimus, alter Catholicus nuncupatur. Nec dicitur contrauenire libertati ecclesiasticę, qua ecclesiam, eiusq; statum defendit, & conseruat contra improbos insurgendo. Nec veniens ad causam pro interesse, excluditur agere super petitorio, etiam non obstante petitorij suspensione, dummodo ipse nō sit spoliator, quia illud priuilegium est inductum in odiũ spoliantis, vel mandantis, seu spolium ratũ habentis. c. cum ad sedem. de resti. spolia. ca. fin. de ordi. cogni. Rot. 149. si inter, & 438 fuit dubitatum. in nou. Est verum, ꝙ Rota decretum pręmissum temperauit, dummodo cito probatio fiat.

Secundo quero, an ordinarius pro suo interesse admitti debeat ad causam prouisionis per se factę. Pro vtraque opin. ponderari possunt adducta in proxima præceden. quæst. & dubium fuit in Rota discussum coram D. Andrea Gambara. Facti species sic se habebat. Die 16. Nouembris 1526. Patriarca Venetus existens in quasi possessione conferendi, contulit beneficium N. deinde parrochiani prætendentes ius præsentandi ad se pertinere, præsentarũt corã Legato, qui electus lites abhorrens, non reclamauit, Patriarca pro suo interesse causam in Rota committi fecit, vt canonizaretur prouisio N. & remoueretur institutus. Rota resoluit sententiam posse ferri canonizatoriã prouisionis Patriarchæ, & eiectiuam institutionis alterius, ea ratione, quia superior potest agere pro iuribus inferiorum suorum quando non concurrit cum eo, qui habet specialem administrationem, vnde si prouisus a Papa uellet ipse agere, non posset Patriarca se intromittere, sed ipso negligente potest propter interesse suum. Rot. 221. incip. Monialis. Inno. Fel. in ca. cum deputati. col. 2. de iudi. Hæc ad literam inuenies in dec. eiusdem Gambari 56. incipien. Die 16. Nouembris 1526. Et ꝙ gratiam concedens operari debeat, vt illa suum sortiatur effectum, & ne inanis, & uacua remaneat, uoluit Bal. in c. 1. §. vlt. vers. Bene tamen concedo. de noua for. fide. & Marian. Soz. iun. consil. 75. quanquam. numero 34. & 36. libro primo.

Et forsan nonnullos alios.) Omnes litigatores nominari debent in rescripto, quod impetratur lite pendente. ca. inter monasterium, vbi Host. col. 4. post medium, & ibi Abb. nu. 24. c. cęterum, & ibi Anto. de But. Imol. & Fel. de rescr. propterea posita est clausula dubitatiua. (Et forsan nonnullos alios.) quia possent esse alij litigantes, quos impetrans hoc rescriptum, nesciret esse in causa, seu in lite.

In prima vertitur instantia.) Quid si nō sumus in prima instantia; sed in secunda, vel tertia, an quis pariter admitti debeat pro interesse? Pro parte affirmatiua, quæ tenenda est, concludit Old. respondens ad contraria consi. 255. contra prouisionem. num. 4. & seq. ubi plura adducit, amplians etiam si tertius ueniens. pro interesse non appellauerit, nec appellationi adhæserit. capit. cum super. vbi Abb. Fel. & alij. de re iudi. Paris. cons. 28. nu. 10. uol. 4. cum Oldr. concludit etiam Sarnen. in 21. q. Reg. de trien. num. 3.

In statu & terminis, i quibus reperiũtur.) Hæc clausula subintelligeretur, etiam canon expressa, iux. dispositionem. ca. si hi contra quos. in fi. vt lit. pend. lib. 6. præall. consil. Oldra. 255. Bald. in authen. nunc si hæres. in fi. C. de litigio. Felyn. in cap. cum super. num. 15. de re iudi. Couarub. prac. quæst. cap. 13. num. 1. Afflic. Dec. Neapol. 235. Aymo cons. 14. nu. 4. Fran. Mar. Dec. 272. & per Cassa. Dec. 1. de exceptio. Eadem tamen clausula non est superflua, immo est magni effectus, videlicet, vt expressio status causæ non requiratur, saltẽ ita exacta. Rot. in anti. 382. not. quòd licèt, & in nou. 214. si causa. Fel. in cap. cæterum. col. 3. in 7. limit. de rescr. quę Dec. fortius militant, si fit commissio eidem iudici, quia non ita exacta expressio requiritur. Rot. Bisi. 4. de rescr. & per Fel. ubi supra. Alter mirabilis effectus huius clausulę, in statu, & terminis, licet extra casum huius commissionis apparebit ex infra dicendis, supponenda est conclusio illa, ꝙ sententia infra breuissimum tempus lata nulla sit, iux. text. in l. 2. ibi non subitus. C. de sent. & breui. reci. & per glo. in l. sed & si per prætorem. §. quoties, in ver. vnius, ibi (Aliàs quomodo in vna die.) ff. ex quib. cau. maio. Bar. in l. prolatam. num. 10. C. de senten. Lap. alleg. 28. delegata post princ. Fel. in c. ecclesia. nu. 14. de consti. Ancha. cons. 255. in causa. Et idem Anchar. cons. 83. visis diligenter. nu. 3. vers. ex qua temporis breuitate. ubi ampliat ad decretum, Idem etiam uoluit Corset. decretum properè interpositum esse inualidum in suis Sing. in ver. minor. 1. Ias. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. col. 12. de off. procon. & lega. Bal. in l. captatorias. colum. 2. vers. Modo circa. C. de mili. testam. sequitur Alex. cons. 118. visis. col. 2. lib. 2. ac Catel. Cot. in Memo. in ver. decretum continens. vers. Adde idem esse, qui postea quærit an stetur instrumento dicenti, ꝙ iudex cum plena causæ cognitione interlocutus est. & pro principali conclusione, vide Do. meum cons. 479. in controuersia. num. 7. Et præmissa ego adducebã pro statuto nostro Romano sub rubr. de pac. & dona. non vali. lib. 4. ca. 28. & lib. 5. cap. 19. & inferebam, decreta, quæ à iudicibus Capitolinis in dies interponuntur, facilè subuerti posse, & ponderabam illa verba. (Et solemni iudicis decreto.) inter alios citabam Alexan. cons. 17. col. 2. volum. 4. & Corneum cons. 71. in prin. lib. 3. Rol. de Valle. cons. 32. visis. nume. 10. & seq. & cons. 99. Pro fundamento. num. 26. libro 1. In quibusdam autem casibus (quos breuitati studens omitto) illa firma, & ualida asserebam. Ad rem redeo, concludens præmissis non obstantibus sententiam latã infrà breuissimum tempus valere, quando causa erat instructa coram alio iudice, & commissa fuit, in eisdem statu, & terminis, prout voluerunt domini de Rota in causa Bononien.

Hære-

Hæreditatis de Macchiauellis coram Ptolomeo, 1. Aprilis 1541. allegabatur Abb. in c. afferte. de præsumptio. colum. 2. & Fel. in c. ecclesia. col. 9. in 2. primi. de cõstitutio. super quo habemus Dec. Putei 4. sub titu. de iudi. Notandum etiam est, quod reus veniens ad causam, absque alio rescripto admissionis, recipi debet in eo statu, in quo causa reperitur, prout voluerunt Specu. de compari. in termi. num. 6. versi. attendas insuper. & Lap. alleg. 112. in causa. ad fi. Et de nominato per reum ad causã veniente, & de subrogato in iudicio in locum defuncti, vide consi. Io. Bap. Ferret. 46. in causa, num. 13. & seq. & ante.

Quæro supposito (vt supra cõclusum est) quòd in secunda etiam, & tertia instantia, quis pro interesse ad causam admitti debeat, an si veniens in 3. instantia succumbat, sententia quæ contra eum fertur, dicatur, & sit tertia, an verò prima? Effectus erit magnus (vt omnibus patere debet) nam si erit prima, secunda, & tertia, sententiæ expectandæ erunt, ut rei iudicatæ locus sit; si verò tertia nuncupetur, vlterius appellare non licebit, vulg. rub. C. ne lice. tertiò prouoca. Hoc dubium (vti annotauit bo. me. Hier. Noua) in Rota propositũ fuit sub die 9. Decembris, 1547. in causa Valentin. parro. de paterna, coram Archiepiscopo Rossanen. inter Franciscum Carbonellum, & Remigium de lisondo, qui in tertia instantia, in uim specialis commissionis, ad causam in statu & terminis, in quibus reperiebatur, admissus fuit, & contra quem lata fuit sententia. Rota inclinauit quòd esset tertia sententia, quo ad tertium comparentem in tertia instantia, pro qua opin. adduci etiam posse uidetur ratio tex. in l. 2. in fi. ff. quan. appel. sit ibi Quia sua interesse dicit propriam causam defendit. Si est propria causa, ergo sententię latæ sibi præiudicant tanquam in causa propria. Rursus præclusa via principali litigatori, intelligitur præclusa alij incedenter venienti. Bald. in l. si eo tempore. in fi. C. de re mil. pigno. Afflit. Dec. 235. Cassa. Dec. 1. de excep. Inno. in cap. cum super. quem omnes sequuntur. de re iudi. Docto. in l. à sententia. ff. de appel. Natta consi. 457. Duo verò ex Auditoribus distinguebanr, iux. doctr. Bart. in l. si sententia, num. 8. versi. dicit Inno. & ibi Imol. & alij. ff. de appel. An scilicet comparens in tertia instantia sciuerit in prima, uel secunda litem agi, aut non. Primo casu sibi præiudicauerit, & sic erit tertia senteutia, alioquin dicatur prima, & fuit reprobatus Felyn. in ca. cum super. in fin. de re iudic. tanquam sibi met contrarius, eo quia velit comparentem in tertia sibi præiudicare, nisi appellet. Pro præmissis habemus Dec. Putei 60. de iud. vbi quòd Rota in eadem causa, idem tenuit, & sic quòd appellare non potuerit. Distinctio illorum duorum dominorum de Rota mihi satis placet.

Quæro pendente lite inter A. & B. super beneficio, vel alia re. C. venit ad causam pro suo interesse, & producit iura satis valida an sit retardandus processus, & expeditio. causæ inter A. & B. propter productionem seu discussionẽ iurium. C. Ex dictis Bal. in c. 1 §. duo. post prin. de pace tenen. & eius viola. in vsi. feudo. concludendum esset pro opin. affirmatiua. pro negatiua verò quæ communis, & verior est, concluserunt Innoc. in c. cum super. colum. 3. & Ant. de But. num. 14. de re iudic. Ange. in l. si suspecta. colum. 2. ff. de inof. testa. pulchrè Rot. Bisig. 4. de iudi. volens non esse retardandam cognitionem, vel decisionem inter duos collitigantes propter tertij admissionem, & oppositionem, ac iurium discussionem. sequitur Felyn. in alle. cap. cum super. numer. 17. de re iudi.

Pro suo interesse.

Signatura addere cõsueuit hæc verba videlicet, constito de eo. Hoc est de iure, ut prius constare debeat de interesse ad causam se admitti petentis. l. 1. in prin. ff. de appel. recipi. Bisig. Dec. 1. de rescr. Fely. in c. auditis. col. 14. de pręscrip. D. meus consi. 418. visa. numer. 10. & Cur. iun. consi. 156. in testamento. in fi. & Lap. Alleg. 50. dicebatur. numer. 16. quæ etiam procedunt in materia spirituali, & beneficiali, præalleg. cap. veniens 2. de testi. gloss. fi. versi. vel ideo non fuit auditus. in c. post electionem. de concess. pręb. Inno. in c. super his. in versi. excludatur. uersi. quidam tamen dicunt non admittendos nisi eos quorum interest. de accusa. Gemin. in cap. 2. numer. 4. vt lite penden. libr. 6. Staphi. super signa. fol. 163. ad finem.

Quæritur autem infra quantum tempus veniẽs pro se interesse illud probare debeat? respondetur quòd statim, & in continenti. præalle. c. veniens 2. de testib. & ibi Abb. num. 4. D. meus in l. fi. nu. 45. versi. In secunda conclusione. & ibi Zucchar. numer. 410. C. de edi. Adri. tol. Dubium autem est qualiter intelligatur illud verbum. in continenti, In no. in dicto cap. veniens. 2. & Abb. numer. 11. interpretatur statuendum esse tempus octo dierum: verum ipse Abb. Imol. & Felyn. ibidem iudicis arbitrio relinquendum esse dicunt, quod dicatur tẽpus in continenti, infra quod tertius de suo interesse docere debeat, quod etiam sentit Aret. ibidem, & D. meus consi. 429. num. 4. Rip. in l. 4. §. condemnatum. num. 32. ff. de re iudi. ac Couarub. practi. quæst. cap. 16.

Admittat quæro.

An super hac admissione requiratur sententia diffinitiua, vel interloquutoria, uel quomodo fiat hęc admissio, tex. in alleg. cap. veniens. 2. de testi. requirit sententiam interloquutoriam, dumdicit [Qui cùm super hoc testes, & instrumenta produxerit interloquendo pronunciauimus, quòd sua intereat, ut se posset opponere Archi. memorato.] in Cur. Roma. citantur existentes in causa ad videndum admitti ad causam N. pro suo interesse, de quo si constet, & litigantes nihil quod releuet deducant, seruatur terminus huiusmodi admissionis, & talis admissus esse dicitur, & si forte aliquis ex litigantibus ab admissione appellet, reponitur, & postea ille admissus appellat à repositione, & etiam ipse reponitur, & proceditur in causa, pluriesq. & vicissim appel-

appellantes reponuntur, donec ver. grauamen attēdatur, vel causa terminetur. Nec attēditur opi. Doct. in c. cum cessante. de appellat. & in l. ꝙ iussit. ff. de re iudi. negantium idem grauamen posse nisi semel, vel bis reuocati, vt etiam per Iafre. dec. 193. Iudex suam interloquutoriam. sed seruatur opin. Cuma. in d. l. ꝙ iussit, vbi post nu. 4. vers. item quæ rit Bart. voluit post Rayne. ꝙ iudex quoties sibi videtur, idem grauamē reuocare possit, per l. vbicunque. ff. de interro. actio. & per verbum possit in d. l. quod iussit, quod est extensiuum in futurum. l. si ita quis. ff. de leg. 2. Sciendum est, ꝙ vt quis agere possit interesse habere dicetur etiā si res sit aliena. arg. tex. in l. commodare. §. fi. & l. seq. ff. commod. l. qui rem. & l. quod seruus. ff. deposi. Amplio etiam si sit prædo. l. 1. ff. depos. Amplio generaliter ad omnes qui ex custodia tenentur, vt interesse, habere dicantur, & agere possint, iuxta tradi. p Albe. & Pau. Castren. in l. sancimus. 1. C. de sacrosl. eccle. Et iuxta tex. in l. eum qui. §. fi. ff. de furt. in §. fi. Insti. vi bon. rap. & in l. 2. §. & generaliter. ff. eod. vbi ponuntur exēpla illorum, qui ratione proprij interesse, cum tamen res sint alienæ agere possunt. §. itaque fullo. Insti. de obli. ex delic. l. itaque fullo. ff. de furt. gl. in §. furti. Insti. de obli. quæ ex deli.

Secundo quęro, an admissus ad causam pro interesse, & qui iura produxerat, & per decennium tacuit, videtur habuisse litem pro derelicta quātum ad hoc, ut ordinarius beneficiū, quod erat litigiosum respectu admissi pro interesse postea conferri possit? Pro parte negatiua, videtur ꝙ lis non finiatur, nisi per sententiam, quæ in rem transiuerit iudicatā, per tex. in l. causas. C. de transa. iun. tex. in c. 1. cū gl. in ver. finita. de lit. contest. lib. 6. quæ uult idem esse dicere litem finitā, & transactam, seu super ea adesse rem iudicatam. & dictam l. causas. loquentem de litibus finitis per transactionem, procedere etiam in finitis per rem iudicatam voluit Petrasan. singu. 20. incipien. sicut non valet. Et quòd per rem iudicatam finiatur voluerunt glo. in clem. vlt. in ver. postquam, vt li. penden. & Gemi. cōs. 120. quia in facto. col. 1. vers. quod etiam Papa. Pro affirmatiua conclusit Rota in Hispalen. canonicatus, & præben. voluit enim quòd etiam si iura producta fuissent bona, pręsumebatur ille habuisse litem pro derelicta lapso decennio, quantum ad hoc, vt ordinarius canonicatum, & præbēdam huiusmodi tanquam non litigiosos conferre potuerit, non obstante, quòd lis (ut præmissum est) non finiatur nisi per sententiam, & ordinarius non possit conferre beneficia litigiosa. Et fuit firmata decis. 5. Cassad. vt lite penden. Et ꝙ per decennium quis rem pro derelicta habere censeatur, voluerunt Dyn. in c. præsumitur. de reg. iur. lib. 6. Doct. in l. peregrè. in prin. ff. de acqu. pos. Bar. in l. non fatetur. colu. 3. ff. de confes. Bero. cons. 189. nu. 8. lib. 3.

Tertio quæro, quando quis dicatur tacitè ad causam admissus? Fuit hoc dubium in Rota discusū. Io. Caluus causam commiserat contra Io. Petrū, & Antonium omnesq; alios in executione nominandos causa sit commissa, & obtenta citatione ad partes per Ioannem Caluum, idem ad partes recessit relicto mandato contra præfatos nominatos, oēsq; alios sua interesse putantes: Venit postea Franciscus Auellana, & sic tertius, & citauit procuratorē Iohannis Calui ad videndum decerni literas compulsoriales, & fuerunt decretæ, & procurator Iohānis Calui in actis ad interessendum extractioni iurium constituit procuratorem, seu nominauit suū principalem, videlicet, Iohannem Caluum, qui postea citatus fuit in partibus, ipse Iohannes Caluus principalis interfuit extractioni iurium, Frāciscus cum suis iuribus extractis, seu eius procurator venit ad causam, & per audientiam contradictarum reportauit sententiam contra Iohannem Caluum, quæ in rem transiuit iudicatam, vigore cuius in partibus fuit facta executio contra dictum Iohannem, qui venit ad curiam, & commisit causam nullitatis illius sententiæ, asserens esse nullam, quia Franciscus non fuerit admissus ad causam: & casu quo fuisset tacitè admissus per decretū compulsorialium, debebat prius doceri de interesse. per decis. 1. Bisigne. de rescrip. & ad alia supra adducta in glo. in ver. pro suo interesse. Item quia libellans potest suum libellum interpretari. l. si quis intētione ambigua. & ibi glo. & Paul. Castren. ff. de iudi. l. inter stipulantem. §. si Stichum, & ibi glo. Bartol. & Ias. num. 6. ff. de verbo. obli. Et quòd vsque ad conclusionem in causa, & vsque ad sententiam libellum declarare possit, communem affirmat Grat. respon. 156. num. 23. lib. secundo. Licèt in prima parte commissionis causa esset cōmissa contra omnes sua interesse putantes, tamen quia restrinxit se postea ad nominandos in executione, & Franciscus non fuisset nominatus, sequitur, quòd contra eum causa non dicitur commissa. Tertio dicebatur, ꝙ illa citatio ad videndum decerni compulsoriales erat generalis, & incerta, nam poterat intelligi ad effectum, vt via compulsorialium extraheret iura, & ipsis habitis posset docere de interesse suo: vel vt simpliciter per tale decretum compulsorialium ipse diceretur tacitè admissus esse ad causam, cum ergo esset generalis, & incerta, afficere non debebat ad nota. per Bart. in l. aut qui aliter. in princ. & in l. vltima. §. vlt. ff. quod vi, aut clam. Abb. consilio 33. libro 1. Fel. in cap. primo, vers. Nota etiam quod citatio. de iudi. in capitulo quia iudicante. de præscript. Quod maximè dicendum est, quando pars aduersa non est præsens, vt in casu nostro. Felin. in dicto capitulo primo. vers. valet iudicium, & in capitulo, consuluit. de offic. deleg. Quibus non obstantibus contrarium decisum fuit inter præfatos in causa Maioricen. 18. Martij 1541. quòd per decretum compulsorialium Franciscus fuerit tacitè admissus, nec necesse esset, quòd prius de interesse docuisset, quia istud habet locum quando commissio mandat, quòd constito de interesse admittat, sed quia in illo rescripto committitur causa simpliciter contra interesse putantes, sufficiebat, quòd Franciscus diceret, quòd sua putabat interesse, & hoc modo respondebatur ad Dec. 1. Bisigne. de rescri. & 54. in anti. quoniam illæ Decisiones loquuntur quando causa committitur contra habentem interesse, uel contra eos, quorum interest, & tūc est neces-

necessarium, ꝙ doceatur de illa qualitate. Lap. alle. 64. nunquid ecclesia. in prin. Fely. in ca. licet cãm. num. 40. de probat. Paris. cons 94. beneficium litigiosum. nu. 14. vol. 4. Item dicebatur, ꝙ verba commissionis, Omnesq; alios in executione nominandos, non obstabant, ex quo illa verba erant in illa parte cum potestate citandi &c. commissio autem in parte principali erat contra omnes interesse putãtes, & propterea dicebãt R. Domini Auditores, ꝙ si cõmissio in parte principali dixisset, omnesq, alios sua interesse putantes in executione citationis nominandos, quòd tunc tantum causa esset commissa contra nominandos. Non obstat, quòd citatio esset æquiuoca, quia dicebatur, quòd id procederet tenendo, quòd ad hoc, vt admitteretur esset necessarium, quòd doceret de iure suo, sed quia tenebant, ꝙ nõ erat necessarium illud decretum compulsorialium nõ poterat intelligi, nisi ad effectum, vt habitis iuribus posset procedere in causa. ita Put. Dec. 104. incip. commiserat causam. lib. 1.

Quam & quas. Quæro an veniẽs ad causam pro interesse vigore huius commissionis, cum clausula (Quam & quas) dicatur actor, vel reus? Quod iũ dicetur actor, ex quo rescriptum (cuius vigore ad causam venit) impetrauit, & commisit causam, quam & quas, præsertim, si partem (vt moris est) citari fecit, ad dicẽdum contra commissionem, probatur ex quo ipse agit, seu alium prouocat in iudicium, ergo est actor, & ille qui prouocatur, est reus l. in tribus. ff. de iudi. l. libertus à patrono. ubi Bar. ff. de in ius uocan. c. forus. §. accusator, & §. reus. de verb. sign. latè Rom. cons. 217. res ista, videatur Afflic. Dec. 268. in alia causa. Dominus meus Phil. Dec. cons. 487. in q. num. 10. & cons. 686. Magnificus. num. 22. & sequ. & loquitur in materia duelli. Contrarium conclusit Rot. 2. Octobris 1542. vt an notauit bo. memo. Mohedanus, in vna Carthaginen. beneficiorum coram episcopo Aquen. Alfonsus enim Diaz cessionarius prosequebatur litẽ mo tam per cedentem in vim rescripti cõtra intrusos, omnesq; alios interesse putantes. Io. Porras interesse prætendens, nunquam tamẽ citatus, commissione impetrata pro suo interesse, cum clausula (Quã, & quas.) admissus fuit. A. Diaz asserebat se reum. Dato dubio fuit conclusum A. Diaz esse actorem. Io. vero Porras reum, ea ratione, quia cedens cœpit agere, & sic cessionarius in eius locum subrogatus ipse est actor, & licèt Io. Porras impetrasset cõmissionem cum clausula, (Quam, & quas) non est tamen prosequutus, nisi suum interesse in eo statu, & terminis, in quibus reperiebatur, ad c. 2. vbi omnes, ut li. pend. lib. 6. & per Fely. in cap. cum super, col. 3. vers. etiam si principalis. de re iud. & inspici debebat originalis causa, ob quam Ioan. Porras erat in iudicio, ad hoc vt iudicaretur reus, vel actor, & in præfata annotatione ponuntur aliç considerationes, & respõsiones ad contraria. Videatur super eadem causa Dec. Accoramb. 15. incip. Quidã cessionarius. sub titu. de iudi. & Dec. Putei 350. incip. Iohannes de Aldea lib. 1.

COMMISSIO X.

AVDIAT QVI PRÆVENIT.

BEATISSIME PATER, Lite & causa coram R.P.D. Auditore Cameræ, ad instantiam deuoti S. V. oratoris. A. contra B. de & super quadam notabili pecuniarum summa in vim specialis rescripti introducta, idem B. debitam diffugiens solutionem, eandem met causam Reuer. Vicario Vrbis, seu eius Vicegerẽti, nulla de litis pendentia huiusmodi mentione facta, in vim rescripti eiusdem S. V. committi, vt dicitur, obtinuit, & forsan ad nonnullos actus processit. Et quia pater Sancte, A. orator causæ huiusmodi expeditionem desiderat, velletq; causam, & causas prædictas, coram uno iudice tantum terminari. Ne contingat super eadem re, coram duobus litigare, causæq; continentias diuidi, supplicat S.V. quatenus dignetur cãm & causas hmõi eidẽ R.D. Aud. Cameræ, uel Locũtenenti, qui ꝓuenit, audien. &c. committere & mãdare, etiam iuxta aliarum commissionẽ præsentatarum tenorem. præmissis &c.

COMMISSIO. Similis in Rota non est necessaria, stante bulla Inn. perpetuo valitura, & vsu recepta, quę in prin. ita disponit. Quòd si diuersis causarum Palatii Apostolici Auditoribus, diuersas cõmissiones præsentatas hactenus, uel pro tẽpore reperiri contingat, in eadẽ causa, eiusdẽ tenoris, uel effectus, licèt ad diuersarũ personarum instantiam, auditor, cui prius commissio præsentata fuit, iurisdictionẽ in procedendo, & iudicando retineat, absq; aliqua desuper commissione, aliorum coauditorum, ad id accedente consensu. Videatur ẽt Dec. Putei 470. incip. in uno Barchionen. li. 2. Et de committente cãm appellationis primo, altero vero alteri postea, sed causam instruente, vide Dec. Gamb. 150. incip. Mercurius profert.

Quęro an Innocẽtiana hẽat locũ in aliis tribunalibus Romæ? Vr ẽt quo ad alios iudices ꝓcedere, nõ obstante, ꝙ Rotę Auditores tm̃ noiari ĩ ea sint. Rõ, quia isti noiati fuerunt, ex quo his frequẽtius causę in Ro. Cu. cõmitti consueuerunt, vñ frequentioris usus grã Rotę Auditores noiati nõ excludũt alios siles, quib. raro committunt, & expressum frequentię cã non restringit. l. in facto. iun. gl. 2. in fi. ff. de cõd. & dem. l. 3. iun. gl. 1. ver. vel dixi. ff. de publ. in rẽ act. l. uni. iun. gl. in uer. sponsã. C. de rap. virg. ubi ꝙ punit non solũ rapiens mulierẽ, ꝓut in text. sed ẽt mulier rapiẽs virũ, licèt de hoc nihil ĩ l. illa, q̃ de iure frequẽtioris usus grã loquuta est, sequit Ias. ĩ l. certi condõ. §. si nũmos. col. 4. ff. si cert. peta. Alex. cõs. 65. in fi. vol. 6. Rol. à Va l. cõs. 72. statuto. nu. 8. & seq. li. 1. & faciũt ea q̃ adduco ĩ 6. q. 32. reg. num. 4. & seq. sic & Rebuff. in tract. Nomi. quæst. 5. nu. 25. dicit in casu suo expressum esse Parisijs, quia frequentius sacerdotes legebant leges Parisijs, quam alibi: licet idem seruari debeat Aureliæ, Tholosæ, & alibi. Insuper arguendo a ratione procemij, quæ attendi debet. l. fi. ubi Bar. numer. 3.

ff. de

ff.de hære.instit.Bar.in l.cum hi.cir.prin.ff.de tren sact.& in l.1.in pri. ff.ab Maced.Præceptor meus cons.373.nu.12.& 388.ante nu.3.Ratio procemii Innocentianæ est,ut finis litibus imponatur, & expensis parcatur,quæ non minus comprobatur in aliis tribunalibus Rom. Cu.quàm in sacro Rotæ Auditorio ; ergo constitutio alia etiam tribunalia respiciat.Accedit quòd fauor publicus concurrẽte præsertim ratione,& æquitatis idẽtitate operatur, ut lata facienda sit interpretatio, etiam in materia aliàs stricta;glo.in l.si constante,in uer.mariti.post prin.Et ibi per Doct.ff.solu.matrim.Bart.in l.quemadmodum,nu.4.C.de agri.& censi.lib.11.Alex. cons.34.visis.nu.9.uol.5.latè Corset.in suis sing. in vers.extẽsio.quòd autem sit fauor publicus, sit rationi consonum,& sit equitati,& humanitati, ac omni iuri conforme,lites truncare, & expensis parcere,nemo negabit,& probatur per text.in l.nõ distinguemus.§.quæsitum, ibi(ne finis non sit)ff. de arb.l.properandum.in prin. C. de iud. l.terminato.C.de fructi.& liti.expen.cap.finem litibus.de do.& contu.in c.dispendia litium.de rescr. libr.6. Breuiter contrarium seruatur, ut dicta constitutio solum in Rota procedat. Et aduertendum est, quòd aliqua in ea ponuntur,quæ non possunt vera reddi quo ad alios iudices. Vnde cum in aliis supposita per hanc constitutionem locum habere non possint,nec etiam ipsa constitutio.Iacob.Butr. Fulg.& Sal.in l.mancipia.C.de ser.fugi.Rom.sing. 489.statutum puniens.præceptor meus D.Philip. Dec.cons.466.Stante statuto.nu.8.Et quòd Innocentiana,in Rota solum procedat,apparebit etiam ex iis quæ infra dicam.

Secundo quæro,an commissio hæc cum iure ciuili uel Canonico conformitatem habeat? Respondeo affirmatiuè.Præueniens enim solus cognoscit. iux.tex.in l.uni.ff.de offi.consu. quem ad hoc adducit Roma.consil.412.pro habenda,colum.1. in fi.quod & nostra commissio fundatur super eo, ꝙ super una & eadem re,præsertim inter easdem personas coram diuersis iudicibus litigari non debet. Rursus quòd causæ continentia diuidi non debet l.1.ff.de quibus rebus ad eun.iudic.ea. l.ubi acceptum.ff.de iud.l.si nulli.C.eo.l.cognitio.& l.seq.& ibi gl.in uer.ad eundem iudicem.ff.de libe. cau. est etiam tex.ad hæc citari non solitus in l.1.§.fi.C.de assertio.tollen.cap.1.de seque.possess.cap.2.de rescr.lib.6.gl.fin.in l.antepenult.ff.de ui & ui arma. per Spec.in tit.de reconuentio. post prin. Lap.Alleg.78.uacauerat.nu.7.per Sozzi.cons.12. quoniã in præsentiarum,post nu.17.uers.uerum in terminis,intelligendo tamen ut per gl.magnam cir. medium.in c.fin.de iudi.idem Sozzi. consil.41. antequam.post prin.uers.& ne continentia diuidatur. Dec. Neapol. Capit.122. in causa, & per Maria. Sozzi.Iunio.cons.136.iustissimi.nu.5.& seq.lib.2. Amplio conclusionem præmissam, quòd causarũ continentię non sint diuidendæ etiam ad causas criminales per tex.in l.qui de crimine. C.de accus. quem ad hoc ponderat Aegid.Bos.in sua praxi.crimi.tit.de for.compet.nu.114.uers.Et aduerte quia eandem,ubi etiam subdit nonnulla ad declarationem præmissorum.hinc dicimus si plures simul delictum committunt,puta plures Meuium interfecerunt,uel plures rem unam subtraxerunt;ab uno & eodem iudice condendandi sunt.Ias. in l. nulli. nu.3.C.de iud.Fel.in c.ex litteris.in 3.not. de con. Sozzi.Iun.cons.1.lib.2.Amplio,ut creditum diuidi non possit,ut pro parte crediti coram uno iudice,pro altera parte coram alio agatur,gl.in ca.vlti. in uerbo,per uarias literas.& ibi Abb.nu.12. de rescriptis.Gemin.in c.dispendia.eo.lib.6.Sozzi. cõsil.41.colum.2.lib.1.Ias.in allegata l.nulli,num.3. C.de iud.Amplio tertio conclusionem præmissam videlicet causarum continentias non esse diuidendas, procedere tam coram iudicibus ordinarius, quàm delegatis,& hanc sententiam magis receptã puto,quam etiam tenuerunt Bal.Castren.& Ias. in dicta l.nulli.Ioan.Monac.in alle. c.dispendia.de rescrip.lib.6.& Abb.in d.c.ultimo,nu.13. de rescrip. vbi ponderat eandem esse rationem in delegatis,licet Afflit.post alios quos recenset Dec. 354. nu.7. dicat ueriorem esse opin. præmissam conclusionẽ procedere in delegatis tantum. Sic etiã dicimus rei continentiam diuidi non debere. capi. 1. de cã poss.& propri.D.meus Philip.Dec.cõs.33.uiso,colum.3.uers.Et ad hoc etiam tendit alia ratio, quæ in petitione allegatur,& in supradictis locis tractatur etiam,quot modis contingere possit causæ continentiam diuidi; plenius autem uideatur per Afflit.Dec.Neapol.354.in causa reuocationis, præsertim nu.5.& postea nu.13.post.Iaco.de Belui.& Alberi. declarat quinque modis dici continentiam causæ, videlicet ubi est idẽtitas personarum,actionis,& rei petitæ. Secundo, vbi personarum,& rei idẽtitas,licet nõ actionis,vt in petitorio,& possessorio,quæ ab eodem iudice terminari debent, nec causa proprietatis coram uno, illa uerò possessionis coram altero iudice diffinienda uenit,cap.1.de cau.poss.& propri.Aret.cons.29.post nu.24. Sozzi.cons.38.in prin.lib.1. Dec. Neapo.354.numer. 13.Tertiò,ubi est identitas personarum, & actionis,sed non rei,ut in actione tutelæ.Quarto,vbi est identitas actionis tantum, quæ ex uno fonte contra plures procedit.Quinto,ubi est identitas actionis, & rei, sed personarum diuersitas, sicut est in duplicibus iudiciis,iuxta terminos nostros concurrunt illa tria primi membri, uidelicet identitas personarum,actionis,& rei petitæ, unde nec licet eidem ad diuersos iudices ire, seu diuersos iudices impetrare,nec expedit quòd unus unum iudicem adeat,alter uero alterũ.Merito signatura rescriptũ iusmodi signat;hoc mõ uidelicet, Audiat ꝙ pŭenit.

Tertiò pro intellectu Signaturæ pręmisse quęro quis iudex dicat præuenisse iuxta terminos nostros?Respondeo ille,cui prius præsentatum fuit rescriptum, prout concludit Rot.653.not. quòd quando causa committitur duobus D. Auditorib; quòd ille, cui primò est presentata commissio, cognoscit de causa,& 802.Memoriale sit.in antiq. Idem etiam clarè disponitur, ex verbis Innocentianæ supra positis. Aliter concludendum est, videlicet ꝙ iudex primo citans,licet secũdus quo ad rescripti præsentationem præuenisse dicatur. Sola

enim

enim citatio iurisdictionem, siue de ordinaria, siue de delegata loquamur, perpetuat. cap. gratum, & cap. licet, de off. deleg. cap. proposuisti. de fo. compet. Fede. de Sen. cons. 97. quoniam, ubi, & in proprijs terminis nostris est Dec. Cassa. de rescri. 5. & sic præfatæ dec. 653. & 802. in anti. ac Innocentiana quo ad Rotæ Auditores tantum procedit, non autem quo ad alios, immo arguendo à speciali Innocentiana, & Rotæ dec. præfatæ, retorqueri possunt, vt magis faciant pro hanc opin.

Quarto quæro, quid si præsentatæ sint duę commissiones, vna Rotæ Auditori, altera postea alicui ordinario, seu prælato in Ro. Cur. qui tamen prius citauit, quis pręuenisse dicetur? Cassa. præalleg. decis. 5. de rescr. dicit idem concludendum esse, quòd attendatur citatio, & testatur ita conclusum fuisse in Rota, ꝙ iudex extra Rotam secūdus quo ad pręsecutionem, primo tamen citans, Rotę Auditorem præuenisse dicatur, per rationes quas ibi adducit, quas hic non transcribo. Et faciunt adducta supra in præceden. quæst. vbi concludo, de iure præuentionem attendi, quæ per citationem fit, ꝙ etiam probatur, ac ꝙ per citationem solam desinat res esse integra, per tex. in l. si quis postea. ff. de iudic. cap. relatum. de offic. delega. Bald. in l. si pluribus. circa med. vers. primo casu aut est officiū. ff. de leg. primo. Dec. Neap. Afflic. 219. in foro, ante nu. 4. & Decis. Iafre. 60. incip. per solam citationem desinit res esse integra. Et ꝙ per citationem dicatur quis præuenire, concludit Rom. hanc communem asserens, præall. cons. 412. post nu. 4.

Quinto quæro, an citatio nulla, vel illegitima inducat præuentionem iurisdictionis? Pro opinione negatiua adduci potest, quòd nullum, & inualidum inconsiderabile est, & pro nihilo habetur. l. 1. in fi. ff. quod quis. iur. l. 2. §. 1. ff. quemadm. testam. ape. & ad alia quæ adduco in 9. quæstio. regu. de subro. num. 2. cum plur. sequ. & in terminis nostris est tex. in cap. proposuisti, ibi (legitimè citatus) vbi Ioan. Andr. & Butr. de foro compe. Archid. in cap. non ita. cir. princ. 2. quæst. 6. & Roma. pręalle. consil. 112. nume. 5.

COMMISSIO XI.

IVRISDICTIONIS CONFIRMATORIA.

BEATISSIME PATER, licèt deuotus S. V. Orator A. in nihilo teneatur B. occasione prætensi salarij, pro patrocinio sibi præstito, & propterea non debuisset ab eo molestari, dictus tamen B. per viam monitorij R. D. Aud. Cameræ, Oratorem præfatum conuenit, ipsumq; molestare non cessat. Verùm quia dictus Orator instat se absolui ab impetitis, & prætensæ pecuniæ petitæ ascendunt ad summam quadringentorum ducatorum auri, & à plurib. dubitetur de ualiditate iurisdictionis, ob grauitatē summæ, ne contingat in dubium reuocari, tam acta facta, quàm facienda, disputariq; possit de absolutoriæ sententiæ ferendę ualiditate, supplicat S. V. dictus Orator, quatenus eidem R. P. D. Aud. Camerę siue eius D. Locumtenenti committere, & mandare dignemini, quod super præfata prætensa pecuniarum summa, ac molestationibus &c. procedat summariè &c. partibus iustitiam ministrando.

LICET deuotus. Conformitatem hēt cōmissio hæc cum illa commissione iactationum, & molestationum, de qua tractaui supra in 5. formula, illa autem procedit causa per aduersarium non introducta, hæc autem lite mota impetratur, & ut plurimum, non tā pro validanda iurisdictione, vt verba sonant, quàm pro efficienda causa longiori, & nōnumquā immortali, vnde sępè creditori, & iustitiā fouenti expediret vel non litigare, uel statim vinci, quàm diutius litigare. Huc spectat illud Esaię c. 57. (Non enim in sempiternū litigabo.] Et scriptum est Prouerb. 13. (Inter superbos semper iurgia erunt.] Et ecclesiastici. 28. [Abstine te à lite, & minus peccata.) Et dicitur primo Metaphi. (Lis est causa malorum.) Et secundo Metaphi. (Lis est causa corruptionis, & principium eius. Et est bonus tex. in l. minoribus. 25. annis subuenietur. in fin. de mino. (Ad hoc alludit Martialis lib. 7. Ah miser, & demens viginti litigat annis, Quis quam cui vinci Gargaliane licet.)

In nihilo teneatur. Siue iste debitor supponat se nihil debere, siue aliqd se debere sciat, cùm agatur de re implicita, vnde non potest dici vt pręcisè sciat se debitorem in certa quantitate, improbus haberi non potest. per text. in l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. An autem si sciat in aliquo se debitorem, citra calumniam possit totum negare, si ab eo maior summa petatur, quàm vere obligatus sit, magna est inter Docto. altercatio, & diuersa est circa præmissa aduocatorum praxis, vt per Bar. Alex. & Aret. in l. 1. §. Stipulanti, ubi dixi Ias. latè nu. 10. & seq. ff. de ver. oblig. & per D. meum Phil. Dec. in alle. l. non pōt videri, iunc. addi. in uer. in totum. Et pro affirmatiua concludit Paris. cons. 102. ad corroborationē. nu. 13. & sequ. lib. 3. Vide quę scribā in trac. Monitoriorum q. 29. A pręmissa conclusione altera non inutilis elici potest, uidelicet, ꝙ plus debito petens iustam causam litigandi pręstet aduersario super toto. ita Bar. in l. qui solidum. §. ēt. ff. de leg. 2. Ias. in l. properādum. §. sin autē alterutra. post num. 9. C. de iudi. D. meus in alle. l. non potest uideri. nu. 3. communem affirmans. ff. de reg. iur. ac Dida. Couar. li. 1. uaria. resol. c. 2. nu. 5. uers. ad tex. in d. l. qui solidum.

Salarii pro patrocinio sibi pręstito.) Quod honorariū uocare possumus, dummodo non mercenarii quęstus causa a clientibus promittatur, uel malis artibus extorqueatur, iuxta illud M. Tullii pro Pisone. (Qui modus ubi fuit frumenti extimandi, qui honorarii, si quidem pōt ui, & metu extortum honorarium noīari. l. 1.

de uar.& extraord.cogni. Vide Bud.in annot.Pandect.super l.solet.§.quantum ad xenia. ff.de offic. procõ.vbi de honorario aduocationis, patrocinijq; gratia præberi solito, quod hodie potius arbitrariũ vocandum esse ostendit, quod arbitratu eorum statuatur qui accipiunt, non eorum qui debēt. Quid autem dicemus de illis, qui clientibus, ut lites susciant, illasq; etiam iniustas, ut prosequantur, suadent victorias promittentes mendaciisq;, & fallaciis ab ipsis assiduè pecunias extorquent, sanguinẽ eliciunt? Contra hos adduci potest illud Prou.28. (Pro buccella panis deserit veritatem.) Et illud Gen.4. (Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.) Pecunia est quasi sanguis. Vtinam isti à sapientibus principibus, & iustis iudicibus debitis plecterentur pœnis, uel cernentibus omnibus illos terra deglutiret. Boni, iusti, prudentes, integri Aduocati, quos Imperator in l.restituendos. in princi. C.de aduo.diuer.iud. clarissima eloquentiæ lumina appellat, ac periti, experti, & fidi procuratores obseruabunt illud Ecclesiast. c.4. (Congregationi pauperum affabilem te facito.) Et cap.7. (Pauperi porrige manum tuam.) ac Iob.cap.29. (Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam.) Videre poteris quæ scribo in meo tract. Ingratitudinis, dum speciem ingratitudinis aduocati erga clientem pono.

Per viam monitorii. Quæ ordinaria est ad ea quæ adduco in 4.q.31. Reg.

Conuenit. Huic conuento sufficiebat comparere, & monitoriũ negare iuxta cons. Paris. 113. monitorium emanatum. volum.4.

Absolui ab impetitis, Vocatur absolutoria a petitis iuxta tex.in l.Bebius, ad fi.ff.de pact.dot. Item ab impetitis, seu ab impetitione, quando trahens aliquem ad iudicium non probat quæ sibi incumbunt.c.tenor, in princ.de te iudi.c.inter dilectos.in fi.de fid.instr. Rot.460.no. actore.in anti.& in no.15.si in causa.120. actore nõ probante.& 261.licet actor.

Summam quadringentorum ducatorum.) Iurisdictio Auditoris Cameræ quo ad plerasque causas vsq; ad summam ducentorum ducatorum se extendit. Ipsius facultates, & priuilegia inspici debent iuxta tex. in c.porro.de priui.rursus & stilus, & consuetudo.

Validitate iurisdõnis. Auditor Cameræ habet iurisdictionem ratione salarij in Rom.Cu.deseruiti, & contractus in eadem curia initi, de quo nemo dubitat. Sed pulchrum dubium est, quid si conueniendi extra Rom.Cu.sint, & extra terras ecclesiæ, præsertim si tempore deseruiti salarij tales fuerint absentes, uel simus in contractu, seu quasi contractu, an Auditor Cameræ cõtra illos de iurisdictionem habeat? Pro faciliori intelligentia iunioribus præmitto, forum pluril.modis, & ex diuersis causis quem sortiri, ratione scilicet incolatus, ratione contractus, ratione destinatę solutionis, ratione delicti, & ex alijs modis traditis in cap.Romana. §.contrahentes, de foro compet. libro 6.l.vni.vbi glo.& Bartol. C.vbi conue.qui cer.lo.l.fin.C.vbi in rem actio. l.contraxisse. ff. de actio.& obl.l.si vt proponis.vbi Pau.Castren. ff.de fideius. Felyn.in c. dilectus filius 2. de rescri.Iafre. dec.216.incipien.in loco contractus. His pręmissis dico præfatum dubium fuisse aliàs in Rota propositum, vt annotauit Io.Pau. Ptolemęus dec.92. in Vlix bonen. Pecuniaria, Didacus enim Antonius pro nonnullis mercatoribus in materia hæreticæ prauitatis contra Regẽ Portugalliæ causam hic agitauit, bullas, & breuia pro illis expediri fecit, & varias pecuniarum summas pro eis in partibus existentibus, ipse præsens in Curia exposuit per viam monitorij. Coram Aud. Cameræ obtinuit procedi contra dictos mercatores, illosq; declarari, vn àcũ inuocatione brachij secularis: pro parte mercatorũ dicebatur de nullitate monitorij, & censurarum, ex quo Auditor Cameræ non haberet iurisdictionem in non subditos mediatè, vel immediatè: sed replicabatur de facultate Auditoris Camerę, quòd posset monere, etiam extra degentes, suæ tamen iurisdictionis ratione salarij in eadem curia debiti, vel expensarum, seu mutui, vel contractus, in eadem curia initi, non intelligendo si essent suæ iurisdictionis, hoc est immediatè, vel mediatè subiecti eidem, sed intelligendo (& in hoc fuerunt Domini de Rota) quòd essent suæ iurisdictionis ratione salarij, seu contractus, in curia deseruiti, & initi, & personæ, cum quibus est contractum, seu illi quibus inseruitum est, non sint immediatè, vel mediatè subiectæ, sed oriebatur dubium, an ratione salarij, seu contractus, dicerentur iurisdictionis Auditoris Cameræ; ex quo non erant in Curia, cum in cap.fi.de fo.compet.dicatur, quòd quis sortitur forum ratione contractus, prout est etiam tex.in l.secunda.C.de iurisdic.om.iudi.hoc tamen est verũ, si in loco contractus reperiatur. l. hæres absens. in princip.ff.de iudi.vbi per Angel. & Paul. Castren. post nume.2.versicu. in text. ibi. (Si inueniatur.) Et clarius per Curt.Iunio.post nume.3. & post numе.7.distinguentem, & hoc probatur per §.contrahentes, in capitu.primo.de fo.compet. libro 6. vbi primo dicitur, si reperitur in loco contractus, ibi potest conueniri: si extra, potest citari, sed non contra eum vbilibet procedi, excepto si habeat bona in loco contractus, creditor mittatur in possessionem huiusmodi bonorũ ex primo decreto. Et q; non possit excommunicare, dicitur in figuratione casus, & in nota. dicti §. contrahentes, prout per Pet.de Anchar.in 4.not.& per Franc. col.p en. versi.si vero loquimur de iudice cõtractus. R.Domini de Rota cõcluserunt, quòd illi mercatores ab Auditore Cameræ moneri potuerint, & q; validè contra eos processum sit, ratio erat, quia facultas Auditoris Cameræ receperat hanc interpretationẽ, & notarij testabantur, & stilus ita seruatus dat iurisdictionẽ, c.cum cõtingat, & ibi Abb.in 4.no. de fo.comp.& ad alia quæ adduco in 4.q.31.Reg. nu.19. Plura alia adducebam pro Didaco Antonio cuius eram aduocatus, quæ recensere non curaui.

Grauitatem

Grauitatem summæ.

Si magna, summa respectu iudiciorum, dicitur ultra trecentum aureos, & humiliora negotia appellantur infra illam summam, l. fi. iun. gl. quæ sic declarat. C. de peda. iudi. & ad alia quę adduxi supra in 3. formula commissionum, in ver. attenta grauitate grauis, & notabilis summa dicitur, hæc quadringentorum ducatorum. Verum obstare videtur quod dixi super illa formula in dicto ver. attenta grauitate, & prius in ver. valoris, vbi dico causas infra quingentos ducatos non committi regulariter in Rota, ea ratione, quia causæ infra dictũ valorem quingentorum videantur debiles, & modici momenti, si igitur infra quingentos non dicuntur causæ graues, quomodo summa quadrigentorum dicetur notabilis, seu grauis? Pro solutione huius contrarij recurrendum est in primis ad Philosophorum principem in prædicamento, de quanto, dum dicit (Nihil enim ipsum per se ipsum.) expone tu. i. absolutè, vel sine alterius ratione magnum vel paruum dicitur, sed eo quòd ad alterum refertur, vt mons quidem paruus dicitur, milium verò magnum, eo quod iis quæ sunt sui generis maius fit, illud verò ijs quæ sunt sui generis minus, ergo ad alterum est eorum relatio, nam si per se ipsum magnum, vel paruum diceretur, numquam mons quidem paruus, milium vero magnum diceretur. Rursus in vico quidem plures homines esse dicemus, & sic non comparatiuè, Romæ verò paucos, cum sint multo plures, & sic comparatiuè, dicamus igitur quantitatem cuiusque rei duobus modis considerari posse, videlicet, prout est quantitas relata, iuxta primũ modum, summa quadringentorum ducatorum dicetur notabilis, & grauis, iuxt. dictam l. fi. cum glo. C. de peda. iudi. & ad alia quæ adduxi, in dicta 3. formula, in ver. attenta grauitate. Circa secundum modum, summa quadringentorum poterit dici magna, & notabilis, rursus parua, seu modica, prout docet Aristo. in prædica. de quanto text. 27. dum inquit (Amplius autem si sunt magnum, & paruum contraria &c.) Et quòd maius, & minus idem diuersis respectibus dicatur, uide apud August. Bero. in cap. primo. nume. 107. de iudic. Hoc modo etiam intelliges illud 3. Reg. 12. & 2. Paralipom. 10. vbi quòd digitus minimus Roboan Regis maior, seu grossior erat dorso patris sui Salomonis, & sic eiusdem Roboan extremus digitus, minimus erat absolute loquendo, respectiuè vero, & comparatus dorso patris, maximus dici poterat, idque etiam metaphoricè accipere possumus, vt ad potentiam, vires, & animum vtriusque Regis referamus. Ad rem etiam nostram adducere possumus illud Marci 12. ad fi. & Lucæ 21. in princ. vbi quòd vidua illa paupercula plus misit in gazophilatium, quàm alij diuites: habita enim ratione qualitatis personarum, & facultatum ac indigentiæ illius pauperis viduæ, & abundantiæ illorum diuitum illa plus erogasse dici poterat: absolute tamen loquendo mulier illa minimum quid erogauerat. Sic terram absolute loquendo, magnam fatebimur, ut patet ad sensum. Et habes 3. Esdræ 4. (Magna est terra & excelsum est cœlum.) comparatam vero alicui stellarum fixarum, vel firmamento minimam asseremus, immo terram punctum vocabimus, pro quo videtur in 1. cap. Sphęræ, quod terra sit centrum mundi, sub ijs verbis; Ex his colligitur, ꝙ insensibilis est quantitas terræ, quæ est a superficie ad centrum & per consequens quantitas ipsius terræ, insensibilis est, respectu firmamenti. Dicit enim Alphraganus, ꝙ minima stellarum fixarum visu notabilium, maior est tota terra, sed ipsa stella respectu firmamenti, est quasi punctus, multo igitur fortius terra, cũ sit minor ea. Hac distinctione an absolutè, an comparatiuè quid sumi debeat vsu, est glo. fin. iuxta primum intellectum in cap. ut super, de rebus eccles. non alien. pro solutione tex. qui videbatur contrarius in c. terrulas. 12. quęstio. secunda. dicit enim gl. ibi minus utiles terras, intelligamus simpliciter, & absolutè, hic ad aliquid seu comparatiuè. Ad rem nostram redeamus, & comparemus Auditoré Cameræ, & alios quos vis iudices Romanos, uel exteros, non pedaneos, cuiuscunque sunt auctoritatis, & dignitatis Stellæ fixæ, Rotam vero firmamento, quo ad illos causam valoris quadringenrorum ducatorum, grauem & notabilem dicemus: causam uero ualoris quingentotum ducatorum, si non paruam, saltem non magnã dicemus quo ad Rotam, in qua causas maiores, & sedi Apostolicæ reseruatas, vel ad eam deuolutas, & alias graues cognosci, & discuti, ac terminari conuenit, ea præsertim ratione, quia Auditores Rotæ creari solent doctores optimi, & in toto orbe excellentiores, quibus, & non doctoribus mediocribus, vel doctorellis causæ grauiores, & in apicibus iuris consistentes, etiã per summum Pontificem committi debent, vt uoluerunt Innocen. in capitulo, cum in cunctis, de electio. & alij per me relati in capitulo primo. post nume. 2. de probatio. Magnas & paruas causas alibi respectu personarum vocabimus, vt docet Lap. in sua pulchra alleg. 49. licet materia. post nume. 8. versic. & causæ dicuntur magnæ & paruæ respectiuè. Et alio modo quæ dicantur causæ arduæ, & graues, quas etiam prælatus absque consensu capitali, seu conuentus tractare non potest, videatur in dicta allegat. præsertim numero sexto & 8. & per Abba. Felyn. & omnes in capitulo, edoceri. de rescript.

Sententiæ ferendæ validitate.)

Sententia inualida esset, si iudex cui vsque ad certam summam iudicare concessum est, de maiori summa iudicaret. l. de qua re. §. primo. ff. de iud. l. penulti. §. fi. ff. de iuris. om. iudi. l. certa ratione. ubi Paul. Castren. summat, ꝙ si iudex excedat metam suæ iurisdictionis, non ualet sententia ipso iure. C. quando prouo. non est neces. l. fi. iun. summario Albe. in hæc verba (Excedenti iurisdictionem re, loco, persona, vel tempore, non paretur impunè.) & Fulgo. ibi ampliat quando est excessum in quantitate, vt et per Ias. ibidem in prin. ff. de iuris. om. iud. Spe. de senten. §. iuxta propositionis seriem, post nu. 8. versicu. item est nulla ratione quantitatis.

Ac molestationibus De quibus tractauimus supra in sexta formula. Poterit iudex simul cognoscere, seu tentare, & perpetuum silentium imponere, tam super summa petita absoluendo côuentum, quàm etiam super molestationibus, vt in alleg. Dec. 460. in antiq. & 120. & 261. in nou.

Procedat summariè. Oculis intuenti linceis apparebit id quod supra annui, quòd commissio huiusmodi regulariter non impetratur pro valida, & indubitabili reddenda iurisdictione, pro qua forsan sufficiebant facultates hactenus cô cessæ in materia salarij, item sat fuisset ipsius conuenti consensus, alleg. l. de qua re. §. iudex qui vsq; ad certam summam iudicare iussus est, etiam de re maiori iudicare potest, si inter litigatores côueniat. ff. de iudi. l. inter conuenictes. & de re maiori apud magistratus municipales agetur. ff. ad munici. pulchre per Saly. contra Bal. in d. l. certa ratione. post mediû, versi. & contra prædicta videtur. C. quâ. prouo. non est necess. quem sequitur Gui. Papæ deci. Grationo. 285. statuto præsentis. At commissio similis plerunque potius impetratur, pro differenda lite, & ad diffugiêdum processum executiuum, solutionesq; debitas differendum.

COMMISSIO XII. LITERIS NON REPERTIS EXPEDITIS, censeantur non expeditæ.

COMMISSIONIS huiusmodi formulam duplicem posui in 12. q. Regu. de non iudi. iux. for. sup. num. 4. & 6. vbi etiam tracto de negatiua eiusque probatione. ibi dictis, & 6. quest. nu. 4. & 9. de infirm. ubi et de negatiua loquor, addo uidendum esse Bal. in l. cû mulier, post nu. 8. vers. subsequenter quæritur, statuto cauetur. ubi subtiliter de probatione negatiuę. ff. sol. matr. Spec. in tit. de proba. §. probare. col. 1. cum plurib. seq. & plenius p Roma. in l. in illa. ff. de ver. obl. & ibi etiâ per Rip. nu. 11. cum plurib. seq. ubi tractant, quotuplex sit negâ tiua, & quando, per quem, quô, & super quibus probet, seu probari debeat, uel possit. uideantur et gl. in ver. negatiuam. in c. cum ecclesia Sutrina. & ibi per Abb. & latius per eundem Rip. nu. 70. cum plurib. seq de cau. poss. & propr. & num. 82. prosequitur modum probâdi per scripturam, & ante ipsum Afflic. de negatiua per scripturam probanda pulchrè tractat deci. Neap. 324. agitur causa nu. 13. Videre etiam poteris Reper. Inquisit. in ver. negatiua, & quæ ibi addo. Addo et pro comprobatione dictæ formulæ commissionis, ꝙ non solùm illa sit iuri canonico, & ciuili conformis, immo & iuri diuino, ponderando subtiliter verba Neemiæ, aliâs 2. Esdrę. c. 7. versus fi. (Hi quæsierunt scripturam suâ in censu, & non inuenerunt, & electi sunt de sacerdotio.) si facta diligentia de reperienda scriptura in libro, in quo illa describi verisimiliter potuerat, in quo aliæ similes alios concernêtes descriptæ erunt, illaq; nô apparête, effectum est, ut quidâ de sacerdotio eiecti sint, quâto magis côueniet remedium nostrę commissionis circa ea quæ non sunt tanti præiudicij quâti erat cassatio, remotio, seu eiectio a sacerdotio? Et de probatione negatiuę, vide omnino Marti. de Fano in tract. Qualiter negatiua probetur. per Fran. Cur. in trac. de testi. côclu. 2. & 15. cum duabus aliis seq. Pro positionibus, & articulis super negatiua, vide Alex. in l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. obli. ubi etiâ de cl'a (Quòd fuit præter id, & absq; eo.) & pro bona probatione negatiuæ deponentibus testib. quando non posset habere alia bona quin testes scirent, vide cons. Roma. 145. ad fi. Et pro praxi huius nostrę commissionis, vide Fely. in c. illud. ante nu. 8. de pręsump. ver. Et idem si fortè probaretur collationem factam in tali loco, in quo semper registrarentur collationes, & ostenderetur illam, de qua asseritur, non esse registratam, quod notandum esse dicit. Et de probatione aliquem non soluisse gabellam: aliquem nô esse de collegio, & similibus per scripturâ probandis. Bar. in l. si. in 1. not. C. de reb. cred. & in l. 3. C. de agen. in reb. li. 12. Et de probatione negatiuę per exploratores à iudice deputandos habemus tex. in l. cum quidam ita fideicommissum, cum l. sequ. ibi explorandumq; est. ff. de leg. 2. per Bart. in l. in illa stipulatione, uersus fi. ff. de verb. obli. per Ias. in l. rê quæ nobis, post num. 39. vers. Sed ego habeo, ꝙ negatiua. ff. de acqu. posses.

COMMISSIO XIII. FERIIS NON OBSTANTIBVS.

DIGNETVR S. V. committere & mandare Reuer. P. D. Auditori Cameræ, seu illius Locumtenenti, quatenus in causa & causis inter deuotum S. V. oratorem A. & B. aduersarium, de & super &c. in quibus ad plures actus iudiciales processum extitit, procedat ferijs generalibus de mense Iulij indictis, & adhuc duratibus, illis diebus, quibus procederetur si feriæ indictæ non forent, attento maximè quia causa est super negocio executiuo, cum potestate citandi &c præmissis, &c.

DVOBVS modis per cômissiones ferijs derogatur, vno principaliter, & de per se, vt in formula præmissa, altero accessoriè, & per clausulâ in commissione causæ, vel rescripto ad vnum finem impetrato, apposita postea clausula pro hmôi derogatione, puta. committi facio causam, seu lite pendente

pendente impetro commissionem super confirmāda iurisdictione super præfixione termini, uel super aliquo incidenti, post illa uerba generalia in commissionibus semper apponi solita, videlicet præmissis ac constitutionibus, & ordinationib. apostolicis; addo clausulam (Ferijs generalibus indictis, & adhuc durantibus, & seu imposterum indicendis, stilo palatij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.) Signatura rescribit (Audiat N. citet, inhibeat, procedat ut petitur ferijs non obstantibus, & iustitiam faciat.) Pro causis in Rota raro ferijs huiusmodi derogatur, duplici præsertim ratione. Prima est (quia ut pluries dixi) in ea causæ graues, & mature decidendæ vetilantur, nec eis conuenit nisi statutis temporibus cognosci, & decidi. Altera est, quia licet causa in Rota committatur uni Auditori, ille tamē cām cum omnib. alijs confert, datis dubijs particularibus ad causam facientib. nec quid etiam minimū, si aliquid ambiguitatis habeat, indiscussum omittit, & non solum super una quaque causa, sed sup uno quoque puncto singuli Auditores a litigantibus, eorumque procuratoribus, & Aduocatis tam super facto, quàm in iure informantur. auditor causæ bene instructus merita uel totius causæ, vel dubium datum concernentia refert collegis, uotaque cuiusque exquisitissimè, adamussimq. rogat, iux. tex. in l. 2. iunct. gl. in uers. deliberatione. C. de senten. ex breui. reci. Nec referens in causa a se recitata uocem habet. Hæc qui latius uidere uoluerit, ad libellum D. Antonij Massę de usu iudi. Pala. Aposto. dum de Rotæ Auditorio pulchrè, & diffusè tractat, recurrat. Ex iis facilè colligi potest, non decere quoad causas Rotales feriis passim derogare, uacationum enim tempore Auditores vel simul non conueniunt, uel raro. Rursus Auditor Rotæ de consensu coauditorum pronuntiat in cā, vt etiam testatur post Spec. Card. in cle. Auditor. nu. 10. in 7. q. de rescrip. Et hoc clarè demonstrant verba cuiuslibet sententiæ Rotalis, quæ sunt. per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de Dominorum coauditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus &c. Addo quòd tanta est inter Rotæ Auditores conformitas, & coniunctio, vt quilibet ipsorum in vim commissionis generalis subrogatus, possit coauditoris defuncti, uel absentis sententiam latam nondum subscriptam subscribere, & sæpe ita obseruari uidi, & habemus Decis. Pereg. Fab. 4. alias 23. de iudiciis, ubi quod in Legion. Parrochialis coram ipso 10. Iunii. 1547. ꝑsentato sibi regestro causę, in qua bo. me. Thomas de Thanis pronuntiauerat, instabatur ut ipse sententiam subscriberet, fuit propositum in Rota. an posset huiusmodi sentētia subscribi ex commissione generali, siue speciali? Domini pro affirmatiua concluserunt, ut etiam conclusum fuit in Astoricen. canonicatus, & præben. coram D. Maceraten. nec pro hæc citatione requiritur citatio partis pro ut hæc habemus in Dec. Putei 352. incip. fuit dubitatum. in vna Astoric. lib. 1. Nō deerūt qui putet ex sola Rotæ obseruatione hęc hactenus usitata, quasi aliter de iure respondendum esset. prut probari posse uidetur ex illa conclusione, quòd successor in officio non possit intentionem, seu animum sui pręcessoris, uel prędecessoris declarare. prout uoluerunt Barto. in l. inter stipulantem. §. si sticum. cir. fi. uers. Idem puto in iudice. ff. de uerb. obl. Bal. in l. 2. col. 2. uers. sed nunquid hoc potest. C. de senten. ex breui. reci. & in l. ædita. colum. 9. in 10. opp. C. de æden. Angel. in l. ex facto. in princip. versic. Interu. ibi solet interprætari. & Imol. in 3. not. ff. de vulgar. & pupil. Felyn. in c. per tuas. in 2. not. de simo. & in c. cum uenissent. col. 2. vers. potestas interpretandi. ibidem. D. meus, col. 2. uers. Et successor in officio. de iud. Lanfran. in repet. cap. quoniam contra. in uers. interlocutoria. uers. ulterius dubitat Rebuff. in l. quod iussit. ff. de re iudic. in 2. no. nu. 164. Fateor quòd in propriis terminis iuris facile esset hunc Rotæ stilum impugnare. Verum iuxta tex. in l. minimè. ff. de legib. mutāda nō sunt quę diu certam interpretationem receperunt pro quo etiam stilo adduco Bart. in l. ab executore, col. 3. uers. in contrarium uidetur. ff. de appell. Bald. in l. terminato. col. 2. uers. Quęro successor. C. de fruct. & lit. expen. Ad omnia contraria, & dubia remouendum annuebam decens esse, quòd dominus Auditor, qui subscribit sententiam per Coadiutorem latam, omnino uideat acta omnia ab integro, prout aliàs ego exclamabam contra vnum qui dicebat sibi licere non visis actis sententiam subscribere, tandem obtinui, inter alia adducens notabile dictum Boni. de Vita. in cle. 1. num. 73. de prob. ubi si Papa mandet Auditori ꝙ apponat sigillum instrumento sententiæ per prædecessorem latæ, ꝙ debet uidere processum, & ita obtinui in causa Brixien. fructuum pro Patriarcha Cōstant. Limito hanc meam opin. ꝙ si causa, in qua prędecessor pronuntiauit, de recenti discussa fuit, votaque omnium Auditorum annotata fuerunt super resolutionibus factis, tunc non requiratur tanta diligentia nouę uisionis processus. Nec quis miretur me alterum ex præmissis in subscriptione sententiæ a coauditore prout in cedula latę ita pręcisè requirere. ex ijs enim coniecturæ elici poterunt, per quas iuxta receptiorem opi. ad huiusmodi subscriptionem, seu mētis alterius declarationē perueniri debeat, ꝑ ea, quæ uoluerunt Bar. in l. inter stipulantem. §. si sticum. uersus fi. uer. Sed quid si post sententiam apparet incertitudo dic ꝙ si q̄dem ex actis apparet certum, præsumitur iudicē de eo sensisse &c. & ibidē Imol. col. 1. uers. Itē præ dicta procedunt. & col. fi. uers. Item adde. & Alex. super gl. in vers. actori. & Ias. col. fi. vers. Item per prædicta. ff. de uerb. oblig. Ang. in præalle. l. ab executore vers. Ideo autem permittitur. & Imol. col. 4. vers. Vlterius iuxta prædicta. ff. de appell. Alex. in l. ex facto. vers. Item addo. ff. de vulg. & pupil. Nicel. in cōcor. 282. & 323. Fel. in c. cū venissent, col. 2. uers. sed vbi agitur de interpreta tione ex verisimilib. coniecturis. de iud. Rebuff. in l. ꝙ iussit. in 2. not. ff. de re iud. nu. 165. Quandoq. etiam derogari vidi feriis quo ad causas Rotales, ꝙ tripliciter accidere potest. Vno modo si aliqua causa grauis, propter aliquod dubium quod discutiendum in

Rota remansit, superuenientibus ferijs generalib. terminari non potuit. Papa nonnunquam præsertim utraque parte supplicante mandat Dominis Rotæ Auditoribus, ut simul aliquib. diebus in loco, in quo maluerint conueniant, causamque illam ferijs non obstantibus decidant. Secundo, si obtinetur quòd super uno incidenti tantum dicti. N. Auditores procedant, puta super concedendo, uel denegando mandato de manutenendo; super remissoria, vel compulsoria speciali decernenda. Tertio modo, si simus in executiuis, maximè si causa alicui Auditori cum clausula (Extra Rotam) commissa sit, concedi nonnunquam consueuit huiusmodi feriarum derogatio, & tunc in corpore cõmissionis ab his qui sapiunt, post illa uerba (Eidẽ D. Auditori committere, & mandare.) hęc vel similia ponuntur uidelicet (Vt solus in domo habitis votis duorum ex Dominis coauditoribus procedat.) vel sic (vt nullis uotis Dominorum Coauditorum habitis solus in domo procedat ferijs indictis non obstantibus.) Aliqui uerò addunt. (Et quatenus opus sit cum opportuna relaxatione iuramenti de nõ expediẽdo aliquam causam cum alijs Dominis Coauditoribus non collatam, & communicatam.) per supradictam clausulam tria impedimenta tolluntur. Primum est feriarum. Alterum ꝙ non omnium, sed duorum tantum coauditorum uota requirantur, uel iuxta secundam formulam, quod nullus Coauditoris uotum requiratur.

Tertium, quia aliàs in loco, ubi maiores ius reddere soliti sunt, litigantes comparere deberent, ibique actus iudiciales exercere. l. si locus. ff. de iudi. l. cum sententiam. C. de sentent. & interlocuto. l. pe. in fi. cum ibi not. ff. de iuſ. & iur. Nec domi Rotæ Auditor sententias proferre consueuit, nec ea expedire quæ sunt magni, & irreparabilis præiudicij, sed quædam leuiora, prout per Rot. Bella. 659. dicta compulsio potest fieri extra iudicium, & in domo. Per hãc derogationem feriarum, de qua in nostra formula, non censetur derogatum ferijs indictis in honorem Dei, vel sanctorum per rationẽ de qua infra. Interim sciendum est, ꝙ sæpe in commissionibus, in negotijs præsertim executiuis, ac breui manu terminandis, apponi cõsueuit clausula. (quod Auditor Cameræ, seu alius ordinarius procedat iuxtum stilum ordinarium suæ Curiæ, etiam singulis diebus & horis, feriatis, & non feriatis.) & tunc signatura addere solet hæc uerba uidelicet. (Præterquam in honorem Dei.) Vidimus etiã quibus ferijs derogatum esse censeatur per huiusmodi commissiones, seu clausulas in commissionibus prædictis contentas. Nunc autem uidendum est unde dictæ sint istæ feriæ, quid sint, & quot sint earum genera.

Ferias. Vel aferiẽdis uictimis, & holocaustis, q̃ offerebant, ut p̃ Abb. super rub. de fer. ad fin. uel ab epulis ferendis dictas autumant. Ferias dies cessationum ab opere, seu iurgijs, vel forensib. actibus describũt, feriatosque dies, dies ociosos nuncupant, feriatus enim, & ociosus idẽ significat. Cice. de Natu. Deo (Epicurei Deos feriatos uolunt cessatione torpere.) Hinc Sabbatum (quo ab omni opera, & actione seruili & mũdana cessabant) cessationem, seu requiem interpretabantur. Leuit. c. 23. ad fin. (die. 1. die. 8. Erit Sabbatum. i. requies) & Deut. c. 5. (Septimus dies sabbati est. i. requies.) Ferias etiam hodie Romæ vacationes nũcupamus. i. cessationes, seu immunitates. Ferias sanctas, celeberrimas, & sanctissimas populo Israelitico datas legimus Leuit. c. 23. (Habebant etiam sacerdotes gẽtiles suas uacationes). Cicero. 4. Acad. (Sed cum sacerdotes Deorum vacationem habeãt quãto æquius &c.) sunt & uacationes militiæ. Cæsar. li. 6. Belli Galli. (Militiæ uacationum, omnium que rerum habent immunitatem.) Feriæ item militares dicuntur induciæ, sed treugæ, securitates, & fiduciæ pręstitæ rebus, & personis ad certum tempus discordia nondum finita, de quibus per Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de tre. & pace late per Iul. Ferret. de ferijs & inducijs milita. Feria etiam pro die accipitur. hinc ecclesia dicere consueuit, feria prima. i. prima die ebdomadæ, feria secunda. i. secũda die, ita accipitur in c. non liceat quinta feria. & c. seq. de conse. dist. 3. in eodem significatu. alia tamen ratione accipi debere affirmo in c. augurijs & incantationibus seruientem similiter iudaicis superstitionibus, uel ferijs inhærentem a conuentu Ecclesiæ separandum præcipimus. seruientem ferijs expono. i. obseruantem dies puta faustos, vel infaustos. prout per Arch. super d. c. augurijs. Feriarum autem species diuersæ fuerunt, aliæ enim publicæ, aliæ familijs quibusdam propriæ, illarum quatuor erant genera, prout per Macro. li. 1. Saturna. c. 16. Statiuæ uniuersi populi communes erant, quæ certis, & constitutis diebus fiebant, in quibus seruabantur Agonalia, Carmentalia, & Supercalia in honorem Panos Dei pastorum. Conceptiuæ, quæ quotannis a magistratibus, uel sacerdotibus concipiebantur in dies certos, uel incertos, hæ erant latinæ, quibus pro communi totius latij salute Ioui latiali sacra fiebant ex præscripto uetusti fęderis inter Romanos, & Latinos. De his loquitur Cice. 1. de Natu. Deo. Nam cum ferijs Latinis ad eum ipsius rogatu, accersituque uenisset. Erant et Sementinæ, & aliæ, de quibus per Macro. supra adductum, & per Bud. in annot. in pand. super l. 2. §. & hæc omnia. ff. de ori. iur. Imperatiuæ, quas Consules, vel Prætores pro arbitrio indicebant pro salute reipublicę, vel principis, aut ob rem fœliciter gestam. Nundinæ quoque paganorum, ac rusticorum erant, quibus ab omni opera rustica uacabant, ad mercatumque ac leges recipiendas intermisso rure Romam ueniebant, vti ex Macro. libr. 1. Saturna. colligitur, Rutilius (inquit) scribit Romanos instituisse nundinas, ut octo diebus in agris rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure ad mercatum, legesque accipiendas Romam venirent, & vt scita, atque consulte frequentiori populo referrentur. Colum. in præfat. operis. Nundinarum etiam conuentus manifestum est propterea usurpatos, ut nonis tantummodo diebus res vrbanę agerentur, reliquis administrarentur rusticę, illis enim temporibus Proceres ciuitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum

blicum

blicum desiderabatur villis accersebantur in senatum &c. Pro quibus videatur Bud. in Annot. in Pande. super l. 2. ff. de nudi. post verba græca Platonis à se restituta. Nundinas Isido. Ethimo. lib. 4. c. 34. de mensibus, in fin. describit esse publicas cõuentiones, siue mercimonia. Erant etiam propriæ familiæ feriç, vt Claudiç feriæ, & Aemiliç. Item singulorum, vt natalitiæ feriæ .

Feriarum hodie duo genera affirmat esse Azzo in sum. C. de fer. aliàs enim solemnes vocat, alias repentinas, videlicet quas Imperator indicit, uel quiá natus est ei filius, vel in commemorationem hostilis subiugationis. Solemnes autem statuuntur quadrupliciter vel ob reuerentiam Dei, vel in honorem principis, vel ob honores ciuitatum, vel ob necessitates hominum, vt per eundem Azzo. ibi & per Hostien. in sum. extra eod. qui quasi per eadẽ verba loquitur. per Specu. eo. titu. in prin. per canonistas super rub. eo. & per Abba. in c. conquestus. numer. 8. eod. Nos dicere possumus, feriarum aliquas esse in honorem Dei, vel sanctorum. de consecra. dist. 3. c. 1. Secunda est species feriarum, quæ repentinæ dicũtur (de quibus supra) quæ sunt gratia, & in honorem principis, quæ a principe solo indici possunt. l. à nullo. C. de fer. Tertia species feriarum est ob honorem principis, puta si natalitius sit ipsius dies. l. fi. ibi. (Etiam si in nostrum ortum, aut natalem celebranda solemnitas inciderit.) C. de fer. Et apud Horat. episto. ad Torquatum, li. 1. Cras nato Cæsare festus Dat veniam, somnumq; dies. Dies et creationis, & coronationis ipsius principis feriatus est. l. omnes dies. §. nostris etiam diebus, quos & lucis auspicia, vel ortus imperij protulerunt. C. eo. & notauit Alcia. in l. si calumnietur. §. post calendas. ff. de uerb. signifi. Vota vniuersalia concipi solita ob diem Imperij. Quarta, ut dies natalitij vrbium maximarum Romæ, & Costantinopolis, præalle. l. omnes, versi. His adijcimus natalitios dies urbium maximarum Romæ, & Cõstantinopolis, in quibus debent iura differri, quia ab ipsis nata sunt. Hæc vltima verba corroborant rationem statuti nostri Romani cap. 37. libr. Reformat. sub rub. quòd seruetur ius commune. Hodie super die natalitio vrbis Romæ habemus etiã statutum vrbis lib. 4. cap. 27. sub rub. de fer. cuius uerba sunt hæc, Mense Aprilis 21. Natalem vrbis celebramus. Omitto hic discutere, an loquatur statutum de prima fundatione vrbis, quæ fuit sub libra iuxt. carmen Manilij celeberrimi poetæ Romani. Hesperiam sua libra tenet, qua maxima Roma condita. an uero de secunda fundatione sub leonis signo. Quinta species feriarum est gratia messium, & vindemiarum, quæ dicuntur inductæ ob necessitatem hominum, de quibus in l. 1. & 3. & l. præsides. ff. de fer. c. fi. ad fi. eo. Rursus quòd sciente, & tolerante summo Pontifice pro tempore existente festiuitates, & feriæ huiusmodi seruentur, verum hæc diligentiorem, & exquisitionem discussionem requirunt. Rursus feriæ aliæ sunt ciuiles, de quibus in l. si feriatis. ff. de arb. & toto tit. ff. & C. de fer. Aliæ canonicæ præallega. cap. 1. de conse. distin. 3. & ca. fin. de fer. Aliç imperiales. l. à nullo. C. eo. Aliæ prætoriæ. Aliæ municipales; vt quando populus per suum statutum rationabile ferias inducit, vt sunt feriæ nostræ Romanæ, de quib. infra. Aliç cõsuetudinariæ, vt qñ cõsuetudine, feriç inducuntur. l. si in aliquam. ver. & ferias secundum mores, & consuetudinem, quæ retro obtinuit dare. ff. de offi. procon. Romæ ferias descriptas habemus in statutis vrbis. lib. 1. cap. 99. ru. de ferijs. & lib. 4. cap. 27. & c. seq. disponitur, in quibus causis feriæ non obstent. Et descriptæ reperiuntur feriæ huiusmodi in quodam folio, seu libello nuncupato, festa capitolina: & illæ feriæ seruantur in curia capitolina. Pro Rotæ vero auditoribus, & alijs iudicibus ac tribunalibus non capitolinis ferias descriptas habemus in folio nuncupato, festa Palatij apostolici. Redeo ad principale quæsitum, & respondeo considerandos esse duos casus. Primus erit iuxta clausulas formulæ commissionis, suprapositæ, & concludendum est derogatum esse solis ferijs generalibus, sic enim illas appellamus quas iura ferias messium, & vindemiarum nuncupant, de quibus in l. 1. in l. solent, & in l. seq. ff. de fer. & in c. fi. ad fi. extra eo. & indiciante diem decimã mensis Iulij consueuerunt feriæ huiusmodi, quæ etiam vacationes dicuntur (ut supra dixi) & habetur in Dec. 140. incipien. tempore feriarum, siue in vacationibus potest suspendi petitorium &c. in nou. De quibus vacationibus loquitur etiam Vita. in cle. sæpe, in 13. not. numer. 35. de verb. sign. & durant vsque ad Calendas Octobris, si dies ille est dies lunæ, mercurij, uel veneris, alioquin ad vnum ex dictis diebus proximiorem, quo die adueniente vnus ex R.D. Rotæ auditoribus astantibus alijs, aduocatisque, procuratoribus, & magna litigantium, & aliorum corona, orationem habere consueuit, & talem vt ad vrbem redijsse putes L. Crassum. M. Antonium, M. Tullium, F. Quintilianum, & similes: leguntur eo die nonnullæ põtificiæ constitutiones ad notarios eiusdem tribunalis illiusq. obseruationem, & alia iudicibus, iudiciis, ac collitigantibus decentia, & conferentia continentes. & reassumuntur causæ, & solitæ audientiæ tenentur. Ex licèt secundùm iura duo mẽses feriati sint, messiũ videlicet alter, alter vindemiarum, iux. tex. in l. omnes. in prin. iun. gloss. 2. C. de ferijs. Feriæ tamen tales sunt triũ ferè mensium. Et q̃ de illis ferijs tantummodo interpretatio facienda sit, quæ sub nomine vacationum generalium veniunt, patet ex illis verbis cõmissionis videlicet. Ferijs generalibus de mense Iulij &c. Rursus ex alijs videlicet, illis diebus, quibus procederetur si feriæ indictæ non forent. Vnde si quæramus, an stante derogatione huiusmodi, si dies lunæ, vel veneris feriatus sit in honorem Dei, illa die procedi possit in causis, clara est responsio q̃ non, tum propter verba prædicta, tũ per tex. in l. f. C. de fer. & c fin. extra eo. tum, quia stantibus duobus impedimentis vno sublato, alterum remanet. l. qui neque sequantur. §. solutum. ff. de verb. signi. c. pastoralis. de priui. ca. ex tuarum. de aucto. & vsu pal. c. 2. de fil. presbi. Rot. 468. extra Rotam. col. 2. uersic. & sic primo. in nou. Hinc vi-

videmus, q; stantibus duobus impedimentis matrimonij; non sufficit si in dispensatione vnum exprimatur. Io. And. super arbore affinitatis, post princ. Abb. in cap. non debet, qui concordat opiniones, de consan. & affin. sic nos dicamus, quòd duo aderant impedimenta, vnum quia propter ferias, seu vacationes generales ius reddi non poterat. Alterum quia dies illa supponebatur feriata in honorem Dei, sublato igitur per rescriptum primo impedimento, remansit alterum. Secundus casus est iuxta illam clausulam de qua supra videlicet. (Etiam singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, quibus ferijs derogatum esse censeatur.) Quòd ferijs in honorem Dei, vel sanctorũ non sit derogatum, si signatura addat prout supra videlicet. (Præterquam in honorem Dei,) non cadit disputatio. Sed si omittat illa verba, adhuc idem dicendum erit; generalis enim, vel indistincta exclusio feriarum non excludet has, quæ fauorabiliores, & potentiores sunt, alijs enim vel aliquibus ex illis potest de consensu partium renunciari, & ualet processus de consensu partiũ factus. l. 1. & l. si feriatis. ff. de fer. l. si feriatis. iun. sum. Bal. ff. de arbit. istis verò in honorem Dei renunciari non potest, nec subsistit processus factus etiam de consensu partium, præalleg. l. si feriatis, iun. glo. 1. in fi. & ibi per Bar. & Bal. ff. de arbit. gl. fin. in l. omnes dies. C. de fer. Abb. in ca. fin. col. 4. eo. restat vt videamus, an sicut præfatæ clausulæ rescriptorum prima videlicet. (quod procedat feriis non obstantibus illis diebus &c.] Secunda uero [q; procedat singulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis] non excludunt ferias in honorẽ Dei, & sanctorum, ad supra adducta, pariter non derogant ferijs creationis, & coronationis Papæ? Quòd prima clausula non deroget, ultra supra adducta constat ex illa ponderatione, illi diebus, quibus procederet si feriæ indictæ non forent, sed si feriæ indictæ non fuissent non posset procedi his diebus, præalleg. l. omnes dies. §. fin. C. de fer. ergo nec feriis indictis, nec illarum derogatione obtenta. quantum vero ad secundam clausulam, satis dubium uidetur, an illis diebus creationis & coronationis procedi possit, & pro affirmatiua argui potest sic, exceptio firmat regulam in non excepti. Bar. in l. 1. post gl. & Dyn. in fi. ff. de reg. iur. in l. lutius. §. pluribus. in fi. ff. ad trebel. & in l. in his. ff. de legib. & secundum aliquos etiam ampliat. c. dominus. iun. glo. 1. 32. quæst. 7. Bal. in cap. 1. in princ. 2. col. 2. per quos fiat inuesti. Gemi. in c. qui ad agendum. §. sed si aliquis, vers. sed quæro an, quod hic dicitur. de procu. libr. 6. vbi infert ad procuratorem constitutum ad omnia excepto q; non possit iurare de calumnia, vel iuramentum deferre, concludit q; iste poterit omnia speciale mandatum requirentia, quæ sine illa exceptione per verba generalia non potuisset, per Alexan. in l. fin. num. 4. & ibi Ias. versus fin. ff. quod quisque iur. siue supponamus adesse illam exceptionem à signatura indifferenter addi solitam videlicet: (Præter quam in honorem Dei] siue non adesse, sed exceptionem hanc à iure tam ciuili, quàm canonico eliciamus, in non exceptis firma erit regula, q; per illa verba (etiam feriatis, & non feriatis) his etiam diebus feriatis creationis, & coronationis procedi possit. Accedit q; in casu nostro adsunt verba ita generalia vt comprehendere debeant omnes dies feriatos exceptis illis in honorem Dei, argum. tex. in l. de pretio. ff. de publici. l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. iun. gloss. in vers. quod autem, quod procedit etiam si maior ratio sit in uno casu quàm in alio. l. in fraudem. in fin. ff. de mili. testa. præceptor meus D. Phi. Dec. consi. 5. in causa num 21. & cons. 27. & pro virili numer. 7. versi. ex quo enim generaliter dicit de beneficiis &c. Contrarium seruari vidi, & sic in illis diebus, non obstantibus dictis verbis non proceditur. Nec mirum, feriæ enim huiusmodi in honorem vices in terris gerentis Dei introductæ sunt argum. text. in cap. fin. ibi. (Tunc enim sicut illius locutenens honorificabitur.) 93. distinctio. per Aret. super rub. Insti. de exceptio. num. 5. uersi. secundo ex dicta glo. & ad nota. per Alexan. super rub. ff. de offi. eius. num. 15. & per D. meum in ca. sane 2. de offi. deleg. Item cum Papa sanctus, immo sanctissimus dicatur, & esse præsumatur. c. sacrosanctæ. 22. distinct. c. 1. versi. quis enim sanctũ dubitat esse, quem apex tantæ dignitatis extollit? 40. distinct. sicut feriis in honorem sanctorum per illam, & alias clausulas non derogatur, ita nec illis in honorem summi Pontificis. Et quòd feriæ inductæ in honorem summi Pontificis dicantur in honorem Dei. not. Bald. in l. si ut proponis 1. versi. pone, Perusini induxerunt ferias propter felicem aduentum summi Pontificis. C. quomo. & quan. iud. & Bald. sequitur Io. Firma. in suo Reper. in ver. feriæ propter aduentum Papæ. Hic subiiciam plures quæstiones in materia feriarum, quibus sæpissime locus esse poterit. Plura de feriis quiuis legere poterit apud Macrob. li. 2. Saturnal. sub titu. de varietate dierum.

Primò quæro, an aliqui actus iudiciarii fieri, & exerceri possint tempore feriarum? Respondeo negatiue, & quòd die feriata ad aliquem actum iudiciarum procedi non possit, probat tex. in l. 1. ff. de fer. in l. fin. C. eod. & in cap. fina. vbi omnes, extra eod.

Secundò quæro, an feriis non obstantibus libelli oblatio subsistat? Respondeo quo ad ferias in fauorem hominum concludendum esse affirmatiuè, per text. in l. miles. §. sexaginta. ff. de adulte. Quantum verò attinet ad ferias in honorem Dei, communior opi. est pro negatiua. Et quòd dictus. §. sexaginta, non procedat in die feriato in honorem Dei prout voluit Bart. in l. nequicquam. §. de plano, versi. & licet iudex. ff. de offi. procon. idem Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. de plano, ibi, & die feriata ob necessitatem hominum. Antoi de Butr. in cap. 1. de libel. obla. Abb. in ca. fi. post num. 17. de iudi. post Ioan. Andr. in addi. ad Specu. titu. de libel. concep. §. nunc videamus. Iacob. de S. Georg. in l. 1. nume. 15. ff. de fer. Maran. in suo Specu. in 3. membro iudicii, dum de libelli oblatione tractat. numer. 13. vbi hanc magis communem testatur, recensens illos postea, qui contrarium

rium tenuerunt. Tu autem distinguere, & limitare poteris prout per Abb. in dicto cap. fin. de iudi. & latius per Felyn. ibi num. 9. in quatuor declaration. Pro opin. affirmatiua vltra citatos per Maran. vide etiam Mil. in reper. in uersic. feriæ non impediunt libellum offerri. Et Sozi. Regu. 92. fallen. 7. si modo fallentiæ illæ Sozzini sunt. ac Gui. Papæ Dec. 215. an executio. col. 2. versic. Item dari potest libellus.

Tertiò quæro, an citationi obstent feriæ? licet diuersæ fuerint opinio. etiam iux. diuersitatem casuum, generaliter respondere possumus quòd sic, si sunt feriæ in honorem Dei l. fin. C. de fer. & colligitur ex ijs quæ voluerunt Bar. in tracta. citatio. quæstione. 6. & 7. vbi opin. hanc dicit communē Ias. post alios in l. 1. §. nunciatio, post num. 8. versi. In quantum quærit, vbi hanc veram, & communem asserit, & ex latè cumu. per Maria. Sozzi. de citatio. art. 19. num. 3. cum pluribus sequen. & per Maran. in suo Specu. in 15. dubio prin. quando debeat fieri citatio. num. 19. vbi hanc communem testatur, subdens, & de die feriata ad honorem Dei est expeditum quòd non ualet citatio, nec commissio iudicis, nec relatio nuncii. Et de relatione nuncii quòd die feriata fieri non possit, habes singu. 21. Pau. Cast. quod incipit, relatio nuncii non potest fieri die feriata. Et de commissione, ac decreto citationis, ac executione quòd de iure die feriato in honorem Dei fieri non possint, habes apud Mil. in reper. in vers. feriatis diebus aliis quàm in honorem Dei. Et de citatione die non feriata ad diem feriatam, rursus die feriata ad non feriatam, vide Sozin. Reg. 92. fallen. 11. & 12. Hic reassumēda esset distinctio, quam faciunt Bald. in 1. lectu. & Iaco. de S. Geor. in l. si feriatis. numer. 7. ff. de fer. videlicet ut primus actus si commissio iudicis de citando. Secundus executio illius commissionis. Tertius actus comparitionis. Quartus actus relationis nūcii. Quintus actus pcessus. Verū quantum ad citationes pro Rom. Cu. siue extra eam, siue hic executioni demandentur diebus feriatis, pro non feriatis subsistebant, & validę habebantur, & ita stilus Rom. Cur. habebat, prout etiam per Bart. dicto tracta. de citatio. quæst. 7. & Ias. in alle. l. 1. §. nunciatio post num. 8. versi Tamen consuetudo indistincte admittit. Et quòd ad executionem extra Rom. Cu. exequendam quolibet die illa petebatur, & decernebatur, & relatio nuncij, vel cautius notarij in partibus exequentis etiam quolibet de annotabatur, & communiter à tergo ipsius citationis. Pro præmissis uide etiam glo. in uer. festiuis, in clemen. vni. uersi. si verò, de for. comp. & omnino Rot. 467. si committatur. in no. & Mil. in suo reper. in verb. feriatis diebus alijs quàm in honorem Dei. Hodie nemo citatur die festo, nec Romæ, nec alibi, & sic seruatur dispositio l. fin. C. de fer. & sic præconis horrida nox die feriata in honorem Dei, & sanctorum silet. Citationes hic in Rom. Cur. quomodo fiant, & quod petitio, seu instantia partis ac decretum citationis hic omittantur, seu supponantur, ostendi in gl. Facul. in §. & proprium, in uers. citationib. versic. citandi mos, & ordo.

Quartò quæro, an testibus obstent feriæ in honorem Dei? Distinguendum est, aut loquimur quo ad iuramenta testium die feriata. Aut quo ad depositionē, seu examen. primo casu respondendū est affirmatiuè. In secundo uero negatiuè, & pro vtroque membro videas Specul. titul. de ferijs. §. 2. numer. 6. versi. Quid si tunc testis. Bal. in addi. ad ipsum, dicto tit. versus fin. versi. testis non potest iurare glo. 1. in clem. uni. de offi. dele. uers. & talis actus fieret die feriato. Bar. in l. si quando. in 1. lectu. nnmer. 2. C. de testib. Fede. de sen. consi. 144. diffinitiua. versi. hinc est quòd examinatio testium. Abb. num. 9. & alij in cap. 1. de fer. Guid. Papę Dec. 125. practicatur. post princ. uersi. Item etiam si iurent die non feriata. & Dec. 215. an executio. num. 3. versi. Item etiam examinatio testiū. Fallit primum membrum in testibus senibus, & ualetudinariis, ac absuturis. cap. quoniam frequenter, ubi Abbas, Felyn. & alii. ut lit. non contest. gl. in vers. ętatis. in fin. in l. eadem, & ibidem Iacob. de S. Georgio. numer. 6. ff. de feriis. Ad perpetuam rei memoriam testes tempore feriarum examinari posse affirmat Bal. consil. 2. vol. 3. & consequenter ꝙ etiam iurare possint, attamen voluit ꝙ dicto tempore feriarum non possint publicari, nec illorum vigore reus condemnari possit.

Quintò quæro, an instrumenta per notarios diebus feriatis in honorem Dei cōfici possint? Pro opinio. negatiua ponderari potest generalitas tex. in l. fi. C. de fer. & pro hac opi. concludit Amanuel. de cla. aquis, Syngu. 2. incipien. tex. est, & allegatur quòd instrumentum factum die feriato non valet. opin. affirmatiua est uerior, & communior, pro qua concludunt Specu. titu. de feriis, §. 2. num. 5. vers. Quod si in feriis. Abbas in cap. fin. post nu. 16. de fer. Soz. Reg. 92. in 9. fallen. Ioan. Firmia. in tracta. de episco. lib. 1. par. 1. colum. 6 nu. 18. versi. sed quæro an instrumenta. Maran. de ordi. iudici. in 16. distin. iudiciorum. post num. 62. uers. Item potest notarius. Et respondent ad l. actus omnes. C. de fer. ꝙ procedat in actibus contentiosæ, non voluntariæ iurisdictionis.

Sextò quæro, an tutor, uel curator dari possit in die feriata? videtur distinguendum, quòd aut loquimur in ferijs hominum causa introductis, & affirmatiuè respondendum sit. Aut in feriis in honorem Dei, & negatiua sit verior prout distinguit & concludit post Ant. Nic. Mil. in reper. in uersi. Feriatis diebus hominum causa. Tu dic ꝙ tutor, seu curator etiam die feriato in honorem Dei dari potest, nisi fiat cum inquisitione iudice pro tribunali sedente. Hæc est uera, & communis opi. quæ comprobatur ex text in l. eandem. iun. declaratione Alberi. de Rosa. & Bald. ibi in 1. lectu. in princ. & Iacob. de S. Georg. numer. 2. ff. de fer. ex cap. fin. uersic. pietas. extra eod. Idem voluerunt Specu. titu. de feriis. §. 2. numer. 7. & 8. versi. Ergo & tutores. & post vers. Quod autem de tutoribus. Bar. in l. nec mandante. §. dari, & And. Barba. ibidem in Apostil. ff. de tuto. & cur. dat. ab his. Idem Bar. in l. diuus. ff. de fer. Bald. in l. actus. nu. 3. C. eo.

Fran. Aret. conf. 95. respondendum. nu. 4. Io. Firm. in reper. dum quærit tutor quando detur, in uers. tutor etiam die feriata in honorem Dei. Idem voluit Iasfre. hanc communem affirmans Dec. 352. in cip. Die feriata.

Septimo quæro, an decretũ in alienatione rei minoris interponi possit die feriata in honorem Dei? Videtur affirmatiuè respondendum per text. in l. actus. C. de fer. iun. ijs quę uoluit ibi Pau. Castren. vbi miratur de his qui contrarium tenent, eo prætextu quòd in hoc causæ cognitio adhiberi debeat in fauorem minoris, ipse enim respondet quod hoc non obstat, ex quo non admittitur contradictor proprium interesse prætendens, quo fit ut nõ dicatur contemnosæ iurisdictionis. Et quòd illa causę cognitio de plano fieri possit, & quòd non est propriè actus iudiciarius, qui dirigatur contra certum aduersarium.

Contrariam opin. & sic negatiuam ut ueriorẽ, & communem amplector, quam tenuerunt Spec. eo. tit. de ferijs. §. 2. in fi. uers. Sed nunquid decretum super alienatione. Bal. in d. l. actus. in 2. quæst. & Saly. nu. 3. ubi etiam rationem subdunt pro eorum opinione, quam ueram affirmant. Idẽ uoluit Guid. Papæ q. Delphi. 215. an executio, ad fin. vers. An decretum possit interponi. Mil. in Repe. in ver. feriatis diebus non potest interponi decretum. Iaco. de S. Georg. in l. diuus. num. 7. ff. de fer. & Iasfre. Dec. 353. decretum iudicis. vbi hanc communem opin. testatur.

Octauo quæro, an alimentorum constitutioni obstent feriæ? Pro parte negatiua habemus tex. clarum in l. 2. ibi alimenta constituantur. ff. de fer. & concludunt Spec. eod. titu. §. 2. post nu. 7. uersic. Alimenta constituentur. Bar. in l. Mela. in fin. prin. ff. de ali. lega. & Iacõ. de S. Georg. in alle. l. 2. nume. 4. & ante Maran. de ordi. iud. in 9. distin. prin. iudicio nu. 52. vers. 6. est summaria causa alimentorũ, quia expeditur de plano, & etiam in die feriata. Verum dubitari posset, an idem dicendum sit in ferijs in honorem Dei? Tu dic quod etiam in illis idem sit, prout uoluit Marian. Sozzin. de citatio. art. 19. nu. 7. in 2. fallen. Et ratio quam præfati supra citati adducunt, non minus in ferijs honorem Dei, quàm in aliis locum sibi uendicat. c. fi. ibi [vel pietas suadeat.] de fer. Ioan. Firma. in repert. in in uer. feriatis diebus Dei, quæ causæ tractari.

Nonò quæro, an actis factis in curiis nundinarum per statutum oppidi, ubi nũdinæ fiunt, introductarum obstẽt feriæ in honorem Dei? Hoc quæsitum latè ad partes discutit Rober. Maran. in suo Spec. in 16. distin. Iudicio. ante nu. 63. usq. ad 70. dic ut ibi per ipsum, qui pro opin. negatiua conclu dit, congruè ad contraria respondens.

Decimò quæro, an debitor suspectus de fuga capi possit die feriata in honorem Dei? Concludo ꝗ sic, ex quo periculum est in mora, & processus cõtra eum factus tali die subsistit. glos. sing. in l. fin. in uers. si deiussoris, quam Bart. in l. 1. not. & alii ibi sequuntur. C. de fer. idem Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. nu. 3. ff. quæ in frau. credi. Bal. in l. sicut proponis. 1. nu. 3. uers. Quæro an feriæ prosint debitoribus. C. quomo. & quan. iud. Paul. Castr. in l. diuus, uersus fi. ibi (nisi fieret contra suspectum, & fugitiuum.) ff. de fer. & Ias. in l. 1. §. fin. nu. 9. ubi alios ad idem citat, ff. eod. idem Ias. in l. unum. colum. 3. uers. Quarto istud probo. ff. si cert. peta. ubi etiam quòd consuetudo comprobat hanc opin. Iacob. de S. Georg. in l. eadem. nu. 8. ff. de fer. in tracta. carceratorum. qui ascribitur Bar. cuius tamen non est, n. 12. uers. circa secundũ uidelicet an. Mil. in reper. in uers. feriatis diebus etiam in honorem, & Fel. post alios in c. fi. nu. 14. de iud. Mar. Sozzi. de citatio. art. 19. post princ. uers. Sed si indigeret celeritate. Rober. Marã. in suo Spec. in 16. distin. iudicio. nu. 68. uers. similiter limitatur. Amplio etiam ad suspectum de fuga in causa criminali, prout supponit Mil. ubi supra, uers. Et hoc uerũ etiam in criminali, & uoluit Iac. de S. Georg. in l. diuus. nu. 3. ff. de fer.

Vndecimò quæro, an feriæ etiam in honorem Dei obstent iudicio super re breui tempore perituta? Exemplum in causa mea aliàs super damnis mihi illatis in segetibus, & granis in meo prædio, seu Casali Mazalupi, per 40. equas Hospitalis S. Spiritus de Vrbe, asserebam omni die in hac causa procedi posse, & die etiam festo eligi debere peritos, transmitti ad uisionem loci, & damni dati, ea præsertim ratione, quia nisi statim aspiciatur damnũ superueniente pluuia difficile postea discerni, & cõsiderari potest quale, quantumve fuerit, quidve ꝓpterea statuẽdũ sit. Et si cõcedit, rurĩ operã dare feriis nõ obstãtib. operaq. q̃dã rurulia exercere, ne occasione momenti pereat cõmoditas, cęlesti prouisione concessa. l. omnes iudices. §. ruit. ff. de feriis. Petrus de Vano. in praxi notariatus. titu. de beneficio, nequis uocetur in ius die feriato. nu. 6. non minus concedi debet quolibet die probatio, & discussio, ac inuestigatio etiam per uisionem, & inspectionem, cui data aliquali mora amplius locus esse non posset. Hinc notarũt Bart. in l. 1. & Apostil. ad eum in uer. debet expediri. ff. de glan. legen. c. licet. & ibi Abb. ac gl. fi. uersus fin. in c. fin. in illis verbis, vel peritura. de fer. Idem Bartol. in l. diuus. vers. quòd etiam intelligo. ff. eo. Ant. de Butr. Abb. & Felyn. colum. vltim. & alii in c. fin. de iud. Idem Felyn. in c. Ecclesię S. Marię. num. 32. de constitu. feriatis diebus etiam in honorem Dei procedi posse quando res est tempore petitura, uel ipsum de quo agitur cito corrumpitur. idem uoluerunt Mil. in reper. in uers. feriatis diebus etiam in honorem Dei procedi potest. Alex. in l. diuus. post nu. 3. uers. Et potest procedi quando res esset tempore perititura. ff. de fer. Iaco. de S. Georg. in l. 1. §. 1. nume. 13 ff. eod. & And. Tiraq. de ut. retra. pax. 1. §. 1. glo. 11. post num. 12. verſ. ut etiam in simili dicimus quòd feriis. Hęc, & alia adducebam in causa mea. Verũ quia Reuerendiss. D. Cyrillus dicti hospitalis Pręceptor meritissimus rogauit me ut a lite huiusmodi recederem, præceptoris Pręcibus, immo apud me potius præceptis statim obtemperaui. illicoque a lite huiusmodi destiti, humanius etiam putans pio, & sacro loco cedere, quàm cum eo contendere.

Duo-

Duodecimo quæro, an in causis criminalibus contra famosos delinquentes procedi possit ferijs in honorem Dei non obstantibus? pro opin. negatiua pondero tex. in l. 2. in prin. ibi. (Reliquæ causæ, vel lites quiescant.) C. de fer. Causæ criminales propriè causæ dicuntur non minus quàm ciuiles, prout etiam probatur ex illis verbi Nume. ca. 35. (Decernite, quæ Vrbes esse debeât in præsidia fugitiuorum, quod nolentes sanguinem fuderint, in quibus cum fugerit profugus, cognatus occisi nõ poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur) Probatur etiam ex definitione, seu descriptione causæ, de qua in cap. forus. de verb. signifi. rursus ex illo versi. dicti. c. forus. Accusator vocatus est quasi causator, quia ad causam vocat cum quem appellat &c. & ex tex. in l. in criminibus. quæ est. 1. iun. fin. ibi. (Et ideo minoribus in hac causa.] Et iun. rub. C. si ad uer. delict. Quæ tanto magis suadentur ex illis verbis præalle. l. 2. C. de fer. ibi. (Reliquæ causæ, vel lites.) Tum quia etiam lites exprimantur propter ampliorem significatum, tum etiam quia dictio (reliquæ) generalitatem ostendit, & omnes causas comprehendere debet. ad text. in l. potest reliquorum appellatio, & vniuersos significare. ff. de verb. signi. & ad alia quæ adduco in 4. quæst. 16. Reg. Cancell. in prin. iux. 2. Editio. Pondero etiam text. in l. publicas, ac fiscales causas, iun. gloss. 1. ibi. (secus in paschalibus, vel similibus.] C. de fer. Causæ autem huiusmodi fiscales dicuntur, seu inter fiscales connumerantur, vt omnes norunt, & probatur ex tex. in l. 1. & alijs. C. ubi cau. fisca. Rursus conclusio hęc comprobari etiam videtur ex generalitate l. fi. C. de fer. Postremo pro opin. negatiua habemus casum legis videlicet text. in l. quadraginta. ibi [Omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum.) C. eod. Et licèt Bal. in l. 3. versi. collige quod feriæ introductę in honorem Dei non habẽt locum in istis, qui commiserunt crimina enormia. C. de episc. audien. contrarium sentiat, ipse tamen incontinenti ab illa opi. recedit, pro hac opin. negatiua concludens, dum subdit, sed veritas est quod immo habet locum nisi periculũ sit in mora; quasi dicat quod remoto periculo moræ, & sic regulariter feriæ etiam in istis qui grauia crimina commiserunt, locum sibi vendicant. Idem videtur velle Iacob. de S. Georg. in l. diuus. num. 2. ibi (in ferijs autem introductis in honorem Dei constat non posse procedi.) Et prius præmiserat, quod feriæ rusticales obstant causis criminalibus præterquam contra insignes latrones. Et Nic. Boe. dec. 259. Iudex, qui condemnauit. numer. 8. versic. Nec pariter debent procedere ad quæstionem, & torturã &c. & post versi. Nec profectò in crimine læsę maiestatis &c. Pro opin. verò affirmatiua habemus text. pulcherrimum in l. prouinciarum. C. de fer. Pro hac opin. faciunt rationes adductæ in tex. dictæ l. 3. versi. Sed ab his secernimus. C. de epi. audien. Hanc opin. affirmatiuam tenuerunt etiam gl. fin. ibi (Pax scelus admissum.) Et Abb. in c. fi. post num. 14. versi. item circa punitiones, & quæstiones habendas in latrones. de iudi. Fran. Aret. consi. 90. respondendum. num. 5. Mil. post Ant. de Butr. in reper. in vers. feriatis diebus etiam paschalibus, & in vers. Feriatis diebus potest fieri executio contra publicos latrones. & postea ad fin. vers. Non in ferijs in honorem Dei nisi contra publicos latrones. Io. Firma. in reper. in vers. feriæ in causa criminali. vers. Item nisi contra famosos latrones, & quisquis ille fuerit in tracta. Carcerum, qui falso Bartolo ascribitur. num. 12. vers. in criminalibus autẽ puto, quod quacunque die potest fieri captura personalis, si sit crimen graue. Nic. Boe. præalle. Dec. 259. qui postea in hac opin. residere uidetur, ante num. 9. præsertim versi. Et tamen captura personæ fieri potest die feriata, & pariter tortura propter immanitatem criminis &c. Rober. Maran. in suo Specu. in 16. dist. Iudiciorum. ante nume. 8. versic. Et inter alia. Ego secundam opin. veriorem puto, & hæc seruatur. Iudices tamen difficiles esse debent in procedendo super delictis diebus in honorem Dei feriatis.

Decimotertio quæro, an sententia excommunicationis tẽpore feriarum lata liget? Hanc quęstionem ad partes discussam inuenies per Fed. de Sen. cons. 11. quæritur an excommunicatio, & per alios Doct. in responsionibus quæ post dictum con. positæ sunt. Et in summa, ex omnibus ibi hinc inde adductis, melior, & probabilior videtur opin. Fed. & Lapi Abb. pro par. affirmatiua, cum quibus residere videtur Abb. in cap. fi. post nume. 16. & sequen. de fer. ubi tamen nume. 17. legendum est; licèt enim tunc sit iniusta, non tamen est nulla; in libro meo deest negatiua. Et Abb. ampliat ad ferias etiam in honorem Dei. Eandem opin. affirmatiuam tenuit Mil. in reper. in versi pul. feriatis diebus potest ferri sententia excommunicationis. Gui. Papæ dec. 125. an executio. column. 1. versi. Et similiter excommunicatio, & absolutio. Idem concludit Sozzin. vel quisquis is fuerit. Reg. 92. fallen. x. incipien. fallit in sententia excommunicationis, & citat Lap. consi. 12. seu 13. dic quod intellexit de responsionibus Lapi Abb. post dictũ consi. 11. Fede. positis, & ibidem etiam ampliatur opin. Fed. de Sen. seu Lapi Abb. ad ferias in honorem Dei. Idem etiam voluit sequens Fede. de Sen. Io. Firma. in reper. in ver. Ferię non vitiant sententiam excommunicationis: pro quo etiam citat Specu. titu. de ferijs. §. 2. versi. porro. nu. 7. ibi excommunicare, & absoluere.

Decimoquarto quæro, an appellatio die feriata etiam in honorem Dei validè interponatur, & prosecutio exerceatur? Circa primum membrum affirmatiuè respondendum est. Circa secundum negatiuè, per tex. in l. 1. ubi etiam gloss. Bart. & alij. C. de fer. glo. in vers. dicta, versi. Sed non tanta. in cap. appellatio. de appel. lib. 6. Anto. de Butr. & Abb. in cap. fin. post num. 13. versi. Fallit primo in appellatione. & ibidem Felyn. numer. 10. de fer. Pet. de Ancha. consi. 261. visa plena facti, in princ. Nic. Mil. in reper. in verb. feriatis diebus etiam in honorem Dei potest appellatio interponi. Guid. Papæ dec. 215. an executio. col. 2. ibi appellatur coram iudice. Fel. in c. cum M. post nu. 56. vers.

vers. Et hinc est quòd potest appellari, de consti. & in c. fi. nu. 10. in 6. declara. de iudi.

Decimoquintò quæro, an sententia executioni demandari possit ferijs non obstantibus? Hic caderent plures distinctiones, quas videre poteris apud aliquos ex docto. infra citandis. veræ autem conclusiones mihi videntur, prima ꝙ exceptis ferijs in honorem Dei executio ferijs non obstantibus fieri possit. c. fin. de iudi. Bart. in l. 1. §. nunciatio. num. 20. ff. de nou. oper. nunc. & in l. ait prætor. §. si debitorem. post. nu. 3. ff. de his quæ in frau. credi. Bal. in l. eadem, in 1. lectu. col. 2. uer. sed ipsa executio, & ipsa captura potest fieri tempore feriato messium, non tempore feriato in honorem Dei. ff. de fer. Feder. de Sen. consi. 144. diffinitiua sententia. Alexan. consi. 130. in causa. nu. 2. volum. 4. & consi. 53. quæritur. num. 7. volum. 5. Mil. in Reper. in vers. feriatis diebus potest fieri executio, vers. Contrarium in hoc. Altera conclusio sit, quòd et executio, quæ causæ cognitionem non requirit, omni die facta subsistat, licet in diebus feriatis in honorem Dei, iuxta quorundam opinio. fieri non deberet, cum tunc non fiat absque scrupulo conscientiæ, nisi immineret fugæ, seu rei peremptionis suspicio, uel aliud considerabile periculum, quibus etiam cessantibus nuda executio die festo facta tenebit. Pro quibus vide Ant. de But. & Abb. in cap. fin. num. 20. de iudi. ac Aret. ibidem. & Felyn. num. 3. versi. Contra Abb. pro hac conclu. etiam adduci posset præalle. consil. Fede. de Sen. 144. diffinitiua, dum ad probandum, ꝙ executio sententiæ fieri possit diebus feriatis, subdit, hinc est quòd examinatio testium in qua non adhibetur causæ cognitio, potest fieri etiam in die dominico. nisi enim prius intellexisset de ferijs etiam in honorem Dei, eius illatio non fuisset congrua, & proportionabilis. Et pro hac opin. eundem Fede. de Sen. citat, licet ipse ut ꝑmisi aliter postea sentire videatur Nico. Mil. in reper. in vers. feriatis diebus potest fieri executio sententiæ. Vide omnino Guid. Papæ Dec. 215. an executio, & Apostil. ibi positas.

COMMISSIO XIIII.
ATTENTATORVM.

BEATISSIME Pater, Lite & causa in sacro Rotæ Auditorio coram N. inter deuotum S. V. oratorem P. reum conuentum ex vna, & quendam R. actorem de & super simplici beneficio, &c. rebusque alijs &c. partibus ex altera, lite sic indecisa pendente, præfatus N. de iure suo parum confidens, assertum Vicarium episcopi adiit, à quo prætensum mandatum de immittendo in possessionem extorsit, temereque, & de facto, dictoque oratore saltem legitimè non citato in possessione dicti beneficij se intrusit, fructus vsurpando bonaque plura tam dicti beneficij, quàm oratoris propria vsurpando, & in suos damnabiles vsus conuertendo. Et quia pater sancte, in præiudicium, & vilipendium litis in sacra Rota, vt præmissum est, pendentis, ac in graue damnum ipsius oratoris ad præmissa, & forsan alia processum, & deuentum fuit, oratorq. cupiat attentata, & innouata huiusmodi, & alia quæcunque, via iuris reuocari facere, ad suamq. priorem possessionem, in qua prius erat, restitui, fructusque, & alia bona recuperare, Dignetur S. V. causam, & causas attentatorum, & innouatorum quoruncumque eidem R. P. D. N. audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum emergentibus, incidentibus, annexis, & connexis, summariè, &c. committere, & mandare. Cum potestate præfatum R. omnesque alios, &c. citandi, nec non dicto asserto Vicario, seu quibus, & quoties opus fuerit, etiam sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, & pecuniarijs eius arbitrio moderandis, ne in præiudicium litis pendentiæ huiusmodi aliquid de cætero contra Oratorem, ipsiusque bona attentare, seu innouare præsumant inhibedi, attentata & innouata quæcumque in primis, & ante omnia reuocandi, & in pristinum statum reducendi & reponendi, bona occupata restitui faciendi, aliaque, &c. præmissis, &c.

LITE & causa in sacro. Si auditorium, iudicium, Palatium, & tribunal Imperatoris, eiusque procerum sacrum dicitur. l. 2. in prin. C. de legib. l. præcipimus, in pluribus locis. l. in offerendis. in princ. l. penultim. & fin. §. in refutatorijs. C. de appel. in authen. de admini. offi. in sacris appel. cir. princ. quanto magis Auditorium Rotæ sacrum, & sanctum nuncupari debet? vbi de sacerdotijs, & alijs rebus sacris vt plurimum agitur, & discutitur. Ipsique R. Domini Auditores sacri sunt, tum ꝙ ius canonicum, & diuinum profiteantur, sacrosque, & sanctos habeant mores, sacrisque saltem sint initiati, ac sacra tractent: tum denique ꝙ sacro, & sanctissimo, summoque Pontifici assistant, illique ac etiam Deo ipsi continuo inseruiant, merito Auditorium Rotæ sacrum, apud sacrum, & celeberrimum templum diui Petri constitutum fuit: licet enim iura prohibeant iudicia apud ecclesias exerceri, ad text. in c. 2. de immuni. eccle. lib. 6. de quo etiam per Bart. in l. actus. C. de ferijs, ea obtinent in iudicibus laicis, secularibus, & profanis. Amplio ad arbitria per generalitatem regulæ l. 1. ff. de arbit. & in terminis voluerunt Imol. & Abb. in ca. quintauallis. de iureiuran. & Lap. Abb. & Ancha. in alle. c. decet. de immu. eccle. lib. 6. Dogma Platonicum super ijs, in Rotæ Auditorio omnino verum redditur, quod inuenies in 6. dialogo, de legibus, quo præcipitur templa circa forum statui. iuxta hæc magistratuum, iudicumque palatia, in quibus quasi sacratissimis iustam, & accipient, & ferent sententiam, partim quidem tamquam de rebus sacris iudicaturi: partim vero tamquam iudicantium deorum ibi sint delubra.

Auditorio. Si Auditorium sumeremus ꝓ scholis, iux. text. in

in l. lecta est in auditorio Aemilij Papiniani.iun. glo.1.iux. primam expositionem.ff.si cer.pet.prout etiam Auditores pro discipulis, vel scholaribus accipiuntur.l.cum scriptum esset.vers. Deberi ei legatum Offilius Cascellius,item & Seruij auditores retulerunt.iun.glo.in verb. auditores.i.discipuli.ff.de do. præle.l.quæsitum.post prin. ibi. Et ita Seruium respondisse auditores eius referũt. ff.de fun.instru. & postea ver.puto igitur etiam focariam. verè, & summo iure Rotæ auditorum scholis Iurisconsultorum, philosophorum, ac oratorum æquiparari poterit, immo omnibus illis præferri. Verum si Auditorium, vt magis conuenit, sumamus pro tribunali, seu iudicio iux.secũdam interpretationem dictæ glo. in l.lecta, & iux. tex. in l. minor autem magistratus.ff. de mino. in præalle.l.præcipimus.l.penul.& l.fi.C.de appel.& in l.mulier quæ duobus, quæ est 22. post princ.ibi Scæuola diuum Marcum in Auditorio de huiusmodi spetie iudicasse refert.ff.ad trebel.in l.1.ibi, sed ipsum adesse auditorio debere.ff.an per alium cau. appel. Et sic etiam sumitur Actuum apo.cap. 25. versus fin. [Et introissent in Auditorium cũ tribunis.) Ab hoc doctissimo, & integerrimo Rotæ Auditorio reliqua Christiani orbis Auditoria, tribunalia, & iudicia tamquam à diuino quodam exemplari procedendi in causis, illasque deciden di ritus, formas, regulas, ac normam accipiunt, & cuius auctoritate res iudicatæ, præiudicatæ in omne æuum creduntur. Nec inter doctos scriptores aliquis reperitur, qui ad sacra Rotæ decreta non secus ac sitibundus ad limpidissimum fontem non currat. Si Solino credimus, duo fontes erant apud stagnum Gelonium, quorum alter campos steriles fęcundabat, huic fonti Rotam comparemus à qua doctorum scripta alioquin sterilia, fertilia, frugifera, ac fructuosa redduntur. Nec ab re magnus ille in theoria,& praxi doctor Gui. Papæ in præfa. Dec.Grationo. profitetur se stilum, seu morem decisionum. Rotæ imitaturum, dum inquit ritum Decisionum Rotæ Cu. Ro. insequendo. Demum si iux.opin. Bud. in l.fin.ff.de senato. dum de Curia Galliæ loquitur illa amplissima vocari meretur, ac maiestatis plena,cuius auctoritate rata, irritaue principum acta nec ipsis quidem recusantibus fiant, vnaque illa curia sit à qua sibi ius dici Principes legibus soluti ciuili animo ferant, quam auctorem fieri sacrandis promulgandisque sanctionibus suis velint, & cuius opinio tãta sit apud omnes,quanta Pythagoræ apud Pythagoricos fuit,cuius decreta ius ab auctoritate sũpserant, tantumque opinio præiudicata maiestatis illius curiæ valeat, ut nullus non satis esse putet dicere, Curia ipsa ita censuit. Quid dicendum erit de sacro Rotæ tribunali, cuius integerrimæ censuræ, sanoq. indicio & curia illa amplissima Galliç, eiusque Principes, & Rex ipse, & non solũm ille vnus Potentissimus Rex, sed & alter non minoris potentiæ,ditionis,& maiestatis Hispaniarum Rex, sed & Reges omnes, & ipse etiam Augustus Imperator Christianæ religionis assertor libenti, ac hilari animo se supponunt.Postremò si Regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini à finibus terrę voluit tentare eum in ęnigmatibus,& docuit eam Salomon omnia verba quę proposuit, dixitque illa, Verus est sermo quem audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi donec ipsa veni,& vidi oculis meis,& probaui, ꝙ media pars mihi nunciata nõ fuerit:subdens, maior est sapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui, 3.Reg.c.10.& 2.Paralip.c.9.Quanti faciendi erunt nostri pręclarissimi auditores duodecim, duodecim inquam Salomones, quorum sonus, decreta, sententiæ, ac sapientia in omnem terram in dies exeunt, ad quos,eorum tribunal,eorum sapientiã eorum iudicia ex omni climate populi confluunt, nemoque hactenus sani capitis inuentus fuit qui non eos, eorum tribunal, sententias ac decreta in omnibus comprobarit. Addo ꝙ Domini Rotæ Auditores habent honoris causa panem à palatio, sicut etiam Cardinales, siue panem ciuilem nuncupemus,prout per Luc.de pen. in rub.C. de annono.ciui.li.11.siue panem honoris,prout per Sarnen.in 13. quæst.Regu.de Impe. ben.fami.Cardi. num. 13. Decens etiam esset, vt omnia cibaria ab eodem Palatio haberent,vt habebãt sacerdotes ex publicis horreis Pharaonis.Gene.cap.47.salarium etiam vel præmium publicum valde eis conferret. De auditorio plura videre poteris in tracta.Imperato.Restau.Castal.quęst.79.nu.4.& sequen.

Conuentum. Idest in iudiciũ vocatum, seu citatum. Cicer. in Verrem actio. secunda, (Non dubitat quin, si ipse verrem conueniat, æquitate causę auctoritate sua commouere hominem.) l.2. §.omnes.& §.seq.& l.hæres absens.in princ. ff. de iudi.c.quoniam frequnter.§.si autem super actione personali conueniatur. ut lite non conte. Conueniri etiam quis dicitur, quando extra iudicinm interpellatur.c.2.cum ibi nota.de accusa.communis tamen vsus loquendi est in contrarium,cui stãdum est.l.librorum.§. quod tamen Cassius.ff. de leg.3.c.ex literis.de sponsat.

Reum. Qui dicitur quicunque in litem adducitur, etiã si nihil admiserit idest,qui in iudicium pro re aliqua petitur,seu conuenitur,vel cuius res in iudicio tractatur. Cic.2.de Orat.(Reos appello non modo eos qui arguũtur, sed omnes de quorum re disceptatur.) cap.forus. vers.Reus à re quæ petitur.de verb.signif. Et reus dicitur defensor seu qui se defendit.l.cũ quis, quæ est 38.§.de pecu.iun.glo.hoc ipso ver.ff.de fideius. Reus etiam dicitur accusatus M. Tullius ubi sup. & l.vestem, quę est 39.iun.glo.1.ff.de iniu.l.fi.iun. glo.1.ff.de sepul.vio.l.penult.ff.de præuaricat.l.3. cum glo.1.& 2.ff.de publi.iud.l.is qui reus,ibi,sed innocentia reus purgetur, & l. inter accusatorem, & reum.ff.eo. Reus criminis pro condemnato accipitur in l.defuncto eo qui reus fuit criminis. ff.eo. Reus criminis factus pro accusato accipitur in l.verò sciendum,quæ est 9.eo.ibi. Et ideo si absolutus fuerit.non enim potest dici condemnatus, & absolutus, hæc enim contraria sunt.receptus in reum

quis

quis dicitur post litem contestatam.l.hoc accusare, quæ est.12.ff.de accusa.l.si maritus sit.versic.præscriptiones.ff.de adult.& utrobique gl.reus fieri.i.accusari.prælle.l.hos accusare.§.omnibus.iun.gl. ff.de accus.capitis reus.i.accusatus de crimine capitali.l.capitis reus.iun.gl. ff.eo. Reus etiam.i.nocés licet non accusatus.iuxta tex.in l.cum falsi,quæ est 12.iun.gl.iuxta 2.intelle.ff.de falsis. Fideiussor etiā reus nuncupari potest.l.stichū, quę est.96.§.quod vulgo.iun.gl. ff. de solutio. pro præmissis facit totus tit.ff.de custo.reo. uide etiam Aemil.Ferret. in notis suis ad tit.Inst. de duob.reis stip.& promitt.

Quendam

Hoc pronomine uti solemus aduersarium nominando,quasi in contemptum,& spretum,uel tamquam de homine tenui, uel uili loquamur, prout apud Cæsarem.lib.2.belli ciuil.versus fi.(Qua fuga Fabius Pelignus quidam ex infimis ordinibus, &c.) & lib.5.Belli Gallici.(Et Q.Iunius ex Hispania quidam.) sic accepit Cice. pro A. Cluentio dū inquit (Interim Oppianicus ut erat, sicut multis ex rebus reperietis singulari scelere,& audacia per quendam Gallicanum similiarem suum primum illum,&c.) Et postea [Tum repente Anconitanum quendam Lucium Clodium pharmacopolam circumforaneum,&c.) Et in eadem oratione (Est hic Enniles egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici,) Hac forte ratione tāquam plebeius, abiectus,& humilis quidam Hiberus a proculo nominatur.l.quidam Hiberus.ff.de seru.urba.prædio.l.2.§.postea.ibi [Hermodotem quendam.) ff. de orig.iur.& in c.quidam laicorum.de celeb.missa.& in c.quidam.de aposta.ca.quidam clerici.81. dist.Nonnunquam hoc pronomine utimur uice nominis præsertim enarrando aliquod factum, & præsertim quæ breuitatis causa absque expressione nominis, cognominis,& aliarum circumstantiarum,prout Imperator in l.properandum. §. 1. ibi (Vel ꝓ alijs q̄busdā causis.) ne oēs exprimeret, ꝓut declarat ibi gl.in uer.q̄busdā.C.de iud.Nonnunhoc pronomine utimur ad hoc,vt significemus aliquid ab aliquo factum,sed celatum uelimus quis id fecerit; seu aperire nolimus auctorem, uel eum de quo sētimus.ꝑut,l.q̄dā existimauerūt.& si certū pet.l.q̄dā consulebant.ff.de re iud.& infinitis alijs in locis.& hoc modo forsan illo uerbo usus est Iure consul.in alleg.l.2.§.postea.de ori.iur.

Lite sic ī decisa pēdēte.

Et sic contra titulum.ff.& C.& in decreta.in 6.& clement.vt lit.pendent.nihil inno.[Et Cassa.Dec.6. super Regu.cancell. quę incipit uoluerunt Domini,nu.2. facit hanc consequentiam. Attentata adsunt,& reuocanda ueniunt,ergo lis erat,sine qua attentata nō caderent. Et quòd attentatā necessario ꝓ ęsupponant litem, conclusit Rota] in Perusina plebis, ꝓut in recollectis Illustrissimi & Reuerēdissimi Paleoti Dec.232. incip. Martinus.cir.mediū.

Vicarium.

Ante litis pendentiam Vicarius episcopi potuisset super huiusmodi causa adiri, & coram illo procedi;causarum enim cognitionem habet.c.2. de off. Vica,lib.6.& Vicarius generalis est ordinarius. ca. Roma,in prin.iun.glo.1.de appel.eo.lib. Spec.sub titul.de off.ord.§.1.nu.2.uers. item ordinarius est is.gl.in c.perlectis,in uers.& iurgia.25.distin.Fely. sup rub.de off.del.col.3.uer. Vicarius ēt episcopi.

Mandatū

de immittēdo in posessionē.) Nemo lite pendēte sua possessione ꝑuari dēt.c.j.ut lit.pē.c.1.& ibi Frā.in not.& c.cū teneamur,ubi idē Frā.in 2.no.de app. Rot.615.in anti.& Cassa.Dec.9.n.14. de caus.pos. & propri.Guid.Papæ,Dec.366.quæ incipit possidens.ubi hanc opinio.de iure, & de stilo omnium curiarum ueram affirmat,& D.meus Phi.Dec.consil.103.in causa,in prin.unde etiam si iste Vicarius iurisdictionē habuisset,nō potuisset sic ꝓcedere.

Extorsit

Extorquere significat ab inuito,uel nolente aliquid elicere. Quint.lib.5. [An in eo qui verum inuitus dicturus est,prima felicitas interrogantis est extorquere quod is noluerit &c.) & probatur per alia quæ adduco in §.si ex pręcepto.in uer.extorqueat. in gl.facultatum Regentis Camerę Apostolicæ.

Temereque

Antitheton prudēter, sapienter,consideratè. Act.apostol.19. ad fin. (Oportet uos sedatos esse, & nihil temerę.) Cicer.pro Marco Marcello.(Nūquam enim temeritas cum sapientia commiscetur. idem.1.quęst.Acad.(Temeritas est,cum aut falsa, aut incognita res approbatur.) Temerè igitur exponamus.i. incōsideratè,sine ratione,sine causa,si ne iudicio,sic accipitur Ecclesiastes. c.5.(Ne temerè quid loquaris) & apud Cesarem lib.3.belli ciuil. Qui cum magna expectatione uenisset,temerè ꝓgessus,turpem habuit exitum.) & lib.5.Belli galli. L. Aruculeius, compluresque tribuni militum,& primorum ordinum nihil temerè agendum, neq. ex hibernis iniussu Cæsaris discendēdum existimabant) Cice.de natu.Deo.(Inconsultè, ac temerè dicere aliqua) & bonus text.in l.magistros studiorū, ibi (non repentè, nec temerè) vbi Luc.de Pen.in vers.temerè.C.de profess & medi.lib.10. §.contra. ibi, Neque debitores temerè.Instit.qui.alie.licet.in l.fideiussores.quę est 42.ff.de fideius.Non temerè interpretamur.1.non facile.Item non temerè.1.nō distinctè.l.prætor edixit,quæ est 12. vers. Sed & si quis ex liberis.iun.gl.hoc ipso.uers.ff.de iniur.Temerè etiam. 1. non iure, seu propria auctoritate, vel præsumptione, vt probatur ex locis supra citatis.& ex tex.in l.penul.ibi Rem ullam debitoris non ab ipso sibi traditam sine vllo iudice temerè possidere.& l.seq.ff.ad leg.iul.de vi priua. Temerè donationem inter uiuos reuocari nō possunt,idest passim,& sine causa.§.aliæ autem.Insti.de donatio. sic in l.1.ff.de dolo.& in l.prætor.§.sed & si quis.ff. de iniu.Et de temeritate, temeritatisque multiplici genere,etiam circa rem nostram in iudice incōpetenti, quot modis Prælatus, & quiuis alius dicatur temerarius,latè per eundem Luc. in l.omnes qui in Palatio.C.de priui.eo.qui in sacro. libr.12. Et temeritatem audaciam sine consilio vocat idem Luc.in l.uni.C.nulli lice.in fre.col. fi. in ver.temeritas,lib.11.scripsit Cice. 1.officio. [Omnis actio vacare

care debet temeritate & negligentia.) Idē.i.de Nat. Deo. (Nihil est temeritate turpius.) 4. Acad. (Nihil a grauitate sapientis errore, leuitate, temeritate disiunctus) & 2. de inuent. (Ne cui rei temere, aut arroganter assenserimus.) De temeritate, eiusq; effectibus loquens Val. Max. li. 9. c. 8. (Temeritatis (inquit) subiti, & uehementes sunt impulsus, quorum ictibus hominū mentes concussæ nec sua pericula dispicere, nec aliena facta iusta æstimatione persequi valent.) Quid sit, manus temerarias in clericum iniicere, vide tex. in c. tua nos, & in c. vniuersitatis. de sen. excom. Et de temeritate, vide tex. in c. auaritiæ. & ibi per Fran. in prin. de elec. lib. 6. Temere ēt facere dicitur, faciens actum scienter sibi a iure prohibitum. c. eum qui. §. insuper, & ibi Gem. in prin. de præb. lib. 6. vide etiam Lap. alleg. 118. quæritur non leuiter. nū. 4. & And. Tiraq. in repet. §. hoc sermone. ī l. boues. in 1. limi. nu. 33. ff. de ver. sign. Quòd in sententijs contra Cardinales, & episcopos, ac magnos Dominos non essent apponenda, & toleranda illa verba, oppositiones impedimenta &c. fuisse temerarias &c. annuo supra cō. 1. in ver. quacunque dignitate. ibi dictis addo pro defensione illius stili Rotæ, & aliorum tribunaliū Vrbis, ꝙ in illis tanta est iuris diuini, & humani religio, & obseruantia, vt non tantū ad verborum sonum, quàm ad sacra præcepta respiciant, solumq; Deum præ oculis habeant, qui iudicem quēlibet ita alloquitur. Non consideres personā pauperis, nec honores vultum potentis. Leuit. 19. Et Deutero. 1. Non accipietis cuiusquam personam. Ad Ephes. 6. Non est acceptio personarum apud Deū: Idem cautum est in iure nostro. l. vlt. C. de fruc. & lit. expen. c. nouit. uers. Cęterum. de iudi.

De facto. Antitheton de iure, & sic contra ius. iux. tex. in c. nisi. in fin. ubi Bal. nu. 5. exponit. i. contra ius, uel contra consuetudinem. de off. lega. subdens alibi dici fieri de facto, quod fit, omisso iuris ordine: in hac significatione. i. contra ius accepit glos. in l. siue apud, in ver. ex pacto, ibi (quia saltem de facto agere possunt.) C. de transac. prout illam glo. ad hoc inducit Angel. consil. 176. præmittendum. in prin. quē sequitur D. meus Phil. Dec. consil. 373. viso consilio. num. 12. Alibi in facultate procedendi de facto includitur potestas procedendi manu regia, ut per Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. videbitur, vers. quid si dicatur in statuto, quod in tali negotio procedatur de facto &c. & dixit Lap. alleg. 128. factū super quo. nu. 4. quod iudex vigore huius clausulæ agere poterit per legem, non tamē contra legem. sequitur Ludou. Roma. consil. 248. hæc sententia, vbi uult uerba (de facto) operari, vt procedi possit absque solemnitate iuris ciuilis; de hac clausula (de iure, & de facto) videatur Bar. in l. stipulatio ista. num. 4. & ibi per omnes. ff. de verborū oblig. pro quibus, & ꝙ verba, de facto, exponātur causa non cognita, videatur idem Bar. cons. 82. punctus quæstionis. nu. 3. Bal. in l. expulsos. vbi magna additio. C. de actio. emp. videatur etiam Firma. in reper. in ver. de facto, & inter clausulas compromissorum, in ver. de iure, & de facto, & de hac clausula (temerè, & de facto) quare in sententiis poni consueuerit, videatur Sarnen. in 1. quæst. Regu. de Ana. num. 6.

Legitimè non citato. Non facere aliquid, uel minus legitimè facere, paria sunt. l. 1. §. condemnatum. ff. de re iud. l. quotiēs. ff. qui satisda. cogan. & ad alia quæ adduco in 31. q. 22. Reg. num. primo, & sequen. Alia etiam ratione. in casu nostro idem iudicandum est, siue Vicarius ille citauerit, siue non; cum enim per actorem causa Romæ commissa esset, ille in partibus incōpetens erat, vnde incompetens citare non poterat l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. l. fi. ubi omnes. ff. de iurisd. om. iud.

In possessionem. Lite pendente nemo sua possessione, vel quasi, priuari debet, vt dixi sup. in ver. Mandatum, & probatur ex tex. in c. nonne. 8 quæstio. 4. cap. fin. 11. quæstio. prima. capit. volumus, iun. glo. in ver. possessum. 16. quæstio. 4. cap. seculares. 33. quæstio. secunda, ca. 2. vt lit. penden. cap. cum venissent. in fin. de in integ. resti. & voluerunt Capi. decis. Neapo. 189. præsertim, num. 3. ac Rui. cons. 75. nu. 2. vol. 5. Amplio etiamsi illa possessio esset contra ius. Abb. in c. 1. num. 4. in 3. not. ut lite penden. D. meus cōs. 97. in casu. nu. 1. ac cons. 103. col. 1. Ruin. cons. 57. nu. 3. uolum. 4.

Fructus vsurpando. Fructuū pceptio ꝙ probat possessionem alicuius, est tex. in l. Titia. in prin. ff. de solutio. l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. Bart. in l. 2. nume. 3. C. de acq. posses. Præceptor meus D. Phil. Dec. consil. 57. & pro tenui. colum. 2. vers. primus enim testis, & cons. 125. in causa spoliationis. colum. 1. Aymo cōs. 107. Antonius Cosseri. nume. 2. Ampliatur conclusio præmissa, vt si probē me aliquos fructus tali anno percepisse, toto illo anno possedisse præsumat, ut per Bald. in addi. ad Spec. in tit. de proba. vers. sed quęro qualiter, & per Fran. Cremen. Syngu. 132. incip. si probo percepisse fructus.

In suos vsus. Simile habemus in tex. c. fi. ibi aut occupare, aut in suos usus conuertere. de offi. ord. lib. 6.

In prȩiudicium & vilipendium litis.) Iura prohibēt mora quæstione ab alterutra partium in præiudicium alterius aliquid innouari, quod si secus fiat, omne id irritari mandat. c. cum M. Ferrar. ca. fi. de constit. cap. ad dissolnendum. ad fi. de despon. impub. cap. olim. de accusa. c. ex literis. ubi glo. magna, & Doct. de iurepatron.

In sacra Rota, vt præmissum est pendentis.) Si iura abhorrent coram quouis iudice lite pendente aliquid innouari, vt in rubr. & toto titu. ff. & C. in Decreta. in vj. & in clemen. ut lit. penden. nihil inno. quanto magis detestandi, & puniendi erunt illi, qui causa aliqua in Sacro Rotæ Auditorio introducta innouant, & attentant, vnde seruari saltem debet dispositio tex. in capitulo penult. versic.

Nos quicquid ab aliis factum fuit, poſtquam prædeceſſor noſter ad curiam ſuam idem negocium reuocauit, irritum decernimus, & inane. ut lit. pen.

In graue damnum.

De facto priuatus commodo poſſeſſionis; quod maximũ eſt, uulga. §. commodum. Inſti. de interdi. item fructuũ perceptione, & alijs vnde ſua intereſat, inſtare poteſt pro attentatorum reuocatione, quæ concurrente intereſſe denegari non debet. Rot. 356. not. quòd attentata. verſ. item ꝙ pendentia. in antiq. & Belle. 240. in cauſa Domini Roberti. ſi aũt ſua non intereſſet, non audiretur; exceptio enim, tua non intereſt agentem quemlibet repellit. l. ſi autem. §. ſi homo. ibi (quia nihil intereſt.) ff. de iud. c. non ſolent. in prin. 2. q. 6. Fran. in ca. bonæ. col. 5. verſ. ſed Imol. hic. de appel. Rot. 505. ne ad inſtãtiã. in anti. & 55. ad inſtãtiam, in no. Bellam. 356. ille de cuius. Caſſa. Dec. 8. petens. nu. 4. de reſtit. ſpol.

Attentata, & innouata

huiuſmodi, & alia quæcunque, via iuris reuocari facere.) Quæro, quomodo attentata reuocari petantur? Reſpondeo, ꝙ duobus modis attẽtatorum reuocatio peti poteſt, primo incidenter; & ſimul cum deciſione cauſæ principalis beneficio iniuſtitiæ, & ſic ſi is qui attentatum ſupponit in cauſa, in qua attentatum eſſe dicit, obtinet, facit etiam attentatum reuocari, & poteſt etiam attentatum deduci per uiam exceptionis, vel replicationis, pro quibus videatur Innocen. in cap. dilecti 3. nume. 3. & ibi Cardi. in fi. & Phil. Fran. in 5. quæſt. de appel. & facit authen. quæ ſupplicatio. in fi. ubi etiam Bald. C. de preci. imper. offe. per eundem Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. latius per eundẽ Fran. in reper. cap. dilecto. col. 12. verſ. ex quibus omnibus tene menti. de appel. Altero modo (& ſic ad rem noſtram) petuntur attentata reuocari primo, principaliter, & expreſſè, & ſeorſum a negotio principali, & officio iudicis. cap. ſolicitudinem. circa medium. de appella. cap. non ſolum. eod. lib. 6. Rot. 185. ſi pars rea. in nou. Fran. in cap. conſuluit. col. 3. verſ. & ſcias ꝙ reuocatio attentatorum. & in c. dilecti. 3. colum. 4. verſ. poteſt etiam principaliter proſequi quo ad reuocandum attentata. de appella. Et hæc via reuocationis attentatorum officio iudicis dicitur extraordinaria. Spec. in tit. de appel. §. pen. num. 21. Ioan. And. in dicto cap. non ſolum. poſt prin. & alij. Introducto igitur iudicio attentatorum principaliter, & de per ſe, iudicium principale, & omne aliud ſilebit, dicto capit. non ſolum. vbi omnes. de appel. lib. 6. Rot. 99. ſi fiat. in nou. ad fi. Abb. in c. bonæ. nũ. 20. de appel. in 6. & Dec. Neapol. Affli. 98. inci. Pulchrum eſt dubium. Dec. conſil. 103. & conſ. 200. col. 2. in prin.

Ad ſuamque priorem

poſſeſſionem.) Sententia ſuper attentatis mandat poſſeſſionem reſtitui, eumque, contra quem eſt attentatum, in ſua priori poſſeſſione reponi. ca. cum teneamur. & c. bonæ, ubi Abb. & Fran. de appel. Oldra. conſ. 199. pro fundamento. in princ. vbi ampliat dictum c. bonæ. procedere etiam ante appellationem, ſi cauſa pendeat. Rot. Bella. 507. concluſio, quòd in caſu. in prin. Cardi. conſil. 10. Iacobus executor. nu. 1. Dec. conſ. 103. in cauſa poſ. nu. 1.

Fructuſque.

Attentans fructus reſtituere tenetur. c. bonæ. in fin. de appel. & ibi Bald. & Fran. in vlt. not. Rot. Bellame. 507. concluſio quòd in cauſa. in principio. ubi quòd non poteſt procedi ſuper petitorio latis ſententijs ſuper attentatis, niſi prius reſtituta poſſeſſione, ac fructibus, ac ſolutis expẽſis. in nou. 99. ſi fiat condemnatio expenſarum. Mil. in reper. in ver. attentatorum ſententia; per quam mandatur attentata reuocari. Amplia, quòd non ſolum ad fructus perceptos, ſed & qui percipi potuerũt, condemnari debet, cap. cum cauſa. ad fi. iun. glo. fi. quæ ſupplet. de offi. dele. Rot. 481. nota attentans. in antiq. & 25. ex quibus. in nou. Mil. in reper. in ver. Attentans lite pendente non ſolùm venit condemnandus.

Et alia bona recuſare.

Omnia innouata ſunt reuocanda, & corrigenda quæ concernunt præiudicium illius, contra quem attentatum eſt. c. ſolicitudinem. per mediũ. ibi (prudenter corrigere quæ contra ipſam inuenerit attentata.) & ibi ad hoc illum tex. ponderat Abb. in 4. not. de appel. præalle. c. non ſolum. eo. lib. 6.

Cauſam & cauſas

attentatorum.) Cõmiſſiones attentatorum, prout etiam nullitatum, non conſueuerunt a Signatura concedi in vltimis audientijs, tunc enim vt plurimum extorquentur ad differendum negocium principale, illudq; impediendum, cauſæq; expeditionem dilatandũ. Vnde ſignatura litigantium malitijs occurrens tales cõmiſſiones denegat, uel aliis modis prouidet, vt aduertit etiam Caſſa. deci. vlt. de dilatio. poſt num. 5. verſic. vt quando propè vacantias. Verum quidam fallaces, ac callidi, & calumnioſi procuratores, uel potius vafri ſollicitatores, per menſem, ſeu aliud tempus ante ferias indicendas tales commiſſiones extorquent, illasque penes ſe retinent donec vacationibus, cauſæq; expeditioni vicini ſint, talique ignominioſo clypeo, ac malis artibus cauſas differre, & in longum protrahere conantur, vt diutius pecunias, immò & ſanguinem ſi poſſent a ſimplicibus clientibus haurire ualeant. R. Domini Rotæ Auditores, qui ſimiles abuſus, malitias, malas artes, ipſoſq; talia procurantes abhorrent, ſimiles commiſſiones ſi ultimis audientiis præſententur, ẽt ſi diu ante impetratæ fuerint, aliquando non admittere conſueuere, uel illis non obſtantibus ad expeditionẽ cauſarum procedere, & ſamma ratione; fraudibus enim quoad fieri poteſt, occurrendũ eſt. l. ſi cui, ibi (per medias uias) ff. de ſeruit. l. in fundo, ubi glo. dat concor. ff. de rei vend. c. fi. cum gl. 1. de poſtul. Cardi. in clem. 1. in 3. not. de re. permu. Remedium attẽtatorum melius, plenius, & utilius eſt, quàm agere poſſeſſorio recuperandæ. & Abb. in alle. ca. bonæ. de appel. nu. 6. 17. & ſequ. enumerat quinque differentias inter remedium attentatorum,

torum,& interdictum.unde ui.Phi.uero Fran.ibidem colum.4.& seq.ponit septem priuilegia,quę competunt remedio attentatorum,non autem interdicto recuperandæ. Quoad primum priuilegium iuxta ordinem Phil.Franc, quòd in iudicio attentatorum non requiratur ordo iuris, nec libellus,nec litis contestatio, ꝙ etiam voluit Abb. ibi. post num.16.versi.primo casu seruatur ordo iuris,addo idem voluisse glo.1.post medium,ut lit. pendent.Lap.Alle.97.quæris a me,ante nu.2.ver. primo quia.& Bellame.Dec.101.si constat, versi. primum est, quia in hoc casu agitur summariè non dato libello,& Dec.294.id autem Rot.in anti.473.no.si attentata.& in nou. 14. fuit dubitatū vtrum petenti, versi. Secus verò quando petitur restitutio per uiam attentatorum.Idem voluit idem Phil.Fran.in dispu.petito.in 2.dub.post nume.13. Addo etiam quòd pro obtinenda reuocatione attentatorumnulli termini sacri palatij seruandi sunt,siue simus in causa beneficiaria, siue profana, prout expresse Rotam hoc tenere testatur Dec.764.sciendum est.in anti. Duobus igitur probatis,videlicet innouatione, & quòd lite pendente,iudex ex officio de plano,& sine libello attentata reuocabit,vt post Io. Monac. per Bald. in l.appellatione,num.4.versi. quæro vtrum attentata.& Saly.ibidem nu.7.C.de appel.idem etiam voluit Vita. de Gamba. in tract. clausu. super illo edicto,nil innou.lite pendente.nu.15.Causæ tamē cognitio, & discussio nullatenus prætermittenda erit,ut in dies videmus discuti,& subtiliter disputari,an adsint attentata an nō, & an reuocanda veniant. Et quòd in causis attentatorum non procedat sine causę cognitione,& partis citatione, post Spec.in §.nouissimè.num.20.vers.sed quæro in titu.de appel.concludit Fran.in cap.bonæ.num.13. vers.Amplius,de appel.sequitur Maran.in suo Specu.in 3.par.6.par.prin.quæst.7.num.392. Pro quibus habemus Rot.14.fuit dubitatum i vlt.addi.in fi.in no.& 56.si lite.in prin.ēt i no. Et generale est, ꝙ in causa quantūcunq; summaria interuenire debeant causæ cognitio,partis citatio,ac iudicis declaratio.vt per oēs in cle.sæpè.de ver.sig.& per Alex. cons.42.viso,nu 4.vol.4. Et in hac causarum cognitione illud præcipuum requisitum erit,vt personarum legitimatio fiat ēt si causa (ut præmisi) sit summaria,uel ēt executiua, per ea quæ adduco i c. quoniam contra.nu.27.de proba.Circa secundum priuilegium de quo per Fran.in alle.c.bonæ. ꝙ remedium attentati habet locum contra tertiū succedentem in re attentata,licèt bona fide, & titulo,ultra ea quæ tractat ibi Abb.nume.6.16.& 18. & D. meus num 7.& in 6.not.addo vidēdum esse Rip. in repet.c.sæpè.col.3.nu.9.de resti. spol. & omnino per eundem Phi.Fran.in dispu.petito. in c. dubio.à nu.22.vsq; ad 28.vbi plenè,& distinctè loquitur,plures ēt asserens intellectus ad dictū c. bonæ,vbi ante numerum vigesimumoctauum, cōcludit remedium attentati dari contra tertium succedentem in re attentata. Circa quartū priuilegiū, ꝙ remedio attentatorū non obstet exceptio spoliationis,ex quo reuocatio fit ex mero officio iudicis. Addo qđ idem uoluit Mil.in reper.in ver. Spoliatio,& violentia vltima.& in ver.possessorio recuperandæ agi pōt.Matth.de Affli.dec.Neapo.98. pulchrū est,post nu.4.D.meus in c.ex parte. 2.col. fin. vers.Et ideo superiorib.diebus.de rescri. & consil. 200.in casu.nu.3.Cassa.dec.4.de dilatio.num.3.& Rip.in alle.c.sæpe.post nu.10. vers.Secundo, quia ad excludendū remedium huius canonis.de restit. spol.Sed aduertendū est, ꝙ licet Doc. cōiter cōcludant,quòd agenti interdicto recuperādę,obstet exceptio alterius spolij per ipsum perpetrati;agēti uero uia attentatorū non obstat exceptio alterius spolij,ea rōne quia fauorabilius sit remedium attentatorum quàm recuperādæ.Præfati tamen Doc.non declarant, an agenti remedio attentatorum obstet aliud attentatum per ipsum perpetratum, seu an sicut vltimum spoliū purgādum est.l.3.§.eum igitur.ff.de ui & ui arma.Insti.de interdi.§.recuperandæ.c.2.& fi.ubi Abb.col.3.de ordi.cogni. l. si quis ad se fundum,iun.glos.in uer.expulsum. C.ad leg. Iul.de ui publ.Rot.185.si pars.in fi. in nou.Alexā. cons.6.circa processum nu.11.uer. Tertio respon. li.3. ita & ultimum attentatum purgandū sit? Ego idem seruandum esse in iudicio attentatorum, ꝙ ultimum attentatum reuocari, & purgari debeat, affirmo,tum quia eædē rationes,quæ militant circa ultimū spolium,militant ēt circa ultimum attentatum.Tum quia exceptis casibus,in quib.cautum est,ut dr̄ia sit inter remedium attentatorum,& spolij,idem in vtroque statutū esse censendum est.Et hoc modo defendi posse Oldr.in cons.1. nume.16. ubi dixit idem iudicari debere de attentatis,quod de iudicio restitutorio, cùm attentatum non habeat aliquid plus priuilegij. consil.verò 199. sibi contrarius dixit, priuilegium attentatorum esse maius, & præstantius. Et sic con. 1. procedat ubi aliud expresse non inuenitur dispositum in materia attentatorum. Et dato quòd in casu, in quo loquitur ibi Oldra. aliter forsan cautum reperiretur in remedio attentatorum, eius tamen ratio,seu ponderatio vera redditur in aliis casibus, prout in casu nostro. vnde dicamus ualere argumentum a spolio ad attentata, & contra, ubi non habemus differentias inter hæc iudicia constitutas. Hoc etiā argumento vti uidetur Rot.dub.Fasto.4. & in nō. 185. si pars. in fin. Et quod iudicium attentatorum sapiat naturam ueri possessorij, adduco Rot. 113. tres sententiæ, ubi habemus argumentum, ꝙ sicut possessorium est plene executioni demandandum ante ingressum petitorij, ita & sententia super attentatis, quia attentatum sapit naturam ueri possessorij. in nou.Et ita conclusit Rota coram bo. memoriæ Fabio, in Salamantina Abbatiæ pro Domino Alphonso Manon,conrra Dominum Didacum Ruiz de la Camera. ann.1548. Vltimum attentatum ante omnia reuocari debuisse. Est uerum, quòd Rota considerauit in illo casu,quòd illud ultimum attentatum erat etiam magis clarum.

Quo ad quintū priuilegium, quòd agenti via attentatorum non obstet exceptio excommunicationis, adde idem uoluisse Rot.14.fuit dubitatum utrum petenti,in additio.post num.3. uersic.tertia

f 2 differentia.

differentia.in nou.& D.meus Phil.Dec.in c.ex parte.2.col.fi.verſ.ſic etiã licet agenti interdicto,de reſcri.& alle.conſ.200.num.2.verſ. Secundo ſpecialiter.Idem voluerunt Ioã.de Imol. & Fran. nu.13, in cap.bonæ.de appell.Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune.nu.68.in vlt.amplia.ac nu.87.in 14.fallen.verſ.Septimo intellige.ff.de acq.poſ.Maran.in Spe.in 3.par.6.par.prin.quæſt.7.num.393.Et hęc addenda erunt Felyn.in c.dilectus.1.de reſcr. & in c.intelleximus.de iudi. vbi dat regulam, ꝙ agenti ſpolio obſtat exceptio excommunicationis, plura adducens,more ſuo fallentias ſubdens, hac autem fallen.ibi non ponit.Circa ſextum priuilegium, ꝙ agens via attentatorum in beneficialibus non teneatur iuſtificare poſſeſſionem ex titulo,ſicut tenetur agens interdicto vnde ui, prout per Oldr.conſil.1, nume.4.& 10.Rot.7.no.quòd ubi agitur poſſeſſorio.in antiq.& 393. ſi A. conferat.in no. & Mil. in reper.in ver. probari non poteſt titulus beneficij per confeſſionem,& hæc eſt communior opi.quòd petens reſtitutionem beneficij non teneatur probare titulum,ſed colorem, ut teſtatur glo. pragma.in §.ordinarij.rub.de paci.poſſeſ.in ver.inquirant,colum.6.uerſic.ſed alia opinio communior.Et quòd ita, & olim,& hodie ſeruatum fuerit in Roma.Cu. quòd in beneficialibus requiratur colorata poſſeſſio quo ad reſtitutionem petendã, firmat Sarnen. in 47.quæſt.Reg.de anna. nume.ſexto. verſ.tamen contraria opin.hodie practicatur. Pro dicto priuilegio ultra adducta hic per Abb.& Phi.Fran.addo quòd idem voluit Rot.Bellamer.49.agens poſſeſſorio.verſic.ſed ſecus dicunt Domini.& 101.ſi conſtat.uerſic.ſecundum quia ſufficit.licet contrarium tenuerit,& male idem Bellame.Dec.286. in materia.Mil.in ſuo reper.in uer.attentata lite pendente ſi quis petit reuocari in cauſa beneficiali. & in uer. poſſeſſorio recuperandę agens. Aufre.Dec.Tholo. 15.& Aufr.in addi.de communi atteſtans. & idem uoluit Rebuf.ſuper concord.rubr.de Annat. in 7. regula,& eſt pulchra Dec.Caſſa.3.de reſtit.ſpol. in princip.Quo ad ſeptimum priuilegiũ, an agenti remedio attentatorũ obſtet exceptio notorij defectus proprietatis,ſeu non iuris ipſius agentis. Vltra ea quæ adducit Phi.Fran.in d.cap. bonæ, uide Rot.56. nota quòd ubi aliquis 347. nota quòd ſi conſtat.& 504.no.ad inſtantiam illius. in antiq.& in no.55.ad inſtantiam.Bellame.101.ſi conſtat. de non iure.356.ille de cuius.& 553.concluſio,quòd licet Mil.in repert. in uer. Attentata lite pendente nunquam ueniunt reuocanda.Gui.Papæ Dec.213. ſtatuta.num.21.Dec.Neapol.Mathe. de Afflic.98 pulchrum.ad fin.& 352.quidam.nu.5.latè, & pulchrè per Caſſa.præalleg.Dec.3.de reſti.ſpol.nu.4. uſque ad fi.Dec.ubi comprobatur opin. Phi. Fran. ubi ſupra,& in ſumma, uera & communior opin. erit, quòd agenti remedio attentatorum obſtabit exceptio notorij non iuris. Poterit tamen iudex ex officio attentata reuocare, poſſeſſionem autem attentatam potius ex communi ſtilo ſequeſtrabit, quàm parti reſtituet. Quod etiam Rota obſeruauit in Aſten.optionis,& attentatorum inter Hieronymum Veraſium, & Bernardum Viogerium coram bo.me.Hiero.Honato, prout per ipſum annotatum inueni,ſub die 10.& 27.Maij, & 12. Iunij 1549.Pro concordia opinionum, quia Doc.uariè loquuntur,dic quòd ſi ſumus in materia profana,& tunc indiſtinctè non ſolum ex officio iudicis,ſed etiam ad partis inſtantiam attentata reuocabuntur,non obſtante notorio defectu in proprietate.ita pulchrè conſuluit Alexan.conſ.99.uiſis proceſſibus.nu.9.& ſequen.uolu.5. Aut loquimur in beneficiarijs, & tunc,ne detur uitioſus ingreſſus, & ne pars notorium defectum haberet ſuper beneficio quacunque uia audiatur, excludi debebit, & ita procedat communior opi.de qua ſigna.Aut iudex ex officio attentata reuocare uult, & etiã in beneficialibus poſſit. Verum tutior ſit illa obſeruãtia Rotæ,quam præmiſi de ſequeſtro faciendo.

Eidem R.P.D.N. Iudex, cuius maieſtas offenſa eſt,ſuper attentatis cognoſcit,& illa reuocat.l.ſi cui.§.ſed & ſi quid aliud. ff. de appell. reci.l.chirographis.§.1.& ibi Bar.in 2.not. ff.de admin.tuto.c.ſollicitudinem. uerſ.Nam ad officium eius qui de appellatione cogniturus eſt, ptinet prudenter corrigere,quę contra ipſam inuenerit attentata.de appel.c.non ſolũ,poſt prin. ibi (per appellationis iudicem)cum ibi nota.per Ioan.An. Gem. & Franc.eo.lib.6. Amplio, ut laicus poſſit eſſe iudex ſuper attentatis corã iudice eccleſiaſtico. Lap. alleg.55.quidam coram.poſt nu.6.uerſ.item quia. Et quia plura ſunt attentatorum genera, generalis concluſio conſtituenda eſt,ꝙ ſiue ſimus in attentatis lite pendente,appellatione pendente, dilatione pendente,relatione pendente, reſtitutione in integrum pendente,uel in quacunq; alia attentatorum ſpecie, ſemper attentatorũ reuocatio p illũ faciẽda ſit cuius maieſtas offenſa eſt: in materia.n.attentatorũ plus conſideratur contentus iudicis,quàm ius agentis.Oldr.conſ.206.in cã Carnocen.poſt prin. Aegid.Bellam.Dec.49.inci.agens. Amplio ut ſucceſſor iudicis offenſi,uel in eius locũ ſubrogatus attentata reuocare poſſit facta coram iudice in cuius locum ſucceſſit,uel ſubrogatus eſt.argum.tex.in l. mortuo.ff.de iudi.& in l.properandum. C.eod. & ſpecie poſt Hoſt.tradit Anto.de But.in c.cum M. Ferrarienſis, numero quinquageſimooctauo, de conſtitu.

Ne in præiudiciũ litis pẽdentiæ. Prohibitio,ſeu inhib[illegible]atum operatur, ſi enim contra [illegible]ibitione aliquid factũ ſit,omne id tollitur [illegible] officio iudicis reuocatur. ad tex. in l. qui uetanre Prætore.ff.de regu.iur.l.fin.cum gl.in uer. tollere. ff.ne quid in loco publi. & factum contra prohibitionem tolli debet.Oldra.conſilio 206. & uoluit Bald.in capitulo,an ſit,de appellatio. quòd ante factam innouationem poſſit quis iudicem adire, & petere ab eo ne in ſua poſſeſſione turbetur. Sic & Papa inhibuit, ſeu prohibuit, ne denunciationis compaternitatis cauſa pendente in puella aliquid attentaretur.capitulo, ad diſſoluendum.§.ne uero.de deſpon.impube. Et quòd de iure,quando quis turbari,uel uiolẽtiam pati, ſeu innouationem

nouationem timet, iudicē adire possit qui id ꝓhibeat, est tex. in l. fi. ff. de offic. proc. Cæsa. Nec iudex pati debet, ꝙ alicui fiat violentia, vel iniuria l. illicitas. in prin. & §. ne potentiore: ff. de offic. præsi. Et dixerunt Bar. & alij in d. §. ne potentiores, ꝙ timēs offendi potest iudicis officium implorare, vt ipsum compellat ad præsentādum cautionē de non offendādo. Pro quo vide latè per Fel. super rub. de treu. & pa. nu. 10. in vers. qui timet. & per Paris. consilio 168. & si iudicis per totum. vol. 4. Et generaliter dicimus, ꝙ iudex tenetur occurrere, & obuiare periculis, & scandalis iuxta pulchrum text. in l. ęquissimum. ver. Cur. n. inquit Iulianus ad arma, & rixas procedere patiatur prætor quos potest iurisdictione sua compescere.) ff. de vsufr. Et inhibitionē, seu prohibitionem ne ultra ædificetur, vel ne quid malitiosū fiat, pp ꝙ molestia inferri possit, hēmus ī c. 2. ad fi. Esdrę 3. in hæc verba. (Nūc ergo p̄cepi prohibere hoīes illos ędificare ciuitatem, & prohibere ne quid vltra hęc fiat, sed nec ꝓcedant in plurimū, ex quo sunt malitię, ita vt Regib. molestia importetur.)

Innouare pręsumat.

Non poterit autem inhibere, nec in vim clausulæ, nec de iure, ne quis suo priuilegio, quo prius vti solebat, vtatur, seu ne suam possessionem continet. cap. 1. vt lit. penden. Vitali. in tract. clausu. in ver. nil nouari. num. 11. D. meus Phil. Dec. cons. 103. in causa. nu. primo, vers. Sed tamen insurgit. Paris. cons. 39. non possunt. nu. 8. & seq. lib. 1.

In primis & ante oīa.

Et nisi iudex ante omnia reuocaret attemtata faceret iniustitiā, Ioā. And. in cap. non solum. de appel. lib. 6. Philip. Franc. in cap. consuluit. num. 7. & in c. dilecti. 3. eo. titu. Afflic. Dec. Neapo. 98. pulchrum. nume. 5. Et appellatio a non reuocatione attentatorum diceretur legitima, vt in suo casu voluit Aug. Bero. consil. 51. in hac vers. secunda conclusio, num. 5. Et dixit Alex. cons. 89. diligenter. in fi. lib. 1. officium iudicis esse illico facere omnia in pristinum statū restitui. & D. meus Phil. Dec. in cap. an sit. post numerum 8. ibi, Quia videtur contrarius &c. de appell. Addere nonnunquam consueuit Signatura (Prout iuris fuerit.) sunt enim casus, in quibus non ante omnia attentata reuocantur, sed expectato euentu causæ, in qua fuit attentatum. l. chyrographis. §. 1. & ibi Bart. vers. Et aduerte, ꝙ ista reuocatio. ff. de admi. tuto. authen. quæ supplicatio. in fi. iun. tradi. ibi per Bal. vers. Credo ꝙ Inno. senserit. C. de preci. impe. offe. Rursus nonnunquam attentata reuocantur per viam iniustitiæ non autem per modum attentati. Rot. 187. sicut fictè. in no. Phil. Fran. in c. dilecto. colum. 12. vers. ex quib. omnibus tene menti. de appel. Verum iuxta terminos nostræ commissionis iudicium attentatorum (vt præmisi) uelocē requirit expeditionem, omne aliud iudiciū suspendens, & sic in primis, & ante omnia cognosci, & terminari debet. alle. cap. non solum. in fi. ibi, (Ante omnia.) & ibi per omnes lib. 6. de appell. Oldra. cons. 199. Rot. 447. not. quod fatalia, versic. immo inductum est sibi à lege, quòd super attentatis ante omnia audiatur. in antiq. Cassa. Dec. 4. nume. 3. de dilatio. per omnes in præalleg. cap. bonæ. de appel. Fran. in cap. dilecti. in 2. quæst. eo. & in disput. petito. in 2. dub. nu. 12. vers. sed secundum eum super reuocatione attentatorum. & præalle. Dec. Neapol. Matth. de Afflic. 98. nu. 5. Et dicunt, ꝙ iudex faceret iniustitiam, si non reuocrret ante omnia, vt præmisi.

Quæro, cum ante omnia attentata reuocanda sint, an etiam non obstante lite pendente super nullitatibus? Concludendum est ꝙ sic, & ꝙ iudicium attentatorum retardet, & impediat iudicium nullitatis, sitque illo magis priuilegiatum. Rot. 46. no. quòd ubi aliquis. in antiq. & præalleg. Dec. Neap. 98. numero 4.

Secundo quæro, a quo tempore, & vsque ad qđ tempus attentatorum reuocatio peti possit? Archi. in cap. non solum. de appel. lib. 6. Spe. eo. tit. §. pen. vers. sed pone petij in libello, aduertunt reuocationem attentatorum officio iudicis peti debere ante litis contestationem, si enim post litis contestationem ante omnia reuocari petantur, quis non audietur, cum viam ordinariam elegerit, ut per Ioan. And. in d. c. non solum. ī prin. vbi tamen, & in alle. §. penul. in addi. ad Spec. à dicta opin. recedit, illāq; improbat. Vide Dec Iafre. 476. quæ incipit appellans tutius facit ante litem contestatam in causa appellationis petere reuocationem attentatorum. Et qui tenuerunt opin. primam, videlicet Archid. & Spec. adducunt etiam rationem, quia per litis contestationem in causa principali, videatur quis renunciasse attentatis, vt etiam dixerunt Gui. Papę cons. 4. incipien. quod non, post num. 5. vers. præterea etiam legitur, & cons. 124. circa materiam. nu. 3. versic. Ad tertium, vbi clarius loquitur, quia in cons. 4. loquebatur etiam de conclusione in causa. Idem etiam dixit Ias. in l. 1. in prin. post nū. 3. vers. sed ea, qnæ reuocātur per viam attentati. ff. de no. oper. nuncia. Hanc opinio. tenuit etiam Dominus meus Philip. Dec. in l. prima. nume. secundo. C. de bonorum posses. secundum tabu. Breuiter veritas est posthabitis illis diuersis opin. de quibus per Gemin. in alle. c. non solum. numero octauo, quod in quacunque parte iudicij vsque ad conclusionem in causa attentatorum reuocatio ex officio iudicis & sic extraordinariè peti potest, & obtineri debet, etiam si ordinariè quis agere cœperit via attentatorum simul cum principali causa, nec litis contestatio obstabit. Rot. 306. not. quòd ibi audientia tenet. & 57. attentata lite pendente. ac 185. si pars. in nou. Hoc etiam sensisse videtur Gemi. in dicto c. non solum. ante nu. 9. versic. Cum ergo lis sit ꝓpter hoc contestata. Cum Rota pro illa opin. ꝙ in quacunque parte iudicij vsque ad conclusionem in causa attētata reuocari peti possint, residet Phi. Franc. in alle. c. dilecti. 3. col. 3. versi. Hanc opi. Io. And. sequuntur Dōmini de Rota. de appel. Hanc etiam opin. tenuerunt Io. Monac. in c. cupientes. §. penult. nu. 156. de elect. lib. 6. Bal. in l. 3. & Sal. nu. 8. C. de appel. ac Mil. in ver. Attentata post appellationem in partibus. Quam etiam opi. idem Guid.

Papæ pro contraria supra citatus parũ sibi ipsi con
stans tenuit Dec.436.incip. Cum materia.post nu
me. 110.&c hanc magis æquam opi.affirmat. ean-
dem etiam tenuit Lanfran. Dec.476.incip. ap pel-
lans. Dum autem supradictum fuit, ꝙ vsq; ad cõ-
clusionem in causa tantum attentatorum reuoca-
tio peti potest, limito., & declaro, nisi post conclu-
sionem in causa attentatorũ sit, illud.n.etiam post
cõclusionem reuocari debet, prout concludens cũ
opi. Rotæ optimè declarat Vitali.in trac.clausu. in
uer.nil nouari lite penden, post nu.15.vers.in quan
tum dixit litem pendere. sequitur Afflic.dec.Nea-
pol.152.quidam Curbiceruix.

Tertiò quero, an pendente hm̃oi causa attenta-
torum currant fatalia? Pro opin.affirmatiua addu-
cuntur Imol.in l.naturaliter.§.nihil cõe.col.2.Pau.
Castren.post nu.3.& post nu.7. vbi ꝙ petitorium
absorbet possessorium, & causa proprietatis noto-
rię possessionis aãm absorbet, & ibi ẽt Alex.nu.12.
& seq.ubi ꝙ possessorium recuperandæ impeditur
stante notorio causato ex ſnĩa lata, & reiudicata.ff.
de acq.pos. Abb.in c.pastoralis. nu.24. & sequ.de
cau.pos.& propr.quos sequitur Paris. cons.11.nu-
me.10.vol.4. Imputatur igitur illi qui fatalia non
prorogauit.l.fi.§.illud.C.de tẽpo.appel.c.ex ratio-
ne, vbi oẽs.de appel.cle.sicut appellationẽ.eo.titu.
ſnĩa igitur olim lata ob non prorogationem fata-
lium transiuit in auctoritatẽ rei iudicatæ, & effecta
est irretractabilis c.quod ad consultationem. de re
iud.gl.2.in l.si fundus.§.si pluris.ff.de pig. Ias.in l.
1.ante nu.9.ff.de re iud. Vnde amplius locus eẽ nõ
debet allegationi attentatorum, vel spolij. Contra-
rium concludendum est.ad Rot.89.nota ꝙ, in fi.in
anti.& 79.de app.aliàs 448.nota ꝙ fatalia ad prose
quendum, &c finiendũ nõ currunt appellãti, qui
prosequitur, & agit super attẽtatis.in antiq.& 102.
fatalis ad prosequẽdum.in nou.Iafre.Dec.476.ap-
pellãs tutius.in fi.Phil.Fran.in alleg. c.dilecti. 3.in
4.q.de appel. vers. Tu aduerte. Rui.cons.75. quan
tum ad id nu.4.vol.5.Gui. Papæ in trac. de appell.
q.101.vers.sed an fatalia. ac Lanfran. Dec.476.ap-
pellãs.in fi.Ioan.de Ami.de Venaf.cons.6. nu.44.
Alex.cons.68.in causa.nu.3.vol.7.Aug.Bero.cons.
51.in hac causa.nu.8.lib.3. Hoc etiam tenuerunt
R.Domini de Rota in Vicen.Beneficij seu cappel
laniæ coram bo.mem.Ptolomeo, prout in illius de-
cis.102.in qua in prin.ponitur illud in contrarium
de quo supra, quod ego aliqualiter corroboraui,
quod tamen non obstat, cum habeamus claras de-
cisiones in contrarium. Amplio vt in computatio
ne fatalium subducatur de medio non solùm tem-
pus, quo fuit factus processus in causa attentatorũ:
verum etiam executionis sententiæ super attenta
tis latæ, etiam ratione fructuum, & expensarum,
vt uoluerunt Mil. in Reper. in ver. appellationis
tempus.& in ver.Terminus prosequendę appella
tionis.& Ruin.præalle.cons.75.num.4.volu.5. Li-
mita conclusionem præmissam procedere tantum
quando is qui in iudicio attentatorum obtinuit,
vt interim fatalia in causa principali non currant,
alioqui si succubuerit, contrarium dicendum est,
quòd immo fatalia currere non desierint. ratio pri
mi dicti est, quia culpa aduersarij attentatis, & cau
sam huic remedio dantis, uidetur quòd fuerit legi
timè impeditus, ita quòd interim fatalia sibi curre
re non debuerunt. Bald.& Ias.in l.contra minores
C.de inoffic.testam. Bal.in authen.ei qui. ante nu-
me.quintũ. vers.item forte si fuerit impeditus do
lo aduersarii.C.de temp.appella. Rot.præall.447.
nota quòd fatalia, ibi (Et quia culpa aduersarii.) in
antiq.D.meus.in cap.ex ratione.post nume.10.de
appell. Ratio secundi dicti est, quia ipsemet appel
lans sibiipsi impedimentum præstitisset, & calum-
niosè egisset, unde culpa sua, suave temeritas, &c
ignauia sibi prodesse non debet. Bald.in d.l.contra
maiores.ad fi.vers. Aut improbabili, & temerario
modo, & tunc currit tempus appellandi.C.de inof.
testamen.idem Bald.in alleg.authen.ei qui.nume.
secundo, versic. Quæro appellans. Bartol. in simi.
in l.secunda.§.non solum.ff.ad Tertulli. & plenius
alijs Tho. Grammat.consilio 54. in causa sindica-
tus.numero decimooctauo, & aliis sequen. Et limi
tationem prædictam, ac rationem vtriusque dicti
ponit Rot.supra citata 102. fatalia ad prosequen-
dum.in nou.quam sequuntur Abb. in capitulo.ex
ratione.colum.secunda.ad fi.de appel. & Alexand.
licèt sub alio numero eam citent consil.68.in cau-
sa.&c consil.sequen.volum. septimo. Mil.in re-
pert.in ver.appellationis tempus non currit ei qui
agit super attentatis, &c in vers. terminus prose-
quendæ appellationis. Philip.Fran.in dicto cap.ex
ratione.colum.9.vers.circa tertium impedimentũ.
& in capitulo dilecti.13.de appel. & D.meus in di-
cto cap.ex ratione, post nume.10. Stepha.Bertran.
consil.58.parum consultè, num.18.libro primo.in
primis, ubi sequitur Rot, præalleg.102. in no. De-
claranda tamen uenit limitatio prædicta quo ad
secundam eius partem, videlicet, quando iudi-
cium attentatorum mouens, & prosequens suc-
cubuit, ut attentata currant, nisi aliqua probabili
ratione iudicium huiusmodi attentatorum substi-
tuerit, puta si habuit iustam credulitatem super
attentatis, quo casu etiam succumbens excusare-
tur, & sic fatalia non currerent, pulchrè per Felyn.
in alleg.capitulo ex ratione, numero quinto, versi.
limitant nisi in causa attentatorum. ubi etiam D.
meus.columna sexta in fin.vers. Quod tamen ve-
rum intelligitur: Idem etiam voluit Iason in alleg.
l.contra maiores. numero octauo. ubi plures citat
C.de inofficio.testamen. Pro proximè dictis uidea
tur consil. Rapha. Cuma.36.præsupponitur quòd
A. à Ias.ubi supra sub alio numero citatum, qui in
simil.distinguit, ut ibi, & uide omnino Iaco.Butr.
& Abb.Panor.in prædi.cap.ex ratione. & Bald. in
auth.ei qui.C.de temp.appel.& est bonus tex.in l.
contra maiores.C.de inof.testam.

Quarto quærebatur, an Gubernator urbis, qui
ex suis facultatibus procedere potest sola facti ue-
ritate inspecta, & uti Papa ultra alia concedit clau-
sulã quod ꝓcedere possit sicut nos ipsi procedere
possemus, nulli alii quã soli Deo rõnẽ redditurus
teneatur ipse, uel in eius locũ subrogati cũ eisdem
facultatib.teneantur imprimis, & ante oĩa attẽtata
reuocare? Rñdi in causa Rom. status de columna
licet

licet in alleg. cap. non solũ. de appel. lib. 6. adsit verbũ oportet, quod necessitatem iudici imponit ante omnia attẽtata reuocandi, vt supra probauimus: tamen ex duobus facile sustineri posse dictũ Gubernatorem, vel in eius locũ subrogatos ad id non teneri. Primo, ꝑpter causas præmissas in facultatibus cõtentas, quę operantur ut iudex nõ teneatur pronũciare super incidẽtibus, & emergentibus vel accessoris, sed possit, vna cũ negocio principali decidere. Bal. in l. ait prætor. §. permittitur. nu. 1. ver. Itẽ no. ff. de mino. vnde iudex nõ possit cogi hoc casu ante omnia super attentatis pronũciare, sed possit illa cũ negocio principali decidere, cum attentata dicantur emergentia, & incidentia, seu accessoria Rot. 1. nu. 2. de app. in no. & clarius Oldra. consi. 106. incip. in causa. ad fi. vbi, ꝙ attentata habent se per modum accessorii ad causam principalem. Sequitur Rip. in l. ædita. nu. 24. C. de ædẽ. Et quòd attentata veniant tanquam emergentia conclusit Rot. 8. Iunii. 1542. coram Sarnen. prout Dec. Mohed. 100. aliàs 70. sub ti. de iudi. quæ incipit commissio erat impetrata in causa Monasteriorum. & ibi deciditur, quòd propter superuenientiam attentatorum non requiratur noua citatio. De incidentibus, & emergentibus tractauimus supra sub ijs ver. in 2. formula commis. Secundo mouebar, quia agebatur super castris, & fortilitiis difficilis expugnationis: tũc enim sicut admittitur quæstio Dominij vt voluerunt Pau. Castren. in l. 2. C. de edi. diui Adri. tollen. in l. si de vi. ff. de iudi. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 9. in 5. limi. & ibi Bologn. col. 13. ff. de acqui. pos. Ias. & Iaco. de S. Georg. in d. l. 2. C. de ædi. diui Adri. Rui. consil. 37. prosequenda. in princ. & consil. 42. quoniam. nu. 10. & seq. uol. 4. Gozza. consil. 1. nu. 12. Alcia. consi. 132. factura. nu. 53. & consi. 136. accedo nu. 15. vol. 5. ita videtur posse dici quòd purgatis attentatis per restitutionem, quia non possit fieri postea recuperatio, idem dicamus in attentatis, quod in possessorio, cum in hoc non sit data differentia inter remedium possessorium & attentatorum, præsertim cum eædem rationes militẽt in vtrisq;. Imo hæc extensio ad attentata fieri etiam posse videt ex intentione, & auctoritate Rotæ Dec. 51. si cõmittatur. in vltimis ver. de appell. aliàs 379. in no. post Ioan. Mona. in c. cupientes. in ver. gratiæ. de electio. lib. 6. & Mil. in Reper. in ver. Attentatorum reuocatio. vbi volunt, quòd remedium attentatorum non habeat locum in irretractabilibus. Hæc annuisse sufficiat, adhuc enim lis de qua supra sub iudicibus est, vnde vltra non procedo.

Reuocandi. Vltra alias significationes, quas hoc verbum reuoco, habere posset, ea ad rem nostram faceret, quæ apud bonos auctores usurpatur pro regredi, reducere, instaurare. Sic apud Virg. 6. Aen. (Sed reuocare gradus.) & apud Sueto. in Claudio Nerone (Reuocauit & præmia coronarum, quæ vnquã sibi in certaminibus ciuitates detulissent.) Hæc expositio etiam rescripto nostro congruit, per quod datur facultas iudici vt reducat, instauret, renouet ad pristinam formam, pristinumque statum. Hic quæsita aliqua subiiciam, quo facilius quisque dignoscere possit, quando attentatorum reuocationi locus esse possit, vel non.

Primo quæro, an executorialium decretarum vigore possit victor auctoritate executionis possessionem capere? Videtur affirmatiuè respondendũ esse ex forma executorialium. Alioquin mandata, & decreta prætorum elusoria redderentur, contra tex. in l. si prætor. in prin. ff. de iudi. l. fina. in fi. ff. ne quid in lo. publ. Bal. cons. 124. quidã cagnus. col. 1. ad fi. vol. 5. per Fel. in ca. Rodulphus. col. 2. de rescri. Tum etiam per tex. in l. iustè possidet. ff. de acqui. pos. l. non videtur. §. qui iussu iudicis. ff. de reg. iur. l. miles. §. fin. a contrario sensu, & ibi glos. in ver. auctoritate, quam sequitur ibi Bologn. ff. de re iudi. Sozi. Reg. 201. quæ incipit iudicis auctoritas. l. si quis in tantam. C. vnde vi. iun. ponde. Maria. Sozi. iun. consil. 18. viso themate. nume. 5. lib. 2. Bald. in authen. & omnino, num. 14. versi. venio ad ministros. C. ne uxor pro mari. ubi quòd iudices etiã partibus capturas committere posunt. glo. & Ange. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudi. Contrarium in casu proposito concludendum est, ꝙ immo possessio huiusmodi sit attentata, & reuocanda, seu restituenda, per ea quę adduco in 4. q. Regu. de subrog. nu. 5. Videnda etiam erunt quæ scribam infra super 29. commis. execut. quęst. 10.

Secundo uigore executorialium sine vlteriori processo fuit capta possessio beneficij, & post longum tempus petebatur possessionem istam tanquã attentatam debere reuocari, quæro an reuocanda sit? Ex proximè decisis, & per ea, quæ uoluit Cassad. Dec. 6. de cau. pos. & propr. & Sarnen. in 44. quæst. Regu. de Anna. 7. & seq. pro parte affirmatiua concludendum uidebatur: tamen contrariũ fuit decisum in Rota 14. Martij 1547. coram D. Peregrino, quòd immo essent attentata, prout eiusdem decis. 97. libro primo. Quia quando quis uigore executorialium ingreditur possessionem uacuam, uel plenam sine contradictione, & uiolentia, tunc præsumitur uoluntas ex cursu longi temporis, fluxerant enim uiginti anni, nã sicut possessio ex cursu decem annorum præsumitur habita pro derelicta. l. peregrè. in prin. ff. de acquir. posses. l. furtum. §. fundi. ff. de usucap. l. prima, & ibi Ias. num. 44. C. de ser. fugi. idem Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. num. 19. ff. de acquir. posses. Abb. in cap. contingit. nu. 14. de do. & contum. & in cap. capitulum. post numerum 7. de rescr. Sarnen. in 5. quæst. Regu. de non tollen. iu. quęsi. nu. 13.

Tertio quæro, A. canonico Placentino fuerunt intimatæ literæ executoriales in fauorem B. decretæ, & postea capitulnm dedit possessionem eidem B. A. tacente, & nunquam reclamante: petebatur postea pro parte A. reuocatio dictę possessionis, quia attentata esset, quæritur an reuocationi attentatorum locus sit? Ex fine pręcedentis quæstionis, videtur concludendum quod sic, præsertim cum supponatur, quod A. tacuisset, quo casu in sui præiudicium non dicitur quis consentire, & in onerosis tacens pro contradicente habetur. l. qui uas. §. uetare. cum gl. ff. de fur. l. fi-

lius famil.§.inuitus.ff. de procur.l.de ætate.§. qui tacuit.ff.de intero.actio.Bart. & alij in l.cum alienam. C. de lega. cap. non iniustè. vbi Cardin. post gloss.quæstio.5. de procura. per Bar. in l.quę dotis. numer.20. & sequen.ff. solut. matrimon. Corset. in singu. in verb. taciturnitas. Cassad. Dec.3.numer.1.de rescript. Negatiuam tenuerunt Reu. Domini de Rota, prout Deci. Crescen. 17. aliàs vni. sub titul. de attentatis. Et sic possessionem huiusmodi non esse reuocandum, quia cum ille qui tacuit vigore executori alium, tenebatur dare possessionem, tacendo dicitur consentire.l.2. iunct.glossa in vers.vt dominum, ibi (Sed hic debita erat possessio.) C.de acquiren. possessio. Et illa regula, quòd tacens non censeatur consentire in sui præiudicium, fallit quando contradicendo poterat impedire ne actus fieret.ad l.1.§. magistrū autem.ff.de exerci. actio.l. semper qui non prohibet.ff. de regu.iur.l. si sine.§. final. C. ad Velleia. Sozzi. Regu. 395. Fallen.1.Alciati pulcherrimam Fallen. ad quam nemo, quem viderim, aduertit, videbis Nume. cap. 30. si vouerit, & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit, si faciat, siue non faciat. Quòd si audiens uir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat, atque promiserat, reddet: quia statim ut audierit, tacuit.Et pro præmissis vide totum illud capit. in quo de taciturnitate, & contradictione, ac dissensu patris, & mariti tractatur.

Tertiò quæro, an attentata dicantur facta per citatum, si citatio obtenta sit per procuratorem assertum, & consequenter reuocanda veniant? Pro opin.negatiua pondero quòd citatio huiusmodi à falso procuratore obtenta nulla, & inualida fuit; falsus enim procurator dicitur is; de cuius mandato non constat.l.si procuratori falso.ff.de condict. ob causam.l.1.C.de procurato.c.1.extra eo. Ioan. da Ana.consi.26. viso.numer.1.& consi.104. visis, & vtrobiq. in addit. Ludo.Bologni. Boe. Dec. 274.an valeat ante num.6.falsus autem procurator iudicium, aut controuersiam non facit, seu constituit, præalle.l. licet, & ibi Bart.Bald.& alij. l.cum iusto.ff.de collu.dete. neque mouere potest actionem, neque respondere. Bal.in l. falsus.in 2. oppo.numer.5. & post num.26. C. de fur. per rationem per Bal.alle.in d.l.licet, quæ est, quia iudicium requirit tres personas, Iudicis actoris, & Rei. c. forus.versic. omni. de verb. signi. falsus autem procurator non gerit vices alicuius ex his personis. ergo deficit vna ex personis substantialibus iudicij. ergo citatio decreta nulla, citatio nulla citatum non afficit. glo.magna in fi.in c.placita.15. quęst. 4. Archi. in c.non ita.post prin.2.quæst.6.Pro parte vero affirmatiua, ꝙ immo iam lis introducta dicebatur, & lis pendebat ex quo omnino acquisita erat iurisdictio, & acta facta per assertum procuratorem poterant quandocunque ratificari, & ante sententiam concordant tam Docto. omnes, quàm etiam Rota, ad ea quæ adduco in 10. quæst. Reg. de subro. Et quia citatus expresse vocabatur, negari non potest, quin comparere debuerit causam allegaturus, saltem quare comparere non teneretur, iux.Dec.Bellame.in simi.597.si procurator.Et cum esset admissus procurator assertus a iudice, & propterea iudicium esset bene firmatum, vt per Doct. in l.inter quos.§.alieno.ff.de dam.infe.& per omnes in l.licet.C.de procurator. debuit citatus credere aliqua bona ratione motum iudicem & ideo venire ad opponendum, & in dubio obtēperare citationi. Et pro hac opin.affirmatiua, & ꝙ attentata dicantur, & reuocari debeant, audiui conclusum fuisse per Dominos de Rota in Taruisin. pensionis coram bonę.me. Vestano. Videre poteris quæ in terminis non dissimilibus scribam in tract. Inhibitio. quæst.26.

Quarto quæro, an qui post inhibitionem a Rote iuit ad consilium Regiū pro manutenenda possessione sua, attentasse dicatur? R. Domini de Rota vti annotauit bo. me. Achilles Dec. 14. in titu. de attentatis. pro parte negatiua concluserunt in hæc verba. (Attentata noluerunt Domini esse in vna Cluent. coram Domino Prospero, quia post inhibitionem a Rota iuit ad consilium Regium pro manutentione possessionis suæ, quam poterat propria auctoritate defendere, quia vrbanius propter plura) Paris.consi.vl. 4. vol. Nec conclusio dominorum in partem negatiuam & iuri, & rationi dissona est, pro qua etiam vide quæ scribo de Inhibit.q.25.num. 2. Ansam autem præbere videtur non solum Regibus, sed cuiuis Domino temporali se circa negocia Rotalia, quæ ut plurimum beneficiaria existunt, & circa sacerdotia, ac dignitates, & personas ecclesiasticas se intromittendi contra text. in cap. nouit, in prin. de iudi. optime per Rot.339.quæ est eadem cum illa Bisigne.2.de consue.in antiquio.ubi quod Rex non potest habere iurisdictionem in clericos etiam ex consuetudine, per rationes de quibus ibi.c.2.& ibi per Abb. numer.1. & per Felyn.de maio.& obedi. occasione autem, seu prætextu manutentionum huiusmodi Domini temporales vt sæpè vidi, se, & suos super sacerdotijs, sacerdotiorum iurisdictionibus, sacerdotibusque ipsis iudices constituunt, aliaque faciunt quæ hic subticeo, legant isti Ezechiæ cap. vlt.vel saltē legant carmen Virgilianum.6.Aeneid. procul, o, procul esto profani. Conclamat vates.

Quintò quæro, an pendente dilatione attentata reuocari debeāt? Pro opin.negatiua facit, quòd pendente dilatione iudicis officium quiescit.l. siue pars.C.de dilatio.c.significante. de appell.gloss. in vers. decem, in c.ubi periculum.de electio.lib.6. Ancha. consi.36. visa quadam, num.6. Ias. in l.2. colum.fi.ff. de re iudi. & dilatione pendente processus factus, & sententia lata sunt ipso iure nulli. glo.in uers. nullius.in l.1.ff. de ferijs.Bald. in alle. l.siue pars.C. de dilatio.Franc.in cap. significante, colum.3. de appel. Nec consensu partium reualidari possunt.Bal.in l.penul.colum.fi.uersi.Et illud quod. C. de arbit.Ias. consil.44. colum. 1. libr. 3. Bero. consil. 106. numer. 4. libr. 3. Lap. Alle. 2. disputat hic, post numer. 7. versicul. ad hoc quia pendente, & alleg. 82. in causa, numer. 2. Iacob. de

de S. Georg. post glo. in vers. momenti.in l.1. nu. 24.ff.de fer.Rober.Maran.in suo Specu. in 16.distin. iudicio.numer.4.Opin.affirmatiuam quæ est æqua, & rationi consona, tenuit iux. terminos nostri quæsiti Lap. dicta Alle. 82. numer. 6. dicens quòd si iudex assignet terminum partibus ad probandum in causa, & dilatione pendente altera partium aliquid attentauerit in præiudicium litis, vel partis alterius, nulli dubium ꝙ iudex poterit officium suum impendere circa reuocationem attentatorum, non obstante dilatione assignata ratione prædicta. Idem voluerunt Innoc. in ca.significante. vers.Et hæc est ratio. Imol.colum.2.in 3. Fallen. Abb. col.fin. vers. Idem dixi. & Franc. in 8. limi.de appel.Sozzi.Regu.93.in 6.fallen.Inquátum autem dixi ꝙ sententia lata dilatione pendente sit nulla, intellige tu, & limita nisi iudex ante sententiam dilationem reuocet. Hinc est ꝙ Rota Romana sicut in cæteris ita in hoc prudentissima circa sententias proferendas hac optima cautela indifferenter vtitur, videlicet: Reuocatis prius dilationibus, & datis refutatorijs quibuscunque appellationibus, teste etiam Gui. Cassa. suo tempore Auditore præclaro. Dec. 9. num. 2. de appel. Nec cautelam iuribus non consonam putes: plerumque enim dilationes reuocari possunt, & illis reuocatis iudex procedet ac si illæ non emanassent. prout per Cyn. in alle.l.siue pars. in 2. not. C.de dilatio.Bald. in l. si pacto quo pœnam, in prin. C. de pact. & in l.quamdiu. vlt. uers. In eadem glo. & Aretin.num.5.ff. de acqui.hære.Butr. in c. significante.col.4.vers.limita tamen, & Abb. ac Franc.col.4.de appel.Sozzin.in regu. 93. in 3. & 18. limit.

COMMISSIO XV.

ATTENTATORVM EXCLVSIVA:

BEATISSIME Pater, Lite & causa &c. N. aduersarius nouis fraudibus fretus ad differendam, & immortalem reddendam causam huiusmodi super negocio principali nunc prętensa attentata confinxit, sperás hoc clipeo negocium principale numquam terminari posse, causamq. & causas prætensorum attentatorum, & innouatorum eidem R. D. Auditori commisit, supplicat sanctitati vestræ Orator præfatus, quatenus ad omnes calumnias, & cauillationes tollendas dignetur eidem Reuerendo D. Auditori, uel in eius locum subrogato, uel subrogando committere, & mandare, vt eidem. N. aduersario aliquem breuem, & peremptorium terminum assignet, ad docendum de prætensis innouatis, & atentatis, quo elapso, & illis legitimè non probatis, illis reiectis in negocio principali procedat, causamque, & causas super negotio principali pendentes iuxta formam commissionum hactenus præsentatarum terminet, & decidat partibus iustitiam ministrando. præmissis &c. cum potestate &c.

COmmissio prædicta necessaria est, ad tollendum obstaculum, & impedimentum remedij attentatorum, quòd tam priuilegiatum est vt omne aliud iudicium impediat, & suspendat.cap. non solum. ad fi.ubi omnes.de appell. Oldr.consi. 199. pro fundamento.Abb. in c.bonæ.nume. 20. & ibi Fran.de appel. Dec. Neapo. Afflit.98. pulchrum.nu.3. Dec.con.103.& consi.200.col.2.hac igitur commissione obtenta, terminoque in vim illius præfixo, & elapso, si non constet de attentatis, tuto, & ualide super negotio principali agi poterit, vt docet Cassa. dec. vlt. de dilatio. num.5. quæ etiam commissio aliquibus mutatis proderit ad excludendum etiam interdictum, seu remediũ recuperandæ. ut per Cassa. ubi supra. Et in ijs, & similibus terminis pondero, quòd qui terminum sibi ad aliquid docendum, seu faciendum præfixum labi permittit, censetur renunciare, nec potest agendo, vel excipiendo audiri, ita de præfixione ad docendum de nullitate loquente tradunt Pau. Castren. consi.285.in antiq.aliàs 315. Alex. consi.105.lib.2.& consi.226.uol.6.Ias.cons. 200. col.2. lib.2. ac Io. Cęph. consi.201.existimo, nu. 4. & consi. seq. numer.18. lib.2. absque hac cõmissione, & si non adessent aliqua attentata, cogeretur quis tres conformes sententias obtinere, per quas absolueretur a prætensis, & obiectis attentatis. quando is, cui obijcitur attentatum, dubitat illud per aduersarium probari posse, remedium commissionis præmissæ in nihilo sibi opitulabitur, sed opus est ut attentatum purget, possessionem, videlicet si quam accepit, ac fructus perceptos restituat, expensasq. in negotio attentatorum factas persoluat, antequam in negotio principali audiatur.c.bonæ. vbi omnes. de appel. & de restitutione possessionis, & fructuum huiusmodi, ac refectione expensarum loquutus sum supra in præcedentis commissionis formula, in uersic. ad suamq. priorem possessionem, & in vers. fructusque. Verum, si expectet tres sententias, & alia quæ postea sequi debent, & temporis iacturam sentiet, & grauissimis urgebitur expensis. vnde cautius aget, si possessioni in fauorem aduersarij cedet, pro fructibusque liquidandis, ac expensis taxandis, & moderandis deponat aliquid, offerens statim illud plus, in quo fructus liquidabuntur, vel expensę taxabuntur, se soluturum, petatque in negocio principali procedi, nec absonũ erit desuper rescriptum impetrare, quod signabitur arbitrio auditoris, uel prout de iure. Et an per verbalem cessionem attentata purgata dicantur. Rota tenuit quòd sic, in vna Florentina hospitali: inter D. Antonium Strozium, & D. Hieronymum Malauoltam, coram bon. mem. Achille, dato dubio, an per verbalem cessionem attentatorum illa dicantur purgata? Rota (ut bon. me. Nouatus annotauit] conclusit in hæc verba. Die Veneris 24. Februarij 1548. Rota resoluit purgata

gata esse attentata, verum dandum esse terminum quindecim dierum, uel circa. in quibus possit recu perari recuperari possesio. ille terminus quindecim dierum assignatus fuit ad fauorem attentata supponentis, ne infra illud tẽpus ad negotium principale deueniretur, & ad hoc ut interim realis possesio caperetur per illum, contra quem attentatũ fuerat. Quo uero ad fructus liquidados, & expensas tazandas, & moderandas deposito p̃ dicto de iure locus esse uidetur per text. in l. statu liber, rationem, ibi [de eo, quod obscurius est, satisdare paratus est] & l. seruus si hæredi. in fi. ff. de statu. lib. l. fundus. & ibi per Bar. & Bal. ff. de rescind. vend. Bal. in l. uni. nu. 5. uers. modo quæro utrum sufficiat. uerbo offerre, & ibi Sal. n. 6. C. ne lice tertiò prou. Bar. in l. si. finita. §. item uideamus. ff. de dam. infe. latè per Tiraq. de utr. retract. gl. 19. §. 1. part. 1. pag. 370. & seq. uers. at illud. nu. 2. & seq. Et pro huiusmodi deposito in euentutnm liquidationis fructuum concluserunt Reuerendi Do. de Rota in Bononien. spolij, seu attentatorum coram Marsican. inter cruciferos fratres ex una, & Nicolaum de Astulphis ex alia, prout Dec. Mohe. 23. incip. Cruciferorum, sub tit. de restit. spolia. dato deposito in euẽtu m liquidationis sit agendum in petitorio, fuit tẽtum quòd etiam in spolio sufficit depotuisse in euentum liquidationis, ut possit procedi in negotio principali peritorij. ratio fuit, quia non stat per condemnatum quominus soluat, sed hac ratione non soluit, quia fructus non sunt liquidati.

COMMISSIO XVI.

ITERATORIA TERMINORVM.

BEATISSIME Pater lite &c. Dignetur S.V. ne de ualiditate sententiæ ferendæ dubitari contingat, R. D. Locumtenen. Aud. Cameræ committere, & mandare, ut omnibus & singulis terminis substantialibus, etiã malè, nulliter, conculcatè, seu aliàs qualitercunque tentis, & seruatis, simul, & semel unico contextu, unica audientia, & unica citatione pręcedente iteratis, ad decisionem causæ, & causarum huiusmodi partibus alias iustitiam ministrando procedat. Cum potestate &c. præmissis &c.

COmmissio hæc in Rota superflua esset, stante Bulla Innocentiana subijs uerbis disponẽte, ad reiterationem quoque terminorum nulliter, vel malè obseruatorum partes, seu collitigantes, earumque procuratores admittere. Et sic in Rota termini malè seruati, in uim Bullę Innocentianæ iterantur. Et quòd Bulla huiusmodi in Rota tantum malam, aut nullam terminorum substantialium obseruationem; reis etiam in duab. audientiis tantum tentis, uel aliàs conculcatè, aut peruerso ordine, aut malè, & nulliter seruatis, etiam si seruati fuerint per procuratores assertos locum sibi uendicet, est in terminis Dec. Cass. 8. de rescr. nu. 10. Qui termini dicantur propriè substantiales, & quorum vnius omissio sententiam reddat inualidam, tractaui in 13. q. 31. Reg. quod commis. cau. nu. 6. De terminorum obseruatione in quauis causa, & instãtia, ex articulo, etiam quo ad pleraque accessoria, deque terminorum iteratione tam in causis profanis, quàm beneficiariis, & summariis, uideatur omnino Cassa. dicta Dec. 8. num. 8. & latius Dec. 9. de rescr. ubi etiam quòd si causa sit profana, & termini seruati sint, prout in beneficialib. necessaria est huiusmodi expressio, alioqui iteratio inualida esset, & ibidem damnantur procuratores ignaui, & ignari ad hæc non aduertentes, & horum numerus Romæ infinitus est. De ijs terminis, terminorumque iteratione uideatur. D. Oct. Vestrius, qui latè tractat in plurib. cap. lib. 5. suę praxis iudiciariæ, pro quibus etiam, & aliis huc spectantibus uideatur in nouissimis additionibus, seu annotatiobus ad nouas Rotæ Dec. quę ascribuntur Papazoni super 2. dec. de rescript. Quib. etiam adde, quod si iuramentum calumniæ, uel terminus ad probandũ, & huiusmodi equipollent litis cõtestationi, prout per Lap. Alle. 112. in causa usuraria. nu. 3. fortius omnium terminorum substantialium obseruatio æquipollebit litis contestationi. Illa uerba unico contextu de sui natura denotant actum immediatum absque aliquo temporis interuallo, seu antequam quis deueniat ad actus extraneos. l. hęredes palam. & ibi Bart. ff. de testa. l. continuus. in prin. ff. ff. de verb. obl. vbi continuus actus dicitur ille, qui continuatim perficitur. pro quo etiam Paul. Ghirlan de Hæret. quęst. 5. nu. 11. similes actuum diuersorum, & diuersis temporib. expe diẽdorum conculcationes regulariter prohibitæ sunt, argu. tex. in c. dilectus filius, ibi: Mandauit vt eum vno, & eodem die ad tres sacros ordines promoueret. de temp. ordinatio.

Quęro an in uim bullæ Innocentianæ in Rotę tribunali sanentur termini malè, & nulliter seruati pẽdente dilatione concessa ad comparendum. Pro opin. negatiua adduci potest, ꝙ pendente dilatione quiescit officium iudicis. l. siue pars. C. de dilatio. c. significante. de appell. Lap. Alleg. 2. post num. 7. vers. Ad hoc quia pendente, & Alle. 82. in causa, n. 2. si igitur officium iudicis quiescit, ergo interim non habet iurisdictionem, at defectus iurisdictionis est insanabilis, & rescriptum sanãs omnes nullitates, non censetur sanare nullitates ex defectu iurisdictionis. gl. j. in clem. uni. & ibi omnes. de seq. pos. cle. 1. & ibi Doc. de re iud. Cald. cons. 8. eo. tit. Staphil. super sign. fol. 127. iuxta primam impres. vers. Et ex ijs. Sarnen. in comen. vt. signa. nu. 74. & seq. Contrarium conclusit Rota in Lugdunen. seu Burgen. prioratus Mantuani coram Hiero. Veral. 20. Decembris 1540. Durante enim termino 60. dierum ad comparendum fuerant seruati tres termini. Ad dicẽdum contra commisiõnẽ, libellandũ & articulandum, & postea seruatis aliis terminis fuerat pronunciatum dabatur de nullitate sententiæ,

riæ, fuit conclusum quòd Innocentiana sanabat. Nec obstat illud de pendentia dilationum, tum quia dilatio, & terminorum obseruatio tendunt ad diuersos fines ad præalleg. Alle. Lap. 2. & 82. cũ iis quæ vtrobique addo in Apostilla. in uer. dispo nat. in 82. in uer. respondebatur. Tum etiam quia ista terminorum obseruatio non respicit merita causæ. Pro præmissis est Dec. Put. 78. incipiens, in una Lugdunen. lib. 1.

COMMISSIO XVII.

APPELLATIONIS IN PRIMA INSTANTIA.

DIGNETVR S. V. Causã, & causas appellationis. & appellationum parte deuoti. S. V. Oratoris N. a quadam prætensa diffinitiua sententia, seu vim diffinitiuæ habente in parte, & partibus, contra dictum Oratorem vt dicitur lata, & promulgata, in causa, & causis coram R. P. D. Ioan. Baptista Rubeo in prima instãtia de, & super parrochiali ecclesia &c. interpositæ, & interpositarum, nec non nullitatis, & nullitatum dictæ prætensæ sententiæ, totiusq; prætensi processus desuper habiti, & facti, attentatorumque, & innotatorum quorumcunque, vna cum toto negotio principali, alicui alteri ex vestri sacri palatij apostolici causarum Auditoribus, seu locumtenentibus, vnà cum omnibus suis incidẽtibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & cõnexis audiendas, cognoscendas, decidendas, fineq. debito terminandas, summariè &c. committere, & mandare, cum potestate citandi &c. Præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac termino iuris pro apostolis forsan dato, ita quod pro illis vlterius redire non teneatur, stilo palatij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

APPELLATIONIS commissio infra decem dies impetrari debet, supposito ꝙ in curia Romana apostoli reuerenetiales dari cõsueuerint appellantia diffinitiua, cum termino decem dierum ad prosequendum. Rot. 604. dic ꝙ si appellatum. in anti. 458. si Papa, post prin. in nou. quç est eadem Bellam. 619. si Papa. Cassa. Dec. 4. de appella. in princ. ubi quòd de stilo palatij appellanti a diffinitiua dantur reuerentiales, cum termino decem dierum in forma solita, ita quòd si infra decem dies causa appellationis commissa non repetiatur, deserta erit appellatio. Et illa uerba (in forma) extenduntur a notario causæ hoc modo videlicet. Quatenus à diffinitiua, & intra decendium, ac quatenus à legitima persona petantur: aliàs dat refutatorios, ut docet Cassa. Dec. 7. de appel. nu. 5. & in dicta Dec. 4. subdit, sufficere quòd commissio sit præsentata iudici ad quem, die undecima, dummodo die decima probaretur data cursori, vt illam præsentaret, & infra illos decem dies dicit etiam sufficere adire Vicecancellarium, vel locumtenentem, puto quòd intelligat de Regente Cancellariæ: subdit (vel eum qui pro tempore ad signaturam commissionũ est præfectus.) & si erit impeditus ꝓtestari, & aliàs ut ibi. & Dec. 35. Prolom. dicitur in Oscen. Vicariæ conclusum fuisse per dominos sufficere commissionem appellationis esse in banco cursorum infra tempus decem dierum, licet non sit redempta à cursoribus, ratio est, quia sufficit ꝙ infra illos decem dies appellans inceperit prosequi, & sic decem dies dantur ad inchoandum, Rot. 155. si certus, & prælle. Dec. 485. si Papa. in nou. Bisigne. 20. si certus. de appel. in antiquio. Philip. Franc. in cap. personas. colum. 3. versic. circa secundum principale. Et prædicti Cassa. & Ptolom. respondent ad dubium Fasto. 37. incipiens eodem die dubitatum, quod videbatur in contrarium facere, illud procedere in tempore appellationis finiendæ, non prosequendę, ut hic. Ex ijs, quæ supra tetigi, pulchrum dubiũ elici potest uidelicet, procurator N. in prima instantia constitutus etiam ad audiendum sententiã absque clausula, & appellationem prosequendum quo casu appellare potest, & debet, non autem appellationem prosequi. c. non iniustè. §. potuit. de ꝓcur. Rot. Bisign. 2. eo. an constitutus. & 147. si procurator. in nou. appellat, & tali procuratori appellanti dati fuerunt apostoli reuerentiales, & sic (vt præmisi) decendium assignatum fuit ad committrẽdum causam, infra quod causam committi non fecit, quæritur an sententia in rem transiuerit iudicatam? Pro negatiua concludendum est, præfixio. n. termini facta per iudicem procuratori primæ instantiæ non arctauit suum principalem, quasi talis prẹfixio sit actio secundæ instantiæ, ad quã procurator non habebat mandatum. Finita enim causa definit esse procurator, & solum appellare pôt, ad supra adducta, & ad tex. in l. inuitus, vbi ẽt glos. in vers. extendere, & Docto. C. de procur. Rom. sing. 467. procurator. Alex. cons. 36. uiso. nu. 9. lib. 2. & Rui. cons. 80. quamuis num. 3. uol. 5. Mil. in reper. in vers. procuratoris mandatum finitur, & Dec. Putei. 3. sub tit. de appellat. Et prosecutio appellationis non est de apenditijs primæ causæ, seu primæ instantiæ. Iason in d. l. inuitus. nu. 3. Insuper cũ is qui pro N. in prima instantia comparuerat, & postea appellauerat, non sit amplius eiusdem procurator (ut supra probaui) actus factus contra absentem non citatum est inualidus. ad tex. in l. de unoquoque. ff. de re iud. & l. si ut proponis, prima, C. quomodo & quando. iud. Nec ob tex. in capit. cum sit Roman. de appell. quia intelligitur, quando talis præfixio termini fit appellanti, habẽti legitimam personam ad prosequendum appellationem. Hanc opin. tenuit maior pars Dominorum Rotæ in Bononien. parro. de mõte maiori, prout Dec. Molied. 5. sub tit. de procu. aliàs. 96. vel 126.

Et appellationum.

Videtur ꝙ sufficeret

ceret expressio, de qua supra uidelicet appellationis, absque hoc uerbo appellationum. Aut enim intelligere uolumus, quòd plures ab una sententia appellauerint, aut quòd vnus à pluribus iudicibus appellauerit, aut quòd plures appellationē coram eodem iudice ab interlocutoria videlicet, & diffinitiua interposuerint, aut quòd idem corā eodem Iudice ab eodem grauamine ad eundem pluries appellauerit, quorum nullum in casu nostræ commissionis uidetur dicendum, ergo frustra illa expressio appellationum. Breuiter, licet iuxta vltimum membrum præfatæ distinctionis, quando idem super eodem grauamine ad eundem pluries appellat, unica appellatio censeatur. ca. bonæ. de appell. pulchrè per Lap. Alle. 8. præsentatus per patronos, post princ. vbi etiam de pluries præsentato, & de eodem matrimonio pluries contracto, per Bald. in pręfa. C. post nu. 10. ubi de confessione pluries eodem tempore emanata, quòd una tantum censeatur, & per Barb. in apostil. ad ipsum in uers. sed quando, ubi de iniuria pluries eodem momento facta, & de appellatione pluries emissa, quòd unica dicatur. Hoc tamen verbum, appellationum, additur ad maiorem cautelam, etiam aliorum membrorū, seu casuum s ponamus enim quòd idem ab eadem sententia coram eodem iudice duas successiuè appellationes in scriptis interposuerit, & disputari posset quæ præualeat, seu an secunda primæ deroget, vel a cuius interpositionis tempore fatalia currant, seu tempus ad committē dum causam, vel quo ad alios effectus, ad præalle. c. bonę. post princ. ibi. (Ad nos pluries uocem appellationis emisit) & ibi per Doct. & c. cum nobis, vbi latissimè Phi. Fran. post. alios, col. 4. adducens plures, & diuersas opin. de appell. sic etiam supponere possumus, quod fuisset primo uiua uoce, postea in scriptis appellatum, quo casu Doct. distinguunt, an cum protestatione, seu reseruato iure postea in scriptis appellandi, an sine, & an sint plures appellationes, an una, & quæ præualeat, & an una altera tollatur, vt per Bart. in l. procurator. nu. 4. & ibi per Imol. & alios. ff. de nou. oper. nun. per Ant. de Butr. & Abb. in c. dilecto, ad fi. per appell. per Lud. Rom. cons. 41. in pręsenti. nu. 2. per Phi. Fran. in c. tua nobis. col. 4. uers. in ea glo. & latius colum. penult. uers. ultima dubitatio est. per Alexand. consil. 141. in causa inter vniuersitatem. nu. 12. uers. accedit quia in prima petitione. uol. 4. quem sequitur. D. meus. cons. 460. viso puncto. n. 8. & post nu. 6. Ponamus etiam quòd procurator appellasset, de cuius mandati ualiditate disputari possit, rursusque principalis appellasset. Alios quoque casus excogitare possemus, circa quos immorari non expedit, sat sit quòd illa expressio aliquid operari possit, & in omnem euentum abundans cautela nocere non potest. l. si pupilli. §. 1. uersicu. quod tamen. ff. de nego. gesto. l. testamentum non ideo. in fi. C. de testa. l. non solet. ff. de reg. iur. de appella. viua uoce cum reseruatione appellandi in scriptis, & quæ harum appellationum successiuè interpositarum dicatur ualida, & de pluribus appellationib. trac. etiam Maran. alios referens in 1. quæst. 2. actus prin. in materia appellationis. num. 111. cum alijs seq.

Oratoris N. Puta si appellans, uel impetrans rescriptum uocabatur Nicolaus seu Nicomedes, sufficiat primam literam nominis illius apponere iuxta tex. in ca. cum M. de constitut. in c. P. & G. de off. deleg. in c. cum P. de fid. instrum. cum infinitis alijs. uel dicamus literam N. non magis pro Narciso, uel Nicolao, quā pro Fabio, Ludouico, vel Calfurnio, vel pro quocunque alio nomine positam, præsertim quando ignoratur alicuius nomē, quod apud pragmaticos Romanos sæpius fieri uidemus præsertim in supplicibus libellis, ut docet Rebuf. in sua praxi benefici. in forma signaturæ, in uers. Ludouici. vers. Si uerò ignoretur nomen. An & in quibus sufficiat similis expressio, & quid in nomininibus, in cognominibus, in dictionibus numeralibus, ac indictionibus truncatis tracto in pluribus quæst. 15. Regul. Cancel. ac in quæst. 88. super Arg. de Anno. Sed magis ad rem sciendum est non solum in commissione oratoris, qui appellauit, expressionem huiusmodi sufficere, imò iuxta terminos nostri propositi quæsiti expressionem nominis appellantis indiuiduam non esse necessariā. est tex. in l. 3. ff. de app. & nota in l. 1. vbi etiam Bart. & Castren. ff. eod. Specu. eod. tit. §. qualiter. no. 4. & conclusum fuit in Rota prout Dec. Guidob. 40. incip. uoluerunt Domini. in qua Dec. defenditur etiam appellatio, seu appellationis cōmissio, in qua non erat congrua expressio facta.

Prætensa. Quasi conficta, seu simulata, uel non uera, & propria. Cic. in Vat. (Tu qui te Pyctagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus, ac barbaris moribus prętendere) & ad alia quæ adduco in 48. quęst. Reg. de Anna. num. 2. & seq. ubi etiam rationem reddo quare dici soleat. A prętensa sententia. Ibi dictis addo, quòd citatus ut reus, seu ut procurator, uidetur habilitatus ad iudiciū, & sic ille citatus poterit comparere tamquam uerus reus, seu uerus procurator, ut per Innoc. & Fely. in c. cum inter. de excep. per Bar. in l. cū mulier. quę est 49. post nu. 5. ff. solu. matr. per Paul. Castrē. cōs. 11. tota disputatio. par. 1. iuxta antiquā impres. Cæp. caut. 116. si petens. Fallit si citatio fuit conditionalis, seu cum dictione de qua supra, seu simili, puta si in citatione dicatur, citetur Męuius quatenus ex aduerso procurator, seu prætensus procurator, seu citetur Titius quatenus sua intersit, iuxta formam traditam per gloss. ultim. in l. ea quidem. C. si māc. ita fue. alie. ibi si manumisisti venias responsurus ad pœnam, aliàs non uenias. ita declarat Bald. in l. ult. col. 10. in 5. q. C. de edi. diu. Adri. tol. quod singulare affirmat Roman. in l. de pupillo. §. 1. ff. de nou. oper. nunc. & Catel. Cot. alios referens in Memori. in uersicu. citatio habilitat. idem esset dicere asserta, prout supponunt Spec. de libel. con cep. §. fin. num. 7. versiculo, item cautus sit actor, & Rebuf. de nominat. quæst. 1. nu. 10. & ante. & in iure nostro habemus in rubro, & nigro. C. de asser. tollen. Quæ igitur prætenduntur, non sequitur qđ sint, sed potius contrarium annuitur, & in simili ha-

habemus apud Platonem.lib.13. qui Theæretus, vel de scientia inscribitur in hæc verba. Tantumq. abest vt omnia quæ apparent cuique ea sint, vt contra nihil eorum, quæ apparent existat, pro quibus glo. in uersicu. diceret in l.1.ff. de donatio. & Bart. in extrau. Ad reprimen. in ver. asseratur. Est bene verum quòd simplex relatio dicti, seu uerborum alicuius non inducit comprobationem iuxta. gl. no. in l. Gallus. ver. Idem credendum. in uer. pro nepos. in fin. ubi dicit, sed dic ꝙ referendo verba Galli circa illud, hoc facit non approbando uitiũ. quam ibi pro not. sequuntur Io. de Imo. & Alex. ff. de libe. & posth.

Diffinitiua sententia.

Etiam si simpliciter dictum fuisset sententia, de diffinitiua interpretatio facienda esset. Sic accipi potest. l. quod iussit, iun. gl. ff. de re iud. l. j. §. biduũ iun. glos. in uersic. sententiæ latæ. ff. quan. appel. sit l. dicimus. in prin. ff. de arbit. c. cum olim. in fi. iũc. glos. fin. in princ. de testib. c. super eo. 2. & ibi Abb. num. 6. & Franc. in 2. not. de appel. Io. de Imol. super rub. ff. de re iud. Amplio etiam in statutis. Bal. in l. 1. num. 12. uersi. quod intelligendum de diffinitione causæ. C. ne lice. ter. prouoc. per eundem Bald. in l. 1. §. 1. versicu. & ideo nomen sententiæ. ff. de offi. præfe. præto. sequitur Alex. consil. 50. uisis actis, num. 2. lib. 2. & Phil. Franc. in c. cum appellationibus. §. si uerò, num. 3. de appell. libr. 6. & tanto magis hæc interpretatio facienda esset in casu nostro propter subiectam materiam, ex quo habemus regulam Cancella. 35. iuxta ordinem antiquum prohibentem appellari ante diffinitiuam sẽtentiam. signatura tamen tollendas disputationes, & fraudes causas committentium, si non esset appositum verbum, diffinitiua, illud adderet. In rescripto facienda est mentio sententię latæ iuxta dictum gloss. in c. super literis, in uersic. literas de rescript. argum. tex. in cap. dilectos. de fid. instrum. & in l. fi. C. senten. rescin. non pos. licet tamen erraretur in nomine iudicis, qui sententiam tulisset, commissio non esset subreptitia. Bal. consi. 341. proposito, vol. 5. vbi consuluit lata sententia ex consi. Sẽpronij, & in rescripto impetrato narrato Maran. in consilio pronunciatum esse. rescriptum non esse surreptitium.

Seu uim diffinitiuæ habẽ.

Interlocutoria vim diffinitiuæ habens dicitur mixta, & media inter sententiam propriè diffinitiuam, & interlocutoriam strictè acceptam, & sic de natura vtriusque participat, & ea dicitur interlocutoria uim diffinitiuæ habens, quæ negocium inter partes ex toto determinat, & finit, licet in ea solemniter non procedatur. ad gloss. in uersic. repulsione, præsertim in fin. in clemen. in fin. de appel. Angel. consi. 267. multorum, post princip. Ioan. And. & Abb. in c. peruenit. vbi etiam Cardin. de appellat. Bald. in l. minoribus, num. 8. uer. Attende tu istud, C. de his qui. ut indi. pulchrè Matth. Matesi. sing. 39. no. quòd ab interlocutoria quæ habet vim diffinitiuæ, ubi quòd accedit magis naturæ diffinitiuę quia mixtura debet attribui illi extremo, in quo magis calescit, ad l. queritur. ff. de stat. hom. & ibi, dat plura exempla interlocutoriarum vim diffinitiuarum habentium. Optimè etiam per Anton. de But. consilio 6. sententia lata, vbi quæ dicatur merè diffinitiua, quæ interlocutoria strictè, & quę uim diffinitiuæ habens, & quòd in hac potius seruari debent tempora appellationis diffinitiuę, quã interlocutorię. Videatur Rot. 13. si iudex. cũ Addi. de quibus ibi. & 85. si à sententia. in nou. vbi an sententia attentatorum habeat uim diffinitiuę cũ negocium principale non diffiniat. Videantur ẽt Rot. Bellame. 54. in sententia lata. 148. sententia lata. & 286. in materia. ubi inter alia vult sententiã super attentatis quo ad effectum esse diffinitiuam. Et no. Achil. de Gras. Dec. 9. sub titu. de attenta. ꝓnunciationem attentata esse reuocanda, interlocutoriam dici, ad Dec. 87. in no. & 29. in anti. & ꝙ licet multæ interlocutoriæ habentes vim diffinitiuę non trãseant in rem iudicatam, vt reuocari possint vt in anti. 454. & 525. tamen sententia super reuocatione attentatorum, etiam quo ad iudicem transeat in rem iudicatam. ꝙ non possit reuocari, & ꝙ ita inclinarunt Domini in una Gerunden. Conuocationis capituli coram R. D. Anton. Augustino deductis per Abb. & Franc. colum. 4. in cap. cum cessante. de appel. Et hoc esse quod dicitur in Dec. 214. no. quod sententia. in anti. ad fi. ꝙ difficile reuocatur. Pro pręmissis etiam uideatur Phil. Franc. in cap. vt debitus. colum. 10. in 14. q. vbi etiam ꝙ sicut in sententia diffinitiua non requiritur expressio causę, ita nec in ea quę vim diffinitiuę habet, ꝓ quo plura adducit. de appell. pręalleg. consil. But. comprobat Rui. consil. 78. in quęst. num. 3. qui postea num. 4. concludit statutum prohibens appellationem à sententia diffinitiua, locum etiam habere in habente vim diffinitiuę. volum. 5. Et quod in interlocutoria uim diffinitiuę habente omnia seruanda sint, quæ in appellatione à diffinitiua circa insertionem causę, voluit Ioan. And. quem cõmuniter alij sequuntur in c. peruenit. 2. de appel. sequitur Ludou. Romanus in l. stipulationum aliæ. nu. 13. ff. de uerb. obli. postea subijcit rationes, quare in appellationibus ab interlocutorijs fiat causarum expressio, & ibi etiam per Aret. per Ioan. And. & Abb. in capit. peruenit. colum. 1. de appel. & per Barthol. Cassen. consi. 68. uisis processibus. nu. 64. sic & appellatio ab interlocutoria uim diffinitiuæ habente suspendit, sicut appellatio a diffinitiua, vt tractabo infra 22. com. executoriali. Et quod idẽ dicendum sit de interlocutoria uim diffinitiuæ habente, quòd de sententia diffinitiua concludunt Bart. in l. ꝙ iussit. ff. de re iudic. Abb. in c. cum cessante. col. 2. & in cap. peruenit. 2. de appel. gloss. in cap. fin. in ver. manes. de electio. lib. 6. Maria. Sozz. in c. qualiter. j. de accusa. Fel. in c. causam matrimonij. in princ. de off. deleg. De meris sententijs interlocutorijs, & habentibus vim diffinitiuarum tractat Dom. meus Phil. Dec. in c. cum cessante. de appellatione, & ibidem de interlocutoriæ reuocatione, & per Doctor. præsertim modern. Perusi. in l. quod iussit. ff. de re iud.

In

In parte & partibus.

Queꝛo an ſtante in commiſſione appellationis hac clauſula; vel alia ſimili videlicet, Quatenus contra ipſum, ſi ſententia ſubſcripta fuerit in fauorem N. appellantis, aduerſarius qui non commiſit cauſam infra tempus hac commiſſione vti poſſit? Antequam vltra procedam præmitto inexpertis ſtili Ro. Cu. ꝙ in ea tam Reuerend. Domini auditores, quàm Vicarius Auditor Cameræ, & gubernator, illorumq. locumtenentes, quàm etiam prælati, & alij Ro. Cur. iudices (Capitollinis exceptis) prout in cedula pronunciare conſueuerunt, quæ non ſtatim ſubſcribitur, ſed plerumque non ſolum vltra decendium ad appellandum, ſed ultra menſem differtur, & quod hodie fit, etiam olim fieri conſueuerat, vt teſtatur Ioan. Franc. Paui. qui fuit Rotæ Auditor doctiſſimus. de offi. & po. capi. ſe. vacan. parte. 1. quæſtione 2. poſt numerum 3. verſiculo. Nos autem Auditores, vbi iux. tex. in l. ſi vt proponis. C. quomo. & quan. iud. iun. tamen declaratione per gloſ. fin. ubi dicit, Rotæ Auditores non poſſe corrigere, vel emendare ſuas diffinitiuas ſententias: ſubdit, licet de ſtilo teneamus eas in ſcarſella per plures dies antequam ſubſcribamus; & interim corrigamus. Hoc ego non improbo, ſed bene ſubſcriptiones quas fieri audiui, poſt menſes & annum. Nouiſſimè per Pium Quartum, per quandam cōſtitutionem ad perpetuam rei memoriam, ſuper reformatione officij Rotæ ſub datum anno Incarnationis 1562. 6. kal. Ianuarij, inter alia quo ad rem noſtram ſtatutum fuit in hæc verba: Item ſententiæ latæ per Auditores prout in cedula vt moris eſt, uel per uiam termini pro ſeruato, ſubſcribantur, & publicentur in actis infra quindecim dies: & in ultima anni audientia latæ, infra menſem, alioquin pronunciationes huiuſmodi ꝓ circumductis habeantur. Quilibet ex litigantibus futuri euentus ſententiæ ſubſcribendæ inſcius appellare conſueuit à ſententia, quatenus contra eū, ſeu in parte, & partibus contra ipſum facientib. & non aliàs, &c. Et ſi iudex det Apoſtolos reuerētiales, quos (vt ſupra præmiſi) regulariter dare ſolet, infra decem dies cauſam appellationis committi curat, ſi uerò dat terminum iuris, ſi pro apoſtolis non reddit infra triginta dies, cauſam committit cum clauſula, de qua infra loquimur, dum vterque litigator inſcius, ut plurimum pro quo ſententia ſubſcribenda veniat, reſcriptum appellationis ſignari curat in illo præmiſſam clauſulam apponit, ad effectum vt ſi ſententia pro ipſo ſubſcribatur, nec appellatione à ſe interpoſita, nec reſcripto pro ſe impetrato aduerſarius uti poſsit.

Redeo ad propoſitum quæſitū, & videtur affirmatiue reſpondendūm, & ſic quòd clauſula, de qua ſupra, non releuet. quòd probari uidetur, non enim facere potuit appellans quòd iura non habeant locum in ſua appellatione, & in ſua commiſſione appellationis, argumen. tex. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. & in §. ſed hic quidem. uerſ. quod. n. ex lege datum eſt lucrum, priuatus auferre modis omnibus non ualebit. in Auten. de nup. Natura autem appellationis eſt deuoluere, & ſi in parte, vel ꝑ aliū appelletur. l. ampliorem, 1. reſpon. C. de appel. & c. ſi duobus, ubi omnes. eod. tit. Et appellatio communis dicitur inter litigantes. Abb. in cap. perſonas, col. fi. ver. ulterius quæro, de appel. Rot. 1. de elec. fuit dubitatum, aliàs 38. & 41. voluerunt in no. D. meus in c. oblatę. in 4. no. de appel. Rurſus natura reſcriptorū eſt, vt inter litigantes communia ſint, ut probaui ſuper 1. commiſ. in 3. prælud. Et quod commiſſio appellationis efficiatur communis eaque impetrata aduerſarius qui eam non obtinuit, uti poſſit, probat Rot. 50. quòd ſi appellatus. in anti. quo fit, ut tam appellatio, quàm appellationis commiſſio pro parte N. interpoſita, & obtenta ſuffragetur etiam aduerſario. Inſuper dato quòd eſſemus in dubio an cauſa eſſet deſerta, vel non, inclinandum eſſet in partem negatiuam, qua utrique patri conſulitur, vt per Pau. Caſtren. in l. 1. poſt medium, uerſic. in text. ibi neutri litigatorum. ff. ſi quis cautio. & not. Caſſa. Dec. 4. in fin. de appellatione, & D. meus in l. quoties nihil. ff. de reg. iur.

Pro contraria opin. tam in appellatione, quàm commiſſione cauſæ appellationis, quod aduerſarius neutra uti poſſit ſtante clauſula præmiſſa, probatur. In his quæ pendent a uoluntate mea, proteſtatio operatur etiam inuito aduerſario. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. 3. l. & ſi quis §. plerique. ff. de reli. & ſum. fune. l. alimenta. iunct. gloſ. 2. C. nego. geſto. Bar. & ibi Iaſ. num. 4. in l. fin. ff. de eo quod cer. loco. Bart. in l. nō ſolum. §. morte. colum. 3. quem docto. ibi communiter ſequuntur. ff. de nou. ope. nunc. Cum ergo appellans, & cauſam committi faciens noluerit niſi in quendā euentum ea facere nō poteſt aduerſarius, obſtante etiam ſibi proteſtatione præmiſſa illis iuuari. Inſuper appellatio limitata, limitatumque reſcriptum non poſſunt aduerſario prodeſſe. capitulo. Rainaldus. de teſt. vbi Abb. num. 7. dicit bonam practicā appellandi, ut quis approbet ſententiam quatenus pro ſe, quatenus uerò contra ſe appellet, at in caſu noſtro ſententia cenſetur approbata per N. ſi in eius fauorem ſubſcripta fuerit. Idem Abb. in c. ſignificauerunt, ante numerum 8. de exceptio. dicit victorem conſequi reformationem ſententiæ ex appellatione aduerſarij, niſi uictus appellaſſet quatenus eſſet contra eam, quia tunc oportet victorem appellare. aliàs ſententia non reperitur ſuſpenſa niſi quatenus fuerit contra appellantem, & ideo niſi alter appellet non potuit pro ſe aliquid dicere, & idem Abb. in ca. cum Ioannes. num. 17. de fide inſtrum. dicit ſententiam ad petitionem appellati reformari, niſi appellatum fuiſſet quatenus faceret contra appellantem, quia tunc cauſa non deuoluitur ad iudicem, adquem, niſi reſpectu facientium contra appellantem. Pro quibus uideatur Anton. de But. & Abb. & latius Phi. Franc. in c. ſi duobus. in 1. 2. & 3. q. & ibidem D. meus num. 18. de appel. Pro hac parte in utroque caſu concluſit Rota in cauſa Venetiarum matrimonij inter Iohannem, & Iſabellam coram Nouato, ut ipſe annotauit in hæc verba. die Ven. 24. Februarij 1548.

Rota resoluit Isabellam non posse inniti appellationi Iohannis, & consequenter quo ad hoc sententiam transiuisse in rem iudicatam. Die Lunæ. 27. Februarij. 1548. Rota resoluit Isabellam non posse vti commissione Ioannis, cum committat causam appellationis à sententia vt dicitur lata cōtra Ioannem, & pro Isabella nulla reperiatur. sed ante fuerit lata pro Ioãne in totum contra Isabellam, & sic censuit dandas esse executoriales, tamen prius esse degustandos testes vltimo productos. Hanc resolutionem inueni etiam Dec. 11. Putei. de appellatio. sub ijs uerbis, commissio causę appellationis quatenus contra, & pro partibus contra eum facientibus, nominat alteram partem quæ causam non commisit, ita in causa Venetiarū matrimonij coram Nouato, &c.

Ego in illa causa aduocatus Iohannis existens sic etiam arguebam. Appellatio fuit conditionalis quatenus contra, ac subiecta clausula mentis declaratoria. Non aliter &c. cum conditio defecerit quę fuit in fauorem dicti Ioannis, pronuntiatum, intelligitur non appellatum. l. pecuniam. ver. perinde ff. si cer. peta. cum simi.

Vt dicitur lata. Et sic cōmittens causam non confitetur sententiam esse latam contra se, p hoc uerbum, vt dicitur, impersonaliter prolatum. argum. tex. in authen. si quando, versi. sin autem dixerit, satisfiet, verbo impersonaliter prolato, non tenebitur. C. de constitu. pecu. & per rationem Dec. Bisigne. 6. de præb. post princ. ibi. Quia illa verba vt asseritur. in antiquio. Cassa. Dec. vlt. de iu. patr. Et in terminis Aug. Bero. consi. 1. num. 9. lib. 3. vbi quòd uerba, ut asseritur, nō sunt referenda ad supplicantem, seu rescriptum impetrantem, sed ad partem aduersam, & sic perinde ac si dictum fuisset, vt dicit seu ut asserit aduersarius. De verbis personalibus, & impersonalibus in obligationi. vide tex. & ibi Barth. in §. fi. in Authen. ut cum de appel. cogno.

Ioannis Baptistæ de Rubeis) Quando Papa committit causam alicui Rotæ Auditori illum magistrum appellat, hoc modo videlicet. Audiat magister Ioan. Baptista. Rotæ Auditores magistri dicuntur, quia præceteris regimen habent. ad l. quibus pręcipua, aliàs cui, & ibi per Alcia. ff. de uerb. signi. & ad ea quæ scripsi §. volentes. in uer. magister. Et nomen magistri nomen est honoris. Matthæi. c. 23. Vos autem nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester. & post. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus. Ioan. 13. Vos vocatis me magister, & domine, & bene dicitis. & glo. in clem. 2. de magis. Hodie tamen aliquibus etiam mecanicis, & indignis attribuitur. Pro quo vide etiam Petr. Rebuf. in tracta. priui. schola priuil. 93. Auditores Rotæ non solum sunt magistri, sed & magistrorum, doctorum, iudicum, & gubernantium omnium magistri, aurigæ, & Duces uerè appellari possunt. Insuper Papa, & signatura non consueuit exprimere cognomen Auditoris cui causam committit, ea puto ratione moti, quia Auditores Rotę singuli cogniti sunt ab omnibus, & in toto orbe Christiano, vnde demonstratione opus non est cū de aliquo certi sumus. ad regulam. l. j. in fin. ff. de dot. præle. Et q sufficiat expressio nominis, si non sint plures eiusdem nominis, probat tex. in c. cum P. tabellio. de fid. instrumen. Rot. Bellam. 651. si pars actrix. præsertim uersic. Item tertio, quia non reperio q cognomen sit de essentia instrumenti. Bar. in l. si rem. num. 1. ff. de rei uend. Præceptor meus consil. 13. & pro tenui. num. 5. Limitarem non sufficere expressionem absque cognomine si in Rota essent plures eiusdem nominis. argu. tex. in l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. sublimita nisi alter ex auditoribus esset Episcopus, quia tunc Episcopus nominatur sub nomine dignitatis, non autem nomine proprio. Impetrantes uero rescripta ad lites etiam cognomen Auditoris Rotę, quem nominat exprimere consueuerunt ad maiorem cautelam, non tamen exprimunt patriam, quia illa expressio superflua esset. Posset etiam alia ratio considerari, quæ est, q R. Domini Auditores omni mundano affectu, omni passione, omni animi perturbatione spoliati nouos homines induentes, se (iuxta illud Pauli) non solum Romanis, sed & Grecis, & Barbaris debitores esse, pro omnibusque indifferenter in vinea Domini laborare profitentur. Nec magis Romanus Auditor Romanis, & Hispanicus, Hispanis, quàm alijs quibusuis se gratum, & facilem præbet: sufficit igitur dicere Ioanni Baptistæ de Rubeis, non addito, Romano, licet ipse sit ex nobili, & antiqua familia Romana.

Interpositæ. Vel in scriptis si ex interuallo, uel etiam sine scriptis si incontinenti à diffinitiua appellatum fuit. l. 1. in fin. & l. sequen. ff. de appella. l. litigatoribus. C. eo. c. fin. §. litigatoribus. 2. quæstio. 6. gloss. in cap. quamuis. in uer. in scriptis. de electio. lib. 6. Corn. consil. 95. uiso processu. uol. 4. col. 1. in fin. Ab interlocutoria uerò inscriptis semper appellandum est, per text. in cap. cordi. de appel. lib. 6. & per Doct. quos cito in c. quoniam contra, nu. 239. de proba.

Quęro, quid si non constet de appellatione, pars tamen appellata confiteatur in commissione appellatum fuisse, & instat pro confirmatione sentiæ latæ, an censeatur legitimè appellatum? Pro opin. affirmatiua facit q confessio in rescripto cōfitenti præiudicat. ad tex. in l. cum precum. C. de libe. cau. & ad alia quæ adduxi super 1. com. in 4. p̄lud. unde imputet sibi, qui assertiue appellatum fuisse enunciauit. Insuper sententiam confirmari petens supponit in forma, & tempore debito appellatum. Bellam. Dec. 684. quamquam. in princ. Qui partem negatiuam amplecti uellet, ponderare posset præalleg. Dec. 684. Bellame. uersicu. sed non placuit aliis, quia quis etiam partem non habens tenetur probare omnia constitutiua formaliter iuris sui, sine quibus ius habere non potest &c. Videantur quæ adducit Feli. in c. quod ad translationem. numero 25. conclus. 2. de re iudic. & latè

per

per Lamb.de iu.patro.2.lib.1.p.1.q.art.25.nu.3. & ſeq.fol.273.

Secundò quæro, an credatur & ſtetur notario aſſerenti appellatum prout in cedula, quam N.facto dedit, licet de illa non appareat? Pro opinione affirmatiua eſt Dec.Putei 17. de fide inſtrument. in hæc verba, creditur, & ſtatur notario aſſerenti appellatum prout in cedula, quam facto dedit, licet de illa non appareat: ita in cauſa Romanas commiſſę inter Alexandrum Bartoli, & Andream Iunianũ coram Puteo.9.Aprilis.1543. Allegatur Rota 19.de re iudi.colum.1. Quod uerum puto in notario actuario. Hæc ille. Pro opin. negatiua contra Rotæ decretum prædictum infraſcripta vltra alia potiſſimum ponderari poſſunt.

Et primò ꝙ Rota fundatur ſuper Dec.19.de re iudic. ſupple tu. in nou.quæ eſt.409. iuxta alium ordinem, quæ incipit fuit dubitatum vtrum diffinitiua ſnĩa, quæ Dec.probat, & ad hoc quotidie allegatur, quòd ſententia diffinitiua in ſcriptis ferri debet per tex.in c.fin.de re.iudi.lib.6.de quo etiam habemus tex.in l.2.C.de ſenten.ex breui.reci.per Corn.conſi.243.in hac vol.4.& per Mar. Sozzi.conſilio 80.magnifice prætor, num.5.lib.1. & ad alia ſupra adducta. Item probat Dec.prædicta, quòd ſententia diffinitiua per teſtes probari poteſt, per tex.in cap.Albericus.de teſti.& in c.ſicut nobis.de re iudi.de quo etiam per Bal. in l.geſta.num.18.verſ.Quęro qualiter debeant.C.eo.& Dec.prędictam quo ad hoc ſequitur licèt ſub alio numero illum citat Barba.conſilio 176.ſapienter col.7.ver.& ſi quiſpiam vol.4.& Pariſ. conſil.77. in pręſenti numero 21.lib.3.Poſtea ad rem noſtrã Dec.prędicta reſpondens ad argumenta contraria ſubdit exemplum Compoſtel.in cap.1.de electio. lib.6.dicens ꝙ ponit exemplum de appellatione, quæ in ſcriptis ferri debet, ut in c.cordi, de appel. lib.6.tamen de ipſa poteſt fieri fides per unum teſtem, quam opin.uidetur Pau.reprobare. Argumẽtum huiuſmodi ad formam hoc modo reduci poſſe uidetur, appellatio ꝙ in ſcriptis interpoſita fuerit, & appellatio ipſa in ſcriptis per unum teſtem probari poteſt, iuxta opin.Compoſt. Notario magis creditur quàm uni teſti.c.quoniam contra.vbi ad hoc not.Abb.colum.3.verſi. not. ibi aut duos. de proba.Bald.in l.& militibus.ad fi.C. de mil.teſtam.& in authen.ſed cum teſtator.nume.16.C.de leg falcid.Corſ.in ſuis Syngu.in nerſicu.teſtis. 5.ergo per unum notarium probari poterit, & ſic notario iuxt.quæſitum noſtrum credi debet.

Reſponderi poteſt quo ad hoc ultimum, quod caſum noſtrum tangere videtur, primò negando quod in hac opin.reſideat Compoſtel.in alle.c.1. de electio.lib.6.Immo etiam iux.illam diſtin.quã facit colum.5.verſ.Item quæro de modo probandi appellationem, ſubdit hæc uerba uidelicet.Reſpondeo probabit hoc per inſtrumenta, vel acta publica, per teſtes, per literas executorum.quibus credimus, ex quo ſunt duo, uel plures. Poſtea iuxta aliud membrum ſubdit.Item quæro ſi pars pręſens probet appellationem per unum teſtem, & per literam, & poſtea dicit, tam uehemens ex confeſſione ipſa ſurgit ſuper appellatione facta præſumptio, ꝙ per confeſſionem ipſam, & vnum teſtẽ dicimus appellationẽ probatam. Et hoc ad oculũ oſtendo ꝙ Compoſtel.non firmat per unum teſtẽ ſolum probari appellationẽ; immo ex eius dictis contrarium potius probari uidetur. Sed dato & non conceſſo ꝙ Compoſtel. id diceret, ad quòd p Rotam dicta Dec.409. adducitur, aduertendum eſt, ꝙ pręalle.Dec.(vt pręmiſi) ſubdit, quam opi. uidetur Paul.reprobare. Et ſic Rota non comprobat opin.Compoſtel.immo potius contra illam reſidere videtur, ex quo ultima opi. per Rotam adducta eſt illa Pauli contra Compoſtel.ad glo.nota in l.qui filium, §.Sabinus, in uerſi.& alia. ante fin. ff.ad trebel.per Bar.in l.bona fides.nume.2.ff. depo.& per Bald. in authen. ex teſtamento.colũ.2. C.de collatio.Roma.conſi.327. iſtæ ſunt, colum. 2.uerſ.primo quòd ipſe. Verum etiam dato quòd Compoſtel.& poſtea Rota Dec.prædicta tenerent illam opin.ꝙ per unum teſtem, ſeu per notarium ſolum appellatio, ſeu appellationis cedula, illiusq. tenor probaretur, adhuc opi.illa non uideretur firma, & probabilis, immo contra iura, & contra Doct.qui non minus in probanda appellatione, quam eius tenore plenam probationem requirũt eſt tex.in c.appellatio.& ibi glo. & Doct.de appel. lib.6.c.quoniam contra.& ibi Doctor.de probar. Augu.Bero.in ſuis quæſtio.q.8.nume. 4. & ſeq.& magis communiter uolunt, prius probandam eſſe amiſſionem ipſius cedulæ.ca. cum olim.& ibi per Hoſtien.colum.1.uerſi.ſed amiſſio caſualis, & per Cardi.num.5.& alios.de priui.per Barth.in l.1.§. ſufficit, num.2.ff.de bon.poſſ.ſecun.tabu.per Cardin.in clem.conſtitutionem.§. inſuper. num.8.in 10.quæſtio.de electio.& per Matth.de Affli.Dec. Neapolita.374.quæ ſi rum fuit. ac per Dominum meum, conſil.82.uiſo proceſſu nu.3. Et in omnẽ euentum notario non crederetur niſi de interpoſitione appellationis, non autem de tenore cedulæ appellationis. Immo ad ueram probationem, & ad ualiditatem appellationis requireretur probatio, ꝙ in ſcriptis fuiſſet interpoſita, & quatenus in hoc notario forſan ſtandum eſſet, probari deberẽt ſubſtantialia ipſius appellationis, uidelicet nomina & cognomina ipſius appellantis, & appellati, res ſuper qua lata fuit ſententia à qua appellatur: nomen iudicis ad quem appellatur.ad l.1.§.fin.& l.3.ff.de appel.per Abb.ſuper rub.extra eo. nu.2. iun.Addi.1.in uerſi.de ſubſtantialibus. Et de ſubſtantialib, probandis ſuper quolibet inſtrumento deperdito, habemus tex.in pręalle.c.cum olim.1. de priuileg.& ibi per omnes.& præalle.Deciſ.Afflit.374.numero ſecundo, & dicto conſilio Deci. 81.colum.2.& toto con. Pro quibus etiam, & qualiter probatio facienda ſit ſuper ſcriptura deperdita, uideri poterunt quæ tractaui in 6.quæſt.Regu. de non iudi.iux.for.ſup.numero 5. Addo etiam ꝙ quando quis in ſcriptis appellare tenetur, licet non ſit neceſſe quòd appellatio coram iudice à quo legatur iuxta tex.in cap.appellatio. de appel lib.6.non ſufficeret quòd notarius incontinenti talem appellationem in ſcriptis coram iudice à quo

redigeret secundum. Imol. post Angel. in l. sententia. §. si. ff. de appel. Immo plus dixit Bald. in Addi. ad Spec. titu. de appel. §. restat, colum. 14. versi. dubium fuit an si, quod si ego dico coram iudice à quo, Appello, & tu notarie, scribas, si notarius scribat meam appellationem coram iudice, quòd hæc nõ est appellatio in scriptis, quia quando scribitur appellatio per notarium iam appellatio est consũmata priusquam esset scripta: & scriptura est de re facta, non autem de facienda. 1. de appellatione. interposita, non de interponenda: sequuntur Cardi. colum. 24. ver. sed nunquid. & Phil. q. 3. in c. ut debitus, de appel.

Tertiò subsequenter quæro, quomodo succurratur illi qui appellauit à diffinitiua ex interuallo non data cedula ipsius appellationis? Habemus Dec. Putei. 6. de in inte. resti. in hæc uerba. restitutio fuit concessa Do. Remigio medico Cardinalis Farnesij qui appellauerat non data cedula, ex quo constabat de bono iure. in causa Leodien. parro. de Decessa. coram Puteo. 13. Ianuarij 1548. Similis Decisio elicitur ex annotatione Nouati in causa Gerunden. Camerariç coram Rossan. inter Bernardum, & Antonium, lata enim sententia in fauorem Bernardi, pro parte Antonij appellatum fuit verbo incontinenti, & sic cedula non porrecta. post terminum ad appellandum Bernardus protestatus fuit, quod si Antonius præsentaret aliquam cedulam appellationis, notarius annotaret diem exhibitionis ipsius cedulę, attento quòd lapsus erat terminus ad appellandum: postea fuit producta cedula huiusmodi, fuit dubium an sint dandæ executoriales: Die Veneris 24. Februarij. 1548. fuit conclusum in hæc verba, Rota sensit esse dandas executoriales, verum ex æquitate dixit uidendum esse de bono iuie. Ex qua conclusione duo eliciuntur, alterum quod negari non poterat quin de iure appellatio illa in scriptis non interposita, & sic absq; cedula debito tempore præsentata inualida, & nullius roboris censeri deberet. ad tex. in l. 1. in fi. & l. seq. ff. de appel. & ad alia adducta supra in præcedent. quæst. & ad glo. in c. 1. in uer. interlocutoria. de appel. lib. 6. & ibi per Dom. & Phi. Fran. Alterũ uerò, quòd cõstito de bono iure, Rot. retardare cõsueuit executionem non obstante quod cedula appellationis non sit debito tempore præsentata, & sic concordant hæ duę decisiones. Nec quis dicat, quod ex quo constat de bono iure nulla supponi possit differẽtia à casu præmisso, ab alijs in quibus in integrum restitutio petitur, nam in contrarium est veritas, eo enim ipso, quòd cõstat aliquem non appellasse, uel minus legitime, sententiæ latæ is qui non appellauit, acquieuisse videtur, nec aliud superest quàm sententiam executioni demandare. c. quod ad cdnsultationem. de re iudi. c. cum in ecclesia, in fi. de appel. & ad alia quę adducam infra super 22. Com. executoriali. Quòd si quis iterum admittatur vt eius bonum ius ostendere possit, seu de eius bono iure cognoscatur, hoc ex gratia consequetur. ad trad. per Doct. in l. Imperatores. ff. de re iudi. & propterea voluerunt Domini de Rota in Lucen. Decanatus coram Vestano 17. Maij 1646. prout Putei Dec. 7. de in inte. resti. quod concessa restitutione prout de iure, retardanda sit executio donec cognoscatur an restitutio danda sit: præfixo autem termino, & non docto de causa restitutionis, tunc executio fieri debeat, etiam si allegetur bonum ius pro causa: non enim sufficit ad retardãdam executionem, ex quo per rem iudicatam visus est quis iuri renunciare & sententię acquieuisse. & si admittatur iterum ut de bono iure cognoscatur, illud esset ex gratia, quo casu militant quę adducuntur in alle. l. imperatores.

Quarto quęro, hic committitur causa ab appellante, quid si committeretur ab appellato pręuenienti, an & qnando sententia in eius fauorem subsisteret? Distinguendum est, Aut obtinuit derogationẽ. c. oblatę. de appel. & sententia pro eo ferẽda subsistet. Aut non fuit derogatum dicto. c. oblatę, & tunc: Aut pars aduersa non opposuit, & tũc ualebit sententia: Aut opposuit, & sententia nulla erit, rescriptum enim subreptitium, uel obreptitiũ dat iurisdictionem, & operatur ut processus ualeat si non opponatur, iuxta ueriorem opinio. ca. si autem. & cap. plerumque. de rescr. Innoc. But. & Abb. in cap. ceterum. de rescript. Docto. in c. ad au c. sedes. & latè Felyn. in cap. ad audientiam. 2. nu. 17. in uersi. literę ad lites. eo. & in specie concluserunt R. Domini de Rota in Palent. Matrimonij. prout Dec. Put. 240. incipien. Die 2. Martij 1545. libro 2.

Nullitatis & nullitatũ.

Et si æque principaliter commissa erit causa nullitatis, & cumulatiuè ad causam appellationis, & simul cum negotio principali cognosci, & procedi tam in causa nullitatis, quàm iustitiæ, poterit. Distinguunt enim Docto. quòd aut de nullitate nihil est dictum, & tunc accessoriè, & incidenter ueniat ad causam appellationis: Aut de nullitate est facta expressa mentio, & tunc ęque principaliter, & cumulatiuè ueniat: & hęc uerior est, & communis opinio. ut per Bartol. in l. si expressim. numero 3. & sequen. ff. de appellat. Alexan. consilio secundo, cũsideratis. colum. tertia. & sequen. vbi uers. & certe, dicit hanc opin. ueriorem, & communem. libr. tertio. per Philip. Franc. in cap. dilecto. quęstione quadragesimatertia, de appella. & nouissimè per Grat. qui alios refert consi. ultim. numero quadragesimoprimo, & sequen. libro secundo. & per Dominum meum in alleg. cap. dilecto, ante numerũ octauum. qui hanc opin. dicit ueriorem, & magis communem. Et hanc opi. tamquam ueriorem pluries sequuta est Rota, prout Dec. 14. Achil. de cõmis. in princ. Et de nullitate principaliter deducta, uel incidenter, seu per uiam exceptionis latè, & pulchre tractat. Dida. Couarub. in tract. Pract. q. c. 24. post nu. 6. ver. Tandem in hac quęstione.

Quęro an commissa causa appellationis, & nullitatis, & sic eq; principaliter deserta causa appellationis, deserta etiam censeatur causa nullitatis? Pro opi. negatiua facit tex. in l. si expressum. ad fi. & ibi Bar. nu. 10. ubi et Addi. ff. de appel. Fran. latè in cap. dilecto. quæst. 58. ubi ad fin. dicit hanc opi.

veriorem de iure.extra eo.& per Ruin. consil. 34. visis omnibus. numero decimo. versicul. Nec ob. etiam volum. quinto. Ex adductis per præfatos constat hanc esse communem opinionem quam etiam Rota, vt subdam, pro communi habet. Cõtrarium seruatur ex stilo Rotę, quæ præfatam opinionem communem fatetur, prout Dec. Achil. 14. in 2. membro.& 15. in princ. de commissio. Idem uoluit Rota 7. Nouembris 1544. coram Aquen. vt Dec. Put. 172. incip. eadem die 7. lib. 2.

Ettentatorumque, &

innouatorum quorumcunque. Et sic incidenter venit remedium attentatorum, prout voluit Innocen. in cap. dilecti. 3. numero 3. de appellat. pro quibus videantur, quæ adduxi supra in 14. formula commis. Attentatorum, præsertim in uersi. attẽtata, & innouata. Et si quis mihi obijciat, tu proximè in uersi. nullitatis dixisti nullitatem ęque principaliter uenire, nunc autem inquis attentata uenire incidenter, & tamen expressio nullitatis, & attentatorum eodem modo, & uia facta est, vnde hæc differentia?

Respondeo, quòd diuersitas in hoc consistit, quia in omni appellatione tacite nullitas includitur. l. quædam. ff. fami. erciscun. l. fin. ff. de iure patro. l. 1. C. quan. prouo. non est neces. D. meus Philip. Deci. consilio 233. viso tenore. colum. 3. circa medium. versicu. & videmus quòd iudex appellationis. In appellatione autem non habemus ꝙ tacite attentatum includatur, minusq; in rescripto, eo non expresso, præsertim quia rescripta huiusmodi sunt stricti iuris. Rot. 396. si committatur num. 3. in nou. Mil. in reper. in ver. rescripta sunt stricti iuris. & Sarnen. in 15. quæst. Reg. de Anna. post num. 4.

Vna cum toto negotio

principali.) Non censetur commissum negotium principale, nisi hac, vel simili clausula addita: commissa enim causa appellationis non uenit negotiũ principale: hæc enim inter se diuersa sunt l. eos. C. de appell. & docet Maria. Sozzi. in cap. fraternitatis. numero uigesimooctauo, versiculo, item quia causa appellationis est diuersa à prima. de testib. Cassa. Dec. 8. numero quarto, de rescrip. & Sarnẽ. in 15. quęstione. Regu. de impe. bene. fa. Cardin. numero vndecimo, asserit Rotam tenuisse Regu. 35. iuxta ordinem antiquum de non appel. ante diffinitiuam, non procedere quando causa appellationis, & negocij principalis committitur: ratio est, quia regula illa loquitur in commissionibus appellationum, commissio autem appellationis & negocij principalis dicitur commissio mixta, vnde sub simplicibus mixta non ueniant. Quod an sit verum super illa regula discutio. Insuper clausula pręmissa operatur, vt super negocio principali tantum procedi possit. Rot. Bellam. 48. processus in principali. ac 328. & 618. Hinc uidemus sæpe in Rota in secunda instantia in causis, quæ in prima extra eam, vel hic in Curia, uel extra curiam decisę fuerunt, pronunciari prout in prima, prout etiã testatur Ioan. Pau. Ptolo. Dec. 162. & Mohed. dec. 9. de appel. & iuxta alium numer. dec. 132. aliàs 192. pronunciatum fuisse prout in prima, in vna Conchen. Diuisionis coram peregrino 3. Martij, 1545. uirtute clausulæ, & totius negocij principalis, Cassad. Dec. 9. de cau. poss. & propri. ac Dec. Oradi. 127. incip. Calaguritan. de vitima, ubi datũ fuit dubium stante cõi appellatione cum clausula, Quam & quas &c. & ꝙ sñia fuerit lata prout in princ. & concordant dictam Decision. Bellamer. quadragesimãoctauã, cum alia quæ aliter loqui uidetur, quę est 335. incipit si appellatio interposita De effectu clausulę, unà cum toto negocio principali, seu quando non operetur, uide Bellame. dec. 459. si A auditori. & Dec. sequ. uide tamen aliam decis. eiusdem Bellam. 48. processus. Aduerte item ꝙ stilus Ro. Cu. aliter se habet ut per Felyn. in c. causam quæ. in uersi. interpretatio. de rescri. & Staph. super signa. fol. 171. ver. Quando appellatur. Dicta Feli. ubi supra reassumit, & discutit Couarub. pract. q. c. 9. post nu. 5. uer. uerum quia Feli. testat. Et de eadem clausula, unà cum toto negocio principali, uel totius negocij principalis, uideatur plenè in nouissima annotatione ad Dec. 23. de rescri. in nou. quam Anto. Papazono ascribunt, ibi tamẽ num. 11. & alibi differentia constitui uidetur inter illas clausulas, ut altera coniungat accessoriè: Altera uerò uidelicet, Necnon totius negotij principalis, operetur ut negocium principale æque principaliter commissum censeatur. Hic non discutio, utraque enim clausula indistinctè utimur, & utraque idem operari consueuit, quisque qua uoluerit uti poterit.

Quæro, commissa erat causa appellationis, & nullitatis absque illa clausula, unà cum toto negocio principali: uigore dictæ commissionis emanauerat citatio, & appellato non comparente seruati erant termini citato per audientiã contradictarũ aduersario qui non comparuerat, qui processus legitimus est. Rot. 169. si uigore citationis. in nou. & 745. uo. ꝙ si in aliqua. in antiq. q̃ ampliat ẽt cõparente procuratore minus sufficiente, si postmodũ pars appellata non aliter producto processu appellationis obtineat cõmitti cam negocij principalis cum narratiua, ꝙ sua non interest saluare sñias de partib. & ideo nõ currat sup sñia lata eiusq; ꝓcessu discuti, an uigore huius nonæ cõmissionis appellans qui (ut præmittit) causã prius commiserat, sit citandus in partib. uel alibi ubi reperiatur, adeo ꝙ nisi citetur sñia contra eũ proferenda nulla futura sit? Vr̃ rñdendũ esse negatiuè, & sic ꝙ alia citatio non requiratur, ex quo appellans qui cãm cõmiserat, & aduersarium citari fecerat, iam erat in lite, & lis contra eũ iã pendebat. ad ea quę adduco in 37. q. Reg. de Anna. nu. 2. & seq. Et hæc secũda cõmissio per appellatũ impetrata uidetur incidens, & nouam citationẽ aduersarij non necessario requirens. Cõtrariũ conclusit Rota, ꝙ immo noua citatio requiratur in causa Siluen. matrimonij coram Achille, ut ipse annotauit Dec. 11. de citatio.

Secundò quæro, an si non sit apposita clausula vnà cum toto negocio principali, sed alia videlicet.

cet. Ac quam & quas habet, & mouet, &c. Iudex appellationis procedere possit non constito de aplatione? Ex supra adductis uidetur, quòd de iure procedere non possit; sed illo tantum casu quando etiam committitur causa totius negocij principalis, ut per Rot. Bellam. quadragesimooctauo, processus in principali. Contrarium concludendum est ex communi stilo Rotæ, quod immo commissa cã appellationis cum clausula, quam & quas &c. Si de appellatione constet, uel appellatio sit nulla, vigore etiam huius clausulæ totum negotium principale commissum censetur, & iurisdictio subsistit ut per Sarnen. in 34. q. Regu. de Infir. post num. 4. ver. Et hoc ulterius, & ita conclusum fuit in una Burgen. vt per Achil. de Gras. Dec. 13. de commissio & Dea. Peregr. Fab. 38. li. 1. incip. Fuit cõclusum in causa Roman. location.

Tertiò quæro, an commissa causa appellationis à sententia lata in possessorio cum prædicta clausula, vna cum toto negotio principali, deserta appellatione, sit etiam desertum negotium principale? Pro opin. affirmatiua respondendum uidetur ex conclusione supra facta in versiculo, nullitatis, in qõne, an commissa causa appellationis, & nullitatis, &c. Nam sicut ibi deserta causa appellationis deserta etiam censetur causa nullitatis ex Rotæ obseruantia non obstan. quòd communis opi. de qua per Franc. in cap. dilecto, quæstione quinquagesimaoctaua, de appel. aliud uelit, ita & hic deserta illa causa appellationis, desertum censeatur negotiũ principale. Rota in Britonorien. coram Puteo in contrarium inclinauit, & sic in partem negatiuam prout Dec. 15. Achil. de commissio. considerans rationem differentiæ decisionis, de qua supra ab hac: in illo enim casu ideo deserta causa nullitatis, quia proueniunt ab eodem fonte, & agitur semper de facto iudicis, quæ rationes non militant in negotio principali, esset enim nimis extendere stilũ prædictum Rotæ, contra communem opi. de qua supra. Nec facile a communi opin. recedere debemus. arg. tex. in l. 1. ibi (crebrior apud ueteres, &c.) ff. de offic. quæsto. per Specu. in titul. de probà. ante nu. 30. & per Bar. & alios in l. fi. C. de pœna iudi. qui male iudi.

Alicui alteri. Prout in hac commissionis formula videmus, appellatur à sententia Rotæ: Et dico Rotæ, quia de omnium DD. Coauditorum Rotæ cõsilio & assensu, Auditor, coram quo causa pendet, pronunciat, prout in formulis sententiarum Rotalium inspici potest, & hic est stilus antiquus, prout etiam per Cardin. in clem. Auditor. numero decimo, de rescri. Quomodo autem concedimus quod à sacro senatu tantorum patrum appellari possit, cũ habeamus à senatu Romano prohibitum fuisse appellare? l. 1. ff. à qui. appel. non li. l. non ambigitur. iunct. gloss. versiculo, item in alio parificatur principi senatus. ff. de legib. l. qđ principis. ff. de aqua plu. arcen. l. quo minus. ff. de flumi. Specu. in titu. de appel. §. videndum. post princ. Philip. Fran. super rubr. eod. colum. 3. in fin. vers. Et aduerte quia à sententia senatus. Roland. à Valle consilio nonogesimoquarto, in princ. libro primo. ubi hanc communem, & ueram sententiam affirmat. Quod intelligendum est ab omnibus Senatoribus simul, qui Romæ erant numero centum. l. fi. cir. princip. iunct. gloss. in versicu. centum uiralis. C. de peti. hære. non autem à quolibet Senatore separatim. ut per Specu. ubi supra. Quid autem hodie in sententijs à Senatore urbis qui hodie est vnus tantũ? vidi quòd non licent, quia ius collegij remanet etiam in uno. l. sicut. §. fi. ff. quod cuius. uniuer. glo. in cap. 1. de electio. & in c. gratum. de postu. præl. Et ita de iure videtur. Io. And. in Addi. ad Specu. in alle. §. videndum. & Cyn. in alleg. l. vlt. cir. prin. C. de peti. hære. de facto contrarium seruatur ut à sententijs Senatoris urbis hodie appelletur ad Capitaneum appellationum, prout etiam libro primo. Statu. urbis. cap. 172. & sequen. Sic etiam uidemus à præfecto prætorio non appellari. l. 1. §. his cunabulis. ff. de offic. præfect. prætor. l. præfect. ff. de mino. l. 1. C. de sent. præfect. præto. l. à procõsulibus. uer. A præfectis autem prætorio prouocare non sinimus. C. de appel. §. nostros. iunct. glo. in uersiculo, præter. in Authen. de iudici. glo. in l. 1. in uer. ab eo. uers. Est quintus à præfecto prætorio. ff a qui. appel. non lice. Rolan. à Valle præalleg. cons. 94. in prin. hanc communem asserens. c. ante uerum. 2. quæst. 6. Cui præfecto prætorio in hoc Episcopus æquiperatur, ut per Bal. in l. Episcopale. in 1. not. C. de epi. audien. Neque etiam appellatio dabatur à Dictatore. T. Liuius libro 2. ab urbe condi. Neque prouocatio erat & c. rursus eo. libr. Dictatorem à quo prouocatio non est creemus. Neque à sententia Auditorum sacri Palatij procerũ appellabatur. l. in offerendis. §. fi. C. de appel. Nec ab uniuersitate studij Parisien. appellabatur: & pro monstro habebatur, quod appellaretur etiam ad Senatum. ut per Rebuf. de priui. schola. priu. 158. uersi. sed ab vniuersitate non licet apellare. Nec à sententia regis appellatur, licet superiorem recognoscat, ut per Bal. in l. 1. in fi. ff. de offi. præfe. præto. Idem in prohe. ff. colum. 3. Nec etiam appellabatur a Duce Mediolanensi, ut per Paul. Castren. consilio 225. super primo dub. uersus fi. D. meus Philip. Dec. in cap. pastoralis, numero decimosexto, & sequen. Nec etiam ab ipso Senatu Mediolanensi. Alcia. respon. 301. numero nono, & in ca. 1. numero octuagesimonono. de offi. ordi. quod etiã voluit Ias. in l. si quis aduersus. numero primo, & tertio, iun. eiusdem addi. C. de preci. Impe. offe. quidquid tenuerit in contrarium, & malè, consilio decimosexto, colum. 1. versic. sed præmissis. lib. 3. uolens Senatum Montisferati nõ esse illustrem, & propterea ab eius sententia appellari posse, cuius contrarium in utroque membro uerius est, & communiter tenetur tam de Senatu Mediolanẽsi, quã Taurinen. ac Mõtisferrati, uidelicet quod sint illustres & ab eorum sñiis appellari non possit. & idem dicendũ de Senatu Delphinatus, ultra citatos idem dixerunt Gui. Pap. cons. 72. col. 1. Purpurat. in l. 1. nu. 57. ff. de offi. eius. Aimo cons. 144. nu. 20. Idem Gu. Pa. Dec. trigesimanona, & quinquagesimaocta. ua. Ioan. Neuiza. consilio septuagesimo, num. 1.

ac Francisc. de Marchijs Decision. 537. in secunda parte. Sic etiam à sententijs consilij Neapolitani appellari prohibitum videmus, prout Dec. Afflic. 231. dicit Regia. numero secundo, & octuagesimotertio. licet hodie, numero octauo, Maran. de ordi. iudi. in secundo actu princip. vltim. parte in quarta quæstione princip. numero 198. Ratio quare à sacro Romano senatu non appellabatur, ea erat, quia in hoc, & in quibusdam alijs æquiperabatur principi, ad iura supra adducta, & ad tex. in l. 1. §. de qua autem. cum. gloss. in uersiculo, de qua. ff. de postulan. Ratio, quare quis à præfecto prætorio appellare prohibebatur, redditur in alle. l. vni. ff. de offi. præfe. præto. sub ijs verbis (credidit enim Princeps eos qui ob singularem industriam explorata eorum, fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur; non aliter iudicaturus esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus.] Ratio etiam quare à sacro consilio Neapolitano, seu regio non prouocatur, ea præcipua adducitur per Afflit. alleg. Dec. 383. numero octauo. quòd in consilio prædicto semper sunt aliqui Doctores prestantissimi, & sententiæ proferuntur sub nomine Regiæ maiestatis. Item inquit Maran. ubi supra, addens quòd sententiæ sacri consilij habent uim legis. Non ne rationes omnes præmissæ concurrunt in sacro Rotæ Auditorio? Non ne Auditorium hoc magis, & verius sacrum est, quàm seuatus ille Romanus? quàm consilium illud Regium? quàm omne denique tribunal? Et quantum ad iudicia exercenda, & decreta proferenda, quis negabit Rotæ decreta parem vim habere cum decretis olim senatus, quin forsan illius maiorem? nonne magis illa ratio adducta, quare non appelletur à præfecto pretorio, militabit in dignissimis Rotæ Auditoribus? Non ne consilium Regium, & quodlibet aliud, & Reges omnes hanc sacram Rotam, illiusque potius diuina quàm humana decreta admirantur, venerantur, sectantur. Quod hic non proferantur sententię per Rotam nomine summi Pontificis nil ad rem: rem, effectum, substantiam ipsam perscrutemur; & verè dicemus has sententias summi Pontificis, & sedis apostolicæ fore. Quod etiam percipies ex verbis in inhibitionibus, mandatis, & præceptis rotalibus insertis in hæc uerba uidelicet. [Et nostris immo uerius apostolicis firmiter obedire mandatis.] de qua clausula, eiusque effectu loquor in cap. primo, numero primo. de offic. deleg. Vtque vno uerbo absoluam, quanto maior, dignior, & potentior est summus Pontifex quolibet alio Principe, & Rege, tanto maior, dignior, prestantior est auctoritas, & maiestas sacræ Rotæ alio quouis tribunali & consilio. Inuestiganti mihi rationem cur à Reuerendis DD. Auditoribus Rotę appellentur, triplex occurrit, prima, quia iura canonica benigniora, mitiora, faciliora sunt circa appellationes admittendas seu recipiendas, quippe quę ad presidium innocentię inductæ sint. l. 1. ff. de appel. cap. cum speciali. §. porro. extra eo. quàm iura ciuilia. Hinc dicimus de iure ciuili ab interlocutoria non appellari. l. ante sententię. C. quo. appel. l. eos. §. super his. C. de appella. l. apertissimi, uersiculo, cum post litem. C. de iudic. De iure autem canonico à qualibet interlocutoria & à quolibet grauamine appelltur. c. non ita. 2. q. 6. cap. cum cessante. cap. de appellationibus, & ca. bonæ. de appel.

Amplio vt etiam à grauamine minimo, & extra iudiciali de iure canonico appellare liceat. c. concertationi. & ibi glo. & Docto. eod. libro 6. Philip. Franc. super rub. de appellat. colum. 4. vers. Secundò est præmittendũ. Secunda ratio est, quia quãdo iniustitia est manifesta, à quibusuis iudicibus, etiam ab ipsis Regibus, & Imperatore ad Papam appellari potest ratione iniustitiæ & peccati. c. nouit, vbi Hostien. Ioan. And. Abb. & cæteri. de iudi. cap. primo, de probat. optimè Inno. in cap. licet ex suscepto. numero secundo. & clarius num. quarto uersiculo, tamen quandocunque necesse est ad Papam recurrendum &c. de foro compet. Sozzi. consilio nonagesimonono. serenissimus. colum. fi. in princip. uersiculo, unde Papa. libro tertio. Abb. super rub. de appel. ubi etiam Philip. Fran. colum. quarta, versiculo, sed limita omnia supradicta, & Augu. Bero. numero sexagesimonono. idem Fran. in cap. si duobus. colum. fin. versiculo, tertiò limita, & ibidem Bero. numero duodecimo. eo. & postea subdit numero decimotertio. quòd Papa adiri potest propter difficultatem causę arduæ. At quilibet appellans asserere solet, & plerunque uerum existimat, sententiam contra se promulgatã esse notoriè iniustam, & iniquam, à quocunque prolata sit: unde non mirum si ad Papam appellatur. Papaque causam appellationis alteri committat. Nec mirum si ad summum Pontificem totus orbis pro iustitia consequenda recurrat: putasne incassum, & frustra in ueste Aaron summi sacerdotis insculptum fuisse orbem terrarũ? Prout Sapien. cap. decimooctauo, in fin. & per diuum Thomam 1. 2. articu. 5. ad nonum. Vnde elicitur Papæ potestatem esse in toto orbe: totumque orbem in se continere.

Tertia ratio adduci potest, quòd licet à Rota ad summum Pontificem appelletur, in effectu tamen ad ipsam eandem Rotam appellatur, causa enim huiusmodi appellationis à Rotæ Auditore interposita, coadiutori committi regulariter consueuit, & sic non curemus an per uiam supplicationis, an recursus, an reclamationis, prout in allega. Dec. Neapo. Afflit. 231. numero secundo, causa appellationis discutienda ueniat, nec curemus an mediate, an immediate causa ad ipsam Rotã redeat, sufficiat nobis effectus quòd eadem Rota denuo suas sententias cognoscat, & terminet; nec alius à Rotę Auditoribus in illis causis Rotalib. se immisceat. Nec dedignatur Rota sententias per suos Auditores promulgatas, quando ius, ratio, æquitas suadent, immutare, reformare, corrigere, presertim ex nouiter deductis ad tex. cum mate. in l. per hãc C. de tempo. appel. At si sententię latę comprobãdæ, & confirmandę ueniant, illas Rota confirmabit, & comprobabit, huc pertinent quę de Rota scripsi in 15. q. Reg. de infir. nu. 23.

Ter-

Termino iuris

Qui est triginta dierũ, l. iudicibus. C. de appel. l. uni. iun. gloss. in versicul. sufficit. ff. de libel. dimiss. De hoc termino iuris loquitur tex. in cap. ab eo. de appellat. libro 6. & in clem. 2. versiculo similiter si iudex. & Cassa. Dec. 8. numero quarto, eod. De consuetudine solet pluribus in locis hic terminus esse longior, vel breuior, & in curia magnæ Vicariȩ dantur dies quinquaginta vt affirmat Prosp. curauit. Ritu 160. per totum. Et regulariter iudex, quando assignat terminum iuris, addere solet: Et interim quandocunque. Et sic appellans cogitur tedire ultimo momẽto. Felin. in cap. personas, colum. 2. versic. Et si dũ compareas. eod. titu. & alleg. Dec. Cassa. 8. num. 4. Aduertendum tamen est, ꝙ isti triginta dies non à die sententiæ, ut in d. l. iudicibus, deciditur. sed à die appellationis currunt, quicquid dicant aliqui Doct. in dicto cap. ab eo, & in clem. 2. de appellat. ac Lanfranc. de Oria. de interloc. & appel. in uersi. consideranda sunt quatuor tempora, ver. Et tempus petendi apostolos est triginta dierum. nu. 48. Rota enim propter rationes. Hosti. in cap. 1. de appel. libro sexto, concludit currere à die appellationis interpositæ. in anti. 483. no. quod triginta, & latius Dec. 29. fuit dubitatum à quo tempore, in nou. Et hoc iure utimur. Ista clausula, termino iuris &c. ponitur ad tollendam difficultatem quã mouet Rot. 357. fuit dubitatum. in nou. vbi an possit commissio causæ appellationis impetrari pendente termino huiusmodi responsionis apostolorum. Et etiam Dec. 697. dic quòd si appellatum. in antiq. Et quòd non valeat rescriptum non facta mentione quòd pendebat terminus apostolorum voluit Boe. Dec. 256. nu. 5.

Pro Apostolis forsan

dato.) Apostolorum (iuxta terminos nostros) Et de quibus in l. vnic. ff. de libel. dimis. plures sunt species, alij enim sunt conuẽtionales. Alij testimoniales, item delatorij, reuerentiales, refutatorij, de quibus per Hostien. in sum. de appel. §. Dicentur autem apostoli, per Specu. eod. titu. §. sequitur videre de apostolis, vbi latè per gloss. in capi. 1. in versicu. petat, iun. addi. eod. libro 6. per Card. Alexand. in cap. ut debitus. colum. 24. & seq. Dimissorij Apostoli, seu delatorij dicuntur, si iudex defert appellationi, & illam admittit, quia tunc scribit literas ad superiorem, in quibus narrat, quòd detulit appellationi. Et quia quandoque propter reuerentiam iudicis ad quem appellatur admittitur appellatio aliàs fortè non admittenda, ideò dicuntur apostoli reuerentiales, & scribi debet ꝙ talis appellauit & ob reuerentiam superioris fuit delatum appellationi. Refutatorij autem dicuntur quã do iudex non admittit appellationem, & tunc debet scribere quam ob causam non admisit. De apostolis refutatorijs, & alijs, uide etiam Alciat. in l. dimissoriæ. ff. de verborum signifi. Dubitari autẽ potest an quando in absentia iudicis appellatur apostoli petendi sint: Specul. in titul. de appell. in 4. par. §. sequitur uidere, ver. Notandum igitur. tenet, quòd non, verum ad cautelam peti solent quã do appellatur coram honestis uiris propter absentiam iudicis à quo, & ij apostoli dicuntur testimoniales. videantur Angel. & Bal. in l. 2. C. de ijs, qui prop. met. iudi. non appel. Nec necesse erit iudicẽ postea reuersum adire pro petendis apostolis, ut voluerunt Archid. & Ioan. And. in c. ab eo. §. 1. de appel. lib. 6.

Quæro an si sint duo iudices, sufficiat, ꝙ vnus det apostolos, & ab uno petantur? Bald. in authen. hodie. colum. ultim. C. de appel, tenet, quod non, quia ex quo appellatio coram duobus interponi debeat, & apostoli sint pars appellationis. cap. ab eo. de appel. lib. 6. merito apostoli à duobus peti, & concedi debent, & sicut non sufficeret coram uno ex duobus appellare, ita nec ab altero tantum de apostolis responderi. ad legem primam. ff. de offi. consu. Amplio secundum Bald. in dicta auth. hodie. etiam si unus iudicum dederit apostolos, & alter postea ratificauerit, ad nota. in l. 2. C. de iu. fisci. lib. 10. Sed contra, quia cum sufficiat simul, & diuisim appellare àpluribus iudicibus dummodo appelletur ab omnibus, si commodè omnes haberi possint, aliàs à maiori parte. ut in clem. una, de appel. & apostoli (ut dixi) sint pars appellationis, ergo ratio sufficere debet, dummodo fiat in tempore ad text. in l. 2. §. dies. ff. quis ordo in bonorũ possessio.

Redire non teneatur.

Absque hac clausula dubitari potuisset, an non obstante rescripto pro apostolis redire debuisset, alioquin appellationi suæ renunciasse visus fuisset, sententiaque contra eum lata in rem iudicatam transitum fecisset. alle. cap. ab eo. de appel. li. 9. clemẽ. quamuis, & clem. si appellationem, iun. glo. in ver. per negligentiam. eod. præal. Dec. 357. in no. Et ꝙ de iure apostoli instanter, & sæpius infra tempus peti debeant disponit tex. in alle. l. uni. uersi. sufficit autem. ff. de libel. dimis. Bald. in l. eos. §. Apostolos. C. de appel. l. præses. & ibi nót. C. eod. Matth. de Afflit. in const. Appellationum tempora. num. 22. libro secundo, rub. 45. Quæro quis pro apostolis habendis instabat? iudex respondit, ꝙ audiebat, & nil aliud dixit. appellans non redijt ulterius an dicatur appellatio deserta? Hoc dubium in Rota propositum fuit in Toletan. Cappellaniæ corã Oradino, & fuit tentum, quòd appellatio substineretur, considerando, quòd aut iudex dicendo, ꝙ audiebat, habebatur pro tacente, & tunc censetur denegasse, & appellans non tenebatur redire. Aut non habebatur pro tacente, & tunc cum non dederit terminum iuris, censebatur denegasse. præalle. cle. quamuis. §. fi. ubi Card. q. 2.

COMMISSIO XVIII.

SVPER SALVIANO INTERDICTO.

BEatissime Pater, cum quidam A. assertus mercator &c. decoxisset & fugam magnam cum infamiæ nota arripuisset, deuotus S.V. orator B. qui pro eo in notabili summa duorum millium ducatorum auri fideiusserat, præuijs obligationib. in ampliori forma Cameræ, de ipsum oratorem indemnem conseruando, & releuando, sub hypotheca etiam oīum, & singulorū bonorū eiusdē A. quā summā B. orator, eodem A. creditoribus non satisfaciente vt tenebatur, iudicialiter coram Reueren. Dom. Auditore Cameræ cuius propria est congnitio, super prædictis conuentus, seruatis seruandis persoluere magno cum eius damno, & interesse coactus fuit deinde idem orator pro recuperatione huiusmodi summę pecuniariæ, damnorumque, & interesse consequendorum, coram eodem Reueren. Dom. Auditore Cameræ, eundem A. aduersarium conueniendo, ac litigando, mandatum executiuum pro dicta summa solita, ac pro damnis, expensis & interesse taxandis, & liquidandis obtinuit, compertoque deinde paulo ante decoctionem prædictam ad manus & mercatoris senensis Romæ degentis obuenisse summā circiter ducatorum mille auri, & ad manus D. mercatoris Florētini etiam Romanam Curiam sequētis nonnullos pannos &c. valoris vt creditur mille quingentorum ducatorum similium, qui ante prętensam illorum alienationem erant dicto oratori obligati citatisque dictis C. & D. aduersarijs coram eodem Dom. Auditoræ Camerę, idem orator probauit eas pecunias, & pannos fuisse in bonis dicti A. quo fit ut iure medio possit ipse orator dictas pecunias, ac pannos dicti sui debitoris sibi obligatos uindicare, seu reuocare, & aduocare eorum possessionem per utile Saluianum interdictum, quod competit contra quēlibet extraneum possessorem, Et licet credatur ex meritis causæ id resultare, & non posse de iurisdictione dicti D. Auditoris Cameræ in prædictis probabiliter dubitari, nichilominus ne etiam prætextu telæ iudiciariæ, & terminorum substantialium non obseruatorum valeat de uiribus sententiæ ferendæ fieri controuersia, quæ telæ obseruatio plus, uel minus iuris non tribuit, placeat S. V. eidem Reueren. D. Auditori Cameræ, seu eius Dom. Locumtenenti committere, & mandare, q loco dictorum terminorum substantialium, aliquem peremptorium terminum ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis quicquid partes uelint, & possint probare præfigat. quo elapso causam, & causas aduocationis possessionis prædictarum pecuniarum, & pannorum prout iuris fuerit terminet, & decidat. Cum potestate &c. præmissis ac constitution. &c.

BEATISSIME PATER Mercator decoxisset. De mercatoribus, & eorum conditionibus latę tracto in CXI. Ingratitudine, cum duabus sequen. Finis multorum mercatorum est decoctio, vel uoluntaria, seu præparata, & horū misereri non debemus, si enim omniam sua luxuriose uiuendo proiecerunt & consumarunt, eos vt non dignos, improb os, lusores, dilapidatores; & quorum vēter Deus est, ac in omnino scęlerum genere uersatos, quin & ampullosos, teumidos, gloriosos, & deceptores odio prosequi debemus, prout etiam prudenrer cautum est statuto vrbis libro quarto, capit. decimonono, sub titu. de cessione bonorum. ad gloss. in uersiculo, inopiam. per Abb & Dom. meum Philip. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum. numero centesimotrigesimoseptimo, de cōstitutio. & per Alexand. in l. quamuis. ff. solut. matrimon. Imò præter alia remedia, illud proditum est vt capiantur, & quęstionibus subijciantur, vt indicent pecunias, & res sibi datas, uel creditas etiam mercandi causa, ut per Parid. de Put. in tractat. syndica. & per Hyppol. de Marsi. in l. eos. numero secundo. ff. ad leg. Corn. de fals. Et habemus statutum vrbis libro primo, capit. quadragesimooctauo, rubri. de Mercato. & campsori. fallitis capien. per Senato. Altera decoctionis species est eorum qui calamitates uel aduersa infortunia passi sunt, puta amissionem nauis mercibus onustæ, prædonum incursum, vel quid aliud sinistri euentus absque eorum culpa passi sunt. Horum inquam miserendum est, nam impiger extremo currit mercator ad Indos. Per mare pauperiē fugiēs, per saxa, per ignes; iuxta etiam carmina Horatiana, nec quid est quod in ijs mercator redargui possit, qui se instabili fortunæ subinisit, de ijs mercatoribus loquitur etiam pręalleg. capitu. decimūnonum. stat uti Romani lib. 4. seu Refor. in prin.

Et fugam. Hoc est ordinarium subterfugium, vel cautela decoctorum, cum propter infamiam, quæ tales cōcomitatur, & quibus conuenit illud Didonis Virgilianæ, Tædet cœli conuexa tueri. Et his qui pridie lautè uiuebant, cum grauitate, & magna comitante caterua incedebant: neminem nisi post aliquam moram admittebant, regio ferè more uiuebant, si post decoctionem apparerent omnibus, etiam ijs, qui subpotestate eorum constituūtur risui forent, ac ab omnibus spernerentur, criminarentur, conculcarentur, quo fit ut eorum fideiussores, etiam si prius principales discutiendi uenirent (vt infra ostendam) propter absentiam, imo fugam, uel saltem latitationem, conueniri statim possent. In fuga, seu absentia est tex. in autren. præsente. C. de fideiussor. & voluit gloss. penult. in auten. hoc si debitor, C. de pigno. & sequūtur ibi Bal. Ange. & Saly. In latitatione concludit Gui. Papæ q. 570.

Fideiusserat. Et sic euenit sibi q prædixit sapiens prouerbio. cap. sexto. Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam; il laqueatus

laqueatus es uerbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus &c. cap.decimoſeptimo. ſtultus homo plaudet manibus ſuis cum ſpoponderit pro amico ſuo.rurſus capit.vigeſimoſecundo.ad fi. Noli eſſe cum his,qui defigunt manus ſuas, & qui uades ſe offerunt pro debitis: ſi enim non habes unde reſtituas, quid cauſæ eſt tollat de cubiculo operimentum tuum. Quot uidemus Romæ præſertim iuuenes diuites & commodè uiuentes harum fideiuſſionum mole grauatos,facultates, & honorem pdere coactos,poſtq̃ iſti ſpōtè, & incautè fideiuſſerant, inuitis dentibus demum de ſua pecunia perſoluere, quò fit ut fateri omnino debeant non caſu prudentes iureſconſultos tam in libris.ff. quàm. C. titulum de fideiuſſ.alteri titulo de ſolutio.ſubſequenti præmiſiſſe.

Indemnē conſeruādo.

De iure communi antequam fideiuſſor ſoluat qđ promiſit, vt agere poſſit contra eum, pro quo fideiuſſit ut ipſum eximat a fideiuſſione, vel indēnem ſeruet habemus quatuor caſus,ut in tex.iun. glo.in l.ſi pro ea.C.mandat.per gloſſ. in uerſicu. ſoluerit. in §. ſi quid.Inſtitut.de fideiuſſo. Alios etiam addunt ibi Angel.& alij. inter quos ille præcipuus eſt,quando fideiuſſor diu ſtetit in obligatione,iuxta text.in l.Lucius.§.fideiuſſor.ff.mand. Nec dictionem diu(vt plerumque fit) interpretamur per decennium, ſed arbitrio iudicis,ut uoluerunt gloſſ.in præalleg.§.fideiuſſor.& glo. in alleg.l.ſi pro eo.in verſiculo fecerit.C. manda.& ita communiter concludunt Doctor. in §. ſi quid autem.Inſtit.de fideiuſſ.ac gloſſ. magna in fin. extra eod.de fideiuſſ.quam opin.magis communem affirmat Iaſ. in l. ſi fundum . numero undecimo, verſiculo. Sed intelligitur arbitrio iudicis.ff.de lega.1. Romæ habemus ſtatutum.cap. 104.& ſequen.libro primo.vigore cuius fideiuſſor poteſt compellere principalem , aut ad extrahendum, ſeu eximendum eum de fideiuſſione , aut ut dentur ſibi fideiuſſores,de ipſum indemnem conſeruando.Verum in terminis noſtris ſtante obligatione in forma Cameræ(vt in reſcripto narratur)de conſeruando indemnem fideiuſſorem omnis hęſitatio ceſſat.

Et releuando.

Quicquid enim fideiuſſor ſoluit pro reo actione mandati recuperat.l.ex mandato. §.ſi fideiuſſori.& l.qui fide.ff.manda. & toto titu. ff.& C.de fideiuſ.ac Inſti.eo.§.ſi quid autem fideiuſſor pro reo ſolueret.

Sub hypotheca.

In omni obligatione in forma Cameræ ſemper apponitur obligatio hypothecæ generalis,& ſpecialis, quæ hypotheca operatur vt bona obligationis nexui ſuppoſita ſint,poſſeſſio tamen non tranſeat in creditorem,ſeu in eum, in cuius fauorem bona hypothecātur.l.ſi rem aliénand.§.propriè pignus dicimus,quod ad creditorem trāſit:Hypothecam autem appellamus cum non tranſit poſſeſſio ad creditorem.§.Item ſeruiana. Inſtitut.de action. Pignus uerò quod apugno dicitur poſſeſſionem transfert:hoc in mobilibus conſueuit eſſe,hypotheca in immobilibus.l.plebs. §.pignus.ff.de uerborum obligatione. & gloſſ. in præalleg.§.propriè. Inter pignus autem,& hypotecam parua eſt differentia, unde Martianus dixit in l.res hypotecæ.ff.de pigno. Inter pignus & hypothecam tātum nominis ſonum differre,& nō nunquam horum vnum pro altero ponimus. In quibus autē actio pignoratitia ab hypotheca differat latè proſequitur Anto.Negu.in tract.di pig. & hypothe.in 1.memb.7.p.princ.

Perſoluere.

Quare prius, & ante probationem per ipſum factam hic fideiuſſor non inſtetit vt diſcuſſio principalis fieret, antequam, ipſe non tenebatur iuxta terminos iuris.prælle.auten.præſente.C.de fideiuſſ.Imò etiam ſi dictus A.debitor obijſſet, diſcuſſio facienda uenisset etiam contra hæredem, vel contra hæreditatatem iacentem.ut uoluit Bal. in l. perſecutione. C. de pignor. ſequitur Sozzi. conſilio uigeſimoquarto,libro primo.Idem tenēt Alexan.conſilio 100.colum. penultima, volum. quinto, ac Pariſ.conſilio 101.colum.quinta, lib. primo.Et voluerunt ſuper diſcuſſione,quæ præcedere debet,neceſſariam eſſe ſententiam.Bart. in l. exitus.ff.de acquiren.poſſeſſio.& in l.ſtipulatio.§. habeat.ff.de no.oper.nunci.Guid. Papæ conſilio 231.Rui. conſilio octuageſimóquinto, colum.4. ac colum.ſexta,volum.quarto.quicquid alibi ſenſerit,parum(vt ſępe ſolet) ſibi conſtans. Idem etiā quod Bart. & alij vbi ſupra voluit Nicel. concordan.ad Bartho.30. ac Pariſ. conſilio 30. colum.5. libro 1.

Reſpondeo quòd ex narratis in hoc reſcripto colligi poteſt ex uerbis præcedentibus, & ſubſequentibus, vel quòd ſit facta diſcuſſio principalis ex illis uerbis præcedentibus,eodem A.creditoribus non ſatisfaciente: & poſtea ſeruatis ſeruandis, & ex ſubſequentibus, ibi. B. orator coactus fuit. Ergo ſupponitur,ꝙ diſcuſſione facta debitor principalis non ſoluerit, & ſic fideiuſſor coactus fuit ſoluere uia iuris, ergo non ſponte, & ſic una pars reſcripti ab altera declaratur. argumen. tex.in l.qui filiabus.in princip.ff.de legat.2.& per Abb.conſ.36.col.vlt.lib.1.

Secundò reſpondeo, quòd in reſcripto ſupponitur,& narratur obligatio informa Camerę,quæ forma Cameræ(vt omnes norūt) reſpicit omnes, & omnia in eodem contractu ſuper quo apponitur contentos, & contenta, & conſequenter tam A. debitorem, quàm B. fideiuſſorem. & ſemper apponitur in tali inſtrumento in forma Cameræ iuramentum. At in obligatione iurata nō requiritur excuſſio principalis, imò fideiuſſorum iuramento abſque alia diſcuſſione ut principalis conueniri poterit. Cyn.in l. ſi ex cautione.C. de non numerata pecunia.Bart.in l. ſi quis pro eo.in octauo membro.ff. de fideiuſſ.Bald.Ancha.& Abb.in c.ex reſcripto. de iureiuran. Alexand. in l. vltim. columna quarta.ff.ſi cert.petat.& conſilio trigeſimoprimo,colum. vltim. volum. 3. Dec. Tholoſ. 130.Sozzin.regula 154.limitat.1.Ant. de But. in

c.cum contingat.in 6.casu.& Imol.in 7.membro. de iureiur.Gratus consil.28.num.16.Tiraq.in l.si vnquam.in præfatio.num.137.& seq.C.de reuo. donat.

Tertiò quie obligatio in forma Cameræ continet semper clausulam,quòd fideiussor vult teneri, & se obligat ut principalis, & in solidum, quo casu non potest opponi exceptio discussionis,Bal. in l.1.colum.penult. C. de conuen. fisci debito. li. 10.Alex.consi.31.col.vlt. uisis, lib. 3.Apostil.ad Deci.Tholos.23.Boe.Dec.222.nu.18.Gra.consil. 87.col.ult.lib.1.

Quarto respódeo, quod sicut fideiussor,qui se obligauit per publicum instrumentum guarentigiatũ non potest opponere exceptionem discussionis, Cyn.in l.1.C.de confess.Bald.in l.1.ff. quis satis.cogan. Angel.& Paul.Castr.in l.si dubitatis.1.ff.de fideius.Sozzi.consi.24.colum.vltim,lib.1.Ita qui se obligauit in forma Cameræ,vt in terminis nostris, quæ forma Cameræ habet omnia priuilegia quę guarentigia,& plura alia, & pinguiora,ac fortiora.

Quinto,quia in obligatione simili in forma Cameræ specificè apponi consueuit renunciatio beficio excussionis,quo casu, stante huiusmodi renũciatione alia discussio non cadebat.gloss.in versic. accedat.in authen.de fideius. in princip. Bald. in alleg.auten.pręsente.in fin. C.eod.Pau.Castren.in alle.l.si dubitet.§.1.ff.eod.Roman.consil.211.colum 1.& consil.392.colum.2.Corn.consilio 109. lib.1.Abb.in c.2.col.penult.de fideius.Grat.cons. 136.num.4.libro primo.Betran.consilio.294.numero secundo,libro secundo.in primis.Do. meus in l.ultim. colum. secunda. ff. si cert. petat. Imò etiam non apposita huiusmodi speciali renunciatione discussionis & altera clausula passim in instrumento in forma Cameræ apponi solita uidelicet,Renunciauit omni iuris,& legum auxilio,censetur renunciatum etiam huic huiusmodi discussioni.Bald.in alleg.l.1.colum.2.in fin.C.de conue. fisci deqi.tib.10.Aret. consil.33.col. pen.Alex.cõsil.31.& 33.uol.4.Ias.in alle.l.ult.clo.2.ff.si cer.peta.& ibi D.meus.col.4.& cons.27.col.pen.Hypp. de Marsi,super rub.col.14.de fideius.

Sexto & ultimo, quia in Saluiano interdicto,de quo in nostro rescripto,non requiritur discussio vt deueniatur contra possessorem pignorum ut voluerunt Sozzi.consil.84.col.2.lib.3.& Aimo cõsi. 201.num.45.lib.1.

Romani curiam sequentis.)

Curiales, & mercatores in quibuscunque causis,siue ciuilibus & pro quibuscunque summis, siue criminalibus pręter infinitos alios qui sub iurisdictione Auditoris Camerę,sunt de eiusdem foro existunt,& illius iurisdictio, eos præcipuè comprehdit.ut clare apparet in facultatibus ac priuilegijs Auditoris Cameræ,eiusque tribunalis, quarum facultatum & priuilegiorum tenor omninò attendi, & seruari debet.cap. porrò,& cap.per istis, de priuileg. cap. accepimus.& cap.sequen.de fide instrum. Feli.in cap.1.colum.6.versicu. considera etiam. de rescri. Cassad.Decisio.j.in fin. de priuileg.Et quo ad Curiales,quòd etiam antiquitus illi sub iurisdictione Auditoris Cameræ existerent,fatetur etiam Spec. in titu.de offic.ordin.§.1.num.3,versiculo.Sic etiã Auditori Cameræ Dom.Papæ generali audientia causarum inter curiales uentilandarum committitur,ac Rot.727,nota quod Auditori Cameræ. in antiquio.& Bellame. 210.in causa Dom.Simonis, præsertim in fi.

Accedit quod Auditor Camerę ex consuetudine etiam satis ampliauit suam iurisdictionẽ, quæ quidem consuetudo non solum iurisdictionẽ ampliat, sed etiam dat eam non habenti. cap. cum contingat,de foro competen.cap.primo, uersicu. nisi amplius ei. de pœn.libro sexto.Roman.consilio 243.ad prædictorum.& consilio 300.in casu proposito.numero primo,Archidiaco.in cap.con questus. ubi ampliat,quòd etiam personæ priuatæ per cõsuetudinem iurisdictio tribuit.9.quęst.j. Quod etiam probat tex.in l.ne quisquam.ff.de diuer.& tempo.pręscrip.& in l.uenditor.ff.commu. prędio.

Nonnullos pannos.

Si isti panni pœnès illum mercatorem fuissent loco pignoris prius [prout factum fuit) discuti debuit principalis,quàm pignorum possessor,etiam si illorum possessor habuisset titulum inualidum, uel nullum titulum habuisset.glo.in auten. hoc si debitor,in 2.solutio.C.de pigno.glo.in l.rei.& ibi Bal.C.de distra.pigno.Corn.consil.85.col.1. uol. 4.Ias.in §.Item si quis in fraudem.colum. 16. Instit.de actio.

Per utile Saluianum,

Interdictnm.) Saluianum interdictum directum competit soli locatori contra conductorem prędii rustici, & ita loquuntur uerba interdicti. ut l. 1. in princ.ff.de salui. interd. & Institut.de interdi. §. sequens diuisio. uersicu. interdictum. Et uocatur interdictnm directum, & directa actio, quando in aliqua dispositione iuris concurrunt verba, & mens legislatoris ut notant glo. Barhol. Alexand.& alij in l.curatores. C. nego. gesto. Verum quia ex mente legis, & dicti interdicti colligitur, quòd hoc interdictum dandum etiam erat locatori prædij urbain contra inquilinum, & etiam cuilibet creditori contra debitorem ut declarat Barthol. in dicta l.1.ff. de interdi.ideo ex mente legis datur etiam illis hoc interdictum: Sed quia hoc non procedit ex uerbis legis,sed ex mẽte tantum, ideo non datur ipsis directum, sed utile interdictum: Et quando hoc interdictum datur pro adipiscenda possessione bonorum debitoris obligatorum creditori, existentium apud tertium possessorem,vel etiam apud debitorem, cum detur ex mente legis, & verba deficiant, datur vtile, & non directum.iuxta tex.in alleg. l.prima, in princ.& §.primo.iun.declara.glo.ibi, ac Bartol. & aliorum.ff.de Saluia.interdi.ac glo. Bar.& Saly.in l.1.C.eod.& ita etiam expresè declarat glo. in ver.comparatum,in alleg.§.sequens. vers.Interdictum.

dictum. Insti. de interdi. Ex præmissis etiam probatur simile Saluianum interdictum esse remedium possessorium, ad adipiscendam possessionem comparatum, & dari creditori contra possessores bonorum debitoris, probato, quòd tempore quo debitor fecit obligationem, & hypothecauit, possidebat, vt etiam per Aret. latè in §. quadrupli. & in §. Item Seruiana. Insti. de actio. Et aduertendum est, quòd in quantum. l. 1. C. de præca. & inter. saluan. denegat agi posse illo interdicto aduersus tertios possessores, verus intellectus illius l. est, quòd loquatur in interdicto directo, non autem vtili, & hic est communis intellectus dictæ l. 1. vt latè per Menoch. post alios in 31. remed. possess. adipiscen. num. 55. vers. Dubium est, & uo. 59. vers. Cęterum ergo. Concludo igitur Saluianum interdictum esse merum, & non momentaneum possessorium: & solius possessionis controuersiam continens: & sic sequitur necessariò, quod in eo deducatur principaliter possessio: incidenter verò per modum causæ ad effectum iustificandi possessionem deducatur creditum, & debitum: vt in simili dicimus in interdicto quorum bonorum, & quorum legato. in quibus licet actor obtinere non possit, nisi probet se hæredem. l. 1. ff. & C. quo. bono. & quo. legata. tamen in illis principaliter causa possessorij, incidenter verò qualitas hęredis deducitur. vt per August. Bero. consi. 111. num. 6. & seq. lib. 3. ac quest. famili. 91. num. 8. & Menoch. dicto remed. 3. nume. 174. Cognitio igitur, ac probatio crediti, & debiti in Saluiano interdicto non requiritur exacta & plena, sed summaria, & leuis, ex iuris conclusione vt ad probandum id, quod in iudicio incidenter, & secundariò, ac per modum causæ deducitur, quęuis probatio, etiam leuis, & pręsumpta sufficiat ad c. causam. qui fil. sint legi. per quem tex. uoluit Geminia. consil. 21. num. 8. & sequen. de probatione matrimonij loquęs, quod si in iudicio deducatur non principaliter sed incidenter, & per modū causæ, ad effectū legitimitatis, & successionis qualibet probatione, etiā præsumpta, ac coniecturali probari. sequitur Paris. plenè id probans consil. 57. nume. 41. cum alijs sequen. volum. 4. Item etiam dicimus in dominio, quod quando deducitur in iudicio non principaliter, sed incidenter, non requiratur directa exacta & concludens probatio. gloss. Bar. Bal. Ange. Paul. Castren. & alij in l. quidam in suo. ff. de condi. instit. Corn. consi. 29. nu. 6. uol. 4. Boe. Dec. 40. num. 6. Paris. consi. 56. num. 44. uol. 1. Maria. Sozzi. Iun. communem affirmans in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 31. ff. de acq. pos.

Etiam extraneum possessorem.) l. 1. §. 1. ibi, vtilis actio aduersus extraneos. ff. de Saluia. interdi. ubi notat Bar. & supra probaui, quod etiam voluit Auto. Negusan. in 4. memb. 2. par. nume. 133. de pigno. & hypothe. An autem in hoc interdicto possessorio adipiscendæ admittatur, distinguēdum est. Aut dominium probatum est, uel incontinenti probabitur, & affirmatiuè respōdeo: Aut non est probatur, nec incontinenti probari offertur, & negatiua verior est. l. ult. C. de edic. diui Adr. tollen. cap. pastoralis. & ibi Abb. & alij de caus. pos. & proprie. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. secundo, & sequen. & ibi Ioan. Rip. nume. 101. hanc communem affirmans. ff. de acq. pos. Idem Rip. num. 12. super glo. in ver. restituas. in l. prima. ff. quo. bono. Anchar. consi. 146. In prędicta quęstione. columna secunda. in prin. D. meus consi. 424. num. 4.

Plus vel minus iuris tribuit.) Obseruatio terminorum, ac tela iudiciaria non dat, auget, uel tollit, seu diminuit ius: Hinc sequitur, quòd si princeps concedat posse causam terminari absque alicuius telæ iudiciariæ obseruantia, non per hoc dari poterit de regula de non tollen. iure quæsi. super qua scripsimus. Neque obstabit ius commune, hæc enim, & similis obseruantia est potius de stylo, & consuetudine, ad not. 805. Dicendum. in antiq. Bellame. decis. 27. incipien. termini palatij. Et de terminis substantialibus, latè Octa. Vestr. in sua praxi Romanæ Curiæ. lib. 5. in pluribus cap. & Additio, quæ ascribitur Papazoni ad Dec. 2. in no. de rescrip. Vel si mauis etiam terminorum aliquorum obseruationem esse de iure positiuo, illum Papa, ac ius ipsum positiuum ad sui libitum tollere, immutare, moderari, ac limitare poterit, seu loco illius aliud seruandum esse concedere, uel decernere potest. ad l. princeps legibus solutus. ff. de legibus. l. digna vox. & ibi glo. Bal. & alij. C. eo.

Loco terminorum substātialium.) Si concedatur, quòd procedatur sine aliqua terminorū obseruatione, seruandi tamen erunt termini substantiales, tunc enim iudex potest breuiare, non autem ex toto remittere. vt in dec. 33. in no. ac 488. in antiq. & per peregri. Fab. Dec. 25. incipien. Fuit dubitatum in una Cęsaragustan. De quatuor terminis substantialibus necessariò seruandis tracto in 13. quæst. 31. Regu. Cancell. Quòd commis. causa. num. 6. post Cassad. Dec. 8. nume. 6. de no. cr. Per hęc uerba nulla penitus terminorum substantialiū obseruatio requiratur, ex quo illorum loco terminus ad probandum subrogatur.

Aliquem terminū ad probādū.) Etiā iuxta iuris regulas absque alio rescripto iudex assignare potest terminum, seu dilationem ad probandum, uel petenti illum, iuxta tex. in l. 1. C. de dilat. in l. 1. in fi. ff. de feriis. in l. petendæ. C. de tempo. in integ. resti. peten. vel etiam ad instantiam alicuius, uel utriusque partis, seu quando iudici id expedire uidebitur. l. a procedente. C. de dilatio. Azo in sum. C. ut nemo inui. glo. in cap. licet causam. de proba. Et de termino huiusmodi ac clausula, quicquid uult, & potest per omne genus probationis, loquar infra in commis. 27. præfixion. termi.

Peręptoriè præfigat. Quia termini Ro. Cu. peremptorii sunt Rot. 245. licet in causis. in no. sequitur Felv. in cap. consuluit. post num. 12. in 10. fallen. de offi. deleg. Idem Fely. in cap. causam quæ. colum. 2. de rescri. Summa ratione petitū fuit,

fuit,& in hac specie concedi consueuit, ꝙ terminus iste præfigendus ad probandum loco termino rum substantialium subrogatus peremptorius sit, & iuris regula, ꝙ subrogatum sapere debeat naturam illius,in cuius locum subrogatur. l.si eum. §. qui iniuriarum.ff.si quis cautio. Bar.in l.si quis filium.in fi.prin.C.de inof.testam.& in l.cum ex filio.colum.secunda , vers. Item non posset agere.ff. de vulg.& pupil. Alexand. consilio 298. columna tertia, lib.2.

Prout iuris fuerit. Et inter alia reijciet iudex appellationẽ , & hoc est maximum priuilegiũ Saluiani interdicti,licèt enim de iure a sententia lata super hypothecaria, nostro interdicto Saluiano simili det appellatio,ea ratione,quia causa , & sententia super hypothecaria non est momentaneæ possessionis,sed super naturam petitorij, vt voluit Bart.in l,1.C.de Saluia.interdi. & ibi Saly. & Floria.ac Bar.in l.1.ff.eo.Saly.in l.vni. col.vlt.6.quęst. C.si de momen.posses.fue.appel. In interdicto Saluiano,quia est merè possessorium , & in eo de sola possessione contenditur appellatio non recipitur, vt in dicta l.vni.Et voluit Barto.in dicta l.1. ff.& C.de Saluia.interdi.C orn.cons.190. li.1. Ang.Are. in §.Item Seruiana.col.5. Insti. de actio. . . . de Valle cons.74.lib.1.

COMMISSIO XIX.

NVLLITATIS.

BEATISSIME PATER, Licèt deuotus S. V. Orator A. mercator Bononien. in nihilo teneretur B.aduersario,& à sententijs nullis non sit appellare necesse,nihilominus prefatus B.falsò prætendens, quòd dictus A. eidem teneretur in summa 800.ducatorum occasione cuiusdam prętensi depositi, eo non audito , nec legitimè citato per R.D.Auditorem Cameræ ob prætensam non solutionem dictorum 800.ducatorum executiuè, & causa nõ cognita excommunicari,ac excommunicationis,& illius sententias, censuras,& pęnas incurrisse,declarari fecit, licèt nulliter, & de facto, ac indebitè,& iniustè. Supplicat igitur S. V. dictus A. quatenus dignetur causam,& causas nullitatis,& nullitatum,ac etiam iniquitatis,& iniustitiæ prætensarũ excommunicationis , & declaratorię,& aliarum prætensarum sententiarum, & censurarum prædictarum, totiusq; negocij principalis causas alicui ex vestri sacri palatij Apostolici Auditoribus,vnà cũ omnibus, & singulis inciden.&c. audien.&c.summariè &c.comm.&c.

BEATISSIME PATER. Nullitas hic principaliter deducitur, aliàs verò per uiam exceptionis,& incidenter:& hęc inter se valde differunt,diuersosq; pariunt effectus, de quibus per Bar. & alios in l.si expressim.ff.de appel.per Bartol.Castren.Alex.Ias.& Rip.in l.4.§.condemnatũ. ff.de re iudi.per Canonistas in cle.1.eo.tit.de re iudi.& plenè per Didac.Couar.pract.quæstio. c.24. nu.5.vers.Est igitur non alienum.

Et à sententijs nullis. Licèt appellari possit à sententijs,& actibus nullis, ex qua appellatione aliqui effectus resultãt, ut per Doct.in l.si expressim.ff.de appel. Fran.in cap.dilecto.quæst.7.extra eo. Alex. consil.130.pro narratis.ad fi.lib.3.& in l.secunda. C.de bon.poss.cont. tabu.Vitali.in tracta.clausu.in clausu.N.noua relatio.penden.nu.15.Non tamen est necesse a sententiis nullis appellare, ut supponunt omnes præalle. & expresè uoluit Paris. consilio 41. numero 17. volum.quarto.

Nec legitimè vocato. Qui si poterat, personaliter citari debebat , ut excommunicari posset.Innoc.& Hostien. in cap.vlt. de eo,qui mitti.in posses.cau.rei seruan.ubi etiam Abb.colum.vlt.ac collecta.Pau.Castren.in l.4.§. prætor ait.colum. 1. ff. de dam.infect.& per alios, quos cito in tracta.monito.quæstio.26. ubi etiam posui quando personalis citatio non requiratur.

Causa non cognita. Si antequã ad aliquam sententiam,decretum, vel executionẽ cognitio causæ, vel ipsius articuli tanquam necessarium antecedens præcedere debet, ut uoluerunt Bart.ante num.5.& alii in l.a diuo Pio.ff.de re iudi.Abb.in cap.venerabilis.de iudi.ac Bero.ibi , & alii per eum citati 206.& probatur ex text. in l. de qua re cognoscit iudex, idem quoque pronunciare cogendus erit, & sic cognitio præcedere debet decisionem,ac sententiam.ff.de iudi. cap.cum Episcopus.& ibi Archid.& Gemin. de offi.ordi.lib.6. cap.1. vbi glo.& Doct.de ordi.cogni.Lap.alle.64. Nunquid ecclesia.num.2.& Alleg.seq.nume.7. Et generale est,quòd in causa quantumuis summaria interuenire debeat causæ cognitio . vt per omnes in clem.sæpè.de verb.sign.Quanto magis cognitio exacta, ac plena discussio requiri debet antequam ad censurarum ecclesiasticarum , ac ad excommunicationis sententiæ prolationem deueniatur , quibus nulla pœna maior datur.iuxta tex. in cap.corripiantur 24.quæst.3. Cassad.Dec. 5.nu. 5. de consti. Et excommunicatio dicitur spiritualis gladius. c.quoniam.vers.vnde si quis.de off.ordi.cap.dilecto.de sent.excom.lib.6.

Nullitatis, & nullitatũ. Sub ijs uerbis ueniet omnis nullitas, præsertim iurisdictionis,qua deficiẽte processus,& in de sequuta sunt nulla.Abb.in cap.significasti.colum.penul. & alij.de fo.competẽ. Qui defectus iurisdictionis est insanabilis,etiam vigore rescripti sanantis omnes,& quascũque nullitates : sub illa enim generalitate verborum non sanatur defectus iurisdictionis.glo.& Doct.in clem.1.de seque.posses. & fruc. Iurisdictio enim lapis angularis iudicij dicitur, de qua

qui ante omnia constare debet. vt in c. cum in iure. de offic. deleg. Altera principalis nullitas est citationis, quæ si in totum omissa sit sanari non potest. Staphi. super signa. fol. 147. & Sarnen. in compen. Vt. signa. num. 68. Tertia nullitas ex principalibus est defectus mandati, pariter insanabilis. l. licet. C. de procura. cap. in nostra. extra eo. Sarnen. vbi supra. numero 72. versic. Et eo modo circa alias nullitates dantur diuersi modi illas sanandi. & per Staphi. vbi supra.

Totiusq; negotii principalis causas.) Et sic negocium principale æquè principaliter commissum cum causa nullitatis censeri debebit, vt voluit additio nouissima Papazo. ad Dec. 23. de rescr. in no. num. 11. & vide, quæ scripsi super 17. commis. in ver. vna cum toto negocio principali.

COMMISSIO XX.

QVOD PRONVNCIET

de nouo idem Auditor.

BEATISSIME PATER, Cum deuotus S. V. Orator clericus Lucanus, coram R. P. D. Paulo Ptolomęo de & sup &c. litigando Gratum aduersarium ad sententiam ad primã diem, die Martis citari fecisset, & die Veneris in Rota sententiam in sui fauorem, super attentatis reportasset: & quia a nonnullis nimis scrupulosis de validitate sententiæ, & processus dubitari posset, cum die Mercurij eiusdem hebdomadæ fuerit etiã audientia in domo, licèt enim diceretur ad audiendum sententiam ad primum diem, deberet intelligi ad primam diem in Rota, cum domi sententiæ per Dominos Auditores proferri non consueuerint. Ad omne tamen dubium tollẽdum dignetur S. V. ad dicti Oratoris instantiam attento eius bono iure, eidem R. D. Io. Paulo Auditori, coram quo acta, & regressum existunt, & adhuc causa prætensæ appellationis, cui aliàs reuerentialiter delatum extitit, alicui alteri Auditori commissa non creditur, committere, & mandare, vt reiectis nullitatibus quatenus existant, terminis substantialibus, aliàs seruatis unico contextu, vnica audientia, & citatione præcedente in huiusmodi spolio attentato reiteratis ad pronunciam, & sentẽtiam de nouo procedat, partibus iustitiam ministrando. Cum potestate citandi &c. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, responsione Apostolorum reuerentialium aduersario forsan facta, cęterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.

BEATISSIME PATER. Si sentẽtia super attentatis interlocutoria esset, hac commissione opus non fuisset, potuisset enim iudex illam interlocutoriã reuocare. iuxta tex. in l. quod iussit. ff. de re iudi. cap. cum cessante. de appell. ubi ampliatur etiam ad iudicem delegatum. Abb. in dicto c. cum cessante. num. 4. in 3. not. Verũ Rota in Gorunden. conuocationis capituli coram Antonio Augustino inclinauit, quòd sententia super attentatis nõ possit reuocari, vel difficilius reuocetur, ut habetur in Dec. 8. Nota quòd sententia lata super attentatis. ad fi. sub titu. de re iudic. in no. post Io. And. & in Dec. Achil. de Graf. 9. incip. Attentata reuocanda esse, sub titu. de Attenta. Et stylus Rom. Curiæ hodie est, quòd non reuocetur, ideo necessaria fuit hæc, vel similis commissio.

Audientia in domo. Audiẽtia pro auditorio sumi videtur, & sic pro tribunali, seu iudicio, de quo in l. minor autẽ magistratus ff. de mino. in l. lecta. cum glo. iuxta secundum intellectum. ff. si cer. pet. & de quo loquuti fuimus supra in 14. formula commis. Attentatorum. in ver. Auditorio. De audientia Papæ habemus tex. in ca. ad audientiam. de rescr. in c. ad audientiam. de præscrip. in c. ad audientiam. de deci. & infinitis aliis in locis. De episcopali audientia habemus titu. in C. & glo. super rub. illius titu. declarat, idest, de iurisdictione episcopi. Audientia de qua hic duob. modis considerari potest, vt altera, videlicet sit publica, altera priuata. Rursus publica propriè, & impropriè: publica propriè dici poterit, quæ statutis horis omnibus patet indifferenter. Puta apud S. Petrum quando diebus statutis, & regulariter Lunæ, uel Veneris R. Domini Rotæ Auditores conueniunt pro discutiendis, & decidendis causis, ac reddendo iure vnicuique litiganti ex toto orbe Christiano ad Rotæ tribunal confluenti, & pulsata campana, ac apertis, & patentibus ianuis quilibet Rotę Auditor in sua sede constitutus omnes audit, omnibus ius reddit. Et licèt alias Auditores ter in hebdomada sederent, & ius redderent apud S. Petrũ, a tempore Clem. VII. & citra, sedent tantum duobus diebus, vt etiam aduertit Sarnen. in 1. quæst. prohe. Regu. Cancell. dum de Rotæ tribunali tractat post num. 13. versi. Nam Clemens VII. Priuata audientia dici poterit, quæ non admittit, nisi qd dam genus personarũ, uel perdilectos, seu magnates, familiares, vel domesticos. Publica verò impropriè, quando audientia datur omnib. domi admissis aduocatis, procuratoribus, litigantibus, ac tabellionibus, quando illis opus est, ordine quodam seruato, nõ autem turmatim, & omnibus passim, ac confusè admissis: & de more, ac pro maiestate tanti tribunalis, & ad vitandos strepitus, confusiones, ac contentiones.

Ad primam diem in Rota.) Dubiũ faciebat, quia citatus ad primam diem, scilicet iuridicam, comparere debuisset in loco vbi maiores ius reddere soliti sunt. l. cum sententiam. C. de senten. & interloc. l. penult. in fi. & ibi nota. ff. de iusti. & iure. l. si locus. ff. de iud. Bar. in l. si ut proponis &c. C. quomo. & quan. iud. D. meus cons. 163. in causa. colum. 6 Et si loquamur in delegato, compareri debet in loco ab eo electo, seu deputato. Bar. in d. l. si ut

si ut proponis.nume.1. & in l.ut perfectius. C. de ann.excep. Locus autem maiorũ, & locus electus pro sententiis ferendis per Rotæ Auditores est apud diuum Petrum, in loco pro Rotæ tribunali deputato: ergo uidebatur, quòd ibi comparere deberet citatus, & sic die veneris proxima, qua ibi sententiæ præferũtur, non autem die Mercurii domi, cum in domo sententiæ diffinitiuæ per Rotæ Auditores non ferantur, ut infra ostendam. Verum qui citatus erat die Martis ad audiendum sententiam ad primã diem, poterat dubitare, an die Mercurii sententia proferenda esset domi, an uerò die Veneris in Rota, & cum supponatur tribunale in Rota, alterum in domo propria D. Auditoris, exprimendum omnino erat, vbi citatus comparere deberet, propter incertitudinẽ enim loci, uel diei vitiatur stipulatio, seu actus inter viuos. argu. text. in l.ita stipulatus.in prin. vbi etiam Ias. ff.de verb. obli.& per Maria.Sozi. de citatio. art.18.quæst.8. num.13.Rui.cons.150.nu.5.& ante & post.vol.5. propter dubiũ tollendum circa nullitatem sentẽtię expedit supplicare, ut iterum pronunciari possit.

Domi sententiæ per Dominos Auditores pro ferri nõ consueuerunt.) Sed domi solum expediuntur quidam actus, & decernuntur quædam, quæ non definiunt, seu terminant causam, vtputa domi etiam, non tantum in Rota decernuntur compulsoriales, decernitur, uel tollitur arrestum: conceditur absolutio a censuris: admittuntur testes ad iurandum, præsertim affuturi: aliaq; fiunt, & conceduntnr etiam domi, quæ non sunt magni, uel irreparabilis præiudicii. prout Dec. Bellame.659.incipien. dicta compulsio.

Coram quo acta, & regestum existũt. (Hęc expressio faciliorem reddere debet signaturã: Acta enim, & processus dicuntur vehiculum ad sententiam. Bal.in cap.cum super.ad fi.de cau.pos.& proprie. Si igitur non sunt transportata acta ad alium iudicem, facilius concedendum erit, quòd primus iudex iterum pronunciet, quàm si sententia cum suis actis ad iudicem ad quem trãsportata fuisset: Quamuis enim disputent Doct.an acta iudicij remanere semper debeant penes eundem notarium actuarium, an verò si notarius officiarius fit ad tẽpus, debeat finito officio, non retenta, vel retenta copia processum, & acta omnia consignare communitati, prælato, vel alijs, vt per Ioã. And. Abb. num.4.& alios in c.quoniam contra.& in c.ult. de proba. stilus tamen Romanæ Curiæ est, ut lata prima sententia in curia, uel extra eam, acta omnia ad iudicem ad quem transportentur, & eius notario consignentur. Et producere acta primæ instantiæ, vel ulterioris ad appellantem spectat. Cyn.in l.per hanc.quæst.1.C.de tempo.appel. & notatur in ca. cum ab ecclesia.ubi etiam Fely.de appel. Et hodie ad idem habemus conc.Trid.sess.24.in Decre.Reform.cap.20.incip. Causæ omnes, post medium. vers.Præterea si quis in casibus.

Reuerentialiter. Facienda erat mentio, quòd de Apostolis responsum erat: Apostoli enim sunt pars, & de substantia appellationis, & illis in tempore, uel debitè non petitis, sententia in rem transit iudicatam, & appellatio interposita nulla redditur, vt in rub.& toto tit. ff.de libel.dimisso.& l.præses.C.de appel. De apostolis loquutus sum supra commis.17.in ver. pro apostolis. & ibi declaro, quòd reuerentiales, qui frequentius Romę dantur, quam alij, & quam alibi, sic appellantur, quia ob reuerẽtiam superioris iudex a quo appellatur, defert. Rot.50.Item si appelletur, de appell. aliàs 366.in no. Qui apostoli dati essent mentio facienda fuit, præsertim de reuerentialibus, in quibus datur terminus decem dierum ad committendũ causam. Rot.66.de appellat.Item si Papa.aliàs 490.in no.Cassad.Dec.4.eo.tit.de appel.

Cõmissa non creditur. Si enim commissa iam causa appellationis fuisset, iam esset iurisdictio radicata in persona iudicis, ad quem, a quo non facile subtrahenda veniret. Non creditur, uerba apponuntur, ne si commissa causa reperiretur tunc causa, inualidum reddatur hoc rescriptum: verbũ enim (non creditur) impersonale est, & sic non requirit aliquam probationem, vel verificationẽ. Rot.74.nota quòd ubi alicui.& 726. nota quòd si proponatur.in anti. ubi quòd si dicatur (asseritur) nõ requiritur aliqua probatio.& Bisigne.6.de præb.Papa confert.in antiquio. Cassad. de iure patro.Dec.7.num.6. Imò si etiam non esset dictum impersonaliter, sed commissam causam non credo, seu orator non credit, adhuc impetrans excusandus veniret a subreptione, uel obreptione. Tum quia credere, uel non credere consistit in animo: tum quia verbum (credo) nil ponit in esse, nec quis propterea aliquid fatetur, uel diffitetur: credere enim, vel asserere nostrum non facit, quòd aliquid verum, uel falsum sit etiam ex sententia Philosophi 2.periherminię, seu de interpretatione. l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt. l.vlt.in fi. ff.de crimi. expi.hæredi. Bar. & Bald.in l.Marcellus.ff.rem rat. habe. Quod & probo arguendo a speciali. ad text. in l.quod uerò. & in l. ius singulare. ff.de legibus. in c.quod alicui.ac in cap.quæ a iure communi.de regu.iur.libro 6. Habemus quòd uerbum, credit, vel non credit operetur idem, quòd est, uel nõ est, solum in responsione positionibus per aduersarii datis. Inno.in c.1.de confes.lib.6. & Bal.in l.1.in fi. C.de fal.cau.adie. Non igitur operabitur hoc verbum credo extra illum casum singularem, præsertim cum eius vrbi significatio propria resistat, ut veritatem necessario designet.

Vt reiectis nullitatibus quatenus existant.) Addi deberet clausula, Et refectis expensis, quia quando quis temerè, uel ignauiter litigauit, seu iudicium in aliqua parte immutauit, uel aduersarium imprudenter, uel dolosè uexauit in faciendo eum expendere in Aduocatis, procuratoribus, solutione actorum, & id genus, semper expensæ reficiendæ veniunt. l. eum qui temerè. ff. de iudi. l.sancimus.C.eo. Instit.de pœna teme.litigan. §.ędita.

l. ędita. & ibi Bar. num. 31. Ias. nu. 37. & sequen. ac alij. C. de eden. Et quòd in quacunque reiectione, seu sanatione nullitatum, signatura addere debeat refectis expensis, concludit Sarnen. in compen. ῾vt. signa. nu. 76. vers. Aliæ tamen nullitates.

Ad pronunciandum,

& sententiandum de nouo.) Addi nonnunquam vidi in similibus terminis. Prout iuris fuerit, quibus verbis additis difficilè erit se ab hoc inuolucro extricare, & scopulũ euitare, nam ut supra dixi in prima glo. huius rescripti, sentẽtia super attentatis non reuocatur, uel rarò, ut per Rot. 8. Nota quòd sententia lata super attentatis. ad fi. in no. & Achil. Dec. 9. incip. Attentata reuocanda esse. sub titu. de Attenta. Tamen sat est, quòd reuocari possit, vt in præalle. Decis. licèt difficili modo. Videatur Decis. Bellame. 72. De iure autem an sit. ut de nouo pronunciare possit, ego obtinui in Rota coram Oradino in causa Romanę Bynor de Zambercarijs, pro D. Iacoba Casnanica, pro affirmatiua, cõcurrentibus duobus, de quibus hic, videlicet, quòd simus coram iudice, qui primo nulliter pronunciauit: & quòd constet de bono iure ex eisdem actis. allegabam Bar. in l. cum quęrebatur. ff. de re iudi. ac Ant. de But. in cap. dilecto. col. 6. de appel. sequitur Alexan. cons. 181. num. 15. vol. 6. ac 81. num. 5. vol. 7. Et ad cautelam in illa causa fuit impetrata commissio huic quam præmisimus similis.

COMMISSIO XXI.

APPELLATIONIS

à sententia super pretensis attentatis.

BEATISSIME PATER, Cum deuotus S. V. Orator Gratus clericus Lucanus in assequẽda possessione parrochialis ecclesiæ S. Mariæ filiorum Corbi rectoriæ nuncupatæ, & præheminentiarum omnium eiusdem, nullo modo, cum nulla lis esset, seu penderet, attentauerit, & innouauerit, & propterea eius possessio per uiam attentatorum nequaquam ueniat restituenda, cum nullũ penitus fuerit attentatum, nec etiam per uiam alicuius prætensi spolij, nihilominus R. P. D. Io. Paulus ad instantiam B. aduersarij, & contra eundem Gratum Oratorem, vt dicitur prout in cedula, seu aliàs sentẽtiam tulit, & promulgauit. a qua pro parte dicti Grati Oratoris ad S. V. sanctamq; sedem Apostolicam infra debitum tempus, & aliàs legitimè appellatum extitit. Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi, nullitatisque, & nullitatum, iniquitatis, & iniustitiæ dictæ prætensæ sententiæ, ac omniũ, & singulorum in ea contentorum, totiusq; prætensi processus desuper quomodolibet habiti, & facti, attentatorumque, & innouatorum quorumcunque, unà cum toto negocio principali alicui alteri ex sacri Palatij &c. audien. &c. committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi &c.

BEATISSIME PATER. Hæc cõmissio causæ appellationis interpositæ a sententia super reuocatione attentatorum prolata, quæ supponitur super spolio attentato emanasse, est super appellatione a diffinitiua, ῾vel diffinitiuæ ῾vim habente, siue supponamus sententiam super reuocatione attentatorum, saltem quoad plerosque effectus diffinitiuam esse, ῾vel diffinitiuę uim habere, per ea, quæ adduximus supra commiss. 17. super ῾ver. seu vim diffinitiuæ. Vel saltem in casu nostro spolij attentati, ex quo sequitur naturam veri spolij, prout Dec. 1. sub titu. ut lit. penden. aliàs 13. incip. si iudex. in no. præsertim. colum. 2. in adddition. incipien. Alia additio, scilicet, ῾vt ab ea appelletur in scriptis, & vim diffinitiuæ dicitur habere quando lite pẽdente, vel post appellationem est aliquid attentatum contra possessionem illius rei, de qua agitur, quo casu quia sapit naturam veri possessorij. ac Dec. 10. si a sententia lata super attentatis. sub titu. de appel. aliàs 85. in no. versic. Maximè si per eam fiat restitutio possessionis adeptæ lite, uel appellatione pendente. Bellame. Dec. 286. Mil. in suo reper. in ver. sententiæ reuocationis attentatorum, & in ῾ver. sententia lata in possessorio solo. Aymo cons. 183. lib. 1.

Cum nulla lis esset.

Vt attentatorũ reuocationi locus esse possit duo necessariò concurrere debebant, videlicet innouatio, & quòd lite pendente. vt post Io. Mona. ῾voluit Bald. in l. appellatione. num. 4. vers. Quæro ῾vtrum attentata. & Saly. ibidem. numero 7. C. D. Vital. de Gamba. in tracta. clausu. super illo edicto, Nil noua. appell. penden. num. 15.

Taliter qualiter

procedens.) Licèt in causa attentatorum procedi possit summariè, ac non dato libello, & terminis non seruatis, nec ordine iuris. glo. 1. post medium, ut lit. penden. Bellame. Dec. 148. incipien. sententia. & 294. Mil. in reper. in ver. Iudex ex causa. Fran. in c. bonæ. num. 13. ῾vers. Amplius. de appel. Rot. Bisigne. 2. vnum postquam. nume. 2. sub titu. de appel. & Minsinge. con. 8. primæ Decad. incipien. ad decisionem. num. 14. Causæ tamen cognitio, & discussio nullatenus omittendæ erunt. Specu. in §. nouissimè. num. 20. vers. Sed quęro. in titu. de appel. Fran. in alle. c. bonæ. nume. 13. eo. sequitur Maran. in suo specu. in 3. par. 6. par. prin. quæst. 7. nu. 302.

Appellatum extitit.

An a sententia super attentatis appellari possit magna fuit contentio, & pro opinione negatiua adducitur text. in c. an sit. ad fi. de appel. vbi quòd ille attentans beneficio ipsius appellationis indignum se reddidit. Et quia attentatum ante omnia, & absque aliqua temporis intermissione reuocari debet, omni etiã impedimento sublato. c. non solum. & ibi omnes. de

appel.

appel.lib.6. Alex.conf.89. diligenter. ad fi.libro 1. D.meus in alle.c.an fit.post numerũ 8. verf. Quia videtur.de appel. Plura alia pro hac opinione adduci poffent, verum quia ex notoria praxi in dies appellari videmus a fententijs fuper attentatis, appellationesq; admitti, non eft hodie fuper hoc ambigendum. pro qua opin.affirmatiua habemus etiã Rot.2. Item quòd tres fententiæ fuper attentatis. in no. & fic neceffariò fupponuntur duæ appellationes latis tribus fententiis fuper attentatis. Et appellari ab utraque parte in caufa attentatorum fupponit Bellame.dec.37. vbi appellatur. Et in iure etiam habemus, quòd in omni caufa appellatio admittitur, nifi prohibita reperiatur.gl. fing. in l.qui reftituere.ff.de rei vindica.quam fequitur Bal. in l.1.num.10.C.fi de momen.poffef. Soz.confi.39. capio primum.in prin.vol.4.Phi.Fran.fuper rubr. de appel.col.4. verf.Tertio præmitto. vbi quòd dicenti in aliquo cafu appellari non poffe, onus id probandi incumbit.Grat.confi.163.requifitus.nume.12.lib.2.

Nullitatifque. Et fic æquè principaliter, & cumulatiuè ad caufam appellationis. iuxta veriorem, & communem opin.de qua per Bar.in l.fi expreffim. num.3.& feq.ff.de appel. & per alios, quos refero fupra in 17.commif.in ver.Nullitatis, & nullitatũ. Non autem intelligas hic, ꝙ appellans fupponens nulla effe attentata, committat etiam caufam fuper nullitatibus prouenientibus ex ipfis attentatis, licèt attentata omnia dicantur nulla ipfo iure nullitatesq; omnium inuocatorum caufent.c.ad audientiam.& c.dilecti.de appel. vbi ꝙ excommunicatio lata poft appellationem inualida eft. ca.1. in fi. vt li.penden.lib.6.glo.in c.non folum.de appel. eod. lib.6.Lap.alleg.2.num.7.Caffad.Dec.2.num.3.de preb.Talis intellectus effet abfonus, nec cõueniret intentioni, ac menti caufam committi petentis, & principis committentis, quæ mens femper in omni actu coniecturari, & potius quàm verba attendi debet, iuxta illud Prouer.cap.19. Qui tantum verba fectatur nihil habebit, qui autem poffeffor eft mentis dlligit animam fuam. Sanctus Tho. 2.2.q. 12.art.6.l.fi filiusfa.§, fed fi filio. ff.quod cum eo. l.non dubium.C.de legib.

Attentatorumque, & innouatorũ quorumcunque.) Licèt appellans petat committi caufam attentatorum, & innouatorum, etiam cum illa dictione vniuerfali, quorumcunque, nihil penitus excludente.l.quacunque ratione. & ibi notatur.ff.de procura.l.hoc articulo.& ibi Bar. num.6. ff.de hære.infti.c.folitę. verf. Quodcunque ligaueris.de maio.& obed. Et tantæ fit potentiæ hæc dictio, vt comprehendi faciat etiam ea, quæ ueniũt fecundum impropriam fignificationem, & ea, quæ aliàs non venirent vt per Bal.in l.1.quæft.34.ff.de re.diui.ubi quod feudum fufceptum, pro fe, & hæredibus quibufcunq;, tranfit ad fucceffores extraneos. Idem Bal.in cap.Imperialem.in prin.de prohib.feu.alie.per Feder. vbi ꝙ fub verbo illo, quibufcunque, comprehenditur etiam legatarius. Sequitur Alex.in l.quædam.§.nihil intereft. ante numerum 3.ff.de eden.& hanc communem affirmat Curt.Iun.confil.1.num.1.& conf.48. Præfupponitur.num.3. Hic tamẽ non cadit talis interpretatio, tum quia iam commiffa erat caufa attentatorum, quæ aduerfarius prætendebat, & fuper illis iã erat femel pronunciatum. Rurfus ifte caufam appellationis committens non intendit committere caufam attentatorum iam commiffam contra fe, fed attentatorum per aduerfarium perpetratorum, & hæc fuit intentio committi petentis caufam, ipfius fignaturæ refcribentis, quæ intentio maximè attendi debet potius quàm verba, & fubtilitas, vt dixi in præceden.glo.& probatur ex tex. in ca. is autem.in fi. 22.quæft.2. ac cap.intelligentia.de verborum fign.D.meus fuper rub.de proba.col.2.ver ficu.Prædicta falutatio.Parif.confil.20.gratia præfens.num.2.vol.4.Infuper infolita effet, & contra vfum, ac morem Ro. Cu. talis commiffio attentatorum contra fe ipfum interpretando iuxta primũ modum.iuxta tex.in l.quod fi nolit.§.quia affidua. ff.de ædili.edi.Innoc.in c.olim.num.2.de ver.fig. Bald. in l.fideicommiffa. §. fi feruo. ff. de legat. 3. Felyn.in capitulo cum M. Ferrarien. nume.fexto. de conftitu.

COMMISSIO XXII.

REFORMATORIA,

Quòd etiam pronunciet de nouo Auditor non obftante inhibitione.

PATER SANCTE. Licet credatur in vim primo præinfertæ, R.P.D.Ioan.Paulum Ptolomęum Auditorem ad pronunciãdum de nouo procedere debuiffe, non obftãte prætenfa inhibitione in vim fecundo loco præinfertę, ut dicitur emanata, cum illa fuerit poft primam præinfertam præfentata: nihilominus ad omne dubium tollendum, vtq; materia litigandi aduerfario tollatur, fupplicat S. V. deuotus illius orator B.in pręinfertis nominatus, quatenus dignetur eidem R.D.Io.Paulo Auditori, attento ꝙ coram eo regefta exiftunt, & per R.P. D.Petrum epifcopum Aquen. cui proximè præinferta dirigebatur, nifi ad prætenfam inhibitionem proceffum extitit committere, & mandare, vt reiectis nullitatibus, & refectis expenfis, fi quæ de iure veniãt reficiendæ de nouo ad prolationem fententiæ tantummodo, & aliàs iuxta uim, & tenorem primo loco præinfertæ procedat partibus iuftitiam miniftrando Cum poteftate citandi &c. Secundo præinferta, & in illius uim prætenfa inhibitione emanata, & alijs quibufcunq; fupra expreffis in contrarium facientibus non obftantibus.

PATER SANCTE. Hæc eft cõmiffio reformatoria propter id obtenta, quia dubium faciebat

faciebat, an non obstante inhibitione posset deueniri ad prolationē nouæ sniæ citra uitiū attentati, ideo hæc cōmissio impetratur, & dicitur reformatoria, quia reformat commissionem aduersarij per quam committebatur causa appellationis a prætensa sententia attentatorum lata interpositæ. Et reformare est, nouam, & meliorem formā dare. Plin. in Panegi. Omnia patres conscripti, quæ aliis principibus ante dicuntur, aut dicta sunt, eò pertinent, ut ostendam quàm longa consuetudine corruptos, deprauatosq; mores Principatus pater noster reformet, & corrigat. §. præterea. Insti. quib. modis ius patri. pote. solui. & §. optionis. Institu. de legat.

Primo præinsertæ Quę est supra 20. in fauorem eiusdem B. per quam mādatur D. Auditori Io. Paulo, vt de nouo pronunciet, & præinseruntur aliæ commissiones ad hoc, vt verba reformationis intellectum ab illis capiant. prout Dec. Mohed. 4. incid. Erectionis Archidiaconatus Palētini. sub titu. de refor. Præinseruntur etiam ne ex dubia, vel insufficienti narratione locus esse possit subreptioni, vel obreptioni, & deinde requiratur probatio narratorum, & disputationi locus relinquatur, an rescriptum corruat propter falsam narrationē, vel defectum omissionis eorum, quæ narrari debebant. ad tex. & ibi omnes in c. super literis. & in c. cū dilecta. de rescri. c. exhibita. & ibi Ant. de But. ad fi. de iudi. l. fi. C. si nup. ex rescrip.

Non obstante prætēsa inhibitione.) Post præsentationem illius primo loco præinsertæ, superuenit inhibitio ab altero Auditore, iudice appellationis interpositæ, vnde videbantur ligatæ manus primi Auditoris, videlicet, D. Io. Pauli, tum quia iam pronunciauerat, vnde siue bene, siue malè, functus erat officio suo. l. iudex postquam. ff. de re iudi. l. dicere. in fi. ff. de arbit. l. si vt proponis. 1. cum glo. vlt. & ibi Bar. C. quomo. & quan. iud. §. his itaque. cum glo. in ver. errorē, 35. quæst. 9. Inno. & cæteri in c. in literis. de offi. deleg. Tum etiam quia pręsentata inhibitione ab omni penitus actu iudex a quo, abstinere debebat, vt in fortioribus terminis post Lauren. concludit Cardin. in cle. prima. q. 16. circa medium. de iu. patron.

In vim secundo loco præinsertæ.) videlicet, supra proximè positæ, quæ est 21. appellationis a sententia super prætensis attentatis. In qua quidē commissione præinserta concedebatur facultas inhibendi, & sic ille iudex ad quem iure inhibuit Auditori, & inhibitioni parendum erat. Rot. 710. De stilo. & Dec. seq. in fi. in antiq. ac Dec. 138. si appelletur. in no. Imò etiam Auditor Cameræ delegatus Rotæ Auditor inhibet. vt probo in 25. quæst. de inhibitionibus, non secus ac episcopus, vel aliàs in dignitate ecclesiastica cōstitutus delegatus, qui inhibet Archiepiscopo Metropolitano, vel Patriarchæ.

Cum illa fuerit post primā præsentata.) Hęc videtur bona ratio ad inducendum signaturā ad huiusmodi rescriptum concedendum, cum enim primo præsentatum fuerit rescriptum D. Io. Paulo, ergo ipse præuenisse censetur, vnde solus priuatiuè ad alios cognoscet, & procedet. iuxta tex. in l. vni. ff. de offi. consu. Roma. cons. 412. pro habenda. colum. 1. Et habemus Bullam Innocētianam in principio, disponentem Auditorem cui prius commissio præsentata fuerit iurisdictionem retinere. & uoluit Rot. 653. nota ꝙ quando causa committitur, & 802. Memoriale sit. in antiq.

Nisi ad prætensam inhibitionem processum extitit.) Opus erat hoc exprimere, quia licet prius præsentata fuisset commissio B. Io. Paulo, si episcopus Aquen. coauditor præuenit in citando, & inhibēdo, iurisdictionem perpetuasset, quod verum est, siue loquamur in ordinario, siue delegato. c. gratum. & cap. licet. de offic. deleg. capitulo proposuisti. de foro competen. Feder. de Sen. consilio 97. incipien. quoniam ubi. Cassad. decisio. 5. de rescrip.

Et alijs quibuscunque supra expressis.) Et sic non est necesse in rescripto reformatorio, etiam gratiæ, exprimere qualitates, & circunstātias in primo rescripto expressas. Rot. 274. licet in subrogatione. versic. Dixerunt autem Domini propter hoc secundam gratiam non vitiari, nec fore subreptitiam, tunc quia censetur reformatio quædam primæ gratiæ, in qua non est necesse beneficia ante expressa exprimere, secundum ordinationem nouam D. Gregorij XI. &c. in no. Bellame. Dec. 635. supposita ordinatione. Fely. in cap. in nostra. in 16. corre. de rescr. Selu. de benef. par. 3. q. 12. no. 14. in 18. qualita.

COMMISSIO XXIII REFORMATORIA,

Quòd non pronunciet de nouo idem Auditor.

PATER SANCTE. Si in proximè præsentata fuisset expressum, ꝙ pro parte Grati oratoris fuerat tētus terminus ad dicendum contra commissionem appellationis, & nullitatis, & quòd ante dictam proximè præinsertam præsentatam cōmissionem aduersarius pro potiori cautela fuerit citatus ad iustificandum, & impugnandum, & ꝙ præfatus D. Ioannes Paulus per pronunciationem dictę sententiæ, siue bene, siue malè, functus erat suo officio, pręsertim, ꝙ appellationi interpositę a dicta pretensa sententia detulerat, profecto S. V. proximè pręinsertā ut tātummodo dictus Auditor proferret de nouo sententiam, & errores suos corrigere posset non conces-

concessisset. Ideo, ut par est, equitas in iudicio seruetur, dignetur S.V. præfato R.D. Episcopo Aquẽ. committere, & mandare, ut iuxta formam primò præinsertæ in causa nullitatis, & appellationis prædictarum procedat proximè præinserta, eiusq; vigore inhibitione forsan subsecuta non obstan. Cũ potestate citandi &c.

PATER SANCTE. Si in proximè pinserta fuisset expressum.) Intellige de cõmissio. 20. supra posita, q idem Auditor de nouo pronũciet. Dum dicitur, si fuisset expressum, apponitur clausula in similibus reformationibus solita, pro qua habemus tex. in c. inter monasteriũ. ibi, Quòd si fuisset expressum . . . Et per hæc verba arguitur illa commissio de obreptione, videlicet, quòd tacitũ dolosè fuerit quod exprimi debuisset. iuxta tex. in l. sed si hac lege. vers. patronum autem accipimus, etiamsi capite minutus sit, vel si libertus capite minutus, dum arrogatur per obreptionem: cum enim hoc ipso, q arrogatur, celat conditionem suam &c. iun. gl. in ver. obreptionem, idest mendacium, qđ est in fraudem tacendo. ff. de in ius vocan. Alibi tamen Doct. non distinguũt inter obreptionẽ, & subreptionem, imò ijs terminis promiscuè vtuntur, prout ad hoc ponderaui tex. in l. 1. C. si nupt. ex rescrip. petan. vbi in eodem casu idem rescriptum appellatur subreptitium, item & obreptitium, prout ad hoc ita etiam notat Bal. & idem Bal. in l. præscriptione. colum. 4. C. si cont. ius, vel util. pub. Imol. in c. cum dilecta. & Abb. de rescri. Et pro iis videri poterunt quæ scripsi in c. super literis. nu. 4. & seq. eo. tit. de rescri. verè tamen, & propriè hic agimus de obreptione: non exprimere enim illa, de quib. hic obrepere est.

Tentus terminus ad dicẽdum contra commissionem.) Qui prius citari facit ad dicendũ contra commissionem, & huiusmodi terminum seruat præfertur quoad tributionem, ac acquisitionẽ, seu præuentionem iurisdictionis illi, qui prius commissionem impetrauit. cap. gratum. & c. licet. de off. deleg. & ad alia, quæ adduxi in proximè præceden. commis. 22. in ver. Nisi ad prætensam inhibitionẽ. & in commis. 10. Audiat qui præuenit, in 3. quest. vbi etiam, q duæ Rotæ decisiones ibi citatæ, pro hac opi. retorqueri possunt.

Appellationis, & nullitatis.) Et sic prior in tempore, & præueniẽs præferri debebit. l. qui prior appellat. ff. de iudi. Et pro hoc facit distin. Pau. Castr. licèt in alijs terminis in authen. quæ supplicatio. C. de præci. imper. offer. dum quærit an nullitas sententiæ executionem impediat? concordãdo opiniones dicit, Aut prius petita est executio, & illa non suspendatur; seu retardetur, iuxta opin. Inno. Aut prius proposita fuit nullitas, & contrarium dicendum sit. Et licet a nonnullis illa cõcordia, & distinctio in illis terminis impugnetur, fatentur tamen ijdem, q si cum preuentione (prout in terminis nostris) concurrat inhibitio, illa distinctio procedere debeat, vt per Rip. in l. 4. §. condemnatum, post numerum 19. ff. de re iudic.

Ad iustificandum, & impugnandũ. Supple tu, iustificarique, & impugnari videndum, videlicet, vt appellans iustificet appellationẽ suam, & impugnet sententiam. Contra vero appellatus iustificet sententiam, & impugnet appellationem. Appellans appellationem a diffinitiua sentẽtia interpositam iustificat, quando illam reproducit, docetq; in tempore appellasse, diligentias fecisse, & se prosecutũ fuisse. Compostel. in c. cum dilectus. de appel. Rot. 91. no. quòd ubi aliquis. in fi. in anti. & 316. si possessor. vers. Fuit tamen. in no. ac Bellame. 684. quamquam de appellatione. versus fi. ver. sed non placuit plenè Fely. in c. quod ad consultationem. num. 25. conclu. 2. de re iudic. Si verò simus i appellatione ab interlocutoria, iustificabitur illa, si præter alia, quæ probanda esse diximus, veræ, & probabiles, seu iuri conformes reddẽtur causæ expressæ in appellatione. iuxta tex. in c. cordi. de appel. lib. 6. & in clem. appellanti. eo. tit. Rot. 2. Item si appelletur. dicto tit. de appel. in no. Ant. de But. in c. vestra. de cohab. cleri. & muli. sequitur Mil. in suo reper. in ver. Appellans a grauamine tenetur. Impugnatur autem appellatio quando dicitur nõ interposita, vel non infra tempus, uel aliàs non legitimè. Vel si ab interlocutoria, etiam q causa non sit expressa, uel non legitima, uel non probata, ad supra adducta, ac per Specul. in titu. de appel. §. nunc breuiter. num. secundo. vers. Quid autem. Imol. in ca. ex parte, quinto col. 1. vers. satis tamen uidetur. de rescr. Fel. in c. capitulum. col. 9. nu. 25. in 4. limit. eo. titu. de rescri.

Functus erat officio suo, videlicet ne possit amplius se intromittere de cognitione: lius causæ. iuxta tex. in l. iudex postquam dixit sententiã postea iudex esse desinit. & post, semel enim siue malè, siue bene, functus est officio suo. ff. de re iudi. l. cum quærebatur. ff. eo. ubi q iudex malè iudicans non potest iterum iudicare, quia (vt dixi) non potest amplius in illa causa se impedire. ca. ex literis. de off. dele. & ibi Abb. in 5. & vlt. not. ubi c. obiecisset, quòd iudex non sit functus officio suo nisi post executionem, in hoc tamen ne possit se in illa causa intromittere, dicatur officio suo functus.

Detulerat. Ex quo sequitur, q iudex iurisdictionem à se abdicauerit, seu iurisdictio ab eo, qui detulit saltem in articulo, in quo detulit (ut omnes fatentur) suspensa erat. c. super eo. 1. & ibi Anto. de But. Abb. nu. 1. & seq. ac Fran. col. 2. vers. Secundus casus. de appel. Alex. consil. 89. diligenter. vers. quantum vero ad capitula separata. lib. 1. Quo fit, ut facilius moueri possit Papa ad concedendum hoc rescriptũ, quam si iudex non detulisset.

Proferret de nouo sententiã. Quod quidem conuenire non videtur, cum ille iudex sit functus officio suo, ut supra dictũ est, nec habeat amplius in causa se immiscere; & propter alias causas supra adductas: Vnde ad iudicem ad quem, spectare

state debebit cognoscere, an bene, an malè sententiatum, & appellatum fuerit, uel sententiam reformare, vel nullam declarare. l. eos. C. de senten. ca pit. ei qui. §. vlt. secunda quæstio. 6. Abb. super tit. de appellat. nume. 8. Fely. in cap. cum Iohannes. co lum. 6. de fi. instrum.

Aequalitas in iudicio seruetur.) Iuxta tex. in l. hos accusare. §. si seruus. & postea vers. Sed cum natura. ff. de accusa. in l. non debet actori licere. ff. de reg. iur. Dyn in c. nul lus. in prin. 4. quæstio. quarta. in c. nouit. vers. Cæterum. de iudi.

Iuxta formam primo præinsertæ in causam nullitatis, & appellationis.) Intellige, ut hic primo præin serta fuerit illa commissio causæ appellationis, & nullitatis in fauorem Grati, quæ est supra 21. vbi etiam dixi, quòd æquè principaliter commissa fuit causa nullitatis, cum causa appellationis. ut per Alexan. con. 2. consideratis. colum. 3. & sequen. ubi hanc ueriorem, & communem subdit. versicu. Et certè. lib. tertio, & per alios, quos cito in 17. commis. in uer. Nullitatis. Quod tanto magis id dicendum est hic, cum prius dictum sit nullitatis, & postea appellationis, prius enim nominatū, dignius principalius, & magis dilectum existimatur, & præcedere, ac ordo scripturæ attendi debet. l. secunda. §. prius autem. ff. de vulga. l. quoties. ff. de vsufruc. cap. ult. 17. distin. glo. in cap. quorundam. de elect. lib. 6. Bart. in l. qui duos. ff. de leg. primo. in l. hæredes. §. peto. ff. ad Trebell. Hinc ponderabam monacos digniores esse, & præferendos canonicis regularibus in processionibus, & alijs, quippe qui in iure prius nominati sunt. ut notauit Hiero. Paul. in libro prouinciale nuncupato. fol. 88. iuxta antiquā impressionem, dum de intitulatione tractat. versi. Quando scribitur monaco, & canonico, & intellige de canonico regulari, ut ipsemet postea se declarat. Pro quibus etiam videre poteris Abb. in cap. sedes. num. 5. de rescrip. Cum igitur, ut dixi, orator in hoc rescripto petierit in causa nullitatis, & appellationis procedi, magis ostendit se habere animum, & etiam, ut prius discutiatur super nullitate, quàm super appellatione ad supra deducta.

Inhibitione forsan subsecutа non obstāte.) videlicet, impetrata per aduersarium contra ipsum oratorem, non autem illa, quæ ab eo emanasse contra aduersarium supponebatur, quod ostenditur, quia non est verisimile, quòd ipsemet orator velit sua arma a se ipso abdicare, seu futilia, & inualida reddere: Tum quia cum dixit, Non obstante proximè præinserta, & sic commissione aduersarij, & subdat, eiusque vigore inhibitione forsan subsecuta, clarè apparet, quòd intelligi debeat de inhibitione emanata pro aduersario, ne obstare possit, illa enim dictio (eius) relationem facit ad proximiora cum suis qualitatibus. l. si pecuniam. militi procurator eius militi deberet. ff. si certum petatur. l. prima, in fi. l. secunda. §. iuris ciuilis. & §. cū placuisset. ff. de orig. iu. l. nec ei. §. penultimo. vbi verba illa, vitæ eius, ad pauperiorem, de quo ibi immediatè, referuntur: non ad ditiorem, de quo prius, & sub eadem structura verborum. ff. de adoptio. clement. prima. de iudi. cum declara. Boni. de Vitali. ibi. numero decimooctauo. Et faciunt alia, quæ adduco in Glo. Facul. §. considerantes. in ver. eius. Et aduertendum est, quod prudenter addita fuit illa dictio, forsan, alioqui confessio in rescripto obesse potuisset. ad l. cum precum. C. de libe. cau. & ibi Bald. & Salyc. l. secunda. C. de insti. & substit. Vnde propter illam dictionem, forsan, nihil certum ponitur. l. in commodato. §. sicut autem. ff. commod. l. in substitutione. iunc. glos. in ver. fortè. ff. de vulga. & pupill. de qua dictione forsan latè tracto in Glo. Facul. §. Habita. in ver. forsan.

COMMISSIO XXIIII.

FATALIVM PROROGATIONIS.

BEATISSIME PATER. Lite & causa inter deuotū S. V. Oratorem A. ex vna, & quendam B. de & super &c. penden. instan. coram R. D. Auditore Cameræ, seu eius D. Locumtenente, partibus ex altera, dictus Orator dubitat ne fatalia huiusmodi causæ labi contingat, ac causam huiusmodi ad præsens expedire non posset. Ideo supplicat humiliter S. V. quatenus eidem D. Auditori, seu eius locumtenenti committere, & mandare dignemini, vt fatalia causæ huiusmodi arbitrio suo, toties, quoties sibi videbitur, proroget, aliaq; faciat circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. præmissis &c.

LITE, & causa. Commissio prorogationis fatalium pro tribunali Rotæ non requiritur, ibi enim talis prorogatio fit in vim bullæ Innocētianę in hæc verba statuentis, & dū eis videbitur expedire fatalia in causis prorogare, vel de nouo concedere. De qua facultate prorogandi fatalia in vim bullæ loquitur Staph. super signa. fol. 184. vers. fatalia prorogātur. Cassa. dec. 6. col. 2. versus fi. vers. Et nō obstante. Et dec. 7. nū. 1. de appel. Et solent cauti & diligentes procuratores in qualibet causa appellationis in Rota pendente obtinere prorogationes fatalium non solum ad sex menses, ad quod tempus prorogatio fieri consueuit excepta prima prorogatione quę ad annū conceditur, c. cum sit Romana. de appel. Staph. ubi sup. in ver. fatalia prorogātur. Sed ad plures, & plures annos, puta decem audiētijs rotalib. successiuis, prorogant fatalia decē uicibus, & sic ꝑ qualibet vice ad sex mēses à fine vltimi termini, & sic hmōi ꝓrogationes simul iunctæ ad quinquenniū se extendēt. Hodie nō conceduntur sic ses prorogationes nisi ex cā, & suis tpibus, non aūt conculcatè. Notandū est, ꝙ tantus est fauor prorogationum

tionum fataliũ, ſeu præſeruationis ne fatalia lapſa eſſe ſupponamus, quòd etiam citato procuratore putatiuo aduerſarij,& non uero, immo etiam nullo citato prorogatio in vim bullæ in Rota admittatur,& valida cenſeatur,licèt ſecus videatur quando reſcriptum etiam impetratũ fuit pro Rota pro huiuſmodi prorogatione obtinenda ſi prorogatio fuit in vim reſcripti. prout latè per Caſſad. præal. Dec.7. præſertim.nu.8. de appel.

Secunda inſtantia. Idem ſi in tertia: iura enim loquentia in hac materia, prout tex. in authen. ei qui appellat. C. de tempo. appel. in ca. cum ſit Romana. in c. ex ratione, de appel. & alibi ſemper diſponunt, appellantem habere annum ad proſequendam,& finiendam cauſam appellationis,& ex cauſa biennium,non diſtinguendo an ſimus in ſecunda inſtantia,an in tertia.

Corã R. D. Auditoris Cameræ.) Idem corã quouis alio iudice extra Rotæ tribunal,vt ſimilis cõmiſſio neceſſaria ſit, alius enim a Rotæ Auditore non poteſt abſque ſpeciali reſcripto fatalia prorogare. Caſſad. Deciſio.7. in princip.& nume. ſecundo. ac Dec.9. ante nume. 2. verſ. ſeu quia. de appel.

Fatalia. Quæ a fato dicuntur accepto pro morte, iux. tex. i l. meminimus, in prin. C. quan. & qui. quarta pars. lib. 10. ibi fati munus implentium. l. 2. ibi pater tuus in fata cõceſſit. C. de tempo. in inte. reſti. & in l. quoties. ibi (qui ſi fatali ſorte defuerint.) C. de naufra. lib. 11. Et fatale dicitur,quod mortem affert; hinc dicimus fatalem enſem. Et appellantur fatalia,quia ſicuti mors quæ etiam fatum dicitur, hominem extinguit, ita fatalium lapſus cauſam appellationis, ſeu appellationem ipſam perimit,& l. 2. in princ. iun. glo. 1. & l. nemo, ibi (fatalis diei terminus) C. de tempo. appell. Abb. in ca. ex ratione, colum. 2. circa medium. Nam primus annus dicitur primum fatale. de appel. fatalia damna, ideſt infortunia. l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſoc.

Quæro quando currere incipiant fatalia? diſtingue aut loquimur in Cu. Rom. & dico, quòd a die appellationis,non autem a die præſentationis commiſſionis,nam ſi labatur biennium à die appellationis, licet non a die commiſſionis præſentatæ appellatio cenſetur deſerta p tex. in clem. ſicut. & ibi omnes. de appel. & voluit Proſp. Carauit. in Ritu magnæ Curiæ, ritu 159. num. 8. & concluſum fuit in Burgen. præſtimoniorum coram Aldobran. 15. Maij 1564. maior enim pars tenuit pro deſertione. Aut ſumus in appellatione in partibus interpoſita, & currere debet a die quo veriſimiliter potuit appellans committi facere cauſam appellationis in curia,& ita declaranda venit dicta cle. ſicut, prout ſic limitat,& declarat Dec. Put. 12. ſub tit. de appel. incipiens, tempus appellationis incipit currere.

Labi contingat. Quę ſi labatur, appellationi tacitè renunciarũ eſſe uidetur, ſententiaq; in rem iudicatam tranſitum faceret, auth. ei qui appellat. C. de temp. appel. c. cum ſit Romana,& c. ex ratione, cum mate. de appel. cle. ſicut appellationem. eo. tit. Caueant igitur procuratores,ne appellare omittãt, ne pro apoſtolis redire negligant, ne cauſas appellationum debito tempore cõmitti facere poſtponãt, neve fatalia labi permittant,alioqui famã denigrabunt, nec immunes erũt quoad intereſſe reſarciendum in illis cauſis,in quib. intereſſe conſiderari poterit,ad tex. in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. in l. properandum. §. pen. & vlt. C. de iudic. in l. 1. in fin. ff. quan. appel. ſit.& ibi Bar. idem Bar. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. Bal. in auth. hodie. C. de appel. Saly. in l. ab eo, col. fi. ver. reſtat quęrere. C. quomo. & quand. iud. Abb. poſt Innoc. in c. 1. col. 6. ut lit. non conteſt. D. meus conſi. 295. in cauſa, col. 3. in fi. & in regu. addi. ad fallen. Soz. in ver. cõtumacia procuratoris pręiudicat. Et non appellans, vel non proſequens,uel eſt in dolo, vel in magna negligentia,quæ dolo æquiparatur. l. quod Nerua. ff. depo. l. magna negligentia. ff. de ver. ſig.

Expedire poſſe. Vel quia non eſt in manu ſua, vt cauſa expediatur, puta quia iudex aliis negociis, uel cauſis impeditus hanc cauſam videre, & decidere differt, & ſic per iudicem ſtat quominus cauſa expediatur, quo caſu ne diſputari cõtingat, an ipſo iure inſtantia non currat, ad tex. in l. ſed & ſi per prætorem ſteterit, iun. gl. 1. ff. ex qui. cau. ma. in Auth. vt ſponſa. larg. a. hoc quoque. & in auth. item ſi appellatione. C. de temp. appell. & ibi per Cy. Bart. & Bal. Vel quia proximæ ſint feriæ, præſertim generales. Vel quia ipſe litigans ſit pauper, nec expenſas litium, quæ Romæ graues ſunt, tunc ſufferre poſſit, ſed tempus aliud expectet. Vel ꝓpter impedimentum facto aduerſarij, vel tertij proueniens, uel ob alia impedimenta quæ infinita hominibus in dies contingunt, pro quibus omnibus vltra ſupra addicta citari poteſt tex. in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo & in l. properandũ, in fi. C. de iudi. in c. ex inſinuatione,& arg. tex. in c. ex ratione, ubi But. Abb. Fran. in 1. quæſt. D. meus Philip. Dec. & alij. de appella. Alex. conſ. 72. videtur prima. nu. 3. 12. & 17. lib. Hæc uia prorogationis tutior eſt, etiam quia non erit opus probare impedimenta cõcludentia,& aliquas diligentias. Et in aliquib. caſibus proteſtationem interueniſſe,& alia de quibus per Doc. in d. c. ex ratione, & alijs in locis ut ſupra.

Toties quoties. Quęro quot prorogationes concedi poterunt in uim dictorum verborũ? Reſpõdeo ꝙ duæ. arg. tex. in l. veluti. §. hæc uox, & ibi gl. 1. & 2. & Bal. ſuper gl. 2. ff. de eden. & in l. fideicõmiſſa §. ſi quis decem. ff. de lega. 3. per quem text. voluit Ang. in l. ſi finita, in prin. & ibidem Alex. col. 1. uer. ſicu. Et p hoc infert. ff. de dam. infe. Idem Ang. in l. orone. ff. de ferijs. in l. ueluti. §. hæc uox. ff. de eden. & in l. 2. §. qui exhibendi. ff. de cuſto. reo. ꝙ promittens ſe, aut aliũ toties quoties opus fuerit præſentare, liberetur bina pſentatione facta, quem ſequitur cum eo tranſiens Lũdo. Rom. conſi. 15. plura ſunt num. 5.

num.5.& super rub.ff.de arbi.nume.44.& sequ. vers. Quid autem si compromissum. Cum Ange. etiam concludit Belenci.de chari.subsi.q.23.ad fi. Vide tamen Vita.de Gamb. in suo tract. clausu.in clausula,nil nouari securitate pendente.nu.4.vbi aliud sentit. Vide Frā.Cremen.sing.11. si quis pro miserit repræsentare, & latè Hyppo. de Marsi.super rub.ff.de fideius.in 15.q.versic. Aut fideiussor non promisit præsentare reum simpliciter. nu.38. & seq.& nouissimè D.Fran.Hercu. in trac.cautio. c.26.nu.27.& Cel.Vgo. in clausulis contractuum. in ver.pœna,toties committatur, cum alijs clausulis sequen.Ratio expressa in alleg.l.fideicommissa. §.si quis decem,& per Doct.ubi supra, est ad vitandam infinitatem, ad quod tamen Vita. vbi supra, respondet. Idem etiam vbi supra voluerunt in dictione,Rursus.Iterum, & similib. per dictam.l.fideicommissa.§.si decem.ff.de eden.in Prohe.Insti. §.quorum vtrūque.cum gl.in ver.prouinciæ.versus fi.& ibidem Ang.l.1.§.si cui.ibi, Et si id perdidisset rursus relictum.ff. vt lega.nomi.caue.ca.tua nobis,seu,tua nobis,iun.gl.1.de appel.quam gl. sequitur ibi Bald.versus fi.vers. opponitur ꝙ decretum. & postea infert ad potestatem datā arbitrio prorogandi compromissum semel, & iterum, quod intelligatur pro duabus uicibus.Idē uult ibi Abb. nu.5.& Philip.Fran.col.2.super dicta glo.1.Accedit ꝙ interpretatio hæc, iuxt. terminos nostros est iuri,& rationi consona, ne lites trahantur in infinitū,sed citius, quàm fieri possit terminentur.ad cap. finem litibus.de do.& contu.c.dispendia.de rescr. lib.6.Huc spectat quod voluit Bal. in l.1. nu.5.C. vt in pos.lega.vbi ꝙ arbiter cum potestate prorogandi non potest prorogare ad longum tēpus,cùm tempus est appositum ad litis celeritatem.& Bald. sequitur Fran.in d.ca.tua nobis.col.2.vers.Et idē Bald.in l.1.Pro præmissa opin.pondero, ꝙ rescriptum nostrum debet reduci ad dispositionem iuris communis. in quantum fieri potest.ad dictam l.si quando.in prin.C.de inof.test. c.causam quæ. de rescri.Inno.quem ibi sequuntur Io.And.But.& alij in c.dudū.de deci.D.meus Phil.Dec.cons.114. & pro tenui.num.3. vers.confirmatur hoc verum. De iure autem communi vltra annum ad prosequendum,ex causa conceditur alius annus. auth.ei qui appel.C.de temp.app.c.ex ratione.eo.tit. prorogationes igitur in vim nostri rescripti, quæ præsertim absque aliqua causæ cognitione concedi solent, & non discusso an adsit impedimentum, uel non,non debēt esse ad plures annos, alioqui leges verbis impositæ essent.postremò pro eadem opin. adduci potest, ꝙ cum simus in interpretatione rescriptorum,stricta interpretatio facienda est.Inno. Compostel.Ioan.And.& alij in ca. super literis. de rescrip.Rot.396. si committatur.nu.8.in nou.Roman.consilio 388.in casu.post nume.4. Sarnen.in 15.quæst.Reg.de Anna.post nu.4.ubi quòd commissiones sunt stricti, & limitati iuris. Strictè igitur interpretando nullo modo dici poterit, quòd uigore huius commissionis prorogatio vltra duas vices concedi possit. Qui verò contrariam opin. amplecti uoluerit,ꝙ immo verba præmissa non restringantur ad duas vices, sed infinitatē designēt, prout verba ipsa sonant,iuuātur.l.si duo.§.fin.ff.si fam.fur.fecis.dica.§.in prioris. Insti.de eo cui libe. cau.bo.adi. Archi.in cap.nunc verò. nume.2.9.q. 3.Bal.in l.1.ante num.38. C. de his quæ pœnæ no. mi.Alex.in l.qui bona.§.fi.num.3.ff.de dam.infec. Imol.in l.si finita,quem sequitur ibi Alexan. nu.3. qui postea.ante num.4. hanc opin. contra Angel. veriorem dicit.ff.eod. Idem Alexan. consilio 145. quoniam.vbi concludit contra opin.Ange.libro 2. Idem uoluit Pau.Castren.in l.duobus. §.ꝙ si reus. num.8.vbi etiam Ias.in §.si ei qui. nume.19. & communem opin.dicit esse contra Ange. ante nume.20.ff.de iureiur.Nellus in trac.banni.in prima par.2.tempo.quæst.15 Hypp.de Marsi.in l.vnius. §.cogniturum.col.8.vers.Et dixit. ff.de quæst.Gui. Papæ cons.65.num.29.latè per And.Tiraq. de vt. retra.§.primo.Glo.2.num.18.& seq.pag.814. & per eundem Tiraqu.in l.boues. §. hoc sermone. in 26.limi.num.2.& 4.Vide etiam Cel.Vgo.in tract. clausu.inter clausulas contractuum,in ver.Toties quoties,in pluribus locis,& nouissimè per August. Bero.in ca.potuit.num.136. vbi ꝙ apposita clausula; quod toties pœna committatur,quoties contrafactum fuerit rato manente pacto, pœna toties exigetur, quoties contrafactum fuerit,non solum bis,sed ter, & quater, de loca. & ad id alios citat, quæ etiam faciunt ad declarationem, & limitationem.l.si duo.§.semel, ibi, (Nisi id actum sit,&c.) ff.de arbit.Et pro hac secunda opin. pondero text. in l.1.ff.de interrog.actio.ibi,(Toties quoties) iun. theo.Lap.alleg.119.quæro pone,num.6. vbi vult iudicem interrogare posse partes quandocunque æquitas suadet,& sic paria sint dicere, toties quoties,uel quandocūque.Et ꝙ ex propria significatione huius aduerbii,toties, pariter,& iis dictionibus iunctis toties quoties denotetur actuum infinitas ostendo ex verbis duorum linguę latinæ principū, M.Tullij,uidelicet,epist.lib.1. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, toties ad te scribā, & Virgil.6.Aeneid.Si fratrem Pollux alterna morte redemit,Itque,reditque viam toties.Quid enim significare uoluit Virgilius per illa verba.Itque, reditque viam toties,nisi numerum innumerabilem, & infinitum? quod ad oculum ostendo: numera enim dies à creatione mundi vsq; ad tempora Virgilij,nonne infiniti erunt? Quod si fortè legens hæc erit purus legista, vel alioqui obtusi ingenij, sciat poetas, finxisse Pollucem alterum geminorum, filium Iouis ex Leda Tyndari uxore singulis diebus occidente Castore fratre oriri, & contra. Sic enim gemini in cœlo finguntur, vt dum alter oritur alter occidat. Accedit, quòd sicut indefinita ratione adiuncti restringuntur & ampliantur in eodem significatu.l.fin.§.cui dulcia. & ibi Bart. & alii.ff.de uino & ole.lega. In hæc verba, toties quoties ampliari poterunt in suo significatu ratione uerborum adiunctorum, puta arbitrio tuo, & prout tibi uidebitur, quæ uerba si geminatè proferantur,tanto magis operabuntur. Item sicut una lex,siue dispositio alteram declarat. ad l.ab executore.ff.de appel.in prin.l.ut gradatim.post prin.ff.

de mune.& hono.l.uni.in prin. C.de inof.doti.Parif.confi. 157.num.39.vol.4.ita arguamus à declaratione,seu interpretatione data,ad alle.conſti. Innocentianam,diſponentem D.Auditores Rotæ dũ eis videbitur expedire fatalia prorogare poſſe, propter quæ verba,dum eis videbitur,communiter, & paſſim ſeruatur,ꝙ infinitæ prorogationes in vnaquaque caſua appellationis ſi petuntur concedun tur. Ita declarare debemus, ꝙ in vim præfati reſcripti propter idem verbum,ſibi videbitur, infinitæ prorogationes concedi poſſint. Et hæc interpretatio æqualitatem ſeruabit inter R.D. Rotę Auditores & alios Romanos iudices.Niſi quis forte reſpondeat, ꝙ Papa magis confidit de illis,quàm de alijs, præſertim quia tutius,& firmius cenſeatur eſſe illorum iudiciũ,qui duodecim ſunt, quàm vnius tantum iudicis,& Papa plus confidit de pluribus iudicantibus ſimul, quàm de vno tantum, arg.tex.in ca.de quibus.iunc. glo. in ver. exempla in fi.20.diſt.& eſt tex.in c.prudentia.§.1. verſ.illa quippe.& in c.ſeq.de offic.deleg. Niſi reſpondeas, ꝙ ſinguli Auditores fatalia prorogãt, cum coadiutoribus id non conferendo. Sed replicare potero, ꝙ poſſunt ſi volunt cum alijs conferre,immo quãdo in aliquo dubitant omnia inter ſe etiam minima communicant. Si quis aũt cautius procedere velit,ac tutus eſſe à contrarietate opinionum Doc. ſupra citatorum, & aliorum de quibus per Nic. Boe.Dec. 131.& videtur.nume.10.cum aliis ſeq. omnem hæſitationẽ tollere poterit impetrato reſcripto de quo ſupra,ac duabus prorogationib.obtentis, impetrare poterit aliud reſcriptum præinſerto illo, de quo ſupra, uel illius ſubſtantia narrata,concludendo ne contingat dubitari an vigore illius clauſulæ,toties quoties & aliarum, iudex ultra duas vices prorogare poſſit, quod committatur ſibi ꝙ quandocunq; eidem uſum fuerit,alias quaſcunque prorogationes concedat, &c.

Non minor autem difficultas inſurgit nõ appoſitis in commiſſione illis verbis,videlicet. Toties quoties,&c.an prorogatio fieri poſſit ultra unã vicem? Et pro negatiua, ꝙ ſermo ſimpliciter probatus intelligatur de primo actu, ſeu de prima vice eſt tex.in l.boues.§.hoc ſermone. & ibi omnes.ff. de verb.ſign.in l.dotis promiſſio.verſ.vlt.ff.de iu. dot.ubi etiam Bar.& Bal.ac Imol. in l.cum pater.§.quæ ad certam.ff.de lega. l.ſocius pro filia.in prin.ff.pro ſoc. Alex.conſil.81.lecto,& diſcuſſo.colum.15.vol.4.Contrarium ꝙ immo commiſſio huiuſmodi prorogandi abſque illis verbis,toties quoties,non reſtringatur ad primam prorogatiõe, ſeu ad primam vicem concluſum fuit in Rota, prout Dec.Io.Pauli 172.incipien.Salernitan. Attentatorum tom.2. Ratio eſt,quia tunc tãtum interpretatio facienda eſt de primo actu, quando primus actus conſumit effectum,ſecundum intentionem loquentis,at ſi non conſumit intelligitur etiam de ulteriori caſu.ut uoluit Bal. in l. inuitus ad fin. C.de procu.Sequitur Iaſ.in l.diuortio. §. quod in anno. nu.27.ff.ſol.mat.in ult.fallen.

Proroget. Hæc eſt temporis prorogatio extẽſio,ſeu ampliatio, de qua habemus tex.in l.2.§.ſi & iudex, & ibi gl.magiſtra. in uer.inhibita.ff.de iudic.ſic & apud M. Tullium Appio (Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.) Et tempus prorogatum cenſetur idem cum primo, & aſſumit omnes qualitates primi termini. l. Aemilius. iunc. gloſ.in ver. reſtitui. ff.de mino. & ad alia quæ adduco. in 76. quæſtio.Reg.de Anna.numero nono, & ſequent. Quod ſi iam fatalia lapſa ſunt, non prorogatione, ſed noua conceſſione opus eſt, quod Rota facere poteſt in uim dictæ conſtitutionis Innocentianæ, uel potius obtinetur reſtitutio ex aliqua iuſta cauſa aduerſus lapſum, quàm noua fatalium conceſſio. Et quòd ſi ſint lapſa prorogari non poſſint patet ad ſenſum,& probatur ex l.& ſi manente. ff. de præca. l. ſi cum dies, in princip. ff. de arbi. l. dies cautioni, in princip. Et ibi Bartol. & Alexand.ff.de dam.infect.& per Salyc.in authen.ſi tamen.in fin. ubi quòd tempus inſtantiæ appellationis à partibus prorogari poteſt ſi adhuc durat, non tamen ſi finitum eſt. C.de tempo.appel.cum id quod non eſt, prorogari nõ poſſit.ad Pau.Caſt. in l. 1. C.de dilat.

Quæro, A. obtinuit ſententiam contra B.reum conuentum, currentibus fatalibus appellationis obijt A. in cuius locum poſt lapſum fatalium, ſucceſſit.C.qui prætendit ſententiam contra B.ob non prorogationem fatalium in rem tranſiuiſſe iudicatam,an fatalia lapſa dicantur,& ſic rei iudicatę locus ſit? pro opinio.negatiua facit, quòd per obitum A.lis erat finita;nec oportebat fatalia prorogare donec ſubrogatus eſſet in lite,neque currebant fatalia,cum nullus eſſet cum quo litigaretur & inſtantia erat in pendenti,ſicut iacente hæreditate,nec tempora,nec inſtantia currunt, donec hæreditati iacenti detur curator,nec poteſt eſſe iudiciũ, nec proceſſus, pro ut per Alex. in l.quarta.§. prætor ait.num. 24.ff.de damn.infect. Sic in caſu noſtro antequam appareat ſucceſſor ſubrogatus, lis mortua cenſeatur.Caſſa.Dec.1.num.5.ut lite pen den.Sic etiam dicimus compromiſſo durante fatalia non currere.auth. ſi tamen. C. de tempo.appel.cle.quamdiu.de appel. Matheſi.not.24. no.q tempus inſtantiæ.Caſſa.Dec.6. num. 7. de appel. Alex.conſil.71.uideretur in conſultatione. in fin. uolum.5.Abb.in c.venerabilis.num.14.& Fel.nu. 13.uerſi.Secunda regula.& num.15.de iudi.Rot. 369.in no.Mil.in reper.in uerſi.appellationis proſequendæ.Sozzi.conſil.9.quia verſi. octano. facit. de uerbo.ſign.Boe.Dec.294.nume. 17.An autem hæc procedanr ante acceptationem compromiſſi uide Fulgo.conſi.168.Sozzi.conſi.39.num.38.cũ alijs ſeq.Philip.Fran.& D. meum in c. ex ratione. num.8.uerſi.Et prædicta concluſio, de appel. Nõnulli non ſolum requirunt compromiſſum eſſe acceptatum, ſed etiam cauſam cœptam fuiſſe agi coram arbitris.prout Ancha.conſil. 284. Ioannes poſt numerum 3.uer. Item ex uerbis.ex mente Lã franc.in trac.de arbit.q.49.in fi.Hyppo.de Marſi. ſing.679.& Reg.46. addita ad fallen. Sozzi.1.in uer.inſtantia.Natta.in alle. cle.ſæpè.colum. 22.& hęc opin. uidetur magis communis. Fatalia item

non

non currunt quando procedi non poteſt facto iudicis.§.hoc quoque.in Auth.vt ſponſa.largi.Inſuper B.erat(vt præmiſi)reus ad deci.256. Bellame. & præfatus B. intra bienniũ fuerat ſubrogatus in oẽ ius dicti A.quæ ſubrogatio induxit vtriuſq; iuris confuſionẽ,& ſic lis ceſſabat, quia actio,& paſſio in eodẽ ſubiecto inſimul ſtare non poterant, ut docet Ariſt.in prædicamentis dũ facere, ſeu agere, & pati contraria eſſe oſtendit.Et dicimus de creditore ſuccedente debitori,uel contra.l.Stichũ. §.editio.ff.de ſolu.l.licet.C.ad leg.Falci.l.debitori.C.de pac.l.ſecundũ.C.de fideic. Pars affirmatiua tenenda eſt,pro qua concluſit Rota de menſe Nouemb. 1544.corã bo.me.Fabio,dato dubio, An appellãs à ſnĩa contra ſe lata teneatur prorogare fatalia non obſtante,ꝙ eius collitigãs, pro quo erat pronunciatum,deceſſiſſet infra biennium, nullo alio gratioſè ſubrogato,vel ad litẽ admiſſo?fuit tentũ ꝙ tenere tur prorogare,quia per obitũ vnius ex collitigantibus non finitur lis.c.1.& 2.ut li.penden.li.6.cle.1. §.ſi verò.eo.tit.Rot.in nou.411.ſi lite. nu.3. Bal.in l.ſi pater.ver.extra.oppo.C.ſi penden.appel. mors interue.Caſſa.Dec.1.nu.2.de re iud.vnde lis,& inſtantia ſemper durauit. Appellans igitur ne fatalia laberentur illa prorogare debebat, uel appellationẽ proſequi.Et ſi dicatur,cum quo proſequi debebat,reſpondetur,citatis intereſse putantibus, & citationes fieri debebant per audientiam contradictarum.Rot.154.in cauſa.in nou. Caſſa. deciſ.vlt. vt li.penden.

Secundò quæro,an ſententia nulla excuſet a lapſu fataliũ?puta appellans infra annum,& ſic currentibus fatalibus obtinuit ſnĩam in ſui fauorẽ,quę tamen nulla fuit,an hmõi ſententia nulla non obſtante, fatalia poſtea cucurrerint, & prima ſnĩa in rem tranſiuerit iudicatam?Quòd ſnĩa nulla nõ excuſet,probatur ex cõi regula,quòd nullũ,ſeu inualidum eſt,in conſiderabile eſt,& pro nihilo habetur. l.2.cum duabus ſeq.ff.de optio.lega.l.qui per ſalutem.ff.de iureiu.c.non præſtat. de reg.iur.in lib.6. Et non factum,& inualidè factum, paria ſunt ad l.quoties.& l.de die.§.1.ff.qui ſatiſ. cog. l.ſi ſe non obtulit.ff.de re iud.& in terminis noſtris cõcludit Alex.conſ.79.in cauſa.nu.6.verſ.Nec ob.ſi diceretur quod ante biennium.vol.7. & conſ. 59. viſo titulo.nu.7.vbi plura adducit.volu.4. Contrarium tenuit Rota in Dertuſen. Canonicatus corã Puteo 29.Ianuarii 1546.inter Aluarũ ſolis, & Fortuniũ. Allegabatur tex.in l.ſi ut proponis.1. C.quomodò & quan.iud.& in l.iudex poſtquam. ff.de re iud.& ibi Ange.Quia perit nedum iuriſdictio: ſed etiam iuſtãtia.Nec ob.Alex.ubi ſupra, quia loquitur quãdo ſubſtantia fuit nulla ex defectu iuriſdictionis,& quando fuit pronunciatum quãdo iam erant iapſa fatalia.Vel etiam quãdo nullitates eſsent ita patentes, vt nullam excuſationem reciperent, & potius colligi poſset dolus quã negligentia; An in dubio pro non deſertione iudicandum eſt Caſtren.in l.2. ff.ſi quis caut. Pro p̃miſſis eſt Dec.Putei 373.li.2.

Tertiò quæro,an ſi fatalia in primo anno ad ſex menſes prorogentur detur ſecundus annus?De iure datur annus ad proſequendum,& ex cauſa biennium auth.ei qui.C.de tempo.appel.& c. ex ratione.de appel.Et Romæ appellationis deſertio euitatur ſi in primo fatali,ſeu in primo anno cauſa commiſsa aliquis actus fiat,prout Dub.Faſto.37. eodẽ die dubitatũ,à contrario ſenſu. Et in terminis concludit Caſsa.Dec.7.num.8.de appell. & ita tenuerunt Domini de Rota in Oxomen.coram Nouato 9.Ianuarij 1548.& in Parmen. Iuriſdictionis corã Veſtano,18.Ianuarij 1549. & in infinitis aliis cauſis. Ponamus igitur quòd appellans in primo fatali exiſtens fatalia(ut præmiſi) ad ſex menſes prorogari obtinuerit, an iſti ſex menſes computabuntur à fine biennij, uel ſaltem iſte terminus tentus pro prorogatione fatalium.& ſic iſte actus iudiciarius operetur,ut biennium concedatur. Ex præmiſſis præſertim ex dicto ſtilo Romano,de quo per Caſſa.affirmatiuè reſpondendum videtur.Et ꝙ prorogatio cenſeatur facta a fine biennij, non autem anni,adducitur ratio,paſſim enim biennium conceditur in curia, vt conſiderauit Rota, concludens,ꝙ a fine biennij currat ſemeſtre in Abulen. Receptionis in hoſpitium corãm Puteo,vt in illius dec.399. incipien.Die 21.Decemb.1542. libro primò Ponderauit etiam Rota, quòd inducta ad vnum effectum, videlicet, ut quis ſit diligentior ne per lapſum biennij fatalia expirent non debent diuerſum, ſeu contrarium operari. l. legata inutiliter.ff.de leg.1.l.ſi mancipia.ff.de fun.inſtru.l.2.verſus ſi.C.de iureiur.propter calum.præſti.l.qui hominem.§.vlt.ff.de ſolutio.ca.maiores. §. ſed adhuc de baptiſ.Hinc dicimus,ꝙ inducta ad fauorem alicuius non debent in eius odium, & læſionem conuerti.l.quod fauore.C.de legib.l.quãuis.poſt princum gl.in ver.caueatur.ff.de pig.act.Sic ẽt contra affirmamus,ꝙ odio alicuius inducta non debẽt in eius fauorem,ſeu commodum redundare. l.relegatorum.in fi.ff.de pig.act.l.ne quis. C.de decur. lib.10.§.exhæredato.verſ.eum enim, qui ab ipſo teſtatore &c.in authen.de hære.& falc. Pet.de Anch. poſt Dyn.conſ.141.ſuper prædicto.nu.3. Hinc ẽt uolunt excipientem non fateri intentionem agentis,ordinatum enim ad excluſionem agentis, non fundat agentis intentionem.Bald.in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cler.gl.& Doc.in regula,exceptionem obijciens.de reg.iu.li.6.Hinc pariter dicimus inducta ad priuationem,non inducere diſpoſitionem.l.ex factis etiam.ff.de hære.inſti.l.Titia.§.vlt. ff.de manu.teſta.Quo fit,ut ſi pater exhęredet filiũ ſi ad patriam non redierit,non videatur eum inſtituiſse ſi ad patriam redierit,ex priuatiuis enim diſpoſitionib.non reſultat affirmatio.d.l.Titia.§.vlt. ff.de manu.teſta.& uoluit Bal.in l.2.C.de cond.inſer.quẽ ſequitur Anch.in c.canonũ ſtatuta.de conſti.Hinc rurſus dicimus conuentionẽ, quæ principaliter ordinatur ad reſoluendũ,non poſse operari productionẽ actionis.iux.tex.in l.ab emptione.ĩ fi. ff.de pac.Pactum item ordinatũ ad excipiẽdũ,non ualet ad agendũ.ut uoluit Bar. & cęteri, quicquid dixerit gl.in l.traditionib.ff.eo.ſic & inducta ad augumentũ nõ generant diminutionẽ.pall. l.ſi mãcipiũ.in prin.ff.de fun.inſt.Gui. Alb.de Reſ.& Angel.in l.nulla.ff de legib.ubi de legato facto uxori.

Immo quatenus essemus in dubio, interpretatio facienda esset, ne appellatio deserta censeretur. Paul. Castren. in l. 1. post medium, vers. in tex. ff. si quis caut. Cassa. Dec. 4. in fi. de appella. D. meus Philip. Dec. in l. quoties nihil. ff. de reg. iur. Contrariũ conclusit Rota. 20. Octob. 1545. in Valenti. Beneficij S. Michaelis coram Peregrino Fabio, vt ipse annotauit Dec. 1. de appel. aliàs est Dec. 115. Quæ incipit. Fuit resolutum die 20. Octobr. 1540. & etiam Dec. seq. lib. 1. vbi quòd fatalia quando in primo anno prorogantur, non datur secundus annus, ea ratione. quia talis non est actus tendens ad causę prosecutionem qualis esse requiritur. Et quia non solum non videtur facere actum, vt biennium habeat, sed potius renuntiat beneficio iuris, vel stilo prædicto sequendo aliam viam prorogationum. Nec contra hanc opin. faciunt Rot. Fasto. dub. 37. de quo supra, & Cassa. Dec. 6. num. 8. de appel. immo pro hac opin. si enim vt biennium detur ultra commissionem causæ requiritur aliquis actus iudiciarius, seu ut aliquid in causa fiat, aliò qui rei iudicatæ locus sit, nihil dicitur fieri in causa (vt præmisi) dum fatalia prorogantur, & sic rei iudicatæ locus erit. iuxta Dec. Put. 320. incipien. Fuit decisum lib. 2. in qua idem dicitur, quod in Decisionibus de quibus supra. Nec obstat illa, quòd inducta ad vnum finem, quia negari potest, quòd ad illum finem præmissa sint inducta, per ea, quę dicta sunt.

COMMISSIO XXV.

PRO REMISSORIA.

BEATISSIME PATER. diu ligato corã R. P. D. N. Ro. Cu. prælato inter deuotos S. V. Oratores A. ex vna, & quendam B. de & super simplici beneficio, &c. in tertia instãtia partibus ex altera. Cum autem ex parte Oratoris quędam deducta, & deducenda talia sint, quæ in vrbe probari non possint, ad finem, & effectum expeditionis causæ huiusmodi dignetur S. V. eidem R. D. N. committere, & mandare, vt remissoriã, seu litteras remissoriales, in forma solita, & consueta suo sub sigillo, attento maximè quòd testes examinandi sunt pro maiori parte valetudinarij, & inhabiles ad veniendum ad Rom. Cu. pro diuersis testibus in partibus commorantibus exequendas in materijs admissibilibus, & releuantibus ad partes decernat. cum potestate citandi. &c. Præmissis ac constitutionib. & ordin. Apostolicis regulis Cancel. præsertim disponen. literas remissoriales aliter quàm sub plumbo expeditas nullius esse roboris, vel momenti. Stilo palatij, cęterisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

BEATISSIME PATER. Rotæ Auditores in vim Bullæ Innocentianæ remissorias absque aliqua commissione decernere possunt, & indies decernunt. Verba bullæ sunt hæc (Remissorias præterea ad partes in causis coram eis, nũc & pro tẽpore pẽdentibus in quauis instantia nouãve dilationem si petatur de aliorum Auditorum consilio concedere.) Verum quòd præfati D. Auditores non concedant remissorias absque speciali commissione Papæ testatur Io. Fran. Paui. olim præclarissimus Rotæ Auditor in tract. de offic. & potest. cap. se. vacan. in 10. & vltima quæstio. prim. par. princ. post num. 10. vers. Et aduerte. quòd Auditores in Cu. Rom. non dant remissorias sine speciali commissione Papæ, quem tractatum aureum appellant Felyn. in ca. in nostra. in fin. 37. corre. ante num. 39. de rescri. & Aene. de Falco. in tractatu reserua. in prima quæst. princ. ante num. 3. ver. Quot autem sint modi vacandi. Et ad Paui. quo ad declarationem materiæ remissoriæ remittit se Cassa. decis. 3. post princ. de dilatio. qui eum citat in dicto vers. Et aduerte quia Auditores Rotæ in Cu. Ro. Et sic Cassado. etiam Rotæ Anditor videtur comprobare omnia tractata ibi per Paui. circa materiã remissoriæ, præsertim in dicto versic. quem adducit. Et sic etiam Cassa. erit in eadem opinio. quòd Rota non possit absque speciali rescripto remissorias decernere. Cassadorus autem fuit Rotæ Auditor diu post promulgatam Innocentianam, quod etiam apparet, quia de illa constitutione Innocentiana mentionem facit in 8. Dec. de rescr. num. 10. vers. Et in Rota Innocentiana sanat terminos substantiales, &c. Nulla autem alia Innocen. reperitur terminorum sanatoris, quàm illa circa facultates D. Rotæ Auditorum, in qua etiam datur potestas remissorias cõcedendi, de qua supra locutus sum: Quo modo igitur asserimus in Rota pro decernendis remissorijs sufficere Innocentianam, nec requiri commissionem? Aliquis responderet, quòd prę fatus Io. Fran. Pauinus, cui præsertim in assertione stili Rotalis credendum est, in loco supra citato, non nominat auditores in Cu. Rom. vnde interpretatio sit de alijs Auditoribus non Rotæ, sed bene Rom. Cu. & sic opin. tanti Doctoris non discrepabit à constitutione Innocen. Et tales distinctiones, & interpretationes etiam verba impropriè sumendo, ad tollendas contrarietates admittãtur. argumen. tex. in l. inter stipulantem. ff. de verborum obliga. per Bart. in prima const. C. num. 13. versic. nota quòd contrarietates. & per Curt. Iun. consilio centesimo quadragesimo septimo. contra ea, numero quarto & sexto. Præmissa defensio non est tuta, tum quia Auditor Rotæ loquitur de Auditoribus, credendum est, quòd de coadiutoribus loquatur. Tum etiam, quia postea aliqua subdit quæ Rotæ Auditoribus conueniunt. Rursus ad probandum ea quæ subiicit plures Rotæ decisiones citat, & sic patet, quod de Rotæ Auditoribus sensit. Verba enim Doctorum intelligenda sunt iuxta ea quæ allegant. Bartolus in l. non solum. §. liberationis. ante numerum 8. ff. de libe. lega. & in l. cum quidam. versicu. solu. intelligo dictum Iurisconf. hic secundũ legem quam allegat. ff. de his qui. ut indi. Ioan. And. in c. nuntius. ver. fi. de iudi.

de teſti.verſ.vnde nimis large. Roma.conſ.76.in cauſa.colum.fi.verſ.Dico q Bal. & D. meus Phil. Dec.conſ.189.lætatus,poſt prin. & conſ.482. pro reſolutione.colum.pe.verſ.Non ob. Demum quis neſcit quod quicunque Romæ nominet Auditores in materia cauſarum,& iudiciorum, ſtili,& cōſuetudinis in dubio, & anthonomaſtice de Rotæ Auditoribus intelligat.argum.tex.in §.ſed ius quidem ciuile.iun.glo.in ver.Virgilius. Inſtit. de iu.& iur. Breuiter ego puto q tempore Ioan.Fran. Pauini non eſſet promulgata dicta cōſti. Innocen.& ſic diſtinguenda ſunt tempora hoc modo. Aut loquimur ante dictum Innocen.& vera ſit opin.& relatio Ioan.Fran.aut loquimur promulgata dicta conſtitutione,& non procedat amplius opi. Pauini,cū enim habeamus caſum legis, non eſt vlterius diſputationi locus.l.illam. C.de colla. & ad alia quæ adduco in 2.q.26.Reg.num.2. Quòd autem bulla prædicta emanauerit poſt dictum tractatum editū per Paui.hoc modo probari poteſt. Innocentiana ędita fuit de anno 1487.ab incarnatione,vt in eius fine,& eodem anno publicata, ut in ea apparet, & affixa per curſorem,anno 1488. à Natiuitate,ut retro dictam bullam. Felinus autem,qui allegat dictum tract.de ſe.vacan.in alle.c.in noſtra.in fi.primæ par.Decreta.ſubijcit.Et iſta ſufficiant pro hoc an.1482.vnde ſequitur, q Felinus ſcripſerit ſuper illo c. in noſtra. dicto anno 1482. vel ante, & ſic ante promulgationem dictæ bullæ. Et ſi Felin.fuit ante bullam, fortius ante eam fuit Pauinus ab eo citatus,& qui fuerat Rotę Auditor prius quàm Felinus. Ad illud quod dixi Caſſa.remittere ſe ad Paui.in dicto verſic.ſupra adducto,reſponderi poteſt, q perfunctoriè illum allegat, non poteſt autē fieri fundamentum ſuper ijs quæ Docto. allegant incidenter,non diſcutiendo,& probando quæ aſſerunt,ſed potius tanquam aliud agentes aliqua dicunt, prout ponderat Abb.in c.bonæ.2.ante num. 13.verſ.Sed mihi plus placet.de poſtula. prælat.& idem Abb.conſil.54.videtur primò,poſt prin.ibi, quia illa verba ſunt prolata ob aliud,& incidenter. lib.1.Pro quo videatur, q in fortioribus terminis voluit Felyn.in cap.Eccleſia S.Marię.poſt nu.61. verſ.Nec ob.quod de dicta lege.de conſtitu. Hinc dicunt, quòd obiter ſeu perfunctoriè loquenti minus creditur quàm examinanti quæſtionem. Pariſ. conſ.91.videtur ad fi.lib.3.Mar.Sozi.Iun. conſi.1. nume.143. Ad quod ego adduco tex. in l.ſi rationi.quæ eſt 55.verſ. Sed nec illud translatitiè omittendum eſt,ubi gl.exponit.i.tranſitiuè,ſeu in tranſitu.ff.ad Trebell.& in l.prima.ibi. Et non translatitiè exequi debent. ff. de iu.patron.Sic & cauſæ cognitionem perfunctoriè adhibitam decretum non ualidare dicunt Bald.in l.quicunque. col.2. C.de bon.quæ libe.ac Corn. conſ.98. uidetur prima facie,colum.prima,verſ.Secundo videtur, li.1.Hinc pulchrè dixit Bald.in c.conſtitutus.2.verſus fi.de teſta.quòd qui caſu fortuito tranſitoriè legit atteſtationes,non dicitur didiciſſe teſtificata,quod pro ſingu.commendat Feli.ſuper glo.1.Decret.in pen. col.verſ.Adde primo. Et dixit Gemin.in cap.cum perſonæ,ad fi.prin.per glo.ibi,de priui.lib.6.quòd non dicitur informatus, nec dicta teſtium perſcrutaſſe, ut a noua productione excludi debeat, qui ſimpliciter & perfunctoriè proceſſum legiſſet,quā refert,& aliis ſimilibus comprobat D. meus Phil. Dec.conſ.82.viſo proceſſu,colum.2.ubi etiam citat Bald.in l.2.§.inſpecto.ff.quemad. teſta.ape.dicentem per illum tex.q non videtur inſpexiſſe dicta teſtium,qui ea non legit ad intellectum. Idem Dec.eadem reaſſumens conſil.214.in 3.dub.Et dixit Saly.in l.ſi ex cautione.colum.vlt. C.de non nume.pecu.ſileant,qui ſcripta tantum diſcurrunt, & propter frigiditatem ſtomachi in eis contenta non digerūt,pro his pulchrè Catel.Cot.Memo. in ver. legere. Nec ibi Caſſa.diſcutit ea quę tractantur per Paui.immo aliud diſputat.Et ſi Caſſa.intellexiſſet quòd etiam opinio.Paui. tempore quo dicta bulla erat,prout nunc in viridi obſeruantia ſeruanda eſſet, malè loquutus fuiſſet, & contra caſum legis. Nec ego Caſſa. vbi ſupra irreprehenſibilem eſſe putauerim, quippe qui locum Paui. de quo ſupra citans, cuius dictum,neque ſeruabatur, neque ſeruari poterat Innocentiana aliud diſponente, annuere debebat ſaltem parum in Rom.Cu.verſatis ne deciperentur,quo ad illud unum ſcripta per Paui.ibi non procedere.

Diu litigato. In primordio litis non cōceditur remiſsoria, præſertim ante litis conteſtationem in cauſis,videlicet,in quib. lis conteſtatur,uel aliud fit loco conteſtationis.Rot.366.no.q poſito.ſequitur Paui.vbi ſupra.ante nu.12. Et adde q remiſſoria non datur ante litem conteſtatam.

Beneficio. Remiſsoria in beneficialib. difficilius conceditur, quā in profanis,ea præſertim ratione, quia remiſsoria eſt dilationis ſpecies.l.iudices.cum auth. apud eloquentiſſimum,ubi omnes. C.de fi.inſtrum. Cardi. & alij in cle.vni.de offi.deleg.Caſsa. Dec.3.nu.1. de dilatio. Dilationes autem circa beneficiorum lites quoad fieri poteſt coarctari debent. Dum enim aliqui ſuper beneficio litigant in ſuſpenſo exiſtentes cui beneficium adiudicandum ſit,beneficij cura negligitur.Et ſicut cauēdum eſt,ne eccleſiæ diu uacent propter animarum periculum, & ne eccleſiarū cura negligatur,prout in c.quàm ſit. de elect. lib.6.quod propter rationis identitatem procedit etiam in inferioribus dignitatibus.Rot.288.maior pars.poſt princ.in nou. ita propter ſimile præiudicium occurrendum eſt longis litigiis beneficiariis, dilationeſq; truncandæ ſunt.

In tertia iactantia. In qua ſolum,& non in prima, & ſecunda in cauſis beneficialibus concedi conſueuit remiſsoria, & facta aliquali probatione, quam fumum appellant, prout per Paui.in alleg.tracta.de officio & poteſt.cap. ſede vacan.quæſtione decima. prim. par. numero vndecimo, & ante. Si quis remiſsoriam obtinere voluerit ante tertiam inſtantiam, opus eſt, quòd ipſe ſe obliget de ſtando unicæ ſententiæ, & ab ea non appellare. Et hic ſtilus obligandi ſe de ſtando unicæ ſententiæ non eſt iuri communi incogni-

tus, seu difformis, valet enim hæc conuentio, seu obligatio.l.ult.§.vlt.iun.glos.in ver.Memini, quæ supplet, idē si unus tantum.C.de temp.appel.Rot. 2.licet appellationi. de renunci. aliàs 287. in nou. Phil.Fran.in c.interposita.§.illa deniq; nu.2.de appel.Fel.in c.ex parte.2.nu.6.de rescr. & in c.si diligenti,nu.7.de fo.compe.Paris.consi.34.nu.25.li.1. Et ꝙ hoc casu non liceat appellare uoluerunt Domini de Rota in Pampilonen.prioratus 8.Nouembris 155.coram Ghisanen. In causis autem profanis indistinctè literæ remissoriales, in quacunque instantia conceduntur, etiā nulla præcedente probatione, sed arbitrio ipsius iudicis, prout per omnes in l.iudices, cum sua authen.C.de fi.instru.

Quæro an in causa iurispatronatus asserenti se patronum in prima, vel secunda instantia, concedi debeat remissoria? Rota in vna Fundan. Iurispatronatus Illustrissimæ Isabellæ Columnæ contra episcopum Fundanum causam proponente R.D.Antonio Augustino in secunda instantia remissoriam denegauit, prout annotauit R.D.Nouatus sub ijs verbis, die lune 29.Octob.1548.Rota dixit conducendos esse testes ad vrbem, & pro valetudinarijs mittendū esse notarium ad partes. Pro parte D. Isabellæ allegabatur, ꝙ causa beneficialis dr̄ quando agitur de ipso beneficio, electione, postulatione, & similibus.clem.dispendiosam, & ibi per glo. & oēs de iudi.pro quo ēt adduci pōt Bal.in l.iuxta,ad fin. C.de libe.cau.& Cardi.in clem.1.in 2.q.vbi ꝙ causa beneficialis dicitur, cum agitur de titulo beneficij.de re iudi.cum igitur non ageretur super titulo beneficij, videbatur causam esse profanam, & consequenter remissoriam concedendam esse. contrarium (vt dixi) resolutum fuit. Considerabam pro decreto Rotæ huiusmodi, ꝙ licet causa iurispatronatus neq; beneficiaria (ut dixi) neq; ēt spiritualis dici possit, prout per Abb.in ca. sacrosancta. nu.4. de elec.& in c.dilectus.nu.3.de off.deleg.& hæc est communis opin.vt per Io. de Syl. de benef. par.1. q.7.post nume.59. Ius tamen patronatus dicitur quid spiritualitati annexum, vt per Abb.vbi supra, & per eundem & alios super rub.de iu.patr. vnde iudicari debet de eo, tanquam de re spirituali. cap. quanto.ubi etiam glo.de iudi.c.de iure. de iurepa. Abb.in c.literas.col.3.ad fi.de iura. calum.latè per D.meum super rub.de iudi.num.8.in 1.lectu.& ibidem Rip.num.60.& sequen.& per Ioan.de Syl. vbi supra d.num.59.& num.21.Rot.404. fuit dubitatum vtrum iuspatronatus. in nou. iuspatronatus dicit esse ius spirituale. ꝓ præmissis, vide Roc. Curt.de iu.pat.in ver.ius.colum.1.& 2.vbi plene. Et quòd remissoria non debeat concedi magnati, seu potenti ad probandum iuspatronatus, ea ratione, quia præsumatur ex vsurpatione, seu occupatione, ordinario etiam tacente propter metum potentis.prout Dec.Putei 64.li.1.incipien.Quia in causa, ubi etiam ponitur quædam distinctio, quę tamen dubio non caret, videlicet. Aut loquimur in Domino, seu principe non recognoscente superiorem: Aut in recognoscente. In primo casu pręsumatur vsurpatio, & consequenter non sit cōcedenda remissoria: secus in secundo, quam distinctionem ego non comprobo: et ut supra dixi, Illustrissimę Isabellæ Columnæ fuit denegata remissoria, & tamen superiorem recognoscebat.

Secundò, quia supra dixi, remissoriam in prima instantia in causa beneficiali nō concedi, nisi facta obligatione de stando vnicæ sententiæ, quæro, A. cum hac obligatione remissoriam obtinuit, illaque executa duas in sui fauorem sententias contra B.reportauit. In tertia instantia B.remissoriam etiā impetrauit, qua executa obtinuit sentētiam in sui fauorem reuocatoriam etiam illarum duarum, an A. teneatur stare huic sententiæ in fauorem B. latæ? & ab ea appellare non possit? Quod teneatur illi stare probatur, nam concessio facta remissorię prędictæ cum illa obligatione debet censeri facta, vt parti non fiat præiudicium, prout quęcunque concessio ita intelligi debet ad ca.super eo.versic.Non tamen est nostræ intentionis.de offi.deleg.cap.causam quæ.versus fi.de rescri.Felyn.in c.veniens 2. colum.2.de testi.Ias.in l. à diuo Pio. §. si super rebus.num.17.ff.de re iudi. præiudicium autem fieret parti aliter intelligendo, quia in quinque instantijs fatigaretur, at si remissoria non fuisset concessa in prima instantia, ipse B. verisimiliter, & non A. duas sententias reportasset, & si in tertia instantia vterque remissoriam obtinuisset, B.sententiam tertiam reportasset, prout executa sua remissoria reportauit, & sic nulla prius obtenta fuisset per aduersarium sententia, & a duabus instantijs immunis fuisset. Insuper interpretatio non est facienda in prima sententia contra A.feratur, sed quandocunque, siue etiā in secunda, siue in tertia instantia contra ipsum A.feratur, & sic non cōsummatur in primo actu.ad Bald.in simi. ad statutum cogens coniunctos ad compromissum, in l.veluti.§.hæc vox ff.de eden.& Ias.in l.qui per salutem. ff.de iureiu. Item regula illa l.boues.§.hoc sermone.ff.de verborum signi.vt intelligatur de primo actu solum. limitatur procedere tantum, quando primus actus assumit effectum secundum intentionem loquentis, aliàs interpretatio facienda esset etiam de actu vlteriori.ad Bald.in l.ciuitas.ad fi. C. de proc.per l.hæc conditio.ff.de condi.& demon. Roma.cons. 504.in casu propositæ. Sic ad rem nostram, effectus non erat de stando sententiæ ferendæ in fauorem A.ergo illa non attendenda, sed lata contra ipsum A.attendi debet. Demum A.promisit non appellare, & sic non facere, ergo nunquam facere, & sermo negatiuus non finitur in primo actu. l.si stipulatus fuero per te non fieri, & l.si sic.ff.de verborum oblig.Oldr.consil.16.thema tale est, titius num.3.sequitur Ias.in l.duobus.§.si ei qui.nu.20. versiculo. Item prædicta. ff. de iureiuran. & Dominus meus Philipp. Dec. consilio 490. numero sexto. Contrarium tenuit Rota in causa Montis Regalis canoni.coram Puteo, inter Michaelem, & Martinum, & pro contraria opin.iudicauit, vt per Prolom.Dec.89. interpretando quòd obligatio intelligi debeat, quòd ꝓmisit stare vnicę sententiæ si post remissoriam sententia prima contra ipsum feratur, non quando prima fuit pro ipso, & alia postea pro aduersario.ad præal.l.boues.§.

hoc

hoc ſermone.ff.de uerbo.ſignifi.l.cum pater.§.cæterum.ff.de lega.2.& ad alia quæ adduco in 7.q.8. Regu.num. 2. cum ſequen. Et ad ſimilem caſum adducebatur clem.vni.de ſeque.poſſeſ.vbi quòd una ſententia contra poſſeſſorem lata beneficium ſequeſtratur,ideſt ſi prima ſententia lata fuerit cōtra poſſeſſorem,ſecus ſi prima fuiſſet pro poſſeſſore,& ſecnnda contra poſſeſſorem, quia tunc non datur ſequeſtrum vt per Cardin. ibi in 4.quæſtio. Idem ſentit Mil.in reper.in verſic.ſequeſtrum factum, & in uerſicu. ſequen. Item etiam videtur fuiſſe mens obligantis,quòd ſi per remiſſoriam nō probaret, & ſic executa remiſſoria contra eum ſententia proferatur illi acquieſcet. Actus tamen agentium vltra eorum intentionem non operant. l.omnis.ff.ſi cert.petat.l.verum, & l.qui iniuria.in prin.ff.de furt.Bal.in l.ſi abſentis,in 2.oppo.nu.3. C.ſi cer.petat.

Tertiò quæro,an cauſa beneficialis in prima inſtantia abſque obligatione illa de ſtando vnicę ſententiæ,pro teſtibus ſenibus, & infirmis concedenda ſit remiſſoria?Pro opinio. affirmatiua concluſit Rota in cauſa Calaguritana dimidiæ portionis,coram Ioan.Paulo 7.Octobris 1545. vt Dec.Put.5. de dilatio.Allegabatur c.quoniam. ut lit.non conteſt.& ibi gloſſ. in uerſic. niſi forte, ibi ne ueritas occultetur permittetur examinari. & uoluit Rot. 109.no.quòd cauſa pendente in curia, in antiq.ꝙ teſtes de quorum morte, vel impedimento dubitatur,poſſint per ordinarium cauſa pendente in curia recipi.Et faciunt quæ adducam infra in ver, valetudinarij. Aduertendum tamen eſt quòd domini de Rota in cauſa præmiſſa mandarunt in curia nominari teſtes infirmos,& ſenes,ad hoc vt ceſſaret calumnia remiſſoriam petentis.

In urbe probari non

poſſint.] Si probatio in loco iudicij veriſimiliter fieri poſſet,remiſſoria nullo modo concedenda eſſet.l.iudices.ibi[occaſione teſtium in alijs locis degentium] Et in authen. apud eloquentiſſimum C.de fid.inſtrum. Cardin.in clem.1.poſt num.10. de offi.deleg.Paui.de offi.& pote.capi.ſe.vacan.q. 10.1.par.poſt num. 10. Quis enim dubitat melius teſtes examinari coram ipſo iudice,qui poſtea ſententiam proferre debet, quàm coram alio? longe enim diſtat ut quis motus animi ſui informare poſſit,ipſos teſtes uidens, examinans, interrogans, ab eiſque pleraque ex tempore quærens, multaque conſiderans, quæ ex relatione non ita percipi poſſpnt, immo nec ſuper iis certa norma, uel regula tradi poteſt,qua etiam a teſtibus aſtātibus veritas ipſa elici poſſit ad tex. pro præmiſſis meliorem in iure in l.3.ff.de teſti.

Quarto quæro an remiſſoria in criminalibus concedatur? ſi loquimur quoad teſtes in prouincia exiſtentes, negatiue reſpondendum eſt, quia nec etiam in ciuilibus concedi deberet. ad tex. in præalleg.authen.apud eloquentiſſimum. C. de fi. inſtrumen.& in corpore vnde ſumitur. Si uerò loquimur de teſtihus extra prouinciam exiſtentib.& pro affirmatiua concluſerunt Domini de Rota in cauſa Virdunen.in qua literas remiſſoriales conceſſerunt ad probandum abbatiſſam fuiſſe corruptam,& filios peperiſſe,& ſic ad probandum delictum, & delictum inquam, enormiſſimum: imò delicta tria grauisſima ut declarant. gloſſ.in verſi. uirginibus.2.quæſtione prima. c. Bald.in c.1.qui. mo.feu. amit. Alexand.in l.itē apud Labeonem.§. ſi quis.ff.de iniur.& Abb.in c. cum dilectis. nu.2. de purga. canon. Pro ijs habemus in ſpecie Deciſ.Creſcen.130.libro primo,incipien.Remiſſoria in prouincia Virdunen. Et quòd pro teſtib. extra prouinciam etiam in cauſa criminali poſſit examē cōmitti, voluerūt Bal.in alle.auth.apud eloquētiſſimum.C.de fi.inſtru.& Felin.in ciam cauſam. col. pen.de teſtib.qui affirmant etiam Romæ id ſeruari.Quod etiam voluit.Io.Monac. & poſt eum Io. And.in c.Romana.§. contrahentes,colum.fin.de for.compe.lib.6.

Pro contraria opi.quam teneo,ꝙ imo in criminalibus etiam extra prouinciam non ſit concedenda remiſſoria adducitur tex.in alleg. auten. apud eloquentiſſimum. in §.quomodo. & ibi Bar. & in auten.de teſti.gloſſ.in terminis 3. inquiens in criminali ſemper teſtes erunt præſentes.in c.teſtes.3. quęſtione 9. ibidem Archid. quam gloſ.comprobat contra Ioan.And.rationes etiam adducens ultra eas quas poſui ſupra in glo.in uerſicu.in urbe, in cap.cum cauſam, quæ inter.colum.penul.num. uigeſimoſecundo,de teſtib.licet Feli.aliter ibi ſentire uideatur colum.penult.Idem etiam voluerūt Azzo in ſum.de teſtib.colum.3.verſic. producendi ſunt.Archidiac.in c.præſentium.§.teſtes.colum penulti.& Gemin.col.6.uerſicu.in glo.1 eo.lib.6. Specu.eod.titu.in ſum.§.qualiter.ad fi. Et Iſern.in cap.primo. ſi de inueſti.lis oria. Limito hanc concluſionem procedere tantum quo ad teſtes extra territorium exiſtentes, qui ſint de iuriſdictione iudicis criminaliter procedentis,ſecus ſi ſint teſtes forenſes,& illi iudici criminali non ſubditi, tunc quia iſti teſtes compelli non poſſunt ad comparēdum,propter neceſſitatem, & ne delicta remaneāt impunita remiſſoria etiam in criminalibus concedenda erit, & ita ſeruatur de conſuetudine ubiq, ut etiam dixerunt Iaco.de Arena,& Bald. in alleg. auten.apud eloquentiſſimum & Caſtren.in præcedenl.l.iudices.C.de fide inſtrum.Ioan. Mona.Ioā. And.ac Gemin.in alle.cap.Romana.§.contrahentes.in fin.de for.compe.lib.6.Hoſtien.& poſt eum Ioan.And.in cap.conſtitutus.uerſus fin.& Ancha. ibidem.de fideiuſ.ubi etiam Barba.colum.3.uer. ſed dubium eſt.Iacobi.de S.Georg. in l. 3. §. item diuus.colum.1.ff.de teſtib. Afflict. ſuper conſti.regni.rub.in qui.cau.audi.teſt. commit. num. 13. & rub.de inquiſi.facien.nu.6.Gramma. conſilio.41. colum.fin.

Et iuxta terminos limitationis prædictę procedere poteſt prima opin. Vel etiam excludi poteſt varietas, ſeu contrarietas opinionum, ut ſecunda procedat quando uerè,& proprie criminaliter ágtur,puta quando imponenda venit pœna capitalis.l.rei capitalis.& l. capitalium. ff. de pœn.l.2.ff. de publ.iudi.Vel etiam iuxta aliam opin.quotieſcunque

cunque fisco pœna applicatur ut per Doctor. in l.2.§.diuus.ff.de iur.fisci.& ad alia quæ adduco in c.1.nu.49.& seq.de probatio.Prima verò opinio locum sibi uendicet quando non agitur ad pœnã capitalem, vel fisco applicandam,sed ad effectum nullitatis,seu irritationis actus,vel id genus,annullatio autem actus non est propriè pœna. Bald. in l.nemo martyres. versus fin. vers. Ego dico ꝙ annullatio actus.C.de sacro.eccle.& in l.non dubiũ. colum.2.vbi concordat opin.C.de legib.Io. And. & Pet.de Ancha.in ca.vlt.de electio. lib.6.Alex.in l.turpia.post princ.versi.Sed Ioan.And.ff.de lega. 1.latè idem Alexan.in addi.ad Bar.in l.prætor ait. in versic.item nota.ff.de no.opc.nunci. postremò Rota non cognoscit causas capitales, uel uere criminales,vel quando pœna fisco applicanda ueniret,unde prima opinio in illis causis capitalibus, uel propriè criminalibus nõ procedat ut diximus, & sic opiniones concordabuntur.

Quinto quæro a quo tempore currat terminus remissoriæ?In Rota in causa Caputaquen.pensio. decreta fuerat remissoria in fauorem D.Prosperi agentis spolio. altera in fauorem R.D. Caputaqu. rei conuenti pro excludendo spolio. Prosper examinatis testibus uigore suæ remissoriæ enixe instabat causam expediri.Do.Caputaquen. excipiebat remissoriam aliàs sibi decretam relaxandam esse. replicabat Prosper elapsos iam esse nouendecim menses intra quos neglexerat ille testes examinaminari facere: fuit propositum per Reuerẽ.Dom. Paleot.an sententia sit ferenda, uel remissoria relaxanda? Dicebant Domini de Rota de iure denegari non posse Caputaquensi relaxationem remissoriæ alias decretæ, non obstante tanto temporis lapsu,ea ratione,quòd debuit sibi præfigi terminus remissoriam expediendi iuxta stilum Rotæ, pro quo citabant Dec.2.Achil.sub titu.de remisso. & est tex.in simi.in l.3.ibi. Edicto admonendi sunt ut ueniant ad causam agendam, & allegabantur tradi.per Abb.in cap.ex parte Asten.nume.15.de conces.præben.interim autem ille non potuit dici fuisse in mora,cum probabiliter credere potuerit aduersarium suum nil probaturum. ad text. in l.si quidem.C.de excep.&in specie est Dec.Put.16.incipiens,Remissoria datur.sub titu.de dilatio. Alia etiam fuerunt adducta,& responsum ad contraria.Tandem deuentum fuit ad temperamentum, ut relaxaretur remissoria cum retardatione processus,si Dom. Prosper non agit uia executiua, alioqui si uia executiua agit,remissoria relaxetur cum retardatione.Hæc inuenies in Dec. Paleot.272.incipien.Fuerat olim decreta.videnda erit alia Dec. Paleot.in eadem causa 314. incipien. dubium tale fuit,ibi non obstante rescripto nouo per Dom. Prosperum impetratum,Reueren. Dom. de Rota steterunt in decision. Additur ibi de stilo tempus datum pro expeditione remissoriæ,currere a die consignationis factæ portitori,seu tabellario: quòd si occurrat aliquod impedimentum ut non possit obtineri exequatur regium,dic tu ac etiã Ducale, & hodie cuiuscunque Domini temporalis (cui ab usui Dominus aliquando prouideat) habebatur ratio illius temporis impedimenti, dummodo non sit impedimentum procuratum.

Sexto quæro an ꝓcessus factus in partib. per iudicem remissorialem pendente termino prorogato ad expediendam remissoriam, licet iudex non habuerit notitiam ꝓgationis termini, subsistat? Pro opi.negatiua illud adduci potest,quòd iudex ignorans fundamẽtum suæ iurisdictionis, nulliter procedit.cap.super eo.2.in fin.de appel.glo.in cle. 1.in uersi. receptis.de procura. Hostien.in capi.ex conquæstione.colum.1.uersi.quisquam a iudicib. de restitutio.spol.Barto.in l.multum. num.2.ff.de condit.& demonst.Sozzi. consilio 17. quia prædictam.colum.ultim. ante numerum sextum. Et in specie in iudice ignorante prorogationem de tempore ad tempus,ut actus factus antequam sibi cõstet de prorogatione non ualeat, uoluerunt Alex. in l.sed & si de sua.ff.de acquiren.hæred.& Sozzi. in alle.l.multum interest. col.3. in 2. conclu.ff.de condit.& demonst.Pro opin.affirmatiua, ꝙ tenet conclusit Rota coram Dezza, in Bertusen. Cani 21.Nouembris 1552.ea ratione,quia similes prorogationes solent semper concedi, unde iudex potuit credere prorogationem huiusmodi obtentam fuisse: & sic haberet probabilem coniecturam, quòd sibi iurisdictio competeret,ad Bald. in l.falsus.colum.7.uersi. Dubitabatur de executione.& uersicu.Item dubitabatur de iudice.C. de furt.sequitur Franc.in cap.cum paratæ. uersic. secundo, posset limitari.de appel.& Felyn. in cap.sciscitatus colum.ultim.uersicu. & adde illis.de rescrip.Item considerabatur,quòd si aliter dicatur infiniti processus reueren. Ad Sozzi.in dicta l.multum respõdebat, quòd intelligi deberet in prorogationibus non solitis concedi, at non in terminis nostris cui nulli prorogationes huiusmodi denegati soleant prout Decisio.Guidobon.74. incipien. Dixerunt Domini.

Remissoriam.

Quæ an sit concedenda, vel deneganda,arbitrio iudicis remittitur,præalleg.l.§. ad fin.ff.de testi.d.l. iudices. cum sua authent.ubi omnes.C.de fide instrumen. & per Doct.in cle. 1.de offi.dele.Lap.Alleg.45. an in causa matrimoniali.in princ. Quando tamen ex causa rationabili petitur,& sic calumnia concipi non potest,conceditur,alioqui semper denegatur. Innocen. in cap. post electionem, de conces. præbend. Bald.in d. leg.l.iudices.in 5. not.Roman.consi. 273.Fely.in cap.de cætero.colum,3.de re iudi.Paui.in d. trac. de offi.& pote.capi.se.uacan.in 10.quæst.1.p.post nom.10.uer.Et respondet Cardin.Cas.dec.3.uer. Quæ remissio tunc negatur.de dilatio. Grat.resp. 138.cir.fi. lib. 2. Non tamen omittam iunioribus declarare quorsum tendat ille communis,& inconcussus Rotæ stilus, qui circa remissorias decernendas ante omnia fumum requirit, fumoque cessante illas denegari suadet. De quo fumo requisito & an fuerit probatus, & profumi exclusione habemus Dec.Paleo.206.incipien. In hac causa 214. 251. & 272. qui stilus forsan Romanęque curiæ obseruantiæ inexpertus nisi illius originem,& causam

sam nouerint, inanis, futilis, ac ridiculus uideri poterit, eoque magis cum fumus etiam antiquiori tẽpore, pro re apparente, & aliud à vero indicante, effectuque carente vsurpari consueuerit, idque vitium maximè Romæ discerni poterat, vbi fumorum venditores existebant. Hinc Martialis, vendere fumos dixit, pro eo quòd est simulatam apud Principem gratiam pretio vendere. Aiunt Alexã dri Seueri tempore quendam Thurinum, qui nihil apud principem aut gratia, aut auctoritate valeret, simulata Principis amicitia non modica pecunia clientes emunxisse, deprehensoque tandem fuco, vt crimini supplicium responderet ad tex. in l. respiciendum. ff. de pœn. in l. 1. §. Sed & qui. ff. de abi. ca. non afferamus. 34. quæstione prima. per Hippol. de Marsi. in praxi crimi. §. opportunè, nu. 46. & sequen. idem Thurinus palo iussu principis alligatus necatus fuit pronũciante præcone. fumo perijt, qui fumos uendidit. Idem, vel similis illi qui fumos uendidit est is de quo in l. item apud Labeonem quæ est. 15. uersicu. Vtique autem apparet hunc iniuriam ei fecisse, cuius sententiam venditarit. ff. de iniur. Vtinam si qui hodie tales in quouis genere, apud quosuis sint, simili supplicio afficerentur. Fumus item pro re futili, & transitoria ponitur. prout Psalm. 101 (Quia defecerũt sicut fumus dies mei.) Horat. Episto. lib. 1. Vbi omne verterat in fumum, & cinerẽ, loquens de Mænio, qui omnia consumpserat. Nec propheta aptiori metaphora vti poterat dum cœlos defecturos prædicit; illos fumo comparans inquiens. Quia cœli sicut fumus liquescent. Esaiæ cap. 51. Fumus item res fœdas efficit. Horat. ad Romanos. carminum. lib. 3. (Fœda nigro simulata fumo.) Fumum item sordidum idem poeta nuncupat carminum libro quarto. Ode 11. inquiens (Sordidum flammæ trepidant rotantes vertice fumum.) Fumum item scimus rem pernitiosam esse, ac intolerabilẽ & noxiam, prout etiam habemus tex. in l. si quis fumo facto apes alienas fugauerit, vel etiam necauerit. ff. ad leg. aquil. Ex quo tex. collige quòd fumus est apium hostis, quòd meatus spiritus vitalis sane quàm angustos habeant. Acredo item & amaritudo fumi eas angit. gaudent enim dulcibus, nec alio nutrimento aluntur: itaque vt contrariam & noxiam rem propter amaritudinem fumum detestantur. Hæc Plutarchus in libello de causis naturalibus, dum de apibus tractat. Et contra fumum immittentem quandoque iniuriarum agi potest. l. penultim. ff. de iniur. gloss. in l. sicut autem. §. Aristo. in uersicu. fumus. ff. de serui. uendi. Absit ut in illud incidamus, vt existimemus dignissimos sacræ Rotæ Auditores fumo delectari, iuuari, foueri instar gallinarum, teste Columella de re rusti. lib. 8. de Gallina. consti. cap. 3. qui ait. Huic autem applicetur locus tam longus, ut nec impediat prædictos aditus, & ab eo fumus perueniat in utrãque cellam. Palladius item de re rusti. lib. 1. titu. 27. de Gallinis, inquit, Hoc de his præcepisse sufficiat vt fumo puluere vtantur, & ante. Ego (prout in cæteris ad Rom. Cur. obseruationem spectantib. facere consueui) huiusce etiam stili rationem adducebam, & in primis præmittendum duxi, quòd apud probatissimos auctores fumus (quantum ad rem nostram attinet) duobus modis sumitur, & pro re quæ proxima, seu uicina est illi de quo sermo habetur. Et pro demonstratiua, seu iudicatiua ipsius ignis, seu alterius rei noudum apparentis. Apud Homerum 1. Odisseæ. Vlixes mirè cupiebat terræ natalis fumum surgentem uidere. & apud Ouid. lib. 1. de ponto. Eleg. 4. ad Ruffinum legitur. (Sed tamen optat fumum de patrijs posse uidere focis. Et apud Lucianum in Encomio patriæ translatis uerbis è græco in latinum legere est. Ac patriæ fumus luculentior homini videtur, quàm ignis alibi. Vnde fumus patriæ in prouerbium abijt, de re admodum optata, uti apud Tiraq. de legib. connubi. gloss. 2. post par. 16. An sponsa seu uxor sit in potestate sponsi, seu uiri, numero 4. versic. Est & ad idem. Martia. Epi. 31. ad Vasonem libro secundo, ideo dixit (Sed lege fumoso non aspernanda Decembri: Carmina mittuntur, quę tibi mense suo.) vt ostẽderet in mense Decembris ignis usum præcipuum esse, illum mensem fumosum nuncupat, ex quo fit fumus, & cõsequẽter ignis cõtinuus. Et ut docet Diuus Augustinus, frequenter signum accipitur pro re. Et uidens fumum, se ignem uidere dicit, vt per Nic. Plau. in tracta. de sacramen. in 6. cap. primo. par. post numerum secundum, dum tractat de responsione patrimi dicentis, credo, in personam paruuli. Et in sacris literis videmus etiã fuum ignem supponere, uel demonstrare. Iudic. capitu. 20. (Signum autem dederunt filij Israelitis, quos in insidijs collocauerant, ut postquam urbẽ cœpissent, ignem accenderent, vt ascendente in altum fumo captam Vrbem demonstrarent.) 1. Macha. 4. (Et uidit Gorgias quòd in fugam conuersi sunt sui, & succensa sunt castra, fumus enim qui videbatur declarabat, quòd factum est.) Fumus ignem significãs signum naturale dicitur, ut per Magi. senten. in princ. lib. 4. Fumum ex fulgore, seu splendore proferre: vel ex fumo lucem dare quid sit uide Horat. in Poetica. Non fumum est fulgore sed ex fumo dare lucem, cogitur ut speciosa de hinc miracula promat: & ibi per interpretes. Fumus item ponitur pro ipso igne apud Iuue. Saty. 1. Et panis, fumusque domi. Prouerbium elicere possumus sic transferendo ultima uerba Platonis dialogi 8. de Repub. Populus seruitutis liberorum hominum fugiens fumum, in flammam seruilis dominationis incidit. Vt rem propositam paucis absoluã, cõcludo ex præmissis, quemlisiet non obtusi ingenij originem, & rationem stili præmissi elicere posse, dum enim pro remissoria decernenda fumum requirit, nil aliud infert nisi quòd ante præcedere debeat aliquod inditium probationis faciẽdæ, seu aliquod signum, uel pręsumptio, ex quo animus iudicis concipere possit remissoriales huiusmodi literas non temere & calumniosè peti, quo casu denegandæ uenirent, ad supra adducta. Alio etiam loquẽdi modo circa pręmissa utimur, ut dicamus, causa habet bonum odorem, uel odor adest pro remissoria decernenda, nec absimilis loquendi modus erit a præmisso, ut enim inquit Plato in Ti-

mæo, omnis odor aut fumus est, aut caligo, sed horum quod ex aere mutatur in aquam, caligo, quod vero ex aqua in aerem fumus. Vtque fumi, de quo loquimur, similitudines ante oculos subijciamus, duobus exemplis in praxi frequentibus contenti erimus: quorum alterum erit si producatur examē testium in partibus examinatorum ante aliquam litem motam nemine citato. uel lite inter A. & B. pendente, ac B. alijsque quàm ijs contra quos agitur, citatis, nunc verò lis sit inter. A. & C. uel etiam inter C. & D. Alterum erit si lite in Rom. Cu. pendente inter A. & B. idem A. in partibus testes corā quouis iudice examinari faciat B. non citato, vel si citato reclamante, & protestante nihil fieri in præiudicium litis Romæ pendentis, quo casu non licet examen testium, & quodcunque aliud coram alio iudice factum attentatum, & inualidum, ac irritum dicatur. cap. 2. ut lit. penden. lib. 6. clem. fin. ecd. titu. cap. non solum: de appel. libro 6. & l. 2. in princ. à fortiori, uel in ratione sui. C. vt lit. pen. Romani tamen iudices attenta veritate examinis, & quia idem facile probari posse postea formiter cōcipiunt, huiusmodi examen licet nullum, vel attētatum, pro fumo habebunt, literasque remissorias decernent.

Sigillo.

De sigillo multa scripsi in §. & proprium ipsius Regentis sigillum, in gloss. facul. Quantum hic attinet aduertendum est, quòd hæc uerba ponuntur ad excludendam expeditionem remissoriæ per literas plumbatas, de quibus litteris remissorialibus plumbatis loquitur Rota 371. not. ꝙ postquam litera remissorialis est bullata. in no. uideatur Sarnen. in 6. q. Regu. de non iudi. iux. for. sup. circa medium, uersic. Quarta regula. & Iaco. de Nig. in reper. l. 1. num. 10. super gloss. in uersi. epistolis. ff. de offic. assel. & tangam infra dum de derogatione regulæ contrariæ loquar. Et ꝙ Rotæ Auditor olim iure suo sub sigillo decernere posset literas remissorias affirmat Aegid. Bellame. Dec. 657. Auditor Palatij, cuius opinio præsertim procedebat de consensu partiū quo etiam casu nonnulli aliud sentiebant, prout in dicta Dec. per uerba de quibus hic omne dubium tollitur.

Valetudinarij & inhabiles adueniendum.

Quo casu remissoria dicitur peti non solum ex iusta, immo necessaria causa. Rot. 366. no. quod posito. in nou. Mil. in reper. in uersi. testes ualetudinarij. Dec. Neapo. cap. 90. in causa magni. in fi. Sic ēt videmus circa testes ualetudinarios recedi a communi regula, ut tales examinentur in negocio principali ante litis contestationem, cap. quoniam frequenter, uersiculo, Nisi forte. ut lit. non cont.

In partib. cōmorantib.

Et sic non conuenit illos regulariter à proprijs laribus ad Rom: Cur. euocari. ad tex. in l. testium fi. des. §. fin. de test. in l. Sed & si quis ex signatorib. ff. quemad. testa. ape. præalle. l. iudices. C. de fi. instr. & est optimus tex. in cap. cum causam. de testi. ubi etiam instruitur iudex qui remissoriam exequitur, quomodo in recipiendis, & examinandis testibus se gerere debeat, & per Sozzi. Regu. 410. incipien. testium examinatio quando sunt in longinquis partibus.

In materiis admissibilib.

Puta quòd articuli sint super uerisimili, alioqui reijcientur. Rot. 629. articuli. in antiq. quod non sint euentuales, & impertinentes. Rot. 170. si articuli dentur in casum. 394. si suspenso. nume. 2. in nou. & 729. no. quòd si in aliqua. in antiq. Et quod articuli impertinentes non sint admissibiles, sed reijciendi, uide Alex. in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiuran. & probat D. meus consi. 84. excel. versus fin. & consilio 162. in causa. num. 1. De articulis impertinentibus non admittendis uide etiam Paris. consi. 67. capitulum. num. 11. cum plurib. sequen. volum. 4. in dubio tamen articuli admittendi sunt. 64. Domini de Rota. in antiq. Et stilus est, quòd admittantur, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, ut per glos. penulti. in clem. constitutionem de elect. per Hostien. Ioan. And. & Abb. post gl. penul. in c. cum contingat, de of. dele. per D. meum d. cons. 162. nu. 1. ea præsertim ratione, ne processus retardetur, & ne probationes pereant.

Materiæ autem, & articuli super quibus testes examinandi erunt in partibus, Romæ dari, & specificari debebunt, non autem in partibus, & non solum primi articuli sed etiam noui, vel additionales iuxta stilum Romanæ Curiæ, etiam si obtenta fuisset commissio arbitrio Auditoris, ut posset mandare iudicibus de partibus ut nouos articulos recipiant ut cōclusit Rota in Cesaraguitan. Archidiaconatus de Rocca prout Dec. Paleot. incipien. Decreta remissoria.

Amplio etiam si articuli dandi essēt super liquidatione fructuum, uel alia re super qua difficile esset posse instrui in Curia Romana, sed facile in partibus, ut conclusit Rota in una Parmen. prout Deci. Put. 191. incipien. Fuit dictum in una. lib. 1. ubi etiam ratio adducitur, quod iudex remissoriæ sit merus executor, nec possit admitt ere articulos.

Releuantibus.

Alioqui non debet concedi dilatio ad probandum illud quod probatum non releuet. l. ad probationem 1. C. de probat. in cap. præsentia extra. eod. titu. gloss. in alleg. cap. cum contingat. de offic. deleg. Specu. de teste. §. 3. in prin. Abb. in cap. fraternitatis. numero 8. de testib. Pari. dicto consilio 67. numero 13. uolum. 3. Et uoluit Mar. Sozzi. Iun. consilio suo 34. incipien. Dum petitur fieri literas remissorias. uolum. 4. num. 8. & seq. denegandam esse dilationem, & remissoriam, ac examen testium quando calumniosè, & animo differendi petuntur. Et præter aliàs rationes quare remissoria non releuās denegetur, ea est potissima ne pars aduersa inutili grauetur expensa. Nicol. Boe. Deci. 293. Casad. Dec. 1. & 2. de dilati. & Pal. Dec. 294 incip. Christofo. petebat.

Regulis Cancellariæ

præ-

præsertim disponentibus.) Hæc clausula apponit ad derogationem Reg. 69. iux. ordinem antiquũ disponentis remissorias expediendas fore sub bulla. i. sub plumbo ad c. licet. de crim. fal. De hac Regula loquitur Sarnen. in 6. q. Reg. de non iudi. ver. quarta regula, asserens toto tempore quo fuit in Rota numquam uidisse remissorias mitti per literas plumbatas, & quòd deleri deberet ne membranas occuparet, pro quo adduci potest tex. in cap. si Romanorum. §. item si ideo, ibi (vt quid uel membranas) 16. distinct. Et quia dicta regula (vt Saran. supponit) non fuit vmquam usu recepta, sed solũ operatur vt eius derogatio requiratur, de illa dici posset id, quod per poetam illum in Catonem (Cur in theatrum Cato seuere venisti, uenisti tantum ut abires?) Regula igitur illa solum emanauit ut illi passim derogaretur, quo fit vt illam nõ seruantes non videntur posse dici illius transgressores. c. fi. §. hæc & si legibus. 4. distin. gloss. ab omnibus comprobata in ca. 1. in versic. frangere, de treug. & pace. per Oldra. consi. 259. impugnatur electio. col. 2. nu. 1. versi. Secundo quia illud statutum numquam fuit obseruatum. Ancha. cons. 283 iure stricto, post princi. vbi q sicut leges moribus utentium confirmantur, sic moribus utentium in contrarium nonnullæ leges abrogatę sunt. Alex. cõ sil. 6. uiso. & 132. uisa facti. n. 4. lib. 1. Hæc & alia super illa Regula discutiemus, vbi etiam videbimus an Auditor Cameræ absq; commissione, & illius regulæ derogatione in causa decimarum remissoriam decernere possit. Interim moneo quòd Regulæ modernæ aliter disponere consueuerunt sub ijs verbis uidelicet, voluit, & mandauit, q mandata apostolica super sententijs in Rota latis executioni demandandis sub bulla expediantur, aliàs sint nulla. Et sic dicta clausula omissa uidelicet. Regulis cancellariæ &c. non uitiaret commissionem hanc & processum remissoriæ. Nec plus exigere debemus, quàm moderna Regula, seu lex exigat. l. gallus. §. videndum. uersi. Nihil enim addidit, & ibi Bald. in 5. not. ff. de libe. & posthum. idem Bal. in l. vniuersa. colum. 2. ibi, Quia lex ubi non imponit onus &c. C. de preci. Impe. offe. & C. de formu. per totum. Lap. Alle. 77. post nu. 6. ibi, Nec alias, & vlteriores solemnitates.

Infinita hic in materia literarum remissorialiũ subijcere potuissem, ultra autẽ alias rationes hęc potissimum apud me pręualuit, ne in hac materia remissoriæ ultro procedam, legi enim apud Valerium Maxi. quòd consultus Plato super ara sacra conficienda, remisit se ad Euclidem tamquam in arte illa peritiorem. Scęuola item iuris ciuilis oraculum, quoties de iure prætorio consulebatur, ad Furium, & Caselium, qui huic scientiæ dediti erãt, consultores reijcibat. Autor est idem Val. Max. sic ego ad doctissimum causarum patronum D. Herculem Seuerolum, qui in materia literarum remissorialium pulchrum ædidit tractatũ, me remitto.

COMMISSIO XVI.

COMPVLSORIALIS.

BEATISSIME PATER diu versa fuit lis, & uertitur de præsenti inter, &c. de & super &cæt. Et cum dicta lis, seu causa non possit pro veritate terminari nisi certæ cedulæ, seu quitantiæ ex banco, seu libris N. Bononien. mercatoris extrahantur, & pluries ipse N. per eundem oratorem vt cedulam, seu quitantiam huiusmodi ex dictis libris, seu eius banco exhiberi faceret, & permitteret amicabiliter requisitus fuerit, qui semper id facere recusauit, & recusat, vt igitur causa huiusmodi iustitia mediante finem debitum recipiat, & ne dictus orator propter recusationem huiusmodi litem prædictam deserere, & damnum indebitè pati cogatur, supplicat S. V. quatenus dignetur R. P. D. M. coram quo causa prædicta pendet indecisa, seu in eius locum subrogatò, vel subrogan. committere & mandare vt literas compulsoriales in vim præsentis commissionis speciales ad partes suo sub sigillo decernat. cum potestate D. Iudici compulsori committendi, & mandandi, vt in euentum non paritionis seruatis quatuor terminis prænominatum N. & socios ac institores pœnas, & censuras ecclesiasticas arbitrio dicti R. D. Auditoris imponend. incidisse declaran. aggrauan. reaggrauan. interdicen. auxiliumque bracchij secularis invocan. cæteraq. facien. in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. Præmissis ac const. &c.

BEATISSIME PATER, Magnam conformitatem habet materia huius cõmissionis cum præcedente commissione. Pro pleniori autem intelligentia eorum quæ hic tractanda veniunt compulsum duplicem iuxta terminos nostros reperiri affirmo: alterum videlicet fictum: alterum verum. Compulsum fictum, seu a quadã fictione concomitatum illud appello quo communiter, & passim notarij præsertim Rotæ ex inueterato stilo vtuntur dum apud eos iura a partib. producuntur, vt si dicatur, N. produxit instrumentum emptionis, locationis, vel quoduis aliud per compulsum, notarius causæ ex se ipso scribit apud acta quòd, præcedenti audientia N. principalis, seu illius procurator obtinuit ab Auditore causæ sub censuris ecclesiasticis & c. compelli connotarium ad exhibendum, seu producendum ad primam diem nonnulla iura ad causam facientia, videlicet illud idem instrumentum quod principalis, seu eius procurator produxit: scribit postea idem notarius causæ, quòd dictus connotarius metu censurarum, & parere volens mandato dicti R. D. Auditoris obtulit, & promisit dicta iura notario causæ realiter, & cum effectu consignare. In illa proxima

futura

futura audientia scribitur, quòd dictus connotarius sic compulsus consignauit dicta iura seu præfatum instrumentum: postea quòd dictus. N. principalis, vel eius procurator illa, seu illud repetijt, in parte & partibus pro se, seu suo principali facien. & nō aliàs, aliter nec alio modo, prout hęc si uidere uolueris inuenies in formulari notariorū rub. de productione iurium per compulsum. Hęc eo tendunt ne per simpliceem partis, uel procuratoris productionem quis fateri, & acceptare uideatur omnia contenta in iuribus, instrumentis, uel scripturis à se productis, & sic principalis sibi uel procurator principali per huiusmodi simplicē productionem pręiudicaret. Innoc. in cap. cum uenerabilis. numero 4. & seq. & ibidem Cardi. colū. 3. ad fin. uersi. An autem producens instrumentū. & ibidem Fely. num. 2. de exceptio. Idem Innoc. in c. cum olim. in fi. de censib. Cyn. in l. 1. C. de cōfes. Bald. & Paul. Castr. in l. alia. C. de iis, qui. vt indi. Lap. Alleg. 119. quæro pone. colum. 1. uers. In eo. enim quod producit instrumentum. Sozzi. Regu. 186. in uersi. instrumentum si per aliquem. Cardin. consi. 56. casus super quo, post numerum 23. uersi. Et contra istud. Ruin. consil. 162. uiso. numе. 4. uolum. 5. Præceptor meus D. Phil. Dec. consil. 558. in causa, post num. 7. Verum aduertendū est, quòd in Dec. Oradi. 56. incip. Gerunden. prioratus, dicitur quòd licet iura producta sint per cōpulsum non semper id releuat: & fuit allegata Rotæ Dec. 281. in no. quæ dicit quod quando pars. ꝓduxit iura cum protestatione, tamen præiudicatur producenti. Hoc tamen dictum non caret dubio. Pondero item quòd notarius ita scribens uidetur falsum committere, quod describunt esse ueritatis immutationem. Azzo in sum. titu. de fals. & Host. etiam in summ. de crimi. falsi. immutat autem ueritatem notarius asserens prius comparitum fuisse, prius instantiam factam pro coactione faciēda contra connotarium: tanquam instrumentum penes se habentem, quod numquam is habuit, nec hactenus pro hac re instantia facta fuit. Et instrumentum, quod nunc producitur, nunquam fuerit aliàs penes aliquem connotarium, vel per ipsum notarium uisum. præter id quòd alia falsitas facilè colligi posset, puta principalis, uel procurator hodie præsens in urbe instrumentum producit, at heri, vel pridie tempore quo fingitur præcedens instantia facta de compellendo connotarium &c. absens erat, & sic impossibile erat, quòd absens à Cu. Rom. in Cu. Rom. instantiam aliquam de cōpellēdo connotarium facere potuerit, & sic expressa falsitas.

Responderi posset, quòd hæc fictio cum iurecōmuni conformitatem habet, quæ cadere potest super decem prædicamentis ab Aristotele positis, ut pulchrè declarat Euerar. loco argu. fictionis. col. 3. uer. Nec deducendo utilitatem. Quantum ad rē nostram attinet, hæc fictio à stilo Rom. Cur. inducta est super prædicamento nuncupato, quando, quod tempus designat. ut quod hodie factum cēseatur prius factum, uel a facto pręcedente initiū habēs. ad tex. in simi. in l. necessario. §. qđ si pēdēte. ff. de peti. & cōmo. rei uend. & ad pulcherrimū tex. in c. periculosè. de pœniten. dist. 1. ubi ex diuo Augustino concordantur dicta Mathe. cap. 15. ac Lucæ cap. 13. quòd iudęi interfecerunt Iesum hora tertia lingua. hora uerò sexta manibus, de quo etiā per Euerar. dicto loco, colum. penul. uersi. De prędicamento autem quando. sed respondere quis poterit, quòd hic, qui hodie instrumentum producit uerè, & realiter prius nihil aliud omnino fecerit, & sic totum hoc introductum fuisse, & hanc praxim inuentam à solo stilo Ro. Cu. ut pręmisi, qui pro iure habendus erit, ad tex. in c. quam graui. de crimi. fal. Nec inconuenit, ꝙ ex mente principis fingatur non prius expressum, iamdiu expressum, ut per Paris. consi. 44. num. 8. uolum. 4. Et pro excusatione notarij hæc ficta, iuxta consuetudinem antiquam scribentis, & quòd non incurrat falsum adduco in simili, uidelicet consuetudinem excusare notarium asserentem aliquem præsentem, qui est absens, ut uoluerunt Hostien. Ioan. And. Anto. de But. in c. 2. in fin. de fid. instrum. Bald. in c. 1. colū. 1. de feu. cogni. Alber. in l. plagij. C. ad leg. Fla. de plagia. Angel. in tract. Malef. in versicu. Falsario, versic. Quæro de quibus modis committatur falsum. Calcan. consi. 20. colum. 5. Felin. in c. ex tenore, colum. 8. de rescrip. ac Gramma. con. ciui. 60. colum. 1. Illud etiam adduco, quòd communis vsus vbi viget excusat notarium a nota falsi, si scripserit Meuium accepisse centum a Titio dante, & numerante, licet confessio tantum interuenerit. Bald. in l. 1. colum. 2. C. de confe. sic & cōsuetudinem excusare inquiunt notarium, qui scripsit solutam esse pecuniam, ubi pecuniam non uidit, sed tantum bursam. Alex. cons. 8. colum. 3. vol. 6. Alterum est compulsum uerum, & proprium, quo in Rotæ tribunali, & apud alios Rom. Cu. iudices, præsertim delegatos utimur, cuius bimembrem speciem asserimus. Aut enim vocamus cōpulsoriales generales, aut speciales, illas Rota, & alij delegati, & similiter ordinarij concedunt absq; aliquo speciali rescripto, & etiam parte ad uidendum decerni literas compulsoriales generales non citata. Rot. 47. Nota quòd compulsoria, & 389 Nota instrumenta. in antiq. Et hæ compulsoriales generales peti, & decerni consueuerunt quandocunque, & in quacunque parte iudicij, etiam in principio litis, vel commissa causa. Et Hispàni asserunt quando accipiunt citationem in partib. exequendam, accipere etiam compulsoriales generales, quas in partibus executioni demādari faciunt. Et hæc compulsoriales generales dantur pro omnibus iuribus, instrumentis, & scripturis ad causā facientibus in partibus extrahendis. Alterum est genus compulsorialium videlicet, specialium ꝓ extrahenda certa particulari scriptura, pro quibus obtinendis specialis commissio, causæ cognitio, ac partis citatio in Rom. Cu. requiruntur. De ijs compulsorialibus specialib. habemus tex. in iure ciuil. in l. si iudices. C. de fide instrum. & ibi Bartho. in vtraque lectu. ac glo. ponunt exemplum, quando quis indiget instrumento aliquo, quod est in archiuo alterius ciuitatis. Pro mandato, seu monitorio

rio deſuper decernendo uide quæ ſcribo in tracta. Monitoriorum.q.43.iuxta 2.editio. Quomodo intelligantur illa uerba in compulſorialibus ſemper poni ſolita, vnus vestrum alium non expectet, & de illorum uerborum effectu uidebatur Dec. Put. 395.incipiens.In una parrochialis.lib.1.

Primo quæro, an compulſoriales generales concedi debeant aſſerto procuratori cum cautione de rato,proteſtante parte illum non admitti ſine mandato? Pro opin.affirmatiua videtur reſpondēdum, ex quo cōpulſoriales generales paſſim concedi conſueuerūt, vt ſupra prēmiſi, etiam parte aduerſa ad videndum decerni literas compulſoriales generales non citata.Rot.47.Nota quòd compulſoria. & 380.Nota inſtrumenta.in anti. At cum hic ſupponatur ī illo aſſerto procuratore cautio de Rato ſub pœna ducentum ducatorum,ut moris eſt, videtur ille omnino admittendus,& in ſpecie pro hac opi. adduco Rotam ult.ſub titu.de teſtib.Nota quod ſi aliquis petat remiſſionem. in fin. in anti. ubi iuxta utramque opi. concurrente dicta cautione de rato ſub certis pœnis non videntur denegari poſſe huiuſmodi compulſoriales generales. Pro opin.negatiua concluſum fuit in Rota,in una S.Andreæ, coram Creſcen. prout illius Dec.214. incipien. Procuratori aſſerto.lib.1. Cui deciſioni addo illam rationem potiſſimum adduci poſſe, ꝙ in quocunque iudicio,etiam ſummario, & in quocunque actu iudiciario ante omnia perſona cōparentis legitimari debet,alioqui comparens, vel aliquid petens excludatur glo.in l.2.C.de edi.di.Adr.tollen. & ibi Bartol.col.ult.Idem Bart.in extrauag. ad reprimen. in ver.figura.Bar.in l.ult.ff.pro ſuo. Bal.in l.3.§.idem ff.ad exhib.Saly.Fulgo.Alex.& Iaſ.in alle.l.2.ideq; Iaſ.ſuper rub.C.qui admit.ubi etiam D.meus col.9.idem Dec.in c.ex parte.colum.4.de iureiur.& in c.prudentiam.§.5.de offi.deleg.Hyppol.de Marſi. in l.ſi quis in quæſitione.nu.8.ff.de quæſt.Gerard. ſingu.23.Alex.conſ.72.volum.4. vbi ampliat etiā ſi a principio non ſit oppoſitum contra perſonam comparentem, tanto magis igitur hæc procedunt in caſu noſtro,cum ſupponatur oppoſitum fuiſſe.

Quæro an citatio partis requiratur corā cōpulſore? Diſtinguo aut ſupponimus compulſorem deputatum in uim compulſorialium generalium, & citatio non requiratur: prout nec eam requiri affirmauimus in earum decreto. Et videmus ꝙ citatio partis in illarum executione remittitur, prout per Gemin.conſil.15. Reuerend. ſuper 4. dub. poſt num.17.uerſi. Quia ſupplet tantum defectus prēſentiæ partis, & poſt uerſic. Quia dicit ꝙ adhibeatur plena fides,perinde ac ſi ille fuiſſet præſens in traſumptione. Aut ſumus in cōpulſore vigore ſpecialium compulſorialium, & citatio vel præſentia requiratur,ſicut etiam requiritur in illarum decreto.Breuiter in utroque caſu coram compulſore citationem partis, vel præſentiam requiri cōcludendum eſt iuxta ueras, & communes concluſiones,prout voluerunt omnes Rotę Auditores, & bene, præterquam Deciſionis compilator 389. no.inſtrumenta.in antiq.& Rot. 10. fuit dubitatū vtrum inſtrumenta. ac 264. licet ſecundum concluſionem.in no.Bellame.15.licet plures.& probatur ex præalleg.conſ.Gemin.14. poſt num.17.vbi valuit proceſſus compulſoris,quia citatio,ſeu præſentia partis remiſſa fuit per ipſum Papam: ſeu ille defectus ſuppletus fuit: ergo aliud dicendum fuiſſet non remiſſo,uel ſuppleto illo defectu. At clarius poſtea hanc noſtram concluſionem ueram idem Geminia.oſtendit dum inquit, cū igitur iſta conceſſio Papæ ſit priuilegium,quia eſt contra ius commune, ꝙ ſumpto adhibeatur fides non vocata parte, vel præſente de cuius præiudicio agitur, per ea quæ ibi adducit, & uoluerunt Docto. in cap. peruenit. & ult.de fide inſtrum. Bar. & alii in auten. ſi quis in aliquo. C.de eden. Fel. in c. Alberic. qui alios refert.de teſti. & Aimo conſilio 122.incipiē. de anno 1556.numero 17. vbi non ſolum inualidam fuiſſe tranſumptionem ſcripturę per compulſorem omiſſa citatione affirmat, imò etiam facta extractione alia hora quàm citatio partis deſignaret.

Hæc concluſio ꝙ extractio iurium in uim ēt compulſorialium citationem requirat eſt communis & vera,uerum uerior contraria uidetur ex iuris regulis,ex facie enim ipſarum compulſorialiū generalium à Rota decretarum apparet, quòd datur iudicibus mera executio compellēdi notarios, & habētes ſcripturas ad illas extrahendum,de iure autem merus executor non citat aliquem, nec ulla ſibi cauſæ cognitio commiſſa eſt,nec aliquem iuris ordinem ſeruare tenetur.per Innocen.& Ioan. And.in cap.dudum.de præſumptio.Lap.Alle.15. idem eſt.num.6.& ſeq. & plenius, & apertius per Vitali.de Gamba.in tracta.clauſu.ſunt illi.Ego (ſaluo ſaniori iudicio) putarem formulam compulſorialium generalium immutandam, vt uerba inferrent illos iudices de partibus eſſe ſaltem mixtos executores. Et quod ſaltem ſint mixti etiam ex eo apparet,quia ſuſpecti allegati ſi procedant, eorum proceſſus eſt,ea quippe ratione,quia mixti ſint ut quæſt.10.infra.

Tertio quæro, an pendente dilatione aliqua poſſint compulſoriales decerni, & illarum vigore in partibus procedi poſſit? Pro opin. negatiua pondero,quòd pendente dilatione officium iudicis conquieſcit.Pro quo adduco tex.in l.ſiue pars. & ibi gloſſ.Barthol.& Bald.C.de dilatio.c.ſignificante.de appel.Lap.Alle.2.poſt num.7.verſi.Ad hoc quia pendente.Iacobi.de S.Georg. poſt gloſſ. in verſi.momenti.in l.1.num.24.ff.de ferijs.Contrarium in terminis noſtris per Rotam deciſum fuit,& ſic pro opin.affirmatiua, quòd dilatio quæuis non impediat compulſorialium decretum, & illarum executionem, & alios actus ipſi dilationi non repugnantes,prout Dec. Fabij Accoram. 30. & Putei 12.ſub titu.de Dilatio.pro quibus videre etiam poteris quæ ſcribit Lap.Alle.82.in cauſa matrimoniali.nume.6.verſi.Id quod dicebatur quòd dilatione pendente. Quòd remiſſoriæ ēt termino pēdente compulſoriales generales decerni poſſint ea ratione, quia tendant ad expeditionem cauſæ concluſum fuit in Rota prout Dec.Put.162.incip. 19.Iunij 1542.lib.1.

Quarto

Quarto quæro decretis compulsorialibus si cā auocetur,& alteri iudici committatur, an processus a compulsore factus subsistat? Pro opin.negatiua facit quòd omnia post auocationem facta nulla, & attentata sunt, & multo magis quæ post relationem, vel pendente termino ad appellandum. cap.vt nostrum.de appel.Stepha. Aufre. in Addi. ad Dec.Tholos.480.colum.2.versic.Dicit tamen Præpo. est tex.in cap.pastoralis.de off.dele.& per Innocen.in cap.eum M.num.20. de constitut. per Bald. præpos. & Do. meum in alleg.c.ut nostrum. Et sicut pighinus post auocationem nihil facere poterat, ita nec subdelegatus compulsor maximè cum nihil antefecisset,per quod dici posset, ꝙ eius iurisdictionem perpetuasset.

Contrarium in Rota conclusum fuit,& sic pro affirmatiua in Salamantina canoni. & sic ꝙ processus factus in partibus in uim compulsorialium decretarum per D. Anto.Aug. cui fuerat commissa causa ꝑ Ant.de Vega.cōtra M. Alua.& postea idē Ant.Vega auocauit causam, & illam committi fecit D.Baren.esset validus,ex quo literæ compulsoriales essent decretæ legitimè,& tempore quo iurisdictio esset penes D. Antonium Augustinum, quamuis tempore executionis erat apud D.Baren. qui cēsendus sit subrogatus loco dicti D.Ant.Aug. præsertim ad substinendum ꝓcessum, qui denuo fieri non poterat sine dispendio partis,& longa tēporis dilatione.Hæc inueniēs apud Guidob. Dec. 76.incip.Tentum fuit in vna Salamantina.sub tit. de iud.Idem habemus ī Dec. Put.140.incip.in vna Salamātina.li.3. Ratio principalis est,quia,omnes Auditores faciunt vnū tribū.& vnus alterius loco dicit subrogatus,& quia in partibus vnà fuerunt extractę,parte non opponente.

Quinto quæro,an cōcessa alicui dilatione ad partes possint in fauorem eiusdem decerni compulsoriales generales, præsertim stante protestatione partis aduersæ quòd non decernantur, attento ꝙ dilatio erat iam sibi concessa. vnde non debebant dilationem species multiplicari,& electa vna via non licebat aduersario ab illa recedere,& aliam sumere, & cœptæ, & electæ aliam super addere.l. quod in hæredem.§.eligere.ff.de tributo.l.ulti.C. de codicil.Innoc.in c.cum ex officij. versic. Item ex hoc loco nota.de præscrip.Bàr. in l.si societatē. §.in arbitrorrum.col.3.versic.quid si incœpit prosequi.ff.pro socio. Contrarium conclusit Rota in vna Gerunden.40. Octob. 1542. prout Dec. Put. 366.lib.1.incipien.coram Domino Thauis. Ratio fuit,quia dicebatur quòd ex quo dilatio dabatur ad deliberandū an vellet cedere,uel contendere,ut per Cassad.Dec.1. de dilatio. ꝙ illo casu nil faciebat contra dilationem, sed magis ad expeditionē. Bar.in l.2.in fi.ubi quando dari possint duę dilationes simul, vel vna ad duplicem actum. ff. de re iudi.Bal.in l.vlt.C. qui admit.Bal.& Pau.Castren. in l.siue pars.C.de dilatio.Sozzi. Maria.93. Abb. in cap.significante.quòd est. 69. num. 9. & seq.ac Franc.colum.8.cum duabus sequen. de appel. ubi plura ad rem adducunt,ex quibus potest etiam sumi solutio ad contraria omnia.Et considerauit Rota ꝙ ex iurib.in vna compulsorialium extrahēdi[...] melius deliberare poterit.

Sexto quæro an compulsoriales generales tēpore feriarum decerni possint?Pro opin.negatiua facit quod tempore feriarum officium iudicis quiescit,actusque iudiciarij exerceri prohibentur. l. 1. ff.de ferijs.& l.fin.C. eo. & facit ratio Dec. 94.in anti.Not.quod tempore feriarum si aliquis velit suspendere petitorium prius intentatum cum possessorio,non auditur,quia interest partis, ꝙ tempore feriarum non procedatur: sic dicamus, ꝙ intersit partis ne compulsoriales tempore feriarum decernantur,& executioni demandentur. Stilus noster Romanus contrarium seruat, ꝙ imò feriarum tempore compulsoriales generales peti,& concedi possint,dummodo(iuxta opin.aliquorum) diebus quibus actus iudiciarij omnes exerceri possent nisi feriæ impedirent. Alij verò ꝙ indistinctè. Super quibus habemus Dec.4.Ptolomei sub ijs uerbis. Parmen. Cappellaniæ.Domini dixerunt, ꝙ compulsoriales generales bene poterant decerni tempore feriarum generalium, dummodo in diebus iuridicis essent decretæ. & Decisio. Fab.Ar. coram.30.sub titul.de Dilatio. ad fin. Ex illis verbis,dummodo diebus iuridicis firmo aliam conclusionem ꝙ diebus feriatis in honorem Dei,cerni non possint,& in die dominica ꝙ decerni non possint uoluit Rota in Dortusen. Mansi. coram Sarmiente,de mense Nouembris 1565. Videatur et Dec.Ioan.Pauli Ptolo.297.incipien. Burgen. præstimoniorum.

Septimo quæro,an possit esse compulsor in dignitate ecclesiastica non constitutus?Pro opin.negatiua pondero quòd iste est subdelegatus, & habet causæ cognitionem,præsertim si compulsoriales sint speciales, ergo seruanda est forma.c. statutum.de rescri.lib. 6. Pro affirmatiua verò adducitur Rot.369.si in forma.in no.ubi quòd subdelegati quibus non committitur nisi nudum ministerium puta prouisio,inductio in possessionem, & examen testium,non est necesse ꝙ sint in dignitate constituti.Idem etiam voluerunt Ioan. Staphi. super [...] gna.fol.41.uersi.Reperitur alia differentiá, ibi, [...] cessant prædicta in executoribus,qui dantur ad compellendum,&c. & Dec.Achil. de Grassis. uni. sub titu.de compulsore.in hæc verba, compulsorem non debere necessario esse in dignitate ecclesiastica constitutum tenuerunt Domini coram me [...] vna Vlixbonem. de Turribus Vedras.sequendo dicta Staphi.in tracta. de literis Gratiæ. uidelicet car.41.licet quidam dicerent contrarium sentit Gomes.in cap.statutum.Hactenus Achil. Concludo igitur quòd siue loquantur in compulsore iuxta terminos nostros,siue in omni compulsore, pro affirmatiua resident. Ego tamen adhuc subsisto considerans quòd Decisio Achil. fundatur super conclusione Staphil. qui tamen Staphi. tractans ibi de mandatis de prouidendo,loquitur de meris executoribus ad compellendum ordinarium,&c. non assumente partes iudicis.

Tandem reperi Dec. Putei 193. incipien. Iudices in compulsorialibus literis dati non debent [...]

se in dignitate ecclesiastica constituti, neque in eis locum habet c. statutum. de rescri. libro 6. Declara tu, non debent esse, idest non est necesse, seu non requiritur, quòd sint, &c. Ratio redditur ibidem, quæ est, quia non sunt dati iudices, sed executores ad compellendum. qui non comprehēduntur sub dispositione dicti capitu. statutum. subditur ibidem, Hinc uidemus, quòd in literis compulsorialibus committitur clericis, & tabellionibus &c. Et sic ex stilo Curię Romanæ cōmittentis non in dignitate ecclesiastica constitutis apparet clara resolutio propositi dubii qui Rom. Cur. stilus pro lege seruari debet. cap. quam graui. de crimi. fals. Calde. consilio octauo. an existens. numero quarto, sub titu. de rescri. Felyn. & alii in capit. secundo. eodem titu. Idem uoluit Purpurat. super rub. ff. de offi. eius. & in specie habemus etiā Decis. Caputaquen. 61. incipien. capitu. statutum. libro. 1.

Octauo quæro an Monacus possit esse compulsor.) Pro opin. negatiua præter id, quod compulsor dicatur subdelegatus, quo fit ut seruāda uideatur forma capit. statutum, de rescrip. libro 6. & in monaco non ad sit dignitas, & requisita per dictū capitu. statutum. adhuc, iste nō dicitur habere uelle, vel nolle, nec in iudiciis, uel actibus secularib. monaci interuenire possunt, puta aduocando, procurando, uel similia faciendo, uel exercendo nisi ad utilitatem monasterij, & abbate impetrante. c. 1. & cap. monaci. 16. quæstione prima. capitu. 2. ubi Abb. numero secundo, & sequen. ac cæteri. de postul. Rota in Barchionen. Anniuersariorum. dubitauit an monacus uicarius Abbatis potuisset esse compulsor? Et supponendum est quòd monachus non solum sui Abbatis, ut ibi, sed & episcopi, de licentia Abbatis possit esse uicarius. Io. And. & in clem. & si prin cipalis. de rescrip. Abb. in cap. cum causam. colum. vltim. uersiculo. Item religiosus potest esse. de electio. Conclusit tamen Rota non requiri illa de quibus in alle. cap. statutum, quoniam cum sit compulsor tantum, non ē necessaria in eo dignitas: adducitur Rot. 30. Item fuit dubitatum utrum subexecutor. ad fi. in no. de rescrip. quæ tamen pro utraque opinio. expendi potest. Et distinxerunt Domini de Rota in illa Barchionen. Aut constat tantummodo compulsorem esse monacum, non antem claustralem, & ex mente omnium possit hic monacus esse compulsor. ad tradi. in clem. religiosus. de procura. & per Staphi. super signa. pagi. 58. Aut loquimur de monaco claustrali & secundum aliquos contrarium concludendum esset, quia repugnat institutio regulæ, & is propria careret volūtate, & non posset nisi ea quæ spectarent ad utilitatem monasterij. dicta clemen. & si principalis. ubi Imol. & Cardi. de rescrip. Dec. consilio 494. numero sexto. Bertrand. consilio 126. numero tertio, libro primo. Alij adhuc sentiebant hunc monacum compulsorem esse potuisse, quia id munus demandatur etiam clericis, tabellionibus, & fere quibuscunq. verum etiam ex facultate illi concessa in vicariatu, quæ ampla est, sicut hoc potuisset Abbas, ita & hic, qui eum refert in omnibus, ex uerbis uicariatus. Ad contrariam pondebant ea forte procedere in mendicantibus, non in canonicis regularibus prout in illo casu: Hic ultimus articulus tunc indecisus remāsit. Videnda Dec. Pal. 80. incipiens inter canonicos.

Nono quæro, literis compulsorialibus decretis cum termino duodecim dierum ad exhibendum iura, an si iudex compulsor restringat terminum ad sex dies de consensu notariorum qui pro duxerunt iura, & pars aduersa protestata est de nullitate, ualide dicantur iura producta, & extracta pro parte eius, contra quem compulsoriales decretæ erant? Dicebatur quòd compulsor erat nudus minister, & limitatam habebat iurisdictionem. capitulo ultimo. §. ultimo. de offic. delegat. Neç inferior, seu substitutus immutare posse debet, quod superior, seu principalis statuit uel decreuit, sed potius illius uoluntatem sequi. non autem fines mandati, uel circunstantias excedere, uel præterire .l. præterea. & l. diligenter. ff. manda. capitu. cum dilecta. de rescript. Dec. consilio 604. numero decimo. Et maxime, quia hoc spacium temporis uidetur appositum non tantū fauore notariorum, sed etiam partis, ut possit opponere si quid uelit contra iura, & is cum illa producuntur est citandus ad dicendum contra. Rot. 1. de fide instrument. in no. Contrarium conclusit Rota prout Dec. Pal. 291. incip. Decretę fuerūt literæ compulsoriales.

Ratio fuit, quia tempus illud fuerat tantum præfixum fauore notariorum, ideoque cum ipsi consenserint breuiori tempori, actus omnino ualere debuit, cum quilibet fauori suo renunciare possit, l. pactnm. ff. de pact. l. si quis in conscribendo. C. eod. l. cerdonem. ff. de oper. libert. l. quod de bonis. §. vltimo. ff. ad leg. falcid. Roi. 32. Item quòd appellatus. columna tertia, versiculo, Nam cuilibet licitum est. de appell. in not. Fran. in cap. cum sit Romana. numero decimosexto, eodem titulo. Et qui citatur ut compareat infra decem dies, & si primo die ueniat dicitur satisfecisse.

Nec obstat de fauore partis, quia ut præmissum est, fauor est ipsorum notariorum: præter id quod pars potuit opponere, quando iura producebantur, saltem dicendo tunc generalia contra. Rursus poterit opponere, & dicere contra iura quando reproducentur in Rom. Cu. Et si pars nō fuit citato in partibus ad dicendum contra, quando citabatur in curia poterit opponere quicquid voluerit iuxta præalleg. Decisio. 1. de fide instru. in nota.

Decimoquæro, coram compulsore erat transumptum originale quoddam, quod erat cū cassaturis, & interlineaturis, ꝓtestabat, id cōtra quē trāsumptum faciendum erat, quòd non transumptaretur, quia non erat scriptura legitima, imò suspecta, & nullius valoris, an transumptatio facienda sit, & qualiter? Pro opin. negatiua adducitur,

i

ducitur, quòd non apparebat in fine, quòd notarius annotaſſet ſupra deleta, & interlineata eſſe manu eius facta, quo caſu ſcriptura fidem non faciebat. iuxta tex.in l.1.2.§. & ideo .& ibi ad hoc notat Barthol.ff.de his, quæ in teſtam.delen.Idem Barthol.in l.diuus.§.itẽ ſenatus.nume. quarto.ff.ad leg.Corn. de falſ.Barthol.& Iaſon in l.ſi unus.C.de teſtam. Vnde ſi nota.non faciebat fidem non erat publicanda, & tranſumptanda. ad nota. per Paul. Caſtren. in authen. quod ſine. C. de teſtam. Inſuper ſupponebatur diuerſitas manuum in ſcriptura,quo caſu illa non probat. Alexand.conſilio quadrageſimoprimo, libro primo.Rota in Roma.legati coram Dom. Ioan.Paulo concluſit tranſumptationem potuiſſe fieri, ſaluis exceptionibus.prout Pute. 407.incipien. Tertia Martij 1546.libro ſecundo.per ea ,quæ voluit Barth.in l.2.§.teſtamentum.& §. ſe plura. ff.quẽadmo.teſtam.ape.Ad con.Alex.fuit reſponſum,ꝙ hic erant manus notarij,& teſtatoris,& fuerant recognitæ.Aliud in caſu Alex.

Vndecimò,iudex compulſor fuitallegatus, & recuſatus vt ſuſpectus, & a non admiſſione recuſationis fuit appellatum, quæro an extractio iurium poſtea facta, & proceſſus ſubſiſtant? Pro opinio. affirmatiua allegabatur quòd compulſor eſſet merus executor, & conſequenter non poſſet allegari ſuſpectus. Pro opinione negatiua cõcluſit Rota prout Dec. Ioan. Pauli Ptolom. 294. incipien. Ciuitate. erectionis Cappellaniæ, fuit enim dictum, quòd compulſor non erat merus executor, ſed mixtus,cum poſſet cogere, & admittere teſtes ad iuramentum ſuper recognitione &c. Et ſic, quòd iura eſſent male extracta. & ſic nulliter proceſſum erat poſt recuſationem iudicis, etiã abſque alia appellatione a non admiſſione recuſationis, ſi teneamus vnam ex illis quinque opi. quaſ refert Roma.in l.quia poterat,numero duodecimo.ff.ad Trebellian.& conſilio 220.circa primum.nume.3. & ſequen. ac Franc.in capitu. cum ſpeciali.numero quadrageſimoſeptimo, verſiculo. Vltimo quæritur de appellat. Et hanc ueriorem, & magis communem probo in 1.Addi.ad 1.Alle. Lap.in uerſiculo,proceſſus.verum in terminis dictæ Dec.interuenerat etiam appellatio de qua ſupra,& ſic iuxta aliam de dictis quinque opinionibus, de qua per Alexand.in alleg.l.quia poterat,& ſic eſt caſus indubitabilis ſtante etiam appellatione præmiſſa. Et quòd compulſores, mixti executores, & ſic ſuſpecti allegentur,ac proceſſus poſtea factus ſit nullus,voluit etiam Rota in Baren. penſion.prout Dec.Caputaquen.85.incipien. Deciſion. libro primo. Quod etiam tenuit Rota in Burgen.iuriſdicton. prout Deciſ. eiuſdem Caputaquen.202.incipien.licet quia.eo.lib.1.

Duodecimo quæro aut extractum in partibus in uim compulſorialium in Romana Curia decretarum inſtruŕnẽtum ſententiæ in cauſa Hiſpalen. portion. Ioan.Martinez ex vna, & Ioan. Morillas ex altera,citato ad extractionem huiuſmodi inſtrumenti illo de cuius intereſſe agebatur in loco de Valle dolid. in Hiſpania, in quo non erat domicilium, per edictum, & per diligentias de reperiendo, cum habet domicilium in ciuitate Hiſpalen.an inſtrumentum de quo agitur ſit male extractum ob defectum citationis? Pro opin. negatiua uidetur tex.in capitulo ultim.de dilatio. & in cap.ultim.de dolo & contum. ubi ſufficit facta diligentia de reperiendo, ſeu citatio generalis.

Contrarium fuit deciſum in Rota, uidelicet q citatio uon ualuerit, ex quo ille de cuius intereſſe agebatur non fuit citatus perſonaliter uel ad locum domicilij, & conſequenter extractio inſtrumenti fuerit inualida,Ratio eſt quia pars,quæ lædi poteſt, uel de cuius intereſſe agitur, citanda eſt.l.de uno quoque.ff.de re iudi.l.nam ita diuus. ff.de adoptio.l.prima.§ denunciare autem oportet.ff.de uen.inſpi.l.in diem adiectio . ff. de aqua plu.arcen.l.ſi quando. & ibi Bald. C. de teſtib.& capitul. ſecundo, extra eodem. Et quando pars quę lædi poteſt certa eſt, tunc ſpecificè & nominatum citatio fieri debet. tex.eſt & ibi Gemin. de electi.lib.6.Et quando perſona ſcitur,uel ſciri poteſt,perſonaliter ſi poteſt citanda eſt.l. ſcire oportet.ibi vel in faciem,uel ad domum.ff.de excu.tut. l.aut qui aliter.uerſiculo.Et ſi fortè non ſit cui denuncietur. ff.quod ui aut clam.cap. ultim. ante fi. de dolo,& contum. Et illa uerba ordinem denotant, ut prius quis perſonaliter citetur ſi poteſt, aliàs domi. & ſic ordine ſucceſſiuo. Et hæc eſt communis opinio ut per Alex. poſt alios in l.4 §. prætor.ff. de damn.inſe. & latiſſimè per Tiraq. de utr.retract.Gloſſ.2.§.nono, verſiculo. At maior pars. nume.4. Amplio etiam ſi ad ſit ſtatutum ut quis citetur perſonaliter uel ad domum, ut intelligi debeat ordine ſucceſſiuo, & ſic perſonaliter ſi inueniri poteſt.Ruin.conſilio 68.quia petitur volum.5. Et ita ſtilus Romanæ Curiæ habet ut quis prius perſonaliter cietur.Rot.48. valet citatio.in princ.in no. Pau. Caſtren. in l. ad peremptorium.nu. 5. & ſeq. ubi ſubdit, ꝙ ita ſeruatur in Cu.Ro.ff.de iudi.Idem dicit Fel.in c. quoniam frequenter.§.is uero.poſt nu.20.ut li.non conteſt. ac D.meus conſi. 460. uiſo nu. 25. Quando uero quis reperiri non poteſt,tunc domi ſolitæ habitationis citari debet,& citatio præuiis diligentiis de rreperiendo tenet,& afficit ſicut perſonalis. per leg.l.4.§.prætor.ff.de dam.inſe.& per Bal.ibi.An perſona reperiri poteſt,aut non. & dicit magis communem.Alex.Idem voluit Abb. in c. cauſam.nu. 1.de do. & contu.ac Lanfranc. in cap. quoniam contra.in uerſ.citationes.q.3.nu.3.de proba. uide da eſt Dec.Mohed.334.inci pien. Fuit extractum inſtrumentum compulſ. ubi etiam reſpondet ad contraria.

COM-

COMMISSIO XXVII.

PRÆFIXIONIS TERMINI.

BEATISSIME PATER. diu ligato inter &c. de & super &c. Ne causa huiusmodi in infinitum protrahatur, dignetur S.V. eidem R. D. Auditori committere, & mandare vt præfixo aliquo breui competenti termino arbitrio suo moderando parti aduersæ ad probandum quicquid vult, & potest, per omne genus probationis, quo elapso, & nihil quod releuet probato ad expeditionem causæ, & causarum huiusmodi procedat partib. iustitiam ministrando. Cũ potestate citandi, &c.

BEATISSIME PATER. Iudex ordinarius ex sua facultate terminum huiusmodi præfigere potest. l. 1. C. de dilatio. Docto. in l. properandum. in princ. C. de iudi. glo. in l. si ea. C. qui accu. non pos. Purpur. in l. postquam liti. numero 35. C. de pact. c. quoniam cõtra. ubi omnes. de probatio. In Rota similes præfixiones in vim specialium rescriptorum fieri consueuerunt. Et tã in ordinario, quàm in delegato effectus huius prę fixionis est, ut post elapsum terminũ amplius quis non audiatur, nisi ex magna causa. l. fi. ff. de ferijs. l. 1. & ibi Paul. Castren. num. 6. uersi. Et effectus est ut lapsa dilatione amplius non audiatur volens probare. C. de dilatio. Ioan. de Ami. de Venaf. consi. 28. vertitur. num. 1. & sequen. & consi. 108. super. num. 12. De pluribus, & diuersis dilationibus uidere poteris Specu. titu. de dilatio. in princ. hæc nostra termini præfixio conformis est dilationi probatoriæ, de qua per Specu. ubi supra, post numerum uigesimumtertium, versic. probatoria est. sciendum tamen est, quòd etiam absque hac termini præfixione, & nulla data dilatione tam probationes factæ, quàm sententia lata subsistunt. Specu. præalle. tit. de Dilatio. §. fin. Albe. Bart. Bal. Angel. & Alex. ac Ias. num. 52. & seq. & communiter scriben. in l. fi. ff. eod. Afflict. Dec. Neapol. 55. tempore, ad fi. Maran. de ordi. Iudi. Actu 3. dum de dilationibus tractat. num. 13. Proderit tamen ista commissio, & termini præfixio illius uigore, tum pro sententia qualitercunque ferenda, & sic non obstabunt quæ Ias. vbi supra subijcit. Tum euitabimus illam discussionem an iudex nullo petente, vel una tantum parte petente possit terminum præfigere. vel dilationem dare: & effugiemus nonnulla alia dubia, de quibus per Docto. supra citatos in alle. l. fi. C. de ferijs, & per Nic. Boe. Dec. 294. plerumque per alteram. nu. 21. & seq. & Lanfran. in tract. Dilatio. aliàs in Reper. c. quoniã contra. in ver. dilationes. de proba.

In infinitum protrahatur. Lites tollere, uel breuiare expedit, prout in infinitum protrahere perniciosum est l. quidam existimauerunt. ff. si cer. petat. l. 2. 1. respon. ff. de aqua plu. arcen. l. item res. §. fi. ff. de alie. iud. mutan. cau. c. finem litibus. de do. & cõtum. c. dispendia. de rescr. lib. 6. clem. sæpè. §. 1. ibi litem quanto poterit faciat breuiorem. de uerbor. signifi.

Breui. Causę ferè omnes Romæ summariè cognoscendæ, & decidendę cõmittuntur, ergo dilationes, & termini præfigendi breues esse debent. præalle. clem. sępe. de uerb. sig. Ibi, amputet dilationum materiam &c. Ias. in l. fi. nu. 3. ver. Nam licet in causis summarijs dilationes sint an gustandæ. ff. de ferijs.

Competenti termino. Videlicet, ne sit nimis longus, quia expedit (vt præmisi) lites breuiare. Rursus ne sit ualde angustus, & nimis breuis. dicta clem. sæpe. de uerb. sig. versi. Non sic tamen iudex litem abbreuiet. probationum enim facultas non est angustãda. l. quoniam. in fi. C. de hæreti. Rot. 302. si in prima. nu. v. & 394. si suspenso cir. medium. in no. Imò si nimis breuis terminus præfigatur, ab illo termino pręfixo, illiusque nimia breuitate Romę appellari consueuit? & talis appellatio de iure procedit, & requiritur. vt per omnes in dicta l. fi. C. de dilatio. cap. 1. & ibi Ioan. And. propè fi. uersi. In glo. & ibidem Anton. de But. propè medium, dum opponit cum glo. versi. Item nota duo. & alijs, extra eo. Bar. in l. 2. colum. penul. in 1. ff. de appel. reci. Bal. in l. 1. in 3. not. C. de dilatio. & in Addi. ad Specu. titu. de appel. uersi. Sed a breuitate. Lanfran. in alle. tracta. Dilationum. nu. 17. uersi. postremò quæritur nunquid ab oĩ breui dilatione posset appellari. Iste terminus erit peremptorius, tum quia in uim huius commissionis specialis, tum ex uerbis sequen. tum etiam de iure, prout per Docto. supra citatos.

Arbitrio suo moderan. Termini similes, & dilationes ab arbitrio iudicis pendere solent. Et generaliter dicimus quod ubi non est à iure certum tempus præfixum ad aliquid faciendum, illud est in arbitrio iudicis, ad tex. in l. j. in fin. & Bar. in §. ait prætor, in princ. cum quo cõmuniter Doctor. transeunt. ff. de iu. deli. l. 2. & ibi Bar. nu. 10. & seq. ff. de re iudi. Cur. Iun. consi. 90. uabita uersus. fin. uer. Pro qua opi. Et iudex dies, & terminos moderari potest. l. nonnumquam. ff. de iudi. gl. in c. de illicita. in uer. peremptorio. ver. Sed verius credo quod illud sit in iudicis arbitrio. 24 q. 3. Rom. consi. 497. diligenter. nu. 2. Cassa. Dec. 3. nu. 1. de Dilatio. Et de moderatione termini præfigendi in alia materia habemus tex. in cle. 1. ibi, Infra competentem terminum monentium ipsorũ arbitrio moderandum. de ui. & hone. cleri.

Parti aduersæ. Et sic cessabit disputatio illa an vni tantũ parti pfigi possit terminus, seu dilatio dari, & cui, de qua per Doctor. in allega. l. fin. ff. de ferijs.

& in l.1.C.de dilatio.Et de licet terminus, ſeu dilatio probatoria plerunque petatur ab eo qui probare vult prout per Docto.ſupra adductos,& per Specu.eod.titu.de Dilatio.§.1.poſt numerum 23. verſiculo,probatoria eſt,quæ datur volenti probare,commiſſio noſtra alio tendit,arctat.n.illum cõtra quem impetratur ad probandum infra certũ terminum: at non excludit impetrantem quin pro libito probare poſſit.

Ad probandum quicqd vult, & põt.Hoc ẽ iuri conſonum vt iudex præfigat terminum ad ꝓducendum omnia iura ut per Azzo. in ſum. C.vt nemo inui.& per Cardin.conſilio uigeſimotertio. Quem terminum niſi iudici demandatum fuiſſet, vel pars illum præfigi poſtulaſſet, ipſe iudex non tenebatur præfigere.l.1.in uerſiculo, poſtulatum.& in l.à procedente. C. de dilatio. potuiſſet tamen abſque alio mandato, & abſque partis requiſitione ad ulteriorem cauſæ expeditionem illũ præfigere,iuxta gloſſ.in cap.licet cauſam.de prob. per Abb.in cap.finem litibus, in 1. not. de dol.& coutuma.per Rip.in l.admonendi,numero 72.ff. de iureiur. An ſi teſtes ſint iurati infra terminum, licet non examinati, poſſint poſt terminum examinari? Doctor. diſtingunt. Aut adeſt ſolum clauſula prædicta. Aut eſt aditum (Et probatum habendũ. (in primo caſu communiter concludunt pro affirmatiua. In ſecundo pro negatiua: & hæc eſt verior opin.& communis practica.Iaco.Butri.in l.ſi qñ,in princ.verſiculo.Ego diſputaui quæſtionem. C.de teſtibus. Archidiaco.& Ioan.And.in ca.pia. de except.libro ſexto.Bar.& Roma. in l.damni,§. Sabini.ff.de damn.infe.Bal.conſilio 33. ſtatuto cauetur,num.1.vol,5.Idem Bald.& Ang. in l.Antiſtius.in princ.ff.de acqui.hær.Pau. Caſtren.ſuper rub. C. de dilatio. ante numerũ tertiũ. Rot.588. not.ſi in remiſſione.in anti.Ludo.Roma. qui hác Dec. ut (puto) citare uoluit, conſilio 443.quoad primum,poſt numerum tertium,verſiculo. Breuiter ſciendum,cum alijs quæ ſubijcit Ant. de But. Abb.& Fel.c...numero vigeſimoſecundo,de probat.practi.Papien. in for. oppo. contra teſtes poſt publi.in verſiculo,ſuntque publicati, poſt nume. 16.uerſi.Quid autem dies in dilatione data. Frã. Cur.in tracta.Teſtium conclu.33. depoſitio facta poſt terminum.Boe.Dec.294.plerunque.num.19. verſiculo,ſed ſi teſtes iurauerint infra dilationem. Rober.Maran.in 3.Actu. dum de dilationib. tractat.numero decimonono,uerſiculo. Vltimo ſuper hac.Et Doct. ubi ſupra adducunt nonnullas rationes,& caſuum differẽtias. Limitari poſſet primum membrum,niſi negligens fuerit producens, & iurare faciens teſtes,non curans infra terminũ ſibi præfixum eos examinari facere, prout ſentiunt Archi.in alle.ca.pia.& Ioan.And.de excep. libro ſexto,ſequitur Bald.in l. ſi quando.poſt numerum octauum,verſiculo. Sed Archi. C. de teſtib.Rot.præalle. 588.in anti.ibi, Sufficit ꝙ fiat aliqualis diligentia infra idem tempus de examinando eos. Et ita limitat, & concludit poſtquam concluſiones præmiſſas comprobauit Ioan. de Ami.de Venaf.conſ.108.nu.11.uerſi.plus dico ꝙ etiam quando datur terminus. quod in caſu noſtro tanto magis procedet ſtante ſpeciali reſcripto quod ad unguem ſeruari debet c.cum dilecta. ci vulga.de reſcr.

Per omne genus ꝓbationis.) Et ſic ille, cui terminus iſte præfixus fuerit excludetur,non ſolũ à probatione per teſtes: ſed etiam per inſtrumenta,per ſcripturas:& per quãcumque aliam ꝓbationis ſpeciem.argumen. tex.in l.pactum quod bona fide.C.de pact.in l.in exercendis.C.de fi.in ſtrum.Dom.meus Phil.Dec.conſilio 79.& pro tenui.numero tertio, & conſilio 169. & diligenter, columna prima.in fin. Et in proprijs terminis ad probandum per omne genus probationis concludit Ioann. de Amic. præallegat. conſilio. 108.numero 6.

Quo elapſo. Qui poſt terminum elapſum aliquid facere prohibetur, poterit tamen iam factum declarare.Bal.in l.hæredes palam.§.ſed & ſi motam. ver. Item eſt argumentum.ff.de teſtam. & in l.tres denunciationes.in fin.C.quomo.& quan. iudi. in. 1.§.huius ſtudij.colum.1. uerſic. Et eſt argumentum.ff.de iuſti.& iur. Archidia.in capitulo primo, colum.1.uerſiculo.Eadem gloſſ.13.quæſtione prima.Ioan.And. in addi.ad Specu. in titu. de teſtib. §.nunc uidendum,colum. penulti.uerſi.Hoc etiã nota.& in cap. ſi in generali. colum. penul. in uer. Vltimo quæro,de reg.iur.libro ſexto. Geminia. in cap.cognoſcentes.ad fi.uerſic. Et nota incidenter 34.diſtinct.& ſuper prohe. 6.in fin.princ.uerſi. h nota optimum tex. Aret.in l.ædita.colum.1.uer. Circa primnm conclude.C.de eden. Ruin.conſil. 189.colum.1.uerſicu. Quinto prædicta confirmatur.lib.1.

Et nihil quod releuet probato.) Ex ijs uerbis concludendum eſt quod iudex non teneatur expectare aliquod teſtium examen in tempore etiam iuratorum: ſed cauſam expedire poſſit, tum attenta forma reſcripti: tũ quia uere talis non dicitur probaſſe qui teſtes iurare fecit,ut expreſſe uoluit idem Iaco. Butri. in alleg. l. ſi quando. C. de teſtibus.uerſiculo. Verum ego diſtinguerem, quòd aut quæris, an habeatur pro probato niſi etiam depoſuerint, & dico quòd non. Et quia Docto.communiter ſequi uidentur Iaco. But.ubi ſupra,prout etiam Io.de Ami.dicto conſilio 108.numero nono.quem debuit citare in dicta l.ſi quando. non autem in authen. ſi dicatur. ubi nihil ad rem.Et quia uerba præmiſſa, & hoc reſcriptum operari debent:& quia iuxta terminos noſtros ſtilus Ro.Cu.ita ſeruat. Nec regulariter iudex Romæ teſtes examinat, ſed notarius, ſibi imputet qui in tẽpore termini ſibi ſtatuti teſtes examinari nõ fecit, ꝓut ꝑ Doct.in locis ſupra citatis. Iudex igit intrepidè cã m expediat lapſo termino ꝑfixo,ut voluerunt Bar.in l.admonẽdi.n.13.Rip.

poſt

post alios, num.71.ff.de iure iur.ac Abb. in cap. fin.numero sexto,extra eod. Et qui permittit terminum sibi ad aliquid docendum,uel faciendum præfixum labi,renunciare iuri, & facultati id faciendi uidetur, ita ut neque agendo, neque excipiendo amplius audiri debeat, ut loquens de præfixione ad docendum de nullitate tenet Ioan. Ceph. consilio 201.num.4. & consi. 202. nume. 18.libro 2.

COMMISSIO XXVIII.

PER BREVE.

BEATISSIME PATER, Lite & causa coram asserto Vicario Bononien. inter quendã A.actorem ex vna,ac deuotum S.V.oratorẽ B. de & super, &c. Idem assertus Vicarius quandã prætensam diffinitiuam sententiam, seu vim diffinitiuæ habentem in fauorem dicti A. & contra dictum B. vt dicitur,protulit, à qua ad S. V. sanctamque sedem Apostolicam pro parte dicti oratoris infra tempus debitum, & aliàs legitimè appellatum,& de nullitate dictum extitit.Dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum huiusmodi, nec non nullitatum dictæ prætensæ sententiæ vnà cum toto negotio principali aliquibus probis viris in partibus illis commorantibus, cum clausula vos &c. vel alter vestrum summariè, simpliciter, & de plano cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminan. tam coniunctim, quàm diuisim committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi sub pœnis, & censuris ecclesiasticis, & pecuniarijs, arbitrio moderan. tam dicto asserto Vicario, quàm alijs quibuscunque etiam dignitate, etiam episcopali, archiepiscopali, vel aliàs fulgen. à censuris forsan illatis simpliciter vel ad cautelam absoluendi; cæteraque faciendi in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna. Præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Bonifatij Papæ VIII. S. V. prædecessoris de una, & Concilij generalis de duabus dietis. Nec non statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento &c. roboratis, stilo palatij, cæterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque, statum, & merita, causæ &cæt.

Et cum absolutione a censuris ad effectum &c. Et per Breue S. V.

BEATISSIME PATER. Commissionis hæc formula per breue mutatis quibusdã inseruiet etiã pro omni rescripto Iustitiæ extra Romanam Curiam,per breue destinando: etiam pro committenda causa nulla alia lite præcedente, vel quando auocatur causa a Ro.Curia,& ad partes remittitur: & tunc cum quadam clausula quæ inseruit loco inhibitionis,quam infra subijciam.In terris igitur,seu in dominio Ecclesiæ laicus contra laicum,fortius contra clericum causam committi per breue obtinere poterit aliquib. probis viris in partibus cõmorantibus,præsertim super negotio magni ponderis. Extra terras etiam ecclesiæ persona ecclesiastica contra ecclesiasticam: Item miserabilis persona etiam contra laicum: Rursus ecclesiastica persona pariter etiam contra laicum præsertim ex consuetudine Romanæ Curiæ, prout voluit glo.fi.in c.si clericus. vers.sed Papa.de fo.compet.per Specu.titu.de compe.iudi.aditio. §.1.vers. 30.num.28.& seq.sequitur Lap.alle.58. prelatus. num.9.& seq.ubi etiam affirmant,quòd de consuetudine Curiæ clericus indifferenter impetrat iudicem ecclesiasticum contra laicum. Et quòd rescripta ad lites concedantur per Cur. Rom. ad omnes partes Orbis,& quod hæc consuetudo porrigat uires suas per vniuersum. Et Papa concedendo tales literas per uniuersum,videtur velle vbiq.talem cõsuetudinem seruari.

Asserto. Non confitetur illum esse Vicarium, cum dicat asserto, pvt in simili voluit Specul. titul.de libel. concep.§.fi. numero septimo, versiculo.Item cautus sit actor. & Pet. Rebuff.de nomina. quæstione prima, numero decimo, & ante. Ex quibus patet, quòd illis verbis in appellatione occasione cuiusdam sententię cautè adijcitur assertæ, seu prætensæ, quod idem operatur ad tradidi supra Com.17.in ver. prætensa diffinitiua sententia, & iuxta primã opi.de qua in praxi.papien.in for.appel.à sententia,in ver. occasione cuiusdã sententiæ assertę nu. 2.quicquid postea ibidem subdatur, tutior est. n. prima opin.

Vicario Bononien. Italia, Vngaria,& alijs locis, de quibus in lib.nuncupato prouinciale,in secunda parte,in prin.uersic.in salutatione. folio quinquagesimoquarto. nuncupatur Vicarius: In Hispanijs uerò, Gallia, Germania, & in alijs locis ibidem nominatis vocatur iste (quem nos Vicarium appellamus) officialis. Et Cancellaria scribit Vicario Bononien. Officiali Toletan.pro quo adduco tex.in capitu. dilectæ.de appellat.& in capitu. primo, §. final. de offic.ordin. libro sexto. sensit Feder. de Sen. in consilio tricentesimosecundo.Reuerendissimum Vicariũ, & officialem inter se differe: uerior uidetur sententia Ioan.And. in addi.ad Specul.titul.de offic. vica. quòd ista uocabula sint sinonima, & sic quòd idem sit dicere,officialis, quòd uicarius, & quòd relinquenda sit hæc diuersitas uocabulorum consuetudinibus patriæ. Sequitur Barbatius, in clementin. & si principalis. de rescrip.colum.prima.Et pro ijs, & alijs uicarijs ui-

dere poteris quæ scripsi in 16.quæst. 14. Regu. reuocata.

In fauorem dicti Ant.

Si sententia lata fuisset in fauorem alterius, non autem A. vt expressum fuit, an appellatio vel cõmissio desuper obtenta nulla esset dubitari posset, breuiter pro negatiua conclusum fuit prout Put.Dec.47.incipien. appellauerat procurator. sub die 15.Nouembris coram Sarnen.illa.n.expressio non nocebat ad tex.in l.1.§.libelli.& in l.3. §.1. ff.de appella.& quia non erat nisi vnica sententia lata super canonicatu & præbenda super quib. litigabatur coram illo iudice,& expressio illa respiciebat quandam demonstrationem, at falsa demõstratio non vitiat appellationem. Bald. in l. etiam. C.de fal.cau.adie quam doctri. vti singularem refert Prepos. Alex.in rub.de appel.col.2.ver.Quinto adde prędictis singulariter.

Ad S. V.

Licet iudices gradatim adeũdi sint. §. ad hæc. in Authen. de quæsto.Bald.in c. vnic.num.8.si de inue. inter dom.& vasal.lis du.Ad summum tamen Pontificem potest omisso medio appellari.c.solicitudinẽ. de appel.c.1.de electio.lib.6.cle.causam.& ibi Vitali.ad hoc not.num.18.eo.titu.Rot.Bisig. 21. ab executore. nu.4.de appel.in antiq.

Sanctamque Sedem

Apostolicam.) Si idem sunt, seu pro eodem capiuntur Papa,& Sedes Apostolica.ca.sedes.& ibi not.D.meus Phil.Dec.in princ.de rescrip.cap. præsenti.de præb. lib. 6. Et appellans ad Papam, ad sedem Apostolicam appellat.Rot.363.not.vbi appellans.in anti.quæ est eadem Bisign.13. de appel.vtrum appellans ad Papam.in antiq. Io.Fran. Paui.de offi.& pote.cap.se.vacan.in 6. prælud.nu. 6.ad quid exprimere hæc uerba cum sufficeret dixisse ad S. V. appellatum fuit: Responderi potest q hæc verba sanctamq.Sedem, ponunrur ad cautelam: & ad tollẽdum dubium, an semper pro eodem accipiantur. Rursus quia per obitum Papæ appellatio ad ipsum inanis uideri posset: non sic si appelletur ad sedem Apostolicam, quæ nunquã moritur.ca.si gratiosè.de rescr.lib.6.Imol.& Cardin.in clem. vnic. in princip. de probat. ubi quod differunt reseruatio facta Papæ, & facta Sedi Apostolicę.

Infra debitum tempus,

Nec sufficit probare, q appellatum sit, sed debet etiam probari, quòd infra decem dies appellatum fuerit. Compostel.in c.cum dilectus. de appellat. Rot.91.Nota quòd vbi aliquis, in fin. in antiq. & 316.si possessor.uer.Fuit tamen.in no.ac Bellam. 684.quamquam de appellatione. uersus fi. versic. Sed non placuit alijs plene Fel.in c.quod ad consultationem.nu.25.conclu.2.de re iud.

Et aliás legitimè.

Legitime ẽt appellasse dicetur si procurator in ultimo momento comparuerat in domo iudicis a quo,& facta diligentia de appellando coram iudice fuerit sibi responsum, q non erat domi, & petierit testimoniales, ac appellationis cedulam notario reliquerit, dicẽs se crastina die rediturum,& appellaturum prout fecit. Conclusum fuit in Rota, quòd propter istam diligentiam sententia non transisset in rem iudicatam licet pars aduersa diceret, quòd quando quis est impeditus appellare propter iudicis absentiam, debet appellare coram probis,& honestis uiris, iuxta unam opin.uel honesta persona,& sic coram uno probo uiro tantum, iuxta alteram opin.de quibus per Lap.Alle.38.An ualeat appellatio.iũctis ijs, q posui in duabus meis Additio. iuxta 2. editio. in uer.honestis,& in uersi.appellationes.& per Abb. in cap.ult.nu.3.de appel.& ibidem Franc.colum. 7.versi.Decimo quæritur. ad fi. Pro præmissis uidenda est Decis.Putei.100.incipiens in una S.Andreæ. Verum extra Rotæ tribunal hæc non procedere absque difficultate.

Appellatum

Lata sententia si appellatum fuit, de appellatione in rescripto, quòd impetratur postea mentio fieri debet, alioqui subreptitium erit. c.ex parte 2.ubi omnes.de rescrip.c.bonæ.de confi.vi. uel inu.Bero.in c.super literis.nu.27. de rescr.uel sexto debet.

Nullitatum.

De clausula nullitatis & nullitatum,& quando æque principaliter, quando accessorie, tractau. supra in 17.cõmiss.appel.sciendũ est post illud verbũ, nullitatum, hodie per Signaturam addi solere quatenus ex tribus, dicatis vos, ex defectu iurisdictionis, uel mandati, seu citationis, quę tres dicuntur præcipuæ,& insanabiles. vt per Staph. super signat.fol.148.antiquam impres. & per Saran.in c. pen.ut.signa.num.74.& sequen. uersicu. Et quod dictum est de defectibus, citationis, & mandati.

Aliquibus probis uiris

Intellige tu in dignitate ecclesiastica constitutis vel personatus obtinentibus, seu canonicis cathedralis.iuxta tex.in c.statutum.ver.sancimus igitur.de resc.6.Amplio, ut sicut non delegant causæ nisi habentibus qualitates, de quibus hic; ita nec etiam subdelegantur, ut in c.si pro debilitate,& ibi Abb. in 2. not. de offic. deleg. videre poteris quæ ibi scribo num.11.Quid autem in legato committente causam non existenti in dignitate ecclesiastica vide Augu.Bero.consi.109.in causa.num. 13. lib. 3.Hodie nisi in corpore post uerba, probis uiris additum fuerit, in dignitate ecclesiastica constitutis: illa verba signatura addere consueuit. Et cur dicatur, aliquibus probis uiris, uidetur non fieri contra iura prohibentia certum iudicem nominatim peti iuxta text. in l. obseruandum est, ne iudex detur quem altera pars nominatim petit. ff.de re iudic. capitu. ad hæc de rescript.& ad alia quæ adduco in 1.com.in uer.Alicui. Negari tñ nõ potest quin fiat fraus legi. Licet enim dicatur aliquibus probis uiris, is qui rescriptum impetrat, postea eos

eos arbitrio suo nominat ante breuis expeditionẽ, eligens quos uult: nisi forte pars aduersa, uel aliquis pro ea præuidens impetrantem ad sui libitum iudices electurum opponat, & instet de iudicibus concordari, quo casu auditur, & iudices vel communiter eligentur, vel breuis expeditor arbitrio suo describet illos. Hæc omnia Romæ notissima sunt, quæ etiam aduertit Staph. super sig. fol. 152. ver. patet etiam ex alio iustitia huius signaturæ. & fol. 161. uersi. Quando petitur commissio ad partes per breue.

Et in partibus illis commorantib.] Et si collitigantes eiusdem sint ciuitatis, vel diœcesis extra ipsas causa non committitur, iuxta tex. in allega. capitu. statutum. e. cum vero eiusdem ciuitatis. de rescrip. lib. 6. distinguendo, & limitando vt ibi.

Vos, &c. vel alter vestrũ Quo casu unus ex eis procedere potest, etiã alijs non requisitis. iux. tex. in c. cum plures, vbi etiam glo. & Doct. de offi. deleg. lib. 6. Abb. in cap. quoniam abbas. num. 6. uersi. secus dic in clausula hodie usitata, (ut unus, uel alter, &c.) & ibidem Aug. Bero. num. 29. eod. tit. Interrogatus fui aliàs super hoc dubio, causa erat commissa Archidiacono, & Primicerio Beneuentanis absque præmissa, vel simili clausula, nomine proprio illorum non expresso, deinde per obitum, seu resignationem, Archidiaconi Primicerius obtinet archidiaconatum vna cum dicto primiceriatu quem obtinebat ad tempus retinen. quærebatur, an hic solus procedere posset in illa causa? respondi affirmatiuè, & quòd non procederet tamquam solus: sed tamquam gerẽs vices utriusque dignitatis quibus causa cõmissa fuit. Hanc asserebam communem, & ueram opin. & in hanc sententiam uenisse Ioan. And. super regula, rationi. de reg. iur. lib. 6. colum. penul. uers. In contrarium iste habet illas duas dignitates. cũ quo transit ibi Phil. Fran. Idem uoluit Lap. alle. 88. cõmune Florentiæ, post num. 3. versi. sed ponamus quòd dictum officium quinque. Et Io. And. sequitur Alex. ad eundem se remittens in l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulgu. eosdem Ioã. And. & Lap. sequuntur Fel. in c. consultationib. post nu. 10. versi. Committitur causa duob. & D. meus in c. quoniam Abb. nu. 22. offi. deleg.

Etiam Episcopali, Archiepiscopali. Episcopi, & superiores propter præheminẽtem dignitatem non comprehenduntur absq. hac clausula sub quacunque generali dispositione. ca. 1. de offi. deleg. lib. 6. c. quia periculosum. de sentent. ex com. eo. lib. Quod indistinctè verum est in materia exorbitanti, seu odiosa, in qua nos sumus. c. si compromissarius. §. huiusmodi quoque. de electio. lib. 6. Ioan. And. in c. cui licet. de reg. iur. eod. lib. sequitur Bald. in l. digna uox. num. 2. C. de legib. Et ꝙ etiam in casu non mere pœnali non comprehendantur, voluit Ludou. Rom. consi. 340. circa primum. num. 4.

Bonifatij Papæ VIII. prædecessoris vestri.) Prædecessoris mediati, non immediati ad nota. per Gemin. in capit. præsenti. num. 1. & in cap. quõdam, etiam. num. 1. de præb. lib. 6. quod etiam colligitur ex iuribus quę cito in Glo. Facul. §. volentes. in uersiculo. prædecessorum.

De una. Videlicet. ca. statutum. §. Cum uero eiusdem ciuitatis, ibi. Nullus tamen eorum ultra unam dietam, à fine suæ diœcesis ualeat conueniri. de rescri. li. 6. Rot. 642. communiter tenet in anti. Abb. in cap. nonnulli. nume. 3. uersi. Hodie uerò hoc est restrictum. & solum potest trahi per unam dietam. de rescrip. Et quod hæc derogatio sit necessaria, aliàs processus irritus sit ultra Docto. in §. cum uerò. uoluit Paris. consilio. 51. considerata. numero. 38. & 40. uolum. 4.

Et cõcilii generalis de duabus dietis. Videlicet cap. nonnulli. de quibus et duabus dietis in similibus terminis habemus tex. in cap. ex parte B. post princi. ibi consistit in diœcesi Rodemen. quæ est ultra duas dietas, &c. de for. compe. Cui concilio, seu constitutioni nisi hodie derogetur processus nullus erit. ut per omnes in dicto cap. nonnulli. & per Cardin. consi. 71. omnes in me. nume. 1. & seq. signatura post hæc uerba addere consueuit. (Dummodo non ultra tres,) prout etiam per Staphil. super signa. fol. 161. uer. Item in terris ecclesiæ, ibi. Additur dummodo nõ ultra duas, uel ultra tres, & melius postea ibi. Et iõ dicuntur solum illa uerba, Dummodo non ultra tres. Verum suppositis derogationibus præmissis. cap. nonnulli, & cap. statutum, & quod signatura non addidit illam causulam, Dummodo non ultra tres, quid iuris? Ego in causa Lunen. Sarzanen. in Rota penden. hæc disputaui, quid autem conclusum fuerit hactenus percipere non potui. Asserebã circa præmissa duas esse Docto. opin. alteram uidelicet. Anton. de Butr. & sequacium in dicto capitu. nonnulli, quod de iure uerior sit opinio, ꝙ si derogetur constitutionibus præmissis absque restrictione, seu additione signaturæ præmissa, simus in terminis iuris communis, secundum quod licebat prius indifferenter trahere, prout etiam ꝑ Felyn. in dicto cap. nonnulli. num. 29. uersic. Tangunt etiam, quam opin. prout subdit Felin. sequũtur etiam Domi. & Calde. dicentes ita obtentum fuisse Bononiæ. Altera fuit opinio. Ioan. And. & sequacium in dicto capit. nonnulli, quòd stante derogatione constitutionum pręmissarum possint solum causæ ualidè committi per quatuor dietas, prout latè prosequitur Felyn. in dicto capitu. nonnulli. numero uigesimonono, uideantur Anchar. Imol. Abb. Barbat. & alij in dicto capitu. nonnulli, ubi etiam aliqui distinguunt, an Papa committat causam in loco ualde cognito, an incognito. De quibus dietis interpretatio facienda sit, respondeo, ꝙ de uulgarib. iuxta tex. in uersi. ultra duas dietas. in capitulo. nonnulli. de rescrip. dieta

autem triplex eſt, videlicet, legalis, vulgaris, & ſingularis, ut declarat Carauita in ritu. 243. nu. 5. ſuper quo ritu etiam adnotant Modern. Cauens. Vide quæ ſcripſi quæſt. 4. ſuper Reg. de Veriſi. Aliter accipitur hæc dictio, dieta, tam apud iureconſ. quam alios bonarum literarum profeſſores. dietæ aliter quàm hic accipiuntur videlicet, pro cubiculis, ſeu cœnaculis in quibus viuimus, verſamurque æſtate ad vmbram, hieme ad ſolem. ſic in l. ſenatus. §. Marcellus. ff. de lega. in l. ligni appe. §. 1. ff. de leg. 3. & in l. quæſitum eſt. §. idem reſpondit domo. ff. de fun. inſtru. & in l. ſacrilegis. ff. de extra crimi. alio modo cœnatio nuncupat̃, & dictæ ſunt à conſeruatione, & uictu, ut dixi, & alijs modis accipitur dieta, vt docet Catel. Cot. in ſuis Memoria in uerſi. dietæ.

Et cum abſolutione à

cenſuris ad effectum, &c.) Videlicet validitatis huius reſcripti, quod ab excommunicato impetratur abſolutione non obtenta ipſe iure inualidum eſſet: pariter & proceſſus fabricandus. c. 1. de reſc. lib. 6. Mil. in reper. in uerſicu. excommunicatus licet poſſet contra ſententiam allegare. Ludo. Rom. ſing. 716. illud quod dicitur excommunicatus. Hic quæri poſſet quare hæc clauſula (Et cum abſolutione à cenſ. &c.) in reſcripto per Breue: rurſus in omnibus ſupplicationibus Gratiæ apponi indiſtinctè conſueuit: ſecus ſi uero in reſcriptis commiſſionũ cauſarum: uel alijs reſcriptis pro negocijs Rotalibus in quibus talis clauſula non apponitur. Quantum ad reſcripta gratiæ, quod communiter hęc clauſula apponatur, ea eſt ratio, ne dubitari contingat, an impetrans tempore datæ gratiæ eſſet excommunicatus: prouiſio enim facta excommunicato inualida eſſet. cap. poſtulaſti. de cleri. excom. mini. cap. cum dilectus. cum glo. in uerſi. à ſuſpenſis. de conſue. Bald. in capi. decernimus, per illum tex. de iudi. Rot. 362. no. quòd excommunicato. in anti. Specu. ſuper ſignat. folt. 82. ubi quòd hæc eſt verior, & communior opin. & loquitur de hac noſtra clauſula, quę in literis extenditur. Teq; à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, &c. ad effectum præſentium, &c. abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. In impetratione reſcripti per breue probauimus non ſolum utilem, ſed neceſſariam eſſe dictam clauſulam, Et cum abſolutione à cenſuris: & nemo eſt pragmaticorum Rom. Cu. qui hanc clauſulam in commiſſione per breue apponere omitteret: nemo autem qui in reſcripto Rotali. illam apponat: quòd ſi apponeret inſipidus, & fatuus haberetur. Pauci autem ſunt qui rationem differentiæ aſſignare ſcirent. Et ſufficiat quod dictum cap. 1. de reſcrip. lib. 6. non procedit in Auditore in Rom. Cu. impetrato, ea præſertim ratione, quia commiſſiones pro Rom. Cu. ſunt quædam diſtributiones. Rot. 593. Dic etiam quod excommunicatus maiori excommunicatione indifferenter commiſsionem alicuius cauſę in Cur. Rom. impetrare poteſt: & ita obſeruatur in antiq. & 175. commiſſio. circa princ. uer. præterea quia huiuſmodi impetratio in Curia non eſt niſi quædam diſtributio. Hinc eſt quod valer commiſſio impetrata per excõmunicatum, & 362. ſi committatur. nu. 2. in non. Mil. in Reper. in verſ. Index Auditor Palatij habet iuriſdictionem. ver. Et ideo commiſſiones, quę fiunt talibus Auditoribus. & in verſi. Excommunicatus licet non poſſit impetrare reſcriptum ad agendum extra curiã. Videatur omnino Dec. Achil. de Graſſis in cauſa Floren. S. Fœlicitæ 348. incipiens. Excommunicationis exceptionem ubi quod excommunicationis exceptio licet non obſtet quantum ad impetrationem reſcripti in Roma. Cur. tamen oppoſita reddat proceſſum nullum.

Et per breue S. V.

Hodie cõmiſſiones dantur per breue ſupplicatione introcluſa, ut aliàs licet ordinatũ fuiſſet quod expedirentur per breue extẽſum, & ne cum maiori impenſa. Et de breui ſupplicatione introcluſa intelligi debet Staph. ſuper ſigna. fol. 161. uer. Quando petitur commiſſio ad partes additur in cõmiſſione. Et per breue S. V. & c. ac ſi dixiſſet hac ſupplicatione introcluſa, & poſt uerſi. Item committitur appellatio per breue in partibus, quando alia pars habuit commiſſionem ſimiliter per Breue. Addunt etiam nonnulli (ſeu officium contradictarum.) De officio, audientia, Auditore, & reſcriptis contradictarum, tracto in 2. q. 7. Reſeruato. nu. 9. & ſeq. & in glo. Facul. §. uolentes. in uerſi. litererum. Addere ſolet hodie ſiguatura. Et cum decreto quod in euentum recuſationis teneatur iudex aſſumere aſſeſſorem iuriſperitum neutri partium ſuſpectum: Per hanc clauſulam, circuitus, & ſubterfugium uitantur allegandi iudicem ſuſpectum ad effectum prorogandi negocium, & confugiendi denuo ad Rom. Cu. & conſulitur partibus ne coram ſuſpecto iudice quis litigare cogatur contra text. in l. apertiſſimi. iun. gloſſ. in uer. libello, & l. fi. C. de iud. c. cũ inter de excep. cum alijs. Quando cauſa a Ro. Cu. auocatur, & ad partes remittitur per breue, addi ſolet in calce commiſſionis, ſeu ſupplicationis, clauſula infraſcripta, uidelicet.

Et cum decreto.

Quòd præſentis ſupplicationis copia cum originali auſculata per unum ex curſoribus S. V. dicto R. P. D. &c. præſentata habeat uim ualidæ, & efficacis inhibitionis. Magnus eſt effectus huius clauſulę per quam conſulitur impetranti, & ipſi cauſę, ac parcitur expenſis, & euitatur circuitus, ac defertur honori eius coram quo cauſa prius pendebat. Iſte enim actus præſentationis copię ſupplicationis ſtatim fieri poteſt, & cum parua impenſa: alioqui abſque hac clauſula opus eſſet diu expectare, & ſumptus facere: neceſſe enim foret breue ad partes tranſmittere. Iudici uel iudicibus præſentare: partem aduerſam citare ad hoc ut lite iam introducta ille iudex inhibere poſſit. Fed. de Sen. conſi. 30. Factum tale eſt. post num. 1. Lauren. de Rodul. in repet. c. conſuluit. col. 131. de uſur. Alex. conſi. 9. præſtantiſſime, num. 3. uolum. 4. Ac diſcutere an inhibendum eſſet: & in

cauſa

cauſa cognita ad tex.in l.2.in l.iudex, & in l.fin.C. commi.uel epiſto.Lap.alle.61.viſis, colum.fi.ante num.6.Pau.Caſtren, Ludo. Rom. & alij in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de no.ope.nunc.Bertrand. conſ.61.viſo proceſſu.num.primo, & conſil. 114. inhibitio.quam feciſſe.num.primo, in primis.par. prima. Vel etiam quòd concedamus, q̃ ſtatim recepto reſcripto delegatus inhibere potuiſſet, ad ea quæ adduco in 18.quæſtio.de inhibitio.num.3. & ſeq.adhuc lõgum tempus, & plurimæ expenſę intercesſiſſent. Optima eſt ergo praxis huius clauſulæ: & honori Iudicum Romanorum conferẽs,qui bus ipſe Papa & ſignatura inhibere videtur, non autem Iudex aliquis de partibus, quod indecens viſum fuiſſet. Et licet in auocatione ab inferiore nõ requiratur citatio alicuius Rebuf.in l.quod iuſſit.in 3.not.ff.de re iu.hæc tamen clauſula, hic requiritur.

Quæro commiſſa fuerat cauſa per breue epiſcopo Triuentin.in ciuitate Neapolitana commoranti,qui cum in cauſa procederetur trãslatus fuit ad eccleſiam Capuan.propter quam translationem ille delegatus pœnitus liberatus fuerat ab eccleſia Triuentina, ac addictus, & obligatus eccleſiæ Capuanæ,& ſic nihil retinebat de priori eccleſia. ca.ſi quis translatus.21.quæſt.2.cap.2.§.ſicut ergo. de transla.epiſc.& in ca.bonæ 2.de poſtu.prælat. Pariſ.conſil.45.poſt numerum 16. vol.4. vbi etiam, quòd amiſit ius, poſſeſſionem, & omnia quæ ſpectabant ad priorem eccleſiam, ut etiam dixit Ioã. And.in c.quod ob gratiam.de reg.iur. lib.6. Ioan. Fran. Paui.in tract.de offi.& pote.cap.ſe.vacan. Et cum cauſa commiſſa fuiſſet ſub nomine dignitatis ut præmiſi, videlicet,Epiſcopo Triuentino, & ſic non expreſſo nomine perſonę, vnde delegatio nõ tranſiuit in ſucceſſorem.l.mortuo. ff.de iudi.capi. quoniam Abbas.ubi Abb. D. meus, & cæteri. de offi.deleg. Qui epiſcopus delegatus proceſſit in eadem cauſa non obſtante, quòd pars aduerſa opponeret ceſſaſſe iuriſdictionem, diffinitiuam protulit ſententiam,cõtra quam coram R. D.Roſſanen. dabatur de nullitate, ex quo commiſſio, ut præmiſſum eſt erat ſub nomine Triuent. & ſucceſſor in illo epatu Triuentino debuiſſet de cauſa cognoſcere.Nihilominus 28.Ianuarij 1552. cõtrarium conclusum fuit in Rota, & ſic pro ualiditate inquam ſententiæ: quia per illa verba,In ciuitate Neapolitana commoranti. videtur electa induſtria perſonæ non habito reſpectu dignitatis, & ſucceſſoris in epiſcopatu Triuentino,qui veriſimiliter reſideret in ſua eccleſia.1.Petri.cap.5. c. ſicut. 1.quæſtio.1. conc.Triden. ſeſſ.6.in Decr. Refor.cap.1. & ſequ. ac ſeſſio.23.etiam in Decre.Refor.ca.1. Qui igitur non commoraretur Neapoli non poſſet cognoſcere de cauſa huiuſmodi, prout decidit Io. Mona.in cap.ſtatutum.de reſcrip.lib.6. & Dec. Guidob.80. incipien.Fuit commiſſa. & ſic concluſum in cauſa Capuan.Idem etiam habetur in Dec.Oradi.68.incipien.Capuan.Reędification.

COMMISSIO XXIX.
EXECVTORIALIS.

BEATISSIME PATER, Lite & cauſa coram R. P. D. N. ſacri palatij Apoſtolici cauſarũ Auditore, &c. Idem R. D. N. diffinitiuam pro P. oratore actore, contra R. aduerſarium promulgauit ſententiam, quæ quidem diffinitiua ſententia nulla prouocatione ſuſpenſa, vel ob nõ proſecutionem,in rem tranſiuit iudicatam. Verum quia Pater ſancte parum eſſet ſententias ferri, niſi eſſent qui illas debitæ executioni demandarent, Dignetur S. V. præfato R. D. Auditori, ſeu in eius locum ſubrogato, vel ſubrogando committere, & mandare, quatenus ſeruatis quatuor terminis, in ſimilibus ſeruari ſolitis, & conſuetis, omnes, & ſingulas expenſas in huiuſmodi cauſa pro parte Oratoris legitimè factas taxet, & moderetur, ac literas executoriales, uno & eodem contextu, vnica citatione præcedente, vnica audientia ſuo ſub ſigillo, ac ſub cenſuris, & pœnis, & clauſulis ſolitis, & conſuetis cõtra dictum R. aduerſarium intruſum, omneſq; alios &c. decernat, contumaceſq; & inobedientes pœnas, & cenſuras prædictas incurriſſe declaret, aggrauet, reaggrauet, interdicat, auxiliũq; brachij ſecularis inuocet, & alia faciat in præmiſſis neceſſaria: ſeu quomodolibet opportuna. Cum poteſtate citandi &c. Ac dictas literas executoriales, ut præmittitur, decernendas conſtito ſummariè, & extraiudicialiter de non tuto acceſſu per edictum publicum intimandi, & exequendi. Præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordinibus Apoſtolicis, ac Regulis Cancel. præſertim illa, qua caueri dicitur, literas executoriales huiuſmodi aliter quàm ſub plumbo expediri non poſſe, ſtilo palatij, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

BEATISSIME PATER. Pro hac cõmiſſione, & pro rei iudicatæ executione videantur omnino quæ ſcribit Specu. in tit. de executione ſentent. & nouiſſimè Rober. Maran. in tract. de ordin. iudi. in 3. & ult. actu princ. ubi de executione ſententiæ, & executorialibus tractat. Melius autem, plenius, & magis ad rem noſtram hanc materiam tractauit D. Oct. Veſtrius periuſſimus cauſarum patronus in ſua praxi iudiciaria in ult. ca. 8. lib. rub. de executione rei iudicatæ, expenſarum taxatione, ac fructuum liquidatione. Formula, quam deſcripſi paucis mutatis, proderit etiam in ſecũda, & in tertia inſtantia. Vide tamẽ infra ad calcem 4. quæſt. in ver. executoriales.

Cauſarum Auditore.

Hæc commiſſio non videtur neceſſaria quo ad Rotæ Auditores, cùm delegatus a Papa ſententiam ſuam exequi poſſit, etiam ſi id ſibi non ſit ſpecialiter demandatum. ca. ſignificaſti. & ibidem Abb. in 2. nota. & Augu. Bero. poſt alios, quos citat nu. 2.

c.quæ-

c.quærenti.& cap.pastoralis. §.præterea postulasti. de off.d eleg. Spec.de execu. senten. §. nunc dicendum.num.3.versi.Hoc autem certum est, ꝙ delegatus à Principe potest suam sententiam per se, vel ordinarium si maluerit exequi. Bar. in l.à diuo Pio 1.respon.num.2.ff.de re iud.Gui.Papæ Dec. 60.licèt de iure, versi. Dic aut est delegatus à principe, & potest. Et tanto magis hæc procedere debent in Auditoribus Rotæ, quorum summa est potestas. Rursus ꝙ illis magis omnib. alijs delegatis à principe eo ꝙ data est facultas cognoscendi, & terminandi,censetur etiam data potestas exequẽdi,probatur ex tex.in clem. Auditor.de rescri. quæ in illis tantum locum habet,& ibi ad hoc notat Imol.nume.2.Contrarium cõcludendum est,ꝙ immo Rotæ Auditores sine speciali commissione suas-sñias exequi non possint.Rot.613.dic ꝙ licet: in antiqu. Cassa.Dec.13.de rescr.num.4.& Dec.3.in fi.de do.& contum. vbi adducit rationem propter præsentiam Principis. Nec clem. Auditor.de rescr.obstabit,alia enim est executio de qua ibi, de illa nũc nõ tractamus.Insuper arguendo à speciali. ad l.quod vero.& l.ius singulare.ff.de legib.c.presenti.§.loca. ubi glo.in ver.specialiter,& ibi Gemin.nu me.2.de præben.lib.6.Excepto casu dictæ clemen. Auditor Rotæ nullo modo absque speciali rescripto sententiam à se prolatam executioni demandare poterit. Et quando instaretur quòd Auditor pronuntiaret super desertione appellationis, id sine speciali cõmissione facere non posset. Rot. 817. sciendum est quòd si aliqua. & 821. sciendum est, ꝙ quando. in antiq.

Actore. Si pro reo res iudicata supponeretur executioni locus non esset, nisi quo ad expensas in quibus victus victori condemnari debet. l.properandum. §.sin autem alterutra.C.de iudi.c.finem litibus. de dol.& contum. c.fin.& ibi glo.fin.de maio.& obedien.Rot.353.Si Auditor.post nume.3.in nou. Lanfran. in tract.expen.seu in c. quoniam contra.in uer.expensis.post prin.de proba.Amplio etiamsi officio procedat.c. cum dilecti.in fi.& ibi gl.fi.Io.And.Ant.de But.& alij.de dol.& contum.Rot.473.no. si attentata. in antiq.Crescen.Dec.180.aliàs 4.sub titu. de expen. Et in Rota indistinctè fit condemnatio expensarũ. prout probo in 11.quæst.Reg.de subro.nu.4. Poterunt igitur decerni executoriales pro reo possessore, seu pro conuento actione personali, & absoluto ab impetitis pro expensis, & tunc plerunque concedi consueuit clausula in commissione, quòd loco executorialium decernatur mandatum executiuum, præsertim si aduersarius in terris ecclesiæ moram trahat.

Nulla prouocatione suspẽsa.) Si infra decem dies à die sententiæ latæ appellatum non sit,vel non legitimè: sententia in rem transit iudicatam,executioniq; demandari debet.auth. Hodie. C.de appel. ca.quod ad consultationem,de re iudi.c.cum in ecclesia.eo.titu.de appel.c.Romana. §.si vero.eo.lib.6. Bar.in l.si qui ad ciuilia. & in l. litigatoribus.per illum tex.C.eo.D.meus cõs.308. in causa.num.1.Quod etiam aggrauamine,seu interlocutoria infra decem dies appellandum sit,postea autem non possit, quia faceret ius quãtum ad partem,& transiret in rem iudicatam.glo.in l.2.ff. de appel.reci.c.cum dilectus.de elect.ca.concertationi.de appel.lib.6.Bal.in l.si clericus.C.de episc. audien.subdens, quòd licet infra decem dies à die decretæ capturæ,vel à die carcerationis non sit appellatum potest quandocunque appellari, quia de præsenti,& quandocunque, & successiuè quis propterea grauatur:& quãdo grauamen habet causam continuam,uel successiuam, non currit tempus decem dierum ad appellandum,& semper dicitur esse infra decem dies,pro quo facit etiam tex. in l.1. in fi.ff.de vsufr.accre. Et ꝙ hoc tempus decem dierum incipiat currere ab hora sententiæ latæ probatur ex tex.in alle.Authen.Hodie. C.de appel.in c. concertationi.& ibi per glo.eo.lib.6.& per glo. in cle.sicut in ver.à die.eo.tit.per Spec. dicto titu. §.restat.vers.Sed nunquid hoc tempus. & versic. Sed nunquid dies.Et quòd currat de momento ad momentum voluerunt Mil.in reper.in ver.Appellari debet.& Dec.Tolos.101.ac Fran.in c. ex ratione.num.2.& seq.& in c.bonæ.num.19.de appel.& hæc est communis sententia teste Alex. seu maui collegio Patauino inter cons.Alex.87. Nos Doctores.num.1.vol.6.ac Minsinger.singu. obser.centu.2.incipien.Decem dies. Quandoque currunt à die notitiæ,ut uoluit Spec.ubi supra. glos.in ca.1. de appell.lib.6.& in alle.cap.concertationi.Et uoluit Rot.55.in no.quæ incipit. Item si feratur sententia diffinitiua, ꝙ citatus ad domum ad audiendam sententiam,cum sit fictus contumax,ꝙ possit quandocunque infra decem dies à die notitiæ appellare,quia tunc non currunt illi decem dies à die prolationis sententiæ,sed à tempore notitiæ. Est Dec.22.appellatus.sub titu.de appel.aliàs 137.in no.ac Dec.Neapol.capit.139.per totam. ubi quando appellari possit per dominum,vel procuratorem à die notitiæ: & an sententia sit intimanda. Et etiam Decis.Lanfran.235. Decendium, ubi quod decem dies currant domino à die notitiæ procuratoris, quando iudicium fuit agitatum per procuratorem.

Quæro,an iudex illud tempus decem dierũ possit minuere,uel dilatare? Angel.in l.2.ff.de re iud. pro negatiua concludit.Idem uoluit Fran. in c.cum sit Romana.num.7.& sequ.de appell.Amplio,quod nec etiam de consensu partium. iuxta Dec.Lanfran. 475.decendium.& Minsinge.singu.obseruat.centu.1.Dec.68.incip.Decendium. ubi subdit,quod nec etiam per compromissum id partibus facere liceat. ac centu.8.Dec.11.incip. Non solum.Limito nisi ex magna causa puta scandali vitandi, uel aliqua vtilitate suadente.prout uoluit glo. & Fran.in c. cum sit Romana.de appella. Sicut enim potest restringi respectu prosecutionis appellationis, ut in c.personas.& in c.Romana.eo.ita respectu appellationis interponendæ. cum non sit ratio differentiæ. ad nota.in capitulo suspitionis.de offic.deleg.& cap.legitima.eodem titu.libro 6.

Secundo quæro,an per statutum, uel consuetudinem

dinem poſſit iſtud tempus decem dierum minui, vel elongari? Affirmatiuè reſpondendum eſt, ut uo luerunt Ang. in alleg. l. 2. ff. de re iudi. & Abb. in di cto cap. Romana. de appel. & Romæ habemus ſta tutum. lib. 1. cap. 161. rub. infra quantum temp. ap pel. præfigens terminum octo dierum.

Ob nõ proſecutionem.

Quo caſu tranſit etiam ſententia in rem iudicatã, illiuſque executioni locus eſt. l. 2. cum ſua authen. C. de temp. appel. clem. ſicut appellationem. de ap pel. c. perſonas. c. cum ſit Romana. & c. ex ratione. vbi omnes. eod. tit. Rot. 98. licèt appellatione. cum addi. in no. Hic caſus non proſecutionis eſt valde diuerſus à præcedente, non prouocationis, vt ex ſe patet. Verum non parua reſtat difficultas, videlicet. An ſicut ſi nulla appellatio interpoſita ſit, poteſt de iure is, qui illã tulit nullo obſtante impedimen to eam exequi. c. non poteſt. c. cum aliquibus. cum alijs. de re iudi. glo. & Doct. ſuper rubr. C. de exec. rei iudi. Et delegatus per ſe vſque ad annum. c. in literis. & ibi Abba. in 2. not. & ca. quærenti. de offi. deleg. Abb. conſil. 87. colum. 2. lib. 1. Ita etiã poſſit iudex, qui tulit ſententiam, ſi ob non proſecutionẽ illa in rem tranſiuerit iudicatam, eandem executio ni demandare, abſque alia remiſſione facienda à iu dice ad quem, iudici à quo? Quod non ſit neceſſa ria remiſſio aliqua: ſed ipſo iure negocium princi pale reuolet, & reuocetur ad iudicem à quo, nota. in c. cum appellationibus. & ibi per Gemi. & alios. de appel. lib. 6. per Imol. in clem. ſicut appellatio nem. eo. per Angel. in l. ſi contra maiorem. per illũ tex. ſingu. quem dicit infinitis vicibus practicaſſe. C. de appel. Et eius verba pro aureis commendat Fely. in ca. ex parte. 2. colum. 6. verſ. Declara tamẽ. de reſcri. Idem Fely. in cap. ex ratione. colum. 2. de appel. per Bal. in alie. l. 2. ad fi. per illum tex. quem dicit meliorem de iure. C. de temp. appel. per Bart. in l. 1. in fin. ff. nil noua. appel. penden. per Matthe. Mattheſi. not. 29. incip. quod appellans. per Feder. de Sen. conſ. 28. punctus quæſtionis talis eſt. in fin. per D. meum conſ. 97. colum. 2. & per Bero. in ſua quæſt. familia. incip. apertiſſimi. quæ eſt 120. ante num. 6. verſ. præterea notanda ſunt verba. Iuxta terminos noſtros ceſſat difficultas, quæ oriri vide tur ex deciſionibus Rotæ, & ex adductis per Bero. ubi ſupra in tota illa quæſt. propter clauſulam, de qua infra, videlicet, Præfato R. D. Auditori. item ſeruatis quatuor terminis, &c. A quo autem tem pore incipiat currere terminus anni ad proſequen dum, licet ſecundum ius antiquum dicendum vi deretur, ꝙ à die latæ ſententiæ, prout per Doct. in l. vlt. de tempo. appel. Hodie eſt clarè deciſum per clem. ſicut. de appel. quòd à die appellationis, tam iudicialis, quam extraiudicialis currere incipiat, non autem a die ſententiæ.

In rẽ tranſiuit iudicatã.

Quæ res iudicata duo parit remedia, videlicet a ctionem iudicati in factum, orientem ex ſententia iuxta tex. in l. miles. §. vlt. & in l. in iudicati. ff. de re iudi. ac in l. actor. C. de reb. credi. Item officium iu dicis. ad tex. in l. qui reſtituere. ff. de rei vindic. De vtroque remedio huiuſmodi late tractat, conclu dens magis expedire intentare officium iudicis, in quo non requiruntur iuris ſolemnitates, & ordo iu diciarius. Spec. in tit. de execu. ſenten. § Breuiter di cendum eſt. Pro quibus duob. remediis, & in qui bus inter ſe differant, videantur And. de Iſern. in conſti. Regni? Dilationes. col. 2. in fi. vbi etiam, ꝙ melius eſt pro huiuſmodi ſententiæ executione in ſtare per viam officij iudicis: tunc enim non requi ritur libellus, & litis conteſtatio: ſecus ſi via actio nis & Matthe. de Aſſli. Dec. Neapo. 346. in quadã. Iaſ. ſuper rub. ff. de re iudi. nu. 16. pro quibus etiã videtur Cur. Iun. conſ. 179. præſupponitur. nu. 5. verſ. confirmatur præmiſſa concluſio. Rei iudicatę mentio in reſcripto neceſſaria eſt, alioqui reſcriptũ inualidum eſſet. cap. expoſita. ubi glo. & communi ter Doct. de arbitr. Fely. in cap. ſuper literis. nu. 14. & Bero. nume. 72. alios citans. de reſcri. Aymo con ſilio 79. nu. 2. Barb. conſ. 46. col. 2. lib. 2. Neuiz. con ſil. 36. nu. 13. Hæc intelligas in impetrante, contra quem adeſt res iudicata.

Amplia etiam ſi in reſcripto dicatur, non ob ſtante ſententia lata; nam per hoc non eſt dictum ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam. Alexand. conſil. 94. nume. ſecundo, lib. 2. Fely. in alleg. ca. ſu per literis. nu. 14. de reſcr.

Parum eſſet ſententias

ferri.) Ex ſententia Ariſto. 6. Politico. capitulo 8. in hæc verba: Nihil prodeſſent de rebus iuſtis iu dicia aut ſententiæ, niſi forent, qui eas executioni mandarent. Hæc innuunt verba Darij Regis 1. Eſ dræ 6. Ego Darius ſtatui decretum, quod ſtudio ſè impleri volo. & poſt. Secundum, ꝙ præceperat Rex Darius, ſic diligenter executi ſunt. Nec mul tum diſtat ſententia Horatij Odæ 24. lib. 3. Quid triſtes quærimoniæ ſi non ſupplicij culpa recipit? Quid leges ſine moribus vanæ proficiunt? & eſt tex. in cap. cum aliquibus. de re iudic. Quod & vo luerunt glo. & Docto. ſuper rub. C. de exe. rei iud. Specu. ſuper rub. de execu. ſenten. in princi. Ioan. And. in cap. ulti. uerſus fin. de reb. eccle. non alien. ſic etiam dicimus, parum eſſet iura concedere, niſi ſit, qui eadem tueatur, ſeu ius reddat. iuxta tex. in l. 2. §. poſt originem. ff. de ori. uir. & in cap. ubi peri culum. §. præterea, quia parum eſſet iura condere. de electio. lib. 6. glo. in prohe. inſtit. in uer. per legi timos tramittes. uerſus. fi. Et pulchrè dixit Lap. al leg. 92. inſpeximus. ante nu. 9. Fortius eſſe dare ob ſeruatores legis, quàm ipſas leges facere. Et ibi ex pono obſeruatores, i. qui leges, & in legibus contẽ ta obſeruari faciant. Similem obſeruatorem, uel ſententię executorem uidemus Daniel. 13. Rectè mentitus es in caput tuum, ecce quia Angelus Dei accepta ſententia ab eo, ſcindet te medium.

Pręfato R. D. Auditori.

Idem iudex exequitur, qui ſententiam tulit. l. ſi cõ tra maiorem. & ibi Ang. & l. quoniam nonnulli. C. de appel. c. cum eccleſia. extra eo. titu. Intellige ta men inxta communem diſtin. relatam per Bar. in l. præcipimus.

præcipimus.§.officiis.C.de appel. quem omnes.se quuntur in l.eos.C.eo.& Canonistę in cap.Romana.§.vlt.eo.lib.6.Phi.Fran.in c.ex ratione.col.10. in 7.memb.princ.verf.Quoad primum conclude. Et uide omnino per Fely.in cap. ex parte 2. col.5. num.9.& seq.de rescr.Et dum quærunt doct. quis iudex cognoscat super desertione,ita distingunnt. Aut appellatio nunquam fuit interposita,seu producta coram iudice ad quem, & iudex à quo pronunciabit appellationem desertam,vt in cap.personas.& in cap.cum sit Romana. de appel.Angel. in l.eos.C.eo.& consuluit Fede.de Sen.consil.128.casus talis est,quidam a sententia: dicens etiã, quòd quando nulla est facta prosecutio coram iudice ad quem, & fatalia sunt decursa,debet adiri iudex à quo, & peti pronunciari appellationem desertam: & appellantem condemnari in expensis. per tex.in cap.reprehensibilis.de appel.& in cap.1. eod. titu. li.6. Aut appellatio fuit interposita, ac introducta coram iudice ad quem: & tunc ad ipsum iudicem ad quem spectat cognoscere, ac pronunciare super desertione: & non ad iudicem a quo. Et ratione dubij an appellatio sit deserta, vel non: uel adsint impedimenta iusta,uel non, ipse iudex ad quẽ diffiniet,ex quo ipse fuit semel aditus. Et ita tenent Bald.in alleg.l.eos.cir.prin.Anto.de Butr.& Imol. in dicto cap.reprehensibilis.in fi. licet Io.And. eo. titu.lib.6.voluerit,ꝗ etiam eo casu, quo nulla facta fuisset prosecutio coram iudice ad quem, tamẽ ex quo constat ad eum appellatum, adiri poterit: & peti,ꝗ pronunciet appellationem desertam: & condemnari appellantem in expensis per illũ tex. & tex.in cap.cum appellationibus friuolis.eo.titu. de appell.lib.6.Fatetur tamen, quòd iudex a quo adiri poterit.

Seruatis quatuor terminis.) Videlicet,ad docendum de legitimis appellatione, diligentijs, & prosecutione,primo pro prima dilatione:secundo pro secunda, tertio pro tertia. Successiuo quarto pro quarta,& ex super abundanti. De hoc stilo antiquo loquitur Feder.de Sen.consil.28.punctus quæstionis.in fi.verf.Et pro tanto inualuit consuetudo per iudices, à quibus appellatur,assignari terminum ad faciendam fidem de prosecutione appellationis.pro quo vide etiam Anchar.conf.60. duplici.circa medium.verf.Ad hęc omnia respondeo.Et de istis terminis sensit Rot.Bellam.207.Auditor datus.in fi.& 608.nõ licet.in antiq.Nonnunquam obtinetur in commissione, ꝗ loco terminorum præfigatur aliquis breuis terminus peremptorius aduersario ad docendum, ut supra, & præfigi consueuit ad secundam diem cum intimatione.Effectus obseruationis istorum quatuor terminorũ, seu præfixio termini præmissa remouet difficultatẽ illam,an statim lapso anno possit fieri executio, quia dicatur appellatio deserta. Pro negatiua adduci solet tex.in authen.ei qui.C.de tempo.appel. qui videtur requirere,quòd sit lapsum biennium. vt sic sententia primo suspensa per appellationẽ, firma remaneat: ergo ante biennium non possit sententia executioni demandari, vt voluit Bar. in d. authen.& in l.1.in fi.ff.nil noua. appel.pendẽn.sequitur Bald.in l.eos.colum.3.C.de appella.dicens desertionem appellationis non concludi ex solo lapsu temporis,nisi sit lapsum biennium.Innoc.verò in c.ex ratione. de appel. videtur tenere, quòd lapso anno executio fieri possit. & ibi sequi uidentur Anto.& Imol.

Omnes & singulas expẽsas.) Præfatis quatuor terminis seruatis, & iteratis ad taxationẽ, & moderationem expensarum deuenitur. præalle. Dec.608.no.licet.in anti. & hac commissione cum clausula præmissa obtenta non solum iudex taxare poterit, ac moderari expensas coram se factas, sed etiam coram aliis,si essemus in secunda,uel tertia instantia.Rot.734.nota,ꝗ quando. in anti.quã tamen Dec. intellige quãdo in commissione datur talis facultas,prout in fi. dictæ Dec. Et ita illam intellexit, & limitauit Rota in causa inter Beatricem Panegiam Hispaniam,Frãciscum Vaccam, & alios prout Dec.Crescẽ.14.aliàs sub tit.de expen.1.quæ incipit. Beatrix Panegia Hispana processerat corã Auditore Cameræ vigore instrumenti, vbi quòd Rotæ Auditor potest taxare, & moderari expẽsas coram Auditore Cameræ, ex quo commissio dicebat, ꝗ Crescentius procederet, prout poterat dictus Audiior. Expensæ huiusmodi petũtur officio iudicis,l.properandum.§.Sin autem alterutra.C. de iudi.l.terminato.C.de fruc.& lit.expen. glos.& Doct.in c.finem litibus.de do.& contum. Bar.in l. non solum.ff.de rei vindica.& in l.3.§.si rem.ff.de lega.3.Fely.in c.aduersario.num.6.de except.Soz. regu.140.in ver.expensæ tam ante litem contestatam, quàm post officio iudicis petuntur.Et nisi petantur taxari expensæ,iudex non tenetur illas taxare.glos.quam communiter sequuntur in ca. ult.de rescrip.Alex.& Ias.in dicta l. properandum. §.Sin autem alterutra.num.30.C.de iudi.Abb.& Felyn. in c.significauerunt.de excepcio.Corset.in suis singul.in ver.expensæ.

Quæro iudex appellationis pronũciauit appellationem esse desertam, & omisit condemnationẽ expensarum, an poterit postea circa expensas supplere? Videtur,quòd sic eadem die.per tex.i l.Paulus.ff.de re iudi.non autem postea. Goffre.autẽ uoluit,quòd etiam ex interuallo supplere possit: quia temeritas, & negligentia appellantis punitur quoad expensas ex dispositione præalle. cap.reprehensibilis.de appel.& illa regula.l.si deposita. quæ est 4.C.deposi.& l.terminato. C.de fruc.& lit.expen.quòd officium iudicis lata diffinitiua sentẽtia expiret,seu conquiescat,circa accessoria, nõ procedit hoc casu,quia expensæ petuntur condictione dicti canonis,reprehensibilis:& sic iure actionis,quæ expensæ possunt peti quandocunque, etiam post sententiam.ut est glo.nota.& ibi Bart.in l.3.§.si rẽ. ff.de lega.3 & in l.non solum.ff. de rei vindi.& ita resident Ioan.And.Anto.de But.& Imol.in ca. ex parte.de appel.

Legitimè.) Condemnatio in expensis legitimis fieri debet.cap.exceptionem,ibi.in expensis est legitimis condemnandus,

dus, de excep. cap. dilecti. ibi cum iuſtis, & modera tis expenſis. de fo. compe.

Factas. Expenſæ factæ, nō faciendæ taxantur. Innoc. in cap. cum veniſſent. in prin. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſeru. quem ſequitur Ang. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & Lanfran. in cap. quoniam contra. in ver. expenſas. num. 22. verſ. Attende etiam quòd iudex ſolum habet taxare expenſas factas, non autem faciendas. Eſt verum, quòd nonnunquam etiam præſentes expenſæ taxantur, puta quando decernuntur executoriales, ſeu brachium ſeculare, dicitur enim in inſtrumento, & pro præſenti inſtrumento brachij ſecularis, ſeu pro præſentibus literis executorialibus ducati quatuor, ſeu plus, vel minus iuxta ſubiectam materiam.

Quæro, an expenſæ in fauorem iurantis de paupertate, vel priuilegiati, vt minus ſoluat, quàm alij, taxandæ ſint habita ratione ſolutionis factæ, vel eo modo quo taxantur contra alios, uel nō iurantes, vel non priuilegiatos? Pro prima opin. q iuxta veram ſolutionem factam, eſt tex. in terminis in l. fi. C. de fructi. & lit. expen. per quam Bart. ibi concludit, priuilegium a principe conceſſum mihi ſuper ordinatorijs prodeſſe etiam aduerſario. Sequitur Lud. Roma. ſing. 369. Regula. & ad tex. cum ibi tradi. per Bald. & alios in auth. nouo iure. C. de iudi. vbi quòd expenſæ factæ etiam præſtito iuramento taxari debent, & conferunt quæ dicam in gloſſis ſequen. Item ſi pauper, vel priuilegiatus minus exponerent, & plus exigerent, locupletarentur cum aliorum detrimento, & iniuria, cōtra tex. in l. naturaliter. in fi. & l. ſequen. ff. de condic. inde. in l. iure naturæ. ff. de reg. iur. & in c. locupletari. eodem lib. 6. Pro alia opi. quòd taxatio facienda ſit, prout contra alios, facit, quia aliàs priuilegium parum, imò nihil operaretur. Quid prodeſſet minus ſoluiſſe, ſi minus poſtea priuilegiatus conſequitur? At priuilegium taliter accipi debet, vt aliquid operetur. ad tex. in l. 1. in fi. ff. ad municip. & ad alia quæ adduco in 4. quæſt. 23. Regu. uum. 7. Et priuilegium hoc aliter acceptum, vel magis, vel ſaltem non minus prodeſſet non priuilegiato, quàm ipſi priuilegiato. Domini de Rota in cauſa Maclouien. coram Rainaldo Petrucio concluſerunt expenſas in fauorem eius, qui iurauerat paupertatem, ad rigorem taxari debere, ac ſi non iuraſſet paupertatē, ea ratione, quia ſic iurans eſt obligatus notario cauſæ ſoluere ad rigorem, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit, & perinde ac ſi non iuraſſet. Secus autem dixerunt circa expenſas taxandas in fauorem Cardinalium, vel aliorum priuilegiatorum, qui ex priuilegio ſuarum perſonarum non ſoluunt ad rigorem, ita nec in eorum fauorem taxatio ad rigorē fieri debet, ſed iux. id quod ſolutum fuit, prout in Dec. Ptolo. 20. Verùm alia diſtinctione vti poſſumus, videlicet. Aut loquitur de habente priuilegiū ex mera gratia, & procedat diſpoſitio d. l. vlt. C. de fruc. & lit. expen. Aut de habente priuilegiū onerosum quale eſt priuilegium notariorum Rotę, vel aliorum ſua officia ementium, illaq; inde ſeſſe exercentium, noctu, diuq; inſudantium, vel aliorum in uinea Domini laborantium, qui non tenentur ad quaſdam expēſas, vel non ad eaſdem, quas alij, & non ſit locus dictæ l. ult. prout per Saly. ibi. & ita diſtinxit Rota in Conchen. Parro. pro Peſquera contra Ludouicum Torres S. Martij 1540. prout Dec. Ludou. Gomeſ. 66. incipien. Expenſæ ſunt reficiendæ. lib. 1.

Taxet. Si verbū hoc interpretemur, ideſt, crebrius tangat, prout apud Pli. lib. 15. cap. 15. Eadem cauſa in pyris taxatur. Iudicum Romanorum quid præcipuum, peculiare, propriū dicemus eſſe, circa taxationem expenſarum maximam adhibere curam, & diligentiam, ne partes in ijs taxationibus, etiam in minimo grauentur, quod vt facilius aſſequantur, non tam de iuramento qđ præſtatur in taxatione expēſarum, de quo in auth. de iudi. §. oportet. & in Authen. nouo iure. C. de iudi. vbi etiam Bald. & omnes. quàm de diligenti, & exactiſſima diſcuſſione circa expenſas factas cōfidunt, taxationemq; præcedere volūt actuarij cauſæ fidem de omnibus expenſis apud eum factis, crebriuſq;, & ſæpius tam notarius cauſæ, quàm ipſe iudex ſuper taxatione huiuſmodi facienda partes ipſas audit, ut quaſi manu tangat, quæ, & quales expenſæ præceſſerint. Rurſus nō omnes expenſas iudices noſtri admittunt, & taxant, prout plerique iudices exteri facere conſueuerunt, qui etiam inter expenſas connumerant ſalaria magna data aduocatis, & procuratoribus, ſportulas, & nonnulla alia data iudicibus, quin & in itineribus erogatas. iux. tex. in l. eū quem temerè, ibi, viatica ſumptuſq; ff. de iudic. Et pro victu, & alia ſimilia. Quòd ſi hæc Romæ fierent, expenſæ cuiuſuis cauſæ adeo creſcerent, vt litigator quiuis, etiam ditiſſimus, pauperrimus, & inops amiſſa cauſa remaneat. Taxare etiam pro pretio æſtimare accipimus, prout apud Plin. lib. 17. cap. 1. illos qui frugiferas tanti taxauerant. Hæc expoſitio conuenit huic expenſarum taxationi. Expenſæ enim quouis modo factæ ad certam pecuniarum ſummam reducuntur, hoc modo videlicet, taxamus, & moderamur ad ducatos centum. Aduertendum eſt, quòd ex antiquo ſtilo Rotæ, qui etiam hodie viget, qui tamen mihi (ſi liberè fari liceat, nunquam placuit) expreſsè in executorialibus taxantur, & moderantur ad ducatos auri de Camera boni, & iuſti ponderis, tamen ſoluuntur, & exiguntur in ducatis de Carolenis. Duplici de cauſa ſtilum hunc non comprobo: Tum quia ducati iſti carolenis ducatis valde differunt in nomine, in materia, in forma, in valore, errori, deceptioni, fraudi locus eſſe poſſet; quibus (quoad poſſumus) occurrere debemus. l. ſi cui. ff. de ſeruitu. l. in fundo. ubi glo. dat cōcordan. ff. de rei uindi. c. ult. cum glo. de poſtul. Cardin. in cle. 1. in 3. not. de re. permu. poterit uictor cauſæ, verbis claris ſcripturæ inhærens, parum fortè in Rotæ tribunali uerſatus, uel aliàs, aduerſarium victum decipere, tentans non in ducatis de carolenis iuxta ſtilum, ſed in ducatis auri de Camera exigere ab inſcio debitore huius obſeruationis. Poterit item cauſæ procurator, ſollicitator, uel amicus expenſas ſoluens, loco ducatorum de carolenis recuperare

tot au-

tot aureos de Camera. Miror hunc stilum in Rota vigere, qui non est in alijs vrbis tribunalibus. Credendum est tantos uiros, & patres ita sapientes aliqua ratione ad id seruandum motos.

Moderetur. Idest, modũ adhibeat, seu ad debitam quantitatem reducat, temperet, metiatur. Sic apud Plaut. in Curcul. linguæ moderandum est. Suet. in Augusto. Nec successum victoriæ moderatus est. De verbo moderor, & de moderatione latius tracto supra comm. 2. in ver. moderandis. Moderata esse debet expensarum taxatio. arg. tex. in l. inter. §. fi. & l. seq. in prin. ff. de dam. infe. c. cum dilecti. ad fin. ibi (Et ad legitimas, & moderaras expensas, &c.) de do. & contu. cap. 1. versus fi. de seq. pos. c. dilecti. ibi (Cũ iustis, & moderatis expensis.) & ibidem glo. fin. de fo. compet. Taxatio, & moderatio expensarum Romæ simul fit, seu eadem subscriptione vtrumq; cõprehenditur sub verbis de quibus supra taxamus, & moderamur, &c. Et sic cessat disputatio Abb. & aliorum post Inno. in c. fi. quod met. cau. Phi. Fran. in c. sæpè, colum. antepen. in 14. quæst. de appell. videlicet. An post taxationem possit idem iudex immutare, seu moderari taxationem expensarum. An autem appellante condemnato ab excessiua taxatione iudex appellantem reponens iuxta stilũ Romanum possit taxationem, & moderationem factã rursus moderari, vel reducere, hic non discutio, alibi forsan tractabo.

Executoriales. Executorialiũ formulã habes apud D. Oct. Vestrium lib. 8. dum de executione rei iudicatæ, expensarum taxatione, ac fructuum liquidatione tractat, ubi plura inuenientur pro hoc rescripto, pro terminisq; in negocio executiuo seruari solitis, & pro omni processu ad executionem rei iudicatæ requisito. Pro quibus etiam, & pro quatuor terminis, post executoriales executas, & ante declaratoriam, videatur Fely. in c. ad probandum. nu. 6. de re iudi. Cassa. dec. 6. num. 10. de cau. pos. & proprie. & in annotatio. ad Rotæ decisiones, quæ Papazoni adscribũtur super dec. 2. de rescri. num. 45. cum pluribus sequen. Et dum præfati dicunt, seruari debere quatuor terminos, videlicet, ad docendum paruisse literis executorialibus primo pro prima dilatione, &c. ac postremo quarto pro quarta dilatione, & ex sup abundanti, de quibus quatuor terminis supra etiam locuti fuimus. Addo ꝙ illa citatio, seu terminus quarto pro quarta, & ex superabundanti fit ad cautelam, prout in simi. habemus tex. in l. si pupilli. §. 1. & ibi glo. in ver. quia ex abundanti. ff. de neg. gesto.

Citatione præcedente.

Quærunt Inn. Anto. de But. ac Imol. in ca. ex ratione. de appel. an constito, ꝙ appellatio sit aliquo modo deserta possit fieri executio sine citatione condemnati, & causæ cognitione? & cõcludunt pro affirmatiua, & sic, quòd non sit opus alia citatione, ex quo semel est plenariè cognita, contrarium tenuit Zabba. in clem. sicut. de appel. in 2. quæstio. ꝙ in executione sententię sit necessaria partis citatio, & causæ cognitio, ad quod citare poterat Bar. in l. vni. in fi. ff. nil noua. appel. penden. adducunt pro hac opin. tex. in l. si contra maiorem. C. de appella. vbi dicitur, ꝙ debet constare iudici de desertione appellationis antequam exequatur, at constare nõ potest nisi parte citata, & causa cognita, vt in c. 1. de cau. pos. à proprie. in l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. Nec constare dicimus appellationem esse desertam ex hoc solum, ꝙ fatalia sint decursa, vt per Bal. in l. alle. C. eos. col. 1. C. de appella. & in l. 2. in fi. C. de tempo. appella. vbi dicit de hoc esse meliorem tex. qui sit in iure, quòd post fatalia non possit fieri executio sentẽtiæ nisi citata parte ac causa cognita, nõ ergo sequitur lapsa sunt fatalia, ergo debet sententia executioni mandari inaudita parte. vt ibi in tex. & residet Abb. in cap. ex ratione. de appel. in fi. & hanc sententiam tanquam veriorem amplector. Quoties enim posset absenti aliqua defensio competere semper est necessaria citatio, etiam in notorijs, vt tenet glos. in ca. ad nostrã. 3. de iureiu. Hæc secunda opin. confirmatur ex hac clausula rescripti, videlicet, vnicã citatione præcedente, & sic cessabit omnis hæsitatio.

Contra dictũ R. aduersariũ intrusũ oẽsq; alios, &c.) scilicet intrusos, & intrudendos. Nec intrusi, vel intrudẽdi lite pendente excusari pñt cur nõ pareant executorialibus absq; nouo processu, per ea quæ dixit Bar. in l. creditores. num. 23. C. de pigno. & in l. 1. §. 1. vers. Item quòd si sententia. ff. de litig. Rot. 477. in no. ac Bellam. 709. & habemus in Decis. Paleot. 88. incipien. orta fuerat. post princ. & in Dec. Crescen. 142. aliàs 2. sub titu. de execu. rei iudi. incipien. Executoriales quę capiunt certum. & in Decis. Caputaquen. 187. lib. 1. Omitto reliquas glossas clausularum huius commissionis, quæ claræ redduntur ex locis supra adductis, & ex infra dicendis, illarumq; loco aliquas non inutiles quęstiones subijciam.

Primò igitur quæro, an executoriales decretę nõ seruatis quatuor terminis sint inualidæ? Pro opin. affirmatiua vltra alia quæ adduci possent, facit, ꝙ forma non seruata corruit actus. cap. venerabili. de offic. deleg. c. Pisanis. de resti. spol. cap. dilecta, vbi latè Felyn. post alios de rescrip. Cum igitur rescriptum mandet seruari quatuor terminos ante executorialium decretum, illis non seruatis executorialium decretum nullum erit. Corroborantur proximè dicta, ex quo verba rescripti sũt, seruatis quatuor terminis. Ex istis ablatiuis absolutis conditio infertur. vulga. l. a testatore. ff. de condi. & demon. l. fideicommissum. §. cum esset, & ibi Bar. ff. de leg. 3. Calde. consi. 1. sub tit. de verb. sign. D. meus consil. 383. viso puncto. colum. 2. post medium. Conditio autem formam inducit, & solemnitatem non leuem, cuius omissio inducit actus nullitatem. ad Bald. in l. comparationes in 3. oppo. C. de fi. instru. & alios per me adductos in 20. quæstio. Regulę de non iudi. post nume. 13. Insuper notorius est stilus præmittendi obseruationem quatuor terminorum ante decretum executorialium. Rot. Bellame. 207. Auditor datus. in fi. & 608. no. licet. in antiq. vnde stilo non seruato inualidus redderetur actus, a quo

quo ſtilus Rom. Cu. pro iure habetur. capit. quam graui. de crimi. fal. Curt. Iun. conſilio 178. numero decimotertio. Concluſerunt R. Domini de Rota ſub die Mercurij 12. Nouembris 1550. in vna nullius iuriſdictionis villarum inter Rodericum de Cabreda, & Comitem de Oliua coram Achille de Graſſis. voluerunt enim (vti bo. memo. Nouatus annotauit) executoriales ſubſiſtere non obſtante ꝙ non eſſent ſeruati quatuor termini prædicti. Ne quis autem decipiatur aduertendum eſt, ꝙ in caſu decreti Rotalis huiuſmodi duo concurrebant, alterum erat, quòd res iudicata ſupponebatur ob non appellationem infra decendium. Alterum, ꝙ ex eiſdē actis conſtabat de re iudicata, conſtabat enim de die latæ ſententiæ, videlicet 7. Martij, & de appellationis interpoſitione die 23. Aprilis, & acta erant repetita. Videnda erunt quæ ſcribam infra quæſtio. 24.

Secundo quæro, àn ſi quatuor termini ſeruati ſint vnico contextu, & in citatione adſit verbum peremptoriè, ſubſiſtat executorialium decretum. Pro opin. affirmatiua pōdero, ꝙ ſi in terminis proximè præceden. quæſtionis nō ſeruatis quatuor terminis executoriales validæ declaratæ fuerunt, fortius validæ cenſendæ ſint illis ſeruatis vnico contextus, vt abundans cautela non noceat. l. pupilli. §. primo, verſicu. quid tamen. ff. de nego. geſto. l. teſtamentum non ideo. in fi. C. de teſtam. l. non ſolet. ff. de regu. iur. cap. primo, & fi. de ſacra. non iteran. Inſuper non refert quid ex æquipollentibus fiat. l. ſi mulier. ff. de cond. cau. da. l. Iulianus ait. ff. de condi. & demonſtra. l. mulier quæ duobus. primo reſpon. ff. ad Trebell. l. fin. in fi. ff. manda. ſed peremptoria monitio, ſeu citatio æquipollet trinæ, vel vlteriori. l. non vnquam. ff. de iudi. l. conſentaneum. C. quomo. & quan. iud. l. contumacia. ff. de re iudi. capitul. de illicita. §. de conuentione. 24. quæſt. 3. Matthe. Mateſi. ſing. 132. no. quòd peremptoria citatio. Quę tanto magis procedunt in Rom. Cu. vbi omnes termini ſunt peremptorij, nec in citatione etiam ad ſententiam exprimitur, nec exprimi conſueuit illa dictio, peremptoriè. Rot. 245. licèt in cauſis. in nou. Felyn. in capitulo, conſuluit. poſt nume. 12. in 10. fallen. de officio delega. Negatiua opinio. verior eſt, & ſeruatur, præſertim quando commiſſio habet, ſeruatis quatuor terminis, & ſic dat formam. ad capitul. cum dilecta. de reſcript. cum alijs. Et ſic requirente ſtatuto trinam citationem tres citationes diſtinctæ requiruntur, nec ſufficit vna peremptoria pro omnibus. Bald. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iud. glo. & Bartol. num. tertio, in l. ſi conuenerit. ff. de pigno. actio. Marian. Sozin. de citatio. art. 27. in ſeptima quæſtio. princi. poſt nume. 57. in ſecunda fallen. Felyn. in alle. cap. conſuluit, numero decimoquinto, in tertia fallen. & D. meus poſt numerum 11. in tertio caſu. de officio delega. quin & maiori ratione, diſtincta, & non conculcata obſeruatio huiuſmodi terminorū exigi debet, id reſcripto ſummi Pontificis mandante. & faciunt quæ Abb. & alij notant in dicto capitulo conſuluit, & Mar. Sozi. in diuerſis queſt. dicti art. 27.

Tertiò quæro, àn decretum executorialium ſit mera interlocutoria, uel habeat vim diffinitiuæ? Pro prima opinio. eſt doctri. Bald. in l. ab executione, columna prima, verſ. concludit ergo. C. quo. appel. non reci. Idem uolunt Ang. & Imol. in l. ab executore. ff. de appella. Angel. conſil. 114. quidam petijt. numero tertio, & conſil ſequen. colum. prima, verſic. Quia igitur dicta pronuntiatio de exequendo, adducens etiam rationem, quia ad talē pronuntiationē, peruenitur ſine ſolemnitatib. quæ requiruntur pro ſnīa diffinitiua. Aret. in l. ſtipulationū aliæ, poſt nu. 2. verſ. Vnde pronūciatio de exequendo licèt determinet articulum principaliter deductum in iudicio executiuo, non dicetur diffinitiua, quinimò nec habens vim diffinitiuæ. ff. de verborum oblig. Idem concludit Corn. conſilio 221. in hac, numero quinto, colum. quarta. & Fran. in cap. cum ceſſante, columna antepenul. verſic. Vndecimo quando pronunciatur. de appel. Ruin. conſilio 78. in queſtio. numero primo, vbi hanc communē teſtatur. volum. quinto. Pro ſecunda opin. quòd imò vim diffinitiuæ habeat, adduco Ange. in l. ſtipulationum, in princ. vbi dicit ita cōſuluiſſe apud Vrbinum, & ita fuiſſe iudicatum, & ꝙ plures Docto. Bonon. Peruſini, & Paduani concurrebant in eandem ſententiam. Et ꝙ ſit interlocutoria, vim diffinitiuæ habens, & diffinitiuæ naturam ſortiatur, dicit ibi Ludou. Roma. numero duodecimo, & ꝙ ita ipſe iudicauit, & Domini de Rota bis ipſius ſententiam confirmarunt. ff. de verborum obliga. idem Roma. conſilio 41. in præſenti, in princip. & ad partes diſputat Felyn. in cap. quo ad conſulationem. numero decimotertio, & ſequen. de re iudic. Quid tenendum? cum iuxta hanc ſecundam opi. Rota antiquo tempore bis iudicauerit teſte Ludo. Roma. ubi ſupra, & tempore meo, vt hic ſubijciam, idem ſenſerit, hanc ſecundam opin. amplector, ꝙ vim diffinitiuæ habeat, ita enim tenuit Rota prout annotauit Nouatus in Salamantina Abbatiæ pro Didaco Ruiz, contra A. Roderici Maulon coram Veſtano die Lunæ 20. & Veneris vlt. Maij. 1549. Aduertendum tamen eſt, ꝙ Docto. ſupracitati, & alij ibi dupliciter loquuntur, videlicet de exequenda ſententia, & de exequēdo inſtrumento: Hæc inter ſe valde differunt.

Quartò quęro, an appellatio a decreto executorialium interpoſita ſuſpendat executionem? ſupponendum eſt, ꝙ de iure ciuili appellatio legitima a ſententia diffinitiua interpoſita extinguit iudicatū & eius effectus, & facit non iudicatum, uel perinde ac ſi iudicatum non eſſet. l. ſecunda, verſic. cæterum ſi prouocet nondum damnatus videtur. ff. de pœnis. l. prima. in fi. ff. ad Turpil. l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniu. teſta. l. furti. ff. de his qui notan. infam. l. qui a latronibus. §. ſi quis. ff. de teſta. gloſ. in l. in ratione. §. Imperator. in ver. an vero. ff. ad leg. Falcid. latè Iaſ. in l. prima. numero nono. ff. de re iudi. De iure autem canonico ſuſpendit. cap. veniens. capitulo paſtoralis. §. præterea. de offic. delega. Iaſ. dicto numero nono. vbi poſtea nume. 10. ſubdit ꝙ epiſcopus per ſententiam depoſitus ab epiſcopatu appellans, integer remanet in officio, & hono-

& honore suo,& fingitur nō damnatus,& penden te appellatione excommunicare poterit subditū. pro hoc etiam videatur Lap.alleg.2. nume. tertio. & post nume. 6. Et pro præmissis Sozin. consilio septuagesimosexto. visa facti,numero 4. vbi testatur hanc communem opinio. q appellatio à diffini tiua suspendit,& interlocutoria vim diffinitiuę ha bens accedit naturæ diffinitiuæ , & de hac sicut de illa iudicatur,ad nota. per Bald.in l.minoribus, numero octauo . vbi subdit quòd plus ponderamus vim,& effectum sententiæ,quam nomen, vn de licèt nomine sit interlocutoria, ad instar tamen diffinitiuæ redacta est.C.de his quib. vt indign.Et huc pertinent ea quæ adduco supra in 17.commis. Appel.in ver.seu vim diffinitiuæ.Concludo quòd appellatio huiusmodi suspendit decretum executorialium,& ipsam executionem,seu negocium executiuum,prout in propriis terminis nostris volue runt Domini de Rota in illa Salamantina Abbatiæ,de qua in præceden.quæstio. dato dubio vtrū appellatio à decreto executorialium, seu causa nul litatis commissa suspendat negocium executiuum. bo.memo. Nouatus annotauit in hæc verba . die Lunæ.25. Februarij 1549.Rota stetit pro affirma tiua. Idem etiam conclusit postea die 20. ac vltim. Maij eiusdem anni . Pro huius proximè præcedentis quæsiti maiori declaratione duo etiam supponenda sunt,quorum primum est,quod executoriales,de quibus tractamus decernuntur , vel post tres sentētias conformes latas, vel post primā,seu secundam sententiam,quæ in rem transiuerit iudicatam ob non appellationem,seu ob non prosecutionem,si post tres sententias conformes non cadit disputatio an sapiant interlocutoriam, an diffinitiuam,& an ab illis possit appellari , vel suspendant, seu extinguant iudicatum: veniunt enim ad execu tionem illarum trium conformium, nec appellatio aliqua, vel exceptio admittenda erit , nec impediri poterit,vt in rub.& l.vni.C.ne lice.tert.prouo.ca pitulo,directè,in fin.de appel.clemen.prima. de re iudi.Alterum est, quòd executoriales quæ conceduntur lata vna, vel duabus sententijs pro re iudicata ob non appellationem,vel ob non prosecutionem sunt potius a stilo Romanæ Cur. inuentæ ad euitandum pronunciam , seu sententiam super desertione,quæ nunc non requiritur,vt per Felyn. in cap.ex parte 5.in ver.clem.si appel. vers.Declara tamen dupliciter, de rescrip.Et sic hodie in Rota cessabit discussio.Bald.in l.secunda, columna se ptima, versic. Vlterius quæro nunquid a sententia lata super desertione.C.de episco.audien.pro quo videatur Rot.424. in . . quæ incipit. Item si ad effectum,col.2.

Quintò quæro, fuerunt decretæ executoriales contra Titium intrusum,omnesq; alios &c.an valide intimari potuerint capitulo alicui intruso?Pro opin.affirmatiua videtur respondendum,cùm per hoc rescriptum mandetur iudici, ut decernat literas executoriales contra Titiū intrusum omnesq; alios,& sic contra omnes vt singulos , & omnes vt omnes vt omnes,seu collegiū,capitulum &c. illud enim signum vniuersale,omnes,aptum est compre hendere quascunque personas,communitates,& vniuersitates,& sic ueras persnnas,& fictas,ex quo nihil excludit.l.a procuratore.C.māda. l.moschis quæ est 47.in fi.& ibi Bartol. ff. de iu. fisci . Glos. in pragma. sanctio. capit.primo.§.ipsas omnes.capitulo solitæ.de maio.& obedien. capi.si Romanorum,ibi. & ab omnibus &c. reuerenter assumi quod intelligitur ab omnibus personis, collegiis & uniuersitatibus christianis.decimanona distin. Item dispositum de persona,extenditur ad vniuersitatem,quando statuens,uel princeps uerisimiliter idem disposuit,& si interrogatus fuisset. gl.ult. fi.in capitu.tale pactum.ff.de pact.Alexand.consilio 216.Nec arguendi sumus. columna 7. & sequ libro secundo. Quod etiam sentire uidetur Gemi. in capitu.cum in multis. columna secunda . in fi. uers.sed dicit.de rescrip.libro sexto. Accedit quia tanto magis opin.affirmatiua subsistet,si supponimus in huiusmodi commissione adesse clausulam quam semper apponendam esse consulo, uidelicet omnesq; alios communiter,uel diuisim &c.ad text. in capitulo,cum in illis.ad fi.de præben. lib.sext. & ad ea quæ adduco supra in 1. com. in uer. com muniter . Contraria opinio tenenda est, & sic negatiua,capitulum enim seu collegium sub generalibus uerbis non comprehenditur. Ludo.Rom. consilio 436.quod indultum,ubi per plura fundamenta probat indultum derogans priuilegiis familiarium descriptorum in Cancellaria,& quibuscun que alijs, non derogare priuilegijs collegij Dominorum torum Rotæ,quod con.sæpè sequuta est Rota, per Sarnen.in secunda quæstio. Regu.de Idiomate me.3.Et quòd collegium,seu capitulum nō ueniat latè tractat.Felyn.in capitu. eam te . numero de moquarto.in uer.aliud.de rescript.& latius quam cæteri probat Lau.Calcan.con.1. Quæ tanto magis procedere debent in casu nostro, ex quo rescripta sunt stricti iuris.c.P.& G.de offic. deleg.Inn. Compostel.& Io.And.in capit.super literis.de rescrip.Rot. 396. si committatur . numero tertio, no.Roma.cons.388,in casu,post num.4. uers. uiter dicendum. Et q per clausulas huiusmodi possunt citari uniuersitates,collegia, seu capitula nisi in commissione aliquod collegium, uel capitulum specificatum fuisset, apposita postea clausula omnesque alios,concludit Archid. in cap.secundo quem alij sequuntur.de rescrip.libro sexto.& Ge min.in cap.cum in illis.§.illis uero, numero 10. præben.eo.lib.& Felyn.in alleg.cap.eam te.nu. de rescri.Et pro hac opin.negatiua,ut dixi supra commis.in uer. omnesq; alios , conclusit Rota lunę 28.Aprilis 1550.in Hipponigien.cano.coram Fabio,inter capitulum Hipporrigien.& Francis. Florianum,dato dubio utrum censuræ latæ contra capitulum sunt nullæ.

Sexto uerò fuerunt intimatæ executoriales in tis uniuersitatis, uerum quia iurati responderunt notario intimanti,se amplius non esse iuratos,& cessasse eorum officium, qui notarius intimauit huiusmodi literas executoriales in parrochiali, intimatio dicatur legitimè facta. Rota in Tiraso. Decimarum de Verlas respondit, intimationem legit-

legitimè factam, quoniam pro parte episcopi, in cuius fauorem executoriales decretæ erant, non potuit adhiberi maior diligentia, quàm ea, quæ seruata est: Sufficitque ad illorum notitiam deuenisse: & quia satis est citare officiales, & administratores, qui sunt personæ publicæ, & omnibus notæ. glos. in cap. si capitulo, quam ibi sequitur Gemin. columna antepen. de conces. præb. lib. 6. Et illam gl. sequitur etiam Bar. in l. nō potest, vbi quòd debeant citari illi, qui regunt vniuersitatem, & tūc perinde habeatur ac si ciuitas, vel vniuersitas citata esset. ff. de reg. iur. & Bart. in l. vlt. ff. quod cuius. vniuer. Bal. in authen. sed cum testator. nume. 5. C. ad leg. Falci. Angel. cons. 196. Nec obstabat, ꝙ illi negarent se esse tales, cum enim notarius referat se illis intimasse, ut iuratis, & officialibus, credendum est potius notario hac in re, cum ille referat de personis publicis, & omnibus notis. Maria. Sozin. art. 20. num. 52. de citatio. Abb. in capit. bonæ memoriæ. 1. num. 51. vers. sed quomodo probabitur. de elec. ubi pro nota. sequitur glo. præmissam. Et aliàs hoc tētum fuit, coram R. D. Iunio in Pampilonen. 9. Decembris 1556. Rursus illa responsio iuratorū videbatur dolosè facta, cum supponeretur, aliàs dum eis intimatio facienda esset, eosdē de ecclesia exijsse ne citari possent. Amplius non negabant se iuratos fuisse, sed dicunt nunc cessare officium illorum. Vnde hanc exceptionem iustificare tenebantur. Postremò daretur occasio omnibus citatis negandi se esse tales: & ita excluderentur omnes intimationes. De ijs habemus Dec. Paleo. 361. incipien. olim fuerunt intimatæ.

Septimo quæro, an executoriales personaliter intimari debeant? Cōcludendum est, ꝙ sic, vt Dec. Put. 9. incipien. intimatio executorialium debet fieri personaliter, aliàs nō est bona. de iud. & Dec. eiusdē Putei 32. li. 2. incipien. In vna castri Massanæ. Et ita stilus Romanus passim seruat, vt etiam habetur in Addi. quę Papazono ascribitur, ad Dec. 2. nume. 55. & ad Dec. 5. nu. 18. de rescr. in no. Et est pręcipua ratio, quia post intimationem executorialiū, ad censurarum ecclesiasticarum fulminationē deuenitur. Excommunicari autem quis nō potest nisi personaliter citatus sit. Rot. 313. no. ꝙ lite. & 237. no. ꝙ ex processu, vers. Vnde antequam quis excommunicetur. in antiq. & in pręall. Addi. ad Dec. 2. de rescr. num. 48. in no. Limitari debet conclusio prædicta, nisi ille, cui executoriales intimandæ essent personaliter, turpiter latitaret, nec reperiri posset, tunc enim pro personaliter intimatis haberi debent si intimarentur per edictum, & iuxta modos in subsidium inuentos, ad text. in l. 1. §. sed Aristo ait. & ibi Alex. ff. quod vi. aut clam. Et ꝙ sic latitans pro personaliter citato haberi debeat voluerunt Bal. & Ang. in l. 2. C. de anna. except. Vide Specu. in tit. de contuma. §. 1. in prin. & est tex. in cle. 1. in 1. respon. & ibi Boni. de Vitali. nu. 71. de fo. compe. Et in propriis terminis nostris conclusit Rota in vna Senen. pro Dominis Maximis cōtra Chisios. Notarius enim executoriales contra Chisios personaliter intimare uolens ad illorū domum accedebat, & sibi dicebatur, ꝙ erat ruri: Dū uerò ruri illos quærebat, asserebant ruri existentes illos esse domi. vt Dec. Crescen. 151. siue 181. aliàs 5. de execu. rei iudi. Quæ tanto magis procedunt iuxta terminos nostræ commissionis, in qua non frustra posita fuit clausula, Etiam per edictum intimandi.

Octauo quæro, an collatio facta excommunicato intimatis contra eum executorialibus per edictum, ac lata postea declaratoria, incursus censurarum ob non paritionem sit nulla? Pro opi. affirmatiua ultra adducta in præced. q. ac in trac. Monito. q. 26. nu. 3. vbi probo, ꝙ ad hoc, vt quis excōicari possit requiritur personalis citatio, adduco illud, quod uoluit Bal. in l. antiquiores, col. 2. C. de pcu. ꝙ ficta contumacia non sufficit, vt quis excōicari possit, iste autem est fictus cōtumax. Et uoluit Inn. in c. fi. de eo, qui mitti. vt poss. ꝙ requiratur certa, & indubitata notitia. Et in executorialibus apponitur clausula. Quòd si contempserit, uel distulerit &c. Et stāte tali intimatione per edictum cū, nō possit propriè dici contemptus, vel contumacia, excommunicatio huiusmodi non uidetur posse annullare collationem: prout in simili dicimus in testibus impeditis non uenientibus ad subiiciendum se examini, ut per Abb. & Felv. in c. 2. ad fi. de testib. cogen. & per Belenci. in tract. de charit. subsi. q. 101. Et quia verisimiliter ignorabatur talis excommunicatio, collatio tenuit. Rot. in antiq. 44. de rescrip. aliàs 281. Anton. de But. & Abb. in ca. ad proban. de re iudi. & pro hac parte consuluit Cardin. consil. 40. & seq. Contrarium concludendum est, prout in simili conclusimus in proxima præced. quæstio. & in d. q. 26. nu. 4. de monit. & hoc tenuit Cassad. Dec. 1. de præb. Et licet ignorantia excuset quo ad pœnam irregularitatis, non aūt quoad nullitatem actus. Et cum princeps mandauerit. Quòd cōstito de non tuto accessu ille posset citari, & si non compareat procedatur ad excōmunicationem, tollitur omnis difficultas. Et ita conclusum fuit in Rota in Geben. parro. de Serraualle, decimo Decembris 1540.

Nono quæro, an illi 30. dies, qui post executorialium intimationem requiruntur, & ante declaratoriam, aliqua ratione introducti fuerint, vel cum aliquo iure similitudinem habeant? Hoc quæsitum bimembre est, prima enim pars eò tendit, an causa, seu ratione subsistente, terminus aliquis requiratur post executorialium intimationem? & affirmatiuè respondendū est: decens enim erat, ut aliquod tempus ad deliberādum, uel parendum intercederet, ut etiam uidemus debitoribus ad soluendum condemnatis, uel confessis, tempus aliqđ concedi, uel quatuor mensiū, uel iudicis arbitrio. l. 2. & l. debitoribus non tātū. ff. de re iud. l. 2. & 3. C. de usur. rei iudi. c. quęrenti. de off. dele. & latius tangam infra uers. Quantū aatem tempus debitori. Immo et si statim executorialibus parendum esset, hoc ciuiliter, & cum aliquo temperamento accipi debet: iuxta tex. in l. quod dicimus. ff. de solut. per Doc. in cap. quoad consultationem, de re iudic. Vide quæ scribam infra in proxima seq. quæstio.

Secunda pars erit an taxatio huiuſmodi triginta dierum fuerunt rationabilis, uel iuri conſona? Et videtur reſpondendum, quòd ex quo præfixiones ſimilium terminorum ſunt arbitrariæ, nec quęrere conuenit quare magis tot dies, quàm plures, uel pauciores conſtituti ſint, iuxta glo.not.in cap.pia. in uer.octo dierum.de excep.li.6. ſic nos cõtentiſſimus hac temporis limitatione, in qua voluntas pro ratione ſit, argu.tex.in l.1.§.initium.iun.glo.in ver. ratus.ff.de poſtul. Verum quia de omnibus reddenda eſt ratio ſi poteſt, ſaltem qualiſqualis, uel etiam apparẽs, nec animus quieſcat ratione aliqua in medium non adducta, paruipendereq; ſolemus ſtatuta, decreta, mandata, præcepta, iuri, uel rationi non conſona.l.dotem.cum glo. ff.ſolu.matrim.cap.cor epiſcopi.ibi, Et quod ratione caret extirpare neceſſe eſt.68.diſtin.c.Nabuchodonoſor.23.quæſtio.4. cum gloſ.in ver.rationem.vbi Archi. nume.4.dicit, Adminus rationem reddendam eſſe in genere. cap.ſi quando. ibi, Rationabilem cauſam perpendas, vbi notat glo.quòd de omnibus ſi poteſt ratio reddenda eſt. Nos iuxta quæſitum noſtrum, noſtrumque morem diligentius conſiderantes aſſerimus hunc terminum triginta dierum in pluribus materijs, & aliquibus noſtris nõ diſſimilibus, tum iuxta iurium diſpoſitiones, tum iuxta ſtilum Romanum aſſignari conſueuiſſe, quo fit vt non mirũ exiſtimare debeamus terminum huiuſmodi ad triginta dies limitatum fuiſſe. Hac ſumpta occaſione plura circa triginta dies recenſebimus, ex quibus, quæ noſtro quæſito conueniant quilibet eligere poterit. Et imprimis cum aliquod tempus ſaltẽ modicum concedendum eſſet 30.dies modicum tempus affirmamus. Iuxta tex.in l.1.verſ.ſi modo hoc anno vſus eſt, uel modico tempore. ſ. non minus, quam 30.diebus.ff.de itine.actuque priua.l.in contractibus.§.primo.ibi, In alijs verò breui tempore concludere.iun §.ſequen.ibi, Infra 30.tãtummodo dies.& gloſ.in ver. breui tempore. C. de non nume.pecun.glo.in l.prima.§.quod autem. in ver. actio.in prin.ff.de ſuperficie.gl.fi.in clem.1. in ver. ponit etiam opin.quæ habet, quòd modicum tempus dicitur 30.dierum.de rebus eccle. non alien.l. ſi.cum glo.in ver.putauerunt.iuxta vltim.opin.ibi, aliàs 30.dierum. ff.de libe. homi.exhib. Tempus etiam modicum in eo, qui occidit poſt rixã ad excludendam animi deliberati qualitatem affirmant infra citandi eſſe ſpatium 30.dierum. Ita ſenſerunt Luc.de Pen.in l.omnes omnino curiales.C.de decurio.lib.decimo. Boſs.in praxi crimi.tit.de homici.num.62.ſic ſeruatum fuiſſe affirmans Mediolani.ex l.vindicari.ff.de pœn.& cap. cum apud.11. quæſt.3. Idem voluit D.meus in l.quidquid calore. ad fi.ff.de reg. iur.licet aliter ſentiat ibidem Cagn. ad contraria etiam reſpondens. In iure diuino habemus Nume. cap.29.in fi.omnis autem multitudo videns occubuiſſe Aaton, fleuit ſuper eo triginta diebus per cunctas familias ſuas. & Deuteron. capitulo trigeſimoquarto. Fleueruntque eum filij Iſrael in campeſtribus Moab 30. diebus, & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen. Veteribus ſolemne erat mortuorum exequias pia deuotione celebrare, vel tribus, uel ſeptem, aut triginta, vel quadraginta diebus poſt obitũ ipſum, prout legere eſt apud diuum Ambroſium libro de obitu Theodoſij, quod etiam habemus in c.quia alij.13. quæſt.2. pro quo Couarru.in cap.fin.in princip.c[...] teſta. Romani in anno ſanctiſſimi Iubilei, ſi illud conſequi uolumus, theſaurumque inæſtimabilem aſſequi, de quo Sapien.cap.7. Infinitus theſaurus eſt hominibus &c. & Hiere.ca.31. Ecce dies, qu[...] propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum n[...] memorabor amplius, 30.diebus uiſitare debemus eccleſias ſanctorum Petri, & Pauli. prout extra.[...] Boni. VIII. inter commu. ſub titu. de pœni.& remiſſ. ruſus & alias eccleſias in bulla anno Iubilei pnblicari ſolita. Ex concilio Arelatan. de qu[...] in ca.qui bene.2.reſpon.de conſe.diſtin. 2. 30.di[e]bus pœnitere debet, qui perdiderit ſacrificium i[n] eccleſia, aut pars eius ceciderit. Hodie deſides i[n] in cuſtodia chriſmatis, uel euchariſtiæ, ab officio tribus menſibus ſuſpenduntur, cap.primo. de cuſto.euchari. 30.dies conſtituuntur in terminis auten. vt in priua.domi.ſacri.mi.non fi. uerſus fi[n]. & in auten. ut neque mil.neque fœder. §.ſi igitur ad hoc ut illæ conſtitutiones ligent. Regulariter autem quando lex liget ſcribo in cap.2.nume.6[...] & ſeq.de conſti. Sol item in quolibet duodecim [ſi]gnorum 30.diebus moratur, ut in ſphera probatur. 30.dies ferè ſunt etiam Lunæ. Hinc die 30. [vi]delicet in nouitate lunę celebrabatur feſtum Ne[o]meniæ ad commemorandum opus diuinæ gubernationis. Sanctus Thom. prima ſecundæ q. 10[...] articu.4. Ad decimum. ſic intelligere poteris illu[d] Horatij Saty.9.ſermonum lib.1. Hodie trigeſima ſabbata uin tu curtis Iudęis oppedere? Pecudes [pa]ſcentes in inſula Gaditana, niſi intra triginta d[ies] ſanguinem exhaurias pinguedine ſuffocantur. [Au]thor eſt Strabo libro tertio. Caniculares dies fe[rè] 30.ſunt. Columel.libro decimo. Cumque peract[o] ſolſtitio vſq; ad ortum caniculę, qui ferè dies [30] ſunt &c. Delphines piſces triginta diebus latitant quolibet anno in illis diebus canicularibus, te[ste] Plin.libro nono. Natura. hiſtoriæ, capitulo 8. E[o]dem tempore triginta diebus latitant purpuræ [pi]ſces uti apud Plinium capitulo trigeſimoſexto. [In] iure ciuili habemus terminum triginta dierum [in]ter edictum, & edictum, de quibus in authen. q[ui] ſemel. C.quomodo & quan.iud.l.properandum verſ. Et ſi per tres vices. C.de iudi.iunc.glo.in ve[r]. decem. C.de iudi.& per Maria. Sozi.de citatio.ar[ti]ticu.23.in octaua quæſtio.princip. poſt nume[...] Edicto pariter admonendi ſunt, ut ueniant ad [ex]cuſandum per ſpatium triginta dierum. l.3.cum glo.in uer.edicto.C.qui accuſ.non poſ. Terminus item iuris, qui pro Apoſtolis datur eſt triginta die[rum]. l.iudices.& capitulo, eos. §. Apoſtolos.& ibi nota. C.de appellat.l.unica. iunc. gloſ. in uer. ſufficit. ff.de libel.dimiſſo. capitulo ſuper, & ca[pitulo] pitulo ab eo.de appell.libro 6.clemen.quamuis [...]gor.eod.titu.Rot.366.ſi appelletur, poſt num. [...] in no.Affli.in conſti.Regni Appellationũ tempora.

ra.numero quadragesimo, libro secundo. rubr. 45. titulo de appel. A quo autem tempore incipere debeat, an sententiæ, an appellationis, magna fuit inter Docto. controuersia, vt apparet ex Rot. 5. fuit dubitatum. de appellat. aliàs 29. in no. per quam fuit resolutum iuxta opin. Hostien. quòd currat à die appellationis, cuius opin. seruanda, vt ibi dicitur, propè si. communis videtur in contrarium, vt per Gui. Papam in tracta. de appel. quæstio. 27. circa medium, quòd immo a die sententiæ, & communem affirmat Minsinge. singul. obser. centu. 4. Dec. 36. quando aliquis. Mulieri dantur 30. dies a die diuortij ad intimandum marito se esse pregnantem. l. prima. §. permittimus. ff. de agno. lib. qui dies continui sunt, non vtiles. dicta l. prima. §. dies. Ad inuentarium incipiendum dantur triginta dies. l. fi. & ibi Docto. C. de iur. deliber. authen. sed dum testator, cum glo. C. ad leg. Falcid. Confessio extraiudicialis post triginta dies præiudicat. l. in contractibus. §. super. C. de non numer. pecun. & gl. in ver. proponeretur. in l. si ex pluribus, quæ est 89. ff. de solutio. Accusatore defuncto, vel aliter impedito rei nomen, seu accusatio aboletur, poterit tamen ab alio accusari infra triginta dies vtiles. l. tertia. §. fin. ff. de accusa. Amplia, vt idem met, qui impeditus erat, impedimento cessante iterum accusare possit infra triginta dies. l. aut priuatim. ff. ad Turpil. & in l. in Senatusconsultum. ff. eo. glo. in præalleg. l. 3. in ver. alij. Infra 30. etiam dies errans in libello accusationis adulterij emendare poterit. l. accusaturus, quæ est 35. iunc. glo. ff. de adult. Crimen repetere volenti publica abolitione interueniente dantur triginta dies vtiles, vt in impedito supra diximus, nunc verò simpliciter, seu indistinctè loquimur, pro quo est tex. in l. si quis repetere. iunc. glo. prima, in l. si interueniente. cum glo. in ver. præstitutos. ff. ad Senatuscons. Turpill. Habemus terminum triginta dierum a iudice præfigendum parti alleganti se habere aliquid, quod proponat, postquam altera pars allegationibus renunciauit. authen. iubemus. C. de iudi. Debitori suscipienti censuras de stilo Ro. Cu. triginta dies conceduntur, de quibus censuris, & quando, & qualiter suscipiantur videre poteris per Galles. ad form. Cam. de processu super obli. Cameræ. vers. sed his, qui verè volunt cognoscere. Pro hoc termino triginta dierum ad quærendam pecuniam, infra quos si quis non soluat, omni penitus destitutus remedio illico in censuras ecclesiasticas incidat, mandatumque executiuum contra eum relaxetur, vltra omnes huic stilo, & vsui Romanæ Cur. applico nota. locum A. Gellij libro vigesimo, capitulo primo, Noct. Attica. vbi triginta dies datos asserit confessis, & conuictis de debito ad quærendam pecuniam, intra quos si non satisfecerint solutionem contracti æris alieni, facta est manuum iniectio: & neruo, & compedibus iuncti sunt. Notandum est, quòd isti, qui petunt hanc, vel aliam dilationem, seu terminum, videntur renuntiare appellationi interpositæ secundum omnes in cap. quod ad consultationem. de re iudi. an verò etiam appellationi interponendæ, diuersæ fuerunt opiniones. Docto. ibi tamen opinio. negatiuam Innoc. communiter tenuerunt, ut ibidem testatur Felyn. post nume. 5. versicu. Tu sequere Inno. post Fran. in capitulo, dilecto, columna prima. de appellatio. qui Fely. subdit duas limitationes, quando etiam appellationi renunciatur per termini susceptionē. Quantum autem tempus debitori ad soluendum constituendum sit, non clarè decisum inueni: Ego sic distinguerem: Aut loquimur ante condemnationem factam, Aut post. Primò casu tantum tempus sibi concedi debet, intra quod solutionem parare possit, non enim creditor venire debet cum sacco parato. text. est in l. quod dicimus. ff. de solu. de quo per Alciat. libro secundo, Parerg. capitulo octauo, & licèt variæ sint opinio. circa tempus statuendum. Ego tamen nisi simus in quibusdam obligationibus guarentigiatis, vel in forma Cameræ Apostolicæ, præsertim vbi adsunt clausulę susceptionis censurarum, mandati executiui, etiam absque alia citatione, vel intimatione, & similibus, verius putarem arbitrio iudicis tempus istud remissum, quod & voluerunt glo. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de lega. primo. ac in §. fin. Institut. de inuti. stipulat. Ioan. Faber in §. omnis. Instit. de verborum obligatio. Rip. in l. tertia. ff. de lega. primo. & Alciat. numero decimoquinto. Iudex igitur tempus statuet pro modo qualitatis personarum, ac quantitatis pecuniarum, argum. tex. in l. in fraudem. §. in fiscalibus. ff. de iu. fisci. Aut loquimur post condemnationem, & tunc subdistinguo, aut loquimur in personalibus actionibus (& saluis ijs, de quibus supra) videmus à iure condemnatis tempus dari quatuor mensium. l. fin. C. de execu. rei iudic. Aut vbique per statuta circa hæc prouideri solet. Quantum verò attinet ad condemnatos actione reali veriorem opinio. puto pariter tempus huiusmodi arbitrio iudicis relinqui, cum a iure statutum non sit, ad §. primum. Institu. de offic. iudi. Et quòd ita dicendum sit, colligitur etiam ex Ioan. Fab. Angel. numero sexto, & alijs Doc. communiter in dicto §. primo. ac Alexand. in l. debitoribus, numero decimonono. & Ias. numero decimotertio. ff. de re iudica. Boer. Decis. 45. numero quinto & nono, & ante istos voluit glo. in alleg. l. fin. in ver. statutum. circa medium. C. de execut. rei iudica. Tutoribus, & curatoribus datis debet per iudicem intra triginta dies nunciari. ff. de tuto. & curato. dat. ab his. Fidantia in causis ciuilibus danda non est vltra triginta dierum inducias in terminis. §. sed neque, in authen. de manda. Princip. triginta dies ad excusandum se à tutela dantur. iuxta terminos. §. qui autem excusare, ad fin. Institu. de excu. tuto. Pupillus item commissi pœnam euadit ipso iure si intra triginta dies soluat. l. Imperator. §. fin. & ibi glos. & Paul. Castren. ff. de publica. l. si ex causa. §. si in commissum, iunc. glos. in ver. restitutio. ff. de mino. l. si tutoris. iunc. glos. in ver. voluissent. C. de admin. tute. l. secunda. iunc. glos. prima. C. de fund. patri. libro undecimo. Specul. de loca. seu emphyteu. §. nunc aliqua. quæst. decimaquarta. ante num. 25. uers. Vel ibi loquitur de fiscali canone. Iuxta eundem stilum in

iteris reseruationum pensionum excommunican
tur cessantes per triginta dies pensiones soluere,
prout etiam per Cassad.Dec.2.sub titu.de pensio.
ante num.2. Quasi possessio etiam circa plura per
vsum triginta dierum probatur, prout in l.prima
§. hoc interdictum. & ibi Bartol. numero primo.
vbi etiam quòd si commune patiatur aliquem es-
se in consilio 30.diebus, ille dicitur esse in quasi
possessione.ff.de itin.actuque priua. Idem Bart.in
l.sicut.§.si quæratur, post nume.3. versicu. Certè
tunc quis non dicitur esse in quasi possessione. ff. si
serui.vendi.Angel.in l.si quis. in §.differentis. ff.
de acquiren.possessio.Et scias, quòd quasi posses-
sio dicitur incorporalium, & sic non propria. l.
quoties 2.iunc.glo.vlt.ff.de seruitu. & glo.in ver.
liberis, in l.secunda.ff.de interdic.Afflic.in consti.
Regni, Iurisgentium, numero 31. & defen. imp.
rubr.15.libro primo.Iaco.Venen.Bononien.in tra
cta. Annuæ præstantiæ.par. prima. in tertia quæst.
numero quinto. vers.sexto confirmatur,& nu.15.
versic.Impropria verò quæ appellatur quasi pos-
sessio,& in pluribus alijs quæstionibus, & in prin.
ipsius tracta.In hæreditatem dicimus,quòd statim
soluere debeat fideiussori,id quod creditori defun
cti soluerat,cum temperamento,ne confestim ille,
qui fideiusserat,& soluerat, illico cum sacco para
tus adiret, quod tempus, seu temperamentum se-
cundum legem duodecim tabul. erat triginta die-
rum,ut per Alexan.ab Alex.libro sexto.Genia.die-
rum,capitulo decimo. Quod tamen tempus ho-
die est 10.dierum.l. quod dicimus, quæ est 105.
iunc.glos.in ver. intelligendum. ff. de solutio.30.
dies assignauit Plato libertis, & peregrinis ad col-
ligendum sarcinulas, & rebus suis acceptis rece-
dendum à ciuitate si eorum bona tertium censum
excessissent, vt Dialo.11.de legib.nõ multum post
princip.triginta dies ad minus dandi accusato, uel
accusando,qui transmittendus est ad disponendas
res suas,componendosque mestos penates.l.secun
da.C.de exhiben.& transmittit.reis. glo.in authen.
offeratur.in ver.ad iudicium. vers. Sed ibi in hoc
plus. C.de lit.contest.si seruus adeptus sit dignita-
tem domino ignorante,triginta dies, dantur domi
no a die scientiæ adeundi iudicem, & illum digni-
tate spoliare,alioqui priuabitur dominio,& iure
patronatus.l.fin.C.qui mili.pos.vel non. lib.duo-
decimo.Legis aquiliæ cap.3.de omni damno, cum
quis seruum, uel quadrupedem illam, quæ pecu-
dum numero est, vulnerauerit,vel occiderit,&
quod damnum iniuria datum in cæteris anima-
libus, & in ceteris rebus inanimatis, quanti ea res
in diebus triginta retro proximis plurimi fuerit,do
mino dare damnatur.Institu.de lege Aquil.§.Ca-
pite tertio.versic.Ex hoc tamen capite.glo.in ver.
iam traditam.in §.sed & legis Aquiliæ. Institu. de
actio. triginta dierum infantis voce probatus in-
nocens fuit beatus Britius, prout in capit.si testes.
versic.sed obijcitur illud beati Britij. quarta quę-
stio.tertia.Et constitutione Feder.Imperatoris dan
tur triginta dies ad soluendum iustum pretium
ei, cui competit ius prothomiseos, prout in dicta
constitu.incipien. Sancimus. §. vt intra 30. dies,

& super eadem l.Matth.de Afflic.in dicto §.in 1.
not.Rursus si princeps rescribat, vel iudex calore
iracundiæ pronunciet aliquem seuerius, seu vltra
modum regularem puniendum esse, & puniri de-
bere, supersedẽdum est per triginta dies, iuxta tex.
aureis literis scribendum.in l.si vindicari. C.de pę.
Imperatores Gratia. Val. & Theo. Augusti Flauo
præfe.præto.Illirici,scribunt,si vindicari in aliquo
seuerius contra nostram consuetudinem pro cau-
sæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut su-
bire pœnam,aut excipere sententiam, sed per dies
triginta super statu eorum,sors, & fortuna suspen-
sa sit,& cap.cum apud Thessalonicam, vndecima
quæstio.tertia, per Marti.Lauden.de principibus
quæstio.trigesimanona,seu vlt.pro quo Iasre.Dec
125.recipien. si princeps mandat aliquem puniri
grauiori pœna.Ioan.And.& Ioan.de Anan.nume-
ro secundo,in capitulo tertio.de accusa. Abbas in
capitulo cum olim.nume. vigesimotertio.de re iu-
dic.Ias.in l.puniri.in fin.C.si contra ius, vel utili.
publi.Syl.Nuptia.libro primo,numero 91.& libro
sexto,numero quadragesimonono. Aymo consi.
319.columna duodecima. Gramma. voto 32.nu-
mero decimotertio.Hyppol.de Marsil.in l.prima
§. si quis vltro. numero quinquagesimosecundo
ff de quæstio. Cagno. in l.quicquid calore. nume
ro decimoquinto.ff.de regul.iur. Paris de Put.
tractatu sindi.in princip.in titu.de excessi.consilii
numero vndecimo,& in eo.tracta.in fin. in capitu
incipien,Mandauit Rex.numero secundo. Fely.
capitulo quærenti.numero sexto.de offic.deleg.
deantur quæ scribo in capitulo, quoniam contra
post num.78.de proba.dum tracto quando
persedendũ,& principi rescribendum, quãdo co
tra innocentem aliquid mandatur.30. dierum
minus congruus videtur pro omni negotio ard.
etiam publico discutiendo,& terminando, ut c
ligere etiam possumus ex hoc termino 30. dierum
per Martium Coriolanum Volscorũ Ducem,
nutio Romanorum Oratori cõcesso,ac præfixo
deliberandum, an pacis conditiones cõprobarent
prout in oratione dicti Coriolani, quam habemus
in 8.lib.Dionysij Alicarnasei Historiarum rerum
antiquarum Romę.Pro negotio etiam grauissimo
ac publico executioni demandando hunc termi
30.dierum,ut cõgruum statuit Scipio Oratoribus
Carthaginensibus,a die pacis comprobatæ num
randum.ut legere est apud Appia. Ale.in Hist.
li.hesterni Romanorum, in oratione,seu colloqu
Scipionis, & apud eundem ad calcem oratio.
oratoris Carthaginensis ad cõsules Romanos
cæ tunc commorantes.Nõ minori ratione per e
dem 30.dies supersedendum uisum fuit, dum a
bunalibus Ro.Cu.hæ cẽsuræ ecclesiasticæ ad diuer
sas mundi partes emittuntur.Quæ si ritè,& recte
ac iure & rationibus suadentibus procedant,
sent nihilominus aliqui aliquando, aliqua ex ca
sa excusatione digni esse,ut non immeritò eidem
se excusandum,expurgandum, defendendum
tempus indulgendum sit.Et si per hoc tempus
persedendũ est(ut probant) principis iussu non
stante,dũ corpus pręter ordinẽ, uel pręter mo
puniri,

puniri, cruciari, interfici præcepit, quanto magis supersedẽdum fore asseremus antequã ad tremendarum censurarum ecclesiasticarum promulgationem deueniatur? Quæ animam ipsam vulnerare, labefactare, damnare, perdere possunt: & quæ longè sagittas illas herculeas ab infœlicissimo Philoptete in Troiæ excidium (Si M. Tullio in Tusculanis credimus) paratas, & importatas superant. Ex proximè dictis colligere etiam poterimus non nouum, non obscurum, non mirandum nobis proposuisse diuum Augustinum quęstionum veteris testamenti super Deuteron. capit. 39. dum idem inquit, Hoc enim nunc agit excommunicatio in ecclesia, quod agebat in veteri testamento interfectio.

Decimo quæro, an ex forma tradita in literis, seu instrumento executori alium, possit iudex de partibus subdelegatus, vel subrogatus à Rota, ante repræsentationem executorialium in Rota factam, in partibus præsentatarum, ac parti intimatarum, & ante quatuor terminos ad docendum se paruisse literis executorialibus, executionem in partibus facere, & possesionem parti, quæ executoriales intimari fecerat tradere? Respondeo formam delegationis, subdelegationis, ac mandati seruandam esse. l. præterea. & l. diligenter. ff. manda. capit. cum dilecta. vbi omnes. de rescript. Bald. in l. vlti. §. & hæc quidem. C. de iu. delib. Dom. meus Philip. Dec. consilio decimo, viso puncto. numero secundo, l. quid tamen. in princip. de arbit. Doctor. in cap. in literis, ubi ego in 3. fallent. numero 38. & sequen. de offic. delegat. Forma autem executorialium est, ut iudices de partibus exequantur, eisque per Rotam sub pœnis, & censuris mandatur, ut exequantur, ergo sumus in claris, quòd exequi debeant. At si exequerentur alio nõ expectato, omnia nulla, & attentata, ac reuocanda essent per ipsam Rotam, vt sensi alibi, & aperte cõclusi supra in 14. commis. Attentatorum, super vlt. glos. in versic. reuocandi. quæstio. prima. Ibi dictis addo, quòd nisi post executoriales intimatas, re productas in Rota, & lapsis xxx. diebus, ac post seruatos quatuor terminos ad docendum paruisse &c. & seruatis alijs, de quibus in Dec. 6. numero vndecimo, Cassad. de caus. poss. & propri. omnia statim via attentatorum reuocarentur. vt per Ioan. Paul. Ptolom. Dec. 3. incipien. Bellucen. Parrochialis. Et sic etiam tentum fuit in Abulen. parro. de Roba coram Mohed. 1542. ut in illius Dec. 180. incipien. vacante Heremitorio, sub titu. vt lit. pen den. versic. secundo, quia videmus. Magna videtur hæc diuersitas, unum suadet forma subdelegationis, ac mandati Rotalis, Alterum de directo contrarium stilus, & obseruantia Romanæ curiæ. Ego (semper saluo saniori Rotæ, & aliorum prudentium uirorum iudicio) putarem expedire tollere illa uerba hactenus in literis executorialibus poni solita, dum mandat iudicibus de partibus, ut exequantur, & alia faciant, quæ innuere uidentur, ut possessionem etiam tradant, & sic omnis hesitatio cessaret.

Vndecimò quæro, an pro declaratoria obtinenda in fauorem subrogati requiratur noua intimatio executorialium? Ad instantiam Ioannis de Pax fuerunt intimatæ executoriales personaliter Antonio Gusman aduersario, lite pendente intruso, Marcus de Parrada in locum dicti Ioannis deinde defuncti, fuit subrogatus etiam quo ad prosecutionem dictarum executorialium, ac si pro eo decretæ fuissent, quòd admittatur in eis eisdem terminis, in quibus causa super portione reperiebatur, narratis litteris executorialibus, & earum intimatione, fuit dubitatum in Salamantina portion. coram Domin. Aquen. 9. Octobr. 1542. an posset procedi ad instantiam D. Marci ad declaratoriam contra Antonium, non facta de nouo intimatione executorialium? Pro opinio. negatiua, & sic quòd non possit procedi, & consequenter, quod requiratur noua intimatio ponderabatur, quòd hic agebatur de incursu censurarum, quo casu sine personali apprehensione non poterat procedi secundum Inno. & Hostien. in cap. si aduersus. de eo, qui mitti. in posses. cau. rei seruand. Bal. in l. ut perfectius. columna secunda. C. de anna. exceptio. & in l. in actionibus. in lectura antiqua. in fin. ff. de in lit. iuran. Ioan. Faber in §. vlt. Insti. de pęn. teme. liti. Pau. Castren. in l. quarta, §. prætor ait. ff. de dam. infect. Rot. 303. nota quod lite. & 337. nota quod ex processu. versic. vnde antequam aliquis excommunicetur, oportet, quòd personaliter moneatur. in antiq. Roma. consilio 482. in casu, numero secundo, Istis non obstantibus eadem die decisum fuit non requiri nouam intimationem, prout etiam Dec. 35. Mohed. incipien. Fuerunt decretæ executoriales. Aduertendum est, & quòd si esset procurator in causa expediret & sufficeret ipsi procuratori intimare. iuxta Dec. 11. quæ incipit. Item si agens petitor. vt li. penden. in no. ubi arguitur ad partes, & deciditur casus noster, quòd non requiratur noua intimatio contra Antonium: Et prima intimatio facta Antonio ad instantiam Ioannis lapso termino ad parendum, operabatur, quòd Antonius incideret in censuras. Hic autem non tractabatur de incursu censurarnm, sed tantum de declaratoria ipsarum, quæ ferri potest absque citatione secundum Roma. consilio 48. columna secunda. versicu. quo ad secundum, & ita aliàs fuit iudicatum coram Dom. Ioan. Paulo, vt per Sarnen. in compen. vt. signa. numero 79. & ita in terminis conclusum fuisse uidere est in Decis. Accoramb. 6. vt li. pend. vbi etiam ponderat, quòd non agebatur amplius de excommunicando d. Antoniũ, sed ad declaratoriam excommunicationis incursæ, & sic non requirebatur exacta scientia. Idem etiam habemus in Dec. Putei 336. libro primo, simile quæsitum ponam infra quæstio. decimanona.

Duodecimo decretæ fuerant executoriales per Dom. Reumanum, & executæ in partibus, pars petebat declaratoriam, notarius affirmabat non extare originale primæ sententiæ, quærebatur, an sententia inserta in executorialibus fidem face-

ret, vt deueniri posset ad declaratoriam, & Dom Reumanus posset alteram sententiam iuxta illam insertam subscribere? Pro opinio. negatiua pondero regulam esse, inserta, & exempla non probare, non exhibito originali. l. secunda. ff. de fide instrumentor. l. Pomponius scribit. versicu. Plerunque enim authenticæ rationes sunt necessariæ. ff. famil. erciscundæ. & Authen. si quis in aliquo. ubi omnes. C. de eden. Hinc aliàs conclusit Rota in causa Salamantin. Portion. coram D. Fabio Accoramb. commissioné appellationis, quæ deperdita erat non probari, licet illa inserta esset in publico instrumento inhibitionis, in uim illius cõmissionis emanatæ. prout Dec. Perus. Fabij 15. incipien. In causa Salamantin. sub titu. de fide instrumen. libro primo. Hinc etiam dixerunt Domini de Rota, rem iudicatam non probari per literas executoriales siue processu. vt Dec. Caputaquen. 45. lib. secundo.

Præmissis non obstantibus, contrarium conclusum fuit, quòd imò stetur sententiæ deperditæ insertæ in executorialibus, prout in specie habemus antiquam Dec. 49. nota quod executoria trium sententiarum. alias 732. & Decis. Modernam Paleot. 124. In Lugdunen. parrochialis, incipien. Originale sententiæ latæ, vbi conclusum fuit sententiam probari, & sententiam denuò subscribi posse, ex quo prima deperdita fuerat, & ibidem ad hoc citantur aliæ Rotæ modernę citationes: & ita pluries resolutum fuisse in Rota testatur etiam Io. Pau. Pro lo. probata tamen amissione scripturæ insertæ, in suą Dec. 220. incipien. Segobien. Liquidation. amplians ad inserta in mandato executiuo. Videnda erit Dec. Put. 339. incipiens, in una Segobien. libro primo, & Grescen. Dec. 134. incipien. Insertis, licet non credatur. lib. 1.

Decimotertio quæsitum fuit in Rota, an contra procuratorem constitutum ad causam potuissent decerni executoriales? Pro opin. negatiua citabatur Bart. in l. si procurator. ff. de procura. ubi quòd procurator datus ad agendum, non possit agere actione iudicati, nec possit petere executionem, quia cum adest res iudicata finita est controuersia, & causa, & lis. l. prima. ff. de re iudic. Rot. 10. Item si lite. in no. colum. tertia, versic. Item si auctoritate ordinaria. Afflic. Dec. 342. Quidam Curbiceruix. nu. 3. Bero. consilio 177. plura numero 23. libro primo. Paris. consil. 30. in causa. nume. trigesimosexto, volum. quarto. si finitum est mandatum ei factum ad agendum, sic cõtra dicamus in procuratore ad causas defendendas post sententias latas, & post rem iudicatam finitum esse mandatum, & consequenter sequi videtur, quòd nec procurator actoris, nec rei post rem iudicatam durent amplius procuratores, quo fit ut nec ille executoriales impetrare possit, nec contra istum impetrentur. Et faciunt, quę tradit Bartol. in l. hoc iure. ff. de solutio. Gemini. in capitu. pia. §. ultimo. de exceptio. libro sexto. vbi quòd habens mandatum ad iudicium, non dicitur habere mandatum ad impediendam executionem, quod etiam uoluit Felyn. in capitu. quod ad consultationem. columna duodecima, versicu. Nota insuper perpetuò. de re iudic. Nonnulli dicebant procuratorem agere posse actione iudicati si non opponebatur, vt uoluit Bartol. in alleg. l. hoc iure. Aliqui dicebant per rem iudicatam non extingui mandatum, nec litem, nec causam donec subsecuta esset executio, vt per Ioan. Fab. in l. secunda. C. de litigio. & latius probabo in proxima subsequen. quæstio. verum quando coram eodẽ iudice tractatur de executorialibus, & executione facienda, siue ordinario, siue delegato Principis, quæ etiam sententiam suam infra annum exequi potest. cap. quærenti. & capitulo significasti. & ibi Abb. & alij. de officio delega. Bart. in l. a diuo Pio. numero tertio, ac Alexand. ff. de re iudic. Rot. 613. Dic quod. in anti. Nic. Mil. in suo repert. in ver. Executoris potestas durat. Et tunc mandatum tam actiuè, quam passiuè sufficere videtur, vt videlicet. procurator petere possit, ac instare, & obtinere executoriales decerni, & ad executionem rei iudicatæ procedi, & contra procuratorem procedi possit, eum citari faciendo ad videndum decerni executoriales, eidemque validè intimari possunt executoriales: Pro quibus videatur Dec. Putei 380. in vna Toletan. Matrimonij. lib. primo. Nunc subijciam aliam quæstionem huic valde similem, ac eidem conferentem.

Decimoquarto quæro, an procurator ad tres instantias constitutus, dicatur etiam constitutus ad executionem? In causa Beneficij de Porras constitutus fuerat procurator cum ampla potestate, & cum illa, quam habebat dominus in lite, & causa. Et ad finem mandati dicebatur, quòd procurator posset appellare, & grauamina prosequi vsque ad tertiam instantiam: Hic procurator tres contra se sententias reportauit conformes, deinde citatus fuit ad videndum decerni executoriales. Die 29. Nouembris 1540. dubitatum fuit in Rota an huiusmodi decretum executorialium fuerit nullum. Pro opinione affirmatiua videbatur respondendum, quia mandatum erat limitatum vsque ad tertiam instantiam: instantia sententia finitur: vel propter lapsum triennij. vt in l. properandum. in princi. C. de iudi. Alexand. in l. postquam liti. columna prima, & Ias. columna secunda numero decimo, versicu. Instantia est exercitatio. C. de pact. Contrarium fuit conclusum ex quo mandatum habebat duas partes: in prima dabatur eadem potestas, quam habebat principalis in lite, & causa. Lis autem, & causa non finitur sententia, sed quando illa executioni demandata sit: & ita declaratur illa Dec. 411. Si lite pendente in antiqu. Et quod post rem iudicatam antequam executioni demandetur, dicatur lis, & causa conclusit Rota, coram Domino Iohanne clerici, in causa Oueten. de anno 1533. prout Decisio. Sarnen. decimaquarta, incipiente. Lis dicitur. & ad id citabatur Bald. in l. prima. C. de iuram. calum. & in l. si causam. de execut. rei iudica. Et in propriis terminis nostri quæsiti est Decis. Putei 68. incipiens in causa Vlixbonen. libro primo, & ibi

& ibi ſubijcitur, quòd quando fuit limitatum mandatam in ſecunda parte, illud erat reſpectu appellationis, & proſecutionis grauaminum, & aliàs vt ibi. quæ Deciſ. videatur. reſpondetur. n. ibi ad contraria. Et declaratur ibidem pariter Iaſ. in alle. l. poſtquam liti, poſt nu. 10. C. de pact. quo modis accipi poſſit inſtantia.

Decimoquinto quæro, Angelus arrendatarius fructus ſui monaſterij Simoni Centurioni arrendauerat: deinde A. ſpoliatus fuit p quoſdam fratres, contra quos tam ſuo, quàm Symonis nomine cauſam ſuper ſpolio commiſit, & obtinuit ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, & literas executoriales, & poſtea deceſſit. Quærebatur an illa ſententia, res iudicata, ac executoriales prodeſſet Symoni arrendatario, ſeu conductori? Pro affirmatiua adducebatur, quòd ſententia pro locatore lata proſit conductori ab eo cauſam habenti, ſicut contra lata contra autorem meum, nocet & mihi. l. ſi ate. §. vltim. ff. de exe. rei iudica. Alexan. poſt Bart. in l. Pomponius. §. præterea. colum. vltim. uerſiculo. Extra gloſſ. ff. de acqu. poſſeſ. Et generaliter dicimus ſententiam latam pro agente, prodeſſe omnibus quorum intereſt, & ſi in iudicio nõ fuerint. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. & ibi Bart. & alij. ac Alex. in l. ſæpe. nu. 31. verſicu. Vbi autem lata eſſet ſententia. ff. de re iudic.

Tertiò ſicut ſententia, quæ nocet poteſt etiã ꝓdeſſe ei qui habet cauſam ab eo pro quo, vel contra quem eſt lata, uel habet ius annexum cum eo. iuxta text. in l. 2. C. qui. res iudi. Saly. in l. 1. colum. 1. in 3. opp. C. res inter ali. acta. ſequitur ꝙ ſententia lata contra locatorem nocet conductori, ita econtra lata pro locatore prodeſt conductori. iuxta nota. per Alex. in l. penul. numero 112. verſic. Quæro an ſententia lata contra locatorem. ff. de re iudic.

Quartò quòd ex ſententia dari poteſt actio arrendatarijs quorum intereſt. ad nota. per Bar. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtatot. ff. de lega. 1. & in l. fideicommiſſa. §. interdum. ff. de lega. 3. ac l. 2. §. ſi duo. ff. de colla. bono.

Quinto ꝙ dicit Alex. in l. ſi cui legatur. §. ſi Titio. ff. de lega. 1. ubi quòd poſſum petere te condẽnari mihi ad ſoluendum Titio pro eo. & ad tex. in §. ſi quis alij. Inſtit. de inu. ſtipu. vbi glo. ponit tres caſus ad rem noſtram. Iuxta primum A. inſtrumẽto arrendamenti conſtituit dictum Simonem pro curatorem ſuum: Iuxta ſecundum Symon erat creditor A. Iuxta tertium utilis actio in Symonem trãſiuit ſine alia ceſſione. & ſic ſententia proderit Symoni, & conſequenter executoriales prædictæ.

Præmiſſa argumẽta, quiæ ſatis ualida uidentur inuenies in Dec. Put. 15. libro primo, incip. Arrendauerat Angelus. poſtea ſubijciuntur argumenta, pro contraria opinio. negatiua, pro qua de rigore iuris Rota ſe reſoluit. In quibuſdam tamen ſententiam prodeſſe poſſe Symoni conſideratum fuit, ac reſponſum ad contraria. Cautela fuit impetrare commiſſionem pro admiſſione ad proſecutionem rei iudicatæ, in fauorem arrendatarij, & tollebatur omnis difficulias, prout in cauſa illa factũ fuit.

Decimoſexto, latijs tribus ſententijs conformibus decretis executorialibus, & perſonaliter intimatis, quærebatur an declaratoria, & aliæ cenſuræ dari poſſent ob non paritionem, condemnato objiciente nullitatem tertiæ ſententiæ: antequam tertiam ſententiam idem ceſſerat lite iuri, & in fauorem tertij, de cuius acceptatione non cõſtabat? Pro opinio. negatiua, quòd non poſſit deueniri ad dictam declaratoriã uidetur tex. in cap. in apibus. §. ecce in quibus. ſeptima, quæſtione prima, in clemen. prima, cum gloſſ. in verſiculo, morte. vt li. penden. & eſt glo. in cap. ſi epiſcopus. in uerſic. mortem. de ſupplen. negli. prælat. libro ſexto. & facit c. de. ult. de procu. quæ licet de morte naturali loquatur, procedit etiam in morte ciuili, & ſic in ceſſione, ſeu reſignatione, prout per Cardin. ibi q. decimaquarta, & alij. Caſſad. Dec. 2. numero 2. de appel. Sicut igitur ſententia lata contra mortuum nulla eſt ipſo iure, ita lata contra cedentem, & ſic vigore tertiæ ſententiæ tanquam contra mortuũ latæ, & conſequenter nulliter, non poterat ad declaratoriam deueniri. Contrariũ concluſum fuit in Rota in cauſa Toletan. parroch. de Villaren. coram Capizucco. 2. Decembris. 1551. & ſic ceſſionem in articulo executiuo productam nõ impedire huiuſmodi declaratoriam ferendam: Licet. n. ſententia lata contra cedentem ſoleat eſſe nulla tã quam contra mortuum lata, hoc eſt intelligendũ quando fuit reſignatio, ſeu ceſſio ſimplex, quod non erat in illo caſu. Rurſus vt prima opin. locũ habeat, requiritur quòd reſignatarius, ſeu ceſſionarius acceptaſſet, ante quam acceptationem, ius non dicitur a reſignante, ſeu cedente abdicatum, & ſic non habetur pro mortuo. Vt enim alteri beneficiũ acquiratur, ipſius aſſenſus, acceptatio ſeu ratihabitio requiritur. iuxta tex. in cap. ſi tibi abſẽti. verſiculo. Licet per collationem huiuſmodi do nec eam ratam habueris ius in ipſo beneficio ut tuum dici ualeat non acquiras. de pręben. libro 6. l. abſenti. ff. de donatio. l. ſi ego. ff. nego. geſto. Lap. Alle. 89, numero ſexto, uerſiculo. Pro quo eſt ſciẽdum. Dom. meus conſilio 126. Curt. Iun. conſilio duodecimo, & Rot. in anti. 883. In proprijs terminis noſtris habemus Dec. Fabij Accoram. 31. incip. Latis tribus. lib. 2. quam uide.

Decimoſeptimo quæro, an reo ante ſententiam cedente liti iuri, & cauſæ, ſi actor inſtet pro ſentẽtia ad hoc ut executoriales obtinere poſſit, audiẽdus ſit? Pro opinio. affirmatiua duo fundamenta ſatis vrgentia adduci poſſunt. vnum eſt, quòd cedens de quo loquimur, quo ad illud beneficiũ cui ceſſit pro mortuo habetur, & omne ius, & poſſeſſionem ipſam in ceſſionarium tranſtulit. Io. And. Imol. & Abb. in cap. ſolicitè. de reſtitut. ſpoliat. Rot. 67. nota quòd reſignans. in anti. Caſſad. Dec. quarta, fuit dubitatum. præſertim nume. 10. de reſtitu. ſpolia. in cap. apibus. §. ecce in quibus. ſeptima, quæſtione prima, gloſſ. in clem. prima. in uerſiculo, mori. ut li. penden. Et in re prophana ſaltem appoſita clauſula conſtituti, ut in ceſſionarium dominium, & poſſeſſio transferatur, habemus tex. & ibi Doct. in l. traditionibus. C. de pact. latè

late per Tiraq.in tract.de constitu. in secunda parte,in 1.Amplia.numero secundo, & seq. Frustra igitur requirendæ essent sententia,& executoriales, quæ nihil plus operarentur, quàm cessio ipsa. Alterum est quòd expensis quoad fieri potest parcendum est,litesque execrandæ sunt. Prouerbio. capitu. decimosexto,& sequen. vbi contra lites exquirentes.l. quidam existimauerunt.ff. si cer.peta.l.item si res.§.vltim.ff.de alie.iud.mutan.cau.fact.cap.finem litibus.de dolo & contumacia,cap.dispendia.de rescrip. libro sexto. Rota sic distinxit, Aut in casu proposito actor vult expensis suis sententiam, & executoriales, & non sint ei denegandæ, propter intrudendos in beneficio: Aut non vult expensis suis, & secus dicendum sit. Hinc tolluntur omnia contraria. Decisi. est Crescen.51.incipiens,Nota, quòd licet reus. libro 1.

Decimooctauo successiuè quæro, Reus intrusus cessit liti, iuri, & causæ,an ferenda ueniat sententia contra ipsum,& executoriales decernendæ veniant propter expensas? Argumenta pro utraq; parte sumi possunt ex deductis in proxima præceden.quæstione. Verum quia in specie habemus Rotæ responsum illi acquiesco. Reus ad probãdũ nullum ius,nec possessionem ciuilem,uel naturalem (ad Rot.67.No.quòd resignans.in anti.Alex. in l.si quis ui. §.differentia.numero quinto. ff. de acquiren.posses.Cassad.Decisio.quarta, nume. 3. de restit.spoli.Paris.consilio trigesimonono.an regula.numero tertio.colum.4.) penes se esse propter cessionem in fauorem tertij factam,& non solum cessit liti,& causę,sed etiam iuri,quæ tria plus operantur,quàm illa duo prima.Rot. 306. in no. Felyn.in cap.per tuas.columna secunda, de simo. Cassad.Decis.12.numero septimo.de appel.Verũ quia facti detentio remanere potuit penes ipsum cedentem ad Dec.188.in no.dici potest adhuc cõtradicere: & propterea ferenda est contra eum sententia,& in expẽsis idem condemnandus est, put Dec.Crescen.62.libro primo. quæ incipit, Reo intruso cedente. Et quod diuersa sit detentatio a possessione ciuili, uel naturali probatur in l.stipulatio.§.hæc quoq. ff.de uer. obl. & in l.1.§. adipiscimur.ff.de acq.pos.

Decimonono quæro, an literæ subrogationis necessario intimandę sint personaliter parti,ad effectum vt subrogatus etiam quoad prosecutionẽ executorialium iam decretarum, & personaliter intimatarum ad instantiam prædecessoris, possit procedi ad ulteriorem executionem? Pro opinio. affirmatiua facit,quia cum agatur de incursu censurarum,& illarum declaratione ac effectu,specifica,indiuidua, & personalis intimatio requirit ad instantiam eiusdem,qui censuras fulminari instat contra ipsum qui censuris illaqueandus, uel illaqueatus est,propter graue pręiudicium, quod per excommunicationem,illiusque declarationem infertur.Innocen.Hostien.Collecta.& Abb. in cap. vltimo.de eo,qui initti.in possessio.cau. rei seruã. Præpo.in cap.caueant.contra gloss.ibi,tertia,quæstione nona. Cassad.Dec.duodecima.de rescrip.& Decision.2.de pensio. Insuper cum huiusmodi subrogatio sit noua gratia illa necessario intimanda venit.Rot.320.licet in causis.in no.& 750.in antiq.Imo de stilo Signaturæ est, quod subrogato nõ detur effectus executorialium,nisi prius canonizatur eius titulus. Staphi.super signa.folio 162.& sequen. iuxta primam Aeditio. ac Dec. Moheda. 206.incipien.diu fuit disputata causa Abulen. vel Salamantin.uersiculo.Et quod de stilo signaturę. Contrarium conclusum fuit in Rota, imò quòd non requiratur alia intimatio ipsi principali faciẽda,sed bene procuratori in Romana Curia existenti,cui etiam petenti dilationes ad partes denegandæ non sint.prout Dec.Ioan.Paul. Ptol.17.li. primo, incipien. Inter Dom. Antonium ac Dec. Crescen.2.sub titu.de subro.gratio.incipien. Executorialibus personaliter intimatis partib. Aliàs est Dec.35.libro secundo.& ad ea, quæ scripsi supra quæst.11.& in dictis locis colligitur responsio ad contraria.

Vigesimo quæro,an vigore clausulæ contra intrusos, & intrudendos, possit indistinctè absque alia probatione executio fieri contra tertium intrusum lite pendente. Aliqui ex Dominis de Rota in causa Regien.coram Clerico,tenebant probationes factas intrusionis illius, contra quem sententiæ latæ fuerunt,licet non deberent fidem facere contra ipsum tertium,ex quo res inter alios acta &c.toto titu. C. res inter alios acta. l.sæpe.in princ.ff.de re iudi.uerum aliquam præsumptionẽ illa inducit,quæ multum operatur, transferens et onus probandi in aduersarium. gl.in cap. interrogatum.secunda quæstione quarta,gloss. in cap.ordinatos.4.distin.& in c. dilectus.de simo.l. si duo patroni.in princ.ff.de iureiuran. & ibi glo. singu. quam ibi notant Bar. Bald. Ange. & alij Ange. in repet. l.sciendum.colum.13. ff. de uerbo.obl. Quæ maximè procedunt quo ad tertium non penitus extraneum, sed habentem iura connexa, iuxta tex.in l.a sententia. in princ.ff.de appel.& tex.in alle.l.si duo patroni.& per Bal.in l. 2.col.5. C.de eden.Pro præmissis facit Dec.Crescen.142. incipiens,executoriales, quæ capiunt tertium intrusum.libro primo.Ego putarem melius esse examinare testes super intrusione illius tertij ut sentiebant Crescen.in dicta Dec.cum quo alter concordabat.licet alij Domini re non exactè discussa aliter sentirent, & fuit magna contentio inter Dominos de Rota, & alios celebres Doctores quomodo, & qualiter procedi debeat contra intrusos lite pendente, ut aduerti super 1. commiss. causæ super beneficio,uer.intrudendos.

Vigesimoprimo quæro,an intrusus lite pendente,qui ab intimatione executorialium appellauerat, teneatur iudicato parere? In causa Tullen.coram Crescen.prout eius Dec.217.libro primo.incipien.Intrusus lite penden. Facti species sic se hẽbat, intrusus lite pẽdẽte cui fuerant intimatæ executoriales decretæ uigore unius sentẽtiæ latæ, citatis interesse putãtibus,appellauit a die notitiæ infra tempus,ac debito tempore causam appellationis cõmittifecit,ex quo uidebatur eum esse audiendum

diẽdũ in ſecunda inſtantia, nec eum debere ante omnia executorialibus parere, & poſſeſſionem relaxare, cum prætendens intereſſe poſſit debito tẽpore appellare, ſententiæque executionem impedire. l. a diuo Pio. §. ſuper rebus. & ibi Bart. Iaſ. numero decimoſexto, & alij. ff. de re iud. cap. cum ſuper. Cum ibi nota. extra eo. cap. ueniens 2. de reſtib. Rot. 20. Item poſt diffinitiuam. uerſiculo, ſi verò dictus. cap. pro intereſſe. in no. Concluſum fuit in eadem Tullen. quòd ſtante poſſeſſione nulla, id eſt uitioſa, & attentata, quæ omnino ab attentante auferri debet, nihil idem opponere poſſit quoad impediendam executionem reſpectu poſſeſſionis, cum pro poſſeſſore non habeatur. Rot. Deciſio. quinta. Nunquid reo. ut li. pẽden. in anti. aliàs 433. & Biſigne. Deciſio. prima. eod. titu. Roman. conſilio 499. numero ſeptimo. vbi etiam vult improbam poſſeſſionem non habere aliquod iuris adminiculum uel effectum, de quo etiam eſt tex. in l. improba. C. de acquiren. poſſ. & uoluerunt Sozzi. conſilio nonageſimoſeptimo, numero decimo, libro tertio. Dom. meus Philip. Dec. conſi. 467. numero decimoſeptimo, & ad fin. can. Et faciunt pro hac parte tradi. in ſimi. per Sarnen. q. 23. ac Thom. Gramma. con. ciui. 12. ad fin.

Vigeſimoſecundo quæro, an intruſus lite pendente admitti debeat ad cautionem iuxta terminos l. is a quo. cum ſeque. ff. de rei uindic. a quo uigore executorialium auocari quæritur poſſeſſio, cuius cautionis effectus eſt, ut reſtituatur res in euentum quòd euincatur res. Ex ijs, quæ diximus in proxima præceden. quæſtione, & alibi, pro negatiua concludendum eſt, cum executoriales capiant lite pendente intruſos, non ſecus ac ſi ſententia, & executoriales eſſent contra eundem intruſum latæ, & decretæ, prout Dec. Creſcen 238. incipien. cautio iuxta. l. Et de executione contra tertium uide per Oſaſc. deciſio. pedemon. 38. incipien. Obtenta per totam Dec. Alia etiam ratione non eſt locus dictæ cautioni, cum ſimus extra terminos dictæ l. is, a quo. quippe quæ procedit quando ſunt plures competitores agentes contra poſſeſſorem, & unus priuſquam alius uictoriã habuerit, iuxta primam declarationem Felyn. in c. cum ſuper. in 3. limi. de re iudic. & præalle. Dec. Creſcen. 238.

Vigeſimo tertio quero an executoriales, & brachium ſeculare poſſint executioni demandari cõtra ſucceſſorem immediatum, uel mediatum? Pro affirmatiua concluſum fuit in Rota in Roman. vineæ, prout Dec. Mohed. duodecima, incipien. In eadem Romana. per doctrinam Bar. in l. creditores. numero vigeſimoſecundo, & ſequen. C. de pigno. Pro quibus faciunt tex. in c. eccleſia. S. Mariæ. ut lite pend. Rui. conſi. trigeſimoquarto, uiſis numero..... volumine quinto. ac Ioann. Neuizan. conſilio vigeſimo. clementiſſimi. numero decimotertio. cum alijs ſequen. Qui etiam volunt non requiri nouum iudicium contra iſtum ſucceſſorẽ. non tamen puto executionem fieri poſſe abſque noua citatione, ſeu intimatione, vt etiam voluit Natta conſilio. 350. Auguſtinus numero quarto libro 2.

Vigeſimoquarto quæro, an poſſeſſio capta vigore executorialium propria auctoritate, patientia, uel curſu temporis, non obſtante uti attentata, ſeu aliàs reuocanda ueniant? Plures concluſiones diſcutiendæ eſſent, quarum prima ſe ſe offert, quòd ſi uigore executorialium ſine obſeruatione quatuor terminorum, ac ulteriori proceſsu propria auctoritate capiatur poſseſſio beneficij dicatur inualida, ac contra ſtilum, & attentata. Felyn. in cap. ad probandum. colum. antepen. de re iudi. ac Dec. Creſcen. 16. incipie. Stilus Rotæ eſt, quòd ſi quis. in princ. Ptolo. Deciſio. libro primo, incip. Bellonen. parroch. ubi etiam ad fin. dictæ Deciſ. ſubdit aliam opin. quòd ſi illa poſseſſio non ueniret reuocanda uia attentatorum, ſaltem reuocanda eſset uia nullitatis.

Secunda concluſio ſit, quod nec etiam iudicis, ſeu executoris authoritate id facere liceat, niſi prius facta fuerit intimatio executorialium; & poſtea lapſi ſint triginta dies, ac ſeruatis dictis quatuor terminis obtentaque declaratoria, ac demũ brachio ſeculari ex notorio ſtilo Romanæ Curiæ, ut per Felyn. in cap. de cætero, numero 15. de re iudic.

Tertia concluſio erit, quòd ſi ille, contra quẽ decretæ fuerunt executoriales, poſseſſionis traditioni expreſse uel tacitè conſentiat, attentata, & prætenſa nullitas apprehenſionis poſseſſionis ceſſarent, ut firmaui ſupra in commiſſio. 14. Attentatorum. in uerſiculo, reuocandi. quæſtione tertia. ubi etiam reſpondeo ad contraria.

Quarta adduci poterit, ut nullo temporis curſu obſtante (remoto cõſenſu expreſso, uel tacito) attentata in caſu præmiſsp reuocanda ſemper veniant, arguendo a ſpolio ad attentata. Oldrad. conſilio primo. numero decimoſexto, ubi quòd idem iudicandum eſt de attentatis, quod de iudicio reſtitutorio. Rot. dub. Faſto. ac Rot. in no. 185. ſi pars. in fin. Imo etiam arguendo a fortiori, quia fauorabilior eſt reuocatio attentatorum, ſeu ſpolij attentati, quàm ſit reſtitutio aduerſus ſimplex ſpolium. Oldrad. cõſilio centeſimononageſimonono. qui tamen Oldrad. uidetur ſibi contrarius, niſi illum defendas, quod in alleg. conſilio primo. intelligendus ſit, ubi aliud non reperiatur expreſſum, ſeu diſpoſitum in materia attentatorum ſit in iudicio poſseſſorio. Et quod remedium attentatorum ſit melius, & fauorabilius, voluerũt Abb. & Dominus meus numero uigeſimoſecundo, in cap. ex parte, ſecundo, de reſcrip. Alex. conſilio nonageſimonono, numero nono, volumine quinto. & Dec. Neapo. 98. At uidemus quòd actio ſpolij nullo temporis ſpacio excludirur: improba enim poſseſſio nõ meretur priuilegiari aliqua exceptione, uel præſcriptione. l. improba. C. de acqui. poſ. cap. reintegranda. ibi quacunque temporis conditione &c. tertia, quæſtione prima. Et quòd nulla præſcriptio non ſolum triginta, imo nec mille annorum operetur ad tollendum cap. reintegranda voluerunt Imol. in cap. ſollicitè. in fin. de reſtitu.

ſpol.

ſpoliatorum. Alexand. conſilio ſexto, column. quinta, libro tertio. Caſſad. Deciſio. quinta, numero primo, eodem titu. de reſtitu. ſpoliat. ac Deciſ. ſequen. ad fin. vbi hanc communem dicit. ac Ioa. de Amic de Venaſ. conſilio ſexageſimoprimo, numero decimooctauo, & cõſilio nonageſimoſexto. columna ſexta, verſiculo. præterea. & Prob. in cap. primo, numero quarto. de eo qui mitti. in poſſeſ. libro ſexto. Et quòd hæc opinio magis accepta ſit in Rota antiqua, & moderna, & conſueta ſeruari affirmat Sarnen. ſuper regul. de trien. quæſtione vndecima. poſt numerum decimumſeptimum. Idem Sarnen. Deciſio. quadrageſimaprima, libro primo, incipien. capitu. Reintegranda. Mohed. Dec. 343. incip. Sæpius fuit dubitatum. ac Putet Dec. 27. incipien. cap. Reintegran. ſub titu. de reſtitu. ſpolia.

Quinta concluſio ſit, quòd capiens poſſeſſionem vigore executorialium vacuam, vel plenam ſine contradictione, & uiolentia, lapſis poſtea uiginti annis non poſſit talis poſſeſſio tamquam attentata reuocari, etiam quod capta fuerit lite vt præmittitur pendente, ea ratione, quia præſumitur capta volente, & non contradicente poſſeſſore, & illius poſſeſſio uidebatur habita pro derelicta. l. peregrè. in princ. ff. de acquiren. poſſeſsio. & ita in ſpecie concluſit Rota prout Dec. pereg. Fab. 97. incipien. In cauſa Pampilonen. parroc. ac Deciſi. Put. 22. incip. Attentata excuſantur. ſub titu. ut lit. penden.

Sexta & vltima concluſio, ex adductis in proxima præceden. quæſtione firmari poteſt, ut idem dicendum ſit lapſo decendio, tum quia id non negat Rota in prædictis Deciſionibus, ſed uiginti anni in illis narrantur ex contingentia facti. Tum quia dictum Doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat, & reſtringi, uel ampliari, iuxta tex. citatum ad the. Ioan. And. in cap. cum nũcius. uerſus fin. de teſtib. ibi. Vnde nimis large loquuti ſunt gloſſatores. Sed reſtringenda eſt opinio ad textus iurium quæ allegant. Bar. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de libe. leg. ante numerum octauum. & in l. cum quidam. uerſiculo, ſolutio. intelligo dictum Iuriſconſulti hic ſecundum legẽ quã allegat. ff. de ijs qui. ut indi. Roman. conſ. ſeptuageſimoſexto, in cauſa nobilis. colum. vltim. intelligendo igitur Deciſiones præmiſſas ſecundũ iura quæ citant, videlicet. l. peregre. ff. de acquirẽ. poſſeſſio. ac alias, quas citant Deciſiones Peregri. Fab. & aliorum, ac dictum Iaſ. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. numero decimo. ff. eo. de decennio loquuntur, & ſic etiam in decennio intelligendæ erunt Deciſiones prędictæ. Imo Peregri. vbi ſupra, licet loquutus fuiſſet de uiginti annis, reddẽs poſtea rationem, ſubdit, Nã ſicut poſſeſſio ex curſu decem annorum præſumitur habita pro derelicta, l. peregre. & c. aliter intelligendo futile eſſet eius argumentum.

Vigeſimoquinto quęro, an intruſus lite pendente poſſit dicere de nullitate ſententiarum latarum in Rota contra eius authorem, ad effectum ne literæ executoriales decretæ contra authorem noceant ipſi intruſo? In cauſa Corduben. Beneficiorum 17. Octobris 1561. fuit hoc dubium diſcuſſum. Pro opinione negatiua facit Rota in anti. 5. Nota nunquid reo, aliàs 433. ſub titu. ut li. penden. verſiculo, ſecus autem in noſtro. ubi q talis non poteſt dare obiectus, ergo ſic intruſus nihil opponere poteſt.

Niſi reſpondeas, ꝙ non ſolum dicit rem iudicatam inualidam, non autem per hoc dàt obiectus. Vnus ex Dominis Rotæ reſpondebat, quòd ſi admitteretur intruſus lite pendente poſſe dare de nullitate, omnes executoriales deluderentur ac iudicia Rotalia, & intruſus confoueretur in beneficio. Pro contraria opinio. tenuit maior pars Dominorum Rotæ, ea ratione: quia ſententia nulla non facit rem iudicatam, & executoriales nulliter decretę non ſunt in conſideratione. l. quarta, §. cõdemnatum. ubi omnes. ff. de re iudic. & ſic quando dicimus executoriales poſſe exequi contra intruſum lite pendente, intelligere debemus de executorialibus validis: nullum enim, & inualidum inconſiderabile eſt, & pro nihilo habetur. l. 2. cum duabus ſequen. ff. de optio. lega. cap. illud. de iu. patron. cap. non præſtat impedimentum. de reg. iur. libro ſexto. l. qui per calumniam. ff. de iureiuran. ubi iuramentum non rite præſtitum pro non iuramento habetur. Ex quo tex. Pau. Caſtren. infert ad teſtes non bene examinatos. ſyngu. 26. Et generaliter dicimns non factum, & inualidè factum paria eſſe. ad l. quoties. & l. de die. §. 1. ff. de re iudic. Sic etiam dicimus citationem nullam non afficere citatum, etiam ut uenire teneatur ad allegandũ priuilegium ſuum. gloſſ. magna in fi. in cap. placita 15. quæſtione quarta. Archi. in cap. non ita. post princip. ſecunda, quæſtione ſexta. Fuit tandem conclu-ctum in eadem cauſa præſcrutandam fore mẽtẽ Reuerendtſſimi Cardinalis Putei ſuper ſtilo, qui in contrarium allegabatur.

COMMISSIO XXX

MANDATVM EXECVTIVVM

loco executorialium.

BEATISSIME PATER, lata fuit diffinitiua ſentẽtia per R. P. D. Auditorem Cameræ in cauſa Hortan. pecuniaria in fauorem A. contra B. quæ per duas alias conformes in ſacro vestro Rotæ Auditorio confirmata fuit cum expenſarum condemnatione. Verum quia parum eſset ſententias ferri, &c. ſupplicat S. V. dictus A. Orator, quatenus R. P. D. C. qui tertiam cõfirmatoriam promulgauit ſententiam, ut omnes, & ſingulas expenſas pro parte dicti Oratoris tam coram ſe, quàm alijs iudicibus legitimè factas taxet, & moderetur, & tam pro illis, quàm pro ſumma

ma principali, CCC. aureorum, in qua B. aduerſarius condemnatus extitit loco literarum executorialium conſtito de tribus conformibus, vel aliàs de re iudicata mandatum executiuum: attento quòd litigantes ſunt de ſtatu eccleſiaſtico, & ſumma ſuper qua actum fuit non excedit, CCC. aureos, ſuo ſub ſigillo, ac cenſuris, & pœnis, clauſulis ſolitis, & conſuetis contra dictum B. aduerſarium decernat. Contumaceſque, &c. Præmiſſis ac conſt. & ordinat. apoſtolicis, Regulis Cancel. illa præſertim qua caueri dicitur mandata huiuſmodi aliter quàm ſub plumbo expedita nullus eſſe roboris, vel momenti.

BEATISSIME PATER. Hæc eſt fauorabilior commiſſio quàm præcedens, ex quo fauorabilior trium ſententiarum conformiũ præponderat illi vnius, vel duarum ſententiarũ, quæ ob non appellationem: uel non proſecutionẽ reſpectiuè in rem iudicatam tranſitum fecerunt. C. ne lice. ter. prouo. in rub. & nigro. & ibi Doctor. & ad text. & ibi omnes, in clemen. 1. de re iudic.

Per duas alias.

Similem narratiuã habes in c. ſua nobis. de appellat.

Qui tertiam confirmatoriam.)

Iudex appellationis exequitur. Bart. in l. eos, in fin. princip. & ibi Bald. numero octauo, hanc communem aſſerens. & verſicul. Item quæritur quid de ſententia confirmata. C. de appella. Idem Bar. in l. præcipimus. §. officijs. C. eo. Io. Monach. Archid. & Geminia. in cap. Romana. §. fi. eo. libro 6. Phi. Franc. in cap. ex ratione. quæſtione 6. eod. titu. Rober. Maran. de ordin. iudi. in 3. & vlt. actu princip. dum de executione ſententię tract. colum. ſecunda. numero ſexto, in quarta limitat. Staph. ſuper Signat. fol. 175. uer. Latis tribus ſententijs.

Tam coram ſe, quàm alijs.)

Hoc non poſſet iſte tertius auditor, ſed ſolum taxare expenſas coram ſe factas: non autẽ coram alijs, niſi per reſcriptum hoc ſibi concederetur, iuxta Rot. 734. no. ꝙ quando fit taxatio. in antiq. quam comprobat Deciſio. prima. aliàs 14. ſub titu. de expen. quę incipit, Beatrix Paregia, vbi in caſu ſuo concludit quòd Auditor Rotæ iudex appellationis potuit taxare expenſas coram Auditore Cameræ factas, propter clauſulam in commiſſione, (ut procederet prout poſſet dictus Auditor) qua clauſula non appoſita illas taxare non potuiſſet.

Et tam pro illis, quàm ſumma principali.)

Pro fructibus tantum Signatura concedere ſolet, quòd decernatur mandatum executiuum: & etiam pro ſumma petita ſi nõ ſit ſumma grauis: præſertim quãdo litigantes sũt de ſtatu eccleſiaſtico: quo caſu eccleſiaſticus iudex alieno non indiget auxilio. Et ipſe Rotæ Auditor ſuam ſententiam executioni demandare valebit: & omnes ei parere debebunt. Et propterea ſupponitur huiuſmodi clauſula, cum alijs, quæ ſequuntur. Et quod cauſa CCC. aureorum non dicatur magna, & grauis, probat tex. iunct. gloſſ. in l. fi. C. de peda. iudic. in Authen. de Defen. ciuita. §. & iudicare. Alex. in l. 1. poſt numerum decimumtertium. ff. de offi. eius. Et tanto magis cauſa huiuſmodi parua cenſeri debet in Rotæ tribunali, in quo cauſa infra quingentos aureos parua exiſtimatur: & in ea procedi debet ſummariè, & ſimpliciter, prout latius proſequor ſupra com. 3. in ver. Attenta grauitate cauſæ.

Loco literarum executorialium.)

Non ſolum autem in cauſa prophana, & pro ijs quę in præceden. Gloſſ. diximus, concedi conſueuit commiſſio, quòd mandatum executiuum decernatur loco executorialium, ſed etiã in beneficiarijs ut atteſtatur Addi. ad Deciſion. 2. de reſcrip. in no. quæ adſcribitur Papazoni, poſt numerum quadrageſimumnonum. Et in cauſis ꝓphanis, & aliquando etiam in beneficialibus datur commiſſio. Mandatum hoc executiuum licet ſubrogetur in locum executorialium, vnde iuxta regulam ſubrogatum ſapere deberet naturam executorialium in quarum locum ſubrogatur. l. in libertum. ff. de ritu nup. ubi ſicut tutor prohibetur pupillam in uxorem ducere, ita & hæres tutoris etiam extraneus, qui ſubrogatur in locum prohibiti. l. is qui in poteſtate. §. fi. ff. de bon. poſſeſ. cõtra tabu. l. hæreditatis appellatione 2. ff. de uerbor. ſignifi. cap. maiores. §. ad id autem. ubi de baptiſmo ſubrogato in locum circunſionis. de baptiſ. Et ſic mandatum hoc eiſdem modis decerni, concedi, & executioni demandari deberet, prout executoriales: & ſic cum mora triginta dierum, ut in p̃ceden. proxima commiſ. oſtendimus, & ſeruatis aliquibus terminis ante ſe, & poſt ſe, ueritas eſt ꝙ mandatum executiuum in aliquibus conforme erit executorialibus: in aliquibus non, quoad moram triginta dierum diſſimile erit ab executorialibus. Item executoriales monent, ſeu requirunt ut quis ſoluat, ſeu aliàs ſententijs pareat. Ludo. Roma. conſilio 136. circa propoſitum. numero quarto. ibi, Requiſitus fuerit de parendo ſententijs, & numero ſeptimo. & Addit. quæ adſcribitur Papazoni ſuper deciſio. ſecunda, in no. numero quadrageſimonono, verſiculo. Et quia forma executorialium hoc dictat quod reus moneatur. Mandatum verò executiuum compellit ad ſatisfaciendum illicò. Et etiam quoad quædam alia diſſimile eſt. Nec eſt neceſſe, ꝙ ſubrogatum in omnibus ſit ſimile ei cui ſubrogatur. Pau. Caſtren. conſilio ſeptuageſimotertio. repetito. & conſilio 265. licet iſta d. Liſa. verſus fin. libro primo. Dominus meus Philip. Dec. conſilio 190. circa primam. colum. 3. verſic. Quarto hoc idem. & conſilio 543. in caſu. colum. 2. nume. 6.

Conſtito de tribus conformibus.

formibus. Puta quod omnes sint condemnatoriæ in eadem summa, vel omnes conformes in minori summa,& aliàs vt declarat Ruin. consil. 1114. visis numero 10.& 13. volum. 5. D.meus consil. 385. iuridicum.& Dec. Neapo. Afflí. 362. fuit maximè. Et in ijs terminis procedit dispositio prælleg. clem. 1. de re iudic. vt per omnes ibi.& l. vni. C. ne lice. tertio prouoc. ac capit. sua nobis, de appellatio.

Mandata huiusmodi aliter quàm sub plumbo.) Hic supponenda est regula Rancel. 69. iuxta ordinem antiquum, iuxta verò modernum 72. Et Regula moderna iuxta terminos nostros est eadem in effectu cum antiqua, ab illa verò diuersa circa sequestra, & remissorias, de quibus verbum nullum in regula moderna tenoris sequẽtis. Voluit & ordinauit quòd mãdata Apostolica super sententijs in Ro. Cu. latis executioni demandandis sub Bulla expediantur, aliàs sint nulla. Idem est dicere sub bulla,& sub plumbo ad tex. in c. licet. de crimi. fal. De hoc mãdato executiuo, seu executorialibus de quibus tractamus sub bulla, seu sub plumbo expeditis sensit (vt puto) Ludo. Roman. consil. 336. circa propositum, vt colligi poterit ex illius uerbis quæ ponderabo. Inquit enim in princip. consil. Quæritur nunquid executor legitimè decreuit processus executoriales: & parum post numerum primum. Eo quia vt ipse sententiam executioni demandet necesse est sibi primo, constare sententiam latam esse,&c.& parum post, nec refragatur, quòd dici posset ipsi executori de sententia constitisse, eo quia ipsius effectus narratus est in bulla executoria Papæ: quia respondeo quòd si bene aduertatur tenor bullæ Papæ effectum sententiæ refert, &cæt.& ante numerum 3. Præterea Papa mandat dicto executori vt iuxta dictarum sententiarum tenores executionem faciat,& post tamen cum ponuntur in rescriptis iustitiæ intelliguntur stare cõditionaliter. Item numero quarto. Quoad secundum in quo quæritur, nunquid legitimè requisitus fuerit dictus magister Petrus de parendo sententijs, attento quod solum oblatis sibi processib. executorialib. requisitus fuit: non autem exhibita sibi neque sententia, neque bulla executionis delegatoria,&c. Demum num. 7. inquit. Cum ergo magistro Petro insinuatur vt sua solutione det executionem sententiæ,&c.& sic loquitur de intimatione executorialium sub plumbo expeditarum cũ narratiua sententiarum. Quæ ponderatio si subsistit, sequitur quòd etiam tempore Ludo. Roman. qui fuit Rotæ Auditor regula præmissa antiqua de expedien. executorialibus, seu mandatis huiusmodi sub plumbo, seu sub bulla, in viridi esset obseruantia. Et hæc repugnare videntur ijs quæ scripsimus super 19. Formu. Commis. Remissoriæ. in ver. Regulis Cancel.

COMMISSIO XXXI.

PRO ADIVDICATIONE.

BEATISSIME PATER, Cum diu litigatum fuerit inter deuotam S. V. oratorem Aloysiam actricem ex una, ac B. aduersarium, de & super certis pecuniarum summis, & hypotheca nomine dotis cuiusdam domus sitæ in vrbe iuxta suos fines, rebusque alijs &c. coram R. P. D. vrbis Gubernatore, seu eius D. Locumtenente, ab eoque sententiam, & rem iudicatam ob non appellationem, seu non prosecutionem, uel alias reportasset, & successiue mandatũ executiuum, de consignando eandem domum ad effectum subhastandi obtinuerit, dictaque domus in mãibus & posse cursoris per tres menses, & ultra ad effectum prædictum fuerit: & quia domus. & res, quæ ita, & per tales subhastationes uenduntur nunquam pro uerò precio alienantur, sed longe minori ualore, & hactenus nemo fuerit repertus, qui legitimum eius ualorem obtulerit: dictaque oratrix maneat creditrix in longè maiori summa, adeo quod si per talem subhastationem domus uẽderetur, non dum ipsi aduersario fieret præiudicium, sed etiam & eidem oratrici grauis crediti sui iactura inferretur: crediturque domum prædictam tantum, ac fortè aliquanto pluris valere. Supplicat igitur dicta oratrix quatenus indemnitati vtriusque partis prouidendo dignetur S.V. eidem R.P.D. Gubernatori, seu eius Locumtenenti, cui executio dicta uigore dictæ rei iudicatæ commissa fuit, committere, & mandare, vt constito sibi per duos peritos arbitrio suo eligendos de legitimo, & uero eiusdem domus valore, eandem domum dictæ oratrici pro debito sibi iuxta formam dictę sententiæ, & extimationis per duos peritos faciendæ & in actis referendæ adiudicet, & consignari mandet, & faciat, ac publicum instrumentum cum omnibus cautelis, & assecurationibus pro indemnitate dictæ oratricis desuper conficiat, & confici mandet. Ac successiuè quatenus opus sit, idem D. Gubernator, & alij pro tempore existentes in eius possessione de cętero futuris temporibus manuteneant, & defendant, prout iuris fuerit, & aliàs iuxta suas facultates procedat. Etiam cum potestate citandi, inhibendi &c. Præmissis &c. statum &c.

BEATISSIME PATER, Hæc lis fuit super exactione pecuniarum debitarum occasione dotis, pro quibus pecunijs quædam domus hypotecata supponebatur, & non quia reperiebant bona mobilia super quibus executio fieri posset iuxta tex. in l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. & in l. 1. C. de præto. pigno. alio remedio utendum erat.

Et

Et hypotheca nomine dotis cuius cuiuſdam domus.) Non ſolum deueniri poterat ad uenditionem domus ratione pignoris aſſignati per iudicem creditori iuxta tex. in dicta l. a diuo Pio. §. ſi pignora. & in l. prima. C. ſi in cau. iudi. pign. cap. ſit. ſed etiam ratione pignoris conuentionalis, de quo in l. creditor, qui non idoneum. ff. ſi cer. pet.

Ad effectum ſubhaſtādis.) Subhaſtatio præcedere debet ad hoc ut ad dationem inſolutum deueniri poſſit. Saly. in l. ordo. circ. princ. C. de exe. rei iudi. Et quòd datio inſolutum non præcedente ſubhaſtatione ſit nulla voluit Rota in Tiburtina Caſtri Arſoli corā Ptolomęo, prout Deciſio. Putei 251. incipien. Die 13. Martij 1545. libro ſecundo. Videas tamen aliam Deciſio. Put. eod. libro ſecundo. 293. incipien. Die 20. Maij 1545. ubi adiudicatio a principio nulla, in illo caſu ſaluatur. Et quia pignora tunc demum dari poſſunt inſolutum, quando emptorem non inueniunt. præalle. l. a diuo Pio. §. ſi dignora. ff. de re iudic.

Adiudicet.) Subhaſtata domo ſi nō repetitur emptor, alia via creditori conſulendum erat, videlicet, ut creditori pro iuſto precio pro concurrenti quantitate adiudicetur domus illa ſibi hypothecata. iux. tex. in alle. §. ſi pignora. & ibi per omnes. & per tex. in l. ordo. C. de exe. rei iudic. & in l. 2. C. ſi in cau. credi. Sozzi. conſilio trigeſimoſeptimo, colum. 3. & ſequen. volumine quarto, Deciſio. Neap. capit. quadrageſimoprimo. Robert. Maran. in ſuo Specul. in ultim. actu. princip. numero quadrageſimo, primo, & 28.

Et conſignari mādet.) Signatura addere poſſet clauſulam videlicet. Et quòd omne reſiduum, quod ſupereſſet de extimatione facta, ſatiſfacta dicta creditrice deponi deberet penes idoneum depoſitarium, perſoluendum alijs creditoribus, ſecundum prorogatiuam ipſorum. Et hæc datio in ſolutum æquipollet uenditioni. l. ſequitur. §. de illo. in fin. ff. de uſuca. l. ultim. ff. qui. ex cau. in poſſeſ. ea. l. ſi prædium. C. de euictio. Fab. de Monte, de emptio. & uenditio. in ſecunda quæſtione princip. poſt nnmerum trigeſimumprimum, uerſi. Item quòd permutatio, & in ſolutum datio.

Iuxta ſuas facultates:) Quæ ampliſſimæ ſunt, ac fauorabiles, & circa quędam inter alia continent hæc uerba inſolita videcet. Quòd poſſit ea, quæ ipſe ſummus Pontifex. Item. Nulli alij, quàm ſoli Deo rationem redditurus. De quibus uerbis in facultatibus Gubernatoris, & quòd operentur inter alia, quod non teneatur pronunciare ſuper incidentibus, & emergentibus, tractaui ſupra in 14. commiſſio. Attenta. in quarta quæſtione. Non omitto etiam annuere, quòd conſuetudo illius tribunalis Gubernatoris pręſertim in cauſis ſalarij debiti ut citiſſimè ad executionem deueniatur, nec admittatur reſponſio, uel litis conteſtatio niſi prius auctualiter facto depoſito, ac cōſtituto procuratore apud acta, omnia tela iudiciaria, omni dilatione poſtpoſita, ac reiecta, & in ijs, & in ſimilibus cauſis parui momēti conſuetudo ampliat, comprobat, & cauſat iuriſdictionem illius tribunalis, quæ quidem conſuetudo efficere poteſt. cap. cum contingat. de for. cō peten. capitu. primo, verſiculo. Niſi amplius ei. de pœn. libro ſexto. gloſſ. in capitu. Romana. in uerſiculo. conſuetudo. de appel. eod. libro. Roman. conſilio 243. Ad prædictarum. & conſilio 300. in caſu. numero primo. Archid. in cap. conquęſtus. ubi ampliat, quòd etiam per conſuetudinem perſonæ priuatæ tribuatur iuriſdictio. 9. quæſtione tertia. Quantum uerò attinet ad prædicta verba, Nulli alij rationem redditurus &c. Licet terribilius ſit, ac formidabilius rationem Deo reddere, quàm hominib. Hinc, in pſalmo dicitur: Non intrabis in iudicium cum ſeruo tuo. Tamen homines non perpendentes illa diuina verba, Nolite timere eos, qui corpus tantum occidere poſſunt, plerumque plus timere ſolent pœnas ſeculi, quàm alterius, & ſic decipiuntur, & vt frenetici tractandi, ac habendi ſunt. Præmiſſa commiſſio ſignata fuit ut infra videlicet. Placet D. N. Papæ arbitrio Gubernatoris. Pro commiſſione reformatoria pro ſananda adiudicatione a principio nulla, videre poteris Deciſion. Putei. 282. incipient. Die 20. Maij. lib. ſecundo.

COMMISSIO XXXII.
Reſtitutionis ad proſecutionem appellationis ſuis in integrum.

BEATISSIME PATER, litigato aliàs coram diuerſis Dominis Rotæ auditoribus inter S. V. oratores præſidentes Hoſpitalis magni Brixiæ ex vna, ac Reuerendiſſimum Frāciſcum Piſaurum Patriarcham Conſtanti. actorēde, & ſuper parrochiali de Azano, illiuſque occupatione, fructibus &c. partibus ex altera, & illorū occaſione, latis de ſuper hincinde pluribus diffinitiuis ſententijs cum expenſarum condemnatione, quæ poſtmodum cum nimis enormiter taxatæ eſſent, procurator oratorum a dicta enormi taxatione appellauit, licet cauſam dictæ appellationis cum aduerſario fortè colludendo non fuerit aliàs proſecutus, & ſic deſerta remanſit in non modicū Hoſpitalis damnum &c. Et aliàs in calculis læſi

fuerant &c. Supplicant quatenus dignetur R. P. Domino N. coram quo ad præsens causa reperitur, vt constito sibi ex actis de dicta enormi læsione tam in taxa expensarum, quàm in computis factis, & calculatis, prædictos presidentes &c. aduersus rem iudicatam, & condemnationem fructuũ per scripturas, instrumenta, & munimẽta in actis producta errore calculi detecto, oratores aduersus desertionem prædictam in integrum restituat & in pristinum statum reducat: & deinde causam appellationis prædictam, ac si deserta non esset, audiuit, & decedat, cum potestate citandi &c.

BEATISSIME PATER, Hæc commissionis formula nõnullis immutatis, pluribus, & ferè omnibus alijs restitutionis in integrũ generibus inseruiet: quæ in integrum restitutio admirabilis inquam est. iuxta illud Sapien. 16. Et deducis usque ad portas mortis, & reducis. Per hãc hominibus uel lapsis, uel circumscriptis subuenitur. vt exorditur Vlpian. in l. prima. ff. de in integ. restitutio.

Patriarcham Constãti.

Hic est primus Patriarcharum ut deciditur in c. antiqua. de priuileg. Aluarot. in capit. primo, numero decimoquinto, versiculo. Nunc transeamus ad tractatum de patriar. in usi. feu. sub tit. episcop. uel abbas.

Illiusque fructibus &c.

Absque illis uerbis, illisque fructibus &c. ueniebant etiam fructus commissa causa super beneficio, tanquam per quandam consequentiam, uel incidenter. Innocen. in cap. cum dilectus. de ordin. cogni. Cy. in l. certũ. in ultim. quæstione. C. de rei vindi. Barth. in l. 1. numero decimo. ff. de edend. Ruin. consilio centesimosexagesimoquarto. quã uis ex ijs, colum. quarta, uersiculo. Secus quando fructus petuntur accessoriè. Alexan. hanc magis cõmunem affirmans consilio nonagesimo. in causa & lite. numero undecimo. libro secundo. Verum hic agebatur etiam principaliter ad fructus male perceptos super Archiepiscopatu Iadren: qui prætendebatur vacare ex eiusdem persona, propter assecutionem patriarchatus, cum eandem ecclesiam cathedralem retineret absque dispensatione, & ꝓpterea fructus malè & indebitè ex dicto archiepiscopatu perciperet, qui fructus malè percepti Cameræ Apostolicæ applicabantur, & Camera Apostolica fructus huiusmodi dicto Hospitali donauerat. de ijs fructibus malè perceptis, & de hac cã loquor super Signa. Gratiæ, tit. de Absolu. à mala fructuum perceptione.

Plurib. diffinitiuis sen-

tentijs.] Quot autem diffinitiuæ sententiæ in eadem causa ferri possint? respondeo, quòd quinque ad plus, & quatuor appellationes interponi, declarando hoc modo, uidelicet quòd in fauorem Hospitalis, seu illius presidẽtium fuerint latæ duæ sententiæ absolutoriæ, a quibus appellatum fuerat pro parte Do. Patriarchæ, deinde latæ fuerint tres sententiæ conformes in fauorem eiusdem D. Patriarchæ actoris, quibus pro parte præsidentiũ Hospitalis bis fuerat appellatum.

Tertio enim appellare non licet. prout. C. ne li. ce. tert. prouoc. ubi Bar. in l. 1. declarat a partibus posse interponi quatuor appellationes, prout etiã declarat post Spec. Io. And. & Abb. ac D. meus nu 6. in c. directè. de appel.

A dicta enormi taxatio

ne appellauit.) Appellatio a taxatione expensarum an dicatur interlocutoria, an diffinitiua, ve vim diffinitiuæ habens, diuersæ fuerunt opiniones. Nonnulli dixerunt esse meram interlocutoriam, cum negocium non diffiniat, iuxta ea, quę volunt Doct. in cap. cum cessante. ubi Franc. numero quinquagesimotertio, versiculo decimoseptimo sententia. de appel. Contra uerò, quòd sit diffinitiua, vel uim diffinitiuæ habẽs, uidetur, ex quo taxatio expensarum in diffinitiua reseruatur, & i. potest dici pars ipsius diffinitiuæ. Tum etiã quia totum negocium diffinire uideatur, cum per taxationem soleat lis finiri, & nullus actus litis postea expectatur, quo casu interlocutoria uim diffinitiuæ habere dicitur. Bar. & Imol. in l. quod iussi. ff. de re iudi. Phi. Franc. in pręalleg. capit. cum cessante. colum. quarta, versiculo, si uerò quęritur de interlocutoria. & column. decimaquinta, numero quinquagesimotertio, versiculo. Decimoseptimo sententia de appellatio. & idem videtur vel Ægid. Bellame. Dec, quadragesimaquarta, inc. executoria.

Non fuerit aliàs perse

cutus.) Ob non prosecutionem causa deseritur & sententia transit in rem iudicatam. l. 2. cum i. auten. C. de temp. appellat. cle. sicut appellationi de appel. & ad alia, quæ adduximus super cõm. execut. in uer. Ob non prosecutionem.

Et aliàs in calculis læsi

fuerint.) In calculo si erratum fuerit, uel in eo quis læsus, reuisio, & retractatio concedi debebit. l. vni. C. de erro. calcu. l. 2. & ibi Bar. C. de iure fisci. libro decimo. Fulgo. consilio centesimotrigesimooctauo. 142. & 262.

Et enormi læsione. Qui reg-

lariter dicunt, quæ ascendit ad sextam partem re seu illius veri precij, prout per Ruin. consi. octuagesimoprimo, colum. secunda, lib. primo. per Capol. hanc communem affirmantem cons. ciui. 29 numero duodecimo, per Dom. meum consilio [illegible] gesimonono, colum. vltim. & per Curt. Iun. consilio septuagesimonono, in fin. qui etiam communem asserit. Videantur etiam Cardin. Zabba. consilio 141. colum. secunda, versiculo. principaliter ac Sozzi. Iun. consilio quadragesimooctauo, numero

mero vigesimosecu ndo, & consilio 144. numero 14. lib. 2. In minore, uel ecclesia sufficit constare de enormi læsione pro obtinenda hmôi restitutione non autem in maiore, in quo requiritur etiam iusta causa ad illam petendam, toto titu. ff. ex qui. cau. maio. capitulo, auditis. & capitulo, cum venissent. de in integrum restitut. & plenè declarat istã differentiam inter ecclesiam, & minorem, ac maiores. Abbas in capitulo ex literis. numero quinto. versic. Item nota, quòd non solum maior. eodem titulo. de in integrum restitu. Quòd autem hospitale huiusmodi pro quo hoc rescriptum impetratum fuit restituatur iure speciali, & uti ecclesia, ex quo est locus pius, uoluit Ioan. And. in capitulo secundo dicto titu. de in integrum restitutio. lib. sexto. & latè probo in capitulo primo. nu. 54. eod. titu. in mea lectu. Pisana.

Aduersus rẽ iudicatã.

Præcedere deberre aliquam probationem saltem præsumptiuam de iniustitia sententię: aliàs non posse dici læsionem dixit Bellame. Dec. 418. Rot. in no. 5. Item non sufficit. de in inte. restitut. Ego autem dico, quòd ad hoc ut obtineatur in integrũ restitutio, debet omnino probari læsio, quæ nisi ꝓbetur non præsumitur, & hoc est vnum ex necessarijs terminis ad obtinendam restitutionem in integrum. August. Bero. consilio 131. motiuis. numero duodecimo, libro tertio. Gozad. consilio quadragesimoquarto. non est, numero octauo. Cępha. consilio tertio, numero 137. libro primo. Osasch. in Decision. Pedemon. 157. quæsitum. numero 8. ubi loquitur de restitutione ad appellandum. Et ꝙ leuis probatio, vel præsumptio non sufficiat pro restitutione in integrum aduersus rem iudicatam, magis communem opin. esse testatur Pet. de Benciuen. Dec. Rotæ Bononien. 85. dubitatur. numero nono. Videantur Decis. Caputaquen. 22. fuit dubitatum, & Dec. sequen. libro secundo. Et si in commissione restitutionis in integrum plura narretur. dixit Aegid. Dec. 280. sufficere unum esse uerum, licet plura sint falsa. Et pleruuque in istis commissionibus solet addi clausula, prout de iure, ne quis putet quemuis, & ex quacunque causa allegata restituendum esse. Magna item est differentia an in integrum restitutio petatur aduersus tres sententias, quo casu regulariter non impeditur executio, sed ille executioni demandantur. Bal. in l. uni. C. ne lice. ter. prouoc. colum. vltim. versiculo, sed nunquid. sequitur Alex. in l. quarta. §. condemnatum. colum. penultim. & ultim. ff. de re iudi. Rot. 26. alijs 517. no. quòd tres sententiæ. eo. titu. de re iudic. in anti. & Cassad. Decisio. prima. de in integ. restitut. & Dec. Ioan. Pau. Ptolo. 23. quæ incipit, in causa Toletan. in fi. Secus uerò dicendum est in terminis nostris quando petitur restitutio aduersus rem iudicatam ex una sententia prouenientem ob non prosecutionem, quia impeditur executio, & quis auditur an refectionem expensarum. Rot. 379. Innocen. & Cassa. 1. de in inte. restitut. & clare dicta Decisio. Ptolom. 25. ubi habita erat commissio in integrum restitutionis cum clausula ꝓut de iure, & ille Ortiz de quo ibi restitutus fuit executione rei iudicatę suspensa. Distinguunt ailj, Aut in integrum restitutio petitur post petitam executionem, Aut ante petitam executionem. Primo casu non retardetur executio, secus in secundo: quam distinctionem eliciunt ex dictis Saly. in l. ultim. colum. ultim. C. si ex fals. instrumen. ex consilio Alex. 62. & 223. volumine sexto, & ex tradi. ꝑ Rip. in l. si se non obtulit. §. condemnatum. ante numerum trigesimum primum, versi. Aliquando petitur restitutio aduersus rem iudicatam duntaxat. ff. de re iudi.

In actis product.

Et sic ex actis, & incontinenti apparere poterit de læsione, & quòd in integrum restitutioni locus esse posset, seu debeat, quo casu nemo dubitat (ut supra ostendi) quin executio rei iudicatæ ab una sententia ob non prosecutionem appellationis proueniens, & ut præmisi omnino, & facilius suspendi debeat. Imò nonnulli tenuerunt, quòd etiam suspenderetur executio triũ conformium, quando incontinenti offerretur probatio causarum propter quas restitutio concedi debeat, prout per Anton. Canar. in tract. de execu. instrumen. parte tertia, quæstione vigesimaprima. & supponit Rip. in præalleg. §. condemnatum. in l. 4. numero trigesimosecundo, versiculo. Sed pro declaratione præmissorum. ff. de re iudi. Fortius hoc procedere debebunt in casu nostro, cum vt præmisi sumus in hospitali, quod fungitur vice minoris. Sumus in re iudicata proueniente ab sententia ob nõ prosecutionem appellationis. Rursus sumus in ꝓbatione læsionis ex productis in actis, & euidens dicitur quod patet ex actis. capitu. penulti. in princ. de cau. possessio. & propri. Bart. in l. vltim. ff. de publi. iud. Dom. meus Phil. Dec. in cap. ex insinuatione. numero vigesimo. de appellat. Et quæ acta faciunt notorium isi ciuilibus. Et notorium dicitur, quod ex actis colligitur. cap. ultim. de coha. cler. & mult. Innocen. & Abb. in cap. cum olim de uerbor. signifi. Bald. in authen. Ad hæc. colum. quinta, versiculo, Quero nunquid ille. C. de vsur. Angel. consilio decimo, in causa. Dom. meus in alleg. cap. ex insinuatione. numero decimonono. de appel. Decisio. Tholos. 198. Ias. in l. ait prætor, §. si damnetur. numero secundo. ff. de iureiuran. Et in terminis nostris executio rei iudicatæ suspendenda veniebat, & hospitale omnino in integrum restituendum.

Et in pristinum reducat.

Hic est præcipuus effectus in integrum restitutionis, ut quis in pristinum statum reducatur. iuxta tex. in l. prima. C. de senten. pas. & resti. & ad alia, quæ adduco super rub. de in integrum restit. in prin. & num. 4.

Causam appellationis

prædictam ac si deserta non esset audiat.) Mirabilis res est hæc, vt causa appellationis extractu reuiuiscat, & contra illud Philosophi, affirmantis

a priuatione ad habitum nō dari regressum, quod etiam videmus affirmasse, dum dicunt extinctam obligationem non reuiuiscere. l. qui res. §. aream. versicu. In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest. Nec quis vllum vidit (nisi miraculosè) amissam oculorum aciem recuperare, nisi opera ipsius Dei, uel ipsius dilectorum, iuxta illud Sapien. 6. Et deducis vsque ad portas mortis, & reducis. Verum quia commissio hæc, & similes diuersimodè signari solent, ideo nonnulla ad rem subijciam. Si simpliciter rescriptum signatum sit, puta, placet Domino nostro Papæ. N. Cardinalis &c. Et per R. D. Cancellariæ regentē subsignatum sit hoc modo, videlicet. De mandato Domini N. Papæ, Audiat magister A. procedat, vt petitur, & iustitiam faciat, procedent quæ supra diximus etiam quoad executionem, & alia. Verum ponamus, quòd commissio signata sit prout de iure (prout plerunque signari solent, ut præmisi) licet plura hinc inde adduci possint, ut colligi potest ex supra adductis, Rota conclusit in una Lucen. Archidiaconatus, quòd etiam hoc casu retardaretur executio donec discuteretur super causa ex qua petitur restitutio. Fallit si præfixus sit terminus uigore commissionis ad docendum de prætensis læsione, & causis allegatis pro restitutione obtinenda, & ille lapsus sit, per ea, quæ considerata, & adducta fuerunt in Dec. Put. 7. sub titulo de in integrum restitutio. quæ Dec. latius posita est in eiusdem libro secundo, quæ est 456. incipiēs in vna Lucen. Archidia. Aut commissio est signata, Constito de bono iure restituat &c. & tunc non debet concedi restitutio, nec retardatur executio rei iudicatæ, nisi prius de bono iure doctum sit, cum seruari debeat forma data per rescriptum. capitulo, cum dilecta. de rescrip. & in terminis nostris est præmissa Dec. Putei 456. ad fin. versicu. Et ideo ex præmissis infertur, quòd si in commissione diceretur restituat constito de bono iure &c. Postremò si additum sit in commissione, Parito iudicato restituat, casus erit indubitabilis, etiam in beneficiarijs, in quibus restitui debebit possessio, fructus percepti, & soluendæ erunt expensę. vt declarat Staphil. super signa. fol. 162. versicu. Quando tamen lata vna sententia. Et quòd is contra quem est res iudicata prius parere debeat, aliàs non dicatur pendere lis super restitutione in integrum, est Dec. Putei 16. incipiens, lis non dicitur de nouo. sub titu. ut lit. penden.

Quæro, commissa est causa restitutionis in integrum ad beneficium non facta intentione possessionis, an porrigitur principaliter etiam ad possessionem? Pro opin. affirmatiua videtur concludendum, commissa enim causa simpliciter super beneficio venit principaliter tā petitorium, quàm possessorium, & sic tum proprietas, quam possessio. ad tex. in capitulo primo, de sequestr. possess. & in capitulo secundo, vt lit. penden. libro sexto. Spec. de rescri. præsen. §. Ratione autem causæ. versic. simpliciter autem committendo vtrunq; videtur commissum. Rotæ 396. si committatur. in no. Calder. consilio quinto. sub titu. de præben. Felyn. in rubrica. de rescrip. columna tertia, versi. Cæterum quando fit simplex commissio. Sarne. super Regu. de trien. quæstio. quinquagesimatertia. numero tertio, versicu. Nam eo ipso, quòd mouetur lis super beneficio censetur etiam motus lis per possessione. Et in terminis, quòd quando quis læditur quoad proprietatem, & possessionem, ad utranque restitui debeat in integrum, puta propter absentiam, vel ex alia causa quis læditur in possessione, & proprietate, uel læditur in possessione tantum, quia propter absentiam perdit possessionem, tunc restitui debeat ad possessionem tantum. vt distinguendo voluit Bartol. in l. ab hostibus. §. Sed quod simpliciter. ad fi. numero decimotertio. ff. quibus ex caus. maio. Et faciunt quæ tradit Ias. in §. rursus. numero vigesimosexto. Institu. de actio. Prō opin. negatiua conclusit Rota vigesimo Maij 1554. & sic quòd solum in consequentiam inseruiat commissio huiusmodi pro restitutione possessionis, ex plena enim restitutione ad beneficium consequenter, non autem principaliter, consequitur etiam possessionem, fructus, & omnia, quæ per sententiam amisit: & quia in illo casu non iustificauerat ille gratiam suam, & non erat locus restitutioni in integrum in petitorio: & ad beneficium non poterat in consequentiam esse locus restitutioni in integrum ad possessionem uti accessorium, cum accessorium sequitur naturam sui principalis. l. cum principalis. l. nihil doli. §. cum principalis. ff. de regu. iur. cum accessorium. eod. libro sexto. Et dixit Bal. quòd accessorium vestitur a principali, non contrahi petens. numero trigesimonono, versic. Ad secundum. C. de pact. Et per præmissa respondebatur ad dicta Bartol. in l. ab hostibus, & Ias. vbi supra. ac ad Abb. in capitulo, tam ex literis. columna vltima. de in integrum restitu. Quòd si in commissione præfata principaliter uenisset etiam possessio, ad illam tantum non iustificato petitorio potuisset restitutio. iuxta distinctio. Bartol. ubi supra. & sentit Dec. præmissā Peregr. Fabij 19. sub titu. de resti. in integ. incipiens, in causa Calagur tan. Archidiaco. libro primo. Iuxta terminos dictæ Decision. docto de bono iure daretur restitutio in integrum quo ad omnia, & sic consequenter seu accessoriè etiam quo ad possessionem, vt præmisi.

Secundò quæro, an stante paupertate procuratoris, qui infra terminum non appellauit, restitutio in integrum concedenda veniat? Rota in Roman. Assecuration. aluminum. conclusit pro negatiua, quia negligentia procuratoris in non appellando non præbeat iustam causam restitutionis, cum imputandum sit principali, qui debuit diligentiorem procuratorem eligere. Rota in specie, vigesimaseptima. Nota quòd ubi procurator. in antiq. Aegid. Bellam. Decisio. 655. columna vltima, & est Dec. Moderna Paleot. 86. incipiens petebatur a Grimaldis. respondens, quòd contraria procederent quando argueretur dolus procuratoris,

toris, non autem vbi adest simplex negligentia in omittendo, per ea, quæ voluerunt Bald. in authen. Hodie. numero tertio. C. de appell. & Abb. in capitu. cum accesissent. numero decimoseptimo. & decimonono. de in integ. restitu. Et quod contumacia procuratoris noceat domino, voluerũt nouissimè Ioan. Cæphal. consilio 185. in causa. numero trigesimoquarto, libro 2. & Minsinge. sing. obserua. Centu. 2. Decis. secunda. incipien. Decem dies.

Cõtrarium decisum fuit per consilium Neapotanum, quòd imò contumacia, seu negligentia procuratoris non noceat domino, quando procurator non est soluendo, ea ratione, ne contingat aduersarium locupletari cum aliena iactura. prout. Dec. Neapo. Afflit. 34. Fuit dubitatum. in fi. & per totam Decisio. Idem concludit Ioan. Cæpha. præalleg. consilio 185. numero trigesimosexto. & voluit Rota coram Oradino 29. Maij 1562. prout Decisio. Caputaque. 83. incipien. lata sententia lib. 2. Amplio vt in causis matrimonialibus, ac beneficiarijs etiam absque hac distinctione, an procurator sit soluendo, uel non, data negligentia procuratoris, domino suo detur restitutio in integrum. ut per And. Barbat. consilio quadragesimo sexto. incipien. Turonen. delegatus. numero decimosexto, libro secundo. Et ratio vera est, quia in istis non cadit extimatio, & sic diuitiæ procuratoris non possent in ijs, & similib. reparare, & resarcire damna, & læsiones.

Et in istis versari etiam potest periculum animæ, vnde tanto magis restitutio concedenda venit ad tradi. per Felyn. in capitu. lator. colum. 5. versiculo. Nota secundò, quòd vbi. de re iudic. Hæc secunda opinio tanquam æquior, & benignior, mihi magis placet, pro qua etiam, licet in aliis terminis, adduco Decisio. 277. Ptolom. libro secundo. incipien. Bracaren. Vicariæ, vbi quòd retardatæ fuerunt executoriales propter allegationem paupertatis procuratoris illius, contra quem tendebant, stante commissione restitutionis cum clausula, constito de paupertate.

COMMIS. XXXIII.

INTERDICTI AMPLIATIO.

BEATISSIME Pater, Postquam aliàs deuotus S. V. Orator A. in sacro vestro Rotæ Auditorio pro se, & contra quosdã B. & D. aduersarios conuentos de, & super cappella, seu cappellania ad altare Sancti D. in parrochiali ecclesia sancti E. nuncupata terræ Salodij Brixien. diœcesis, &c. rebusque alijs, &c. diffinitiuam sententiam in sui fauorem, & contra dictos B. & C. aduersarios reportasset, quæ nulla appellatione interposita, seu aliàs in rem transiuisset iudicatam, literis executorialibus decretis, & legitimè intimatis, ob non paritionem dictarum literarum executorialium pænas, sententias, & censuras ecclesiasticas in eisdem contentas ipsos aduersarios incurrisse declarari: Ac successiuè illas, necnon processus desuper habitos, &c. aggrauari, reaggrauari, & interdici obtinuerit, demumque attenta rebellione, & difficultate, immò impossibilitate exequendi bracchiũ seculare in partibus propter fauores quibus aduersarij in dicta terra Salodij pollent, parrocchialem ecclesiam præmissam in qua sita est dicta cappella interdici, & ecclesiastico interdicto supponi obtinuerit. Præfati tamen aduersarij potentia laicali confisi, hominesque dictæ terræ per sex menses, & vltra, interdictum, & censuras prædictas non curantes, in graue oratoris damnum, ac in mandatorum Sedis Apostolicæ huiusmodi vilipendium, spretum, & contemptum, ac eorũdem animarum periculum: & aliorum pessimum, & pernitiosissimum exemplum, eundẽ Oratorem frustrari passi fuerũt. Et quia, Pater sancte, malitia, & rebellione crescentibus crescere debet, & pæna, ut alijs transeat in exemplum, placeat S. V. R.P.D.N. qui dictam sententiam tulit: & executoriales, censuras, ac interdicta decreuit, & fulminauit com. & mand. vt attentis præmissis omnes ecclesias, monasteria, & loca ecclesiastica dictæ terræ Salodij, attento maximeque nulla est alia parrochialis nisi quæ iam ecclesiastico interdicto supposita fuerat auctoritate apostolica interdicat: specialique interdicto supponat: huiusmodique interdictum sub sententiis, censuris, & pænis in similibus apponi solitis, & consuetis dooec, & quousque dicti aduersarii realiter, & cum effectu dictis literis integraliter paruerint: & beneficium absolutionis meruerint obtinere, obseruari mãdet, & faciat. Cum potestate citandi. &c.

BEATISSIME PATER. Si ſupponimus propter clauſulas de quibus in commiſſione cauſæ, quas poſui ſupra in ſecunda formula commiſſion. ⁊vel in commiſſione executoriali adiectas. quas videre poteris ſupra commiſſ. 23. interdictum decerni potuiſſe: & conſequenter decretũ fuiſſe, & alia præceſſiſſe quæ in noſtra commiſſione narrantur, meritò ⁊vigore huius cōmiſſionis ad interdicti ampliationem perueniri poterit. Quòd ſi propter grauitatem cauſæ; ſeu ⁊vt cautius agas ante hanc formulam, aliam pro decreto interdicti formare, & expediri facere ⁊velis, paucis immutatis illam concipere poteris narrando ferè omnia quæ hic: concludens quòd dignetur committere, & mandare eidem qui ſententiam tulit, quæ in rem tranſiuit iudicatam, ⁊vel ei qui tertiam tulit: ac executoriales, & alias cenſuras decreuit, & fulminauit: attentis inobedientia, inſordeſcentia per plures menſes, & alijs præmiſſis, parrochialem eccleſiam ſub qua ſita eſt cappellania, ſimplex ſeruitorium beneficium, vel monaſterium, ſuper qua, ſeu quo litigatum fuit authoritate Apoſtolica interdicat: eccleſiaſtico interdicto ſupponat, &c. Lento gradu, & non abſque magna cauſa ad interdicti decretum deuenitur. ad tex. in capitulo ſecundo, & ibi Docto. de his quæ fiunt a maio. par. capituli. cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordina. extra. prouidè. in princip. cum glo. in ⁊ver. nimis properè. de ſenten. excommunic. inter commu. Staphil. ſuper Signat. fol. 156. verſicu. Et ideo vbi petitur poni interdictum. At quando conſtat de diligentia, & difficilis ſit executio poſt ſex menſes, vel poſt annum concedi ſolet reſcriptum pro interdicto decernendo, prout etiam explicat Addit. ad dec. 2. de reſcr. in no. Papazon. ſi illius eſt. num. 53. ⁊verſ. Poſt brachium ſeculare.

Interdici obtinuerit.

De interdicto, & in quo differat ab excommunicatione videre poteris Ioan. de Lign. & Ioan. Calde. de interdi. eccleſia. & quæ ſcripſi ſuper ſecunda formula commiſſ. in ⁊ver. interdicendi. Interdictum autem an differat à ceſſatione, dic quòd ſic: in quibus autem differat, dic ut infra.

Primo, uidelicet, quia rector eccleſiæ non poteſt excommunicare parrochianos: nec interdicere eccleſiam. ca. quæſiuit. de his quæ fi. a maio. par. capi. not. Abb. in c. ſi ſacerdos. de off. ordin. & in repet. capitul. ſi quis contra clericum. de foro competen. Ex cauſa tamen poteſt ceſſare à diuinis. puta ſi parrochiani nollent ſibi decimas ſoluere, & oblationes debitas dare, glo. prima. in capitu. omnis Chriſtianus. de conſecra. diſtinctio. prima. & ſupponit Lap. alleg. 66. quoddam monaſterium. columna penultima. Secundo differunt, quia ceſſatio a diuinis fieri poteſt a non habente iuriſdictionem, quia fundatur in conſuetudine, uel præſcriptione. capitulo, irrefragabili. de officio ordin. capitulo, ſi canonici. eod. libro ſexto. clemen. prima. de ſenten. excommunica. Interdictum profertur ab habente iuriſdictionem, præal. lega. capitulo quæſiuit. de his quæ fiunt a maio parte capituli.

Tertiò in eccleſia interdicta non poteſt quis ce lebrare abſque irregularitatis incurſu. capitulo, poſtulaſtis. reſpon. 2. de cleri. excommun. miniſtran capitulo finali. de exceſſi. prælat. Et poſt Archiep Florentin. idem concludit Lamber. de iur. patron libro ſecundo, parte prima, quæſtio. nona, artic tertio, numero octauo. Sed in ceſſatione a diui nis, poteſt quis ea exiſtente celebrare abſque irre gularitate: quia ceſſare a diuinis nil aliud eſt qu ſuſpendere organa ſua, ut dicit glo. in alleg. cap ſi canonici. de offic. ordina. libro ſexto. & ibide Ioan. Monach. & Archid. capitulo irrefragabili. cæterum. & ibi Innoc. & glo. eo. Pau. Roman. penſio. eccleſ. in octaua & ultima quæſtio. numer decimooctauo, verſicu. Et hic nota, quòd lata di ferentia eſt inter interdictum, & ceſſationem diuinis.

Quarto, quia in ceſſatione à diuinis ſine ca ceſſantes reſtituunt omnia, quæ illo tempore redditibus eccleſiæ perceperunt. dicto capit ſi canonici. ⁊verſic. ſcituri, quod non inueni cautum in interdicto.

Quinto, quia illis contra quos ceſſauerunt iuſtè tenentur ſatisfacere de damnis, & iniur dicto verſ. ſcituri. & ibi gloſ. in ver. damnis do quomodo in ijs terminis ille contra quem ceſſ eſt iniuriam extimabit, videlicet, potius ⁊vol ſem centum perdidiſſe, quàm hanc iniuriam p Sequitur Rot. 152. ad æſtimationem iniuriæ 483. in no. quæ eſt eadem cum illa Bellame. 7 Quod non eſt in interdicto.

Sexto, quia ceſſationes huiuſmodi non poſſ fieri, niſi vocatis omnibus, prout in electione cap. quamuis. de off. ordi. lib. 6.

Septimò, quia ſtatim poſt ceſſationem in vnius menſis ſpatium vtraque pars, ⁊videlicet qui ceſſant, & illi contra quos ceſſatur, tenent Sedi Apoſtolicæ præſentare, vbi cauſa breui ex detur: pœnaq; culpabili imponetur, dicto ca tulo quamuis. de offic. ordi. libro ſexto, quod n eſt in interdicto.

Octauo, quia ceſſatio à diuinis non connu ratur inter cenſuras eccleſiaſticas, ſed bene in dictum. capitulo quærenti. de ⁊verborum ſig. Hoſtien. in ſumma, de ſenten. excommunica. Archiepiſ. Florentin. Lamber. de iur. patr. quæ 1. par. lib. ſecundo, art. 3. numero 2. verſ. Item nomine cenſuræ. & probatur per concil. Tride Seſſio. 25. capitu. 12. De ceſſatione à diuinis, ⁊ etiam Glo. pragma. ſub titu. de pigno. cult. diui ⁊ver. ceſſetur.

Potentia laicali confiſ

Laici ſæpe per vias indirectas quærunt, & non quam eis ſuccedit de beneficijs, vt de rebus p phanis diſponere: illisq; illos præfici, qui ſib finitatis, uel amicitię, ſeu familiaritatis vinculo guntur, contra immunitatẽ, & libertatem eccle ſticam

ſticã facientes, & paruipendentes literas Apoſtolicas, & mandata, ac conſtitutiones eccleſiaſticas: contra quos eſt text. in capitulo, non minus. de immũt.eccle.& in capitulo, quoniam. eodem. lib. ſexto, vide alleg. Lap. 92. Inſpeximus, & quæ ibi addo in verſic. literas apoſtolicas. & in alijs meis Apoſtil.

Hominesque dictæ terræ. Licet homines oppidi, vel terræ excommunicari non debeant niſi ob proprium peccatum. capitu. nullus. & capitu. nemo. vndecima quæſtione tertia. ſi aliud enim ſeruandum eſſet, ſequeretur quòd qui ſunt innocentes punirentur, quod abſurdum eſſet contra tex. in capitulo, ſi habes. vigeſimaquarta, quæſtione tertia, capitulo, Romana, §. in vniuerſitatem. de ſentent. excommunicatio. libro ſexto. Quod etiam de iure diuino prohibitum reperitur. Geneſ. capitulo, decimooctauo. & Ezechiel. eod. capitu. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Deuteronom. vigeſimoquinto, & ſecundo Paralipomenon. vigeſimoquarto, Matth. decimotertio. vbi Dominus præcipit zizaniam ideſt homines nequam, & facinoroſos colligi in faſciculos ad comburendum: triticum autem ideſt bonos, & innocentes congregari in horreum: & ſic ſeparat bonos à malis. Sic & Lucæ legitur Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt. Ad Galat. 6. Vnuſquiſque pondus ſuum portabit: ergo non alienum, Auguſt. ad Augentium epiſcopum ſcribens inquit. Doce me quomodo anathamatizet filius pro peccato patris: aut vxor pro peccato mariti, aut ſeruus pro peccato domini? & Hyeron. ſcribit. Reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis, &c. quæ verba habes in capitu. reſecandæ. vigeſimaquarta quæſtione tertia. Rurſus exploratum eſt, quòd cum vniuerſitate, & multitudine hominum non aſpere, nec ſeuere agendum ſit: ſed piè, & miſericorditer: monendo videlicet, & docendo. capitu. commeſſationes quadrageſimaquarta diſtinctio. ibi, ſic enim agendum eſt cum multitudine peccantium. cap. latores de cleri. excommun. mini. capitulo ſecundo. de tẽpori. ordin. capitu. ordinationes, nona quæſtione prima. capitulo, quoties. ſecũda quæſtione prima, capitu. non poteſt, & capitu. ipſa pietas. trigeſimatertia quæſtione quarta. capitu. ut conſtitueretur. in fin. quinquageſima diſtin. Et quòd multitudini parcatur probat tex. in l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iud. ſi igitur cum populo peccante pie & miſericorditer agitur: quomodo agendum erit cum ijs, qui innoxij, inſontes, & abſque omni culpa reperiuntur in ipſo populo, cui tantus fauor debetur. Item ad rem noſtram diuus Thomas parte tertia, quæſtione vigeſimaſecunda, articulo quinto. ex dictis diui Auguſtini ſuper Matth. capitulo ſecundo, vult, nec etiam in vniuerſitatem delinquẽtem poſſe cenſuras eccleſiaſticas proferri, ea ratione, quòd non ſit probabile quòd aliqua communitas tota ad malum conſentiat: & quia Deus, qui omnes, & omnia iudicat, non condemnat iuſtum cum impio, ergo &c. Et licet ipſe loquatur in excommunicatione, videlicet, quòd vniuerſitas excommuuicari non poſſit, ratio tamen per ipſum adducta militare videtur in interdicto quod promulgatur extra illos paucos caſus, quos in iure expreſſos habemus, quos referemus. De iure etiam ciuili videmus quòd pœnæ locus eſſe debet vbi noxia eſt: & peccata ſuos debent tenere autores: nec vlterius progredi debet pœna. l. ſancimus. C. de pœnis. l. crimen. ff. eod. Hinc dicimus, quòd quamuis filius dicatur aliquid patris, quia quodammodo eſt pars eius ſecundum philoſo. 8. Ethico. Et propterea patris ad filium non eſt comparatio, ſicut ad ſimpliciter alterum, vt inquit diuus Thom. ſecunda ſecundæ, queſtione quinquageſimaſeptima, articulo quarto. Et quodammodo ac fictione iuris dicuntur vna, & eadem perſona. l. ſcimus. C. de agri. & cen. libro vndecimo. l. fin. §. ſi quis. C. de nupt. Et filius dicitur dominus bonorum patris. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. Et extimum patris dicitur extimum filij. l. 2. C. qui. ætate excu. libro decimo. Et vox patris cenſeatur vox filij. Specu. de teſte. §. prim. ouerſiculo. Item quòd eſt parens. Rurſus quamuis maritus, & vxor ſint duo in carne vna. Geneſ. capit. ſecundo. & capitulo, cognouerunt. de pœnitent. diſtinctio. prima. ſint ſocij diuinę, & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crimin. expi. hæredi. tamen pœna concernente animam numquam punitur filius pro delicto patris, neque vxor pro delicto viri, uel contra, vt probatur ex ſupra adductis, & voluit diuus Auguſti. in epiſto. ad Anitum, & diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtio. octuageſimaprima, articulo ſecundo. ſed ſatis dici poteſt pœna ſpiritualis illa, quæ prohibet ingreſſum eccleſiæ, & uſum ſpiritualium, & eccleſiaſticorum beneficiorum. Et generaliter dicimus æquitati, & iuſtitiæ non conuenire aliquem alieno odio prægrauari. l. ſi quis in ſuo. §. Legis autem. C. de inoffic. teſtamen. Si ergo illi qui quaſi ſunt ijdem, vt filij, & uxores puniri non debent propter culpas patrum, & uirorũ, pront etiam uidemus in illis titu. C. ne fil. pro par. & C. ne uxo. pro mari. & in l. ſi maritus. ibi, ne in pernitiem mariti mulier punita ſit. ff. ſolut. matr. multo minus puniri debent illi qui inter ſe nullo ſunt vinculo colligati, ſed ſunt prorſus extranei: ergo durum videtur propter delictum vnius, uel plurium, ciuitatem, vicum, vniuerſitatem, eccleſiaſtico ſubijci interdicto: & contra c. quæſiuit. de his quæ fiunt. à maior. pàr. capit. Præmiſſis non obſtãtibus dico, quòd potuerunt ij interdici propter peccatum alterius, ſeu aliquorum: quia interdictum non eſt proprie pœna ſpiritualis prout excommnnicatio. ut probat Couarub. in capi. alma mater. parte ſecunda, § primo, numero quarto. de ſenten. excommunicatio. libro ſexto. & uaria. reſolut. capitu. octauo, numero nono, & decimo, & toto illo capitu. Et ſi iſti homines præſtitiſſent auxilium, conſilium, vel fauorem actibus, propter quos emanauit interdictum cæteris hominibus terræ interdictæ, deterioris eſſent conditionis. cap.

ſi

si sententia. §.cæterum.& prealleg. capitu.alma.§. illis etiam.de sentent.excommunicatio. libro sexto. Fateor quòd interdictum huiusmodi non est passim,& absque magna causa decernendum, ponendum,& ampliandum, prout aliàs scriptum,& discussum vidi tempore fœ. re. Pau. I I I. Pro nobili ciuitate Salamantina. Tamen in casibus a iure expressis, uel illis similibus, & aliàs ad arbitrium Summi Pontificis, & sacræ Rotæ Auditorum, non conuenit similia interdicta decernere, & ampliare, ut autem cognoscamus an in casu nostro, in quo obtinui interdictum, illiusq; ampliationem, sit a iure canonico permissum interdictũ poni posse, vel casus noster sit casib. permissis similis, hic subijciendi sunt casus pro quib. di iure indictum ecclesiasticum concedere, & ampliare licet.

Primus casus est in quo uniuersitas, seu ciuitas, propter delictum suum interdicto subijcitur, si dederit consilium, auxilium. vel fauorem persecutoribus Cardinalium, aut eorum sociis, mandatobus &c. vel si infra mensem tales delinquentes non puniuerit, si potuit. tex. est in capitu. fælicis. §.fin.de penitẽn.libro sexto. Ab hac pena Roma excipitur.

Secundus casus est quando collegium, uel uniuersitas ciuitatis, aut loci, ab ecclesijs, uel ecclesiasticis personis exigit pedagia, guidagia, uel alia similia per se, uel alium de rebus, quas non causa negociandi deferunt soluenda compellunt, hoc casu vniuersitas talia faciens, subiicitur interdicto capitulo quamquam.de censi.lib.6.

Tertius quando vniuersitas permittit usurarios manifestos iuxta formam.c.1.de vsur.li.6.tũc enim propter hanc culpam subijcitur interdicto, utibi.

Quartus si ciuitas, vel vniuersitas committat aliquid in episcopum suum, ut capiatur, percutiatur, uel in exilium mittatur.cle.si quis suadente. de pæn.

Sextus quando vniuersitas concedit represalias, contra personas ecclesiasticas, uel earum bona, vt in capit.pignorationes, de iureiuran. libro sexto. In prædictis casibus uniuersitas interdicto subijtur propter culpam suam. Casus autem in quibus propter culpam singularis personæ, vel singularium personarum absque culpa ipsius ciuitatis, seu vniuersitatis ipsa ciuitas, oppidum, uel uniuersitatis inrerdicto subijcitur infrascripti sunt.

Primus enim est quando dominus, alijque rectores, & officiarij ciuitatis illius, in qua Romani Pontificis electio celebranda fuerit, non seruauerint formam traditam in ipsius electione, in cap. vbi periculum.de electio.libro sexto.uel circa eã fraudem commiserint, nam tnnc ciuitas illa in qua electio summi Pontificis facienda erat, subijcitur interdicto propter culpam rectorum, & officialium ipsius ciuitatis, iuxta tex.in alleg. ubi periculum.§. propterea quia parum. uersicu. Ciuitas uerò prædicta non solum sit interdicta. Et sic propter immanitatem delicti iura hic transgredi vi dentur, prout notant Innocen. nume.2. & alij in c.1. de constit. unde licet uniuersitas non peccauerit interdicitur.

Secundus casus est, quando aliquis magnus princeps committit aliquod indignum facinus propter quod Papa solus subijcit terram illius interdicto, uel præcipit ut subijciatur. sic fecit Alexand. Papa III. qui ex eo quod Rex Anglorum detinebat plures uxores filiorum suorum, propter discordiam, quæ erat inter eam, & illos, præcip. archiepiscopis, & alijs prælatis Angliæ, ut in quacunque prouinciarum suarum detinerentur, donec ibi fuissent, nulla ibi diuina officia celebrarentur. Istum casum omnes Glossæ allegant in c. non est nobis. de sponsa. Sic etiam Innocen. III. magna causa motus, præcipit cuidam Cardinali, ut quandam terram Regis Francorum interdicto subijceret, quod ille fecit: preceptum Papæ executioni demãdans. Iste est casus in c.1.de postu.pra.

Tertius quando aliquis fuerit rebellis, aut contumax in causa alicui per Romanum Pontificem delegata, & suas uices gerenti: hoc enim casu potest delegatus à Papa illius terram inrerdicto subijcere. iste est casus cap.sane 2.de offic. delegati. tio adduci potest, quia iniuria, & rebellio uidetur facta summo Pontifici iuxta text.in cap. ualde. distin. ubi dicitur, ubi nos præsentes esse non possumus nostra per eum cui præcepimus repræsentetur autoritas.

Quartus quando Dominus Regni, oppidi, castri, uel loci impedit ne legatus, aut Nuncius sedis Apostolicæ ingrediatur in Regnum, prouinciam aut locum suum: propter hoc enim regnum, prouincia, oppidum, uel locus eius ecclesiastico subijcitur interdicto. Sic decreuit Ioan. 22. in extra. quæ incipit super gentes, quæ est posita inter com. sub titu. de consue. Et magna ratione conceditur huiusmodi interdictum in hoc casu, propter immanitatem delicti. impediens. n. legatum Apostolicum causam Dei impedit: & statũ conturbat ecclesiæ. si quis autem. 14. dist. Et legati Papæ ipsius Pr. personam representant. c. cũ uenerabilis, ante. diũ. de cõsue. gl. in c. quæ de causa per illum tex. q. 4. gl. magna in c. quod trãslationem. post me. de offi. deleg. Sarnen. super signa. num. 20. Isti illi casus propter quos Glossæ dicunt, quod propter culpam Domini, uel rectoris, potest ciuitas, uel uniuersitas subijci interdicto: nulla supposita culpa ciuitatis uel uniuersitatis. In casu nostro supponi potest culpa ipsorum laicorum. Item rectoris, & officialis terræ prædictæ: ergo decens erat interdictũ apponi, & ampliari, ad supra adducta. & per Gl. pragm. tit. de interd. indif. non ponen. in uer. officialiũ. in uer. priuatæ, & aliis in locis. Rursus quæ in contrarium adducta sunt, & adduci possent uno uerbo tolli possunt. Impositiones enim & ampliationes horum interdictorũ ab arbitrio sedis Apostolicæ pendent. extra. prouidè. in fi. De Apostolicæ sedis speciali licentia, sub titu. de sent. excom. inter com.

Ac in mandatorum ſedis Apoſtolicę.) Sicut obedientia prodeſſe debet humilibus, ita inobedientia, ita contemptus mandatorum apoſtólicorum cõtumacibus obeſſe. 2. ad Cor. 10. Paratus ſum ulciſci oẽm inobedientiam. c. ſcilmatici. uerſ. Etiã hinc abſurdè. 26. quæſtio. 6. capitulo primo. §. ſi verum. & §. Nos igitur. de poſtulat. prælat. capitu. veritatis. ibi. Cum Apoſtolo omnem inobedientiam vlciſci volentes. de dolo & contum. Mandatis principis præſertim ſupremi, quòd omnino parendum ſit, probatur iure diuino. 1. Reg. 14. Qui non obedierit principibus morte moriatur. Iure etiam canonico idem habemus. capitulo ſecundo. de maiori. & obedien. ius etiam ciuile puniri mandat principis mandatis nõ parentes. l. prima, in fin. C. de primice. libro duodecimo. l. prima, in fi. C. de offic. præfec. præt. Afri. l. tertia. §. in bello. ff. de re milit. Bald. in l. legis virtus. nu. 1. ff. de legib. Bal. in authen. ſtatuimus. nu. 2. C. de epiſ. & cler.

Vilipẽdium ſpretum, & contemptum.) Non debet pati ſummus Pontifex ſe, & Sedem Apoſtolicam contemni. iuxta tex. in cap. primo. de maledi. ibi. Ne decætero contra Rom. Eccleſ. in talia verba prorumpat. Immo mãdata, & canones ipſius Sedis Apoſtolicę eſſent ludibrio, quod permitti non debet l. ſi prætor. ff. de iudi. l. fi. ff. ne quid in loco publi.

Ac aliorum peſsimum exemplum.) Exemplis bonis mouemur ad bonũ: malis ad malum, prout 2. Machab. capit. ſexto. vbi Eleazar vnus ex primoribus ſcribarum mori maluit, quàm mentiri, ſeu fingere, vt exemplo eſſet vniuerſæ genti: memoriamq; mortis ſuæ ad exemplum virtutis relinqueret. Et Prouerb. capit. 24. verſus fin. ſcribitur. Et exemplo didici diſciplinam. Heſter. cap. primo. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Perſarum, atque Medorum paruipẽdent imperia maritorum. Nume. cap. quinto. Det te Dominus in maledictionem: exemplumque populo ſuo: putrefacere faciat femur tuum, &c. Deuteron. 29. In exemplum ſubuerſionis Sodomæ, & Gomorræ &c. Reg. cap. nono. Et domus hæc erit in exemplum. Hiere. 48. Eritque Moab in deriſum, & in exemplum omnibus in circuitu ſuo. Naum capit. tertio. Et contumelijs te afficiam: & ponam te in exemplum. capit. præcipuè. verſic. Scire prælati debent, quòd ſi peruerſa vnquam perpetrant, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. vndecima quæſtio. tertia, l. tertia. ff. de ſicar. §. ſed & Senatuſconſ. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & l. aut facta. §. vltimo. l. prima. ff. de precib. imper. offer. l. prima. C. ad legem Iul. repet. extra. Qui ſint rebel. cum ijs quæ voluit ibi Bart. in ver. tranſit. verba huic clauſulæ ſimilia habes in capitulo primo. de maledi. ibi. Ipſum à temeritate ſua compeſcas, vt pœna illius alijs terrorem incutiat.

Malitiam, & rebellionem creſcentibus.) Quibus creſcentibus creſcere debet & pœna. prout Gene. cap. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, cum ijs quæ ſequuntur. l. relegati. ff. de pęnis. cap. cum non ab homine. de iudi. cap. quoniam frequenter. in fi. & ibi glo. in ver. excommunicationis. in c. veritatis. de do. & contu.

Aliis tranſeat in exemplum.) Et vnius pęna multorum eſt metus. l. prima. C. ad leg. Iul. repetun. cap. 1. ibi. vt pęna illius alijs terrorem incutiat. de maledi.

Nulla eſt alia parochialis.) Si fuiſſet alia parochialis ad illam interdictũ ampliari debuiſſet: poſtea ad monaſteria, vel collegiatas eccleſias, prout aduertit Staphil. ſuper ſignat. fol. 156. verſi. Et ideo vbi petitur poni interdictum, ibi. Primò ponitur in eccleſia parrochiali aduerſarij, & alia eccleſia parochiali, vel collegiata, demum creſcente contumacia datur in duobus monaſterijs, vel eccleſijs collegiatis, & ſi nec ſic reſipiſcit tota diœceſis ſupponitur interdicto, tandem interdicitur eccleſia cathedralis. Eadem refert ſequens Staphi. præalleg. Addit. nouiſſima ad Deciſ. ſecundã. de reſcrip. in no. numero quinquageſimotertio, verſic. poſt brachium verò ſeculare. ſequitur etiam Couarru. in alleg. cap. Alma mater. par. ſecunda. §. primo. ante nume. 5. verſicu. Vt primo interdictum decernatur in eccleſiam parochialem aduerſarij. Ego commiſſionem pręmiſſam ſignari obtinui, & eius vigore ampliationem interdicti, iuxta illius formam, videlicet, ad omnes eccleſias, monaſteria, & loca eccleſiaſtica terræ Salodij Brixien. diœceſis.

Specialique interdicto ſupponat.) Pro ſpeciali, ſingulari, & generali interdicto, & illorum differentijs, & effectibus videre poteris tex. & ibi nota. per Abb. in capit. cum in partibus. de uerborum ſignificat. in cap. cum inter. de conſuetu. per Nic. Plou. de interdi. columna prima, & Nic. Mil. in repert. in uer. interdictum ſpeciale. & in uer. interdicto generali. ac poſt Archiepiſcop. Florentin. Lambertin. de iur. patrona. articu. tertio. numero quinto, & ſequen. quæſtio. nona, par. prima, libro ſecundo. Et in ſumma generale dicitur, quod fertur contra regnum, prouinciam, ciuitatem, caſtrum, uillam, uniuerſitatem, collegium. Speciale uerò cum interdicuntur alicui perſonæ ſingulari diuina officia, & eccleſiaſtica ſacramenta. Pro præmiſſis uidere etiam poteris. Felyn. in cap. ſanè. 2. ante nume. 3. uerſic. Et iſta procedunt in interdicto generali. de officio deleg. & Couarru. in alleg. capitu. alma. parte ſecunda. §. primo. poſt num. 5. & poſtea latius numero nono. de ſenten. excommm. lib. 6.

Et

Et quousque dicti aduersarij.) Iuxta tex. in capitu. cum ab ecclesiarum. de off. ordin.

Et beneficium absolutionis meruerint obtinere.) Iuxta text. in simi. in capitulo, postulasti. primo respon. ad fin. de cleri. excommun. mini.

Beneficiũ absolution: Interdictum speciale, uel in totum, seu indistinctè uel ad cautelam relaxari, & dissolui potest: generale uerò non ad cautelam, sed in totum, & simpliciter. Rot. 77. not. quod secundum quod excommunicatus. & 43 ꝗ. no. utrum. in antiq. & est etiam text. in capitulo, præsenti. de senten. excommunic. libro sexto. pro quo etiam Gemin. & alij. ibidem. Mil. in reper. in uer. interdictum speciale. Felyn. in capitulo Apostolicæ. numero tertio. de excep. Couarru. in alleg. capitulo alma. parte secunda. §. secundo. numero sexto, uersic. Præter hæc licet interdictum ecclesiasticum non possit ad cautelam remitti. Et hanc opin. ueram, & communem affirmant, ac a Ro. Cu. receptam.

Seruari mandet. Nõ solum censuræ, & interdicta quæ à Sede Apostolica emanauerũt, sed etiam ab ordinarijs, a quibusuis etiam regularibus publicari, & seruari debent etiam iuxta decretum Concil. Triden. sessio. vigesimaquinta, cap. duodecimo, sub titu. de Regula, incipien. Censuræ, & interdicta. Hæc pro Praxi, & Theoria commissionum sufficiant.

F I N I S.

QVINTILIANI MANDOSII

ADVOCATI ROMANI

GLOSSA FACVLTATVM

Regentis in locum Auditoris
Cameræ ſuffecti.

Quæ interpretationi Iurium cum Imperialium, tum Pontificiorum,
valde confert.

*Cum Indice rerum, ac verborum omnium notatu dignorum,
locupletiſsimo.*



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

INDEX §. §.

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO PHILIPPO BONCOMPAGNO CARDINALI S. SIXTI.

Quintilianus Mandosius.

CVM te summum pœnitentiarium creatum esse, Cardinalis Amplissime, iucundissimus nuncius Ameriam peruenisset, ubi & tu, & plurimi Antistites, ac Sedis Apostolicæ officarij, relaxandi animi gratia commorabimini, accersisti me, vt scires, an meis in scriptis aliquid annotassem, quod ad institutionem, & gubernationem huius muneris, summi pœnitentiarij spectaret, respondi in hoc meo libello Glossæ Facultatum in locum Auditoris Cameræ suffect. plura non vulgaria super hoc, & nonnullis alijs ex præstantioribus sedis Apostolicæ muneribus annotasse, illicoq; me accinxi curaturum, ut idem meus libellus sub fœlicissimis auspicijs tuis typis mandaretur, pro ea, quam omnes in te admirantur, singulari benignitate, nostro huic opusculo fauere, & munusculum istud beneuolo animo accipere non grauaberis. Deus te nobis quàm diutissime incolumem conseruet, & mei non immemorem.

INDEX
RERVM ET VOCVM
QVAE IN GLO. FACVLTATVM CONTINENTVR.

Litera A. folij primam faciem : B. verò ſecundam ſignificat.

Al[...]

Correctio

E

F

G

Latus

Notarij

Per

Romani

Singu-

F I N I S.

QVINTILIANI MANDOSII ADVOCATI ROMANI.

GLOSSA FACVLTATVM, REGENTIS in locum Auditoris Cameræ suffecti.

SVPERSCRIPTIO.

a PAVLVS. Hic est Paulus IIII. à Deo Pontifex electus ut esset, & ecclesiæ Dei magnus reædificator, qui in Euangelio & in vinea Domini toto suæ vitæ cursu enixè laboraret: qui aurum, & argentum non concupisceret: qui Christi vestigia sequens, uendentes, & ementes columbas a templis eijceret, ac mensas nummulariorũ euerteret: qui hæreses omnes extirparet: orbem hunc virtutibus, & vera religione ornaret, ac lucidum redderet. Hic est Sacerdos maximus, summus Pontifex, successor Principis Apostolorum, Gubernatu Noe, Patriarchatu Abraam, Authoritate Moses, Iudicatu Samuel, Potestate Petrus. Hic est Christianorum Dux, Pastor vniuersi, Pater patrum, Sapientum magister, Oppressorum refugium, Miserorum spes, Malorum metus, Bonorum gloria, Potentum virga, Tirannorum malleus, Lux Regum, Moderator legum, Sal terræ, Mundi arbiter, pro nonnullis ex præmissis, & pro maxima authoritate summi Pontificis videatur Bald. in l. rescripta. colum. 3. vers. sed de Domino Papa aliquid dicam. C. de preci. impe. offer. & And. Barba. in consil. 1. colum. 2. lib. 1. Hic primum notandum est, ꝙ in litteris Põtificijs nunquam fit inscriptio sub nomine proprio, prout apud Albe. de Ros. super proœ. ff. orum, uoluit Feli. in cap. 2. ante nu. 18. vers. & dicit Abb. de rescr. sequitur Rebuf. super concor. in for. manda. aposto. in ver. Leo. vers. nota tamen ꝙ si Papa. Notandum est etiam, ꝙ Papa scribens alijs nomen suum præponit hoc modo, Paulus Eps, &c. Et hoc iux. tempora moderna: In primitiua verò ecclesia quandoque nomen suum postponebat, vt videre est in inscriptione l. inter claras. C. de sum. Tri. & fi. Cath. in c. dilectissimis fratribus, 12. q. 1. Et iuxta illa tempora Imperator nomen suum præmittebat scribẽs Papæ, ut in c. victor. 97. dist. & per Archid. Gemi. Fran. & alios in proœ. li. 6. in ver. Bonifacius. Item noto, ꝙ alius a Papa scribens uniuersis, non debet nomen suum præmittere, prout hic, & in proœm. Grego. Et pro præmissis videatur etiam Io. And. in ver. Bonifacius. in lectũ. rationem reddit, quia litteræ peruenire possent ad maiorem eo, qui scribit. Imperator, Reges, Principes, & alij Domini seculares aliud seruant. scribũt enim hoc modo, Philippus Dei gratia Rex Hispaniarum, &c. Vniuersis &c. ꝙ etiam olim in usu fuit, prout in c. Victor Instinianus. C. de sacrosan. eccle. & in c. Victor Honorius, & ibi glo. ubi quærit quare Imperator ibi nomen præmiserit. 97. dist. Idem videre est in litteris Alexandri Antiochi filij, & Demetrij, quas descriptas inuenies. 1. Machab. cap. 10. sub iis verbis, Rex Alexander patri Ionathæ salutem, &c. & postea, Rex Demetrius genti Iudeorum salutem, &c. Quod etiam videre est in epistola Regis Darij Eraclito Ephesio philosopho, Rex Darius Histaspis filius, Eraclitum Ephesium sapientem uirum salutat, prout in vita ipsius Eracliti apud Dioge. Laer. Sic & in litteris Consulis Romani. Lucius Consul Romanus Ptolomęo Regi salutem, prout. 1. Machab. cap. 15. Et mos denique fuit apud antiquos, vt qui alteri etiam longè digniori scriberet, nomẽ suum præponeret, ut ex multis antiquissimis epistolis, tam Ciceronis, quàm aliorum, quarum adhuc extat memoria, facilè quisque videre poterit, & duæ perbreues epistolæ recensentur in l. Ploriana. ff. de iu. codicil. quarũ huiusmodi est superscriptio; prioris quidẽ, Plociana Celso suo salutẽ. posterioris verò, Iubentius Celsus Plocianę salutẽ. Quare aũt, & quomodo noster summus Pontifex vocetur Paulus IIII. & non Ioannes Petrus vt prius, declarabo infra. §. volentes, in ver. nomen 1.

Paulus [a]

Episcopus [a]

a EPISCOPVS. s. vniuersalis ecclesię, & eps episcoporum. c. Nouatianus, 7. q. 1. can. loquitur, 24. quæst. 1. c. inuenimus has nouem. de conse. dist. 1. & licet Diuus Iacobus a Clemente in epistolis vocatus fuerit episcopus episcoporum, ipse tamen non fuit uniuersalis episcopus, & omnium caput, prout Petrus, & successores. Aliquando uocatur eps Romanus, uel Romanæ ecclesiæ. Diuus Hiero, in

ro, in præfatio. ad omnes epistolas epistolarũ Pauli, sub ijs verbis, Clementis discipuli Apostolorũ & episcopi Romanæ ecclesiæ post Apostolos ordinarij, seu vrbis Romæ episcopus, uel archiepiscopus, in inscriptione epistolæ, inter claras. C. de sum. Trin. l. Victor, in prin. C. de sacro. eccle. ca. intantum, 21. distin. cap. 1. de consti. lib. 6. Romanæ vrbis episcopum vocat Hiero. in epistola ad Geruntiam, quæ incipit, in veteri uia semitam quærimus, cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damascum Romanæ vrbis episcopum. Vel episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, ca. in canonibus, 16. quæstio. prima. Archiepiscopus, & Patriarcha veteris Romæ, seu almæ Romæ, iu Authen. ut eccles. Roma. in inscriptio. & in epistola, Victor, in prin. C. de sum. Trin. Præsul iux. tex. in ca. ad limina, in prin. 30. quæstio. 1. Vel præsul almus, in ecclesia sanctæ Potentianæ lapide marmoreo scriptum inuenies, tempore Gregorij VII. præsulis almi. Pontifex absque alio adiuncto. c. cleros, §. Põtifex, 21. distin. cap. solitæ. §. præterea, de maior. & obed. licet Aaron nũcupatus fuit, Exo. cap. 28. versus fi. Et erit super thiaram imminens fronti Pontificis. Pontifex etiam & ipse Christus nuncupatur, ad Heb. 3. in prin. Et Pontificem confessionis nostræ Iesum, cap. 4. Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cęlos Iesum, & cap. 5. Appellatus a Deo Pontifex iux. ordinem Melchisedech, ac cap. sexto. in fin. An autem Pontificis nomen etiam Imperatori cõueniat, videtur quòd sic, iux. tex. in ca. de capitulis, 10. distin. ibi, vestrorumq; etiam Pontificum prædecessorum, & sic Imperatorum. Hodie aliud dicendum est. Imperatori enim Pontificis nomen non congruit, ut aliàs, iux. tex. in c. cleros. §. Pontifex. vers. vnde & Pontifices Romani Imperatores appellabantur, 21. distin. & sentit gl. in alle. c. de capitulis, 10. distin. est tex. in c. cum ad verum, in prin. & cap. duo sunt, in prin. 96. distin. cap. primo. iun. glos. 1. de consti. lib. 6. Papa quòd ueniat sub nomine Imperatoris, voluit Affli. in cõsti. Si quis in posterum. nume. 20. lib. 1. rub. 17. de defen. impon. Distinguendum tamẽ esset an simus in fauorabilibus ipsi Papæ, an non. Quòd Papa Imperator dici possit tractabo etiam infra. Hic etiam vocatur Pontifex maximus, dicto ca. cleros. §. Pontifex. Item princeps optimus maximus potest maiori ratione quàm Imperatores, quos sic appellat Papinianus lib. 5. Respon. prout in l. iurisperitos, cir. prin. de excu. tuto. & idem li. 9. in l. qui solidũ. §. cùm post. ff. de leg. 2. quos summus noster Pontifex antecellit, ut infra probabo, imò de se patet. Sũmus Pontifex in Authen. vt eccle. Roma. in prin. c. penul. de his quæ fiunt a præla. ca. excommunicamus. §. moneantur. vers. Et si satisfacere contempserit. de hæret. cap. cum ad monasterium, in fi. de sta. mona. cle. si summus Pontifex, de sent. excom. Et summum Pontificem Ioachin, qui erat in Hierusalem, nominat Iudith cap. 15. Et ipse solus dicitur summus. ut in c. in nomine domini. 22. distin. Et dicitur summus, quia sit perfectus, primus, vnicus, eoq; nullus sit maior, nec illi similis, iux. illud M. Tullij 2. Tuscul. summũ quo nihil sit superius.

Sic accipitur in l. 2. ver. sed & philosophus summ[...] Stoicæ sapientiæ Chrisippus. ff. de legib. & iux. pri[...] mam expositionem glo. in ver. summa, in §. oium, Insti. de acti. & ibidem per Pet. de Bellaper. & In[...]sti. de iu. perso. summa itaque diuisio, cum glos. 1. iux. primam declara. superscriptionem. Et per eandem gl. & per Pet. de Bellaper. iux. secundam expositionem, summa. i. breuis. d. gl. 1. Vel dic summa. breuis Insti. de iu. perso. sic & summam inopiam dicimus, qua nulla maior esse possit, prout apud Cęsa. lib. 2. Belli ciui. Massilienses omnibus defessi malis, rei frumentarię ad summam inopiam deducti. Et summa cum contumelia, i. maxima. Idem Belli ciui. li. 7. Obsidibus summa cum contumelia extortis. Summus etiam. i. primus, iux. secundam expositionem glo. in l. summa. ff. de sta. ho. Quandoque verò summum aliter accipimus iux. subiectam materiam. hinc dicimus summo esse in periculo. i. in extremo periculo. Cæsar lib. 7. Belli Gallici. Et summum supplicium. idest ultimum; vel supremum, seu deterrimum, s. mors. l. 1. in fi. cum glo. ff. de extra. crimi. & l. fi. ff. de sepul. viola. summus. i. superior, l. tria, cum glo. in ver. summo. ff. de serui. rusti. prædio. Et maximus, quia principalem gradum tenet, iux. tex. in l. ubi autem. cir. princ. ff. de ver. obl. Et quia id maximũ dicimus, cuius n[...] est excessus. Et maximũ in unoquoq; genere per[...]ctum est, Auerr. 10. Metaph. com. 19. Quòd autem Pontifex sit maximus, & summus, quòdq; ipsi[...] sñiá uelut lata à sedente in supremo iustitiæ thrno a nemine redargui possit, cum non habeat superiorẽ, imò nec parem, nec illius gesta ab alio, quam ipso Deo diiudicari possint, vide c. si Papa, 40. d[...]. Quòd aliter euenit Imperatori, a cuius sñia appellari potest ad summum Pontificem, & Papa Imperatorem deponit. c. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. [...] Pro pręmissis est etiam tex. in c. aliorum, & in a[...] seq. 6. quęst. 3. Item Papa nuncupatur sacrosanctę sedis Antistes. c. nouit. uersic. Nec sit illud, de iudi. & summus Apostolicę sedis Antistes. c. 1. de translla. epi. Aliquando Papa sine aliquo adiuncto. c. [...] Papa. de priui. li. 6. sic scriptum legi in ecclesia sanctę Marię Transtiberim, Innoc. Papa II. in ecclesia sancti Cosmi & Damiani, Felix Papa III. in ecclesia S. Agnetis, Honorius Papa I. in ecclesia sancti Marci, Gregorius Papa IIII. per Archid. in c. leges, uersus fi. 4. dist. & per Gemin. consil. 93. Clemens, nu. 22. Item Papa senioris Romę. c. fi. 22. distin. Potest etiam & solet nũcupari Princeps Optimus Maximus. Si. n. ita nominati fuere Romani Imperatores, prout in l. iurisperitos. in princ. ff. de excu. tuto. fortius Romanus Pontifex ita appellari poterit. arg; tex. in c. Constantinus 2. 96. dist. Item summus sacerdos, Diuus Hieronymus ad Marcellam contra Montanum inquiens, item ecclesię salus in summi sacerdotis dignitate pendet &c. idem ad Damascum Papam in quatuor Euãgelistas post prin. Potentissimus sacerdos. c. nulli fas. 25. q. 1. Vocatur ẽt Dei in terris Locũtenens, seu Dei, uel Dei filij, uel Christi in terris Vicarius, vel vices gerẽs. c. Cõstãtinus. 2. cir. prin. 96. dis. c. vni. vers. quoniam & si locum Dei teneamus in terris. ut eccles. bene.

c.ubi

c. ubi periculum. §. cæterũ. & c. fundamenta. §. decet. de elect. lib. 6. Innoc. in c. quòd super. post nu. 3. de uoto. Bal. in l. 1. post prin. C. de sum. Tri. Imperator item apostolicus nuncupatur. c. Constantinus. 1. & 2. 96. distin. Hostien. in c. per uenerabilem. col. 8. in ver. imperio, qui fil. sint legi. Bal. in l. prima, colum. 1. versic. tertio dico. C. de sum. Trin. Et quòd possit appellari imperator est tex. in cap. firmam 12. quęst. 2. An autem ante coronationem Pontifex, Papa, uel episcopus, uocari possit, quicquid dixerint gl. in proęm. clemen. in ver. Pontificatus, & Spec. tit. de rescrip. præsen. §. ratione autẽ causæ, ante num. 18. versic. Item quòd obtentura. veritas est, ꝙ & Pontifex, seu summus Pontifex, ac Papa, & episcopus ante coronationem uocari debet, utiturque eadem Bulla, quà post coronationẽ, & qui aliter dicit, malè sentit, & hodie excommunicatus est, prout videre est in extra. Clemẽ. Quia nonnulli. sub titu. de senten. excomm. & est vltima extrauagans communium. Pro quibus uide Feli. in cap. eam te. numero sexto. in 2. restrictio. de rescrip. & Io. de Syl. de benefi. par. 1. quæst. 2. nu. 17. Aduerte tamen, quòd idem Syl. subdit de stylo Papam non exprimere nomen in bulla, eundemque media bulla uti, quod tamen a stilo Romano alienum est. Est uerum quòd ante coronationem Papa loco Datæ scribere solet, suscepti a nobis Apostolatus officio, anno primo. Episcopi nomen generale est cuicũque, vel hominibus, vel rebus, uel curæ alicui præsertim publicæ præsidenti, seu præposito cõueniens. l. fi. §. item episcopi, qui pręsunt pani, & cæteris uenalibus, rebusque ciuitatum populis quotidianum victum vsui iungunt, vel potius suggerunt ex lectu. Budęi. ff. de mune. & hon. Cice. ad Atti. lib. 7. Ego negotio præsum nunc turbulento; vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campana, & maritima hora habet ἐπίσκοπον. ad quem delectus, & summa negotij referatur. De his episcopis intelligi posse affirmant nonnulli. l. prima. & fi. C. de episco. audien. & ca. 1. de emptio. & uendi. prout de istis præpositis venalibus rebus, ut iusto pretio uendantur, intelligi debere uidetur Anchar. consil. 157. summæ prudentiæ, in prin. Verum quo ad illam l. 1. C. de episc. audien. obstare uidetur, quia non faceret ad titulum, illud verò cap. 1. de emptio. iun. gl. in uer. ad pręsbyterum, quæ exponit. i. ad episcopum, non potest in istis episcopis comprobari, de quibus in l. fi. §. episcopi. ff. de mune. & hon. & miror, quòd Anch. ad idem citet illum tex. in §. episcopi, & alia iura proximè adducta, quæ de diuersis episcopis loquuntur. Ipsum tamen defendendo respondere possumus, ꝙ de iure fforum quicumque essent alicui rei præpositi, episcopi uocabantur. De iure autem C. & de iure Canonico episcopi, qui Antistites dicuntur, hanc curam etiam habebant. Hodie autem aliter seruatur: nostræ enim ætatis episcopi circa huiusmodi negotia se non intromittũt, sed pręsides, prætores, & similes. Beneuenti, ubi hanc secundã editionem succisiuis horis conscribo, huius pręclarissimæ ciuitatis gubernationi præfectus similem prouinciam quibusdam (quos Catapanes uocãt) relinquo: quod nomen apud Samnites, prout pleraque alia, antiquissimũ extat, ipsum ex Græco totum, seu mauis ex Græco partim, partim ex Latino deductum. Nam si Catapanes, quasi καπάπαντα dicas, id totum è Græco deductum intelligas. At si Catapanes quasi κατὰ panes appelles, tam ex Gręco, quàm ex Latino sumptum cognosces. Huius magistratus Catapanũ præcipua cura circa panem existit, uerum etiã circa alia pleraq; uenalia. Romę verò cura non absimilis ad Conseruatores, & alios spectat. Ad episcopos redeamus, qui & Ephori dicuntur, quibus non solum oculis lustrandi potestas, sed etiam prouidentia, & cognitio mãdata est, auctore Zenoph. de copiis Regis Persarum, & earum recensione loquente, prout per Bud. in alle. l. fin. §. item episcopi. ff. de mune. & hon. Nomen episcoporum ad Antistites nostros translatum est, ut speculatores, & inspectores sint, & gregis sibi commissi uitæ exploratores, et custodes. Summa ratione Papa se epm nuncupat, cui omnis cura omniũ ciuitatum, omnium magistratuum, omnium episcoporum, omnium hominum, omnium animarũ demandata est, & cui dictũ est, Pasce agnos meos, Ioan. 21. Rursus, ecce constitui te super gentes, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, ædifices, & plãtes. Hiere. 1. & c. solitæ. de maio. et obed. Episcopi nomen conuenit etiam Domino nostro Iesu Christo, prout 1. Pet. cap. 2. in fi. Sed conuersi estis nunc ad Pastorem, & episcopum animarũ uestrarũ; nonnullas præcipuas conditiones boni episcopi, seu Pastoris, describam super 3. com. in ver. Pastoris officio. Videndum autem est cur summus Pontifex non vtatur baculo pastorali, quo episcopi utuntur. De baculo habemus in Psal. 22. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt, in cap. disciplina, uers. Hinc etiam Dauid. 45. distinc. vbi Archid. num. 10. post Vgo. notat, quòd baculus pastoralis custodiam significat. Pro præmissis omnibus, uide quæst. 4. artic. 7. addi. ad 3. par. diui Thomæ. versic. Præterea potestatis plenitudo residet penes Romanum Pontificem, sed ipse non habet baculum, ergo nec alij episcopi debent habere, &c. Subditur ubi supra, per baculum cura pastoralis, quia debet colligere uagos, quos significat curuitas in capite baculi: sustẽtare infirmos, quod ipse stipes signat baculi, sed pungere lentos: quod significat stimulus in pede baculi: Vnde versus.

Collige, sustenta, stimula, uaga, morbida, lenta.

Et post ad Octauum dicendum, ꝙ Rom. Pontifex non utitur baculo, quia Petrus misit ipsum ad suscitãdum quendam discipulum suum, qui postea factus est episcopus Treuerẽsis, & ideo in diœcesi Treuerensi Papa baculũ portat & non in aliis locis. Vel etiam in signum, ꝙ non habeat coarctatam potestatem, quod curuatio baculi significat. Hanc ultimam causam, seu rationem pro notabili amplectitur Felin.

Seruus seruorũ Dei [a]

super rub. de consti. col. 2. uers. benefacit ꝙ beatus Thomas. Pro præmissis, uide oĩno tex. in ca. uni. in fi. & ibi gl. pe. et ult. de sac. unc. et per Petr. a Baxio in Directo. electio. c. 51. par. 3. num. 5.

a SERVVS seruorum Dei.] Hęc verba habemus etiam in c.fi.de statu.& consue. con.liber.eccle.in vsi.feudo. §.nos verò Honorius seruus seruorum Dei.in cap.in sinodo.vers.ego Leo quoque seruus seruorum Dei episcopus.in inscriptione cap. Saluator.1.quæst.3.ubi dicitur, Vrbanus episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio, &c. in inscriptio. cap.sequen.Idem dicitur in proœ.Decret.in c.relatum,ad fi.de senten.excom.in proœ.6.lib.& ubiq; per glo.in extra.ad onus.Io.22 de elect.in ver.seruitutis. & per Alci.in l.inter claras,in princ. C.de sum.Trin.In dictis locis declarant quare summus Pontifex se seruum seruorũ Dei nominet.& Abb. in cap.2.de cleri.vena.in 1.not.rationem adducit, quæ est,quòd Papa se utilitatibus,& commoditatibus seruorum Dei se ingerit. Gregorius Doctor ecclesiæ(vt in chronicis legitur & testatur Archid. in proœ.6.lib.in ver.Bonifacius, vers.in chronica, & Alber.de Rosa.in Dictio.in ver.Gregorius) primus Pontificum se seruũ seruorum Dei inscripsit. Quod etiam videre est in ipsius Gregorij epistola ad Leandrum episcopum in expositionem libri Iob.quæ incipit, Reuerendiss. atque Sanctiss. fratri Leandro coepiscopo, Gregorius seruus seruorum Dei. Et non solum in iuribus antiquis, sed & proę.Clemen.& passim in literis Apostolicis antiquis,& modernis habemus hunc stilũ rescribendi,vt etiam per Io.de Ligna.in tract.de Amicitia, dum amicitiam serui ad dominum prosequitur, numero tertio, vers.Imò Papa vocat se seruum seruorum Dei.Quo fit vt si hodie appareret Bulla,in cuius capite essent hæc,uel similia verba,videlicet. Paulus Papa,seu Paulus Pontifex, seruus seruorũ Dei: Vel Paulus episcopus seruus Dei:Vel Paulus episcopus,absq; illis uerbis, seruus seruorum Dei, literæ huiusmodi fidem non facerent, imò de falso suspectæ essent,quia contra stilum ad l. sacri affatus,& ibi Bald.in prin.C.de diuer.rescrip.capit. quam graui,de crimi.fal.c.porrecta.vbi gl. magna in ver.confirmatur,de confir.vti. vel inut. gl.ordi. in cap.causam quæ,2.in ver.rationi, de rescr.Lud. Roma.consil.376.quæstio est,num.12.vers.secunda ratio.Abb.in cap.ex parte,2.num.7.de off.delega.Felyn.latè in c.1.ex parte.1.num.16. vers.stilus, de rescr.Alibi Papa se Dei famulum appellat,prout videre est apud ecclesiam Sancti Ioannis Laterani in Porta ænea in honorem beati Ioannis Baptistæ in hæc verba, Nicolaus episcopus Dei famulus offert. Item se nominat indignum seruũ,prout in Bulla Grego.1. descripta in lapide marmoreo in pariete ecclesiæ sancti Petri sub porticu, Dominis,sanctis,ac beatis Petro,& Paulo Apostolorum Principibus Gregorius indignus seruus,quorum laudi &c.in donatione quorundam prædiorum,& locorum ecclesiæ sancti Petri. Seruus seruorũ fratrum tuorum esto,dixit Deus etiam propter derisum patrem Noe.Sic & Apostoli se seruos omniũ nuncupabant.& Paulus.1. ad Corinth.capit.9.se omnium seruum profitetur.Nã cum liber(inquit) essem ex omnibus omnium me seruum feci,ut plures lucrifacerem,prout etiam in tex.cap.iam nunc. vers. Cũ similiter ex omnibus omnium me seruũ feci,28.q.1.Huc pertinent ea quę scripta sunt Matthei c.20.& Marci 10.sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri,sit vester minister; & quicunq; voluerit inter uos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.& Io.Chriso illum locum declarans,volens ergo dominus(inquit) & duorum filiorum Zebedei,& aliorum indignationem extinguere,introducit differentiam inter Principes mundanos, & ecclesiasticos, ostendens,quia primatus in Christo, nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri inuidendus est habenti,quia Principes mundi ideo sunt,ut dominẽtur minoribus suis, & eos seruituti subijciant,expolient, & usque ad mortem eis utantur ad suam utilitatem,& gloriam: Principes autem ecclesiæ fiunt, ut seruiant minorib.suis, & ministrent quæcunque acceperunt a Christo; vt suas utilitates negligant,& illorum procurent: moriq; non recusent pro salute subditorum. Hęc verba aliter quàm hic,ac vt dixi,ad detestationem,& vindictam commissi sceleris, habes Genes.cap.9. versus fi. Maledictus Canaam seruus seruorũ erit fratribus suis. Sed quæro, an episcopus possit se seruum seruorum Dei appellare? videtur quòd sic arguendo a si de quo minus,seu a fortiori. si enim Papa,qui omnium caput,& Princeps est,se seruorum Dei seruum appellat, fortius episcopus, qui eo inferior est,talem se profiteri potest,imo debet. sic etiam dicimus, quòd ubicunq; Papa constitutionem suam tollit,quod est plus, fortius constitutionem inferioris idem disponentem,quod est minus,glo.in c.1.in ver.facti.versus fi. de consti.li. Rursus clerici, diaconi,& omnes ecclesiasticæ personæ Deo obsequi, & seruire profitentur, Dei enim serui nuncupantur.c.cleros,post princ.21.dist.c. versus fi.40.dist.c.penul.54.distin.c.diaconilicam, post prin.93.dist.c.cum secũdum Apostolum, præben.c.2.de cleri.venato. Meritò igitur episcopus talem se nominare debet. Et quod non solũ episcopi,sed omnes homines se seruos Dei nuncupare debeant,etiã diuersis modis,& rationibus ostendo,serui enim emptitij sumus, affirmat enim Paulus,& omnes seruimus,quòd Christus nos pretioso sanguine redemit.Verbę serui dici possumus,quia filij,& successores Adam,& Euę seruorũ emptorũ, Mercenarij item serui iuxta illud Lucæ x.Dignus est operarius mercede sua.& Matth. 20. Et redde illis mercedem.Inquilini item serui,quia dominus bona nobis usufructuanda concedit, & ipse est dominus directus,qui uerus dominus dr̃. gl.in uerbo nã qualecunq;.in l.si mater §.eandem.ff.de excep. rei iudi. serui adhuc acquisiti dici possumus, pugnans.n.Christus cum mundo,peccato, & diabolo,oĩa expugnauit, & nos seruos peccati, seruos suos fecit.Insup cum eps non reperiatur prohibitus se ita noĩare, merito se ita nuncupare potest ut ẽt concludit gl.Reg.Cancel.15.col.2.ubi firmat epm motu proprio cõferre posse, rursus & se seruũ Dei nuncupare. Contrariũ & meliori rõne concludit Sarnen.in c.1.post nu.10.de cõsti.li.6.vt ostendatur dñia inter caput,& mẽbra. Et si non licet inferioribus uti colore uestium Principis, ut ostendimus,

mus, quanto minus illis nuncupationibus, titulis, ac quibusdam proprijs, & peculiaribus loquendi, & scribendi formulis vti licebit? Quòd autem colore vestium Principis, imperialibusq; ornamentis, puta vestibus purpureis, aureis, & aliis, quibus Reges vti solebant, nisi alicui id specialiter sit indultum, omnibus prohibitum sit, probatur Iudic. cap. 8. Absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus Reges Madian vti soliti erant. 3. Esdræ, cap. 3. post prin. & cuiuscunque apparuerit sermo sapiêtior, dabit illi Rex Darius dona magna, purpura cooperiri, in auro bibere, super aurũ dormire, & currum auro freno, & cydarim bissinam, torquem circa collum, & secundo loco sedebit a Dario, propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. Hester. 8. ad fin. Mardocheus autem de Palatio, & de conspectu Regis egrediens fulgebat vestibus regijs, hyacintinis, videlicet, & aerinis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio, atque purpureo. Daniel. 5. Purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo Princeps eris. Cæsar lib. 5. Belli Ciui. vel potius lib. 1. Belli Africa. per A. Hirtium addito, ubi legere est. Nam cum Scipio sagulo purpureo ante Regis aduentũ vti solitus esset, dicitur Iuba cum eo egisse, non oportere illum eodem vti vestitu, atque ipse vteretur. itaq; factum est ut ad album sese uestitũ transferret. Et de purpurea ueste Imperatoris, vide tex. in l. restituendæ. ibi, nostram adoraturos purpurã. C. de aduo. diuer. iudi. in l. sancimus. ibi, & adoranda nostra purpura. C. de consu. lib. 12. in l. 1. C. de apparit. præfe. vrb. eo. lib. in l. 1. & 2. C. de vesti. ollobe. & aura. li. 11. in l. vni. §. præterea. ubi etiam Luc. de Pen. C. nul. lice. in fre. & equi. 10. lib. & glo. ibi commemorat clamidem, militem: purpuram Regem, & stolam sacerdotem demonstrare. sequitur Io. Cirier de primoge. lib. 2. quæst. 3. nu. 21. & quòd purpura vestis sit Regum, & Principum affirmat etiam Marti. Laud. de Principi. quæstio. 37. Vnum non omitto, quòd purpura indui Romanorum proprium fuit eorum rebus auctis, ita vt Reges ipsi, alijq; exteri ab ipsis purpureis uestimentis abstinerent, ut habes 1. Machab. cap. septimo. vbi de virtutibus, potentia, & laudibus Romanorum in hæc verba. Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. Purpureus vsus vsque in præsentem diem præcipuus & peculiaris Romæ remansit, qua purpura indutum uides summum Pontificum, eiusq; amplissimos Cardinales, ac Papæ familiares, nonnullosq; ex Romanis officiarijs. Senatorem quoq; Romanum nonnunquam purpurea, nonnunquam aurea veste indutum videre poteris: vestes quoq; alias, quibus vtitur summus Pontifex, habes apud Suidam. Tullium Hostiliũ Romanorum Regem aiunt purpura primum induisse. Ego verò ex historijs collegi diu ante Romulũ debellatis Veientanis Tusciæ populis, vsum fuisse purpura. item Tarquinium aiunt vsum veste purpurea auro ornata, corona item aurea margaritis, circundatũ, ac sceptro, & sede eburnea. Mulier fortis Salamonis, de qua Prouerb. capit. vlt. stragulatam vestem fecit sibi: bissus, & purpura indumentum eius. Rex ipse Salamon reclinatorium aureum, ascensum purpureum lectuli sui fecit, Canti. capit. tertio. videre poteris Plin. de natura. histor. libro 30. capitulo sexto. vbi colorẽ (inquit) purpuræ cæteris coloribus præferendum esse, quem etiam ipsi Deo summopere placuisse intelliges, si perleges quod scriptum est. Exo. capit. 25. & alibi Cardinales purpureo galero (quem causiam purpuream elegantius dici affirmat Laza. Baysius in opusculo de Re vestiaria. cap. XVI. affirmat) primus omnium vti uoluit Innocen. IIII. vt recens, ut Platina in illius vita. quem text. restituit Catel. Cotta in suis Memoria. in ver. Purpuræ appellatione, vide apud eundem Cottam in ver. Coccum. si purpurarum animalium genera, differentias, generationem nosse uolueris, item qualem florem habeant, & quomodo flos detrahatur, uide Aristotel. de Histo. Anima. libro quinto, ca. 15. Purpura (Plinio auctore, libro nono, cap. 36.) piscis est, florem illum tingendis expetitum Regum vestibus, in medijs habens faucibus minimi liquoris in candida uena nigrantis rosæ colore. Viuas purpuras capere contendunt, quia cum vita succum euomunt, latent circa canis ortum tricenis diebus. congregantur uerno tempore. Capiuntur paruulis, rarisque textu veluti nassis in alto iactis: captæ diebus quinquagenis viuunt saliua sua, anno magnitudinem implent, celerrimeq; crescunt quemadmodum & conchilia omnia. De purpura tractans Dioscorides, libro secundo, de Medica materia cap. 4. inquit, purpura usta exiccat, dentes astergit, excrescentias in carne cohibet, &c. Et de purpureo colore, purpurarum tinctura, ac coctura, & qualiter dicamus aerem purpureum, rursus mare purpureũ, uide per Philosophũ in libello de coloribus. cap. secundo. vbi tractat de coloribus medijs, seu mixtis, & cap. quinto. vbi de mutatione colorum ex concoctione. purpuram, & Coccũ appellatione uersicolorum contineri, & purpuræ appellatione omnis generis purpuram contineri dicit tex. in l. si cui lana, §. proinde, & §. sequ. ff. de leg. 3. Et quid sit purpura, & quomodo cõficiatur docet Baysius de re vestia. capit. tertio. Conclusimus non licere episcopo se seruum seruorum Dei nuncupare, uideamus an eidem liceat se Papam, uel Pontificem nominare, Summum Pontificem, vel Summum Sacerdotem? Pro opin. affirmatiua pondero, q in diuersis locis apud Diuos Hieronymum, Ambrosium, & Augustinũ, episcopos quarumuis ciuitatum sic nuncupatos legimus, prout in inscriptione epistolæ Hieronymi, Domino uerè sancto, beatissimo Papæ Augustino. Et Augustini ad Paulinum, Libros beatissimi Papæ Aurelij episcopi, &c. & Bonifacius Comes scribens Augustino, inquit, Ora venerabilis Papa, ut talis de inimicis ultio procedat &c. & aliis in locis, in textu de his, de conse. dis. 5. episcopi Summi Pontifices appellantur. Idẽ probatur ex tex. in c. si officia, ibi. Summi Pontificis iure locum sperare debebit. dis. 59. cap. miserum. 61. dist. & c. accusatio. 2. quest. 7.

ubi Epiſcopi ſummi ſacerdotes appellamur. c.fi. in prin.3.q.1.c.uidentes.in prin.12.q.1.cap.Pontifices,quibus in ſummo ſacerdotio conſtitutis.12. quæſt.3.cap.vni.§.perfrontis. ibi, Non niſi ſummus Sacerdos.i.epiſcopus.de ſacra unctio.cap.legum.vbi Archid. in ver. ſummum ſacerdotium.i. epiſcopatum.2.quæſt.1.&Doct.in cap.1. de conſtit.lib.6. Breuiter hodie epiſcopus Pontificem ſe nominare poteſt,non autem ſummum Pontificẽ, nec ſummum Sacerdotem,nec Papam, & hoc iure vtimur,vt etiam ſentit gl.in alle.cap.de his. in ver.ſummis. verſ.Sed tamen Papa hodie ſummus Pontifex appellatur.de conſec.diſt.5.intelligo priuatiuè ad alios,alioquin glo. verba illa ſuperfluò poſuiſſet,remq; nulli incognitam demonſtrare curaſſet.Summi item Pontifices pro tempore nõnullis ſacris dictis pro peculiaribus vti conſueuere, vti Leo IX.Miſericordia Domini plena eſt terra. Alexander II.Exurge Dñe, iudica cauſam meam. Honorius II.Benedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.Gregorius VII.Verbo Dei cœli firmati ſunt.Clemens VII.Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Hoc dicto etiam vſus fuit Paulus III.Iulius verò III. Vias tuas Domine demõſtra mihi. Marcellus verò ij. ſimili dicto, vel ſigno vſus non fuit.Paulus autem IIII. Dominus mihi adiutor.His vti abſtinẽt epiſcopi, & alij. Poſtremò nõ tacebo,quòd ſicut ſunt ſerui Dei, ita & multo plures ſerui Diaboli.Deutero.ca.7.Quia ſeducet filium tuum ne ſequatur me, & ut magis ſeruiat Dijs alienis.& ca.11. ſeruiatis Dijs alienis, & adoretis eos.cap.29.ad fi. Et ſeruierunt dijs alienis,& adorauerunt eos quos neſciebant. cap. 32. Immolauerunt Dęmonijs,& non Deo. Ioſue cap. vlt. Si dimiſeritis Dominum,& ſeruieritis dijs alienis,conuertet ſe,& affliget vos atque ſubuertet. Iudicum 3.Seruientes Baalim,& Aſtaroth. Sapiẽ.2. in fi.Iuuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.Lucæ16. Non poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ.Ad Rom.6.ad fin. Cum enim ſerui eſſetis peccati.Iſti dicuntur filij mortis, 1.Reg. 26. Viuit Dominus, quoniam filii mortis eſtis uos, ꝙ non cuſtodiſtis Dominum veſtrum Chriſtum Domini.Item mortui delictis, ambulantes ſecundum ſeculum mundi huius,filij diffidentiæ,filij iræ.ad Epheſ.cap.2.Filij diaboli pleni dolo,& fallacia,inimici iuſtitiæ, Actuum 13.poſt prin. De eiſdem ſeruis peccati,ad Rom.ca.6.cir.fi.Ioan.cap.8.Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati.Item ſerui deſideriorum,& voluptatum.ad Tit.ca.3. Serui ventris, ad Roma.cap.16.Domino non ſeruientes,ſed ſuo ventri,ſerui elementorum mundi,ad Galat.4.Rurſus connertimini ad infirma, & egena mundi elementa,quibus denuò ſeruire uultis. Serui creaturarum, ad Roma.1. Seruierunt creaturæ, potius quàm creatori.Serui fœminarum, & blanditiarũ, Oſcæ 12. Seruiuit Iſrael in uxorem, ad Roma.6. exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ. Mancipia primi mancipij gehennæ.ca.ſi Papa.40. diſtin.ſerui patris mendacij.c.2.ad fi.de ſum.Tri. Serui idolorum.i.auari. inquit enim Paulus, auaritia eſt idolorum ſeruitus, & habemus tex.in cap. auaritiæ, quæ eſt idolorum ſeruitus, de præben. Serui item idolorum ijdem ſunt qui ſerui diaboli, prout per Apoſtolum ad Corinth. ſcribentem. Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens,cum his nec cibum ſumere debes. Item ad Epheſ.& c.idolatria quam ſequuntur infideles,23.quæſtio.prima. Idolus primo inſtitutus a Nino Rege Aſſyriorum in perſonã patris defuncti,cui ſtatuam erexit,illumq; adorare fecit,uocabatur Belus,ibi diabolus dabat reſponſa. Deinde apud alias nationes fuerunt Baal, Beth. Demum Beel Sebur,i.muſcarum Deus, eo ꝙ iuxta ſanguinem animaliũ quæ imolabantur muſcę aderant.

Ad perpetuam rei memoriam[a]

a AD PERPETVAM rei memoriã) .i. ut res, ſeu negotiũ,ſuper quo diſponimus, perpetuo duret: uel ut erectio hæc,& facultates,ac omnia in ijs literis contenta, perpetuam obtineant roboris firmitatem, ſeu ut hæc perpetua ſint, ac perennia,& nunquam pereant.Similia verba,uel idem ſignificantia inuenies,Exodi cap.12. Vt cuſtodiatis diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo.ca.17. in fi.Perpetuus erit cultus per ſucceſſiones eorum coram filijs Iſrael.& cap.31.Pactum eſt ſempiternum inter me,& filios Iſrael: ſignum quoq; perpetuum.Eccleſiaſtes c.2.Nõ erit memoria ſapientis ſimiliter & ſtulti in perpetuum.1.Machab.13.Et ijs circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam. & apud M.Tullium in oratione pro P.Seſtio. O diem illum ad poſteritatis memoriã glorioſum, & 3.Catili. Ignẽ Veſtæ perpetuum,& melius Leuit.6. Ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquàm deficit in altari.idem M. Tullius vlt.Philip.ad fi.Vt extet ad memoriam poſteritatis ſempiternam. Sic eſt in proœ.ff.veri ne autem tertij anni.ibi, & per hoc in æternam memoriam. Ad perpetuam,ſeu æternam rei memoriam,coram quo,quando,& qualiter teſtes examinentur,uide tex.iux.glo.in uerſic. debeam. in l.in l.Aquilia,ſi deletum. ff.ad l.Aquil. Authen.de teſti.§.fin.capitu. ſignificauit,extra eod. Innocen.in capitulo, quoniam frequenter, numero ſeptimo, in uerſi.publicatio,& alios,ut lit. non conteſt. Nicol.Mil.in ſuo repert. in verſicu. Teſtes quando examinantur ad ęternam rei memoriam,cum Addi. ibi poſita, & in uer.ſequen.latè Felyn.in alleg. capitu.ſignificauit, numero quinto,& ſequen.de teſti.Dominum meum Phil. Dec. conſilio 302.& pro tenui,numero ſeptimo,uerſic. Nec ob.Et formam reſcripti ad partes pro huiuſmodi examine ad perpetuam rei memoriam faciendo innẽnies in lib.nuncupato Prouinciale.fol.30. verſ.No.quòd teſtes ad perpetuam rei memoriam. Perpetuum dicitur.i.ſine temporis præfinitione, ad l. 3. ff.de exceptio.& Inſti.de perpe.& tempo.actio. in prin. l.ſecunda.§.hoc interdictum perpetuum. iun.glo. iux.primam opin. C.ne quid in lo.publ. Vel perpetuum exponimus.i.ſine fine.l.eum debere columnam.ff.de ſeru.vrba.præd.l.purè,ad fi.ff.de excep. dol.

dol.l.penul.iun.glos. in ver. perpetuum. ff.de libe. homi.exhi.§.ac si ita.iux.secundũ intellectum glo. in uer.perpetuatur.Abb.in c.1.ad fi.de sum.trini. And.Barb.cons.53.præclarè scripsit,col.pen.vers. Tamen intelligitur perpetuum sine fine,li.2. Perpetuum etiam dicitur, quod loco deficientis alterius subrogationem recipit,iux.tex. in præall.l.eũ debere.ff.de serui.vrba.prædi.Anch. cons.27.non seruato.nu.7.perpetua dicitur concessio, de viginti nouem in viginti nouem annos.Ruin.cons.168. num.21.li.1. Si uero in uiginti nouem annos tantum,tunc illis finitis reuertitur ad dominum concedentem,vt per eundem. Verum hodie prohibita est talis concessio super re ecclesiastica,ut in cōc. Triden.sessio.25.titu.de Refor.ca.11.Perpetuò.i. incommutabiliter,sine exceptione,authen.hoc ius porrectum.in princ.glo.in ver.perpetuò. C.de sacro.eccle.Perpetuum nonnunquam exponimus.i. generale.l.1.ff.de contrah.emptio.ibi,cuius publica, & perpetua æstimatio, cum glo.in ver.perpetua.l.edita.iunc.glo.in ver.perpetui, quam ibi sequuntur Bart. & Ias.C.de eden.l.cum pater.§.cũ existimaret,cum glo.in ver.perpetui.ff.de lega.2. l.penul.ibi, Quę edicto perpetuo.iun.gl.ff.de uar. & extraor.cogn.l.cum hæreditas,quæ est 36.ff.ad Trebel.Clemen.1.iun.glo.1.iux.primam lectu.de hæreti.Sic & perpetuo.i.generaliter.l.1.§.perpetuò,iun.gl.ff.uti possi. Alibi interpretamur perpetuum.i.generaliter verum. l.cum hæreditas ex fideicommissi.ibi,Nō est perpetuum. ff.ad Trebel. Insti.de satisda.tut.in prin.iunc.glo. in uer.perpetuam.l.qui exceptionem perpetuam, iun.glo.1.ff. de condi.inde.c.ut circa,post prin.iunc.glo.in ver. perpetua,& c.perpetuò,iun. glos.1.de elect.lib.6. Sic contra generale pro perpetuo sumimus ad supra adducta,& ad tex.in c.generali, eodem tit. & lib.3. Ex hoc aliàs inferebam ad quæsitum illud, quæ sint reseruationes generales,& quæ speciales, dequo tractaui in 4.quæst.procœ.Regu.& nouissimè ēt declarat Rebuf.in sua praxi sub titu.de reserua.tam generali,quàm speciali. Reiectis declarationibus,& opin.plurium,non ab re fore puto hac vti interpretatione, q generales reseruationes illæ dicuntur,quæ a iure communi introductæ sunt,ēt si recitentur,uel comprobentur per extra.ad regimen, vel alias,seu per Reg.Cancell. Introductas verò per regulas Cancell.seu per extra. temporarias, & sic ultra dispositionem iuris cōmunis sint speciales.Hæc distin.uidetur esse de mente Mil.in suo reper.in uer. reseruatio quando dicatur generalis, uel specialis. super quo etiam uideri potest. Fely.in c. in nostra.in 5.corre.uers.postea reperio, de rescri. Ratio autem nostræ declarationis præmissæ hæc est,nam inuentæ à iure cōmuni perpetuæ sunt,quæ autem sunt perpetua a iure communi,ut præmisi,generalia nuncupantur. ergo reseruationes a iure communi introductæ generales sunt, & perpetuæ: à Regulis uerò Cancell. seu extraua.non perpetuis,temporariæ existent durante uita Pontificis reseruantis, ac speciales, non autem generales, & perpetuæ. Et cum Regu. Cancell. non possint dici constitutiones generales ad supra adducta, & uoluit Ancharan. consilio 197. efficacibus,numero secundo.Felyn.in capitulo pastoralis.numero undecimo,vers.Et idem credo de Regulis Cancel.de fi.instru. Casse.consil.decimo. uiso processu,post nume.25. D.meus in capitu.1. numero primo,lect.2.in 2.nota.de consti. sed sunt speciales,ergo & effectus uidelicet,reseruatio a regula inducta dicetur specialis. Et licèt in aliquibus regulis dicatur,Generaliter reseruauit,generaliter considerari debebit ratione locorum omniũ, uel ratione omnium beneficiorum ibi comprehensorum,seu ratione omnium personarum illius loci in regula contenti,prout dicimus q constitutio cap.1.de loca. est specialis quo ad ciuitatem Boloniæ,de qua tantum loquitur: appellatur tamen generalis quo ad homines illius ciuitatis.Et generale interdictum appellamus interdicta uilla tantum, ex quo generaliter omnes homines illius uillæ cōprehendit,omnesq; ligat.c.in partibus,ubi ēt glo. penul.de uerb.signif.Aliquando dicimus,non est perpetua.i.non semper obtinet,seu non semper accidit.l.cum hæreditas,uers.Nam quod dicitur retinere eum oportere non est perpetuum,ff.ad Treb. Aliquando dicimus aliquid perpetuum aptitudine.arg.tex.in l.& in perpetuum. ff.de procur.& in c.ad abolendā.post prin.ibi,vinculo perpetuo anathematis innodamus.de hæret.in ca.clericos,cum glo.in uer.perpetuum.de coha.cler.& muli. Hinc dicimus inualida beneficia, quæ nō sunt perpetua, sed ad nutum Abbatis reuocabilia.ca.cum ad monasterium,uers.nec alicui,de sta.monac.cap.ad nostram,& cap.sequen.de confir.uti.uel inuti. clem. uni.§.præmissa,cum glo.in uer.reuocari,de suppl. negli.præla. Perpetua dici posse aptitudine.i.nisi reuocatio superueniat.argum. tex.in l.præsidis,in prin.ff.de reb.credi.Fede.de Sen.in tract. permut. quæstio.16.Abb.in c.cum olim, de re.permut.ubi dicit,quod permutari possunt. gl.pragma. de collatio.§.item quod addictas,in uer.perpetuis. Perpetua exceptionis defensio.l.sufficit.ff.de cond.indebi.& ibidem de perpetua, & tēporaria exceptione.Perpetua excommunicatio.i.donec pęnituerit. cap.de uiduis,iun.glo.fin.27.quęstio.prima,& gl. in cap.actus legitimi, de regu.iur.lib.6. Perpetuò dos apud maritum remaneat.i.cōstante matrimonio.l.prima.ff.de iu.dot.iun.ijs, quæ uoluit Alex. in l.secunda.in 1.not.ff.soluto matrimo. Perpetuò aliquid fit. i. quamdiu ibi sit necessariũ.l.debitor, iunc.glo.fin.ff.de pigno. Perpetuò.i.quamdiu durat,l.id uestimentum,ff.de pecu.Perpetuò.i.decennio.l.nam Imperator,cum gl.ff.de legi.Raph.Fulgos.cousil.156.uisis,post nume.5.uersicu. Vel expone perpetuo.i.usque ad decennium.Barba.consil.uigesimo.Clementissime,colum.secunda,uers. & glo.uolum.quarto. And.Tiraquel. de ut.retra. par.secunda,glo.secunda.§.1. post nume.8.versic. & quidem perpetuò.i.usque ad decem annos. Perpetuo.i.triginra annis, l.prætor ait, § hoc interdictum perpetuo.cum gl.in uer. perpetuo. ff.de no. ope.nun.l.sicut,§.pe.C.de præscr.30. uel 40.ann. & Insti.de perpe.& tēpo.act.gl.in l.2. o.hoc interdictum perpetuum,in uer. hoc interdictum, uersic.

sie.sed hodie vsque ad triginta annos. ff. ne quid in lo.publi. Abb.in c.nulli.num.4. ubi de alienatio ne perpetua etiam si sit ad triginta annos, de reb. eccle.non alie. Bero.cons.65.pluribus.nu.102.libro primo. Perpetuum item.i.vsque ad centum annos.l.annum,ad fi.l.cum quidam,& l.seq.iunc. glo.ff.de an.lega.iun.etiam declaratione Bart.in l. si usus fructus.ff.de vsu.lega. quem sequitur Ancha.in cap.fi.num.9.de testa.præall.glo.in ver.hoc interdictum,iux.2.opin.in l.2. §.hoc interdictum perpetuum.ff.ne quid in lo.publi.& uoluit Feder. de Sen.consil.12.fratres.num.5.quòd perpetuum in relicto facto conuentui,uel ciuitati accipiẽdum sit pro tempore centum annorum,per tex.in l.fin. C.de sacro.eccles.Barbat.præalleg. consil.20.post princ.versic.& plus dixit glos. colum.4. Vide tamen quæ subijcit,colum.2. versic.& ideo Alex. in l.secunda.in prin.ff.solu.matrimo. & consil.60. omisso. vbi hanc magis communem testatur. lib. primo.sequuntur Clau.Seysel. in alleg. l.2.nu.15. & Caro.Ruin.cons.143.viso,numero undecimo, vers.Quartò saltem,uolu.4. Perpetua historia,i. continuata, & non interrupta,& sic accepit Cicero L.Lucio,Familia.lib.5.In quibus perpetuam rerum gestarum historiam complecteris. Perpetuũ officium,i.ad beneplacitum.l.iurisperitos,in prin. iun.sum.Bald.ff.de excus.tuto. Augus.Bero.super rub.de præscr.versus fi.ac D.meus Phi.Dec.consilio 279.placet mihi, post nume.2. ubi quod idem iudicatur de officiali ad beneplacitum, quod de perpetuo. Et officialis qui ad nutum creatur, ex quo non datur ad tempus,perpetuus nominatur, & quia perpetuus esse potest.i.quamdiu viuet, gl. magistra.in Clemen.2.in ver.per electionem,de rescrip.Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi, in 3.q.nume.12.ff.de no.oper.nuncia. Cyn.& Bal.in l.quisquis.C.si certum peta.Ias.in §.sed istæ, post num. 33.versic.secus autem si eorum officium.Instit.de actio.Sarnen.super regu. de non tollen. iu.quæsi. quæstio.4.numero 21.subdens post Gemin. in ca. fi.per glo.ibi in ver.perpetuas.de rescrip. libro 6. statuta disponentia circa actus perpetuos,includere etiam actus qui possunt esse temporales,& perpetui, subijciens regulam, ꝙ ne quis damnum patiatur,illud quod est temporale, iudicatur perpetuum,& contra,prout per Do. meum in c. ex literis.num.16.de consti.ubi etiam de pœna ad beneplacitum. Perpetua locatio,an per omnia uim habeat emphyteusis,uide Raph. Fulgo. consil.240, pro euidentia Fran.Aret.consil.111.consideratus, post num 4.uersic.Item etiam in priuato.& plene per Tiraq.de retrac.par.1. glo.14.§.1. nume.84.& sequ.Locatio ad uitam an dicatur perpetua,uel naturam perpetuæ locationis habeat?Pro opin.affirmatiua uidetur tex.in l.prima.ff.pro socio, & glo. prima.in cap.ea enim.§.perpetua.decima quęst.2. Fede.de Sen.consil.143.concessio,num.3.Lap.alleg.32.Et quòd concessio ad uitam alicuius hominis non propriè,sed largo modo dici possit perpetua.Bero.consil.21.in præsenti.numero.6.libro 1. Pro dictione, perpetuo,uide etiam glo. in capitu. perpetua,quoque,decima quæst.secunda, & quæ scribam infra §.uolentes,glo.penultima. Similem clausulam nostræ habemus etiam in inscriptione. capit.ad Apostolicæ. de re iudi.libro sexto. sub ijs verbis. Idem sacro præsente concilio ad memoriam sempiternam,& ibi gl.prima,circa medium, vers. Quod autem dicit de memoria sempiterna, & in Clem.dudum. versic. Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã, vbi Cardin.de sepul.& in cap.quoniam frequenter. §.sunt & alij, vbi glo.in versic. publicatio, & Docto.vt lit.non contest.capitulo decimo.in fi.de renun.libro sexto,capitulo vni.circa medium. ibi, ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum, de scisma.eodem libro. Et quòd idem sit dicere ad æternam, vel perpetuam memoriã, seu perpetuam firmitatem habeat; vel obtineat, probant tex.in l.fin. C.de re iudic. Inno.in alleg.cap. ad Apostolicæ.de re iudica.libro sexto, & Bald.in cap.duobus, eodem titu. numero decimosexto.in 2.conclu.Potuisset dubitari an erectio, & facultates huiusmodi temporales essent,vt cum Papa expirarent,prout etiam Regulæ Cancell. ut per Anchar.consilio 297.efficacibus.num. secundo. Pau. in procem.extrauagan.colum.tertia.Fely.in capit. ex parte, prim. colu. penult.in vers. Regulæ Cancellariæ,de rescrip.Verum licèt hæc clausula, Ad perpetuam rei memoriam, in supplicibus libellis apposita non esset; in literis tamen Apostolicis in materia de sui natura perpetua apponeretur ex stilo Cancellariæ,qui pro iure seruari debet. capitulo porrecta.ibi,cum Cancellaria nostra.de confirm. vti, vel inuti.capitulo ex literis, versus fi. de const.Roma.consil.376.quæstio est,nume.12. versic. secunda ratio. Et ꝙ erectio & facultates huiusmodi perpetuæ censeri debeant, probat tex.in c.si lapsis.ibi,Ne huiusmodi &c. vbi etiã glo.fi.in prin. dist.50.cap. veritatis,ad fi.iun.gl.pen. ad fi.de iureiur.Nec contra faciunt supra adducta ad Regu. Cancel.ex earum enim proęmio solutio colligitur propter illa verba,suo tempore duraturas, prout ad hoc ponderat Gemin.cons.93. videtur primo, ꝙ ista,nu.7.De perpetuo edicto vltra loca communia,vide tex.ĩ l.2.& ibi omnino Gui.Bud.ff.de statu homi.& in supra citata l.cũ pater,§.cum existimaret,cum gl.in ver.perpetui.ff.de lega.2.De perpetua indulgentia pro vna die habemus Regulam Cancel.56.iux.ordinem antiquum,super qua scribo.Pro qua etiam Paris.cons.14.inhærẽdo,nu.11. & seq. vol.4. Perpetuos habitatores exponimus.i. non ad tempus.in l.uni.ad fi.furt.aduers.naut.

a SI. Hæc dictio plerumq; conditionem facit. 1.Paralipo.c.28.Et firmabo regnum eius vsq; in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea,& iudicia, sicut hodie.l.2.post prin.l.si ijs legatis.§.si ita scriptum,& l. demonstratio.§. an si conditionaliter.ff.de condi.& dem. l.ex facto §.fi.ff.ad Trebell.l.si Titio,ubi ẽt Bart.in summa, ff.quan.di.leg.ced.l.qui promisit, ubi glos.& Docto.ff.de condi.indeb.l.quandocunque, §.non solum.ubi oẽs.ff.de uerb.obl.

Si a Si, dictio a iure prolata demõstratiuè,seu enũciatiuè poni cõsueuit, ut in alle.l. si iis legatis.§. si ita scriptum. ff.de condi. &demon.

&c demonſt. &c l.ſi quis in princ. teſtamenti.ff. de leg.3. Ponitur etiam pro quando. l.in conditio nibus.§.1.ff.de condi.&c demonſt. Iaſ. in l. hæc verba,num.33.ff.de leg.1.Item ſi,pro quamuis. l.peculium eſt.§.ſi ære,iun.gloſſ.ff.de pecu.l. vxo ri.§.fin.iunct.gloſſ.fi.ff.de condictio.inde.l. vxori. iunct.gloſſ.in verſicu.quamuis.ff. de leg.3.l.pen. verſic.ſi id quod,cum gloſſ.in verſic. ſi id.ff.de ac. acquiren.re.dom.l.inter ſtipulantem.§. ſacram.ff. de uerbor.oblig.l.in fraudem,quæ eſt 45.§.ſi prin cipalis,& ibi glo.ad fin.ff.de iure fiſ.l.2.§.tutor, iunct.gloſſ.in uerſicu.ſi pluris.ff.pro empto.l.ſed & ſi is. verſic, quoties impubes.cum gloſſ.in uer. ſi ſatiſdediſſet.ff.de carbo.edi. gloſſ.fin. in princ. in l.1.ff.de reb.dub.glo.in l.1.in verſic.fortiſſimũ. vbi etiam Iaſ.nume.69.ff.de offic.eius.l.Lucius. §.Sempronij,verſicu. Paulus reſpondit, ſi pupil- lo.ff.de admi.& peri.tuto.iunct.gloſſ.in uerſic. ſi. l.ſi quis in graui.§.1.cum glo.in ver.ſi. ff. ad Syl- lania.l.ſi tibi,cum glo.1.ff. de legat.3. Hic potius ſumi debet pro, quia, prout Geneſ.cap.28. ſi fue- rit Dominus mecum,& cuſtodierit me in uia per quam ambulo:ideſt, quia Dominus eſt mecum, & cuſtodit me,l.uidemus,iun.gloſſ.in uerſi.im pubes. ff. de in lit. iur.l.filio,quæ eſt 9. ff.ut lega. nomi.caue.l.Titium,§.a matre,cum glo. in uerſi. maneat.ff.de admi.tuto.l.quicunque, cum glo.C. de epi.& cleri.§.his quoque.cum gloſſ. in uerſi. ſi apparet.Inſti.qui.mo.contra.oblig.prealle.l.1.ibi poſſit ea ſi proficiſcatur mandare,iun.glo.in uer. fortiſſimum,in princ.ff.de offi. eius. l. ab omnib. §.in teſtamento.ver.Et iam rem. iun. glo. in uer. aliquo.ff.de leg.1.l.1.iun.gl.in ver. ſi.ff.de ſerui.le ga.l.ſi quis decedens,alias eſt §.l. liberationem.ff. de libe.leg.iun.gl.in ver. ſi ſocij.l. ſi uſusfructus, quæ eſt 4.ff.de nouatio.c. quæ dignior, & ibi Ar- chid.ante medium.24.quæſt.4.Deciſ. ſuper rub. C.qui admitti,in 2.lectu. num. 81. & iux. illud Catonis,ſi Deus eſt animus nobis. Terent. in An- dria,ſi te germani fratris dilexi loco. Virgil.4. Ae- neid.ſi bene quid de te merui. Qui Terent.& Vir gil.ſic loquuti ſunt præponentes aliquid, volen- tes tamen illud exprobare.ſic & verba Et ſi nõ interpretamur, Et quia non, in l.fundum, quæ eſt 28.ff.de nouatio. Notandum eſt, quòd hic dictio, ſi, apponitur actui, qui de neceſſitate ineſt, vt col- ligitur ex illis verbis,ex præcepto, & tenentur, vt infra. Neceſſariò igitur exponi debet pro quia. iux. illud Flacci epiſtola ad Fuſcum Ariſtium.lib. 1. Viuere naturæ ſi conuenienter oportet,ideſt quia oportet.& ad theo.Bar.in alle. l. hæc uerba, in 1.oppo.& ibi Iaſ.numero 33.ff.de lega.1. Et pro quia,ſeu pro cum,accipitur in l.1.verſic.deinde ſi in foro cauſas dicentibus.ff. de orig. iur. Contra uerò dictio, ſi, quandoque affirmat negatiuè,ideſt adiecta dictioni negatiuæ ſumitur pro quia non, prout Eſaiæ cap.5. Si non domus multæ in ſolitu dine earum deſertę fuerint.& cap.14. Si non po- ſui,& humiliaui animam meam. Si pro nequaquã. Pſalm.88.ſemel iuraui ſancto meo,ſi Dauid mẽ- tiar,ideſt nequaquam Dauidi mentiar, prout ex- ponit Diuus Auguſt.ad calcem capit.9. lib.17.de Ciui.Dei.ſi pro quamuis.l.Titio,quæ eſt 95. cum glo.in verſi. ſi mulier. ff. de condi. & demonſt. Si dictio nonnunquam admonitionem, non condi- tionem facit:& quando conditio non eſt de natu ra actus non reddit actum conditionalem.l. mu- to,§.hanc autem adiectionem,ff.de tute. l.3. ff. de legat.1.Præceptor meus,D.Phil.Dec.conſi.36.& pro tenui.colum.5.verſi.At in caſu noſtro non vi detur data forma.& Cur.Iun.conſil.148.Si, pro quatenus.l.Sticum qui meus erit, vbi Bar.num.4. & Angel.in §.curare.nu.6.Inſtit.de actio.

a EX. Dictio hæc cauſam proximam immediatã denotat,l.ex hoc iure.ff.de ius.& iur.l.1.§. ex incẽ dio.ff.de incen.rui.nau.l.eo.tempore.in fin.& ibi Bart.ff. de pecu. l. quiliberis. §. hæc uerba,& ibi Aret.ff.de legat.1.D. meus ſuper rub. C. qui ad-

Ex[a] mitti.num.13.& conſil. 69. viſis.poſt nume.3.Tho.Gramma.conſi.2.Ioan. num.3.Tiraq.in tracta.ceſſante cauſa,limi.20.nu me.29.Accipitur etiam pro propter, & ſic expo- nere poſſumus ex præcepto,ideſt propter præce- ptum,ad tex.in l. dotale prædium.2. iun.glo. fi.ff. de fun.dota.l.aditio.ad fi.ff. de acquiren.hæredit. præalleg.l.1.§.ex incendio.ff.de incendio.l.3.§.cũ Pollidius.ff.de uſur.i.ſed ſi plures.§. in arrogato, ibi. quã omnino ex reſcripto Diui Pii .ff. de vulg. l.fideiuſſor,quę eſt 46.in fin.cum glo.ff.de fideiu. gloſ.in §.1.in uer.ex re.Inſtit.per quas perſo.nob. acquiri. Pariſ.conſil.9.nume.44.lib.2.Præpoſitio hæc ut alijs,atque aliis uerbis iungitur, ita aliam, atque aliam ſortitur ſignificationem, Interdum enim perſonam reſpicit,prout in l.2. uerſic.Ex ijs Auditoribus, & §.poſt hunc.uerſic.Ex ijs Atteius ff.de orig.iur.Interdum tempus ſignificat,& expo nimus ex,ideſt poſt, Cice.1.Philip.Ex eo die, quo in ædem &c. dicta l.2.§.poſt hunc.ibi, ex illo tem pore peti hoc pro beneficiis cæpit. ff. de orig. Iur. Tiraq.de ut.retra.§.1.glo.11.num.54.par. prima vbi tractat de dictione ex.Ex eo, ideſt inde, l. 4.§. fi.ff.de ſtat.homi.Ex ponitur etiam pro a, uel ab, præalleg.l.2.uerſic.initium fuiſſe,ibi.ex ueteri iu- re &c.ff.de orig.iur.l.in ambigua,in fin. ff.de legi. Bald.in l.fina.ante numerum quartum. C.de tem po.appell.Tiraquel.ubi ſupra ante nume. 55.Ali- quando cauſam infert,dicta l.2.§. iuris ciuilis, & §.poſthunc.ibi,ex his Atteius Conſul fuit.Ex qui bus,ideſt quorum,ſeu inter quę,d.§.ibi,ex quibus plurib. inter manus uerſantur.Ex hoc,ideſt hinc, ſeu unde.l. & ſeruorum,§. ex hoc quæſitum. ff.de ſtat.homi.ex pro in l.ex his.ff.de legi.l. 2. ibi, Vt ex uinculis cauſam dicat.ff.de cuſto. reo. prout ẽt declarat ibi Bud. Ex quandoque originem deno- tat.l.2.verſi.Deinde Marcus.ff.de orig. iur.l.& ſer uorum,§.ingenui.ff.de ſtat.homi. Ex pro de. Ol- drad.conſilio 329.has alle.poſt numerum 11. ubi exponit ex mandato, ideſt de mandato. ſequitur.

Pręcepto[a] Paui.de offi. & pote. cap. ſe.vacan.in 1. prælu. in fi. Pro hac dictione,& pro ipſius diuerſis ſignifican- tibus videatur etiam Luc.de Pen.in l.ſciant,col.2. ante medi. C. de his qui publi. ratio. lib. 10. in l. quoties.column.fin.in uerſiculo,ex.C. de naufra. lib.11.

lib.11.& in l.qui per potentiam.C. de omn. agro.
a deser.eod.lib.

PRAECEPTO. prout Sapien. 6. Quoniam cum erratis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ. Psal.57. si verè utique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Cum hoc sit præceptum, illi omnino parendũ est. Leuiti.20. Custodite præcepta mea, & facite ea. Deuteron.4. Custodite præcepta, atq; mandata Dei, quæ ego præcipio tibi, ut bene sit tibi, & filijs tuis post te. Oseæ 4. Oblita es legis Dei tui, obliuiscar & ego filiorum tuorum. Prouer. 13. Qui timet præceptum, in pace uersabitur. Itẽ qui non obtemperat diuinis præceptis reus est pęnæ. c. quisquis præceptis, & c. sequen. quod incipit, quod præcipitur, imperatur; quòd impetratur necesse est fieri, 14. quæstione 1. cap. quę contra mores, versiculo, quanto magis Deo. 8. distin. Et si præceptum Imperatoris, uel Ducis ab omnibus ad vnguem, & diligentissimè seruari consueuit, imminente alioqui capitis pœna, l.3.§. in bello, & l. omne.§. contumacia. ff. de re milit. & prout apud Cæsarem lib.5. Belli Galli. Quo præcepto ab ijs diligentissimè obseruato &c. quanto magis nos verum Deum colentes, sana, sacraque eius ꝑcepta seruare debemus? Dictum fuit Adam, quacunque hora comederis de ligno scientiæ boni, & mali, mortis morieris, Genes. 21. Saul diuino fauore electus propter transgressionem diuini præcepti a regno expulsus est. 1. Reg. 51. Vir Dei qui contra præceptum Domini in domo alterius Prophetæ comedit, a leone occisus fuit. Obseruantissimus diuinorum pręceptorum Abbraam sine mora filium imolare voluit, Genes. 22. Similis Iosue qui non prætermisit de uniuersis mandatis Domini nec uerbum unum. Iosue cap. 11. Rex Dauid instruens Salomonem filium post se regnaturum dicebat, Tunc proficere poteris, si custodieris mandata quæ præcipit Dominus Moysi, 1. Paralipom. 22. Qui vult ingredi ad uitam, seruat mandata, Ma.19. Cyrus Rex Persarum gentilis non est dedignatus dicere, pręcipit mihi Deus cœli, & terræ vt ædificarem ei domum in Hierusalem, 1. Esdræ 1. Animalia irrationalia, sol, & elementa præcepto Dei parent. Iob. 9. Item præcepit soli, & non oritur. Iosue.1. Sol contra Gabaon non mouearis. Præcepit Dominus coruis ut pascerent Heliam, & fecerunt, 3. Reg.27. & dicit Psal.146. Præceptũ posuit, & non præteribit, ignis, grando, nix, glacies spiritus procellarum, quæ faciunt uerbum eius. Præcepto etiam testatoris omnino parendum esse volunt, licet aliud dicant in consilio, quod erit in optione hæredis, uel alterius cui datum sit; an id consilium sequi velit, etiam si in alterius tertii.s. voluntatem collatum sit, & neglectum non faciet illum censeri indignum, licet secus in pręcepto. l. peto.§. fi. de lega.2. l. pater.§. iulius Agrippa, & l. Lucius. ff. de leg.3. l. filiusfam. §. diui, vbi Bar. & latè Ias. in utraque lectu. ff. de legat. primo. Grat. respon.66. visis, lib.2. Id quod etiam conformat legi Pontificię, quę pręcepta omnino seruari iubet consilia autem ad Christianorum electionem, c. fin. in fin. 4. distinctio. capit. omnis homo, iun. glo. de consecr. distinctio. 2. Sed contra quòd imò etiã consilia seruari debeant, 4. Esdrę. capi. primo, post princ. Ipsi autem irritauerunt me & consilia mea spreuerunt.

Responderem, quòd ibi consilia interpretari possumus, idest mandata, seu præcepta, ut concordemus scripturas, & opiniones. Rursus hęc expositio colligitur ex eodem cap. versus fi. Proijciam uos sicut ventus stipulam, & filij procurationem non facient, quoniam mandatum meum neglexerunt: & sic pro eisdem sumuntur ibi consilia, de quibus prius fit mentio, & mandata de quibus postea.

a DOMINI. Dominus nomen potestatis est, & dominium supponit etiam potestatem, Diuus Thom. quæstio.13. artic.7. ad primum, par. prima Hic uere Dominus. Exod. capitu. 34. Dominator

Domini a Domine Deus. Leuit. 25. Terra quoque non vendet in perpetuum, quia mea est, & uos aduenæ, & coloni mei estis. Deuteronom. capit. 10. ad fin. Quia Dominus Deus vester ipse est Deus Deorum, & dominus dominantium, Deus magnus, & potens, & terribilis, Psal.23. Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo, Psal.8. Domine dominus noster. Psal. 109. Dixit dominus Domino meo, psal.126. Nisi Dominus ædificauerit domum. Genes. 27. Esto dominus fratrum tuorum. Iudith. capitulo nono. Est dominus nomen tibi, Esaiæ 42. Ego Dominus, hoc est nomen meum. Daniel 2. Surget verò Rex fortis, & dominus, Ioan. 12. Vos vocatis me magister, & dominus. Si igitur ipse est Dominus, ergo & nos serui, prout cecinit Simeon, Nunc dimittis seruum tuum Domine. Lucæ cap.2. Hic est etiam Dominus exercituum. Esaiæ 48. in prin. Dominus exercituum nomen eius, & ipse est dominus seruorum, & dominorum, ad Ephes. cap.6. Scientes quoniam vnusquisque &c. Dominus is dicitur, qui aliquam superioritatem habet, l. liber homo.2. in fi. princ. ff. de verbo. obl. l. duo fratres. in. fi. ff. de acq. hære. Bal. in ca.1. colu. vlt. de postul. præla. Item habens præeminentiã in subditos. cle. grauis, iun. glo. de sent. excom. Bart. in l. si cum exhibuissent, §. quod ait, ff. de publica. Bald. in l. proprietatis, colum.2. C. de proba. Dec. Neapol. Capitij 27. in 8. dub. numero 31. & sequen. vbi quot modis quis dominus vocari possit. Dominus etiã dicitur, qui habet dominium personæ ratione feudi. capit. tibi domino, cum glo. prima. 63. distin. & per Lauren. Siluam, de feudi recogni. quæst.10. numero decimo, versic. & dum dicitur tibi B. domino. Dominus etiam dicitur fructuarius, seu ratione vsusfructus. l. in venditione, in prin. ff. de bo. aucto. iudi. possi. glo. in l. cum manu sata. ff. de contrahen. empt. & in l. proprietatis. C. de probatio. & dixit Oldra. consil.259. ex præsenti, post nu.6. verbum dominij ualde latum esse, & in quacunque modica superioritate comprobari; Hinc tutorem etiam dominum dicimus. l. tutorem, cum glo. ff. rem rat. hab. & quòd loco dñi habeatur probatur

batur ex tex.l.interdum, quæ est 58.§.qui tutelam. ff.de furt.& pupillus est loco serui ad Galat. capitu.4.Imò ipsa hæreditas, quæ est res inanimata, domina dicitur.l.1.§.hæc autem actio.ff.si quis testa.lib.esse. Imperatoremque mundi dominum appellari.l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. Idque ratione iurisdictionis, & protectionis, put per glo. 1.in uersi.sanctionem, in proœ. ff. & per Ias.in prelud.feud.post num.12.versic. Ad contraria respõdet. Item dominus dicitur quòd domui præsit, uel quasi dominans, & quasi caput unius corporis.in l.1.§.& si familia.ff.de offic.eius.per Luc.de Pen.in l.seruum domini, in princ. C. de delato.lib.19.Regulariter dominus si à lege, vel ab homine proferatur, de potiori intelligi debet.l. 2.ff.si ag.vecti.nisi aliud materia subiecta suadeat vt ibi glo.& Docto.explicant.sic & dominij nomen proprie ad directum refertur.glo. in ver. nam qualecunque in l.si mater.§. eandem.ff.de excep.rei iudi. An Imperator sit totius orbis Dominus, vide per Restau. de Imperato. quæstio.52. cum aliquibus sequen. & Didac.Couaru.super regu.peccatum.parte secunda.§.9.a nume. 5.vsque ad fin.§.vbi etiam de triplici dominio; omnes prędicti modi dominij, & alij comprobantur in ipso Deo, cuius dominatio non est exorbitans, atque aspeta, iux.tex.in l.2.§. & cum placuisset. ff. de orig.inr.imò illi seruire regnare est: cuius iugum suaue est, & onus leue, Matthe.c.11. ad fi. Non solum autem dominus noster.1.Esdræ. 1.sed etiã nos possidet.Exod.cap.34. Vt auferas iniquitates nostras, atque peccata, nosque possideas. & similis est illa possessio, de qua in Communi virginum, lectio libri.Sapientiæ.Dominus possedit me in initio &c.Aduertendum tamen est, quòd hæc verba non sunt in libro Sapientiæ, sed Prouerb. cap.octauo.De hac possessione habemus Deuteron.cap.32.post princ.Nunquid non ipse est pater tuus, qui possidet te, & fecit, & creauit te? Ex ijs ultimis uerbis notandum est, quòd Deus dicitur etiam Dominus, quia creator, eo modo quo creatura ei subiecta est.Diuus Thomas quæstio. 13.articu.7.ad quintum, par.1. Dominus nemo absolutus, multa enim desunt Imperatori, mulla Regibus, multo plura alijs. Deus non solum dominus, sed etiam omnipotens, Genes.capit.17.in princip.cui non solum nihil impossibile, imò nihil difficile.Genes.capit.decimooctauo.Nunquid Deo quicquam est difficile? supposito igitur, quod Christus sit vniuersorum dominus, inferunt Doctor.quòd etiam Iudæi, & Pagani ad decimas prædiales tenentur, & ad illas persoluendas de iure cogi possint.Oldrad.consi.91. venit in dubium, & & alij per me citati in ea apostill.ad Alle. Lapi 63. in versicu.Hostien.Cum ergo ipse sit verus dominus noster, non quæramus alium dominum, nemo enim duob. dominis seruire potest. Matthe.6.& Lucæ 16.Nec sufficit ipsum tantum fateri, nec omnis qui dicit, Domine Domine, intrabit regnum cœlorum. Matthe.7.Dominum igitur timebimus. Malachiæ. 1. Et si dominus ego sum, vbi est timor meus? Rursum ipsum omni honore dignum arbitremur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur. 1. ad Thimot.vt in princ.Rursus non solum viuorum, sed & mortuorum Dominus est, ad Rom.14.Siue enim viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur, &c. Ex firmissimo axiomate præmisso quòd Dei sint omnia, infertur quod quicquid datur Deo uel ecclesię non dicitur proprie donari, sed restitui, & hæc est vna ex validissimis rationibus pro validitate & defensione donationis factę per Constantinum Imperatorem Papæ, seu ecclesiæ Romanæ, & hanc rationem communiter comprobari affirmat Ioan.Fran. Rip.respõ. 181.aliàs 13.sub titu.de diuer. rescr. quod incipit Allobrogum dux. post nu.8.

Dei [a]

a DEI. Deus solus est omnium creator, omnium refugium, omnium dominus, & Deus Deorum. Gene.cap.1.Exo.18.Nunc cognoui quia magnus Dominus super omnes Deos, Deutero.32.in prin. & fecit, & ereauit te.ca.33.Videte, ego sum solus, & non fit alius Deus præter me. Ego occidam, & viuere faciam &c.1.Reg.cap.7. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia non est similis tui: neq; est Deus extra te in omnibus, quæ audiuimus auribus nostris.psal.45.Deus noster refugium psal. 83.Videbitur Deus Deorum in Sion. psalm.94. Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos, & post. Quoniam ipsius est mare, &c.Iterum, ploremus coram Deo qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster.psalm. 95.Quoniam omnes Dij gentium demonia, Dominus autem cœlos fecit.psalm. 112. Quis sicut Dominus Deus noster? Malachiæ. 2. Nunquid non Deus unus creauit nos? Deus fabricator omnium Ecclesiastes 11. Deum nemo negauit nisi stultus, & stultus in corde suo.4.Esdrę capit.8.ad fin. Nam & ipsi accipientes libertatem, spreuerũt altissimum, & legem eius contempserunt, & vias eius dereliquerunt, adhuc autem iustos eius conculcauerunt, & dixerũt in corde suo non esse Deũ psalm.13.dixit insipiens in corde suo, nõ est Deus. ac psalm.52.Deum Stoici describebant esse animal immortale, ratione, perfectum, ac beatum, ab omni malo remotissimum, prouidẽtia sua mũdum, & quæ sunt in mundo, administrantem omnia, ac opificem vniuersi operis, & patrem omniũ. Idem ferè sensit Epicurus in princ. Episto. quam scripsit Menicæo, de qua Diog. Laert. in uita Epicuri. Hic non solum corporum, sed & animarum creator est, prout in episto. Diui Hierony. contra Ruffinum, & c.nasci.56.distin.Hac (inquit Lact. libro quarto.Institutionum) conditione gignimur ut generati nos Deo iusta, & debita obsequia præbeamus. Hunc solum nouerimus, hunc sequamur Hoc uinculo pietatis obstaicti Deo, & religati sumus: unde & ipsa religio nomen accepit, non ut Cicero interpretatus est à relegendo). Summa ratione Papa exorditur, seu principium sumit à præcepto Dei, quum à Deo sit omne bonum, & omnis potestas, ad Rom.cap.13. Ioan. 19. Non haberes aduersus me potestatem ullam, nisi datum tibi esset desuper.cap.primo, ibi, Ac omnis potestas tribuatur

buatur à Domino ad iuſtitiam, rectumque iudicium exercendum.de homi.lib.6.Et Deus eſt fundamentum omnium noſtrarum actionum. 1. ad Corinth.c.3.& cap.cum Paulus dicat.1. quæſt.1. Tāta eſt proportio, & coniunctio inter hęc uerba, Dominus Deus, vt ſi abſolutè dicamus, ſeu nominemus Dominum, Deum intelligamus. Ioſue cap. 22.in fin.vocaueruntque filij Ruben, & filij Gad altare, quòd extruxerunt, teſtimonium noſtrum quod Dominus ipſe ſit Deus.2.Reg.22. Quis eſt Deus præter Dominum? & 3. Regu.18.Vſque quo claudicatis in duas partes, ſi dominus eſt Deus ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum.& poſt.Quod cum vidiſſet omnis populus cecidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus.2.Paralipom. 14. Dominus Deus noſter tu es. pſalm.17. Quoniam quis Deus præter Dominum noſtrum? pſalm. 32. Beata gens, cuius eſt dominus Deus eius populus, quem eligit in hæreditatem ſibi. pſal.82.in fi.Et cognoſcāt, quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſſimus in omni terra.Hiere.16.in fin.Et ſciant, quia nomen mihi Dominus. A principio Chriſtus ab Apoſtolis non fuit perfectè cognitus, prout videre eſt Ioan cap.7. in princ. Neque enim fratres eius credebāt in eum.

Et redemptoris[a]

a REDEMPTORIS. Chriſtus noſter eſt redemptor, de quo nemo dubitare debet, prout in c.1.de ſum.trin.& fi.catho.ca. vni.de reli.& vene. ſancto. lib. 6, capit. pro humani.de homici.eo.lib.Pſalm.18. Domine adiutor meus, & redemptor meus.pſalm.30.Redemiſti me domine Deus veritatis.pſal.76.Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemiſti.Eſaiæ.cap.41. Ego auxiliatus ſum tui, dicit Dominus, & Redemptor eius ſanctus Iſrael, & capitu. 47. Redemptor noſter Dominus exercituum nomen illius ſanctus Iſrael. Ad Roman.cap.tertio. Iuſtificatis gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quę eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit Deus propitiatorem in ſanguine ipſius &c.& c.6.&1. Corin.15.ad Galath.2 Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus quia ſcriptū ē, maledictus oīs qui pēdet in ligno, vt in gēti. benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, ac.1.Petri capit.1. & extra. Ioan.22.cum inter.de verbo.ſignifi. cap. ſemel.2. de conſe.diſtinctio.2.vbi pulchra gloſſ. declarat Ieſum Chriſtum quoad ſufficientiam pro omnibus mortuum eſſe, quoad effectum verò pro ſolis prædeſtinatis, prout etiam in clemen. vni.ver. Et quòd in hac aſſumpta natura ipſum Dei verbum pro omnium operanda ſalute &c.iunct.glo. in uerſicu.omnium, quæ ſupplet quoad ſufficientiam, ſed quo ad efficaciam pro prædeſtinatis tantum.de ſum.trinit.& fid. catho. ac Matthæi capit. 20.ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in remiſſionem pro multis. Ad idem etiam tendunt verba Pauli, ad Roman.1.Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti, & ad Hæb.5.Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Hinc dixit diuus Thomas quæſtio.49.par.3.ad primum, & ad ſecundum, paſſionem Chriſti ſortiri effectum ſuū in illis, quibus applicatur per fidem, & charitatē, & per fidei ſacramenta, & ideo damnati in inferno, qui predicto modo in paſſioni Chriſti non coniunguntur effectum eius percipere non poſſunt. Et ad hoc ut conſequamur effectū paſſionis Chriſti, oportet nos ei configurari. Merito igitur redemptorem noſtrum ipſum vocamus. Hunc futurum Saluatorem, & Redemptorem mundi docebat figura Ioſeph, de qua Geneſ. 41. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Egyptiaca, Saluatorem mūdi.De hoc cecinit Dauid dicens, Notam feciſti in populis tuis uirtutem tuam, & redemiſti in brachio tuo populum tuum. Pſalm.76. pſalm. 102. Qui redimit de interitu vitam tuam. Eſaiæ 53. Verè languores noſtros ipſe tulit, cum ijs, quæ ſequuntur. Ipſum igitur & Saluatorem, & dominum Deum noſtrum dicimus in ipſum credentes. Iudith capitu.nono.& neſciunt, quia tu ipſe es Deus noſter.cap.11. Orabat ad dominum Deum Iſrael, capit.decimotertio, ad fi.Deus [illegible] cui teſtimonium dediſti, quòd ulciſcatur de inimicis ſuis. Nos autem non per hircorum, aut vitulorum ſanguinem, neque corruptibilibus auro, & argento, ſed ſui ipſius agni incontaminati, & immaculati pretioſo ſanguine redempti ſumus. Eſaiæ 65. Quis eſt iſte, qui uenit de Edon tinctis uestibus de Boſdra: & poſt, Quare ergo rubrum veſtimentum, &c. cap.cum Matthæ.verſicu. [illegible] ſicut ſuperius, de celeb. Miſſa. Extra. [illegible] ſiculo, namque ipſe factus eſt, de pœni. & [illegible] inter commun. 1.Petri capitu. primo. Scientes quia non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis, uidelicet Apocalip. 1. Dilexit nos, & [illegible] nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ac capitu. [illegible] Dignus es domine accipere librum, & aperire ſignacula eius, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione &c. Matthæi cap.1. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccato eorum. & ad Epheſ.capitu.primo. In qua glorificauit nos in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius remiſſionem peccatorum, uidelicet morte domini noſtri humanum genus à perpetuo reatu exemptum, nexuque hoſtili ereptum eſt, dicente etiam Caipha. Expedit enim ut vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat, prout Ioan.cap.vndecimo. Hic noſter redemptor nuncupatur etiam Saluator præfiguratus. Geneſ. præalleg. capit.41. Vocauitque eum linga Egyptia Saluatorem mundi. ad Philippen. capit.3.ad fi. Vnde eum Saluatorem expectamus. Item iuſtificans, ſeu iuſtificator, & propitiator, ad Roman.alleg.cap. 3. Iuſtificati gratis &c.1.Ioan. 4.& miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Iterum quoniam pater miſit filium ſuum Saluatorem mundi. Redemptor igitur, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus dicitur. Quidam autem neoterici elegantius, & ſignificantius Seruatorem nominari debere aſſerunt. Paulus IIII.Pont.Opt. Max.

Max. id non admittebat, nec permittebat uoces antiquas permutari, & summa ratione, alioquin quilibet plus alijs sapere ostentans, totam sacram paginam, iuxta proprium sensum legeret, & interpretaretur, & nouum dogma sibi componeret contra illud Diui Hiero. in Dialogo Orthodoxis, & Luciferiani, ad fi. fere dialogi, quod inconueniens esset, etiam si aliqua aptiora verba, & magis aliquid, uel proprius signficantia inueniri possit: non enim ex elegantia sermonis, sed fide, & pietate, ac concordia fructus ecclesiæ procedit: & nequaquam mirum uideri debet aliquod verbum in uarijs artibus, & scientijs diuersa sortiri significata, præsertim si accedat longus vsus, quod tum apud Græcos, tum apud nostros autores facile dignosci poterit. Cice. lib. Academ. quæst. in persona Varonis, Artium (inquit) vocabula quædam propria sunt &c. & sic licentiam petit nouis uerbis vtendi in explicanda philosophia: Pluraq; obseruabis in Ciceronis libris de philosophia, quæ in forensib. sermonib. vel vix inueniantur, vel si inueniantur, alterius sint significati.

nostri Iesu [a] Christi. [b] Qui iudicat terra. [c]

a IESV. Hoc nomen est supra omne nomen. psal. 137. Quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Hoc nomen a Deo ipso impositum fuit, Esaiæ capit. 62. Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. Apoc. 3. & nomen meum nouum. Hoc nomen impositū fuit die octaua, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Lucæ 2. nomen hoc vocatur uerbum Dei, Apocap. capitu. 19. Nomen aliud sub cœlo non est, in quo oporteat nos saluos fieri, Actuum 4. & Matthæi cap. 1. uersus fin. Nominis huius tanta est uirtus, & potentia ut illud omnem expellat timorem, Matth. 14. versus fi. Fiduciamque afferat. Actuum cap. 9. Nominis huius dilectio gloriam confert. psal.... & gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum. Nomini huic templa construenda, & domus ędificandę 2. Paralipo. cap. 2. Decreuit Salomon ædificare domum nomini Domini. & cap. 6. Ego autem ædificaui domum nomini eius. Videant qui ad faustū, pompam, & gloriam propriam templa, & aras erigunt, quique arma, & insignia sua etiam in locis supereminentibus affigi curant, ne ipsis dici possit, Recepistis mercedem vestram. Nomini eius cōfitendum, & psallendum. psalm. 7. Confitebor Domino secundum iustitiam eius, & psallam nomini Domini altissimi. & ad Hæbre. cap. fin. Nomini huic conueniunt uerba, Ego sum, Matth. cap. 14. in fi. Nomen hoc cognoscens à Deo protegetur. psal. 90. Protegam eum, quoniam cognouit nomē meum. Nomen hoc nemo cognouit nisi ipse. Apocal. capitu. 19. Propter hoc nomen mori parati esse debemus, Act. capit. vigesimoprimo. Ego autē non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. O nomē admirabile. psal. 4. in princ. O nomen omnes edocendum, & omnibus prædicandum. Actuum 4. Nomine in hoc eloquendum, Actuum 6. Nomine in hoc Petrus laxauit rete, Lucæ cap. quinto. In hoc nomine dæmonia eijciuntur, & mirabilia fiūt Marci 16. Nomine Iesu cōtumeliam, & omnia pati debemus, Actuum 15. Nomine in hoc peccata remittuntur, 1. Ioan. 2. in princ. & post, Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis peccata vestra propter nomen eius. Nemo autem putet ab hoc nomine auxilium, & fauorem consequi, si illud indignè inuocet, Actuum. c. 19. Tentauerunt autem quidam & de circuentibus Iudæis &c. De hoc nomine loquitur Psalmista cum inquit, Et timebunt gentes nomen tuum Domine. psal. 102. in quo nomine omne genu flectatur. Genes. 27. Et incuruentur ante te filij matris tuæ. Esaiæ 1. Et incuruabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Donus solus in die illa. & capi. 45. Egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur oē genu. Matth. 2. Et intrantes domum inuenerūt puerum cum Maria matre eius, & procidētes adorauerunt eum. ad Roma. 14. Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. ad Eph. capitu. primo, ad fi. Et constituens ad dexteram suam in cœlestibus supra omnem Principatū &c. Ad Philip. 2. Propter quod & Deus exaltauit &c. c. decet. de immu. eccle. li. 6.

a CHRISTI. Qui est sponsus, & caput ecclesię ad Ephe. 1. in fi. Et ipsum dedit caput super omnē ecclesiam &c. & capit. 5. Mulieres viris suis subditæ sint sicut Domino, quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ, cū ijs quæ sequuntur. c. 1. §. ipsa enim, 97. distinctio. clem. 1. versiculo. Et quod in hac, de sum. trinit. Et est veræ fidei rector, ac imperii gubernator, pręalleg. c. primo, 97. distinct. c. nuptiarum. §. deinde, 27. q. 1. Merito igitur pro suæ ecclesiæ, fidei, religionis, imperij, regnorum conseruatione, mundiq. huius salute præcepit, ut hic.

b QVI IVDICANT. Hoc est prin. li. Sap. Idem psal. 57. ac Prou. 16.

c TERRAM. Terra accipitur pro ciuitate, castro, seu oppido, prouincia, uel regno. Exo. cap. 2. Aduena fuit in terra aliena, & cap. sequen. & educam de terra illa in terram bonam, & speciosam, & terram quæ fluit lacte, & melle. Num. 10. Num vadam tecum. sed reuertar in terram meā, in qua natus sum? psal. 41. Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij. Ionæ. capitu. primo. Quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? Vel ex quo populo es tu? cap. cum in partibus, ad fi. de uerbor. signi. capit. primo, versicu. Nec uellet dę posthu. præla. Terra etiam pro patria sumitur, prout ex aliquibus locis supra adductis. & psalm. 136. Quomodo cantabimus canticum Domini, in terra aliena? Bald. in l. si speciali, numero 8. uersic. Et quod dixi in patria. & ibidem Paul. Castren. & Ias. in fin. C. de testam. Terra iux. princip. Genes. ex communiori opin. pro materia quatuor elemētorum adhuc confusa, incomposita, & informi, quæ à Græcis Chaos nuncupatur ponit, prout per

Ma-

Magiſtrum Sent.lib.2. diſtinctio. 1. poſtmodum per interualla ſex dierum,rerum corporalium genera formata fuerunt iuxta ſpecies proprias. Hic terram accipere debemus pro elemento terræ, ꝓut etiam in l.1.verſic.nam ius iſtud.ff.de iuſ.& iu. vt ſit vnum ex quatuor elementis, quam etiam aridam vocant.Geneſ.capit.primo. Et vocauit Deus aridam terram,Exod.4.Sume aquam fluminis,& effunde eam ſuper aridam. Ionæ ca.primo. Et dominum Deum cœli ego timeo qui facit mare,& aridam,pſalm.65.Qui conuertit mare in aridam.Eſaiæ 44.Effundam enim aquam ſuper ſitiẽtem,& fluenta ſuper aridam. Et Philoſophus lib. 2.de Gener.& corrup.tex.16. Terram inquit eſſe frigidam & ſiccam, differtque ab elemento aquæ, aeris,& ignis,prout etiam pſal.45. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.pſalm.94. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius,& pſalm.145. Spes eius in domino Deo ipſius,qui fecit cœlum, & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & apud Ouid.1. Metam. Ei ſic exponamus, qui iudicant terram ideſt qui ea quæ in terra ſunt iudicant, ſeu ea quę ad terram attinent,uel inter eos qui in terra ſunt, iudicia proferunt. Vel latius ſumamus pro elemẽtari regione, vt diuidamus vniuerſalem mundi machinam in duo,in æthereā ſcilicet, & elemẽtarem regionem, æthereā vocant non inflammātem, neque inflammabilem,ideſt cœlum, præter cęlum igitur hæc omnia videlicet, quatuor elementa contineantur.Geneſ.in princip.& c. 2. Igitur perfecti ſunt cęli,& terra, & poſtea iſtę ſunt generationes cęli,& terræ, quando creatæ ſunt in die,quo fecit Deus cęlum,& terram,& Exodi 20. & 31.ad fin. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum,& terram.Deuteron.4. Scito ergo hodie, & cogitate in corde tuo, ꝙ Dominus ipſe eſt Deus in cęlo ſurſum,& in terra deorſum,& nō ſit alius. pſal.101.Initio tu Domine terrā fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cęli, & pſal.113.ad fin. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs hominum,Micheæ cap.7.in princ.Periit ſanctus de terra,& rectus in omnibus non eſt.Geneſ. 1. in princ.Creauit Dominus cœlum & terram. Exo. 20.Honora patrem, & matrem ſi uis eſſe lōgęuus ſuper terram.Iudith capit.13. Benedictus Dominus,qui creauit cœlum,& terram,Matth.capit.5. Ego autem dico vobis,non iurate omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terrā quia ſcabellum eſt pedum eius.Non multum diſtabat Parmenidis opin. quippe qui duo eſſe elementa aſſerebat,ignem & terram,prout per Diog. Laer.in illius vita. Quò fiet, vt non ſolum qui iudicant ea quæ terram concernunt, ſed & mare, & aerem,quæ tria nominata ſunt in l.2.verſic.nā ius iſtud.ff.de ius.& iur.iuſtitiam diligere teneantur. Qui tamen terram pro terræ elemento tamquam mundi centrum in medio omnium ſituatā hic ſolum accipere voluerit, dicat terram tantum nominatam ratione frequentioris vſus:in ea enim & ſuper eam concernentibus iudicia potius ſibi locum vendicant.uerum quia ratio ſuadet,rationiſque identitas concurrit, generaliter hæc intelligat,extendatque ad hic non expreſſa, argumen. tex.in auth.caſſa.ibi,per totam Italiam, iun.glo. C.de ſacro.eccle.c.1.iun. glo.in verſic. Franciæ. de immu.eccle.libro ſexto, capit.primo, cum glo. in verſic.Italiæ. de tempo.ordin. eod. lib. Dom. meus conſilio 70.& pro tenui.colum.2.circa medium. Terra tenebrarum in ſacris litteris pro inferno accipitur.Iob.10.Dimite me igitur,vt plangam paulum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebroſam,& operta mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis,& nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitat. Terra item pro prędio, Geneſ.48.Emit igitur Ioſeph,omnem terram Egypti,uendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis.Exo.23.Non erit infæcunda, nec ſterilis terra tua.Terra a Poetis,& nonnullis Philoſophis appellatur etiam tellus, quòd ex ea fructus omnes,& alimenta tollantur. Eadem ratione benefica nuncupatur,atque liberalis,quòd nobis tot beneficia paret, & præſtet: & dr̃ pſal.66. Terra dedit fructum ſuum. Humus item vocatur, ꝙ à ſtagnis, fontibus, fluuijs,agri,arua,prędia irrigentur.Hæc Ops,hæc Bona dicitur,ꝙ & opē ferat omnibus,& bonarum rerum copiam perquam abunde ſuppeditet.Parens,& mater noſtra,& magna parens, quoniam gignit omnes, genitos educat, educatos rebus omnibus ſuſtentat, & fouet.

a IVSTITIAM. Qui facit iuſtitiam ex Deo eſt.1.Ioan.c.2.in fin.& capi.ſequen. poſt princ. Eccleſiaſtici 18.Ante iudicium para iuſtitiam tibi. Et dicimus,quod iuſtitia eſt omnium virtutum perfectiſſima,ſine qua aliæ uirtutes nihil poſſunt. in Authen.vt omnes obed.iudic.in princip.& in Authen.de refer.cum gloſſ.in verſic.iuſtitia.Hāc Philoſophorum Princeps Ethico.cap.primo,lib. quinto.Perfectam virtutem, virtutum præclariſſimā,& omnes uirtutes in ſe continentem nuncupat,eamque non partem virtutis, ſed totam eſſe virtutem aſſerit.&dixit Tullius 2.officio.Tanta eſt iuſtitiæ virtus,vt nec illi qui in maleficio,& ſcelere paſcuntur, ſine vlla eius particula viuere poſſint,nam & Princeps latronum niſi æqualiter prædam diſpartiat, aut interficietur a ſociis,aut relinquetur. Aduertant tamen iudicaturi ſecundum ius & iuſtitiam,quòd etiam ſecundum ſtatuta locii iudicare debent, dummodo illa allegentur, Anton. de But.in ca.Quintauallis.de iureiur. Abb.ſuper rub.de conſue.num.11.& ibi Apoſtill. magna.in verſicu.ſecundum iura. Imò & ſecundum conſuetudines,quę tamen nedum allegari,ſed & probari debent.cap.fin.de conſt.lib.6.Idque notandum eſt pro arbitris, vel quòd ſint voluntarij habentes notionem tantum,vel quòd ſint iuris ſubrogati ex vi ſtatuti cogentis litigatores compromittere, qui iuriſdictionem habent.l.ait prætor.ff.de re iudic.

Iuſtitiam a diligere b

b DI-

b DILIGERE. Ante oculos habere. Et licet à nonnullis dñia constitui soleat inter diligere, & amare, vt plus sit, seu maiorem vim habet amare, quàm diligere, prout apud Cice. Dolobellæ tantum tamen accessit, vt mihi denique nunc amare uidear, antea dilexisse. idem Cice. ad filium, sed tamen vt scires eum non a me diligi solum, uerũ etiam amari, & Epist. ad Brut. Clodius Tribunus designatus valde me diligit, vel vt ἐμφατικώτερον .i. expressius, vel euidentius dicam, valde me amat. & Archid. in cap. nunquam. de conse. distinct. 5. Hæc tamen differentia in nostra constitutione admitti non debet, cum nemo adeo iustitiam amare vel amplecti possit, vt satis sit. Et quòd hæc confundantur scriptura sacra ostendit, prout Deuteron. 6. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & capitu. 11. Vt diligatis Dominum Deum vestrum, & seruiatis illi in toto corde vestro, & in tota anima vestra. psal. 117. Diligam te Domine fortitudo mea, Lucæ 10. Diliges Dominum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. 1. Ioan. 4. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. Ad Ephes. 5. Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea. Quis dicet, quòd in ijs & alijs similibus locis interpretatio sit taliter facienda, vt verbum, diligo minus significet, quàm verbum, amo? Et quòd per verbum, diligo, immensus, & inexplicabilis amor designetur, considera illa verba Ioan. Sic Deus dilexit mundum, (idest microcosmon, seu hominẽ) vt filiũ suum vnigenitum, &c. Pro ijs vide omnino Diuum August. libro 14. de Ciui. Dei capit. decimoseptimo. vbi probat esse amorem bonum, & malum. Sic & dilectionem, & pro eisdẽ accipi amorem, & dilectionem. Sic & in iure nostro, à quo magna constituitur differentia inter sponsum, & vxorem, prout per omnes Canonistas super rub. de sponsa. per Bald. in l. non sine. num. 1. C. de bon. quæ libe. Abb. in cap. ex publico. numero septimo. de conuer. coniug. latè Tiraq. de legi. connu. glo. 2. nume. 1. & sequen. aliquando tamen hæc confunduntur, & alterum pro altero sumitur. Rursus subiecta materia operatur, vt im ꝓprientur verba, vt congruat sensus loquentis, ad l. non videtur data, iunct. gloss. 1. post medium. ff. de regu. iur. clem. 1. iunct. gloss. in versic. exhortamur. de resti. ca. rogo, cum gl. quæ exponit rogare, pro mandare. 11. quæstio. 3. gloss. in l. 1. ff. quod iussu. in versi. sed ego. Hinc Ouid. Est orare ducũ, species uiolenta iubendi. Et quasi nudatos supplicat ense potens. Ouidij carmen comprobat Bald. consilio 121. à capite. numero primo. versicu. & licet rogare Ducum sit species violenta iubendi. libro 3. Bart. in tracta. Tyrannidis, quæstio. 7. cap. cura inter seniorem. ibi, ad componendum coegit inuitum. cum expositione Innocen. dicentis inuitum idest instantia precum deuictum. de electio. And. Barba. & Felin. in cap. 1. de offi. deleg. Tiraq. in tract. de pœnis legum. causa 35. nume. 2. & seq. Ancha. consilio 297. num. 2. Affl. Dec. 69. num. 5. Brun. & Ioan. Iaco. de Leonar. inter con. Brun. cõsilio 114. num. 386. Hinc emanauit prouerbium, præces armatæ. Et verba præceptiua consilium sonant quandoque. gloss. in l. cum filius. §. mando filiæ. in versicu. consilii. de lega. 2. Sic & contra mandare, vel iubere, pro rogare accipiunt. Terent. iubeo Crementem saluere. & Horat. in princ. Saty. 3. sermo. libro 1. Vt nunquam inducant animum cantare rogati. Iniussi nunquam desistant, idest non rogati, præalleg. glo. in versic. consilij. in l. cũ filius. §. mando. ff. de lega. 2. Idque potius in ultimis uoluntatibus, & in iudicijs, quàm in contractibus, qui strictè interpretari debent, & contra fundantem se in illis. l. quicquid astringendæ, ff. de verbor. oblig. l. veteribus. ff. de pact. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Diligere etiam dicimur proximum sicut nos, si omni commodo, & utilitate semotis perfectè amamus. ca. penult. 23. quæstio. 14. Sic & Deum diligimus cum ei iungimur, animoque fruendam eius uisionem concipimus. cap. charitas. §. si ergo charitatem. cum ijs, quæ sequuntur, de pœnit. distin. 2. Diligentis iustitiam labores magnas habent virtutes. Sapien. 8. Diligere, antitheton odio prosequi, Micheæ 3. in princip. Qui odio habetis bonum, & diligitis malum.

a TENENTVR. Hoc uerbum præceptum, & necessitatem denotat. c. per hęc, iun. gl. in ver. teneã

tenentur [a]

tur, & ibi ad hoc no. Gemi. de hæreti. libro 6. clem. exiui de paradiso. §. item ordo. ibi, quòd vbicunque ponitur in regula hoc uocabulum, teneãtur, obtinet uim præcepti, & obseruari debet à fratribus. de uerbo. signifi. cap. duobus, ante fi. iun. glo. in uersicu. teneatur. de rescrip. libro 6. Bertran. cõsilio. 55. uisis consultationis. nume. 3. uolum. 3. in primis. Tenere alibi pro ligare, seu obligare accipimus. l. de quibus, uersic. nam cum ipsæ leges. ff. de legi. §. sed & quod. iunct. glo. Insti. de iur. natu. Et pro possidere, Bald. in l. fin. in addi. ff. quem. serui. amitt. Quòd autem inter tenere & possidere, sit differentia, & ꝙ minus sit tenere quàm possidere, probat text. in l. penes te. ff. de uerbo. signifi. Teneo etiam, idest in opin. sum. capitu. si diligenti. in princ. ubi Abb. Anti. de for. compe. Tenere aliquã do exponimus, idest memoria custodire. l. scire leges. ff. de legi. Nonnunquã in hoc significatu uerbo tenere, addimus memoria, uel memoriter, ꝓut Deuterono. cap. 31. Et docete filios Israel ut memoriter teneant, & ore decantent. Tenere pro apprehendere, 2. Reg. 20. Et tenuit manu dextra mẽtum Amasæ. & Cant. c. 3. Tenui eum, nec dimittã. Item pro habitare. Virgil. in Aeneid. Qui teneant (nam inculta uidet) homines ne, feræ ne, quærere constituit. Tenere item pro ualere, seu subsistere. l. 4. §. condemnatum. ff. de dam. infe. Pro custodire. l. neque. §. solutum. ff. de uerb. signi. Item pro habere, seu continere. l. frugem. §. frumẽtum

quanto magis Nos, qui dispositione diuina [b]

tum

tum autem id eſſe, quod ariſta in ſe teneat. ff. de
uerbo. ſignifi. Tenere pro gubernare. l. 2. colum.
penult. uerſic. Is eſt Quintus Litigarius, qui cum
Affricæ omnia teneret &c. ff. de orig. iur.

a QVANTO MAGIS. Arguit Papa à for-
tiori, ſeu à, ſi de quominus, ſic. & iij. Reg. viij. & 2.
Paralipo. 6. Si enim cœlum, & cœli cœlorum te ca
pere non poſſunt, quanto magis domus hæc quã
ædificaui? & Exodi cap. 6. Ecce filij Iſrael non au
diunt me, & quomodo audiet Pharaon? Deutero.
nom. 31. verſus fin. Adhuc viuente me, & ingre-
diente uobiſcum contentioſè egiſtis contra Do-
minum, quanto magis cum mortuus fuero? Pro-
uerbio. 15. Infernus, & perditio coram Domino,
quanto magis in corde filiorum hominum? Eccle
ſia. x. ad fin. Qui autem gloriantur in paupertate,
quanto magis in ſubſtantia? Lucæ 12. Conſidera-
te coruos, quia non ſeminant, neque metunt, qui
bus non eſt cellarium, neque horreum, & Deus
paſcit illos, quanto magis vos eſtis pluris illis? &
ad tex. in l. 1. verſic. quanto magis interpretationẽ
ff. de orig. iur. Quod argumentum in iure validiſ
ſimum eſt ad tex. in l. inuitus nemo. §. cui damnus
ff. de reg. iur. authen. multo magis. C. de ſacro. ec-
cle. capitu. cum in cunctis. de electio. Argumentũ
prædictum iux. terminos noſtros hoc modo pro-
cedit; Si omnes qui iudicant terram, debent iuſti-
tiam diligere, nos in ſupremo iuſtitiæ throno con
ſtituti ſumus, ergo magis omnibus curare debe-
mus, vt iuſtitia miniſtretur. Simili argumento vti
tur Diuus Hieronimus ad Ruſticum epiſcopum,
& habemus tex. in capitu. diaconi. §. nunc autem,
verſiculo, quanto magis, qui eccleſiæ Dei præ-
eſt, debet ſeruare in omnibus iuſtitiam &c. 93.
diſtinctio.

b DISPOSITIONE diuina.] Et ſic à Deo
vocatus eſt tanquam Aaron, ad Hæbreos capi. 5.
Nec quiſquam ſumit ſibi honorem, ſed qui uoca
tur à Deo tanquam Aaron, & c. in ſcripturis, ver-
ſicu. & ſicut ſcriptum eſt. 8. q. 1. cap. qualiter poſt
obitum. de electio. Extra. Ioan. 22. incipit, ad onus
apoſtolicæ ſeruitutis ſuperna diſpoſitione vocati.
eod. cap. uouit. verſic. quomodo nos, qui ſumus
ad regimen vniuerſalis eccleſiæ ſuperna diſpoſi-
tione vocati. de iudi. Diſpoſitione diuina ideſt ex
prouidentia, ſeu ordine Dei. Diſpoſitor Deus eſt,
vt ſcribitur Sapien. capitu. octano. Attingit à fine
vſque ad finem fortiter. & diſponit omnia ſuaui-
ter, & cap. 12. Cum ergo ſis iuſtus, iuſtè omnia
diſponis. Rurſus tu autem dominator uirtutum
cum tranquillitate iudicas, & cum magna reueren
tia diſponis nos. habemus etiam apud Senecam
lib. 5. Natura quæſtio. Nimirum in hoc (inquit) p
uidentia, ac diſpoſitor ille mundi Deus aerem vẽ
tis exercendum dedit &c. Diſpoſitio plerunque
effectum, & infallibilem demonſtrationem ſignifi
cat, & in iure noſtro rẽ conſummatam oſtendit,
ut diſpoſitio legis, diſpoſitio contrahentis, diſpo-
ſitio teſtatoris, & id genus. Logici autem, & Philo
ſophi diſpoſitionem pro aptitudine ſumunt, dicẽ
tes, quilibet homo eſt diſpoſitus diſcere, eius uerò
qui iam didicerit, & doctrinam quæſierit, habitũ
uocant, prout habemus apud Ariſto. Aethico. lib.
ſecundo, ca. 5. de effectu, potentia, habitu, &c. ſub
ijs uerbis; ac habitus eos, quibus benè, uel male
nos, ad effectus ipſos habemus, ut ad iraſcendum
ſi vehementer, aut remiſsè ſimus diſpoſiti male
habemus, ſi mediocriter bene &c. quæ nos nonnũ
quam confundimus, nullam facientes differentiã
inter diſpoſitionem, & habitum. Diſpoſitionem
item optimam corporis conſtructionem uocant,
quam etiam habitum, ſeu habitudinem, uel natu-
ram nuncupant, prout per Galen. in cap. 1. lib. de
optima compoſitione corporis. Diſpoſita uita di-
citur, quæ bene conſtituta eſt, & nunquam flu-
ctuatur. Plin. epi. 45. Nihil eſt illo (inquit) uitæ g-
nere diſtinctius: me autem, ut certus ſiderum cu-
ſus, ita uita hominum diſpoſita delectat. Colum.
lib. 12. cap. 2. Quis enim dubitat nihil eſſe pul-
chrius in omni ratione uitæ diſpoſitione, atq;
ordine? in l. 1. ff. de offi. præf. uigil. habetur, quo
familia publica circa portus, & muros diſpo-
erat, unde & ſi opus eſſet uocabatur. Diſponere
ſidia. 2. Paralipo. capit. 17. in princip. Diſpoſit
exercitum habemus. Ioſue cap. 10. Et exercitu
girum diſpoſito oppugnabat eam. Diſpoſitos
milites ſtationarios habemus in l. 1. §. quies. ff.
offi. præfe. urb. Diſponere pro ordinare exp
mus. Num. cap. 4. Aaron, & filij eius intrabun
ſique diſponent opera ſingulorum, & diuide
quid portare quis debeat. & capit. octauo. Sic
ſpones Leuitas in cuſtodijs ſuis. Diſpoſitionis
bum in materia beneficiaria quid ſignifice
quòd latiſſimum ſit, tracto in 4. quæſtio. 32. R
num. 5.

a MERITIS. Meritum in bonam, & mal
partem accipitur. Hic iuxta primam ſignificati
nem, & ſic Eccleſiaſti. x. pro
pe fi. Et da illi honorem ſecũ

Meritis.

dum meritum ſuum. cap. decimoſexto. Omnis mi
ſericordiam faciet locum unicuique ſecundũ me
tum operum ſuorum, & cap. 38. Et fac luctum ſ
cundum meritum eius. & in Epiſto. Planci Cic
ni. Quid enim pro maximis tuis, ac penè imm
talibus in me meritis præſtare amplius poſſim
& in l. 1. uerſicu. Nam ꝙ Princeps alicui ob me
ta indulſit. ff. de conſti. Princi. Sic & uerbum, m
reo, uel mereor, in bonam partem ſumimus. Io
11. uerſus fi. & non merentur ullam clementia
l. uni. ibi. in tantum meruit augeri. ff. de offi. præ
præto. Meritum in malam partem pro culpa V
nius Ciceroni. Scis meam fortunam, neſcio q
modo facile obtrectatores inuenerim, nõ meo
hercle merito. Mereor etiam, uel mereo, in mal
partem, Iudi. 20. Et reddere ei pro ſcelere, qu
meretur. 2. Paralipom. 19. circa princi. Iccirco
quidem Domini merebaris. Heſter cap. fi. uer-
fi. Non nobis, ſed Deo reddente ei, quod meru
& Iob. 11. Quam meretur iniquitas tua. Non
quam uero in utraque ſi
gnificatione capi poteſt,
iux. illud Deut. 7. Proti-
nus eis reddẽs quod me-
rentur. De triplici merito, uidelicet merito p
pro

Licet, a im
paribus b

prio, merito capitis, i. Christi, & merito vnitatis ecclesiæ, videatur post Bonau. Fel. de indulg. plen. nu. 11. vers. & hoc clarius.

a LICET. Coniunctio est aduersatiua, & expo nimus. i. quamuis. sic Iudicum. 15. Licet hæc fece ritis, tamen ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. Iob. x. Licet hæc cæles in corde tuo, tamen scio, quia uniuersorum memineris. Quint. lib. 1. c. x. Licet. n. dicamus proprium, speciosum, sublime, nihil tamen horum est &c. Sic accipitur in l. Princeps. ff. de le gi. & in c. licet de vitanda, de electio. Aliquando est aduerbium cōcedentis, idē significans quod, esto. Virgil. 6. Aeneid. Licet ingēs Ianitor antro. Et in vtraque significatione accipi potest, in l. Senatores licèt in vrbe. ff. de Senato. Item exponimus licet. i. etiam si. Ita accipitur Marci. 6. Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium Regni mei.

b IMPARIBVS. Inæqualibus. Cice. Licinio. lib. 5. Quos quidem ego ambos amicè diligo, sed in Marco beneuolentia impar. De pari, & impari, vide infra in §. & in ipsa, in ver. parib. Hoc mo do loquendi Papa ex humilitate loquitur. simile habemus in c. ad Apostolicæ. §. nos itaque. de re iu dic. lib. 6. in c. pro hnmani. de homi. eo. lib. in Clemen. 1. versi. Ideo illius cuius vicem in terris licet immeriti gerimus. de magi. extra. 1. in prin. de sim inter commu. & extra Ad conditorem. §. nos itaque de ver. signif. Io. 22. Sic & Beatus Augusti nus se remum tenere non nosse dicebat, dum secū dus locus gubernaculorum sibi traditus esset. ca. ante omnia. in fi. 40. dist. gl. in prælleg. c. pro humani. in ver. immeriti. Nos autem eum non solū benemeritum, sed & sanctum existimare, & nuncupare debemus, quem apex tantæ dignitatis extollit. cap. vos. 40. distinct. & in procem. lib. 6. iun. glo. in ver. apicem. pro quibus videatur extra. vni. Io. 22. sub titulo, de reli. dom. quæ incipit, sacrosancta Roma na. cum glo. in uer: immeriti. Contra vero temerarij, & stulti haberi debent, qui proprijs viribus confisi, proprijs meritis se assequi posse iactant quicquam.

in supremo iustitiæ throno [a]

a IN supremo iustitiæ throno.] Iux. illud Hierem. Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes. Ecclesiasti. 1. Vnus est altissimus, creator omnium, omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominus Deus, &c. 24. Quoniam in altissimis habitat, & thronus eius in columna nubis. 1. Paralip. c. 17. Hic ædificabit do mum nomini meo, & stabiliam thronum nomi ni eius vsque in sempiternum. 3. Reg. 1. Nunquid à domino Aege. meo exiuit hoc verbum, & nihil non indicasti seruo tuo, quis seruus esset sup thro nū Domini mei Regis post eum. psa. 9. Sedisti super thronū, qui iudicas iustitiam. & postea, Parauit in iudicio thronū suū, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Apocal. c. 5. Et vidi in dextra sedentis super thronum. & cap. 9. Ex ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus. Matt. c. 5. Ego aūt dico vobis, non iurate omnino, neq. per cœlum, quia thronus Domini est, neq; per terram, quia scabellum ē pedum eius. c. ex ore sedentis throno, de priu. c. solitæ. ver. potuisset autem. de maio. & obed. c. aliorū. c. cuncta per mundum. 1. & 2. cum alijs. 19. q. 3. vbi etiam probatur, q̃ summus pontifex supra omnes constitutus est, & omnes iudicat thronus, vt ex locis supra adductis, & infra adducendis apparebit. regnum, sceptrum, potestas, sedes, cathe dra, vel solium dr̄ ipsius Dei, & Papæ, ac etiam Imperatoris, & Regum, & hæc omnia pro eisdē obseruantur. 2. Reg. 3. Sic faciam cum eo, vt transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, à Dan, vsque Bersabeæ. Psal. 102. Dominus in cælo parauit sedē suam. psal. 131. De fructu ventris tui ponam super sedē tuā, & postea. Filij eorum vsque in secu lum sedebunt super sedem tuam. Prou. ca. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sapien. c. 6. Si ergo delectamini sedib. & sceptris, o Reges populi, diligite sapientiam vt in perpetuum regnetis. Isaiæ. c. 9. Multiplicatur eius imperium, & pacis non erit finis super solium Da uid, & super regnum eius. c. 14. Omnes Principes terrę surrexerunt de solijs suis. 3 Reg. 5. post princ. Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum ipse ædificabit domum nomini meo. Iob. c. 36. post princ. Et Reges in solio collocat in perpetuum. & Isa. c. 47. Descende, sede in terra virgo Babilonis filia, sede in terra, non est filiæ Caldeorum thronus. &. c. si Paulus. 32. q. 5. Iudith. c. 1. in fi. Iurauit per thronum, & regnum suum, quòd defendet te de omnibus legionib. his. 3. Regum. c. 2. Salomon aūt sedit super thronum Dauid patris sui. & postea, Et surrexit Rex in occursum eius, adorauitq. eum, & sedit super thronum suum, positusque est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius, & c. 3. Et dedisti ei filium sedentē super thronum, sicut est hodie. Zacha. 6. Et ipse portabit gloriam, & sedebit, dominabitur super solio suo. Apocalip. 4. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. cap. Constantinus 2. vers. & ampliusquàm nostrum imperium, terrenumq. thronum. Thronus item ecclesiam figurat in prin. procœ. Speculato. Thronum etiam seu sedē habet Sathanas. Apoca. c. 2. Scio ubi habitas, vbi sedes est Sathanæ.

Constituti sumus [a]

a CONSTITVTI sumus.] Non est facile stare in loco Petri, & Pauli, &c. tenere cathedram tegnantium cū Christo. Non tamē sunt sanctorū filij, qui solū tenent loca sanctorū, sed qui ēt illorum operas exercent. c. nō facile, cū seq. 40. dist. c. nō omnes. 2. q. 7. Constituti. i. positi, seu collocati, prout apud Cæsar. 2. Belli Galli. Intra syluam acies, ordinesq. con stituerant. & 1. Belli ciuilis. Vbi Cęsaris castra posita, tabernaculaq. constituta. Constituere, i. præficere. Deut. x. Et constituam te super gentem, quæ hac maior, & fortior sit. & c. 17. Et dixeris cōstituam

tuam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero tuorũ fratrum. Conſtituere.i.eligere,ſeu creare. Reg.1.c.15. Pœnitet me ꝙ conſtituerim Saul Regem, quia dereliquit me,& verba mea opere non impleuit.l.2.§.ꝙ magiſtratus.ibi, Conſules conſtituti ſunt.& §.iiſdemtemporibus.ibi,duos ex plebe conſtituerunt.ff.de orig.iur.Conſtituere alibi.i.decernere.l. Diuus.ff.de offi.præſi.Conſtituere.i. ordinare, l. vt vim.ff.de ius.& iur.Conſtitutum.i.lege cautum.l.2.ff.de off.aſſeſſo.Conſtituta.i.introducta.l.in his.ff.de legi.Conſtituendæ.i.imponendæ.l.fi.ff.de officio.procur.Cæſa.Conſtituere etiam pro dare, ſeu facere accipimus.l.1.§. conſtituitur autem. ff. de procu. Conſtituere aliquando idem ſignificat, ꝙ præfigere, ſeu ut vulgus dicit aſſignare. 2. Reg.c.vlti. Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane uſque ad tempus conſtitutum, Teren.in Eunu.Dati anuli locus, tempus, conſtitutum eſt. Ita accipitur illud Iob c.14. Conſtituiſti terminos eius,qui præteriri non poterunt. Conſtituere diſceptationem, conſtituere cauſam, & conſtituere iudiciũ,quid hæc ſignificent, videatur Bud.in l.2.ff.de orig.iu. Conſtitutum bene corpus ἀκρατον quod medici bene complexionatum dicunt, & Halen.lib.de optima compoſitione corporis.cap.1.& 2. & 4. optimam conſtructionem corporis eucratiſiam vocat, bonam diſpoſitionem, habitum,habitudinem,& naturam.Quomodo ét ſanum cuſtodiatur optimè conſtitutũ corpus tractat Galen.in prin.2.lib. de tuenda ſanitate.diſtinguens, quando corpus eſt optime conſtitutum & liberum à neceſſitatibus: quando optimè conſtitutum & non liberum,quando non optime contutum liberum,& quando non optime conſtitutũ non liberum.

Quòd verò corpus dicatur ſanum ſimpliciter & eucraton exiſtens ex generatione,quòd ſanum, vt nunc,ſecundum tempus eucraton, nõ ſecundũ optimam eucraſiam,& ꝙ ſemper tale, & maxime eucraton, docet idẽ Galen. in libro Microtechni ſiue paruę artis,parum poſt prin.Conſtitutum bene habentem corpus beatum vocant, prout apud Cicero.2.Tuſcula,Metrodorus quidam eum putat perfecte beatum,cui corpus bene conſtitutum ſit,& exploratum ita ſemper fore: Rurſus eũ qui ultra corpus ſic conſtitutum res domeſticas bene conſtitutas habeat,beatum vocat.Idem Cic. 2. de Fin.& pro P.Seſtio.Eſto igitur(inquiens) vt ij ſint quam tu nationem appellaſti, & qui integri ſunt, & ſani,& bene de reb. domeſticis conſtituti.

curare [a]

a CVRARE. Operam dare,elaborare,ſtudere, diligentiam adhibere,incumbere, euigilare, iuxt. tex.in l.ſi in aliqua.§.1.ff.de off.procon.in l.3.ibi, curet is qui prouinciæ præeſt,malis hominib.prouinciam purgare.l.congruit.ff.de off.pręſi.l.1.§.1.verſi.culpa,& dolo carere eos curare debet. ff.de exerc.l.curent.ff.teſti.Cic.Pæto li.9.ſic tibi mi Pæte perſuade me dies, & noctes nihil aliud agere, nihil curare,niſi ut mei ciues ſalui,liberiq. ſint.ſimilis,& maior debet eſſe cura ſummi Pontific. in l.1.§.præterea curare debet.§. cura carnis, &. ſeq.ff.de offi.præfe.urb.Inſtit. de actio.§. curat. clem.1.in prin.de magi.c. eccleſiæ meæ. in prin. 97.diſt.Cura ſuſcepti regiminis Papam ſollicitat vt vtilitatib. ac neceſſitatib. ſubiectorum, prætim circa ea quæ iuſtitiam concernũt inuigilet, ut in ſimili dicit text.in proœ.lib.6.cir.prin.& te. in Auth. vt iud.ſi.quoquo ſuffra.in prin.& in c. in prin.de præben.eo.lib.in cle.paſtoralis. in prin de re iud.& in extra.ſuſcepti regiminis Io.22.cum gl.2.de elect.Ex hoc verbo,curare, inferre poſſumus,ꝙ Papa non teneatur ipſe idoneos præficere pro iuſtitia miniſtranda. ſed ſufficiat factum mediatum, licet ſecus fuiſſet ſi conſtitutio noſtra c. xiſſet, præficere debemus idoneos, quo caſu requireretur factum immediatum,arg.tex.in l.ſi. Labeo ait, cum decem tu dari curare ſtipulatus ſis.iuxt.lectu.anti.ſeu iux.lectu.glo. uel ipſius pletionem,ff.ſi cer.pet. Bal.in c.Abbatem,in 3.c. reſc.Bar.Bal.& Iaſ.qui reprehendit ibi Ang.in. heres.in prin.ff.de leg. 1. Verum etiã ſi fateamur factum Papæ circa has præfectiones immediate ſufficere, fateri etiam debebimus eũ vigilare oportere & diſcernere qui,& quales ſint hi,quibus prouinciam tales conſtituendi,& eligendi mãd. & qua via,& quib.medijs:& ego his oculis v. nonnunquam facultatem, & poteſtatem Præſides,Gubernatores,Magiſtratus,Officiarios,Iudices,& id genus nominandi,conceſſam aliquib. la facie hominib. ſimilib. & nonnunquam eti. facie,corpore, morib. alijs omnino diſſimilib. Quos putabimus iſtos perditos homines nominaturos,& alijs ante laturos? nonne ſibi ſimiles? quib.uijs procedent,& ambulabunt eligentes ſi,ipſiq.electi? Iudicent omnes. Audiant indigni hanc curam,uel nominationẽ demandantes, indignosq. conſtituentes, & conſtitutos comprobantes, ſeu tolerantes, & omnes, quibus cura aliqua in eccleſia Dei,quàm quouis regimine demandata: comminationem factam Ezec.de qua c.3.& c.33 ſanguinem autem eius de manu tua requiram. ad Heb.c.vlt.Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri &cæt.Audiant omnes Iudith.cap.8. Et nunc fratres, quoniã vos eſtis præſbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum &c. Curare etiam pro fouere, cuſtodire,& ſanare,vel medelam adhibere accipimus,prout Matth. 8.Ego veniam & curabo eum. Lucæ cap.4.Medice cura te ipſum,&capit.10.E curam eius egit.Rurſus curã illius habe, & quodcunque ſuperogaueris, ego cum rediero,reddam tibi.

debemus [a]

a DEBEMVS. Hoc verbum neceſſitatẽ infert.Ioſue 24.Eligite hodie quod placet,cui potiſſimum ſeruire debeatis. Ioan.13. & vos debetis alter alterius lauare pedes.& eiuſdem Ioan.1.capitu.2.circa princip. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit,& ipſe ambulare. 2. ad Theſſalo.1.Gratias agere debemus ſemper Deo. l.præto. in princ.ff.de eden.l.1.in prin.ff.quod quisque iuris in alterum statuerit...

non.

no.oblatæ.§.superiori.ibi,potest vtique imo debet.de appellatio.ca. debet 11. q.3.in l.sæpe.ff.de offi.præsi.Bar.in repet.l.creditores,nu.3.C.de pigno.Fel.in c.nam concupiscentiam.col.2.nu.6.de consti.Ias.in l.qui iurisdictioni,nu.8. ff.de iurisd. om.iud.cle.attendentes,iun.gl.in ver. debeant.de sta.mona.Signo.de Homo.consi.87.nu.4.Nonnũquam sumitur pro,potest.l.1.in prin.&ibi glo.1. ff.de hære.insti.l.obseruare,§.posthæc, ubi glo.in in ver.debet.& l.solent,iun.glo.in vers.potest.ff. de offi.procon.l.& post edictum,in prin.iun.glo. in ver.debet,iux.primam expositionem,ff.de iud. l.3.iun.gl.fi.C.de pign.l.fi. ff. an per alium cau.appel.l.hoc amplius,in fi.iun.gl.fi.ff. de dam. infe.l. qui bona fide.§.de illo,cum glo. in ver. possit.ff. eo.l.si quis seruum,§.si inter,cum gl.in ver. debere.ff.de leg.2.gl.in l.prout,quæ est 80.in ver.solui,iuxta primum intellectum.ff.de solut.August. Bero.in c.quoniam contra.nu.144. de proba.Amplio etiam si verbo,debet,addatur aduerbiũ,omnino, vt ratione subiectæ materiæ solum honestatem,& non necessitatem inducat.c.1. in vers.omnino debet,cum glo.fi.& ibi not. Abb.de despon. impube.gl.in ver.debeant.in alle.cle.attendentes desta.mon.Hypp.de Mars.in reper.l.vni.nu.233. C.de rapt. virgin. Sic contra nonnunquam verbum,potest,exponimus.i.debet.l.põt,iun.gl. 1.ff. ff.de lega.1.& l.1.in fin.iun.gl. ff.de qui. rer. ad eun.Iud.ea.& l.si calendis.cum glos. in ver. potuit.ff.de re iud.l.placet.in prin.cum gl.ff.de libe. & posthu.l.qui bona fide,cum glo.in §.de illo, in ver.possit.ff.de dam.infe.& l.eum qui.§.fin.ff. de mino.l.cum verò.in prin.ver.potest. n. ex testamento.in gl.ff.de fideicom.liber.l.aliud,quę est 131.ff.de uer.signi.l.3.cum glo.in versi.possit.ff. vt in poss.leg.gl.in §. fin autem hoc.Instit. de satisdatio. iuxta primam interpretationem . l.1. ff. furt.aduer.nau.cum gloss.Aliquando exponimus debet.i.solet,prout in l.obseruare.§. 1. ff. de offic. procon.per gl.1.in præalle.l.j.ff.de hær.institu.sic contra,solet.i.debet,l.circa prin.iun.glo.in uer.solet.iuxta interpretationem Azo.ff.de dam.infect. Item accipitur pro expedit,l.is qui destinauit,iun. gl. 1.ff.de rei uend.l.non solũ.§.1. in a glo. in versic.debet, ff.de nou. ope. nun. l.j.in prin.ff.de iust.& iur.Item debet.i. conuenit seu congruit.l.nam ad ea.ff.de legi.potest p oportet.l.1.iun.glo.1.ff.pro hære. Hic capio iuxta primam interpretationem, vt necessitatem ostendat,præsertim quia non resultat absonus intellectus,& non potest considerari fauor,iu.doct.Bar. in repet.præall.l.creditores.post nu.3.C. de pign. & ad alia supra adducta.

VT. Aduerbium est similitudinis quando exponimus,vt.i.sicut,vt infra.Aliquando causam finalem inducit,& tunc dr̃ coniunctio causalis: exempli gratia.Comparo mihi diuitias ut possim alere familiã meã.i.propter hanc cãm,& ad hunc finem ad cle.ut hi qui.& ibi per Cardi.in 1.not.de ætat. & quali.l.naturalis.ff. de pręsc. verb. l. alumnæ. §.Seię.ibi,vt is corpus eiuscuraret.ff.de adim.leg. Aliquando causam impulsiuamdenotat,ad tex.in l.2.ad fi.ff.de don.l.generaliter.ibi,vt oĩb.alijs derelictis.C.de epi.& cle.per Bal.consi.106.cum peteretur.nu.3.li.j.Hic potius euentum,& finem rei designat,iux.illud Pau.1.ad Rom.Vt contumeliis afficiant,prout ibi exponit Claud.& 1.ad Corint. 11.Vt ei qui probati sunt manifesti fiant. iun. declaratione dicti Claudij.Modum etiam nonnunquam designat.l.demonstratio falsa.§.fi.ff.de con dit.& demon.l.Lucius.§.quisquis.ubi etiam glos. in uersic.ita ut.ff.de lega.2.l. 2. C. de his quæ sub modo.& §. longe magis.cum gl.in uer. sed si conditionaliter.Insti.de leg.l.causam.§.fi.cum glo. fi. ff.de manum.l.si ita relictum.ff.de leg.2.l.cum ab eo.ff.de contrah.empt.l.mæuia.ff.de manumis. testa.Huc spectat illud, ꝙ si Imperator, vel Rex p suum feudatarium solui iusserit par caponum , ut illius prædecessores soluerũt,etiam si antecessores nunquam soluissent, adhuc solutio fieri debeat, Bar.in l.eum qui.§.Iulianus.ff.de consti. pecu. & in extra.ad reprimen.in ver.prout . Et hæc est cõis opi.Cur.Iun.consi.97.nu.3.& 4.Ias.in .§ præiudiciales.nu.74.Inst.de actio. Aliquando conditionẽ facit.ut l.cum tale.cir.fi.ff.de condi. & dem. Vt p si. l.in facto,quæ est 59.cum gl.ff. de cond. & demon.l.a testatore,quæ est 108.iun.gl.in ver.conditio.uer.Et secundum hęc.ff.eo.Item similitudinẽ infert.l.ut hæredib.institui pt, ita ẽt & legatarijs. ff.de leg. 2.c.laudabilem.& c.præceden.de frigi.& male.Bal.vbi supra.& tunc accipitur pro sicut.l. cum filiofa.§.fi.iun.glo.in versi.vt.ff.de leg.3. & l. fi.iun.gl.in ver.vt.ff.de adul.l.j.in fi.iun.gl.pen.ff. de auth.& consen.tut.l.cum pater.§. rogo. iun.gl. in ver.ut i.sicut.ff.de leg.2.l.si quis, C.de sepultu. vio.l.in laqueum.in fi.ff.de acq.re.dom.Vt.i.secũdũ.l.1.C.de ijs,qui paren.uel libe. occi. vt pro sicut.l.j.iun.glo.in ver.hac lege.ff.ad leg.falc.l.sticum,quæ est 96.§.naturalis.cum gl.ff.de solu.l.fi. cum gl.penul.ff.de adul t.l.4.cum gl.ff. ad leg. Põpe.de parrici.l. 4. 5,qui post.ff.de re mili.Item vt pro tanquã sumit̃.l.leges vt generales. iun.glo.2. C.de leg.M.Tullius Fam.lib.2.M.Cœlio.eius negotium sic uelim suscipias,vt si esset res mea. Dũ aũt similitudinẽ demõstrat, sensus ex eisdem uerbis sat diuersus elici poterit,puta si dicã: Loquor vt Rex.Hæc.n. propositio duplicẽ declarationẽ, ẽt diuersissimam recipere potest.Altera ẽ,loquor vt Rex.i.sicut loquit̃ Rex: Altera uerò. i. perinde ac si essem Rex.Vt pro quia.c.j.& ibi per Archid. vbi exponit vt.i.quia 27.q.1.Item pro quod. vt si dicamus,nõ ẽ opus ut fugias. i. ꝙ fugias, ad l.3. ff.de ver.sig.c.lectis.& ibi Archi 63. dist. Terẽ.in Phormi.Nihil do,vt ẽt imparatus ille me irrideat. Itẽ ut pro &,iux.expositionẽ gl in l.eius.uer. vt in terdũ stipularet̃.in uer.ut quæ tamẽ expositio nõ multũ quadrat,nec illã gl. inuenio in Pãdectis manuscriptis.ff.si cer.pet.De hac dictione , ut,uideatur ẽt Bar.in l.quib.8.Termilius.nu.2.ff.de cond. & demon.Et super hac dictione possumus distinguere, ꝙ qñq.ponat̃ cõfirmatiuẽ ut c.sæpe.50.dis. qñq. cõsecutiue,ut p gl.in c.fi.84.dist. Io. And.in c.j.de cõst. li.6. in prin. Q ñ aũt cõsecutiue ponat̃ melius ꝙ̃ alibi apparebit psa. 50. Tibi soli peccaui,

ui,& malum coram te feci,vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cum iudicaris.i.quia peccaui,& malum coram te feci,consecutum est vt iustificatus fueris &c.hic & Io.9.Neque hic peccauit,neque patres eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. pro quo vide etiam tex. in l.senatus.ff.de dona.cau.matr.& in l.si manumissori.C. de obse.patro.præstan.l.1.C.de serui.& aqua.glo. in l.senatus.in versic.ut aliquid faciat.ff.de mor. cau.don. Quandoque similitudinarie vt præmisi. Et quandoq; iungitur orationi solutiuæ,& restringit dispositionem ad casum tantum relatiui, gl.in clem. ne in agro.§.abbate.de stat.reg.Hanc distin. ponit Gemin.in alle.c.sæpe. post princip. 50.dist. ad quem se remittit Fel.in c. cum Ioannes. ante. num.3.de fi.instru.Nonnunquam aduersatiuè ponitur pro,sed.l. cum post. C.de appel. Nonnullas alias significationes huius dictionis, ut,uide per Sali.in l.incerti.num.2.C.de interdi. Nonnunquã exponimus,vt,idest postquam,uel quamprimum & tunc est aduerbium temporis, sic in l. 1.§.idem quæsiit.ff.de pign.Item ut idest, quõ.Oĩa hæc ꝓbantur ex carmine Virgiliano, Vt uidi, ut perij, ut me malus abstulit error. Vt vidi. n. exponimus.i. postquam uidi,uel quãprimũ uidi.Item Virg. Vt belli signum. Vt perij.i.quomodo perij, uel quod perij.Et pro postquã in l.homo,cum gl. in uer.ut ff.de usuc.Vt ita dixerim clausula utimur, dum quid periculosius finxerimus, seu licentiosius loquuti fuerimus, qua clausula usus fuit Iureconf. in l.1.ff.de orig.iur.& in l.postulante,nd fi. ff.ad Trebel.Reliqua de particula, ut, uideri poterunt per Albe.de Rosa.in suo Diction.in uer.ut.Ibi dictis etiam addo, ꝙ nonnuquam dictio,ut,non ponitur significatiuè,sed elegantiæ cã,ut apud Cice. Inuitus feci ut C.Flaminiũ de Senatu eiicerem,& apud Quintilianum; Quis credat me fecisse ut stipẽ filio negarẽ?idest: Quis credat me negasse stipem filio?De hac dictione,ut,uide ẽt Albe.de Perga.de præpositio.nu.107.& post nu.146.in uersi. ut.Et ꝙ non faciat conditionem, sed modũ etiam si dicatur sub conditione ut monumento meo lucernam accendant,est tex.iun.gloss. in l.Mæuia.ff. de manu.testa.

a IVSTITIE. Iuxta illud Prouerbi.15. In abũdanti iustitia uirtus maxima, & teste Philosopho in Politicis.Sine iustitia impossibile est habitare ciuitatem. Aegyptiorum Reges ex sua ipsorum lege iudices adiurabant, ne quid iniuste ẽt si Rex impetraret,iudicarent,prout legere est inter Apophthegmata Plutar.Ijdem Aegyptij quoties iustitiã seruatam, totiusque corporis custodiam notare uolebant,oculum pingebant. Interrogatus Agesilaus,utrum melior esset fortitudo,an iustitia?Nullam fortitudinis utilitatem esse dixit absque iustitia; nã si omnes iusti forẽt,nihil fortitudine opus esset, prout apud eundem Plutar. in Aphophtegma.Loconi. in uita Agesilai. Plato tria genera iustitiæ ponit circa Deum, circa homines, circa defunctos.

ADMINISTRANDAE. administrare, ꝑ gerere, curare,& gubernare sumitur. Cic.de offi.

administrandæ

a Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Cæsar, lib. 2.Belli.ciu.Est animaduersum à Legionarijs, qui dexteram partem operis administrabant,& postea, Quia noua oblata omnis administratio belli cõsistit.&lib.3 post princ.Toti tamen officio maritimo M.Bibulus præpositus cuncta administrabat. Colum. in præfa.1.lib. Vt ijs tantummodo diebus urbanæ res agerentur? reliquis administrarentur rusticæ.è Tranquill.in Tito.Præfecturam quoque suscepit nunquam ad id tempus nisi ab equite Romano administratam.l.1.in princ.l.3. in princ.& §.1.& uersic.apparet igitur.l. ita aũt. §. ꝙ si quis tutelam mandauerit gerendam,& toto tit. ff.de admi.tut.& C.eo.l.2.& toto tit.ff.de admini. re. ciui. perti.Sic & admiuistrare leges, & iustitiam dicimus.Cic.2.Ver. Per homines honestissimos, uirosq. fortissimos leges, iudiciaq. administrent. Et oĩa admirabiliter in hoc mundo consilio diuino administrantur.Idem Cice.de Natu. Deo.S. vndiq. oĩ ratione concluditur mente, consilio diuino oĩa in hoc mundo ad salutem omnium conseruationemq. admirabiliter administrari. Classẽ administrare, Cæsar li.3.Belli ciui. Sed separatim suam quisq. classim ad arbitrium suum administrabat. Bellum administrare, idẽ li.5. Belli Gal. Summa imperij, belliq. admiuistrandi cõi consilio permissa est &c.& 2.Regu.c.11. Et quomodo administraretur bellum. Hic exponere possum administrandæ institiæ. i. iuri reddendo, ut in... subijcitur. uel declaremus.i.ministrandæ,& sic... positũ pro simplici accipiamus, prout in .., qui... dicit, iun.gl.in uer.redemptũ.i.emptũ.ff.de iu... Et ad alia, quæ adducam infra.§.sanè, in uer.o... nebat. Ministrare autem iustitiam, erit exercitionẽ, cognitionem,uel executionem habere, prout in ... simili dicit tex.in l.1.iun.glo.in uer.exercitationẽ. ff.de offic.eius.uel ea, quę ad iustitiam spectãt executioni demandare, uel iustitiæ seruandæ, uel faciendæ, iux. illud actuũ Apo. 10.Sed in omni gente, quę timet eum, & operatur iustitiã, acceptus est illi, c.ad decorem.de inst. Hos qui ius reddunt, seu iustitię præfecti sunt. Iustinianus iustitię ministros nundupat in prohœ... uersus fin.

Viri

a VIRI. Hoc uirorũ propriũ munus est, nã fœminę nec iudicare, nec arbitrari possunt, neq. aliud publicũ munus exercere.l.2.ff. de reg. iur. nisi in casu l.matris & auiæ.C.quã.mul.tute.of.fun.po. Et quãdo in regno succederent, ut in Regno Neapolitano uisũ est de duab.Reginis.Idque est & in Ducatu, Marchionatu, & id genus.c. imperialem. §.præterea.de prohi.alte.feu.per Fede.ꝑ Paris.consil.23.prima, num.14.lib.1.Et an in casu.l.scripturas.cum auth.seq. C.qui potio.in pigno.habean. ibi. trium uirorum &c. admittantur fęminę, ita quòd sub hoc nomine uiri, fæminæ comprehẽdantur?quod sic uoluit Feli. in c.quoniam. in 3.fall. num.4. & in c.licet.in 3.not.de testi. & in c.scripturæ num.4.in 2.declaratio.de fid.instru. quæ autẽ fœminis prohibita sunt, & quę uiris, & quę permittantur,

rantur,& quando à pari procedant masculus & fœmina, videatur plenè per D. meum in alleg.l. 2.ff.de reg.iur. An autem mulieribus euangelium prædicare liceat? omissa disputatione concludendum est pro negatiua: mulieres enim in ecclesijs taceant, & non loquantur, si quid autem volũt discere domi viros suos interogent. Genes.3. Et sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. ac.1.ad Corinth.cap. 14. Mulieres in ecclesijs taceant &c. ac.c.mulieres.23.distinct. Docuit tamẽ Mariam Magdalenam Massiliæ, ac Martham eius sororem Rhodani accolis vt in earum historijs euangelium prædicare, vt & ipsę cum alijs Apostolis dicere possent, & quæ cum Christo & viuẽte & resurgiente conuersatæ fuerant qui quidẽ de illo vel oculis conspexissent, vel ab illo auribus excepissent fide certiore testarentur, quippe quib. dicere licebat, Non possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Actuum.c.4. Et quæ, & quanta sit potentia, & vis mulieris, & quale, & quantũ sit earum imperium, & potestas in incautos, ignauos, ac perditos homines, vide quid fortissimo Sansoni acciderit, quid sapientissimo Salamoni, & vide 3. Esdræ 4. Nonne mulieres genuerũt Regem? cum alijs quæ sequuntur. Prou. c. 6. Mulier autem viri pretiosam animam capit, & capi.7. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum, statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, & nescit, ꝙ ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, veluti si auis festinet ad laqueum, & nescit, ꝙ de periculo illius agitur. & parum post, multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferri domus eius, penetrantes interiora mortis. Ecclesiastes 7. Et inueni amariorẽ morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagitta cor eius, vincula sunt manus illius. Qui placet Deo effugiet illam, qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecclesiasti.cap.9. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis excandescit. & c.19. in prin. Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes. Vide de his historias hæbreas, græcas, troianas, romanas. Et in summa libri infiniti, & antiqui, & moderni hisce rebus, & exemplis sunt pleni. Et ꝙ viri nomen non conueniat effœminato, ostendit M.Tullius in Ver. action.vlti.inquiens, Hinc dies æstiuos sexaginta Prætor populi Romani custos, defensorque prouincię sic uixit, ut muliebria quotidie conuiuia essent, vir accumberet nemo pręter ipsum, & prætextatum filium, tametsi rectè sine exceptione dixeram uirum, cum isti essent, neminem fuisse. Inter hominem, & virum differentia cõstitui potest, vt homo denotet speciẽ, uir autem in ipsa humana specie excellentiam ostendat. Thersites apud Homerum ita homo est, vt non sit vir, Achilles aũt & homo sit, & vir. Verum dum dicebam mulieres magistratus gerere, & ius red dere non posse, sed hæc, & similia ad viros spectare, mihi in mentem venit pulcherrima illa Aristo. sentẽtia 2. Politico. Quamquam quid referre putamus mulieres ne magistratus gerant, an magistratus gerentes mulieribus pareant? Idem.n. vtrobiq; accidit. Idem Lacedemoniorum politiam improbandam esse tradidit, quippe quæ magna ex parte muliebri imperio regeretur. Virum ne etiam putabis muliebri veste indutum? contra illud Denterono. c.22.cir.prin. Nõ induetur mulier ueste virili, nec vir utetur veste fœminea. Simile est carmen illud Ouidij. Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina cõpti. Et magis ad rem idem lib. 1. de Arte amandi Turpe, nisi hoc matri pręcibus tribuisset Achilles, ueste uirum longa dissimulatus erat. Num Sardanapalum Assiriorum Regem, qui ueste fœminea utebatur uirum nominabis? Aristot. Politico. lib.5.c.10. inquit, Sardanapalus rex inter mulieres pensa diuidebat. subdit tamen, si modo hæc fabula uera fuit. Sardanapali epitaphiũ refert M.Tullius Tuscula.q.li.5. de hoc plura scribunt Iust. li. 9. & Diodo. Bibliotecæ lib.8. Nominabis ne uirũ Herculem, tot alioqui monstrorum domitorem, dum eum relicta uirtute ad delitias translatum cõspicis, in puellamque se transformare, ac fœminã mentiri uides, ut liberius cum Omphale Regina Lydorum lasciueret. qua etiam iubente idẽ fusos, & lanas rudib. illis manibus, quibus portenta subegerat, attrectauit, quod ei magna dat probro Dei an ira uxor apud Ouid. loquens, Crassaque robusto deducis pollice fila. Aequaque formosæ pensa rependis hære. & apud Propert. Idem ego Sidonia feci seruilia palla, Officia, & Lyda pensa diurna colo, &c. ac apud Stat. li. 1. Nec uere nominari debent quidam muliebri more omnem sinistrum casum perferre nequeuntes, ad suspiria, ad lacrimas, ad planctum, ad ululatum recurrentes, contra illud Horatij Epodon Ode 15. Vos est uirtus muliebrem tollite luctum.

Nec excusandum puto Senatorem illum solitũ uti cęnatorijs muliebribus uestibus, de quo in l. inter vestem, versic. Nam & Q. Mutius ait, scire se quendam Senatorem muliebribus cænatorijs uti solitum. ff. de au. & argen. lega. Verum si ex ijs exterioribus, & circunstantijs, signis, ac accidentib. defines talem appellare, appellabis ne virum fœmineos mores, & ritus habentem, ac mulieribus seruientem? Appellabis ne viros ignauos, inertes, & timidos milites cum eorum duce ipsis simili: de his apud Platonem de legibus Dialogo 1. lib. 34. sub ijs uerbis. Ignauum, & inutilem narras omnino, neque virorum sed uilium quarundam mulierem Principem. Neque uirum appellandum affirmat idem Plato ubi supra Dialogo 2. eum, qui non omnia, quæ bona dicuntur, cum iustitia possideat, atque disponat. Minus etiam uirum appellandum affirmat idem Plato dialogo ultimo, de Legibus. malitiæ desertorem, eumque qui turpiter arma abiecit: & si Cænium Thessalum feriunt quadam ui in naturam uiri, ex fœmina commutatum, ita hic homo, in fœminam commutari possit, satis decens videretur: quoniam autem id fieri nou potest hic, qui vsq; ad eo viuendi cupidus est lõgissimam vitam nullum periculum subiturus improbus, & cum de-

decore viuat, nec eo imperator, vel qui uis alius præfectus pro milite vnquam vtatur. Plerique iustitiæ ministrandæ præficiuntur, quibus illud Virgil. 1. Aeneid. congruit, Qui teneant (nam inculta videt) homines ne færęne. Quærere constituit, & illud Cice. 3. officio. Quid enim interest, vtrum ex homine se conuertat quis in belluam an hominis figura immanitatem gerat belluæ. Et quæ ante hos dixit Plato li. 13. cui titulus Theætetus, vel de scientia, circa medium, similes terræ pō dus iners vocari poterunt. De his melius Tobiæ 7. Et tuæ libidini vocarent sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus &c. & psal. 31. Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 48. Et homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, & Daniel 4. Cor eius ab humano commutetur, & cor færæ detur ei, & c. 5. Sed & cor eius cum bestijs positum est, & cum onagris erat habitatio eius. Huc spectat illud Chrisost. Cum calcitres vt asinus, ferias vt equus &cęt. qualiter te hominem iudicabo cum nullam charitatem in te reperio? & Boet. 4. de consolatio. Pros. 3. Euenit vt quem transformatum vitijs videas, hominem existimare non possis, auaritia feruet alienarum opum violentijs raptor, lupi simile dixeris. Ferox, atque iniquus linguam litigij exercet cani comparabilis, insidiator occultus subripuisse fraudibus gaudet. vulpeculis exequetur &cæt. Aduertendum tamen est, ꝙ in sacris literis, vt ex præmissis colligi pōt, & probatur ēt ex Psalm. 35. bestiæ, & iumenta plerunque pro peccatorib. sumuntur. hinc cōiter antiqui, & moderni expositores verba illius psal. Homines, & iumenta saluabis Domine. interpretātur, idest iustos, seu bonos, & peccatores. & clare probatur ex præalle. psalm. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit, & cōparatus est iumentis insipientibus; Hi sunt lapides offensionum, & petræ scandali, prout ad Roman. c. 9. In ijs non comprobantur uerba psal. 23. Qui non accepit in uanum animam suam. Demū viri vocandi non sunt omnes illi, qui serijs, arduis honestisq. studijs oīno posthabitis duntaxat somno, uētri, gulæ, ingurgitationib. crapulis, luxui, venereis voluptatum illecebris indulgent. Ex horū genere sunt mimi, parasiti, Gnatonici, gladiatores præstigiatores, balatrones, & cæteri malefici, omnisq. scęna ioculatorum. His ētadijciuntur, qui nitorem, atque splēdorem ex inclita virtute prosiliētem penitus contemnūt, & potissimā tēporis partē atterunt, dū corpus exornant, & muliebri more comā nutriunt, capillos, & pilos fingunt, coloribusq. immutant, & exornant, ac stilo eburneo discriminant, ad speculum hinc, atque illinc in ordinem dirigunt, supercilia abradunt, pillos euellūt, odoriferis vnguentis delibuti in publicum prodeunt, composito gradu instar pauonum sese conspiciunt sæpius. Patet quòd non sine magna causa Papa hic dixit, uiri. Virum enim hominem forti, præstanti, excellentique animo nuncupamus. 4. Esdræ 10. Sta vt uir, & commouebo te. 1. Regu. 26. Nunquid non vir tu es, & qui alius similis

tui in Israel. Prou. 12. Doctrina sua noscitur vi
Cæsar lib. 3. Belli Ciui. Is, & vir, & ciuis optimu
habebatur. Et propterea Virgil. in princ. Aene
profitetur se arma, & virum cantare. Flaccus ve
de se loquens inquit, Nam si quid in Flacco vi
est. Epodon Ode 15. Et Curtius exurgite (inqui
aliquando si viris estis, atque arma capescite. No
absimile legitur. Reg. 1. c. 4. Confortamini, & es
te uiri, Cic. 2. Tuscul. Si virtutis compotes, vel po
tius si viri volumus esse. Idem ad Quintum fr
trem. lib. 2. Sed cum veneris virū te putabo. ide
2. de fin. Potius ergo illa dicantur, Turpe esse vir
debilitari, dolere, frangi, succumbere. Idem Cic
Fami. lib. 5. Tito Fabio. Tum te magnopere no
hortor solum, sed etiam pro amore nostro rog
atque oro te colligas, virumque præbeas. & de u
ro, & homine, idem 2. Tuscu. Ita & tulit dolo
ut uir, & vt homo maiorem ferre sine causa nec
saria noluit. Silui. Ita lib. 10. Belli Puni. Aduers
enim & angi non esse uirorum. Sic & uiros ad p
uincias regendas transmitti iubet Imperator pro
batæ uitę &c. l. fin. in princ. C. ad leg. iul. repetu
darum. Pro præmissis facit c. 1. ff. de legi. l. con
nuus. §. cum ita. ibi, Et magis est, ut totam eā re
ad Iudicem. i. ad uirum bonum remittamus. ff.
uerb. obl. l. uir bonus. ff. iud. sol. l. sed & si unus
prætor ait. & ibi gl. ff. de iniur. l. pen. & ibi gl. ff.
procura. Huc spectant. quæ not. gl. pragm. de c
la. §. item ut de cætero. in uer. nomen. ubi ꝙ mu
sunt homines nomine, sed pauci re, & ignari n
debent dici homines, sed hominum imagines,
illud Pli. ad Falco. Consulis an existimē te in cō
latu cās agere decere? Plurimū refert quid esse
bunū putes, inanē umbrā, & sine honore nomē,
non absq. magna ratione noīatus fuit uir Iob i
principio eius historiæ quę incipit, Vir erat in ter
ra Hus noīe Iob, & erat uir ille simplex, & re
ctus, ac timēs Deū, & recedēs à malo. Nec Ana
xarcus, nec quiuis alij Philosophi ita uisi fuerunt,
prout Iob. Rursus uiri ueri potuerunt dici Roma
ni à Romanis antiquis non degeneres. Hic Lucre
tia oī seculo laudanda, inter alia Collatino, & alijs
dixit; Si uos uiri estis, pestiferū hinc abstulite ga
diū, prout apud T. Liuiū, ꝓpe fi. li. 1. ad urbe con
dita. & parū post, Mouit tum patris mæstitia, tum
Brutus castigator lacrimarū, atque inertiū quere
larū auctor, qđ uiros, qđ Romanos deceret &c. vbi
T. Liuius tāquā optimus orator orationē crescen
volēs, qđ maius, & grauius erat, in fine ponit, infe
rens plus eē, quē Romanū vocari, quā uirū sim
pliciter. Romanū. n. nomē maiestatē, & terrorē in
ducit, Actuū 16. in fi. Timuerūtq. audito ꝙ Roma
ni eēnt &c. & ad alia, q̄ adducā in §. nec nō electio
ni. in ver. Romani. Et quis nō sūmos, & pstantissi
mos uiros Romanos nūcupabit, quorū & facere,
& pati fortia ē, ꝓut apud T. Liu. li. 2. ab vrbe cōd.
Quot modis uir sumat. & vn̄ dicat, vide Bar. i. l. j.
n. 41. C. de dig. li. 12. & in l. cū quis decedēs, §. codi
cillis, ad fi. ff. de leg. 3. vbi qn̄ sumat pro adulto, &
quando pro marito. Archid. in c. cum sanctam. in
versic. vir. de pęni. distin. 2. in c. vir. 33. q. 4. Gem.
consil. 62. hic de duobus, nu. 4. Et pro marito acci

pi debet. Genes. 3. Et tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo. & iterum, & sub uiri potestate eris. Eccle. c. 40. Amicus & sodales in tempore conuenientes, & super vtrosque mulier cum viro. ibi exprimuntur quædam, quæ cor lætificāt & quæ melodiam suauem faciūt, & inter alia mulier cum viro. Mulierem ibi pro vxore accipiemus, non autem pro fœmina simpliciter, prout aliàs sumi consueuit, prout Prouerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? & Lucæ. 8. in princip. Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus, &c. Et postea, & mulier quædam erat in fluxu sanguinis. l. alioqui. ff. de contra. emptio. Alioqui si in d. c. 40. Ecclesiasti. mulierem pro fœmina simpliciter, & virum pro homine indistinctè acciperes, nec cordis lætitia, nec armonia suauis, imò peccatum, incontinentia, impudicitia, error, & nequitia concurrerent, & supponerentur. Virum ēt pro marito. & mulierem pro vxore habes. Ecclesiast. cap. 41. Ne respicias mulierem alieni viri. Et pro homine, seu masculo. Exodi 35. Omnes viri, & mulieres mente deuota obtulerunt donaria. Rursus & pro marito accipitur 11. ad Corinth. 1. Volo antè vos scire, quod omnis uiri caput Christus est, caput autem mulieris vir. Et viri pro maritis accipiuntur. capit. 5. ad Ephe. Mulieres uiris suis subditæ sint, &c. & postea, viri diligite vxores vestras &c. Cæsar lib. 6. Belli Galli. Viri in uxores sicut in liberos vitæ, necisque habent potestatem. Viri in sacra pagina pro adultis post vigesimum annum nominantur; prout videre est Nume. c. 1. in prin. Quicquid sexus est masculini a 20. an. & supra omnium virorum fortiū ex Israel &c. & 1. Paralipom. 23. in princip. Numeratique sunt Leuitæ à 20. annis, & supra. & inuenti sunt triginta octo millia virorum &c. A viro formamus aduerbium viriliter, quod idem sonat quod egregie, fortiter, strenue. Deuterom. cap. 32. Viriliter agite, & confortamini. Iosue c. 1. in fi. Tu tantum confortare, & viriliter age. 1. Paralipom. 19. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri, & 2. Paralipom. 23. Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec pauere Regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quę est cum eo. Viriliter, & fortiter pro eodē accepit Aristo. Ethi. li. 1. cap. 6. ad fin. inquiens simul autem viriliter, fortiterque agunt in quibus vires habent locum, aut honestum est mori. Viriliter pro fortiter habes etiam 1. Macha. 6. Et exierunt, & succenderunt eas igne, & propugnauerūt viriliter. Viriliter item pro intrepide, & constanter, psal. 30, in fi. Viriliter agite, & confortetur cor uestrum oēs qui speratis in Domino. Et cum significare uolumus fœminam aliquam vltra sexus cōditionem, seu vltra consuetum, aliquid notatu dignum, seu egregium facinus egisse, egisse eam viriliter dicimus, prout Iudith c. 15. In gloria Hierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viriliter. Et mulier, quæ fortitudinem, prudentiam, magnimitatē exercet, actusque

præficiantur [a] gloriosos perficit, virago nuncupatur, ut legimus de Elissa, quæ postea Dido vocata fuit lingua Phęnicea, apud nos virago ꝓpter eius singulares uirtutes. Hinc Isido. Ethimo. li. 10. c. 2. de æra. homi. virago uocatur (inquit) quia uirū agit, hoc est opera similia facit, & masculini uigoris est, antiqui enim fortes fœminas ita uocabant.

a PRÆFICIANTVR. Constituantur, præponantur. Plaut. in Amph. Qui pręfectus est Thebanis legionib. Plin. li. 4. c. 2. Militaris præfectura, qua quis legioni, uel exercitui præficitur. l. 1. ff. de iudi. Hinc dicti sunt præfectus prætorio, de quo Tranquill. in Tito, Præfecturam quoque (inquit) suscipit, nunquam ad id tempus, nisi ab Equite Romano administratam. Plin. in præfa. ad eundē Titum. Et quod in nobilibus fecisti, dum illud patri pariter, & ordini equestri præstas præfectus. Præfectus urbis, Præfectus uigilum, Pręfectus Augustalis, qui, & alij in ff. & C. sub distinctis, & proprijs titulis ponuntur. Habemus etiam pręfectos ratiociniorum, quos magistros computorum dicimus, ut per Bud. in anno. in Pande. in titu. ff. de offi. Quæsto. Vel præficiantur, id est eligantur, ad l. uni. C. de præp. labo. & l. 2. iunct. glos. in uersicu. ex præfectis. C. de præf. pt. li. 12.

idonei. [a]

a IDONEI. Id est apti, sufficientes, 2. ad Thim. 2. Hæc commenda fidelib. qui idonei erunt, & alios doce. Terent. in Andria. Adeon uidemur uobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Cice. ad Atti. non mihi satis idonei sunt authores hi, qui a te probantur. Frequens erat in ore Socratis sententia de omni uirtute, & negocio, quēlibet ad ea eē idoneum in quibus sapit, non idoneum in quibus est indoctus. ut apud Platonem. lib. 20. qui inscibitur Laches, uel de fortitudine. l. 3. uersi. planè, si non idoneum fideiussorē dederit. ff. de fideius. §. interdū, cum gl. 1. Instit. de curato. c. graue, in prin. de præb. t. causamque, in fi. de elect. c. ex parte, in fi. const. c. ad decorem, uer. quo circa, de instit. cap. is cui, de præb. li. 6. Locum idoneum pro collocādo exercitu, & equitatu dixit Cæsar lib. 2. Belli ciuil. Progressus (inquit) millia passuum tria loco idoneo, & occulto, omnem exercitum, equitatumq; collocauit. Rursus locum castris idoneum. Idem lib. 5. Belli Gall. Cæsar exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto &c. Idoneos etiam hic accipiemus integros, ac omni exceptione maiores, & quibus nihil obijci possit, seu contra quos nulla competat exceptio ad supra adducta, & ad l. 2. §. ꝙ tñ, & §. idoneos. ff. ad senatusc. Tertul. ad l. optimā, ad fi. C. de contrah. & commit. stipu. l. probrū de uerb. significati. Et ut quis idoneus dici possit probitas morū requirit, ad l. 1. ibi, idoneus probitate morū. C. de off. magist. offi. Iustitiæ ministrandæ præficiendi illi idonei erunt, qui solum Deū p̄ oculis habebūt. c. qualiter & qñ. i. §. si uero. de accusatio. c. uni. in prin. ut eccle. ben. c. irrefragabili, uer. alioqui ex tunc Eps hñs p̄ oculis, de of. ord. c. administratores. uer. ꝙ si Dei timorē. q. 5. l. rē ñ no. Et ꝙ iudex Deū præ oculis habere debeat, supponere videtur Plato. lib. 34. de legib. Dialogo 2. dū

inquit, fortitudinis autem, quia nec ẽt ſi per ſe ipſum intelligit, debet propter ignauiam, & formidinem ex eodem ore quo iudicaturus, Deos inuocauit, ign. . . & iniquum iudicium promulgare. C de iudi. Idonei rurſus erunt deſcripti, Deuter. c. 1. Tuliſque de tribulationibus veſtris, viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes &c. 2. Paralipom. 19. Et præcipiens iudicibus, videte ait, quid faciatis, non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit, ſit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta fecit. in l. ſancimus, huiuſmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris inſignia non ambitione, vel precio, ſed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ ſolemnibus teſtimonijs promoueri &c. C. ad leg. Iul. repetundarum, cap. pen. 7. quæſt. 1. Periti inſuper eſſe debent iuris ciuilis, in authen. de iudic. uerſi. non enim exiſtimauimus, & verſi. & neque legum inexpertum, cum ijs quæ ſequuntur. l. 2. C. de poſtulan. §. ſimiliter, eos qui literas neſciunt. Inſti. de excuſat. tuto. arguen. a ſi, de quo minus. Rurſus & canonum ſcientia in illis requiritur. c. 1. in fin. de conſangui. & affin. Et non minus experientia, ac praxis. Imo ſunt qui aſſerant experientiam ſolam in Iudice, alioqui imperito ſufficere, per l. certi. C. de iudi. l. expertes literarum, & ibi Bar. C. de decurio. li. 10. Spec. de iudi. deleg. §. excipi poteſt, nu. 17. ver. Item quod eſt illiteratus. Fel. in c. ſciſcitatus. nu. 9. in ver. illiteratus. de reſcr. Eligi in ſumma tales debent, qui ſint ſapientes, diuites, vel ſaltem non mendici. Item Deum timentes, ac non ementes, ſed procurantes, uel ambientes officia, vt monet. Albe. de Roſa. in anthen. præſulem. C. de Epi. & cler. Nic. Boer. dec. 153. num. 32. Scientia igitur, & conſcientia requiruntur. Scientia enim ſine conſcientia diabolica eſt: conſcientia verò ſine ſcientia inſipida, ad cap. cum contingat, & ibi Bal. de reſcr. idem Bal. in l. hac lege, col. fi. uerſic. ſcias tamen, quod in mente Iudicis. C. de ſent. ex breui. recitan. Glo. Pragma. de nume. & quali. Cardin. §. ſint uiti. in uer. ſcientia. Nonnũquam immodicus fauor & affectus iudices, officiarios, & magiſtratib. præfectos creant. Antiquus urbis mos fuit ille, de quo Plin. in epiſt. ad Meſium, ſunt (inquit) ſenes, ex quib. audire ſoleo hunc fuiſſe Comitiorum ordinem, citato nomine candidati ſilentium ſummum, dicebat ipſe, pro ſe explicabat vitam ſuam, teſtes, & laudatores dabat, uel eum ſub quo legatus, uel eum cui queſtor fuerat, uel vtrunque ſi poterat, addebat quoſdam ex ſuffragatorib. illi grauiter, & parcè loquebantur. Plus hæc quàm preces proderant. Nonnunquam candidatus, aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat: Audiebat Senatus grauitate cenſoria, ita ſæpius digni, quàm gratioſi præualebant. Dum autem ſupra dixi non debere Iudices pauperes, uel mendicos eligi, hoc ſimpliciter, & abſolutè poſitũ non caret dubio, vnde diſtinguendũ vr, aut tales ſua culpa, deſidia, ignauia, uel uitio aliquo in paupertatem, ſeu inopiã incidunt, & hos non ſolũ nõ idoneos, ut ipſi iuſtitiæ adminiſtrandæ præficiant aſſero, imò oĩum aſſenſu, ac teſtimonio hos in oĩbus culpabiles, & reprobos eſſe fateor. Vnde Plutarchus in comparatione Ariſtidis, & Catonis inquit. Paupertas quidẽ per ſe ipſam nulli turpitudini coniungitur, ꝙ ſi negligentiæ, intemperantiæ, luxus, impudentiæ ſpeciẽ præ ſe ferat, probro ac uituperatione non vacat. Suetonius in Galba tradit, Tyberium Cæſarem prohibuiſſe. C. Galbã fratrem Sergij Galbæ Imperatoris ſortiri anno ſuo Proconſolatum, ꝙ facultates ſuas attriuiſſet: Cic. 2. phil. Tenes memoria ꝑtextatũ te decoxiſſe. Patris (inquies) iſta culpa eſt, concedo & n. ẽ pietatis plena defenſio. illud tamen audaciæ tuę, ꝙ ſediſti in 14. ordinibus. Cum eſſet lege Roſcia decoctoribus, certus locus conſtitutus, qui. ſ. fortunæ uitio, non ſuo decoxiſſent. Plaut. in Truculẽ. ſcribit piaculum eſſe miſereri nos hominum rem male gerẽtium. Solon (prout per Dioge. Laert. in i. lius vita) lege ſua cauit, Qui patrimonij uerſurã fecerit, is ignobilis, obſcurusue eſto. Pro ꝑdictis eſt tex. in l. bona fides. ff. de poſ. ver. ſed male meritis. l. pen. ff. de iu. dot. c. quæ in eccleſiarũ, ubi g. in uer. ſi ad inopiam, & Bal. col. 1. de conſtit. Ab. & alij in c. Odoardus, de ſoluti. Aut loquimur de pauperib. ex aliquo caſu fortuito, qui ſint aliàs h. biles, & digni, non ſolũ excludi non debent, imo magiſtratib. honorandi ſunt, illisq; occaſio ꝑbẽda eſt, ut a miſerijs, & turpi egeſtate ſubleuentur. A. xander Seuerus (uti Aelius Lampridius teſtatur honoratos, quos pauperes uerè, & non per luxuriam uidit, ſemper multis commodis auxit. Antoninus Philoſophus (ſi Iulio Capitolino credimus) multis ſenatorib. vel pauperib. ſine crimine dignitates tribunitias, ædilitiasq. conceſſit. Hoc ẽt Romæ ſeruamus, Venetijsq. ſeruari uidi. Ego pro iudicib. non pedaneis, ꝓſertim in Ro. Curia ſublimis in utroque iure ſcientiam requiro, ac praxim. Huc n. confluunt homines ex omni mundi climate pro quocunque cauſarum genere. Et his dieb. uentilabatur cauſa Romæ inter quoſdam Turchas. & Fiſcum Pontificium ſuper mercib. magni ualoris. Vtque uno uerbo abſoluam, quales debeant eſſe Iudices, & iudicantes id ſcriptum aſſero, Deuter. c. 1. ſub ijs uerbis, Date ex uobis uiros ſapientes, & gnaors, & quorum conuerſatio ſit probata in tribub. ueſtris. Et ſequitur. Pręcepit ei dicens, Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate &c.

qui quod [a] ſuum [b]

a QVOD. Pro illud quod, ad l. quod uerò, ff. de iuſt. & iu. l. quod contra. ff. de regu. iur. Et ad ea adducam infra in §. ſanè, in gl. in uer. & quod. ubi ponam quot modis accipiatur dictio, quod.

b SVVM. Id eſt proprium, Cic. 4. de Fin. Semper q. erit in diſputando ſuus. i. non utet̃ alienis ſuperuẽtis argumentorũ. l. cum teſtamento, ff. de auro & argen. leg. l. ex facto. j. reſp. & ibi gl. & Doc. ff. ad Trebel. l. ad ea, §. cum in ſuo ſolo, ff. de acq. re. do. §. in ſuo, inſtit. de rerũ diu. l. ſi ſponſus. §. ſi q's ro gat. ibi, Nec de ſuo putant proficiſci, ff. de don. inter uir. & uxo. l. uni. §. ſi autem ad deficientis, C. de cad. tol. Et ſuũ reddere dẽt, ſiue tractemus de a quo

quo pęna afficiendo, siue remunerando, ca. fin. 35. distin. Suum iuxta subiectam materiam, & ratione personæ, vel rei diuersimodè accipitur. propriè enim dominiū denotat. l. seruos tuos, ff. de lega. 3. l. Quintus, 2. §. argento, ff. de aur. & argen. lega. Largius accipiendo possessionem, seu detentionem significabit, puta in re commodata, vel deposita, l. 1. in princ. iun. §. ait prætor, in princ. & §. seq. ff. nau. caup. stabul. l. 2. in prin. & §. in hac re, ff. vi bonorum rapt. Item administrationē, & usum, cap. 2. de donatio. cap. possessiones, de reb. eccle. nō alien. pro quibus, & alijs significatibus dictionis, suus, sua, suum, vide Rebuf. in compen. alie. rerum ecclesia. nume. 55. Vide etiam infra, §. ac etiam, in glo. in ver. suos.

est vnicuique [a]

a VNICVIQVE. Hæc dictio est vniuersalis, neminem penitus excludens. Ps. 61. Quia reddis vnicuique iuxta opera sua. Hierem. c. 17. Ego dominus scrutans cor, & scrutans renes, qui do unicuique iuxta uiam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. & cap. 32. Et reddas unicuique iuxta uias. Ad Rom. cap. 14. Itaque unusquisque nostrū pro se rationem reddet Deo. l. 1. vbi omnes, C. de sacros. eccle. Bald. super rubr. C. qui accu. non pos. colum. fin. vers. quæro si statutum dicat, de homi. latè Ias. in d. l. 1. num. 13. in 1. lect. & eodem num. in 2. lectu. C. de sacros. eccl. Idem est dicere vnicuiq;, quod singulis, Cicero pro Fonteio, Mouerur eo timore quo unusquisque nostrum &c. Idem 3. offic. Ergo vnum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit vtilitas uniuscuiusq;, & vniuersorum. l. diuus, versic. vnum autem, ff. de offi. pręsid. l. intantū, §. si quis ergo, ff. de rerum diuisio. Nec differt, an is cui ius reddi debeat sit magnus, an paruus, in præfatio. Decreta. post prin. iun. glo. in ver. ius suum, in fi. Amplio, ut multo magis quæ sunt Dei Deo, & quæ sunt Cæsaris Cæsari reddi, seu tribui faciat, per Lucæ cap. 20. Marci cap. 12. & Matthæi 22. cap. si in morte, ad fin. 23. q. 8. cap. pen. de cler. coniug. ca. licet. uersicu. ne igitur ius nostrum negligere videamur, qui alios in sua iustitia confouemus, de supplen. negli. prael Extra. si fratrum. Ioā. 22. sub tit. ne sede uacan. Hinc dicit tex. in cap. cum ad uerum, 96. distinct. quòd Pontifex iura Imperatoris, nec Imperator iura Pontificis usurpet.

tribuere [a] **& superinde omnibus.** [b]

a TRIBVERE. Proprium est iustitiæ quod suū est unicuique tribuere, l. iustitia, ff. de iust. & iur. Institu. eod. in princ. & in procœ. Decre. §. ideoq; lex. l. bonafides, §. 1. ff. depo. cap. ex ore, in princ. de priui. & Cice. 5. de Fini.

b OMNIBVS. Et sic nemo penitus excluditur, cui non sit æqua lance ius reddendum, ad Romanos cap. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, uectigal, ca. si in morte, in fi. 23. quæst. 8. & arg. tex. in l. textoribus, & in l. Iulianus, ff. de leg. 1. glo. in cap. vt circa. in uers. aliorum, de elect. lib. 6. Amplio etiam, ut exteris, & aduenis, seu peregrinis, æqua lance sit ius reddendum, Deuteron. 10. Amat peregrinum, & dat ei victum, atq; vestitum, & uos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Aegypti. Amplio etiam, vt Turcis, Saracenis, ac Iudæis absque personarum acceptione ius dici debeat, cap. Iudæi. ibi, sicut legalis diffinitio. cap. consuluit. cap. sicut. & toto titu. de Iudæ. & Sarace. l. Iudæis. & l. Iudæi communi Romanorum iure utentes, & toto tit. C. eo. Calde. consil. 10. ex Mosaica. de constitu. vbi quòd eorum lex est Mosaica, qua deficiente, seu iure communi illi contrario existente, ius commune inter illos seruari debet. Alexan. consil. 71. ponderatis. nume. 2. ubi quòd Iudæi sunt capaces, & participes iuris, & legis ciuilis, & constitutiones, ac statuta loci eos comprehendunt, lib. 2. consil. 35. videtur. nume. 6. 8. & seq. uolum. 5. & cons. 99. visa inquisitione, col. 6. Paris. cons. 2. & si esse Iudæū. numero nono. & toto illo cons. volum. quarto.

absque [a] **personarū acceptione** [b]

a ABSQVE. Præpositio est ablatiua, idem significans quod sine, l. omni nouatione. C. de sacros. eccle. l. si quis consortium, vers. ꝙ si absque hac cautione, de Fabricen. lib. 11. De hac dictione tractabo in §. ac etiam. in ver. absque.

b PERSONARVM acceptione.) Exodi 23. Pauperis quoque non misereberis in iudicio. Leuit. 19. non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, & c. 24. ad fi. Aequum iudicium sit inter uos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit, quia ego sum Dominus Deus uester. Deute. 1. Non accipietis cuiusquam personam. & cap. 10. Qui personam non accipit, nec munera, facit iudiciū pupillo, & uiduæ, amat peregrinum, &c. Prouerb. 17. Et qui iustificat impium, & qui considerat iustum, abominabilis est uterque apud Deum, cap. 18. Accipere personam in iudicio non est bonum. & ca. 28. Qui cognoscit in iudicio faciem non bene facit, ipse pro buccella panis deserit ueritatem. Ad Rom. cap. 1. Græcis, & Barbaris, sapientibus, & insipientibus debitorum. & cap. 2. ad Ephes. 6. Non est acceptio personarum apud Deum. Actuum cap. 10. In veritate comperi, quia non est personarū acceptor Deus. l. fi. C. de fruc. & lit. expen. l. si cum dies. §. pe. vbi glo. dat concor. ff. de arbi. ca. nouit, vers. cęterum scriptum nouimus. de iudi. c. qualiter. 1. versi. si verò præscriptum, de accusa. Cice. in 1. epist. ad Q. fratrem. Quare sit summa in iudicando seueritas, dummodò ea non uarietur gratia, sed conseruetur æquabilis, l. nullum. C. de Iud. est optimus tex. in c. 1. de re iudi. in 6. vers. sed stateram gestent in manibus, lances appendant ęquo libramine &c. Amplio vt nec esse debeat acceptio nationum, seu prouinciarum. Exodi capit. 18. ubi Dominus dixit Moisi. Prouide autem de omni plebe uiros sapientes. ad Roma. 10. non est enim distinctio Iudęi, & Græci, & ad Colos. 3. ubi non est Gentilis, & Iudeus, circuncisio, & præputium, &c. cap. nos qui. & cap. seq. 40. dist. cap. undecunque. 56. distin. c. ad decorem, de insti. Bald. in tract. Scisma. & per glo. pragma. de nume. Cardin. §. statuit. in uer. partibus. Acceptio perso-

personarum opponitur iustitię distributiuæ, Diuus Thomas 2.2.quæst.63. vbi per quatuor articulos disputat, vtrum personarum acceptio sit peccatū. Secundo vtrum locum habeat in dispensatione spiritualium. Tertio, vtrum in exhibitione honoris. Quartò, vtrum in iudicijs. Quod hic dicitur, absq; acceptione personarum, intelligi oportet in cognoscendo: in puniendo autem illa distinctio personarum semper habenda est, quam faciunt glo. & Doc. in l. Gracchus. C. de adulte. videlicet, vt minus puniatur nobilis, quàm plebeius. & facit tex. in l. si adulterium. §. Imperatores, vers. sufficit igitur. ff. eo. l. 1. in fi. ff. ad leg. Corne. de sica. l. Pedius. & ibi glo. in ver. conditione. dat concor. ff. de incen. rui. & naufra. l. penul. ff. ad leg. Corn. de sica. l. sacrilegij. versi. Cæterum. & post ibi, prout dignitas personæ patitur, punitur. ff. ad leg. Iul. pecu. Et milites mitius puniuntur quàm pagani. l. 3. §. 1. & § ij qui ad hostes, cum glo. ff. de re mili. Et digniores minus puniūtur, & dignitati defertur in pœnis. tex. est cum gl. in c. si. in ver. nobilitati. de pœn. in cle. multorum. cū gl. in uer. inferiorum. eo. tit. glo. in c. qui contra pacē. 24. quæst. 1. l. nemo. & ibi Bal. C. de sacros. eccl. ubi distinguit Iaco. But. in l. ne quis, vers. & nota ꝙ fortius punitur uilis, quàm nobilis. C. ut ne. priua. titu. Bar. in l. capitalium. ff. de pœn. Abb. in c. pastoralis. post numerum 5. de off. deleg. vers. Hinc est, ꝙ nobiles. Paris. consi. 154. ad resolutionem, num. 2. vol. 4. Andr. Tiraqu. de nobili. c. 22. num. 108. Rol. a Valle consil. 63. num. 15. & seq. lib. 3. pro præmissis, vide omnino Alba dicto c. pastoralis. in 1. respon. nu. 5. cum Apostil. ibi positis. de off. deleg. Quod subintelligendum est in pœnis corporalibus. in pecuniarijs enim, aut mulctis, mitius agendum est cum rustico, aut paupere, quàm cum nobili, aut diuite. l. Pedius. ff. de incen. rui. naufr. l. 3. C. de sum. Trini. l. properādnm. §. sin autem vtraque parte. C. de iud. & ibi distinguit Iac. Butriga. idem Butrig. in l. presbyteri. in fi. C. de epi. & cler. in allega. l. ne quis. C. ut ne. priua. titu. & in alle. l. nemo clericus, versic. item oppono, ꝙ plus debeat puniri, ubi etiam optimè distinguit. C. de sacro. eccle. Pet. de Bellaper. Insti. qui. ex cau. manu. non lice. num. 11. & per Docto. in d. l. Gracchus, per Bar. in l. quædam. ff. de pœn. per Alcia. in l. nemo clericus, in vlt. glo. C. de sum. Tri. Notandum est etiam, quòd acceptio personarum locū habet in ijs, quę ex debito dantur, non autem in ijs quæ ex gratuita uoluntate conferuntur, uti ex præmissis colligitur, & probat diuus Thomas prima secundæ, quæst. 97. art. 4. ad secundum, quæst. 98. art. 4. ad secundum, & q. 106. art. 3. ad primum, Prælati, & Iudices comparari possunt aquæ, quæ quasi equa dicitur, ut per Isido. lib. 12. ca. 7. de aquis. aqua enim indifferens est ad omnem colorem, & saporē, nec ad aliquid est determinata: determinat tamen se secundum qualitatem terrę, per quam trāsit, puta si per calidas venas efficitur calida, si per dulces dulcis, si per salsas salsa. Ipse prælatus, ipse iudex, & quilibet in magistratu existens, debet esse indifferēs & indeterminatus ad omnes colores, & sapores. i. ad omnes personas sibi subiectas, nec plus ad unū quàm ad alium accedere debet; ac in tali indifferentia æquitatis, & iustitię debet ei esse cura de c[...]nibus, iux. illud Sap. 6. Iuxta tamen venas terræ [...] quas aqua transit, idest secundum conditiones pe[r]sonarum, quibus præest, conditiones suas conue[r]tet, vt cum dulcibus dulcis sit, cum bonis bonus, [...] malis austerus. Prælatus item secundum qualita[tem] sibi subditorum istum promouebit, illum puni[et]. Et in aliquem præficiendo, uel exaltando, serue[tur] semper sententia Vegetij, libro de Arte milita[ri] [...] bene Respublica regitur, quādo non fit maior, [...] qui melior. Regulam præmissam, quòd defer[tur] dignitati, nouem modis limitat Feli. in c. pastor[alis] colum. 1. & 2. de offi. deleg. Et quòd quo ad Deu[m] & nonnulli etiam dicunt in foro fori plus peccat [qui] maiori dignitate constitutus, & magis puniri [de]beat adducitur carmen Iuuenalis: Omne anim[i vi]tium tanto conspectius in se, crimen habet, qua[nto] qui peccat maior habetur. Quod etiam uoluit [...] singu. in cap. homo Christianus. 40. distin. & in c. [...] excommunicamus. in uer. anathematizamus [...] in extra. Bonif. VIII. . . . Ratio est, quia magi[s con]temnere videtur maiestatem Diuinam exēplo [...] feri, prout in cap. principium. de pœn. dist. 2. [...] dixit Augu. in lib. de pœnitē. quod etiam habe[tur] in cap. consideret. colum. 1. de pœni. distin. 5. [...] Adam tanto magis peccauit, quanto apud De[um] maior erat. Hinc pulchrè dixit Bald. per glo. [...] in l. penul. ff. de hæred. instit. & in l. 2. C. de con[...] alie. ꝙ Principes debent sibi magis cauere ab [...] re illicita, quàm alij. Idem Bald. consil. 324. q[...] tur utrum Papa. lib. 1. Alex. consil. 2. visis codi[...] colum. 3. lib. 1. quod est repetitum consil. 87. lib. [...] pro quo etiam adduco tex. in l. si qua illustris. C. [ad] Senatuscon. Orfici.

a IVS. De quò iure hic intelligemus? Respond[eo]

IUS

a quòd de canonico & ciuili. capit. quo[niam] consultationem, versic. cum per ho[c ui]deatur, per interpretationem iuris &c. de re[...] nouit. uersic. unde cum secundum ius, iun. g[lo.] exponit tam canonicum, quàm ciuile, de appe[l...] lege Imperatorum. 10. distin. ca. 1. de no. oper. [...] & ibi glo. in uers. adiuuant. Et quia subiecta e[...] materia patitur, intelligam de quocunque ali[o iu]re, iux. tex. iun. glo. not. in proœ. cle. in princ. in v[er.] iuris, & ibi plenè per And. Barba. Et an & qua[...] intelligere etiam debeamus de iure municipal[i,] consuetudinario, & an Iudex, siue arbiter, cui [...] est potestas, seu facultas iudicandi, seu arbitra[ndi] prout de iure, seu secundum iura, iudicare pos[sit se]cundum statuta, uel consuetudines, uideatur A[bb.] super rub. de consuetu. num. 2. & ibi apostil. in [...] secundum iura. idem Abb. in c. cum nobis olim [...] 10. not. num. 6. eodem tit. Felyn. plenè in c. ius [gene]rale. prima dist. colum. prima, & seq. aliàs est a[...] ad princ. ope. Abb. super decreto, & breuiter q[...] appellatione iuris, et iuxta terminos prædicto[s ...] niant statuta, & consuetudines, est magis com[mu]nis opin. prout testatur Ias. in l. præscriptione, [...] num. 20. vers. tene istam, ubi num. 14. vsq; ad nu[m.] 22. de hac materia plenissimè tractat, demum c[on]cludens hanc opinionem affirmatiuam tenend[am] & magis communem esse. Idem etiam conclu[dit]

han[c]

hanc communem dicens, Sarnen. Institu. de act. in prin. num. 42. in 4. concl. Et quod iuris appellatione ueniat etiam consuetudo, voluit Andr. Tiraq. in tract. Le mort a saisit le uif. in præfa. Declaratio. 7. num. 5. Ius autem sex modis sumitur in l. pen. & ibi Pau. Castren. & l. fin. ff. de iust. & iur. Aliter etiam accipitur in §. si quis alij, iun. glo. Insti. de reb. corpor. & incorpo. cum glo. latius per Io. And. super rubr. de reg. iur. lib. 6. ubi quod uigintiduobus modis ius sumitur. Luc. verò de Pen. vigintiquinque modis accipi ostendit, super rub. C. de iu. fisci. lib. 10. & quibusdam alijs modis in l. diligēter, in versi. vt ius. C. de aquæductu. libro 11. Albe. in Dictio. in ver. ius. Videatur etiam in l. quid autem sunt iura prædiorum, ubi Alcia. ff. de verb. signif. Plures ex præfatis, & alijs significationes tam iuris disponentis, quàm dispositi inuenies apud Io. Bolognet. in tract. de multipli. signifi. & differen. iuris & facti. num. 129. & seq. Et quid significent illa verba, ad ius, & proprietatem, vide Bal. in l. iubemus. §. sanè, in fi. C. de sacrosʃ. eccle. & Luc. de Pen. super d. rubr. C. de iur. fis. docet interdum accipere epitheta male sonantia, puta ius iniquum, ius versutum, ius acerbum, ius asperum, ius perquam durum &c.

dicere [a]

a DICERE. Sic & apud Cic. in 1. epi. ad Q. Fratrem. Quare sit summa in iure dicēdo seueritas, & apud Cæsarem lib. 3. Belli ciui. Qui nos temporibus clementer, & moderatè ius dicendum existimabat. Ius dicere expono. i. ius reddere, ad tex. in l. 1. uers. eodem tempore magistratus iura reddebant, vt scirent etiam ciues, quod ius de quaque re quisque dicturus esset, & §. & cum placuisset, ff. de orig. iur. l. 1. l. qui iurisdictioni, l. si conuenerit, & l. fin. ff. de iurisdi. omn. iudi. ff. si quis ius dicen. non obtempe. in rub. & nigro. l. obseruandū, ff. de offi. presi. l. 1. in princip. ff. de var. & extraord. cogni.

sciant, velint, & possint [a]

a SCIANT, velint, & possint.) Horum alterum non sufficit: simile habemus apud Platonem li. 16. qui inscribit ciuilis, uel de Regno. uersus fi. ubi legitur, Diffiderent homines uirum talem reperire aliquando posse, tanto imperio dignum, qui & possit, & uelit uirtute, & scientia, imperans sanctè, & iustè, suum cuiq; ius tribuere. & in l. 2. §. post originē, ff. de orig. iur. & in cap. graue nimis. ibi, Qui Deo, & ecclesiis velint, & ualeant gratum impendere famulatum. Et quòd hæc tria requiranrur in actu humano voluerunt glo. in l. si filiæ. C. de donatio. ante nup. & in c. super abbatia. de offi. dele. ac Affli. Dec. 305. num. 7. Tales igitur esse debent, qui iura, & rationes partiū rimari, & pensare sciant, & uelint. iux. tex. in l. 2. C. de senten. ex breui. recitan: c. summopere. 11. quæst. 3. clem. pastoralis, §. verum quia, de re iudi. Extra. Quorundam, Ioan. 22. de verborum signific. §. quo circa. iunc. glo. in uer. intellectis. ca. 1. distin. 6. uersicu. caueat spiritualis Iudex, sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere sciētiæ: oportet enim, ut sciat cognoscere quicquid debet iudicare. iudiciaria enim potestas hoc postulat, ut quod debeat iudicare discernat, cum ijs quæ sequuntur. Et licet ille tex. loquatur in Sacerdote, cui quis peccata sua confitetur, propter paritatem rationis, cōcludendum est idem in quouis Iudice, præsertim ecclesiastico, qui sine disciplina nil perfectè assequi potest. Vt enim sapientes omnes testantur, Ars est dux certior quàm natura. Addit Plutar. cæcā esse naturam sine disciplina. Scribitur Sap. 6. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens stabilimentum populi est. Vnde Salomoni dictum fuit 3. Reg. 3. Quia postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens. Oseæ 4. Scientiam repulisti, & ego repellam te. Sapien. 8. Per sapientiam habeo claritatē ad turbas, & honores apud seniores, disponam populos, & nationes erunt mihi subiectæ. cap. omnes. 38. distin. cap. nisi. §. pro defectu. de renun. Si subtiliori, ac philosophica ratione perscrutabimur, quare Papa hic requirat scientiam, uoluntatem, & potentiam, cum iuxta Boetij sententiam actus humani a potestate, & uoluntate tantum regulentur, & perficiantur, prout etiam in l. si genero. C. de iure dot. l. cum te. ubi Bal. post prin. C. de donatio. ante nup. l. omne verbum. C. communia de leg. cum iis quæ not. ibi Bald. col. 2. num. 8. & est optimus tex. in ca. cum autem illi sint in ecclesiis idonei reputandi, qui seruire possunt, & uolunt in ipsis, de prębē. in cap. ad hæc. 1. ibi, potest si uoluerit, de appel. & in cap. cum super, de off. deleg. ubi omnes. c. fi. post prin. 16. quæst. 1. c. fi. ibi, Qui uoluerit, de clandest. despon. l. 1. §. si quis addita, ff. ad Tertul. & Matth. cap. 8. Marci c. 1. & Lucæ 5. Si vis potes me mundare. Bal. in l. 2. num. 5. C. commu. de lega. Alexan. cons. 52. num. 3. uol. 4. consil. And. Barba. 123. Ecclesiasticus num. 1. posito inter consil. Alex. vol. 4. Idem Barba. cons. 33. scripsit Psalmista, col. 5. nu. 3. lib. 2. & in Addi. ad Bal. in l. 2. num. 5. in præall. titu. C. commu. de lega. D. meus Phil. Dec. in l. non omnis. num. 4. ff. si cert. peta. ac cons. 231. col. 1. in fi. & consil. 289. post num. 6. Respondere poterimus, ꝙ summus Pontifex Aristotelis opin. sequutus sit, qui li. 6. Eth. sensit tria necessaria esse, videlicet, scientiā ultra potestatem, & uoluntatem. Pro qua opi. ultra iam deducta. adduco tex. in clemen. 2. §. ut autē. ibi, qui sciant, velint, & valeant, de reli. domi. & in l. cum testamentum. iun. gl. inter. C. de iur. & fa. igno. & clarius loquitur ibi Bal. Aristo. comprobans sententiam. Ex verbis autem, quæ Bal. ibi subiicit, sumi potest defensio Doc. & aliorum asserētium duo tantum sufficere, supponendo ꝙ sub uerbo, potentiæ, scientiam comprehendi intellexerunt. Vel aliter, & melius dicamus, ꝙ supposuerint scientiam et cognitionem, non autem sub illo uerbo, potentiæ. Voluntas enim et potestas immediatè exeunt in actus humanos: scientia uerò, et cognitio tanquam, seu quæ prąexigitur, et sequitur. Ad omne igitur dubiū tollen. prudenter hic de scientia, etiā expressa mentio facta fuit.

& apud quos [a]

a APVD quos.) Penes quos, ut l. is apud quem, ff. de acq. hær. l. is apud quem, ff. de uerb. fig. l. is apud quem.

quem.C.de eden.l.uni. §.pro secundo. C. de cadu. toll.l.ius ciuile,in fi.& l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.l.2.⁊ versi.omnium tamen harum, ff.de ori.iur. Nõnunquam, apud, sumitur pro coram.Exod.34. Nullusq; apud te per se innocens est.Num.32.Tũc eritis inculpabiles apud Deum,& apud Israel.Prouerb.11. Statera dolosa abominatio est apud Deũ. in l.1.& 2.ff.de offic.præsid.l.3.ff.de adopt. l. eum pro quo,in glos.in vers.acta.ff.de in ius vocan.l.de iure.ibi,apud eum Præsidem,ff.ad municip.est tex. in l.acta apud se habita. ff. de re iudi. & ꝙ etiam in tex.is apud quem. supra citato. C. de æden. uoluit ibi Rip.post nume.2. Item pro ab,l.apud antiquos quærebatur,idest ab antiquis.C.de fur.Rursus pro in Ecclesiastes 9.Nec sapientia erit apud inferos.& Ecclesiast.14.Quoniam non est apud inferos inuenire cibum.glo.in cap.statutum, in uers.in curia.de præben.lib.6.Archid.in cap.fin. de consue. eodem lib.Glo.pragma.sub rubr. de conclu. eccle.Galli.in ver.apud.Cice.6. Verr. Qui nunc apud exercitum cum L.Lucullo est,pro ĩ exercitu. Terẽ.in Adelph. 3.Apud forum est. Aliqui asserunt apud,& penes; item apud,& in,ualde inter se differre. In enim præpositio propriè sumpta loco. Apud,autem personæ præponitur,prout Genes.8. Cuncta animantia, quæ sunt apud te.& cap.12.Et laudauerunt eam apud illum.ac cap.24.in prin.Aduena sum, & peregrinus apud vos.& ad text.in l.1. ⁊ vers. domos. & vers.videas.C.de fal.mon.in l.1.ibi, apud se diu. & ibi,prædij in quo latitant.C.de deserto. li.12.Rursus penes te plus est,quàm apud te, l. penes te amplius est,quàm apud te est,ff.de verbo.signific.Pro quibus uideatur Luc.de Pen.in l.litibus, colum.5. vers.& res dicitur apud eum;& non penes eũ deponi.C.de agri.& censi.lib.11. Festus Pompeius dicit apud, & penes in hoc differre, ꝙ apud personam cum loco significet, vt apud Platonem.i.in loco,in quo est Plato. Penes verò personam,& dominium ac potestatem, quod trahi dicit a penitus, ut penes te est salus,& vita mea, quasi in manu tua, & arbitrium uitæ meæ penes te est. Nonnunquam verò designat personam sine dominio; Rursus quandoque penes loco seruit.Cic.ad Herenn.Ita petulans, atque acer,vt ne ad solatium quidem, vt mihi videtur, sed penes scenam, & in eiusmodi locis exercitatus sis.

a NIHIL. Hæc dictio vniuersaliter negat actum & potentiam.l.is qui ducenta.§.vtrum.ibi, non feci.i. nihil feci, ergo nec etiam in modico affirmari potest,cum omnia penitus excludat.l.1.§.denique.ff.de off.procu.Cæs.l.1. §.qui mandatum.ff.de off.eius.l.nihil,ff.de nau.fœno.l.quòd si filius.ff.de capti.& postli.reuer. Instit. de succes.liber.in princ.cum glo. in uer.nihil.ca.nihil Iudæ.de pœni.dist.3.extrauag. suscepti. Io.22. iun.glo.in ver.nihil.de elect. Alexan. & alij in l.qui vsumfructum.ff.de uerbo.oblig. Glo.pragma.rub. de Anna.in princip.in uer.nihil.Ci.3.de legi.Quæ res cum constituta esset a maioribus nostris nihil habui, non modo multum quod putarem nouãdum in legibus. Quintil.lib.5. Patronus quoque altius, & unde nihil suspecti sic repetita sæpe percunctatione,&c.Nullibi autem hæc dictio,nihil,magis negabit,quàm apud Esai.ca.40. Omnes gentes quasi non sint,sic sunt coram eo,& quasi nihilum,& inane reputatæ sunt.Sapien.7. Diuitias nihil esse dixi. Item 1.ad Timoth.6.Nihil intulimus in hunc mundum.Nullibi autem proprius,& melius quàm in illis verbis positis Lucæ cap.23. Nihil inuenio causæ in hoc homine. Et in illis quæ sunt Ioan.ca.1.Et sine ipso factum est nihil.& cap.15.cir.prin.Sine me nihil potestis facere. Nonnunquam uerò aliter accipitur,ut non sit omnium penitus exclusiua, prout in l.de ætate.§.nihil.& ibi gl.ad hoc not.ff.de interroga.actio.l.naturaliter. §.nihil commune.ff.de acquir.posses.cap.nihil iniquius.& ibi glo.1. 32.q. cap.nihil prodest,cum glo.quæ supplet, prodest tamen ad minus supplicium habendum.de pœni.distin.3.glo.not.in l.sacrilegii pęnam,in ver.condemnatus.post medium.ff.ad leg.Iul.pecula. Iaco.de S. Geor.in l.vni.§.pro secundo,num.9. C.de cadu. tollen. Sic & nihilum aliquando exponimus,idest modicum, seu paruum, prout Iob.7.Nihil enim sunt dies mei.Hierem.4. Respexi terram, & ecce vacua erat,& nihili.2.Paralipo.9.Omnia quoque uasa domus, saltus Libani ex auro purissimo, argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur: ac si diceret pro modico,seu pro re uili, uel paruæ conditionis. Nihil agit,interpretamur.i.frustra agit.l.si.ibi,nihil agit.ff.de libe.& posthum. Barba.in ca.prudentiam de offi.deleg.& consil.44. Scribitur apud Propertium;colum.2.lib.1.Anton.Corset. in suis singularibus ⁊ ver.nihil agit.Tiraqu.in repet.l.si unquam.in ver. reuertatur.nu.30. ver.limitabis item procedere.C. de reuo.donat.

nihil a

a FAVOR. Cic.in oratione pro Plan.Semper iniquus est iudex,qui aut inuidet,aut fauet. Nunquam stabilis fauor.Sene.Thyest.4. Idem Hyppo.4. Amor,& fauor iudicia subuertunt. Philosophus. Rhetor. Iudices propter amare, & odire non possunt sufficienter uidere verum. Plin. epi.3.Etenim tũc maximè fauor,& ambitio dominatur,cum sub aliqua specie seueritatis delitescere potest, cap.ex scopus,ad finem.cum alijs.11.quæstio.3.cap.quater.1.§.si uerò, præscriptum ordinem custodiat omni gratia,& timore postpositis.de accusatio.Boetius lib.1.de consola.Metro.7.in Sapien.Nubibus atris.cap.1.vers. caueant ecclesiastici iudices.de re iudi.lib.6.l.fi. de pœ.iudic.qui malè iudi.ubi Bal.& alij,Rot.& nota ꝙ quilibet Iudex,in anti.cap.quando episcopus.uers.ipsi autem.24.distin.Sed contra,ꝙ iudices,& alij,uni magis quàm alteri fauere possint ad tex.in l.si quis seruum. §.si inter duos. ff.de le.2.l.uenditione.§.si cum omnes.ff.ad Sylla.Respondericpotest, quòd contraria procedunt in dubijs, non in claris,& sic ego aliàs limitabam illam dec. 819.in anti.procedere solum in causis, & negotijs non dubiis: secus in obscuris,quo casu preces magnatum, & potentum, ac amicorum aliquid posse apud iudices uidentur. Verum subdebam expedire magis fauoribus,ac precibus semper claudere aures instar sapientis Vlissis,qui (ut aiunt) sociorum obturauit aures, seipsum uerò malo nauis alligari iussit,

fauor a

vsurpet [a] iussit,& sic cum socijs tutus eua sit. O perfidas, falsas, impias Syrenarum Romanarum voces, quibus qui aures præstant, iamiam se submersos,& perditos sciāt. De Syrenis in delubris uoluptatis habitātibus habemus. Esaiæ cap. 13. in fi.& cap. si Paulus, etiam in fi. 32. q. 5. ac apud Isido. Ethimo. lib. 10. cap. 3. tit. de portentis, uers. Syrenas tres fingunt fuisse ex parte virgines, ex parte aues, habentes alas, & ungulas. Syrenæ huiusmodi,& ij qui illis obtemperant si Socrati in Cratylo Platonis credimus apud Plutonem continuò commorantur, nec curant reuocare gradum, inquit enim ipse Socrates. Hac de causa dicendum Hermogenes, neminem huc illinc velle reuerti, neque etiam Syrenes visas, imò & eas, & cæteros omnes suauissimis Plutonis orationibus demulceri, quasiq; deuinciri & ca. i. syrenarum item illecebris impedimur quominus portum versus enauigemus recte eodem Socrate, prout apud Plutonē in Phædro. Syrenes filiæ dicūtur Acheoi, & Calliopes musæ, quarum primam uoce, secundam cithara, tertiā tibijs aiunt canere: Hæ cantus amœnitate dicuntur sopire nautas, sopitos demū submergere. Submergunt inquam in uastum, & altum puteum inferni animos iudicum, ac iura reddentium preces huiusmodi, ac cantus syrenarum: Nec quis credat syrenas omninò fabulosas fuisse, præter enim citatos syrenas quoque fuisse meretrices, quæ deceperint nauigantes scripsit Palæphatus incredibilium lib. 1. quem etiam refert Dionysius, de illo Palæphato loquor Piræneo, uel ut nonnulli volunt Pario, qui Artaxersis temporibus floruit.

a VSVRPET. Hoc verbum in malam partem hic accipitur, prout etiam Iosue cap. 7. in princ. Et usurpauerunt de anathemate, in l. iniuriarum actio. ante fin. ff. de iniur. l. fi. in prin. C. de interdi. matrim. cap. qui pro necessitate. ibi, Quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio. 1. quæst. 1. 12. iun. gl. in ver. vsurpata. ff. de admin. re. ad ciui. perti. l. vni. ibi, peractam dignitatem vsurpare prohibemus, C. si qua cunque præditus potesta. l. si constiterit. C. finium regun. l. quemadmodum, C. de agri. & cens. lib. 11. cap. conquestus, de for. compet. cap. generali, de electio, li. 6. Glo. pragma. in procem. in vers. usurpationes.& extra, si fratrum, cum glo. in ver. vsurpationis. ne sede vacan. Ioan. 22. Vsurpatio aliquando aliter sumitur, vt significet in frequenti vsu habere. l. 2. ff. de usucap. ibi, Oratores autem vsurpationem frequentem vsum vocant. Gellius lib. 7. cap. 10. & Horat. Quædam si credis consultis, mancipat usus.

nil [b] l. si solemnib. vbi glo. in fin. dicit ibi accipi in bonam partem pro continuè vti. C. de fid. instrum. l. 1. §. ludi quoque literarij magistri licèt non sint professores, tamen vsurpatum est, vt ijs quoque ius dicatur, & glos. in uers. usurpatum exponit. i. per vsum obtentum, ff. de var.& extraor. cogn. Et vsurpare prorsus retinere. l. si in parte, in fi. ff. quemad. seruit. amitt.

b NIL. Pro nihil, per syncopen factum est a nihil. Et hęc figura tollit de medio, vt in ver. damnas, pro damnatus, l. si pluribus, ff. de leg. 2. §. sed & tale legatum, videlicet, damnas esto. Instit. eo. cap. dolentes. iun. glo. in ver. syncopa, de celeb. mis. Luc. de Pen. in l. 1. ante fi. C. de consue. nō spargen. lib. 12. Alcia. in tract. de ver. sign. lib. 4. num. 25.

timor [a]

a TIMOR. Prout Ecclesiast. cap. 7. Noli quærere fieri Iudex, nisi ualeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimescas faciem potentis. & postea, Noli esse pusillanimis in animo tuo,&c. Apud Platonem lib. 16. cui titulus ciuilis, vel de regno, versus fi. ita scriptum reperies. Iudicet propria virtute semper adhibita, per quam neque muneribus, nec minis, nec misericordia, nec odio, nec amore legibus transgressis mutuas accusationes dissoluat. Et apud Cice. lib. 2. de Orat. ubi quòd plura homines iudicant, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma, aut iudicij formula, aut legibus,& est bonus tex. in cap. quatuor,& in cap. quisquis metu. 11. quæstio. 2. Et omnis animi debilitas,& humilis, ac contracta timiditas, seruitus est censenda ex sententia Cicero. in Parad. Imò nec etiam occisores corporis sunt timendi. Matth. cap. 10. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus &c. & cap. fin. versic. cum ne etiam occisores corporis. 32. quæstio. 2. Infelix ille Pilatus longè omniū qui fuerunt, iniquior,& iniustior sciens, quòd per inuidiam Iudæi mortem Domini nostri Iesu Christi sitiebant. Marci 15. Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. audiens verba de quibus Ioan. ca. 19. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, serûili, & vilissimo timore oppressus, clamante turba, crucifige, iustum iniustè, & impiè crucifigi mandauit. Hierem. capit. 12. Dedit contra me vocem suam blasphemans utique, & dicens, crucifige. Matth. cap. 27. rursus Marci c. 15. Lucæ 12.& Ioan. 19. Iustus iudex solum Deum timeat,& nunquam ei occurrent mala. Iudith ca. vlt. Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. Psal. 110. Initium sapientiæ est timor Domini. & Prouer. cap. 1. Ecclesiast. c. 1. Timor Domini gloria,& lætitia,& exultationis: Timor domini delectabit cor,& dabit lætitiam, & gaudium in longitudine dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis,& in die defunctionis suę benedicetur, cap. secundo. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia,& in timore cum ijs, quæ sequuntur, ubi plures effectus huius diuini timoris describuntur, & cap. 33. in princ. Tunc enim Dominus erit protector vitæ suæ,& si consistat aduersus eum castra nō timebit cor eius, iux. Psalm. 26 Dominus illuminatio mea,& spes mea, quem timebo? Et si exurgat aduersum eum prelium in hoc sperabit: quod si vexabitur,& persecutionem patietur propter iustitiam, beatus erit, Matthæi 5. post princ. 1. Pet. ca. 3. & 1. ad Timoth. 2.& 3. ac c. scimus. 40. dis. ca. arrecta. 24. quæst. 1. Et scribitur Prouerb. cap. 12. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit, impij autem implebuntur malo. Qualis autem timor, seu metus laudandus, excusandus, uel damnandus sit, in quolibet, docet Aristo. lib. 3. Aethi. cap. 6. & Archid. in cap. accusator, num, 2. 3. quæst. 3. Videatur

Luc.

Luc.de Pen.in l.quinque, colum.2. C.de Decurio. lib.10.ubi de multiplici timore. Quis autem timor uitiet contractum? respondeo. ꝙ solum cadens in constantem virum, l.interpositas, C.de transa.c.cũ dilectus, quod met.cau. Et nonnunquam de timore mali, idem quod de malo iudicatur. l.Pędius. ff. de incen.rui.& nauf. In vectigalibus non solum adueutus mali, sed ipse timor affert calamitatem. Seneca, Peior est bello metus ipse belli. Vnde responsum est, remissionem publicanis perinde propter metum faciendam, ac si ex ipso bello fieret. l.coram §.qu imaximos, ubi Bartol.& alij, de publi. Timor etiam armorum idem operatur, quod ipsa uis illicita, l.3.ff.de ui,& ui arma. Ex præmissis & infra adducẽdis colligi potest plura esse timoris genera. Timor ex sententia Augustini, est amor fugiens aduersum, si amor sit bonus & timor bonus; primum genus naturale nuncupari potest, quando natura aduersa, & nocua timet, puta uulnera, ægritudines, mortẽ. hinc primi motus partem sensitiuam conturbant, qui sic timet nec meretur, nec demeretur. Alterũ genus est vanum, inordinatum, iniustũ, irrationabile, peccati inductiuum, proximũ opprimẽs, Deum offendens pro acquirendis, uel conseruãdis honoribus huius mundi, diuitijs, cõmodis, & qui timet, ubi timendũ non est. Psalm.22. Hinc Pharao affligit populum Dei, metuens illum nimis crescere, & in se rebellionem facturum, Exodi 5. Hinc Herodes, hinc Anna, hinc Caiphas, hinc Sinagoga insequuntur, & cruci affigunt Iesum Christũ, ne regnum, & commoda perdant, Matthe.2. & Ioan.2. Tertia timoris species humana est, vel carnalis, eligens potius peccare, quàm damnum in uita pati. Hinc Aaron vitulum aureum fabricauit, Exo.32. Petrus (vt pręmisi) Christum negauit, Lucæ 22. Quarta species sit timoris uiolenti, & ferè seruilis bene agendi, & non peccandi, vitandi causa pœnas temporales, ac æternas à iustitia diuina cõminatas, & statutas, iux.illud Ennij, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Hic timor utilis fuit Nabuchodonosor Regi. Daniel.4. ac Niniuitis. Ionæ 3. Et dixit Dauid, Bonum mihi, quia humiliasti me. Psal.118. & Esaias 26. A timore Domine &c. Huc pertinet canon 8. sessio.6. conc. Tridenti. de iustificatione in hæc verba; Si quis dixerit gehennæ metum, per quẽ ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, uel à peccato abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Quintus est timor cum amore. uerum quia est amor imperfectus, à sacris Doctoribus timor initialis nuncupatur, & initium sapientiæ, de quo Dauid Psal.110. Initium sapientiæ timor Domini, & Prouer.cap.1. Hic timor est charitatis inductiuus. Sextus, & vltimus timor est perfectus amor, & simplex, eò solum tendens, vt nos Deum non offendamus, imò illum ex toto corde adoremus, & illi seruiamus, nullam nostri, nostrarum rerum, nostrorum commodorũ, nostræ uitæ curam habentes: hic timor filialis dicitur, hunc timorem sanctum Dauid vocat. Ps.18. Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi. De hoc timore idem Dauid Psal.2. Seruite Domino in timore, &c. Hinc legimus patientem illũ Iob fortiter omnia pertulisse, omnia in uoluntate D[ei] reponens. Iob.1.& 32. ac alibi, Præcla item illa Machabæorũ mater, ac ipsi Machabæi fortissimi, om[ni] uili postposito timore Dominum timentes sp[re]tis flammis, constitutionibus, tormentis, mortibus Deum confitentur, eiusque nomen intrepidè defendunt. 2.Macha.7. Ita egerunt etiam martyres Dei, & alij sancti, veri filij Dei.

a EXTORQVEAT. Extorquere quis dicitur siue per vim, siue per importunitatem, fraudem, u[el] metum assequatur. Leui.6.in princi. vel vi aliquid extorserit, & ad c.1.15.quæst.6.in princ.& post[a] vers.item est hoc.c.cum olim, 2.ubi glos. in ver. e[x]torto.c.ea quæ, in princ.de priuile.clem.2.§.sanc[tis]

extorqueat a ibi Cardin.in 1. not[a] pœn. c.vni. in princ. religio.domi.lib.6. Ias.in l.non solum, post num. ff.solu.matri. Cæsar libro 7. Belli Galli. dum sua Eduos merita exponit. Obsidibus (inquit) sum[ma] cum contumelia extortis. & sic sonat in delict[is] Specu.in tit.de salar.§.1. uers.sed nunquid, & [per] Cassan.consil.27.ex processu.nume.1. Et quòd ex[-]torquere, uiolẽtiam etiam notat, probatur per [tex.] in c.conquerente, & ibidem Io.And. de cleri.[non] resi. Et ꝙ extorquere sit ui aliquid ab inuito con[se]qui, seu auferre, elicitur ex verbis Cic. in L.Pison. Ego tela extremo mense consulatus mei intent[a ...] gulis ciuitatis, de coniuratorum manibus extor[si ...] Liu.lib.5. Belli Puni. Sic etiam accipietur in illo [adag]gio, extorquere clauam manibus Herculis. Si[c] habemus 2.Reg.23. Itaque cum descendisset a[d eum] in uirga, ui extorsit hastam de manu Aegyptij, [et] interfecit eum hasta sua. ad hæc pondero tex. in [l.] Pomponius tractat.ibi, aut canes extorserunt, e[t] tex.in l.pupillus.in fi.ff.quæ in frau.credit.notat: in l.debitor.ff.de verb.sign.& in l.fideicommiss[um] si rem.ff.de lega.3. Cardi.in cle.ult.col.1.de cen[sibus]. Nonnunquam artificiosam persuasionem, seu cu[m] modis indirectis inductionem infert, & tunc extor[-]quere significat ab aliquo nolente confessionem uel aliud elicere, prout apud Quintil. lib.5. sub [his] uerbis; An in eo qui verum inuitus dicturus est, [sum]ma fœlicitas interrogantis est extorquere, quod noluerit, &c. Et postea, Patronus

nulla a pręmij[s]

quoque altius, & vbi nihil suspecti sit repetita [...] cunctatione priora sequentibus applicando s[æ]pe perduxit homines, vt inuitis quod prosit, e[x]torqueat. sic in l.1.C.ne fil.pro pat. in l.1. C.si [...] vel cura.ex fal.excu.in c.vlt.de rescr.in c.statu[tum] in §.proferendo.eo.titu.lib.6.in cap.2. de arbi[tris] Bud.super annot.in Pande.l.si postulauerit. d[e] de facultate interrogandi, quæ datur patronis [lo]quitur. ff.de adulte. Significatum verbi, extorq[ue]re, melius quàm alibi habes apud Diuum Bern[ar]dum in suis meditatio.dum inquit, licentiam lo[]quendi, uel aliquid faciendi sæpe nimia impor[tu]nitate, uel calliditate à prælatis meis extorsi, n[on] attendens miser, quia ille se decipit qui occul[te] vel apertè satagit, vt hoc ei pater spiritualis i[n]gat. quod in se desiderat. In hac significatione e[t] sine vi, sed artificiosè ab aliquo extorquere p[ro] accipi[...]

accipi posse in eleganti tex.in alle.l.pupillus. vers. distinguendum est an is obtulerit mihi, an ego illi extorserim inuito,&c.ff.quæ in frau.credi. Extorquere etiam pro iure auferre, seu recuperare, & sic non in malam partem habemus, in l.heredem, in duob.locis.ff.de calumnia.& in.l. is cui.1. respons.ff.vt in poss. leg. vbi extorquere cautionem ab hærede iuxta terminos illius.l.non sonat in malum, cum a iure id concedatur.& est tex.in l.4.ff. de fals.ubi pro iure auferre

a NVLLA. Vniuersalis negatiua, uniuersaliterq; uniuersali non inesse nunciat, prout dixit Arist.in lib.de interpretatio.sectio.2.in princ.dum de propositionibus ex subiecto tantũ,& prædicato compositis tractare incipit.& habemus tex.in l.si is qui ducenta.§.utrum, vers.id accidit, quia significatio sumitur ex uniuerso,&c.ff.de reb.dub. Abb.in capitulo qualiter.secundo. numero decimooctauo, de accusa.

b PRAEMII. Premia,& munera circa omnia plurimum possunt, prout Genes.capit.32.Placebo illum muneribus quæ præcedunt, & postea uidebo illum,& forsan propitiabitur mihi. & 3. Reg.misit Regi Assyriorum munera, qui & acquieuit uoluntati eius. Psalm. 25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus; Esaiæ33. Quis excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. Ecclesiast. 20. in fin. xenia, & dona excæcant oculos Iudicum. Exodi 23. Nec accipies, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt uerba iustorum. Deute.16.Non accipies munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum.Ps.25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.Prou.ca.17. Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij, c.24.Noli uendere sapiẽtiam, & doctrinam,& intelligentiam. M.Tullius princ. Actionis 2.in Verrem.His iudiciis, quæ nunc sint pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari.Et parum post, Sin istius ingentes diuitiæ iudiciorum religionem, veritatemque perfregerint,&c. Iterum, nihil esse tam sanctum, quòd non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Et Diuus Augustinus ad Macedonium inquit, Non debet iudex vendere iustum iudicium. Sic etiam videmus omnes propter præmiũ in scenam descendentes infames esse.l.2. ff.de his, qui not.infa.Episto.Bruti Cice. Statimq; vt quisq; aliquid rectè fecerit, omnia dare, ac promittere, quasi non liceat traduci ad mala consilia, corruptũ largitionibus animum. Idẽ Cic. in Verrem.actio. 6. Abducuntur nonnunquam iudices ab institutis suis magnitudine pecuniæ. & ad rem nostram est tex.in l.properãdum.§.ita autem utraque. C.de iudi.ibi, uel turpissimi lucri gratia. Cice.Philip.3. At verò huius domi inter ciues illius appendebatur aurum, numerabatur pecunia vna in domo, omnes quorum intererat, totum imperium reipub. nundinabatur. Iniustissimum ait idem Cic. lib. 1. de legi. esse iustitiæ mercedem quærere. Quin.lib.4.Sed præcipua in hoc dicẽtis auctoritas,&c.c.qui rectè, cap.pauper, c.quatuor.11.q.3.c.vendentes.1.q.3. c.hoc etiam.1.q.6.ca.non sanè, vers.sed non ideò debet Iudex.14.q.5.cap.ubi, & ibi Archid.dicens iustitiam cito uiolari auro,& nummis. 24.q.1.latè Nic.Boer.dec.153.num.26.& tota dec. de senten. excom. inter commu.Extra.1.Ad quam aduertant Curiales.per illam enim excommunicantur, qui pactis, aut promissionibus iustitiam, uel gratiam a lege Apostolica obtinent. Plerique autem ex Curialibus in illam Extra.incidunt, teste etiam Abb. in c.de cætero.de re iudi.& in ca.cum essent. nu.3. de simo.Glo.etiam pragma. de Anna.in ver.penã. ad fi.Sed contra tex.nostrum, & ea quæ adduxi, arguo sic: omnis labor optat premium. l.pen. §.illo. C.de neces.ser.c.charitatem.ad fi.12. quæstio.2.& 2.Paralipom.15. Vos autem confortamini, & non dissoluantur manus uestræ, erit enim merces operi vestro. Matthæi 23.Voca operarios, & redde illis mercedem.Lucæ 10. Dignus est operarius mercede sua.1.ad Corinth.9. Quicunque suis stipẽdiis militat? Iudices præsertim idonei, dum iudicandi munus exercent, enixè laborant, & pro sciẽtia adipiscenda toto uitæ tempore laborarunt, ac infinita passi sunt incommoda, de quibus in auth.habita.C.ne fil.pro pa.Premium igitur expectare, & consequi debent.Item sic arguo ex sententia Solonis per Cicero.in quadam Epistola ad Brutum, incipiẽ.Messalam habes, comprobata his verbis. Vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapiẽtissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. Is Rempub.duabus rebus contineri dixit, premio,& pœna. Si premium, uel pœnam tollamus, omnia Reipub.fundamenta radicitus euellemus. Rursus arguo a simili, uel a rationis identitate, ad l.illud, ver.sed magis visum est, ff.ad leg. Aqui.l.si postulauerit,§.ratio.ff.de adult.cum simi. In Senatu Romano quærebatur, an expediret legem constituere contra Oratores,& causidicos, ne pecuniã, uel donum recipere possent, legeq; Cinthia id cautum fecit, uel antiquitus cautum fuisse asserebatur; contraria tamen sententia obtinuit, ut per Tacitum libro 9.Igitur incipiente C. Silio Consule designato.cõsurgunt Patres, legemq, Cinthiam flagitant, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandã pecuniam, donumve accipiat, deinde obstrepentibus ijs, quibus ea contumelia parabatur, Discors Suillo Silio acriter incubuit, veterum Oratorum exempla referens, qui famam in posteros premia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima, alioqui & bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari,&c.& postea, Hæc ita, aut frustra dicta princeps ratus capiendis pecuniis poscit modum vsq; ad dona sextertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. Quintil.libro 12.Institu.Orato.dum docet quæ in suscipiendis causis Oratori obseruanda sint, inquit; Gratis ne ei semper agẽdum sit tractari potest, quòd ex prima statim fronte diiudicare imprudentum est: nam quis ignorat, quin id longè honestissimum sit, ac liberalibus disciplinis,& illo, quem exigimus animo dignissimum, non uendere operam, nec eleuare tanti beneficij auctoritatem, cum pleraque hoc ipso iure possint videri vilia,

lia,quod pretium habent,&c.& postea, ac res fa-
miliaris amplius aliquid ad usus necessarios exi-
get,secundum omnium sapientum leges patietur
sibi gratiam referri. Cum & Socrati collatum sit
ad victum,& Zeno,Cleantes, Crisippus merce-
des a discipulis acceptauerint. Neq.n.video quæ
Iustior acquirendi ratio, quàm ex honestissimo
labore,& ab his,de quib.optime meruerint,quiq.
si nihil inuicem præstent,indigni fuerint defensio
ne,quod quidem non iustum modo, sed necessa-
rium etiam est. Cum hęc ipsa opera, tempusve oẽ
alienis negotijs datum facultatem aliter acquiren
di recidant. Sed tunc quoque tenendus est modus
ac plurimum refert,& a quo accipiat,& quantum
&cæt. Et dicitur Prouerb.capit.13.De fructu oris
tui vnusquisque replebitur bonis.& capitu.18.De
fructu oris viri replebitur venter eius, &c. Instar
igitur Aduocatorum, seu Oratorum,Iudices mo-
dum non excedentes pecunias, & præmia expe-
ctate,& recipere posse videntur. Postremò & olim
&hodie licuit,& licet iudicandi mercedem.i.spor
tulas iudiciales accipere, prout per Bud. qui ad
hoc citat Cice. & Demosthenem, in anno. ad
Pande.in l.1.ff.de mune.& hono. Ego autem cito
Diuum Thomam secunda, secundæ quæstio.71.
articulo quarto.ad primum,ad secundum, & ter-
tium. ubi quòd Aduocatus licitè vendit iustum
patrocinium, iurisperitus verum consilium. Et q
Iudex,testis,& Aduocatus,iustum,& moderatum
stipendium accipere possunt.

Respondere possumus,q text. noster non sim-
pliciter improbat pecuniarum, seu munerum ac-
ceptionem,seu expectationem, sed eorum quæ iu
stitiam subuertere possunt. Insuper distinguere
possumus,prǽsertim pro faciliori dictorum cogni
tione,hoc modo. Aut loquimur de munusculo,q
philantrophiæ nomine venit,& q ex benignita
te,seu aliquali recognitione datur, & quilibet Iu-
dex,& quiuis iustitiæ ministrandæ prǽfectus illud
accipiet, & hoc iure utimur, præsertim si xenia
erunt,quæ non solum Iudicib. sed etiam hospiti-
bus dari consueuerunt, vt apud Victruuium lib.
6. Nam cum fuerint (inquit) Græci delicatiores &
opulentiores à fortuna,hospitibus aduenientibus
instituebant triclinia,& cubicula,& cum penu cel
las: primoq. die ad cœnam inuitabant, postremo
mittebant pullos,oua,olera,poma, reliquasq. res
agrestes ideoque pictores ea quæ mittebantur ho-
spitibus,picturis imitantes,xenia appellauerunt.
De xenijs quæ Iudicib.dari pñt, habemus tex. in
l.solent.§.quantum ad xenia. vbi Bud. omnino
videatur.ff.de offi.procon. Hæc munuscula Iudi-
cis conscientiam verisimiliter,conturbare, seu ma
culare non poterunt. Aut loquimur de Iudicibus
seu Assessoribus, vel alijs iuri reddendo præfectis
quibus nullum salarium,nullum stipendium, nul
la merces,vel tenuis admodum constituta sit, &
hoc casu puto iure diuino, & omni alio licere tali
bus à litigatoribus numera pecunias, seu quid
aliud accipere,moderatè tamen. Pro proximè di-
ctis adduci potest tex.in capit. charitatem ad fin.
12.quæstione 2. Diuus Thomas in 3. sent. q.25.

& cap.cum sit.& ibi glo. Hostien.& Abb.de sim.
vbi q etiam procuratio pro uisitatione, & conse-
cratione exigi potest. Melius autẽ & cautius (me
quidem sententia) quod & Pericles voluit, vt p
Philosoph. Politico. libro secundo,capi. decim
Principes,& alij qui Iudices, ac officiarios consti-
tuunt,vel magistratuum curam habent, facien
aliquod concedens,seu conueniens salarium, ue
stipendium à publico,vel aliunde soluendum i
sis Iudicibus,uel officiarijs constituant. In incer
enim uagantes litigatores,& Iudices plerunque
li plus offerent,uel dabunt, & isti plus deside
bunt,uel acciperent quàm deceat: Et nonnunq
auri sacra fames iudicantium oculos caliginos
& tenebrosos reddet. Quoties autem, dubius
Iudex,an præmium,munera, seu pecunias acci
re debeat,uel renuere, ab illis abstineat, vt viu
Prouerb.capitu. decimoquinto. Qui autem o
munera uiuet,utque cœleste præmium conse
tur,& in perperuum uiuat, iux. illud 4. Esdr
Parati estote ad præmia regni, quia lux perp
lucebit uobis per æternitatem remporis. Fu
umbram sęculi huius. Accipite iucunditatem g
riæ uestræ,&c.psal.14.& munera super innoc
non accepit, qui facit hoc non commouebit
ęternum. Sapien.cap.quinto. Iusti autem in p
tuum uiuent,& apud Dominum est merces
& cogitatio illorum apud altissimum. Is qu
Iudex,qui hæc obseruabit, imitabitur Deum
qui personam non accipit,nec munera,ut di
Deuteron.cap.decimo, & secundo Paralipo
Non est enim apud Dominum Deum no
iniquitas, nec personarum acceptio, nec c
munerum. Et is,cui illicita munera offerun
spondeat Hieroboam Regi dicenti, Veni m
domum,ut prandeas,& dabo tibi munera, p
respondit uir ille Dei. Si dederis mihi dim
partem domus tuę uon ueniam tecum,
dam panem,nec bibam aquam in loco isto
3.Regul.capitu.decimotertio. Alioqui m
expositum esse periculo sciat perdendi bon
pria,honorem,& animam. Vtinam in his,qu
tiam uendere conantur,seu turpia lucra au
tur,comprobentur verba illa Helisei,quæ ha
Reg.quintu. Nunc igitur accepisti argentum
cepisti uestes,vtemas oliueta,& vineas,& ou
boues,& seruos,ancillas,sed & lepra Naam
rebit tibi,& semini tuo vsque in sempiternu
Nec pœnas uitabit legum,puta ob concussio
inductas,quãdo ipse Iudex partem litigant
cutit,& ad sui corruptionem aut suadet,aut
pellere studet,quod concussionis crimen
riè punitur cum restitutione principalis,
seu quadrupli,& exilio pro modo delicti.
sarius,& calumniator plectitur,l.prima
in ver.oblatum.& l.secunda.ff.de concu
ab eo.& ibi Doctor.ff.de calumni.& in
nouo iure.C.de pœn.Iudicis,qui male
sumpta ex §.si quis autem ex litigatorib
then. vt liti.in exor.lit.iur.l.si ab eo.& ibi
ff.de calumni. videri poterit Ioan. Barbe
iuris viatorio. rub.de concus.

C

Concussor quando punietur pœnis, de quibus in c. 1. de re iud. lib. 6. videatur ibi glo. & Doct. Vel punietur propter corruptionem, quæ a concussione parum distat, qnandoquidem concussio Iudicibus inest actiuè, corruptio uerò passiuè. Corruptio. n. a corruptore Iudicis, Officiarij, uel testis procedit, Iudicis, Officiarij, uel testis corrupti pœna, quæ sit in ciuilibus, & quæ in capitalib. videatur. tex. in l. j. in prin. vbi plura per Hyp. de Mars. ad l. Corn. de sica. & præalleg. auth. nouo iure. §. si autem criminalis. C. de pœn. Iud. qui male iudi. latè per Amod. de Castel. de synd. in uer. Baractaria committitur ab officialibus. nu. 163. per Sozi. regu. 37. in uersic. baractaria. & per Anchar. consi. 281. in titulis. numer. 4. Hyppol. de Marsil. in l. 1. nume. 9. ff. de fals. per Thom. Gramma. consil. crimin. 35. incipien. in causa magistri Antonij, ubi plene de pœna huius delicti, corruptionis Iudicis, quam baractariam uocant. De qua etiam, & de officialibus pecunia corruptis, plenissimè tractat modern. Aegid. Boss. Mediolanen. tit. de offic. corrúptis pecunia, iniusteque iudican. Et nunc coram me Beneuenti Gubernatore plures vertútur causæ concussionis, & baractariæ. De sordidis concussoribus habes Luc. 3. Interrogabant autē eum & milites dicentes, quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Idem habemus in cap. parati. in fi. & ibi glo. fi. 23. quæst. prima. & in l. ad fiscum. C. vbi cau. fisca. vide tex. in l. 1. ante fin. ff. de calumniato. Et de concussione videre poteris singu. Pau. Fusci 165. in ver. concussio. Alberi. in Dictio. inquit concussio est cum officialis subditis per metum aliquid extorquet, aut non facit iustitiā, nisi pecunia recepta, uel aliquid vltra debitum salarium extorquet, vel cum aliquis accusat, uel ab accusatione desistit propter pecuniam. Parum ab hoc crimine concussionis distat crimen corruptionis in iudice, in officiario, in testibus. pro utroque crimine uideri poterit Iodoc. in praxi crimi. titu. 129. & 130. de concussione, & postea de corruptione. Concussionem in alio significatu habes apud Esaiam capit. 14. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo, & a concussione tua. & capitulo sequen. Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit Regna, qui posuit orbem desertum, &c. & cap. trigesimotertio. Et concussa est, &c. vbi concussionem pro commotione, seu uiolento motu, ac molestia, & perturbatione, conquassatione, direptione, seu ruina accipi debere puto. Qui iuri dicendo, & iustitiæ ministrandæ præficitur, enixè curet, ut post omnem administrationem cum Samuele dicere possit, Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quem calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt omnes, non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam, &c. 1. Regum capit. 12.

a EXPECTATIO. Pro opinione, seu existimatione sumi consueuit. Cicero. ad Attic. libro secundo. Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bubuli? & in Verrem actio. 7. Expectate (inquit) facinus quam multis improbū, vincam tamen expectationem omnium. Ita exponi posse puto idem verbum, quo vsus fuit Cęsar libro primo Belli Ciui. Magnam esse in spe, atque in expectatione. & libro tertio. Qui cum magna expectatione venisset, temere progressus turpem habuit exitum. Hic aliter accipimus pro spe, vel coniectura, seu animi conceptione. Ab hac interpretatione non multum distare videntur verba Cæsaris lib. septimo Belli Galli. Errare si qui in bello omnes secundos rerum euentus expectét. Expectatio a verbo expecto, deducitur, quod desiderium cum uoluptate supponit, iux. Psalm. 39. Expectans expectaui. & illud Luc. capit. septimo. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Sic & apud Cæsarem ad finem lib. septimo Belli Galli. Romani si rem obtinuerint, finem laborum omnium expectent. Virgil. 2. Aeneid. Expectare venis. Cice. ad Attic. libro tertio. Expectationem nobis non paruam attuleras, cum scripseras, Varronem tibi pro amicitia confirmasse, causam nostram Pompeum certè suscepturum, & simul a Cæsare ei literæ quas expectaret, remissæ essent. l. penultim. ad fin. versicu. tolerabilius denique, & interdum iudicem, qui semel cognouerit tantisper expectare, &c. ff. de vaca. mune. Plerique miseri, & perditissimi Iudices dum sententias proferre uolunt, oculos potius manibus litigantium, ac crumenis, quàm regestis, processibus, ac legibus figunt, qui falsò in exordijs sententiarum uerba illa apponunt, uidelicet solum Deum præoculis habentes, de quibus in cap. qualiter, & quando. 1. §. si verò. de accus. in

Iustitiā subuertat.[a]

cap. uni. in princi. vt eccle. bene. & in cap. irrefragabili, versic Alioqui ex tunc. de offi. ordin.

a SVBVERTAT. Euertat, confundat, destruat, corrumpat. sic Exod. cap. 23. Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Iob cap. 34. Nec omnipotens subuertet iudicium. Prouerbio. capit. 17. Munera de sinu impius accipit, ut peruertat semitas iudicij. cap. quatuor modis humanum iudicium peruertitur. 11. quæstio. 3. in Authen. vt iudi. sine quo. suffra. ubi ne iudicia subuertantur, officia iurisdictionem habentia uēdi prohibentur. Et scribitur Matthæi cap. 21. Et mensas nummulariorum euertés. cap. & hæc. 16. quæst. 7. vers. Hoc ergo facto. Et dixit Philosophus ad fi. 12. cap. Ethico. lib. 6. quòd prauitas peruertit, facitque vt circa principia rerū agendarum homo fallatur, ad quod est etiam tex. in cap. 1. §. caueant. de re iudi. lib. 6. Pro quo verbo subuertat iux. præmissum significatum habemus etiam text. in l. & ideo, 2. ff. de legi. in l. ambiguitates. in fi. C. de testa. & in c. 2. §. uolentes, de suppl. negli. præla. Actuum 13. post prin. Non desinis subuertere, &c.

Sanè[b]

a SANE. Planè, vel certè, ita Cicero ad Lentulum, lib. 1. Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. l. vni. versic. Et sanè crebrior apud veteres opinio est, ff. de offi. quæsto. l. vni. §. sanè. ff. de offi. consu. l. congruit. §. fi. ff. de offi. præfi. l. operæ. cum glo. fi. ff. de ope. liber. Archid. in c. administratores. post princ. 23. quæst. 5. Verba tex. ita iungéda, & construenda sunt, sanè officio Auditoratus Cameræ per obitum T. vacante, &c. & est narratio facti, seu prima ratio motus animi ipsius Papæ, quare nunc istud officium erexerit, illius nomen immutando, illique Cardinalis personam præficiendo, hoc aduerbio, sanè, Summi Pontifices, & Iurisconsulti in principio alicuius facti, quod narrant, & in principio sententiæ vsi sunt. vt ex infra citandis locis apparebit, & apud Cicero. 2. de Natu. Deo. Sanè restat vt qualis eorum natura sit, consideremus. Item in principio constitutionum, seu illarum præfationibus, prout in l. sanè. ff. de iniu. in c. sanè. de arb. in c. sanè. 1. & 2. de cler. cõiu. & alibi sæpe. Aliqñ, sanè, pro, sed accipimus. l. hrditas, cum gl. in ver. sanè. ff. de acq. rer. domi. l. adeo. §. aliud sanè est. ff. eo. vbi pro autem, seu pro certè, sumi potest, iuxta interpretationem quæ textui nostro conuenit. pro sed, seu verum, accipitur etiam in præale. l. vni. versic. sanè non omnes quæstores, ff. de offi. quæsto. & in l. præcipimus. §. sanè. C. de appell.

a OFFICIO. Grammaticorum pars officium à verbo, officio, dictum affirmant per antiphrasim, seu per contrarium, quod nemini officiat, seu nemini noceat. melius (mea quidem sententia) sentiunt, qui à verbo efficio deriuatum esse putarunt, quasi efficium, Isido. Etimolo. lib. 5. cap. 21. sub tit. de offic. cir. princ. vnde officium etiam ex mente M. Tullij 2. de officiis, nil aliud esse dicemus, quàm virtutis (quæ habitus animi est) vsum quendam, ac exercitationem, vel effectionem quãdam virtutis fore describemus. Et Diuus Ambrosius in suis libris de officiis, offficium (inquit) litera immutata, quasi efficium dicitur propter decorem sermonis. Multis modis sumitur officium, vt per Bal. super rub. C. de oper. liber. glo. in l. legatis, §. si ex officio. ff. de leg. 3. per D. meum super rub. ff. de offi. eius. num. 6. vers. officium est generale nomen ad omne ministerium. Hinc videmus officium, & operam diurnam, pro eodem poni. l. 1. & l. cum patronus. ff. de ope. liber. dicimus item officium ab artificio differre, vt nota in l. legatis. ff. de lega. 3. Hic largè sumitur, vt sit cum iurisdictione coniunctum, & appellabitur dignitas. Ancha. in c. 1. num. 7. de consue. lib. 6. & latissime per Io. Fran. Pauinũ, de offi. & pote. c. se. vacan. in 2.

officio a

prælu. post num. 1. & post nu. 7. Et quòd officium sit generale nomen, tracto infra, §. nos qui, in ver. officia. De officiis sæcularibus, spiritualibus, ac mixtis vide Sarnen. in 22. quęst. Reg. de infir.

a GENERALIS. Ad differentiam fortè Auditoratus Locumtenentiũ, ciuilis videlicet & criminalis, qui licet Locumtenens nuncupentur, non per hoc cessat quin vterque Auditor dici possit: at non generalis, cum ipsi duo sint, in ciuilibus alter, alter in criminalibus, neuter aũt potestatẽ general habeat. i. quæ sub genere ueniat, prout dicimus in generali Vicario, seu officiali. ad c. fin. de offi. vica. lib. 6. & in generali procuratore, c. qui ad agendu & ca. seq. de procu. eo. lib. Vel generalis dicatur im ꝓpriè, quia sub se indiuidua habeat, videlicet hos duos Auditores, uel Locumtenẽtes, ciuilem, & criminalem, prout genus impropriè accipimus pro specie sub se indiuidua continente, ad l. legato generaliter, ubi etiam de genere generalissimo, & genere subalterno. & per Bar. & alios ibi. ff. de leg. l. non videtur in Iudicẽ. ubi ẽt glo. ff. de iudi. l. fi. glo. in ver. genus. ff. de condi. sub cau. da. glo. in l. §. huius studij. ff. de ius. & iur. Generalis etiam Auditoratus exponi posset. i. perpetuus, ad tex. in c. generali. de elect. lib. 6. & ad alia, quæ adduco supra in uer. ad perpetuam, ubi perpetuum pro generali, & generale pro perpetuo in iure accipi prob. Iuxta hanc declarationem, perpetuum hunc Auditoratum pluribus modis, seu diuersis ex causis nuncupare possumus. Et primò, quia huius Auditoratus, & recti, & digni Cameræ Apostolicæ Auditores ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates, iux. illud Danie. 12. Secundo si in hoc Auditoratu erit semper iustitia, Auditoratus perpetuus erit, prout Sapien. 1. ad fi. Iustitia enim perpetua est & immortalis. tio, si sapientia erit penes quemcnnque Audi huiusmodi pro tempore Auditoratus perpe

Generalis a

erit, iux. verba Sapie. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, ò Reges populi, diligite sapientiam vt in perpetuum regnetis. Quarto, perpetuus institutione dici poterit, idest institutus Auditoratus huiusmodi, ut perpetuò duret, prout in multis officiis euenire solet, quæ ut perpetua sint instituuntur, quorum aliqua perpetuò postea non durarunt, vt etiam videre est in officio Consulis, in officio præfecti prætoris, & in pluribus aliis, de quibus l. prima. ff. de orig. iur. & in diuersis titulis tum ff. tum C. etiam trium librorum vltimorũ, videlicet lib. 10. cum duobus alijs. Quintò, dicamus perpetuò hunc Auditoratum Cameræ durare cum eadem facultate, potestate, auctoritate, iurisdictione, licet aliud videamus in aliquibus magistratibus seu officijs, quæ sub eodem nomine quo antiquitus fuerunt etiam nunc durant, at in potestate, dignitate, & alijs ita ab antiquis differunt, vt hæc moderna officia antiquorum effigiem quandam & penè nudum nomen retineant. Missa faciamus antiquissima officia, quid de Auditoratu, & Auditore contradictarum dices? qui ordinarius iudex Romanæ Curiæ sicut Camerarius, & Vicecancellarius erat, prout per glos. in clemen. Auditor. de rescript. per Archidiaco. in capitulo experientiæ post medium, vndecima quæstio. prima. Quis dicet hodie Auditorẽ contradictarum eundem circa potestatem, iurisdictionem, & amplitudinem qui olim erat? Auditor autem Cameræ semper idem, in diesque maior, dignior, & potentior pro quibus videre poteris, quæ scripsi in 2. q.

Reg.

Reg.Cancel.num.8.& seq. His, qui se prognosticare asserunt auctoritatem, potestatem, facultatẽ, ac iurisdictionem huius Auditoratus reformádas, coarctandas, & reprimendas fore, easdem in immensum cresci turas annuo, ac pleraque, quæ alijs tribunalibus directè forsan, & indirectè denegabuntur, huic amplissimo tribunali augmẽto erunt. Et quia hæc a futuro pendent, ideo incerta, dubia, & obscura habenda sunt, mihi desuper obscurè, lo qui facilè quiuis concedet, licebitq; mihi quędam vaticinari. Auditor Cameræ pro derelicto habitorum verus efficietur dominus, & possessor, iux. tex. in l. si quis ui. §. differen. iun. glo. & ijs, quæ uolunt ibi Doct. ff. de acq. posses. l. 1. & toto tit. ff. pro dereli. Aues, quæ ab alienis oculis effugerint, is iure optimo capiet. l. 2. cum aliquibus sequen. & l. Pomponius. ff. de acquir. rerum domi. Apium antequàm ab aliquo includantur, & quæ in eius arbore consederint, verum dominium adipiscetur. l. naturalem. §. apium. ff. eo. Pauos, seu Pauones, ac meleagrides (quas gallinas Indas nuncupantur) ad priorem possessorem non reuolantes, iure capiet, dicta l. naturalem, §. pauonum. Item quæ ex hostibus, seu in bello capiet, sua ęrunt, prout Iosue capit. 11. Omnemq; prædam istarum vrbium, ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel cunctis hominibus interfectis, & 1. Reg. ca. 17. l. ex hoc iure. & ibi Doct. ff. de ius. & iur. & toto tit. ff. de capt. & postli. reuer. Per alluuionem item plura sibi accrescunt, iux. tex. in l. a deo. in princ. ff. de acqu. re. dom. & in l. in agris, a contrario sensu. ff. eod. De ijs hactenus. Generalem etiam Auditoratum hic nuncupatum asserere possumus ad differẽtiam Auditoratus Rotæ, vel contradictarum, de quibus in clem. Auditor, & ibi latè per gl. & Doct. de rescr. Vel etiam generalis Auditoratus dicitur, ex quo generalem causarum cognitionem, & ciuilium, & criminalium, & sacrarum, & prophanarum, & in quauis instantia, & tam in vrbe, quàm extra eam, & tam via ordinaria, quàm executiua, ac delegata, ac alia quauis sibi vendicauit. Et Auditori Cameræ terminus iste generalis magis conuenit, quàm vicario, uel officiali, de quo in c. fi. & ibi per omnes, de offi. vic. lib. 6.

a AVDITORATVS. Hoc nomẽ generale est, vt apud Iuuenalem, Semper ego Auditor tantũ?

Auditoratus [a]

& iuxta canonum terminos, officium designat cuiusque causas audire parati, seu ad causas audiendas præpositi: qui nisi aliud caueatur notionem potius, qnàm iurisdictionem habere censebitur. capit. super quæstionum, iun. glos. in ver. Auditor. de officio deleg. Boni. de Vitali. in clem. Auditor. numero primo. de rescrip. Auditoratus elegantius Auditorium nuncupari posset, quod etiã pro foro, seu tribunali accipitur. l. contra, versi. qui ad maius Auditorium vocatus est. ff. de re iudi. l. lecta in auditorio. ff. si certum peta. ibi tamen pro schola etiam sumi potest, pro qua Quintil. lib. 10. capitulo primo. Sed alia, inquit, ratio est litium, & disputationum fori, & Auditorij pręceptorum, & periculorum. Sic & Auditor pro scholari accipitur in l. secunda. §. post hos. Q. Mutius in pluribus locis, ff. de orig. iur. in l. cum scriptum, versic. item & Seruij Auditores. ff. de dote præleg.

a CVRIAE. Nomen curiæ æquiuocum est, plura significans, vt declaro in prima quæstio. 5. Reg. Cancel. Vide Gemin. in cap. primo. §. porrò. post nume. quarto. de regu. libro sexto. Hic sumitur pro tribunali, seu loco, ubi ius redditur, uel loco exercendarum litium, qui & forus dici potest. c. forus. de verborum signif. Cice. in Catone maiore. Non curia vires meas desiderat, &c. pro quo etiam, seu pro loco habendi Senatus, accepit idem Cice. de Orato. lib. 1. dum inquit, Age verò ne semper forum, subsellia, rostra, curiamq; meditare. Idem in Vatinium. Quæro Vatinium tandem putes huic ciuitati, huic vrbi, his templis, Aerario, Curiæ, viris his, quos vides, &c. Et de Curia ecclesiastica pro tribunali ecclesiastico sumpta habemus, in ca. si Iudex. de senten. excomm. lib. 6. Accipitur etiam Curia pro ipsis iura reddentibus, ad tex. in ca. Romana. 1. respon. in fi. ibi, ad Remensem est Curiã appellandum. de appel. lib. 6. Curia etiam hic accipi potest pro Curia Romana, ideq; ꝙ sedes Apostolica significet. cap. 2. & ca. præsenti. vbi vocatio in Curia, & apud sedem, pro eodem ponũtur, prout etiam in c. statutum. iun. glo. in ver. in Curia. de præben. li. 2. Lap. alle. 96. beneficia vacantia in prin. Prout etiam dicimus causam ad Ro. Curiam deuolutã, seu

Curiæ [a] causarum [b]

ad eam appellatum esse. cap. ad sedem Apostolicam. Rot. 38. fuit dubitatum, nu. 3. & 321. si appellatus, in no.

b CAVSARVM. Id est controuersiarum, seu litium, uel conflictus iudiciarij. Sic Num. cap. 27. Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium Domini. & ca. 35. Donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur, Deut. 25. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint Iudices. Cic. 1. de Orat. Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilib. causam. contentionemq; maiorẽ, quàm de ordine &c. & 2. de Ora. atq; in ciuium causis, disceptationibusq; vexantur. l. causas. C. de transac. l. seruus. ff. de sta. hom. l. nequicqnam. §. 1. ff. de off. procon. l. 1. §. sexum. ff. de postulan. & ca. forus. de verb. sign. De absoluta, & perfecta causa, Cice. in partitio. Conficiens autem causa alia est absoluta, & perfecta per se, aliqua aliquid adiuuans, & efficiendi socia quædam. Absoluta causa. i. nihil difficultatis habens. l. Carbonianum. §. causæ cognitio, iun. gl. in ver. absoluta. ff. de carb. edi. & l. 1. §. inter litigatores, vers. si conuenit absolutum est, &c. ff. vti possi. causa pro contractu. l. qd in hæredem. §. elige re. iun. gl. in ver. ex alia causa. ff. de tribut. actio. & Pet. de Bellaper. in §. superest. Insti. de actio. nu. 33. vbi ẽt ponit alias significationes, ostendens cãm in iure multipliciter accipi. Causam dicere ex uinculis significat interim, dum quæstio criminis peragitur in carcere, quem vinctum esse debere. l. 2. uersi. quod si defendatur in vincula publica conijci, seu duci, ut Bud. ibi vult. iubetur, & ex vinculis causam dicat, vbi eundem Bud. vide ff. de cust. re. l. lex Cornelia. §. 1. ibi, Ita vt ex vinculis causam di-

cat.ff.de Senatuſcon.Silla. Cauſa etiam pro ſtatu, ſeu cõditione accipitur.Ci.in Verr. Actio.7. Quia pertimuerat adoleſcens, ꝙ eandem ſuam cauſam videbat eſſe,quam illorũ qui innocentes peribant. & 3.Offic. Itaque tum cum vigilando necabatur, erat ĩ meliori cauſa, quàm ſi domi ſenex captiuus, periurus conſularis permanſiſſet. l. in executione. ff.de verborum oblig. In obligationis executione ſciendum eſt quatuor cauſas eſſe .i. quadrifariam eſſe,dici, uel contingere verborum obligationem. l.Græcè.§.illud commune eſt in vniuerſis,qui pro alijs obligantur, ꝙ ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti,placuit eos non obligari, in leuiorem planè cauſam accipere poſſunt. ff. de fideiuſ.& l.mulier. verſ.mulier in opus ſalinarum ob maleficiũ data,& deinde a latrunculis exteræ gentis capta,& iure commercij vendita, ac redempta, in cauſam ſuam recidit.i.ſtatum,& cõditionem, in qua prius erat.ff.de capt.& poſtli.reuer.l.in bello.§.ſi deportatum ab inſula hoſtes ceperũt, redemptus is quibus cauſis redit,in eam cauſam veniet, in quam futurus eſſet,ſi captiuus non fuiſſet.ff.eod. Cauſa itẽ pro acceſſione ponitur,ut in l. ſed & partus ancillarum,& fętus pecorum,& fructus reſtitui,& oẽm cauſam oportet.ff.quod met.cau.l.1.§.hanc actionem.ibi,& omnem cauſam , & partum dicendum eſt,ne nuda res ueniat.ff.depo. Cauſa, & ratio pro eodem nõnunquam ponuntur.l.1.ver.& ratio quidem prohibendi eſt.ff.de poſtul.Ita accepit Cic.1. de Offic.dum dixit, Nec agere quicquam debes, cuius non poſſis cauſam probabilem reddere.Felices nos ſi hoc præclarum , & nunquam obliuioni mandandum dogma cuſtodiremus. Qualiter accipienda ſint verba illa Lucæ cap.27. Nihil inuenio cauſæ in hoc homine.Rurſus illa, Nullam cauſam mortis inuenio in eo.& Io.cap.19. Ego nullam inuenio in eo cauſam.& poſt, Ecce adduco eum uobis ut cognoſcatis,quia in eo nullam cauſam inuenio. Iterum,Ego non inuenio in eo cauſam. Reſpondeo,ꝙ idem eſt,ac ſi dixiſſet,non ſubeſt ratio, ſeu non conſtat de aliquo delicto, propter quod mori debeat. Cauſas quatuor eſſe,modoſq; cauſarum duodecim docet Ariſt.2. Phiſ.cap.1. & ſeq. & Metaphi.5.cap.2.Qui modi cauſarum ita diſtinguuntur,ut cauſæ ſint,uel ſingulares, vt in generatione hic homo, vel vniuerſales vt Sol. Item cur per ſe vt ſtatuarius ſtatuæ,uel ſecundum accidens, vt medius ſtatuæ.Rurſus aut ut connexæ, ut Policletes ſtatuarius,aut ſimplices,ut ſtatuarium.Omnes autem hi modi diuiduntur, prout ſunt actu, vt ſtatuarius quando conficit ſtatuam, uel potentia,ut ſtatuarius qui eſt in potentia faciendi ſtatuã, & non facit.cauſa cadere dicitur, qui malè agendo cauſam amittit.§.ſi quis agens.Inſti.de actio. Cauſa pro uoluntate accipitur in l. verum,quę eſt 40. cum glo.ff.de furt. Quot alijs modis cauſa ſumatur, & de cauſis omnium humanarum actionum, vide Albe.in Dictio.in ver.cauſa.& Luc.de Pen.in l.1.C.de his qui non ciu. ſtipen. lib.10. Cauſam multis modis dici, Auerr. 5. Metaph.tex. comm.2. cauſa alia per ſe,alia per accidens. Ariſto.2.Phiſic. text. com. 35. Cauſa item alia in potentia,alia in actu. Idem Ariſto.& com.2. Phyſic. tex.com. cauſa alia ſimplex, alia compoſita. Iidem ubi ſupra, tex.com.36. Cauſæ quædam ſunt ſimplic & quædam compoſitorum. Auerr.1.Cœli,com. Cum tex.generaliter , ſeu indiſtinctè dicat cauſarum,intelligam tam de ciuilibus, quàm criminalibus. An autem de quibuſuis prophanis, & ſpiritualibus? videtur quòd ſic,per tex.in cle.1. iun. in ver.quauis.ubi,quòd ſub nomine cauſæ,ue. etiam ſpirituales,uel quaſi, criminales,ciuiles, mixtæ.de re iud.Sed aduertendum eſt, ꝙ illud euenit propter dictionẽ,quauis, uniuerſalẽ, quæ in tex. noſtro non adeſt.

Cameræ Apo-ſtolicæ

Hæc, & alia diſcutiemus, ubi tractabimus, an auditor Cameræ cognitionem haberet cauſarum omnium prophanarum, & inter quoſcunque, & beneficialium, & ſpiritalium, ſeu ſpiritualium. multiplici etiam ſpecie cauſarum, vide Lap. 70.ſæpè vidi,numero tertio.quem ſequitur in c.in cauſis.poſt prin.de teſti.

a CAMERÆ. Nomen etiã Cameræ,ęquiuoc eſt. Ad Cameram (iuxta terminos noſtros ſum) ſpectat theſaurum, ſeu redditus publicos co... re,exigere,cuſtodire, diſtribuere, quæ ſuos ac officiarios conſtituere conſueuit, prout de C... ra Paduæ loquens,declarat Aluarot.de feu. §.ſciendum.col.1.De Camera Ducis Medio... quitur Rui.conſ.84.quoniam abundè.nu.3. te nu.4.lib.1.De Camera Ducis Ferrariæ lo... Alex.conſ.84. in cauſa,quæ vertitur inter ... pro Camera.li.3.De Camera, ſeu ærario Neapolitano loquitur Affli. in conſti. ſi quis in poſte... nu.32.lib.1.rub.17.de defen.impon. Camera populi Romani an dicatur fiſcus, uel Camera Principis,& ꝙ Camera Imperij ſit in ipſo Principe,... tur Bald.ſuper rub. C.de iu.fiſ.lib.10.nume... ſeq.& ibid.per Ang. De Camera etiam aliqua... Albe.in Dictio.ſub hoc ver.ſciendum eſt,ꝙ p... dicebatur crumena Principis,Reipu.oppidi,... tijs,ac cenſu creſcentibus trãſiuit in ſaccum,... adhuc magis creſcentib.tranſiuit in domum,... ęrarium,uel Camera nuncupatur,Saly.ſuper... C.de priuil.fiſci.ac Alcia.in l.inter publica.ve... ſcus.ff.de ver.ſig.cameram fiſcalem, & came... ſiue patrimonium principis non eſſe idẽ dixit in l.1.col.2.C.de hære.vel actio.vend.Io.de ... ſuper rub.C.de iu.fiſci.col.1.& 2.& Albe.ſuper rubri.ff.eo.in prin.

b APOSTOLICÆ. Ad dñiam aliarũ camera... De camera Apoſt.loquitur tex.in c.ad audient... de præſcri.in cle.3.ubi ẽt Io.And.in gl.in ver.ec... ſiæ.de hæret.Aug.Bero.conſ.114. tria ſunt.nu... lib.1.vbi ꝙ camera Papæ locũ fiſci tenet.Pau.C... cõſ.116.circa q̃,col.1.ĩ nouis.Et ad hanc Cam... eiuſq; camerariũ & clericos,ac theſaurarium ... ctat cura reddituũ tpalium ſedis Apoſt.cle.1.... eo tñ prouiſo.de elec.& ibi Card.q.7.& late... meus cõſ.404.viſo eleganti.col.1.Dñiam Cam... Apoſtolicę,ac Camerę Camerarij, habes in ... cap.ad audientiam.verſi.licet non in noſtra,... Card.S.

Card. S. Adriani Camera sit inuentus, qui eũ quando Camerarius fuerat de Camera Beati Petri suscepit, de præscrip.

a NVLLVM. Scilicet officium, & est vniuersalis negatiua. Et dixit Aristo. lib. 2. de interpretatione. Quare omnis, vel nullus, nihil aliud consignificat quàm quid vniuersaliter de nomine, vel affirmationem, uel negationem. Quodlibet igitur officium excludet, argumen. tex. in l. nulla iuris ratio. ff. de legi. in l. si tibi. ff. de adoptio. in l. penul. ibi, nullo modo cõcessum est. ff. de offic. asses. clem. 2. §. fin. iun. gl. in uer. modo. de æta. & qualit. & ad ea, quæ adduxi supra in ver. nulla. Et ꝙ hæc uniuersalis negatiua uniuersaliter, & sine aliqua exceptione operetur, voluerunt glo. in cap. nemo potest. 1. in ver. obligari. circa princi. de reg. iur. lib. 6. Bar. in l. nullum. C. ex qui. cau. infa. irr. Roma. cons. 199. præsens statuti particula. colum. 1. And. Tiraq. in repet. l. si unquam. in vers. reuertatur. num. 93. & seq. fallen. 22. & num. 229. ac 243. C. de reuo. dona.

quo nullum[a] in Rom. Curia antiquius[a]

b IN Rom. Curia.) Idest Romæ, vel apud sedem Apostolicam, ad ea quæ supra hoc §. adduxi in gl. in ver. Curiæ, uel in Ro. Curia. i. apud summum Pontificem, cum ibi dicatur Rom. Curia, ibi Roma, & limina Sancti Petri, ubi est Papa. Innocen. in cap. ego enim, versus fin. de iureiur. & ibi Abb. nume. 6. & Fely. num. 9. Idem Abb. in cap. dura. 2. nota. de crimi. fal. Bal. super rub. ff. de re. diuis. nu. 24. Lud. Rom. singu. 145. incipien. Adde, ꝙ ubi est Papa. Glos. pragma. in cap. licet. §. & nihilominus, de elect. in vers. curia. & rubr. de collatio. §. cui rei. in ver. Curiam. An autem inter se differant dicere beneficium uacare in Ro. Curia, uel in vrbe, præsertim ad effectum reseruationis, de qua in cap. 2. de præb. lib. 6. Vide per Sarnen. in 31. quæst. Reg. de trien. nu. 14. ver. sed antequam.

c ANTIQVIVS. Illud dicitur antiquius, quod prioribus seculis, seu priori tempore fuit, ad l. uni. in prin. ff. de off. quæst. Et quæ antiquiora sunt, meliora, digniora, nobiliora, honorabiliora existimantur. Cic. in Lelio, Hoc quidem proprium amicitię, sed antiquior, & magis a natura perfecta. Et apud Virg. Terra antiqua potens armis. Instit. qui. mod. tute. fini. in prin. & ibi Ang. num. 3. Et dicit tex. in §l. 2. §. quæ omnia. C. de vete. iu. enuc. Tanta autem a nobis antiquitati habita est reuerentia, ut nomina prudentum taciturnitati tradere nullo modo patiamur. cap. conquestus. versicu. cum hoc nec antiquitas (cui sancti Patres sanxerunt reuerentiã) habeat. 9. quæstio. 3. cap. anteriorum. §. illud. ver. cum enim veneranda vetustatis auctoritas. secunda quęstio. sexta. l. testamenta. uersi. Mos namque retinendus est fidelissimæ uetustatis. C. de testamen. capit. quanto. post princip. de transla. episco. Sic & personas antiquiores, ac seniores, iunioribus præferendas esse ostendi in 18. quæstio. 16. Reg. Cancel. Ibi dictis addo verba illa 3. Regum. cap. 12. Qui dereliquit consilium senum, quod dederant ei, & habuit adolescẽtes, qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi. 2. Paralipom. ca. 10. At ille reliquit consilium senum, & cũ iuuenibus tractare cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. & Diuus Hieronymus ad Rusticum monacũ scribens inquit, Roboam filius Salomonis, ideo perdidit regnum, quia audire noluit presbyteros suos .i. senes, & sapientes. prout etiam in capit. Ecclesia habet Senatum. 16. quæstio. 1. Specu. de aduoca. §. nunc tractemus. nume. 7. vers. Roboam enim. Ad hæc aduertant iuuenes, qui regnis, qui dominiis, qui reipub. qui iustitiæ ministrandæ præpositi sũt. Nec temère sapientissimus Homerus in Priami comitatu Vcalegonem, & Antenorem senes apponit. Huc spectat sententia illa M. Tullij. Non viribus, nec uelocitatibus res magnæ geruntur, sed consilio antiquiorum, & scientia, quibus non orbari, sed augeri solet senectus. Scribitur Iob cap. 12. In antiquis est sapientia. Et Ecclesiast. cap. 39. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens. Leuit. cap. 19. coram cano capite consurge, & honora personam senis. Item Ecclesiast. capitu. 25. Quàm speciosa veteranis sapientia intellectus, & consilium, corona senum multa sapientia, & gloria illorum timor Dei. & Aristo. Ethico. lib. 9. ca. 2. Omni quoque seniori honor est tribuendus, qui ad ętatem accommodatur assurgendo, locumve cedendo. Quòd autem Auditoratus Cameræ officium sit antiquum, probatur: erat enim tempore antiquorum Docto. videlicet, tempore Hostien. vt per eundem in Sum. de offic. ordin. post princ. tempore Archid. vt per eum in capit. experientiæ. post medium. vndecima quæstio. prima. per glo. & omnes in clemẽ. Auditor. de rescrip. An autem sit antiquius officio Auditoratus contradictarum, si Papa aliud hic non sensisset, fortè contrarium eius, quod hic supponitur, assererem. Vel posset dici nullum hoc antiquius excepto officio Auditoratus contradictarum iux. illud Cicero. in Tuscula. Platonem semper excipio. Qui tamen supponere uellet contradictarum Auditoratum antiquiorem esse, ac Summum Pontificem hic propriè, & uerè loquutum esse, exponere poterit antiquius, non uetustius, sed venerabilius, ac potius, & præstantius; & quòd hoc officium semper magis cordi fuerit cuicunq; Summo Pontifici, quàm quodcunque aliud. Sic accepit Cice. ad Atticum libro decimo. Itaque quicunque, vt Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Quintil. libro quarto. Vt armorum ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est. Tranquil. in Vespasiano, Per totum Imperij tempus nihil antiquius habuit, quàm nutantem rempub. stabilire. Pro hac ultima interpretatione est pulcherrimus tex. in l. postliminium. §. filius. ff. de capti. & postlim. reuer. iuxt. tamen declarationem Bud. de qua in ipsius annotatio. in Pandect. verba text. sunt hæc. Et quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum.

Aut[a]

a AVT. iux. interpretationem vlt. gl. præced. pro

&,sumi posset,ad l.sæpe.ff.de verbo.signifi. l.cum quidam.ver. Melius itaque nobis visum est omni huiusmodi verbositate explosa coniunctionē aut,pro &,accipi.C.eod.l.hoc amplius.in princ.& l.si finita.§.elegantet,iux.primum intellectum glo. in ver.aut.ff.de dam.infe.l.si Titio,aut Seio.cum gl.1.ff.de leg.2.gl.in l.& ideo,ff.de legi. l.vxori. iun.glo.in ver.aut, in fi.ff.de vsu, & vsufru.leg. l.Quintus,vers.planè si ita.iun.gl. in ver.quæ vxoris,ff.de au.& arg.leg.& glo.seq. l.si quis ita,quæ est 129.cum glo.fi.ff.de verbo.oblig. l.a te,quæ est 32.cũ glo.fi.ff.de nouatio.Vel aut,pro,idest.Abb. anti.in c.pastoralis,colum.3.de cau.pos. & propr. Paris.cons.vlr num.18.lib.3.Quando autem ponatur pro &,& quando disiunctiuè , vide infra §. & proprium.in ver.aut.

nobilius [a] iurisdictione [b] existit [c]

a NOBILIVS. Id est dignius, præstantius, ac preclarius,& magis illustre.Nobilius etiam dici potest,quia antiquius,pro qua expositione adduco illud Esa.ca.23. Nunquid non hæc vestra est, quæ gloriabatur a diebus pristinis de antiquitate sua?& voluit Bald. in prælud. feud.colu.20.in 10.diuis. ubi etiam quod nobilitas in ictu oculi non nascitur .

b IVRISDICTIONE. Id est imperio, seu facultate,atq; potestate iurisdicendi, seu ius reddendi,vel iustitiam ministrandi.l.1.& 2.& l.fi.ff.de offic.proconsl.l.pen.ff.de offi.præsi.iunc.glo.in ver. imperiũ.Iurisdictionem describunt esse ptãtem de publico introductam , & a iure publico concessã, ut per Azo.in sum.de iuris.om.iud.sequitur Host. in sum.de fo.compe.in fi.gl.in l.1. & in l. imperiũ, ff.de iuris.om.iudi.Et sic limitantur, seu restringuntur ea,quæ præmissa sunt. Quòd officium Auditoratus Cameræ sit, & fuerit antiquius , & nobilius quocunque alio officio, verum est enim quo ad iurisdictionē,non autem indistinctè quo ad omnia.

c EXISTIT. Est,seu extat.ita apud Ci.2. de Diuin.Vt et si præter cõsuetudinem extiterit, præter naturam tamen non possit existere. & apud eundē Pulchro li.3. Nec tam gloriosum exitum tui iudicij extitisse.l.spadonem,§.si nõ extiterint. ff.de excu.tut.l.1.§.id verò,ff.de re.diui. & l.1.ibi, Ex quo hæres existere potuit,ff.de iniu.& irri.testa.Existũt alibi.i.fiunt,seu euadunt.Cæsar li.3. Belli Ciui.Siue despecta eius fortuna, ut plerunq; in calamitate ex amicis inimici existunt.Existit, licet sit verbũ præsentis temporis, quod non ad præteritum,nisi impropriè trahatur.§.in potestate.iun.glo. in ver. esse,quæ dicit impropriè ibi poni pro fuisse.Instit. de his,qui sunt sui vel alie.iu.in l.1.§.igitur,ff.eo. vbi dicitur fuisse,non esse,accipiendum est etiam pro præterito,vt dicamus existit,& extitit, Insti.de leg. in prin.iun.gl.in uer. loquimur.Et hoc præsertim,quia id suadet verbũ illud,antiquius.Si enim hodie non extat officiũ iurisdictione antiquius Auditoratu Cameræ , ante hæc tẽpora non extitit antiquius,

& quod [a]

& nobilius. Non loquor de tpe antiquissimo dum erat Resp.Romana, uel tpe antiquorũ Romanorũ Imperatorũ, & quod pp alia verba in constitutione posita vnum tempus trahatur ad aliud, seu pro alio sumatur,probant tex.in c.quisquis,iun.gl.no. in ver.fiat,vers.vr tamen, quod ipso iure &c.& ibi et Abb.de elec.in c.dispendia,ubi ēt Gemin.in §.ne. de rescr.li.6.Idem Gemin.in ca.fi. §.pars verò,in prin.de off.dele.eo.lib.Are.in l.1.col.4.ver.ad tertiũ,§.de test.Tiraq.in repe.l.si vnquã, in vers.reuertatur, 10.fallen.nu.62.C.de reuo.don. In sacra et pagina nõnunquã tempus pro tempore,& modus pro modo accipi consueuit,& plerunq; orationem imprecatiuã ita interpretamur, ut nõ loquentis desiderium demonstret,sed potius futurũ euentum nunciet,prout in Ps.34. Fiant tanquã puluis ante faciem uẽti,&c.& Ps.36. Gladius eorũ intret in corda ipsorum.i.intrabit. Et tempus præsens facilius ad alia tpa trahi posse vr , ex quo ex duobus temporib.ex præterito, videlicet, & futuro compositum est ex sententia Auerr.6.Phisi.com.24.

a ET QVOD. Scilicet,officiũ Auditoratus Cameræ. Quod hic relatiuè ponitur, prout et in l.hæres meus,§.uxori meæ,ubi suia Proculi comprobatur,ut no.ibi in gl.ff.de leg.3.Bart.& alii in l.Plautius,ff.de au.& arg.leg.l.ita stipulatus.§.fi.iux.de Oldr.prout per Bar.in ea.l.post prin.vers.posse secundum Oldr.ff.de ver.obli.& ibi Ias.ante nu. D.meus cons.92.uiso puncto,ad fi. Quod et ponit pro,illud qđ, vt Lucæ c.17. Quod debuimus facere,fecimus.in l.quod vero. ff.de iu.& iur.l. quod ait.ff.de cloa.l.quod euincitur.l.quod cõ l.quod ipsis.ff.de reg.iur.& alibi sæpe. Alibi quod præpositio,& accipitur pro sed,ut præall. l.stipulatus.quæ est 115.iun.gl.in ver.quod,& ibi B. col.1.& Alex.nu.2.ff.de ver.obli.l.quod si dom. iun.gl.1.ff.loca.l.quod si filius,iun.gl.1.ff.de ca. & postli.reuer.gl.in ver.non confundi. in l.si dus quæ est 93.ff.de solutio.est text. in l. ne satisdatio quæ est 21.cum glo.hoc ver.ff.rem rat.hab.Nonnunquã,quod pro quia,accipitur.l.3.§.saltus,cum gl.in ver.quod.ff.de acq.pos.l. sed & si nolit, cum gl.1.ff.eo.l.fi.cum gl.in uer.quod.ff.de usucap.l. vers.verum est,cum gl.in uer.quod.ff.de do.præle.l.& si non sunt.ibi, Quod nõ in argẽto paterno reponebat.cum gl.ff.de au.& ar.lega.l.2. §.& cum placuisset,cum gl.in uer.quod.ff.de orig.iur.l.2. vers.Imperator noster,iun.gl.in ver.quod.ff.de uor.l.cum hic status.§.fi.iun.gl.in ver. quod ff.de donat.inter vi.& vxo.l.ergo,§.si non hæc iun.gl.in uer.quod.l.cum fidei, cum gl.fi.& l.he de.ibi,quod ipsius proprium esset.ff.de fideic.li. l.malũ.§.j.ff.de ver.sig.l.1.iun.gl. in ver.quod l.2.post prin.ac §.cũq; cõsules,vers.eo,quod in be ius redderet.ff.de orig.iu.l.pror, §.deinde,cum gl.in uer.quod.ff.de no.ope.nun.l.Aemilius. minn.iun.gl.in uer.qđ.l.imper.iun. gl. in uer.quod ff.de leg.1.l.statuliberum. iun. gl.uer.quod.de gat.2.l.Meuio.§.a me,cũ glos.in uer.qđ.ff.eo. quã:cũ gl.in ver.qđ.ff.de acqu.rer.do. l.cũ filius. seruus,cum glos.in uer. quod. i.quia.dicto titulo de legat.2.& pro quia, seu ex quo. Quintil. de insti.Orat.li.12. Cum pleraque quod hoc ipso pe sint

sint videri vilia, quod precium habent. Sumitur etiam pro, &. l. si quis in hoc. iun. glo. in ver. quòd si multitudo. C. de episc. & cler. Persius circa prin. sui Poematis. Quod si dolosi su persulxerit nummi. Rursus quod. i. propter quod. Teren. in Hecy. Nam ita me ament Dij, quod me accusat nũc vir. Plau. in Epid. Animum aduerte, vt quod ad te venio intelligas. Quod. i. per quod. l. qui insulá. post prin. iunct. glos. 1. ff. loca. Aliquando ponitur pro quantum. Cice. pro Sexto Ros. Amer. Qui omnes quod ad me attinet, vellem viuerent. l. quod attinet. ff. de reg. iur. l. si seruus plurium. §. si tamen. ff.

quondam [a] de lega. 1. l. sed & quod. iun. gl. 1. ff. de pign. Item pro cur, seu quamobrem. Cicero ad Terentiam, In viam quod te des hoc tempore nihil est. Insuper quod, pro, ut. Teren. in Phorm. Vin, primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata, & quod tuo viro oculi doleant.

a QVONDAM. Id est olim, & est aduerbium temporis præteriti, & quondam dicitur quod procul est, ut docet Aristo. 4. Phisi. tex. 127. Sic Gene. cap. 23. Confirmatusq; est ager quondam Ephronis. Iob cap. 30. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Esa. cap. 23. Quis cogitauit hoc super Tirum quondam coronatam. Ezech. cap. 23. Qui dederunt quondam formidinem suam in terra viuentium. Liu. 1. ab vrbe. Omnia onera, quæ coram quondam fuerint inclinasse, &c. Cic. 1. de Ora. Cõsuetudo mea, qua quondam solitus sum vti. Idem in Catili. Decreuit quondam Senatus. Et aduerbiũ hoc remouere videtur qualitatem de pręsenti. l. cui eorum. §. 1. ff. de postul. l. insula. & ibi ad hoc not. Bart. ff. de acq. re. domi. l. epistolam, qui est 75. §. fi. ibi, Quondam nurus. ff. ad Trebel. l. pen. ff. de senten. pas. cap. ad petitionem. & cap. accidens. de accu. glo. in l. cotem ferro. §. eam rem. in versi. dominus. ff. de publ. Vel quondam Franciscus, qui nunc non extat, sed iam decessit, vt hic subijcit. & ita cõmuniter hæc dictio poni consueuit, ad ostendendum eum, qui sic nominatur iam obijsse, prout in c. cum contra. & ibi Io. And. de pig. ca. ex parte. de fo. compet. l. precibus tuis manifestius exprimere debuerat maritus quondam tuus. C. de impu. Iac. But. in l. cum aliquis. C. de iur. delibe. l. Pantonius. §. pro hærede. iun. gl. in ver. matrem, quæ subaudit quondam. & ibi Fran. Aret. in 1. no. ff. de acqu. hæred. idem Are. in l. eius qui. in 1. not. ff. si cert. peta. Alexan. consil. 14. visis. colum. 3. nu. 15. col. 6. Fely. in cap. ex parte. num. 2. & seq. de fo. compet. Anto. Corse. de pote. regi. quęst. 29. num. 48. & seq. Idem est in aduerbio, olim, ut tempus præteritum denotet. Cuma. cons. 71. nu. 3. Circa praxim scias, ꝙ Papa defunctum nominans, non appellat eum dilectum filium N. quondam N. de episcopo verò defuncto loquens non dicit quõdam N. Episcopum, sed bonæ memoriæ N. Episcopum, ut docet Hiero. Pau. in lib. nuncupato Prouinciale. fol. 20. versi. mortuum non appellat Papa. Nec etiam summus Pontifex Papam prædecessorem quondam nominat, sed felicis recordationis, prout in ca. statutum. se. te. Clementis, de præb. li. 6. c. fi. de conces. præb. eo. lib. c. licet non a se. re. Ale. de elec. eo. li. Rursus, ꝙ hæc dictio, quondam, in instrumentis, & aliis dispositionibus, non expressa subintelligi debeat, probat tex. iun. glo. in l. uiro. ff. solu. matrim. in l. Iulianum. ad fi. iun. gl. in ver. Antistiæ, quę supplet quõdam. ff. ad Trebel. in l. pupilli, quę est 96. §. si pupilla. iun. glo. in ver. adolescenti. & in ver. adolescens. ff. de solutio. in l. filiusfamilias. cum glo. in l. maritum. ff. de libe. lega. l. diuortio. iun. glo. 1. ff. de nego. gest. l. eius qui. iun. glo. in ver. defuncti. & ibi Bart. & cæteri. ff. si certum peta. est optimus tex. in alleg. l. insula, in fi. ff. de acq. rerum dom. Insti. de vsuca. §. aliquãdo. in ver. usucapi, & ibi Christ. Port. Quãdo subaudiri debeat, vide Reper. Inquisito. hoc ipso ver. quondam, & Anto. Corset. in suis singu. in ver. instrumentum. Idẽ dicendum est de dictione olim, ut subintelligi debeat. Rui. cõs. 58. super eo, post nu. 7. ver. dum ergo, uol. quinto. Hoc aduerbium, quondã, nonnunquam tempus præsens designat,

Franciscus [a] **Albericus de Rachaneto** [b] **curiæ**

Virg. 2. Aen. Quondam etiam uictis redit in præcordia virtus. Aliqñ futurũ. idem Vir. Quondã tuã dicere facta, Tempus erit. Et quod dictiones olim, & quõdam, tria tempora designare possint ex sui propria natura, s. præteritum, pręsens, & futurum, seu duo tempora, scilicet præteritum, & præsens, uoluit glo. in uer. olim, & Bar. in l. 1. §. hoc autẽ edictum, post num. 2. ff. de no. ope. nun. Sequitur Bartho. Cassen. cons. 122. viso processu, num. 15. Idem etiam uoluit Amad. de Castell. de Sindica. nu. 41. in uer. olim potestatem. Rebuf. in praxi beneficiaria, in declaratione Nouæ prouisionis, in uer. exhibita. nu. 4. & Iaco. de Sancto Geor. in l. cum aliquis, ad fi. C. de iu. deliber. glo. in l. nec emptio. §. 1. ff. de contrah. emp. Cardi. in cle. 1. §. 32. de iureiur.

a FRANCISCVS. Hic fuit ultimus, qui Auditoratum Cameræ emit. Dixi ultimus usq; in præsentem diem: an autẽ ego existimẽ, ut ita fuerit ultimus, ut nemo posthac Auditoratus officium huiusmodi empturus sit, diuinare nõ possum, iux. tex. in l. si putator. in fi. ff. ad leg. Aqui. Verum quia facilè res ad primæuum redit statum. ad l. si unus. §. pactus ne peteret. & postea. ver. quæ res enim. ff. de pac. l. filio, quem pater. ibi, non translatus, sed reditus. ff. de libe. & posth. fortè Franciscus iste nec ultimus, nec penultimus dici poterit.

b DE Rachaneto.) Vel ex Rachaneto, ut apud Cæsarem li. 5. Belli Galli. & Q. Iunius ex Hispania quidã. Idem est dicere de Rachaneto, quod Rachanetensis, sicut Perusinus & de Perusio. l. sed an reprobari. ibi, apud Comanenses. ff. de excu. tut. l. 1. & ibi Bar. post nu. 19. ff. ad munic. ca. 1. de sponsa. l. 1. & ibi Bar. & Luc. de Pen. C. de munic. libro 10. Idem Bar. & oẽs super rub. ff. sol. mat. Ripa in c. cum M. Ferrariensis. nu. 5. de constitu. Rachanetum urbs est in Marchia Anconitana constituta, quę priuata Episcopali dignitate in Maceraten. translata anno Domini 1320. ut in extra. dierũ. de pę. Io. xxii.

per quem Ioannem xxII.restituta fuit, prout etiã annotatũ inuenies in lib. Prouinciale nũcupato.pagi. 3. versi. Rachanaten.quæ fuit priuata.

Causarum huiusmodi generalis Auditor dum a

a DVM. Quãdo, donec, quamdiu uiueret. similia verba habes.Genes.c.25.Et separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret ad plagam orientalem.Dum, tria tempora respicit, uel propter subiectam materiam futurum, videlicet, prout ad Galat.ca.vlt.Ergo dum tempus habemus operemur bonum, vt exponamus dum tempus habemus, idest habebimus.posset tamẽ ibi pro præsenti accipi, sed melius videtur in futuro quoad sẽsum, ex quo illud operari bonum non respicit tantum instans tempus . In futurum etiam sonant verba Terentij in Eunu.expectabo dum veniat.& Virg.3.Aeneid. Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.l.bones.§.hoc sermone, dum nupta erit. ff.de verb.sig.l.Imperator Adrianus. ibi, dum partum ederet.ff.de statu homi. Præteritum significare videtur illud Gene.c.42.Quia peccauimus in fratrẽ nostrum videntes angustias animæ illius dũ deprecaretur nos,& non audiuimus. Psal.31.Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die,& posteà conuersus sum in ærumna mea dũ cõfigitur spina.ubi etiam præsens tempus demonstratur.Et quo ad præteritum habemus tex.in l.diuortio.ff.nego.gest.versi.Hæc ita si in negotijs gestis dum gessit facere potuit,& ibi designatur continuatio actus vsq; ad fi.iux.terminos nostros.Franciscus enim de Rechaneto à tempore quo prouisus fuit de huiusmodi Auditoratus officio vsque ad ipsius vitæ finem, illud (ut etiam hic supponitur) retinuit.Quo ad præsens vide 2.Reg.cap.11. Dum hæc agerentur, accidit quadam die,&c. Tobiæ cap.11. Dum ex eodem loco specularetur aduentum eius,& melius in l.in tantum. §.si quis ergo.ibi, Dum mortuum infert in locum suum.ff.de re.diui.& in l.3. vers.& hoc dum in prouincia est, ff.de offi.præsi.l.2.ibi, Nec Pontificem dum sacra facit.& parum post, Nec iudicẽ dum de re cognoscit.ff.de in ius vocan. Dum, etiam sumitur pro, quia.l.dicere autem, in fi.ff.de arbi.Item pro, cum §.sed nedum, Insti. vi bono.rapto.& per Alberi.in Dictionario.in ver.dum. De hac dictione, dum,& quot modis sumatur, & quando conditionem faciat, quando modum, uideatur Bart.in l.1.nume. 17.& glo.& Bart.in l.siquis ita.ff.de condit.& demonstrat.Et quòd conditionem faciat, est text.in l. qui concubinam, §.uxori.ff.de leg.tertio, & quòd vel conditionem, uel suspensionem inferat, vide Bartol.in l.prima.numero primo.C.de lega.& Iason in l.clam possidere, §. qui ad nundinas.nu.4. ff.de acquiren.possess. Et an inducat conditionem actu perseuerante, Ioan.And.in addit. ad Spec.tit. de condi.appo. vbi latè super illo quæsito de concessione facta adiecta clausula, dum placuerit M. Domino.& per Ias.in l.secunda.in secunda lectu. num.4.ff.de in ius vocan.Pro præmissis, vide glos. pragma.§.inoluerunt.rubr.de causis, in uer.dum. Et quod hæc dictio,& dictiones, donec, & quoad, in ultimis uoluntatibus faciant relictum annuum, concludit Lud. Rom.cons.516.in casu, nu.9.

viueret, obtinebat a

a OBTINEBAT. Administrabat, habebat, seu retinebat.Sic Iob ca.22. In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eã. l.clam possidere, iun.gl.in ver.obtinendæ.ff.de acquiren.possess.l.secunda.§. quod ad magistratus ibi, & ueluti secundum locum à Regibus obtinebat.& §.post hos fuerunt Publicus, versicu.Seruius autem Sulpitius.ff.de ori.iur. quod verbum vtrobique exponi potest, idest tenebat, ut compositum pro simplici ponatur, prout etiam in l.2.§.imperio.ff.de adoptio.l.penult.in fi.ubi permutare, pro mutare interpretamur. ff.de Senato.l.cum in plures.§.legé.ibi, eadem interpretatio fieri debet. fi. ca.l.uerbum reddendi.ff.de uerborum sign. l.cum quidã uxori, vers.Etenim uerbum reddendi, quamquam significationem habeat retrodandi, recipit tamen & per se dandi significationem. ff.de lega. l.qui uxori, cum glos.in ver.reddi. ff.de au.& arg. lega.l.in quantitate, quæ est 73.§.magna.iun.gl. in uer.reddat,& in uer.redduntur. ff.ad leg.Fal. l.1.uers.si autem adhuc, cum glo.quæ exponit simile.i.simile. ff.si cui plus per leg.falci.And. raq.de vt.retra.par.1.glo.1.§.30.ante num.2. contra simplex pro composito nonnunquam accipitur, iux.tex.in l.si seruus seruum, §.tertio ac iun.§.inquit lex ruperit, ubi Iurecon. exponit uerbum, ruperit.i.corruperit. ff.ad leg.Aquil.& ibi Bart.num.2.l.petenti, ff.de pign.actio. rub.si matrim.iun.glo.in uer.peti.l.quod autem, quæ est 74.cum tribus glo.ibi positis.ff.ad leg.Falc. leg.l.1.in prin.cum gl.in uer. dat.ff.si cui plus per leg.Falci.l.si is, quæ est 95.§.Flauius.ubi gl.expone petitionem, idest repetitionem.ff.de solutio.Plau. in captiuis.cœpit captiuos commercari hic aliunde quem reperire posset, cum quo mutet suum, pro permutet. Tiraqu.ubi supra nu.20. Magis autem cõuenit, ut compositum simplex contineat, quam contra: natura enim compositi est augere, l.1. in prin.& ibi gl.ff.depo.Ias.super rub. ff. sol.matrim. nu.19.Nõnunquam uerò compositum negat, aut contrariatur simplici, puta nocens est simplex, innocens compositum, sic & de uerbo dignior, dedignor, facio,& inficio,& id genus simplices ces positione.i.natura sua constant, composita positionibus subiunguntur, ut post Quintil.declarat Bud.super l.1.ff.de iusti. & iur. Obtinebat officium Auditoratus.i. Auditoratus gubernium, seu administrationem habebat, iux. illud Cic.in Verrem.Actio.5.Iam uerò in sella sedens prætor, cum Siciliam prouinciam obtineret. Idem pro M.Cælio.Prætor illa obtinebat. Rursus obtinebat Auditoratũ Cameræ, uel ut in officio Auditoratus regnaret,

quodq; pro tẽpore

prout apud Ci.1.de Ora.Academiam Carneades,& Clitomachus

tomacus obtinebāt, hoc est velut regnabat in Academia. Obtinere etiam persistere, viuere, seu durare, uel praualere, 3. Esdræ cap. 4. Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum. Item pro superare. Esaiæ cap. 41. in princ. Dabit in conspectu eius gentes, & Reges obtinebit. 1. Machabe. 1. post princip. Et obtinuit regiones gentium, & tirannos. & cap. 10. versus fin. Et obtinuit Ionatas Ioppem: obtinebat idest in vsu erat. in proœ. Institu. versicu. quibus breuiter, & ibi glo. in versic. obtinebat. Item pro causam vincere, seu fauorabilem sententiam reportare accipimus. l. res hæreditarias. ibi, crimen obiecit, & obtinuit. ff. de crimi. expi. hæred. l. filius, versic. & quærebatur, si non obtinuisset. ff. de inoffi. testa. & non obtinere pro succumbere in causa. l. Papinianus. §. meminisse, cum glo. in versicu. obtinuit, & si quis impubes, & l. etiam, cum gloss. 1. ff. de inoffic. testam. & præalleg. l. filius. §. fin. ibi, litemque peregero nomine filij, nec obtinuero. ff. eo. Et obtinere, & amittere litem opposita sunt, vti etiā apud Cicer. pro Commodo, Ad iudicem hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Obtinere etiam pro assequi vsurpamus. sic Nume. c. 32. Et obtinebitis regiones, quas vultis coram Domino. & Deuteron. 26. in princ. Daniel cap. 7. Suscipient autem sancti regnū Dei altissimi, & obtinebunt regnum. & post, & tēpus aduenit, & regnum obtinuerāt sancti. l. congruit, versiculo, quod non difficile obtinebit. ff. de offi. præsi. Obtinere etiam, & repelli opposita vident, Cice. episto. 1. ad Letulum, Ne quæ si quidem nō obtinuerimus, repulsi esse videamur. Obtinere nomen. Cæsar libro tertio, Belli ciui. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Obtinere beneficium quando quis dicatur, declaro in 13. quæst. 3. Reg. Cancel. Obtinuerunt aquę terram, idest occuparunt, seu inundarunt. Genes. c. 7. in fi. Obtinuit tremor robustos. Moab. 1. agressus ē, occupauit, seu infestauit. Exo. c. 15. Obtinuit fames ciuitatē. i. oppressit, seu consumpsit. Hiere. c. vlt. post princ.

a OBTINENS. Idest qui obtinet, seu dum obtinet. participium enim resoluitur in verbum, & **Obtinens** [a] relatiuum, prout Deuteron. 28. ad fin. & erit vita tua quasi pendens ante te. psalm. 117. & Matthæi 21. versus fin. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. psal. 127. vxor tua sicut vitis abundans. Esaiæ 14. versus fi. Et semen eius absorbens volucrem. sic in l. j. §. j. ibi, de dominis conquerentes, & postea patronos egentes. ff. de offi. præfect. vrb. l. si quis ex naufragio, versic. iacentem quoque rem. ff. de incen. rui. naufra. l. petens, C. de pact. l. posthumo. ibi, rumpenti & succedenti. C. de collatio. cap. damnamus. §. nos autem, cum gl. in versiculo, non est generans, & ibid. Abb. anti. colum. 2. versic. Quia sensus est, pater est generās, idest persona, quæ generat. de sum. trin. & fid. cathol. glo. in clem. 1. in versiculo, dignitatibus, de præben. Bar. in l. Centurio, post nume. 25. & Ias. numero quarto. ff. de vulg. Alex. consil. 119. viso processu, num. 3. lib. 1. Corn. consil. 14. circa primum, colum. 2. num. 17. vbi exponit existentia, idest quæ existunt, libro primo. De participio plura videre poteris apud Alber. de Rosa. sub hoc verbo, plura etiam, & quòd ponat rē sic esse, & quòd actum denotet apud Luc. de Pen. in l. sacris scrinijs, colum. 2. in versic. militantes, C. de p xim. sacro. scrini. lib. 12. Demum neminem lateat iuxta principia enunciatiuæ orationis participiū quasi partem nominis, & verbi capere, sicque propterea appellatum, quamquam illud magis con significatiuum quorundam temporum sit ad verborum proprietatē declinet, vti docet Ammoni. super Arist. in lib. de Interpretatio. tex. 1. Participia futuri temporis, quòd sententiam requirant, præteriti verò quòd inferant ipso iure, vide per Moder. Bononien. in capit. primo, numero 89. de iudi. & in cap. quia in omnibus, num. 42. de vsur. Participium passiuum futuri temporis an importet necessitatem, vide super rub. ff. de libe. & posthum. & in rub. ff. de hæret. insti. & q semper importet quādam necessitatem, licet in titu. de acq. hæred. ff. & C. non videatur inesse necessitas, pōt tamen dici, q imminet necessitas vtilitatis consequendę, vel damni vitandi, secundū Corn. in rub. C. de eden.

a PRO tempore existentis.] Idest pro tempore regnantis, ad tex. in l. quoties. §. si tutor. ff. de noxa. actio. Simile habemus in cap. cum terra, ī fi. vbi vide Bal. num. 6. de elect. Vide Rebuff. super cō cord. sub rubr. de **Pro tempore existētis [a] Ro. Pontificis [b]** Regul. ad Præla. nomi. faci. §. 1. in uer. pro tempore existens.

b ROM. Pont. Et sic cessat illa discussio, an Auditor Cameræ esset Auditor Camerarij, prout per gloss. in clem. ne Romani. §. eo. tamen, in ver. Camerarium, & per Cardin. ibi, quæstio. 2. de elect. Fel. in c. personas, col. 3. nu. 3. de appel. Pro quib: ēt videre poteris, quæ scripsi in 4. q. 1. Reg. Canc. nu. 2. & seq. & nu. 7.

a IVDEX Ordinarius. Qui ex iurisdictione propria causas, & lites cognoscendi, & decidendi facultatem habet. Talisq. iurisdictionē suo iure habere dicitur idest ordinario, vel beneficio Principis. l. more maiorum, iunct. gloss. in uersi. suo iure. & l. sequen. ff. de iurisd. omn. iud. Hosti. in summa de offic. ordin. in princip. **Auditor generalis, & dictę curię Iudex ordinari9 existit p obitū [b]** Delegatus autem propriam iurisdictionem non habent. l. j. §. quia mandatam, ff. de offic. eius. l. fin. versiculo, sed ne quis ita. ibi propriam iurisdictionem non habent. C. ubi & apud quem.

b PER obitum. Licet valde differat an beneficiū uacet per obitum in Curia, au extra Curiam. Primo

mo

mò enim casu soli Papæ reseruatum existit, neque de illo, seu circa illius dispositionem ordinarius, vel alius se intromittere poterit.c.2.& cap.præsenti.de præben.libro 6.ac Extra.ex debito,Ioan.22. quæ est inter communes sub titulo, de electio. Si uerò per obitum extra Romanam Curiam uacat, Episcopus, uel alius ordinarius illud conferre põt iure suo ordinario.ca.omnes basilicæ.& c.nullus. 16.q.7.cap.cum olim.de præscrip.Cardin. in cle. 1.quæstio.14.in fi. ut lite penden. Et expresso vno modo non ueniat alter.cap. susceptum. de rescr. lib.6.cap.cum illis,§.cum autem.de præben. eod. lib.Rot.Fasto.dub.46.post princ. Fel.in ca. in nostra, corre.37.post num.37.uersic. si tamen interpretatione beneficij exprimeretur unus modus uacationis, non ueniret alius, ita legendum est. in libro enim meo deficit negatiua, de rescri. Officiũ tamen Auditoratus huiusmodi siue uacasset per obitum in Rom.Curia, siue extra eam, nil referebat. ad solum enim Papam dispositio illius spectasset. Vnde illa uerba, extra dictam Curiam, superflua uidentur: constitutio autem, seu Principis decretum etiam quoad syllabam superfluum esse non debet.§.quibus.in 1.constit.Cod.l. si quando in prin.ff.de leg.1.l. hæc stipulatio, ad fi.ff.ut legato.no.caue.l.1.in fi.ibi, Neque enim debuisset caueri, &c.ff.ad munici.glo. in cap. solitę, in uersic. tanquam, uersus fi.de maio.& obed.ubi quod nec dictio uacare debet. Philip.Fran.in Dispu. petito. colum.4.num.19.uersic. Amplius q dispositio dicti capit. reintegranda.Bald.super rub.C. de contrahen.emptio.quæstio.9.Pręceptor meus D.Phi. Dec.consi.69.uisis,num.4. A superfluitate defendere possumus, supponendo quòd illa expressio non fuerit ad tollendum aliquod dubium, quod quidem hic cadere non poterat, sed ut rei series, uel factum integrum narraretur.

dicti F. qui extra dictam Curiã diẽ clausit [a]

a DIEM clausit. Infinitis modis in sacris literis, & apud bonarum literarum auctores, & ipsos Iurisconsultos, exprimitur aliquem mori, seu mortuum esse; nec immeritò id multifariam explicat, tum propter elegantiam, & copiam loquendi, tũ forte quia sicut infiniti sunt modi, quibus uita cũ morte commutatur, ad quod pondero text. pulchrum in l.Senatus, uersic. Mortis causa donatio. ibi, Aliàs ex metu mortis, aut ex præsenti periculo, aut ex futuro, si quidem terra, marique, & tam in pace, quàm in bello, tam domi, quàm militiæ multis generibus mortis periculum metui potest. ff.de mor.cau.dona.in iure item uariæ mortis species constitutæ sunt ut uidere est in l.aut damnũ. ff.de pœn.per Alexan. ab Alexand.lib.3.Dierum genual.cap.5.& apud Cœlium Rhodeg.lib.1.Lectio.antiq.cap.9. ita & decebat id uarijs modis significare, quorum nonnullos in medium afferrã ijsdem uerbis, quibus hic uidelicet. Diem clausu extremum pro mortuus est. usus etiam fuit summus Pontifex in cap. Rainucius, uersic. Qui cum alia muliere.de testam. Pro mori accipimus natu rę debitum persoluere iuxt.tex.in cap. Rainaldus uersi.Demum eodem R.naturæ debitum persoluente, eod.titu. Item desinere esse in rerum natura.l.si mater.ibi, Aut in rerum natura esse desijsset ff.de fideicomm. liber. Decedere etiam pro mori usurpauit Cæsar lib.6.Belli Galli. & cum paterfa mil.illustriore loco natus decessit, eius propinqui conueniunt,& c. l. cuius bonis.ff.de cura. furio. alumnę.§.Sæia.ff.de adi.lega.l.si alienam.l.si qu in princip. ff.de iniu. & irri. testam. & ibidem pluribus alijs locis.l.si qui.ff.de don.cau.mor.Su morte decedere,l.cum ratio.§.si libertinum.ff.c bon.damna.Cadere pro mori.Iudic.cap.12.Et ciderunt illo tempore de Effraim 62. millia.& Reg.cap.17.uersus fin. Cecideruntque uulnera de Philistijs mille.Ecclesiast.28. Multi ceciderun in die gladii.Esaiæ cap.10. Et cum interfectis deris.& cap.40.ad fin.Et iuuenes in infirmitate dent.Ezechiel.in gladio cadetis. & 1. Machab. Et ceciderunt ex eis octingenti uiri, & ca.seque Et commiserunt prælium, & ceciderunt de citu Lisiæ quinque millia uirorum.& 1. ad Cor 10.Et ceciderunt una die uigintitria millia. In sensu accipi forsan posset carmen illud Ouidij elegijs. Quosque putas nunquam posse cad cadunt.pro mori accipimus in fata concedere ibi pater tuus in fata concessit.C.de tempo.in regr.restitu.Fati munus implere.l.meminimu prin. c.quan.& qui.quar.pars.lib.10. sic & de fatali sorte.l. quoties. Quæ si fatali sorte de rint.C.de naufra.lib.11.sic interpretari debe illud Institu.de pub.iudic.§.Alia deinde.ibi, præparauerit.mortem. Sic & cedere è uita. se dere uita, Cice.ad Octauium, cedam uita, qu quam sollicita est, tamen si profutura est R bona spe posteritatis me consolatur,&c. B l.hominem,§.quoties.colum.penul.ff.depo dere uita, decedere è uita, seu uita decedere.l. io.ibi, Alijs hæredibus institutis uita decesse ff.de ann.lega.l.cohæredi substitutus.circa pri §.cum pater.ff.de uulga.& pupil.l.militis, co cillis, ad fi.ff.de milita.testam.l.pen.in fin.ff.q manu.ad liber.perue.l.uentre.ff. de acqui. hæ l.miles.ff.de leg.2.§.pro parte. l. qui ex liberis testamento.ff.de bonor.possess.se.tabu.l. pater uerinam, quæ est 100.in fin.& l.sequen.ff.de co & demonst.Cice.in Catone maiore. Idem de statione,& uitę pręsidio uita decere. & ad in l.tutores qui,§.hęres,ff.de admin. & peri. Vita defungi.2.Machab.cap. 9. ad fin. Peregr montibus miserabili obitu uita functus est.l. pronius.ibi, hęres uita functus .ff.de usufruct. l.sed & in illo, ad fin.ff.de reb.dub.Vitam finir Machab.10. Veneno uitam finiuit. Vitam quere.Bud.dum Plinij epistolam refert in l. de Senat.Vtraque enim(inquit) ex illis uitam quit.Abire a uita, A uita discedere, M.Tulliu Curionem, Vt te etiam uideret, quàm a uita deret:.Vita decedere.l. pater, qui castren.uer Quod si filius.ff.de castren.pecu.l.cum falsi est 12.ff.de fals.Mortem oppetere, Mortem o be

cumbere. Cice. 1. Tuscula. Mortem gustare. Matt. cap. 16. in fin. Sunt quidam ex hic stantibus, qui non gustabunt mortem, &c. & Marci c. 9. in prin. ac Lucæ. cap. 9. ad Hebr. 2. Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Mortem uidere. psalm. 88. ad fi. Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Et Lucæ. cap. 2. Et responsum acceperat a Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Res deserere humanas. Humanitus contingere. Humanitus accidere idest mori, præalleg. l. alumnæ, §. Seia. ibi Aliquid mihi humanitus accideret; & §. 1. ff. de adim. lega. l. quidam ita, quæ est 25. post princ. ff. ad Trebel. l. in vulgari. in fin. ff. de uerborum signific. in rebus humanis non esse. l. quidam referunt. versic. Quia hæres ad quem sermonem cõferat in rebus humanis non est. ff. de iu. codicill. l. si eo tempore. ibi, In rebus humanis non erat. ff. de ijs. quæ pro non scrip. haben. Instit. de donatio. §. mortis causa. And. Alci. in tract. de verborum signifi. lib. 4. num. 15. versic. Humanitus contingere. Rebus eximi humanis. l. cum proponas. ibi, Vt qui primus rebus humanis eximeretur. C. de pact. cap. præsenti, de præben. lib. 6. ad fin. cap. susceptum, de vsur. eod. lib. 6. prout contra in reb. humanis esse, pro viuere accipimus. l. annua. ves. quæro vtrum ijs. ff. de an. lega. De finire esse in rebus humanis. l. 2. ff. quæ. sem. si. appel. In rebus humanis esse desinere. l. non putauit. quæ est 8. §. nõ quæuis. ff. de bonor. posess. cont. tabu. l. sed & si, quæ est 10. versic. Quod si neque. ff. de lega. præstan. Discedere de rebus humanis spartia. in uita Seueri. rebus humanus siue posteritate. deficiente l. in rõne, quæ est 11. §. Imperator. ff. ad leg. Falci. Obire. Genes. cap. 49. in fin. collegit pedes suos super lectum. & obijt. Marci. 15. versus fi. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. l. Pantonius. versi. Quia intra diem actionis Auitus obijsset. ff. de acquiren. hæredit. l. qui duos. in fi. princip. ibi, Vltimi, ptimique obierunt. ff. de reb. dub. Mortem obire. l. fin. ibi, mortem obijsse. ff. de condit. instit. & l. neque enim. §. cum miles, ff. de mili. testam. l. quidam, circa prin. ibi, instituti mortem obierint, ff. de iur. codicil. l. mulierem. ff. de his quib. vt ab ind. l. scripto. ff. unde libe. Diem obire. l. eum qui. quę est 34. Aliàs iuxta pand. Floren. illa incipit, si eius qui. ff. ad Trebel. Diem obire vltimum. Diem suum obire. l. si filium, post princ. ff. famil. heciscũ. l. 2. §. fi. ff. de orig. iur. l. cohæredi substitutus, §. cũ pater. ibi, Diem suum obijsset. ff. de vulgar. & pupilla. l. qui posthumos. ibi, vxor diem suũ obierat. ff. ad Syllania. l. cum pater, §. donationis. ff. de lega. 2. l. 1. §. apparet. ff. de uen. in poss. mit. l. 1. ff. si apparet. quis manumis. l. 1. circ. princip. ff. de bonorum possessione, ex testam. mili. Diem fungi. l. diem functo. ff. de offi. assess. l. diem functo. ff. loca. l. 2. C. de bon. eo. qui si. mor. consci. l. proponebatur. post prin. & l. filiusfam. in princi. ff. de castren. pecu. l. Seia, versi. muliere. §. denique postea diem functam. de mor. cau. dona. l. tutores qui, §. tutoribus idoneis diem functis. ff. de admi. & peri. tuto. l. Firmio. versus fi. quæ est 26. ff. quan. di. lega. ced. Idem significat vita fungi. l. si adulterium cum incestu. §. mulier. ff. de adult. & vita defungi, iux. tex. in l. Lucius, §. cum in testamento. ff. de admi. & peri. tuto. Defungi. i. mori. l. tutor rerũ. ibi, defuncto tutore. ff. de admi. & peri. tuto. Lucis vsuram amittere. & subtrahi ab hac luce. Insti. de hære. quæ ab inte. §. quibus connumerari. in fi. l. ambiguitate. C. de vsufru. Extremum spiritum effundere. Migrare è vita, seu ex vita, Cice. de Amici. Antequàm ex hac vita migrem. De hac luce migrare, cap. nos quidem. de testa. Occidere. Ouid. 3. de Ponto. occidit & Theseus, & qui comitauit Orestem. Hor. Occidit exequias, &c. Iterum. Occidit illa loquax humanæ vocis imago Psittacus, &c. Item Ode 28. lib. j. Occidit & Pelopis genitor conuiua Deorum. M. Tullius Famil. lib. 6. A. Torquato. Postremo vsui, vel etiam ij viri hoc bello occiderunt. Salust. in prin. Belli Iugurtini. Omniũ que inquit orta, occidunt. Horat. ode 24. libr. j. Multis ille bonis flebilis occidit. Occidere lucem Catull. Soles occidere, & redire possunt, nobiscum semel occidit breuis lux, nox est perpetua vna dormienda. Interire, Leuit. cap. 17. Et ad hostiam tabernaculi testimonij non adduxerit eam vt offerebat Domino, interibit de populo suo. & postea, Et quicunque comederit illum interibit. Psal. 48. Quoniam cum interierit, non sumet omnis. Threni 4. Qui vescebantur voluptuosè interierunt in viis. Cæsar lib. 2. Belli Ciui. Quibus ipsi magna sperauissent spatio propinquitatis interire. Iterum versus fi. pluresque in eo loco sine vulnere, quàm in prælio, aut fuga intereunt. Ac lib. 3. Reliqua verò iumenta interijsse. lib. 6. Belli Galli. dum mores, & ritus Druidum describit, In primis, inquit, hoc volunt persuadere, non interire animas. lib. 7. Omnis noster equitatus, nobilitas omnis interijt. Et parum post, Proinde si quid in nobis animi est, persequamur eorum mortem, qui indignissimè interierunt. & versus fi. dicti lib. 7. Aut ex vallo, & turribus traiecti pilis muralibus interibant. l. ordinata, ibi, Aut morte intereant. ff. de libe. causa. Extingui pro mori. l. cum ita. §. in fideicommisso. ibi, Aut post eos omnes extinctos. ff. de legat. 2. Perire. Exod. cap. 30. in fi. Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis. Leuit. cap. 18. ad fi. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quidpiam, peribit de medio populi sui. & cap. 19. post princ. Quia sanctum domini polluit, & peribit anima illius de populo suo. Micheæ c. 7. in princ. Perijt sanctus de terra, & rectus in omnibus non est, Iob cap. 33. ad fi. Non enim perij propter imminentes tenebras. l. qui duos. in princ. & aliis in locis sequen. ff. de reb. dub. l. quod de pariter. ff. eo. & l. seq. & subsequen. l. 2. §. post hos Quintus, vers. itaque libri complures. ff. de orig. iur. l. si pauonem, quæ est 37. ff. de furt. & in episto. Plinij, de qua per Bud. in l. fin. ff. de Senato. Fingamus tres omnino Iudices ad hanc cãm datos esse, horũ vni placuisse perire libertos. & postea, Num ex sententia vnius & perire possent, & relegari? Cæsar li. 3. Belli ciui. Eò cum a Q. Pedio Prætore cũ legio-

legione lapide ictus esset ex muro periit. Deperire, Deu.c.28.post medium, Quia defluent, & deperibunt. Cæsar d.lib.3. Belli ciu. Perexigua pars illius exercitus superest, magna pars deperiit. Animã efflare, Exanimari. Cæsar li.5.Bell. Gall. Quo percusso, & exanimato, hunc scutis protegunt hostes. Ex corporis vinculis euolare, seu animam ex corpore euolare. Home. in Βατραχονομαχίᾳ κρύξει ροξ σωκατοσεπτη. i. Anima autem ex corpore volauit. Item paulo post subiisdem ferè verbis ψυχὴ δὲ μελεῶν ἐξέπτη. i. anima autem ex membris euolauit. A corporis carcere solui, seu solui vitam de carcere. Corn. Gal. Solue precor miseram tali de carcere vitam. Ab hominibus demigrare. Dissolui, iux. illud ad Philip.c. 2. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Expirare, Marci 15. Iesus autem emissa voce magna expirauit. & Luc. 24. Et hæc dicens expirauit. Act. 5. Audiens autem Ananias hæc verba cecidit, & expirauit. & c.12. ad fin. Et consumptus a vermib. expirauit. Luc. lib. 3. Expirans animam pulmonib. æger agebat. Liu. 2. ab vrbe, inter primam curationem expirauit. Et in l. Caius Seius. ff. ad Silla. Spiritum tradere, seu emittere, Matth. 27. Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiritum. Ioan. c. 19. Et inclinato capite tradidit spiritum, l. sed & si. ibi, Non appareat quis ante spiritum emiserit. ff. de reb. dub. Lumina claudere in æternam noctem. i. mori. Virgi. in Aenei. In ęternam clauduntur lumina noctem. Non absimile est illud Homeri vbi supra, τοῦ δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν. i. Huic autem caligo, seu obscuritas oculos cooperuit. Opprimi. Deut. c. 28. In angustia, & castitate, qua opprimit te hostis tuus. Iob c. 10. Et opprimat me opus manũm tuarum. Cæsar li. 3. Belli ciui. Hanc legionem sperans Cæsar se opprimere posse. & postea, Ne intra munitionem opprimeretur. & li. 4. Belli Galli. post princi. Atque omni hoc itinere vna nocte equitatu confecto inscios, inopinantesque Menapios oppresserunt. Tot sunt desiderati. i. tot obierunt, Cæsar eo. lib. 3. Belli ciu. Duobus iis vnius diei præliis Cæsar desiderauit milites nongentos sexaginta. Iterum, In eo prælio non amplius ducentos milites desiderauit, & ad fi. li. 3. Belli Gall. Paucos ex suis desiderauerunt. Quomodo autem per hæc verba, paucos desiderauerunt, ostendatur paucos obiisse? puto sic dicendum, hunc loquendi modum per quandam metaphoram, seu similitudinem introductam esse. Cum enim desiderium sit absentium rerum, & eorum quibus caremus. vnde dicimus, Desidero tuam prudentiam, seu in te prudentiam, quasi illa careas. Et Iurecon. dixit si vt officium desideret. i. deficiat in eo, qui debet obsequi, & obtemperare. in l. quoties. ff. si lib. ingen. esse dica. Et desiderat ceruus fontes aquarũ. Psal. 41. & ad tex. in l. 2. §. postea. ibi, vt interpretatio desideraret prudentum auctoritatem. ff. de orig. iur. & l. 1. §. sed quia non semper, nec facilè concurrebat, vt cum tu haberes quod ego desiderabam, & cæte. ff. de contrahend. emptio. l. peto, versus fin. versicul. Quòd si cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata. & magis ad rem parum post, versic. cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto iuste desiderari, ff. de leg. 2. l. hæreditas, versic. in ijs sane. & post ibi, tamen quia adire iubentis domini persona desideratur, ff. de acquiren. rer. domin. l. vbicumque. quæ est 106. ff. de reg. iur. l. falsus. quæ est 4[…] versicu. proinde videmus. & versic. plerique. [...] de furt. Sic dicamus, Desiderantur tot, quia a nobis absunt, nec amplius inter nos sunt. Hanc interpretationem vt desiderẽtur absentes, & defuncti, inuenies etiam apud interpretes Horatij super[…]lo princip. Ode 24. libro primo. Quis desider[io] sit pudor, aut modus? Quod & voluit Hora[t.] epi. 7. libro primo. ad Mecenatũ. Sextilem totu[m] mendax desideror. Præmissa interpretatio e[…] etiam potest ex verbis Platonis dialogo 11. de Legibus. sic in idioma nostrum trãslatis, cum hæc [...] natura constituta sint probis quidem uiris sen[io]res parentes pro magno quæstu habentur si ad[…] inuicẽ vsq; peruenerint, sin verò iuniores dece[sse]rint, valde desiderantur, improbis uerò con[tra] valde terribiles sunt. In sacris literis, reuerti, [...] conuerti in terram. Reuerti, in puluerem. Con[uer]ti in puluerem. Reuerti in cinerem, pro mori [acci]pimus. Sic Genes. c. 3. Donec reuertaris in terr[am] de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluer[em] reuerteris. Eccle. cap. 3. ad fin. De terra facta s[unt] & in terram pariter reuertentur. 1. Machab. [...] sus fin. Hodie extollitur, & cras non inueni[etur,] quia conuersus est in terram suam. Sic & re[uerti] in uterum matris suæ. Eccle. c. 5. Sicut egressu[s est] nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur. D[efice]re idest mori. Iudi, cap. quarto, versus fin. Qu[i so]porem mortis socians defecit, & mortuus est. [...] cap. 34. Deficiet omnis caro simul. Deleri, De[ut.] cap. 9. Et iratus delere te voluit, quando a[…] mõtem. & postea, Quibus cum suppliciter [...] cabar ne deleret nos vt fuerat comminat[us.] Num. cap. 15. Verbum enim Domini conte[mpsit] & præceptum illius fecit irritum, iccirco d[elebi]tur, & portabit iniquitatem suam. & c. 16. ad [...] xitque Dominus ad Moysen. Recedite de me[dio] huius multitudinis, & nũc delebo eos. 5. Mach. [...] 8. Vt vniuersorum Iudæorum genus deleret. [...] leri è terra. Exod. cap. 32. Ne quæso dicant Ae[gy]ptij, calide eduxit eos, vt interficeret in mont[ibus,] & deleret in terra. Frequenter idem significa[tur] per uerba, Viam vniuersæ terræ ingredi. Iosu[e] 23. En ego hodie ingrediar viam vniuersæ terr[æ. 3.] Regu. cap. 2. in princ. Et dicitur quis uiam vni[uer]sæ carnis ingredi, quia vniuersa caro morti sub[ijci]tur, prout patet ad sensum. & hoc est quod d[icitur] Eccle. cap. 41. Hoc iudicium a Domino omn[i car]ni. De hoc modo loquendi viam vniuersæ car[nis] ingressus videre poteris Alcia. 11. parerg. ca[…] Ad patres apponi. i. mori. 1. Macha. 2. in fin. Et [ap]positus est ad patres suos, & defunctus est, & [...] perpetuo sopore urgeri, Horat. Ode 24. lib. 1. [Er]go Quintilium perpetuus sapor vrget. Dorm[ire] idest mortui sunt. 1. Corinth. 15. circ. princ. Ex [qui]bus multi manent vsque adhuc, quidam autẽ [dor]mierunt. Cum patrib. dormire, pro mori, in [...]

scriptu[…]

ptura in infinitis locis vsurpatum inuenimus, put 3. Reg. cap. 2. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis. 4. Reg. cap. decimoquinto. Dormiuit Azarias cum patribus suis. & in fi. Et dormiuit Ionathan, &c. cap. 29. in fin. & fere in calce cuiusq; historiæ, cuiusuis Regis Israel, vel Iudæ. De hoc modo loquendi cum patrib. dormire, & aliis mordis huc spectantibus, vide etiam Andr. Tiraq. in tract. de pœn. cau. 5. numero septimo, & ante. Ob dormire in domino, idest feliciter, seu ĩ gratia Dei mori. Act. cap. 7. in fin. & cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. & dormire pro mori per quandam similitudinem seu imaginem vtimur, iux. illud, Stulte quid est somnus, gelidę nisi mortis imago? Et Dominus noster dicebat, Lazarus amicus noster dormit, &c. Ioan. cap. 11. Requiesci pro mori, & mors est requies. Ecclesiast. c. 22. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. Corn. Gal. Mors est iam requies, viuere pœna mihi. Et somnum fratrem mortis vocauit Homerus libro 14. Iliad. quem imitatus Virgil. 6. Aeneid. dixit, Iá cósanguineus lęthi sopor. Ire ad patres suos, i. mori. 1. Paralippome. cap. 17. Cumq; impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuũ post te. Pro eodé accipimus impleuisse dies suos prout dicto cap. 17. Simile est illud, peregisse cursus. Virgil. 4. Aeneid. Vixi & quos dederat cursus fortuna peregi. Descendere in lacum nónunquá, accipiunt pro mori. Interpretes super illis verbis Psalm. 27. assimilabor descendentibus in lacũ. Sic etiam exponere possumus uerba illa Prouer. cap. 1. Deglutiamus eum, sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Descendere in corruptionem pro mori. psalm. Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem. Descendere etiam simpliciter, & absq; adiũcto pro mori. Iu dic. 15. Descendens habitauit in spelunca idest in sepulchro. Poeticè vsurpant dimitti orco pro mori. Sic Pindarus in prin. & Homerus in princip. Iliados inuocant musam, ut sibi explicet quotquot Achilles dimiserit Orco.

a EXTREMVM. Idest vltimum, seu postremum, Sic Deuteronom. ca. 28. Adducet dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus. Iosue cap. 10. Vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quoscunque fugientium cedite. Virgil. Eglo. Extremum hunc Aretusa mihi concede laborem. Cicero libro 5. Episto. ad Atti. Ne extrema exactio nostrorũ nominum expectetur? Cæsar lib. 2. Belli ciui. Non. n. has aut conspectus patriæ, aut propinquorum pręcepta ad extremum vitę periculum cogebant. Rursus vt capita signorum extrema par

Extremum [a]

ietum strctura tegerentur. Et magis ad rem, eo. li. 2. uersus fin. Hi de sua salute desperantes, vt extremo vitæ tempore homines facere consueuerunt. l. si pater, ad fi. ff. de fideicomm. libe. l. si uni. §. hoc de vsufructu. quem vir extremam constituens voluntatem, C. si secun. nup. muli. l. cum bissestus. ibi, Extremoque die mensis Februarij. & l. anniculus amittitur, qui extrema anni die moritur, ff. de ver. sig. Extremũ nónũquá pro sæuissimo, & a cósortio humanitatis remoto accipit, vti apud Virgi. 4. Ae. Extremum vt perhient, Ceo, Enceladoque sororem progenuit. i. pessimum. Extrema pacis conditio, idest finalis, seu præfixa, statuta, vel deliberata. Cæsar ad fin. 1. lib. Belli Ciui. Hanc vnam, atque extremam pacis esse conditionem. Extremam famem, id est maximam, seu insuppotabilem, vel exitialem. Cæsar lib. 7. Belli Galli. Vt complures dies milites frumento caruerint, & pecore a longioribus vicis adducto, extremam famem trasportarent. Extremum aliter declarant in l. vni. vers. Is uidetur ius dicenti non obtemperasse, qui quod extremum in iurisdictione est, non fecit. ff. si quis ius dicen. non obtemp. Extremum alibi exponimus, id est minimum. l. ordinariorum. ad fi. C. de cohorta. lib. 12. ibi, Extremæ militiæ. Extremi morbi dicuntur lęthales, seu incurabiles, Tullius officio. lib. 1. & Hipocra. lib. Aphoris. Quem esse in extremis idem est, quod esse in articulo mortis, seu morti vicinum. Marci cap. 5. Quoniam filia mea in extremis est. Iuxta omnes ferè interpretationes præmissas dies mortis extremus dici potest: omnes enim consentiunt mortem esse malum, item vltimum terribilium, ac malorum acerbissimum, & horrendum; Epicu. in Epist. Menicea, quam inuenies apud Dioge. Laert. in vita ipsius Epicuri. Philosophus Rethori. lib. 2. cap. 24. vbi subdit, quòd si malum non esset, Dij morerentur. Idem Ethic. lib. 3. cap. 6. Mors autem (inquit) maximè omnium rerum est horribilis. Cice. in Tuscul. Malum mihi videtur mors. Et hæc sunt ita clara vt probatione, vel demonstratione non indigeant. Extremus etiam dies ille dici potest, cum extrema sibi ipsis, & mediis pugnent, vt docet Aristo. Mora. Endemio. li. 2. cap. 5. & Ethic. lib. 2. cap. 8. Inter hunc autem diem obitus, & diem ortus, rursus inter hunc diem obitus, & dies

Vacante [a]

medios vitæ, extremitas maxima, maximaque pugna considerari potest. Argumentum ab extremis sic formatur, Medium sapit naturam extremorum iuxta tex. in l. arbi. quæ in cófinio. in prin. ff. commu. diu. & in l. si uero. §. quòd si ex mediano. ff. de his, qui deie. vel effu. Alio modo formatur argumentũ ab extremis videlicet. Per extrema probat medium: vel sic, probatis extremis præsumitur medium est tex. in c. quia sunt culpæ, vbi glo. notat quam sequuntur Gemi. & Præposi. 28. distinct.

a VACANTE. Vacasse dicitur officium huiusmodi Auditoratus, quasi vacuum existeret defuncto eo, qui illi præfectus erat. Per metaphoram enim potest dici officium vacare, instar agri eius possessore deficiente, seu dum aliàs non excolitur, nihilque profert, prout Cæsar lib. 4. Belli Galli. Itaque vna ex parte a Sueuis circiter millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. Sic & domus vacare dicitur quando vacua est. Matth. 12. uers. fi. Reuertar in domum meam vnde exiui; & veniens inuenit eam uacantem. Cice. Atti. lib. 12. Tota domus superior vacat. Idem eidem lib. 13. Villa completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus

rus ipse Cæsar esset, vacaret: Sic & equus vacans, seu vacuus dicitur quando est sine sessore, Liu. 7. Belli Puni. Vacuus paulo post equus, erransque per vrbem cognitus &c. Vacantes, seu vacuæ tabulæ testamenti exponūtur, id est nihil scriptum habentes. l. si binæ, ff. de iniu. & irri. testa. Sic etiam nummi vacantes, seu vacui, qui sunt sine vsuris. l. Quintus, ff. deposi. Et vrbs vacans, seu vacua, in qua homines degunt ociosi. Hora. 2. Epist. Ingenium sibi, quod vacans delumpsit Athenis. Postulationibus vacare. Bud. super l. necquicquam, ff. de offi. procon. vbi exponit verba illa Plin. lib. 7. Epist. vltim. ad Tacitum, Senecio cum explorasset consules postulationibus vacaturos conuenit, me &c. & ibi, & alibi, verbum, vaco, cum ablatiuo semper vacuum esse significat. Dum verò datiuo iungitur, operam dare, vel incumbere significat. Vacans etiam alijs modis dicitur, vt per Alber. de Ros. in Dictio. in versic. vacans. & latius per Ioan. Fran. Paui. in tract. de offic. & pot. cap. sed. vacan. in 7. prælu. dum de vi huius verbi, vacare, tractat. Papa noluit erectionem noui officij eodem Francisco viuente facere, nec officium prædictum eidem dum viueret, & sic antequam vacaret auferre. Illud enim soluto precio, & in uim pacti assecutus fuerat, vnde non decebat per Pontificem successorem illum a prædecessore officio huiusmodi prouisum, absque eius culpa priuari, ad not. per Bal. in l. qui se patris. colum. 7. versicu. Hoc scias. C. vnde lib. Rom. consil. 257. pro decisione. num. 3. Anchar. in cap. primo, colum. 3. nu. 8. de constit. libro sexto. versi. Ex quo infero. Abb. in cap. nouit. num. 25. de iud. Fel. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 51. de const. Paris. consi. 52. n. 48. & nu. 52. lib. 1. Iafre. dec. 225. & 321. D. meus cons. 286. in causa. nu. 6.

NOS. Hic Papa loquitur in plurali. Sic & in Epist. 34. Greg. li. 11. Quoniam ad nos, relatione peruenit. in cap. ad hoc. §. nos igitur. de rescrip. in cap. bonæ. 1. versic. nos igitur. de elect. in clemē. Auditor. de rescrip. in clem. pastoralis, §. Nos quoque regis, & §. nos tam. de re iudic. & in infinitis alijs locis. Et not. Mart. Lauden. de Princip. questio. 50 incip. Papa semper loquitur. Consul etiam Romanus hoc modo describere solebat, Lucius Cōsul Romanus Ptolomeo Regi salutem. Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri, &c. quam Epistolam habes 1. Machabe. cap. 15. Imperator etiā hoc modo loquendi vtitur, prout in procem. flor. ibi, Tempestiuum nobis visum est. & postea, versi. Nos verò penuriam tantam legum inuenientes, in l. cordi nobis est. C. de emen. Iustin. Cod. in pœm. Instit. versicu. Vt liceat nobis. cap. nos ad fidem. 96. distinctio. & alibi sæpe. Rex etiam ita loqui consueuit, prout videre poteris in duabus literis 1. Machabeo. cap. decimo. descriptis: Altera videlicet. Alexandri Antiochi filijs, sub iis verbis, Rex Alexāder fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te, quòd uir potens sis uiribus, & aptus es vt sis amicus noster, &c. Altera verò Demetrij, huius tenoris, Rex Demetrius genti Iudæorum salutem, Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, cum ijs quæ sequuntur. Imperator quandoqve loquitur in singulari, ut in l. i. mortis. in fin, ibi, Aui mei. C. ad leg. Fal. in l. 1. C. ad leg. Corn. de falsis. ibi, Mihi, & Diuo Seuero patri meo. & l. fin. ibi, Et quæ à Diuo Antonino patre meo, & quæ à me rescriptę sunt. C. de eden. in l. secundum. ibi. Amici mei. C. de contrahen. stipul. l. deprecatio. ibi, Ego quidem mundi dominus. ff. ad legem. Rodh. iac. l. 1. C. de sent. passis. ibi, Restituo te in integrum. l. 2. C. de appell. l. minorib. C. de his qui. vt indi. l. 1. & 2. C. ad leg. Iul. maiest. per Marti. Lauden. in tracta. de Princip. quęst. 5. Rex item alteri, præsertim Regi scribens, numero singulari nonnunquam uti solet, prout in alia Episto. dicti Alexandri Regis ad Ptolomeum Regem. Quoniam regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum obtinui principatum, & contriui Demetrium, &c. quam episto. inuenies dicto cap. decimo. Machabeo. 1. & Rex Ptolomeus similiter respondet, Et nunc faciam tibi, quod scripsisti, sed occurre mihi Ptolomaidam, &c. & cum Rex Anthiocus, &c. Volo autem vendicare regnum &cæt. & postea, Volo autem procedere per regionem, &c. Iurisconsultus item hoc modo loquens in plurali utitur, in l. filium eum diffinimus, ff. de his qui sunt sui, uel alien. iur. nisi exponamus diffinimus idest nos Iurisconsulti. Do alium textum in quo Vlpianus loquens inquit, Pomponius probabit, & nos putamus. in l. item si unus. ff. de ar. Iudex dum profert sententiam, præsertim Rex, sic etiam loqui consueuit. at non refert an dicat nos, an ego. Specu. de sentent. §. iuxta. post nu. versic. Ego, uel nos; talis Iudex. Idem uoluit ... in Marga. in uersicu. sententia quibus uerbis ... mari debeat. Sic & in electione per inspirationem quilibet canonicus potest dicere, eligimus, in ... go. Specu. de electio. §. fin. num. 3. uersic. Non ... uis, siue dicant eligo, siue eligimus. Firma. in tract. Episco. lib. 3. part. 1. quæstio, 52. Secus quando electio per compromissum, uel scrutinium, quia tunc unus utitur numero singulari, cap. in Genes. de electio. cap. sicut, uersic. ab uno. cum gloss. de iud. eodem lib. Firma. in alle. tract. Episcop. in 3. libro, quæstio. 3. ac 10. & 49. Præsentans uero distincte utroque numero uti poterit, dicens, præsento, uel præsentamus, Lambert. de iu. patro. articu. 10. quæstio 3. part. 2. libro secundo. ... fra Papa in subscriptione, Ego Paulus, in singulari loquitur. Sic & in cap. 2. ibi, Futuris post me pontificibus. de præscr. in cap. de constanti. 22. dist. cap. communis filius. ibi, Vt nec ipse mereor distinct. in cap. filius noster. ibi, ualde mihi uidetur iniustum. de testam. Videatur gloss. in uer. in plurali. in c. quam graui. de crimi. falsi. Nec Imperator dedignari debet cū sibi dicitur Tu. l. 1. in princ. C. Auguste Constantine Deus te nobis seruat. C. de ueteran. li. 12. & ibi Bar. notat. Vnde hæc loquendi diuersitas? tangam in gloss. subscriptionis, Ego Paulus: uel alibi. Interim uide August. Bero. in ... in princip. de probatio. Ego distinguendum puto, quòd aut loquimur in subscriptione, & ...

pa utatur numero singulari, Ego Paulus, &c. Vel sumus in narratiua, uel dispositiua, & subdistinguo, quòd aut loquimur iuxta tempora antiqua, & tunc dicamus quòd tam singulari, quàm plurali numero Papa utebatur. At si loquamur de modernis temporibus, dicemus Papam in plurali tantum numero loqui solitum, & si aliter eius literæ expeditæ reperirentur de falso suspectæ essent, prout notat in cap. ad falsariorum. de crimi. falsi. not. etiam Gemin. in cap. de constantino. 22. distinctio. Pondero quòd hęc dictio, nos, & similes per Principem prolatæ, rationem personæ, non dignitatis arguunt, nisi materia sit solum dignitati proportionabilis, ut probatur ex text. in cap. literis. ibi Per nos &c. & ibidem Abb. ad fin. post gloss. fin. & Anton. de Butr. de rescrip. glo. in capit. si gratiosæ, in uersic. suæ. & Gemin. super dicta glo. eodem tit. lib. 6. pulchrè per Caro. Ruin. in consi. 84. quoniã abundè. nu. 1. & 3. lib. 1. Notandum est etiam, quod Papa non loquitur uni nominando eum in plurali hoc modo uidelicet. Vobis Conrado, &c. tunc. n. literæ de falso suspectę essent. cap. quàm graui. de de crimi. fal. gl. 1. in princ. in c. ad audientiam. de rescrip. Rebuf. in praxi Benefi- **concessionem** [a] ciaria, titu. opponi quę contra bullam possint. numer. 11. Communiter autem quando erga aliquẽ loquimur in plurali, puta dicendo, Męuio utamini, fruamini, pro utaris, fruaris, gratia honoris id facimus iuxta text. ad hoc singul. in l. prima, in princip. iunct. gloss. 1. iuxta ultimum intellectum. ff. de superfi.

a CONCESSIONEM. Verbale nomen est concedo, quo etiam (in alia tamen significatione) usus est M. Tullius ad Atti. lib. 3. Et nostra concessione omnem uim sui iuris amiserint. De concessione quam interrogatus facit admittendo seu fatẽdo, quę concessio negationi opponit, tractat Arist. in lib. Rethor. ad Alexandrum. cap. penulti. dum, inquit, Oportet autem, & circa interrogationes, atque responsiones &c. Hic exponemus concessionem, idest collationem, seu prouisionem. Sic etiã exponimus. rubr. de concess. præbend. Videantur text. in l. uxori. §. primo, & §. fina. iunct. gloss. fin, & ibi Barto. in fin. & l. uxorem. §. 1. ff. de leg. 3. in l. ad eum. in princ. ff. de donatio. in l. cuius. ff. de leg. iu. Soz. consi. 93. circa primum, num. 17. lib. 1. Ruin. consil. 46. visis. nume. 4. volum. 5. Concedo uerbum generale est, uim a natura re., cui iungitur accipiens, Bald. in l. non ambigitur, in fin. ff. de legi. Sozi. dicto consi. 93. nu. 4. Concessionem alibi pro potestate, seu facultate, uel indulto accipimus, pro ut in l. uni. circa princip. ff. si quis iusd. non obtempe. Concedere uerbum ad actus inter uiuos refertur, prout 2. Machab. 10. ad fin. De ijs, quæ Lisias cognatus Regis concessi tuobis, & nos cõcessimus l. prohibere. §. planè. ff. quod ui aut clam. l. 1. ff. de constitu. Princip. l. arboribus. §. usufructuarius. ff. de usufruct. Aptatur etiam actibus ultimę uoluntatis. l. uxori. §. fina. ff. de lega. 3. De uersic. concedo tractabo etiam infra hoc eo. §. gl. ult.

OFFICIORVM. Sicut beneficia sub pretio conferri non debent, toto titu. de Simo. ita putant aliqui, nec officia, arguentes de beneficiis ad officia, & contra. Ioan. Fab. in l. nemo. C. de offic. assesso. & in §. cum autem, post num. 4. Insti. qui. mo. ius patriæ potestatis soluitur, ver. Sed quid si ante habet officium? Et ex ibi per eum traditis colligi potest ampliatio ad c. quamuis. de rescrip. lib. 6. vt procedat etiam in officijs prophanis. Cũ Io. Fab. concludit Nic. Boe. dec. 350. minor quatuordecim, colum. 4. post princ. versic. & idem **officiorum** [a] uidetur in officio. Et sicut prohibentur expectatiuæ ad beneficia uiuentium. ca. 2. de concess. pręb. cum alijs, eodem modo ad officia sæcularia, prout concludit Soci. consil. 53. miror quòd in præsenti, lib. 3. ubi officia, & beneficia comparat, seu æquiparat. Tu autem dic, quòd omne officiũ quodammodo beneficium dici potest, sed non contra vnde sequitur valere argumentum de officio ad beneficium negatiuè, non autem positiuè, uel affirmatiuè, vt dici consueuit de pacto ad statutum negatiuè, non autem econuerso. l. fin. ad fin. & ibi not. Bal. C. de fideiuss. Ludo. Roma. consilio. 399. ut præsens, num. 3. versi. Clarum est autem, Ias. in auth. præterea, num. 15. C. unde vir & vxor. Io. Neuiza. in sua syl. nuptia. li. 1. post nu. 228. dũ tractat de argumento de pacto ad statutum.

IVRISDICTIONEM. Rationem quare officia cum iurisdictione uendi non debeant, asserunt esse ne subditi grauẽtur, & iudicia subuertantur **Iurisdictionem** [a] **præsertim** [b] vt in Authen. vt Iudi. sine quo. suffra. & c. i. & 2. ne præla. ui. suas. Abb. in d. cap. primo, post num. 4. & glo. Pragma. sub tit. de Anna. in uer. ecclesiasticis, cum sua additio. Heliogabalus (vt Lampridius refert) indignorum precibus, nummo officia, & magistratus indoctissimo cuique, & uirtute carenti non ferebat.

b PRÆSERTIM. Idest maxime, seu præcipuè. Plaut. in Pen. Ego ne istuc ausim facere, præsertim tibi, l. in ambigua. ff. de leg. 1. iun. declarat. Innocen. in ver. præcipuè. de exceptio. ca. continebatur, iun. glo. penult. de despon. impu. Cardin. in cap. 2. cir. medium. de confess. Huius dictionis natura est casum minus dubitabilem exprimere, & implicare magis dubios, in illisque idem supponere, seu disponere iux. tex. in l. 1. §. pater, uer. uel maximè. ff. de colla. bono. l. fin. post princ. iunct. glos. in uersi. præsertim. ff. de libe. homi. exhi. l. 1. & ibi nota. C. de rescin. uendi. l. qui separatis. C. unde liberi. l. illud, iun. gl. in uer. extimari, ad fi. ff. ad leg. Aquil. Infert igitur hæc dictio, præsertim, quòd officia, iurisdictionem & non ecclesiasticam, & non spiritualem habentia, sub pretio concedi non debeant. Hæc dictio, præsertim, uel maximè, nonnunquam ponitur pro ualde. l. 1. iunct. gloss. in uer. maximè. ff. de contratab. Sumitur etiam pro tantum. l. fi. ff. de his, quę in testam. delen. cap. per tuas. 1. uersic. Pręsertim cum testes de crimine fuerint emendati, ubi gloss. & Abb. de simo. glo. in c.

cum

cum contingat.de for. compet. & in cap.ad abolendam,in ver.maximè.de fil.presby. præalleg.c. 1.vbi gloss.Hostien.& Ioan.And. de exceptio. gloss.in clem.1.in versic.restringimus, & ibi Cardin.in 4.oppo.de iud.Innocen.in cap.cum voluntatis,& ibid.Abb.nume.6.de sentent. excomm.c. noli. in fin.iunct. declaratio.Archid. qui exponit maximè,idest tantum.23.q.1.quem sequitur Martin.Lauden.in tracta. de milite. quæst.fi.incipien. Duci belli.vbi subdit, quod per illam expositionem Carolus an putari fecit caput Conradino. Est verum quòd impropriè accipitur pro tantũ, propriè autem pro maximè.gloss.in prealleg.cap. ad abolendam,in versic.maximè, versi. si intelligas propriè.de fil.præsby. Idem etiam sentit glo. in dicto cap.per tuas.in 2.declaratio.dum dicit,secundum alios tenetur propriè. de simo. Cardi. in præalleg.cap.primo.de exceptio.qui concludit cũ Innocen.& in dicto cap.secundo.de confess.Quãdoque dictiones,præsertim, præcipuè, vel maximè,abundant,vt in l.ratio,aliàs datio. versic. Mora autem videtur,iunct.gloss.in versic. præsertim, ff.de actio. empti.l.2.in fin.& ibi gloss. fi.in prin. & l.si quis pecuniam.§. & rectè, iunct. gloss. in versicu.maximè.ff.si quis omi.cau.testa.l.fin.cum glos.ff.de nouatio.l.rescripto.cum glo.ff.de mune. & hono.l.1.iunc.glo.C.de rescin.uendi.l.fi.§. sin autem libertatibus.cum gloss.in versi.maxime.C. de man.testam.l.cum quis decedens,§. idem quærit,an de reliqua,cum glo.in versic. maxime.ff.de lega.3.l.4.in princ.cum gloss.in versic.& maximè, iuxta primum intellectum.ff. de usucap. gloss. in l.1.§.quæsitum,in uersic.maxime, iuxta primum intellectum.ff.quo.lega.gloss.in uer. stipuletur. §. Item inutilis.Insti.de inuti.stipul.Bar.in extra. ad reprimendum.in versic.& maximè, ante fin. Hic vtraque lectura prima,videlicet, Quòd presertim stet pro maximè,& vltima quòd vacet, substineri potest.Et quando hæc,vel similes dictiones videlicet maximè,præcipuè,& potissimè, & id genus abundant,est figura,quæ dicitur pleonasmos.Vergil.Sic ore loquuta est.Pro quibus dictionibus,& de illa figura Pleonasmos,uideatur tex. in l.fin.§. sin autem, iunct.gloss. in uersiculo. maximè. C. de manumiss.testam.Luc.de Pen.in l.2.versic.maxime.C.de præd. curia. libro decimo. & in l.2.C. de venden.reb.ciuita.libro vndecimo, & Andr. Alcia.in tract.de verborum signific.libro quarto. numero vigesimosexto, versiculo. Pleonasmos cũ dictio abundat. Cui non absimilis est Parelcon, & apud nos quæ frequentior est περιεργία vt idẽ Alciat.ibi subijcit,si tamen ille tractatus Alciati ẽ. ET. Siue dicamus copulam inter diuersa positam esse, prout videmus in initio Pentateuchi. In principio creauit Deus cœlum, & terram. & post, Et diuidant diem, ac noctem. Quis ignorat cœlum diuersum esse à terra:diẽ a nocte. Et ꝙ particula,& inter diuersa ponatur, probatur ex tex.in l.huiusmodi. §. si Titio. ff.de leg.1.l. 1.in princ.ibi, boni, & æqui,cum glo.in ver.ius. post medium,vbi Bar.& alij notant aliud esse bonum, aliud æquum. ff. de ius. & iur. Et quòd de natura copulæ, sit cadere inter diuersa notant Barto.& Bal. supra rub.ff.de iur.& fa.igno.& tex.in l. si is, qui ducenta. in prin. & ibi Bar.f. reb.dub. Sic dicamus diuersam esse iurisdictio-

Ecclesiasticam &

ecclesiasticam à spiritua- Siue asseramus dictio &,positam esse inter ead vel idem significantia, expositiuè, seu declaratiuè,& tunc accipitur,& pro idest,l.1.ff.si quis cautio.l.filij,quę est 22.cum glo.ff.ad munici.l.1.ibi,placitum & consensu de pact.glo.1.in fin.in l. nihil consensui, quæ 117.ff.de regu. iur. glo.2.in l.si venditione.ff. euictio.l.fi.cum glo.fi.ff.quan. di.lega.eod.capientes.§.denique,vbi glo.in ver.& aliqui.de ctio.lib.6.Glo.Pragma.de paci.possess.§.1.in & ac Bar.Ias.& alij in præalle.l.1. ff.de ius.& & est tex.in c.monasteria.in fi.de vi.& hone. latè per Feli.in cap.ex parte.1.de rescr.in ver. pula,num.32.per D.meum Phi. Dec. in c.cæ col.7. de iudi. & per Io.Fran. Paui.de offi.& te.cap.se.vacan.in 3.prælud.rub.de virtute læ,& nouissimè per Aug.Bero. super rub.de deleg. num. 69. dum quærit in quo inter se rant officium,& potestas.clarus erit tex. nost officia iurisdictionem habentia vendi non sint,seu debeant,multo minus si iurisdictio clesiastica,& spiritalis, seu spiritualis, vel clesiastica tantum,seu spiritualis solum. Pro missis videatur tex.in cap.1.& 2.ne Præla. Abb.in d.cap.2.in 2. not. tex.in cap.ex mul. cap.vendentes,& in cap.sequen.1.quæst.3. in summa, Ne prælati vi.suas.nume.1.& præ glo.Pragma.sub tit.de Anna. in ver. & eccl Præmissa,& alia quæ supra, & infra in diu cis tango,limitari posse videntur, non p in summo Pontifice,cuius sola voluntas, ctoritas licitam,honestam, & probabilem omnem similem concessionem officiorum, iurisdictionem ecclesiasticam,vel spiritualem bentium,etiam pretio interueniente. Papæ auctoritas omnem remouet suspicionem, aliàs illicitis nonnunquam licita facit. c. ex genti.§.fi. de simo. c. cum pridem, iuncta gl. ver. illicitè, vers. sed videtur, & ibi omnes pact.Cassà.decis.2. nu. 3. & seq. de simo.D. consi.141.Ad plura,in prin. De iis latius ali ctandum erit.Dictione,& decem modis v Primò vt ponatur inter contraria. Secundò ea quæ sunt sic,vt vnum in sit alteri. Tertiò ea quorum vnum est species, alterum eius ciei indiuiduum. Quartò inter ea quorum v genus,alterum eius species. Quintò inter diu ita quod sint substãtiæ,seu corpora copula tò inter diuersa appellatiua,non respectu al substantiæ. Septimò inter diuersa respectu ius substantiæ. Octauo inter plures orationes spectiuas inuicem,per modum accidentis. N inter plures principaliter, & non respect Decimò inter adiectiuum, seu subiectum substantiuum, & appellatiuum. pro qui de Luc.de Pen.in l.1.colum.3.C.de castr.

mili.lib.12. Adde, ꝙ geminata &,coniunctiua pro dictione,tum, geminata vſurpatur ſeu eandem vim habet particula,&,geminata,quàm particula, tum,geminata:ſic apud Virgil.1.Aeneid.Multum ille & terris iactatus, & alto:ac ſi dixiſſet Aeneam tum pelagi,tum terrarum laborẽ perpeſſum fuiſſe. ſic & apud M.Tullium,Aphricanus ſingularis & vir, & imperator,ideſt tum ſingularis vir, tum ſingularis Imperator. Poſtremò circa hanc dictionem, &, vnum notatu dignum pro praxi Romana ſubijcio.Citatio in Roman. Cur.decreta dirigebatur clericis, tabellionibus,& notariijs quibuſcunque,&c. Dubium fuit in Rota, an etiã in cauſa beneficiaria,executio huiuſmodi citationis,etiam per Notarium non clericum in partib. fieri poſſet,non obſtante illa copula? Concluſum fuit pro parte affirmatiua in cauſa Columbrien. parrochialis de Puſiera coram Ioan. Paulo Ptolomeo,ſub die 9.Martij 1541.vt annotauit Puteus deciſ.2.de dolo & contuma. Dictio enim, &, ꝓ diſiunctiua in caſu præmiſſo accipi debet iuxta mentem loquentis,ſeu proferentis,vt latè per Alcia.in l.ſæpè,ff. de verborum ſignifica.§. eum verò.l.1.§.vbi.& ibi per Dominum meum,num.3. in 3.concluſi.ff. de regul. iur. Et quia multoties ſufficit vnum ex copulatis adeſſe.l.1.ff.de his qui nota.infam. Pro præmiſſis, & de natura copulæ, &,vide conſil.Calde.2.ſub titu.de verb. ſigni.& latè in praxi Papi.in for.actio.rei. numero.9. & ſequen.

a SPIRITVALEM. Spiritale per ſincopem quæ tollit de medio, vt apud Vergi.6.Aeneid.Dardana qui Paridis direxit tela manusque corpus in Aeacide.l.ſi quis in fundi, §.fi. vbi vamnas eſto,pro damnatus eſto.ff.de lega.1.l. legatum ita eſt.ff.de an.leg.& alibi ſæpe,& per Alcia.in tract.de ver.ſig.lib.4.nu. 25. Spirituale etiã abſque aliqua figura,& fortè elegantius, à ſpiritu nuncupabimus.Spiritale propriè dicitur,quod alitum emittit,ſic auras ſpiritales dicimus ideſt vitales.Virum ſpiritualem habes Oſeæ capi.9. Gratiã ſpiritalem,ad Roman.cap.1. Deſidero enim videre vos vt aliquid impartiar vobis gratiæ ſpiritalis, Spiritalis lex.Ad Rom.7. Scimus.n.quia lex ſpiritalis eſt.Canticis ſpiritalib.Ad Epheſ. 5.Loquẽtes vobiſmetipſis in Pſalmis,tympanis, & cãticis ſpiritalib. Spiritales hoſtias.1.Petri.2. Spiritale, ſeu ſpirituale terreno,ſeu carnali opponitur.vti colligitur ex verbis Pauli 1.ad Corinth.c.3. At ego fratres nõ potui volens loqui quaſi ſpũalib.ſed quaſi carnalib.&c.15.Sed non prius quod ſpirituale ẽ, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale. & d.c. 7.ad Rom. Sic etiam dicimus ſpiritum carni opponi, & inter ſpiritum, & carnem maximam eſſe contentionẽ,& pugnam,ac rebellionem. Matthæi 26.Spiritus quidẽ prõptus eſt, caro aũt infirma. Marci 14.Io.3.Quod natum eſt ex carne, caro ẽ; & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt, &c. & c. 6.Spiritus eſt qui viuificat,caro autem nõ prodeſt quicquam. ad Rom. 8. Qui enim ſecundum carnem.cum ijs,quæ ſequuntur. & ad Galathas 3.in princip. Sic ſtulti eſtis, & cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumamini.& c.4. ad fin. Sed quomodo tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat perſequebatur eum,qui ſecundum ſpiritum, &c. Quæ autem ſint opera ſpiritus, quæ carnis,habes ad Galath.c.5.Spiritualia tribus modis præcipuè accipimus.Primo modo ſtrictè,vt ſunt ſacramenta,quæ Spiritus ſancti operatione conficiuntur ꝓ animæ ſalute.Secundò largè, & comprehendunt etiam iura Eccleſiaſtica.Latiſſime verò ſpiritualia dicunt ẽt quæ à ſacramentis veniunt,vt ius percipiendi decimas,& oblationes,ac quæ ex ſacramento ordinis quis conſequit. Hæc oĩa inuenies apud Archi.in c.1.nu.2.& ante nu.1..q.1.& apud eundem in can.piæ mentis.nu.3.16.q.7.& apud Rebuf.tracta.de deci.q.13.num.39.vbi alia ſignificata etiam inuenies.Iuxta verò tradita per S.Thomam 2.2.qõ. 100.ar.1.&in 4. sẽt. Spiritualia dupliciter conſiderari poſſunt, vt aliqua ſpiritualia ſint per ſe.i.per eſſentiam,vt ſunt virtutes, quæ in anima ſunt. Aliqua verò ſint ſpiritualia cauſatiuè, & hoc dupliciter,actiuè,& paſſiuè. Actiuè vt ſacramenta,quæ ſolent inuiſibilẽ gratiã conferre. Paſſiuè,vt ſunt actus ex ſacramentis ꝓuenientes. Hæc etiam tradit,& diſcutit Pet.And.Gamb.de perm. col.19.nu.450.ver.vel aliter potes diſtinguẽdo ſoluere.Pro præmiſis etiam videas Io.de Sil.de Benefic.p.1.quæſt.7.nu.13.ver. Nunc deueniendum. & plenius,& magis diſtinctè per Roc. Cur.in tracta.Iuriſpatro.in verſi.ius.nu.2.vbi alios,aliorumque opiniones,& diſtinctiones refert. Spiritualia gratis conferenda ſunt.c.Saluator,& cap.fi.1.q.3. Glo.Pragma.ſub tit.de Anna.in ver. exigatur. Et res ſpiritualis non recipit æſtimationẽ. l. 3. C. de ſacro.eccle.c.coram.I.cum glo.1.& ibi Abb.ſuper illa gloſſ.& poſtea nu.12.dicit, ꝙ cauſa ſpiritualis non poteſt ęſtimari, in illo tamen caſu prouideri conueuit,vt poteſt. de offic. deleg. Spec. de primo decre.§.reſtat videre,nu.41.ver.Tamen, quia ſpiritualia æſtimationem non recipiunt. & Caſſa. qui infert ad praxim Romanam,dec.5.nu.4.& ante.de appell.

a PRETIO. Ac ſi dixiſſet,quocunque commodo temporali,iuxta tex. in clementi. prima, verſiculo. Ac cuiuslibet commodi temporalis ſemotis, &cæt. Huc pertinent verba Quintilia. de Orato. inſtitutio. libro duodecimo. dum quærit, an oratori gratis ne ſemper agendum ſit,cum pleraque, inquit, hoc ipſo poſſint videri vilia, quòd pretium habent. Pretium proprie in pecuniarum rata conſiſtit, prout colligitur ex uerbis Reg. capi. tertio. Daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut ſi commodius tibi putes, argenti pretium, quantum digna eſt. l. prima. in princip.& in fin. vbi comprobatur Neruæ, & Proculi ſententia. ff. de contrahen.emptio.l.illicitas.in princip.ff.de offic. præſid.Et eſt forma materialis emptionis. §. item

precium. Insti. de emptio. & uendit. ubi Doctor. concludunt p robante emptionē absq; precij designatione succumbere, cum precium, vt dixi, sit forma ipsius emptionis, si ipsum preciū est quid substantiale ipsius contractus, prout per Lud. Roma. consil. 30. viso casu, nume. 3. & consil. 91. visis, num. 7. & vtrobique in apostilla Horatij filij mei. Pro premissis vide etiā tex. in l. fi. & ibi Luc. de Pen. colum. 6. versic. Et no. precium. C. de prædi. curia. lib. 10. Bald. consil. 98. Betonus, nu. 1. lib. 1. Et ꝙ pecunia sit forma & materia pretij, probat tex. in l. 1. iunc. glo. ff. de contrah. emptio. Bal. in l. 1. post num. 7. versic. Reuertamur. C. de re. permu. Pretium autem latè sumptum non solum pecuniam numeratam comprehendit, sed & quicquid pro re datur, licet non sit pecunia numerata, & ita interpretari possumus illud in l. & seruorum. ibi, ad pretium participiādum venire passus est. ff. de sta. homin. l. si quemquam. ibi, Nemo gradum sacerdotij venalitate pretij mercetur. C. de epis. & cler. Pro quibus, & quot modis pretium sumatur, videatur Luc. de Pen. in alle. l. fi. C. de præd. curia. li. 10. & in l. vni. col. antepen. in ver. pretium. C. de publi. læti. vel consu. lib. 12.

pecunia [a]

PECVNIA. Pecuniæ appellatione venit omne illud, cuius precium potest pecunia numerari, prout per Philosoph. in prin. 4. li. Etico. Atque pecudis ea dicimus vniuersa, quorum æstimatio cō mensuratur nūmo. Idem li. 15. c. 5. de... l. rei apprō ne ... nūmo, & indigentia. l. pecuniæ verbum. ff. de verb. sig. l. 2. §. creditum, cum glo. in versi. pecunia. ff. si cer. pet. l. sed Iulianus, §. mutui. ff. ad Sen. Mace. l. talis scriptura, in prin. ff. de leg. 1. l. 1. §. 1. de offi. præse. vrb. l. 1. in princ. iun. fi. ff. de calum. Pecunia igitur largè sumpta, vt hic, non solum pecuniā numeratam comprehendet, sed & frumentum, vinum, atque id genus cætera, quæ pondere, numero, mensura consistunt, ad supra adducta. Et ita exponit diuus Augustinus in lib. de Disciplina Christiana. inquiens, Totum quicquid homines possident in terra, & omne cuius Domini sunt, pecunia vocatur, seruus sit, vel ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia vocatur. & Marcus Tullius Retho. ad Heren. libro tertio. de expeditione tractans, postquam fundum expressit, subdit mea pecunia venire non potuit. & exponunt ibi pecunia idest fundus, de quo loquutus erat, cuius appellatione substantiam omnem cōtineri affirmāt. Nonnulli asserunt, et ex malo pecuniam acquirendam esse iux. illud Sapien. c. 15. Sed & extimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationē vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere. Pecuniæ obediunt omnia. Ecclesiastes c. 10. & Prouerb. c. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem quos habuerit, separantur. Ecclesiasti. c. 8. Multos enim perdit aurum & argentum vsque ad cor Regum extenditur, & cōuertit. ac c. 10. Nihil est iniquius quàm amare pecuniam. hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Diuitijs; ac diuitibus opponuntur virtu
& viri probi, quod in qualibet ferè ciuitate
scernere licet iuxta sententiam Socratis, quam
uenies apud Platonem dialog. 8. de Repub. sub
verbis. Quando igitur in ciuitate diuitię, ac di
tes honorantur, virtus, ꝓbique viri despiciunt
Et diuites quidem viros laudant, & admirant
& ad magistratus euehunt, pauperes verò de
ciunt &c. Pecuniæ tamen seu diuitiæ non im
bantur, sed earum malus vsus, & hi qui illis v
sciunt. Pecuniæ enim, & diuitiæ impedimen
improbis, ita bonis sunt adiumento virtutis,
cit diuus Ambrosius super Luc. c. 19. & in 14
4. c. quid dicam. Et dixit Plato libro 34. qui in
bitur de legibus, dialogo primo. Diuitiæ coec
sunt, sed acutè cernunt si prudentiam sequan
Et in Menexeno dixit, Diuitiæ namque splend
afferunt nullum, eas cum ignauia possident
sus & in 1. dialogo de Repub. idem inquit.
hoc ego existimo pecuniæ possessionem plu
faciendam esse, nō cuiuis homini, sed model
æquo.

fieri semper [a]

a SEMPER. Idest toto tempore nostri Po
catus, vel verius
tempore nostr
tificatus, quàm tempore quo in minorib. e
ac toto tempore nostræ vitæ. Simile secund
capite. tertio, in princip. Dauid proficiens, &
per seipso robustior, &c. & ad tex. in l. 1. &
& Doct. ff. solut. matrimon. l. semper, ff. de
muni. l. seruitutes. ff. de seruitu. l. humanita
de impub. capitu. primo. de in inte. resti. l.
licet. in 1. not. dicit dictionem, semper, vni
ter affirmare. C. quomo. & quan. Iud. Al
Rosa. in suo Dictio. in versicu. semper. ubi
quòd debet intelligi omni tempore, &
su. Sequitur Paris. consilio nonagesimo
mero vigesimooctauo, libro secundo. I
luit nouissimè August. Bero. super rub. de
tron. numero octuagesimoprimo. ponder
hoc dictionem, semper, positam in cap. decre
decima quæstione prima. Et quòd semper
piatur pro omni casa probat tex. in l. semper
vi aut clam. in superscrip. Insti. & ff. ibi,
Augustus. in l. 1. C. solut. matrim. & vult Ro
consilio 407. cum præsupponatur, numero
to. Dictio, semper, denotat perpetuitatem,
supra adductis colligitur, & probat tex. in
versiculo, perenne est, quòd semper flu
glo. ff. de flumi. Et voluit Soci. consilio vnde
circa præsentem, numero quinto, versiculo
super, quia libro primo. & Raph. Fulgos. co
centesimoquarto. quædam Dom. Lucia,
secundo. vbi ad rem nostram ponderat,
dicere semper, quòd continue, & tempor
Sic etiam dicimus semper sacerdotibus
obseruanda præcipitur. can. sacerdotibus
simaprima, distinctio. Et monacum semper
tum monacalem ferre debere. can. sancti mo
& ibi Doctor. 23. distinctio. canon. decretu
q. 1. Et nemo est, qui nesciat Summum hum
tific

tificem, non solum post assumptionem ad summi Apostolatus apicem, sed & ante, & semper totis, neruis, & omni nexu quæsiuisse, ac operam dedisse, vt quæ tollenda, seu reformanda venirent, tollerentur, ad melioremque formam redigerentur. Semper pro multoties accipitur. in §. 1. in Auth. vt sit deter. nume. cleri. iun. glo. in ver. semper. A qua interpretatione nouus elici potest intellectus ad præalle. l. 1. ff. solu. matr. Vt dotis causa multoties, seu plerunque præcipua sit. Et quòd nonnunquam hæc dictio comprobetur in iis, quæ habēt in se temporis interuallum. l. 1. §. quotidianā, & ibi Barto. ff. de aqua quoti. & æsti. Roma. consi. 263. viso, num. 3. Felin. in proœ. Decre. Rex pacificus, nume. 3. semper nonnunquam exponimus communiter, & naturaliter. l. 1. cum glo. in hoc ver. & Ias. col. 8. ff. solu. matri. l. semper in obscuris, & ibi Cagno. ff. de reg. iur. Semper exponimus in c. laicus. 31. distin. 1. horis debitis, & ordinatis. Rursus quòd aliquando vera reddatur in spatio triennij, vel decennij, voluit Bald. in l. aduersus, in vlt. not. C. de vsur. Pro hac dictione, semper, videatur Luc. de Pen. in l. vni. colum. 3. av fin. in versic. semper. C. de castren. om. pala. pecul. lib. 12. & And. Tiraq. de Vtro. tetra. par. 1. §. 1. glo. 10. num. 34.

a ABHORRVIMVS. Execrari, seu detestati fuimus, damnauimus, vel alieni fuimus ab hac re, prout Ecclesiasti. cap. 38. in princip. Altissimus creauit de terra medicinā, & vir prudens non abhorrebit illam. Tereut. in Hecy. Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis. Cice. ad Atti. lib. 14. in epistola incipien. O mi Attice. A ducenda vxore sic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius: Cæsar parum ante fin. 1. lib. Belli Ciui. Ipsos Duces à pace abhorruisse. Ex Suidæ monimentis de Triboniano Pandectarum Architecto loquentis, iux. translationem Bud. in l. fi. ff. de ædili. edi. Tribonianus natione Græcus, cum omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Christiana fide abhorrescens, assentator, & fraudulentus, vt qui Iustiano Principi persuaserit mortem eum nō oppetiturum esse, atque in cœlum cum carne assumptum iri. Verum dum Budæus vertit illa verba Suidę ετ' ὑτγορίων &c. Tribonianus natione Gręcus, & quòd non fuerit Græcus ipsemet Budæus sensisse videtur, dum in l. 2. ff. de ori. iur. dixit, Tribonianus enim ea, quæ à Iurisconsultis Græcè scripta inuenit eodem sermone transcripsit, in doctiore verò sæculo, &c. & sic supponit tēpore Triboniani literas Græcas incognitas fuisse: quod si ipse Græcus fuisset, & qui peritus erat legalis sciētiæ, verisimiliter literarum Græcarum cognitionē habuisset. In eodem significatu verbū, abhorreo, accipitur in l. abhorret. C. ne fiscus, vel Respu. Pro quo verbo, & quod idē sit abhorrere, quod dissentire, seu discrepare, adduco tex. in l. si tibi areę, ver. sed si puerum, cum gl. ff. de præscr. ver. l. Marcellus, iun. gl. 1. & gl. in ver. abhorrentem. ff. de regu. iur. l. si in venditione. ibi, A quo non abhorret, quod Marcellus. &c. ff. commu. prædio. Et pro distare, differre, seu dissentire accipitur in l. Fulcinius. §. seu, versi. planè interdum. ibi, Et habitus à pupilli conditione non multum abhorret. ff. qui. ex cau. in pos. ea. Simili modo loquendi (licet in alio genere) vtitur diuus Ambrosius, Horrebam quippe animo cū armatos ad basilicā ecclesię occupandam missos agnoscerem, vt in can. conueniat, ver. Sed pro altarib. 23. q. 3.

abhorruimus, [a] **& propterea** [b] **nulla**

b PROPTEREA Ob eam causam, qua propter, propter quam causam, iccirco. Sic Genes. c. 16. ad fi. Propterea appellamus puteum illum, puteum viuentis, & videntis me. & c. 38. Propterea appellauit eum Asser. 2. Reg. c. 5. Propterea vocatum est nomen loci illius Baal Pharasim. Esaiæ c. 27. Propterea non miserebitur eius, qui fecit eū. Terent. Andr. Ego uitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror. Cice. pro Ligario. Atque hoc propterea de me dixi, vt mihi Tubero cū de se eadem dicerem ignosceret. Cęsar lib. 5. Belli Galli Equites autem magno cum periculo dimicare, propterea quòd illi etiam consulto plerunque cæderent, & c. l. 2. post princ. & §. ijsdem temporibus ibi, propterea Quęstores constituebantur à populo, ff. de orig. iur. c. 1. ibi, Et propterea nos qui. de rest. spol. li. 6. l. 2. ff. de usur. Hęc dictio multipliciter capitur, Demonstratiuè, s. causatiuè, & conditionaliter. Demonstratiuè, dum aliquid factum faciendumue demonstrat. Causatiuè, si rei gestę, vel gerendę subijciatur, tam à lege, quàm ab homine. Conditionaliter, quando hominis habet pręexistentem liberam dispositionem, quę actum futurum ab alio explicandum respiciat. Hanc dictionē propterea, causam remotam denotare dixit Ludo. Rom. consi. 89. visis is. ver. Secundò, quia verba illa, propterea, &c. Soz. consi. 156. pro fundamento, nu. 13. ver. Secundum fundamentum. lib. 2. Tiraq. in trac. cessan. cau. lim. 20. nu. 26.

a COMMODI. Vtilitatis, emolumenti, seu lucri. Ita accipies verba iunctis ijs, quæ parū post subijciuntur, uidelicet Et vado ut habitē ubi potuero, & utile mihi esse perspexero. Cęsar lib. 5. Belli Galli. parum post princ. Quę sui quisque commodi causa fecerat. & lib. 7. Id tamen se celeriter maioribus commodis sanaturum. Idē quod Cęsar libro tertio. Belli ciui. Atque ipsis, ad quorum commodum pertinebat, &c. Cicer. ad Heren. libro secundo. Causa est, induxit eum commodorum spe. Idem pro Roscio Amerino, In priuatis rebus si rem mandatam non modo malitiosius gessisset sui quęstus, aut commodi causa. Plin. Epistol. trigesimanona. Me prędia materna parum commode tractant, delectant tamen vt materna idest parum fructus, & utilitatis reddāt, l. illicita. uer. Ne quid sub nomine. ff. de offi. pręsi. l. secundum naturam, ff. de reg. iu. & l. actione, §. diximus

commodi [a] **nostri**

ibi, Commodum autem communicare cogetur. ff. pro soci .l. patre furioso in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alie.iur.l. obsistat.& ibi Luc. de Pen. in versi.commodum.C.de anno.& tribut.lib.10. Commodum pro præmio, seu salario. l. commodis.ff.de re iudi.l.1.cum gloss.in versi.commoda. idest salaria.C.de primipi.libro 12.Commodum item pro voluptate, quiete, abundantia, & aliàs iuxta subiectam materiam accipimus. Docebat Vercingentorix suos milites salutis causa, rei familiaris causa commoda negligenda, prout in commen.Cæsar li.7. Belli ciui. Commodum aliàs & periculum opponūtur, toto tit.ff. de peri.& cōm. rei uendi.

RATIONE habita.] Pro respectu, cura, seu consideratione.ad l.cum ratio, post princ.ibi, Rationem haberi liberorum.ff.de bon. damn.Cæ

ratione habita

sar 2. lib. Belli ciui. Nos turpissimæ fugæ rationem habere.Cice.Plan.lib.10. Peto a te vt mei rationem habere velis, & salutis, & dignitatis meæ.& Officio.lib. 2. Habenda est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est.& eodem lib. Habenda est ratio infirmitatis.Liuius li. 7. secundi Belli Punici. Itaque si suum nomen dictator acciperet, se com mitijs intercessuros tribuni dixerunt: si aliorum p̄ terquam ipsius ratio haberetur, comitijs se morā non facere.Idem Liu.li.3.Belli Maced.Pars tribunorum plebis negare rationem esse habendam, ꝙ duos simul vnus magistratus, præsertim curules neque capere posset, neque gerere.l. si vno. §. cū quidam.ff.loca. Absentis rationem haberi Cæsar lib.3.Belli ciui.Oporteretne L. Hircij, quòd is a Pompeo ad Parthos missus esset, proximis comitij prætorijs absentis rationem haberi.Sic & rationem commodi ducere dicimus. Cic. ad Trebatiū li.7.Ego si mei cōmodi rationem ducerem te mecum esse maximè vellem.Idem pro Sextio. Eos autem, qui dicerent dignitati esse seruiēdum, Rei pub. consulendum, officij rationem in omni vita non etiam commodi ducendam, &c.Ratio pro cā prout Nume.cap.23.Qua ratione detestor quando Dominus nō detestatur? Ecclesiastes cap. 8.ad fin.Et intellexit, ꝙ omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt sub Sole.Cæsar vel potius A.Hircius, aut Oppius lib.8.Belli Galli. Quantum Hibernorum opportunitas bellique ratio postulabat; Cic. ad Cat. lib. 15.Cum autem ad Cibistra propter rationem belli quinq; dies essem moratus.l.& ideo rationes eorum.ff.de legi. Ratio equestris prælij. Cæsar lib. 5.Belli Galli.Equestris autem prælij ratio, & cedē tibus, & insequentibus par, atque idem periculū inferebat.Ratio belli, item status qualitas, uel conditio belli.Cæsar lib.3. Belli ciui. Sic belli rationē esse diuisam, vt illi classe naues, auxiliaq, sua impedirent, ipse ut aqua, terraq, eos prohiberet.Alia ratione bellum gerendum, idest alio modo, alia arte, alia industria, alia consideratione, alio consilio.Cæsar lib.7.Belli Galli. Docet longè alia ratione esse bellum gerendum. & lib.3.Belli ciui.Om nem sibi commutandam belli rationem existim. stimauit.Rationem pontis, pro pontis forma vi pauit Cæsar lib.4.Belli Galli. Rationem igitur p tis hanc instituit.Ratio pro modo, seu uia.Cic. a Attic.lib.6.Tantummodo dissimilitudo meæ r tionis offendit hominem.Cæsar libr. 3. Belli ci Nec quibus rationibus superare possent, sed q admodum vti victoria deberent, cogitabat. & 7.Belli Gall.Ratio perticendi quærebatur.& pa post.Qua ratione agi placeat constituunt.Ra pro definitione, Arist. de interpretatio. Sectio. dum de nomine tractat, text. 8. & ita ibi expo Amon.Ratio pro ordine.Sic accipitur Iob c. Quis narrabit cœlorum rationem.ita accipi p sunt illa verba Aristo.in princ.7.lib.Politico.O mè enim agere consentaneum esse, quib. sub op ma Reipub.disciplina reguntur, ex his quæ sibi sint, nisi quid accidat preter rationem, idest pr ordinem, seu præter id, quod euenire debere tionem in alio significatu diffiniuit Labeo, ult tro, citroq; dandi, credendi, accipiendi, oblig soluendi sui causa negotij actionem, prout quis ex argentarijs, §.rationem autem, ff. de Et rationem pro supputatione, seu calculo, v pensa, habemus Leuit.cap.25.versi. fi. Et ra mercenarij supputata.& 4.Reg.c.12. Et nō ratio his hominibus, qui accipiebāt pecuniam distribuerent eā artificibus, sed in fide tract eam.Ita etiam accepit Plaut.in Aulul.Supp ratio cum argentario.Colum.lib.1. cap.3.N iorem agrum quàm ratio calculorū patiatu re uelit. Ratio dati, & accepti.ad Philippē. sus fi.Quando profectus sum a Macedonia la mihi ecclesia communicauit ratione dati, cepti.Ratio etiam exigi dicitur de administ gestis, seu perpetratis.l.obseruare.§. proficisc Ab ipsis ratio, & uindicta exigatur, ff.de c con.Ratio etiam reddenda est Deo de commi & nequitijs nostris.Matthæi cap. 12. Dico aut vobis, ꝙ omne verbum, &c. Sic & uillicat reddendam esse rationem habemus. Lucæ ca in princ.& ad Roman.cap.14. Itaque vnusq nostrum pro se rationem reddet Deo.Refer tionem. Cæsar li.2.Belli Ciui.Relatis ad eum blicis rationibus, &c.Rationem reddere. l. ne versic. ne forte .ff. de adoptio. Ratioque p re sumitur.l.si id quod. cum glos. in uersicu tio.ff. de condic.indebit.Item pro consilio, posito. Cice.in Verr. Actio.4. Vt ego istum a rem, a quo mea longissimè ratio, volūtatisque abhorrebat. Idem ad Trebatium libro 7. Postea quàm mea mutata est ratio. Rationem in alia materia animam. & spiritum legis esse dicunt.l rò.& l.nulla.ff.de leg.Bal.in l.q̄s seruo. col. Ex iis apparet.C.de fur.& consil.275. ꝙ p col.

nonnulla iurisdictione & dignitatem

colum.3.lib.2.Idem Bald.in cap.1.colum.4. uer. Item statuta, de constitu. Imò ratio, & lex ꝓ eodē sumuntur, idem Bal.in ca.dilectus, de rescr.& cōsil.476.de iure.li.2. Abb, in c.1.col.5. de re iudic. & in c.2.colum.pen.de probatio. Rationem habere, Gui.Bud.titu.ff.de offi. procon. pro eodem accepit, ꝙ nomen accipere, quod vulgus dicit recipere ad monstram.& in l.si in aliqua.§. fina. ff. eod. Ratio alicuius non haberetur, interpretatus, vt idest nomen eius non reciperetur in sortibus ducendis. Sine ratione, idest frustra. Ecclesiasti.c. 14.in princ, Viro cupido, & tenaci sine ratione est substantia. Ratio item quot modis sumatur, vide etiam apud Luc.de Pen.in l.1.col.1.in ver.rationib.C.de iu.fi.lib.10. Rationem principium esse pariter in rebus tam arte, quàm natura constituendis, asseruit Philosoph.circa princip. lib.1.de par.anima. Idem lib.7.Politico.c.14.melius illud dicit, quod rationem habet. Rationemque aliam actiuam aliam contemplatiuam affirmat. De recta ratione, & quando ex recta rationem agamus, idem Aristot.libro secundo. Magno. Mora. cap.11.

a NONNVLLA. Idest aliqua. Ci.pro Syl. Multa mea in se, nonnulla etiam sæa in me proferebat officia. Plin.lib.8.Episto.de Circensibus loquens, si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla. l. quæ sub conditione, post princ.versi.cum enim faciles sint nonnulli hominū.ff.de cond.institu.l.1.§.sed non nullos casus, ff.de tute. & ratio. distra. item apud quæ est 15.versi. Assidua, cum gl.ff. de iniur.c.nō nulli diacones.93.distinctio.c.nonnulli.de rescri. c.solet de nonnullis.de sent.excom.li.6. Extra. cū inter nonnullos, Io.22.iun.gl 1.de verb. sig. vbi exponit, nōnullos, i.aliquos. Gloss.2.in extra. qui sint rebell. Vitali.in clem.1.nu.15.de iud. Non nemo ēt pro aliquo, seu pro quodam accipitur. Cic. Pro lege Manilia. Quo quidem tempore esset nō nemo in Senatu, &c. Sed cōtra tex. oppono, quòd non debeat dicere nōnulla, idest aliqua, vt sit particularis affirmatiua, sed debeat uti vniuersali affirmatiua, dicendo omnia, quod probo. Paulus enim 4. Omnia officia iurisdictionem, & dignitatem habentia absque pecunia concessit. hic autem dicitur, quòd aliqua officia huiusmodi gratis cōcessit, ergo non omnia, ergo aliqua recepto pretio. Secūdò, quòd debeat legi omnia, non autem nonnulla vel saltem, quòd ita interpretatio facienda sit, ac si dixisset, omnia. Probo, quia ratio generalior est exemplo, seu dicto. præmisit enim Papa se semper abhorruisse talia officia vendi. Exemplum, seu dictum subsequens ampliari, & declarari debet a ratione generali præmissa. ad gloss. in authē. Cassa. in versic. per Italiam. C. de sacrosanct. eccle. & nota. in l. quod dictum, ff. de pact. l. 1. iun. gloss. in ver. illiricanus. C. qui. mun. vel præsta. nemi. lice. se excu. lib. 10. glo. 2. in fi. in l. in facto, ff. de cōdi. & demon. glo. in clemen. 1. in ver. præsidentes, in fin. de rescrip. Solutio, illa dictio, nonnulla, respicit officia in genere, vt sensus sit, ex omnibus officijs aliqua, videlicet, iurisdictionem, & dignitatem habentia gratiose concessimus. Rursus dato etiam quòd iila dictio, nonnulla, respiciat officia illa qualitate, videlicet, iurisdictionem, & dignitatem habentia, adhuc bene dicit tex. noster, aliqua ex illis cum hac qualitate gratiosè concessimus. & non dixit omnia officia, quia non omnia tampore huius Papæ vacarunt. nonnulla igitur, seu ea quæ ex illis officijs iurisdictionem, & dignitatem habentibus tempore nostro vacarūt, ea gratis contulimus.

a EIVSDEM Curiæ.] Scilicet Romanæ, de qua præmisit. Hoc enim relatiuum idem, eadem, idem, qualitates in prçcedenti dispositione expressas, seu qualitatem dispositionis, ad quam se refert ac petit. l.2.§.eo dē modo.ff.nau. cau.po. stabul.l. a filio.§. testator & ibi Bart. ff. de ali. & ciba.leg.

habentia eiusdem [a] curię officia [b]

l.2.§.ijsdem temporibus, & §.iuris ciuilis, versicu. post hunc Appius.ff.de orig.iur.l.1.in fi.ff.de his, qui sunt sui, uel alie.iur.l.arrogato, post princip.ff. de adoptio.l.1.ver. In initio eiusdē epistolç. ff. de offi.præfe.vrb. Fran. Aret.consi.155.diligenter visis.nu.1. Et ꝙ dictio idē, eadē sit relatiua substantiæ identitatis, probat tex.in l.oū quærit, & l. seq. ff.de re iud. Bar.in l.si quis, §.initiū. nu. 2. in 2.lectu.ff.de eden. Idēt quot modis dicatur, tractabó infra.§.sitq;, in uer.idem.

b OFFICIA. Officium generale nomen est.l.legatis, ver.si ex officio.& ibi gl.ff.de leg.3.cōprehēdens ēt munus, & opus, ꝙ quisq; efficere debet. Et qđ rōne actū sit, id officiū appellamus, diffinimus que officium esse congruum actum vniuscuiusq; personæ; obseruata locorum, temporum, & personarum ratione. Sic dicimus officium tutoris, officium Aduocati, l.inter officium aduocationis.ff. de rei uendi. Officium amici. Cic.ad Terentiā lib. 14. Tantum scribo si in officio erunt amici, pecunia non deerit. Officium ab artificio differt, prout videre est in alle.l. legatis, §. si ex officio quis ad artificium transierit.ff.de leg.3. Officium ꝓ exercitio, seu cura.l.diuus, in fi.ff. de off.prçsi. Officiorum quędam sunt publica, quædam priuata. Pro quibus, & quot modis officium capiatur, uide Archidiacon.in capitu.monaahus.16.quęstione 5.& in cap.primo, de consuetu. libro sexto, & Luc.de Pen.super rubr. C. de diuer. offic. Videantur etiā quæ supra scripsi, §. sane, in secunda gloss. Officium etiam pro officiarijs, seu officialibus usurpatur, iuxt.text.in l.illicitas.§.ne tenuis vitæ homines sub prætextu aduentus officiorum. ff. de offic.præsi.l.diuus, ad fin. iunct. declara. Bud. ff. de bon. damna. Hic Papa de officiis loquens intelligit de Clericatibus Cameræ apostolicæ, Prothonotariatibus, ac accolitatibus de numero participantium, & similibus. De istis Prothonotarius qui à Clemente primo, ad res gestas martirum conscribendas creati fuere: & de accolitis loquitur Nico.de Vbal. in tracta. successio. ab intesta.clerico.columm.pen.in uersicu. vnde conside-

rabant. De his ego latè tracto super Signa. Gratiæ, titu. de Prothonota. & Accoli.

a PERSONIS. Hominibus, prout in l. 1. & l. sũma. ff. de sta. ho. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. l. 3. §. 1. ff. de of. pf. vig. l. cõgruit. §. fi. ff. de of. pſi. l. humanitatis, ver. si filio, C. de imp. & Inst. de iur. perſ. c. 1. versic. tales, 27. q. 1. cle. 1. de æta. & quali. Personam, & hypostasim pro eodem accipiunt, clem. 1. vbi glo. in ver. hypostasis, & Docto. de sum. trini. & per Magistrum senten. lib. j. distin.

personis, a non quæ

26. Personam describunt esse naturæ rationabilis indiuiduam substantiam, Luc. de Pen. in l. 2. colum. 2. C. de delato. lib. 10. Cardi. in c. 2. §. cum vero. de conceſ. præb. Vt persona dici possit Philosophorum schola tria requirit. Primum vt sit indiuiduum. Secundum quòd sit in genere substantiæ. Tertium quòd sit rationale. De persona vide etiã Boni. de Vitali. in cle. 1. num. 9. de reli. domi. Persona etiam pro qualitate accipitur. Cice. pro Gn. Planco. Multosque menses à capite meo non discessit abiecta quæstoris persona, Comitisque sumpta. Quintil. lib. 4. In epilogo verò licet totos effundere affectus, & fictam orationem inducere personis. Bud. super annota. in l. 2. ff. de ori. iur. dũ de persona loquitur. Persona etiam pro voluntate sumitur, l. cum filiosa.

pecuniam a

in princ. iun. glo. in ver. & persona ipsorum. ff. de lega. 1. Persona in iure canonico pro habente præeminentiam, seu dignitatem, vel quasi in ecclesia, prout in dec. Cassado. 11. de præb. post nume. 3. ibi, siue dicatur Rector, siue Vicarius, siue persona, à qua personatus, qui pro dignitate vel quasi, seu iuxta opin. aliquorum pro præeminentia in ecclesia sine iurisdictione accipitur, ad tex. in cap. cum accessissent, de constitu. c. de multa, verſ. Hoc idem in personatu. vbi etiam Abb. nu. 21. & alij, de præb. Personæ appellatione veniet masculus, & fœmina. l. metum, §. animaduertẽdum. ff. quod met. cau. iun. glo. Bal. in l. Quicunque, colum. 4. in princip. versicu. Item si statuta. C. de ser. fugi. præalle. c. 1. 27. q. 1. Soci. consi. 57. casus, nume. 5. D. meus in l. fin. ff. de reg. iur. Hic tamen mulier non comprehenditur, ex quo talia officia illis conferri non possunt, prout in similibus terminis ponderat Rebuff. super concor. rubr. de collatio. §. statuimus. 2. in verſ. personis. Personas pro figuris eminentibus in ædificiis, e quarum rostris aquæ salire solebant, accepit Vlpia. in l. fundi. §. penulti. ff. de actio. emp. Persona etiam pro larua vsurpatur, seu pro facie conficta. Liu. lib. 12. cap. 14. Persona primus vti cœpit Roscius Gallus histrio, qui oculis obuersis erat, nec satis decorus: ante enim galeris, non personis vtebantur, vt qualitas coloris indicium ætatis faceret, cum essent aut albi, aut nigri, aut rufi. Horat. in Poetica, Aeschilum personæ inuentorem ait, dum inquit, Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ Aeschilus. Personæ etiam dicuntur histriones, & qui in scena exprimunt gestu, & habitu senem, militem, aua

rum, vel alium. l. si qua in publicis. iun. declarati
ne Luc. de Pen. in ver. personis. C. de spectato. &
sceni. lib. 11. An autem appellatione personæ ve-
niat collegium, capitulum, seu vniuersitas, vide
con. Ludo. Roma. 43. 6. quod indultum. Franc.
Ludo. in authen. principales personæ, §. hoc etiã
C. de iurám. calum. & Sarnen. in 2. quæst. Reg
de Idio. Et an persona
dici possit in vtero exi-
stens, vide Andr. Tiraquel. in repet. l. si vnquam
in ver. susceperit liberos, num. 125.

soluerint

a SOLVERINT. Soluere de stricta significa
tione, præsertim pecuniæ mentione facta, non
cludit alium modum satisfaciendi. Sic & apu
Cicero. 2. de legi. Vt is qui ei, qui mortuus sit, pe
cuniam debuerit, neminique eam soluerit, &c. T
rent. 4. Adelph. Egomet rapui ipse, egomet sol
argentum. l. illicitas. §. præses. ff. de offi. præsi. l.
lutam pecuniam, & in aliis, ff. de solutio. Al
hoc verbum latissimè patet, vt in l. liberation
verbum, & in l. solutionis verbo & actio. ibi
per Alcia. ff. de verbo. significa. l. satisfactio. &
lutionis verbum pertinet ad omnem libera
nem. ff. de solutio. Corn. consi. 11. videtur pri
nume. 8. volum. 4. Pariſ. consi. 69. si iuris, num
16. volum. 4. Quando autem solutio, & sati
ctio idem operentur, videatur Socin. consi. 3.
præsenti, colum. fina. lib. 3. quem sequitur P
vbi supra. Sic & aliquem non esse soluendo,
eum tantum dicimus, qui in pecunia num
soluere non potest, sed eum qui nullo modo
facere potest: ita accepit Mar. Tullius in seco
Philipp. Nec tu soluendo eras, nec te vllo m
nisi euersa Republic. fore incolumem putab
ad Attic. lib. 13. Pro quo quidem etiam spo
factus, & nimirum id fecit, soluendo enim
erat. Et quomodo probetur aliquem non
uendo, vide Pariſ. consil. 50. ex lectura, n
61. & sequent. libro primo. Sic & bona no
soluendo dicimus. l. 2. ff: de offic. procura. C
1. §. an bona, quæ soluendo non sunt. ff. de iur
Soluere item, & compensare à pari procedu
si debitor. ff. qui potio. in pignor. habe. l. si p
lium, §. primo, in fin. ff. de statu. liber. Bartol
amplius non peti, columna finali. ff. rem rat
ber. & in l. aufertur, §. qui compensationem
de iure fisci. Parisi. consilio 121. primò, num
14. libro primo. Quantum verò ad opinio. B
tol. in allegat. l. amplius, videatur deciſ. Neapol
Afflict. 121. fuit dubitatum. & 381. quædam H
polyta, & omnino doctus moder. Hiero. Gig
pensio. quæstio. 92. numero 12. Postremò sol
re non solum ad dandum, sed ad faciendum
tiam refertur, l. cum rem. ff. rem pupilla.
Hæc discussio, quid veniat sub verbo solu
nis, proderit ad stilum Roma. Cur. quòd co
obligationem in ampliori forma Cameræ no
mittatur exceptio nisi solutionis, & falsitatis
ut per Cassà. deciſ. vni. de mut. petitio. num
sub illo verbo cõprehendatur quælibet satisfa
quocunque modo facta; per quam tollatur ob
tio. Idem dicemus de verbo satisfactionis, qu
prehend

prehendat omnem modum, per quem creditor consequitur id, quod sibi debetur, & propterea creditor contentus remanet. & sic verbum satisfactionis, latè patet. l. is cui. §. Imperator, uer. satis factionis. ff. vt in pos. leg. l. si rem. §. satisfactum. ff. de pigno. actio. l. vt res. ff. de contra. empt. l. 4. §. satis acceptio. ff. de verb. oblig. l. 1. ff. qui satisda. cog. Io. And. in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Glo. Prag. de pign. cul. in ver. satisfaciant. Ex quib. etiam apparet quòd verbum, satisfactio, latius patet quam verbum solutio, Bal. in alle. l. 1. ad fi. ff. qui satis. cogan. dum asserit quod si à lege, vel statuto proferatur hoc verbum satis factio, dando fideiussores, uel pignora, satisfactū sit statuto, quod dictū refert, & sequit Fel. in c. pastoralis. §. cum aūt, col. 2. post nu. 28. uer. ex hoc infertur. de offi. dele. & in c. ad vestrā, col. 4. ver. In gl. peb. de iureiu. Subdit Bald. ubi supra, secus si statutum diceret, si non soluerit.

Sed quæ illa [a]

SED. Ex hac & simili dictione diuersum factū denotatur, eaque præcedentib. aduersatur, put probatur. Virgi. 4. Aene. Sed mihi, uel tellus optē, &c. l. 2. §. seu, uer. post hos Q. Mutius. ibi, Sed Seruius suos libros compleuit. Et in hoc aduersatur, quia aliorum nominatorum scripta non uersabātur in manus hominum. Q. vero Mutij sic, qui libros suos cōpleuit. ff. de orig. iur. l. si is. uersi. Sed si adoptauit. ff. de adoptio. l. si usumfructum, & ibi Bar. nu. 1. ff. de uer. obli. l. sed & si lege. ff. de peti. hære. & ibi Bar. in prin. l. qui se debere. ff. de con dict. cau. dat. Insti. de testa. §. sed neque hæres. Bar. in l. patris, & filij, post nu. 5. ff. de uulg. & in l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad trebel. Mar. Sozz. Iun: cōsil. 83, nu. 10. li. 1. Franc. Aret. in l. hæres, in 1. not. ff. de acq. hær. & in l. siue apud acta, no. 6. C. de trāsact. Sat igitur diuersum est officia huiusmodi pecunijs, acquirere, & uirtutibus assequi. Nonnunquam dictio, sed, aut aūt, non aduersatur directè, uel non simpliciter, aut non clare, non apertè, nō expresse, non primo, seu principaliter, sed aliquid subaudiendo, supponendo, supplendo, ut in infinitis locis uidere est, & inter alia in præalle. l. 2. §. iuris ciuilis. ff. de orig. iu. uer. fuit & eodem tempore Celius Antipater qui historias cōscripsit, sed plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit. Et quod dictiones hmōi aduersatiuæ non semper seruēt naturam suam probari potest ex §. suspectus aūt est, cum nonnullis sequen. Instit. de suspe. tut. & ver. Sed sciendum est. Insti. qui testa. tut. da. poss. Particula, sed, non solum hic non uidetur aduersari, imò comprobare, & corroborare dictum præcedens in eo quod scripsit historias, consequenter magis dedit operam eloquentiæ, quàm iuri ciuili Vt aduersetur præcedentibus supponendum est quòd prius, & postea nominantur Iureconsulti optimi, iurisque ciuilis peritissimi, inter alios fit sermo de Cælio Antipatre, non solum Iureconsul. sed & historiarum scriptore, in qnantum inter Iureconsul. connumeratur, subditur; Sed plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit, & sic dictio, sed, aduersatur præcedentibus, saltem in substantia, in effectu, uel in sensu. quasi dicat, hic Cælius Antipater non fuit solùm Iureconsul. sed & Historiographus, & ualde eloquens, consequēter non adeo excellens Iureconsul. ut alij qui ibi nominantur, iux. illud, Pluribus intentus minor ē ad singula sensus. Et scientia ciuilis, totum hominem, totamque uitam requirit. eloquentes igitur, & humanarum literarum peritissimi, ac alijs scienti js, uel artib. impliciti, pauci Iurecon. optimi euasere. Non nego, quòd non expediat omnia scire, & utinam ego cum Poeta cantare possem, Fistula dulce canit septem compacta cicutis. Egoque maximè optarem catenam illam Pitagoræ scientiarum & uirtutum, at non omnib. datum est adire Athenas. Parum post illa uerba, de quib. supra, subijciuntur hæc, uidelicet Mutij auditores fuerūt complures, sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus, Balbus Lucilius, &c. Particula illa, sed, potius per intellectum subauditum, uel consequenter aduersabitur, ut sensus sit, Multi fuerunt auditores Mutij, sed non omnes magnę auctoritatis ergo multi modicæ, nōnulli pręcipuæ auctoritatis & sic dictio, sed, aduersabitur. Item in l. uni. ff. de Cosuli. dicitur, Consules, & seorsum singuli manumittunt: sed non potest qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. Aduersatur in hoc, quòd præmissa non sic indistinctè procedant, sed cum illa limitatione, de qua ibi. Postea in eodem tex. subijcitur, quòd Consul apud se seruos suos manumittere potest. subditur, Sed minor non poterit. & sic limitatur propositio præcedens, ex qua quia indefinita erat,

virtutibus [a]

videbatur dicendum, quod omnis Consul, & semper apud se quoscūque, etiam proprios seruos manumittere posset. declaratur, seu limitatur id non procedere in Consule in minori ætate constituto. Nonnunquam dictio, sed, in aliqua dispositione abundat, prout in cap. sed nec, ne cleri. vel monac. cap. 1. de succes. ab intest. Glo. pragma. §. cui rei. de colla. in ver. sed.

a VIRTVTIBVS. Virtute vnusquisque gratiā comparat. cap. illud autem. 40. distinct. Et non sine causa dixit virtutibus, & non uirtute, tunc quia sufficit non quantulumcunque virtutis habere, iuxta verba Philoso. in princip. 7. lib. Politico. Nam virtutis quidem satis habere se putant, quantulum cunque habeant, &c. Tum quia virtutibus externa bona acquiruntur, & conseruantur. Idem vbi supra, dum subdit, Quia homines acquirunt, & conseruant non virtutes externis bonis, sed exterua virtutibus. Tum etiam quia ex Stoicorum sententia virtutes sibiipsis ita connexæ sunt, vt qui vnam habuerit, necessariò omnes habebit, prout per Diog. Laer. in vita Zenonis Littici, Hieron. commētario ad 56. capit. Esaiæ. in princip. inquit, Omnes virtutes sibi hærent, vt qui vna caruerit, omnibus careat. Contra verò Peripatetici asserebant virtutes non se inuicem sequi: fieri enim posse, vt prudens quispiam, ac iustus, idemq; intemperans, seu

 incon-

incontinens sit, vt per eundem Diogenem in vita Aristot. quæ secunda sententia mihi verior videtur, quã etiam comprobo ex psalm. 83. Ambulabunt seu ibunt de virtute in virtutem. Et Diuus Hieronymus in præfat. in lib. Actuum Apostolorum, sic exordiens: canit Psalmista, Ambulabũt de virtutibus in virtutes. Imò & in eademmet virtute sunt gradus, vt per Grego. super Ezechiel. & cap. charitas est. in fi. & cap. sequen. de pœnit. dist. 2. Et id supponitur Sapien. c. 5. dum dicitur. Sic & nos nati continuo desinimus esse, & uirtutis quidem nullum signum valuimus ostendere. ergo sunt plura signa, plures partes, & plures qualitates in virtute, cum aliquis dicatur esse in initio virtutis, rursus in virtute consummatus. Itẽ virtutum Dominus. Hæc omnia habes Sapient. capi. 12. Sic aliquem dicimus virtute præditum, alium virtutis exemplar, seu exemplum. Ruth. cap. 4. Vt sit exemplum virtutis in Effraim. Repletum virtute habes Micheæ cap. 3. Contra verò quantulũcunque virtutis habentem considerauit Aristo. in loco supra citato, videlicet, in princip. lib. 7. Politico. Pro præmissis videatur omino Magister sentẽ. lib. 3. distinctio. 36. dum de connexione virtutum tractat. Pontifex volens officia digniora concedi debere his, qui virtutibus prediti sunt, vitijsque carent, iuxta illud Horatij lib. 1. Carminum, Integer vitæ scelerisq; purus: dixit virtutib. promeruerit, non autem virtute. Simile habemus apud Diuum Hieronymum in lib. Leuit. & in ca. illud. post principium. 8. q. 1. ibi, certi sint, & sciant omnes, quòd qui præstantior est ex omni populo, & doctior, sanctior, & in omni virtute eminentior, ille eligitur in sacerdotium. & in l. & virtutũ præmia tribui merentibus conuenit. C. de stat. & imagi. Nec mirum si summus Pontifex virtute tanti facit, vt illas omnibus rebus præponat, cum uirtutes ipsę a Deo sint. psalm. 23. in fin. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Sap. c. 12. Tu autem dominator virtutum tranquillitate Iudicis. & Philosoph. circa princip. lib. 7. politico, Fatetur sine virtutibus optimam, ac beatam ciuitatem, nec bonã actionem uiri esse non posse. Non censui prætereũdos fore quatuor errores de uirtutibus arbitrãtium.

Primus est asserentium musicos, architectos, pictores, opifices, artifices, nonnullosque similes virtutibus propterea præditos esse, videlicet, quia musici, quia architecti, &c. Quod quidem falsũ, & irrationabile est.

Secundus erit putantium virtutib. decoratos esse eos qui illarum plenam cognitionem habent, non secus re Medicũ dicimus medicinæ cognitionem, & notitiam habentem. At non sic in sciente quid sit iustitia euenit, vt ille continuo iustus sit, idemque in alijs virtutibus, vt docet Philosophus ad calcem. cap. 2. lib. 1. Magno. mora. & in peroratione lib. 10. Etico, ubi inquit, Nec de uirtute scire sat est, sed enitendum est ipsam habere, ac uti. Idẽ Phylosoph. in princip. 2. c. Ethico. lib. 2. ait. Non enim vt scimus quidnam sit virtus, sed vt efficiamur boni consideramus. Sunt & tertiò qui existiment virtutes vel a natura nobis prouenire, ... absque vigilia, & absque aliqua nostra opera de... rant isti, nec considerant carmen illud, Virtutem posuere Dei sudore parandam. Immemores ... sunt illius sententiæ, Labor improbus omnia u... cit. Et quod laboriosum, & difficile sit virtu... assequi, ultra quòd de se patet, colligitur etiam ... verbis Philosop. ad calcem lib. 2. Etic. dum inqu... Qua propter difficile est studiosum esse, est en... difficile in vnoquoque medium capere, &... Modus autem acquirendi, seu assequendi virtu... demonstratur per Philosophum in plurib. lib... inter alia circa princip. 2. lib. Etico. inquit, A... tutes accepimus, operati prius, quemadmodu... in artibus, quæ nunquam postquam didicerim... facere oportet, &c. & parum post, Sic igitur &... virtutibus res sese habet, agentes enim, & rel... & in princ. per oratio. Etico. vbi illa uerba, qu... pra posui. Nec de virtute scire sat est, sed enit... dum est ipsam habere, ac vti. Postremo sunt ... nulli qui vel malè, & perperam sentiẽtes, ue... latorum, scurrarum, assentatorũ personas ac... tes, declinantes a vera regula nobis data, iuxta ... asserimus virtutes ad mediocres inclinare ... nes, in medioque consistere, ab excessuq; & ... ctu corrumpi, prout docet Philosoph. cap. ... co. lib. 12. & in alijs infinitis locis. & Horat... sto. inquiens, virtus est medium uitiorum, ut... reductum. Auaros enim parcos uocant hom... frugi, ac prudentes, prodigos uerò liberales, ... daces, & arrogantes, fortes uocant, & sic d... gulis.

a PROMERVERINT. Promereri, & ... merere dicimus, sicut & mereri, & merere ... de bon. liber. l. vni. §. his cunabulis. ff. de o... se. præto. Promereri, etiam dicitur Deu... bre. c. fi. Talibus enim hostiis pro Promeruer... meretur Deus. Promereri supponit benè ... Terent. in Andria. Ego ne inquam officium ... beri puto, cum his nihil promereret, &c. Ve... Aeneid. Nunquam Regina negabo Promer... Et dixit diuus Hiero. q Romani virtutibus ... rium promeruerunt, de quo est etiam tex. in ... omnes, versic. sicut enim, 28. quæst. 1. Et quo... tã merita quis extollendus, ac præmiis, & dig... tibus decorandus sit, probat tex. in cap. ius ... re, distin. 1. & in cap. Vulteranæ, versus fi. &... de redditibus. ibi, Pro singulorum meritis d... tur. 12. quæst. 2. Promereri aliquando in m... partem sumitur propter aliquid adiunctum ... apud Plaut. in Amphi. Quid sum mali hic ... ex re promeritus? Prudenter igitur hic add... fuit virtutibus, Sed contra videtur illud Ho... num episto. lib. 1. O ciues, ciues quærenda p... nia primum est, Virtus post nummos. Imo ... sunt iux. Horatij sententiam præferentis p... rium legem superbe Roscij ambitioni. O ... nostram felicem, o sacra tempora sub hoc ... tissimo, & beatissimo Dei Vicario; Quis, n... pos, aut turgidos habeat oculos, negabit ... aureum, & sanctum sæculum rediisse? Vtque

ta sub silentio præteream, hoc vnum non tacebo, ꝙ ipsomet tempore quo Summus Pontifex res vndique angustas, redditus exiles, census paucos, vel nullos videt, veram virtutem proprio commodo, ac pecuniis innumeris pro officiorum pretio sibi sponte oblatis præponit, officiaque ipsa scientiis claris, ac virtutibus præditis Reuerendis D. Gulielmo Sileto cum literarum, tum piorum, & iustorum virorum facilè Principi, fama super ætera noto, ac Francisco Sansonio prothonotariis participantibus, & aliis motu proprio, sponte, ac regali, & pio animo donat. Et his donat, non qui sermone inflato aucupantur, sed qui virtutibus promeruerunt, iux. verba diui Pauli. 1. ad Corint. c. 4. ad fin. Et cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem, &c. Quis ni ferus, aut impius, non Deo Opti. Maxi. supplex pro huius Sũmi Pontificis sanctissimi vitæ prorogatione preces effundet?

gratiose a

a GRATIOSE. i. Gratis, seu gratuitò, & vltro, ac sine solutione pecuniæ. Et hæc omnia idem significant, prout Exodi ca. 21. in prin. In septimo egredietur liber gratis. & c. seq. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. Matthæi 5. Gratis accepistis, gratis date. Ci. in Verr. Actio. 3. Is repente vt Romam venit, gratis pretor factus est. Martia. lib. 5. Sportula nulla datur gratis con cussa recumbis. Gratiosè, gratuitè, vel gratis, & pretio concedere opposita, seu contraria sunt. Cice. pro Roscio. Am. Hic primum quæstus est nõ leuiter Saturius, communem factum esse gratis cũ Roscio, q̃ ꝑtio ꝓprius fuisset Fãnij. l. licet gratis, ff. nau. caup. l. si q̃s pecuniã. ff. si quis omis. caus. test. l. calcularij. ibi sed si gratiosè expũctæ. ff. de admi. rer. ad ciu. perti. Teren. in Adel. scena 7. Quæ quantum potest aliquo obiicienda est, si non pretio, at gratis. Gratia etiam & merces opponuntur iux. tex. in l. 1. ibi, vel mercede, vel gratia. ff. de offic. præfe. vigi. Gratis, aduerbium aliter in sacris literis nonnunquam vsurpatum esse videmus, & in eo significatu, vt gratis exponamus. i. impunè. item frustra, ac in cassum, in vanum. Rursus & absque causa, vel sine ratione, seu occasione non data, prout Psal. 68. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Ecclesiasti. ca. 20. Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. & c. 29. Sin autem fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis. Gratiosè, aduerbium in alio significatu habemus in l. tutor qui repertorium. §. competet. ibi, Quid ergo si neque sordidè, neque gratiose, sed non bonam conditionem elegerunt, rectè quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere. ff. de admi. tut. Gratia est beneficium, quod nobis datur. Cice. lib. 2. de inuentio. Gratia est, in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerãdi voluntas continetur. Gratia quot modis sumatur posui super Signa. Gratiæ. circa prin. Sed contra tex. oppono, hic nulla videtur gratia cum Papa supponat talia officia sub pretio concedi nõ debere. Cũ igitur officiũ Auditoratus vacaret, necessario conferendum veniebat, nemo autem in necessitatibus liberalis esse, vel gratiam facere dicitur. l. rem legatam, in fi. ff. de adim. leg. l. donare videtur. ff. de donat. l. si quis pro vxore. versi. nõ enim ei donat. ff. de dona. inter vir. & vxo. Respondeo duobus modis. Primò, ꝙ & gratia, & liberalitas habita ratione temporis præteriti, quo talia officia concedebantur pretio, nunc autem sine: ergo gratia est. c. gratia si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. 1. q. 2. Secundo respondeo, ꝙ licet Papa non censeretur forsan gratiam facere, si omnino officium vacans alicui conferre deberet, non tamen magis in fauorem vnius, quàm alterius, ad gl. fi. in simi. in c. relatum, ver. & licet necesse. de præb. & gl. in c. fi. in ver. liberè. de offi. Vica. li. 6. & sic si consideretur persona cui officium, vel etiam beneficium confertur, gratia dici potest. c. dudum. de præb. c. 1. §. ex parte, de concess. præbend.

a CONCESSIMVS. Alexandri Imperatoris

Concessimus a

exemplum sequutus est sũmus Pontifex. ille enim ideo se nolle dignitates, & magistratus vẽdere prædicabat, quia qui emũt, pecunias in emptione honoris, vel magistratus expositas recuperare quouis modo satagent. Et Theodosius viros non ambitione, vel pretio, sed probatæ vitæ, & disciplinarum testimonio, ad hõnoris insignia promouendos esse iubebat. Non absque ratione Papa hic vsus est verbo, concessimus, quod etiam absque illa dictione, gratiosè, interpretari possumus. i. donauimus, dedimus, assignauimus absque ulla pecunia, vel commodo nostro. probatur l. vxori. §. fi. vbi glo. & Bar. not. ff. de lega. 3. in rub. & nigro, de conces. præben. l. deniq;. §. si ex sociis. iuncta glos. in ver. concesseris. ff. quod vi, aut clam. & per Aret. consil. 159. longa est, nume. 15. & seq. Quod est verum, nisi aliter sit additum, ut per Alexan. in l. si quis. ante nume. 14. ff. de acquir. possess. Aliquando etiam ratione subiectæ materiæ, aliter verbum hoc, atq; aliter accipitur, cum sit verbum generale, quod secundum naturã contractus cui adijcitur accipitur. Et consequenter hoc verbum, concedo, est translatiuum, & nõ translatiuum dominij, vel iuris, iuxta subiectam materiam. l. quod Principi. iun. glos. in ver. concessit. ff. de constitu. Princip. vbi Ias. num. 4. Alber. de Rosa. in l. cum autem. C. de dona. ante nup. Bal. in l. non ambigitur. colum. fin. ff. de legib. glo. & Doc. præsertim Imol. in l. fi. in prin. ff. de dona. Rui. consil. 42. num. 5. consi. 51. num. 1. li. primo. & clarius cons. 96. num. 4. vol. 5. latè pro præmissis Gomes. in §. sic itaque. num. 6. Instit. de actio. De hoc verbo, concedere, loquutus sum supra hoc §. in ver. concessionem. De quo verbo, & illius significatu, vide etiam Luc. de Pen. in l. fi. col. fin. C. de loca. predi. ciui. li. 11. & Albe. de Rosa. in Dictio. in uer. concedere. Et voluit Imo. in ca. 1. colum. 1. de commo. debilius esse verbum, concedo, quàm transfero. Fely. in cap. cum venerabilis. num. 5. de excep. & not. Bal. in cap. 1. si de feu. fue. contro. int. dom.

&

& agna.§.si filius.num.primo,ꝙ per verbum,concedo,præcedente titulo transfertur ius,secus si deficiat titulus expressus,& tacitus. sequitur Alexan. in 1.apostil.ad Bar.in l.fi.ff.de dona. Quòd habẽs mandatum cum potestate concedendi terras feudales,vtile dominium transferre possit. vide decis. Neapol. Afflict.305.nu.2.& seq.Idem quod Bald. voluit Iacobi.in sua Feuda.inuest.super ver. flumi nibus. Sequitur Cagnol. in l.cui uis.quæ est 124. post num.1.ff.de reg.iur.

a CONSIDERANTES. perpendentes, ponderantes. Sic Cic.Attico. Id considerabimus quale sit.& de Arusp. Resp.2. Nihil feci iratus,nihil impotentia potenti animo, & nihil non diu consideratum, ac multo ante meditatum.Teren.Heaut.2.Et quum egomet nunc mecũ in animo vitam tuam considero.l.1. in fin.C.de testa.manumis.c.considerantes,de elect.Consideratio inquit Plato in definitionibus est cogitationis contentio. Considerate.i.maturè,seu deliberatè, uel prudenter.l.consulta diualium.in prin.C.de testa.Cõsideratus homo.i.prudẽs, & qui agenda considerat. Ci.pro Cecinna, Verum & illud cõsiderati hominis esse putauit.Consideratio pertinet ad iudicium, & defectus recti iudicij ad vitium inconsiderationis,prout aliquis in recte iudicando deficit, ex hoc quod contemnit,uel negligit attendere ea, ex quibus rectum iudicium procedit. Diuus Thom.2.2.q.53. art.4.Consideratio item in iudicio perficitur,vnde inconsideratio maximè opponitur rectitudini iudicij,vbi supra. Ad secundum.

considerantes [a]

nobilitatem [a] **ipsius officii Auditoratus**

a NOBILITATEM. ipsius officij, tũ propter antiquitatem,tum propter iurisdictionem, prout supra in tex.nostro. Insuper considerantes nobilitatem, ex quo non solebat concedi officium istud alijs,quàm nobilibus,& si aliquando non nobilitate maiorum,seu generis, de qua in cap.nunquam. 56.distin.& per Abb.in cap.venerabilis. post nu. 4.in 3.not.de præben. saltem nobilitate propria.i. virtutum,& animi,de qua Sapien.ca.7.Omnibus nobilibus,nobilior est sapientia. præponitur enim regnis,&c. & Prouerb.cap.8.Hieronymus ad Celentiam,summa apud Deum nobilitas est,clarum esse virtutibus.& virtus, & malitia determinãt nobiles,& ignobiles,vt dicit Phil.5.Politic.& 2.Rhetori.& habetur in eo.ca.nunquam. & per eundem Abba.in d.3.not.quam Ciceronianam nuncupare possumus.Cicero enim dicebat contra Salustium. Sanctius est me meis fulgere moribus,quàm maiorum opinione niti, vt sim posteris nobilitatis initium,& uirturis exemplum.Sunt quædam Roma. Cur.officia digniora, quæ ignobilibus concedi nõ consueuere,etiam si uendantur,prout officium militis S.Petri, in cuius erectione per Leonem X. facta, si legantur illi primi milites in bulla nostrorũ priuilegiorum descripti, apparebit ꝙ omnes erunt non solum nobiles, sed & illustres, & primatij,tũ nobilitate generis,tum propria. Officia pariter mi litum S.Pauli, secretariorum, cubiculariorum, & quorundam aliorum ,nobilibus similiter confer consueuere,& ego vidi reijci a defensoribus,& toto collegio cubiculariorum, quosdam diuites, qui prius artem aliquam mechanicã exercuerant. Insuper nobilitas officij consideratur,& quod ill possidentem nobilem efficiat, prout videre est eti in priuilegijs militum S.Petri,ubi ꝙ milites,& eorum primogeniti sunt de maiori nobiliũ genere.

a EIVS. Scilicet, officij Auditoratus. simile in l. diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuãda erit.ff.de pę. in l.2.post princ.iun.glo.in ver. eos.C. de præscrip.30.anno. l.mulieris, §.res abesse,ff.de verborum sign.l.inciuile.ff.de legi. Et natura illius dictionis est referre ad proximiora. l. si pecuniam militi procurator eius mutuo dederit. ff.si certum peta.l.1.in fi.l.2.§.iuris ciuilis,§.cum placuisset, post hoc fuerunt.§.post hunc,ff.de orig.iur.l.fi. in princi.ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.l.nec §.penult.vbi illa verba.vitæ eius,referuntur ad superiorem,de quo ibi immediatè,non ad ditiorem de quo prius,& sub eadem structura verborum de adoptio.clemen.1.de iudi. iun. declaratio. ni.de Vita.num. 18. & ad hoc ponderat mel tex.in iure,in l.fin.§.filium,& filiam, ff.de lega. vbi quis instituit filium, & filiam, libertis leg dedit,eorumq; commisit,&c.Ex quibus,& iis sequuntur,clarè constat, quòd isti liberti gra sunt ad restituendum,& sic dictio, eorum, immediatè nominatos tantum respiciet,ad eos refertur.Corne.consi.37.in hac,ante num.6.li & consi.217.circa præsentem.num.4.versic.Ve illud relatiuum,eorum.lib.2.Hic non solum con derat Papa grauitatem negotiorum, sed etiam ipsius officij.Postremò pro vera cognitione huius dictionis,eius,sciẽdum est, quòd pro eius,substantiam, & qualitatem significat, batur in l.in delictis,§.si extraneus. ff.de nox. mat Bald.per illum tex.cons.491. Petrus de Sa num.3.lib.1.Ex quibus aliàs ego inferebam,q Auditor Rotæ tempore vacationis beneficij, bens gratiam expectatiuam sibi cõcessam ante ditoratum,non gaudebat priuilegijs antelation ipsis Auditoribus concessis: priuilegium enim cit,In assecutione beneficiorum vigore gratia expectatiuarnm eis concessarum,&c.& sic eis ditoribus existentibus tempore expecta tiuaru lis concessarum. Plura alia considerabam,quæ non scribo.Alibi exponimus,eius,id est, suæ. item apud Labeonem.vers.etenim spectat ad tumeliam eius iniuria quæcunq; sponsæ eius ff.de iniur.l.3.vers.Non etiam eius familiæ, penu lega.

eius [a]

a NEGOTIORVM. Id est,causarum, seu controuersiarum,uel factorum,super quib. discuti dum uenit. Cicero ad Attic.lib.7. Veruntamen a deo cum mine aud simo,paratissimoq; negotiũ esse. Et negotiũ c hendit tam cãm ciuilem,quàm criminalẽ, publica,

ac negotiorum [a]

publicam, quàm priuatã, l. 1. in prin. & §. 1. & ibi Bar. ff. de calumniato. l. pen. ff. de offi. aſſeſſ. l. cum clericus. ibi, & ciuilibus, vel criminalibus negotijs tentet innectere. C. de epi. & cleri. Spec. de proc. §. 1. verſi. pen. Aduertendum eſt ad dictam l. 1. ff. de calumnia. & ſimiles, quòd negocium facere vel negocium exhibere, & propterea quis pecunias acceperit vt faceret negocium, vel non faceret, pro eo accipienda ſunt, moleſtiam litis facere. vel non facere. Negocium pro quæſtione ſtatus accipitur in l. de bonis. circa prin. ff. de carbo. edi. Negocium etiam dicitur aliorum factorum, ſiue curarũ prout in Terent. in Adelph. Mirabar quid hic eſſet negotij tibi. l. 1. §. 1. ff. de offi. procu. Cæſa. & toto tit. ff. & C. nego. geſto. & per gl. in ver. actorem. Inſtit. de curato. Et negotium eſt nomen generale, multa ſignificans, Iſido. Ethimo. lib. 19. c. 2. de Foro. & tam bona, ſeu indifferentia. Et tunc negociũ, ſeu negotiatio nihil aliud erit quàm in bono, ſeu in indifferenti occupatio, labor, diligentia, operatio. hinc Prouer. 31. de forti muliere ſcribitur, q̃ ipſa guſtauit, & vidit, quia bona ẽ negotiatio eius. ideo ſequitur, manum ſuam miſit ad fortia. ca. forus. §. negotium. de uerb. ſig. præalleg. l. cum clericus. ibi, Tam de ſuis, quàm eccleſiaſticis negotijs, C. de epiſ. & cleri. cap. qui generaliter conſtitutus ad negocia, & ibi per Archi. de procu. lib. 6. quàm ẽt malam. & ad tex. in Auth. vt defunct. ſeu funeorum non iniur. ibi, negotium ſi quidẽ quo hæc commiſſa ſunt competenter diſpoſitum. Et generalius eſt nomen negotij, quàm cauſæ. hæc enim non dicitur niſi in iudicio, negocium uerò in iudicio, & extra. Cardin. in clemen. 1. in 5. not. de procura. Vnde procurator ad negocia poteſt agere in iudicio, & tractare extraiudicialiter, cap. cum pro cauſa. de procurato. Procurator verò ad cauſas nõ poteſt tractare extraiudicialiter ſecundum eum. negocium pro ſententia. l. Imperatores. cum gloſ. in verſic. negotia. ff. de re iudi. Negocium etiam ſumitur pro contractu. in §. mandatum, ubi etiam glo. Inſtit. de manda. De negocio, & otio, vide infra, §. Ac tam. in ver. negotijs.

a IN Dies.] ideſt quotidie, ſeu per ſingulos dies, & cum quodam incremento, & plerunque cum comparatiuo iungimus, uti apud Cicero. 1. Philip. Nam cum ſerperet in urbe infinitum malum, idque maneret in dies latius. Idem epiſt. 7. ad Attic. ac Famil. li. 2. Q.

quæ ad illud in dies [a] deferuntur [b]

Thermo proconſ. Mihiq. ſcito in dies maiori curæ eſſe dignitatem tuam. & lib. 10. in epiſt. Gn. Planci M. Tullio, verſus fi. Te quidem, mi Cicero, in dies me Hercule habeo chariorem. & in Catilinam, creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Plau. Men. Ad forum eſt hominum in dies, qui ſingulas eſcas edunt. Cæſar lib. 3. Belli ciui. Quæ res in dies confirmatiorem eius efficiebat exercitum. & lib. 3. Belli Galli. In dies hoſtium numerum augeri. & li. 5. Neque diiudicari poſſet, vter vtri virtute anteferendus uideretur, quanto erat in dies grauior, atq, aſperior oppugnatio. & eo. lib. 5. ad fin. & lib. 7. Sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur. Videatur pulcher tex. in l. nec ſemel. §. nouiſſimè, ubi quòd idẽ eſt dicere in ſingulos dies, uel quot diebus: ſiue in ſingulos annos, & in ſingulos menſes, uel quot annis, uel quot menſibus. ff. quan. di. leg. ced. Et nullum eſt officium in Ro. Cu. quod negotiorum numero hoc Auditoratu Cameræ magis abundet.

b DEFERVNTVR. ſeu afferũtur ad illud negotia terminanda. Cauſæ, ſeu negotia, quæ ad hoc tribunal deferuntur, ad Ro. Cu. deferri dicũtur, ſeu ad ſedem Apoſtolicam, & ſunt regulariter graues, magni ponderis, & arduæ, ad tex. in c. fratres, verſ. Vel huc ad Apoſtolicam ſedem, ſi eſt ardua deducatur. 16. quæſt. 1. c. magnæ. in princ. de baptiſ. Vel deferuntur etiam cauſæ criminales, ſeu crimina. Sue. de Domitiano. Deferebaturq; uxor eius. Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. l. 1. §. nam & puniendi. ff. de off. præfe. vrb. ubi etiam gl. in ver. delatum. Delatio eſt accuſatio, & accuſatio delatio. l. hi tamen, §. ab alio delatum, & l. mulierem, cũ glo. pen. ff. de accuſ. l. qui de crimine. C. eod. & nouiſſimè Aug. Bero. ſuper rub. de accuſa. nume. 23. Et delatorem pro accuſatore, ſeu indicatore. ac deferre pro accuſare acceperunt. Iuue. Saty. 1. Et poſt hunc magni delator amici. & Martia. Ecce reum carus te detulit. l. indicaſſe, quæ eſt 97. ubi etiam Alcia. ff. de verb. ſign. Et ſententia abſolutoria lata ſuper denunciatis, prodeſt ſicut lata ſuper accuſatis. Saly. in l. ea quidem. in 15. quæſt. C. de accuſa. Præpo. in c. de accuſatione, ſeu in ſum. 2. q. 8. verſ. quæro an abſolutoria, referens, & ſequens Salycet. De iſtis delatoribus. in l. intra. ff. de diuer. & tempo. præſcr. in l. ult. in fi. C. locat. l. iubemus. C. ad leg. Iul. repetund. De delatoribus videatur etiam Bud. in l. plurium, colum. 2. ff. de iur. & fac. igno. Delatoribus & emiſſarijs, qui vulgò maleficiorum denũciatores appellant, præmia cõſtituuntur: lex Papia vt facinoroſos comprimeret delatores conſtituit, qui offenſas, præſertim in Principem ſpecularent, & illis in præmium dimidiam illatæ mulctæ ſtatuit. Claudius Nero (vt auctor eſt Sueto. in illius vita cap. 10.) præmia legis Papiæ ad quartas reuocauit, quare quadruplatores dicti ſunt, quòd quartam partem de proſcriptorum bonis conſequerentur. Hodie tam p iura municipalia, quàm per generalem conſuetudinem, quarta pars delatoribus concedi ſolet, quòd ſi aliquibus in locis præmiũ conſtitutum non ſit, quale, & quantum eſſe debeat iudicis arbitrio remittetur, prout voluerunt Ange. in l. lex Cornelia. §. ſi quis. in fine. ff. de iniur. Hyppol. de Marſi. in l. quæſtionis modum. num. 51. ff. de quæſtio. quod comprobatur ex tex. in l. 2. C. de fal. mone. qua arbitrio Principis præmium datur delatori falſi monetarij, vt ibi glo. & Saly. in fi. declarant. Delatoribus aliquando mirum in modum fauerunt Romani Imperatores, aliquando eos cõtempſerunt, ac pænis effecerunt auctor eſt Bud. in Annot. in Pandect. ad l. ab accuſatione. ff. ad Senatuſc. Turp. Alex. ab Alexan. li. 4. Dier. genia. c. 22. Delator patriæ pro inſidiatore, ſeu proditore uſurpatur,

patur,

patur, 2.Machab.c.4.in prin.Deferuntur etiam ad hoc tribunal bona uacantia,iux.tex. in l.intra quatuor.ff.de diuer.& tempo.præſcri.& C. de delato. lib.10. Defert cauſam ad patronum, litigator quũ eum conſulit,eiq; cōtrouerſiæ ordinem,argumentum,ſeriem,uel ſtatum exponit. Cic.in Ver.Act.7. Itaque ad me iudices præter cæteras hanc quęrimoniam Sicilia detulit lachrymis. Idem ad Titum, epiſto.lib.13.Is cauſam habet, quam cauſam ad te defert.In cenſum deferre.i.profiteri.l.forma,verſ. Item ſyluæ cęduæ omnia ipſe qui defert extimet. Deferre in fiſcum,& quid ſit deferre reum.l.2.l.deferre.l.de eo.& l.ſeq.l.eius qui delatorem. l.delator,& in aliis,ff.de iur.fiſ.Alciat.in l.indicaſſe.ff.de verb.ſign.Deferre in ærarium,& in commētarios quid ſit,videatur Bud.ad fi.l.abeſſe. ff.ex qui.cau. maio.De multiplici ſignificatu huius verbi, defero,vide per Luc.de Pen.ſuper rub. C. de delato.li. decimo.& per Albe.in Dictiona.in ver.deferre, & in ver.delator.Delator, qui & inſtigator nuncupari poteſt non deberet admitti, niſi ſe obligaret de probando quod denunciat, ita quod fiſcus obtineat,ut probatur in Auth. de exhib. reis. §.1. per quem ita decidit Luc.de Pen.in dicta rub.C.de delato.lib.10.colum.2.verſ.Ad deferendum Romæ, & alibi aliud ſeruari vidi, quam Luc. dicat in dicta rub.& in l.3.& ſi in delatores, denunciatores, ac inſtigatores, ut iura diſponunt ſeuerè procederetur,illi carmini locus eſſet. Apparent rari nantes in gurgite uaſto,& pleraq; delicta impunita remanerent. Delatores regulariter alios deferunt,nonnulli uerò ſe ipſos,de primis loquuntur iura ſupra adducta,& plerę q; leges ſub titu. ff. de iure fiſci. De ijs uerò qui ſe ipſos deferunt loquitur. l.1.C. de his,qui ſe defe.& l.1. in prin. & nonnullæ aliæ dicto titu.ff.de iu.fiſci. & de vtriſque tractat Aegi. Boſs.in praxi crimi.titu.de fiſco. nu.13.cum aliis ſequen.verſ.proceditur per inquiſitionem ad inueniendum bona fiſco ſpectantia. De delatione appellationi tracto in 75.quæſt.de inhibit.

a GRAVITATEM. Pondus,Prou.27. Graue eſt ſaxum, & oneroſa arena, ſed ira ſtulti utroque grauior.Et grauitas eſt leuitatis priuatio, Ariſto.& Auer.2.Cœli tex.com. 19.Nam graue, & leue opponuntur, & utraque hæc dicuntur aut ſimpliciter, aut in relatione, Auerro.1.Cœli in paraphraſi,ſum.5.ac Ariſto.& Auer.4.Cœli tex.com. 26.Vel ſimpliciter,ſeu abſolutè, puta tria elementa,& ſic omnia elementa pręter ignem grauia ſunt, Ignis uerò leuis.Ad aliud uerò,ſeu ad alterum,elementum terræ dicetur graue, illud vero aeris leue.Sic ferrum graue, plumam grauem ſi ſimpliciter accipiamus: ſi uero ad alterum,ſeu ad aliud,ferrum graue,plumam leuem nuncupabimus. Graue deſcribemus,q; ferri natum eſt ad medium. Leue quod a medio;grauiſſimum autem quod omnibus ſubſtat, leuiſſimum uero quod omnib. ſupereminet,quæ ſurſum feruntur. Hæc & alia circa grauitatem, & leuitatem uidere poteris apud Philoſophum, lib.1.de Cœlo,tex.17. & lib.4.text.3.cum aliis ſeq.ubi etiam refutat opin.aliorum,in tex.no

grauitatem

ſtro non poſſemus accipere grauitatem iuxta
quæ præmiſimus,cum negocia, de quibus hic
corporea ſint, nec in illis cadit conſideratio gr
tatis,uel leuitatis. Metaphoricè tamen iux.ſen
præmiſſum negotia grauia nuncupabimus,&
gni ponderis,quæ ſunt magna, difficilia,&
in hac Rom.Cur.cognoſci,ac terminari. Pro
declaratione infra nonnulla adducemus. Qu
ſubtiliori phyſica ratione perquiremus, quare
gotia grauia Romæ diſcuti, & terminari debe
ultra alias rationes quas in diuerſis locis ad
mus, eam in medium afferre poſſumus,quòd
graue in medio quieſcit, prout per Philoſ. Ph
lib.3.tex.51. ea quæ negotia grauia erunt, Ro
eſſe,& quieſcere debebunt, quippe quæ in me
orbis conſtituta,& ſituata eſt, ad ea, quæ ad
in 41.quæſt.Regn.Cancell.16.num.6. iuxta
preſſio.Grauia etiam negotia,de quibus hic,n
pare poſſumus,quòd grauent, & moleſtent
gnoſcentes,& decidentes, iux.illud M.Tullij
Natu.Deo.Tanta contentio grauitatis,& po
cap.primo in prin.de depoſi.c.grauis,de reſt
liat.Sic etiam dicimus graue ſaxum, grauem
nam,q; grauent nos in ferendo, & q; ægrè,
moleſtia ferantur.Graues cogitationes.i.mo
M.Tullius in Orat.ad Populum de Lege Ag
poſt prin.Verſantur.n.Quirites ĩ animo me
tæ,& graues cogitationes, quæ mihi nullā
neq; diurnæ, neque nocturnæ quietis impa
Graue quod malum ſit apud Platonem l
cui titulus Protagoras, vel Sophiſtæ. qui l
tine ita trāsfertur:Rogatque num me pude
quod bonum eſt, graue vocem?cum quod
eſt ſit malum. Nemo enim ita diuitias gr
grauem pacem, ſanitatem grauem dicit
uem morbum, graue bellum, grauem p
tem,quaſi graue.i.oneroſum malum ſic
etiam pro odioſo vſurpamus ſic. Sapien
Grauis eſt nobis,& ad videndum,quoniam
milis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt
ius,&c.Graue etiam,id eſt difficile;& facile
ue,& placidum contraria ſunt, Cice. ad Tor
lib.6.Si hæc conſulatio leuis eſt, illa grauior
rent.Heaut.5.Hæc dum incipias grauia ſunt
que ignoras,vbi cognoueris facilia.Grauitas
medium tenet inter moroſitatem, & dilect
de qua per Ariſto.lib.1.magno.Mora.ca.26
ue plerunque cum ad perſonas refertur,
tur,contra ſi ad res. Rurſus leuitas in hom
darguitur,in rebus ſæpe laudatur, vt ex p
ſis elicitur, & ex monitione Apoſtoli, de
Titum cap. 2. Te ipſum præbe exemplum
rum operum in doctrina,in integritate,&
te morum. Rurſus ex verbis M. Tullij in
tio.Tuſculanarum diſputationum.Quę
uitas,quæ tanta conſtantia, & animi mag
probitas, fides, quæ tam excellens in omn
re virtus? Idem in Catone maiore. Nec
ma inopia,inquit,non leuis eſſe ſenectus
pienti, nec inſipienti etiam in ſumma cop
grauis.Graues venerabiles,leues contemp
Iſido.Ethimo.lib.9.cap.7. Grauitas etiam
gra

gnitate, seu auctoritate vsurpatur, prout in l. diui. §. 1. ff. de libe. cau. in l. congruit bono, & graui præsidi. ff. de offic. præsi. & in l. scire debet grauitas sua, & ibi Luc. de Pen. de bo. vacan. lib. 10. Grauitas viri, idest bona fama & opinio. glo. in cap. licet ex quadam, in versicu. grauis. de testib. Grauitas etiam pro constantia, ac firmitate animi, Cice. de senectu. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenis, & grauitas iam constantis ætatis, sic senectutis maturitas naturale quoddam habet, quod suo tempore percipi debeat. l. 2. ff. de testi. Isido. præalle. cap. 9. vbi quòd grauis pro consilio, & constantia dictus, quia non leui motu dissilit, sed fixa constantiæ grauitate consistit. Grauitas itē pro modestia; seu tolerantia. l. 2. ibi, Laudesque suas cum grauitate audire. ff. de offi. procon. Item pro magnitudine. l. 1. §. item solent, ff. de off. præf. vrb. in c. 1. in fi. de custo. euchari. De grauitate morum, grauitate excessus, de grauioribus negotiis, & grauitate personarum, vide remissiuè per Luc. de Pen. in l. circensium. C. de decurio. lib. 10. Et de viris grauibus, ac prudentibus pro consilio petendo suscipiendis, habemus tex. in c. estote, ad fi. 1. q. 1. Graues personę de quibus in c. licet ex quadam, cum glo. in ver. personæ. de testib. De causis grauibus vide Lap. alle. 69. incip. in cle. in fi. & alle. seq. Moder. Bononien. in c. cum omnes, nu. 44. & 83. de constit. & quæ adducam super 11. cōmiss. in ver. grauitatem summæ. Aduerte ꝙ glo. in l. bene à Zenone. grauiter, exponit sapienter, quæ expositio mihi non placet. Grauitas item vocis superantia quædam est, naturæque generosioris, ac in modulatu præstantior. Aristo. de Genera. anima. lib. 5. cap. 7. Sicut pręsidentium numerus multiplicandus est iuxta numerum subditorum. ad text. in Authenti. vt deter. sit num. cleri. clemen. dudum. versicu. extra ciuitates. de sepult. propter numerum causarum, & negotiorum, illorumque grauitatem, conueniebat huic officio digniorem, & præstantiorem solito præfici.

a DECENS est. conuenit, par est, honestum est. sic Psalm. 32. Rectos decet collaudatio. & 64. Te decet hymnus Sion. Prouerbio. cap. 17. Non decent stultum verba composita. & cap. 19. Non decent stultum diuitiæ, nec seruum dominari Principibus. Cice. pro Cecin. iura a maioribus decentissimè descripta. l. 2. in princip. ff. de legi. ca. decet domum Domini. de immu. eccle. libr. 6. cap. decet. de regul. iur. eod. lib. Et semper inspiciendum est, quid deceat. c. magnæ, §. & quidem. vbi tria considerat Papa, quid liceat secundum æquitatem, quid deceat secundum honestatem, & quid expediat secundum vtilitatem, de voto. c. fundamenta, §. decet. & ibi gl. de electio. lib. 6. Decet, aliquando accipitur pro oportet. l. fin. iun. glo. in ver. oportet. C. de postli. reuer: glo. 1. in l. 1. in princip. in ver. oportet. ff. de iust. & iur. Hyppo. de Marsi. in repet. l. vni. nu. 233. C. de rapto. virgi. Oppositum dictionis decens, est indecens, & verbi decet, est dedecet, de quo in ca. 2. in fin. de custo.

& quod decens est [a]

Eucha.

a VT. idest, quòd, ad text. in l. tertia, ff. de verborum significat. cap. lectis, vbi Archid. 63. distin. De significationibus huius dictionis, vt, tracto supra in §. si ex præcepto. in ver. vt.

ut [a] nobiliora [b] ipsius [c] curiæ officia per sanctæ [d]

b NOBILIORA. Ad differentiam aliorum officiorum Roma. Cur. quæ non sunt nobiliora, vnde Cardinalibus non committuntur. Digniora enim, & nobiliora dignioribus, & nobilioribus committenda sunt. Deuteron. cap. 1. Tulique de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui docerent vos singula. c. de multa. in fin. de præben. c. statuimus. cum glo. in ver. potiorem. de maio. & obedien. Nō solum autem debet esse nobilior, is, cui quid graue, & nobile, vel notabile committitur, sed etiā debet esse vir Dei, iuxt. illud. 1. Reg. ca. 9. Ecce vir Dei est in ciuitate hac nobilis, &c.

c IPSIVS Curiæ officia. Dixit ad differētiam officiorum extra. Ro. Cu. quibus non solet præfici Cardinalis, nisi sint legationes, de q̄b. ī ti. de of. le. ea p̄sertī rōne, q̄a Cardinalis Romę residere tenetur. c. bonæ. 1. de postu. præl. ibi, Cardinalis pręsentia. & c. 2. de cleri. non resi.

d SANCTÆ. Sanctum Antitheton pollutum. Ezechiel. c. 44. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum, & pollutum. Sanctum etiam virum aliquem nominamus. i. probum, rectum, iustum, & bonis moribus imbutum. ita Eccles. c. 37. Sed cum viro sancto, &c. Sanctum a sanguinibus, idest verbenis dictū iux. tex. in l. sanctum. ff. de re. diui. & ex auctoritate T. Liuij, & aliorum, docet Catel. Cotta Memoria. in ver. sanctū dictum. qui non a sanguinibus sanctum dictum, sed a sagminibus monet.

a ROMANÆ. Ad differentiam Cardinalium aliarum ecclesiarum, puta Rauennatensium, Compostellanorum, quæ ecclesiæ Rauennaten. & Compostellan. ex priuilegio, & vsu a tempore immemorabili habent Cardinales, qui tamē verè, propriè, & simpliciter non veniunt appellatione Cardinalium, nec Cardinales sunt, gl. fin. in c. pudor, 32. q. 2. Compostel. & Ioan. And. in c. cum accessissent. de constit. clem. fi. iunc. gl. in ver. Romanę, quæ supplet, non Compostellanæ, vel Rauennatensis. de celebr. miss. Gemin. in c. fi. de offic. deleg. lib. 6. Ad omne igitur dubium tollendum adijcitur, Romanæ, prout etiam in c. decet. §. fundamenta. de elect. lib. 6. cle. ne Romani, eo. & per Barba. de præstan. Card. ad fi. 8. quæst. Balisi. 1. par. post num. 8. Romana Ecclesia est ecclesia magna, de qua cecinit Dauid, In ecclesia magna laudabo te. Hæc Romana Ecclesia est illa lucerna, est illa ciuitas supra montē posita; est illa nauis, quæ fluctuat, & fluctuabit,

Romanæ [a]

& quæ

& quę nunquam periit, nec peribit; & pro qua orauit Dominus noster ne deficiat fides eius. De hac Romana Ecclesia clamat magnus M. Tertullianus inquiens, O fœlix Ecclesia, in quam Apostoli totã doctrinam, cum toto sanguine suo fuderunt. Lucius Papa, & martyr, ecclesijs Galliæ, & Hispaniarum scripsit in hæc verba, Hæc sancta, & apostolica mater omnium ecclesiarũ Christi Ecclesia per omnipotentis Dei gratiam a tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauata succubuit. Idem scripsit Eusebius Episcopus Campaniæ, & Tusciæ, & Concilium Calcidonense Leoni Papæ. Gratulamur, quòd tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ, Apostolicæ sedi, vnde nostræ religionis fons, & origo manat, Antistitem dederit. Hieronymus in Orientalibus desertis degens inquit, Mihi cathedram Petri Apostolico ore laudatam censui consulendam, inde nunc animæ meæ postulans cibum, &c. Hæc Apostolica sedes (scribit Anacletus Petri discipulus, & successor) cardo, & caput a Domino, & non ab alio est constituta; & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ, disponente Domino, reguntur.

a ECCLESIAE. Multis modis sumitur Ecclesia, prout per Fede. de Sen. cons. 296. nu. 2. Quandoque enim designat episcopum tantum. ca. scire. 7. quæst. 1. Item Rectorem, Ioan. Calder. consil. 6. Papa Episcopo. col. 2. versi. Et ꝙ appellatione ecclesiæ comprehẽdatur Rector, sub tit. de dona. Quandoque maiorem partem capituli. cap. Apostolica.

Ecclesiæ

a in princ. iun. glo. 56. distinc. Nonnunquam canonicos matricis ecclesiæ. 22. distinc. §. vlt. c. antiquos. 5. quęst. cap. cum clerici. de verborum sign. vbi glo. Nonnunquam quamlibet ecclesiam prouinciæ. ca. cum super. de vsu pal. Proprius verò, & magis ad rem, Ecclesia accipitur pro fidelium congregatione, seu collectione, Psalm. Congregate illi sanctos eius. Itẽ Psalm. Cantate Domino cãticum nouum, laus eius in ecclesia sanctorum. c. ecclesia. id est catholicorũ collectio, de consecra. distinc. 1. cap. fin. 3. quæst. 4. Hoc etiam probari, & præfigurari puto 1. Regum, capite 17. Vt sciat omnis terra, quia est Dominus Deus in Israel, & nouerit uniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus. & 3. Regum, cap. 8. Conuertitq; Rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel, omnis enim ecclesia Israel stabat. & postea, Stetit autem Salomon ante altare Domini in cõspectu ecclesiæ Israel, &c. & 1. Machab. cap. 4. versus fi. Et statuit Iudas, & fratres eius ex vniuersa ecclesia Israel, &c. ac cap. sequ. Vt audiuit autem Iudas, & populus sermones istos, conuenit ecclesia magna cogitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant. Ecclesiam in tali significatu habes etiam Actuum ca. 12. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Et ecclesiam pro congregatione fidelium accipi debere inuenies, si subtiliter intuearis locum illũ 1. ad Corinth. 14. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vanum, & omnes linguis loquantur, intrẽt autem idiotæ, aut infideles, nonne dicent, quid insanitis? Et 1. ad Corinth. 15 post princi. Qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. & G lath. cap. 1. Quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei. Contra verò, ecclesiam malignantium habemus, psal. 25. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo, Item Psal. 63. P texisti me à conuentu malignantium, & a multitudine operantium iniquitatem. & per Boni. Vit in clem. vni. ante num. 100. de vsur. Dicitur eti Synagoga Sathanæ, Apocalip. cap. 2. Ecclesia vniuersalis unum corpus dicitur, cuius membra sunt aliæ ecclesię singulares. & diuus Paulus inquit, quam corpus pluribus membris constans. de el cap. significasti. Io. And. in cap. fin. de immu. ecc lib. 6. Cardi. in repet. cap. perpendimus, colum. versi. Ex prædictis concludo, de senten. excom Lap. alle. 92. inspeximus, num. 6. Ex hoc infert quod qui impedit ecclesiæ singularis libertatem circa id quod competit omnibus, facit contra li tatem ecclesiæ. Et lædere vnum episcopum est re cõtra libertatem ecclesiæ, licet non lædantur nes episcopi. ca. olim. de iniur. Arca Noe ecc typus fuit, dicente Petro Apostolo, In Arca pauci. i. octo animæ, salui facti sunt. Vt in illa omnium animalium genera, ita & in hac vari rum, & gentium, & morum homines sunt. pardus, & hœdus, lupus, & agnus, ita & hic i peccatores commorantur. Et ꝙ arca Chri & ecclesiam significet, vide optimè per diu de Ciuit. Dei. lib. 16. cap. 26. & seq. Caput omnem ecclesiam est ipse Christus. Ad Ep fin. & ad Colossen. 1. Et ipse est caput corpo clesiæ. Ecclesia pro monasterio, cap. cum dil cap. fi. ibi, Vel de gremio ecclesiæ suæ, de ele cum ex officij, post princ. de præscri. Fede. consil. 201. ad primum, num. 4. Ecclesia & clerici. Gemin. in cap. primo. in princ. de resti. lib. 6. Ecclesia venit appellatione pau Alex. consil. 104. in causa, num. 9. volum. 4. in cap. relatum. 2. de testa. Pro præmissis, & mu plici significatu ecclesiæ, vide etiam glo. in ca præla. ui. suas. & Archi. in cap. 1. de conse. eccl alta. lib. 6. & illam glo. in cap. 2. sequitur Lap. 51. dicebantur, post num. 11. Aug. Bero. in ca niam, num. 97. & seq. de iu. patro. Ecclesia ite mus Dei est. Psal. 25. & 121. 1. ad Corinth. 14 sus fi. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia 2. de custo. euchari. ca. omnibus, 24. quæst. 1. c cet, de immu. eccle. lib. 6. latè glo. Pragma. de tabu. penden. in choro, in uer. domo Dei ꝙ Christus in ea habitantes protegit, & ibid debitor ab ecclesia extrahi possit. Sic & do Dei pro ecclesia tam militante, quàm triump te sumitur, ac pro ipso templo. 2. Reg. cap. 7. quid tu ædificabis mihi domum ad habitand & cap. 12. Cumque mutasset uestem, ingressus domum Domini, & adorauit. 3. Reg. ca. 3. in Accepit namque filiam eius, & adduxit in ci Dauid donec compleret ædificans domum s & domum domini & murum Hierusalem p cuitum, & cap. 5. in pluribus locis, & ca. seq.

Domini

Domine dilexi decorem domus tuæ, Ps.26. Vnã petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Ps.41. Quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei. Psal.104. Constituit Deus hunc Dominum domus suæ. Psalm.121. In domum Domini ibimus. 1. Machabæo. cap.7. Tu domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum. & ca. omnibus. 24. q. 1. Ecclesia Romana vniuersalis est, cui omnes obedire tenentur, dicente Domino ipsi Petro, Pasce oues meas. Matthæi cap.26. Ioan. cap.21. cap. solitę, versic. Nobis autem in beato Petro sunt oues Christi commissę, de maio. & obedien. cle. ad nostrum, §. tertiò, cum glos. in ver. ecclesiæ, de hæreti. extra. Vnam sanctam. eo. inter commu. Glo. pragma. sub rubri. de electio. in ver. vniuersalis, & Chrisost. Homil. 55. in Mattheum, nunc Petrum totius ecclesiæ pastorem constitutum, nunc eius pastorem, & caput, nunc vniuerso orbi præpositum asserit. Et Homil. vlt. in Ioan. Iacobum quidem Hierosolymarum sedem accepisse, Petro uerò totius orbis curá demandatam affirmat. Teophilus Principem apostolorum ex eo factum, Lucę ca. 22. scripsit, quum illi mandat, vt fratres confirmet. Rursus Ioan. cap. vlt. iccirco ei dictum fuisse, sequere me, quoniam cunctorum fidelium prælaturam ei Christus concesserat. Cyrillus episcopus Alexandrinus lib. Thesaurorum, nos hortatur, vt maneamus in ecclesia Petri, & in capite nostro. Maximus epistola quadam Orientalibus populis suadet, vt veram fidem approbantes in ecclesiam Romanam tamquam in Solem respiciant, & ex ipsa lumen catholicæ, & Apostolicæ fidei recipiant. De Papæ primatu Theophilact. in Euangelio Ioannis duobus in locis, ad fi. cap. 240. qui ex Io. Chrysostomo sumpsit, Matthæi 10. Pro præmissis, vide etiam tex. in l. inter claras, vbi latè Alcia. in 2. glo. in ver. quã esse omnium ecclesiarum caput. C. de sum. Trinit. Hæc ecclesia Romana est, & eam omnes credere debemus, prout in 9. articulo. Et vnam sanctam catholicam, & Apostolicam ecclesiam, de quo etiam in Concilio Niceno. Vna item ecclesia tamquam ciuitas diuersis constans familiis, diuersisq; ordinibus. Hinc Hieremias, Ciuitas Solis vocabitur vna. Hæc est illa vna Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio in id ipsum, inquit Dauid. Vna tamquam Sol vnus inter planetas, tamquam Dux unus exercitus, tamquam ciuitatis gubernator vnus, tamquam vnius corporis caput vnum. Hæc est illa iux. sententiam sapientissimi, Terribilis vt castrorum acies ordinata. Hoc ecclesiæ nomen tanti semper fuit, ut nunquam fuerit cõgregatio etiam perniciosorum, & reproborum cuiusuis religionis, quin hunc titulum ecclesię nõ vsurpauerit, priuatiuè ad alias ecclesias, quas reprobas, scismaticas, an congregationes malignantium vocauere. Hinc grauissimæ contentiones emanarunt inter Irenęum, & Valentianum, inter Augustinum & Donatistas, inter Ciprianũ & Nouatianos. Nec hodie Luterani, Sacramẽtarij, Anabattistę, Caluiniani (quos ex ethymologia porcos, qui cibo permixto ex colluuie hieme nutriuntur, nuncupare soleo) Vgunotti, & alij id genus, Rom. Ecclesiæ, quin & ipsi Deo se opponentes, vnitatẽ ecclesiæ subuertere voluerunt, ecclesiam apud se esse asserentes. Ecclesia hæc militans de occultis non iudicat, sed bene ecclesia triumphans, cap. vni. ut eccle. benef. cap. à nobis. 2. de sent. excom. Et quando, & per quæ media ecclesia militans de occultis iudicet, vide pulchrum consi. Gemi. 110. Beatis. num. 8. vers. Et si dicatur. Omnium hominum quidam sunt intra ecclesiam, quidam extra ecclesiam. De his, qui sunt extra ecclesiam, Paulus ait 1. Corinth. cap. 5. ad fi. Quid enim mihi de his qui foris sunt, iudicare? quod etiam habes tu Canonista in cap. multi, circa medium, 2. quæstio. 1. & per Oldra. consil. 51. Iudæus transiuit post prin. Plerosque ex his, qui ecclesiam Dei insectati sunt, refero in tracta. Ingratitu. in specie Principum erga Deum, & religionem. Dionysium verò phana illorum Deorum spoliantem, aurumque, & argentum auferentem, asserẽtem leuiora, & ad ornatiora daturum, prout per Aristo. ad calcem 2 lib. de Re. familia. non puto damnandum, si stultitiam, & leuitatem eredentium illis Deis, seu idolis, deridebat. Qui ecclesiam non audit, sit tibi tamquam ethnicus, & publicanus. 1. ad Timoth. ca. 3. Ecclesia ne scindatur quilibet curare debet, etiam martyrio se exponendo, quòd, & quàm detestabile sit scisma, per quod tunica inconsutilis, & ecclesia Dei scinditur, ultra proprios titulos de scismat. habes apud Dionysium Alexan. episcopum temporibus Decij Imperatoris, & Cornel. Roman. Pontificis clarum anno 255. scribentem in epistola ad Nouatum, Sacramentalem pœnitentiã impugnantem, ut scribit Euseb. lib. 6. cap. vlt. ecclesiasticę historiæ. Oportuerat quidem & pati omnia pro eo ne scinderetur ecclesia Dei, & erat non inferior gloria substinere martyrium, ne scindatur ecclesia, quàm illa ne idolis immoletur, &c. Ciprianus, unitatem qui non tenet & salutem, &c. August. de fide catho. Omni homini qui ecclesiæ catholicę non tenet vnitatem, &c.

a CARDINALES. Isti sunt verè patritii scripti in diademate Principis, & sunt Principis consiliarij, & fratres, ac plus alijs honorati, & priuilegiati, Io. And. in cap. uni. de scismat. lib. 6. cap. 1. de offi. delega. eod. lib. Isti cum Papa iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existat. cap. per venerabilem, colum. pen. vers. Sunt autẽ Sacerdotes fil. qui sunt legi. Et Cardinalatu nulla datur maior dignitas, Anchar. consil. 295. pro clariori, num. 4. & sequen. Roma. consil. 498. in casu. De Cardinalibus infinita videri possunt in historijs Summorum Pontificum, & per Archid. & alios in cap. vbi periculum, de electio. libr. 6. per Ludo. Rom. d. consil. 488. & in suo sermone incip. Vos estis lux mundi, posito post omnia eius consilia. per Marti. Lauden. in duobus eius tracta. ac per And. Barba. in tract. de Præstan. Cardi. vbi plenissimè. Verum qui hactenus de Cardinalibus tractarunt ferè omnes exteri fuere, & ex illis plures Romæ parum versati, cum sim ego Romanus, & qui

inter

inter Cardinales quotidie conuersor, si de illis nō loquerer, iure redargui possem. nōnulla igitur hic currenti calamo scribam, uel hactenus non passim tractata, vel auctoritatibus non comprobata, vel a omissa. Primò uideamus quomodo sumi

Cardinales

consueuerit nomen hoc Cardinalis, qui generaliter sumptus dici poterat quilibet rector cuiuslibet ecclesiæ. sic accipi debet in c. pastoralis. 7. q. 1. & in cap. 2. ubi glo. 1. de offi. archi. præs. ac in cap. fin. ubi glo. 1. 21. quæst. 1. Reperio item Vitruuium lib. 4. suæ Architecturæ, cap. 6. hoc nomen in sat diuerso significatu vsurpantem sub ijs verbis, Fores ita cōpingantur, ut scapi Cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima pars, &c. & lib. 10. c. 20. Et cōcludantur supernè intercardinatis trabibus, supra trabes collocentur capreoli, &c. Et cap. 21. Belligerantur, & arrecta via duo compacta pedum 35. crassitudine sesquipedali, latitudine pedū 11. cōiuncta capitibus transuersatio cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato, & luminis ferreis religato, &c. Ex ijs vltimis locis intelligemus præcedentia: per cardinales enim scapos, intelligit scapos cardinatos. i. caspidibus, & dolatis linginculis compactos, seu (vt aiunt) incorporatos. Adeo vt ex Vitruuij sententia Cardinalis idem sonet, quòd annexus, insertus, compactus, conglutinatus, siue incorporatus. Diuus postea Hieronymus in suis epistolis, in pluribus locis, Cardinalem annexum, insertum, vel incorporatum, interpretari videtur. Cardinales prout hodie sunt sumpta metaphora a præmissa declaratione nominari sic debent, quasi in ecclesia Apostolica annexi, inserti, & incorporati. Vel etiam ipsi summo Pontifici, & tanquam eiusdem membra, vt in tex. nostro subijcitur. Item Cardinales, iuxta significatum hodiernum accepti, ab eo nuncupari potuerūt, & omnes id comprobant, quasi sint Cardines, super quibus, eorumq; consilio, studio, atque industria regitur, & voluitur ostium Ecclesiæ, iuxt. illud Prouerb. c. 26. Sicut ostium vertitur in cardine suo. Vel cardines quatuor cœli, qui ab Astronomis præstantiores, & digniores, cœli partes existimantur. Vel Cardines. i. duo poli, Arcticus, videlicet, seu Septentrionalis, uel borealis, qui nobis semper apparet, & Antarcticus, qui & Meridionalis, seu Australis, nostro oppositus, & quasi contra arcticum positus, de quib. Philoso. de cęlo, lib. 2. tex. 14. & Virg. 1. Georg. Hic vertex nobis semper sublimis, at illum sub pedibus stix atra videt, manesque profundi. Ista duo puncta in firmamento stabilia, prout per Aristo. ubi supra, super quibus uoluitur mundus. Ab ijs Cardinibus, seu polis, dictos existimare possumus Cardinales, de quibus loquimur, quasi in eis, seu super eis, orbis machina situata sit, ipsiq; cum summo Pontifice mundum regant, prout etiam per Hostien. in c. per venerabilem. colum. 8. vers. Vnde & dicti sunt Cardinales a cardine, qui fil. sint legi. & Io. de Ligna. in tract. de censu. eccles. §. 4. num. 9. vbi etiam addit, quod Cardinales dici possunt instar quatuor virtutum cardinalium. Instar etiam quatuor ventorum Cardinalium, iux. interpretationem Seruij Honorati, aliorum Virgilij interpretum, super illud carm. lib. 1. Aene. Eurum ad se, Zefirumq; vocat. Quatuor ventos principales nominant, hoc est, Eu. Austrum, Fauonium, & Aquilonem. Cardina. nostri temporis per totum orbem spirantes me. tò sic denominantur. Diuus quoque Cypria. libellum de Cardinalibus Christi Domini no. operibus scripsit. i. principalibus, seu pręcipui. tiuitate. s. Circuncisione, Stellæ apparitione, Ie. nio, ac Cęna, Chrismatis vnctione, Passione, Re. rectione, & Spiritusancto. In eodem sensu acc. Diuus August. de Baptismo, cōtra Donatistas: Quapropter inter nos, & ipsos quodāmodo C. dinales Donatistas, &c. In eodem quoque signi. tu accepit Diuus Greg. lib. 1. epist. 15. Iubem. lectioni tuæ, vt huius præceptionis auctor. commonitus memoratę ecclesię visitator acc. & vnum Cardinalem illic presbyterum, &c. debeas Diaconos ordinare: in parrochiis verò fatæ ecclesiæ tres similiter presbyteros, quos. dignos, &c. vbi per presbyterum Cardinalem. annexum, seu translatum intelligit, sed princ. seu primarium. alioqui & cæteri tres presby. omnes trāslati sunt, etiam Cardinales dicid. sent. Cardinales igitur in hoc significatu sic. narentur tanquam præstantiores, & princip. omnibus aliis sacerdotibus, diaconis, & c. Ante Bonifacij iij. tempora diuersimodè de. nalibus a Scriptorib. mētio fit. Ipse verò Bo. ab Imperatore Phoca Cæs. Augusto impe. vt Rom. eccles. Orthodoxa, & uerè catholic. nium ecclesiarum caput existēs, a Domino. stituta, ita ab omnib. diceretur, & haberetur. enim Patriarca Constantinopolitanus pe. nephas auctoritatem summi Pontificis. uel deprimere tentasset, & propterea fuc. pore emanauit cap. antiqua. de priuil. hic. cum toto suo clero, cunctis sine controuersia. stare, vt par erat, auctoritatem cœpit, seu pe. rauit, ac simul eius Cardinales. Quorum Ca. lium auctoritas intantum creuit, & in eam a. tudinem peruenit, ut totius Christianæ Rei. premus, & sacrosanctus Senatus habitus fue. habeatur post Bonif. iij. tempora: rarò admo. extra Rom. eccles. vt ante nos extiterat, Ca. lium mentio reperitur. & licèt quarundam. siarum Canonici, seu Presbyteri, puta Rau. ten. & Compostellan. in Cardinalitio nomi. seuerauerint, seu illud a Rom. Pōtificibus a. tus impetrauerint, alia tamen appellationis. ne Cardinales S. Rom. Eccle. quàm cęterar. clesiarum sacerdotes, atque ab ea quæ antiq. in usu erat, illud sibi retinuerunt. Tempore. centij ij. ab omni populo, & reliquo non C. nali clero Pontificis Rom. electio omnino sub. cta est, solisq; Cardinalibus Rom. Eccle. qui. Episcopis circumuicinarum ciuitatū adiectis. postea Cardinales Episcopi nominati sunt. hodie electio summi Pont. spectet solum ad C. nales Ro. Eccle. exclusis Imperatore, & Reg. probo in 8. q. 13. Reg. Cancel. iux. 2. æditio. ubi etia.

vbi etiam recenseo modos 26. hactenus obseruatos in electione summi Pont. a nume. 16. vsque ad fin. illius 8. q. Horum autem episcoporum Cardinalium numerus, quum prius magnus esset, ad septenarium redactus est, ordinatumque, vt hi septem essent. Hostien. Portuen. S. Ruffinæ. Prænestinus. Tuscul. Sabinen. & Alben. At non longe post ab Eugenio iij. episcopatu S. Ruffinæ Portuensi ecclesiæ adiecto, seu vnito, sex tantum vsque ad nostra tempora remanserunt episcopi Cardinales, quos etiam habes in princ. libri nuncupati, Prouinciale. De quorum Cardinalium episcoporum auctoritate, ac præstantia, & dignitate, Nicolaus ij. in concilio Lateran. Romæ celebrato anno domini 1059. cum de Pontificis electione loquitur sic ait, Sed quia sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præest ecclesijs, atque ideo super se Metropolitanum habere non potest, Cardinales episcopi proculdubio Metropolitani vices funguntur, qui videlicet electum Antistitem, ad Apostolici culminis apicem prouehent consecrandum, & hic est antiquior locus, quem de Episcopis Cardinalibus huiusmodi legerim. Asserunt plures Nicolaum ij. qui electus fuit anno domini 1059. primum fuisse, qui Sanctæ Romanæ Eccles. Cardinalib. Pontificis electionem dare conatus sit, eosque multis priuilegiis decorauit. Ab hoc enim tempore ita apud omnes scriptores Cardinalium Romanorum mentio habita est, vt quidam asserere non dubitauerint Cardinalium ordinem ab hoc Pontifice institutum primo fuisse. Ego hoc affirmo, Nicolaum ij. inter omnes Pontifices Romanos plurimum decoris, ac maiestatis Cardinalibus Romanis attribuisse, in concilioque statuisse, absque eorum primario consensu Pontificem Romanum eligi non posse. Vtque illi in eius creatione, non tantũ primas partes haberent cum reliquo clero, & populo, verum etiam eiusdem creationis auctores essent, & ferè tota electio ab eorum auctoritate penderet. Licet tamen superioribus, etiam Diui Gregorij, temporibus Romanæ ecclesiæ Cardinales magno in pretio semper habiti fuerint, maximæq; auctoritatis, perinde ac primarij ecclesiarum presbyteri, animarumq; curam gerentes, parrochiarum pastores, ac Papæ collegæ, & comministri, non tamẽ tantæ dignitatis & maiestatis erant, vt postea esse cœperunt post Gregorij tempora, & prout nunc sunt. Cardinales Episcopi (vt præmisi) sex sunt, inter quos Hostien. Decanus Cardinalium esse consueuit. Presbyterorum verò, & Diaconorum Cardinalium numerus indeterminatus est, & ad summi Pontificis beneplacitum, de quibus, & eorum titulis tractat Hieron. Pau. in princi. præallega. lib. nuncupati Prouinciale. Vt verò a cæteris clericis, sicut nomine, & auctoritate, ita & habitu etiam Cardinales differrent, maiorque adhuc huius ordinis accresceret maiestas, Innocentius iiij. circa annum Christi 1244. publico decreto sanciuit, vt Cardinales æquè deinceps incedentes rubeo galero, vestibusque latis, & oblongis violaceis vterentur. Paulus deinde ij. tegumentum capitis rosaceum, vel rubrum adiunxit, mulas quoque phaleratas, & clauam argenteam addidit. Ex quo habitu, & bysso, quo Cardinales vtuntur, argumentum sumitur oportere eius ordinis Antistites charitate præ cæteris fulgere. Rursus illos paratos esse pro fidei defensione sanguinem etiam effundere, non solum facultates exponere. Amplius eosdem sanctos esse debere, iuxta illud Apocalip. cap. decimonono. Et datum est illi, vt cooperiat bissino splendenti, & candido. Bissinum enim iustificationes sunt sanctorum. Hæc de Cardinalibus sufficiant.

a VNVM CORPVS. Hoc metaphoricè, seu per similitudinem dictum est, ut Papa, & Cardinales faciant unum corpus, prout vnum corpus constituunt caput, & multa membra, non eundem actum, seu eandem actionem habentia, ad Roma. c. 12. & a

1. ad Co qui vnum corpus

rinth. ca. 12. Imò verè vnum corpus erit, si corpus pro collegio accipimus, prout accepit Iureconsi. in l. non tantum. §. eos, qui in corporibus. ff. de excusa. tuto. & est tex. in l. prima, in prin. & §. primo, cũ duobus sequen. ff. quod cuiusque vniuer. in rub. & in l. collegia. §. primo. ff. de colle. illi. & corpo. & in l. secunda, in princ. iunc. glo. in ver. corporibus. C. de legib. Tria aũt esse corporum genera, melius omnib. declarat Pompo. in l. rerum mixtura. ff. de vsuca. Et q̃ Cardinales dicãtur pars corporis summi Pontificis, probat gl. magna ante mediũ, & ante fin. in c. excommunicatus. de off. dele. Hostiẽ. & Ioan. And. in c. antiqua. de priui. Cardi. in clem. ne Romani. de elect. est tex. in ca. fęlicis. vbi etiam Archid. & Ioan. And. de pœn. lib. 6. & not. in ca. 1. de offi. lega. eo. lib. Ioan. de Lig. in c. 2. de cleri. nõ resi. And. Barba. de Præstan. Cardi. q. 1. Basi. 1. par. 1. nume. 26. & ante. Idem Barba. in c. cum M. Ferrar. colum. 4. vers. Tu pondera. de consti. Quot aũt modis dicatur corpus, vide glo. in c. dilecta. in ver. vnũ corpus. & ibi per Inn. & alios de exces. prælat. & p Luc. de Pen. in l. 1. in ver. corporis. c. quemadmodũ ciui. mune. indi. li. 10. Corpus item dupliciter capitur physicè, & mathematicè. Rursus corpus quodlibet, aut simplex, aut compositum. Aris. & Auer. 1. com. 14. ubi quod hæc diuisio est manifesta per se, cęli, tex. & idẽ Auer. cõ. 34. Corpus itẽ quodlibet aut est agens, aut est patiens, aut utroq; participãs, corpora cœlestia agunt, & non patiuntur, corpora quæ sunt hic, ... agunt, & patiũtur Auer. 1. cœli. com. 63. Aristo. & Auer. eod. lib. tex. com. 68. Corpus insuper aliud sensibile, aliud intellectuale. Arist. & Auer. 1. cœli. tex. cõ. 69. & Auer. 3. Metaphy. comm. 17. Corporum quædam non continentur in alijs, ut totus mundus, & quædam continentur, ut partes mundi. Aristo. & Auerr. 1. cœli. tex. commen. 4. Corpus autem unum sua membra pulcherrimo ordine continet, quæ inter se nec discrepant, nec scisma patiuntur, sed alterum alteri prodest, & obedit, prout 1. ad Corinth. cap. 12. & ponam in meo tractatu Ingratitudinis, dum de ciuis ingratitudine erga ciuem loquar. Non solum Cardinales cum Papa debent esse vnum corpus, sed quasi homo vnus, iux. illud Iudic. c. 20.

in princi. Et pariter congregati, quasi vir vnus. & post, Conuenitque vniuersus Israel ad ciuitaté quasi homo vnus, eadem mente, vnoque consilio. & 1. Reg. c. 11. Inuasit ergo timor domini populum, & egressus est quasi vir vnus.

cum Rom. Pontifice [a] ac nobiliora [b]

a ROM. PONT. Cardinales sunt nobiliora mẽbra, summus verò Pontifex est caput, qui & Cephas in persona Petri dictus est, Lucæ cap. 6. Ioã. 1. versus fi. Tu es Simon filius Ioanna, tu vocaberis cephas. c. sacrosancta. ver. Et post pauca. 22. distin. cap. dudum. 3. quæst. 6. Nec sunt plura capita, sed vnum tantum Christus, &c. & Christi Vicarius Petrus, Petriq; successor. Extra. unam sanctam, inter commu. de maio. & obed.

b NOBILIORA. i. nobilia, & sic comparatiuum pro positiuo, vt l. vni. ff. de off. præfe. præto. cum gl. in ver. pleniore, & l. benignius. ff. de legib. l. Gallus, §. quid si is, cum glo. in uer. melius. ff. de lib. & posthum. l. filius, §. iustius. ff. de vulga. vbi etiam gl. l. diuus, vers. si uero. ff. de off. præsi. l. statuliber rationem, ibi, de eo quod obscurius est, satisdare paratus est. ff. de statu libe. l. quoties, §. sicut, iun. gl. in ver. grauiores. i. graues. ff. de admi. & peri. tu. l. 1. §. qui mihi. cum glo. in ver. benigniorem. ff. de ven. in pos. mit. l. Stichum, quæ est 96. §. quod vulgo. cum glo. ff. de solu. l. si adulterium. vers. Nonnunquam, cum glo. in ver. grauiora, iuxta primum intellectũ, quæ exponit, idest grauia. ff. de adult. Instit. de vsucap. post princ. iun. gl. in ver. Maturius, & in l. cum Prætor, §. libertis. ff. de lega. 2. Sic etiam aliàs intelligi debere asserebam l. 1. §. sed & si quæ leges, in fi. vers. Romam autem intelligendum est non solũ veterem, sed & Regiam nostram, quæ Deo propitio cum melioribus condita est auguriis. C. de vet. iu. enucle. exponebam enim melioribus. i. bonis. alioquin falsum asserebam, Bizantium melioribus auspicijs, quàm Romam conditam. Et ꝙ comparatiuum pro positiuo ponatur, probatur etiam in cap. omnis, ad fi. cum glo. in ver. doctiorem. 7. q. 1. cap. nihil iniquius, cum sua glo. 32. q. 7. Prudẽtius pro prudenter interpretantur glo. & Doct. in l. hæres. ff. nego. gesto. cautius. i. caute. exponunt glo. & Doct. in l. 2. C. de furt. verius. i. verum. l. in hoc. ff. de triti. actio. & verius. ff. de proba. In sacra etiam scriptura vehementius pro vehementer vsurpatũ inuenimus. Exo. c. 19. Clangorq; buccinę vehementius perstrepebat. Iunior itẽ pro iuuenis. Psal. 36. Iunior fui, etenim senui. Sic contra positiuum nõnũquam pro comparatiuo ponitur, prout Ps. 117. Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in hoĩe. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in Principibus. i. melius est confidere, & sperare in Domino, quàm ĩ hominibus, seu Principibus est tex. in l. inter oẽs, quæ est 47. cum glo. in ver. verum. ff. de furt. Positiuum item ponitur pro superlatiuo in l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono. & in l. sed est quæstionis, ꝙ dicimus te iniuriam atrocem

fieri, exponit glo. 1. idest atrocissimam. ff. de iniu
Vel exponamus nobiliora. i. nobilissima, & sic c
paratiuum pro superlatiuo accipiemus, vti etiã
accipi posse puto comparatiuum illud, de q
Exo. 19. Vehementius pro vehementissime, q
declaratio colligi etiam potest ex verbis, quæ
mediatè subijciuntur, videlicet; Et timuit popu
qui erat in castris, quasi inferatur talem, & tan
fuisse buccinę clangorem, vt ex illo populis ti
& terror illatus fuerit. Vel sumamus propr
comparatiuum, prout etiam superlatiuum, sup
nat suum positiuum, vt docet Aristo. Topico
in 41, loco. inquiens, Rursus si quid magis, &
nus dicitur, & simpliciter inest: quod enim bo
& album non est, neq; magis, neque minus
num, vel album dicetur, &c. Cice. episto. lib.
Varronem. Ea sunt misera, quæ miserrima. H
Vlpia. in l. 2. §. fi. nobilis. & idẽ in l. diximus, i
nobilissimus nuncupatur. ff. de excu. tut. Pro
adduci consueuit tex. in l. ubi autem, vers. Cu
quod bono melius sit, ipsum quoque bonu
ff. de uer. obli. l. cũ filius, §. pater, ubi Bart. ff. de
2. Abb. in cap. quæsitum, post num. 5. in ult
re. permu. D. meus cons. 541. uisa, num. 20.
fert ad uerba supplicationis confirmationis
uidelicet pro subsistẽtia firmiori. Et pro præ
uide Tiraq. in tract. Translatio. posses. ex de
in superstitem. alias Lemort Saisit. Leuif. in
declara. 7. nu. 6. & seq. Et sic dicamus melio
bra, supponẽdo quod adsint alia membra
huius capitis. & sic non solùm Cardinales,
Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Epis
alij, prout in c. perlectis. 25. dist. c. solitæ, §.
tem, de maio. & obe. c. 2. uers. quemadmod
tur multi homines unus populus, & mult
una ecclesia, iuxta illud, Multitudinis cre
erat cor unum, & anima una, de sum. tri
tho. præalle. glo. in ca. dilecta, in uer. unu
uers. Vnde quod corpus, de exces. præla.
nia autem membra ipsi Cardinales præst
erunt, aliisq; præponendi. Et hoc ait uerum
paratiuum, reperiens aliud ad quod compa
per tex. in l. 1. §. hæc uerba. ff. si cui plusquã pe
Falci. licu. Et natura comparatiui est designa
cessum inter casus comparatos, & relinquer
mam positiui in extremo, ipsum præsuppo
addere ad positiuum, ut per Bar. in l. legata
ter. in prin. ff. de leg. 1. & per eundem in l.
ff. de lega. 3. Saly. in l. maiorem, C. de fals. ubi
ꝙ comparatio non cadit, nisi inter plura. Na
paratiuum, uel superlatiuũ excludere posse
rã, uel quantitatem positiui affirmemus. Hin
mus, ꝙ si statuto, edicto, uel bãno caueatur,
insultu sine sanguinis effusione pœna sit de
reorum, pro insultu uerò cum sanguinis eff
imponatur maior arbitrio iudicis, ac pro
cũ cicatrice imponatur maxima, ista maior,
xima pęna non poterit esse nisi pecuniaria,
ludit Bal. in l. etsi post tres. col. 9. ff. si quis ca
rens ad aliã qõnem, ut ibi. Dicamus igi. ipo
bra caput sequunt, & cũ eo cõcordant, iux
nolite. 11. dis. c. nõ decet. 12. dis. c.

p

prin. de conse. dist. 3. Qui igitur à Sūmo Pōtifice, & sic a capite discrepant, non sunt ipsius, sed diaboli membra. Iuxta hanc propriam significationē, ꝙ dictio illa, nobiliora, stet comparatiuè, interpretari etiam possumus verbum illud vehementius, dicto cap. 19. Exodi positum, vt dicamus, vehementius perstrepebat, supplendo, quàm aliàs buccina soleret. & quòd hæc expositio dictionis, vehementius, vt pro comparatiuo potius, quàm pro superlatiuo ibi ponatur, ostenditur etiam ex aliis verbis, quæ ibi subijciuntur, videlicet; Et sonitus buccinæ paulatim crescebat, in maius, & prolixius tendebat. Si enim sonitus fuisset vehemētissimus, crescere non potuisset, cum superlatiuo non detur quid maius, seu quid vltra. l. vbi autem nō apparet, vers. At cum optimum quisque stipulatur. ff. de verb. obliga. Bart. in l. 1. in 1. oppo. vbi omnino vide Claud. Seysel. ff. de iurisd. om. iud. Et superlatiuum vni soli conuenit. c. metropolitano, cum gl. 63. dist. De natura comparatiui est, vt sit relinquere formam positiui in extremo, ad l. qui ita. ff. de do. præleg. Bar. in l. legata inutiliter, num. 2. ff. de lega. primo, & in l. si tibi purè. ff. de leg. 3.

eius [a]

a EIVS. Et sic non Imperatoris, Regum, vel aliorū Principum, quib. tanquam sublimioribus potestatibus, licet omnes subditi esse debeant, prout per Apost. ad Roma. cap. 13. & 1. Petri cap. 2. & c. magnum. 13. q. 1. Prærogatiua tamen sacerdotij, & dignitatis supremæ, aliud Cardinalibus suadere debet, quàm vt Principib. secularibus, se subesse, uel illis obedire, seu illorū clientes, uel familiares profiteantur, dicente etiam Domino Hieremiæ. Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes, prout Hiere. c. 1. & c. solitæ. de maio. & obed.

MEMBRA. Quę propriè dicuntur distinctam in corpore operationem habentia, arg. tex. in l. nō sunt liberi, vers. partus autem. ff. de sta. homi. & in l. idem Offilius. ff. de ædil. edi. Bar. & alij, in l. 2. ff. de publi. iudi. idem Bal. in auth. sed nouo. C. de ser. fugi. Laur. Sylua. de feudi recogni. q. 109. nu. 25. in ver. membrum. Sicut igitur in corpore naturali membra diuersa habent officia. & dicit Bal. in c. 1. de no. for. fide. num. 5. ꝙ membrum dicitur in corpore humano gerens aliquem principalem actum corporis, sed id quod in membro habet minimum officium, vt digitus non dici membrum. Nec dens membrū dicitur. l. cui dens. ff. de ædil. edi. pro quibus Bart. & Imol. in l. 2. ff. de publi. iudi. glo. Ang. & alij in §. pœna autem. Insti. de iniur. ita & in corpore mystico, seu spirituali vna cura, seu officium, vni, alia, seu aliud alteri demandari, ac committi debet. Ad Roman. cap. 12. & 1. ad Corinth. ca. 12. ca. singula. 89. distinct. cap. cum ex iniuncto, §. sicut enim multa sunt membra, de hæreti. Et dixit Philosophus de Par. animalium, c. 5. Membra officiorum gratia constare, & munerum ad quæ singula accommodatur. Sic & Respub. vt corpus debet habere sua membra, & suas partes, vt per Arist. Politic. lib. 4. cap. 14. & in alijs. Reipublicæ enim animam, religionem, & rationem dicere possumus. Princeps obtinet instar capitis; Cordis locum Senatus habet, a quo bonorum, & malorum procedunt initia; Oculorum, aurium, & linguæ locum sibi vendicant iustitiæ administrādæ præfecti. Aduocati,

membra [a] existunt

patronique causarum, qui Principis lateribus assistunt, brachijs assimilantur. Custodes, & id genus ventris, & intestinorum habent imaginem; Pedibus agricolæ comparantur. Cardinalibus diuersa demandantur officia; Aliqui enim iustitiæ ministrandæ, Aliqui Signaturæ; nonnulli negotijs religionē concernentibus præfecti sunt, aliiq; circa alia intendentes capiti suo .i. Summo Pontifici, totique orbi Christiano inseruiūt. Hæc autem, & alia membra ad nutum, & voluntatem capitis moueri debent, iux. illud, capiti omnia obediunt. Nec decet membra a capite recedere. ca. celebritatem. de consec. distinc. 3. cap. 1. 12. distinc. cap. si inimicus. 93. distinc. Et turpis dicitur pars, quæ suo non conuenit vniuerso. cap. fi. de sponsa. Isern. in constitu. pęna carere. cir. fin. lib. 2. & ad alia, quæ dixi supra in uer. nobiliora, in fi. Studeant Cardinales, ut sint membra vtilia, non autem ad ornatum tantum, iuxt. illud Cicero. 3. de Finib. Iam membrorum .i. partium corporis alia uidentur propter eorum vsum a natura esse donata,

regantur, & gubernentur [a]

ut manus, crura, pedes, &c. Alia autem nullā ob vtilitatem, quasi ad quendam ornatum, vt cauda pauonis. De Cardinalibus dici potest illud Ecclesiastes c. 2. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Sapientis caput dicemus ipsū Summum Pontificem, ipsius oculos vocabimus Cardinales. Membrū κῶλον, Græcè pro exornatione orationis declaratur a M. Tullio li. 4. Rheto. ad Herennium, dum de membro orationis tractat.

a REGANTVR, & gubernētur.) Iuxta tex. in l. alumna, vers. Fideique tuæ. ff. de adi. leg. l. cōgruit, in princ. & l. illud. ff. de offic. præsi. l. 2. in princ. ibi, A Regibus gubernabantur. ff. de ori. iu. & apud Cice. 1. de Nat. Deo. Si verò in ipso mundo Deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus, &c. conseruet. Boet. 4. de consolatio. Quoniam bonus rector mundum regit, recteq; fieri cuncta ne dubites. Annuo quòd Cardinalibus, de quibus hic demandatur, vt regere, & gubernare debeant, non ꝙ dominentur. at longè diuersa sunt dominatio, & gubernatio, teste etiam Philosoph. Politico. libro primo, cap. quarto. Insuper gubernatio hęc, vel sit gratia eorum, qui gubernantur, & ad eorum vtilitatem, vel gratia vtriusque Gubernatoris, videlicet, & eorum qui gubernantur: alioqui si ad propriā eorum, qui præsunt, utilitatem solum gubernatio tenderet, esset dominatio quædam, ad ea, quæ scribit Aristote. Politico. libro tertio, cap. quarto. Validum hic sumi potest enthimema, & inconuincibilis syllogismus, hoc modo, videlicet, Nobiliora officia Cur. Roman. a nobilioribus

bus membris Rom. Pont. gubernanda, & regenda sunt, Auditoratus Cameræ, & alia officia, de quib. hic, nobiliora sunt ergo a Cardinalibus nobilioribus regenda, & gubernanda sunt. Quodlibet igitur istorum officiorum (iuxta Ciceronis sententiā 2. de Inuentio.) instar nauis scientissimo gubernatore vtetur, cui officio si Cardinalis præerit, ipse Papa præesse videbitur, cum Cardinales nō secus iustè iudicare præsumantur, ac ipse Papa. ca. ad audientiam, & ibi ad hoc not. Hostiē. circa medium. vers. licet non in nostro. de præscri.

a VOLENTES. Constructio, seu sensus huius §. est, Volentes officiū Auditoratus in persona unius Cardinalis perpetuo stabilire. Per hæc verba solū voluntatis declaratio indicatur, & nil aliud fit nisi coniungantur verba §. sequen. cum verbis huius §. Sic in simili dicimus, qui dicit uelle Stichum dare, non dat. l. Clodius. ff. de acquiren. hære. Et reus, qui interrogatus, etiam cum iuramento respondit, volo confiteri, non habetur pro confesso. Bald. in l. prima. C. de confes. Pro quibus vide Alciat. in l. prima. C. de sacros. eccle. in vet. in tali uolumus religione. Non nego quin per verbum, uolo, & nolo, fiat lex, seu constitutio, ac præceptum, prout 1. ad Timot. cap. 5. Volo autem iuniores nubere, &c. l. voluit. ff. de interro. act. l. volumus. C. de testamē.

Volentes [a] cap. personas. vbi Abb. ad hoc illum tex. not. de testi. cap. si motu proprio. de præben. lib. 6. clemen. fin. de electio. clemen. vni. vbi glos. in ver. volumus. de offi. vica. Glo. pragm. de conclu. eccle. Galli. in ver. volumus. Volente, seu volumus verbum regulariter est iuris noui significatiuum. clem. vni. cum gl. fina. de rerum permu. & in cap. sicut. de verborum signific. lib. 6. Paris. consi. 141. ad resolutionem. nume. 36. volum. quarto. Quandoque adaptatur ad ius antiquum. cap. causam, quæ. de rescr. Voluntatem describit, Aristo. Rhetori. libro 1. cap. 10. esse appetitum boni cum ratione: nullus enim aliquid vult, nisi cum bonum esse putauerit. Diuus verò Augustinus lib. 1. retractatio. sic diffinit, Voluntas est animi motus ad aliquid imitandum, uel nō imitandum, vel adipiscendum. & 15. quæst. 1. in princip. vbi glo. exponit imitandum. i. faciendum. Luc. de Pen. in l. 3. circa princ. C. de his, qui spon. publ. mune. sube. lib. 10. In quibus differant velle, & proponere, seu voluntas, & propositum Aristo. lib. 1. magno. mora. c. 16. Item voluntas, & electio. Idem lib. 2. Mora. Eudem. cap. 10. dum de electione tractat, ac Ethico. lib. 3. cap. 2. in quibusdam differunt voluntas, & arbitrium, Doct. in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. oblig.

exemplo [a]

a EXEMPLO. Exemplum, quod Græcè paradigma vocatur, est rei præteritæ narratio, seu propositio alicuius facti, aut dicti præteriti, cum certi auctoris nomine, quod ad aliquid hortatur, vel dehortatur. Cic. in quarto lib. Retho. ad Heren. dum de exemplo tractat. De hoc, vel simili exemplo loquitur Aristo. Problema. 3. incipien. Cur homines in orando exemplis. Sectio. 18. Tacitus libro nono, veterum (inquit) Oratorum exempla re... ramus, qui famam in posterum præmia eloque... tiæ cogitauissent pulcherrima. Hoc modo ac... pimus illud exemplum Hester, cap. primo, sub... verbis, Atque hoc exemplo omnes Princip... coniuges Persarum, atque Medorum paruip... dent imperia maritorum. Similem text. huic ... bemus in cap. cum olim. versic. Nos igitur ... rentes vestigiis, de re iudi. capitu. inhærentes ... stigiis prędecessorum nostrorum. de iura. ca... capit. fęlicis recordationis Honorij Papæ iij... decessoris nostri vestigiis inhęrentes. de pręben... bro sexto. Et dicit Papa in ca. quod verò. 2. q... stio. secunda. Iniuriam mihi facio cum præde... sorum meorum statuta perturbo. Sic & exem... Imperatorum sequi debemus. l. milites agrum ... fin. dę re mili. l. nam Imperator. ff. de legi. l. apu... lianum. in fi. & l. Titius, cum glo. in ver. exem... ff. ad Trebellian. Et quando exempla Princi... sequenda sint, tractat glos. fina. in l. secund... his, qui sunt sui, vel alien. iur. Et vita, & c... Principis aliis exemplo datur, Arist. in præf... thoric. ad Alexand. Exempla etiam Sanctorum ... trum sequi debemus. capit. si habeas. 24. qu... tertia, cap. de quibus. 20. quæstio. cap. subm... vigesimaprima distinctio. Et habemus ad R... cap. 15. Omnia quę scripta sunt ad nostram d... nam scripta sunt. Exemplum item cuiuslib... clari viri, iusti, ac fortis, extollere, & imitar... mus, prout nobis annui videmus per illu... zarum senem, vnum de primoribus Scrib... maluit mori, quàm mentiri, seu fingere, ut ... plo esset vniuersæ genti, memoriamque ... suæ ad exemplum virtutis relinqueret, pro... tur capit. sexto. Machabæo. 2. Peculiarius ... & magis proprium, quàm cæterarum natio... fuit nostrorum Romanorum relinquere, ... & imitari virtutum omnium, dignorumq... heroicorum factorum exempla pulcherrima ... rum innumeri libri pleni sunt. Nos autem ... mur meliora, & tutiora, ac saluberrima exem... omnibus aliis contenta, & descripta esse in ve... & nouo testamento, ac in aliis historiis sacris ... si animo, mente, ac operibus pro virili comp... bimus, & imitabimur, a mundi huius fallaci... dæmonum insidiis immunes, cœlestes ciues ... na gratia cooperante, efficiemur. Nec min... tus est exempli, quàm enthimematis, vt ... potest ex verbis Sapientis Prouerbio. cap. ... sus finem. Quod cum vidissem posui in ... meo, & exemplo didici disciplinam. Aristot... thori. ad Alexan. cap. 8. de exemplo. & ad Th... cten. cap. secundo, libro primo. dum tracta... sit Rethorica. Nos sumus in prima specie ex... plorum: Illorum enim duæ sunt species: A... si res præteritas imitemur. Altera si ipsi fi... mus, vt per Philosoph. in secundo libro R... ric. ad Theodecten. in capite de Exemplo. E... plum alio modo declarat Philosophus Pr... libro 2. capit. 30. de exemplo. Quomodo a... exempla dissoluantur, & refutentur, docet ...

capit.penult.libro 3. Rethoricorum, ad Theodestem.dum inquit, Contra exempla uerò eadem, quæ contra probabilia est dissolutio. & ad Alexã. capite 25.inquiens, Exemplum verò debes, primum si potes demonstrare id, haudquaquam esse criminationi simile, uel aliud tibi ex contrariis præter verisimilitudinem exemplum ferendum esse. Exemplum vitiosum est, si aut falsum est, vt reprehendatur, aut improbum, vt non sit imitandum, aut maius, aut minus, quàm res postulat. M. Tullius libro 2. Rhetorico. ad Heren. titulo 29. dum de exornatione vitiosa tractat. Et an sit exemplis iudicandum, vide in mea 30.quæst.32. Reg. Cancell. numero 4. Et licet regula sit, quòd exemplis iudicandum non sit.l.nemo.C.de senten. Sozin.reg. 225.fallit, nisi sint exempla Papæ, seu Imperatoris. cap.fin.ubi gloss.20.distinct.ca.in causis.ubi etiam Alber.de re iud.l.& hoc.ff.de hæredi.instituen.l.1. in fine.ibi, sine exemplo, a contrario sensu ff.de cõstitu.Princip.l.cum quærebatur.ibi, Titus Imperator pronunciauit. ff. de verborum obligat.l.bene a Zenone.C.de quadri.præscri.l.deprecatio.ad fi. ff.ad leg.Rhod.de iactu.cap.nouit.de iudi.ca.causam, quæ.& cap.per venerabilem, & ibi glo.qui fil. sint legit. Intellige quoad suppositos iurisdictioni Papæ, vel Imperatoris, & sic in ijs quæ iurisdictionem cuiuslibet eorum respiciunt, aliàs secus iuxta glo.fi.& ibi Saly.& alios. C.de crim. sacrile. & per Doct.in cap.ecclesia S.Marij.de constitu.ac in cle. pastoralis.de re iudi. Ratio est, quia argumentum ab auctoritate non ligat eos, qui non subsunt auctoritati, secundum Bald.super rub. C. de fi.instr. versus fi.& ad alia, quæ supra adduxi. Hinc colligimus argumentum ab auctoritate, & quando allegatur auctoritas eius, qui legis condendæ potestatem habet, argumentum huiusmodi erit probabile, & necessariũ, & facit præiudicium inter omnes, & in omnibus negociis similibus.iuxta tex.in l.fi. in prin.C.de legib.& in cap.in causis. vbi Fely.& alij.de re iudi. Consequenter etiam exempla iureconsultorum sequenda erunt.vnde si dicamus Celsus Iurecon.ita decidit, ita statuit, ergo id tenendum est, ergo eius exemplum, ergo argumentum huiusmodi ab auctoritate non solũ probabile erit, verum & necessarium.iuxta tex.in l. 1.vbi Bar.Bal. Angel.Paul.Castren.Alexan.& cæteri notant. ff. si certum pet.ubi Vlpia. opi. suam auctoritate Celsi comprobat. Ita etiam suam opin.confirmat Paul. Iure con.Iureconsultorũ exemplo, seu auctoritate in l.si socer, a geuero.in princ. ff.solu.matri.& in l. si unus.§.pactus ne peteret.in fi.ff.preca. Exemplũ pro chirographo, vel exemplari, vulgò copiam vocant. 1.Machabæo.cap.14. Est hoc exemplum epistolarum, quarum Spartiatæ miserunt. Cicero Attico. Epistolam ad me Cæsaris ostendi eam, cuius exemplum ad te antea misi.l.secunda.de fid.instrumen.l.secunda.ff.de eden. Exemplum itẽ pro imagine, seu similitudine, quod & incorporeis, ac in animo existentibus, quàm corporeis conuenit. Cicero 2.de inuentio. Præbete igitur mihi quæso (inquit) ex istis virginibus formosissimas, dum pingo, id quod pollicitus sum vobis, vt mutuum in simulachrum exanimali exemplo, veritas transferatur. l.in testamento ita quidam scripserat. ff. de condi.& demonstratio.l.prima.§.fin.ff.de constit. Princip.authent.si quis in aliquo. & ibi per Doct. apud quos cætera inuenies. De exemplo latè tractat M.Tullius libro quarto Rhetorico.ad Heren. libr.1.dum causas adducit, cur suis exemplis vsus sit, & inter cætera differentias ostendit inter exemplum, & testimonium, dum inquit, Hoc igitur interest inter exemplum, & testimonium. Dum postea subijcit, Nonne si quis purpuram, aut aliud quippiam vendens dicat, sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo tibi quod ostendã, si merces ipsi qui vendttant, aliunde exemplum quæritent mercis, &c. Exemplum mercis, seu purpuræ Cicero accepit pro eo, quod vulgus monstram purpuræ, seu monstram mercis nuncupat. Exemplum pro pœna, & supplicio. Liu. Omnia belli exempla habita in se cædibus ruinis &c. Bud. super l.minor autem. ff.de mino. In malam etiam partem accipitur Nume. cap. quinto. Det te Dominus in maledictionem, exemplumq; populo suo, putrefacere faciat femur tuum, &c. In malam etiam partem accipitur Deuteron. cap. 29. In exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, &c. & 3.Regum cap.nono. Et domus hęc erit in exemplum. & Hierem. capit.48. Eritque Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo. ac Num.cap. 3. Et contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. cap. præcipuè. versic. Scire Prælati debent, quòd si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittũt. vndecima quæstio. tertia. propter malum enim exemplum quis grauius punitur.l.omne. §. qui in acie fugam prior fecerat spectãtibus militibus propter exemplum capite puniendus est.& ibi gl.dat concordans.ff.de re iudi. De exemplo, uide etiam Luc.de Pen.in l.exemplo. C.de decurio. lib.10. & Albe.de Ros.in Diction.sub hoc ver.

a DIVERSORVM. Non exponas.i.contrariorum, uel oppositorum, iux.illud.Et Ci **diuersorum** ce.4.Acade.Certa igitur cum illo, qui a te totus diuersus.in l.duo Iudices.ff.de re iudi.in l.lecta, versicu.sed cum sortis.ff.si cert.pet.l.scripturæ diuersæ.C.de fi.instrumen.l.fin. C.de eden. l.prima.C. de præd.mino.D.meus Philip.Dec. in capit.super literis.in princip.de rescrip. Nec exponas diuersorum, idest dissimilium, prout apud Cicero.primo de Inuentio.dum de partitione tractat. Hoc igitur (inquit) vitandum est, ne cuius genus posueris, eius speciem sicuti aliquam diuersam partem, ac dissimilem ponas in eadem partitione. aliqui legunt diuisam, sed melior lectura est diuersam. Idem Cice. Q. Fratri, libro primo. Quæ commodis, utilitate, & propè natura diuersa sunt, volũtate coniũgere difficile est.l.2.§.post hunc, vers.Hi duo primum veluti diuersas fecerunt.ff.de ori.iur. Neutra ex præmissis interpretationibus huic conueniret, cum successores, uel prædecessores vnius Summi Pontificis non possint dici dissimiles, mul-

loquemini contrarii. Imò saltem de honestate successor factum prædecessoris comprobare, conseruare, & effectui ac executioni demandare cōsueuit, & quodammodo debet ad ea, quæ adduco in 10. quæst. 11. Reg. Cancell. num. 3. Exponamus igitur diuersorum .i. inter se differentium numero. Alius enim fuit, & numero diuersus, Paulus iii. à Iulio iij. alius Iulius à Marcello ij. & Paulo iiij. & ita accepit M. Tullius in somnio Scipionis. Cernis autem eadem quasi quibusdam redimitum, & circundatam cingulis, e quibus duos maximè inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos obriguisse pruina vides. Idem in Verrem actio. 6. Et portus habet propè in ædificatione, aspectuque vrbis inclusos, qui quum inter se diuersos aditus habeant, in exitu coniunguntur, & confluunt. Ita etiam accipitur in titulo de diuer. & tempo. præsc. Sic etiam dicimus diuersas actiones. ff. & Insti. de actio. Rursus & diuersas actionis species. l. fi. in fi. C. de consti. pecu. De diuerso, eodem, simili, dissimili, & differenti vide Philosophum libro 5. Metaphysi. tex. 16. Et de diuerso specie, Metaph. lib. 10. tex. 24. Et de duplici diuersitate, videlicet per contrarietatem, & tunc dicimus res diuersas non posse esse in eodem subiecto. Aut sine contrarietate, & tunc diuersæ res in eodem subiecto esse possunt, Auerro. 1. Metaph. com. 24. Argumentum a diuersis, & q ex diuersis non fiat illatio, & quòd seperatorum seperata sit ratio probat tex. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acqui. possess. in l. neque natales. C. de proba. in l. fi. cum ibi nota. ff. de calumnia. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & l. si maritus 1. C. de dona. inter vir. & vxo. Exemplo à pluribus, magis quàm ab vno comprobato standum est. c. de quibus, & ibi gl. in ver. exempla, in fi. 20. distin. & arg. tex. in l. fi. ad fi. C. de fideicom. ca. extra conscientiam 64. dist. c. prudentiam. 1. resp. in fi. de offi. deleg.

a ROM. Pontificum.] Non solum æqualiū exempla in bono quis sequi debet, prout Papa hic facit, sed & inferiorum, c. submittitur Ignatius minorū, inferiorum, & subiectorum deliberationibus. 21. dist. c. Constantinopolitana, 22. dist.

b PRÆDECESSORVM nostrorū.] Elegantius diceremus Retropontificum, seu Retroprincipum, iux. verba proœ. ff. §. hæc autem. ibi, Quod iam & a Retroprincipibus constitutum est. l. fi. in prin. C. de testa. Expo-

Ro. Pont.[a] prædecessorum nostrorum, [b] qui

namus pdecessorūnostrorū. i. ante nos defunctorū. Decessorem iuri accipiūt propriè pro eo, cui in magistratu succeditur, seu pro eo, qui magistratū, seu officium functus est, prout in l. obseruare, ver. Rectè autē, & ordine facit, si ędictū decessori suo miserit. ff. de off. procon. ubi Bud. super illa l. Decessorem in eodem significatu habes apud Diuum Gręgorium lib. 11. epist. 34. Quoniam ad nos relatione peruenit Cosmam, cui ex monacho monasterij S. Luciæ a decessore nostro uenerandæ memoriæ Maximiano &c. Iura canonica, & praxis Romana prædecessores pro prædefunctis, seu præmortuis interpretantur, prout de decessoribus in huiusmodi significatu habemus tex. in c. decessorum ... tuta. 25. q. 2. & de prædecessoribus in c. ad audientiam. de præscrip. ibi, Alexandrum Papam prædecessorem nostrum. cap. auctoritate Martini Papæ prædecessoris nostri. cap. fi. ibi, prædecessoribus nostris, de conces. præb. lib. 6. cap. statutum se. rec. Clementis Papæ prædecessoris nostri. de præb. ... lib. Nec interpretatio hæc iuri ciuili repugnat, ... decedere ponatur pro mori. in l. cuius bonis. ff. ... cura. furio. in l. Caius Seius. ff. ad Syllan. Prædecedere igitur est pręmori, seu antemori. Et not. Gemin. in c. præsenti. num. 1. & in c. quodam etiam ... primo. Prædecessoris appellatione comprehenditur non solum immediatum, sed & mediatum quilibet, de præb. lib. 6. est etiam tex. in ca. 1. post pr. ... vbi Innocen. iiij. se Petri successorem nuncupat ... homici. eo. lib. 6. pro quo Ias. in l. fi. quis filius ... fi. col. 1. de acq. hære. D. meus, & Cagno. post ... in l. qui per successionem, quæ est 155. ff. de reg. ... quod etiam colligitur ex nonnullis iurib. præal. ... aliis pluribus. Et qd prędecessoris, & successoris psona eadē quoad pleraq; habeatur, Fede. de ... cōs. 271. recordare, vers. Et quia psona pdecessoris ...

a CAMERARIATVS. Officium Camerariatus in persona Cardinalis fuisse ante anno ... constat per decretalem Innoc. iij. ad audientiam de præscr. vers. Considerantes etiam librum c... lem, quem non suspectū habuimus, licet non ... stra, sed in Cardinalis Sancti Adriani camera inuentus, qui eum quādo Camerarius fuerat de Camera beati Petri suscepit. Innoc. autem iij. creatus fuit anno 1198. Nec quis obiiciat, quòd potuit esse Camerarius antequam esset Cardinalis, Cardinalisq; effectus deinde ... Camerarius, quod suaderi etiam potest ex illis verbis, Quando Camerarius fuerat. Cura Cameræ Papæ olim erat temporalia pauperibus eroga... prout per glo. in cap. 1. in ver. aut ligandi, c... dium. 8. quæst. 1. quod tamen ego nō probo, ... hæc solū Camerarius curaret, sed bene quòd & alia videlicet libros censuum, redditum, & introituum sedis Apostolicæ teneret, & custodiret prout probat tex. in alle. cap. ad audientiam, ... conditor diu ante fuit, quàm ille Io. glossator. ... per Camerarius, cuius sunt membra septem ... rici Cameræ Apostolicæ, ac Præsidens, Commissarius, & Thesaurarius; qui ultimi tres laici possunt, vt per Nicol. de Vbal. de success. ab intesta. colum. penult. vessicu. Idem dicamus ... liis, & ego in his tribus officiis laicos deputa... di, idem inquam Camerarius cum aliis Cameræ officiariis introituum, ac redditum Cameræ & sedis Apostolicæ exactioni præest. Idem Camerarius, & alii supra nominati ... missis, ac plerisque aliis alios creant, & ... tant. Bona, & redditus sedis Apostolicæ ... & alienant, ac super illis diuersimodè ... hunt. Camerariusque cum præfatis septem ...

Camerariatu...

cis, & alijs, & nonnunquam solus ius reddit, præsertim super rebus Cameram, & sedem Apostolicam quo ad redditus, introitus, & alia quoquo modo eam tangentibus. Rescribitq; super rebus prophanis ad omnia loca sedi Apostolicæ immediatè subiecto; & super fructibus beneficiorum per obitum vacantium, ac spolijs, & quibusdam alijs etiam ad loca mediatè subiecta, aliaque facere consueuit, vt ex ijs, quæ infrà latius tangam, distinctius apparebit. Et quòd Camerarius sit ordinarius, voluit Hostien. in sum. de offic. ordin. in prin.

Vicecancellariatus [a] vers. Ideo Camerarium, Vicecancellarium &c. ordinarium iudicamus. Archidiac. in capitulo, experientię. vn decima quæstio. prima, post medium. Rot. Fasto. Dub. 39. vbi in fi. dicitur, quod tribunal Camerarij est maius Audientia Palatij, & sic maius Auditorio Rotæ, ex confessione ipsorummet D. Rotæ Auditorum, super quo nunc non insisto. Nec Camerarij officium, potestas, seu iurisdictio cessat, vel expirat per obitum Summi Pontificis, clem. ne Romani. versi. Eo tamen prouiso, ubi omnes, de electio. Pro præmissis uidetur cons. Præceptoris mei Dom. Phi. Dec. 404. viso eleganti. Camerarium (si nominibus antiquis vti volumus) vocare etiam possumus magistrum scriniorum census. Cum etiam præsit omnibus notariis census, & Cameræ, prout notauit Luc. de Pen. in alio magistro scriniorum census regni super rub. C. de magi. scrin. ad fi. lib. 12.

[a] VICECANCELLARIATVS. Diuersæ fuerunt opiniones quādo officium huiusmodi originem habuerit, & quæ esset Vicecancellarij vera, & an semper eadem, & an eodem, an diuersis nominibus Vicecancellarius nuncupatus fuerit. In procem. 6. videtur supponi Vicecancellarium tūc temporis non fuisse Cardinalem, prout apparet ex illis verbis, Per venerabiles fratres, &c. Et postea & dilectum filium magistrum Riccardum de Senis, sanctæ Rom. Eccles. Vicecancellarium Iu. vtr. Docto. Decretales huiusmodi diligentius fecimus recenseri. & sic quia ille Vicecancellarius nominatur post Archiepiscopum, & Episcopum, & nominatur magister, & Doctor, sequitur quòd tunc nō esset Cardinalis, & sic anno 4. Boni. 8. hoc est anno 1298. cum ipse fuerit creatus Pontifex anno 1294 Vicecancellariatus erat in persona Riccardi simplicis Doctoris, prout sentit glo. Io. And. ibi in ver. Vicecancellarium, quæ supplet tunc. i. tempore editionis, seu publicationis lib. 6. Decretalium, nūc verò Diaconum tit. S. Eustachij, & sic tempore eiusdem Boni. 8. & dum præfatus Io. And. librum illū glossematibus suis illustrabat, ille idem Riccardus creatus fuit Cardinalis, & vt supponunt, Vicecancellarius remansit, prout etiam glo. præalle. asserit, & affirmat Sarnen. in proœ. Reg. Cancell. vbi plura de Vicecancellario cumulat, quæ videantur, in prima quæst. num. 3. & sequen. qui postea num. 8. testatur Vicecancellarium tempore Nicolai iij. vsque ad tempora Bonifacij viij. fuisse priuatum hominem, & sic a dicto anno 1298. vsque ad erectionem huius officii Regentatus, videlicet ad præsentem annum 1559. sunt intermedii 261. anni. De hoc Riccardo de Senis Cardinali loquitur idem Io. And. in c. fin. colu. 2. in fi. dum quandam eius opi. cōprobat, de feriis. & Maria. Socin. de citat. art. 19. post num. 13. vers. Facit pro hac opin. quē Riccardū de Petronibus Cardinalem, 6. libri compilatorem, & conciuem suum nuncupat. Martinus etiam de Ebulo fuit Vicecācellarius, & is qui composuit stylum, seu libros Quinternos Cancellariæ nuncupatos, prout testatur Hie. Pau. in lib. nuncupato Prouinciale. in prin. 2. par. prin. dum oppositiones contra literas Apostolicas prosequitur. fol. 13. nec hunc Cardinalem fuisse reperi, puto is esset ex nobilissima, & antiquissima familia Neapolitana, de Ebuli, ex qua præstantissimi, & omni virtute dotati Antonius, & fratres, de Ebulo, Beneuenti, vbi hæc scribo, sub mea fide commorantur. Verū vt historiam eorum, super quibus noster versatur sermo melius percipiamus, altius mihi repetendū esse visum fuit. Concordant omnes (iuxta terminos nostros) Cancellarium, & Vicecancellariū pro eodem accipiat. Quare autem Vicecancellarium, & non Cancellariū nuncupent, nulla concludens, uel probabili ratio mihi occurrit. Gundisaluus Villadiegus olim Rotæ Auditor, dum de origine, ac dignitate Cardinalium tractat, tit. de off. Vicecancellarij, nume. 70. inquit, ꝙ Vicecancellarius propter humilitatem, non Cancellarium, sed Vicecancellarium se appellat. hæc ratio, prout nonnullæ aliæ, quas referri audiui, mihi frigidæ satis videntur, & si hæc ratio concluderet, Camerarius se Vicecamerarium nuncupare deberet, Gubernator, Vicegubernatorem, Senatorem, Vicesenatorem, & sic de reliquis. Subdit num. 71. ꝙ Vicecancellarius pręponitur administrationi iustitiæ, Camerarius ærario, & fisco Papæ, & ecclesiæ patrimonio. Pęnitentiarius uerò curæ pęnitentiali: & quòd inter istos Vicecancellarius maior est, tum quia iustitiæ curā habet, tum quia maioribus, & dignioribus pręest, præsertim omnibus principalioribus Ro. Cur. officiariis. An autem is, qui ab epistolis alicuius summi Pontificis pro tempore fuit, an bibliothecarius an Scriniarius, & Primicerius idē in effectu esset, qui Cancellarius, seu Vicecancellarius, diuersi diuersa censere. Si eū qui ab epistolis erat pro Cancellario, seu Vicecancellario habemus, iuxta communem usum, quum Cancellarius, Scriba, & similes pro eisdem vsurpentur, prout apud Fla. Vopiscū scribentē a Carino Imperatore factū esse præfectum urbis, vnū ex Cancellariis suis. hoc officium Cancellariatus in persona Cardinalis, fuisse anno 370. indubiè asserere poterimus. Nā Diuus Hieronymus Stridonien. Dalmat. S. Ro. Eccle. presbyter Cardinalis ab epistolis fuit Damasi Papę primi, vti ex Hieronymi epist. de Monogamia ad Geruntiā. Est verum, ꝙ de anno 450. ex Marcellino Comite Prosper Aquinatus poeta celebris, qui nō erat Cardin. fuit ab epistolis Leonis primi, & epistolas (quę sub Leonis nomine circumferuntur) ab eo cōpositas fuisse asserunt. De bibliothecario, habemus tex. in ca. Adrianus 1. 63. distinct. ubi dicitur, Anastasius

sius bibliothecarius Romanæ Sedis.glo.in ver.bibliothecarius.exponit.i.Cancellarius. De scriniarijs, q̃ ijdem sint,qui Cancellarij, vidėtur probari in titulo C.de proxi.sacro.scrinio.lib.12.Primicerium eundem esse cum Cancellario,credit And. Alciat.C.de Primice.lib.12.i. Scribam Principis. De hoc vide Cassiodo.lib.6. Variarum in formula comitiuæ sacrarum iussionũ , & primiceriatus. Et de scriniariis,& magistris scriniorum, habemus titulum lib.12.C.sub rub.de magist.scrinio. Item de proxi.sacro.scrinio.in quibus locis, vide omnino Luc.de Pen.qui super rub.C.de magist.scrinio. tales dicit fuisse , ut tempore suo erant Secretarij D.Papæ , qui circa talia officia post Vicecancellarium,qui fungitur vice Quæstoris , omnibus erãt maiores.Ex cuius dictis elicitur etiam,quòd Quæstor,& Cancellarius,seu Vicecancellarius idẽ erat, prout notauit glos.singu. in l. fin.in ver.quæstor.i. Cancellarius hodie.C.de diuer.rescrip. & not. ibi Bald. versus fi. q̃ literæ malè formatæ non debent exire de Cancellaria Principis,per dictam l.& per tex.in l.si qua beneficia.& in l.sacri affatus. eod.tit. subdens , Et hoc totum pertinet ad officium Cancellarij, & ad scribas Cancellariæ . Hoc officium & cura est hodie Vicecancellarium in locũ quęstoris successisse,uel potius cum illo aliquam conformitatem habere . de illo Quæstore intelligo , qui præpositus erat libris principalibus legendis,Principisque epistolas in Senatu recitabat,qui candidatus Principis dicebatur,iuxta tex.in l. vni.§.Exquęstoribus.ff.de offi. Quæsto. super qua l. videatur Bud.in suis Annota.plura Quæstorum genera ponens,& declarans. Non intelligas de illo Quæstore,de quo in cap.forus. vers.Iudicium autẽ prius. de verb. sign. quicquid dicat glossator antiquus. Reg.Cancell.in illarum procem. dum de Vicecancellario tractat,colu.4. qui ponderat illum tex. ad hoc, vt Vicecancellarius Quæstor dici possit.subdens, q̃ Vicecancellarius potest in decisionibus eorum cum D.Rotæ Auditoribus interuenire, quod tamen ego nunquam contigisse audiui. Quam autem iurisdictionem , & auctoritatem in Dominos Rotæ Auditores habeat,infra tangam. Dum autẽ glo.præmittit, q̃ antiquitus Vicecancellarius vocatur bibliothecarius, eius opin. est satis congrua, prout apparebit etiam ex iis , quæ infra adducam. & gl.citat tex.in cap.Adrianus.cum glo. in ver.Bibliothecarius,quę exponit.i.Cancellarius.63.dist. Et regesto Diui Gregorij Petrus Diaconus Cardinalis S.Ro.Eccles.fuit Cancellarius sub dicto Gregorio 1.& sic ab anno 590.ad quem idem Gregorius librum Dialogorum scripsit. Theophilactus fuit S.Rom.Eccles. Cancellarius ab anno 906. sub Sergio iij.& tribus alijs summis Pontificibus , vt ex priuilegiis Ecclesiæ Portuensis apparet . & sic Cancellariatus ad personam, quæ non erat Cardinalis,redit.Stephanus Primicerius pro Cancellario,seu bibliothecario inseruiuit ab anno 920. sub Ioãne x.Leone vi.Stephano viii.& Martino ii. vt ex bullis illorum. Stephanus Primicerius defensorum S.Roma.Eccles.pro Cancellario,seu bibliothecario exercuit annis 10.ab anno 942. sub Mar-

5 tino 2.& Agabito 2.vt ex bullis ipsorum Pōtifi[...] Redijt postea Cancellariatus ad Cardinales an[...] M. XXXV. Petrus enim Cardinalis S.Ro.Eccl[...]bliothecarius,& Cãcellarius fuit sub Benedicto[...] Gregorio 6.Clemente 2. Damasco 2. & Leone[...] vt ex eorum bullis in ecclesia Portuen. Federi[...] Gozellonis, Ducis Lotharingiæ filius,anno M[...] sub Leone 9.ac Victore 2.vti ex illorum Bullis [...] Basilica Sancti Petri de vrbe,fuit S.Rom.Eccl.[...]dinalis,ac Bibliothecarius, & Cancellarius, de[...] ipse fuit creatus Papa, vocatus Stephanus 9.H[...]frius Pannunnus in lib. quem nouissimè de Ca[...]nalibus edidit, infrascripta de Vicecancellario[...] notauit sub Honorio Papa 3.ann.1216. Offic[...] Cancellarij S.Ro.Ecc. a Cardinalibus ad priu[...] traductũ est,appellariq; non Cancellarij,sed V[...]cancellarij, quorum primus Ioanne diacono C[...]dinale mortuo S.Mariæ in Cosmedim,& S.R[...] Eccl.Cãcellario,fuit quidam Raynerius prio[...]cti Fridiani Lucen. diœcesis , qui se Vicecan[...]rium appellauit, vt legitur in bullis Papæ H[...]rij 3. ad hoc deinceps omnes Vicecancellar[...]pellati,licet etiam Cardinales essent. Hæc [...]ctos aũt Cancellarios,inquit Azo in sum. C[...]sesso.vel.a cãcellis suorũ officiorum,uel a c[...]dis minutis eorũ,quæ sibi dictanda propon[...] Ex oĩbus supra adductis elici pōt officiũ h[...]tìquissimum fuisse,siue Cancellariatus, siu[...]cancellariatus,vel aliter,iux. temporum di[...]tem nuncuparetur, quod aliquando fuit in [...]na Cardinalis, nonnunquã in persona priua[...]cunq; sit negari non pōt, quin a 950. annis [...]hmōi cęperit esse in persona Cardinalis,lic[...]stea varius fuerit eius status, vt supra ostendi[...]pore tamen Boni.8.vsq; huc semper Vicecanc[...]riatus fuit ĩ persona alicuius Cardinalis. Biblioth[...]carius fuit ẽt Gregorius Papa 2.vt per Pla[...] A[...]stasius ẽt Apostolicæ sedis bibliothecarius. Biblio[...]thecã beati Petri, teste Platina, restituit Zacha[...] primus natione Græcus. Antiquiori tpe C.Iu[...] Higinius Augusti libertus.& Ouidij amicus,p[...] fuit bibliothecæ Palatinæ, vide Sueton. de Gra[...]maticis,a Plinio Higinus sæpè citatur. In sim[...] bibliothecis custodiebantur ẽt decreta Regũ,[...] ut decretum Regis Persarũ inuẽtum fuit in bi[...]theca a Rege Dario.1.Esdræ cap.6. De biblio[...]ca Attalica plura scribit Vitruuius in præfa[...] libro Cancellarij imperialis mentio fit in ca[...] nomina uerò ciuitatum . versicu.Gottifredus [...]perialis aulæ Cancellarius , de Pace constan[...]cellarius , seu Archicancellarius Imper[...] unus ex electoribus Imperatoris, qui est Arc[...]scopus Maguntinen. prout omnes norunt, [...]nunt Hiero.Pau.in lib.nuncupato Prouincia[...] de electoribus Imperij tractat.& Vgo,de offic[...]tuor Prælato.par.4.cap.2.in princip.de Canc[...]rio Franciæ, illiusque officij antiquitate, & d[...]te,vide latẽ per Bud.in Annot. in Pandect. in [...] offic.præfe.præto.& in tracta. Io.Montaina [...]cto.magni consilij , siue additionibus ad e[...] Nico.Boer.num.8. versic.Secundo pro dict[...] quod est in culmine dignitatum, & præest o[...]

p

post Regem, & plura alia ad officium Cancellarij spectantia ibi ponuntur, & etiam num. 11. & sequ. numero 127. De Cancellarijs antiquorum Imperatorum habes apud Vopiscum in Carino. Imperator (inquit) præfectum urbis vnum ex Cancellarijs suis fecit. De Cancellario Papæ habes tex. in c. ad hæc. de rescrip. & per Innocen. & alios in cap. dura. de crimi. fal. De Cancellario cuiuslibet ecclesiæ habes in cap. ut nostrum. de offic. Archidi. Cancellarios Iudicum pro scribis, seu notarijs interpretamur in l. 3. C. de offi. assesso. De auctoritate, potestate, facultatibus Vicecancellarij, habemus plures Regu. Cancell. sub rubr. de potesta. Vicecācellar. super quibus scribam. Vnum silentio prætereundum non est, quòd uicecancellarius tantæ fuit, & est auctoritatis, sublimitatis, maiestatis, & potestatis, ut Rotæ Auditoribus qui omnibus, mundi Iudicibus præstant, ipse solus post summum Pontificem, quasi præesse videatur: illosque non solum in ingressu officij, sed & postea quando sibi visum fuerit, circa officium benè, & rectè administrandum monere, imò quod plus est etiam illis præcipere possit ex confessione ipsiusmet Rotæ, prout in dec. 702. incip. Memoriale fit, cum duabus sequen. in anti. & ibi describuntur, seu referuntur tria optima mandata Dom. Auditoribus facta, quæ decisio. sunt de anno 1375. Ad Vicecancellarium etiam spectat cura, gubernatio, & directio Audientiæ sacri palatij, Auditorumque creatio, vel potius examen, examinisque & qualitatum Auditorandi relatio summo Pontifici facienda, Cancellariæ cura, & alia, de quibus per Gundisal. Villadie. in allegatio. tracta. de dignitate. ac potesta. Cardin. tit. de Vicecancel. num. 72. & sequen. & Sarnen. in 1. quæstio. procem. Regu. idem Villadie. vt supra dixi, Vicecancellarium præponit dictis Camerario, & summo Pœnitentiario. Imò cardinalem Vicecancellarium alijs Cardinalibus tanquam habentem maiorem administrationem præferendum, putat Claud. Seyssel. in l. 1. num. 21. ff. de off. eius. Quod tamen indistinctè acceptum non est verum. huic discussioni non est hic locus, alibi videbimus qui Cardinales præferendi sint, interim eorum ordinem vide in princ. Lib. Prouinciale nuncupati. & argumentum contra Seysel. vltra tex. nostrum hic arguendo ab ordine scripturæ sumi potest etiam ex Extra. Ad regimen. ibi videlicet, Camerarij, Cācellarij, &c. de præbe. inter commun. Huic officio præfectus est Alexander Cardinalis Farnensius fama super æthera notus, excelsi spiritus, inuicti animi, ac qui cum illa perenni, obtestataque maiorum virtute, ac gloria insignis, tum singulari propria benignitate, ac prudentia præditus magnam sibi apud optimum quemque beneuolentiam; nō minus quàm celebritatē iure, ac merito cōciliauit.

a POENITENTIARIAE. Maior pœnitentiarius Cardinalis esse consueuit: a quo autem tēpore non bene probari potest. Quod autem secundo anno

& pœnitentiariæ a officia

Clementis 5. & sic de anno 1306. esset Cardinalis elici potest ex tex. in Cle. ne Romani. §. seu versicu. Eo tamen prouiso, iunct. glo. in uersicu. maiorem, & ibi etiam per Docto. de electio. Successiue tempore Bernardi Bisigneti Rotæ Auditoris, qui postea Cardinalis creatus fuit, & sic tempore Grego. decimi, anno circiter 1377. maior Pœnitentiarius Cardinalis erat, prout in illius Dec. uni. post medium. qui fil. sint legi. vbi stilus Pœnitentiariæ à summo Pœnitentiario, qui Cardinalis erat Rotæ Auditori relatus ab eadem Rota comprobatur. eadem Dec. est ēt in anti. 845. incipit, Papa mādauit. Tpe ēt Ludouici Romani Cardinalis Vrsinus erat summus Pœnitentiarius, prout in eius singu. 454. Papa imponit. vbi quærit an summus Pœnitentiarius pœnitentiam a Papa impositam mutare possit, & in opinione affirmatiua residet. De sacra pœnitentiaria, eiusq; mutatione, tractat Sarnen. in 1. quæstio. procem. Regu. num. 14. & sequ. subdens nume. 16. quòd postquam cura officij Pœnitentiariæ vni Cardinali demandata fuit totus ille communis Pænitentiariorum honos, tota denique confessorum subordinatio ad unum tanquam Cardinalem, quem maiorem pænitentiarium appellant, deuenit. Officium maioris pænitentiarij est absoluere in casib. penitentialibus, etiam arduis, ac plerisque etiam ipsi Papæ reseruatis. Cardi. in præalleg. clem. ne Romani. uersic. eo tamen. num. 5. in 5. q. & ibidem Boni. de V tali. nu. 31. Et pænitentiarij habent officium clauium in Roma. Cur. etiam sede uacante, qui dicuntur Iudices animarum. d. vers. eo tamen. & per Paul. Roma. in tract. Pensio. c. ulti. ubi subdit, quòd pænitentiarij necesse habent intelligere, & scire omnia, quæ iuris pontificij sunt, cum appellentur Domini Papę Pœnitentiarij, & optimè cognoscere naturam clauis discretionis, & quòd eorum officium est ars artium. Reformatum fuit officium huiusmodi per fœ. recor. Pium V. & ad nouam formam redactū per sanctissimum d. N. Gregorium XIII. Maior pęnitentiarius per priuilegia Sixti 4. æquiparatur in his, quæ sunt de iure communi ordinariis, & potest etiam vltra ordinarios in casib. sibi concessis, & expressis in priuilegiis suis dispensare, prout etiam per Sarnen. in tract. Breuium. post nu. 10. vers. Et ꝙ dictum est de ordinario. Paris. vers. verò consi. 65. difficultas. nu. 22. vol. 4. tenet Pænitentiarium non solum contra ius diuinum dispensare non posse (quod etiam ego comprobo) imò nec cōtra ius positiuum, nec contra stilum Curiæ. Et ꝙ dispensare non possit, voluit etiam Cardin. consi. 28. Quidam frater. num. 7. Et ꝙ non possit tollere citationem, in casibus, in quibus est de iure necessaria, & consequenter non possit rescribere super absolutione seu relaxatione a iuramento citatum in requirente concludit Aug. Ber. alios scitans consi. 50. specie facti. nu. 84. lib. 1. Plura quæ magnus Pœnitentiarius concedere potest, vel non, prosequitur, & specificat Sarnen. in tract. Breuiū, a nu. 10. vsque ad fi. illius trac. Aduertendum etiam est, ꝙ maior pœnitentiarius in Cappella Papæ quibusdam anni diebus propriam habet sedem ante altare

re maius poni conſuetam, ſeorſumq; ab aliis Cardinalib.ſedet,& ſic in eminentiori loco ſedere videtur,ac honorabiliori.Pœnitentiarius item abſoluere poteſt ab excommunicationibus, & creditur literis ſicut literis Papæ,ca.ſicut nobis.iun. ibi declaratione,ſeu ſuppletione Abb.antiq.in ver.illius, ſcilicet Pœnitentiarij, quem ſequitur ibidem Ioã. And.& Abb.Panor.in vlt.not.de ſeuten.excom.& glo.Pragma.de ſubla.cle.literis.in ver.quibnſcunque,colum.pen.verſic.Et ſimiliter facit.An autem poſsit famæ reſtituere,Geminia.conſi.105.Pro declaratione,num.6.in 2.dub.concludit negatiuè, niſi ad id ſpeciale habeat mãdatum Papæ.Vide quæ ſcripſi in apoſtill.ad 33.Alle. Lap.in ver.viuæ vocis oraculo,ad fi. vbi concludo non eſſe amplius locum illi opin.Gemin. Et quòd etiam Pœnitentiarius inferior poſſit ea,quæ ordinarius,& abſoluat ab excommunicatione canonis Papæ non reſeruata concludit Calder.conſi.12.An Pœnitẽtiarius,ſub tit.de ſenten.excommu. ipſe tamen ſe declarationi Romanæ Curiæ remittit.De autoritate ac poteſtate maioris pœnitentiarij , etiam ſede vacante, & quibus clauſulis tunc vtatur tractat Auguſt.Bero.in 1.famili.quæſt. incipiẽ.Cum in quæſtione cecidiſſet vtrum maior pœnitentiarius.Nouiſſimè de menſe Auguſti 1579. dum recreationis gratia Ameriæ eſſem (quæ ciuitas eſt antiquiſſima, & nobiliſſima omnium aliarũ Vmbrij , nuncium allatum fuit Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Cardinale Buocompagno ſancti Sixti nuncupato Ameriæ pariter moram trahenti, ipsũ communi omnium conſenſu , & applauſu Magnum pœnitentiarium creatum fuiſſe,& iure quidem optimo ſibi tanta moles demandari potuit, cum in omni ſcientiarum , & virtutum genere non ſolum in ea ætate iuuenili , in qua ipſe exiſtit conſtitutos,quin & ſeniores iam æquauerit, & ſuperauerit. Quod maximè perſpiciẽt omnes ſi perpendant qua animi fortitudine , qua prudentia, qua vigilantia, integritate, fide, pietate , grauitatę grauia onera,arduaque negocia ad regimen, decorem,& amplitudtnem Reipub. Chriſtianæ ſpectantia ſibi ab optimo. ac Sapientiſſimo ſummo Pontifice,eius patruo commiſſa & tractauerit , & executioni demandauerit. De quo etiam moderno Magno pœnitentiario Cardinale Boncompagno hæc verè dici poſſuntquòd ne dum ſanctè,ac prudenter,& ſumma charitate,& vigilantia officium ſuum implet,ſed & multa, quæ iam intermiſſa erant,vel vtilia videbantur inſtituit, vt peregit,non ſolum in ſede ad id deputata in baſilica S.Petri ſe dum diuina celebrantur officia pœnitẽtium frequentiæ in hebdomada ſancta de more exponit, verum etiam hoc ſæpius ad maiorẽ pœnitentiariorum , & ipſorum pœnitentium commoditatem præſtat in baſilica S.Iohannis Lateranen.Demum (quod maximè commendari debet) officiarijs doctiſſimis, ac candidorũ motũ viri iur. sũmus s Pęnitentiarius an poſſit reſtituere famę & diſpenſare ſuper illegitimitate poſt Gemin.& Cardin.Zaba.tracto in penul.addi.verſus fin.ad Lap. Alleg.32.

a TRECENTIS. Ideſt tercentenis,ſeu tercentum.ſic apud Cicero.2.de Finibus.Trecentosq; eos,quos ſeduxerat Sparta. Plin. libro 6..capit. 20. Poſt hanc trecentatum vrbium Syrieni.]

trecentis [a] ab
hinc annis [b]

b AB hinc annis trecentis.] Ideſt à trecentis annis,vti apud Cicero.ad Attic.lib. 12. Quod Cornificio me abhinc annis amplius 25. ſpopondiſſe dieit Flauius . Idem pro Roſcio Comœ. Quo tempore ab hinc annis quindecim.l. proponebatur,verſi. Et populum eundem hoc tempore putari,qui ab hinc centum annis fuiſſet.ff.de iu. Et eſt aduerbium temporis , iungiturque ſæpe accuſatiuo,rarius oblatiuo.Teren.And.1.Abhinc triennium commigrauit huic viciniæ.Horat. Epiſto.1.li.2.Abhinc annos centum qui decidit. Cicero in Verrem , actio. 4. Horum pater abhinc duos,& viginti annos mortuus eſt . Et ſic numerabimus annos ab hac die,d.l.proponebatur qui abhinc centum annis. Natura huiuſmodi dictionum hinc,vel abhinc, eſt includere diem. Butrig.& Bar.num.1.Roma.nu.10.& alij ff.ſi quis cautio.Ange.conſi.404.Paulinus C lini,col.1.ver.Et hoc. Alex.conſil.75.ponde. nu.5.verſ.Quinimò illa dies,lib.2.Philip.F in cap.1.reſp. 1. poſt nume. 5.ver. Aliquãdo dicitur, hinc ad tres dies. de reſtit. ſpolia.lib.6.Aliquãdo hoc aduerbium futurum reſpicit,exponimusque ab hinc.i.in futurum, in l.placet rationalis,iun.gl. in verſi.ab C. de ſacro.eccle.

per alios qua
Cardinales [a]
obtineri [b] &

ALIOS quàm Cardinales.Ideſt alios à Cardinalibus,ſeu per non Cardinales.ſic dictio, hic eſt aduerbium negandi , prout etiam in verſic.Nam ciues Romanos aliàs quàm per tas egredi non licet.ff.de re diui.per Alber. ſa.in Dictiona.in ver.quàm.Dictio etiam, pro quamui,saliquando accipitur,prout in glo.ff.de offi.eius.Et quot modis ſumatur di quàm,docet Archid.in c.commmoda.num conſe.diſtin.4.Item dictio,alius,diuerſum in ſtantia deſignat.l.ſi fugitiui,cum glo.fi. C.de fugi.ca.cum non ab homine. ibi,ſeu alio de iud.c.ſedes.ubi omnes,de reſcrip. Alios nunquam exponimus ideſt contrarios,iux. c.cum beatiſſimus , ad fin. iunct. gloſſ. 24. 1.& per Luc. de Pen.in l.3. C. qui mune. præſta.nemin.lice.ſe excu.col. fin.in uer.alia lib. 10.

b OBTINERI. Ideſt teneri,ſeu haberi, ſideri,& ſiue de iure, ſiue de facto.ad not. chid.in cap.ſi ſententia,de ſentent.excomm 6,& ad ea,quæ adduco in 13.quæſt.3. Regu cella.Obtinere item pro aſſequi,ſeu conſe nique.ibi,Obtinere hæreditatem non poſſi poſtea,Amplius hæreditas inde obtineri non

test.ff.de iniu. & irri. testamen. Alia est significatio verbi, obtinere, id est fortiter tenere. Plaut. in Asina. Si istam fortitudinem animi obtineo. Rursus obtinere, pro retinere, ac conseruare. Cice. ad Trebat. Tu si istic commendatione mea dignitatē obtinebis, perferes nostri desiderium. Obtinere etiam vincere, seu superare exponimus, prout Iudith cap. 1. pugnauit cōtra Arphaxat, & obtinuit & cap. 3. Tunc descendunt de montibus cū equitibus in vitute magna. & obtinuit omnem ciuitatē. Rursus cap. 10. Vadam ad fratrem Principis Olofferni, vt indicem illi secreta illorum, & ostendā illi quo aditu possit obtinere eos. Obtinere imperium. Cæsar lib. 5. Belli Gall. Qui præsit, imperiū quē obtinebat, id est subsistit, persistit, viget, stat in suo robore. 3. Esdræ, cap. 4. Et veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum.

a EXERCERI. Ex hac litera notari potest, ꝙ nedum conuenit officia prædicta in personis Cardinalium esse, sed quòd etiam per eos exerceri debeant, & sic Cardinalis alicui ex officijs præmissis prępositus per seipsum exercere debet, & non per substitutum. vbi enim eligitur industria personę, per substitutum quid fieri, seu exerceri non potest prout dicimus in Doctore electo ad legendum, qui per alium deseruire non potest, argumen. tex. in l. inter artifices. ff. de solutio. Bar. in l. nemo est. a num. 5. ff. de duo. reis. Felin. in cap. cum omnes. num. 33.

exerceri

versic. Adde Archid. de constit. Et quando quis ꝑ substitutum deseruire potest, substitutus debet esse æque idoneus, prout per Cotset. in singu. in ver. substitutus. & per Fel. in capit. 1. post numer. 2. de sum. Trini. vbi plenè. Et quòd in casu nostro per seipsum exercere debeat, probatur, tum quia electa est industria personæ, tum ex vi verbi, de quo hic. exerceo enim idem significat quod fatigo, excolo, tracto, prout Genes. c. 34. Terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eā. & Prouerbio. cap. 24. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum. Columel. lib. 4. Qui vrbanas, & delicatas artes exercuerit. & Vergil. 3. Georg. Exercete uiri, tauros. l. fin. §. si plures nauem exerceant. ff. nau. caupo. stabu. Sic & exercere iudicium dicimus. Cicero in Verrem, actio. 3. Atque etiam iudicium in prætura publicum exercuit. l. 1. ff. de offi. eius. ibi, Qui cum publici iudicij haberet exercitationem. exponit gloss. id est cognitionem. Et exerceo ius ciuile. Idem Cice. 1. de legi. Et exercere iustitiam. Plin. epist. 10. Affirmat etiam esse hanc Philosophię, & quidem pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cognoscere, iudicare, promere, & exercere iustitiā. Exercere potestatem. 2. Paralip. c. 9. Exercuit etiam potestatem super cunctos Reges. Matthæi cap. 20. vt qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Exercere consilium, seu auctoritatem. l. 2. ff. de off. eius Exercere alibi prosequi, seu finire, vel terminare ac discutere, seu cognoscere. l. 2. §. legatis. ibi, inter tempora prouocationis exercendę Romæ, vel alio loco, vbi prouocatio exercetur. ff. de iudi. Sed amittamus, quòd Cardinalis propter sublimem dignitatem, & propter antiquam consuetudinem alios substituere possit: qua consuetudine stante, iux. opinio. Bar. in alle. l. nemo est. ff. de solutio. & aliorum supra citatorum, substitutioni locus esse possit, etiam propter potestatem substituendi in facultatibus aliquibus concessam, non tamen concedemus Cardinalem vnum ex hijs officijs obtinere, redditusque, & prouentus exigere, & quę ad officium istud, eiusque administrationem spectāt ignorare, negligere, & parui facere, seu ad ipsum confugientibus difficilem se præbere. Si in partē sollicitudinis vocatus est, si digno officio ꝑfectus est, si commoda, honores, emolumenta percipit, inuiliget & ipse, laboret & ipse. Non omnibus in omnibus nimium credat: uideat ea, quæ grauioris sunt ponderis, audiat, intelligat, manu tangat ea, quę officij, officiariorumque honorem, & dedecus concernunt, & alia quę citra desidiæ, ac ignauiæ notam negligere non potest. Legat, ac memorię mandet aurea illa verba Sapien. cap. 6. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data ē potestas vobis à Domino, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scruabit, quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ neque secundum voluntatem Dei ambulastis, & ad Roman. cap. secundo. Qui pręest, præsit in sollicitudine, cap. quia præsulatus, in princip. 1. q. 4. clem. pastoralis, in princip. de re iudi. Exercitium igitur requiritur, vt nostrę constitutioni satisfiat, prout aliàs dicimus non sufficere aliquos esse de collegio, esse milites, eē Doctores, nisi se exerceāt. ad l. tirones, & ibi Bār. C. de tironi. lib. 12. Idem Bar. in l. semper. §. quibusdam. ff. de iu. imm. & in l. scriniarios. C. de testam. mili. Bald. in l. testamento, C. eod. & dicit tex. in cap. cauere. 22. q. 5. Mendacium quippe est se Christianum dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est Episcopū, Sacerdotem, vel clericum profiteri, & contraria huic ordini operari. Et dixit Pet. de Ancha. consi. 233. Prius inquirendum, post num. 1. ꝙ non sufficit aliquem descriptum esse inter Cappellanos Papę, nisi se circa Papam obsequialem exhibeat. Cardin. consilio 126. vacarunt. colum. penul. num. 11. Felin. in cap. per tuas, num. 5. de maio. & obedien. & super rub. de magi. colum. 2. versicu. Ad tertiū de ignorantibus. Non est silentio prętereundum, quòd etiam Deus ipse suos exercet, prout famæ, alijsque incommodis patriarchas, & omnes suos dilectos exercuit. Hinc scribitur Genes. cap. 12. Facta est autem fames in terra, &c. & c. non omnes. 5. q. 5. Exercitauit ne Iob uirum simplicem, rectū & timentem Deum? de quo scriptum est, Iob c. 2. dixit ergo Dominus ad Sathan. Ecce in manu tua est. & parum post, Egressus igitur Sathan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo a planta pedis vsque ad verticem eius. cap. 16. Confregit me, & demum toto illo libro. Nonne idem Dominus exercuit Dauidem in tot tribulationibus, & periculis, prout 2. Reg. cap. 21. Facta est quoque fames

mes in diebus Dauid, &c. & illi duo lib. primi Regum de his pleni sunt, & ipse Dauid in suo psal. 76. cantabat, Et exercitatus sum, & defecit spiritus meus. Et postea: & in aduentionibus tuis, exercebor. Exercuit ne Paulum? perlege, quæ idem scribit 2. ad Corinth. cap. vndecimo. In caloribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, a Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepit. Ter virgis, cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci? cum ijs, quæ sequuntur.

solita [a] in sacrum [b] Cardinalium

a SOLITA. Consueta. Sic. l. Mela, §. sed & si alimenta. ff. de ali. & ciba. lega. l. admonendi, ver. Solent enim. ff. de iureiu. & §. serui autem. Insti. de iu. per so.

b SACRVM. Venerabile, religiosum, sanctũ consecratum, seu Deo dicatum. Exo. cap. 39. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opera gemmario Sanctum Domini. 3. Esdræ cap. 4. Et sacram stolam iussit dari, in qua deseruirent. 2. ad Timothe. ca. 3. Et quia ab infantia sacras literas nosti. Virgi. 3. Aeneid. Sacra Dioneæ matri, Diuisque ferebam. Macrob. lib. 1. Saturna. cap. 16. Sacra celebritas ẽ, vel cum sacrificia Dijs offeruntur, &c. & l. 1. & l. sacra. ff. de re. diu. Antitheton prophanum, iuxta illud, miscere sacra prophanis. Horat. Episto. lib. 1. Cardinalium verè sacrum collegium, prout omnibus notum est, & probatur ex tex. in cap. fœlicis, in princip. ibi, In hoc sacrilegij genus irrepserit, quòd S. Rom. Eccle. Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, & toto illo cap. de pœn. libro 6. Similem tex. habemus in clem. 1. eod. Et Cardinales sunt pars corporis ipsius summi Pontificis, glo. magna in cap. excommunicamus. de offi. dele. Hostien. & Ioan. Andr. in cap. antiqua, de priui. Ancha. consil. 291. Pro clari. colum. 2. & 3. Sacrum alibi in malam partem acceptum inueni, uti apud Plaut. Bacchid. Men. Criminatus est? Optimus ẽ, ipse sum malus, ego sum sacer, scelestus. Horat. 2. Sermo. Saty. 3. & Virgil. 3. Aeneid. Auri sacra fames, idest execranda, ac detestanda. Macrobius li. 12. Saturna. Hoc loco non alienum uidetur de cõditione hominum referre, quos leges Dijs sacros esse iubent; quia non ignoro qnibusdam mirum videri, quòd cum cœtera sacra violari nephas sit, hominem sacrum ius fuerit occidi, & reliqua. Festus ait, Sacer homo est, quem populus iudicauit ob maleficium, & quiuis homo malus, atque improbus, & detestandus sacer appellari solet, prout latè prosequitur Bud. in annot. in Pandect. super l. 2. ff. de pœnis. Sacrum nonnunquam interpretamur, id est magnum, sic apud Ouid. libr. 2. Fasto. Sacra facit tacitè & Virgil. 8, Eglo.

collegium [a]

a COLLEGIVM. Quod & sodalitiũ, & Græce netæreia dicitur, prout in l. fi. iuxta annota. Bud super illa. l. ff. de colle. illi. Et tres faciunt collegiũ. l. Neratius. ff. de verborum signific. cap. 1. & ibi [...] 1. de elec. Et per vnum retinetur, seu conseruat[ur] l. sicut. in fine. ff. quod cuius. vniuer. gloss. in l. [...] ter filium. & §. filiam. in versi. & legatariis [...] de leg. 3. cap. fina. iunct. glos. 1. 65. distinct. glo[ss.] cap. gratum. in versic. pauciores. de postu. p[...] & glo. in præalleg. l. Neratius. Pro præmiss[...] Luc. de Pen. in l. 2. C. de Curia. vrb. Rom. vbi [...] ex quibus cognoscatur collegium. lib. 12. ciuit[...] quatuor vel quinque viris cõstituitur inqui[...] to in 2. Dialogo. de Repub. qui tamen postea [...] bat pro ciuitate bene constituta hunc numer[um] non sufficere, sed magnum numerum diuersor[um] hominum, professionum, artium, & exercitio[rum] requiri. Et vnus tantum dicitur constituere fa[mi]liam. l. 1. §. deiecisse ver. sed verius est. ff. de vi. & [vi] arma. vnus autem tantum non constituit mult[itu]dinem, vt patet ad sensum, & ita arguit Plat[o in] Parmenide lib. 9. in 2. suppositione, inquiens[...] titudo autem maiorem numerum, quàm v[...] habet, vnde ego arguebam, ergo duo faciu[nt mul]tudinem. & duo dicuntur multi. Et collegi[um di]citur congregatio, vel societas quorumcun[que ho]minum. Plin. Epist. 250. Tu Domine dispic[e, an in]stituendum putes collegium fabrorum du[ntaxat] hominum 150. Ego attendam ne quis, nisi fa[ber re]cipiatur. Est etiam collegium naturæ. Plin[...] cap. decimoseptimo. Noctuarum contra a[...] lers dimicatio maiore circundatæ multitu[dine] supinæ pedibus repugnant, collectæque i[n] rostro, & vnguibus totæ reguntur, auxilia[...] piter collegio cuidam naturæ, bellũque p[...] Erat collegium Pretorum. Cice. 3. officio[...] collegium amplissimi sacerdotii. Idem App[...] chro libro tertio. Amplissimi sacerdotii co[...] in quo non modo amicitiam violari apud ma[io]res nostros phas non erat, sed ne cooptari [...] sacerdotem licebat, qui cuiquam ex colleg[io esset] inimicus. Rursus & Pontificum collegium. C[ic.] pro Domo sua. Quid est enim aut tam arro[gans] quàm de religione, de rebus diuinis, cere[moniis] sacris, Pontificum collegium docere conari[...] postea ne diutius. versicu. Omnium tamen [...] & interpretandi scientia, & actiones apud [colle]gium Pontificum erant. ff. de orig. iur. Card[inales] etiam habent collegium. cap. vni. de schisma. §. omnem personam. versicu. Ne etiam per[...] gium Apostolicæ sedis. & ibi gloss. in versic[...] vacante. clemen. ne Romani. circa princip. [...] gloss. in versic. certum. de electio. & proba[tur] Cardinales habere collegium in cap. ad deli[...] dum. circa medium. versicu. Nota contra illo[s qui] dicunt, quòd Cardinales non habent ius ca[...] siue collegii, de iudæ. Collegium Cardinaliu[m Se]natus etiam Papæ nuncupatur, argumen. te[...] constituimus. versi. uiris etiam diuersi ordi[...] uerend. Clericis S. Rome. Eccle. 96. distinc. [...] Ecclesia habet Senatum. 16. quæstio. 1. in cap[...] te. de re iudi. vbi etiam Abb. & Felin. nume[...] vbi pulchrè loquitur. & Prob. in additio. a[...] Pragma. sub rubri. de Nume. Cardin. in v[...] Cardinales. asserens, quòd in aliquibus lo[...] st[...]

stant antiquos Senatores Romanos, quippe qui Papam eligunt. cap. vbi periculum. de electio. lib. 6. Idem voluit Bald. in Marg. in ver. electio Papæ. de consue. Nico. Boer. decisio. 31. numero 7. & tota illa decis. Quid autem si Papatus non vacaret per obitum, sed per cessionem, vel depositionem, seu priuationem tracto in 8. quæstio. 32. Regul. Cancel. numero nono, & sequen. Subdit Prob. vbi supra, Senatores non eligebant Imperatorem, cum eligeretur ab exercitu, & populus admittebat obediendo, ad cap. legitimus. circa medium 98. dist. latè per gl. Pragm. de num. Card. in ver. Collaterales. quod an indistinctè sit verum, hic non tracto.

MVLTA cum prouidentia.) Eadem verba ponuntur in cap. de multa prouidentia. de præbē. in cap. prouida consideratione. de electio. libr. 6. & in extra. prouidè attendentes. de sentent. excom inter commu. Si quilibet in quolibet actu prudentia vti debet, iuxta illud, Quicquid agis, prudenter agas, & respice finem. quanto magis Princeps, præsertim summus Pontifex prudenter cuncta gubernare debet? Prouidentia est, per quam futurum aliquid videtur antequā factum sit. Sic Deuteronom. 32, Vtinam saperēt, & intelligerent, ac nouissimè prouiderent. Genes. 36. Iustum est vt aliquando prouideam meæ domui. Cice. secundo. de Inuentio. Tu prouidentiā melius cognosces ex verbis. Iudith. cap. 9. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iudicia in tua prouidentia posuisti. & ex alijs locis sacræ paginæ infra citandis. Prouidentia passiuè vsus est Pomponius in l. Quintus. in fin. versicul. Magis enim est vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse dicatur. ff. de annu. leg. Prouidentia, prudentia, & sapientia, pro eodem plerumque vsurpatur. Cicero secundo, de natu. Deo. Talis igitur mens mundi quum sit, ob eamque causam, vel prudentia, vel prouidentia appellari rectè possit, quæ prudentia est, bene conciliatiua de ijs, quæ pertinent, ad totam vitam hominis, & ad vltimum finem, vitæ humanæ. S. Thomas prima secundę quæstio. 75. artic. 24. Prudentia (inquit) nil aliud est, quàm recta actio agibilium. & prima secundæ quæstio. 58. articulo quarto. Sine prudentia nullam virtutem moralem esse posse ait. & quæstio. 61. artic. 2. Prudentia (inquit) est principalior & perfectior alijs virtutibus moralibus. Idem secunda secundæ. q. 47. artic. 13. inquit. Prudentia triplex est, scilicet falsa, quæ ad malum; Imperfecta, quæ ad finem particularem. & perfecta, quæ ad verum, & vltimum finem. Prudentiam diuinorum bonorū, ducem primum existere affirmauit Plato lib. 34. in primo Dialogo de Legibus. Prouidentia item pro ipso Deo nonnunquam ponitur. Quintill. in procem. libro sexto. Nullam terras despicere prouidentiam tester? Verum aduerte, quòd si illud verbum, despicere, interpreteris, idest inspicere, seu respicere, vt sensus sit, Tester nullam prouidentiam, id est, Deum respicere terras, id est, non curare ea, quæ in terra sunt, & consequenter nec nos ipsos, iuxta opin. Epicuream, de qua infra, & iuxta illud Virgilianum lib. 4. Aeneid. dum introduxit Didonem furibundum loquentem in hæc uerba, Scilicet is superis labor est, ea cura quietos Sollicitat? hoc esse impium, & indecens tanto viro. Virgilius enim defendi potest, quòd per sonā furibundam, & irrationali appetitu oppressam id asserere finxit. Hinc idem Virgi. prudenter loquēs inquit, Nec curare Deum credis mortalia quemquam? concludens Deum mortalia curare. Nisi defendas etiam Quintil. quòd interrogatiuè loquutus sit, vel quod ironicè. Melius loquitur idē Quintil. lib. 10. capit. 1. Ciceronem laudans, dum inquit, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo tota vires suas eloquentia experiretur. cap. fi. 24. quæstio. 3. Non defuerunt insani, & impij, qui claris vocibus diuinam prouidentiam cum præfata Didone Virgiliana negarunt. Quod nil aliud ē, quàm Deum negare, quod in stulto tantum, uel insensato contingere potest, qui intra dentes, seu in corde suo dixit, non est Deus. iux. psalm. 13. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Horum retributio, seu finis sit, quòd pro stultis etiam ab ipsis gentibus, ac pro impijs habeantur. Rursus indigni sint fauoribus, & gratijs diuinis, & Dei nutu infęlicissimi in æternum crucientur. Illa fuit opi. Epicureorū quā abiurat Horatius Poeta optimus carminum libro primo. Ode 34. inquiens, Parcus Deorum cultor, & infrequens. Insanientis dum sapientiæ consultus erro, nunc retrorsum vela dare, atque iterare cursus cogor, &c. contra Epicurum conclusit Secta Platonica, & Stoica. Contra hos loquitur Sapiens, dicens, Neque dicas coram Angelo, non est prouidentia, ne fortè iratus Dominus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ecclesiastes cap. 5. Quoties in nobis ipsius confidimus dici poterit, sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic & vos nisi in me māseritis. Rursus, sine me nihil potestis facere. Ioan. cap. 15. Si autem qui confidat in hominibus dicetur sibi, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit in carnem bracchium suum, & à Domino recedit cor eius. Hierem. cap. 17. Amplius cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Sapien. cap. 9. Vide quàm piè, quàm doctè quàm concludenter Plato dialogo 10. de legibus confutet inconuincibilibus argumentis erroneam illam opinionem, quod Deus non curet mortalia pręsertim parua, seu minima: rationes ita ueras, & validas adducit, obiectis omnibus respondendo, vt omnium impiorum, & impudentium ora obturet. Nil mali, nihilque sinistri nobis vnquam accideret, si omnem spem nostram, omne nostrū desiderium, mentemque nostram in diuina prouidentia collocaremus, diceremusque cum diuino illo legislatore, prouideat Dominus Deus spirituū omnis carnis hominem, qui sit super multitudinē hanc &c. Nume. cap. 17. Rursus dicamus cum magno illo Patriarcha Deum præ omnibus timentes

&, qui vt Deo pareret vnigenito filio suo non pepercit, Dominus prouidebit sibi victimam holocausti. Genes. cap. 22. Dicamusque cum Docto re, & tubagentium, Deo pro nobis melius aliquid prouidente. ad Hæbre. cap. 11. in fi. Demum nos meminisse oportet interrogationis Dñi nostri, & responsionis Petri. Verbaque illa nunquam a mente, & corde nostro excidant. Cum multi discipulorum Domini abijssent retro, & cum eo non ambularent, dixit Iesus duodecim. Nunquid & vos vultis abire? Respondit Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba vitę eternæ habes, &c. Ioan. cap. 6. ad fin. Prouidentia igit diuina, vt ex præmissis colligitur, est illa, quę moderatur, & temperat vniuersa. quod etiam sentit Origines super Genes. lib. 3. inquiens, multa sine voluntate Dei geruntur, nihil sine prouidentia. Idem Orig. super illud Nume. 22. Stetit Angelus contra Balaam, Prouidentia inquit Dei ita omnia disposuit, quod nihil otiosum remisit, malitiam non fecit: inuentam autem ab alijs non prohibet, licet possit: si enim malitia non esset, virtus contrarium non haberet, tolle malitiam fratrum Ioseph, & ipsius carcerem, & labores, de quibus Genes. 38. & 41. tunc somnium Pharaonis non exponitur, nec regioni de victualibus prouidetur, nec pater cum filijs veniunt in Egyptum, & sic facta in mari rubro, & in deserto miracula non complentur. Tolle percussionem Moysis in Ægyptũ, & fugam eiusdem à facie Pharaonis, & exilium plurium annorum in terra Madian, de quibus, Exod. cap. 2. & 3. & tolles visionem illam mirabilem, ac vocationem diuinam, & legationem ad filios Israel, & ad Pharaonem, & tot alia mirabilia. Tolle carceres Pauli, impedimenta, persecutiones de quibus Actuum ca. 13. & tolles prędicationes, diuina, illas epistolas, dogmata illa sanctissima, conuersionem gentium. Prouidentia Principis dicitur etiam ipsius dispositio, seu constitutio. l. si arrogator, §. cæterum. ff. de adoptio. Et exponere possumus, multa cum prouidentia, idest cum omni prouidentia, iux illud 2. Paralipom. ca. 2. Tu n. me fecisti Regem super populum tuum multum. & Matthæi cap. 10. ac Lucæ cap. 11. post princip. Multis passeribus meliores estis vos idest omnibus passeribus. Iux. illud, Multi sunt vocati, idest omnes. Multum alibi pro plurimo acctpimus, ꝑ ut 3. Reg. ca. 2. Quis enim potest iudicare populũ istum, populum tuum hunc multum? Actum 18. Quoniam populus est mihi multus ĩ hac virtute. Sic & apud Cicero. pro Milo. Nimis multa audire coguntur, neque aliter facere possunt, quibus tota commissa est Respub. Multum etiam pro magno, Horat. carmi. lib. 3. Ode 9. Multi Lidia nominis Multa pars, idest magna pars. l. si. C. de dot. ꝑmiss. post princip. Insistendo super hac dictione, videamus quomodo accipienda sint verba illa Lucæ cap. 7. versus fin. Remittuntur ei peccata multa. Videtur dicendum, quod propriè sumi debeāt verba, vt iterpretemur peccata multa idest plura, arguendo à proprietate vocabuli, vel etiam subtilius arguendo à subsequentibus. ad ea, quæ addu-

co in 7. quæst. 7. Regul. Cancellar. num. 4. Rursus arguendo à ratione quæ subijcitur, quæ trahit ad se totum dictum, & in sui naturam conuertit, Bal. in l. conuenticulam, colum. 5. ante numerum sex. C. de epis. & cleri. Cur. iun. in tracta. testium, conclu. 41. Hinc dicimus, quòd ratio expressa in constitutione, dispositionem restringit ad limites ipsius rationis. l. cum pater, §. dulcissimis. ff. de leg. 2. l. si is qui saltus, iun. glos. in versicu. amitrere. ff. de acquiren. poss. & hanc testatur communem C. iun. consil. 175. colum. fin. circa medium. Verba sequentia, sequensque ratio sunt, quia dilexit multum: verum quia dilectio illa erat multa, idest sic plurima, & magna, proportionabilis remissio propter multam dilectionem, videtur fuisse circa multa peccata. Ego autem dico, quòd peccata omnia remissa fuerunt, nec ratio aliqua excogitari potest, quare magis aliqua peccata remissa fuerint, aliqua non. & sic ne sequatur absurdum, hæc interpretatio sumenda est, argumen. tex. in l. nam absurdum. ff. de bon. liber. l. fi. post princ. C. de rei iudi. Lap. alle. 128. factum, post nume. 4. quòd ad remouendum absurdum violentia fieri debet. Rursus retorquendo argumentum à sequentibus, à quibus præcedentium declaratio sumi potest, pondero, quòd dum Dominus se ad Magdalenam conuertit, ei dicit, Remittuntur tibi peccata, ergo omnia peccata. ergo præcedens oratio iuxta hanc declarari debet. Verum si vellem, quod illa dictio, multa, stet propriè, poni debeat idest plurima, adhuc verus sensus. Remittuutur ei peccata multa idest eius peccata quæ multa erant. Vel ipsius peccata illa multa. Vel multa illa. Et hæc magnam habent emphasim ne quis desperet posse sibi remitti quælibet multa & magna peccata. Et sic omnia remissa fuerunt quæ quidem multa erant. Viam multam [illegible] nimus, idest longam. 1. Machabæ. cap. 8. [illegible] dium. Et abierunt Romam viam multam [illegible] Multæ cogitationes in corde viri idest uaria [illegible] uersæ. Prouer. cap. 10. Multum hominem [illegible] Romam, idest multos homines. l. in vsu. ff. de [illegible] significat. Multa consilia idest consilia multorum seu plurium. Prouerb. cap. vndecimo. Salus vbi multa consilia. & cap. 24. Et erit salus, vbi multa consilia sunt. Multum & magnum, in hoc differre asserit Auerro. 5. Metaphi. tex. com. 13. multum sit in discretis, magnum vero in continuis. Multi an dicatur duo, vel tres, & multa duo vel tria, vide tex. & ibi gloss. in l. 1. §. hoc rescript. ff. ad Syllania. & §. fin. iunct. gloss. & ibi Pet. de la. per. ante num. 22. ac Christo. Portium Inst. iur. person. Et quòd tria dicantur multa colligitur ex tex. in l. licet Imperator. ff. de leg. 1. ibi Q. multis colligitur, & postea tantum tria subijciuntur exempla, & ita ad hoc illum tex. notant [illegible] co. de Aret. Bar. & Ias. num. 19. Verum responderi posset, quòd ille tex. hoc non probet, quia sequitur quin adessent alia infinita exempla, omnia referre superfluũ fuisset. Ad idem [illegible] tur tex. in cap. latores. de cleric. excommun. [illegible] quòd dicantur decem, cum decem faciant [illegible]

lum,& decem testes faciant notorium, voluerunt Bald.in authen.quod locum,ad fi. C. de collatio. & Fel.in cap.cum oporteat,post numerũ 6.de accusa.& Rot.Mohed.2.sub tit.de for.compet. vbi quòd Archidiaconus,qui iudicare poterat de leuibus delictis,non poterat iudicare sup delicto alias leui coram multitudine, i.coram decem hominibus perpetrato, ex quo delictum dici poterat notorium.

Multi dicuntur octo, vel plures secundũ Bald. per illum tex.in l. hac consultissima.in fin.C.qui. testamen.face.pos.In hac materia concludendum est,quod secundum subiectam materiam interpretatio facienda sit quando dicantur multi vel pauci.Decem mille homines Romæ dicuntur pauci, in aliquo castro,seu villa mille homines dicentur multi vt etiam considerat Alber.in 1.par.statut.in 10.quæstio.& Ias.vbi supra.

TRANSTVLERVNT. Transferri res dicitur quando non remanet apud eos,à quibus trãsfertur, Sic accipitur 2. Reg.capit.3. Sic faciam cum eo,vt transferatur regnum de domo Saul, & leuetur thronus Dauid super Israel,& super Iudã à Dan vsque Barasbeæ.& 3. Regu.capi.secundo. Sed translatum est regnum, & factum est fratris

transtulerunt[a]

mei. Hiere. ca. 13. Translata ẽ omnis Iuda transmigratione perfecta. Et fit translatio de re ad rẽ; A psona in psonã,ex loco ad locum.De translatione de persona ad personam habemus tex.in l.sed & si, quæ est 20.ff.ad trebel.Institut.de lega. versus fin.& §.seu versic.Transferri quoque legatum ab alio ad alium põt. Instit.de ademptio. legat.vel transla.l. vni. ibi, regimentis Reipub.ad Imperatores perpetuò translatis.ff.de offi.præfe.præto.l.fi.§.sin autem. C.de bo.aucto. iudi.possi.l. alumnę. ibi. postea codicillis ad Mæuium legatarium easdem xx. libras auri transtulit. De translatione de loco ad locum.c.tribus ex causis.& c.sequen.de conse.distinc.in cap.si quis vult monasterium.16.quęst.7. Plin.libro tertio.Episto. de Circensibus loquens, & si in ipso cursu,medioque certamine, hic celer illuc transferatur. Teophrastus de Palma loquens, Virgas etiam tenerrimas Babilonios viui radices efficere aiunt, adultasq; transferre.Bud. qui verba Theophrasti Gręca in Latinum vertit,in l.item fundi.§.seminarij. ff.de vsufru. Translatio de re ad rem. Cice. offic. lib.1. Quod ab Ennio positum in vna re transferri in multas potest.Verbum, transferre,est generale,seu commune,de quo verbo vide Fede.de Sen. consilio 178.scribatis.glo.in cap.1. & ibi Imol.colum.secunda,de commo.Alberi.de Dictio.in ver. transferatur.Transferre plus est quam concedere, denotat enim totalem transitum. glo. in cap.1. de commo.In quo differant conferri,& trãsferre. D. meus & Caga.in l. nemo plus.quæ est 54. de reg. iur.Transferre auctores dicimus.i. vertere, puta ex Hæbraico,vel Græco in Latinũ.Diuus Hieron. præfatio.Pentatheutici.Quintil.lib.10.cap.5. De translatione iuris veteris in 12. tabulas. habemus tex.in l.3.§.& cum placuisset,versic.initium fuisse ff.de orig. iur. De translatione dominij loquitur tex.in l.1.ff. de offi.procur. Cæsa. De translatione potestatis,in l.solent.ff.de offi.Procon.De translatione quæstionis in l.mandatum.in fin. ff.de offi. eius.De translatione iudicij,in l.tam ex contractibus.ff.de iudi.& in l.penultim. ver.fi.ibi,Non debet in alium transferri iudicium.ff.de vaca.mune De translatione onerum,in l.penul.ff.de adoptio. De translatione signorum,in l.2.§.& cum placuisset.ibi, relectis Ducibus protinus signat in Auentinum montem transtulerunt.ff.de origi.iur. De translatione legati,in l.3.in princip. & in alijs, & in rub. ff.de adi.vel transferre.lega.De translatione rerum,in eadem l.3.post princip.De translatione administrationis tutorum ad curatores in l.vni C.ut cau. post puber. De translatione Sacerdotij, & legis, habemus text.in capitul.translato, de constitut. Translationes de quibus hic, & aliæ quęcunque similes,vel dissimiles, graues, seu magni momenti mutationes ex causa necessitatis, vel vtilitatis fieri consueuere.cap.mutationes.7.q.1. cap.si quis iam translatus. 21.quęstio. 2.Hostien. in sum.de transla.episcop.vel eccle.num.6.Plures causas adducit Lap. alleg.69. quærit an liceat. Et trãslatio est de sede ad sedem facta commutatio, vt cum episcopus de vna sede ad aliam trãsfertur, quæ etiam mutatio dicatur.vt 7. quæst.1.cap.Mutationes. Translatus autem de vna ecclesia ad aliã nil retinet de priori,vt per Dom.meum Phil.Dec. in l.1.§.fin.ad fi.ff.de offi.eius.in cap.translato.de constitu.& in l.non vult.ff.de reg. iur. Cagno.in l. cuius,quæ est 124.numero secundo. ff. eo. Non habemus(ut puto)constitutionem aliquã de translationibus officiorum in collegium,seu personas Cardinalium,causa autem huius translationis hic expressam habemus. Imò si non esset expressa adhuc pro Principe pręsumendum esset,vt ratione, & iusta causa motus fuerit,Cyn.& Bald.in l.rescripta,in 3.qu.C.de preci.Impe.offe. But.& Imol.in l.cum inter.de renunci.Abb.in cap. cum olim,numero 23.de re iudic.Ias.in reper.l.quominus, nu. 5.ff. de flumi. Transferri crimen, seu culpam in hominem,uel rem qualiter dicatur,& quibus modis fiat hæc translatio, vide apud M. Tullium Rhetori. libro primo ad Heren.tit.27.de iuridiciali cõstitutione,dum de translatione criminis tractat, & li.2.tit.17.de criminis translatione.

ex quo factum est[a]

a EX quo factum est.Idest vnde euenit,seu accidit Ex quo,pro vnde vsurpauit Quintil. lib.2. cap.1. Ex quo palam est,quàm turpiter deserat.&c. Seu ex quo,idest propter quod.Abb.antiq.in capitulo primo, de procurator. Cicer. de senectute. vt animalior etiam senectus sit,Ex quo fit,quàm adolescentis, &c.Dictio enim,ex,pro propter nonnũquam accipitur.l. dotale prædium. 2. ff.de fund. dota.iun.glo. in versiculo ex pacto, quę exponit propter pactum. Ex quo,nõnunquam ad tempus refertur,prout Genes.cap.quarto.Obsecro domine non sum eloquens ab heri,& nudius tertius,& ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris,

&

& tardioris linguæ sum. Quintil. lib. 1. Institu. cap. j. Quid melius alioqui facient, ex quo loqui cęperunt. l. si finita, illud in pluribus locis. ff. de dã. infect. l. fiscus. ibi, Ex quo conuenit. & postea, Ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. ff. de iure fisci. l. 2. C. qui admit. l. j. ibi, Ex quo hæres existere potuit. ff. de iniust. & irri. testam. Facere est in quidquam agere, cuius species duæ sunt, nam faciens aut in se ipsum facit, vt animus se ipsum viuificans, cognoscensque. Aut in aliud, vt ignis in nos cum calefimus. Vel aliter aut per animi impetum, vt in cane latrante. aut per naturam, vt in ignis vstione, prout per Ammo. super Aristo. in prædicamento, de faciendo, & patiendo. Et facere multipliciter dicitur. vt per eundem Aristo. Ethico. lib. 5. ca. 9. Facio, verbum quot modis accipiatur, & quòd facere quis multipliciter dicatur, videatur Luc. de Pen. in l. iudicibus, C. de cursu publ. lib. 12. Et quod facere omnem faciendi causam complectatur, probat tex. in l. verbũ facere, quæ est, 218. ff. de ver. sig. Et de verbo facere cũ diuersis, seu varijs adiunctis videri poterit Adria. Cardina. de modo latinè loquendi, sub hoc ver.

ut ab inde citra [a] eorum singula

a ABINDE citra. Idest à dicto tempore trecentum annorum. Vel à dicto tempore translationis officiorum prædictorũ in collegium Cardinaliũ. Si dixisset citra absque illa dictione, abinde vel simili, non idem significasset. In primo enim casu denotatur continuatio temporum & dierum ab illo principio tẽporis, quod est expressum. cap. licet causã. versic. Ex præmissis igitur, & ibi Hostien. & Ioan. And. de probat. Rot. 316. si possessor, in no. Bar. in l. Celsus, nu. 24. ff. de vsucap. Bald. in l. indicia, num. 7. C. de rei vend. Felin. in cap. quod ad consultationem. numero. 26. ver. Item scias si diceretur à decem diebus & citra, de re iudi. In secundo verò dictio illa, citra, comprobari potest in vna die, ad tex. in l. 1. §. quod autẽ, quem ad hoc ita ponderat ibi Bar. ff. de aqua quoti. & æsti. Idem Bar. in præalleg. l. Celsus. num. 23. versic. Sed circa huiusmodi probationem. Bal. in præalleg. l. indicia, ad fin. C. de re iudic. Alex. consil. 110. visis, ante fin. versic. nec ob. lib. 1. & consil. nonagesimosexto. considerantes, ad fin. volum. 5. vbi inferunt testem deponentem de possessione x. annorum cum hac dictione, non probare decennualem possessionem: quod etiam ad multa inferri potest. Hæc dictio, citra, aliter ab antiquis, sicut etiam intra, & vltra proferebatur: omnes enim hæ voces prius sillabæ erant, & pronunciabantur sic, videlicet Cis, in Vls. postea quia paruo exiguoque sonitu promebantur, commutatæ sunt in citra, vltra, inera: vt per Aul. Gellium lib. 12. Noctium Atti. ca. 13. vbi discutit quomodo interpretari debeamus hæc verba, intra Calendas. Citra aliquando ponitur pro præter. l. fi. iunct. gloss. in ver. sed citra. ff. de calumnia. Nonnunquam habet effectum priuationis, vel negationis iuxta tex. in l. si vnius ex hæredibus. in princ. aliàs §. l. si filia incipit, Papinianus ait, si unius. ff. fam. hercis. [...] item pro contra. l. seruus, cum gloss. ff. de noua[...] Item pro, ante. c. dilecto. de testib. Abinde a[...] dictione, citra, interpretamur etiam, idest ex[...] seu ab illo tempore, prout in c. illo vos. de p[...] in c. Capellanus, de ferijs. & per Alber. in D[...] in ver. abinde.

b EORVM singula. Idest dictorũ Camera[...] Vicecancellariatus, & Pœnitentiariæ quo[...] Distributiuum enim singula operatur, vt c[...] bet præmissorum numeratum censeatur. [...] si Stichum, §. stipulatio. in 1. oppo. ff. de ue[...] oblig. per tex. in l. huiusmodi. q. penult. ff. de [...] 1. Hoc modo loquendi quis vti censetur, vt celeri[9] dicat, vt vult text. in simili in l. si ita si quis hęredes instituerit in fi. ff. de hære. instit. Ias. in præalleg. §. pen. l. huiusmodi. ante nume. 2. ff. de leg. 1.

singulis Ca[...] dinalibus [...] concessa f[...] runt offici[...] Auditorat[...]

a SINGVLIS Cardinalibus. Idest vni C[...] li vnum, alteri alterum ex dictis officijs, i[...] cap. cum singula officia sint singulis co[...] da, de præb. lib. 6. Difficile est, vt unus h[...] rum uices substineat, ut dicit Iureconsl. in [...] res. ff. de pac. l. nemo. ex ijs. ibi, Ne dũ ad[...] festinat, neutrum bene per agat. C. de asse[...] sulta. uer. Absurdum est enim. C. de testa[...] gula. vbi glo. 1. 89. distin. Dictio enim sing[...] cuilibet insolidum attribuit, prout Exo[...] Colligat vnusquisque ex eo quantum su[...] vescendum Gomor per singula capita [...] Nec qui plus collegerat habuit amplius, n[...] minus parauerat reperit minus, sed singuli [...] id, quod edere poterant cõgregauerunt. & [...] locis ac Deuteronom. cap. primo. Cumqu[...] sermo placuisset, misi uobis, 12. uiros sing[...] tribubus suis. l. 2. §. ijsdem temporibus. i[...] singulis singuli creabantur. ff. de orig. iur. [...] ibi, Vel unus in pluruim, uel singuli in [...] l. uel in singulis. ff. de vulg. l. in singulis. ff. [...] ptio. rei iudi. l. in singulis. ff. ad leg. Falc. l. [...] sic. Priuatum quod ad singulorum utili[...] tinet. & l. iure non in singulas. ff. de iust[...] l. in tantum. §. 1. ff. de rerum diui. l. uni. §. 1. [...] sic. consu. Bald. consil. 491. inter Ioannem[...] 6. libro primo. singulum autem dicitur un[...] que per se, hoc est separatum ab alijs. P[...] phi. Rex Creon uigiles nocturnos singul[...] per locat. Cicero de Oratore. Sæpe singulis utendum est, plerumque binis, & cæt. De clausula, singula singulis referendo, videatur Parts. consil. 97. in præsentis. nu. [...]

huiusmo[...] quod di[...] ctus fili[...]

a HVIVSMODI. Scilicet Cameræ. Et sic dicendo officium Auditoratus huiusmodi, intelligitur de Auditoratu, de quo proximè locutus est Papa. Dictio enim hæc, huiusmodi, relationem facit ad præcedentia. l. fundi. ad fin. ff. de exceptio. l. 2. ff. de offic. procur. Cæsa. l. post mortem. ad fi. ff. de adoptio. c. nemo. deinceps cum glo. de electio. lib. 6. cap. 2. de iuramen. calum. gl. in procem. 6. in ver. huiusmodi. c. 1. & 2. de fo. compe. eod. lib. glo. 1. in authen. qui rem. C. de sacrosan. ecclesi. & ibi præceptor meus D. Phi. Dec. num. 14. c. 2. vbi Gemin. num. 3. volés quod dictio, huiusmodi, restringat dispositionem sequentem ad præcedentem tantum, vt lit. pend. lib. 6. Quod etiam videre est 2. ad Corinth. cap. 12. circa princip. in illis verbis, Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis, &c. cum ijs, quæ præcedũt. Hæc dictio, huiusmodi, denotat etiam similitudinem ad casus positionem. l. denique. ff. de pignor. Bartho. Cassen. consil. 63. num. 10. Pro qua etiam dictione vide Steph. Bertran. consi. 292. visis copiis. nu. 4. li. 3. in primis.

a DILECTVS filius.) Papa pater patrum appellatur. Io. Mona. in c. si eo tempore. de electio. lib. 6. Bal. in c. 1. in prin. qui feu. da. poss. Cur. Sen. consi. 68. D. Ioannes, nu. 9. & Cur. Iun. consi. 157. præsuppotitur in facto. nu. 11. Omnes autẽ Christi fideles præter Episcopos Papa dilectos filios vocat, tam masculos, quàm fœminas, etiam Principes, & Reges ac Imperatorem. ca. si Imperator. in princ. 96. distin. & in inscriptione Epistolæ, inter claras. C. de sum. Trin. c. Lotharius Rex, circa med. in filio nostro Lothario. 31. q. 2. c. quam graui. de crim. fal. c. dilecta. & c. sequen. de maio. & obed. c. dilecti filij 1. & 2. appell. cum infinitis alijs. Host. in c. ad deliberandum. col. 3. ver. cæteri autem omnes siue clerici, siue laici, filij appellantur, de Iudæ. Hoc modo loquendi erga Imperatorem vtitur Horat. episto. 1. lib. 2. inquiens, Munera, quæ multa, dantis cum laude dilecti tibi Virgilius, variusq; poetæ. Dilectos filios vocant etiam Diui Paulus, & Ioannes fideles, p̃ut 1. ad Corinth. c. 4. Non vt confundam vos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. & parum post, ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino, &c. & 1. Ioan. capit. 1. cum alijs. Quando Papa rescribit Regibus, vel Reginis, seu de illis loquitur, eos nõnunquam charissimos vocat, prout in cap. charissimus. de conuer. coniu. clemen. vni. §. dudum. de iureiur. clemen. pastoralis. §. sanè. de re iud. Et quando illis verbis, dilecto filio, seu dilectæ filiæ, addi debeat in Christo, vt dicamus, Dilecto in Christo filio, vel dilectę in Christo filiæ, videatur per Specu. in tit. de rescr. præsenta. § ratione formæ. num. 1. vers. 2. Et not. q̃ in salutatione. & Imol. in procem. Decreta. Gregorius in 6. oppo. Aduertendum dixi Papam non vocare Episcopos filios, sed fratres tantum, q̃d ego aliàs uidi in priuilegio Gregorij Rauennaten. ecclesiæ concesso, ex archiuio publico Rauennaten. Cartilogio nuncupato ex tracto, ac in causa Ferrarien. inter Sedem Apostolicam, & Ferrariæ Ducẽ producto, sub ijs verbis, Gregorius Episcopus (nõ apparet ibi quis Gregorius fuerit) seruus, &c. Dilectissimo Maximiano Rauennati Archiepiscopo confratri, filio charissimo, &c. Similia rescripta suspecta habentur, prout voluit glo. in cap. ad audiẽtiam. in prin. de rescri. c. quam graui. de crimi. fal. & iux. opi. Rebuf. in sua praxi beneficiaria, p̃ ea quæ ibi adducit tit. opponi quæ contra tabulam possint. nu. 12.

v MAGISTER. Magistri omnes appellari possunt, quibus præcipua cura rerum incumbit. Festus, non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorũ & equirum magistros dici. De quibus magistris equitum habemus tex. in l. 2. §. post deinde cum census. ff. de orig. iur. & in l. vni. ff. de offic. præfe. prȩto. Et magistrum militiæ, ac magistrum militũ habes 2. Reg. cap. decimonono. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. & Hierem. c. trigesimonono. Et superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabar Zaban magister militum in Babylonem. Et omnes prędicti, & similes magis cæteris possunt, & pręcetetis regimen habent. l. quibus præcipuas, alia cui. & ibi per Alcia. ff. de verborum significat. Hostien. in suo no. Sum. tit. de magi. in princ. quis dicatur magister. Hic non capitur magister, prout in tit. de magi. sed vt præmisi. Et sic ut magistrum nauis accipere debemus eum, cui totius nauis anchora, seu gubernatio cõmissa est, vt docet Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. de exercit. actio. ita summus Pontifex magistros appellat, quos gubernio aliquorum Romanæ Cu. officiorũ uel iustitię ministsandę præfecit. Sic & Rotę Auditores magistros appellat. Et signatura, seu Regens Cācellarię, rescribit hoc modo, videlicet, Audiat magister Iulius: sic & Papa Vicecancellarium qui non erat Cardinalis, sed solum doctor dilectum filium magistrũ Riccardum de Senis, S. Roma. Eccles. Vicecancellarium, Iuris vtriusque Doctor. &c. Et quemcũque Iudicem delegatum, siue magistrum nuncupat, prout in inscriptione capit. venerabilis. de iudicijs. vbi dicitur, Idem magistro Tancredo Canonico Bononien. vide August. Ber. super illo c. post nu. 4. Et Iurisconsultus, etiam magister appellatur. l. qualem. ff. de arbit. §. his igitur solis. iunct. gloss. in versi. magistri legum. in procem. ff. clemen. 2. cum gl. in ver. doctoratus. de magist. Magistrum Pincernarum Regis, & magistrum Pistorum habes Genes. capitulo quadragesimo, in principio. Nan alter pincernis præerat, alter pistorib. Iterum, Videns Pistorum magister, & postea ad finem. Recordatus est inter epulas magistri Pincernarum, & Pistorum Principis. Magister bestiæ

magister[a] Paulus Odescalus

dicitur, qui bestiam docet, instruit, regit. 1. Machabeo. cap. 6. Et intus magister bestiæ, magister pecorum. Genes. c. 47. post principiũ. Constitue illos magistros pecorum meorum, verus, & proprius magister. & ille de quo Matthæi ca. 23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus. Vos vocatis me magistrum. De magistris vide Ioan. Fab. in §. ex diuerso. Instit. de rerũ diuisio. Alberi. in Dictio. in versi. magister. Luc. de Pen. in l. medicos. in versi. doctores. & in l. magistros. in princip. C. de profess. & medi. lib. 16. gl. Pragmat. in §. 1. & in §. videlicet. de collatio. in versic. magistro. & in versic. magistris. Rebuff. super concor. super rubr. de Regia. ad Præla. nomina. in versicu. magistrum. & in versic. Doctorem. & rubri. de collatio. in versicul. magistro. De magistro in malam partem, vide Malach. capitul. secundo. Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum, & discipulum de tabernaculo Iacob.

a NOTARIVS noster. Idest Prothonotarius. Simile in l. maximarum. & ibi Luc. de Penna, & per Barto. in l. præcedenti. quæ incipit, eos, C. de excu. mune. lib. 10. Vde Sarnen. in procem. Reg. Cancel. quæst. 1. num. 4. & postea dum tractat de origine, & officio prothonotariorum. Pro quibus vide etiam Gloss. Pragma. sub rubrica, de causis. §. Romanæ. in versic. prothonotarios. De his ego tracto super Signa. Grat. sub rubr. de Prothonotarijs, & Accolitis. Prothonotarius, iuxta morem antiquũ magister scriniorum nuncupari posset, vt post And. de Baru. voluit Luc. de Pen. super rub. C. de magistris scriniorum versiculo, Sed certè puto, qđ tales magistri scriniorum erant similes prothonotario. & in l. 1. ver. ex hoc potest. lib. 12.

Notarius noster, & literarum nostrarum contradictarum [b]

b LITERARVM nostrarum contradictarum, idest rescriptorum nostrorum, quæ per contradictas, seu per officium contradictarum expediunt. Et cum dicat, literarum nostrarũ, sequitur, quòd tales verè dicantur literæ Apostolicæ, argum. tex. in clemen. vni. in princip. vbi dicitur, Literis nostris. & ibi gloss. & Doctores, præsertim Boni. de Vita. nu. tertio. de probationi. c. dura. & ibi Inno. Abb. anti. & Host. in ver. nostras. & in ver. deputati. de crimin. fal. Et literæ contradictarum iustitiã, vt plurimum concernunt, & dantur sub plumbo & dicuntur literæ bullatæ, seu bullæ. Appellantur autem literæ contradictarum, & officium contradictarum, ac citationes per Audientiam contradictarum, a contradicendo, seu opponendo. Hic mos contradicendi, seu opponendi, comprobatur etiam per tex. in l. nam ita. ff. de adoptio. Qui contradicendi vsus etiam circa alia considerantur, in scientijs. & dicit Auerro. 6. Phisy. commen. quòd contradictio aliqua in scientijs est secun[dum] sermonem, & aliqua secundum rem, qui vsus [con]tradictionis est in scientijs. & alijs rebus, pro[ut vi]dere poteris apud Ciceronem primo Tuscu[l.] cum is, qui audire vellet, dixisset quid sibi vi[deretur], tum ego contradicerẽ. Item in Verrem, ... 7. quia palam Principes contradixerint, & ... positioni, seu contradictioni plerunq; locus ... iudicijs, iuxt. tex. in l. cum de consuetudine ... legibus. In arrogationibus, seu adoptionibus ... adoptionibus. ff. de adoptio. Contra electum confirmari instantem, c. fi. de electio. lib. 6. C... præsentatum etiam institui petentem. glo. 1. ... & idem puto in prẹsentationelin d. c. fi. de elec[tio.] li. 6. Rot. Bisigne. 1. in antiq. versus fi. de iur. pa[tr.] Lap. alle. 8. præsentatus, post nume. 5. vbi ad... ver. c. fi. Contradictio etiam, seu oppositio ... dit in prouisionibus beneficiorum patrimo[nia]lium Hispaniarum, de quibus beneficijs patrimo[]nialib. videre poteris, quæ scribo in 15. q. ... de Infir. Contradictio expediret, quòd fier[et] oppositio, & edicti appositio iux. terminos ... leg. c. fi. de electio. lib. 6. in omnibus colla[tionibus] ac prouisionibus beneficiorum iux. consil... fi. dicti cap. fin. Et licet hactenus de supre... emananerit aliqua noua constitutio, vnde ... sitio dicti c. fi. locum non sibi uendicet in [prouisionibus], & collationibus, prout conclud... fin. & Docto. ibi, ac Bellame. dec. 672. in c... tra Rotam quòd in infirmatione, versi. E... non requiritur informatio. Spero summ[um Pon]tificem, vel sacrum Concilium illud cap. ... nes collationes, ac prouisiones ampliatur... rem nostram, si quis literarum contradict[arum] impetrationi, seu concessioni opponere ... seu iudicum nominationi, vel depu... alijs, quæ per officium contradictarum ... tur, seu in eo tractantur, in Audientia contr[adictarum] rum auditur. De officio, Audientia, & Au... contradictarum tractaui in secunda quæst. ... gu. Reseruatoriæ, nume. 9. & sequen. Et p... ptis in forms conquestus, vel alijs, quę ab ... çio emanat cum clausula, appellatione re... an in illis clausula huiusmodi operetur. ... decision. 71. Peregrini, aliàs 5. sub titu. de [appel]latione.

a MAIORIS & minoris iustitiæ. Istos ... nos in iure ciuili, vel canonico non habem[us] ... to iustitię tria genera constituit, vnum circa ... alterum circa homines, tertium circa defunctos versari asserebat, prout etiam per Diog. Laer. in Platonis vita. Aristoteles verò Erhico. li. 5. c. 1. & 2. Iustitiã dixit esse totam virtutem. Insuper quod non possi[t] ... hic distinctioni maioris, & minoris iustitiæ ...

maioris, minoris [iu]stitiæ [a]

co. Aut enim ſupponimus minori iuſtitiæ contentite illam diffinitionem, de qua in l. iuſtitia. ff. de iuſ. & iur. & Inſtitut. eod. in princip. uidelicet, Quod iuſtitia ſit conſtans, & perpetua uoluntas ius ſuum cuique tribuens; & tunc uera, & integra erit hæc iuſtitia, & non minor, ſeu manca. Aut diffinitio huic minori iuſtitiæ non conuenit, & tunc nec definitũ, ꝓut docet Ariſt. Topico, lib. 6. cir. prin. vbi dicit, Si igitur nõ verificatur, de quo nomẽ, & oratio. &c. Bar. in l. ſi quis ſeruo, in 2. not. C. de fur. Fel. in c. querelam, ante nu. 8. de iu reiur. In hoc igitur ſecundo membro non poterit nuncupari iuſtitia. Breuiter iſti ſunt termini quidam a conſuetudine, ſeu ſtilo inuenti, & dicũtur literæ iuſtitiæ maioris quædam reſcripta, quæ grauiora ſunt, & maioris ponderis, inter quæ illa, quę habent derogationes contra iura, puta, ſi deroget conſilio generali de duabus dietis, & ſic c. nonnulli. de reſc. Vel conſtitutioni Boni. viij. de vna dieta, hoc eſt c. ſtatutum, §. cum verò, eo. lib. 6. Aliæ literæ dicuntur minoris iuſtitiæ, vt ſimplices, & ordinariæ cauſarum commiſſiones in forma conqueſtus, quæ elicitur ex tex. in cap. conqueſtus. de vſur. in ca. conqueſti. de ſent. excom. ſeu in forma, ſua nobis, abſq, præmiſſa, vel alia notabili derogatione, Formam ſua nobis, habemus in cap. ſua nobis. de offi. Vica. in c. ſuam nobis. de appel. in c. fin. de confir. vti. vel inu. Confirmationum item literę in forma cõmuni, quæ per officium contradictarum conceduntur minoris iuſtitiæ dicuntur, & hę confirmationes in forma communi parum operãtur. c. porrecta. & ibi gl. & Doct. de confir. vti. vel inuti. ca. quia diuerſitatem, vbi omnes. de conceſſ. præben. Has literas minoris iuſtitiæ illas eſſe credo, quas Papa in c. accedens, de crim. fal. ſimplicis iuſtitiæ vocat, quod & ſuadent verba, quæ ibi ſubijciuntur, quæ teſtantur has literas facile obtineri poſſe. Pro quibus videtur etiam text. in clem. 1. iun. gl. in ver. literarum, quæ ſupplet, de ſimplici iuſtitia, de iud. De literis maioris iuſtitię videre poteris in taxis Cancellariæ Apoſtolicę, quæ ſunt impreſſæ in tractatib. qui circuuferuntur, & quare ſub hoc tit. De lite. maio. iuſtitiæ, Executoria vnius ſententiæ in forma exhibita taxet, &c. Poſtea in eiſdem taxis inuenies titu. De literis minoris iuſtitiæ, conqueſtus eſt nobis, &c.

Corrector[a]

a CORRECTOR. Corrigere eſt malum, ſeu mancum in bonum emendare, vel ſupplere, ſeu prauum, vel quid deprauatum in bonum vertere. Ita accipitur Heſter c. 8. Obſecro vt nouis epiſtolis veteres Aman literæ inſidiatoris, & hoſtis Iudæorum, quibus eos in cunctis Regis prouincijs perire præcperat, corrigantur. pſal. 17. Et diſciplina tua correxit me. pſal. 118. In quo corrigit adoleſcentior vitam ſuam. Eccleſiaſtes. c. 1. Peruerſi difficile corriguntur. & ad Titum c. 1. Cuius rei gr̃a reliqui te Cretæ, vt ea quę deſunt, corrigas. Et corriguntur peccata voluntaria, & non uoluntaria. l. 2. ff. de legib. Sic & corrector idem ſonat, ꝙ emendatot, Cic. pro L. Cornelio Balbo. O præclarum interprętem iuris, auctorẽ antiquitatis, correctorem, atque emendatorem noſtræ ciuitatis. Ariſto. 6. Politic. c. 8. Rationales, ſeu correctores, qui rationes repetant, atque corrigant inciuitate neceſſarios ait. Corrector antitheton de prauator. Cice. 1. de Finib. Sed ita ut ea, quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare uideatur. Iu hunc ſenſum uerba Demeæ in Adelfis ubi ſupra, accipi debere exiſtimo dum inquit, Corrector, nempe tua arte uiginti minæ pro pſaltria periere. Correctores antiquitus illud officium in Italia habebant, quod p̃ſides in prouincijs. l. ex omuib. iun. gl. in uer. correctorum, & l. pen. ff. de offi. pręſi. Huc ſpectat Bud. teſtimonium in anno. in pande. tit. de ueſt. olobe. lib. 11. C. dicit enim ſe uidiſſe librum, in quo enumerati erant magiſtratus Romani Imperij, inquo hæc uerba deſcripta erant, Clariſſimum uirum Correctorem Apulię, & Calabrię in officio iuriſdictionis ſe habuiſſe Principem Cornicularium, Tabellarios duos, commentarienſem, adiutorem ab actis ſubſidium, exceptores, & cętecos, cohortalinos, quibus non ad licet aliam tranſire militiam ſine annotatione clementię principalis. De correctoribus etiam officiarijs iuriſdictionem habentib. eſt tex. in l. ex omnibus. ff. de off. præſi. Corrector item cenſor uocari poteſt. Plin. in Pane. Nã uita Principis cenſura eſt, eaque perpetua eſt, &c. Correctoris literarum contradictarum officium antiquum, & nobile eſt, ac magni momenti. Hic enim corrigit, & emendat minutas (ut uocant) reſcriptorum iuſtitiæ, & ipſa reſcripta, illaquę abſq; Papæ Signatura conceduntur, arbitrio ſuo concedit, uel denegat, ac expediri mandat, & ad plumbi officium ſeu plumbarię officinam auctoritate ꝓpria cum Papę inſcriptione, uidelicet Paulus &c. mittit prout per Gloſſatorem antiquum Regul. Cancel. ſuper expectati. in ſecunda parte. dum de Correctore literarum apoſtolicarũ loquitur. De correctoribus literarum apoſtolicarum, quod fuerint ante Ioan. 21. Sarnen. in proœm. Regularum, ante numerum uigeſimumtertium, uerſiculo. Redeamus igitur. Correctoris officium hodie potiſſimum uerſatur in conceſſione, vel confirmatione eorum, quæ ſunt iuri communi conformia, cã. appellationum à ſententijs diffinitiuis committit. Sententias, quę in rem iudicatam tranſiuerunt, ritè & rectè latas confirmat. Contractus utraque parte ſupplicante confirmat. Compromiſſa, & lauda emogolata etiam confirmat. Confirmationes alienationum, permutationum, & liberationum bonorum eccleſiaſticorum, pręſertim ſi annuus redditus ſit infra quinque aureos concedit, concedit etiam abſolutiones à iuramentis ad effectum agendi, & excipiendi, aliaque plura, quę pragmatici benè norunt. Correctio demum exornatio rethorica eſt, quę tollit id, quod dictum eſt, & pro eo id quod magis idoneum uidetur, reponit. exẽplum à Cicero. Rethori. ad Heren. lib. 4 de Correctio. ſumamus, O uirtutis comes inuidia, quę bonos inſequeris plerunque; imò inſectaris. Cur hoc exemplum inter infinita, quę referre potuiſſem, elegerim, prudens quilibet facile percipiet.

AD hoc. Scilicet officium Auditoratus Cameræ,

ad hoc [a]

vt fiat relatio ad officium Auditoratus, quod proximè expressit, ad not. per Fran. Aret. in l. qui iurasse. §. Pomponius, in 2. not. ff. de iureiur. Vel ad hoc negociũ seu ad hanc rem vt, scilicet officium huiusmodi ad beneplacitum nostrum exerceret, vt subijcit. Pro his verbis, ad hoc, vide hoc eo. §. in uersic. ad hoc.

a A nobis. Auditor Cameræ à solo Summo Pontifice constituebatur. & licet (iuxta aliquorum opinionem) Camerarij Auditor esset, prout per gloss. in clem. ne Romani. §. eo tamen, in versi. Camerarium, vbi ẽt Cardinal. q. 2. de electio. Pro quib. uidere poteris, quæ scripsi ĩ 4. q. 1. Regu.

a nobis [a] **ad beneplacitum nostrum**

Cancell. nume. 7. & seq. cum à Papa constitueretur maiorem potestatem, auctoritatem, præeminẽtiam, & iurisdictionem habebat, quam si ab inferiore a Principe deputatus fuisset. ad ca. per tuas. vbi Ioan. And. Abb. & Felin. de maior. & obediẽ. Bar. in l. j. §. hi quib. nu. 2. ff. de leg. 2. Nic. Boe. dec 152. & uidetur, nu. 1. & 5.

b AD beneplacitum nostrum. in arbitrio nostro, seu donec nobis placuerit. Diuersa sunt dicere, ad beneplacitũ sedis Aplicæ, & nr̃um: & tñ Papa & sedes Apostolica idem sunt, seu pro eodem capiuntur. cap. sedes, & ibi not. Dec. in princip. de rescrip. c. præsenti, de præb. lib. 6. Et dum deficit Papa, vacat ipsa sedes Apostolica, vt declarat glos. in Extra. ad onus, de electio. in versic. Sedem Apostolicam.

Respondeo, quòd diuersa sunt dicta verba quantum ad cessationem, se extinctionem ipsius beneplaciti, iux. tex. in l. locatio precarij ve rogatio. ff. loca. in c. si gratiosè, de rescr. lib. 6. Angel. consil. 217. col. pen. ver. Ad quartum verò. & in l. & quia col. 2. ff. de iuris. om. iudi. Specu. in tit. de legato. §. nunc aliqua. q. 150. ver. Quid si D. Papa. & in tit. de Actio. §. super petitionib. ver. item si Papa. & ibi Ioan. And. in Addi. Bal. in l. fi. col. 4. C. de contra. emptio. in l. post dotem. col. pen. vers. Et prædicta faciat. ff. solu. matri. ac in l. 1. col. 1. ver. Nam vbicũque ponuntur. C. de postul. Corn. consi. 92. col. 1. vers. Et q hoc sit verũ. lib. 2. Rot. 580. in antiq. D. meus Phil. Dec. consi. 108. col. 1. ver. Sed in tertio anno. Iacob. de S. Georg. in l. more. nu. 14. in 1. lectu. vers. Idem si princeps. ff. de iuris. om. iudi. Bero. quæstio. 103. nu. 5. Gozzad. consil. 22. col. j. ver. Et pro ista parte. Marian. Sozz. Iun. consi. 89. num. 7. lib. 1.

Secundo. n. casu, videlicet quando ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, per reuocationem tantũ cessat, seu expirat beneplacitum, vt dicto c. si gratiose. & per Bar. in l. centesimis, §. fi. nu. 9. ff. de verbo. oblig. Io. Fran. Paui. de offi. & pote. c. se. uacan. in prin. 6. Prælu. D. meus consil. 108. iste videtur. & Fel. in c. ex literis, num. 10. & ante, de consti. Et an beneplacitũ in contractibus per mortem reuoce tur, vide Soci. consil. 77. super prædicta, num. & sequen. lib. 3.

Quando beneplacitum, seu arbitrium non a personam, sed ad diginitatem refertur, puta si di ctum fuerit ad beneplacitum, seu arbitrium Pap archiepiscopi Pisanæ primi collateralis, morte p næ non finitur, vt declarat. Bar. in l. centesimis. ita stipulatus post nu. 9. versi. Si uerò ... ibidem Ias. nu. 13. ff. de verb. oblig. Idem Bar. more. nu. 7. ff. de iuris. om. iud. Rui. consi. 10 2. ad l. 5. D. meus in c. ex literis, in fin. de const Iul. Clar. lib. 5. Senten. §. vlt. q. 9. in fi. Couarru ria. resol. c. 35. nu. 2. vbi discutit qualiter in d relatio facta censeatur an ad personam, an dignitatem.

a DEPVTATVS. Constitutus, creatus, d tus. sic & in c. dura, ver. Vel de manu illorum piat, qui de mandatu nostro ad illud sunt deputati, de crimi. fal. c. super qõnib. ver. No tem, de offi. deleg. Deputo item pro lego, seu gno capit l. 1. §. fi. n. ve r. Cum talia sint

deputatus [a] **a d illius uacation**

legata, quæ pijs actionibus sunt deputata, Bal. col. 4. post nu. 16. C. commun. de lega tuor autem, & ibi Archid. 13. q. 2. Luce iniquis deputatus est. Teren. in Hecy. A meam esse herus operam, deputat praui p Deputo etiam pro abscindo. Colum. lib. partem non deputaueris circa Calendas F repetito, & deputato.

a A Die illius vacationis. Et sic post vaca per obitum Francisci. illa. n. dictio a, exclus ponit. & hęc præpositio separat, sic accip uiti. c. 27. Si fuerit masculus a 20. anno usque sexagesimum, ut interpretemur post uigesimum sic in l. à Caligato. & ibi Cyn. & alij. C. de Bal. in l. ex arrali. C. de actio. empt. prout in l. ratio. §. fi. ff. eo. l. 2. §. qd ad magistratus secundum locum à Regib. obtinebat. i. post ges, ff. de orig. iu. l. ætatem. ff. de censi. Oldrad sil. 49. consueuit dubitari. col. 1. Bar. in l. me se, in princ. ff. de off. procõ. Archid. in c. stat col. 1. versi. A die, & ibi Gemini. de pręb. lib. clusiue, uel inclusiuè ẽt accipi põt. Ecclesiast Occupatio magna creata est omnibus, & iug graue super filios Adã à die exitus de uentr tris eorum, usque in diẽ sepulturę in matrem niũ: Vt dicamus post illũ diẽ natiuitatis h dere, uel ẽt ut hæc incipiãt ab ipsa natiuitate clusiuè ẽt ponit. Exo. c. 26. Erãt, quæ sibi co ctę a deorsũ, usque ad sursum. Leui. 23. A ve re usque ad uesperũ celebrabitis sabbata u Hinc innoleuit usus Ro. Ecclesiæ concedend dulgentias à uesperis ad uesperas, de quo tracto super Sign. Gra. tit. de Indulg. ver. In gentijs apponi cõsueuerũt uerba uc3. A ues ad uespera. & accipe a uesperis inclusiuè. A uel ab includãt, uel excludãt, latius tracto in Reg. de infir. Vide ẽt gl. Prag. de cõcl. eccl. Ga

in uer.a,inclusiue ponit,& p Rebuf.sup cōcor.ru. de coll.§.ꝑterea,in ver.inclusiuè,&p Luc.de Pen. in l.1.ad fin.C.vt ne.suum patro.lib.11. Sed contra,quia etiam prius,& in vita Francisci officiū huiusmodi exercuit.Vnde distinguenda sunt tempora,& modi exercendi. In vita enim Francisci Auditoris R. Dom.Paulus exercebat officium tamquam locum tenens illius,post obitum Francisci illud per plures exercuit menses, vt Viceauditor à Papa deputatus.Postea verò Auditor Cameræ effectus, talis remansit vsque ad rempus erectionis noui officij Regẽtatus. An aūt differat dicere,à die vacationis, an a tempore vacationis, vide Boni.de Vita.in cle.sicut appellationem,nu. 34.de appel.

a CITRA. Hæc dictio opponitur dictioni ultra iuxta illud Horatij,sunt certi denique fines, quos vltra,citraque nequit consistere rectum.Plin.li.7. c.23.Et quamuis vltra,citraque,&c.l.2. circa medium,ver.Et quia magistratibus vespertinis. ff.de orig.iur.Bald.in addi. consil.411. volum.5. Sic etiam vltro,citro que opposita sunt,l.si quis ex argentarijs.§. rationem.ff. de nego. gesto. Cice. in oratio. pro Sexto Roscio Amerino.Postea homines cursare vltro,& citro non destiterunt.Idem in somnio Scipionis, multisque verbis vltro, citroque habitis ille nobis consumptus est dies. De significatione huius dictionis citra, vide Barth.in l.Celsus.nu.23.& seq.vbi etiam quid differat dicere, possedi à decem annis vltra,vel à decem annis & citra.ff.vsucap.Bald.in l.falsus,nume.3. C.de fur. Gemin.consi.18.quia copiosè,num.4. Felin.in c. quod ad consultationem,ante nu.26.de re iudic. Luc.de Pen.in l.1.colum.fin.C.de iu.fisci, lib.10. Alberi.in Dictio.in versic.citra,Alber.de Perga. de præpositio.nu.13.in ver.citra,copulat tam sensum, quàm verba: citra aliquando vsurpatur ꝓ contra, & in l.seruus, quæ est 16. cum glo. ff. de nouatio.

citra a exercuit in personam b

b IN personam. Vt subintelligamus verbum,trāsferre,seu transtulit,de quo supra. Seu in persona vt iungamus illi verbo stabilire. Et persona plerunque cum adiuncto exprimitur, prout Iob cap. 32.ad fi.Non accipiam personam viri.Prouerb.c. 20. Multi colunt personam potentis. Terent.in Prolo.Eunu. Perij si personam inde ablatam,vel militis.Tranquil.in Augusto,vbi candidatos Augusti appellat eos petitores,quos ipse populo commendabat, & quibus cum singulos ex more ambientium præhēsabat, ciuilem personam assumēs interim,& Principis deponens. Idem in Vespasiano,Facio archimimum personam eius, &c.l.cū quasi.§.furiosi persona.ff.de fideicommiss. liber. Rebuf.super concor.rubr.de collatio.§.statuimus in ver.personis.versicu.In iure tamen Ecclesiæ. Idem igitur est dicere in personam Cardinalis, ꝙ in Cardinalem,iux.tex.in l.alumnæ.ibi, Voluntas mea in personam alumnæ meæ duret.ff. de adim.

vnius ex eisdem Cardinalibus, a qui b

leg.Persona aliter accipitur ī l.tradi. §.pen. ff.de actio.empt. Persona quot modis accipiatur,tractaui supra §.nos qui.in ver.personis.

a EX eisdem Cardinalibus. De quibus supra locutus est, seu quos præmisit. Illæ enim dictiones, eisdem,præfatis,præmissis, & similes,relationē faciunt ad specificata cum suis qualitatibus. l. 2. versi. eodem tempore. & §. ijsdem temporibus. ff.de orig.iur.l.1.§.eum qui.& ibi Bar. qui dictum §.legit cum §.hoc edicto.num.2.ff. de postul.Idē Bart.in l.talis scripture.§.fi. nume. 4. ff.de lega.1. Aretin.consil.21.si diligenter.colum.1.versicu.ex quibus verbis.Sozi.consil. 251. quoniam in præsenti nu.6.versic.Solum restat.Sequitur quòd vni ex Cardinalibus quicunque sit,officium huiusmodi committi poterit, & hæc ponderatio inseruiet ijs,quæ in sequen. gloss. & in uersicu. possit.subijciam.

b QVI. Relatiuum, qui restringere videtur generalitatem præmissam,seu enarrata.l. ea tamen adiectio.cum glo.ff.de lega.3.l.omnes populi.vbi Barto.in 1.oppo.& alij.ff.de iust.& iur. l. cunctos populos.& ibi Bar.nu.1.& Ias.in vtraque lect. col.j. C.de summ.trini.Angel.in §. omniū autem actionum.nu.1.Instit. de actio.Iuxta hunc intellectum Papa restrinxit ad vnum ex Cardinalibus,qui latere suo assiduè assistunt.Distinguo igitur sic, Cardinalium aliqui extra Ro.Cur.degunt in propria patria,vel alibi commodi sui, seu recreationis cā Alij qui à latere summi Pontificis missi sunt in prouincijs sibi commissis,vel apud Reges morā trahunt,de quibus legatis à latere loquitur tex.in c.uolentes.& in c.excommunicamus.ubi bo.glos. in ver.commissam.de offic.leg.c.j.versi.Quod in fratribus.eod.tit.lib. 6.latè Barbat.in suo tract.de Cardin.lega.a late. Cæteri Cardinales in Rom.cu. resident,vel residere in ea præsumuntur,& tenentur.c.bonæ 1.de posthu.prælat.c.2.de cler.non resid.Horum aliqui dies noctesque summo assistūt Pontifici,illique inseruiunt.De istis vltimis Papā intellexisse credendum est, ex natura illius relatiui,qui,ad supra adducta. & ex ijs, quæ in nostra constitutione subijciuntur,quod an sit verum apparebit ex ijs, quæ dicam infra in gloss.in versicu. possit.

a LATERI nostro. Simile in l. quisquis.iunct. gloss.in versicu.nobis militat.C.ad leg.Iul.maiest. & in l. vni.versic. Quos lateris nostri decus illustrat. C.đ præpo.labo. libro duodecimo. Diuus Bernardus Eugenio Papę dicebat, Non dico te sanum dolentem latera. prout per Ioann. Monac. in capitulo primo, de offic.leg.libro sexto. Homines à latere Principis chari, & amici Principis. Curt. libro quinto.Quum sed pernitia eius,eius,etiam a latere ip-

Lateri nostro a

sius pecunia sollicitaret hostis. Liuius 4. Belli Puni. Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita vtilissima fingenti inter dolores, gemitusque occurrerant. Rursus asciti pro custodiendis, edocendis, instruendis pueris. Quintilia. libro primo, capitulo secundo. Aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere: constituti ad curam & tutelam personæ ipsius principis a latere dicuntur, prout Hierem. cap. 20. Ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum. Felices qui Papæ lateri assistunt. Quibus conueniunt verba illa Reginæ Sabæ, quæ habes. 2. Paralipom. 9. Beati viri tui, & beati serui tui, qui assistunt coram te omni tempore, ac audiunt sapientiam tuam. Ea omnia ad latus esse dicimus, quæ sunt preter sursum, & deorsum. sic & latera in mundo dicimus, quæ sunt preter polos. Philosophus lib. 2. de Cœlo. tex. 14. Hoc latere exponimus, idest, hac parte in l. si testamento. quæ est 50. §. quæsitum. cum gloss. in uers. latere. ff. de fideius.

a ASSIDVE. Aliquando est aduerbium temporis, aliquando numeri. Aliquando qualitatis: exponamus assidue. i. omni tempore, nullo temporis puncto intermisso. Sic Cæsar lib. 6. Belli Galli. Ne assidua consuetudine

assiduè [a]

capti, studium belli geren di agricultur a commutent. & lib. 7. Milites cum toto tempore, & assiduis imbribus tardarentur. & post. Nostrosque assiduo labore defatigarent. Tranquill. in Nerone, Luctabatur assiduè &c. l. filium. & ibi Bald. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. si. in princip. ff. de ædil. edi. cap. 2. de offic. Archipresby. c. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi. propè si. 99. distin. & c. 1. de resti. spol. lib. 6. Assiduus, & frequens pro eodē accipiuntur. l. ei qui. in prin. ff. de furt. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ędil. edi. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habet. l. item apud. versi. Assidua etenim. ff. de iniur. in proœm. clemen. §. hęc sanè. vers. Accidit tamen occupatio. & ibi Boni. de Vita. nu. 15. assiduę etiam, vel iugiter, & continuè, seu continuo, ac similia aduerbia frequentiam notant, non temporis, continuationē, & sic assiduè idem sonat quod horis competentibus, & non omne momentum exigatur, argumen. tex. in l. si quis legauit. ff. de condit. & demonstr. l. Mæuia. ff. de manumiss. testa. & ibi per Alberic. de Rosa. & per eundem in Dictio. in versi. assiduè. c. de quibusdam, iunct. gloss. fin. 37. distinct. Gemi. in c. primo, vbi etiam Philip. Fran. in prin. c. de restitut. spolia. lib. 6. c. frequens. & ibi Gemini. 54. distinct. Roman, consi. 263. viso. Felyn. in proœ. Decret. Rex pacificus, post nu. 3. ver. Idem si dicat assiduà. Assiduè. i. sæpe, seu crebro, prout in l. Mæuia. §. vxore, ff. de an. lega. vbi etiam iunct. gloss. in ver. difficile, elicitur quòd assiduè, & raro, opponuntur. Glos. concor. super rub. de Causis, post princ. in ver. iugiter. Assiduus studiorū exactor, i. præceptor, seu pędagogus, qui semper apud pueros edocendos, & erudiendos assistit, de quo per Quintil. lib. 1. c. 3. Assidui fideiussores dicebantur locupletes, nunc Burgesiacā cautionem dicimus. Gellius lib. 15. & Bud. in annot. in Pandect. super l. vlt. ff. de pigno. actio. vbi subdit. Assiduus in ... tabulis. & pro locuplete, & facilè munus facie... dictus ab assibus, seu ab asseuel. ære dādo, cu... tempore Reipub. postularent, aut a muneris familiari copia faciendi assiduitate. Paris. con... 61. Ad resolutionem, num. 18. lib. 1.

ASSISTVNT. Astant, præsentes se exhi... coram sunt. sic 3. Reg. c. 12. Cumq. abijsset P... lus mijt consilium Rex Roboam cum senior... qui assistebāt coram Salomone

assistunt [a] ad ho...
vt quæ

patre eius. & post, Qui derelinquit consiliu... num, quod dederant ei, & habuit adolescētes ... nutriti erant cum eo, & assistebant illi. Cæs... 6. Belli Galli. Filium in puerili ætate in publi... conspectu patris assistere turpe ducant, c. nō... uenitur. post princ. & c. seq. ver. quis enim ... 33. q. 4. Teren. in Adelph. Hic propter hun... ste. Virgil. 4. Aeneid. Ac Libiæ citus assi... Ouid. 7. Metamorph. Rectoque assisteret ... Quintili. lib. 1. c. 1. Si assiduus studiorum e... astiterit. & iux. tex. in l. vni. iux. lectu. Luc. d... ibi in versic. assidere. aliàs assistere. C. de ... scrinio. lib. 10. Zachar. c. 4. in fi.

a AD hoc. Idest ad effectum eorum, quæ ... tur. simile in. c. 1. in princ. de seq. poss. in c. a... 89. dist. Ad hoc, significat nonnunquā præ... Plin. epistol. 154. Ad hoc salubritas cœli, s... quies. Idem in Panegy. Ad hæc tum assidu... Alibi accipitur pro iuxta hoc, seu secund... Bar. in extra. Ad reprim. in ver. ad hoc. l. iux... §. ad hæc. & ibi Luc. de Pen. exponit, id ... hoc. C. de silentia lib. duodecimo. Et illa di... causam finalē demonstrat. cle. ut hi qui d... di. in 1. not. de æta. & quali. cap. ut animarum. const. lib. 6.

a CIRCA. Pro erga, seu quoad. & exponen... erga, seu quoad salubrem directionem. Sic & l. nequicquam. §. circa aduocatos, ff. de offi. p... l. circa eum, ff. de probatio. c. ut circa. de elec... 6. Vel pro in, dicamus in salubri directione... uius lib. 9. ab vrbe condita. Nam & circa ... defecerat. l. circa, ff. de inoff. testa. l. si cum d... §. si. ff. solu. matrim. Circa etiam pro circum... seu propè, prout Num. c. 13. Chananeus ver... ratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis. ... c. 6. Et nemus, quod circa arā est, succide. & ... Insidiæ quoque, quę circa urbem erant, pa... se aperire cœperunt. Quintilia. lib. 6. c. 13. ...

circa [a]

næ autem erant circa forum versi. Erat autem familia pu... circa portas, & muros disposita. ff. de offic. p... vigil. vni, in princip. ff. de ripa munien. Circ... nunquam tempus significat. Hora. 4. Carm. ... 1. Circa lustra decem. cap. continebatur. ue... autem fuerit ętati ꝓxima, ut in vndecimū, ... ca duodecimū annum. de despon. impu. Re... de hac dictione, circa, vide per gl. Archid. & ... in cap. 1. §. officiales, de offic. ordin. libro se... latè per Alberic. in Diction. sub hoc ver...

Ad unum tamen, quo ad praxim Romanam, aduertendum est, quod si defectum etatis patiens in rescripto dicat, In duodecimo, vel circa, suę ętatis anno constitutus. Pragmatici dicunt, quod non sit subreptitiũ rescriptum, si in vndecimo anno constitutus sit, & sic pp verbum, vel circa, volunt impugnari non posse beneficij impetrationẽ, vel aliã gratiam, ẽt si orator sit in vndecimo anno. Alij dicunt pp hanc clausulã, Vel circa, extensionẽ nõ fieri vltra sex mẽses ad plus, arg. tex. in l. non tantũ. in princip. & ibi glo. in ver. semestre. ff. de excusatio. tutorum. Alberi. de Rosa. in Dictio. in versi. circa finem anni. Tertia opinio est, quòd non sex mẽses, sed aliquid ultra operetur verbum, circa, iuxta tex. in §. quantaigitur. ibi, Et circa quinquaginta annos, in auth. quomo. opor. Episco. Ange. consi. 117. visis, post prin. Docto. in alleg. c. continebatur. §. seu versi. si autẽ, de despon. impube. Quarta opi. est vt hæc dictio circa quantum importet circa tempus numerum vel mensuram remittatur arbitrio iudicis, vt post Ange. consi. 124. respondit Alex. consi. 82. ad fin. vol. 7. respondens iudicis arbitrio remitti declarare quæ prædia contineãtur sub concessione facta de prædijs centum tornaturarum, vel circa. Quinta opi. est quod dictio, circa, sit incerta, & nihil operetur, seu nihil probet, est tex. in c. fin. de despon. impube. & ibi Anto. de But. declarat sæpe solere testimonium huiusmodi aliquem possedisse decem annis si vel circa, reijci. & Bart. sequitur Cur. Iun. consi. 144. nu. 4. Idem ẽt voluit Rui. cõs. 10. nu. 3. vol. 5. Et non probare dixit Guid. Papæ dec. 290. libello. & singu. 436. quem sequutus est Rebuf. in praxi benefi. titu. de dispen. ratione æta. in versi. vel circa. num. 5. & seq. Idem sensit Alex. consil. 149. viso, nu. 17. volumn. quinto. Tenenda opin. erit, quòd remittatur arbitrio Iudicis, quid iuxta subiectam materiam dictio huiusmodi operari debeat, per gl. in c. 1. in fi. in ver. circa, de offic. ordi. lib. 6. & per alia supra adducta, ac per Alex. consi. 88. nu. 15. uol. 6. per Cæpo. con. ciui. vlt. nu. 33. ac per Rebuf. iu praxi benefi. tit. de disp. ratio. æta. in ver. seu circa. nu. 3. Omnes præmissæ opin. facilè substineri possunt. quæ autem præsertim circa dictam clausulã in rescripto uerior sit, hic non aperio, ex quo in Rota discutiendũ veniet dubiũ ĩ cã Taruisina Feudi, quomodo interpretanda sint illa verba, quinquaginta campi, uel circa, in qua causa ego scribam pro Domino Petro Trappolino nobili Patauino. Non si per testes probanda sit, puta homicidium perpetratum fuit hora prima noctis, testes ad defensam deponit, quod hora prima, vel circa accusatus de homicidio erat alibi, quàm in loco commissi delicti, an inducatur probatio ad excusandum reũ? Anto. de But. sentit pro negatiua in c. fin. de desp. impub. & Corn. consi. 179. col. fi. lib. 3. sequitur Aegid. Boss. in praxi crimin. titu. de defensio. reo. nu. 27. & seq. subdens dictionem circa denotare modicum ante, & modicum post arbitrio iudicis, ut per Alex. in l. & si post tres ff. si quis cautio. ac consilio. 88. column. 6. volum. quinto. De hac dictione, circa, uide Albe. ĩ Dictio. & Alber. de Perga. nu. 14. vtrunq. sub hoc uer.

salubrem [a] ipsius officij

a SALVBREM. Vtilem, proficuam. sic 2. Machabæ. c. 12. in fi. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. Quæ pulcherrima sententia hereticorum modernorum falsas, ac impias opiniones subuertit. In eadem significatione accepit Liuius 3. ab Vrbe cond. Et trahi bellum salubriter, & maturè potest l. nec ei, §. & primum. ibi, An salubris adoptio possit pupillo intelligi. ff. de adoptio. l. quidam decedens, uersi. Sed viris bonis conueniet salubre consilium matris admittere. ff. de admi. tut. c. suppliciter, ibi salubri consilio pertractantes, 23. q. 8. Colum. lib. 1. c. 2. Quòd si uoto fortuna subscribet, agrum habemus salubri cœlo. i. salubri, ac bono, seu sano aere. c. illa, post prin. 12. dist. c. nullus, in fi. 55. dist. cle. 2. §. 1. de relig. domi. l. certa forma, ubi Luc. de Pen. uersus fi. in uer. salubriter, C. de iu. fi. li. x. Plin. lib. 8. c. 27. Chelidoniam uisui saluberrimam hirundines mõstrauere. c. saluberrimũ. 1. q. 7. Alibi salubre interpretamur sanitatis effectiuum. Aristo. 2. lib. Topico in 5. loco Salubre itẽ pro sano usurpauit Salustius in Bello Iugurtino ĩ Africæ descriptione. Genus hominum salubri corpore. Cice. ad Dolobel. lib. 9. Gratulor Baijs nostris, si quidẽ, ut scribis, salubres repẽte factæ sunt Cæsar lib. 3. Belli Ciui. post princ. Et grauis autunnus in Apulia, circunq; Brundusium ex saluberrimis Galliæ, & Hispaniæ regionib. oẽm exercitum ualetudinem tentauerat. l. 1. §. 1. ff. de cloa. Item salubrem. i. salutem afferentem, seu salutis uberem, cle. dudum. §. nos autem pij, iun. gl. in uer. salubrẽ de sepul. Nonnulli inter salubre, & sanum, hanc constituunt differentiam, ut salubre dicatur, quod saluti conducit, ut saluber, seu salubris aer, cibus, exercitatio, & huiusmodi. Sanus autem dr, cui salus inest, ut homo sanus, animal sanum, corpus sanũ ut in l. j. §. sed sciẽdum. & §. exemplo, in pluri b. locis. l. Põponius, in fi. l. si cui lingua. l. idem Offilius, in prin. & l. qui clauum, §. fi. ff. de ędili. edi. & in alijs seq. Rursus salubre, quod dat. Sanũ quod accipit salutem. Aliquando uerò hæc confunduntur; unde dicimus sanum cibum, sanum potum, & salubre corpus, prout apud Salustium, & alios ubi supra. Saluber antitethon pestiferum, seu pestilẽs Victruuius lib. j. c. 4. Ex eo, quod æstate non solũ ĩ pestilentibus locis, sed etiam in salubrib. omnia corpora calore fiunt imbecillia.

a DIRECTIONEM. Gubernaculum, normã administrationem, ordinem. Genes. cap. 39. in fin. Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat 2. Reg. cap. 10.

directionem [a]

Prouerbio. cap. decimosexto. Cor hominis disponit uiam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Iudith. capi. decimo. Orabat ad Dominum Deum Israel, ut dirigeret uiam eius ad liberationẽ populi sui. Psalm. septimo. Et dirigens iustum scrutans corda, & renes Deus. Psalm. uigesimoquarto. Diriget mansuetos in iudicio. Psalmus 26.

Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semitam recti propter inimicos meos. l. exigendi, versicu. Aut quòd filius etiam si vltro actionẽ patris nomine dirigat, &c. C. de procurato. Virgil. qui fortè à verbis Iudith cap. 13. de quibus supra, desumpsit, dum 6. Aeneid. dixit, Dardana, qui Paridis direxit tela, manusque Corpus in Æacide. idem Virgil. Aenei. 7. Direxere, acies, Directio ad virtutem tendi. Quintil. libro 3. cap. 6. & ca. 7. in fi. Dirigere propriè est obliquum emendare. Plin. in Panegy. Nam vita Principis censura est, eaque perpetua, ad hanc conuertimur, nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Tuum erit dignissimè Regens, si qua obliqua in hoc officio repereris (reperies enim si oculis, vt aiunt, linceis intuearis) omnia illa emendare. Sed vtinam directio huius tui officij non immutetur in eius oppositum, videlicet in retrogradationem, ipsumque officiũ non directum, sed retrogradum (prout sex planetis contingere solet) efficiatur. Verumque reddatur illud, Omnium rerum vicissitudo. Vel si cum Philosopho cap. 7. de incessu animalium, in princip. definiamus flexum esse de recto ad curuum, aut ad angulum mutationem. Directionem verò ex alterutro horum ad rectum. Cura tu prudentissime Regẽs vt tribunal hoc stet, ac ne ex recto ad curuum, vel ad angulum deueniat. Cura item vt officium istud recto sacræ Rotæ tribunali tamquàm huius, & aliorum officiorum fratrũ suorum Domino incuruetur, iuxta illud Genes. c. 27. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. Rursus, vt tribunal hoc tuum in suo angulo persistat, nec quæ aliorũ sunt tribunalium, sibi applicet. Nec angulum acutum, vel potius rectum in obtusum cõmutari patiatur.

a IN dies. Quotidie, seu per singulos dies, vt sup. in gl. in ver. per singulos dies.

b CONTINGVNT. Accidunt, eueniunt. Cicero 1. officio. Multi enim sæpè quæsiuerunt propter

in dies[a] contingunt[b]

gloriæ cupiditatem, atque id in magnis animis, ingenijsque plerumque contingit. Et libro quinto. Tuscula. Quod non modo singulis hominibus, sed doctissimis Philosophis contingit. l. j. §. 1. ff. de legat. 3. cap. cum contingat. de æta. & qualitat. ca. cum contingat, de iureiuran. Contingere alibi pro concernere interpretamur, prout in cap. primo. in fin. ibi, Præsertim vbi crimen, quod eis obijcitur causam de qua agitur, contingere non videtur. vbi etiam Inno. de exceptio. Liuius lib. 10. Belli Macedon. Rectè, an perperam fecerint ipsis, satis facti rationem reddent, meam causam, quæ nihil eo facto contingit ne misceris. Portio quæ me contingit idest mihi debetur, seu est mihi debita. Lucæ cap. 15. Pater da mihi portionem substantię quæ me contingit. De parte pretij alicui contingente loquitur text. in l. domino. ff. ad senatuscõsul. Sylla. Crimine contingi. l. 1. ibi, si crimine contingantur, iuxta veram lecturam. ff. de seru. fugi. Aliter accipitur verbum, contigerit, in l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius. Contingere etiam trifariè dicimus, vt docet Philosoph. Priorum, lib. primo cap. 4. Est enim contingẽs necessarium, puta omne graue tendere deorsum, & hoc semper. Item impossibile est mortuum ambulare, contingit ergo semper mortuum non ambulare. Contingit item aliquando hominem ambulare, aliquando non ambulare, idest possibile est, quòd homo ambulet, vel non ambulet, & tunc possibile, & contingens idem significabunt. Rursus aliqua contingunt frequenter, vt hominem quinis digitis na... Aut in senectute canescere. Aliqua rarius, vt fodiendo thesaurum offendere. Tertium contingens (de quo supra) vocatur ex ęquo, vt ambulare vel non ambulare. Sedere, vel stare. Pro quibus vide etiam Aristo. de Interpreta. sectio. 2. tex. 10. & sequen. & sectio. 4. tex. 6. & vtrobique ... Ammonium, & alibi sæpe. Contingens etiam ... necessarium opposita, ac contingens, & possibile media inter necessarium, & impossibile e... quiunt. De contingenti, & propositionum ... dum contingens conuersionibus, vbi etiam ... contingens, & contingere cum non sit necessarium, si ponatur in esse, nihil erit propter ... impossibile. Aristot. Priorum, lib. 1. ca. 13. ... alijs seq.

a COMMODE. Aduerbium est quali... congruè, facile, sine molestia, aptè, oppor... seu optimè. Cice. in Verrem, actio. 2. Veru... hoc adhuc percommode cadit, quòd cum ... dibili eius audacia, singularis stultitia coniu... & actio. 7. Nullam tibi obijcio fortunam ... quod cæterorum res minus commodè gestas referas. l.

commode referre[b]

nepos Proculo. in princip. & fi. ff. de verborum signi. c. quamuis ... Quam cito commode poterit. de offi. ordi. ... c. cupientes. in princip. vbi etiam glo. in ver. com... modè. de electio. eod. lib. D. meus in l. vni. ... 18. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Commodè item. i. tutò, seu securè. Cæsar. lib. 4. Belli Ga... vers. fi. Duodecim nauib. amissis reliquis ad na... gare commodè posset effecit.

b REFERRE. Renunciare, reportare, qua... troferre. Et referre. i. narrare, seu indicare. Virg. ... Aeneid. Referes ergo hæc, & nuncius ibis Pe... genitori. l. vni. §. pen. ff. de off. præfe. vrb. ... Et ad referendũ sibi quod vbiq; agetur. Referre i. recensere. l. vni. post prin. vbi gl. supplet, de ... tu. ff. de offi. q. clemen. 2. in princ. de censi. Ve... cõsultationem ponere, seu decernẽda proponi... Cic. 2. Catilin. Reliquis autem de rebus consti... dis, maturandis, agendis ad Senatum referam. & ad Atticum lib. 3. Et quare octo trib. pleb. ... Senatũ de me referre non dubitarint. Cæsar. ... Belli ci. De quib. reb. Seruilius Consul. ad Sena... retulit. Et de aliqua re ad Senatũ referre. Bud... l. 3. ff. de leg. Virg. 3. Aeneid. Delectos popu... pceres, primũq; paretẽ mõstra Deũ refero. De ... latione Principi faciẽda habemus simile text. ... moris. §. sed. n. ver. Sed hoc non potest efficere ...

sententiam dixerit, verum referre ad Principē debet, vt ex auctoritate eius pœna aut permutetur, aut liberetur. ff. de pęnis. Et de relatione Principi facienda habemus in iure ciuili, titulum. C. de relatio. & in l. quę ex relationibus iudicum. C. de legib. In iure vero canonico titu. de appella. recusa. & relatio. vbi hæc tria æquiparantur quoad effectum suspendendi, & vt nihil possit innouari. Abb. post Io. An. super dicta rub. no. 1. Et q̄ relatio suspēdat iurisdictioni est tex. in c. licet. de offi. dele. pro quo: & quod relatione facta officium iudicis quiescat, & nihil interim ante Principis decisionem fieri debeat concludunt Hostien. & Io. And. in cap. legitima. in glo. in ver. assignata. de appe ll. lib. 6. Fran. post alios super rub. de appell. post prin. & in cap. cum speciali. num. 47. eo. titu. ac Rui. cons. 172. circa num. 7. & seq. vol. 4. & cons. 77. ad ea. in princ. vol. 5. Et adeo iudex pendente relatione, factaq; illius præsentatione Principi malè procederet, vt eius processus, & sententia sint ipso iure nulli, iuxta tex. in cap. licet. de offi. deleg. quicquid voluerint Bart. in l. ad Principem. per illum tex. & Ang. ff. de appel. idem Ange. in l. 1. §. quæsitum eo. titu. ac Dec. Tholo. 480. & Stepha. Aufre. in addi. ad eā versus medium. vers. Plus operatur. qui tenuerunt processum valere, & requiri appellationem ab eo. per tex. in l. 1. C. de relatio. Non enim sequitur, potest interuenire appellatio, ergo processus valet, potest enim a sñia nulla appellari. c. dilecto. de appel. & ex appellatione a sententia nulla aliquis resultat effectus, vt per Alex. in l. 2. num. 21. C. de bon. poss. con. tab. Melius sensit Fran. Malle. c. intimasti. nu. 19. vers. Tu adde. de appel. pro quo citat Hostien. Specu. Ioā. And. & alios, de quibus ibi. Relatio autem ad superiorē multis ex causis fieri potest, quorum duos expressè ponere videtur Phil. Fran. in c. intimasti. in glo. in ver. Onus. num. 5. de appel. vers. In eadem. Maran. verò in suo Spec. in 3. par. 6. par. princ. quæst. 1. num. 7. ponit quinque species relationis. Duæ mihi frequentiores, & magis obseruandæ videntur, quarum altera est quando Papa rescribit, Audiat N. & referat, vel sic: Audiat N. & procedat vsque ad sententiam diffinitiuam exclusiuè, & referat. iuxta tex. & ibi Doct. in cap. constitutus. de appell. Altera verò contingere solet quando sumus circa respicientia fidem, vel circa aliquod graue, & scandalosum, vnde exēplare delictum, uel vbi declaratio ipsius Principis expectanda veniret quasi necessariò, puta super interpretatione alicuius canonis, vel deuoti concilij Tridētini nuper celebrati, vel alicuius constitutionis nouiter ab ipso summo Pontifice promulgatæ, eius est enim declarare, cuius & legem condere. l. fi. C. de legib. ca. inter alia. de senten. excom. glo. in clem. 1. in ver. sepelire. in princ. vbi q̄ aliqua sunt dubia, quæ Principis declarationem plusquam glossantis opinionem exposcunt, de sepult. Nec quis putet, quòd super quolibet dubio, etiam difficili hodie liceat uel soleat deueniri ad relationem Principi faciendam iuxta tex. in l. 1. & ibi per Bar. & alios. C. de relatio. & in cap. intimasti. de appell. per Maran. vbi supra. num. 7. qui nescit difficilia soluere abstineat a iudicandi munere, vel quærat officia debiliora iuxta proportionem suarum virium, & sui ingenij, iuxta illud Horatianum, quidam ferant humeri. Aliud est genus relationis, & hoc spiritale, & animæ valde conferens, de quo in ca. diaconi ecclesiæ sint tanquam oculi episcopi oberrantes, & circumlustrantes cum verecūdia, actus totius ecclesię per scrutantes diligentius si quem viderint fieri vicinū præcipitio, & proximum esse peccato, vt referant hoc ad Episcopum, &c. Similis cura præcipua esse debet Regentis, Vicarij Papæ, Gubernatoris, ac Senatoris vrbis, & aliorum, quibus vrbis, & orbis regimen commissum est. Referre gratiam. Cęsar libro 5. Belli Galli. Et Cæsari pro eius meritis gratiā referre. Referre acceptum, vel acceptum ferre, & referre rationes, quid significet, habemus text. in l. talis. §. socer, ff. de iur. dotium. & ibi per Bud. & per eundem Budæum in l. si prior. ff. qui potio. in pig. habe. l. lex Iulia. versi. illud quoque cauetur ne acceptum feratur. vbi etiam idem Bud. ff. ad leg. Iul. repetundarum. Referre, pro respondere. Cice. pro Cecin. Ego enim tibi refero, si non sum ex eo loco deiectus &c. l. sanctum. ad finem. ff. de rerum diuis. Referre pro assimilare. Virgil. 4. Aenei. Qui te tantum ore referret, id est tibi similis esset facie, vel aspectu, ac corpore, non autem animo. Fatuum autem est dicere, quòd ita accipiatur in allega. l. talis. §. socer. ff. de iur. dotium. ubi glo. legit referri exponens, id est assimilari, in quem errorem lapsus fuit etiam Alberi. de Rosa. in Diction. in ver. referri, id est assimilari. Legendum est enim referre. & declara, ut per Bud. Referre pedem, id est pedem retrahere, seu cedere. Cæsar lib. 4. Belli Galli. Et insitato genere tormentorum permoti Barbari constiterunt, ac paulummodo pedem retulerunt. & libro 2. Belli ciui. Atque his imperat, ut simulatione timoris paulatim cedant, ac pedem referant. Quē loquendi modum eleganter etiam vsurpamus, pro eo quod est, ab incœptis desistere.

a POSSIT. Posse non dicitur qui commodè non potest. l. filius. ff. de condi. instit. l. Nesennius. ff. de re iudi. l. non aliter. ff. de vsu, & habi. l. nepos quæ est 135. ff. de verborum sign. l. rogo. quæ est 29. ff. quan. di. leg. ced. glo. in uer. non possit, §. eadem. Instit. de offic. iudi. c. cum teneamur, cum glo. in uer. si non potest. de præben. cap. faciat homo, cum glos. 2. 22. q. 2. Verbo, potest, hic posito additur aduerbium, commodè, & sic expressum vltra tacitum aliquid operari debet. l. fin. C. de nouatio. l. a Titio. ff. de fur. ubi si res expressè legatur, dominium in legatariū transit, secus in tacito relicto. Bartol. in l. emptor. §. ancilla. versic. ex quo. nota. ff. de rei vendicatio. & in l. seruum filij. §. fin. in fi. ff. de leg. 1. Sic & expressa renunciatio plus ualet, quàm tacita, gl. in clemen. sæpè. §. fin. in uer. partibus. de uerb. sign. Pau. Cast. in l. 1. nu. 6. ubi quod plus operatur expressa repudiatio, quàm tacita. C. qui admit. l. expressa. & ibi glo. & latè Præceptor meus Dominus Philip. Dec. nume. quinto, cum pluribus sequen. ff. de reg. iur. Dicimus etiam, q̄ tacito, & expresso concurrentibus, seu aduersantibus, quando necesse est alterum

possit[a]

tolli

tolli è medio, expreſſum uinci t tacitũ.l.2.§.ſi duo. iun.ſum.Bar.ff.de bon.poſſ.ſecun. tabu. l.penulti. iun.glo.in ver.ſubſtitutus.ff.de iniu.& irri. teſtam. ubi ſubſtitutus ex quo venit ex expreſſa volunta te teſtatoris, præfertur coniuncto, qui venit ex taci ta.l.uni.§.in primo.iun.ſum.Bal.& §.ſeq. C.de cadu.tollen.authen.hoc amplius.C.de fideicom.l.cũ ex filio.§.filio impuberi. & ibi Iaſ. in 1.not. ubi ex ijs limitari dicit regulam illam, quòd taciti, & expreſſi ſit par uirtus.ff.de uulg.& pup.Ex præmiſſis ſequitur, q mens Papæ videtur fuiſſe, ut unus ex Cardinalibus huic officio præficeretur qui dies, nocteque aſſiſtunt ſummo Pontifici, facilemq; habent aditum, facultatem, & commoditatem referendi ea, quæ dietim accidunt, & ſic de illis tãtum Cardinalibus intelligẽdum eſſe videtur, ad ea quæ ponderaui ſupra in gloſ.in ver. qui. quod apertius colligetur ſi ponderabimus illa uerba, aſſiduè aſſi ſtant. Et ſic excludantur alij Cardinales Romę, ſed non apud ſummum Pontificem continuè exiſtentes. Fortius excludantur ij, qui non ſunt in Rom. Cur. Breuiter contrarium eſt concludendum, q imò Papa ſenſerit de vno ex Collegio Cardinaliũ, de quibus præmiſerat, vt etiam ponderaui ſupra in glo.in verſ.ex eiſdem Cardinalibus. Et quilibet Cardinalis dicitur Papæ, vt coadiutor in executione officij ſacerdotalis aſſiſtere.cap. fundamenta.§. decet namque. de elect.lib.6. Et Cardinales cenſentur membra ipſius Papæ. Et accidens eſt, vel quid contingens, vt vnus Cardinalis magis altero Papæ continuè aſſiſtat. Imò etiam in ijs rerum viciſſitudines ſæpè videmus. Nec refert, an Cardinales continuè ſint in præſentia Papæ, an in vrbe. In dies enim ſummum Pontificem adire poſſunt, ſaltem vocati. Et illi qui extra Romanam Curiam ſunt, ad eam reuocari poſſunt, prout quotidie eorum aliquis reuocatur. Inſuper ſaltẽ in habitu.& in potentia omnes Cardinales lateri Papæ aſſiduè aſſiſtunt, non ſecus ac membra ſuo capiti coniuncta. Huc pertinent, quæ not. Gemi.in ca.1. num.2.de reſtit.ſpoliat.lib.6.vbi voluit aſſiduum etiam dici, quod non ſit continuato tempore, ſed interpolato. vide quæ ſcripſi ſupra hoc §.in ver. aſſiduè. Poteſt, etiam quandoque accipitur pro debet.ad tex.in l.1.ad finem. ff.an per alium cau. appel.& in l.1.iun.gloſ.fin. ff.qui de rebus adeun. iudi.ea.l.ſi mandauerò,§. fi.iun.glo. in verſic. ita poteſt.ff.manda.auth.ſed & periculum. iunc.gloſ. in ver.poteſt.C.ſine cenſ.vel reliq. Auguſt. Bero. in cap.quoniam contra.num.144.de proba. Alber. in Dictio.in ver.poteſt, aliquando exponitur.i.debet, & non poteſt, exponunt.i.nõ præſumitur poſſe, advitandum abſurdum.cap.quanto. vbi gloſ.& Abb.d e præſump.ſequitur Iaſ. in l. Gallus. nu.24. ff.de lib e.& poſthu.

a ITA VT. Ita quòd. Sic accipitur. Geneſ.ca.19. Ita vt oſtium inuenire non poſſent. num.34. Qui circuibant auſtralẽ plagam per Scenſum ſcorpionis, ita vt tranſeat in Senna, & perueniant ad meridiem. Columel.li.4. cap.2. Quòd mergi mox facile radicantur, ita vt quæque vitis, &c.l.2.§.ideoque.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.l.penult. §.quiſquis. ff.de lega Bart.conſil.4.factum tale eſt, quidam Domin... num.2.Ita ut, aliquando ſumitur, pro ſicut. l.c... dam teſtamento.in princip.ff.de leg.1. Idem in ...ctione, ita, ut in l.quæſitum.§.peto, & l.qui ha... bat.ff.de leg.3.Per hanc dictionem, ita, compa... tio plerumque, ſeu ſimilitudo deſignatur. Cic. de Orat. Vt quiſque Græcè optimè ſciret, ita eſſe nequiſſimum &c. Ita vt, non facit conditionem. l. libertas. verſ. Et... adiectionem, ita vt, ff.de manu.teſtam. Ita ta... uerba quomodo accipiant tracto in 28.quæſt... reg. nu. 5.

ita vt [a]

ſicut

a SICVT. i.quemadmodum exemplificatiuè. ... Prouerb.cap.26. Sicut oſtium vertitur in car... ſuo, ita piger in lectulo ſuo.& poſtea, Sicut qui ... prehendit auribns canem, &c.l.penul. iunc.g... ff.quan.actio de pecu.anna. eſt.l.cauſa cogn... glo. in ver. quemadmodum. ff.de vulg.l.ſi t... quæ eſt 20.cum gloſ. hoc ver.ff.de lega. pra... Hæc dictio ſimilitudinem etiam inducit, & co... parationem ad ſupra adducta, vt videre eſt Ge... cap.22. Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſ... cœli.& cap.26.poſt prin.Exo.ca.3. Loquebatur Dominus cũ Moiſe facie ad faciem, ſicut lo... qui homo ad amicum ſuum.Eccleſiaſtes c.u... ba ſapientum ſicut ſtimuli, & quaſi claui in... defixi.l.ſicut annos.ff.qui.mo.vſufru.ami... de actio.emp.c.damnamus, §.cum igitur, c... Trini.cap.fi.14.diſtin.c.ſicut.15.diſtin.Exe... catiuè etiam ponitur, l.Pomponius, iun.gl... ædil.edi.l.1.§.quædam præterea.ff.de re.di... quando conditionaliter, nonnunquam ca... cap.ſicut ſine prauitate, de confir.vti. uel in... etiam Abb.cap.quoniam Abb.cum glo.fi.de... de leg.Glo.Pragma.de collatio.§.cui rei, in ve... cuti. Amplius pro tamquam ſumitur, glo.de Pa... Conſtan.in ver.ſicut. Nonnunquam non ſimilitu... dinem, ſed diuerſitatem, imò contrarietatem de... tat. Quintil.lib.10.cap.1. Sed hæc eloquendi p... cepta ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita no... tis ad vim dicendi valeant. Idem lib.1.cap.... ſicut firmiores in literis profectus alit æmul... ita incipientibus, atque adhuc teneris condi... lorum, quàm præceptorum iucundior hoc ip... facilior imitatio eſt. Quandoque non ſimil... nem, & improprietatem, ſed ipſam veritatem ... gnat, prout probat tex.pulcherrimus in ſacra ... na, Matthæi cap.7.in fin. Erat autem docens ... ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ ... & phariſæi. Quis negabit quin Ieſus in eos ... docebat, & omnes alios poteſtatem haberet, & ... beat? Ad idem adduco tex.in cap.1.colum.pe... verſic.Electus tamen, ſicut verus Papa obtine... ctoritatem regendi Romanam Eccleſiam.... De hac dictione, ſicut, & ſimilibus, vide etiã ... de Pen.in l.negotiantes, C.de excu.mune.li... & in l.uni.C.de capl, ciui.cenſi.exi. colu.2. in... ſicut, libro undecimo. Sicut quandoque in ... ſonat, quandoque in minus.cap.præcipuè, vb... chidiaco.& Geminia.in uer.ſicut, ponderan... uerba Fias cunctis, ſicut Ethnicus, & publica...

11.quæ...

11. quæstio. 3. Et quando dictio, sicut, non possit notare omnimodam similitudinem, est text. optimus in sacra pagina, Estote perfecti sicut pater vester perfectus est: quis enim perfectus esse potest sicut Deus.

a PERSONA. Quomodo personæ dictio accipiatur, declaratur supra in §. nos qui, in ver. personis, & in hoc §. in ver. psona. Hic psona accipit, prout in l. hereditas. ff. de acq. rer. do. ibi, Non hrdis psonã, sed defuncti substinet. & Instit. de hæred. instit. §. seruus etiam alienus, versicu. Nondum enim adita hæreditas personæ vicem substinet, non heredis futuri, sed defuncti.

persona a

a ANTEA. i. ante hunc diem, ante erectionẽ huius officij Regentatus. Cic. Lentulo li. 1. Appius in sermonibus antea dictabat, postea dixit etiã in Senatu palã. & ad tex. in proœ. ff. §. Antea quidem, & §. fuerat antea. Insti. de actio. l. pen. ibi, Sed etiam antea. ff. de condi. triti. l. cum antea. C. de arbit.

ipsius Auditoris, quæ antea a simplicis clerici b

b SIMPLICIS clerici.) Non intelligas simplicis. i. insipidi, fatui, seu ignari, vel ignaui, iuxta tex. in l. 1. in princ. ff. de dolo. l. si quis, in prin. ff. ad Macedon. & in l. si pupilli, §. si quis ita simpliciter vexatus. ff. neg. gest. l. cum de indebito, vers. Si autem is. ibi, vel alia simplicitate gauderes. ff. de probat. l. tutor, §. qui ob animi segnitiem. ff. de suspe. tuto. cap. tanta, versic. Sed quia simplicitatem tuam, & ad fi. 86. distin. c. Petrus diaconus, vbi etiam gl. & Archidiac. 39. distin. Simplex etiam credulus dicitur, seu qui facilè credit. cap. innocens credit omni verbo, iun. glo. 1. in princ. 22. quæstio. 4. clemen. 2. in princ. ibi, Vt simplices decipiantur, & ibidẽ Cardin. in 2. not. de pœnit. & remis. Non solum absurdum fuisset Auditorem Cameræ talis simplicitatis defectu laborare, imò & quemlibet Iudicem, ut supra ostendimus, dum discutiebamus qualis esse debeat Iudex, seu iuri reddendo præpositus. Nec etiam simplex hic accipi potest iuxta illud Iob ca. primo. in princ. Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deũ, & parum post. Nunquid cõsiderasti seruum meũ Iob, q non sit ei similis in terra homo simplex, & rectus &c. Prouerb. cap. 2. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea, impij verò de terra perdentur. Hiero. ad Paulinũ, & cap. si cupis. 16. q. 1. vbi bona gl. in ver. simplicitatem. Et illa simplicitas est laudanda, & est amica legibus, l. fi. §. tales itaque. C. de furt. cap. sancta. ubi glo. 7. quæst. 2. clem. 2. de pęni. & remis. de qua proximè, & 3. Reg. cap. 9. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus in simplicitate cordis, & in æquitate, &c. ac 1. Paralipo. ca. 29. Scio Deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas. 1. Machab. 2. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore Leonum, cap. veritatis amica simplicitas, de iureiur. §. sed quia stipulationes. Institu. de fideicom. hæredi. & Institu. de legi. agna. succes. vers. Et hæc quidem lex. Simplicitas duplicitati cordis, simulationi, fraudi, malitiæ, illusioni, iniustitiæ, supplantationi, iniuriæ, ac falso opponitur, prout Prouerb. cap. 3. ad fi. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius, quia abhominatio est Domini omnis illusor, & cũ simplicibus sermocinatio eius, cap. 11. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. & paulo post, Iustitia simplicius diriget viam eius, & in impietate sua corruet impius. capit. 18. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. cap. 19. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia sua, & cap. seq. Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquit. ca. 26. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis. cap. 28. Melior est pauper &c. & postea, Qui ambulat simpliciter, sanus erit: qui peruersis graditur vijs concidet semel. Ecclesiast. cap. 2. Vęh duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccato in terram ingredienti duabus vijs. cap. ex merito, ad fi. 6. q. 1. Cardi. post Lap. in alle. clem. 2. in 1. oppo. num. 5. de pęni. & remis. Abb. in cap. super literis, post nume. 5. de rescri. & ibidem magis ad rem apostill. 2. in ver. simplicitas. Sic & apud Cicero. de senectu. Et cum simplex animi natura esset, neque haberet quicquam admixtum dispar sui, atq; dissimile, non posse eum diuidi. Idem 2. de Finibus. His indiciis inducti omnia vera diligimus. i. fidelia, simplicia, constantia, tum vana, falsa, fallẽtia odimus, ut fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Simplex hoc modo dicitur, qui sine plica est. i. sine fraude, & hęc est illa simplicitas columbina, & sancta, de qua loquutus est Dominus noster, vt supra. De hac simplicitate scribit Grego. Homil. 30. In columba spiritus sanctus, & in igne monstratus est, quia omnes quos repleuerit simplices, & ardẽtes facit; simplices puritate, & ardentes æmulatione: neq; enim placere Deo aut simplicitas sine zelo, aut zelus sine simplicitate ualeat. & 12. libro Moralium, nihil simplici corde facilius est, quod innocentiam erga alios exhibet; nihil est, quod pati ab aliis formidet. habet enim quasi arcem quãdam fortitudinis simplicitatem suam. Simplex pro sincero, & vero. Familia. lib. 11. Caius Marius M. Tullio Ciceroni, ad fin. Quod tuum erga me animum simplicem atq; amicũ aperuisti. Simplicitas pro fide, seu constantia, & amore erga Deum. 1. Machab. cap. 2. Moriamur omnes in simplicitate nostra. Notandum est, q aliquando iura permittunt vti duplicitate, seu dolo malo, puta contra hostes: iuxta illud Virgil. Dolus, an virtus quis in hoste requirat? habemus tex. in l. 1. §. nõ fuit. ff. de dolo. sic & ad fraudem repellendam. iux. tex. in l. cum pater. §. Titio. ff. de legat. 2. Huc spectant verba Lapi Alleg. 51. in prin. & quæ ego ad illum in ver. ense, ensis, addo. Hinc dixit glo. in cap. cupientes. in princi. in uer. malign. de elect. lib. 6. quòd malitijs aduersarij, aliis malitijs est resistendum, quod procedit etiam in foro conscientiæ. ut per Philip. Fran. ibi. Quid autem si

Titius

Titius producat instrumentum falsum mutuò con
tra Meuium, & Meuius instrumentum solutionis
factæ Titio falsum? Dico quòd vterque puniri de-
bet, vt voluit Bal. in rub. C. de fi. instru. col. penul.
vers. Incidenter etiam. sequitur Ias. in §. bonæ fidei
1. colum. pen. Instit. de actio. Simplicitas nonnun-
quam subtilitati opponitur: vnde dicimus, libel-
los quosdã iuxta simplicitatem iuris canonici ad-
mitti, qui aliàs de rigore iuris, seu iuxta subtilitatẽ
corruerent, prout in casu, quem ponit Hostien. in
cap. cum contingat, colum. 3. vers. Quid igitur si di
xerit, conqueror de tali Episcopo, &c. de offi. dele.
quem sequitur Lap. alle. 51. dicebant, num. 9. Et de
hac simplicitate quæ opponitur subtilitati, seu dif
ficultati loquitur Imperator in alle. §. sed quia sti-
pulationes. Institu. de fideicom. hæred. simplicitas
nonnunquam excusat a delicto. Cardin. in clem. 1.
quæst. 39. de priuile. Fely. in cap. quoniam contra.
num. 11. de proba. Hyppo. de Marsi. sing. 287. in-
cipien. Tetigi. Et simplicitati succurrẽdum esse di
xerunt Bal. in l. 1. in prin. C. ne fil. pro patre, volens
simplices ita repetere, vt errantes. Cardi. in cle. 2.
in 2. not. de pœni. & remis. Hinc dixit Abb. in cap.
pastoralis. ad fi. & in c. dilecti. de iudi. ꝙ licèt per se
ipsum quis positionibus rñdere debeat, simplex tñ
per procuratorẽ suum respondere poterit. sequitur
Marsil. sing. 450. Postremò sciendum est iudicis ar
bitrio remitti, quæ simplicitas sit excusatione di-
gna, quæ not. Bal. super rub. C. de rer. permu. ver-
sus fi. And. Barba. consi. 6. col. 9. in fi. volum. 4. Sim
plex pignus quomodo accipiatur, vide text. in l. si
quis in aliena, in fi. & ibi glo. in ver. simplici pigno-
re. ff. de acquiren. re. domi. vbi etiam glo. declarat,
quis dicatur simplex debitor: simpliciter conueni-
re de hypotheca quid significet, vide text. in l. si
prior. §. si simpliciter. iun. glo. ff. qui potio. in pign.
habe. Simplex natura in nobis non est, hinc euenit,
ꝙ nulla res eadem, nos semper delectat, quòd si ali
cuius natura sit simplex, semper eadem operatio
iucundissima erit. Philosophus ad calcem 7. libro
Ethicorum. Hic exponamus simplicis clerici. i. pu
ri, non compositi, sic apud Horat. Ode vlt. libro 1.
Simplici myrto nihil allabores sedulus curo, sim-
plici myrto, i. cui nihil aliud adiungitur, Pli lib. 2.
cap. 53. Homini cibus vtilissimus simplex. Martial.
lib. 1. At tu dum potes innocens recede, iactis sim-
plicibus cibis in vndas. Sic iura vocant simplicem
canonicum, eum qui in ecclesia habet canonicatũ,
& præbendam, non autem dignitatem, cle. literas.
ibi, Quòd N. Præpositus quondam simplex cano
nicus eiusdem ecclesiæ, de conces. præben. Et sim-
plices sacerdotes nuncupantur, qui non sunt in di
gnitate constituti. cap. quanto, in prin. de consuet.
De simplici presbytero loquitur Lap. Alle. 39. An
valeat, num. 9. dum vult appellationem, quæ fieri
debet coram viris honestis, coram simplici presby
tero interponi posse. De quo simplici presbytero
intelligi debeat, ibi declarabo in additio. ad ipsum
Lap. Simplicem clericum etiam expono. i. haben-
tem simplicem clericatum, prout in simi. habemus
tex. in extra. Ad conditorem, Io. 22. sub tit. de ver-
borum sign. §. quis enim simplicem usurariũ, iun.

declaratione glo. in ver. simplicem vsuarium, ide
habentem simplicem vsum. Simplex item. i. pri
uata persona, seu sine iurisdictione. Ludo. Roma
in l. si cui aqua, §. denique, post nu. 3. vers. nullam
autem habentes, ut simplex priuatus. ff. de aq. pl.
arcen. Sed contra, imò R. Dom. Paulus non est
plex clericus, sed Excellens Doctor, & sic in dig
tate magna constitutus, cap. quanto. & ibi Abb.
magi. Bar. in l. 1. colum. 4. num. 10. C. de no. Co
compo. Gui. Papæ dec. 338, quo vero, num. 9.
meus consil. 161. nume. 2. Item habet officia
sunt ex dignioribus, & præstantioribus Rom.
in eademq; Ro. Cu. Prælatus, ac vtriusque Sig
turæ Referendarius meritissimus. Responde
simplex clericus hic tribus modis sumi potest. P
mo, ꝙ præfatus R. Do. Paulus Odescalcus imm
diatus Cameræ Auditor non haberet, nisi p
tonsuram, vel quatuor ordines minores, de q
in cap. perlectis, vers. Psalmistam, 23. distin.
ros, in prin. 21. distinc. cap accolitus, cum qu
sequen. dicta 23. distin. Fely. in cap. sicut pro
de simo. Altero, ꝙ licet fuisset subdiaconus, c
nus, vel etiam presbyter, tamen Auditor C
non erat Cardinalis. Tertio, & hæc est ver
terpretatio, ꝙ vsque in præsentem diem c
tantum charactere insignitus, absque aliquo
ne sacro, seu præeminentia poterat, & cons
esse Auditor Cameræ, & expone, vt in seq
ita in similibus terminis simplicem clericum
pit Sarnen. in proœ. Regu. quæstio. 1. num.
de omnino Rebuf. super concor. rubr. de c
§. præterea, in ver. graduatis simplicibus. Q
plicis clerici. i. puri, (vt præmisi) exponere
applicando R. D. Paulo Odescalco, addere
posset puti, & sic declarare, simplicis cleric
clerici repurgati, seu valde puri, & omni supe
tate, seu labe carentis, ac integri, & incorrupti,
purum putum aurum, seu argẽtum dicimus. H
Plaut. in Pseudulo, purus putus est ipsus. & ap.
Nonium Marcellum in libr. de proprie. Sermo
pulchrè apud Catel. Cot. in Memoria. in
gentum purum. Hæc expositio omni ratione
uenire videtur personæ R. D. Pauli Odescalc
puro puto, vide etiam apud A. Gellium li. 6
Non putaui omittendum, ꝙ Auditor Cam
urbis Gubernator, quãdo sunt simplices cle
non Episcopi, vt dignitate aliqua Apostolic
fulgeant, in ipsa creatione Auditoris, vel G
natoris eorum quilibet ab ipso summo Pon
Notarius Apostolicus [vulgo Prothonotarius
cupatus] creari etiam consueuit. Simplicita
ignorantia pro eodem poni videntur in cap.
literis, §. 1. vide ibi August. Bero. num. 23. q
ter simplicitatem, & ignorantiam differentia
stituit, ubi etiam glo. in ver. simplicitatem. Be
alij tractant, quando simplicitati subueniat
rescri. Simpliciter aduerbium duplicem hab
pud Philosophos significationem, primo ut
sit quod totaliter, & sic intelligitur. Ex non
simpliciter. i. totaliter nihil fit, & sic dicimus
non esse simpliciter completa, quando nõ to
taliter facta. Secundo, ut idem sit, quod nul
di

dito,iux.illud Topic. Simpliciter dico, quod nullo addito dico,& hoc modo est frequentissimum apud Aristo.& vsum omnium, & circa alia. De dictione simpliciter, vide Gaet.super Diuum Thomam par.1.q.76.art.4.quoad secundum. Simpliciter, & in perpetuum nonnunquam pro eodem ponuntur,nonnunquam vt opposita, glo.in ca.ex literis.in ver.in perpetuum,de constit.Commissio simplex dicitur,ea quę nullam formam habet, & quasi generalis, nil speciale continens, sed solum, ꝙ Iudex delegatus iustitiam faciat,uel quod iustum est,exequatur.cap.præterea, iun.gl.in ver. simpliciter. quod dictum ibi verum putat Cardi. volens, vigore simplicis commissionis delegatū citare posse,cōtumacem punire, & reliqua ad causam spectantia facere.vide Fely.ibid.vbi etiā quod simpliciter rescribere dicitur Papa quoties statutis,vel consuetudinibus non derogat. de offi.delega.loquens etiam de simplici responsione. Simpliciter,idest purè, vel sine ambiguitate. l. 1. §.si quis simpliciter,& ibi Rom. colum.1.ff.de verb. obliga.Bar.in l.de ætate,§.quod autem.ff.de interro.actio.in l.1.§.si accusatus,ff.ad Turpil.Bald.in l.manifestissimi,C.de furt.& in l.Gallus, §.1.ff.de libe.& posthum.in l.fin.C.de dot.promis.in l.iubemus,C.de appel.in cap.super literis, de rescri. Abb.in cap.dilecti,post num.5.vers. Et pro hoc, quia ista verba purè,& simpliciter, de iudi.cap.1. iun.declaratione Fely.colum.1.vers.Expone istū tex.de sum.Trini.Simpliciter, idest causa non cognita.l.qui autem, §.Non simpliciter autem.ff.si quis omis.cau.testa. Simpliciter, idest specialiter. l.iubemus.cum glo.C.ad Trebel. Simpliciter accipere pecuniam interpretamur, idest sine pignore. l.vni.cum glos. C.etiam ob chiro.pecu.Simplex item opponi potest mixto,quæ inter se specie differunt.l.2.in prin.& ibi Bar.& alij. ff.de ver.obli. Bero.cons.210.coram.num.17.lib.3. Quando autem mixtura sub simplicibus contineatur, tracto in 3.quæst.10.Regu. Cancel.nu.5. & sequen.tex. huic similem circa simplicem clericum habemus in authen.vt om.obe.iudi.prouin. §.si uerò.vers. Nec latet,vt nec tutum sit contra tales negocium suscipere simplici clerico fauoribus impari.

ERAT. idest esse poterat. ad l.Labeo, ver. Et quod ita scriptum esse videbitur, pro hoc accipi debet, videri poterit. Sic & uerba legis xij.tabularum veteres interpretati sunt. Si aqua pluuia nocet,idest nocere poterit.ff.de sta.libe. l.2 §.hoc iudicium perpetuum est, iunc.glo.fin.quæ exponit,perpetuum esse potest. §. is autē, Insti.ad legē Aquil. b pater filio.ff.de hære.insti.& ad ea, quæ no.Caro.Rui.cons.8 num.8.lib.5.

erat,[a] in personam Cardinalis mutatur [b]

MVTATVR. Mutatio quælibet aut est de subiecto in subiectum; Aut de non subiecto in subiectum; Aut de subiecto in non subiectum; Aut de nō subiecto in nō subiectū. Auer.5.Physi. tex.com.6.& 7. Vel tres tantum dicamus, vt illam de non subiecto in non subiectum excludamus,nec illam mutationem asseramus, prout per Philoso.dicto 5.lib.Physi.tex.17.Nomen, Pręnomen,seu Cognomē mutatur,ut si Fabritius Mandosius, vocaretur Ascanius Mandosius, seu Fabritius Palauicinus. Res omnes humanæ mutationibus subiectæ sunt. hinc adagium illud emanauit,omnium rerum vicissitudo, & Ouid.dixit: Iam seges est,vbi Troia fuit. Mutatur status. l.1.ff.de capi.dimin.§.minima, Instit.eo. Personę conditione mutata rei statum immutari cōuenit. l.vni. C.de imponen.lucra.descrip.lib.10.Oldr. consil.83.an episco.post num.3.& num.4. Mutatur status hominis per capitis diminutionem. Insti.de capi.diminu. Forum quis mutat per militiā sæcularem.l.qui cum vno,§.reus.ff.de re.mil.l.ex eo,C.de agen.in reb.lib.12. Sic & per militiam cęlestem,argum.tex.in l. non distinguemus, §.sacerdotium.ff.de arbit.& uoluit Oldr.præall.cons. 83.ante num.4. vers.Si enim per militiam sæcularem.Familiam etiam quis mutat,l.3.in princ.& l. fi.ad fi.ff.de capi. diminu. Et alio modo mutatur familia,ut quis de familia Dei,in familiam Diaboli transeat per excommunicationem,quæ à corpore Christi, & ab ecclesia separat.cap.nihil.11.q.3. Ludo.Roma.consil.369.circa primum,nume.11. & ante.ciuitas etiam mutatur, vti apud Cicero.in Oratio.pro Cornelio Balbo, ius (inquit) omne mutandæ ciuitatis non solum legibus publicis positum est,sed etiam in priuatorum uoluntate, &c. l.postliminij,§.captiuus,ubi etiam vide Bud.ff.de capti.& postlim.reuer.Omitto recensere Q. Maximum,qui Nucerinus,& C.Catonem,qui Tarraconensis ciues in ipsorum calamitatibus effecti fuerunt. Habemus moderna exempla,non solum circumuicinorum,sed & Hispanorum, Gallorum, Germanorum,& aliorum, quos Romani ciuitate donarunt. Frequentioribus autem,ac quotidianis exemplis vti nunc possum,cum in interregno Pontificio,seu Pontificia sede vacante, apud Samnites moram trahens,illisq; præsidens,eosq; gubernās, in dies videam Neapolitanos, Apulenses, Siculos, & alios aduentitios a Beneuentanis ciuitate donari. Statui tamen non ita passim, ordineq; non seruato,sed discussis plerisque, ac personarum qualitatibus cognitis ciues huiusmodi in posterū creari. Alioqui auctoritatem meam, meumq; decretum denegare consueui: pessimam enim iudico legem, vel consuetudinem illam, quòd ciues quicumque effici possint. Pro qua etiam sententia videre poteris Val.Maxim.lib.9. tit. de Superbia. in princip.De domicilio naturali,& accidentali,& quod sit mutabile.quod īmutabile habemus text. in l.senatores.ff.de senato.in l.assumptio.ff.ad municip. & in l. si quis postea.ff.de iudic.& latè per Mar.Soz.in cap.proposuisti.num.9.de fo.compe. ubi etiam, ꝙ mulier per contractum matrimonij mutat domicilium,etiam originarium, per l.pen. ff.de iurisd.omn. iud.& alia ibi adducta. colores item mutantur ex mixtura,concoctione,uel aliter, vt per Aristo.cap.2.& 5.de Coloribus. & toto illo libello,

libello, si tamen is suus est: cũ illius phrasis Theophrastum potius, aut alium, quam Stagiritam ex nonnullorum sententia sapere videatur. Romæ etiam in Capella Pontificia vestes (quas cappas vocant) mutantur, quod præcipuè ob temporũ qualitates, ac mutationes introductũ esse putauerim. Vnde vltra morem antiquum hæc mutatio naturæ conformis est, cum & ipsi arbores folia mutét, iux. carmen Horatianum in arte poetica, Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos, Prima cadunt. Non accipias cappas pro stolis, prout per Luc. de Pen. in l. vni. ver. si. in ver. post glo. C. nulli lice. in fre. lib. 11. Neque pro illis cappis Hispanorum, & Gallorum, de quibus per Nico. Boe. decis. 260. præsuppono primò. post num. 25. Cappas potius penulis similes dicam, quibus videbantur Consules, Senatores, & ciues Romani Senatũ ingredientes, prout per Archidia. Gemin. & alios in ca. si in adiutorium. 10. distinc. post glos. ibi, Nos cappas vocamus vestes superiores Prelatorum, quibus in Capella Pontificia utuntur, quæ apud omnes cognitæ sunt. Cappæ, seu vestes huiusmodi mutantur in introitu Capellæ Pontificiæ bis in anno. Et ne ignotis terminis cæteros alloquar, vtque Romanis notiores, fiant isti termini aliqua subiicienda putaui. Dominica in albis (supple depositis) est ipsa dies octaua Paschatis. Sabbatum verò in albis est ipse dies præcedens. Ebdomada Paschali, & Pentecostes solemniter antiquitus baptizantur, iuxta tex. in cap. non ratione. in cap. duo tempora. ac in cap. venerabilis. de consecra. distinct. 4. Memini autem me legisse antiquiori tempore hebdomada Paschali tantum baptizari solemniter consueuisse, quo tempore hebdomadæ Paschalis albis uestibus recenter baptizati induebantur: propterea dicta Dominica in albis, quod innuit hymnus, qui eo die cantatur, Ad cœnam agni prouidi, & stolis albis candidi, post transitum maris Rubri, Christo cenamus Principi &c. Hac etiam ratione baptizati albis induebantur vestibus, quo meminissent se iam manumissos, & ex seruis, ac mancipijs diaboli libertos factos esse Iesu Christi. Hinc Tertullianus libello qui inscribitur, De Resurrectione carnis, ordine recensens manumissionis insignia, albã quoque vestem annumerat. Si famulum tuum (inquit) libertate mutaueris, & vestis albæ nitore, & annuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu & mensa honoratur. Insuper color albus innocentiæ, victoriæ, dignitati, triumpho, præcipuè conuenit. Apocalip. cap. 3. Et ambulabunt mecum in albis, qui digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis &c. Et post, Et vestimentis albis induaris. Plato dialogo 12. de legibus, inquit, Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cum in cæteris, tum maximè in textili. De hac veste candida, & quare baptizati eam induant habemus etiã tex. in cap. post baptismum. & cap. seq. de conse. dis. 4. Pro præmissis Honoratus Venantius Fortunatus in carmine, cui initium, Salue festa dies, vbi ait, Rex sacer ecce tui properat pars magna trophæi. Quum puras animas sacra lauacra beant, Candidus egreditur nitidis exercitus vndis. Atque uetus vitium purgat in amne nouo. Fulgentes anim... stis quoque candida signat. Et grege de niue... dia pastor habet. Baptizatis autem albis ve... indutis sabbato post Pascha ad Ecclesiam co... nientibus, alleluiaq; cantantibus, Sacerdo... celebraturus introitum missæ illi rei congr... legebat, Eduxit Dominus populum suum ... tatione, & electos suos in lætitia. Eisq; illa... ti Petri epistolam recitabat, quæ etiam ho... tur, & sic incipit, Deponentes omnem mal... omnem dolum, & simulationes, &c. quæ e... tri capit. 2. Dominica octaua Paschæ, quæ ... depositis dicitur, mane antequàm vestes al... ponerent, adhuc albis vestiti ad Ecclesia... fluebant, quibus Sacerdotes missam canta... ius introitus incipit, Quasi modo genitu... rationabiles sine dolo lac concupiscite, ut ... scatis in salutem, &c. quæ verba sunt 1. Pe... secundo, supra citato. Cantabant etiam, ... tabant epistolam Ioannis, Quoniam om... natũ est ex Deo vincit mundum, &c. & ... cap. 5. Finita missa, & sacra concione, om... zati domos reuertebantur, proprias, vest... exuebant, a quibus hæc dies Dominica ... positis dicitur. Vestes item in quibusda... tum in signum publicæ letitiæ, tum luctu... na Ecclesia, & aliæ mutant. Idemq; acci... mi Pontificis creatione, & coronatione, ... obitu. Habemus etiam antiqua exemp... stium mutationem: Senatus Romanu... Ciceronis in signum publici luctus ves... tiit, uti ipse in oratione pro Planco, & p... xtio memoriæ prodijt. Præter id, quod ... Mar. Tullius scribit, scribit de eodé, in ... Plutarchus hæc, quæ subijciam. Per hunc ... vndique oppugnatus Cicero vestem mu... sordidatus circumueniens homines pro sa... precabatur: Mutauit vestem cum ... equester ordo, & ad viginti millia hom... tato habitu eum sequebantur: Senatus e... uenerat decreturus, ut omnes ciues velut ... ca mestitia vestes mutarent, quod tamen ... consultum impedientibus consulibus, & ... armatis hominibus curiam obsidente fie... tuit: tantum enim terrorem Clodiana ar... rant, ut nonnulli Senatores laceratis tog... fugerent. Vestis etiam deprecandi rei c... tabatur. Cice. in Verrem, actio. vlt. Aspi... cite Iudices squallorem, sordesque sociorũ ... hic Sthenius Termitanus cum hoc capill... veste, &c. Valer. Maxim. de Rutilio li. 6. C... dissensione magis, quàm culpa sua reus f... obsoletam uestem induit, nec insignia S... deposuit, nec supplices ad genua Iudicum ... tetendit. & Plutar. vbi supra in uita Cice... Et sordidatus circumueniens homines p... sua precabatur. Pro hac veste sordida, qua... runt Sabini parentes Virginum a Roma... rum, vide Titum Liuium lib. 1. ab vrbe ... At raptarum parentes tum maximè sord... lachrymisq;, & querelis ciuitates concita... loquitur text. in l. uestem. prout etiam op...

declarat nunquam sat laudatus Guiliel. Bud. ff. de iniur. Mutantur in ciuitatibus, vicis, vel regionibus ludi, quotidieq; noui inducuntur, apparatus item, supellectiles, habitus, & vestiendi modi, ac ornamenta, quæ ciuitati cuilibet instar pestis sunt, & semper fuerunt teste etiam sapientissimo Platone dialogo 7. de legibus. Mutatur aliquando dies solemnitatis, uel festiuitatis, prout videre etiam est 2. Paralipom. ca. 30. Mutatione etiam vnius literæ vtuntur Oratores, puta si nobiliorem, mobiliorẽ dixerimus; si pro verbo, legislator, pronuncietur legislatro, vt docet M. Tullius in Rheto. ad Herennium, dum de insinuatione erga Iudicẽ in audiendo defessum tractat. Mutatur uerborum, sermonis, & loquendi vsus. Horat. in Poetica, Ita verbo rum uetus interit ætas, & parum post, Multa renascuntur, quæ iam cecidere, cadentque. Quæ nũc sunt in vsu vocabula, &c. Mutantur ætates mũdi. Prima enim aurea in argenteam, successiuè argentum in æs immutatũ fuit. Quarta, in qua sumus, est ferrea, de quibus pulchrè Poeta Sulmonen. 1. Metamorph. & Poeta Venusinus Ode 35. libro 1. Quid nos dum refugimus ætas? Mutamur nos ipsi quolibet momento. l. proponebatur. ad finem. ff. de iudic. Mutatur ætas, & mens. Psal. 101. Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Horat. in epist. 1. Non eadem est ætas, non mens. Cæsar ad finem 1. lib. de Bel. Ciui. Vti eo recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulo ante contempserint. Voluntas, propositũ, actiones, actionumq; principia immutari ostendit Philosophus Magno. mora. lib. 1. capit. 10. De assidua mutatione in corpore, & anima videre poteris apud Platonem in conuiuio in oratione Socratis in hæc verba: Enimuerò eo ipso in tempore, quo animalium unumquodq; viuere dicitur, idemque esse, vt à pueritia ad senectutem, quamuis idem dicatur, nunquam tamen in seipso eadem continet, sed nouum semper efficitur, & vetera exuit, secundum Philoso. carnem, ossa, ac sanguinem, & vniuersum corpus. Neque in corpore solum, verum etiam in anima id contingit. Mores, consuetudines, opiniones, cupidines, voluptates, dolores, atque timores continuè permutantur, neque quicquam ex istis idem, & simile perseuerat, sed priora quidem abolentur, noua vero succedunt &c. Actionem item iudiciariam mutamus. M. Tullius Rethoric. ad Herennium, de translatione. l. edita, vbi omnes. C. de eden. Et de immutatione libelli per Docto. in d. l. edita. & per glos. in §. si minus. in vers. in eodem. & ibi Pet. de Bellaper. nume. 4. Institu. de actio. Mutantur etiam Iudices, forus, testes, contendentes. Opiniones item in nobis, propter diuersa phantasmata generãtur in dies diuersæ, prout docet Aristote. de Anima, libro 3. cap. 7. dum inquit, In anima sensibili veniunt imaginationes secũdũ modos sensuum, propter quod nequaquam sine phãtasmate intelligimus. Et Bal. in l. de tutela. num. 4. & ante, C. de in integ. restitu. loquor etiam in 22. quæst. 32. Reg. Cancel. num. 6. Vires, & opes humanæ facilè etiam mutantur. Iob cap. 16. Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum, &c. Valer. Max. in fin. lib. 1. Caduca nimium, & fragilia, puerisq; consentanea crepundijs ista, quæ vires & opes humanæ vocantur, affluũt subito, repentè dilabuntur, nullo in loco, nulla in persona stabilibus nexa radicibus consistunt; sed in certissimo flatu fortunæ huc, atque illuc acta, quos in sublime extulerũt, improuiso recursu destitutos in profundo cladium miserabiliter emergunt. Salustius in Catilin. Diuitiarum, ac formæ gratia fluxa, atque fragilis est. Bona corporis momentanea sunt, & fluxa. Horat. Carmi. libro 4. Ode 10. Nũc & qui color est puniceæ floreæ prius rosæ mutatus ligurinum in faciem verterit hispidam, dices, heu (quoties te speculo videris alterũ.) Quæ mens est hodie, cur eadẽ non puero fuit, &c. Quibus astipulãtur carmina illa Ouidij 4. de Ponto. Omnia sunt mundi tenui pendentia filio. Et subito casu, quæ valuere ruunt. & tex. in l. etiã. ibi, Si idoneus subitò lapsus est. ff. de admini. tut. & in l. uerũ, §. si locupleti. ibi, Et subito hæreditas lapsa sit. ff. de min. Ex ijs apparet quàm mutabilis sit fortuna. hinc dixit Ouid. 1. de Tristibus. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat, Et manet in nullo certa, tenaxque loco. Idem. Vtq; comes radios per Solẽ euntibus vmbra est, Quam latet hic pressus nubibus illa fugit. Mobile sic sequitur fortunę lumina uulgus, Quæ simul inducta nube teguntur abit. & 3. de Trist. Sis memor humanæ sortis, quæ tollit eosdem, & premit incertas ipse verere vias: Horat. Ode 34. & 35. lib. 1. Martialis, Fortuna nunquam sistit in eodẽ statu, semper mouetur, variat, & mutat vices. Claudianus, Hos premit, hos eleuat, hos deijcit, erigit illos. Cogitat in varios homi num descendere casus. Cæsar lib. 3. Belli ciui. Hic subitam mutationem fortunæ videre licet, qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat. Qui nostris nauibus periculum intulerant, de suo timere cogebantur, &c. Et dixit Ouid. in Elegijs, Victique resurgunt, Quosq, putas nunquam posse cauere cadunt. In historijs Romanorum, in historijs Græcorum, in historijs Troianorum, & aliarum nationum plenissimè videre est, quam variè populi in dies mutationes maximas fecerint. Hinc in populum Atheniensem conuersus Demosthenes Orator maximus prospiciens Palladis effigiem inquit, Quid est hoc Pallas, quòd tribus mõstris delectaris, Dracone, noctua, populo? Et pulchrè Horat. populum, populiq; uarietatem, & stultitiam describens, illum belluam multorum capitum nuncupat. Idem Horat. carmi. lib. 1. Ode 1. iuxta vnam lecturam. Quiritum turbam mobilem nuncupat. Idem Horat. 35. lib. 1. inquit, At uulgus infidum, & meretrix retro periura cedit. & epist. 1. lib. 2. Mutauit mentem populus leuis. Ouid. 2. de Ponto, Vulgus amicitias vtilitate probat. De mutatione Reipublicæ, ciuitatis, & populi tractat Plato dialogo quinto. de Repub. Mutationes rerum publicarum, illarumque causæ ponuntur per Aristo. Politicorum lib. 5. cap. 1. & alijs, vbi etiam, quod mutationes fiunt quandoque ex præsenti statu ad alium, ceu ex populari gubernatione, ad paucorũ potentiam, uel popularem ex paucis, uel ad Rempub. & optimatum ex illis, uel ad illas existis, &

alias,

aliàs, vt ibi. Multa prætereo, quæ recensenda essent de populis hodiernis, & Romanis, & aliarum partium Italiæ, & reliqui orbis, quorum mutationes, varietates in dies, & videmus, & audimus. Et mutationes in bellis sæpissimè accidunt, prout 2. Regum cap. 11. Varius enim euentus est belli, & nūc hunc, nunc illum consumit gladius. Hinc dixit Cęsar lib. 3. Belli Ciui. sed fortuna, quæ plurimum potest, tum in reliquis, tum præcipuè in bello paruis momentis magnas rerum commutationes efficit. Magistratuum iura nonnunquam immutantur, quū ordo, ritus, & mos antiquus peruertitur, prout in exemplo Cæsaris, ad fin. 1. lib. Belli ciui. in se iura magistratuum commutari ne ex prætura, & consulatu, vt semper, sed per paucos probati, & electi in prouincias mittantur, &c. Plures humanas mutationes legere poteris apud Horat. Carmi. lib. 4. Ode 7. quæ incipit, Diffugere niues, redeunt iam gramina campis. inter quas immutationes pręcipuam ostendit eam, quæ vitam in mortem commutat. Sapientes omnes excepto parmenide dixere omnia semper transmutari teste Platone li. 13. cui titulus Theętetus, vel de scientia, in specie ad hoc citat Protagoram, Heraclitum, Empedoclem, Epicarmum, & Homerum. Omnium autem immutationum illa admirabilior videatur, de qua Colu- mel. lib. 1. Multos enim (inquit) iam memorabiles auctores comperi persuasum habere, longo æui situ qualitatem cœli, statumq; mutari, eorumq; consultissimum Astrologiæ professorem Hipparcum prodidisse, tempus fore quo cardines mundi loco mouerentur. & Plin. lib. 36. de Gnomonis mutatione loquens, Hæc (inquit) dierum obseruatio triginta iam ferè annis non congruit, siue Solis ipsius dissono cursu, & cęli aliqua ratione mutato, siue vniuersa tellure aliquid a centro suo notata, vt deprehendi, &c. Et Plato lib. 16. qui inscribitur ciuilis, vel de Regno, fabellam recenset, inquiens, quod vnde tunc Soli & aliæ stellę exoriebantur, alio antiquiori tempore occidebant, & contra exoriebantur, & cœlum mutatum fuisse. Hæc verò fuit fabula, Atrei, & Thyestis. Dioscorides item de pipere: Fore (inquit) aliquando secula, quibus Oceanus vincula relaxet, & ingens pateat tellus: Tiphisque nouos iam detegat orbes. Nec sit in terris vltima Thile. Anaxagoras Clazomenius (vti in eius vita Diogenes Laertius refert) percontanti an Lampsaceni montes mare essent aliquando futuri? respondit ita sanè, nisi tempus defecerit. Huc pertinet illud Virg. Aeneid. 3. Hæc loca in quondam, & vasta conuulsa ruina. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas. Dissiluisse ferunt, &c. Huc etiam spectant carmina Horatiana in Poetica, Siue receptus terra Neptunus classes Aquilonibus arcet. & quæ sequuntur. Mutatio autem maxima erit quando cœlum, & terra transibunt, quod etiam sentit Oui. 15. Metamorph. Hæc quoque non remanent, quæ nos elementa uocamus. Quicquid senserit Philos. Metaphis. lib. 9. tex. 17. dum dixit, Quare semper agit Sol, & stellæ, totumque cœlum. Neque timendum, ne quandoque stet, quod metuunt quidam naturales: non enim fatigantur, &c. Solus autem ipse Deus immutabilis est, idemq; semper exsti[...] Nume. cap. 23. Non est Deus quasi homo, vt me[n]tiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Iacob. capit. 10. Nunquid sicut dies hominis dies tui? & a[n]ni tui sicut humana sunt tempora? Psal. 45. De[us] in medio eius non commouebitur. Psal. 101 [...] Tu autem idem ipse es, & anni tui non defici[ent]. Ecclesiast. capit. 18. Qui viuit in æternum crea[uit] omnia simul. Mutationes, quæ naturaliter nō e[ue]niunt, an & quando fieri possint, vel debeāt, & [ex]pediant, si quis discutere vellet longa disceptatione, variisque distinctionibus vti deberet. Nos [con]cludamus ea, quæ ratione introducta sunt, & [...] diu obseruata fuere, nisi noua, & efficaci ratio[ne] vel causa superueniente immutari non debere [iu]xta tex. in l. minimè sunt mutanda. ff. de legib. [...] cum pie. & cap. ecclesiastici. 25. q. 2. mutatio e[...] in quibusdam reprobatur, ut per Luc. de Pen[na] prima. col. fin. C. de fun. patri. lib. 11. Secus qu[ando] causa noua superuenit, vel melior ratio ali[...] det, iuxta tex. in l. quod nec. in fi. ff. de adoptio[n]. fin. 14. dist. cap. non debet. de consan. & affini- tè. ubi Diuus Augustinus mutat cōsilium, [...] Generaliter autem dicamus, quod de bono [in me]lius prudentis est mutare consilium. iuxta t[ex.] nonnunquam. in princip. iun. glos. ff. de co[...] bonorum. cap. magnæ. 22. quæst. 4. glo. in c[...] sia vestra. in ver. adijcere. de elect. gl. in ca[...] q. 1. Senec. de benef. inquit. Non est turpe [mutare] cōsilium, intellige tu, de bono in melius. [...] mutatione in melius, seu in meliorē, vel p[...] rem statum habemus 1. Regum, ca. 10. in [ver]ba, Et insiliet in te Spiritus Domini, & p[rophet]abis cum eis, & mutaberis in virum alteru[m]. de malo in bonum laudabilis est mutatio, c[...] gnæ sapientiæ. 22. q. 4. De hac mutatione lo[quitur] diuus Paulus ad Colos. 3. Exuite vos veterem [ho]minem, quod exponens ait, Qui furabatur, iam [non] furetur, quam declaratiouem comprobat e[...] uus August. Quæstionum veteris testamen[ti] [...] Deute. cap. 39. Hanc mutationem apud Dio[g.] Laer. in vita Polemonis Atheniensis fecil[...] mus ipsum Polemonem Pisistrati filiū, adol[escen]tem, impudicum, ac lubricum, qui cum sod[ali]bus ebrius, & coronatus ex composito Zenocra[tis] [ingressus est] pit scholam, quo ille nihil deterritus, eam c[...] perat orationē, ardentius quoq; prouexit. [...] sermo de temperantia, ea illius oratione i[...] adolescens seipsum collegit, atq; ita, vt in[...] & studio cęteros vinceret, Xenocratique in [schola] regenda succederet. Eandem historiam Pole[monis] habes apud Valer. Maxi. lib. 6. titu. de uarie[tate] [...] vbi post Polemonem duos similes inuenis [The]mistoclem, & Cimonem. O fœlices mut[ationes] mutatio de bono in malum habetur etiā [...] grā. Martialis de Leuica casta, & apud Ba[...] terà, Incidit in flammas, iuuenemque secu[ta] [rel]icto Coniuge Penelope, venit, abit Helene[...] [...]stissima euasit adultera. Aduertant ad hęc [...] & de vxoribus, quamuis eas castas putent, [ne con]fidant nimium, nec ad loca voluptatum, & [...] rum, ac præbētia occasiones venereas, eas i[...]

mittant. Hæc perniciosa est mutatio, ac facilis, ut per Quintilia. libro primo, cap. primo. Nam bona (inquit) facile mutantur in peius. rationem reddit Virgil. 6. Aeneid. inquiens, Facilis descensus Auerni, Noctes, atque dies patet atri ianua Ditis. hanc penè diuinam sententiam, in ore omnium, vtinam etiam in cordibus existentem Virgilius habuit ab Hesiodo li. primo, εἶναι dicente viam ad vitia planum esse, ac sine sudore peragi, cum breuissima sit: Ante virtutem verò (inquit) sudorem dij immortales posuerunt. Ac via, qui ad eam ducit longa, ardua, & aspera primum. Sed postquam ad summa fastigia peruentum est, quæ ardua via fuerat, facilè præstat callem, quam sententiam comprobat Plato dialogo 4. de legibus. Ad idem Psal. 115. & 142. Omnis homo mendax, & vanitati similis factus. Ecclesiastes capite primo, Cuncta quæ sub sole sunt vanitas vanitatum, & omnia vanitas, &c. De constantia in vitijs, & inconstantia, vide apud Horatium Saty. septima. Sermo. libro secundo. Pars hominum vitijs gaudet constanter, & vrget propositum, pars multa natat modo recta capessens, Interdum prauis obnoxia. De iinconstantia circa omnia, quæ concupiuimus, vel odio habuimus secuta postea satietate, Horatius episto. prima, libro secundo. Quod cupidè petijt maturè plena relinquit. Quid placet, aut odio est, quod nō mutabile credas? Mutatio verò prior de malo in bonum difficillima est, vt demonstrāt asperitas carminum Virgilij, illorumq; verba, & sēsus, quæ carmina adeo artificiosa, & rei exprimēdæ apta fabricauit ipse Poeta, ut vix, & absq; magno labore illa proferre possimus, dū inquit, Sed reuocare gradus, &c. Postremò & præmissis, & infrà dicēdis infinita paucis perstringo cōcludamus, mutatio nū tria in effectu esse genera, quorū vnū est substantiæ in alterā substantiam: exemplū in vxore Loth, quæ non parens mandato Domini, Gen. 19. & Lucæ 17. mutata est in formā, essentiam, seu substantiam statuæ salis. Huc spectat illud, Potēs est Deus ex lapidibus istis suscitare semen Abrahæ. Hinc fabulatur Poeta Sulmonen. In noua fert animus mutatas dicere formas, corpora Dij uotis, nā uos mutastis, & illas Aspirate me is. & toto illo volumine metamorphoseos. Altera species est mutationis quantitatis ad quantitatem, vt paruulus efficiatur, & euadat iuuenis, & senex, breuis staturæ maior euadat, iunior fui etenim senui. Psal. 36. Horat. Non eadem est ætas, non mens. Tertia species erit qualitatis ad qualitatem, puta, dum malus bonus efficitur, uel cōtra, ad ea quæ supra adduxi. Postquam omnia mutantur, & de mutationibus tot retulimus, mutemus & nos sermonem nostrū.

a ITA. hæc dictio respondet dictioni, sicut, supra positę. Simile habemus in l. sicut adimi. ff. de adim. leg. in l. sicut. ff. de iu. patro. in l. sicut acceptilatio. ff. de solu. Plerunque similitudinem notat, ut in iuribus supra adductis. & in l. cum fundū. ff. de contrah. empt. in l. 1. ff. de rer. permu. & in l. sicut in annos. ff. qui. mo. vsu. amit. in Ps. 41. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita anima mea ad Dominum. Nonnunquam exemplum inducit, prout in l. si res ita, & in l. si ita. ff. de contrah. emptio. Alibi restringit. l. 1. versic. Ergo & si fortè. ff. de aqua quotidia. & æsti. Instit. quibus mod. toll. obli. in §. præterea. Glo. pragm. de elect. post princ. in ver. ita.

ita [a] & nomen [b] Auditoris Curiæ causarum huiusmodi

b NOMEN. Quia hic, & alibi de mutatione nominis tractabimus, premittendum est, quod nomē aut imponitur rei largè sumpto vocabulo, aut homini. Si rei, eo ipso quod res, negotium, officium, exercitium, ars, professio, scientia inuenitur, nomen sortiri consueuit, & ab ipsomet authore, seu rei inuentore illico nomen imponi solet. An nomina huiusmodi sint natura, an compositò, seu ad placitum, magnum fuit inter Philosophos certamen. Mihi verior videtur Aristotelis opin. lib. de Interpretatio. sectio. 1. dum de nomine tractat. Natura aūt ea nomina dici possūt, quę aptè ad res, quib. indita sunt, sese habent. Pro ijs, & quid sentirent Cratylus, atq; Hermogenes, quid Socrates, & Plato, & alijs huc spectantib. reijcio te ad Platonē lib. 23. sui titulus Cratylus, vel de recta nominum rōne. & ad Ammonium Hermeā in suis commētariis in libros Aris. de interpret. ubi de noīe tractat, tex. com. 6. Noīa a principio mundi quibusdā reb. imposita fuerunt ab ipso Deo, quippe qui lucem diem appellauit, tenebras verò noctem; Firmamentum cęlum; Aridam terram; congregationes aquarum maria, Genes. cap. 1. Ad hoc allusit Homerus Iliad. 5. inquit Troiæ flumen Deos Xantum vocasse, homines verò Scamandrum. Idem Iliad. 3. Chalcidem a dijs, Cymindim ab hominibus nominari, vel Baticam, atque Myrinen, aliaq; multa: Et qua ratione dij rectius, quam hoīes nominarint videre poteris apud eundem Platonem, ubi supra in Cratylo, inducentem Socratem dicentem Hermogeni. An ignoras, quod de Troiano flumine, quod singulari certamine cum Vulcano pugnauit, inquit, cum ijs quæ sequuntur. Alia uerò nomina parum post, ex concessione diuina Adam imposuit. Gen. cap. 2. Adduxit ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea: omne. n. quod vocauit Adam animę viuētis ipsum est nomen eius: appellauitq; Adam nominib. suis cuncta animātia, & vniuersa volatilia cęli, & oēs bestias terræ. Rursus Adam uoluit, qđ eius socia, & vxor virago nuncuparetur, qm̄ de viro sumpta esset, d. c. 2. ad fi. Noīa autem hoīum dum nascuntur ab ipsorum parentib. ad placitū imponuntur, uel illa accipiēdo ab aliquibus, qui in cognatione fuerunt, pſertim si facta egregia illorū præcesserunt, prout uidere est. Lucæ c. 1. Et dixerunt ad illā, quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Vel ab alijs, qui pręclari fuerunt in illa ciuitate, ubi nomina imponunt, uel a Romanis, a Troianis, Græcis, Illustribus, seu Philosophis, Poetis, Iureconsul-

consultis, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, & potissimè a Sanctis, & aliis quorum memoria præclara sit illa mutuando. Et quia dixi ab ortus die nomina imponi, hoc procedit ex sententia Philosophi, lib. 7. de Natu. Anima. cap. 7. Vel dic ab eo die imponi posse; differtur verò sæpissimè nominis impositio, iuxta diuersos ritus. Apud Hebræos enim in die octaua a Natiuitate nomen imponebatur, & circuncidebantur infantes. Genes. 18. & Leuit. 12. & Lucæ cap. 1. Et factum est in die octauo uenerũt circuncidere puerum, &c. & cap. 2. Et postquàm consummati sunt dies octo, vt circunciderer puer, vocatum est nomen eius Iesus. Apud Romanos Plutarchus in Problema. Romanorum, ca. 10. Maribus die nona, Fœminis octaua nomina imponi consueuisse, scribit Macrob. in Saturna. lib. 1. c. 16. & Festus Pompeius in ver. Lustrici. Hodie nõ consueuit differri baptismus, & consequenter nominis impositio infra octo dies, uel ipsa die octaua fit, & si de obitu infantis timetur, illicò baptizatur, eiq; nomen imponitur, imò si metus, quòd in utero existens perdatur adsit, etiam ante natiuitatem, dum partus in lucem venire properat, si illius caput tangi potest ab ipsa obstetrice baptizatur, eiq; nomen imponitur. An autem si viuus deinde exeat iterum baptizandus sit hic non tracto. Consuetudo est in partem affirmatiuam. Mutatio nominis etiam per alium a Principe, seu Principis absq; licẽtia fieri potest. Plato in Cratylo, uel de recta nominum ratione, sub ijs verbis. Mihi quidem videtur quodcunque nomen quis cuique imponet, id esse rectum. Ac si rursus commutat, aliudq; imponit, nihilominus quàm primum, quod illi succedit nomen, rectum existere, quemadmodum seruis nomina cõmutare solemus. Intellige dummodo absque fraude. l. si quis in fundi, vers. Rerum enim uocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia. & ibi gl. in uer. vocabula. ff. de leg. 1. l. uni. C. de muta. nomi. l. falsi, i. un. gl. 1. ff. de fal. glo. fi. in §. siquidem in nomine. Insti. de lega. Iac. Butr. in præfa. C. post prin. vers. Aut sum liber. & ibidem Bald. num. 3. & And. Barba. in Apostill. ad ipsum Bal. in ver. nomen. Ludo. Rom. super rubr. ff. sol. matr. in prin. & ibid. Alexan. num. 7. Sebast. Brant. in expositionibus titulorum iuris ciuilis, & canonici, super titulo de muta. nomi. Fran. Mar. dec. 211. num. 3. Boss. in praxi crimi. tit. de muta. nomi. Soci. cons. 62. in præsenti, num. 7. vers. Ad vltimam rationem, ubi alios refert, subdens, quòd quando quis fraudulẽter nomen mutat, punitur pœna legis Corneliæ de falsis. Idem uoluit Maria. Soci. iun. consil. 38. in casu, in princ. libro 2. quod tamen consilium asseritur esse Io. Ant. Rubei, & Fely. in proœ. Decreta. num. 36. & seq. Phi. Franc. in proœ. 6. num. 5. Cagno. in proœ. ff. num. 185. & in l. 2. vers. Exactis. nu. 42. ff. de ori. iur. Iure etiam diuino permissam, seu comprobatã esse nominis mutationẽ uidemus. Deus enim ipse Abram prius nuncupatum, vocari postea iussit Abram. Genes. c. 17. Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraam. Sic & 4. Reg. cap. 23. Regemq; constituit Pharao Nechao

Heliachi filium Iosue, pro Iosia patre eius, verti[...] nomen eius Ioachin, &c. Sic & Simon vocatus [...] stea fuit Petrus: rationem explicat Diuus Augu[...] super Ioan. cap. 1. sic & Saulus primo, postea P[...] lus. Qualiter autem procedat mutatio illa nomi[...] nis Raphaelis Angeli, qui ad Tobiæ senioris inter[...] rogationem se Axariam Ananiæ magni filium a[...] pellat, alterius est notionis. Hoc tantum annue[...] sub occulto, & abstruso sensu, ac significatu G[...] briel Angelus veritatem dixit; ipse enim est Az[...] rias. i. auxilium Domini, uel auxiliator. Muta[...] etiam nominis, uel cognominis Romanis in v[...] erat, prout ex historiis colligitur. M. enim Tu[...] Ciceronis nomen assumpsit, hinc Plutarc. in il[...] vita, eum audacia quadã motum dixisse refer[...] certaturum splendidius Scauris, atq; Catulis, C[...] ronis nomen efficere. Augustus Cæsar (vt in e[...] vita scribit Suetonius cap. vlt.) hæredes in[...] primos Tyberium ex parte dimidia, & sexta[...] Luciam ex parte tertia, quos & ferre nomen i[...] iussit. Peregrini item, seu exteri omnes, qui ci[...] te Romana donabantur, nomen aliquod Ro[...] assumebant, præsertim illud, cuius fauore ci[...] tem assequebantur; multotiesque uetus nom[...] abiiciebant, ut illo insimul cum Romano, p[...] sum non vterentur. Vnde Cicero de q[...] Demetrio Mega Siculo scribens, rogatu D[...] læ a Cæsare donato ciuitate ait, Itaque nu[...] blius Cornelius vocatur. Et in Verrem [...] nium Miconis filium Drepanitanum, qui [...] Clodius vocatur. Archias Poeta ciuis Ro[...] ctus Aulus Licinius appellari cœpit, prou[...] tione M. Tullij pro ipso Archia. Apud Græ[...] accidisse legimus, Aristocles enim, postea Pl[...] ctus fuit teste Dioge. Laert. in Platonis vita [...] genes, postea Homerus, ac Tirtamo, postea [...] phrastus, ut per eundem Diogenem in vitis [...] sophorum. Hodie Hebręi, qui ad Christi fi[...] niunt, sæpe nomen, & nonnunquam cog[...] mutare consueuere. Summus item Pontifex [...] bet nomen sibi mutare consueuit. Noster e[...] mus Pontifex Paulus IIII. prius Io. Petrus C[...] pha nũcupabatur: & hoc exemplo Petri, qu[...] vt præmisit, Simon uocabatur, deinde a D[...] nostro Iesu, Petrus cognominatus fuit. Lucæ [...] Simonem, quem cognominauit Petrum, & [...] mi postea Pontifices Christi exemplum [...] nomina sibi in eorum creatione mutarun[...] etiam asserit Nico. de Lyra post Glo. ordi[...] illis verbis Lucę, de quibus supra, prout e[...] affirmat Sarnen. in capitulo primo. post nu[...] de constitutio. libro sexto. Subdens Platina[...] sequaces in vita Sergij Papæ aberrasse vole[...] eo cœpisse hanc mutandi nominis consue[...] ea dicit ipse Platina ratione, quia is prius [...] retur os porci, ad uitandum illud turpe [...] decens fuit, vt Papa ille nomen sibi mu[...] Diebus meis Marcellus Papa Secundus, de[...] te Politiano nomen pristinum retinuit, cuius [...] in Pontificatu breues fuerunt. Non solum [...] summi Pontifices, videlicet, Petrus, & iu[...]

res nomina commutarunt, sed etiam aliqui ex Iesu discipulis, prout videre est in Publicano Leui, de quo Marci, cap. 2. Et cum præterijt, & vidit Leui Alphei, sedentem ad theloneum, ait illi, sequere me. & Luc. cap. 5. & ipsemet Leui se postea Mat thæum vocauit, prout Mar. ca. 9. Diuus Gregorius dum creatur Episcopus nomen sibi mutat, antea Theodorus vocatus, ut per Eusebium in sua Historia libro 7. cap. 17. Pet. Rebuf. in tract. de priui. Schola. priui. 93. concludit mutationem nominis scholaribus non esse prohibitam, licet aliis sit, adducens quædam, quæ mihi non concludunt, & sic contra eius opin. nulla mihi videtur differētia considerabilis quo ad nominis mutationem inter scholares, & alios. seruus sibi nomen mutare non potest, ne domino fugiens eū amplius reperiri non posse contingat. Bal. in procem. C. nu. 3. Idem Bal. & Ang. in l. 1. C. de muta. nomi. Fely. in procе. Gregor. num. 37.

a EXCELLENTIVS. Præstantius, dignius, gloriosius, eminentius, nobilius. sic accipitur Eccle siast. cap. 24. Et omnium excellentium, & humiliū corda virtute calcaui. & 2. ad Corinth. cap. 3. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Cicero. 1. Officio. Nobis autem personam imposuit ipsa natura ma

in excellentius [a]
nomen [b]

gna cum excellentia, præstantiaq; animantium reliquorum. Idem 1. Acade. Excellens omni genere laudis. l. tam dementis. C. de episco. audien. cap. 1. in prin. de probat. vbi elicitur quod excellentię denominatio Regi conuenit.

b NOMEN. Quod non potentiis, sed absolutis rebus, actuq; existentibus imponi debet, prout docet Philosophus in prædicamentis, de quali, & qualitate, dum post sermonem de qualitate habitum, de quali tractare incipit. & ibi per Ammo. tex. 55. Auditoratus Cameræ officium ante nostram constitutionem erat regere, & gubernare, quem Rectorem ciuitatis appellat Cassado. Deci. 4. de constitutio. num. 5. Cum autem tunc non Auditor Cameræ, sed Regens nuncupandus sit, actu regere, & omnia ad ipsius officium pertinentia moderari debet, prout clarius ex infra dicendis apparebit. Ex quo sequitur, ꝙ si prius erat Regens in potentia, seu accessoriè, nunc talis sit actu, ac primo, & pręcipuè. Et quia Auditoris Cameræ, & Regentis nomina diuersa sunt; eorum essentia diuersa erit, argum. tex. in l. si idem. C. de codicill. & in §. est & aliud. ibi, ex consequentia, &c. de donatio. vbi glos. dat concor. Bar. in l. ex legato, versi. Solutio, dico ꝙ sunt diuersa, &c. C. de leg. Duo nomina confiteri cum vnum ponatur, quod absurdum sit, & quòd qui ponit nomen a re diuersum, duo inducat. Et si idem cum re nomen esse concedimus, cogemur vel nullius esse nomen, vel si sit alicuius, nominis nomē esse fateri, alterius verò nequaquam hęc quæ valde subtilia sunt inuenies in sophista Platonis, vel de ente. post medium. Nomen autem ita diffiniuit Socrates, ut sit instrumētum rerum substantias docendi, discernendiq;, sic vt pecten, & radius ipse telæ, prout in Cratylo Platonis, vel de recta nominum ratione. Plures significationes huius dictionis nominis, & quid sit nomen edere, dare nomen, ad nomina respondere, mittere ad nomen, accipere nomen, videre licet in l. vni. ff. de offi. consu. vbi præmissa omnia declarat Bud. licet mendosa sit litera, quæ dicit de offi. procon. idem in l. 1. ff. ad Macedo. Facere sibi nomen, i. operari, vt nominetur, seu gloriam, & bonum nomen sibi acquirere. 1. Machab. cap. 5. versus fi. Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes, & cap. seq. Vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. Nomen pro fama, seu existimatione. Prouerb. cap. 22. Melius est nomen bonū quàm diuitiæ multæ. & Ecclesiastes cap. 7. in prin. Horat. Carminum lib. 3. Ode 9. ad Lidiam. Multi Lydia nominis. Oui. 4. de Trist. Tu mihi (quod rarum est) viuo sublime dedisti. Nomen ab exequiis quod dare forma solet. Prouer. lib. 3. Maius ab exequijs nomen in ora venit. Cic. in Orat. ad Brutum in Præfat. Magnum in oratorib. nomē habuerunt.

a REGENTIS. i. Gubernatoris, Moderatoris, Rectoris Reipub. Præsidentis iustitiæ ministrandæ. Regēs à verbo rego dictus, quasi rem populi ago, administro, ac moderor. Sic & Regentis exercitiū disciplina, seu officium dicitur. l. officium Regentis exercitium non solum in danda, sed etiā in obseruanda disciplina consistit. ff. de re mili. Virgil. 4. eglo. Pacatumque reget patrijs virtutibus orbem. Quis non fatebitur carmen illud Illustrissimo Car

Regentis [a]

dinali Neapolitano Regenti nup a Paulo IIII. Creato maximè conuenire? Quippe qui Dei gratia fretus, proprijsq;, ac maiorum virtutibus coruscans ita prudenter, & sanctè regit, ac moderatur non solum ea, quæ officium huiusmodi, sed & vniuersam Rempublicam Christianam concernunt, ut desiderari ultra non possit. De Regente loquar etiam in proximo, §. in ver. Regens.

a SANCTÆ Ro. Ecc.) Sancta, & sacrosancta dicitur ecclesia Romana. c. sancta Ro. Ecc. 15. dist. c. 1. in fi. & cap. sacrosancta. 22. dist. ca. sacrosancta Ro. Eclesˀ. de electión. Itē dr̄

sanctæ Rom. Eccl. [a]
Cameræ Apostol.

sacrosancta sedes. c. nouit, versˀ. Nec sic. ibi, Si iudiciū elegerit sacrosanctæ sedis Antistitis. Licet hoc adiectiuū sacrosanctus, sacrosancta, sacrosanctū, solùm rei diuinæ, uel sacræ, seu spirituali adiici debeat ad supra adducta, & colligit ex ijs, quę scripta sunt. 3. Esdrę c. 7. Insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè, & post. Et prosperata sunt sacrosancta opera. & c. 8. Et sacrosancta vasa, quę data sunt tibi ad opa domus dn̄i Dei tui, quę est in Hierusalē. Principes tn̄ sacrosanctos nūcupabant, ꝑut per Capitolinū in Marco Philosopho, & p Bud. in annot. in Pandec. super l. si in aliquā, §. fi. ff. de off. Procon. Maximū aūt (inquiunt) in Prouincia Procon-

ſulis imperium fuiſſe, uel ex hoc uno intelligi poteſt, quòd Principes Romani in auſpicando Imperio, proconſulare ius, & imperium cum tribunitia poteſtate aſſumere ſolebant, ut ſe auguſtiores, ſacroſanctosq; facerent. Hæc illi. At non mirum ſi hos ſacroſanctos nuncuparent, cum Principes, Gentiles & Diuos, & Deos nuncupare conſueuiſſent. Hæc eſt vniuerſalis eccleſia. Extraua. Sancta Rom. atque vniuerſalis eccleſia, de religio. domi. Io. 22. Et eſt mater, & magiſtra vniuerſorum Chriſti fidelium. cap. fin. circa medium. 11. diſtinctio. cap. antiqua, de priui. De hac ſentire videntur verba illa 4. Eſdræ cap. 1. Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia, & poſt; Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. iterũ, Nutrix bona nutrire filios tuos, confirma pedes eorum. Hæc ſunt officia Eccleſiæ Romanæ. Romana eccleſia eſt caput omnium, & qui aliud aſſereret, hæreticus eſſet, ca. **conuertatur** [a] non decet a capite. 12. diſtinct. & cap. ſequen. cap. dudum. 3. q. 6. ca. nulli fas eſt. 19. diſt. extra. Vnam ſanctam. Boni. 8. de maio. & obed.

a CONVERTATVR. Transferatur, transformetur, immutetur. Sic accipitur illud Deuteron. ca. 31. Cumq; comederint, & ſaturati, craſſiq; fuerint, conuertentur ad Deos alienos, & ſeruient eis. 3. Regum. cap. 18. Et tu conuertiſti cor eorum iterum. Heſter cap. 15. Conuertitque Deus ſpiritũ Regis in manſuetudinem. Cic. 5. Philip. Periculoſiſſimum ciuile bellum, maximumque, humanitate, & ſapientia ad pacem, concordiamq; conuertere. Idem 3. de Natu. Deo. Prætereaque omnia hęc tum intereunt, cum in naturam aliam conuertantur. & 3. Officio. Quid enim intereſt, vtrum ex homine ſe conuertat quis in belluam; an hominis figura immanitatem gerat belluæ. & in authen. vt de cæte. commu. eccle. non fi. poſt princ. ibi, Ad artem legi contrariam conuerterunt. Plus eſt dicere conuertatur, quàm vertatur ad ſupra adducta. Et Eccleſiaſt. cap. ſecundo. Conuertere ad Dominum, & derelinque peccata. ca. conuertimini, iun. gl. 1. de pœniten. diſtinct. 1. Conuertere, verbum abſque alio adiuncto in ſacris literis in bonam partem, vt plurimum accipimus, prout Tobiæ ca. 13. Conuertimini itaque peccatores. Pſalm. 22. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. ſic & Mariam Magdalenam, & Paulũ conuerſos dicimus, & conuerſum etiam pro confirmato, & in fide Dei firmo, ſtabilito, & ſancito, ſumere poſſumus iuxta illud, Et tu aliquãdo conuerſus confirma fratres tuos. Lucæ cap. 22. Conuertere nõnunquam pro voluere accipimus, prout 3. Regum, capit. 8. Conuertitque Rex faciem ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael. & 4. Reg. cap. 20. in princip. Qui conuertit faciem ſuam ad parietem. 2. Paralipom. cap. 6. in princ. Et conuertit Rex faciem, &c. Item pro recedere, ſeu diſcedere, Ioſue cap. vlt. Si dimiſeritis Dominum, & ſeruieritis Diis alienis, conuertet ſe, & affliget vos, atque ſubuertet. Conuertere etiam pro collocare, reponere, ſeu recludere. 1. Paralip. cap. 21. ad fin. Præcepitque Dominus Angelo, conuertit gladium ſuum in vaginam. Et Matt. cap. 26. Conuerte gladium tuum in locum ſ[...] Conuertere propoſitiones quid ſit, vide apud [...] loſophum libro primo, cap. ſecundo, & ſeque[...] de conuerſionibus terminorum in ſyllogiſm[...] eundem Priorum libro ſecundo, ca. 27. Vbi e[...] quòd quando extrema conuertũtur, neceſſe [...] medium conuerti ad vtraque. Conuerſionem [...] rem rethoricum habes apud Cic. lib. 4. Re[...] Herennium hoc tit. de Conuerſione.

a PERPETVO. ſemper, omni tempore. l[...] §. Labeo. ff. de act. emp. l. eum debere. colum[...] ff. de ſeruit. vrba. prædio. clem. prima, iun. glo[...] xta 2. lectu. de rebus eccleſ. non alien. Bal. cõ[...] factum tale eſt, iux. vltimam impreſ. nu. [...] **perpetuo** [a] Anto. de But. conſ[...] abſq; diffuſione, n[...] Gozad. conſil. 102. videtur, nu. 7. Aliquan[...] pter ſubiectam materiam, perpetuò exp[...] quamdiu durat. l. ex facto, §. rerum. ff. de [...] ſti. l. id veſtimentum, iunc. gloſ. prima. ff. [...] l. debitor, cum gloſ. in ver. perpetuò. ff. d[...] Perpetuo anathemate condemnetur. i. q[...] emendetur. ca. reperiuntur, iunc. glo. fi. in [...] intellectum. 1. quæſtio. 1. Nonnunquam [...] mus perpetuò. i. quamdiu uiuam. Plau[...] Liber perpetuo vt ſiem. l. prima. §. qui in [...] ff. ſi ager vecti. l. prima. ff. pro ſocio. l. rei [...] damnum, §. in miniſterium, & l. ſequen. [...] l. in ſeruorum, verſicu. Et ſi emptorem [...] nis. l. Caio Seio, §. Imperator, in fi. ff. de al[...] lega. cap. reperiuntur, iun. glo. fin. iuxta te[...] intellectum. 1. quæſtio. prima. cap. fin. iun[...] ver. perpetuas, de reſcri. lib. 6. But. præall[...] 48. verſic. Et quamquam hæc verba, g[...] in ver. eius, de rebus eccle. non alie. Fu[...] 156. viſis, ante num. 6. Ancharan. conſ[...] Perpetua conceſſio, quod reperitur int[...] Calder. eſt 17. ſub tit. de verborum ſignif[...] princip. verſicu. Dicitur etiam perpetuum [...] Barba. conſil. 20. Clementis colum. ſecund[...] Et ante omnia præmitto. volu. 4. Ruin. co[...] viſo. num. 18. volum. quarto. D. meus con[...] conſultus, numero 12. In hoc ſignifica[...] poſſe videntur verba illa. Exo. cap. 19. [...] veniam ad te in caligine nubis, ut audiat [...] lus loquentem ad te; & credat tibi in perp[...] ideſt donec viuis. Vel quandocunque p[...] allocuturus es. Ego iuxta primam interp[...] nem acciperem in perpetuum, id eſt ſem[...] omni æuo, vt Deus nos præmonuerit abſq[...] poris præfinitione Moyſi, eiuſque verbis, [...] pturæ credere debere; & ſemper illis fide[...] bia dabitur longè aliter quàm alijs hiſto[...] quis, & modernis. Vtinam Penthateuc[...] alios libros ueteris, & noui teſtamenti in [...] in memoria, in lingua, in corde haberem[...] petuo alibi, ideſt, uſque ad tertiam gener[...] §. emphyteuſim, & §. ſequen. iun. gloſ. in p[...]

alienationis, in uer. & in perpetuum, uersicu. Vel dic fieri in perpetuum.i.in tertiam generationem, in authen.de non alie.aut permu.re.eccle.authen. si quas ruinas.C.de sacro.ecclef. Ancha.alle.conf. quod est 17.sub tit.de verborum sign. inter conf. Calde. August.Bero.consi.65.pluribus.num.102. lib.1.Vel etiam vltra tertiam generationem, prout sentit Bart.in authen.quibuscunque,post nume.4. versic.Nam si quidem concessit ad tempus.C.de sacro.eccles.Barba .d.consil.20. colum.2. versic. Et Bar.volum.4.Perpetuò in materia alienationis exponimus.i.vsq; ad quartum gradum,prout post Iaco.de Belui.& Ang.in authen.de resti.fideicom. voluerunt Alexan.consil.56.consideratis,nume.1. lib.1.& Ias.in l.fin.num.5.C.de hære.insti. & in l. uoluntas,colum.3.in princ.in 2.fallen.C.de fidei-comm.Perpetuò.i.officio finito,uel administratio ne deposita.l.Iulianus,§.sed & cum iun. gl.in ver. perpetuò.ff.de actio.empt. Perpetuò fruenda traduntur.i.quãdiu pensio domino prestetur.§.adeo. Insti.loca.glo.in authen.de non alie.aut permut.§. alienationis,in ver.& in perpetuum,iglo.2.in authen.quas ruinas,C.de sacro.eccle.Fulgo.præalle. consil.156.ante num.6.versicu. Aliàs exponitur, & Ancha.præalle.consil.incipien.perpetua concessio.Perpetuum,seu perpetuò quot modis accipiatur,vide etiam per Luc.de Pen.in l.3.in ver.perpetuò.C.defun.rei priua.lib.11. & in l.2. in ver. perpetuò.C.de consu. & non spargen.lib.12.Vide etiam quę scripsi supra in inscriptio.in ver.Ad perpetuam. Et an dictiones,perpetuò, vel quandocunque tollant præscriptionem. Angel.in l.1.ff.de vsucap.pro affirmatiua concludit Roma.verò ibi, versic.Posito tamen contra Ange.pro negatiua,dicens,pro negatiua tenere etiam Bald.in l. quod si nolit,§.si quis ita,dicentem ita iudicatum Perusij ipso existente aduocato.ff.de ædili.edi.Hæc vltima verba non inuenio in mea lectu. Bal.cum Ludou. Rom.contra Ange.tenet etiam Rui. conf.150. ex ijs,numero 2.volumi. quarto. Vide etiam numero decimo.

a STABILIRE. Sic 1.Reg.capit.20. Omnibus diebus,quibus filius Isai vixerit super terram non stabilieris tu,neque regnum tuum. 2. Reg. cap.7. Ipse ædificabit domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum.Cic.4.de **stabilire** Finib. Nisi forte censeres Graccum patrem beatiorem fuisse quàm filium,quum alter stabilire Rempublicam studuerit,alter euertere.Tranquil.in Vespano, Quum nutantem Rempub.stabilire. Plau. in Amphi.Regiq; Thebano creanti regnum stabiliuit suum. Simile habemus in l.1.ibi, Firma,illibataque perpetua stabilire modis omnibus debeat custodiri.C.de iure emphyt.Stabile,vt fiat hoc officium Regentis,perpetuumque, ac firmum,constans, immutabile, & fixum erectum fuit. Princepsque sapiens illud instituit, dignissimum Antistitem illi præficiendo,quo fit ut stabilem omnino mansurum sit. Principatus enim sensatus stabilis erit. Ecclesiast.cap.10.in princip. Rursus a Regente ad ius reddendum asciti scientia, & prudentia omnia metiuntur,iux. illud Sapien.cap.sexto.Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum, & Rex sapiens populi stabilimentum est. & Eccles. cap.decimo. Rex insipiens perdet populum suũ, & ciuitates habitabuntur per sensum prudẽtum. In quod omnia matura cum deliberatione (vt in nostra constitutione asseritur) ac euidentibus caussis, & expresso tantorum patrum assensu processerunt. Antitheton huius dictionis, stabile, est infirmum, incertum, lubricum. Si sine ratione, & causa, vel absque patrum libero, & spontaneo consensu, vel in alicuius iniuriam, vel notabile præiudicium hoc officium erectum, seu creatum fuisset, forsan dubitari potuisset,quòd non diu duraturum esset, saltem integrum, iuxta sententiam Terentij in Adelph.Errat longè (mea quidem sententia) qui imperium credat grauius esse, aut stabilius vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Quæ a Deo stabiliuntur perpetuò durare consueuere ad supra adducta. & hoc annuit charus ille Dei amicus, dum Dei verba refert, Cumque impleueris dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliam regnum eius. & post, Et thronus eius erit firmissimus in perpetuum.1.Paralipom.capit.17.& 28. Et firmabo regnum eius vsque in æternum. Prouerbio.cap.tertio. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit cęlos prudentia. Esaiæ cap.44. Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. Quæ vero homines stabilire conantur, seu stabilia existimant, plerumque cito euanescunt, ac deficiunt,iux.Psalm.20. Cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Et proprium rerum humanarum est variatio,mutatio,inconstantia,instabilitas.Eccl.c.2. Et nihil permanere sub Sole. Ouid.4.de Ponto, Omnia sunt mundi tenui pendentia filo,&c.

a HABITA. i. facta.Sic Salust.in Catil.Igitur co**Habita** mitijs habitis consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius.cap.in Genesi.in princi.ibi, Vt is collatione habita eligatur.de electio.authen. habita. C.ne fil. pro pa.extra.Ad conditorem.Ioan.22. versic.Nos itaque.de verborum signi.iun.glo.in ver.diligenti. cap.penulti.ibi,Et declaratione habita diligenti.de offic.ordin.lib.6.Habere etiam tenere, seu retinere,vel possidere,seu detinere,nonnunquam dominium habere absque possessione significat.l.nomẽ. §.fin.& l.habere.ff.de verborum significatio.l.si ex pluribus.ff.de solutio.l.rem in bonis. ff. de acquir. rerum domin.l. qui actionem. ff.de regu. iur.Roman.singul.636.Scis,quòd confessioni mutui.Sic contra possidere,idest habere.l.in rebus.iunc.glos. in ver.possidere. C.de iu.dot. Habere,& possidere inter se differunt, & in quo optimè Plato in Theæteto, vel de scientia.lib.13.vbi inquit.Haud sane possidere, idem quod habere videtur, plura exempla subiiciens, & plenè declarans aliud esse scientiam possidere, & habere: etsi quis vestem emptum seruat, eam possidet, si eam ferat, vel ea utatur, dicetur illam habere.

Et habere quandoque ratione dominij, quandoq; possessionis, quandoque detentionis. l. 1. ff. de fidei commiss. liber. l. officium. ff. de rei vendi. l. 1. §. quod autem. ff. de vi, & vi arma. Lauren. Silua de feud. recogni. quæstio. 109. post nume. 35. in ver. rem. Et habere cum diuersis adiunctis diuersa significat. Habere enim dicitur aliquis præbendam. i. eius vsum. Item habere aliquid. i. eius dispensationem, vt Episcopus res ecclesiasticas, uel dignitates. Rursus habere quo ad ministerium, vt virtutes. Insuper habere quoad signũ seu signaculum, ut ordines, vt post Gofre. docet Archidiac. in cap gratia, nu. 2. 1. quæstio. 1. quem sequitur Luc. de Pen. in l. vni. in ver. habere. vbi ꝙ octo modis quis habere dicitur. C. de nauti. tyberi. lib. 11. ubi exempla subijcit, citans Pap. ego autem magis ad rem, & exquisitius hacito Aristotelem post prædicamenta de verbo, habere. & lib. 5. Metaphi. text. 28. dum habere multipliciter dici ostendit. Videre etiam poteris Gilber. Porretanum in lib. Sex Principiorum. cap. 6. de habitu. vers. Dicitur autem habere multis modis: habere enim dicitur alterationem, vt albedinem; & nigredinem, quantitatem, vt longitudinem; nihil enim aliud est dicere albedinem, aut longitudinẽ habere, quàm album, aut longum esse, cum ijs, quę ibi subijciuntur.

Et vltra ipsum idem demonstrat Plato libro 20. cui titulus Charmides; vel de temperantia, vbi inquit: Nam si quis eam habet scientiam, quæ seipsam cognoscit, talis & ipse fit, quale est id quod habet: quemadmodum cum velocitatem hẽt quis, velox: & quando pulchritudinem, pulcher: & quãdo cognitionem, cognoscens efficitur.

a SVPER. De hac præ positione plura scripsi in 9. q. 33. Reg. nu. 3. 5. & seq. Alibi ponitur pro præter, prout in l. habitationũ, iun. gl. in ver. sup. ff. de peri. & cõmod. rei vendi. per Luc. de Pen. in l. super patrimonialiũ. in prin. C. de mancip. & colo. patrimo. lib. 11. & per eundem super rubr. C. de superexacto. lib. 11. ubi ponit plures significationes huius præpositionis, super. Vide etiam Ias. in authen. sacramenta puberum. nu. 26. C. si aduersus vendi. Super. i. contra. Hierem. cap. 11. Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia dicentes, mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Matthæi cap. 27. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Actuum 13. post princi. Et nunc ecce manus Domini super te. Item super nos. i. pro nobis, seu in fauorem nostrum. Hiere. cap. 14. Et nomen tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Supra, & infra, seu superius, & inferius, alia sunt in respectu ad nos, alia sunt ex natura rei. Aristote. & Auerr. 4. Phisic. tex. com. 5. Super pro de,

super [a] his [b] cum

accipiunt in illo carmine Horatij epist. 1. libro 1. Conditione super communi, quia etiam lex, pœnaque lata malo.

b HIS. Et ab eis pendentibus, seu ea concernentibus: & sic illa verba, super ijs, non solum proxima, & immediata, sed & remota ac accessoria & incidentia respiciunt, ad l. 1. post princip. iunc. glos. in ver. super ijs. & ibi Bald. post nume. 5. ubi exp[...] nunt, super his, pro securitate eorum. C. comm[...] de lega. cap. ecclesia. post princip. ibi, Super ecc[...] sijs, & personis. de consti. iunc. his quæ not. ibi [...] cto. & ad ea quæ adduco in 9. quæstio. 33. Reg. nume. sexto.

a VENERABILIBVS. Veneratione dignis [...] accipitur Num. cap. 28. Septem diebus uescen[...] azimis, quarum dies prima venerabilis, & sanc[...] erit. & cap. 29. in prin. Mensis etiam septimi pri[...] dies venerabilis, & sancta erit vobis. & in aliis loc[...] Plin. Iun. in episto. Vir grauis, & ipsa senectute [ve]nerabilis. Liuius 1. ab vrbe. Venerabilis vir m[...] culo literarum, rei nouæ inter rudes artium ho[mi]nes. Vel dignis, vt ipsis reuerentia exhibeatur [...] ut etiã uenerabiles patres dicimus, quia filij [...] venerari debent. l. 1. §. si filius. ff. de obse. a liber[...] stan. l. semper in ciuitate nostra senatus vene[...] fuit. ff. de immu. Vel quia cum reuerentia adi[...] bent, iuxta tex. in simili in l. primicerium. iunc[...] fin. uersicu. Sed ideo, quia cum reuerentia ad[...] C. de fabricen. lib. 11. Venerabilem etiam Car[...] lem Papa appellat in c. cum venerabilis, de e[...] quod procedit quãdo Papa nominat aliquem [Car]dinalẽ Episcopum, ut

venerabilibus

patet ex dicto cap. cum venerabilis. Amplius [...] si loquatur de Episcopo, uel Archiepiscop[o] Cardinali, ut illum etiam venerabilem [...] prout in capit. cum venerabilis frater nost[...] tinus Episcopus. de censib. cap. venerabili [...] ten. excommunic. capi. Venerabili fratri no[...] lubrien. Episcopo. de verborum significa[...] nerabiles Cardinales vocat, quando loqu[...] omnibus Cardinalibus, seu de Cardinalium [...] seu collegio, vt in seq. glo. ostendam.

a FRATRIBVS NOSTRIS. Quomodo [...] Cardinales omnes, & sic etiam diaconos ac [pres]byteros, & sic eos, qui non sunt Episcopi [...] vocat? quum alibi Cardinales non episcopo[s fi]lios nuncupet. capit. dilecto filio P. titu. S. M[arcel]lini presbytero Cardinali. de supplen. neg[...] prælat. capit. dilecto filio P. S. Potentianæ pr[esby]tero Cardinali. de præben. capit. licet dilect[o fi]lius N. L. titu. S. Crucis presbyter Cardinalis [...] testi. cum alijs. Respondeo, fratres, & vene[rabi]les vocat, quando de illis promiscuè, seu [...] loquitur. cap. in Genesi. ad finem. de electio[ne] Ad conditorem. Ioan. 22. de verborum sign[...] Extra. Execrabilis, §. nos itaque, iunc. glo. [...] cum fratribus, de præben. capit. 1. versic. Q[...] fratribus nostris, & ibi glos. not. in ver. frat[...] de offic. leg. libro sexto, cap. fundamenta, [...] Decet namque, & ibi glo. in ver. fratres, de e[...] eodem lib. Hostien. in cap. ad deliberandum, [...] tertia. de Iudæ. cap. primo. iunc. glos. in ver. [...] bus. de renunc. libro 6. Felyn. super rubr. de [...] deleg. colum. 1, uers. vltra ipsos adde. Rebuf. [...] concor. in for. mand. Apo. in ver. Fri. cum [...] stinctione defendere poteris And. Alci. super [...] ter claras, in ver. Patriarchã, C. de sacro. eccl. [...] serit summũ Põtificẽ fratres appellare epi[...]
A[...]

Archiepiscopos, Patriarchas, & Cardinales, ceteros verò omnes filios; de fratribus nostris [a] clara tu, & limita, ut supra docui. Alioqui Alciat. malè & contra stylum Romanum loquutus fuisset. Et quòd Papa Episcopos fratres appellet, probo etiam in 15. quæstio. 32. Reg. num. 3. Pro quo illud, Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Gregorius libro primo, episto. 77. Tua fraternitas decorata, &c. Amplia, vt Papa non solum Episcopum fratrem appellet, sed & fratrem sanctissimum. cap. retulerunt, versicu. Sed sanctissime frater, iun. suprascriptione, de consec. distinctio. 4. Item & charissimum fratrem nuncupat, capit. multum stupeo frater charissime. 3. quæstio. sexta. Petrus etiam Paulum charissimum fratrem nnncupauit, prout 2. Petri, cap. vltimo. Sic autem Papa Episcopum mortuum nominat non venerabilem fratrem, sed bonæ memoriæ Episcopum vocat, prout docet Hiero. Paul. in libro, qui Prouinciale dicitur, fol. 20. versic. Mortuum non appellat Papa. An autem Episcopum, vel alios, delinquentes, seu eos qui malè se gesserunt charissimum, vel alios dilectos filios nuncupare deceat, sat dubium videtur esse. Pro parte enim affirmatiua est tex. in sacra pagina, Lucæ cap. 16. Et dixit illi Abraam, fili recordare, quia recepisti bona in uita tua, & sic Abraam damnatum igni æterno filium vocat. Iustus Loth fratres vocat, perditissimos, & nefarios sodomitas; Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere, Genes. c. 20. Dauid item ingratissimum, & impium Absalon filium vocat. 2. Reg. cap. 18. in fin. & cap. sequen. Pro hac opin. est etiam text. in dicto cap. multum stupeo, iun. fi. vbi ille Episcopus a Papa damnatur de ijs, quæ perperam gesserat, & tamen (ut præmisi) eundem in princi. fratrem charissimum vocauerat. Papa etiam Astulphum uxoricidam, improbum prædonem, filiorumq; insectatorem filiũ vocat, prout in cap. admonere, in princip. 33. quæstio. secunda. Imò & ipse Sacerdotum omnium, Pontificumq; caput, & Princeps D. N. Iesus Iudam proditorem amicum vocat, Matthæi ca. 26. Amice ad quid venisti? Et Rex ille, qui nuptias fecerat perditissimum hominem, & vestem nuptialem non habentem, amicum nuncupat, prout in parabola, quam habes Matthæi cap. 22. Contra verò videmus, quòd Papa in literis quas dirigit scismatico, excommunicato, vel alteri carenti gratia sedis Apostolicæ eum non appellat fratrem, uel dilectũ filium, argum. tex. a contrario sensu, ad Galath. cap. tertio. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. & post, Igitur qui ex fide sunt benedicantur cum fideli Abraam. Locoque verborum salutem, & Apostolicam benedictioné, de quibus in procem. Grego. & in procem. libro 6. & per Doct. infra citandos scribi consueuit. Spiritum consilij sanioris, prout per Specu. de rescrip. præsenta. §. ratione formæ. nume. tertio, vers. Item principium, & finis salutationis. Ioã. And. in dicto procem. Grego. ad fin. in ver. salutem. & ibidem Cardin. post nume. 5. & Fely. num. 30. versic. Et adde quòd cum Papa scribit. Rebuff. super concord. in for. manda. Apost. in ver. dilectis filiis. Pro præmissis, & pro corroboratione obseruationis, & styli Romani præmissi adduco text. sacræ paginæ: 2. Io. 1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Amplius Papa, & Iudex scelestos, iniquos, & impios, iniquitatis filios appellat. & sicut iniquitates diuidunt, & separant iniquos a Deo, Esaiæ cap. 59. in princip. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter uos, & Deum vestrum. sic & a sede Apostolica, & a Dei Vicario. Paulus item repletus Spiritu sancto, in quendam virum magnum pseudoprophetam hęc verba profudit. O plene omni dolo, & omni fallacia fili Diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas, & nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns Solem vsque ad tempus, quæ verba inuenies Act. 13. post princi. Et generaliter nemo peccator, inquantum peccator est, diligendus est. Magister senten. libro tertio, distinct. 29. circa princip. Et in summa in homine duo diligenda sunt, natura, & virtus: uitia uerò, & peccata odio prosequi debemus. August. li. 1. Retractat. c. 10. circa medium. & Magister sententiarũ dicto lib. 3. distin. 29. versus finem. Pro illa clausula, spiritum consilijs sanioris, & ad ostẽdendum, ꝙ Papa peccarorem, seu reprobum, nec filium, nec dilectũ nuncupare debeat adduco illud axioma philosophicum, quod habes apud Platonem li. 8. qui inscribitur Euthyphro, uel de sanctitate, in hęc verba. Deo dilectum opus sanctũ: ac vir Deo dilectus sanctus: Opus autem inimicum Deo, prophanum dicitur. reprobus igitur esse non potest inquantum peccator, Deo, & ipsius Vicario dilectus, dilectus igitur vocari nõ debet. Ad deducta pro prima opi. rñderi põt. Primo, ad illud Lucę 16. ꝙ ille sit modus loquendi, cũ senior iuniorẽ alloquitur. Vel ꝙ similiter filiũ nuncupauerit, ex quo post longũ tẽporis interuallũ ille diues fuerit in rerũ natura a tẽpore quo fuit Abraã in hoc seculo. Rursus ex quo ille diues vocauerat Abraã patrẽ, inquiens, Pater Abraam miserere mei. consequẽs videbatur, vt & ipse Abraam eũdẽ filium vocaret. Amplius potuit hic diues esse de descendentib. ab Abraam. & sic vt ipsum uocaret filiũ naturalẽ, non spũalem. Rursus ꝙ illũ uocaret filium non suũ, sed Diaboli, cum ille in ĩferno cruciaretur. Si. n. (vt præmisi) qui ex fide sũt, hi sunt filij Abrahæ, hic qui ex fide non erat Abrahę filius dici non poterat, ergo Diaboli. Ad illud Loth, ꝙ pditissimos uocauerit fratres, respõderi põt, ꝙ id fecit beneuolẽtiæ captandæ gr̃a. Vel ꝙ aliqui uerè fr̃es essent si non in primo, in aliis gradibus. Rursus quia oẽs hoĩes ꝑsertim eiusdem religionis fratres dici possunt. Itẽ poterát emendari illi qui peccare uolebant, seu iã peccare cœperát. Ad illud de Dauide, ꝙ uocauerit Absalonẽ filiũ, dic tu, ꝙ naturalem filium nuncupauit. & sic secundum carnem, non autem spiritualem, & iuxta spiritum. Hæc autem inter se ualde differunt. Ad tex. in ca multum stupeo. respõdeo, ꝙ ille Episcopus aliqua

piè tractauerat, quæ Papa laudat, & illorum bene gestorum intuitu poterat frater chariſſimus nuncupari, licet aliqua malè feciſſet. Item non erat iam pro reprobo damnatus, ſeu declaratus. Rurſus nõ erat fortè delictum tale ob quod priuatus eſſet gratia Papæ, & ſedis Apoſtolicæ. Ad tex. in c. admonere. 33. quæſt. 2. Solutio elicitur ex eodemmet tex. dum in eo ſubditur, ſed non filius debes dici. & ſic ſe corrigit Papa in eo quod illum filium appellauerat. Item cum Papa illi Aſtulpho pœnitētiam pro delictis patratis conſtituat, ſi Papa ſupponebat iam pęnitenti, & contrito, ac peccata ſua confitenti pęnitentiam ſtatuere, non mirum ſi illum filium vocaret, tanto magis abſque adiuncto, dilectum. Ad illud de Iuda, ꝙ vocatus fuerit amicus, plurib. modis reſpõderi poteſt, & inter alios, quòd locutio ſit per antiphraſim, ſeu per irriſionem. Aut quia Iudas a plęriſque pro amico, & diſcipulo Chriſti tũc haberetur, nec iam apud omnes detecta eſſet eius nequitia, & impietas. Vel ꝙ verè quo ad Ieſum ipſe eſſet amicus, cum pro ipſum inſequentibus orauerit. Item quia adhuc pęnitentiæ locus eſſet. c. Iudas pęnituit, ſed malè, de pęniten. diſtinct. 3. Aliquæ etiam ex ijs ſolutionib. aptari poterunt illi vocato amico in Parabola. In locis ſupra citatis apparet etiam quòd Papa ſalutat illos, quibus gratiam aliquam, vel priuilegium concedit hoc modo, videlicet. Dilecto filio N. Canonico Bononien. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. vitæ, ac morum honeſtas, aliaq; laudabilia &c. vel etiam iudices, ſeu alios, quibus literas ſuas dirigit, & hic mos ſalutandi tempore etiã antiquo in vſu erit, ut apparet in procem. Decret. Gregorius Epiſcopus &c. in Proęm. lib. 6. & Clemen. & alibi, & vbique Doct. Salutationem Angelicam, erga diuam Mariam habemus Lucæ. cap. 1. Aue gratia plena. Subditur ibi, cogitabat qualis eſſet iſta Salutatio. Salutabant etiam Gentiles, & alij. Hinc Teren. Heautontimorumenon. ſce. 3. Act. 2. Clit. Saltẽ ſalutare. Idem in Hecyra ſcena 2. Act. 3. Mea mater ſalue. Imperatorem ſalutabant ijs verbis: Aue Cęſar. In ſuperſcriptione omnium epiſtolarum M. Tullij, & aliorum, appoſita videmus verba illa, ſalutem plurimam dicit. In iure ciuili habemus tex. in l. Domitius Labeo Celſo ſalutem. ff. de teſtam. Liber etiam ſalutat ſeruum. Teren. in Adelphis ſcena 5. O Syre noſter ſalue, quid fit?

a IPSIVS Rom. Eccle.) Ipſe, pronomen perſonaliſſimum eſt, ita ut non veniat alius a nominato, probatur Eſaiæ cap. 53. Oblatus eſt ipſe, quia uoluit. Ad Roma. 11. in fin. Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ad Coloſ. 1. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in

ipſius Rom. Eccl.[a]

ipſo conſtant. Virgil. 1. Aeneid. Deus ipſe faces, animumq; miniſtrat. & lib. 2. Et ipſe doli fabricator Epeus. l. quoties. §. fin. ff. ſolut. matrimo. l. ſi pactũ. ff. de probat. l. vni. §. pen. ff. de offic. præfe. præto. l. liberos. ibi, Qui progeniti ex ipſis. ff. de Senat. l. 1. §. ſed & ſi quid. ff. de offi. præfe. urb. l. metum autem. §. ſed licet. ff. quod met. cau. & eſt melior tex. in §. fuerat. ad fi. Inſt. de actio. per quem gl.[...] in uer. cum (ipſa) dicit, omnem aliũ ab illo priuilegio excludi, etiam hæredem mulieris, per tex. in l. vni. C. de priui. dot. & eſt theori. Bal. in conſi. [...] nobilis, ver. Et breuiter ſine argumentis, vol.

Cardinalibus deliberatione[a]

quinto, quod dictum pro ſingu. adducit Iaſ. in repetitio. §. diui. l. filiusfamil. in 2. lectu. numer. [...] verſiculo. Pro ampliatione huius limita. vbi [...] Ripa poſt numerum tertium, verſicu. Idem [...] prohibitio. ff. de legatis primo. cap. in crimin[...] ubi Gemin. 5. quæſtio. 3. Bal. conſilio 304. volu[...] quinto. Sozzi. conſilio 25. colum. 4. libro ſecu[...] Cagno. in l. 2. num. 4. C. de pact. Idem Iaſ. in l. [...] adipiſcimus. num. 6. & ante. ff. de acquiren. po[...] Hinc dicimus uerbũ, ipſe, adeo perſonale e[...] nec hæredem hęredis comprehendat. Oldra[...] ſilio 21. num. 2. Bald. conſilio 304. volum. q[...] Cotta Memor. in uerſicul. hæredes appella[...] Grat. conſilio 19. num. 3. & ſequen. lib. 1. [...] in alleg. l. filiusfam. §. diui. nume. 188. ff. de le[...] & ibidem Rip. numero 211. uerſicu. Et ide[...] hibitio eſſet facta per pronomẽ, ipſe, no. Ro[...] le. conſilio 59. numero 28. libro tertio. exc[...] tur igitur alij, qui Cardinales nuncupari [...] prout Rauennaten. Mediolanen. & nonn[...] Canonici, qui Cardinales etiam nuncupa[...] men S. Roman. Eccleſ. Cardinales non ſu[...] ſina. in cap. pudor, 32. q. 2. Ioan. And. & C[...] in c. cum acceſſiſſent, de conſt.

a DELIBERATIONE. Conſilio, anim[...] ſione. Deliberare enim eſt conſilium alicu[...] ciendæ, uel non, capere, ſeu diſcuſſione pr[...] alterutram opinionum venire, vel (vt dicitur [...] quid concludere. 2. Regum, cap. vlt. Nunc ergo [...] libera, & vide quem reſpondeam ei qui me [...] ſermonem. Cic. 1. offic. Triplex igitur eſt, ut [...] tio videtur, conſilii capiendi deliberatio, & [...] ciorum. Sapientem, & bonum virum fingimus [...] eius deliberatione, & conſultatione quærimus [...] ſar lib. 2. Belli ciui. Quibus de cauſis concilio [...] uocato, de ſumma rerum deliberatione incip[...] lib. 4. Belli Galli. Legati hæc ſe ad ſuos relaturos [...] xerunt, & re deliberata poſt diem tertium, ad [...] ſarem reuerſuros. De deliberatione tractat [...] Rethoric. lib. 1. cap. 4. poſt principium: vel [...] interdũ locus non patitur plenius deliberan[...] ſilium. De qua etiam. ff. de exercito. actio. [...] titu. ff. & C. de iur. deliberan. In quacunque re [...] ſertim graui deliberatione opus eſt. l. proxim[...] ſus finem. verſic. Antoninus Cæſar remotis [...] bus cum deliberaſſet &c. ff. de his, quę in teſtam[...] dele. l. dubium. C. de repud. l. 3. ibi, Sed delib[...] ne habita. C. de ſenten. ex breui. recitan. auth[...] bita. in princ. C. ne fi. pro pat. & c. ſubmitti[...] princip. 21. diſtinct. cap. illa, in princi. vbi di[...] Illa eſt cautela laudabilis, in qua totum ratio[...] 31. quæſt. 3. c. deliberatione, puida. de off. le[...] extra. Execrabilis. Ioã. 22. §. nos itaque. iung[...] ver. deliberatione. de præb. De deliberatione [...]

mus apud Platonē, si mō is liber Platonis est qui & Sisyphus inscribitur, vbi inter alia dicitur: Deliberare nobis nōne simile videbatur esse, ac si quis quærat, det què operam ut inueniat optima, ex ijs quæ facere sibi commodum putet? Et parum post dicitur. Quærere quidem in ijs est rebus, quas aliquis nesciat: Deliberare vero non videtur homini circa illa esse posse, quæ quis nesciat. Deliberationem describunt esse quandam meditationem, & interuallum ad actum, qui postea in animo destinatus sequitur. Bal. in l. potuit. in 6. quæstio. C. de iur. deli. & in l. cum antiquioribus. colum. 1. C. eod. Ange. de Malefi. in versic. appensa. deliberate què, & ex proposito factum non differre constat ex tex. in l. respiciendum. §. delinquente. & ibi Bar. & alij. ff. de pœn. Bald. in l. data opera. C. qui accu. non possunt. Angel. in praxi crimin. in versicu. Fecit insultum, in quæstione de ebrio. ad fi.

a MATVRA. Per Metaphoram seu translationem, a nucibus. & pomis sumptam. Sic Esaiæ cap. 28. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni. Iohel c. 3. Mittite falces, quoniam maturauit messis. Apocalypsi. cap. 14. ad finem. Quoniam maturæ sunt vuę

matura [a]

eius. Cicero in Catilinam. Et quasi poma arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura, & cocta decidūt. Vel matura poma dicuntur, quę neque cruda sūt, neque caduca, & squallētia, sed tempore suo adulta, & maturata. Imperator Augustus duobus Græcis vocabulis σπεῦδε βραδέως monebat, vt ad tem agēdam simul adhiberetur, & industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas, ex quibus duobus contrarijs fit maturitas, vt per Gellium lib. 10. cap. 11. dum de significatu dictionis, maturè, tractat. Maturitas vt inquit Plato in definitionibus, est ad rem vtilem temporis occasio. Tempus item ab aliquid boni conficiendum simul adiuuans. & idem vbi supra subijcit, Maturitas est tempus, in quo vnaquæque res ad patiendum, vel faciendum est idonea. Maturum item pro graui, cōstanti, ac firmo vsurpamus. Cicero pro Cecin. Si quis quod spopondit, qua in re verbo se vno obligauit, id non facit, maturo iudicio, fine vlla religione Iudicis condemnatur. Salust. Prius quàm incipies consulito: & ubi consulueris, maturè facto opus est. Hæc sententia sumpta videtur à verbis Philosophi Ethico. libro 6. ca. 9. vbi inquit, Atque aiunt celeriter quidem deliberata esse agenda, cum mora autem consulendum. Asserunt omnes nullam rem consilijs tam inimicā esse, quam celeritatem. Liuius libro primo de Bello. Macedon. & ex sententia Senecæ lib. de offic. Velox consilium sequitur pœnitentia. Bias vnus ex septem duo maximè consilio contraria esse affirmabat, iram, scilicet, & festinationem, vt per Diog. Laert. in vita ipsius, in fine. Et quod consilio, seu rectitudini consilij opponatur præcipitatio, seu inordinata festinatio, potius quàm tarditas superflua voluerūt Diui Gregorius secundo Moraliū, & Thomas, secunda secundæ, quæstio. 53. articu. tertio. ad tertium. Nonnunquam verò cogimur ex improuiso, & (iuxta adagium) consilium in arena capere, idest in ipso negotio, præsertim in reb. militaribus, prout apud Cæsarem libro quinto Belli Galli. Hæc tamen ipsa timidè, atq; vt eum omnia deficere viderentur, quod plerumque his accidere consueuit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. Pro dictione matura, & maturè, videant Archidiacon. in cap. conuenior. vigesimatertia, q. octaua. & Alberi. de Rosa. in Dictiona. in versicu. maturè. cum alijs sequen. Matura igitur deliberatione omnia à summo Pontifice decerni, & constitui debent ex sententia Gregorij, de qua in c. Apostolicæ sedis sententia tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientia, & moderatione decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt nec immutari necessarium ducat. trigesimaquinta, quæstione nona. cap. ponderet, in principio. versicu. Nos. n. tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, non præcipitemus consilia, & opera nostra, neque eorum ordinem corrumpamus. quinquagesima distinctione. capit. ex ore, in princip. iunct. glos. prima. de priuileg. c. fundamenta, §. decet namque. de electio. libro sexto. Maturate significat celeriter quidem, sed sine impetu, & cum moderatione aliquid agere, quod etiā elicitur ex verbis Virgilij, Maturate fugam. hoc ē cum quadam moderatione discedite. Alioqui si venti facto impetu, & pręcipitosè discessissent, maiorem maris procellam exercitauissent.

a DE. Hæc dictio causam proximam, & immediatam denotat. Bar. in l. 1. §. ex incendio, versi. Idem de dictione De. ff. de incen. in l. non dubium, C. de legi. Bald. & Sali. in l. de pecorib. C. ad leg. Aquill. D. meus Phil. Dec. super rub. ff. si cer. pet. in princ. & in proprijs terminis nostris, in ijs verbis, De cōsilio Cardinalium. And. Barba. de Cardi. in 2. q. p.

de [a] eorum

1. post num. 21. Et an differat dicere, de cōsilio, vel cum consilio, videantur Ioan. And. in reg. nullus ex consilio, colum. 3. post medium, versi. restat ergo modo, lib. 6. Bald. in l. 1. C. de uind. liber. & latius per Luc. de Pen. in l. omnes, colum. 14. & ante, & post. ubi de clausula, De consilio, & consē su. & loquitur in proprijs terminis nostris quando Papa dicit, de consilio Cardinalium, uel de assensu Cardinalium, & ibi infinita adducit, quæ uideri possunt. In quo differat dicere, de Regno Fraciæ, vel in Regno Franciæ, uide Rebuf. super concor. rub. de Regia ad præla. nomi. facien. §. 1. in uers. in regno. Dictio, de, nonnunquam, pro. l. post venditionem. ff. de aqua plu. arcen. l. procurator, quæ ē 8. in fin. cum glo. ff. rem rat. habe. vel propter significat: sic Ionæ cap. 2. Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, idest pro tribulatione, seu propter tribulationem, vel super tribulatione. Cice. lib. 1. Episto. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu nisi perfecta re de me non acquieuisti, &c. l. vni. in princ. iunct. gloss. 1. C. quan. ciui. act. §. necessarium. iunct. gloss. 1. in auth. vt nulli iudicum. Cur. iun. consili. 45. habita. nu. 6. Bud. in l. redhibere. ff. de ædili. edi. De me. i. ptopter me. M. Tullius Episto. 1. Famili. & lib. 2.

M. Cæ-

M.Cælio. ſollicitus equidem eram de rebus vrbanis,& lib.15.epiſto.vltim. Quæ tua ſollicitudo de me,&c. Teren. in Eunu. Quantum me amas de fidicina hac. De te ideſt a te.l. ſi is qui rem quæ ē 98.§.fin.cum gloſſ.penult.ff.de fur. De domino,a domino.l.fullo, quæ eſt 92.cum gloſſ.ff.eod. Præpoſitio,de,nonnunquam auget,vt defeſſus, depono,& ſimilia. Horat. Ode 4.lib.4. Vt cumque definere,&c.l.1.in princ.ff.depo. Cice.pro Sylla. Quã multorum hic vitam à Silla deprecatus eſt. Idem de lege Agraria. Si quid deliquero nullæ ſunt ma gines,quæ me à vobis deprecentur.l.2.verſic. Sed dominorum.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur. Aliter,& quaſi in contrario ſenſu,accipitur apud Catullum in illo verſu , Cui ego quaſi eadem, totidē mox deprecor illi. De,enim præpoſitio ibi aliud ſignificat,& illud verbum,deprecor,qui ſapiunt,ibi interpretantur,deteſtor, execror, vel abhominor, ſeu maledico. Sic accepit Cicer. pro A.Licinio dũ inquit. Quid huic homini facies? Non ne concedes interdum vt excuſatione ſummæ ſtultitiæ, ſũmæ improbitatis odium deprecetur ? Idem dicimus in verbis,hortor,& dehortor. De,enim præpoſitio,illi,vel nonnullis alijs verbis adiecta perſępe, in contrarium mutat ſignificationem , vel minuit,vt priuat. Hortor enim,& dehortor contraria ſunt. Sic & demens ideſt ſine mēte , & deſum. Decus item,& dedecus.l.3.§.ſi emancipatus , ibi, Vt dedecori.ff.de bonor.poſſeſ.cont. tabu.cap.epiſcopus.35.diſtinct. Sic dignari,& dedignari ad ea, quæ adduco ſuper 1.commiſſ.in verſi. Dignetur. Nonnunquam etiam dictio dis,idem efficit,vt videmus in verbis ſuadeo,& diſſuadeo,placet,& diſplicet. Pro præmiſſis vide Aul. Gellium Noctium Atticarũ.li.6.c.15. De hac præpoſitione, de, latè tracto in 2.q.12.Reg.nu.7.

a CONSILIO. Conſilium eſt defectus prudentiæ, ſupponas aliquem in omnibus prudentem,is conſilio non egebit. Hinc eſt, ꝙ Deus in quo eſt ſumma prudentia, & ſapientia,conſilio non indiget,ut pulchrè oſtēdit Ammo. Hermeæ ſuper lib. Ariſto.de interpretatio.ſectio.2. de propoſitio.de ſubiecto tantum,& prædica.tex.comm.7. Verum quia nemo tam prudens,quod ſibi ſat ſit,quin cõſilium quærat,utilius enim eſt cõſilium, & ſapientia,quàm vires,& vir prudens, magis, quam fortis. Sapien.cap.5. Et melius eſt conſilio ſuperare, quàm gladio. Cæſar lib.1.Belli ciui. Cæſare in omnibus ſapientior dixit. Cogitationes conſiliis roborantur,& gubernaculis tractanda ſunt bella. Prou. cap.20. Et multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum. Sapien.cap.6. Conuenit Principem nouam conſtitutionem proferre volentem, Senatum,

conſilio [a] & proceres conſulere , ſeu cũ illis conuenire , iux: pulchrũ tex.in l.humanum, C.de legib. Imò Princeps , & quiuis alius omnia, quæ facit ſi magni ſunt ponderis,uel momenti cum conſilio peritorum,& expertorum facere debet, Tobiæ cap.4. Conſilium ſemper a ſapiente perquire. Et Ariſto.lib.6. Ethic.c.9. ad fi. Bene conſultare prudentum eſſe affirmat. Cice.officio.lib.1. Ad ea eligenda , quæ dubitatio[...] afferunt,adhibere homines doctos debemus, v[...] etiam uſu peritos, &c. Et quanto magis ſe ſape[...] quis putat,conſilio alieno vti debet. Prouer.ca[...] Qui autem agunt omnia cum conſilio regunt[...] Item aſtutus omnia agit cum conſilio , qui aute[...] fatuus eſt , aperit ſtultitiam. Legimus Alexa[...]drum Mammeæ Imperatorem vſum eſſe Vlpi[...]no iureconſ.pro aſſeſſore,& conſultore. At Gre[...]rius monet Epiſcopos vt in ordinatione, & p[...]motione grauium , & expertorum virorum con[...]lium capiant, prout in cap.eſtote.1.quæſtio.1. E[...] dicunt Imperatores in l.3.C.de repud. Dubi[...] non eſſe omnia omnino,quæ conſilio rectè ge[...]tur iure,meritoque,& effectu,& firmitate niti[...] tra verò qui conſilia ſapientum ſuſcipere re[...] damnantur , prout ſcribit Diuus Gregorius de[...]mio ſubdiacono, & de quo habemus tex. in [...] 48.diſtinct. De quibus,ſeu circa quę conſiliu[...]rendum ſit, ſeu conſultationi locus eſſe poſſ[...]ctat Ariſto.in 1.lib.Rethoric.ad Theod.cap.[...]ſus,ſeu fortuna,& conſilium oppoſita ſunt. C[...]ro Metello,lib.5. Quis eſſet,qui me in conic[...] non caſu potius exiſtimaret, quàm conſilio[...] fuiſſe? Virgil.2.Aeneid. Nam quod conſiliun[...] quæ iam fortuna dabatur. Conſilium eſt,al[...] faciendi , vel non faciendi verè ratio exco[...] Cice.libro primo.de Inuentio. dum de con[...]tione tractat. Conſilium unde dictum ſit,[...]nem ſumpſerit,& quotuplex ſit,& qui, les pro conſilijs habendis adhiberi debea[...] qui a conſilio repellendi ſint,vide tex.in c[...]do.24.diſtinct.in c.eſtote.1.quæſtio. 1. &[...] Luc.de Pen. ſuper rubr. C.de Silentia. lib[...] decimo. Et omnes in hoc concordant, ꝙ [...] plurium melius ſit. Prouerbio.capit.11. Vbi[...] gubernator,populus corruit, ſalus autem [...]ta conſilia, capitu.decimoquinto. Diſſipan[...]gitationes,vbi non eſt conſilium : vbi vero[...] plures conſiliarij,confirmantur.& cap.24.[...] ſalus , vbi multa conſilia ſunt. Rurſus & [...]lium ſenum tutiſſimum ſit, adoleſcentium [...] ſeu iuuenum infirmum,imbecille, & pleru[...] pernitioſiſſimum aliàs oſtendebam in noſtro [...]ſilio ſecreto Romano. adducebam plura e[...] & inter alia Roboam Regis, qui reiecto ſe[...] & expertorum conſilio , adoleſcentium co[...] ſequutus fuerat,vnde merito regnum Iſrael [...]dit 3.Reg.cap.12. Conſilium item pro re,& [...] tempore capi debet, Cæſar lib.quinto. Belli G[...] parum poſt principium. Conſilium vt ſit re[...] ſeu vt bonum conſilium detur, requiritur n[...]lum excogitatio eorum , quæ ſunt opportu[...] finem,ſed etiam aliæ circunſtantię, ſcilicet te[...] congruum,vt nec nimis tardus , nec nimis [...]quis ſit in conſilijs,modus item cõſulendi,ſe[...] ſilium dandi,vt ſcilicet ſit firmus in ſuo con[...]ſilium dandi & aliæ debitæ circunſtantiæ, Diuus Thom[...] cunda ſecundæ,quæſtio. 51. articu.1. ad ter[...] vbi etiam probat, ꝙ in nullo peccatore in q[...]tum huiuſmodi inuenitur,eubulia ideſt bon[...] ſiliatio

siliatio, vel bene consiliatiua. Cardinalium consilio Papa vtitur, quia vult, non quia teneatur. ca. ad apoæolicę, & ibi nota. de re iudi. libro sexto. clem. vni. §. cęterum, versi. idemque Boni. de iureiur. Extra. Execrabilis, Ioan. 22. §. nos itaque, iun. gloss. in versic. de ipsorum consilio. de præbend. Extra. Ad conditorem, dicti Ioan. 22. §. nos itaque, versi. De fratrum nostrorum consilio, de verbor. signific at. extra. Quia quorundam, eiusdem Ioann. 22. post principium, eod. titu. Anton. But. in capit. sanè, de cleri. coniu. Abb. in capit. secundo. de cleri. non resid. vbi dicit non valere consuetudinem, quòd Papa non possit creare Cardinales, sine cōsensu Cardinalium. Aduertendum tamen est, quòd Doct. dicunt Cardinales esse in quasi possessione, vt ardua non expediantur per Papam absque Cardinalium consilium, super quo diffuse discutit Andr. Barbat. qui infinita adducit in 2. quæstio. par. 1. & ante, numer. vigesimumsecund. dicit, quod Cardinales videntur constituti in quasi possessione, vt quando Papa facit ardua, illa faciat adhibito illorum consilio. Vide gloss. Pragmat. de aucto. gener. conci. capit. frequens, §. quem terminum, iunct. gloss. in versic. consilio. Consilium item pro auctoritate ponitur, prout in l. vni. in princi. ff. de offic. consu. Consilium etiam aliquando ad malum tendit, pręsertim propter aliquod adiunctum, prout psalm. 1. Beatus vir, qui non abijt in consilium impiorum. Psalm. 30. In eo dum conuenirent, simul aduersum me accipere animā meā consiliati sunt, ego autem in te speraui Domine. Ezechiel cap. undecimo, in princip. Hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tradunt consiliū pessimum in vrbe ista. Et de consilio malo, & bono. psalm. 32. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia Principum. Consilium autem Domini in æternum manet. psalm. 70. Quia dixerūt inimici mei mihi, & qui custodiebant animam meā, consilinm fecerunt in vnnm. psalm. 82. Super populum tuum malignauerun consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Prouerbiorum capite duodecimo, & consilia impiorum fraudulenta. Esaiæ cap. 39. Veh filij desertores dicit Dominus, vt feceritis consilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum. Hierem. c. vndecimo. Quia cogitauerunt super me consilia dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum ve terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. & cap. 19. Et dissipabo consilium Iuda, & Hierusalem in loco isto. Matthæi capi. vigesimotertio. Mane autem facto cōsilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Marci. capit. 15. Et confestim manè consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & scribis, &c. Ioan. capit. quinto. Et consilium prauorum dissipat. & cap. decimo. Et cōsilium impiorum adiuues. Consilium in aliquibus ex locis supra citatis pro dolo, & fraude sumi potest, prout ita accipimus 1. Machabæornm cap. 7. Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum est consilium eius. Cic. pro Cluentio Capit. hoc consilium vt pecuniam quibusdam Iudicibus leuissimis pollicere tur, &cæt. Item consilium pro opinione. Cæsar libro primo Belli ciui. Hoc consilium Cæsaris a plerisque comprobatur. & post, Consiliumq; eius à cunctis probatur. & lib. 2. Curio vtrumque improbans consilium, &c. Consilium item pro voluntate, arbitrio, seu deliberatione vsurpatur. Ecclesiast. cap. decimoquinto. Deus a principio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Consilium pro iudicio, mente, seu discursu. l. 1. versicu. Nam inter omnes constet fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium. ff. de minoribus. Item pro decreto, vel placito, seu de liberatione. Hierem. cap. 49. propterea audite consilium Domini, quod inijt de Edon. & post, Inijt enim contra vos Nabuchodonosor Rex Babylonis consilium. & capit. 50. ad fin. Propterea audite consilium Domini, quod mente concepit aduersus Babylonem. Cice. Fami. lib. 4. Seruio Sulpitio, versus fin. Vt si habes iam statutum quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris. Consilium itē ꝑ loco, vbi coadunantur, seu fit consilium, & deliberatio, prout Romæ Aula cōsilij, argumen. tex. in l. penult. ff. de ius. & iur. Et pro his, qui præsunt consilio. gloss. in §. eadem, in versic. apud consilium. Insti. qui. ex cau. manu. lice. & pro vtraque interpretatione Pet. de Bellapet. ibid. num. 21. De consilio vide etiam Alberi. in Dictio. sub hoc verbo, & Lauren. Silua. de feu. recogni. quæstio. 10. numero vigesimo. in versicu. consilio. Et vide pulchram sententiam. T. Liuii. libro secundo. ab vrbe condit. Consilij publici factio, respectusque rerum priuatarum semper offuerūt, & officient.

a VNAMINI. Vnisono, concordi. Sic 3. Esdrę cap. 5. Conueniunt vnamines in atriū, quod erat ante ianuam orientalem. Eccles. cap. 6. Vnaminem habebis amicitiam bonam, ad Roman. cap. 15. Vt vnamines vno ore honorificetis Deum. ad Philippen. cap. primo, in princ. Vnamines id ipsum sentientes: & post, Neminem habeo tam vnanimen, qui sincera affectione ꝑ vobis sollicitus sit. Actuū 12. At illi vnanimes venerunt ad eum. Virgil. 4. Aeneid. Cum sic vnanimem alloquitur. c. bonæ me. 2. in prin. ibi, Contulissetis vnanimiter vota vestra. de postu. pręla. Vnanimis, seu vnanimis, dicitur, qui vnius est animi, & eiusdem sententiæ cum altero. Liuius 7. ab vrbe, Noui consules fœnebrem quoque rem, quæ distinere vnanimes videbatur. Catul. ad Alphenum. Alphene immemor, atque Vnanimis falsus sodalibus. Liuius 10. Belli Macedo. Mihi Antiocho, & cuilibet Regum huius ætatis nulla re magis quā fraterna vnanimitate regnum æquasse. ca. 3. loco. de proba. ibi Et vox fuit vnanimis. Vnanimiter aliquid facere idem est, quòd nemine discrepante facere, ad cap. si unanimi ter. de postu. præla. capit. licet, & ibi per Abb. in 1. num. 1. de offi. lega. cap. cum ecclesia Sutrina, in princip. de cau. posse. & propri. cap. dilectus, post princ. & ibi Anton. de Butr. ad hoc not. nu. 2.

num. 2. de tempor. ordin. & est inter lectur. Abb.

& unanimi[a]

Panormita. Innoc. in cap. innotuit, de electio. De hoc uidendum est per Anton. Corset. qui latè tractat in reperto. ad Abb. in versi. unanimiter.

a ASSENSV. Consensu, uoluntate. Cic. 4. Academ. Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit e uita. Idem 2. de Natur. Deor. Quod ni ita esset, quoniam potuisset assensu omnium, &c. cap. fin. in pluribus locis, de pact. libro sexto. Et cum hic de assensu mentio fiat, in dubio de uero, & expresso intelligam, propter ca. fin. iunct. ibi nota. per Ioan. Andr. ante medium, cum quo transit ibi Domini. in §. 1. in 2. not. de iudica. libro 6. & per ea, quę voluit Franc. Aret. in l. 2. §. uoluntatem, ante numerum 16. in 1. not. & ibi Ias. in 3. not. numero sexto. ff. solut. matrimon. Decis. consilio 409. viso, numero quarto, & seq. Sed quæro an possit dici de unanimi assensu, si nemo contradixerit, non tamen expresse omnes consenserint. Pro affirmatiua adduci potest in argum. text. in l. item quod Sabinus, in fin. ff. de hæred. insti.

assensu[a] **beneplacitum**[b] **nostrum**[c]

l. inter omnes. in princip. iunct. gloss. 1. iuxta 2. solutio. ff. qui sa tis. cogan. pulchrè Andr. Tiraq. de Vtr. retra. parte 1. §. 53. gloss. 4. post numerum 45. ubi quod aliqui comprobare uidentur, si non improbant. Ex quibus infertur qnod glo. opinio. quæ non reperitur ab aliquo reprobata, comprobata censetur: & tunc dici potest, quod omnes illá gloss. sequuntur, quod ultimum sentit Lap. alleg. 48. Magister Hospitalis, post numerum 2. ibi, Nisi sint reprobata, &cæt. Eadem uerba, quæ hic habemus in capit. unic. ad fin. ibi, De fratrum nostrorum consilio, & assensu, de relig. & uene. sancto. lib. sexto. & in c. 1. de renun. eo. lib. sub ijs verbis, Deliberatione habita cũ suis fratrib. Eccl. Ro. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, de nostro, & ipsorum omnium concordi consilio & assensu, &c.

b BENEPLACITVM. Quia ex uoluntate, & liberalitate Summi Pontificis (ut supra constitutio nostra præmittit] Paulus Odescalcus huic officio ad beneplacitum pręfectus fuit, illa deputatio seu concessio ad beneplacitum, quæ precarium nuncupari potest, prout per Bud. in l. Herenius. ff. de euictio. quandocunq; reuocari potuit, iuxta tex. in l. 1. & seq. ubi ꝙ habet summá ęquitatem, ut eatenus quisq; nostro utatur, quatenus ei tribuere uelimus. ff. de preca.

a PRAEDICTVM. Hæc dictio relationem facit ad supra specificata cum suis qualitatib. Bart. in l. scriptura, §. final. numero quarto. ff. de lega. 1. Bero. consilio 132. & ad ea, quæ adduco in 6. qu. Reg. de subro. nume. 3. & sequen. Interpretari igitur debemus, ut Papa intelligat de illo beneplacito, de quo pręmissum est supra. ibi, Ad beneplacitum nostrum deputatus.

a CESSARE. Deficere, desinete, prout 2. E-dræ cap. 4. Interficiamus eos, & cessare faciamus opus. Hierem. c. 49. versus fi. Et cessabit Moab esse populus. l. in

prædictum[a] **cessare**[b] **& expirare**[c]

ter stipulantem, versi. si stipulatus fuero. ff. de verborum obllg. l. humanitatis, versi. Ita tamen. C. de impube. cap. cum cessante, de appell. Quot mo- sumatur verbum, cessare. vide per Luc. de Pen. l. 1. in versicu. cessationi. C. de peri. nominato. li. 11. Et diuersa sunt cessare, & expirare, seu extin- Bar. in l. ex facto, post nu. 40. ff. de vulg. & per L. de Pen. in l. 2. dost medió, in ver. cessante, C. de- su. & non sparg. lib. 13.

c EXPIRARE. Spiritum emittere, extin- Actuum cap. quinto. Audiens autẽ Ananias verba, cecidit & expirauit, & cap. 12. ad fin. E- sumptus à vermibus expirauit. l. Caius, §. Sei- ad Syllania. Liuius 2. ab vrbe condita, Inter p- curationem expirauit. Lucanus lib. 3. Expira- mam pulmonibus ęger agebat. Et expirare rem metaphorice dicimus, quæ amplius no- rat, seu finitur. Sic Plato diem, & annum na- lege expirare, seu finiri docebat, prout per Laert. in illius vita. Sic iurisdictionem e- dicimus, cap. fin. de offic. lega. Et compro- expirare. Terminum assignatum, vel pr- expirare. Causam expirare. l. prima. ad fin. requi. reis. Gratiam expirare. cap. si gratios- ibi ad hoc not. Archidiaco. post nu. 2. de re- libro 2.

a DECERNENTES. Volentes, cens- statuentes, firmiter deliberantes, prout per M. lium officio. libro primo. Quare expectan- gis quidem est decernendi ratio. & Famil. lib. Appio Pulchro, multa decernere, & iudicare rent. Idem Philippi. 5. De exercitu C. Cæsaris censeo decernendum, Senatui placere, milit- teranis, eorumque liberis militiæ vacationem se. l. planè. & l. item eorum, §. sed ita. ff. quód cu- vniuer. nomi. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. l. consultissima, §. sed quis autem, C. de testam. chi. in cap. quod autem, num. 28. quæstio. 1. B- de Vitali. in procem. Clemen. §. hæc sanè, num. Bud. in annot. ad l. fin. colum. penul. ff. de Sen. Decernere quæstionem est statuere, vt quæ- de crimine, vt in reos animaduertatur, seu ord- rius sumatur, seu fiat informatio, & contra de- quentes procedatur. Cice. pro Milone. Num- noua quæstio decreta est? Bud. super l. 1. ff. ad le- Corne. de Sica. Sic & decernere, vt legibus quæ- tur. Idem Cicero pro eodem Milone. Decern- vt veteribus legibus tantummodo extra ord- quæreretur. Bud. in annot. ad l. 2. ff. de origin. Quot modis decretum accipiatur, vide toto t.

decernentes[a]

ff. de decret. ab- din. faci. & in l. - creta, vbi gloss. ff. de re iudic. per Specu. in tit. - pr-

pri.& secun.decre.& per Rebuff.super cõcor.rub. de conclu.Lateranen.conci.in versic.decretis.Decretum pro edicto citatorio, seu sententia.l.decrecreta.& ibi gloss.& Imol.ff.de re iudi. Decretum, & decerno verbum necessitatem inducit idest vt necessario decreto parendum sit, vel id quod decernitur effectui, & executioni demandetur., pur Iosue cap. 9. ad fin. Decreuitque eo die eos esse in ministerio cuncti populi, &c. 2. Paralippom.ca.2. Decreuerat autem Salomon ædificare domum nomini Domini. 3. Regu.cap. 8. Sitque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius. 1. Esdræ capit. 6. A me ergo positum est decretum, &c. 2. Machabæ.cap. 6. Decretum autem exijt in proximas ciuitates Gentilium suggerentibus Ptolomeis, &c. & probat text. in cap.fin.ad fin.versic.Decretum verò necessitatẽ facit. 4. distinct. Archid.in cap.primo, in versi. decernimus. 76. distinctio. Decerno verbum an decernat casum non dubium, vide clem.fi.& ibi Doctor.de æta.& quali.& Abb.in cap. 2. num. 20. de iudi. Et quòd decerno, verbum sit noui iuris inductiuum.clem. 1.& ibi Cardin.in 5.not.de cau.pos. & propri.cle.& ibi nota.de reb.eccle. non alien.& per Aug.Bero.consilio 110.an a sententia.post numerum 23. Decreti appellatio quam significationem habeat in l.ventre, versi. Et ideo decreto filio succurrendum est.ff.de acqui.hæred.videatur Alcia.Parergon.lib. 3.ca. 14. An autem decretum huiusmodi debeat dici ipsius Papæ tantum, an Papę & Cardinalium, videantur, quæ scripsi in 5.q. 8. Reg.Rationi congruit, nu. 7.& ante.

a NOMINE. Si extinguitur nomen Auditoratus, ergo & officium, & effectus cessabit, ad text.in l.a nullo, in fin.C.de fer.& in cap. corepiscopi, in fin. 68. distinct.l. 2. ibi, nomen penitus amputetur, & ibi per gloss.in versicul. perissichorrigij (iuxta emendationem Alcia. & per Angel. ibidem. C.de sumen. Alex.libr. 11.l.fi.& ibi Bald. & Saly.notãt. C.de inoffi.testam.cap. postquam, 13. quæstio. 2. glo. 1. in cap.admonere. 23. quæstio. 2. Lap.alle. 88. Cõmune Florentiæ, num. 8. seu potius consi.. Bal.uel Collegij Perusin.ibi inserto, uersic. Item quia officium & auctoritas.Anto.Corset.in singu. in ver. Officialis 1. Rip.respon. 23. nume. 26. libro primo.de legibus. Et hoc modo arguit Rebuf.in proœ. concor. in versic. nomen. videre poteris quæ dicam infra hoc §.in ver.Auditoratus.

officio Auditoratus huius modi eius nomine [a]

Et quod ei, quod non est nec nomen sit, nec sermo, nõ scientia quædam, non sensus, non opinio probat Plato libro nono. cui titulus est Parmenides, dum de vno tractat, & idem Plato dialogo quinto. de Repub. inquit, Absurdum enim id esset, si cognationis nomina tantum ore, sine officio proferẽtur. Illud autem uulgare dictum si re priueris, nec nomen habere mereris: de quo in c.admonere. iunc.

gloss. 1. 35. quæstio. 2. Barbat.consil. 2. colum. vlti. lib. 2. & consil. 7. colum. 4. eo.lib. Ias.in l. id quod apud hostes.colum. ultim.ff.de lega. 1. limitari debet procedere quando nomen significat substantiam vel qualitatem necessariam in esse alicui subiecto, vt perspici potest in casu singulari l.Lucius Titius.ff.de fideicom.liber. & in casu singulari l.tale pactum.§.fin.ff.de pact. & in casu l.tutelas, cum nota. ibi per Bald. ff. de capit. diminut. secus si nomen significat solam simplicem demonstratioñe. vt in l.si cognatis.in prin.ff. de reb. dub. vt per Bald.in cap.vni.versus fi.de vasal.qui arma belli.depo.

a IN perpetuum. Idest semper, & sine temporis præfinitione, prout 4. Reg.cap. 17. Et thronus eius erit firmissimus in perpetuum: iterum. Nunc igitur Domini sermo, quem loquutus es famulo tuo, & super domũ, eius cõfirmetur in perpetuum. & in fi. Te enim

audit. in perpetuum [a] **suppresso** [b]

Domine benedicente benedicta erit in perpetuũ. & secundo Paralippom.cap. 6. in prin. Ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. Psalm. 102. Non in perpetuum irascetur, neque in æternum cõminabitur. In perpetuũ, idest in æternum. Sapien.cap. 3. Et regnabit Dominus illorum in perpetuum, & capit.quinto. Iusti autem in perpetuum viuent. Hic non accipitur ita largè, seu ita generaliter, prout etiam in l. 1. §. penulti.ibi, Et ad tempus, & in perpetuum interdicere poterit.ff.de offic.præfe. vrb.l.sordidorum. & ibi Doct.C.de excus.mun.lib. 19. Sozin.cons. 48. accuratissimè.num. 5.& seq.lib. 3. Paris.consil. 20. concessio.numer. 13 ilibr. 1. In perpetuum, & simpliciter nonnunquam idem significant, nonnunquam opponuntur, vt per gloss.in versic. opponuntur.

SVPPRESSO. Occulto, seu occultato. Cicero pro Cluentio. Sexcentis milibus nummum se iudicium corrupturum esse dixerat: quæ cum accepisset a pupillo, suppressit. & post, Capit hoc consilium vt pecuniam quibusdam Iudicibus leuissimis polliceretur. deinde eam poste supprimẽti.cap.hæc cuius placiti.ibi, Nihil dolo supprimẽs auferras, &c. 12. quæstio. secunda. Supprimere (iuxta terminos nostros) est e medio tollere. Bud. in annota.in l. 3. versicu. Et qui naufragium suppressit.ff.ad legem Corn.de sicar. Verbum autem illud, supprimere, aliter i d. l.accipi debere docet: exponit enim naufragium supprimere hominem, e naufragio erabundum arripere, & in vinculis habere, aut ergastulo concludere ad opus faciendum, prout etiam accepit Tiranquil. in Augusto, Rapti per agros viatores seu discrimine liberi, ser uique ergastulis possessorum supprimebantur. Supprimere item pro tacere.c.ad aures. vbi Io. Andr.cir.med.cũ additio.ad eum ibi, & c.dilectus. 1. in fi, de rescr.

a EXTINCTO. Perempto, interempto, deleto.

to.sic & Iob cap.18. Nonne lux impij extinguetur? & parum post, Et lucerna, quæ super eum est, extinguetur. & cap.21. Quoties lucerna, impiorum extinguetur, &c. Sapien.cap.2.circa principium. Quia extinctus cinis erit corpus nostrum Esaiæ cap.43. Contriti sunt quasi linum, & extincti sunt. Ezechiel cap.32. Et operiam cum extinctus fueris cœlos, & nigrescere faciam stellas eius. Terent. in Adelph. Seni animam primum extinguerem. Cice. in Lelio, Sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quam depressæ videantur. l. nec ei. §. 1. ff. de adoptio. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. l. 1. in fin. ff. ad Turpi. l. 1. ff. de offic. præfe. vigil. l. plus est veneno extinguere.

Extincto [a]

C. de male. & mathemat. Simile nostro textui habemus apud Ouid. 1. Metamor. Sanguine Cæsareo Romanum extinguere nomen. & apud Cicer. Orat. quarto, in Catilin. Qui populum Romanum vita priuare conati sunt, qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere &c. idem Famili. lib. 2. Curioni, Ita sunt omnia debilitata, iam propè & extincta. Extinguere dicimus per metaphoram, seu similitudinem sumptam ab igne, a lumine, seu lucerna, prout 1. Regum. cap. 3. circa princip. Nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. 2. Regum. capit. 14. Et quærunt extinguere scintillam meam, quæ relicta est 2. Paralippom. c. 29. Et extinxerunt lucernas. Prouerbio. cap. 20. Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris. & cap. 24. Et lucerna impiorum extinguetur. ac c. 26 Cũ defecerint ligna, extinguetur ignis. & Hierem. cap. 4. post princip. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Alibi exponimus extinguere idest facere ne nascatur. l. in potestate. iun. gl. in ver. extinguat. ff. de sponsa.

a DE cætero. Post hac, in futurum, deinceps. l. nequis. in fin. ff. de custod. & exhibi. reo. l. iubemus. ibi, Ne de cætero quemquam. C. de aduoc. diuer. iudi. l. fin. in princip. C. de collatio. l. vni. in princi. C. nego. ne mili. lib. 12. glo. in versic. de cætero. in in fin. in l. à Diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. Sic & Hebr. cap. decimo. De cętero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius. ca. de cętero. de cleri. nõ residen. capit. secundo. §. fin. de conces. præben. ca. de cætero. de re iudic. in procem. Clemen. ad fi. cũ gloss. in versicu. de cætero. & Cardin. quęstio. 17. de electio. clemen. in plerisque. & ibi Cardi. in 15. quænio. eod. Rebuff. super concor. rubrica de Regu. ad Præla. nomin. faci. §. 1. in versic. futuris. Et not. Geminia. in cap. fin. §. laici. num. 4. dictionem, de cætero ad futura. dictionem verò hactenus, ad præterita referri, de rebus ecclesiast. non alie. libro 6.

ita ut de cætero [a]

a AVDITORATVS. Quæro cum ex officio Auditoratus Cameræ fiat officium Regentis censeri debeat antiquum, an nouum? Pro prima opi. concludendum videtur ex ijs, quæ voluerunt. Barthol. & alij in l. si mihi, & Titio. ff. de verbo. obligatio. vbi quod non dicitur feudum nouum sed antiquum, super quo renouata est concessio cap. primo. de uassal. decrep. æta. & ibi gloss. per & Bald. in l. quod dicitur. 1. ff. de impen. in reb. d. ta. Ludo. Roma. consil. 215. in casu. Alex. consi. 30. quoniam omne. numero quinto. & sequen. bro primo. Soz. consil. 100. super controuersia. co lum. penulti. ad fin. uersicu. Videmus etiam, quo licet antiquum feudum renouetur. lib. 3. Con quia hic extinguitur Auditoratus Cameræ, & tur nouum officium, tum quo ad nomen, tum ad essentiam, seu substantiam, ut uidebimus super ilis verbis denominetur, & existunt, vnde si res extincta renouatur, noua, & alia res dicitur. l. inter stipulantẽ. §. homo liber. versi. & nauis. ff. de verborum gatio. l. 1. §. opus. ff. de nou. oper. nuncia. l. sicut proponis. 2. ubi q̧ stante statuto Ec quòd nullũ fortilitium fieri possit Papa to, fortilitium funditus destructum si reficetur nouum. C. de nupt. in l. ius autem. numero decimosexto. & sequen. ff. de iust. Breuiter concludendum, officium Regen nouum, sed habere omnem iurisdictionem potestatem, omniaque priuilegia officij Auditoratus, & ijs maiora, & præstantiora, locis audiuimus.

officium ipsum non Auditoratus [a]

ILLVD. Scilicet officinm Auditoratus Cameræ: pronomen enim uice nominis fungitur sicut exprimendo nomen explicamus in persona seu corpus, uel rem, idem operabitur pronomen tacito nomine, argum. text. in l. dubitat. ff. de hæredi. institu. & per Bar. in l. Mæuius, §. duo numero septimo, ff. de lega. 2. Pronomen fastidium tollit, & ornatum inducit, ut per Isido. Etym. 1. c. 7. vbi subdit pronomina aliqua esse finita, infinita: rursus aliqua possessiua, aliqua deducti item relatiua. Sed qũo obtinens officiũ Auditoratus Cameræ cessabit denominari, vel potius stere Auditor Cameræ. Et sic cessat talis esse modo hic dicitur illud officiũ Auditoratus Cameræ obtinens? Sic solue, Desinit esse officium Auditoratus Cameræ, cessatq; illius Auditor: sed nõ cessat officium sub alio nomine nuncupandum, illud que obtinens aliter quàm prius nominãdus erit.

Cur. causar. Camerę Apostolicæ, & illud [a] **pro tempore** [b] **obtine non Audito generalis**

b PRO tempore. Catacronon, iuxta tempus, ratione temporis. Virgil. in Bucco. Eglo. 7.

te marmoreum pro tempore fecimus.cap. fundamenta.§.decet,ibi,In omnibus quæ pro tempore imminent.de electio.lib.6.Alibi dicit tex. in cap. Constantinus.§.1.per tempora.96.distinct. Videre poteris supra,in alia gloss.in ver.pro tēpore.§. sane.

c NON Auditor. Ex quo suppressum ast, ac extinctum nomen antiquum,non potest, nec debet ut prius nominari.l.vni.cum ibi not.C.de muta. nomi.& ibi Saly.dat exemplum, quando mutās sibi nomen declarat, quòd de cætero, seu ab illa hora vocabitur Brutus, non Aurelius ut prius. Quod exemplum posuit etiam ante ipsum Bar.in 1.consti.ff.§.nos verò.ad fin.Et cum officium sit transformatum, nomen primum non conuenit transformato.Bald.quæst.scisma.colum.pen.post nu.20.versicu.Quis enim dubitat, per iura,quæ ibi adducit.

a SED. Dictio hæc, & similes præcedentibus aduersantur,prout Esaiæ c.10.Ipse autem non sic arbitrabitur,& cor eius ita nō estimabit, sed ad conterē dum erit cor eius. & cap.sequen.circ. principium. Non secundum visionē oculorum iudicabit,neque secundū auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia, pauperes.&c.Hietem.c.tertio.Et non timuit præuaricatrix Iuda soror eius,sed abijt,& fornicata est etiam ipsa.l.sed & si lege. & ibi glo. & Bart. in princip.ff.de peti.hæredi.l.2. versicu.Sed & fortius.iunct.glo. ff.ne quis eum, qui in ius voca. est gloss.& Bar.in l.patris,& filij.ff. de vulga.glo. & Bar.in l.hoc amplius.§.de his autem.ff.de dam. infe.Sed quæro hæc dictio,sed,aduersatiua,quib. aduersabitur?

Cur. causarum Cameræ Apostolicæ sed [a]

Respondeo, ꝙ illis verbis, Auditoratus, & Auditor. De hac dictione, sed, tractaui etiam supra,§.nos qui.in versic. sed licet eodem modo ad uersentur præcedentibus dictiones,autem,& sed. de natura tamen dictionis,autem,est significare diuisionem. Auerro.1.de Anima.commē.84.1.Phisic.commen.1.& 3.de Anima.commen.16.Item particula,autem,est nota continuationis, præsertim in principijs librorum, qui continuantur cū præcedentibus,aut in principijs tractatuum supponentibus præcedentes.ita notat Philoponus in princip.super libro de Generatione, qui incipit, De generatione autem,& corruptione. Ex illa.n. coniunctione,autem.innititur continuatio cum vltimis verbis,4.de Cęlo,Ita etiam apparet in princip. tertio. de Anima. ubi incipit, De parte autem animæ,per quam anima cognoscit, vt continuetur cum fine.2.Autem pro quia, item pro certe,vide tex.iun.gloss.in l. Offidius.uersi.Ex diuerso contra dicebatur.ff.ad lega.3.Sed,dictio quando stet inclusiuè,vide Gemin.in capi.hoc consultissimo.in fin.princip.num.13,de rebus eccle, nō alien.lib.5.

Regens [a]

a REGENS. Vide gloss. supra §. volentes. sub hoc versic. Hic Regens in primis seipsum bene regat, necesse est,ne cōtra ipsum adduci possit illud Roman.capit.secundo.Qui alium doces,teipsum nō doces.Qui prædicas non furandum, furaris, &c. cap.Ecclesiæ Princeps.35.distin.cap. primo.32.q. 6.Nec alios regere debet,qui seipsum regere non potest.M.Tullius pro Lege Manilia. Non potest exercitum is continere Imperator,qui se ipsum non continet.l.fin.C.de legi.tuto.Bald. cons.389. consuetudo est, post numerum quintum, versiculo. Item si esset infans, regeret alios, qui se regere non potest.libr.secundo. iuxta nouam editionem.Et ex Peripateticorum Principis sententia de Regi.Princip.seipsum regere summa sapientia est.& idem Aristot.lib. 3. Politicorum (prout ex Græco in Latinum vertit Bud. in l. Princeps.in princip.ff.de legi.) inquit, In Republica autē optimè constituta is demum ciuis dici debet,qui & regere,& regi,& voluntate, & aptitudine ad uitā paratus est secundum virtutem agendam, vt dicit text.in cap.duo sunt genera. Hi namque sunt reges idest se,& alios in virtutib.regentes.12.quæst. Regere autem optimè se ipsum cognoscat necesse est, quod quidem difficillimum est, & sapientia ipsa docet,vt nosmetipsos noscamus, quæ cognitio diuinum quid in se habet, vti apud M.Tullium 1.de legibus.item dicimus officium Regentis exercitum,non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistere.l. officium. ff.de re mili.Regens optimè reget, & fœlicissime regetur,si Dominus ipsum reget. psalm. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. & Apocal. cap. 7.ad finem,Quoniam agnus, qui in medio throni est,reget illos.Vt optimè quis regat, à Deo postulanda est prudentia,& sensus rectus.1.Paralipom. cap.22,Detque tibi Dominus prudentiam, & sensum,vt regere possis Israel,& custodire legem Domini tui.Regere rectè tenere significat, ꝓut apud Corne. Celsum vsurpatū inuenimus sub ijs verbis, Qui nimio dolore regere caput non posset. Hæc similitudo Regenti conuenit,vt Regens officium hoc(quod caput aliorum officiorum nuncupari meretur) regat,& rectum teneat, non permittens illud labi,claudicare,vel ad aliquam partem declinare. Item ad gubernacula Reipub. sedeat, nauemq; rectam teneat,iuxta illud M.Tullij Curioni, Teque hortor vt omnia gubernes,& moderere prudentia tua.& per eundem de Senectu.Gubernator clauum tenens sedet in pupi. Regens nō erit excusatione dignus si dormiat, si ea quę audire debet audire necligat,si difficiles præbeat aures iuxta verba M.Tullij in oratione pro Milone. Nimia multa audire coguntur, neque aliter facere possunt,quibus tota commissa est Respub. Defendi non poterit,si abusus non tollat, vitia non extirpet,temerarios pro uirilli non reprimat.Si scelestorū iudicū Iniustis decretis,infamiū Procuratorum captionis fallacijs,ac impiorum tabellionum auri sacræ fami non resistat. Omnis enim qui regit,& qui gubernat,diligens & sollicitus esse debet

bet in percuntando, ac perquirendo uitam,& mores illorum quos regit,& per quos regit.l.3.& l. congruit.ff.de offic.præſid.cap. in mandatis.post princip.43.diſtinct.Errantes ad rectum iter reuocet,iuxta illud Cæſaris lib.3.Belli ciui.Atque errãtem regere poſſet.De his qui regunt ſcriptum eſt ſecundo Paralipom.cap.19.Videte,ait,quid faciatis,non enim hominis exercetis iudicium,ſed Domini,& quodcunque iudicaueritis in uos redundabit.ſit timor Domini vobiſcum,& cum diligentia cuncta facite.Delicta item corrigat, & puniat, iuxta text.in præalleg.l.congruit.ff.de offi.præſid. Regens item omnibus quos reget maior,dignior, ac nobilior ſit,argumen.tex.in l. cum multi. C.de bon.quæ lib.l. 2.§.ſi præſes.ff.quis ordo in bono. poſſeſ.l.iubemus.in fin.C. de epiſco. & cleric. Et quia Regentis actiones in aperto ſunt , nec cælari poſſunt,meminerit ipſe, & omnes iuſtitiæ miniſtrandę præpoſiti,illorum verborum Cęſaris lib. 7,Belli Galli.verſus finem, ad alium licet effectũ prolatorum.Quòd in conſpectu omnium res gerebatur, neque rectè, aut turpiter factum cælari poterat,viuosq; & laudis cupiditas, & timor ignominiæ ad uirtutem excitabat. Sed magis memoriæ mandent verba illa ſacra, Domine quando veneris iudicare terram, vbi me abſcondam a vultu iræ tuæ?

Sanctę Romanę Eccleſię [a]

a SANCTAE Romanæ Eccleſiæ. Hic tres intellectus dari poſſunt,primus ſit, ꝙ illa verba,Sãctę Romanæ Eccleſię uacent, ſeu nihil operẽtur,& ſic illis omiſſis legamus hoc modo , ſed regens Camerę Apoſtolicæ denominetur,& exiſtat. Ex hac lectura correctio antiqui officij,ſeu antiquarũ bullarum,vel conſtitutionum euitabitur,quod maximè curare debemus.l.ſancimus.C.de teſtamen.l.præcipimus.in fine,C.de appell.vbi not.Bar.quòd antequam dicatur aliquid correctum oportet, quòd ſpecialiter,& ſpecifice illud dicatur , adeo ꝙ verba generalia non ſufficerent ad inducendam correctionem,vt voluit Iaſ.in conſi.164.colum.1.in fi. libro ſecundo.Et lex ſequens generaliter loquens reſtrictionem recipit à lege præcedente ſpecialiter loquente ad euitandam contrarietatem.l.ita nobis pudor.C.fine cen.vel reliq.Roma.conſil.339. vt præſens,poſt nume.11.verſicu. quia imò & lex loquens.authen.offeratur.C.de lit.conteſta.iunct.l. ſciendum.in princip.& ibi gloſſ.& Doctor.ff. qui ſatiſda.cogan.Alcia.in tracta. de verborum ſignificatio.lib.2.nume.29.Et dixit Plato lib.34.dialog. 4.de legibus.cum ars poetæ imitatio quædam ſit, & contrarios affectus hominum exprimat, ſępecogi poetam ſibi ipſi contraria dicere,neq; ſcire vtrũ hæc, an illa vera ſint: Legiſlatori autem licet duo quædam diuerſa de vno in lege loqui,ſed vnum debet ſemper enunciare de uno. Quod autem correctio euitetur,patet:quia ſicut prius erat officiũ, Auditoratus Camerę Apoſtolicæ,ſimiliter & nũc officium Regentis Cameræ Apoſtolicæ, & ſic tãtum mutatum ſit nomen Auditoratus,& Audit... ris. Verum huic intellectui obſtat, quòd in con... tutione,ſeu diſpoſitione Principis,vel alteri⁹ nihil ſuperfluũ

Camerę Apoſtolicæ [a]

eſſe debet,etiam quò ad vnam ſyllabam. glo... in l.1.ff.quod met.cau.Bald.ſuper rubr.C.de co... trah.emptio.quæſtio.9.Dominus meus conſi... viſis.nume.4.Hinc dicimus verba potius im... propriè,& contra eorum naturam accipi de... re, quàm vt ſuperflua reddantur, ſeu nihil ope... tur.ca.ſi ſententia.ibi,Ne ſententia effectu ca... de ſenten.excommun.lib.6.Bald.in cap.primo. capi.qui cur.vendi.colum. 10.Abb.conſi.23.c... duo.colum.1.in fin.lib.2.præceptor meus D... Dec.conſil.45.& maturè,colum.2.poſt m...

Secundus intellectus dari põt, vt illa verb... ctæ Romanæ Eccleſiæ,præmittantur tãquã... nus ſeu vniuerſalitatem inferentia, vel dei... tia: Verba verò quæ ſequuntur,videlicet,C... ræ Apoſtolicæ, ſint loco ſpeciei , ſeu reſtr... vel declarent illam generalitatem,ſeu vniu... tatem, vel indiſtinctam loquutionem, ad l... num.§.cui dulcia. & ibi Bart.ff.de vi... ſi adijciatur,ubi idem Barto.ff.pro ſocio... conſil.8.viſis ſubti.num.3.lib.3.& conſil... titulo.num.7.volum.5.Pariſ.conſi. 102... 10.lib.1.Senſus erit, denominetur,& ſ... Sanctæ Romanę Eccleſiæ quoad Came... ſtolcam,ſeu quoad concernentia Camer... ſtolicam.Tertius intellectus adduci pote... illa verba,Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, a... ctus,quem loco copulæ, vel pro copula... aſſeramus,ac ſi dictum fuiſſet,denomine... gens Romanæ Eccleſiæ , & Cameræ Ap... Sic ad Corinth.1.cap.3. ſi quis autem ſup... cet ſuper fundamentum hoc,aurum,arge... pides pretioſos,ligna,fęnum,ſtipulam,vn... que opus manifeſtum erit,ac ſi dixiſſet au... argentum, & lapides pretioſos,&c.l.triplic... deamus.ff.de uerb.ſigni. & ad not.in l.ii du... §.in coeunda.ff.pro ſoc.& in l.pretia rerum... leg.Falci.& l.fi.iunct.gloſſ.in verſi. tam præ... ræ.quæ ſubdit punctum loco copulæ.C.de... lib.10.glo.in l.penult.in verſic. veluti.ff.de... etra.cogni.Bar.in l.re coniuncti.colum.2.ff... ga.3.Geminia.poſt Ioan.Andr.& Ioan.de l... cap.quia ex eo,num.11.de pact.lib.6. Soz... 91.caſus ſuper quo.ante num.8.verſi. Et lic... ſit copula,tamen poteſt cenſeri appoſitus p... pro copula.lib.3.Iaſ.in l.4.§.filius.num.3... ber.& poſthum.D.meus Phil.Dec.in l.in eo... plus,quæ eſt 111.§.vbi verba.ff.de regu.iur... conſil.36.conuentiones.num.15.lib.1.Ioan... Paui.in tract.de offic.& pote.cap.ſe. vacan... prælu.verſic. Adde quòd punctus ſupplet... copulæ.& propterea, & propter alias ratio... bemus literam congruè punctare.Et aduert... in l.1.poſt num.5. verſicu. Literam etiam i... congruè punctabis.C.de libe.præt.Pro ma... gnitione non ab re ſubijciendũ putaui,ap...

quos punctos, quibus oratio distinguitur, nouem ab authoribns recenseri, quorum non omnes hodie recepti uidentur.

Primus est suspensiuus, idest simplex uirgula, quæ solet quietis gratia poni antequam sensus aliquis clausulæ haberi possit: hoc modo, Arma, Alter est geminus punctus, quo utimur, ubi clausula maiorem quandam quietem habet, & tamen sensum imperfectum, ut Arma, librosque meos.

Tertius punctus est comma, qua utimur, ubi clausula uidetur esse completa, & tamen imperfecta est, & ponit planus in superiori parte lineę, hoc modo, Arma, librosq, meos diripierunt milites: quamquam eos nunquam existimaui huc uenturos,

Periodus est quintus punctus, qui ponitur in fine clausulæ, quando non modo perfectus est sensus, sed etiam ipse sermo, ut quod sequitur quasi nouum inchoari uideatur, & ponitur in inferiori parte lineæ adiecta uirgula hoc modo, Arma librosque meos diripierunt milites: quamquam eos nũquam existimaui huc uenturos. Verũ ęquo animo ferenda sunt hæc.

Pro præmissis, & quando fiat oratio, quando sit imperfecta, & quòd non referat an oratio sit lõga, an breuis, & de breuissima forma orationis, puta, homo discit, & pro alijs huc spectantibus uidere poteris apud Platonẽ in Sophista, uel de Etate. ibi, Rursus qui cum dicitur Leo, ceruus, cum ijs, quæ sequuntur.

Semipunctus est sextus, & dicitur uirgula quã in fine lineę ponimus, cum dictio imperfecta ẽ, & pars in sequentem transit lineam. Admiratiuus, siue exclamatiuus septimus, qui in tali ordine ponitur, O hominem fortem, O integrum, O in omnibus, qui ætate nostra sunt præponendum. Te ne incœpto unquam desistere aliquis uidit? tene fortunæ succũbere? Interrogatiuus octauus, qui hoc modo fit. De te uerò quid dicam? Nonus punctus est parenthesis, ubi diuersa oratio imperfectæ adhuc orationi interponitur hoc modo, Tene (dicam enim quod sentio) calamitatibus cedere?

De punctis tractant Donatus, Seruius, Fortunatus, & Diomedes, quos uidere poteris. De puncto uerò indiuisibili, & cuius pars non est, & ꝙ impartibile secundum ueram rationem unum sit ponendum, uidere poteris apud Euclidem in prin. & apud Platonem in Parmenide, & in Sophista, post medium.

denominetur.

a DENOMINETVR. Dicatur, vocetur, nũcupetur. Hora. 3. Carminum Ode 17. Quando & priores tunc lamias ferunt denominatos. Quintil. libro primo. cap. decimo. Propria sunt verba cum id significant, in quod primo denominata sunt. Non absque igitur ratione potius Regens, quàm Auditor vel alio nomine nuncupandus decernitur; quia (vt in ver. Regens, dixi) potior & dignior huius cura est regere, & gubernare. Denominatio autem rei, vel actus a digniori semper fieri debet. l. quæritur. ff. de stat. homi. l. 1. in princ. & ibi glo. & Doct. præsertim Ias. nu. 21. qui plura adducit, ff. de verbor. obliga. Idem Ias. in l. imperium num. 3. ff. de iurisdictio. omn. iudic. ubi reddit rationem quare magis appelletur mixtum imperiũ quàm mixta iurisdictio. & in l. 1. num. 9. ff. de acq. possess. cap. quod in duobus. iun. gl. de conse. eccl. vel alta. Felin. super rub. de offi. deleg. Sed contra quòd imò denominatio hæc, seu nomen Regentis non conueniat, seu non sit cum ratione impositũ probatur: quælibet enim res ab eo potius denominari debet, quod sibi specialius sit, quàm quod cũ alijs commune habeat. Vnde Quintil. lib. primo. Oratoriarum institutionum, cap. 10. negauit hominem ab humodici, cum omnibus animantibus cõmune sit. Licet M. Varro contrarium asseruerit. sic etiam videmus stipulationem, potius a verborũ firmitate, quæ propriè, peculiariter ad stipulationem pertinet, quàm à consensu, qui omnium pactorum, ac conuentionum communis est, nomen accipere. Pau. Castren. Alexan. Sozi. & alij in pręal leg. l. 1. in princip. ff. de verborm obligatio. & ad nota. per And. Alcia. in l. tugurij. ff. de verborum significa. cum quo residet And. Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in gloss. facultatum. post nume. 3. C. de reuoc. dona. Nos autem videmus quòd hoc nomen Regentis cuilibet gubernanti, seu præsidenti tam mundano, quàm spitituli, ac ecclesiastico, seculari, & regulari, quin & militibus præfecto cõuenit. ergo nimis generale est, & quodammodo æquiuocum, cum solum nomen cõmune sit. Rursus hoc nomẽ, Regentis, est antiquissimũ Neapoli, imò etiam Romæ: ibi. n. plures sunt Regentes, puta Vicariæ, Summariæ seu Cãcellariæ, de quo Regente Vicariæ videre est etiam in antiquo rescripto Regis Roberti, Robertus &c. quod rescriptũ habes decis. Neapo. Afflict. 264. post prin c. Romæ vero adest Regens Cancellariæ, qui nunc est R. P. D. Bartholomęus Farratinus Episcopus Amerinus prudẽtissimus, & integerrimus. Respõdeo ultra id ꝙ exquisita sup nominum impositione disputatio sit pertinacib. relinquenda, ꝙ hoc nomen, Regẽtis optimè congruit huius officij ꝑfecto, cum (ut præmisi) ipsius prima, & præcipua cura sit regere totã Romanã Curiã, ac magna ex parte Camerã Apostolicam, vnde nemini adeo hoc nomen Regentis conuenit, quàm huic. Insuper illa verba S. R. Eccl. Cameræ Apostolicæ, addita termino Regentis, ostẽdũt, ac designãt quis & qualis sit hic Regens, generalitatẽq; restringunt, nõ secus ac si dicamus, animal rõnale, mortale, risibile. i. homo: & animal hinnibile. i. equus, vt docet Porphirius in pręedicabilib. dum de specie tractat, & dũ de proprio disserere incipit, & vtrobiq; per Ammonium. Et nõ solũ nouissimè propter mutationem nominis, & aliarũ circunstantiarũ, prout in nostra constitutione, sed & olim dũ nuncupabatur Auditor Cameræ, ẽt Regens, seu Rector ciuitatis vocabat̃, ꝑut ꝑ Cassa. dec. 4. nu. 5. de constitu. In summa Regens tribus modis accipi potest, vel in genere generalissimo, vel in genere nõ generalissimo, sed subal

terno, uel strictè iuxta similem distinctionem, de qua per gloss. in l. prima. ff. de offic. præsid. Hic ultimo modo sumi debet, propter illa uerba addita, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cameræ Apostolicæ (vt supra ponderaui.) additio enim illorum verborum generalitatem in suo significatu restringit, ad l. fin. §. dulcia, cum sum. Bar. ff. de vi. & ole. lega. l. pediculis, §. item cum quæritur, vbi glo. in versicu. non uideri. ff. de aur. & argen. lega. Fatetri autē debemus vt tam noster, quam alij, qui Regentes nuncupantur, actu regant: non autem sufficiat, quod sint tantum Regentes in potentia. Denominatio enim ab actu fit, non à potentia, vnde lectus in potentia, non dicitur secundum artem lectus, neque in ijs, quæ natura subsistunt. Os enim in potentia non consideratur, neque habet sui ipsius naturam prius quàm accipiat, prout docet Philosophus Politico. lib. 2. tex. 11. Non omitto quod nullum nomen nobilius, & dignius inueniri poterat hoc nomine Regentis. Regere enim est propriū ipsius Dei, vt etiam per M. Tullium de Somnio Scipionis; Deus est, qui prouidet, qui regit, & moderatur, &c. & 1. de Natur. Deorum. In mundo Deus est aliquis qui regit, qui gubernat, &c. Et ecclesia Sancta cantat, Vt ecclesiam tuam sanctā regere, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.

a EXISTAT. Et sic non solum denominetur, sed uerè talis sit. Simile habemus 1. Ioan. cap. 3. Vide te quam charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus.

& existat[a]

capit. consequens, versicu. Quoniam domus Dei domus orationis & esse, & dici debet. 88. distinct. cap. si enim, ibi, Christus veritas appellatur. c. verè est, de pœni. distin. 2. l. 1, §. 1. iun. glo. in uersi. dicentur, quę supplet, & erūt. ff. de dolo. l. prætor. in princ. ff. in bono. rapt. & l. 1. ff. si quadru. paupe. fecis. dica. ibi, dicatur. vbi glos. supplet, & uerum sit. quam gloss. sequitur etiam Bar. in extra. Ad reprimen. in ver. asseratur. Paris. consi. mortuo, num. 35. lib. 1. Cuius glo. auctoritate innixi Docto. recentiores uoluerunt præmium per bannum promissum indicanti malefactorem non deberi, nisi indicans probet illum esse talem, & alia plura cumulant. Absque hoc verbo, existat, vel expresso, vel subintellecto, sola nominis immutatio, seu variatio non immutasset substātiam rei, vel subiectum, nec efficere posset, quod vnum euaderet alterum, argum. tex. in l. iubemus, C. de libe. c au. cap. penult. ver. Et quod velis nomē ei imponas vsura est, 14. quæstio. 3. c. ea quæ, &c. in tantum, de simo. vbi quòd quicquid datur pro spiritualibus quocunque nomine nuncupetur, simonia est. cap. auaritiæ, de electio. lib. 6. Hinc pulchrè dixit Lap. alle. 91. casus talis, numero quinto. quòd pietas non stat in nomine pietatis, sed in substantia veritatis, per iura quæ ibi adducit. Et quòd inter denominari, vel dici, haberi, & esse, maxima sit differentia, patet ad sensum, & probatur ex tex. in l. si maritus, §. Legis Iuliæ, & ibi Bar. ff. de adult. vbi aliud est dici absentem, uel haberi pro absente & esse absentem, & ibi pulchrè distinguit. Ro[...] consilio octuagesimosecundo. quoad nume[...] cundū. Corse. in singu. in versiculo, habeatu[...] in repet. in versicu. Statutum si dicat aliqu[...] beri pro ciue, Mar. Socin. iun. consi. 67. In c[...] numero septimo. Ex quibus infertur ad an[...] continentes clausulam, Seque pro tali, & ut [...] habuit, nominauit, & reputauit, ab alijsque p[...] li, & ut talis habitus tentus, nominatus, & re[...] tus fuit, de qua per Bart. in l. 1. num. 6. C. de [...] per Mar. Soci. iun. vbi supra. numero vigesi[...] cundo. Quòd si solū dictū fuisset, amplius n[...] minari debere huic officio pręfectum Audi[...] Cameræ, sed Regentem, & sic nulla alia inn[...] tione facta, nisi quoad denominationem [...] ficij, eique præfecti, huic sic denominato a[...] re possent, quę pulchrè nos admonet Hora[...] ad Quintium lib. primo. inquiens, Cum pa[...] piens, emendatusque vocari: Responde[...] dic sodes nomine, nempe. Vir bonus, ac [...] dici delector ego, ac tu. Qui dedit hoc h[...] si volet, auferet. Verba, habeatur pro tali, [...] polleant illis, sit talis, quando proferun[...] qui habet potestatem inducendi qualita[...] bat tex. in cap. tanta. ibi, Legitimi habe[...] fil. sint legiti. Idem voluit Gemin. in cap. [...] versus fin. Quia ista verba prolata. & [...] in l. si vnquam. in versic. reuertatur, nu[...] C. de reuoc. dona. Vide postea numero [...] de uerbis habeatur, & sit, & sic ad rem: [...] Catel. Cat. memor. in versi. habeatur. [...] bum, existat, compositum est, plus sim[...] operabitur, ad not. per Bar. de versi. vn[...] in repet. l. j. colum. 4. C. de sacro. eccle. [...] set. de uerbis geminatis. in 31. not. [...] versicu. Vnde plus operatur. Imò solum [...] verbum, sit, fuisset sufficiens ad veritate[...] tiam significandam, vt ostendam infra [...] sitque. Amplius verba geminata, deno[...] existat, plus operantur, quàm si vnum [...] pressum fuisset, vulga. l. balista. ff. ad Tre[...] 1. Non sic impij, non sic. Virgil. 4. Aene[...] iuuat ire sub vmbras. Et uerba geminata [...] repetitio, uel iteratio denotant firmitate[...] voluntatis, & consensus, & inducunt [...] iuris ab actu simplici, iuxta tex. in l. quo[...] ta. ff. de proba. glo. in l. cum scimus. & ibi [...] de agri. & censi. libro vndecimo. cap. ea[...] scrip. vdi Bald. inquit, quòd verba gemina[...] ficant precisam intentionem. De similibus [...] habeatur, & sit, tractant Bal. & Andr. Ba[...] primo, colum. fin. de lit. contesta. Idem [...] constitu. ff. in fin. princip. & latè Andr. T[...] in repet. l. si unquam, in gloss. in uerticul[...] tatur, numero 220. & sequen. C. de reuo[...] Existere nonnunquam interpretamur, id[...] sic compositum pro simplici, prout Pro[...] pite vigesimo. Tolle uestimentum eius, q[...] sor extitit alieni. Oseæ capit. octauo. Ip[...] uerunt, & non ex me principes ext[...] Cicero secundo, de Diuina. Quicquid [...]

erit, qualecunque est, causam habeat a natura necesse est, ut etiam si præter cõsuetudinẽ extiterit, præter naturam tamen non possit existere. Idem Pulchro, lib. 3. Nec tum glorio sum exitum tui iudicij extitisse. l.j.§.id uerò.ff.de rerum diuis. l. minor.ff.de procurat.

cum [a] officio correctorię

[a] CVM. Natura huiusdictionis, cum, est coniungere accessoriè, non primo, seu principaliter. l. 1. & 2.ff.de pecu.lega.§.sed & si quis ancillas, Instit. de lega. Bart. in auth. ingressi, col. pen. C. de sacro. eccle. vbi declarat, quid differat dedicare se cum suis bonis ecclesiæ, vel se, & sua bona. Et de dictione, cum, φ accipiatur, pro &, & φ æque principaliter disponat, est text. in l. si is, qui ducenta. in princip. ff. de reb. dub. in l. illi cum illo. ff. de vsufruct. lega. & est tex. in l. si cui fundum, vbi quòd idem est legare fundum cum instrumento, & fundum, & instrumentum. ff. de fun. instru. & in l. Titiæ textores. §. mihi. & l. si ancilla. & ibi Bar. ff. de leg. 1. & in l. si quis inquilinos, §. si ita legatum fuerit, & l. si quis legauerit Titio cum Mæuio, ff. eod. ac in l. si quis titio, in fin. ff. de vsufruct. accre. & in l. vinum cum vasis, iun. gl. 1. ff. de trit. vi. & ole. lega. Et de stipulatione pro se cum filijs, & hæredib. vide Bal. in l. vni. §. vbi autem, C. de cadu. tollen. & Alexan. in l. Gallus, §. quidam rectè, ante nu. 12. versi. Tamen hæc. ff. de libe. & posth. Cum pro quia, l. vt uim & l. seq. ff. de ius. & iur. glo. & Cardin. in cle. testi. in princ. de testib. Bar. in l. 1. C. in qui. ca. ces. lon. tempor. præscri. Instit. de vsu, & habi. versi. nec ulli alij. Cum pro quamuis l. cum filius, post princ. iun. glo. in ver. cum. i. quãuis, ff. de lega. 2. Insti. de his, per quos age. poss. ver. Alieno ueluti, iun. glo. in ver. cum. i. ex quo l. sed & si. ver. Quæ enim in eo culpa sit, an suæ mentis non sit? ff. ad leg. Aquil. Cum pro quando, l. j. iun. glo. penult. ff. de offi. consu. l. virilis. cum glo. hoc ipso versic. ff. de lega. præstan. Pro quibus & quot modis particula, cum, in iure accipiatur, vide plenissimè Luc. de Pen. in l. omnes. 1. colum. 15. ver. De præpositione cum, C. de decuri. lib. 10. & in l. milites, post princ. ver. post glo. C. de re milit. li. 12. Et vltra Luc. addo, quòd si duo ponantur, quę nequaquam paria sint, sed alterũ minus complectatur, alterum verò magis, quod leuius existit, prius locari debet, atque ei cum, dictionem, præponemus. quod autem grauius, validiusque idem posterius positum, tum dictio præcedat: exẽplum apud Quintil. Quod opus Marcelle tibi dicamus, quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicauimus, idest multum propter amorem tuum in nos, plus autem propter amorẽ literarum. & apud Ciceronem cum omnibus consulendum est, tum his maximè, qui armis positis ad Imperatoris fidem confugiunt. Significat. n. confugientib. ad Imperatores, & sese dedentib. multo magis consulendũ esse. Idẽ in Catone Maiore, Mirari sese aiebat Sceuola, M. Catonis, cum cæterarum rerum perfectã scientiam, tum quòd nunquam fuerit illi senectus grauis. Si verò duo inter sese pariter habuerint, vtrique, tum, dictionem præponemus, exempli gratia, si explimere velimus parem esse in D. Lælio scientiam, & probitatem dicemus, C. Lælius vir tum doctus, tum probus. Addo etiam, quòd literarum humanarum peritiores volũt ablatiuos coniunctionem, non autem instrumentum significantes. hanc præpositionem requirere, quod ẽt apud Iurecon. obseruatum videmus, prout in l. 2. §. fi. ver. Vt Romæ sex mensibus cum studiosis esset. & postea, versi. Is & consul fuit cum Quartino tempore Tiberij. ff. de orig. iur. Quoad alterũ verò est text. in l. sed & si quemcumque alium ferro petentẽ quis occiderit, & postea §. tutor. ibi, Forma calcei ceruicem percussit. & l. qua actione. §. occisum. ff. ad leg. Aquil. Et pro vtroque adduco tex. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. §. 1. versic. Apparet igitur omnem iniuriam, quæ manu fiat, lege Cornelia contineri. non dicit, cum manu fiat. Et post, Verberare est cum dolore cedere, idest iũcto, seu accedente dolore. pro utroque etiam do tex. in l. itaque. in fi. ibi, Si is se telo defendat. & post, Cum clamore testificetur. ff. ad leg. Aquil. Plures autem ex nostris inepte loquentes præsertim dum libellos, inquisitione, querelas, & id genus fabricant, pleno ore dicunt, cum baculo percussit, cum telo vulnerauit, cum manu mutuam pecuniam numerauit. Pro horum tamen defensione adduco tex. in l. si is qui cum telo. ff. de sica. per stringendo infinita in infinitis locis super hac dictione, cum, tractata, distinguere possumus hoc modo. Quandoque dictione, cum, vt aduerbio vtimur, & tunc illa tempus significat, ad nota. in l. qui promisit. ff. de condi. inde. & in l. quodcunq; §. fina. ff. de verborum obligatio. quandoque ponitur vt præpositio, & tunc quandoque habet vim copulæ, vt ff. de lega. 1. l. Titię textores. §. nihil. & l. cum ancilla. & de verborum significatio. l. triplici. Quandoque causam efficientem denotat, seu instrumentũ, quo mediante aliquid fit: verbi gratia, in exemplo pragmaticorum supra posito. Titius interfecit Mæuium cum cultello, cum ense, vt præalleg. l. is qui cum telo. ff. de sica. per Barto. in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. in ulti. oppo. Cum nonnunquam conditionem facit, & tantum valet quantum si: est tex. in l. qui promisit. ff. de condi. indebi. l. quodcunque, §. non solum. & l. huiusmodi stipulatio. ff. de verborum obligatio. l. cum hæres, quæ est 4. cum glo. 1. ff. quan. dies lega. ced. glo. in l. ex parte. in uersicu. cum quis. ff. de aquiren. hæredita. Pro dictione, cum, ultra ea, quæ scribit Alberic. in Dictiona. vide Alber. Pergam. de præpositio. in ver. cum. nume. 17. cum aliquibus sequentibus. & numero 137. in versicu. Cum, aliquando ponitur pro tunc. cum, pro iuxta. l. fundi. quæ est 111. cum gloss. fin. ff. de uerborum significatione. Cum, pro quando l. si ita quæ est 135. §. sæia. cmu glo. ff de verb. obl.

a ARCHIVII. Archiuus, seu archiuium, ex Græco ἀρχεῖον est, de hoc archiuio habemus tex. in l. moris. versic. Solent & sic, ne eo loci sedeant, quo publico instrumenta deponuntur archiuio, fortè vel grammatophilatio, vel potius cartophilatio (ut ibi aduertit Bud.) ff. de pœnis. in authen. ad hæc. C. de fid. instrum. in c. peruenit. versic. Inuenimus in archiuijs Apostolicæ sedis. 30. q. 1. & clemen. vni. ad finem. vbi etiam glo. fi. de iureiur. De archiuo diuus Hyeron. in prolo. Hester librum. Hester uarijs translationibus constat esse vitiatum, quem ego de archiuijs hæbreorū, releuans verbum per verbo expressius transtuli. Martia. in philosofogiæ nuptijs, Cloto, & Lachesis librariæ superum, archiuique custodes. Archiuus igitur, siue archiuium armarium librorum dicitur seu locus publicus, in quo acta, seu scripturę alicuius ciuitatis, oppidi, castri, curiæ, recondi, seu conseruari consueuere. Vel dicatur receptaculum monumentorum publicorum. De archiuijs, seu archiuis, & fide scripturarum ab alijs extractarum, & de requisitis ad hoc vt scripturæ archiuij probent videantur glo. in cap. causam, in ver. per libros. de proba. Bald. super rubr. de fid. instrum. colum. vlt. & in l. exemplo. colum. 1. C. de prob. per Aba. & latius per Felyn. in cap. audientiam. num. 11. de præscrip. per Nico. Mil. in reper. in uersic. Scriptura producta ex archiuo publico. & per Stepha. Bertr. consl. 3. inspecto & considerato, libro 3. in primis.

Non solum autem archiuius iste Cur. Roman. sed & quiuis alius tantæ est authoritatis, vt ex locis supra citatis, & infra adducendis colligi possit scripturam, etiam informem in archiuo repertam fidem facere, ita concludunt in alle. auten. ad hæc. C. de fid. instrum. glo. penul. & fid. & Bar. in prin. ac in authen. & si contractus. colum. 1. in 1. lectu. versic. Venio ad authen. ad hæc. & Bald. colum. 3. versic. Item scriptura. & ibi Angel. & Fulgo. super 3. gloss. cap. cum causam. & ibi Hostien. colum. 1. Anto. de But. colum. 2. versi. In quantum gloss. dicit, Imol. super gl. 1. Henri. Boic ver sic. super eod. & Abb. ver. 2. dicit glo. de proba.

b IPSIVS Curiæ. Scilicet Romanæ. Et sic excludentur omnia alia archiuia ab illo Roma. Cur. Tum quia dictio, ipsius, repetitiua est, prout psal. infra citando. & l. obseruare. ibi, Ab ipsis ratio, & uindicta exigatur, ex ponemus cōsulib. de

archiuii [a] ipsius Curiæ [b]

quibus præmiserat. ff. de offi. proconsl. l. vni. propè princip. ibi, Quos ipse declaratus Romulus, & Numa Pompilius, de quibus sermo habitus erit, ff. de offi. Quæsto. c. per hoc. post princ. de hæret. lib. 6. Paris. consi. 52. D. Hieron. post nume. 11. lib. 3. Tum etiam quia dictio, ipsius, personalissima est, prout Deuteron. ca. quarto. Vt scires quoniam Dominus ipse est Deus, & nō est alius præter vnū. Et post, Scito ergo hodie, & cogitato i corde tuo quòd Dominus ipse est Dominus in cęlo sursum, & deorsum, & non sit alius. & ca. 10. Quia Dominus Deus vester, ipse est Deus Deorum, & Dominus dominantium, &c. 1. Paralipom. capi. 17. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Psal. 94. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud. Psalm. 48. Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, & sic ibi sumi potest dictio ipse, relatiuè, seu repetitiuè. item vt personalissima rursus anthonomasicè. & Iudith cap. 9. Et nescit quia tu ipse es Deus noster. Esaiæ. ca. 51. Ego ego ipse consolabor vos. & ad tex. in alleg. l. obseruare & l. solent. circa princip. ff. de offi. proconsl. & dispice. C. de eden. & iuxta theo. Bal. consi. 30... bilis. vol. 5. ver. Et breuiter.

a ALIIS. Scilicet officijs. Dictio enim, alijs, similitudinem, & idem in qualitate, licet diuersum in substantia, denotat. l. si fugitiui, cum glo. fi. C. de ser. fug. c. cum nō ab homine. ibi, seu alio crimine de iud. c. sedes. ubi omnes, de rescrip. Vel alijs ... cet rebus.

b ILLI. Scilicet officio correctoriæ archiuij ... immediata fiat relatio, seu ad proximiora ... quis a filio, in princ. ff. de lega. 1. l. §. deinde, gloss. in uersic. ex superioribus. ff. de postul. vel melius. §. officio Auditoris Cameræ.

& aliis [a] illi forsan

c FORSAN. Forsitan, fortasse, fortassis aduerbium dubitandi. Cice. de Orato. Ne ... magnum, & memorabile videatur. Idem ... sto. Famili. Sed uisa est mihi uel loci mu... animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse ... tis morbi remissio potuisse. Virgil. Aene. & hæc olim meminisse iuuabit. Aduertendum ꝙ aut hoc aduerbio forsan, Legislator ... narratione facti, & tunc dubium inducit ... hil certum ponitur ut in l. in commodato ... autem., ibi. Suscepisset enim fortassis alius ... mo. l. in substitutione, iun. gl. in ver. forte ... ga. Sed nōnunquam in narratione facti ... san abundat, prout in l. si iure, cum glo. in ver. ... tassis, ff. de leg. 3. in cap. 1. de postul. & in ... sam, §. quòd si forsitan, & ibi ad hoc not. ... nu. 10. de electio. Vel assirmatiue, seu assere... nitur. c. admonere. cir. med. iun. gl. in verb. ... 33. q. 2. c. super literis, iuo. gl. in ver. nisi forte ... rescr. Aut eodem aduerbio vtitur in responso ... seu decisione iuris, & tunc non inducitur ... tio iuris. l. si duo, & ibi nota. ff. de arbitr. l. ... ratum, §. 1. ff. de rei vend. d. c. super literis ... in ver. nisi forsan, de resc. c. nisi, ver. propter ... tiam, cum gl. in ver. forsitan. de renun. Vnde ... runt Docto. ꝙ si consultor in suo consilio ... nit uerbum, forte, seu per verbum, forte ... nō per hoc inducatur dubitatio iuris, prout ... Bald. & Angel. in alle. l. in substitutione ... & ibidem Ias. numero quinto. Andr. Barba... silio. 13. clementissimi, colum. 5. numero ... & ante uersicu. Et licet, loquatur per aduerbium ... fortè, lib. 1. Glo. pragma. de aucto. gene. conc... frequens, §. sed si fortè. Dom. meus in l. ... Imperatorem. C. qui testa. face. poss. num. ...

& 2.Et quid in ſententia,condemno talem in tot, quia forte eſt debitor, Fel.in cap.accedens.1.ad fi. vbi vide eriam pro præmiſſis,num.10. & ſequen. vt lit.non conte. Videantur quæ pulchrè conſiderat Rui.conſil.170.cuius iſte,lib.2.Hęc dictio forſan hic in narratione facti ponitur, & dubitatiuè an adſint annexa, vel ne,& quæ. Pro hac dictione forſan, videantur etiam Rebuf.in compen.alienatio.re.eccle.num.71.in ver.fortè, C.de decurio. lib.10.& in l.1.in eod. verſic.C.de deſerto.& occulta.lib.12.& Alberi.de Roſa. in Dictionario, in verſic.forſan,cum pluribus ſequen. Per verbũ, forſan,loquutus eſt etiam ipſe Deus Exo.cap.19. in fin.Sacerdotes autem, & populus non tranſeat terminos,nec aſcendant ad Dominum,ne fortè interficiat illos.Ioan.4.Tu forſitan petijſſes ab eo.& cap.ſeq.ad fi.Si enim crederetis Moiſi,crederetis forſitan & mihi.& cap.8.Si me ſciretis,forſitan & patrem meum ſciretis. Super hac dictione, forſan,ſubijciam pulchrum dubium in Rota diſcuſſum coram Puteo,tunc Rotæ Auditore, in cauſa Bononien.Sancti Thomæ,ſub die 9.Martij 1547. Nicolaus Virgilius dixerat beneficiũ eſſe de iure patronatus laicorum forſan ex fundatione,vel dotatione.ponderabatur illum confiteri beneficium eſſe de iure patronatus,ex qua confeſſione facta ex diſpoſitione iuris ſequebatur, ꝙ eſſet ex fundatione,vel dotatione,ad tradi. per Caſſa. dec. 4. de proba.& 7.de iur.patto.Et licet allegaretur per illa verba, forſan ex fundatione, vel dotatione, videri receſſum ab illa confeſſione generali per magis ſpecificam expreſſionem, ad nota. per gloſſ. & Bar.in l.quæſitum,§.ſi quis fundum.ff.de fun.inſtructo.& Bar.ſequitur Roma.ſingu.465.Peruſij viget,in fin.Concluſerunt R.Domini de Rota, ꝑut dec. Peregrin.28. ſub tit.de iur.patro.quòd iſta verba,forſan ex fundatione, poſita erant augmẽtatiuè, non autem reſtrictiuè:& ideo genus remanebat,neque generi per ſpeciem derogabatur per ea,quæ not.Dyn.in cap.generi per ſpeciem,de reg.iur.lib.6.in tertio caſu,num.6.Et maximè,quia in caſu iſto non poteſt dici,quòd ſimus in dubio, ſed magis in claro,quòd augmentatiuè poſita erãt illa verba.Et de intentione ſatis cõſtabat,quia voluit habere beneficium à Papa, nedum ſi eſſet de iure patronatus ſimpliciter, ſed etiam ſi ex fundatione, & dotatione. Et illa verba, forſan ex fundatione, vel dotatione, non negabant beneficium eſſe de iure patronatus, ſed ultra quòd eſſet de iurepatronatus, dubitabat impetrans, ne forſan etiam eſſet ex fundatione, vel dotatione.

a ANNEXIS. Ab annecto,epipleco, ſimul necto,ſubiungo,alligo,coniungo.Plin.lib.5.cap. 29. Continenti annexuit,& lib.28.cap.8.Cor annexum in lana ouis nigræ.Cice.2.de Matu.Deorum. Paulo ſupra quàm ad linguam ſtomacus annectitur.Annexio duobus modis cõſiderari poteſt; vno quando duo officia,uel beneficia ſimul ſunt annexa,ita vt neutrum alteri ſubſit tanquam acceſſoriũ ſed vtrunque ſit per ſe principale.Altero modo ꝙ vnum ſubſit alteri,illique accedat, prout in cap.ex tirpandæ,§. qui vero, vbi Abb.& alij,de præb. & in cap.ſuper eo, vbi Gemini.poſt Ioan.Andr. & Lap.cir.medium,eo.lib.6.clem.fi.eo.& ibi Cardi. quæſtio.24.num.21.Bertran.conſi.2.viſo proceſſu,nume.44.libro tertio.in primis.Annexio hic ſecundo modo accipienda eſt.Et quòd dicunt nõ eſſe neceſſariam diſpenſationem ſuper beneficio annexo,item de annexo beneficio obtento non eſſe neceſſariam mentionem,rurſus annexum beneficium cum altero retineri poſſe, ut per Lap.alle.36. in fin.per Gemin.in alle.cap.ſuper eo,de præben. libro ſexto.& per Staphil.ſuper ſigna.elemo.& for.imperra.verſic.Sed caſu,quo etiam de qualitatibus. Ego intellgo de annexo hoc ſecundo modo.

annexis [a]

a IN officium. Hoc regitur à uerbo,transformamus,infra poſt infinitas clauſulas poſito. Cõſtrue igitur ſic, officium Auditoratus prædicti in officium Regentis transformamus.Et licet verbum ſit remotiſſimum, cum tamen ſalua ratione recti ſermonis non poſſit aliter conſtructio fieri, illam amplecti debemus,ad theo.Bal.in l.1. numero quinto, verſiculo.Et nota.C.de libe.præte. Et licet præpoſitio,in, diuerſimodè accipiatur,ut per Archid.in capit.ſi Papa.40.diſtin. per Specu.in titu.de diſput.& alle.§. poſt hoc, numero decimoquinto.Bart.& Sal.in l.Gallus. §.ille caſus,vbi etiam Iaſ.in prima lectu.ante numerum decimumnonum,& nume. 21. & ſequen. Claud. Seiſſel numero vigeſimoſexto.& ſequen.ff.de lib. & poſthum.Anto.de But.in cap.ex literis.in prin. de reſtitu.ſpol.cap.ut ſuper,ubi Gemin.& alij,de appel.lib.6.Alexan.conſilio 137.in cauſa, numer. 14.libro ſecundo. melius omnibus Ludo. Roma. conſilio 376.queſtio eſt,a nume.1.vſque ad 8.Saly.in l.incerti.nume. 1.vbi etiam apoſtill. in verſi. dictio,in C.de interdi.Andr.Tiraq. de ut.retra.§. 1.gloſſ.1. poſt numerum ſexageſimumſeptimum. num.74.& idem in l.ſi vnquam, in verſic.ſuſceperit,C.de reuo.don.latè, & pulchrè Luc.de Pen. in l.1.colum.5.in uerſic.in uigilantibus, C.de deſerto.libro duodecimo.Cardin.& alij in ca.nobis, §.fin.ubi, in, pro non, ſeu fine.de iur. patronat. Illam tamen dictionem, ut Roman. dicto conſilio 376.numero ſeptimo. & alij ſupra citati declarant,interpretari debemus,ſecundum quod ſua det ratio ſubiectæ materiæ. Hinc aliàs dum mathematicis ſub doctiſſimis Luca Gaurico,& Doctore Aghilera, operam darem, arguebam ex Geneſ. capit. primo, oſtendi Solem, & Lunam per duodecim ſigna tranſire: rurſus & ſub

in officium [a] **Regentis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerę huiuſmodi, quòd**

ſub eiſdem ſignis vtrumlibet lumen collocatum, eſſe. Et illa verba, & ſint in ſigna: exponi poſſe affirmabam, ideſt per ſigna, rurſus & ſub ſignis. Hic autem non ſecus accipienda eſt hæc dictio, quàm apud Quid. in 1. Metham. In noua fert animus; vt declarabo ſuper illo verbo transformamus. In Deo lapis videtur, quid hæc verba ſignificent, vide Gaeta. ſuper S. Thomam, par. 1. q. 14. arti. 6. Ad primum, vbi quòd poteſt denotare modum obiecti, ideſt modum quo lapis obijcitur. & poteſt denotare modum rei cognitæ, vt ſic ideſt modum cognitum, quia lapis non ſolum obijcitur in ipſo Deo, ſed etiam modus ille eſſendi in ipſo cognoſcitur. Et adeo attendi debet ſubiecta materia vt verba illa clemen. cauſam, de elect. in domo appellari volumus appellationem publicari, gloſſ. exponat ideſt ante domum. In meam ſententiam, ideſt pro mea ſententia, Familia. lib. 1. P. Lentulo proconſ. Nam hoc Senatusconſulto in meam ſententiam facto. In his, ideſt pro his. l. ne ſatiſdatio, quæ eſt 21. cum gloſſ. ff. rem rat. habe. In pro iuxta l. penult. ad fin. cum glo. ff. de extra. crimin. In pro inter. l. 2. cum glo. 1. ff. de bon. eo. qui an. ſent. mor. ſibi conſci. In pro cum. l. cap. 5. quæ eſt 25. cũ glo. 1. ff. de adult. In me ideſt cõtra me. M. Tullius vbi ſupra. Ab eoque in me eſſet incẽſus. Idem M. Tullius epiſto. 1. lib. 2. Quare ſi quid in me, &c. et in iure. Et in, pro contra. l. in eum, quę eſt 25. cum gl. ff. de accuſa. l. 1. §. cum quis. cum glo. ff. de quęſtio. l. impuberem. ad fi. cum glo. ff. de falſ. & Athaletus. ibi, In ſcriptorum. cum glo. ff. eo. In ideſt propter. l. ſi quis filium, cum gl. hoc uer. ff. de colla. bono. In pro inter. l. qui Romæ, quæ eſt 122. §. callimacus. cum glo. in uerſic. in omnes. ff. de uerbor. oblig. §. in bello. quæ eſt 121. cum gloſſ. j. ff. de cap. & poſtlim. uerſi. In pro per. l. 2. §. doli. cum gloſ. in uerſi. cęterum in fin. ff. ui bono rapt. In, in compoſitione quandoque idem denotat, quod verbum ſimplex, quãdoque diminuit, ſeu denegat, nonnũquam auget. Teren. Et incuruum ſenem. Iniquus ideſt non æquus. Inſanus ideſt non ſanus, ſeu demens, vel inſanus ideſt ualde ſanus, uel prudens. Perſius, Inſani dicta Catonis. Impotens ideſt non potens, vel valde potens. Horat. Ode ult. lib. 3. Quod non imber edax, non aquilio impotens poſſit diruere. Et increſcit ideſt ualde creſcit. l. 1. §. ijdem aiunt, in fin. iun. glo. in uer. nos increſcit, de aqua plu. arcen. l. quæſitum, §. ſed ſi fundus. ibi, Quam ſententiam quotidie increſcere, & inualeſcere videmus. ff. de fund. inſtrumen. & clemẽ. paſtoralis, in princip. cum gl. de re iudic. indifficilis ideſt valde difficilis. glo. 1. in præall. §. ille caſus indifficilis eſt. quam gl. ſequuntur ibi Bar. Bal. Ioan. de Imol. Caſtren. Alex. & Iaſ. ad quod etiam eſt text. iun. gl. in l. ſuus quoque, ibi, ſi decem Titio dederit, eſſe indifficilis. ff. de hæred. inſtit. Infrequens ideſt valde frequens, rurſus ideſt minus frequens. l. 1. iun. glo. iuxta utrunque intelle. ff. de migran. Ex hac interpretatione in pro ualde concordari poſſe affirmabam lecturam uulgarem, ac lecturam pandectarum Floren. in l. hæreditatum, quæ eſt 68. in fi. ff. ad leg. falci. Illa enim ſic dicit: Quod Vlpianus rectè probat. Hæc uerò pandectarum, quod Vlpianus rectè improbat, ſi improbat exponimus ideſt ualde probat, nulla .n. diſcordantia. Pro hac dictione, in, vide etiam Alber. Pergamen. de præpoſitio. num. 29. in. uer. in, & num. 145.

Notandum, quòd, in, dictio quando apponitur nomini ſignificanti tempus, & ponitur in ablatiuo, debet in illo proprio tempore fieri. l. 1. §. qu... ff. de ſucceſſ. edi. l. cum fuerit. ff. de manu. teſta... Bar. in l. Gallus. §. ille caſus. colum. fin. uerſi. Secundo caſu, & ibidem alij. Rurſus quando dictio non compoſita iungitur ablatiuo denotanti ſignificanti locum, puta ut dictum ſit, in domo, ... eccleſia quid fiat, tunc in interpretamur ideſt ... tra, & comprehendit locum interiorem, non ex... riorem domus, vel eccleſiæ, ut uoluit Bar. in ... l. gallus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthum. per ... in l. 1. §. in publico flumine. ff. de flumin. que... Doctor. communiter ſequuntur. idem Bar. in ... in fin. in prin. C. de ijs, qui ad eccle. confu. Et ... Bald. in l. data opera. colum. 8. uerſicu. Qu... prædicamentum. C. qui accu. non poſ. quod ... hoſtio eſt, uel aliquid in hoſtio commiſit, n... citur eſſe, uel feciſſe in domo, nec extra. Ra... quia illud dicitur factum in domo, quod ... eſt intra parietes. Hinc infertur ad bannum ... ſtatutum, ſi quis euaginatenſem, ſeu inſul... ciat in eccleſia tali pœna puniatur, quòd n... cedat ſi in hoſtio eccleſiæ, ita in ſpecie Au... conſil. 177. Extat prouiſio. num. 24. & ſeq. Rurſus hæc dictio, in, denotat cauſam pro... & non ſeparatam a re, & facto, cui coniung... gumen. tex. in l. 1. ff. de ale. lu. & aleæ, ibi ... luſum eſſe uide tex. ibi, domi, & eo tempor... alea ludebatur, cum ibi nota. per Bar. pro ijs ... in ſuis quæſtio. familia. quæſtione. 99. num. & octauo.

a AD inſtar. Ad æquiparationem, ad men... ad ſimilitudinem, ad effigiem cõſimilem. ... cap. 34. in prin. Ac præcide (ait) tibi duas ta... lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas ... ba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti. & De... cap. 10. Cumque dolaſſem duas tabulas lap... inſtar priorum, aſcendi in montem, &c. Plato ... 13. cui titulus Theętetus, uel de ſcientia, ſubi... bis, Inſtar ignaui galli ad cantandum ſtatim ... ſilientis a diſputatione antequam uicerimus ... uoce utitur Iureconſul. in l. eum qui, §. Publ... actio ad inſtar. ff. de public. in l. & ſi debito... ff. de mor. cau. dona. Et Imperator in l. fi. ad li... præfatæ pecuniæ, quę ad inſtar caſtrenſis pe... introductæ ſunt, C. de inoffi. teſtam. & in l. ... ſtar. C. de liber. exhi. Inſtar etiam abſque præ... tione ad, Virgil. 2. Aeneid. Inſtar montis equ... ſtipulationes. §. opus. uerſic. Sed ſi proponan... ſtar quoddam operis, & quaſi facies quæ... cti operis. ff. de nou. oper. nunc. l. illud ibi, C... codicillorum inſtar habere uoluit. ff. de iu. co... clem. 1. poſt prin. & ibi Cardin. nu. 3. de iud... ſtar obtinere minimè poteſt rei iudicatæ ...

tio,& ibi Luc.de Pen.C.de iur.fi.lib.10. Licet verbum instar, seu ad instar, similitudinem, & imaginem quandam inferat,argum.tex.in l.2.cum mate.C.de iur.aure.anu.& generaliter dicimus aliud esse talem esse, aliud priuilegium talis habere.,put per Oldra.consilio sexagesimoseptimo, ad fin.& nonnunquam totalem diuersitatem significant,ad tex.in l.si de possessione.ibi, Et ad instar interdicti vnde vi,conuenire potes.C. vnde vi. iun. ijs,q̃ nouissimè voluit D.August.Bero. in cap. quoniã contra,num.70. vbi probat arbitria ad instar iudiciorum redacta,non dici iudicia nisi extraordinaria, hanc opin. veriorem asserens,de proba.hic tamẽ

ad instar [a]

veritatem designat,tum quia à lege probatum, tũ quia ad denotandum veritatem,& proprietatem positum est,ad tradi.per Bart.in l.si quis pro emptore,in 3.quæstio. princip. in fin. ff. de vsucap. Dom.meus consil,272.secundò, quod incipit.In causa,quæ Lucæ,nume.7.& in terminis verborũ ad instar,est text.in alleg.cap.2.de offi. lega.lib.6. Vide Paris.consilio 38.licet R.aum.2.& seq.volũ. 4.De clausula ad instar tracto super Regu.58.q̃ literæ non expediantur super indulgentijs ad instar,de qua regula loquitur Felin. in cap.nonnulli nu.7.versi.Similis prouisio,de rescrip.Obtinet instar condictionis idest vim condictionis,seu condictioni æquiparatur.iuxta tex.in l.sufficit nisi,ff. de condi.inde.

a HVIVSMODI. Officlj Camerariatus de quo præmisit,propter naturam dictionis,huiusmodi,ad glo.1.in auth.qui rem,vbi præceptor meus D.Phi.Dec.n.15.C.de sacr.eccl.c.nemo deinceps, cũ gl.de electio.li.6. Relatio autem hic de remota fieri debet cum supra semel ã hoc

officij camerariatus huiusmodi [a] **perpetuum existat**

officio Cametariatus mentio facta sit in text.nostro,in §.volentes.ibi, Qui Camerariatus, Vicecancellariatus &c.De hac dictione, huiusmodi,loquutus sum supra dicto §. Volentes, in ver.huiusmodi.Pro qua etiam vide Felin. in cap. Apostolicæ, post numerum tertium. vbi quòd dictio huiusmodi refert dispositionem ad omnia præcedẽtia, de exceptio.

b PERPETVVM existat. Hæc verba tribus modis accipi possunt,vno quod officium Regentis perpetuum,sit idest ad vitam,seu durante vita Cardinalis huic officio præfecti,prout Iob c. 26. post princ.Et Regis in solio collocat in perpetuũ. & ad l.1.ff.pro socio.l.qui cum vno, §. temporarium.ff.de re mili.l.humanitatis,post princip.ibi, Vel mente capta perpetuo sit.C.de impube. Insti. de verborum oblig.§.& si ita,cum glo.in vet.perpetuum,iux.primam lect.cap.fundamenta,§.proinde.ibi.Ad tempus vel in perpetuum,iunct.glos. in ver.perpetuum,quæ exponit,donec vixerit, de electio.lib.6.Alex. consi. 86. in causa datiorum, post num.2.versic.Nam verbum perpetuò, lib.1. Phil.Franc.in disp.petit.dub.3.post nu.19.

Secundo modo interpretari possumus, q̃ officium huiusmodi sit perpetuum,prout alia officia quorum iurisdictio nũquã cessat,nisi sede Apost. vacante,ad clemen.ne Romani,& ibi per omnes de electio. & propterea hic subijciãtur illa verba, Ac etiam sede vacante duret.

Tertiò, quòd officium perpetuum dicatur ex quo semper duret,& nunquam deficiet,seu cesset,vel expiret,nec sit aliquo tempore, uel termino conclusum,vel limitatum,ad l.fundi.§.Labeo. ff.de actio.emptio.& conferunt quæ adduxi supra in inscriptione,in versiculo.Ad perpetuam rei memoriam,& hoc eodem §.in vers.perpetuum. Si Cassandram Priami filiam imitari vellem,quarto modo officium huiusmodi perpetuum interpretarer,videlicet, duraturum ad uitam tantum ipsius Pauli quarti summi Pontificis,qui officium huiusmodi creauit, seu Auditoratus Cameræ officium suppressit,in Regentisque officium transformauit. Idque non temere forsan vaticinarer illis carminibus Ouidij 4. de Ponto instructus. Omnia sunt mundi tenui pendentia filo,Et subito casu,quæ ualuere ruunt. ac Claudiani, Hos premit,hos eleuat,hos deijcit,erigit illos. Nec interpretatio hæc nouissima iuribus repugnaret,iuxta quæ passim dicimus, In omni materia subintelligi clausulam illam, rebus sic stantibus, seu reb. sic se habentibus,vel aliquo de nouo non superueniente,argumen.tex.in cap.primo,de renuncia. l.quod Seruius.vbi latè Alexan.numero quinto.& Apostill.in versiculo. habentibus. & ibidem Ias. numero octauo.ff.de condic.ob cau.l.vltim.ff.qui satis.cogan.l.vltim.ff. ad municip.l.ult. C. de non nume.pecu. Bartol. in l.1. §.& post operis, ff. de nou.oper.nunci.capit.quem admodum.& cap.clericus.de iureiuran.Fede. de Sen. consilio 285.casus talis.Hyppol.de Marsil.inferens ad pacem nõ ruptum ex offensa ex noua causa. Tu autem aduerte, quòd ex nouis constitutionibus pontificijs hic offendens ex noua causa,non excusabitur a pace tracta.Et quòd intelligantur dictæ clausulæ uoluit Sozin.consilio 215.uisa.post numerum septimum,uersiculo,prærerea & tertiò.Paris. consilio octuagesimooctauo. Ad ueritatem, numero trigesimo,libro primo.consilio septimo.& potestatẽ numero septuagesimo. libro secundo. & consilio 165.pacem. numero uigesimooctauo, uolumine quarto. Obitu autem summi Pontificis superueniente infinita mutantur, nouamque formam suscipiunt,unde hæsitari non parum potest, an officium istud Regentis, longum post tempus duraturum sit, uel ne: Sic etiam pacem quam promittit Federicus Imperator perpetuam interpretati sunt, idest quamdiu fides seruaretur, prout per Bald. in c.2.in prin.iuxta primã declarationẽ, de pace Constan.

a AC. Coniunctio copulatiua est,& accipitur p, &,l.2.§.& cum placuisset. ibi, Ac protinus recẽs accede.ff.de orig.iur.l.scire leges.ff.de legi.l.libertis.§.fin.ff.de stat.homin.l.2.§. fin.C.de sum. Trinit.l.1.& ibi Luc.de Pen.in uersic.ac partes. C.de fugi.

fugi. colo. patrim. Ponitur etiam pro quàm. Terent.in Herci. Nũquam secus

Ac[a] etiam sede Apostolica vacante[b]

habui illam ac si ex me nata esset. Item expositiuè pro idest.l.facultas.ibi,Et super modo facultatum ac rerum.ut res, & facultates pro eisdem ponant, iux.primum intellectum ,seu primam expositioné Luc.de Pen.ibi.C.de iur.fi.lib.10.& l.penul. in 1. declarat.eiusdem Lucæ,C.de exacto.tribu.eodem lib.Plures significationes huius dictionis,ac.vide per Alberi.in Dictiona.in versic. De hac particula loquar infra, §.Non electioni,in ver.ac.

b SEDE. Apostolica vacante. Idest Papa defuncto:tunc enim sedes Apostolica vacat.c.1.23.distinct.cap.si quis Papa.79.distinct.cap.licet.de electio.cap.ubi periculum. eodem lib.6.& clem.ne Romani.eodem tit. Sedes vacans elegantius inter regnum vocari posset, quod initium habuit post mortem Romuli, cum enim inter Patres de Rege creando non conueniretur, res ad inter regnum deuenit.Placuitque rempublicam a patribus ministrari donec nouus Rex creatus esset, prout per Liuium lib.1.ab vrbe. Interregnum dicitur regni interuallum,& temporis spatium quousque in locũ demortui Regis alius ordinatur de interregnis.in hoc significatu loquitur M. Tullius Familiarum lib.7.Trebatio,Quis enim in interregnis,Iuriscõsultum desiderat.Interregnum etiam Cancellariariatus dicitur,donec Cancellarius in demortui locum suffectus fuerit.Bud.in Annota. in Pandect. ff.de offi.præfe.præt.ver.Antea autem sedes Apostolica. & Ecclesia Roma. figuratur in illis verbis, in Canticis,cap.4.Tota pulchra es amica mea , & macula non est inte.cap.6. Pulchra es amica mea, & matris,& decora,sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata.& post,Vna est columba mea,perfecta meæ , vna est matri suæ electa genitrici suæ. iterum, Quæ est ista,quæ ꝓgredit quasi aurora consurgens,pulchra vt Luna,electa vt Sol, terribilis &c.& in alijs locis.cap.puden da.versic. vna est.24.quæstio.1.Hanc sedem Apostolicam, respicere forsan possunt verba illa Apocal. capi.4. In medio,& circuitu sedis erant quatuor animalia, &c. De sede Apostolica , sede Imperiali, sedibus Constantinopolitana,Alexandrina,Antiochena,& Hierosolymitana,vide Luc.de Pen.in l.3.C. de numera.lib. 12. Dicitur etiam sedes Archiepiscopalis,& Episcopalis,toto titu.ne sed.vacan.ca. si Episcopus.vbi etiam quando dicatur sedes quasi uacare, de sup. negli. prælat. clemen. 1.§. dura. iunct.glo.in versic.Sede ˜vacante,de heret.Cauendum autem est,ne quis dicat mortuo Papa Ecclesiam acephalam remanere.Ecclesia enim nulla esse non potest.d.cap. pudenda. uersus fin. Archid. in capi.˜vbi periculum.de electio. libr.6.& not.in cle.ne Romani.eo.& per glo.Pragma. de aucto.gene.concil.in cap.sacrosancta.§.& primo. in versic. Christo.

duret[a]

a DVRET. Persistat,permaneat.Virgil.2.Georg. Aut tantum fluere,aut totidem durare per annos. Quintil.li.5 ca.11. Neque enim durassent hæc in perpetuum nisi ˜verò in omnibus viderentur.& ad l.item eorum.§,si actor.ff.quod cuius.vniuers. nomi.& pro parte,§.˜versum,ff.de in rem.versic.Vel expone,officij huiusmodi , seu officij prædicti iurisdictio non expiret,prout non expirat officium,seu iurisdictio Camerarij,præalle.clem.ne Romani eo tamen, de electio. Ratio est, quia Camerarius & olim Auditor Cameræ,nunc verò Regens,etc. & sunt ordinarij,glo.in præalle.§.eo tamen,in versic.expirare. Mortuo igitur Papa illorum officium seu iurisdictio durat,iux.tex.in c.2. de offic.leg. 6.& præall.glo.in §.eo tamen,in ver.expirare. Quòd si uerum esset.

PRO vno. Cardinali duret. Vel pro uno Cardinali,idest ad utilitatem, & fauorem vnius Cardinalis,prout Genes.cap.23.Audite me,& intercedite pro me apud Ephron filium Scot. Exod. 15. Dominus pugnabit pro nobis.& Leuiti. c.9. Et deprecare pro te, & populo.& iuxta l.cum tempus.iun.glo. in ver. pro hærede. ff.de regul. iur.l.cum tempus, quæ est 17.cum glo.ff.de regu.iur.extra. suscepti.§. presenti.ibi, Cum integritate percipere pro se mallent,iunct.gloss.in uersic.pro se. de elec. 22.Bald.consil.242. quia veritas, num.4. vbi interpretatur verba , Teneat domos pro vsu,& habitatione. Plaut. Rud. Ex vrbe ad huc ꝓdimus pabulatum pro exercitu gymnasij.i.ꝓ illis,qui in gymnasijs corpora exercent.Cic. de Orato. Hoc non modo non pro me, sed contra me est potius. Vel pro vno Cardinali, supple seruiturum,vt fiat subauditio ád effectũ cautionis,seu latinitatis,iux.tex.in l.3.in princ. de annu.leg.ubi si dicitur,Volo ea præstare ex subauditur portionibus.l.Plautius.cum glo. alij,ff.de aur.& argen.lega.Bald.in l.1.nu.5. Nota quod clausula.C.de libe.præte.cap.ad audientiam. 1. vbi latè Abb. & latius Felyn. de rescript. quando deest verbum, & subintelligi debet, est locus figuræ , quæ uocatur Eclypsis, seu defectio,iuxta illud Terentij in Andria. Verbum caue de nuptiis. Deest uerbum, dicas, ˜vel facias, & iuxta tex.in l.errore.ibi, Quamquam deceres,uel esto.ubi etiam Bald.C.de testamen. Vel casus pro casu, & erit figura Antiptosis, ut illud Iohan.Vnctionem,quam accepistis ab eo maneat in vobis.& cap.primo.ubi etiam glo.in ver. vnctionem.de sacra unctio.& cap.primo. de ac Ioan.cap.14. Sermonem quem vos audistis non est meus.& apud Poetam, Vrbem quam statuo,vestra est.l. eam quam, ubi gloss.1.C.de commiss.l.filiusfamil.§.diui.cum glo.1.ff.de 1.est tex.in c.quidam.§.eos.ubi dictio, eos, de

pro uno dictę Romanæ Ecclesię iusuis

debet pro ij, 18. quæstio. 2. d. cap. 1. ubi glo. in uer. quemcunque, exponit qui. de iudi. & ibi Abb. & alij, glo. in c. forus. in ver. parte. de verb. signi. uer. Antiptosis ergo cũ ponit casus pro casu. d. c. 1. cũ gl. in uer. unctioné. de san. unc. D. meus consil. u. quoniam iudicantium, post nu. 15. uer. nõ ob. q re latio. Ias. post Ful. in l. 1. in prin. C. de indi. uidi. tol len. In antiptosi tria esse oportet, vnum subiectũ, vt Vrbem; vnum verbum, vt, est, & q casus pro casu ponatur, vt vrbem pro vrbs. Hanc figuram ἀντιπτῶσιν solęcism i speciem vocat Alcia. in tract. de verb. sign. num. 36. vers. Et est solęcismi species, lib. 4. Et sic exponamus pro uno. i. per vnum, & subintelligamus obtinendum, seu exercendum, vt sumamus interpretationem ab iis, quæ præmissa sunt supra, §. volentes, vt vnius partis constitutio nis declarationem ab alia sumamus, ad l. qui filiabus. in princ. ff. de leg. 1. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Abb. consil. 36. colum. vlt. lib. 1. Non solum autem in iure Pontificio, ac Cæsareo, sed etiam in literis Apostolicis (vt ostendimus) admittuntur figuræ huiusmodi, & etiam colores rethorici, verũ & in ipsa sacra pagina, vbi apparebit figura illa, seu color rethoricus κλῖμαξ latinè gradatio, quoniam scalam dicere noluerunt, hac vtitur Apostolus inquiens: Tribulatio patiẽtiam operabitur, patientia probationem. De qua etiam 1. Petri, In vir tute scientiam, in scientia pietatem, in pietate amo rem fraternitatis. De hac figura videndus M. Tullius in Rethoricis, quæ etiam apud Poetas inuenitur, prout apud Ouid. Visa placet, placitamq; cu pit, &c. Seu construamus (ut præmisi) officium Auditoratus Cameræ transformamus in officium Re gentis pro vno Cardinali. i. vt vnus Cardinalis il li præsit. Pro etiam exponimus. i. tamquam, ut pro emptore possidet. cap. tamquam emptor, uel loco emptoris. l. pro onerib. matrimonij. C. de iur. dot. & impropriet atem designat, vel etiam veritaté. l. 1. ff. pro solu. l. 1. & 2. ff. pro emp. in rub. ff. pro hę re. iun. gl. cum alijs tit. sequ. l. cui eorum. §. affinitates, ff. de postula. Pro tamquam, seu perinde ac, vsus est Plau. Trucul. Me quasi pro derelicta sis habiturus, pro Abel. i. loco Abel. Genes. cap. 4. Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cayn. & cap. 36. Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad. Exo. 22. in princip. Quinque boues pro vno boue restituet, §. hoc quoque, in fi. ibi, Pro tertia dimidia positurus, vbi glos. exponit pro tertia. i. loco tertiæ. Instit. per quas perso. no. acquir. Pro muro. i. loco muri. 1. Reg. capit. 25. Pro muro erant nobis, tam in nocte, quam in die. Pro nummo. i. loco, uel vice nummi. Cæsar lib. 5. Belli Gall. Vtuntur autem nummo æreo, aut anulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Pro in, seu ex. l. usus pars legari non potest, nam frui quidem pro parte possumus, vti pro parte non possumus. ff. de usu, & habi. l. si pœnæ, §. falso. ibi, Qui pro parte mei fuerint, ff. de condi. indeb. Et magis ad rem pro in, vsurpauit Salustius in Iugurth. Ac Numidæ sæpè antea vineis Romanorum subuersis, item incensis, non castelli mœnibus se tutaban tur, sed pro muro dies, noctesque agitare, maledicere Romanis. Plin. in Paneg. Tu delubra non nisi adoraturus intras, tibi maximus honor excubare pro templis, &c. Cic. pro Milone, Illa præsidia quę pro templis omnibus cernitis. Pro item, exponimus. i. propter. Gene. cap. 26. Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati sunt. Exo. cap. 32. in fin. Percussit autem Dominus populum pro rea tu vituli, quem fecerat Aarõ. l. dominus Titio. iun. glo. in ver. pro quibus. & glos. sequen. ff. de pecu. lega. glo. hoc ver. §. si ex dodrante. in l. 1. ff. de colla. bono. Pro, animum, animique motum designat. Bald. præallega. consil. 242. num. 6. lib. 1. Potentiã item, conducit enim quis domum pro habitando, idest, ut habitare possit. Bald. dicto consil. 242. nume. 10. pro, idest, super Genes. cap. 21. Durè accepit hoc Abraam pro filio, iunc. verbis quæ sequuntur, ex quibus hæc expositio elicitur, dum ibi subditur, Cui dixit Dominus non tibi videatur asperũ super puero, & super ancilla tua. Pro agro. i. pro pretio agri. Genes. cap. 23. Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam. Pro, commutationem designat. Genes. cap. 47. Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis: quæ cum adduxissent, dedit eis alimẽta pro equis. & auibus, & bobus, & asinis, substentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Pro portis. i. ad defensam, seu custodiam portarum. Cæsar lib. 4. Belli Galli. ad finẽ. Hi, qui p portis castrorum in statio ne erant Cæsari renunciarunt. Pro castris similiter. Idem Cæsar lib. 5. Belli Galli. Ipse pro castris fortissimè pugnans occiditur. & lib. 7. Quod instituto Cæsaris duæ semper legiones pro castris excubabant. Pro oppido, eodem lib. 7. At Vercingentorix castris pro oppido in monte positis, &c. Pro Titio, & nomine Titij, ac pro Ecclesia, & nomine Ecclesiæ, quod idem sit dicere, vide tex. in l. fideicom missa. §. interdum. ibi, Vt ipse publicano pro Titio præstet. cum ijs, quę sequuntur, ff. de leg. 3. l. si cum emptorem, §. fi. ff. de pact. cap. cum M. Ferrarien. vbi latè Fely. num. 1. & seq. de constit. clemen. fi. de procura. per Bart. in l. 1. §. nunciatio. nume. 17. vbi etiam Claud. Seissel. num. 25. ff. de nou. ope. nunc. Idem Bar. in l. fideicommissa. §. interdum. ff. de legat. 3. Paris. cons. 107. num. 12. lib. 3. Pro Titio decem promittis? id est nomine Titij promittis? Ludou. Roma. consil. 441. præsens, ante nume. 5. Pro Titio si quis mille recipiat, an actio Titio oriatur, vide Corne. consil. 169. licet in hac, lib. 1. Pro Titio, id est gratia Titij, glo. al leg. in l. dominus Sticho, in ver. pro quibus. ff. de pecu. leg. Pro dictio, nonnunquam causam finalem designat, vide text. in l. penult. vers. Si pro alimentis vineas reliquisset, ff. de alimen. & ciba. leg. l. procurator qui, ff. de pro curato. Archidiac. in cap. agathosa. circa medium. 63. dinc. Bald. in l. 1. colum. fin. num. 16. versic. Venio ad secundum. & consil. 416. nume. 2. libro 1. in cap. quia propter. num. 18. versi. Sed dictio, pro, non significat causam remotam, sed propinquam, de electio. & omnino Sozi. consil. 227. præsens, nu me. 7. lib. 2. & per Dominum meum Phil. Dec. con sil. 46. viso puncto. num. 1. & 4. Tiraquel. in trac. cessan. cau. limi. 20. nume. 28. Pro particula, quot

etiam

etiam modis ſumatur,vide Archidiac.in alleg.c. Agathoſa.63.diſtin.per Bartol.in alleg. l.fideicommiſſa,§.plerumque,ff.de lega.3.& in l.quibus diebus,ff.de condi.& demon.per Bald.conſil.234. nume.1.& in fine,lib.1:conſil.264. num.4. & conſil. 110.num.2.lib.3.conſil.430.num.1. volum.5. iuxta nouam impreſſionem. Luc.de Pen.in l.ſi vacãtia.col.5.C.de bon. vacan.lib.10. & in l. pro ædibus,quæ eſt prima, C.de diuerſ.prædi.vrba.li.11. Dominum meum in l.vni.num.15.& 52.C.de ſen. quæ pro eo,quod inte.& omnino Ioan.Fran. Rip. in alleg.cap.cum M.Ferrarienſis.num.7. in 4.not. de conſtit.Et hæc dictio variè ponitur, etiam iuxta ſubiectam materiam,Bal.conſ.116.lib.1.& conſi. 486.vol.5.D.meus Phi.Dec.conſ.96.nu.1.& 4.& iuxta exempla poſita per Aul.Gell.lib.11. Noctiũ Atti.cap.3.ubi quod aliter accipitur,dum dicimus pro roſtris,aliter dum dicimus, pro tribunali,vel pro concione,&c.

a ORDINIS. Qualitatis, dignitatis, ſeu ſtatus. Cic.de præto.vrba.M.Octauium hominem ornatiſſimum loco,nomine,ordine, uirtute.l.qui indignus.ff.de Senato.l.1. verſ. publicè enim intereſt. ff.de ven.inſpic.cap.1.ibi, Et depoſitionis à dignitate,honore,ordine,officio,de homici.lib.6.Extra. Dierum.ibi,cuiuſcunque conditionis, ordinis,dignitatis,aut ſtatus.iun.glo.in ver. conditionis,de pœnis.Ioan.22.ca.Ego N.iun.glo.in ver. Saluo ordine meo.quæ exponit.i.ſecundum quod pertinet ad meum honorem,de iureiur. Vel cuiuſuis ordinis.i.ſiue Cardinalis ſit, Diaconus,ſiue presbyter, ſiue Epiſcopus. De ſubdiacono non loquor,non quòd ſub diaconatus hodie non connumeretur inter ſacros ordines,cap.miramur,de ſeru.non ordi.gl.in cap. 2.in ver.ſacro.de biga. de quo latius tracto in 1.q. 24.Reg.Cancell.num.7.& ſeq.Sed quia Cardinalis ad minus in diaconatu cõſtitutus eſſe debet. Ordinem item accipiemus pro diſtinctione quadam differentiam conſtituente circa miniſterium,exercitium,vel quid aliud,iux.illud Neemiæ ca.13.ſeu 2.Eſdræ,cap.fi.in fi.Et conſtitui ordines Sacerdotum, & Leuitarum vnumquemque in miniſterio ſuo,& in oblatione lignorum in temporibus conſtitutis, & ĩ primitiis,& 3.Reg. ca. 10. Et ordinis miniſtrãtiũ, &c. Ordo etiam modũ agendi ſignificat, ſine quo nihil rectè agitur,ſecundum Bald. in tract. ſciſma. colum.3.& Rober.Maran.in prin.ſui Speculi Aduocatorum,poſt num.3 Quod autem,& quib.modis ſumatur ordo, vide Alberic.in Dictio.ſub hoc ver.& Luc.de Pen.in l.ordinem, C.de conſuli.lib. 12.& in l.his quidem,in gloſ.in ver.ordinis,& poſtea,verſ.poſt glo.l militiæ. C.qui mili.poſ. eo.lib. 12.ordo(vt dixit Plato in ſuis definitionibus) actionis rerum omnium,quæ inter ſe connectuntur, ſimilitudo:communitatis proportio,rerum omniũ, quæ inter ſe comparantur,cauſa: proportio ad diſcendum accommodata.Inordinatum aiebat Anaxagoras nihil eſſe eorum,quæ natura, & ſecũdum naturam fiunt,vt per Ariſto. Phyſico.lib.8.tex.1 Argumentum quod cum ordinatè & laboramus, & bibimus,& comedimus, naturam,vireſque noſtras & ſeruamus,& augemus. Contra inordinate cum agimus,deſtruimus naturam,atque de ſuo ſitu dimouemus. Idem Philoſoph. proble.38.ſec. 19.Et ꝙ ordo ſit in natura rerum omniũ idem Metaphyſic.lib.12.tex.52. vbi etiam ꝙ in exercitu ordo maximè neceſſarius eſt, & dux eſt ipſe ordo,& ordo propter ipſum Ducem eſt. In domoq; liberis minimè licet quid vſque facere, ſed ea omnia, aut plurima quæ ordinata ſunt. Ordines,& numeros eſſe,inquit idem Philoſo.Moralium Eudemio li.5.c.5.dum ait,Ex numeris,quòd iuſtitia,&c.

ordinis [a]

Cardinali, qui in noſtris [a]

a NOSTRIS. Regens in manibus Papæ iurare debet propter illa verba,in manibus noſtris. Simile habemus in cap.antiqua.ibi, Præſtito ſibi fidelitatis iuramento,&c.de priuileg.Et quando Papa ipſum nominat,alios excludit.cap.bonæ.1.verſ. Nos igitur,de elect.clem.Auditor.ibi,deputatus nobis,de reſcr.clem.paſtoralis, verſic. Nos tamen ſuperioritate,de re iudi.Rebuf.ſuper concor. de manda.Apoſt.§.declarantes,in ver.nos. plio,vt ubicunque Papa loquitur per uerba plurali primæ perſonæ diſpoſitio non comprehendit niſi ipſum Papam,& talis poteſtas non extenditur ad alium etiam legatum.c.1.de off. dele. ibi,Concedimus.ubi Doct.concludunt, ꝙ commiſſio conſeruatorum per ſolum Papam fieri non autem per legatum.Io.And.& alij in tit.& lib. Sed quomodo Cardinalis Regens cum Cardinales regulariter non iurant.iuxta c.fœlicis.ubi etiã Archi.& Ioan.And.de pen. Cardi.in clem.ne Romani.de electio. Hoſt. And.& Anto.de Butr. in cap.antiqua.de pri. Reſpondeo,quòd licet admittam,ꝙ Camerarius Regens,vel Epiſcopus in eius promotione ad epiſcopatum,qui iã Cardinales ſint,iurent,id non tamquam Cardinales, qui non iurant, prælati iuxta tex.in c.ego N.de iureiur.& not. ſtien.in cap.antiqua.de priuil.& Barba.in ca. M.Ferrarien.col.4.verſ. Tu pondera.de conſt. ratione,quia Cardinales ſint membra, & Papa caput,vnde membra a capite diſcedere non debent & ſic fruſtra requireretur fidelitatis iuramentum ſed tamquam officiarij, & Epiſcopus reſpectu. Et quo ad Cardinales Epiſcopos concludit in alleg.cap.antiqua,colum.2. verſ. A primatu cum ijs quæ ſubijcit, quem ſequitur And.B. de præſtan.Cardi.in 1.quęſt.Baſi.1.par.1.num. Quod dictum Barba.an ſit verum,dubitat Tiraq.in præfa.ad l.ſi vnquam.nu.17.C.de re. dona.Vnde quæ poſtea ſubijcit,idem Tiraq. nec Cardinalis peesbyter, nec diaconus iurat rationes,quas adducit,concludit Ludo.Rom. ſilio incipien.Vos eſtis lux mundi.num.16. poſt omnia con.Roma.Auditor autem Camerabat in Camera Apoſtolica,vt omnes Ro.Curiæ officiarij iurant,quorum pars in manibus Papæ in Camera Apoſtolica,cæteri,ut ſunt milites Sancti Petri,Sancti Pauli,Cubicularij, Scutiferi miles,iurant in Cancellaria in eorum receptione in

in manibus defensorum illorum Collegij. Verum Boni. de Vitali. in cle. 1. nu. 152. de hæret. (cuius tamen testimonium non videtur vsquequaque tutum, ex quo in facto proprio prolatum) notauit solos notarios, seu prothonotarios Apostolicos immunes a iuramento præstando. Puto quòd senserit, quòd non teneantur iurare in Camera Apostolica, per ea, quæ subijcit. Nec potest ratio differentiæ concludens adduci, quare soli illi Notarij (inter quos Bonifacius erat) iurare penes aliquem, vel in alicuius manibus non teneantur.

a PRO TEMPORE existentis, id est, in illo tempore existentis, seu eius qui in illo tempore fuerit, simile, Iosue capite vigesimo. Et moriatur Sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore. Pro tempore, vide supra §. habita, sub hoc verbo. Hic innui videtur nō solū in assecutione officij Cardinalem iurare debere in manibus Papæ tunc existentis, sed etiam in manibus cuiuscunque Papæ successoris. Quod probatur tum ex copula, &, inter duo posita, quæ amborum concursum requirit. l. si hæredi plures conditiones. ff. de condi. insti. Bart. in l. 1. num. 2. & Ias. num. 2. ff. de iust. & iur. Fely. in cap. 2. num. 32. in ver. copula, de resc. D. meus cons. 417. num. 1. & 433. nume. 6. Tum quia uidemus in simili, q libertus ecclesiæ etiam cuilibet prælato successori professionem facere tenetur, c. longinquitate, & cap. sæpe. 12. q. 2. Sic & feudatarius à Domino successore inuestituram etiam petere debet. cap. 1. §. præterea si quis infeudatus, de prohi. feu. alie. per Feder. c. 1. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Cardi. cons. 74. Redemptoris, num. 1. versi. Ad primum concurrit etiam. Habemus adhuc tex. in cap. suppliciter, 23. q. 8. ubi quòd denuo iurādum est, prout versic. Et insuper denuo sacramentis eos astringite. Nisi respondeas, quòd ibi de alio iuramento tractatur, quàm hic. Vel iuxta glo. 1. ibidē, q in manibus alterius ibidem prius iuratum fuerat. Vel etiam, quòd ibi ex causa denuo iuratur. Insuper quòd Regens denuo iuret, adducitur ratio, quæ est, q non minus fidelis esse debet successori Summo Pontifici, quam ei, a quo officium huiusmodi sibi collatum extitit: igitur in manibus successoris iurare etiam debebit. Concludo, quòd semel tantum iurandum est, si igitur in manibus Papæ prædecessoris quis iurauerit, non erit opus, q iterum iuret in manibus successoris, glo. 1. in cap. ego N. glo. & Abb. in cap. veritatis. de iureiu. Rofre. in suo tracta. libel. par. 5. titu. de sacra. episco. vbi præfati rationem adducunt, quare denuò non iuretur.

& pro tempore existentis [a]

a PONTIFICIS. Canonicè promoti, seu legitimè intrantis. Alioqui nō Romanus Pōtifex, sed anathemate irretitus cum suis fautoribus & sequacibus, ac inuasor, destructor, & Antichristus haberi debet. ca. 1. colum. pen. vers. q si quis contra hoc decretum nostrum. 23. dist. Abb. in c. licet, de elec. num. 11. Rebuf. super concor. rubr. de manda. Apost. §. 1. in ver. quilibet.

Rom. Pontificis [a] **manibus præstet** [b]

a PRÆSTET, idest det, subeat. sic & apud Plin. epist. 269. Et commilitonibus iusiurandum more solemni prestantibus, & prouincialibus qui eadem certarunt pietate iurantibus. & in authen. iusiurandum, quod præsta. ab his. cap. 1. §. quia uerò. ibi, iuramenta huiusmodi aliquatenus non præstari. & postea in pluribus aliis locis idem verbum repetitur, de iureiur. lib. 6. Præstare aliàs pro reddere sumitur. l. Senatuscon. versic. Vt uenditor pretiū præstaret, & ibi glo. ff. ad Syllania. Et pro exhibere, vt præstare obedientiam, reuerentiam. l. generaliter. ff. de in ius vocan. Pro exhibere in alio significatu, seu præsentare. l. fi. iunc. glo. 1. C. de consuli. lib. 12. Pro soluere. l. insulam, §. fi. ibi, Centum nummi, vt præstarentur. ff. loca. l. si plures, versic. Itaq; si quis uelit non omnes hæredes onerare legatorum præstatione, ff. de lega. 3. & toto tit. ff. de lega. præstan. cap. omnis anima, vers. Ideo enim tributa præstatis, de censi. Periculum alicuius præstare. i. promittere, seu polliceri, q ille periculum nō subibit, seu in periculo non erit, Cæsar lib. 3. Belli Ciui. Illi neque legatos Cæsaris recipere, neque periculū præstare eorum. Præstare apud Iureconsi. pro exitum rei in se recipere, vel alienæ culpę dispendium velle luere, ut præstare euentum, præstare promissum alienum. Valla lib. 6. cap. 16. Prestare etiam concedere significat. Psal. 118. Sapientiam prestans paruulis. 1. ad Timoth. cap. 6. versus fi. Sed in Deo viuo, qui prestat nobis omnia abundè ad fruendum, &c. l. 2. ibi, Hoc non peti, sed præstari solere. ff. de orig. iur. ubi Bud. ad hoc illum tex. not. subdens accipi etiam pro perficere, & pro exitum rei in se suscipere. Præstare, quod promisisset, Cęsar libro 3. Belli ciui. Cum eius necessarij fidem implorarent Pompeij, vt præstaret, quod proficiscenti promisisset. Prestare item. i. facere. l. fi. C. de adulter. ibi, Probationes adulterij per eos prestare. Prestare officium militis, item officium Imperatoris. Cęsar libro 5. Belli Galli. Et in appellandis, cohortandisq; militibus Imperatoris, & in pugna militis prestabat. Prestare, idest tradere. l. ex empto, in prin. ff. de actio. emp. l. si cum fundum, ff. de verb. sig. l. ab emptione, vbi Bal. col. 1. C. de pact. Prestare intellectum euidentiorem, idest efficere, seu reddere. l. 1. in fi. ff. de orig. iur. Prestare. i. expedire, seu melius esse. Cæsar lib. 4. Belli Galli. parum post princ. Perturbantur, ut copias ne aduersus hostem educere, an castra defendere, an fuga salutem petere nescirent, quid præstaret. li. 7. in princ. Postremò in acie prestare interfici, quàm non veterem belli gloriā, libertatemq; quam a maioribus acceperant, recuperare. Et post, Præstare visum est tamen omnes difficultates perpeti, quam tanta contumelia accepta, omnium voluntates suorum alienare. & lib. 2. Belli Ciui. Postremò præstare dicebant per virtutē in pugna belli fortunam experiri, quàm desertos, & circunuentos a suis grauissimum supplicium pati. Iterum, Quanto hoc dissimulare, & occultare, quàm per nos confirmari? Prestare operam in re mi-

re militari. Cæsar lib. 3. Belli Ciui. Neque operam in re militari præstitissent. Præstare pro antecellere cum datiuo, vt Rotę tribunal aliis præstat. i. alia antecellit. Præstare actiones. i. cedere. l. si quis alijs cui. §. fin. ff. manda. l. si mandato. & l. cũ is qui, ff. de fideiuss. l. semper. §. 1. ibi, Aut aliquam actionem habet, quam præstet. ff. quod vi, aut clam. Præstat. i. præest. l. 2. ff. de legi. Sumitur etiam aliis modis, vel iuxta subiectam materiam, uel iuxta alia verba, quibus adiicitur.

a FIDELITATIS. i. fidei conseruandæ, uel obseruationis fidei. Cic. ad Att. lib. 9. In hac. n. fortuna perutilis eius & opera, & fidelitas esset.

fidelitatis a

Quod nunc fidelitatis iuramentum nuncupamus, olim in verba Principis adigi, appellabant, teste Budę. in anno ta. in Pandec. tit. de offi. præfe. præt. In quo differat fidelitas, & homagium, vide in ca. veniens. de accu. & per glos. in clem. pastoralis. §. rursus, in ver. homoq; ligius, de re iu. quam sequitur Abb. in ca. veritatis. in 3. no. de iureiur. vide etiam Afflict. in c. 1. quali. vasal. iura. debe. num. 9. & sequ. Et de iuramento fidelitatis Luc. de Pen. in l. deuotum possessorem. in ver. deuotum, C. de meta. lib. 12. & Albe. in Dictio. in ver. fidelitas. Hic præstatur fidelitatis tantum iuramentum, alibi fidelitatis, & obediẽtiæ. cap. antiqua. §. seruata cuilibet. de priuile. Fidelitatis etiam iuramentum dicitur quando quis iurat, ꝙ fideliter officium exercebit. l. rem nõ nouam. C. de iudi. authen. iusiu. quod præsta. ab his qui administr. acci. l. vnicuique. iunct. nota. ibi per Luc. de Pen. colum. 2. in fine. in verb. sacramenti. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 12. Fidelis multipliciter dicitur. Fidelis enim quicumque baptizatus est. cap. monet. 22. q. 1. ca. ad mensam. vndecima quæst. 2. Fidelis item. i. monachus, dicto capit. ad mensam. ibi, Non monachum tantum. Fideles multi, id est vna ecclesia. cap. damnamus. post princ. de summa Trinit. Fidelis qui seruat promissa, item qui benè seruit; vnde dicitur seruus fidelis, iuxta illud, Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus. Fidelis etiam dicitur vasallus. cap. 1. §. 1. qui. mod. feud. amit. Pro quibus omnibus, vide Lauren. Syluam. de feu. recogni. q. 109. num. 9.

a DEBITÆ. i. quæ debetur. Fidelitas a quouis summo Pontifici, & sedi Apostolicæ debetur. ca. si qui sunt presbyteri. in fin. iunc. gl. in uer. paganitatis. 81. distin. cum eis omnis anima immediatè subiecta sit, c. omnis anima. de censib. ca. solitæ, de maio. & obedien. Hostien. in cap. antiqua. col. 2. versi. Et hic ideo dixerim, de priuileg. Hinc videmus, ꝙ in veste Aaron erat descriptus orbis terrarum. Sapien. cap. 18. Diuus Thomas in 2. art. 5. ad nouum. & sic potestas Papæ in toto orbe. Et ex præmissis etiam probatur quòd magis Papæ, quam alij parendum sit. cap. episcopus. 18. dist. in gl. & Doct. in cap. cum parati. de appel. Abb. & cæteri in cap. 1. de consti. Fortius fidelitas eidem summo Pontifici a Regente debebitur, propter hunc tex. Dictio. n. debitæ, accipitur (vt præmisi) pro eo quod debetur. Sic Ecclesiast. capite quarto. Et redde debitũ tuum. Cicero in

debitæ a

Philip. O fortunata mors, quæ naturæ debita patria est potissimum reddita. cap. vt debitus nor. de appellationibus. Deriuatur enim a ve[rbo] debeo, quod necessitatẽ denotat, l. prætor, in ff. de eden. ca. oblatę. ibi, potest vtique, imò de appell. cle. attendentes, iun. glo. in ver. debe[ba]sta. monach.

a IVRAMENTVM. Fidelitatis iuramen[ti for]mulam habemus in cap. de forma fidelit. 22 [q]stio. 5. & in cap. ego N. de iureiur. Ab illa fo[rma] ca. ego N. omnia ferè iuramenta nostro simi[lia fa]ciuntur. Et cum tex. ibi dicat, Iuro ꝙ ero fide[lis] meo Papæ eiusq; successoribus canonicè int[rantibus], tollitur illud dubium, de quo supra in ver. & pro tempore. Sat est enim semel fide[litatem] iurasse tunc existenti Summo Pontifici, etiam [suc]cessoribus seruandam. Formulam eiusdem [iura]menti ponit Rofre. de libel. par. 5. tit. de sacra[mento]... sco. Qualiter vasallus fidelitatem iurare debe[at, ha]bemus in usi. feudo. rub. quali. iura. debe. va[sal]... mi. Pede. cum duobus titu. sequen. sub rub. ... fideli. & per Laur. Syluam de feu. reco. q. 109. Et fidelitatem iurabit uasallus, siue sit feudatarius Burgensis, Andr. de Isern. in cap. primo. p... versi. Certum est enim etiam Burgenses... alle. titu. quali. vasal. iura. debe. fide. vbi e... Matth. de Afflic. & Lofre. in paraphrasi Isern. ibidem. In iuramento vasalli co[ntinentur] hęc. Incolume, tutum, honestum, vtile, ... pręstare auxilium & consilium. c. 1. & ibi ... de Iser. de no. for. fide. & deci. Neapol. Af[flict.] num. 40. & seq. vbi declarat omnia illa se[x ver]ba; & alia prosequitur, quæ ibi videri poss[unt. De] præmissis, & aliis huic spectantibus, vide e[tiam li]ber. Maran. in Spec. Aduo. in 9. actu iudic[ii] 27. cum pluribus sequ. dum tractat de qu... cie iuramenti extraiudicialis. Formulam iu[ramen]ti per administrationem recipientem præ... lege inuentam habemus in authen. sub ti... dum quod præstatur ab his, qui admi. acci... mentũ præsumi facit, quòd quis fideliter, &... suum aget, seu exercebit officium, l. fi. vers. E... nemine. C. ad leg. Iul. repetun. cap. pen. 7. qu... Glo. pragm. rub. quo tempo. quis debe. esse... in ver. iuramento. Sed contra text. oppono, ... requiratur iuramentum fidelitatis, cum co... quis ad officium aliquod eligitur, fidelis præ... tur. l. amicissimos. in prin. & ibi Bar. ff. de ex... Glo. pragm. de conclu. eccle. Galli. in ver. fide... Insuper non requiritur aliud iuramentum ... lud, quod Cardinales in eorũ creatione præ... de quo per glo. Pragma. tit. de nume. & qu... di. §. statuit, in ver. assumantur. Respondeo ... ad primum, quòd illa præsumptio non e... potentiæ, vt iuramentum excludat. Item li... res præsumptiones, seu cõiecturę cõcurrerẽt, ad-

iuramentum & officium

Regentis huiusmodi sibi a pe...

huc illud iuramẽtum in similibus requiri solet ad supra adducta. Ad aliud respondeo, quòd decretum dicti consilij non ligat. Rursus, quia sumus in iuramento satis diuerso ab illo, nec est nouum, quod eadem persona ratione diuersorum factorum, seu diuersarum causarum pluries, seu diuersimodè iurare debeat.

a SIBI. s. Regenti, iux. tex. in l. si quis alicui, in princip. iun. glo. in ver. sibi. ff. de acquir. hære. l. cohæredi, §. 1. cum glo. in ver. quæsitæ, versic. Vel dic sibi, scilicet cohæredibus substitutis. ff. de vulg. Vel sibi, idest vni ex sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalibus. Aliquando sumitur, quòd ita sibi, vt non alijs, vt in l. solent, §. 1. ff. de offi. procon. l. fi. in princ. ff. de off. eius, l. in tantum, §. si quis. ff. de re. diui. l. 2. iun. glo. in ver. sibi, C. de præscri. 30. ann. Sic accipitur Gen. cap. 2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus adiutorium ei simile sibi, & sic non simile brutis, vel animalibus irrationabilibus, sed ipsi viro, & consequenter etiam ipsi Deo, ad cuius imaginem, & similitudinem factus est ipse vir. Nonnunquam exponimus sibi, idest ad suam tutelam, ad suum commodum, vel ad suam vtilitatem. l. nec ei, §. præterea. ff. de adoptio. l. nec quicquam, §. obseruari, in fin. ff. de offic. procon. l. de diuisione, vbi etiam glo. in ver. sibi. ff. solu. matri. Hoc pronomen caret nominatiuo. Sibi etiam pronomine in plurali vtimur, & exponimus eis, prout in l. 2. §. quod ad magistratus. ff. de ori. iur. l. vni. post prin. ff. de offi. præfe. præto. & 1. Machab. cap. 5. Et trabes conduxerunt in adiutorium sibi. Pronomen sibi quãdonõ sit personale post Bal. vide per præceptorem meum Do. Phil. Dec. cons. 262. in causa, post num. 9. versi. Secundo non obstat.

nos, aut Rom. Pont. præfatum [a] concessum [b]

a PRÆFATVM. Repete pro tempore existentem. natura enim dictionum præfatum, præmissũ, præscriptum & similium est facere, seu inducere relationem ad specificata cum suis qualitatibus. l. hæredes, quæ est 57. ad fi. cum glo. fi. ff. ad Trebell. clem. vni. de iureiur. §. præfatis. & §. quia ergo. Bar. in l. talis scriptura. nu. 4. ff. de leg. 1. Aret. cons. 21. si diligenter, col. 1. vers. Ex quibus verbis. Soc. consil. 251. quoniam in præsenti, col. 2. nume. 5. Paris. cons. 4. num. 25. vol. 4.

b CONCESSVM. i. concedendum, iuxta text. in l. cohæredi, §. 1. iun. glo. in ver. quæsitæ, quæ exponit, idest quærendæ. ff. de vulga. & in l. 1. iun. glo. in ver. reintegrandæ, post princ. quæ exponit. i. reintegrandæ, C. per quas perso. no. acqu. l. diem functo, iun. gl. in ver. præstitum, idest præstandum. ff. de offic. assess. & sic præteritum pro futuro. Nam tempore huius erectionis Papa nondum concesserat officium Regentis. vnde loquitur de officio cõcedendo, & sic de futuro. Fortius loquitur de futuro, cum disponat etiam de officio per successores Rom. Pont. concedendo. Vel concessum habita ratione ad mentem, & deliberationem Papæ, ex quo in mente, & animo Papæ iam concessio facta erat, & persona lecta pro huiusmodi officio. Et quòd hæc fuerit mens, & animus Papæ præcedens ex iis, quæ subsecuta fuere declaratio sumitur, argu. tex. in l. sed & Iulianus, §. proinde, versic. Sed & si ab initio. ff. ad Macedon. Bar. in l. cętera, §. sed & si parauerit ff. de lega. 1. D. meus consil. 130. proponitur, colum. 2. in princ. & consil. 284. & diligenter, colum. 5. versus fin. Quod tanto magis procedit, quando quid incontinẽti fit, id enim primo actui esse videtur. l. lecta, versic. Dicebam, ff. si cert. pet. l. in bonæ fidei, & l. petens, C. de pact. l. si itaque, §. Seia cauit. ibi, Deinde incontinenti, &c. ff. de verborum obliga. l. fi. cum glo. in ver. incontinenti, ff. de libe. cau. cap. officij, versic. Non autem, de elect. Incontinenti quot modis ponatur Reper. Inquisit. hoc ipso verbo. Incontinenti alibi dicitur fieri quãdo vno ictu, vnico impetu interficiuntur in l. quod ait, quæ est 23. §. fi. ff. de adult. Vel dicamus, quòd illud verbum, concessum, sit propriè positum declarando, & constituendo hoc modo. Officium huiusmodi per nos aut Rom. Pont. pro tempore existentem sibi concessum. idest postquam concessũ fuerit ad vitam, obtineat &c. Et sic etiam euitabimus acceptionem vnius temporis pro alio, & fugiemus impropriam interpretationem: impropriè enim unum tempus ad aliud trahitur, §. in potestate, iun. glo. in ver. esse. Instit. de his, qui sunt sui, uel alien iur. l. 1. §. igitur, ff. eo. Concessum autem quomodo hic accipiendum sit videamus. Concedere, & donare idem sunt. Hester cap. 8. Domum Aman concessi Hester Reginæ. l. fi. ibi, me tibi concedere hac epistola manu mea scripta notum tibi facio, ff. de donatio. l. prohibere, §. planè, versic. Concessio tamen non est data. ff. quod vi aut clam. Hæc expositio literæ nostræ conuenire videtur, ex qua apparet non debere huiusmodi officium uendi, sed illud absque aliquo pretio conferendum esse. Concessio item officij inferre, & significare potest translationem iuris totius illius iurisdictionis, ad l. 1. ff. de const. princip. l. 1. §. cum vrbem. ff. de off. præfe. vrba. cap. Abbate, de uerborum signif. Vel officiũ huiusmodi concessum interpretabimur, ut non sit vera, & propria translatio, sed potius usus, uel administratio cum commoditate, ac facultate erga redditus, & prouentus, ad tex. in l. vsusfructus, versicu. Potest autem, cum ibi nota. per Paul. Castren. præsertim, colum. 3. nume. secundo. cap. 2. iun. glo. in ver. titulo, & ibi Arch. Io. And. Gemin. & alij, de vsur. lib. 6. Vel etiam hic verbum concedo designare posset nudum exercitium iurisdictionis, non ius aliquod, nec iuris translationem, ad ea, quæ voluit glo. & Bart. in l. fi. in princ. ff. de donatio. Aliquando concedere significat decernere, gratiam facere, seu permittere. sic Num. cap. 20. Nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos, 4. Reg. ca. 5. Sed obsecro concede mihi seruo tuo, ut tollam onus duorum burdonum de terra. Cice. Fami. lib. 4. M. Marcello, versus fi. Nobilitatem vero, & dignitatem hominum quãtum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. & præalleg. l. prohibere, §. planè. ibi, Amplius concedat, cum

vers.

vers.sequ.ff.quod vi aut clam.cap.vni. §.vt tamen, de iniur.li.6. Concessum est alibi exponimus, idest licitum est, seu licet, iuxta pulcherrimum tex.in l.fi. ff.de off.assesso. In summa verbum, concedo, gene rale est, accipiturq; iuxta naturam contractus, & di spositionis cui adijcitur, vel iuxta subiectam ma- teriam, prout per omnes in præalleg. ca.1.de vsur. lib.6.& per Cępol.de seruit.rust.prædio. ca.31.de flumi.num.12.& ante. Pro quo verbo, concedo, vi de etiam per Doct.in l.si quis ergo casus. ff.de pe- cu.per Abb.in cap.pastoralis, de donatio.in 1.not. in cap.cum venerabilis, de excep. ac per Cagn.in l.cuius est donandi, quæ est 124.numero 1. ff.de regul. iur.

absque [a]

a ABSQVE. Sine.dictio hæc negatiua, & exclusi ua est. sic Prouerb.cap.25.in fi. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu. Esaræ cap.1. in fi. Et velut hortus absque aqua.& cap.6. Donec desolen tur ciuitates absque habitatore.l.omni nouatione, C.de sacro.eccl.authen.sed & si quis, C.de secun. nup.cap.quia præsulatus, 1.quæst.4. ca.Psalmista, 23.distin.cap.generaliter, vers.Nedum. ubi Archi diac.& alij, de procu. li.6. Cum Archid.tenet Oldra. consil.49.consueuit, colum.fi.nume.10.versicu.De absque. cap.2.de confess.lib.6. Cyn.& Bart.in l.a- ctur, C.de proba. Sequitur Bald.in authen.princi- pales, §.quod obseruari, colum.4.vers. Tu dic, C. de iura.calum. Idem Bal.declarans quot modis ac- cipiatur in l.data opera, colum.pen. nume.96.C. qui accu.non poss.vbi etiam subdit, q aliquando includit. Et pro hac dictione, vide Alberi.in Di- ctio.in ver.absque, & Alber.Pergamen. de præposi tio.num.12. Et quòd includat melior est tex. in iu re, in cap.non est nostrum.23.q.5. vbi ex sententia Diui Hieronymi in Iona propheta dicitur, non es- se nostrum mortem arripere, nec nobis licere pro- pria manu perire, absque eo vbi castitas periclita- tur. Si literã illam interpretari volumus iuxta pro priam significationem dictionis, absque, ut ex- cludat, concludemus licitum esse cuique sibi ipsi mortem inferre ad euitandum castitatis, seu fidei periculum, & sic nõ improbabimus mulieres, quæ in excidio suæ patriæ seipsas interficiunt, prout in excidio vrbis aliquibus contigit. Contrarium sen- sit Diuus Augustinus dum Donatum presbyterũ conuicit, ut habemus tex.in cap.displicet. §.noli er go.23.quęst.4. vbi concluditur, quòd ad quodcun que malum quis impellatur, seu cogatur, non de- bet seipsum sponte interficere. propterea gl.in prę alleg.ca.non est nostrum, docet ibi dictionem abs- que, inclusiuè accipiendam esse, vt sensus sit, non esse licitum se interficere, etiam si castitas periclite- tur, cum qua transit ibi Archid.& cum Archidiac. Luc.de Pen.in l.si consortium, ante finem. C.de fa bricen.lib.12.& Bald.in præalleg.l.data opera.nu- me.96.C.qui accus.non pos. Potiorem, & meliorẽ rationem, quare etiam in his casib. seipsum interfi cere non liceat, puto esse, quia sperandũ sit in Deo, & in Dei prouidentia, & quia non sunt facienda mala, ut ueniant bona.cap.is autem.23.quęstio.2. & tota quæst.5.cau.14. Cur mulieres Israelitæ, in-

ter quas & ipsa Iudith uidua pulcherrima, ut a ma
nibus, & potẽtia ferocissimi Holofernis immunes
euaderent, castitatemque seruarent non se interfe
cerunt? Causa fuit, quia spem, & fiduciam in ipso
Deo, Deique prouidentia habuerunt, quæ effecit,
vt muliercula, vidua, sola, noctu per medios hostes
atrocissimos pertransiens ad potentissimi Duci
præsentiam accedere non formidauerit, abscissoq;
capite immanissimi Holofernis, victrix, patria, ec
clesia, & Israel seruata ad suos rediens, propria
& aliarum mulierum castitatem, & vitam in tu
collocans, gloriam æternam sibi parauerit. Conue
niebat ne Ruth, quæ dicebatur Noemi.i.pulchra
ab omnibus derelictæ seipsam interficere, ne pul
chritudo, eiusque species, & decor laqueos ipsius
virginitati amittendæ pararet? An potius in virtu
te Dei sperare, quæ Booz potentem virum, illi vi
constituit? Quid dicendum de Mardocheo He
bræo qui erectum trabem mandato Aman po
post potẽtissimum Regem Assuerum sciebat, q
ipse Mardochæus suspendi deberet, num mort
sibi inferre debebat, vt suspendij infamiam e
ret? vel potius in magna Dei potentia, & iusti
sperare sese futuræ dignitati, honori, ac glori
seruate, illico visurum eundem trabem pro
dio Aman seruiturum? Missos facio infinitos
ris, & nouæ sacræ paginæ, qui potius vitam p
here ad Dei placitum constituerũt, quàm
rè, & ex propria sententia uitam cum mor
mutare eodemmet instanti vitam, honorem
mam perdendo. In hanc sententiam vid
bet poterit pulcherrimam illã orationem
ad milites suos, qui dedere se Romanis
mortem sibi consciscere deliberarunt, & in
tes obstinatè, & propriæ innitentes volunta
cerint, ipsa tamẽ Ioseph diuino fauore, &
se, ac socium vnum seruauit, Vespasianumq;
ratorem propitium, & sibi in omnibus fau
inuenit, vt videre est in illius pulcherrima o
lib.3. Belli Iudaici. Quid dicent Catones,
bales, & tot alij, qui & suaserunt, & exem
reliquerunt propter quemuis metum, & pro
quamuis occasionem sese interimendi, quum
solum diuina scriptura, sed & omniũ Philoso
rum Princeps, Ethic.li.3.cap.7. probet non
& laudandos, sed molles, & timidos fore eos
mortem sibi consciscunt ob fugiendam pau
tem, amorem, aut molestum aliquid. Vide
quę scribam, in ultima specie Ingratitudinis
sius in seipsum. Vide etiam Platonem in Ph
vel de Anima, ubi referuntur hæc verba So
Non tamẽ fortè sibi mortem inferet, non en
esse aiunt: & parum post. Quòd nos homin
mus in quadam custodia, neque docet quem
ex hac seipsum soluere: cum ijs quę sequun
les homicidæ minimè consuetis ritibus
sunt.l.liberorum. §.Pomponius. vers.non
ff.de his, qui notan.infa. Nec horum vltimæ
tates subsistunt.l.1.ibi. Ex testamento. C.de
qui sibi mor.consci.& ibidem Bald.ac Cyn.
C.qui testam.face.pos. Quid autem in eo,
mortem sibi consciscere apparatum fecit,

alium prohibitus fuit, an morte, uel alia pœna plectendus sit? Cyn. ubi supra, & in l. vlt. §. sic autem. ff. de bon. eo. qui ante senté. mor. sibi consci. & Angel. in l. omne. §. qui se uulnerauerit. ff. de re milit. uolunt illum, ultimo supplicio puniendum. Ego citra mortem, talem puniendum puto, pro quibus uidenda erunt, quæ volunt Docto. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleri. & in l. 4. C. de ser. fugit. Amplio, ut non solum, non liceat sibi mortẽ consciscere, imò vt nec etiam sui ipsius quæuis temeraria, & illicita læsio permittatur, quin & damnanda, & punienda veniat: membrorum enim suorum nemo dñs existit. l. liber homo. ff. ad leg. Aq. l. lex Cornelia. §. cõstitutum. ff. ad leg. Cor. de Sica. & si non licet. 23. q. 1.

a DISPENSATIONE. indulgentia, seu indulto, ad l. 1. in fi. ff. de consti. Princip. Dispensationem describunt esse prouidam iuris cõmunis relaxationẽ, utilitate, seu necessitate pensatam, gl. & Doct. in cap. requiritis. §. nisi rigor. 1. quæstio. 7. Videre poteris quæ scribo super Signa. gratiæ, dum de dispensationibus tracto.

dispensatione [a]

Apostolica [b]

b APOSTOLICA. Non dixit simpliciter dispensatione, sed addidit Apostolica, ad denotandum, ꝙ nulla alia auctoritas, seu dispensatio, ab Apostolica considerari poterat circa hoc officium concedendum, & obtinendum. Dictio enim, Apostolica, quorumcũque aliorum etiam legatorum auctoritatem excludit. cap. hi qui. cap. si Apostolicæ sedis. & cap. si a sede. de præb. li. 6. Rebuf. super concor. in for. man. Apost. in ver. Apostolic. Similem tex. habemus in c. 1. ibi, Absque dispensatione sedis Apostolicæ, de consue. lib. 6.

a AD. Dictio hæc tempus, numerum, uel actũ, cui adijcitur includit, prout Gen. cap. fi. versus fi. Vidit Effraim filios vsque ad tertiam generationem. Cic. pro Cecin. Cum amicis ad diem ueni in Castellum. Liuius lib. 2. Consul Romanus in Algido consecutus ad unum omnes occidit. l. 3. §. qui habebat. ff. de serui. rust. prædi. Ad, præpositio in compositione auget, & pro valde, accipitur. Teren. Sanctè te adiurat. Cice. Fami. lib. 2. Curioni, Vt aut te in meam sententiam adducam. Item perfectionem rei, seu actus designat, prout 2. Regum, cap. 24. Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum quantus num est, &c. l. non putabam. & ibi glo. Alberi. & Bal. ff. de cond. & demon. Archid. in cap. presbyter. in princ. 78. distin. sequitur Oldra. cons. 49. consueuit. col. 2. in fi. cap. si gratiosè. ibi, Ad suæ volũtatis beneplacitum. de rescri. lib. 6. Felyn. in cap. cum vigesimum, post nume. 7. versic. Sed quid si dicatur cum peruenerit ad annum 18. de offic. deleg. Ad, præpositio quendam accessum designat, vt docet Diuus Thomas par. 3. quæst. 58. art. 3. super illis verbis, Sedet ad dexteram patris. Ad. i. intus. C. de his, qui ad eccl. confu. Ad, pro cum. Exod. cap. 32. Sicut loqui solet homo ad amicum suum. Ad, prout. 3. Regum cap. 12. in princip. Ad constituendum eum Regem. i. ut constitueret eum Regem, seu pro constituendo eo Rege. prout etiam Exo. cap. 37. Qui erant in latere arcæ ad portandum. & ca. 38. Ad immittendos, &c. Ad uictum. i. pro uictu. Iudi. cap. 17. Et quæ ad uictum sunt necessaria. Prouerb. ca. 7. Quasi bos ductus ad victimam. i. pro victima, seu pro vsu victimæ. Et sic ad, interpretamur, pro, iuxta tex. in l. cui muneris, quæ est 12. cum glo. ff. de mune. & hono. Ad, pro in, Iudicum cap. 5. Quia non venerunt ad auxilium Domini ad orientem. i. uersus orientem. 1. Paralipom. cap. 5. In omni plaga, quæ respicit ad orientem Galaad. Num. cap. 10. Qui habitant ad meridiem. Ad, pro iuxta. l. quidam Hiberus. ff. de serui. urba. prædio. Bar. in l. militis codicillis. ff. de mili. testam. Nonnunquam pro, post. l. qui duos. ff. de manu. testa. Ad, pro contra l. 1. cum glo. 1. ff. an per alium cau. appell. red. pos. l. commissa, cum gl. in ver. ad hæredem, idest cõtra hæredem. ff. de publica. Conuitium facere ad domum, vel ad tabernam tractant in l. Item apud Labeonem. vers. Proinde si quis ad domum tuam. ff. de iniur. Pro hac dictione, ad, vide Bar. in Extrau. ad reprimendum, in ver. ad hoc. Alberic. in Dictio. in ver. ad. & Luc. de Pen. in l. 1. col. 5. ad finem. in ver. ad gradum. C. de agen. in reb. lib. 12. Alex. in l. si cui legauit. nu. 3. ff. de leg. 1. & per Tiraquel. de vtro. retra. §. 1. gl. 11. Et in tract. præpositio. Alberti de Pergamo, in princi. Præmissis addo pulchrũ modum loquendi, Nihil ad te, nihil ad hunc. Teren. Est ne Thais (vt fertur) forma? Sanè. Sed nihil ad nostram hanc. Cic. Lucium uolo, quem cognouimus virum bonum, & non illi tantum, sed nihil ad Persium. i. nihil est ad comparationem Persij.

ad [a]

a EIVS VITAM. Regens igitur ab officio eius vita durante amoueri, seu remoueri non debet. Sed oppono Magistratus Romani, & officia omnia regulariter anno terminantur, prout de Tribunatu plebis testatur Cicero in oratio. contra Salustiũ, Ego fugax Crispe Salusti, furori Tribuni plebis cessi, vtilius duxi, quamuis fortunam unus experiri, quàm vniuerso populo Romano ciuilis essem dissensionis causa, quia postea quàm ille suũ annum in Repub. baccatus est, &c. l. fin. C. de offi. præto. ibi, ꝙ singulis annis prætores ordinari, seu creari debent. l. neminem, & ibi no. Bar. C. de susce pto. & præposi. lib. 10. Nico. Boe. deci. 149. num. 4. Marti. Laud. in tract. officialium. quæst. 92. & 114. Hinc dicimus actiones prætorias, quasi omnes annales esse. ratio est, quia p̃tor anno durabat. §. eas verò. Insti. de perpe. & tempo. actio. Responderi potest, quòd diuersa sunt officia, quorũ aliqua anno tantum, uel minori temporis spatio durant. Aliqua uerò ad uitam concedi consueuere. Et licet prius imperia apud antiquos Romanos annua essent. Cic. in narratio. coniu. Catili. Immutato (inquit) more annua ĩperia, binosq; Imperatores, &c. Eadem tamen imperia (ut omnes norunt) ad vitã postea concedebantur, hodieq; conceduntur. Rursus quidam sunt magistratus, seu quædam Romana officia huic similia, quæ ad vitam dantur, utputa, Vicecancellariatus, Pœnitentiaria, Camerariatus,

eius uitam [a]

tus, Vicariatus, & Rotæ Auditoratus. Vnde exemplo aliorum officiorum iurisdictionem amplissimam habentium, meritò & istud ad vitam conceditur. Accedit, quod ab immemorabili tempore Auditor Cameræ ad vitam pariter creari solitus erat. sic igitur & Regens in illius locum subrogatus ad vitam constitui debet, vt illius, in cuius locũ subrogatus est, naturam imitetur, & illud quod de vno dicitur, de altero iudicetur. l. is qui in potestate. §. fi. ff. de bonorum posses. contra tab. l. si libertate. ff. de rit. nuptia. l. hæreditatis appellatione, 2. ff. de verborum signif. capit. maiores. §. ad id autem, de baptis. Sic & fiscus qui succedit loco Reipublicæ Romanæ, idem est quòd Respub. ad glo. rub. C. de iur. fis. lib. 10. Vtilitas item publica suadet, vt præficiendi magistratibus, seu officijs iurisdictionem habentibus, & pro quibus bene regendis, administrandis, ac gubernandis, cum theoria, tum praxis, actio, ingenium, prudentia maximè requiruntur, ad vitam, non autem ad breue tempus constituantur.

obtineat, [a] & per [b] se

a OBTINEAT. Idem est dicere, obtinere ad eius vitam, vel in diem vitæ suæ, iuxta text. in l. 1. post princ. C. de bo. mater. seu quoad viuet, iux. tex. in l. miles ita, in princ. ff. de mili. testa. in l. mortis causa donatio, sic ff. de mor. cau. dona. & in l. damnas esto, in prin. ff. de vsu. lega. Vel quamdiu uiuet, seu quo ad viuet, ad tex. in l. à vobis. & in l. Mæuia, in prin. ff. de ann. leg. & in l. vlt. ibi, In singulos annos quoad uiuent, ff. de reb. dub. l. eũ qui, quæ est 56. §. ij ita. ff. de ver. obl. §. At si ita. Inst. eo. Et quoad morietur: quanquã hæ duæ propositiones quoad viuet, & quoad morietur, contrariæ videantur, idẽ tamen tempus demonstrant, auctor est A. Gellius, & post eum Bud. in l. quis sit fugitiuus, §. idẽ ait. ff. de ædili. edic. Et quòd idem significent, And. Tiraq. de constit. 3. par. 2. limi. nu. 13.

b PER. Præpositio hæc pluribus modis sumitur: aliquando enim auget. Deutero. cap. 24. Si autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum. Lucæ cap. 6. Et erat pernoctans in oratione Dei. l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verborum signif. l. septimo mense nasci perfectum partum, ff. de sta. homi. l. 2. & ibi per Salyc. num. 8. C. de iu. emphy. l. periniquum, quæ est fi. C. de iuris. om. iud. Per, nonnunquam negatiuè ponitur, pro non, vt perfidus, idest sine fide, seu infidus. l. pen. ibi, Ad perfidiam retrahatur, C. depo. Per, etiam, pro contra capi potest in alle. dictione perfidus, vt l. quos, nos, quæ est 234. cum glos. in ver. adiectionem. ff. de verb. sign. Per etiam, pro, iuxta, l. fi. iun. glo. in ver. si per unius, idest iuxta vnius prædia, ff. de serui. rust. præd. per Luc. de Pen. in l. per annos, C. de metalla. lib. 11. & super rubri. C. de censi. & censito. eo. lib. Similiter, pro, iuxta, in alia significatione, idest secundum. Num. cap. 2. in princi. Singuli per turmas, signa, vexilla, & domos cognationum, &c. & cap. 4. in princ. Per domos, & familias &c. & cap. 15. in prin. Igitur sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit. Et aliàs dum li-

brum Arist. de Interpretatio. Sectio. 4. de prop[...] cum modo coniunctis audirem. In illis verbis [...] mum quidem in ijs, quæ non per rationem p[...] sunt, vt ignis calefactorius est, &c. probabam [...] ba illa, Quæ non per rationem possunt, expon[...] bere. i. quæ non secundum rationem operan[...] seu agunt. Per, pro, de, seu ex, Iosue cap. 4. in p[...] Elige duodecim uiros singulos, p singulas tri[...] iunc. ijs, quæ postea subijciuntur, uidelicet; Vo[...] uit Iosue duodecim viros, quos elegerat de [...] Israel; singulos de singulis tribubus. Rursu[...] in, Genes. capit. 41. Qui constituat præposito[...] cunctas regiones. i. in cunctis regionibus, vel [...] cunctis regionibus. Exod. cap. 13. ad finem. Pe[...] in columna nubis, & per noctem in columna [...] idest, in die, & in nocte. Nume. 14. Et in colu[...] nubis præcedat eos per diem, & in columna [...] per noctem, in Canti. cap. 3. In lectulo meo pe[...] ctem quæsiui, quem diligit anima mea. Pe[...] propter in l. 4. §. qui filium, cum glo. ff. de re[...] Per, etiam spatium loci, uel tẽporis designat [...] cap. 31. Sicque per viginti annos in domo [...] uiui. Deuteronom. 15. Per sex annos seru[...] Iosue 3. Et morati sũt ibi per tres dies. Per, [...] quando causam efficientem denotet gere[...] ctum, quandoque iure proprio, quando[...] alieno, habemus tex. in cap. fin. in princip[...] hoc not. Geminia. nu. 2. de præben. lib. 6. [...] nunquam auctoritatem, seu iussum den[...] nos quidem, vers. Tunc per te ædificetu[...] per te, &c. de testam. Verba illa Prouerb[...] me Reges regnant, & legum conditore[...] cernunt. Per me Principes imperant, & [...] decernunt iustitiam, declarari debere pro [...] thore, seu me auxiliante, uel fauente. Depr[...] tione, per, uide etiam Archidiac. in cap. co[...] tumacia, de hæret. li. 6. & Alber. de Pergam. [...] positio. num. 30. in uer. per. & nume. 138. Q[...] ad rem nostram attinet, per, dictio, causam [...] mentalem, seu organum denotabit, id autem [...] bus modis accidere potest, uno quòd causa [...] mentalis consideretur merè, & simpliciter, [...] quando dominus per nuncium aliquid faci[...] obligatur: tunc enim dominus facit, nunc[...] tem loquitur, & mero ministerio fungitur, [...] Genes. cap. 33. Et misit per manus seruorum [...] rum singulos seorsum greges. Leui. 10. Doce[...] filios Israel omnia legitima, quæ locutus [...] eos per manum Moysi. & cap. 26. in fin. Hæ[...] iudicia, atque præcepta, & leges quas dedit [...] nus inter se, & inter filios Israel in monte Si[...] manum Moysi. Idem habemus Num. cap[...] fin. Ita etiam accipitur Prouerbio. ca. 26. C[...] pedibus, & iniquitatem bibẽs, qui mittit ver[...] nuncium stultum. l. 1. in fin. ff. de contrahe[...] l. multum. C. si quis alte. & ibi Bal. post num[...] tero modo euenire potest, ut inducat causam [...] mentalem, sed non merè, & simpliciter. Vt [...] mus, Dominum agere, seu obligari per pro[...] rem, uel præponentem per institorem, qu[...] procurator, seu institor contractum forma[...] sona sua, nomẽ autem Domini est adiectio [...] cum[...]

cumque gerimus.ff.de act.& obligatio. l.sed si pupillus.§.conditio.ff.de instit.actio.l.1. §.igitur præposito.ff.de exercito.actio.Bald.in l.ex annali, post num.3.vers.Dictio autem per. C.de actio.emp.& magis ad rem nostram super rubr.C.de exer.& instit.colum.2.vers.Quandoque dictio per. Et ꝙ si de oculis, vel auribus loquamur rectior, & magis pro prius sit sermo per quos videmus, & per quas audimus, quam quibus videmus, & quibus audimus, colligitur ex illa subtili disputatione inter Socratem, & Theętetum de qua Plato libro 13. post medium, vbi Socrates quærit qualiter respondendũ esset si quis interrogaret quo nam alba, & nigra homo videat &c. In tex.nostro per, respicit Regentem, item Viceregentem: rursus & Locumtenentes. accipi autem debet secundo modo, & sic non merè, & simpliciter. An autem circa omnes eodem modo, & in eodem significatu acccipi debeat, videtur ꝙ sic, cum omnes pariformiter termi net, argu.tex.in l.nam hoc iure. ff.de vulga. l.in testamento.C.de milit.testamen.l.quamuis.C.de impube.& alijs substitutio. Sensus igitur erit, quòd pariformiter administrari poterit officium huiusmodi, siue per Regentem, siue per Viceregentem, seu per Locumtenentes. Verum si quis subtilius perscrutari voluerit, differentiam constituere poterit inter Regentis administrationem, ab illa Viceregentis, ac Locumtenentium, vt dictio, per, quæ ad Regentem causam efficientem, & radicem, seu originem denotet. Ipse enim Regens primus, ac principalis, & dominus est, officioque prædicto immediatè præest, ad theo. Bald.in allega. l.multum, post numerum quartum.C.si quis alte.& super rubri.C.de exercito.in princip.Nec obst.illud, quod vna determinatio, &c. Diuersa enim esset ratio unius terminabilis ab altero, unde difformiter determinatio facienda est.l.Lucius.ubi Doct. ff.de vulg.Imo.in l.Caius.colum.tertia, ff.solu.matrim. Bartol.in l.Titia. §.Titia.ff.de legat.secundo.Soz. in l.cum auus.colum.27.ff.de conditio.& demonstratio. Insuper idem verbum propter rationis diuersitatem in eodem loco diuersimodè accipitur. l.secunda. vbi glos. in ver.manumitti.ff.de offic. procons.glos.in l.Plautius.in ver.procuratorem.ff. de procurato. & in l. certi condictio. in princip.in versic.non potero. & ibi Alberi. columna quarta. versic.Secundo nota.ff.si certum petatur. glo.vlti. in l.prima. C.de pœna iudi.qui ma.iudi.gl.in cap. auditis.in ver.cassatam, de elect.Hostien.in c.plerumque.post principium.de rescr.c.cum dilectus, de consue.Dominus meus in c.quoniam Abbas, in prin.de off.deleg.

[a] AVT. Hæc dictio trib. modis hic accipi potest, vnde tres intellectus adduci poterũt. Primus erit, vt exponamus, aut, pro &, prout exponi possunt illa verba Genes.cap.41.metaphoricè prolata, videlicet, Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti.i.manum, & pedem non mouebit, seu: Nec manum, nec pedem mouebit. sic & Tobiæ cap.5. Indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es.id est, de qua tribu, & de qua domo. Iudith 10.Vnde venis, aut quo vadis, potius enim credere debemus super utroque interrogatam, prout & utrumque respondit.& ad tex.in l.sæpe. ff.de verborum significatio.l.secunda.ubi glo.& Bald.C.de obse.patro. præstan.l.si is qui ducenta.§.vtrum, ff.de reb.dub. Iuxta hanc interpretationem concludimus administrationem, & exercitium huius officij consistere penes Regentem, Viceregentem, & Locumtenentes, omnesq; coniunctim illud administrare, illique totis neruis incumbere debere. Quod eo magis dicendum uidetur propter numerum, & grauitatem negotiorum, quæ ad hoc tribunal in dies deferuntur, ut supra in §.considerantes, præmittitur. Secunda declaratio fit, ut dictio hæc alternatiuè ponatur, sed sit alternatiua ordinis, ad l.cum pater, §. pen.ff.de leg.2.l.pen.C.de verb.sign. l.1.§.1.ff.de libe.agno.l.scire oportet.§.qui tamen, ff.de excusa. tuto.glos.in cap.in alternatiuis.versic. Sunt tamen quædam.de regu.iur.lib.6. Ex hac interpretatione alter intellectus elicitur, ut exercitium huius officij sit primò, & principaliter penes Regentem successiuè, & consequenter penes Viceregentem, deinde penes Locumtenẽtes,

aut [a]

& prius ipse Regens adiri debeat, uel ipso impedito ad alios recurrendum sit. Huic secundo intellectui quadrant, quæ notaui supra in §.uolentes, in ver.exerceri.& quæ dixi in præcedenti gl. uers.Verum si quis. Tertio exponamus, ut hæc sit alternatiua psopria, uera, & naturalis, quo casu sufficit in uno propositionem ueram reddi. l. si quis ita. ubi Alexan.& alij.ff.de uerborum obligat. Bar. in præalleg.§.utrum. post princip. Bald. in l. ea lege. nume.19.uersicu. Vltimo quæritur circa alternatiuam.C.de condi.ob cau. cap.cum plures.ubi plurium delegatorum insolidum quilibet cognoscit, & ibi gloss.1.uersic.Vnde non sunt istæ alternatiuę ordinis, de offic. delega.lib.6. Iuxta hunc tertium intellectum Regens exercere poterit, ac expedire officij negotia, causasque cognoscere, & decidere per se, uel per Viceregentem, seu alterum ex Locumtenentibus. Cum in alternatiuis electio sit illius, ad quem uerba diriguntur. l. tertia. ff. de eo, quod certo lo. Abb. in capitulo inter cæteras, de rescrip.glos. Pragma.de collatio. §.primò cum, in uer.aut. Rebuf super concordan.eadem rubr.§.1. in uer.quiq; bis. Pro quo intellectu adduci potest Rot.192.Si Episcopus, cum tota additio. in no. Et huic intellectui consonat tex in l.fin.§.si plures ua uem exerceant, iuncta gloss.in uer.exerceant, quæ exponit per se, seu per alium, ff.naut. cau. stabu.l. prima.§.parentes.ibi, Per se, uel procuratorem. C. de bon.mater.l.secunda.§.quod si.ibi, Nec per se, nec per procuratorem.& ibidem Ias. ff.sol. matri. Notandum est, quòd nisi addita fuissent hęc uerba. Aut Viceregentem, &c. uisum fuisset omnino dicendum propter illa uerba, per se, ꝙ ipsemet Regẽs officium huiusmodi, solus exercere debuisset: non autem per alios, seu mixtim cum alijs. Pro quo pulcher tex.in l.prima, in princip. ibi, Siue per se, hæc aqua cœlestis noceat (vt Tubero ait) siue cũ

alia mixta sit.ff.de aqu.plu.arcen.l.secunda.vbi gl. notab.ibi,poni tria membra diuersa. ff.de petitio. hæredit.cap.statutum.iunc.glo. in versic. per seipsos.de præben.lib.6.dicta l.secunda.§.quòd si.ibi, Nec per se, nec per procuratorem potest.& ibi Ias. in tertio notabili. ff. soluto matrimonio.Pro præmissis,& de alternatiua prolata a lege,& prolata ab homine,vide plenè per Ioan. Petr. de Ferra. in Praxi Papien.in for.actio.rea.in versic. non astringens.num.7.

a VICEREGENTEM. Idest loco Regentis, ad tex.in l.prætor.§.primo.ibi, Antequam, vel renunciatio remissa fuit,vel vicenunciationis, &c.ff. de nou.oper.nunciat.l.prima.§.sed & si post. vers. A præfecto vero Prætorio, vel eo qui vice præfecti est.ff.de legat.tertio.l.sed licet. ff.de offi.presid. l.vni.ibi, Ad vicem magistri equitum. ff. de officio præfe.præto.l.si operas fabriles quis serui vice. ff.de præscri.ver.l.secunda,in principio. C.de adoptio.Glo.Pragma.titulo vltimo.in ver.Viceregia. Horat.de Arte Poeti.Ergo fungar vice cotis,acutum.Reddere quæ ferrum valet. Sic & ipse Viceregens cotis assumens officium patronorum caussarum ingenia acuens illa perspicaciora, ac meliora reddet, iustitiæq; ministrandæ præfectos, eosq; qui sub sua sunt iurisdictione instruens si quid in illis rubiginosi, asperi,impoliti, incompositi perspexerit, id totum consumet, conteret, ad melioremque formam rediget.Nonnulli Viceregentem, & Vicegerentem pro eodem accipiunt, videamus an inter se in effectu differant. Diximus Viceregentem eum esse,qui in omnibus personã Regentis repræsentat, & qui idem haberi debet, ac ipse Regens: Viceregens idem uidetur esse. l.secunda. C.de offic.eius,qui vi.alter.ger. vbi Bart.dicens, Vicegerentem eum esse,cui superior propter impedimentum principalis

Viceregentem [a]

officialis aliqua committit. Et quòd iste ordinariã habeat iurisdictionem, idem Bartol.in præallega. l.prima.§.hi quibus.numero secundo.ff.de legatis tertio. loquens de Vicegerente,distinguit hoc modo. Quandoque quis gerit vicem alterius ex mandato eiusdem (& hic est casus noster) quandoq; ex mandato Imperatoris, vel vniuersitatis,vt quia Potestas, seu prætor est mortuus,vniuersitas, vel Imperator prouidit, quòd Titius eius vices gerat, tunc omnia quæ habebat ille, cuius vices gerit, in eum transeunt,prout etiam per Cassa.decisio.4.numero 1.de constitutio. Et quòd Vicegerens, & Viceregens, idem sit, colligitur ex supra adductis, præsertim ponderando quod Bartol. in illa l. prima, de legatis tertio. de Vicepræfecto loquens, tractat de Vicegerente,quasi pro eodem habeat Vicegerentem, & Vicepræfectum, Iuxta terminos etiam nostros Auditoris Cameræ Viceregens Auinioni constitutus fuit, prout per Cassa.præallega. decis.prima.numero quinto.de constitutio. & numero secundo, illum Vicegerentem, Regentem etiam nuncupat. Vicerector an gaudeat eisdem priuilegijs quibus rector videatur. Ias.in l.prima, numero 74.ff.de offic.eius. Breuiter hunc Viceregentem nuncupare debemus, postquam is nomen hoc non absque ratione sortitus est. Considera etiam, quod nomen hoc, Viceregens, specialis est, seu magis proprium; illud verò, Vicegerentis, generalius, & æquiuocum. Pro quibus Vicegerentibus, vide etiam Alexan.super rub.ff.de offic. eius, colum.quarta,& sequen.per Dec. in capit. sanè,2.numero secundo.& in ca.quoniam Abbas, num.15.de off.deleg.per Rip.in ca.eam te, ... & seq.de rescrip.

a AB EO. Et sic non à Principe, a quo ipse Viceregens constituitur. Et magna est differentia, an Viceregens, seu Vicerector constituatur ab eo, qui Regentem, vel Rectorem de...tauit, an ab ipso Regente, vel Rectore,ad theo.Bartol.in l.filius.ff.de leg.primo. quærit, an Vicerector eisdem priuilegijs, quibus Rector gaudeat. Areti.super rubrica.Instit.de except.numero quinto,Cardin.in clement. prima 6.oppo.de offic.vica. Ias.in l.prima, numero ... de offic.eius, Do. meus in capit.quoniam ... numero decimoquinto, versic.primus, de off. delega.Tu in sacra pagina inuenies Iosue ... sis Vicegerentem, cuius postea successor ... non simpliciter ab ipso Moyse vocatus, ... stitutus fuit, sed ab ipso Deo, seu Dei p... prout Nume. cap.77.Tolle Iosue filium ... rum, in quo est spiritus Dei,& pone man... super eum,&c.

ab eo [a]

a PRO TEMPORE deputatum.) ... pus. Simile in cap. cum terra, ad fi. de elec. Vel pro tempore,idest ad tempus, vt innuat, ... cet Regens ad vitam a Papa creetur, ipse ... ceregens à Regente non ad vitam,sed ad te... vel ad ipsius Regentis libitum, vel nutum ... tur.Et hæ prepositiones ad vitam,& ad temp... positæ, seu contrariæ videntur. cap. funda... §.proinde.ibi. Ad tempus vel in perpetuum. glo.in ver.perpetuum,quæ exponit,donec ... de electio.lib.6.Et siue sic declaremus, siue ... mo loco exposuimus,hic Viceregens quand... que per ipsum constituentem reuocari, & ... ri poterit,tum ex forma constitutionis ip... de iure,argu.tex.in l.iudicium soluitur, ff.... per Bal.in l.alienando,in 9.q.ff.de offic.pro...

pro tempore de- putatum, [a] ac

b AC. exponamus hic pro,&,ad l.nemo, ... C.de sum.Trin.cap.cum accessissent,§.fi.& ... And.colum.1.ad fi.de constitu.Ponitur etiam idest.l.decernimus,in princ.cum gl.in ver.a... sacro.eccle.Glo.Pragma.de Interdi.indiffe... nen.§.statuit,in ver.ac. De hac dictione tra... per hoc §.in 1.glo.

a SVOS. Varijs, ac diuersis modis suos ... mus, etiam ratione subiectæ materiæ, & ... adiuncti, quæ ex locis infra citandis clar... bunt, Auditorium suum opponitur audito... tribunali alieno.l.penult.ff.de offic.assess. ...

suum & alienū opponantur, ostendit Philosophus Problem.14.Sectio.4.inquiens, Nec quod alienū est id suum esse potest, & probatur toto titu. ff. de his, qui sunt sui, vel alien.iur.l.fin.versic.Nos non concedentes aliquem alienas res. & post, versi.Ridiculum est enim dicere, vel audire, ꝙ per ignorantiam alienam, C.vnde vi. l. tertia. §. Neratius, cum glo.in ver.alienum, ff. de acquirenda possess. Pro quo adduco pulchrum tex.in iure diuino, videlicet Ezechiel.capitulo decimosexto. Sed quasi mulier adultera, quæ super uirum suum inducit alienos. Aui sui, idest eius aui, l.penultima. ff.de offic. assesso. Beneficia sua priora, idest quæ prius possidebat, & super quibus ius habebat, capitu. si beneficia, §.statuimus, de præben.libro sexto.Rot. 23.fuit dubitatum.in princip.in no.Cœnaculo suo vt inquilinus aquam habeat, idest in cœnaculo, qđ inhabitat, vel quo vtitur. l. penultima. ad fin.ff.de offic.præfec.vigil.ciuitate item sua, idest in qua natus est, seu in sua patria.l.hæ operæ, quæ est 23.ff. de ope.liber.clericos suos, idest suæ iurisdictionis, vel potestatis.capitulo, nullus, de iureiuran. Criminibus suis, idest specificis, seu nominatis. l. secunda.§.qui uero, iuxta 2.intellec.glos.in ver.denotatur, C.de sum.Trinit.Decessori suo, idest priori officiario, seu ei, cui in officio succedit. l.obseruare, ff.de offic.procons.Domo sua, idest vbi familia inhabitat.l.filium, ff.de his qui sunt sui, uel alie. iur.

Suos [a] Ecclesiarum suarum in aliqua Archiepiscopus faciat beneficium assignari, idest in aliqua ecclesia Prouinciæ, capitu. pro illorum, iunc.glos.prima.de preben.ca.quamuis.1.cum glos.in ver. Prouinciæ, eodem libro 6. Effectum suum sortitur, idest debitum finem, clement.vni.versicu. Quia decretum, de conces.præben. Episcopi sui, idest proprij, capit.quidam, versicu.item clerici.decimaoctaua, quęstio.secunda. Factio sua, idest factio alicui fauens, vel adherens, vel pars, multitudo, seu societas aliquem potentiorem tamquam caput sequens. l. secunda. §. & cum placuisset, ff.de orig.iur. Factum suum aduersus, idest aduersus actum à se gestum, puta aduersus emancipationem. l.post mortem, ff.de adopt. fideiussori suo, idest sibi delegato, l.si fraudator fideiussori suo.cum glos.ff.quæ in fraud.credit. Gratiam suam inter suos minui. Inducit Marus, grauiter tulit, idest ægre tulit apud suos eius auctoritatem, vel beneuolentiam minui, vel cessare. Cæsar libro quinto Belli Galli.parum post princi.Hæredes suos, idest hæredes domesticos, vel eos, qui sunt in potestate morientis tempore illius obitus, uel non extraneos, & hodie etiam non necessarios hæredes, de quibus in l.in suis. ff.de libe. & posth. in l.si quis.ff.de adoptio.in §.cui autem, Institu.de hære.quali.& diffe.De suo hærede sic accepto intelligo tex.in l.si filius, ff.de uulga. Honori suo prouinciales uendicant laudari ciuitatem, idest honori patriæ, uel ipsorum prouincialium.l.si in aliquā, ff.de offic.procons. Iuris sui, idest in sua potestate existentes, seu non filiifamilias, aut non iuris alieni, uel non in aliena potestate.l.prima, in fin ff. de adoptio.& toto titu. ff.de his, qui sunt sui, uel alie iur. Iurisdictionem suam, idest iurisdictionem penes se existentem, uel sibi competentem. l.prima. §.& ideo.ff.de offic.eius. Legato suo, idest creato legato, uel constituto, uel Vicario, seu Locumtenenti.l.obseruare, §.posthæc, & l.meminisse.§.legatum suum.ff.de offic.procons. l. si quis fortè, §. penult.ff.de pęnis. Mentis suæ, idest sanæ mentis.l.nec quicquam.§.aduocatos.ff.de offi.procon. Et idem est dicere, non est suæ mentis, quod suus non est, iuxta tex.in l.Fulcinius, uersicu.Sed illud spectandum.ivnc.glo.in uer.suus non est.ex quib. cau.in pos.ea.Morte sua, idest naturali, uel ordinaria, seu iuxta ordinem naturæ.l.fi. §. si libertinum, ff.de bon.damna.Negotium suum circa omne, ut nummularij probè se agant.idest, ut in omni actione probi sint, uel circa omnia rectè se gerant. l.prima.§.præterea.ff.de offic.præfe.vrb.Officialiū suorum.i.Coadiuuarum, uel officium, seu magistratum secum exercentium.l.si quis fortè, §.penul.ff. de pœn. Onere suo sine.i.ita, ut onus non sentiat, seu non sit sibi oneri, uel absque præiudicio, absq; molestia, absque detrimento. l. quia poterat, in fi. ff.ad Trebell.Partium suarum, quid sit, is æstimabit.i.quid agere debeat, uel quomodo negotium expediri debeat, uel quid per eum faciendum sit.l. generaliter, ff.de offic.præsi.Presbytero suo.i.proprio sacerdoti, cap.cum esses.& ibi Abb. nume.6. in repet.de testa. Proconsulem suum legati consulant.i.Proconsulem sub quo sunt, seu cuius uices gerunt.l.solent, §.legatos.ff.de offi.procon.Ex quo tex.aliàs inferebam contra quosdam Locumtenentes Præsidum, & Gubernatorum, quibus neglectis Principem cōsulebant.Prouincia sua, idest cui pręest.l.relegatorum. vers.Dubitatum, cum gl.in ver. sua.ff.de inter.& relega. Quæsitoris sui.i. Iudicis quæstionum, seu accusationum, contra ipsum propositarum, uel Iudicis coram quo accusatus erat, uel cui eius crimina, & delicta delata fuerant. Cic. in Vatinium. Cum quis reus tribunal sui Quæsitoris ascenderit? eumque vi deturbauerit? subsellia dissiparit? vrnas deleuerit, &c. Rebus suis.i.propriis, l.quod Nerua, in fi.ff.depo.l.fi.ff.de legi.l.qui fuere, ff.de sta.homi.Sollicitudinem ad suam præses reuocet.i.in hoc sollicitus sit, seu id ei curæ sit, vel id curet, seu penes eum sit hæc sollicitudo.l.illicitas, §.neque.ff.de off.præsi.Statum suum.i.priorem, primæuum, integrum, l.homo, ff.de sta.hom. l.2.§.& cum placuisset, vers.Ita rursus Respub.suū statum recepit.ff de orig.iur.l.non enim, in fi.ff.de adoptio.Terris suis, vel ratione proprietatis, vel solius iurisdictionis, clem.vni.versus fi.ibi, De terris suis, de Iudę.vbi Cardi.in 3. quæst.nu.6.& cle. 1.§.seu, vers.terra, ubi etiam Cardin.in 3.q.de pęnis.Vice sua.i.non alterius suffragio. l.1. cir.princ. ff.de off.quęst. Vsus sui cā parata penus.i.quę pro se, pro amicis, clientibus, & sibi assistentibus, vel circunstantib.parata est.l.3.§.penori. ff.de penu lega. Vides ex pręmissis quàm diuersę interpretationes sup hoc pronomine, suus, sua, suū, cadāt, & hoc (vt præmisi) ratione adiūcti, uel propter subiectā materiam.

teriam. Nec quis me damnare conetur, quòd ordine alphabetico, seu literis alphabeti usus sim, quia id memoriæ causa, seu cuiusdam facilioris ordinis gratia effeci, nec id nouum, uel absonum uideatur, cum & ipse Homerus illis pro numero librorum, & alij ad alios effectus vsi fuerint; & Diuinus Vates iuxta alphabetum Hebraicum composuit Psalmum 24. Et in carminibus Sibillæ Eritreæ in illa descriptione diei horroris pleni iudicij vniuersalis diuini, temperamentum, & spes elicitur, iunctis simul elementis principij cuiusuis carminis vbi sumitur, quòd Iesus Redemptor liberabit suos. Hic exponere possumus suos, idest proprios ad supra adducta, & ad l. cum auus, vbi Soc. nume. 7. versic. Ex quibus infero. ff. de conditio. & demonstratio. & ad l. cum in testamento, iuxta declarationem Bart. ff. de au. & argen. leg. Vel exponamus suos, idest sibi seruientes, vel eius domesticos, seu familiares, vel quos circa se habent, l. tertia, versic. Non etiam eius familiæ. ff. de penu legata. cap. fin. de verborum signific. lib. 6. clemen. causam electionis, §. verum. & ibi Boni. de Vitali. numero primo. de elect. Hanc interpretationem his diebus conuenire asserebam verbis instrumēti emptionis census per Dominos de Maximimis a Do. Paula de Lenis, cum pacto de retrouendendo, facta tamen prius ipsi D. Paulæ, aut suis, intimatione per mensem ante personaliter, aut domi, suos pro familiaribus, aut domesticis accipiebam. Subdebam postea aliam interpretationem, quam veriorem putabam, & iuri conformem, supponebam de iure principalem citandum, seu principali intimationem faciēdam fore, quòd si principalis absit, procuratori. l. meminerint, post princip. C. vnde vi. l. si dictum. §. si præsente, iunct. glo. in uersic. si procuratori. ff. de euictio. cap. causam quæ. vbi glos. & Docto. de do. & contuma. Bart. in l. quamuis. num. 8. ff. de dam. infect. & ad alia, quæ adduco in 69. quæstio. Reg. de anna. Illud pronomen, suis, exponebam, idest procuratoribus. Pro qua expositione adduco tex. in clemé. causam. §. verum si pro pter. vbi etiam glos. Cardi. quæstio. 1. & alij, de electio. & apostill. ad Abb. in cap. decætero. in ver. qui veniant. 2. ad fin. ver. Et vide textum. de testi. Suos etiam proximos, vel consanguineos interpretamur l. diuus. ibi, aut a suis, vel etiam in propria villa custodiatur. ff. de offic. præsi. suorum etiam appellatione veniet amicus singularis, singulare fuit dictum Bald. in l. prima, colum. 11. vers. quid de singulari. C. qui accu. non poss. Sequitur Catel. Cot. Memo. in ver. suorum appellatione. Vel exponamus suos Locumtenētes. i. ipsius Regētis vel eius. Sic accepit Cice. ad Attic. libro quarto. Memnius Candidatus pactionem in Senatu recitauit, quam ipse suus competitor Domitius, &c. & libro 6. ad eundem, Et petere mea causa suadere, & hortari pro sua. Quando hoc pronomen dominium inferat, vide text. in capitulo pro illorum, iunct. ibi tradi. per Abb. numero tertio, de præben. Quòd suum, etiam dicatur quod vendicari potest, vide tex. in l. Quintus. 2. §. argento. & ibi Barto. ff. de au. & argen. lega. l. si quis, quæ est 12. cum glos. ff. de nouati. Hinc suum quis dicit sibi debitum. l. quod placuit, quæ est 37. cum glos. ff. de iu. fisci. Et cir. præmissa, & alia significata huius pronominis, de Barbat. in repetitio. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. Bartol. & Bald. in l. prima. numero 1 & sequen. & l. fin. C. qui accusa. Fede. de Senis consil. 279. quidam in suo. Alberi. de Rosa. in Diction. sub hoc ver. Luc. de Pen. in l. omnes, in ver. sui, C. de decurio. libro decimo. Abb. in capitu. pro illorum, numero septimo, & sequen. de præben. in capit. de cętero, numero vndecimo. de testi. & in dicto cap. decætero, vltra ea, qnæ ponit ibidē Abb. vide latissimè per duas apostill. in ver. qui veniant. Infinita sunt, quæ licet nominentur sua. i. alicuius hominis: verè tamen, & propriè sua non sunt, potius aliena. Humana enim penè omnia fortunæ sunt. hinc Cic, pro Cœlio dixit, Maximam rò partem quasi suo iure fortuna sibi vendicat; quicquid est prosperè gestum, id penè omne suum. & Seneca, Cætera sunt fortunæ, tempus tum nostrum. At nos miseri, & stupidi tempus sum, quod nostrum est paruifacientes in nugis uanitatibus, in lasciuijs ad fauorem, non quam ad interitum potentum dominorum, nostrum expendimus, & conterimus. Sua, & propriè, & verè vocabimus peccata, & sola hinc dicit tex. in capit. omnis vtriusque sexus de pęniten. & remis. Quòd omnia peccata fateatur. Vides quantum errent, qui vt se dicunt, stellæ, seu influxus me peccare, quasi peccatum sit stellarum, & non pr... rursus quam inexcusabiles sint, qui propria culpam in vxores, in maritos, in parentes, in reijcere conantur. Nunquid impunitos Deus nostros primos parentes, quorum alter respondit, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno & comedi: Alius verò, Serpens decepit me, & comedi? Genes. cap. 3.

a IN CIVILIBVS. Quæ dicatur ciuilis causa, quæ criminalis, breuiter rejecta opinio. Abb. in rubrica. de iudi. colum. fi. quæ communiter ... batur, respondeo, quòd iuxta verá,

In ciuilibus

& communem opinio. Ciuilis causa dicitur ... primò, seu primùm, uel principaliter ad commodum priuatum agitur, siue talis causa descendat ex contractu, siue ex delicto. Causa vero criminalis dicitur, quando principaliter agitur ad commodum publicum, ex delicto tamen, seu ad publicam vindictam, etiam si pœna pecuniaria qui puniendus ueniat, dummodo pœna fisco applicetur, & sic priuatus nullum commodum sentiat, pro quibus est bonus tex. in l. licitatio, §. quod licitè, & ibi ad hoc not. Bartol. in princip. ff. de publica. in §. in summa, Institu. de iniur. & glo. in ... amicorum, in l. prætor ait, & ibi Bartol. in ... & Alexand. in additio. ad Bartol. reprobat ... supra citatum, ff. de sepulc. violato. Idem ... runt Aret. & Felyn. in principio. super rub. de ... & Doctor moder. D. Rober. Maran. in suo Spe...

lo, in prin. 4. par. vbi subijcit plura exempla causarũ ciuilium, & criminalium, ac ẽt discutit, quando æquè principaliter simul intentari possint. De multiplici causarum differentia uideatur pulchra glo. in sum. vndecima quæstio. prima. ad quam se remittit Abb. in capitulo decernimus. numero tertio, de iudi. & glos. Pragma. in verb. causæ. §. statuit. 1. rubri. de causis. & Specu. de contuma. §. sequitur videre. Et licet in causis criminalibus instar ciuilium procedatur. l. absentem, ff. de pœnis. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Bald. in l. qui crimen. columna tertia. nume. 26. C. qui accu. Causæ tamen criminales à ciuilibus valde differunt, & vna alteram excludit. l. interdum. vbi Barto. in princip. ff. de publ. iudi. l. vni. C. quan. ciui. acti. ubi omnes. Barto. in l. prima, post numerum tertium. ff. ad Turpill. latè Bald. in allega. l. qui crimen. columna quarta. C. de accusatio. & latissimè Hyppo. de Marsil. in praxi crimi. in ver. expedita. numero 63. cum pluribus sequen. vbi tractat in quo differant causæ ciuiles, & criminales. videatur etiam Rober. Maran. ubi supra, numero 33. cum alijs sequen. vbi prosequitur differentias inter causas ciuiles, & criminales, & vtilitates ex illarum differentiarum cognitione. Et licet in causa criminali procurator interuenire non possit, quando tamen imponitur pœna relegationis, vel minor, potest. glo. in cap. veniens. in ver.

& criminalibus [a]

criminali. de accusat. & Geminia. in capitu. primo, super glos. in ver. criminalis. de iudi. libro sexto. Ad hoc aduertendum est, quòd Regens magis indiget Locumtenente criminali, quàm ciuili: causas enim ciuiles per seipsum audire, & expedire potest: criminales verò per seipsum non expedit, instar Senatorum Romanorum, qui reos non iudicabant, seu supplicium de crimine non sumebant. Cicero in Verrem, actio. ulti. ad Iudices repetundarum loquens. Ad Senatum deueniet, qui de Verre supplicium sumat, non est vsitatum, non est Senatorium. Idem etiam testatur Guil. Bud. in annota. in Pandect. super l. fina. ff. de Senato. qui Ciceronis sententiam comprobat, uersicu. Moris uerò non fuisse, ut Senatus reos iudicaret, subdens quando primum auctoritas Senatus inclinare cœperit, accusationesque reorum apud Senatum factæ fuerint.

a CRIMINALIBVS. Locumtenens, seu Iudex in criminalibus est is, qui notionem, & diffinitionem habet rerum capitalium, ac de criminalibus inquirit, criminaleq; iudicium exercet, qui & quæsitor nuncupatur. Virgil. 6. Aeneid. Quæsitor Minos urnam mouet, ille silentum Conciliumq; uocat, uitasque, & crimina discit. Cicero in Bruto. Itaque intelligens dicendi existimator uidetur oscitantem Iudicem, loquentem cum altero, nonnunquam etiam mittentem ad horas quæsitorem, ut dimittat rogantem. Idẽ in Vatinium, Quæro ex te Vatini, numquis in hac ciuitate post urbem conditam Tribunos plebis appellarit, ne causam diceret? num quis reus tribunal sui Quæsitoris ascenderit? eumque vi deturbarit? & parum post, Iudices quæstiorum de proximis tribunalibus esse depulsos? ubi quæsitores, & Iudices quæstionum pro eisdem. idem Cicero accepit. l. prima, versicu. Quive magistratus, Iudexque quæstionis sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut publica lege reus fieret, vbi latè per Bud. ff. ad leg. Cor. de sica.

Locumtenentes

a LOCVMTENENTES. Vulgo sic dictos, vt per Bud. in annotatio. in Pandect. ex l. secunda. ff. de origi. iur. dum de legato, qui fiduciariam operam obtinebat, loquitur. Quem legatum pro Vicario, idest Locumtenente, iuxta uulgi uerbum accipi debere dixit. Et dicuntur Locumtenentes locum aliorum tenentes, ad clementinã primã. §. ad prioratus, de regula. ubi ponuntur tamquam diuersi à Vicariis, ut per glos. ibi, quam sequitur Paui. de offic. & pote. capi. sede u acan. decima quæstio. secundæ part. principalis, post nume. 30. Sed quæro, quot Locumtenentes per Regentem deputari debeant? Respondeo, quòd ad nos duo in ciuilibus, & duo in criminalibus, ut ex litera nostri tex. dum dicit, Ac suos in ciuilibus, & criminalibus Locumtenentes, & sic per Viceregentem, ac Locumtenentes in ciuilibus, & Locumtenentes in criminalibus officium exercebit. Pluralis enim locutio in duobus ad minus comprobari debet, l. ubi numerus. ff. de testi. l. fin. ff. ad Trebel. l. inter illam, in fin. ff. de uerborum significat. l. libertas, §. post annos, ff. de manu. testam. cap. pluralis locutio, de regu. iur. lib. 6. Insuper arguendo à si de quo minus, ad l. primã. §. si consulto. ff. de his, quæ in testam. delen. in l. non debet, ff. de regul. iur. in capit. si laicus. trigesimaoctaua distinc. capitu. cum per bellicam, circa medium. trigesima quarta quæstio. 1. capit. cum in cunctis, ubi glo. in uer. multo fortius, post princip. de electio. Et hoc arguendi modo usus est ipse magister omnium, prout Lucæ capit. undecimo. Si ergo uos cum sitis mali nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis de cœlo dabit panem bonum petentibus se? Si Gubernator urbis, qui non est Cardinalis, & cuius tribunal, præsertim in causis ciuilibus, non est ita nobile, & ita præclarum, habet Iudices, seu Locumtenentes in ciuilibus, & tres in criminalibus, fortius Regens tot habere debet, cum sit Cardinalis, & propter nobilitatem, ac negotiorum, quæ ad eius tribunal in dies deferuntur grauitatem, prout præmisit tex. noster supra in §. Considerantes. Vel si Papa concedit, seu remittit, ut non teneatur tres Locumtenentes in criminalibus constituere, prout Gubernator, ad minus intelligamus duos in ciuilibus, & duos in criminalibus requiri. Demum quando essemus in dubio, an tex. noster interpretari deberet, quod requirerentur duo tantum Locumtenentes pro ciuilibus causis simul & criminalibus, uel quatuor, uidelicet duo pro ciuilibus, & duo pro criminalibus, sumenda esset illa interpretatio quę Reip. uel fauori publico magis cõsona esset in quauis materia, glos. in l. si constante, in uer. mariti, post prin. & ibi per Doc. ff. solu. matri.

Bartol. in l. quemadmodum. numero quarto. C. de agric. & censit. lib. vndecimo. Alexand. consil. 68. viso processu, nu. 6. li. 3. consi. 37. uisis, nume. 9. vol. 5. latè Corset. in suis singu. in ver. extensio. Reipub. autem, & publicæ vtilitati magis expedit, ut plures sint Iudices, quàm pauciores, iuxta tex. in cap. prudentia. ibi, Vt huiusmodi causarum cognitiones duobus, quàm vni, tribus quàm duobus libentius delegaret, &c. de offic. deleg. Et dixit Sapiens Prouerbio. capit. 15. Dissipabuntur cogitationes, ubi non est consilium, vbi verò sunt plures consiliarij canfirmantur. Et vulgatum adagium, Plus vident oculi, quàm oculus: ergo &c. Contrarium est concludendum, videlicet, Regentem nō teneri ad constitutionem Locumtenentium vltra duos, unum, uidelicet in ciuilibus, alterum in criminalibus. Nō tamen negauerim, quòd si plures habere uoluerit, non possit, sed ad id non tenetur, & hoc iure utimur, & hoc semper seruatum per Auditorem Cameræ pro tempore existentem, & hodie per Regentem seruatur. Imò ultra istos duos Locumtenentes, Vicegerentem etiam constituit, & Locumtenentes hodie sunt, alter in ciuilibus, alter in criminalibus excellentes Doctores, tum in theoria, tum in praxi, Do. Sebastianus Vantius, & Dom. Aloysius Campagna. Vera igitur declaratio tex. nostri est, quòd Regens huiusmodi officium per se exerceat, aut per Viceregentem, & Locumtenentes, alterum, uidelicet in ciuilibus, alterum in criminalibus, & sic pluralis locutio hic distributiuè sumi, & in suas singularitates resolui debet, prout in l. falsa. uersus fi. ibi, Nam hunc sermonem, licèt pluralis sit, & ibi glo. fin. & Barto. ff. de conditio. & demonstra. latè, & subtiliter Bald. in l. 1. colum. secunda, C. de conditio. inser. ca. omnes leges, iunc. glos. 1. quæ plurale pro singulari exponit, distinctio. 1. & ibi latissimè per Felyn. per viam additio. ad princ. operis Abb. vbi per quatuor columnas materiam huiusmodi explicat, omnia hincinde sparsa colligens. Pro quibus videantur, quæ scripsi in 3. quæstio. 3. Regu. Cancell. vbi etiam de pluralitate suas singularitates geminante. Similē tex. nostro, licèt in alia materia, habemus in cap. legimus. colum. 1. versicu. Et constitueras Episcopos per ciuitates, iuxta vnum intellectum, vt propriè accipiamus ibi Episcopos, & exponamus. i. per quamlibet ciuitatem vnum Episcopum. 93. distinc. Possemus etiam dicere, vt hic supponi possit figura, quam Lucas de Pen. in l. fin. in fin. C. de consu. & non spargen. lib. 12. Sinthesin, & Andr. Alc. in tract. de verborum signif. lib. quarto, nume. 36. versic. Cui similis, Αλλοθετῶν vocant. Vel nos vocare possumus septimam Sylepsam, vti apud Homerum ιλιαδος Τ. Duo autem claudicantes ibant ministri Martis, Titides bellicosus, & diuus Vlixes, & tamen solus Diomedes claudicabat, pedis plantam vulneratus, & sic numerus pluralis pro singulari ponitur, vt in l. secunda. §. ex actis deinde Regibus, cum vnus tantum Rex expulsus fuerit. ff. de orig. iur. l. hæredi cum posthumo. iuncta glo. in ver. reliquæ, iuxta primum intellectum. ff. de acquiren. hæredit. glo. in ver. omnes. Insti. de iu. per-

son. l. penult. §. Daniæ, & Pamphilo, cum gl. in ver
filijs. ff. de lega. 2. glo. in l. Sticho. in ver. post mo-
tem eorum. i. eius. ff. de vsufru. lega. & in l. Diun.
iunc. glo. fin. ff. de petitio. hæredita. sic in sacra pa-
gina, prout Exod. ca. 32. circa princip. Dixerunt:
ij sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Æ-
gypti, cum tamen vnum Deum fecerint, vide-
cet, vitulum. Matthæi cap. secundo, versus fine:
Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pu-
ri, & tamen vnus tantum mortuus fuerat, vide-
cet, Herodes, vt ibidem præmittitur: & iux-
Matthæi capit. 26. Videntes autem discipuli in-
gnati sunt dicentes, vt quid perditio hæc, &c. &
Marci 14. cum tamen vnus Iudas fuerit ille, q-
verè indignatus fuit, prout habemus Ioan. cap.
circa princip. Dixit ergo vnus ex discipulis e-
&c. Pro simili interpretatione, ac contra, quòd
gulare ponatur pro plurali, vide Magist. sente
lib. secundo, distinct. 33. Singulare pro plurali
bemus. Exod. 6. Et de singulari pro plurali, & co
tra Bald. in l. de quibus. colum. penult. ff. de leg
Alexand. consil. 25. nu. quarto, volum. 5. Idem
in l. cum inter veterem. C. de fideicom. liber. Q
etiam procedit, vbi non est fauor libertatis. l.
l. qui filiabus. §. 1. ff. de lega. primo. Zas. in l.
da. nume. 32. ff. de orig. iur. Illa igitur verba
suos in ciuilibus, & criminalibus Locumtenen
exerceat, virtute huius figuræ accipi possunt
dictum fuisset, Ac suum in ciuilibus, & crim
bus Locumtenentem exerceat, & sic Locum
alter sit in ciuilibus, alter in criminalib
ditio illa, si sine liberis decesserit, an v
tur vno tantum superstite? respondendu
firmatiuè per tex. in l. non est sine liberis.
borum significat. in l. pater Seuerinam. ff. de
& demonstratio. Archidiaco. in cap. si pater,
stamen. libro sexto. Sic & contra nonnunq
singulari numero pro plurali vtimur, vt i
lipomenon, cap. 13. Et thesauros sibi plu
congregauit, argenti, & auri, & lapidis pre
expone tu, idest lapidum pretiosorum, & iux
in l. officium. ibi, Armato præesse. vbi glo. ex
nit, idest armatis militibus. ff. de re milit. l. in
quæ est 158. ff. de verborum significatio. Non
stat illud de Gubernatore vrbis, tum quia e
uersis non fit illatio, ad l. naturaliter. §. nihil
mune, cum vulga. ff. de acquiren. possessio. T
quia hoc nouissimè introductum est in illo
nali, iuxta autem communem cursum, &
solitum antiquum morem, a quibus arguere
ad l. quod si nolit. §. quia assidua, ff. de ædil.
Innocent. in capitulo olim. numero secundo
verborum significatio. Abb. in capitulo, cert
numero secundo. de sepul. dominus meus
441. præsens consultatio. numero duodecim
sequen. Gubernator duos tantum Locumten
constituebat, in ciuilibus vnum, alterum in cri
nalibus. a paucis autem mensibus aliud seru
fuit, quod an expediat, an duraturum sit, mei
est arbitrari. quòd si meam sentētiam desuper
ferre cogerer, magis laudarē stylum antiquum
ca Locumtenentes ciuiles. negotia enim ciuil
li...

lius tribunalis vix vnum Locumtenentem occupant, debilia enim, & exilia, ac parui sunt momenti, vt ferè omnia in ictu oculi, per ipsum Gubernatorem, seu quemuis Locumtenentem expediri possint. Multominus comprobo, quòd pecuniæ introitus, & redditus Gymnasio Romano assignati in istos Locumtenentes distribuantur, vel in quosuis alios vsus conuertantur. Demum aduertendum est, quòd Viceregens optimus, prudens, & iustus (qui vt palma florebit, & sicut cedrus Libani exaltabitur) constitutus est R.P.D.Vgo Boncompagnus, qui vices plurium supplet, & scientia, experientia, ac integritate pōdus cuiusuis maximi tribunalis ferre posset. Hic post innumeros dignos labores, tandem Dei nutu, ac omnium consensu, & applausu summus Pontifex creatus fuit, qui adeo omnia rectè, iustè, ac piè, regit, gubernat, ac decernit, vt quilibet (ni lippos habeat oculos) fateri cogatur aureum seculum Romam hodie redijsse.

a EXERCEAT. Ius reddendo, seu iustitiam ministrando. De hoc verbo, exerceo, supra loquutus sū in §.volentes.in glos. exerceri solita. Curare autē debet Regens, vt hi per quos exercet iustitiam ministrando non ei sint dissimiles, iuxta monitionem M.Tullij in prima Episto. ad Quintum Frat. sub ijs verbis; Sed tamen parui refert abs te ipso ius dici æqualiter, & diligenter, nisi idem ab his fiat, quib. tu eius muneris aliquam partem concesseris.

a SITQVE. Loquitur per verbum essentiam, ac substantiam, & veritatem significans. Sic Sapien.cap.1. Creauit enim, vt essent omnia. & cap.7. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram. & ca.11. ad finem. Diliges enim omnia, quæ sunt. & l.hęc verba quanti eam rem, & ibi Alciat. & glos.fina.in l.mercis appellatione.ff.de verborum signific.l.his verbis.ff.de hæred.institu.Bald.in cons.scismatis. versicu.Est enim meticulosa voluntas.Barto.in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adulte. Bal.in l.quæ fortuitis.colum.4.post numerum 9. versicu. Alij dicunt contrarium. C.de pigno.actio.& consil.274. verba.colum.2, vers. Præterea isti sunt.lib.5.ac consil.491.visa petitione.colum.1.lib.3.Aret.in l.cætera.§.item quæri.ff.de lega.1.& Alexan.in l.si patroni,num.5.ff.ad Trebell. Corn.consil.104. licet in hac.colum.2.versicu.licet ergo.li.1.Ias.in l.possideri.§.genera.num.2.ff.de acquiren.possessio.in l.sciendum.num.5.in l.seruum filij.§.si quis rem.nume.tertio, & in l.qui quartam. num.5.ff.de lega.1. Et tantæ est potentiæ hoc verbum, vt si eo vtatur constitutio, vel lex aliquid requirit disponens vel prohibens, & dubitetur an procedat præcipiendo, an consulendo, propter huiusmodi verbi dispositionem concludendum sit legem illam, præceptum: quòd si per verbū, videtur, loquatur consilium inducere. hanc distinctionem, seu differentiam (ni lippos habeas oculos) elicies ex tex. iunc. glos.in cap.si causa.33.quæstio.quarta.ibi, Sed facvim in eo quod dicit, videtur, non enim dixit, non est. Et quod per hanc uocem sit inductum pręceptum, patet ex verbis.Matth.cap.quinto. Sit autē sermo vester, est, est, non, non. & Iacobi 5. vbi additur, Vt non sub iudicio decidatis. Et verbum, sit, est canon latæ sententiæ, ad ea, quæ cumulat Tiraquel. in l. si vnquam. in ver. reuertatur. numero 180. cum alijs sequen.in 60.fallen.C.de reuocan.donat. Et quod verbum, volo, iunctum verbo, sit, esset, vel esse, dispositionem inducat, aptumque sit ad institutionem, & vltimam voluntatem formandam, probat tex.in l.eo modo.ibi, volo hæreditatem meam Titij esse. ff. de lega.primo. Bald.in l.cunctos populos.in 3.oppo.numero secundo, & Ias.in prima lectu. numero 16. C.de sacrosan.eccles. idem Ias. in l. serui electione.nume. secundo, & ante nume.45. versicu. Nisi ponderes. ac Ripa numero 18.Paul.Castren.consilio 451. visis, & examinatis.colum.prima, versic.Et aliqui dicunt, quòd dixit, quod volebat quòd dictum hospitale esset eius hæres.libro primo.iuxt.antiquam editio. Nonnunquam verbum, est, non propriè significat tale, sed secundum quid, ad tex.in l.3.§. genera.ff.de acquiren. possess.ac §. fuerat. Institu. de actio.ibi, vt bonæ fidei sit. Et probatur, quia stipulatio simpliciter de sui natura est stricti iuris, quòd illo casu sit bonæ fidei accidentaliter procedit, & secundum quid, non propriè, & originaliter. Sum, es, est, quando inferat merum factum, vide textum, cum ibi not.in l.si quis ante. versicu. Idem Pomponius.ff.de acq.posses.

a IN DICTA CVRIA. De Curia duobus modis facta est mentio in constitutione nostra, in genere, prout in §.sanè.ibi, Quo nullum in Romana Curia.& postea in §. nos qui, & parum supra, ibi, Archiuij ipsius Curiæ. Rursus de Curia in specie in diuersis locis, videlicet de Curia Auditoris Camerę Apostolicæ, seu de Curia Regentis. Cum autem hic dicatur, in dicta Curia, dubium est, de qua Curia intelligat, supponendo, quòd dictio, dicta, & similes, relationem faciant ad specificata cum suis qualitatibus. Areti. consil.21.si diligenter.colum.1.versicu.ex quibus, cum alijs, quæ adduco in 6.quæst.Regu.de subro. nume.tertio, & sequen. Si relationem faciamus ad proximiora, ad l.si quis a filio.in princip.ff.de leg. primo, l.1.§.adiecit, iunc. glos.in ver. ex superioribus.ff.de postul. Alcia.in repeti.l.vni. numero 38. C.de senten.quæ pro eo quod inte.interpretatio facienda erit de Curia ipsius Regentis. Verum, quia hæc interpretatio menti constituentis non conuenit, materiaque subiecta aliud suadet, relationem non ad proximiora, sed ad remota faciamus, & intelligamus de Curia Romana. Interpretatio enim, & relatio fieri debet, vt menti disponentis satis fiat, & iuxta subiectam materiam, prout per omnes in l. talis scriptura. ff. de legat. primo. Paul.Castren.in l.prima, C.de libe.præterit.Curt. Iunior consilio 145. facti contingentia. post numerum 14. Rursus responderi potest, quòd illa verba, in dicta Curia, faciant relationem simplicem ad curiam sine aliquo adiuncto, prout subtiliter pōderat (licèt in aliis terminis) pręceptor meus

 cons.277.

cons.227.consultus.col.2.ad finem. Appellatione autem curiæ simpliciter prolatæ, uenit Curia Romana per figuram, quæ nominatur Anthonomasia, de qua loquar infra §. nec non electioni. in ver. vrbis.

a NOSTER. Non intelligas iudex noster, vt Papa sub eius sit iurisdictione, seu Papa a Regente iudicari possit, ipse enim omnes

noster a

iudicat, & a nemine iudicatur; nec alicui subest. cap. Constantinus. 2. 96. distinct. cap. significasti. de electio. cap. aliorum. & cap. sequen. c. cuncta per mundum. & in alijs 9. quæst. 3. sed dicitur noster, ad differentiam iudicum ordinariorum ab alijs, quàm a Papa constitutorum. Pronomen, noster, nostra, nostrum, quandoq; dominium, quandoque possessionem, quandoque vtrumque designat. l. 1. §. relegandi. vbi Imperator dicit, vrbem nostram, loquens de Roma. Quandoque iurisdictionem supponit, nonnunquam horũ neutrum, imò quasi contrarium, vt si dicamus, Dominus noster, iuxta Psalm. 8. Dominus dñs noster, quam admirabile est nomen tuum. Ad Philippen. cap. 3. ad finem, Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrũ, &c. Sic pater noster, Matthæi cap. 6. Deus noster. & alias diuersimodè sumitur iuxta subiectam materiam, & iuxta terminos, quibus adijcitur. Hinc dicimus patria, seu ciuitate nostra. l. penult. ff. de iusti. & iu. l. 2. in princ. ff. de orig. iur. Amicum nostrum dixerunt Imperatores in l. fin. ff. de offic. præfec. vigil. Formam nostram. i. nostrum exemplar, seu exemplum. Ad Philippen. cap. 3. Et obseruate eos, qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Nostra conuersatio in cœlis est. vbi supra.

a PRÆFATI ROM. PONT. Supple pro tempore existentis. De natura huius dictionis,

& præfati Romani Pont. a **Iudex** b **ordinarius** c

præfati, vide supra in proximo §. præceden. in ver. præfatum.

b IVDEX. Nonnulli iudices (vt missa faciam ea, quæ sub diuersis titulis iuris ciuilis, & canonici, de iudicibus tractantur) scelecti, seu præcipui vocantur, apud aliquosq; summa iudiciorum potestas reperitur. De selectis iudicibus. Horat. Serm. li. 1. Sat. 4. Vnum ex iudicibus scelectis objiciebat. Quidam verò de leuioribus iudicant, prout plenè per Bud. super l. fin. ff. de mune. & hono. ubi ẽt de iudicum decurijs, iuxta morem antiquum. Hic Iudex, de quo in tex. nostro, supremus est, esseque consueuit, antiquos æquans: in aliqnibus verò, præsertim in fulminando censuras, quæ tonitruis, fulminibus, ac omnibus tormentis bellicis potentiores, & magis timendę sunt, horribilioresq; existũt, illos superans, prout suis in locis ostendemus.

c ORDINARIVS. De iudice ordinario loquutus sum supra in §. sanè, in ver. iudex ordinarius. Sed contra tex. nostrum, quia est etiam iudex delegatus: infinitæ enim causæ sibi per rescripta summi Pontificis committũtur, ergo est etiam delegatus. Verum quia iudex delegatus est maior, & dignior ordinario. capitu. sanè. 2. de officio delegat. & glos. rubr. ac Docto. ibidem. ff. de offic. eius. cap. studuisti. de offic. lega. cap. pastoralis. de offi. ordin. Alex. cons. 79. circa primum. colum. 2. libro 1. vers. Quis igitur, & ego tracto super rub. de offic. deleg. post alios ibi. Denominatio autem a digniori, & præstantiori fieri debet. l. quæritur. ff. de sta. homi. §. si quis aliena tabula. versic. Ridiculum est enim. Institu. de rerum diuisio. ca. quod in dubijs, cum glos. in ver. consecratio. de consecrat. ecclesi. alta. hic iudex delegatus vocari deberet, non ordinarius, vel saltem ordinarius, & delegatus, iuxta vtramque potestatem, seu qualitatem. Pluribus modis responderi potest, sufficiat replicare, quòd naturaliter, & regulariter, ipse Regens ordinarius est, licet aliquando, seu extraordinariè, vel per accidens delegatus etiam efficiatur: verba autem accipi debent iuxta cursum ordinarium, non autem extraordinarium. l. Seio. §. medico. ff. de ann. lega. Soz. in l. qui Romæ. §. Callimachus. colum. 5. ff. de verborum obligatio. Dominus meus Philip. Dec. in c. inter cætera. nume. 5. de appellatio. Et quòd verba naturaliter sumi debeant, non secundum quid, et accidentaliter, est tex. in l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetra. in l. 3. §. 1. ff. de tute. in l. 1. ff. de donat. l. 1. §. hoc interdictum. de cisterna. & ibi no... in fin. ff. de fon. Insuper non semper per re... rum præsentationem iudex ordinarius de... efficitur, præsertim quando non datur no... stas, sed magis vetus ordinaria iurisdictio... cap. graue & cap. licet in corrigendis. ubi lat... post alios, de offi. ord. idem Fely. in c. eam te... in 4. differen. & Rip. nu. 50. de rescr. Boer. dec. 151. & prius, num. 6.

a GENERALIS. Ex hoc verbo cessant dec... lame. 220. i

generalis, a **& idem**

causa D. Simonis, vbi quòd Auditor Cameræ, ... Camerarij est, sed non generalis Auditor Papæ, ... cèt hoc prætendat, ut ibi subdit. in anti. 727. no... Auditor. vbi quod nõ habet potestatem, nisi inter... riales Romæ existentes. & 336. & si a iudice m... Huc pertinent, quæ scripsi in 4. quæst. 1. Reg. Can... cel. num. 2. vsq; ad numerum 8. Et hic Auditor Cameræ cum decidat causas peregrinorum, & curialium, qui vt plurimum forenses sunt, prætor peregrinus nuncupari etiam posset, iuxta tex. in l. 2. ... da, versicu. cumq; consules. ff. de origi. iur. H... omnis hæsitatio, quo ad præmissa remouetur, cum Papa decernat Regentem suum esse iudicem ordinarium generalem. Et illa decis. in antiq. ... ibi, Nisi Papa sibi det. non negat, imo pro ind... bitato supponit Auditorem Cameræ omnem iurisdictionem recipere, seu habere posse Papa ... dante, de quo nemo dubitat. Quinimò plus ... eo, quòd etiam ante hac Auditor Cameræ vigore facultatum iam diu cõcessarum, ac obseruationis & styli, qui facultates interpretabatur, pleraq; p... terat, quæ tempore forsan compilatoris Rotę D... cisionum, præsertim antiquarum sibi denegabantur.

tur. Consuetudo item, quæ aliter quàm Rota supponat seruauit, aliterque facultates Auditoris Cameræ interpretata est, quàm in præalleg. dec. asseratur, iurisdictionem dat. ad l. licitatio. §. earum, ff. de publica. l. 1. C. de emen. libe. l. viros. & ibi Bart. in 2. notab. C. de diuer. offi. lib. 12. c. conquestus. iun. glo. in ver. consuetudo. 9. quæstio. 3. c. irrefragabili. vers. Excessus tamen. de off. ordi. cap. cum contingat. ad finem. vbi glo. fina. in prin. & Abb. in 4. no. de fo. compet. c. Romana. §. ab Archidiaconis. iun. glos. in ver. consuetudine. de appellatio. lib. 6. Bartol. Imol. & Roma. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Amanel. de Cla. aq. not. 181. no. quod consuetudo. Quòd Auditori Cameræ demandata sit executio nominatim obligationum Cameraliũ, & quando alij iudices eiusmodi facultatem habeant, & quod etiam alij iudices possint cognoscere, & diffinire causas obligationum Cameralium, iudicio tamen ordinario, vide apud Anto. Galles. ad for. came. in 1. quæst. nu. 3. & seq. in quæst. ad secundam part. Formulæ obli. came.

b IDEM. Componitur ab id, & demum, iterũ id; per hoc verbum ostenditur nihil diuersum dispo ni, ad tex. in l. patre furioso. in princip. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. in l. cum hi, versic. Idem est si ager. ff. de transactio. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr. l. prima. §. idem per contrarium. ff. de libe. agno. clemen. causam. §. idem quoque. iuncta declara. Boni. de Vitali. in princi. de elec. Idem tripliciter sumi potest, videlicet, numero, specie, & genere, vt docet Philosophus 1. Topic. cap. 6. Numero, vt indumentum, & vestis: & idem populus noster Romanus, qui fuit iam mille annis. l. proponebatur. ff. de iudi. Specie, vt Socrates, & Plato. Genere, vt homo, & equus. l. 2. in princip. vbi Docto. ff. si certum peta. Idem etiam, seu vnum quadrupliciter dici, affirmant Aristot. & Auer. 5. Metaph. tex. commen. 12. videlicet, numero, specie, genere, & analogia, id est proportione, seu conuenientia. Ex præmissis etiam probatur, quod aliquando differũt numero, ita vt hoc non sit illud, & hæc a Philosophis denominãtur indiuidua, vt etiam per Magist. senten. videlicet, Pet. Lombar. libro primo, dist. 19. vbi docet, quibus modis aliqua dicantur differre numero. Differunt aliqua specie, alia genere, vt ex præmissis apparet. Hic primo modo accipi debet, & sic tribunal hodiernum Regentis in nihilo differt ab illo antiquo Auditoris Cameræ. Eadẽ res quando dici possit esse in potentia, & in actu, declarat Philosophus lib. 3. Physicorum, text. 8. inquiens, Quoniam autem quædam eadem, & potentia, & actu sunt, at non simul, aut non secũdum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidum autem actu, multa iam agent, & patientur a se inuicem, & reliqua. Et quod identitas species quædam essentiæ sit. Et de eodem, simili, & dissimili, vide eundem Aristot. Metaphysi. lib. 5. tex. 16. Et eadem esse docet Auer. Metaph. quinto tex. commé. 28. quorum substantia vna est. Similia quorum qualitas vna. Aequalia quorum quantitas est vna. Amplius idem secundum subiectum, est idem per accidens, puta albedo, & durities in eodem lapide. Sed verè idem est illud, quod est idem per formam. Auer. 6. Physic. comm. 85.

Tribunal [a]

a TRIBVNAL. Locus excelsus eius, qui ius tribubus reddebat, de quo tertio Regum, cap. 7. post principium. Porticum quoque Solis in qua tribunal est. & cap. 2. Machabæorum ca. 13. Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit. Cicero ad Quin. Fratrem lib. primo. Non modo vllo populari accessu, ac tribunali. Tribunal etiam forum nuncupatur, in quo iudicia exercentur. Cicer. ad Attico. Quod me in forũ vocas, &c. Et tribunal describitur esse locus vbi sedet ordinarius ius reddens. l. secunda. in princip. ff. de re iudic. l. 1. ff. de iud. cap. cum Episcopus. de ætat. ordin. lib. 6. Cardi. in clemen. pastoralis. uersiculo, notorium. ad finem. de re iudica. Cicero in Vatinium. Quæro extra, numquid reus post vrbẽ conditam in tribunal sui Quæstoris ascenderit, eumque iure turbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit, easdemque res in iudicio deturbando commiserit, quarum rerum causa iudicia sunt cõstituta. Quintilia. lib. undecimo. Multa ex his, quę diximus mutari necesse est ab ijs qui dicunt apud tribunalia, nam nullus erectior, &c. Quę fuerit forma tribunalis uidere est apud Victruuium lib. 5. c. primo. dum de basilica Iulia loquitur, in qua ædẽ Augusti. & in ea tribunal fuisse dicit. Iura in basilicis reddebantur, prout legere est etiam apud Plinium libro 2. Erant enim centum virorum consilia, quatuor in quadam basilica inter se, vsq; adeo proxima, ut actiones unius tribunalis ab alio exaudiri possent. & Quintilianus libro duodecimo, de Tracallo, loquens, Certè (inquit) cum Iulia basilica diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia (ut moris est) cogerentur, atq; oĩa clamorib. fremerent. Quẽ errorẽ in Sacra Rota scrutari uidemus, ac in Camera Apostolica: illa enim apud basilicã diui Petri, nonnunquam in ecclesia diui Triphonis, seu Beati Augustini, hæc verò apud ecclesiam Sancti Petri, seu palatio Apostolico, vel apud templum pacis, iura reddunt. In Camera etiam Viceregens residet, vel Auditor Cameræ, seu locum de putatum habet, vt infra apparebit. In tribunali verò Rotæ Regentis, vel Auditoris Cameræ Locumtenens in ciuilib. suam habet propriam sedem ibique diebus rotalibus ius reddit. subsellia, vt in Ciceronis diuinatione inquit Pedianus, sunt tribunorum, trium uirorum, quęstorum, & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis curulibus, nec tribunalib. sed in subsellis considebãt

& eosdem [a]

De sella, sede, & tribunali, tractat Luc. de Pen. in l. 2. in uer. sellam, C. de consul. & nõ sparg. ab ijs pecu. lib. 12. Et de Tribunali, & eius gradib. latè idem Luc. super rub. C. de appari. præfe. urb. eod. lib. Tribunal Regis habemus 4. Reg. cap. 11. Vidit Regem stantem super tribunal. 2. Paralipo. cap. 14. versus fin. Et stans in tribunali suo percussit fœdus coram Domino, &c. Tribunal Cæsaris habemus, Actuum 25. Ad tribunal Cæsaris sto: ibi me oportet iudicare. Sed horum omniũ, &

tri-

aliorum quorumuis tribunalium illud maximũ, & tremendum est, de quo ad Roman. capi. 14. omnes enim stabimus ante tribunal Christi. & 2. ad Corint. c. 5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.

a EOSDEM. Illimet, qui erunt Notarij Auditoris Cameræ sunt Notarij Regentis, & tot, & tales, quot, & quales prius. Et si quis opponat, aliqui sunt mutati, vel quia decesserunt, vel quia officijs cesserunt, illaque alienarunt, & à se ipsis pretio recepto abdicarunt, & sic aliqui non sunt ijdem, qui prius. Respondeo quòd corpus, seu collegium Notariorum consideratur, quod semper idem fuit, ad l. proponebatur. ff. de iudi. Lap. Alle. 88. Commune. nu. 1. Paris. consi. 34. nu. 37. uol. 4. C. meus consi. 497. nu. 2.

a NOTARIOS. Notarius à notis dicitur. c. monacus, iun. glo. in ver. vel notarius. 77. dist. Spec. de Instr. editio. §. instrumétum ergo

notarios, [a] quod, & quos

publicum, numero 26. versicu. Item opponitur, quod instrumentum scriptum. De his sensit Iurecon. in l. inter eos, §. eos, qui notis scribunt acta præsidũ Reipu. causa non abesse certum esse. ff. ex qui. cau. maio. vt per Bud. in Annot. in Pandect. super illa. l. & ibi declarat, quid sit notis scribere, & notis excipere. ibidem ostendit, qui essent actuarij, qui scribæ, qui exceptores, qui ve subadiuuæ. Vel Notarij nuncupantur, quia notant acta, seu instrumẽta. Dicitur etiam tabularius, seu tabellio, in rub. & nigro, C. de tabellio. & in Authen. de tab. in capi. cum p. tabellio. de fi. instrum. l. hac consultissima. §. sed quia. C. qui testamen. face. poss. & ea ratione, qui in tabulis antiquitus scribebatur. Item scriniarius, is enim in scrinijs notas suas recondebat. in l. scriniarios. C. de mili. testam. Vocatur etiam publica personas, iux. tex. in cap. quoniam contra. ibi, Aut publicam si potest habere personam, iun. gloss. in uersi. duos uiros, de proba. Item seruus publicus, vtĩ l. magis puto. §. exigit. ff. de reb. eo. l. non enim aliter, ff. de adoptio. & l. 2. & vtrobique glo. C. eod. l. 2. cum glo. ff. rem pupil. sal. fo. Notarij etiam appellantur libellenses. l. præcipimus. §. huic saluberrimo. C. de appell. Memoriales item, & epistolares. l. in offerendis. ibi, Deuotis epistolaribus. C. eo. Notariorum ars, seu exercitum in tribus consistit, videlicet in contractibus in vltimis uoluntatibus, &

quod, [a] & quos.

in ijs, quæ in iudicijs agitantur. Omnia hæc facere, & exercere poterit quilibet Regentis, seu Auditoris Cameræ notarius. De notis, & notarijs plura scribit Luc. de Pen. in l. 2. colum. 1. C. de dignit. lib. 12. & super rub. & l. 1. C. de primice. & secundice. eod. lib. Notarius etiam sumitur pro simplici scriptore, prout in l. si tibi, C. de pigno. iunct. gloss. 1.

a QVOD, & quos. Hæc verba non ponuntur hic restrictiuè, prout in l. ea tamen adiectio, cum l. sequen. ff. de lega. 3. in l. omnes populi, ubi Bart. in 1. oppo. & alij, ff. de iu. & iur. Idem Bar. in l. cu ctos populos. nu. 5. C. de sum. trini. Ange. in §. omnium autem actionum, num. 5. Insti. de actio. Sed declaratiuè, uel expositiuè, seu demonstratiuè, l. Stichus, qui meus erit, versic. quòd si demonstrandi causa. ff. de lega. 1. l. hoc articulo, & ibi Bar. ff. de hæred. insti. Idem Bar. in præalle. l. ea tamen adiectio. Gloss. Pragma. de collatio. post princ. in uer. cui. & Cassa. decis. 3. nume. 12. de præben. Vel dicamus, quòd illa uerba sint posita causa commodioris constructionis, seu ut haberetur ratio recti sermonis.

a IPSE Franciscus. Videlicet Albericus de Racaneto, de quo supra in §. sanè. Sed contra tex. nostrum oppono, quòd de insufficientia redargui debeat, cum idẽ tribunus, & ijdem Notarij fuerint non solum tempore F. Alberici, sed & tempore Io. Baptistæ Cicadæ, tẽ

Ipse [a] Frãciscus Auditor dum uiueret, habebat, [b] ita quòd

pore Petri Pauli Parisij, & diu ante diuer... Auditorum Cameræ tempore. Imperfec... tur erit hæc locutio, seu commemoratio te... Francisci tantum, argumen. tex. in l. Gallus... be. & posthum. Responderi potest, quòd... tur vltimus status possessionis, seu quasi, ... nationis, & ultima quasi possessio quo ... tionem status. l. si vir, C. de sta. defun. cap... de beneficio. de præben. lib. 6. Felin. in cap... tuas, numero decimoquarto. de probatio... consilio 10. aduersus, num. 91. & ante, & po... 2. Insuper cum demonstrationis, seu declara... causa mentio de aliquo ex præcedentibus C... rę Auditoribus facienda esset, de immediato... tius mentio facta fuit, seu ad immediatum... tio dirigitur, argum. tex. in l. qui liberis, §. ha... ba. ff. de vulga. l. ex facto, §. fi. ff. ad Trebel. B... l. 1. num. 2. versic. quæro an si dicatur, C. de... inser.

b HABEBAT. Notarios habebat, illis, ... lorum opera, uel exercitio, ad commodum ... vtendo. Habere etiam pro tractare accip... ut in l. filiusfam. ff. de his, qui sunt sui, ve... iur. l. emancipatum a patre Senatore quasi Se... ris filium haberi placet. ff. de Senato. & apud... rent. in Hæcyr. Nunqnam secus habui illam, ... ex menata esset. Sic Regens, Viceregens, & Lo... tenentes Notarios habere debent, ut illos tam... filios tractent, moneant, instruant, foueant ... enim dicti Notarij eorum membra. Habeba... Notarios, prout declaro infra in uersic. Rege... Habere quid etiam significet declaro infra §. p... ximo, in uer. quæ habet, & in uer. & habere, ... pra §. Habita. Glo. 1.

ITA quod. Hæc dictio limitatiua est, ... ctiua præcedentis dispositionis. l. Lucius, §. qua... bebat, cum ibi nota. ff. ad Trebel. Soc. consil. ... circ. primum, post num. 14. versicu. Nam di...

ita quod, videtur limitatiua. libro. 2. Præceptor meus Dom. Phi. Dec. consi. 227. in casu, num. 26. & consi. 251. consultus, num. 16. Sensus erit, sit tribunal idem, ijdemque Notarij, ut prius. At nõ nominentur Auditoris Cameræ, sed Regentis.

a DE CAETERO. In futurum. Ad ea, quæ adduxi supra in §. Habita, super eodem ver.

b NOTARII. Debet habere proprios Notarios, qui fideliter processus, cunctaque omnia iudicij tam ciuilia, quàm criminalia scribant. cap. quoniam contra, de proba. capitu. statutum, §. Notarium. de rescrip. libr. 6. clemen. nolentes, §. notarij. eod.

c Regentis. Genitiuus iste dominium denotat. l. 2. in prin. ff. de sump. fune. l. 1. §. familiæ. ff. de ui, & vi arma. Bar. & alij super rub. ff. de no. oper. nunc. Alex. super rub. ff. de iurisd. omn. iudi. num. 2. Soci. consi. 74. in præsenti, num. 9. lib. j. Regens igitur Notariorum huiusmodi verus est dominus: si eum dominum propriè accipiamus, & diffiniamus dominium esse ius de re corporali liberè disponendi, nisi lege prohibeatur, ut per Bar. in l. si quis, ui. §. differentia. ff. de acquir. poss. Bal. in l. fœminæ, §. fin. C. de secun. nup. Saly. in l. tradi. C. de pact. con. Soci. consil. 176. præsens, nu. 5. versic. octauo, & vltimo. lib. 2. Hæc illatio nõ procedit, imò falsa est. Sed si dicamus Regentem dominum, eo, quòd Notarij sub sua sint iurisdictione, ex quo dominium, & iurisdictio æquiparãtur. l. qui furere, ff. de sta. hom. iun. ijs, quæ not. ibi Guil. de Cun. & Bar. prout etiam æquiparat Bal. in l. fin. ante num. 4. C. de senten. pas. bona erit illatio. Isti enim Notarij sub nullius alterius quàm Regentis sunt iurisdictione. Si vero supponimus, quòd Regens sit dominus Notariorum ratione familiaritatis, & sic, quòd Notarij eius sint familiares, non procederet absque dubio. Ego sic distinguerem. Aut illos Regentis familiares, iuxta tex. in cap. sicut, de verborum signi. lib. 6. nuncupare volumus, & quia in ijs non concurrit illa qualitas expensarum, & commensalitatis, & istos iuxt. terminos dicti tex. & prout communiter familiares nuncupamus, familiares vocare non poterimus. Aut illos familiares vocabimus tanquam Regentis, & Viceregentis Locumtenentibus inseruientes sub eorum iurisdictione, protectione, clientela, ac potestate existentes, & non impropriè illos familiares, Regentem verò, Viceregentem, & Locumtenentẽ, saltem largo modo dominos appellabimus, prout in sim. dicimus patremfam. dominum ad tex. in l. pronunciatio, versic. pater autem fa. & in l. familiæ appellatione. ff. de verbo. signi. in l. fin. §. planè si seruus, C. de his, qui ad eccl. confu. Bal. in cap. literis. de testi. vbi post num. 1. & Fel. in 3. not. volunt familiares omnes dici sub alicuius Imperio de facto, vel de iure existentes. Matthe. de Afflict. super constit. Fede. de Iu. protomi. §. 3. in 3. not. nu. 5. ver. Breuiter conclude ꝙ cõtineantur oẽs, qui sunt in seruitio, &c. De familiarib. & quot modis accipiantur, uide per eundem Bal. in l. j. C. de epi. & cleri.

de cætero [a] tribunal, & notarii [b] huiusmodi Regentis, [c] & noui Auditoris prędicti sint, & dicantur

c SINT. Loquitur per verba veritatis, vt probaui supra in Gloss. prima, in versiculo. sitque, & firmat Signo. de Homod. consil. 87. factum sic. nu. 19.

a HABEAT. Hoc verbum potest inferiora respicere, vt dicamus, habeat etiam in ipsa Camera, &cæt. Ego refero ad superiora, & hoc modo construo, Regens habeat idem tribunal, & eosdẽ Notarios, quod, & quos ipse F. habebat. iuxta hanc interpretationem, seu constructionem clausula præcedẽs, & subsequens suis verbis terminabuntur. Iuxta verò primam lecturam, clausulæ præmissæ deficeret, verbum, habeat. Inferior verò clausula vno verbo abundaret. Interpretatio autem, & constructio taliter fieri debet, vt latinitas quoad fieri potest, seruetur. capitu. ad audientiam, vbi omnes, de rescript. Barthol. in l. Plautius, & in l. cum testamento, in fi. ff. de aur. & argen. lega. gloss. in c. ex parte, versic. Secus si esset ibi falsum latinum, de fid. instrum. Cardin. consil. 126. vacarunt canonicatus, nume. 1. versi. De inualiditate autem. & postea versic. Constat autem quòd cum est peccatum in constructione. Pau. Castren. in l. cohæredi. §. qui discretis. post num. 3. versic. Hoc tamen ipse limitat. ff. de vulg. Nic. Mil. in suo Reper. in versi. rescriptum vitiatur propter latinitatem falsam. Ludou. Roma. consilio. 376. quæstio est, post numerum 10. ver. 1. quia præmissum rescriptum.

habeat [a]

b ET. Aliàs etiam, melior mihi lectura uidetur, & supposito proximè dixi, ꝙ illud verbum, habeat, superiora respiciat. Si enim inferiora, magis quadraret dictio, etiã, quæ in capite periodi collocari cõsueuit raro, sed aliquo verbo, seu dictione præmissa, prout apud Terent. in And. Nihil suspicaris etiã mali. l. 2. §. quia. ibi, quorum etiam meminit. ff. de orig. iur. cum infinitis alijs. Fateor, quòd nonnunquam in principio ponatur, prout in l. etiam matris professio. ff. de prob. in l. etiam. ff. solu. matr. & alibi.

Et [b] in ipsa [c] Camera

a IN ipsa Camera. s. Apostolica, de qua supra toties constitutio nostra loquuta est. Et illa dictio, ipsa, hic relationem facit, vel habet emphasim, qua si dicat, non solum alibi, sed in ipsa Camera, ubi magis dubitari poterat, cum Camerarius sit Cameræ præpositus, nullum ibi parem habens. Ex verbis quæ sequuntur aliud dubium remouetur, potuisset enim dubitari (alio non adiecto) an hæc dictio, ipse, restrictiuè posita fuisset, prout 3. Regum, cap. 18. Quod cum vidisset niuersus,

ſus populus cecidit in faciem ſuam . & ait Dominus, ipſe eſt Deus. §. fuerat. cum gloſſ. in verb. ipſa. Inſtit. de actio. & ad ea quæ adduxi in 69. q. Reg. de Anna.

ac ubique [a] locorum paribus [b]

a VBIQVE locorum. Ideſt in omni loco. Idẽ eſt dicere, vbique ſine alio adiuncto, uti apud Virgi. Aeneid. 1. Nec quicquid vbique eſt gentis Dardaniæ. l. j. vbi gl. in uerſi. vbique. ff. ſolut. matri. l. qui loco certo. ff. de cond. inde. l. 1. §. pen. ver. Et ad referendũ ſibi quod vbiq. agatur. ff. de offi. præfe. vrb.

b PARIBVS. Similibus, ſeu æqualibus. Sic Nume. cap. 10. In ſecundo autem ſonitu, & pari vlulatu tubæ leuabunt tentoria qui habitant ad Meridiem. Mat. 20. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares nobis illos feciſtis, qui portauimus pondus diei, & æſtus. l. parem eſſe. & l. in pari cauſa. ff. de regu. iur. l. ſi ſeruum, quæ eſt. 91. cum glo. hoc ver. ff. de uerbo. oblig. l. prima. C. de pondera. & illatio. lib. 10 gl. in l. qui concubinam. §. qui quatuor. in ver. habebat. ff. de legat. 3. Cæſar libro primo. Belli Alexan. (ſi eius eſt liber) Reliqua (inquit) pari diligentia adminiſtrabat. Idem Cæſar libro tertio, Belli ciui. Reliqui in labore pari, & periculo, ne vnus omnes antecederet recuſarent. libr. 4. Belli Galli. Seſe vnis Sueuis concedere, quibuſne Dij quidem immortales pares eſſe poſſint. lib. 5. Equeſtris autem prælij ratio & cedentibus, & inſequentibus par, atque idem periculum inferebat. & lib. 7. Et vna viridomarus pari ætate, & gratia, ſed genere diſpari. Cice. in Topicis, item quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par eſt, &c. Corn. Tacitus lib. 2. de Claudio Principe loquens inquit, Eodem anno ſæpe audita vox Principis, parem vim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicaturum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Extat prouerbium, par pari referre. Terent. in Eunu. Si laudabit hæc illius formam, tu huius contra, denique par pari referto. Dicimus etiam paria delicta mutua cõpenſatione tolli. l. viro, verſic. paria enim delicta, ff. ſolut. matrim. Par circa numerum duobus modis exponimus, vno ad differentiam imparis, vt parem dicamus numerum laterum æqualium, vt duo, quatuor, & ſic de reliquis vti apud Platonẽ lib. 8. cui titulus Euthyphro, ubi inquit, ſi tu ergo me modo aliquid prædictorum interrogares, vt puta par, huiuſmodi pars uumeri, & quis numerus ſit, reſponderem profecto, qui non laterũ omnium inæqualium, ſed æqualium duorũ ſit. iuxta text. in l. inter pares, ff. de re iudic. Imparem verò tria, quinque, ſeptem. Hinc dicebant Vates Antiqui, numero Deus impare gaudet. Hinc nuncupabatur, & nuncupatur Ludus par, impar. de quo meminit Horat. & Ioan. And. in addi. ad Specul. ſuper rubr. de Crimi. falſi. & Par. de Puteo de Ludo, colum. antepenul. num. 53. Altero modo exponimus parem nnmerum, ideſt æqualem, uti apud Cæſarem libro 6. Belli Galli. T. Labienum cum legionib. tribus. ad oceanum verſus eas partes, quæ Menapios attingunt. Proficiſci iubet C. Trebon[ium] cum pari legionum numero, ad eam regionẽ quæ Aduaticis adiacet de populandam mittit. exponimus, ideſt cum legionibus tribus, de quibus præmiſerat. Par pro eodem accipere poſſumus in loco proximè citato, & apud eundem Cæſarem lib. 7. Bello Galli. Imperant Brannouijs millia triginta quinque, parem numerum Auernis ideſt, eundem numerum trigintaquinque milium. Sic accipi[tur ...]

facultate [a]

to Leuiti. cap. 18. ad finem. Cauete igitur, ne & uos euomat cum paria feceritis, ſicut euomuit gentem, que fuit ante uos, ut exponamus paria feceritis ideſt eadem, ſeu eadem commiſeritis. Diuiſionem parium, & imparium numerorum videre poteris apud Iſido. Etimolo. lib. 3. cap. 6. Paribus hic adiectiuè, aliquando verò ſubſtantiuè, de vtroque exemplum habemus in l. qui concubinam, §. qui quatuor. & ibi declara Bart. ff. de lega. 3. Cum Camerarius, & Regens in ijs, quibus hic pares declarentur, & conſtituantur, alter in alterum non habebit imperium. l. 3. in fi. & l. nam magiſtratus & ibi glo. in ver. imperio. ff. de arbitr. l. illo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. c. innotuit. ante medium de electio. ſuppleri, uel intelligi forſan poſſet, in ferè paribus; iuxta tex. in cap. ſicut dignum, [de] homicid.

Argumentum, ſeu locum a pari habem[us] ſi ſocer a genero, cir. princ. vbi etiam gloſſ. illum ad hoc notant. ff. ſolut. matrim. in l. [...] §. fi. & ibi gl. Pau. Caſtren. & Imol. ff. de acq. poſſeſ. in l. Pomponius ſcribit. ver. & quemadmodum, & ibi gl. & Docto. ff. nego. geſto. & in quibus. in fi. & ibi Ang. in 6. no. ff. de legib. [...] etiam Bald. in l. conuẽticulam. C. de epiſc. & [...] idem Bal. & Caſtren. in l. aduerſus. C. ſi aduer[ſus] iudic.

a FACVLTATE. Hic plura ſubijciuntur [...] fere ſignificantia, tum ad dubium omne remouendum, tum ut magis præciſa, & deliberata volunta[s] oſtendatur. Aliquæ tamen differentiæ conſi[derari] poſſunt, vt ex ſingulorum declaratione appare[bit]. Facultas (quæ peruiſia dicitur) difficultati opponitur, pro commoditate, poteſtate, libertate, licentia, auctoritate, copia, ſeu facilitate aliquid agendi accipitur. Teren. in Andr. Dij date facultatem, obſecro, huic pariundi, atque illi in alijs potius peccandi locum. Cæſar lib. 2. Belli ciui. non datur diuturna muri defendẽdi facultas. & poſt, Maximè opera eſſe in conſpectum exercitum venire, & colloquendi dare facultatem. l. poteſtatis verbo. ibi, præſentis corporis copiam, facultatemque ſignificant. ff. de uerborum ſignificat. l. de eo, poſt princ. ff. [ad] exhiben. l. ſi quis ui. ibi, recuperandæ poſſeſſionis facultatem habeant. ff. de acquiren. poſſeſ. l. deten[tionis] facultas. C. de iure fiſci. lib. 10. l. ſi poſtula[ue]rit. uerſic. interrogandique facultas datur [...] nis, ff. de adult. l. vni. ibi, Appellandi facultas in[ter]dicta eſt, ff. de offi. præfe. præto. l. a caligato. C. [...] nupt. l. 3. uerſi. edicto prætoris. ff. iudic. ſol. clem[...] in pleriſque, ad finem, & ibi Boni. de Vita. in uer[...] ſan[...]

sanè.num.5.de electio. Facultates M. Tullius in 1. libro. de Inuentione, duplici qualitate diffiniuit duasque illi potentias dedit, vt sit primum genus facultatum, illud sine quo aliquid fieri non potest alterum quo aliquid facilius compleatur: Facultas item dicitur vis quędam, quæ facit vt id facilius fieri possit, quod de vnaquaque arte præcipit. Sic dicimus Dialecticam, facultatem esse differendi. Rursus facultas pro potestate, seu authoritate. l. hæredes, quæ ē 57. §. peto. ff. ad trebel. l. in bello. versiculo. Non enim. ff. de cap. & postlim. reuer. c. indemnitatibus. §. sępè. versic. verum si quæ, de electio. libro sexto. Facultates in plurali, vt plurimum diuersum à nostra materia significant, videlicet, opes, seu diuitias. 3. Esdræ capitu. nono. circ. principium. Tollerentur facultates suæ. Tobiæ 1. Diuidebatque vnicuique prout poterat de facultatibus suis. Iudith 3. Et vniuersæ facultates nostræ, atque familiæ, in conspectu tuo sunt. & Ecclesiasti. 40. Facultates, & virtutes exaltant cor. M. Tullius officio. lib. 2. Modus largitioni adhibeatur, isque referatur ad facultates. & post, Liberales autem sunt, qui suis facultatibus captos a prędonibus redimunt. lib. 3. singulorum facultates, & copiæ, diuitiæ sunt ciuitatis. Cæsar lib. 6. Belli Galli. Tantas itidem Italiæ facultates, vt si quid esset in in bello detrimenti acceptum, &c. l. nec ei. §. & primum. ff. de adoptio. l. 1. §. si inter magistratus, uersiculo. Prius enim arbitror conueniendum eum, qni hoc suscepit, deinde excussis facultatibus eius tunc veniendum ad collegam. & §. si magistratus ab initio, uersic. Quòd si satis exegit, & idoneum exegit, quamuis postea facultatibus lapsi sunt tutores, vel fideiussores, nihil est quod ei, qui dedit, imputetur. & ibi habemus quid sit excutere facultates alicuius, & quid sit labi facultatibus. ff. de magi. conue. §. sed hoc iure. & §. sequen. Institu. de Attili. tuto. præalle. clem. in plerisque. in princip. de electio. l. si quis crediderit. ad finem. ff. de pact. l. 3. versicu. constat enim. ff. de admini. tuto. l. 2. C. de adoptio. l. si fideicommissum. §. 1. ff. de iudi. ciem. 2. §. de religio. domi. latè And. Tiraquel. in repeti. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. Vide etiam Luc. de Pen. in l. oēs. 1. col. 5. in uer. facultatem, & in l. si quis procurationem facultatum. C. de decurio. lib. 10.

Voto [a]

a VOTO. Non accipitur hic votum, prout est promissio Deo facta, de quo habemus titulum de voto, & uoti redem. de quo ego tracto super sign. Gratiæ, rub. de vot. commu. Vota in l. denunciamus. C. de his, qui ad eccle. confu. pro orationibus seu diuinis officijs interpretamur. Votum item pro voluntate, & desiderio, ac cupiditate, prout Prouerbiorum ca. 31. circa principium. Quid dilecte votorum meorum? Plin. Episto. 45. Hanc ego uitā voto, & cogitatione præsumo. Cicer. pro Planco, Eorumq; preces, & vota de meo reditu exaudiēs Dyrrachium, quod erat in fide mea petere contendi. Seneca Episto. 45. Optamus [inquit) contra id, quod optauimus, pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consiliis. Columel. Qnod si uoto fortuna suscribit, agrum habebimus salubri cœlo, Ouid. 7. Metamorph. sperabam tamen, atq. anima mea vota fouebam. Idem Ouid. in princ. Orationis. Vlixis, Si mea cum uestris ualuissent uota Pelasgi. l. uni. in prinip. C. de obla. voto. libro 12. Votnm describit Bald. in cap. quia propter. colum. 5. de electio. esse animi deliberationem cum beneplacito. sequitur Nico. Boer. decis. 1. numero 2. & sequen. Votum hic sumi debere putarem pro suffragio, consensu, uoce, uoluntatis declaratione, puta de aliquo in magistratu, seu officio publico eligendo, super sententia ferenda, in decreto alienationis, in capiendis pecunijs mutuo pro sedis Apostolicæ necessitatibus, inquietando officiarios, seu rerum Cameræ Apostolicæ administratores, uel negotiorum gestores, seu quosuis computa reddētes, & aliis infinitis. De hoc uoto loquitur text. in cap. bonæ. 2. in princ. & ibi Abb. anti. sic declarat. de postu. præla. Votorum, seu suffragiorum alterū est uocale, altetum tabellare, antiquitus sic dicta Cice. in Oratio. de Lege Agraria contra Rullum. Sed tamen magnificentius, atque ornatius illo nihil potest, quòd me hic Comitiis non tabellam indicem tantæ libertatis, sed vocem viuam præ nobis indicem uestrarum erga me voluntatum, acstudiorum tulistis. De simili voto loquitur tex. in c. quia propter, §. statnimus. ibi, Qui secretè, ac sigillatim uota cunctorum diligenter exquirant, de electio. cap. iudemnitatibus, §. si autem. versi. Quæ in aliam, uel alias direxerunt uota sua. libro sexto. eo. titu. & per Hostien. in Sum. eo. §. qualiter facienda sit.

a AVTORITATE. Autoritas pro honore, dignitate, existimatione, ac potestate usurpatur. l. 2. §. post hos Q. Mutius, versicu. Sed præcipuæ autoritatis Aquilius Gallus. & post versicu. Ex

autoritate [a]

quibus maximæ autoritatis apud populum fuisse, ff. de orig. iur. l. 3. §. eiusdem, uersicul. Aliàs dignitas, & autoritas. ff. de testi. l. sed & qui, magna prędnitus est potestate, uel auctoritate. ff. ad trebel. l. Q. Mutius, uersic. In testamentis quędam scribuntur, quæ ad autoritatem scribentis duntaxat inferuntur, & post uersic. Sed autoritatem meā conseruandam. & §. seu, uersi. itaque. ff. de an. leg. l. idem Pomponius, §. penult. ff. de arbitr. Cicer. 3. Philip. Tantus autem consensus municipiorum, coloniarumque in prouincię Gallię, ut omnes ad autoritatem huius ordinis, maiestatemque populi Romani defendere conspirasse uideantur. & pro A. Cluentio. Quantum potest de autoritate Sènatus, detrahit. Idem pro Lege Agraria contra Rullū Ego uestris armis armatus, insignibusque amplissimis, ornatus Imperio, autoritate non horreo in hunc locum progredi posse. Cæsar libro sexto. Belli Galli. In Gallia non solum (inquit) in omnibus ciuitatibus, atque in omnibus pagis partibusque, sed penè in singulis domibus factiones sunt earum factionum sunt principes qui summam autoritatem eorum iudicio habere existimantur, quorum ad arbitrium, &c. & parum post. Neque aliter si faciat ullam in suos habeat autoritatem. Altero modo autoritas pro quodam consensu super

per aliquo actu cum aliquali cauſæ cognitione, ſeu diſcuſſione interpoſito ſumitur. De autoritate hoc modo ſumpta loquitur l. 1. & totus titu. ff. & inſti. de auto. tuto. l. 2. & 3. & totus titu. C. de auto. præſtan. Rurſus pro decreto Reipub. magiſtratus, ſeu iudicis vſurpatur, iuxta tex. in l. iuſtè poſſidet, & ibi glo. exponit, ſeu ſupplet, interpoſito decreto. ff. de acq. poſſ. Pro imperio item accipitur, & imperium pro autoritate, l. 2. iun. gl. ff. de adoptio.

Prima, & vltimæ expoſitiones textui noſtro congruunt, nec ſecunda literæ repugnaret. Qui latius videre voluerit quot modis autoritas accipiatur, ac quantum autoritas in Duce, ſeu Imperatore exercitus, & in pleriſque alijs poſſit, & requiri debeat, videat Barthol. Cæpol. in tracta. de Imperator. mili. deligen. in verſi. Autoritatis cauſa. Autoritas etiam pro vſucapione, ſeu præſcriptione, vel actione accipitur. Cice. pro Cecinna. Lex (inquit) vbi vſum, & autoritatem fundi eſſe biennium. Idem in Topicis. Item quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par eſt, vt quoniam vſus, & autoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædiũ, Gellius libro decimoſexto. Illa legis Attineæ verba. Quod ſubreptum erit, eius rei æterna autoritas eſto. l. fin. ff. eod. Quidam inter autoritatem, conſenſum, decretum, & licentiam, differentiam quo ad quædam conſtituunt, vt per Innocen. in cap. dudum, de reb. eccle. non alien. Bar. in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſu. ff. de acquiren. hæred. Lanfran. in repet. c. quoniam contra, in ver. confeſſiones, num. ſexto, verſicu. hinc eſt, quod faciunt differentiam Docto. de proba. Pro præmiſſis uide Luc. de Pen. in l. ſi quid extra. in verſic. autoritas, C. de loca. prædio. ciui. lib. 11.

poteſtate a

a POTESTATE. Quòd poteſtas ab autoritate differat, patet ex verbis M. Tullij libro tertio. de Legib. vbi quod auctoritas erat in Senatu, poteſtas verò in populo. Vnde Senatus cenſere, & populus iubere dicebatur. Idẽ in Orat. pro CN. Plancio, ſi quemadmodum Senatus cenſuit populuſque iuſſit, feciſſes. Bud. ſuper l. fin. ver. Erat autẽ autoritas in Senatu, & poteſtas in populo. ff. de Senato. Idem Cice. in Orat. in l. Piſonem. Atque id, quod nondum poteſtate poterat, obtinuit auctoritate. Liuius libro 7. de Bello Macedo. Senatus eam pacem ſeruandam cẽſuit, & paucos poſt dies populus iuſſit. Poteſtas in perſona Regis vel Domini ditionem, & imperium demonſtrat. 2. Paralipom. cap. octauo. Omnia quæcunque voluit, fecit Rex Salomon, atque diſpoſuit in Hietuſalem, & in Libano, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. c. ſequen. Exercuit quoque poteſtatem ſuper cunctos Reges à flumine Eufrate vſque ad terrã Philiſtinorum, &c. §. cuius reſcripti, uerſi. Dominorũ quidem poteſtatem in ſuos ſeruos, Inſtitu. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Pet. de Bellaper. in §. rurſus, num. 10. Inſti. de actio. Et poteſtas in perſona magiſtratuum iuriſdictionem denotat. l. 1. & l. ſolent, iun. glo. in verſi. poteſtatem, ff. de off. procon. l. vni. poſt princ. ff. de offi. præfe. præto. l. 1. iun. gl. in uerſi. poteſtatem, ff. de conſtit. Princip. l. Imp...rium, ff. de iuriſ. omn. iudi. l. poteſtatis uerbo, ff. uerborum ſignific. ubi quòd diuerſimodè acc... iuxta ſubiectam materiam. Si de Monacho, & Abbate loquamur, poteſtas pro obedientia ac...pietur, ut in authen. de monach. per totum, & per Pet. de Bellaper. in alle. §. rurſus, poſt nu. ... in 3. modo, Inſti. de actio. ubi in quarto modo ... dit, quòd accipitur etiam pro affectione, ſeu am...citia. At tex. in l. 1. ff. de cura. furio. quem ipſe ... potius de cura loquitur, ut gloſſ. ibi aduertit. P... præmiſſis uide Bald. ſuper rubr. de offi. deleg. ... de Pen. in l. omnes, 1. colum. 5. in uer. facult... ubi in quo differat poteſtas à facultate. C. de de...rio. lib. 10. Et pro facultate accepit Iurec. in l. ... ei, verſic. Ne eſſet in poteſtate tutorum. ff. de a...ptio. & in l. quoties dominus. ibi, Quam ſi in p...teſtate habeat, ff. de noxa. actio. & per Pet. de B...laper. ubi ſupra. Pro licentia etiam capitur T... cap. primo. Et dedit illi poteſtatem quocun... vellet ire. l. ſacra, poſt princip. ff. de re iudi. A... tur etiam pro ſuperioritate, §. eſt autem tut... ſtit. de tute. ubi glo. in uer. poteſtas. differen... ter illam poteſtatem, & poteſtatem quam p... filium habet, ac dominus in ſeruum, cõſtit... ſic. Vnde patet, quod hic eſt alia poteſtas. P... item uiri in vxorem, de qua Geneſ. cap. ... uiri poteſtate eris, & ipſe dominabit tui... 5. Mulieres uiris ſuis ſubditæ ſint, ſicut ... quoniam vir caput eſt mulieris. & ad Co... Mulieres ſubditæ eſtote uiris, ſicut oport... mino. Poteſtas pro indulto, ſeu priuileg... Ioan. cap. primo. Quot quot autem recep... dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ijs qu... in nomine eius. Poteſtas item pro comm... ſeu conceſſione ſumitur. l. ſacrilegij, §. fin. ... Iul. pecula. Aliquando potentiam ſignific... §. puto. ff. de hære. inſtitu. Bald. in cap. 1. de ... ubi etiam quòd ſi Papa diceret, De plen... potentiæ, ſeu arbitrij, idem eſſet quod dice... plenitudine poteſtatis. Sequitur Io. Fran. Pa... offi. & pote. cap. ſed. vacan. in 4. prælud. p... 8. & in toto illo prælud. loquitur de uirtute, ... gnificatu huius nominis, poteſtas. Et ante i... ſuper ſignificatu poteſtatis plura cumulau... ric. de Roſa. in Dictio. ſuper hac dictione. Pot... hæc publica dici poteſt iudicandi, & decer... quæ aut determinata, aut indeterminata ... tur. Ariſto. circ. princip. 3. lib. Politico. Po... præſidente. l. quis ſit fugitiuus, §. penul. ff. ... edi. l. fideiuſſor impetrauit è poteſtate, ff. ... Pet. de Bellaper. in §. rurſus, num. 11. Pro p... ſis etiam uide eundem Bellaper. Iuſtit. de ... ſunt ſui, uel alien. iur. num. 6. & Inſtit. de p... cir. princip. De poteſtatibus in alio ſigni... de æquiuocis poteſtatibus, & quòd pote... nunquã pro poſſibilitate accipiatur, ac ... te aptitudinis, & quando poteſtas ab act... bilis ſit. & poteſtates quę ſimul opponi... uidere poteris apud Philoſophum de Inter...tione, ſectio. 4. de propoſitionib. cũ modo ... ctis, & ibidem per Ammonium tex. com...

a IVRISDICTIONE. Videre poteris, quæ scripsi supra. §. sanè officio, in versiculo, iurisdictione.

b ETIAM. Dictio, etiam, de sui natura adijcit casui magis dubitabili, & implicat minus dubitabilem, vt Deutero.ca.22. Etiam si non est propinquus frater tuus. Ruth. cap. 2. Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam. Lucæ 10. Etiam demonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Matth. 22.

iurisdictione [a] etiam [b] dicta [c] sede [d] vacante, quibus [c] pro tempore existens eiusdem S. R. E. Camer.

Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. ad l. etiam aureos, ff. de verbor. signific. l. etiam furtiuus, ff. de acquiren. rer. domin. & ad hoc pondero optimum tex. à nemine, quem viderim citatum, in l. penul. versic. prætor quoque ius reddere dicitur etiam, cum iniquè decernit. &c. ff. de ius. & iur. & est tex. in l. 2. C. fami. ercisc. & in c. vni. in princip. de commo. iun. declara. Ioan. And. ibi, colum. 2. in versic. etiam. clem. graui. ibi, populos etiam interdictos. de senten. excommu. præceptor meus consilio 696, retenta, num. 13. Paris. consil. 144. scripseram pridie. nume. 15. volum. 4. & nouissimè Augu. Bero. super rub. de constitu. nu. 20. Minus dubitabilis casus erat sede non vacante, qui vel ex verbis, seu mente nostri tex. colligi potest, uel saltem ex expressione casus magis dubitabilis, videlicet, sedis vacantis, & ex potentia præfatæ dictionis, etiam, implicatur, seu supponitur.

c DICTA sede Apostolica, de qua toties constitutio nostra loquuta est: quæ licet vacare dicatur, nunquam tamen moritur, seu deficit, argumen. tex. in c. liberti. 2. 12. q. 2. c. si gratiosè. de rescrip. libro 6. Glo. Pragma. de collatio. ia versi. Sedis Apostolicæ.

d QVIBVS. Videlicet, facultate, voto, autoritate, &cæt. Hoc enim relatiuum, ad præcedentia relationem facit. Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Idem Bart. & alij in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. Quot autem modis hoc relatiuo vtamur, declarat Ias. & alij in §. omnium autem actionum. Insti. de actio.

CAMERARIVS. Qui Cameræ Apostolicę præest, & est supra clericos, & alios Camerales. De hoc loquitur text. in c. ad audientiam. versi. considerantes etiam. de rescrip. in clemen. ne Romani, §. eo tamen prouiso. de electio. De hoc loquuti sumus supra in gloss. in versic. Camerariatus. ibi dictis addo, quod Camerarius, & clerici Cameræ Apostolicæ nuncupari etiam possunt custodes arcæ publicę, iuxta illud. i. Esdræ c. 7. Ego Artaxerses statuit, atq; decreui omnib. custodib. arcæ publicæ, qui sunt transflumen, vt quodcunque petierit a uobis Esdra, &c.

a RATIONE officij. Idest causa, seu intuitu, vel propter causam officij, prout apud M. Tulliū ad Catonē, li. 15. Cum autem ad Cibistra propter rationem belli, &c. vide supra §. nos qui. in gl. in ver. ratione habita.

b QVOMODOLIBET. Omnis igitur penitus modus includet, ad. c. quia plerīq;. §. decernimus ff. de offi. ordi. lib. 6. clemen. 2. versic. Ne igitur excessū, cum gloss. in vers. quomodolibet. de senten. excommu. & clemen. 2. in fin. de priuileg. cap. in demnitatibus. §. si qua verò à minori. vbi Archid. & Io. And. super versic. quomodolibet. ante numerum 2. de

ratione [a] officij Camerariatus huiusmodi, quomodolibet [b] fungitur, [c] & quæ habet, [d] seu

electio. lib. 6. cap. quia plerisque. §. decernentes. de offic. ordin. eodem lib. 6. Et potest exponi, quomolibet, idest quocumque modo, siue iure communi, siue priuilegio, vel præscripta consuetu. ad tex. in cap. statutum. §. in nullo. de rescrip. libr. 6. & iuxta gloss. in cap. si clericus. in uersi. spectat. de præben. eodem lib. Simili expositione vtitur Rebuf. super concor. de collatio. §. præfatiq, ordinarij, in gl. in ver. dispositionem, ad fi.

c FVNGITVR. Fungi facultate, auctoritate, &c. pro eo accipitur, quod est facultatem, & auctoritatem habere, seu exercere. Fungi sacerdotio, Exo. ca. 20. vt sacerdotio fungatur mihi Aarō. Iterum, Facient fratri tuo Aaron, & filijs eius vestimenta sancta, vt sacerdotio fungantur mihi. & cap. 30. Aaron, & filios eius vnges, sanctificabisq; eos, vt sacerdotio fungantur mihi. ac Leuiti. 16. Vt sacerdotio fungatur pro patre suo. Dicimus & fungi officio. Exod. cap. trigesimoprimo. Vt fungantur officio suo in sacris. & Deutero. 20. Et alius homo eius fungatur officio. M. Tullius 2. officio. Iustitiæ fungantur officio, qui adipisci ueram iustitiæ gloriam uolunt. & iuxta tex. in l. iudex postquā in fin. ff. de re iud. in l. sed licet, ff. de offi. præsidis. Fungi prætura. l. Barbarius, ff. de offi. prætor. Fungi partibus suis. l. 3. ff. de offic. eius. & l. qui repertorium, §. 1. ff. de admin. tuto. Ministerio fungi. Exo. cap. trigesimonono. Quibus ornatus incedebat Pontifex, quando ministerio fungebatur. l. obseruare, post princip. ff. de offic. procon. cap. in literis in fin. & capit. uenerabili, versus fin. de offic. deleg. Sic & fungi munere. Cice. 5. de Finibus. ut ne quis impediat, quo minus suo quisque munere fungatur. Horat. libro primo. Episto. ad Claudium, Munere cum fungi. &c. l. quid enim prohibet legatum publico munere fungi, ff. de iudic. l. legatorum,

in

in fin. quos munere fungi debere.ff.pe leg.

d ET quæ habet. Siue ratione ueri dominij,& iuris,siue detentationis, etiam iure sibi non suffragante. Habere enim verbum vtroque modo accipitur,iuxta tex.in l.stipulatio ista,§.habere dupliciter accipitur,ff.de verborum obligatio.cap. vni. §.confirmatos. versic. Aut possessiones habere ꝓ fessio, siue regula quælibet interdicũt,iũ. consi. Federi. de Sen.215.in respons.Ioan. de Paglia, nume.2.vbi declarat illud uerbum, habere,in dicto capi.uni. positum, pro tenere sumi debere.

fungi & habere potest, [a] etiam una [b]

a ET habere potest. Etiam ex aliquo iure, seu titulo nondum habita possessione, seu quasi.tunc.n. & habere quis dicitur,l.apud se, ff.de uerbor.sign. l.qui actionem,ff.de reg.iur.l.rem in bonis, ff.de acquiren.rer.domin.l.habere, iun. glo. quæ illum tex.de causa emptionis loquentem, ad quamcunque aliam causam ampliat,ff.de verbor.significat. Vel si eo casu non posset dici propriè,& verè habere,cum uerba cum effectu accipienda sint, ad l.1. §.accusationem,versi.Quid enim.ff. ad Turpi.l.si per alium,§. docere. in fin. ff.ne quis eum, qui in ius voca.l.nomen,§.fin.ff.de verbor. signi. nihilominus verum omnino erit, quòd iuxta terminos nostros quis dicetur posse habere.Et quod habere dicatur etiam qui possessionem non habet, adducitur glo.singu.in l.si ex pluribus.in princ.in ver. habere cum ijs,quæ tradit ibi Ange.ff. de solutio. Sequitur Ludoui.Roman.singu.636. Scio quòd confessioni unde infert confitentem se habuisse,& habere, posse exceptionem, non numeratæ pecuniæ opponere.Idem uoluit Francisc.Cremen.not. 44.incipien.pone quod dicitur.Non est tamen silentio prætereundum,quòd uerbum, habere, de sui natura corporalia,non autem incorporalia cóprehendit.Vnde verbum hoc ad rem relatum, seu ad bona,non comprehendit,iura,& incorporalia, sed solum ea,quæ sunt in uero,& proprio dominio,& verè detineri,& possideri possunt.l.2.§.habere.ff.ne quid in lo.publ.Augu.Bero.in c.in præsentia.nu.87.de probationib.

b VNA. Simul,in simul,pariter,communiter. ꝓut secundo Paralipom.cap.34. versus finem. Ascédit in domum Domini, vnaque omnes viri Iuda. 2.Machabæorum,cap.septimo.in princip. Contigit autem septem fratres unà cum matre apprehésos compelli a Rege edere contra phas carnes porcinas.Cicero ad Atticum, Si in Italia Pompeius cósistit, erimus vnà.Idem pro P. Quintio, Annum ferè vnà sunt.l.fina.& ibi gloss.prima, ff.ad legem Aquil.l.qui concubinam.§.vxori.ff.de lega. 3.l. si quis,quæ est 85.in fin.cum glo.ff.de furt.l.milites cum gloss.ff.de custo.reo.l.si idem.iun.glo.in ver. vnà.quæ declarat accipi posse pro nomine,& pro aduerbio.C.de codicil.§.nos autem. cum gloss. in uersic. vnà,Insti.de Atti. tuto.Hoc aduerbium accentu productum æqualiter coniungit.l. fina. [...] etiam Bald.colu.1.C.de impube.& alijs substi[...] tio.Docto.in l.Lucius.§.quisque.ff. de lega.[...] de Attili.tuto.§.nos autem.Bal.in l.prima.§.[...] C.de caduc.tollen.Pro hac dictione, vnà,& al[...] bus,de quibus infra,& earum effectu, & qua[...] coniugant,uidendus omino erit Augu. Bero.[...] alios etiam citat in cap.Raynutius.nu.90.& [...] de testa.

a CVM. Hæc dictio etiam coniũgit. l. imò.[...] vsu,& habi.l.si cui fundum.ff. de fund. instr[...] l.Iulius Paulus.iun.glo.1.ff.de condi.& de[...] l.si quis a Titio. ff. de usu. accrescen. l. si seruo.ff. de statut.libe. l. si is qui ducenta.í princip. ff. de re.dub. Et voluerunt aliqui dictionem,cũ, magis coniungere, quàm dictionem,&c.

cum [a] eoden[...] pro tempore existente C[...] merario pa[...] formiter, [b] [...] æque

Vnde aliud sit dicere, Titius, & Mæuius [...] runt Romam. & Titius cum Mæuio [...] mam.

Primo enim casu non est necessarium [...] tate propositionis, quòd simul veneri[...]

Contra uerò in secundo casu, in qu[...] detur demonstrata qualitas temporis. S[...] sit dicere, Instituo filium,& nepotem. A[...] tuo filium cum nepote. pro quibus uide [...] l.Gallus.§.1.ff.de libe.& posthum.& Lan[...] lit.in tracta.substitutio.dum de vulgari [...] parti.2.numero 23. De dictione, cum, tra[...] pra in §.habita.in versic.cum. Sed oppon[...] text.si dictio, vnà, coniungit; similiter [...] cum, frustra vtraque posita est. una en[...] ciebat.

Respondeo, quòd modo una tantum, [...] utraque, ut in præalleg.l.fi.C.de impub. [...] quatenus geminata coniunctio dici posset [...] non sine ratione Papã ea usum fuisse dice[...] ut.s.maioré uim,& efficaciam ostenderet, [...] lista.ff.ad Trebel.cum vulg.

b PARIFORMITER. Per hanc dicti[...] veritas,& proprietas designatur, præsertim [...] plura hic posita generalitatem,ac uniuer[...] gnificantia, ut pôderat Paris. licet in aliis [...] consi.18.post princ.uol.4.

c AEQVE. Aduerbium est qualitatis, [...] dinem denotans.l.si ex plagis.ibi, Aeque [...] manu telum,aut aliquid immisisset.ff.ad l[...] l.prout.cum glo.hoc uersicu. quæ lex est [...] solutio. Aeque, pro tam,uel adeo, sumitur. T[...] Phormi.3.Nihil est æque quod faciam lub[...] pro similiter,uel pariter, uno tenore, seu [...] ter. Ecclesiast.c.6. Qui timet Deum æque [...] amicitiam bonam, quoniam secundum [...] ami[...]

amicus illius. Terent. in Hecy. 2. Vt omnes mulieres eadem æque studeant, velintq; oĩa ęquè. Cic. in Oratio. pro Roscio Amerino, In rebus minoribus socium fallere turpissimum est; æque turpe, atque illud de quo antea dixi. Horat. Episto. 1. Aeque pauperibus. &c. l. nec quicquam. §. penult. in fin. ff. de offic. procons. in auth. ut iudi. si. quo. suffrag. versiculo. Fugiunt æque ex prouincijs. cum glo. in versiculo, æque. l. inuitus. ff. de fideicomm. lib. 3. l. interdum. in princip. ff. de hær. institu. & §. sed si vsque. Insti. qui. mo. tute. fin. Natura huius dictionis, æquè, est in totum parificare, non solum in qualitate, sed etiam in substantia, & effectu, præ alle. l. inuitus. versus finem, ff. de fideicomm. liber. l. interdum. in princi. ff. de hæred. insti. l. legata inutiliter. in fin. ff. de leg. 1. l. nam ciuium. ad finem, ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. legato generaliter in fin. iun. ponderatione Ias. ibi in 7. not. in fin. ff. de leg. 1. l. fideicommissa quocumque. §. sic fideicõmissum. in fin. cum glo. in uersiculo, æque. ff. de lega. 3. Corn. consil. 75. quamquam videatur, numero, vigesimo, libro primo. & consil. 240. bona iura. post numerum quartum, libro primo. Socy. consi. 108. casus. in princip. libro. 3. Et quòd dictio, æq; coniungat, & an operetur vt coniuncti æqualiter admittantur, quamuis ordo charitatis & successiuus inter plures cadat, vide tex. & Docto. in alleg. l. interdum, in princip. ff. de hæred. institu. & omnino post Abb. in ca. Raynutius. numero quinto. Augusti. Bero. numero nonnagesimo, & ante, & post, ubi plenissimè loquitur. Aliquando dictio, æque, non coniungit casus pariformiter, sed cum disparitate, & dissimilitudine, ad tex. in §. at ij. versiculo, post mortem, Insti. de hæred. quę ab intest. sect. l. si finita, §. si ante. ff. de dam. infe. Bar. in l. si cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. Concludo, ꝙ propria significatio dictionis, ęque, est illa, de quà primo loquuti fuimus. Et si dicatur, Primus & fratres mei filij, æque, hæredes sunto, qualiter succedant, vide tex. in d. l. interdum. ff. de hæred. institu. Aeque, ac, i. sic ut, vel tam, & quam. Cic. Fami. lib. 2. Curioni. Cui charus ęque sis, & periucundus, ac fuisti patri.

a PRINCIPALITER. Primò, seu præcipuè non autem consequenter, vel accessoriè. Principaliter enim aduerbium, opponitur aduerbio accessoriè, ad l. Imperator. uersi. Scientes quoniam tantum ē mihi cura eorum

principaliter[a] fungatur

quantum principaliter libertatis, &c. ff. de appell. l. 1. circa princip. cum ibi nota. ff. de auto. tutor. l. si quis nec causam. vbi latè Ias. ff. si certum petat. l. item si vnus principaliter. ff. de arbit. c. legatur. versus si. 26. quæstione secunda. Et principalem, primarium interpretatur Bud. in l. minor autem. ff. de min. principaliter nonnunquam exponimus. i. expressim. l. si pignore. §. qui ferramenta. iun. glo. ff. de furt. Pro hac dictioue etiam in alijs significatib. & quoad alios effectus, vide tex. in l. & quia. &

ibi Alber. de Rosa. ff. de iurisd. omn. iudic. & Bart. subtiliter distinguentem, & declarantem in l. ambitiosa. nu. 19. ff. de decret ab ordi. facien.

b FVNGATVR. Hic par facultas, potestas, iurisdictio, ac autoritas datur Regenti, quę Camerario ratione eius officij competit, vel competere potest. Possent hic plures quæstiones formari, nunc vnam tantum subijciam, & sat notabilem, atq: ad plurium aliarum decisionem proderit. Quæro igitur, an sicut Camerarius rescribit cum clausula, viuæ vocis oraculo, ita & Regens hac clausula, seu hoc viuæ vocis oraculo uti, & eodem modo quo Camerarius cum illa clausula rescribere possit? Ne per terminos ignotos procedamos, subijcienda est primò formula concessionis viuæ vocis oraculo, quæ talis est. N. Sanctę Romanæ Ecclesię Camerarius, dilecto nobis in Christo P. Humiliter pro parte tua nobis porrectis supplicationibus inclinati, volentes tibi abundantiæ almæ Vrbis, vt ex nostri officij debito tenemur prouidendo specialem gratiam facere, de mandato sanctiss. D. N. Papę, viuæ vocis oraculo nobis facto, & autoritate nostri Camerariatus officij tibi vt in quibusuis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis ciuitatib. terris, &c. emere, &c. Oraculum in primis dicitur Dei voluntas ore hominis declarata. Oraculum Deorum responsum appellabant. Cice. in Topicis, Oracula (inquit) ex eo ipso appellata sunt, ꝙ inest ijs Deorum oratio. Oraculũ etiam pro templo, seu digniori parte templi accipitur. 2. Reg. c. 6. In ingressu oraculi fecit duo hostilia. & ibidem in pluribus locis. Et de oraculo, & propitiatorio, habes Exo. cap. 37. Fecit propitiatorium, & oraculum. Oraculum iuxta terminos nostros, est responsum principis, iuxta tex. in l. digna vox. ad fin. C. de legib. l. & si legibus. C. si con. ius, vel uti. pub. vbi etiam notatur, rescripta principũ oracula etiam nuncupari posse. l. iubemus nullam nauem. ibi, Nec si cæleste contra proferatur oraculum, cum glo. C. de sacrosanct. eccle. §. illud. Insti. de actio. c. fundamenta. in fi. & ibi Archid. ad fi. de electio. lib. 6. l. diligenter. ibi, Ne appetito colore sacri oraculi, & ibi Luc. de Pen. in versic. Oraculi C. de aquędu. libro undecimo. Idem Luc. in l. secunda. in versiculo, cęlitus. C. de castren. & ministeria. libro duodecimo. l. fin. C. de diuers. rescrip. cap. & si legibus. 5. quęstione 2. capit. per tuas. de maior. & obedien. cap. fin. de verborum significatione. libro sexto. capitulo. perpetuo. & ibi ad hoc not. Archid. in versiculo, oraculo. de elect. eodem lib. Abb. in cap. nobis. ad finem. de senten. excom. Viuæ vocis oraculo Papa concedit, quando ore proprio respondet, nec desuper, seu super responsione, vel concessione Papę fit aliqua scriptura, ꝓut supponit Fely. consilio sexto. vtrum D. colum. 2. versiculo. Et intellixi aliàs. glo. in clemen. auditor. in uersiculo, deputatus. in fin. & ibi Cardina. numero 4. de rescript. Et de uiuæ vocis oraculo Episcopi loquit Rot. in no. 297. si Episcopus dat, & committit uiuę uocis oraculo. & deci. seu §. seq. incip. de secundo dubio. Oraculum nonnunquam

pro celebri, notatuque digna sententia, ac veluti diuina accipitur vnde dicimus, Oraculũ Catonis est, prout ad Pliniũ lib. 18. cap. 6. Inde illa reliqua oracula, Nequaquam agricolam esse, quisquis emeret, quod præstare ei fundus posset. Redeo ad propositum quæsitum, & negatiuè respondendum esse videtur ex supra adductis, ex quo viuæ uocis oraculum (iuxta terminos nostros) non est, quid commune, seu ordinarium, & concedi solitum, sed quid reseruatum, & speciali nota dignum, quo fit vt generalis dispositio id, quod speciali nota dignum est, non comprehendat. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ibi, Ea enim quæ notabiliter fiunt. ff. de iniurijs. ca. quia periculosum. in fine, de de sentent. excommun. li. 6. ca. ne aliqui. de priuil. eodem lib. Dominus meus Philip. Dec. consi. 271. in casu transmisso. in Additio. nume. 15. Corroboratur dicta opin. ex quo viua uox ipsius Papæ, qui Dei Vicarius ē, uox uera Dei habetur. Vox autem Dei uiua omnem sensum, omnem intellectũ, omnem fauorem excedit. nec est humanum illam audire, illaque frui paucis contingit, ut Nume. capite 12. Ore enim ad os loquor ei. & palam, & non per enigmata, & figuras Deũ uidet. psal. 43. Deus auribus nostris audiuimus. Et Esaiæ capite 6. in prncip. Vidi Dominum sedentem super solium, &cæt. & post, Et audiui vocem Domini dicentem mihi, quem mittam, &c. beatus Tho. in 4. dist. 24. Plura pro hac opin. adduci possent, quæ breuitati studens missa facio. Ego opin. affirmatiuam veriorem puto, redarguendosque censui quosdam Regentis Notarios, qui illa clausula, viuæ vocis oraculo, vti cessabant: omissisque pluribus argumentis, quæ mihi occurrunt, illa tantum ponderatio sufficeret, quæ est, quòd Papa parem reddit Regẽtem Camerario, omniaque Camerario ratione sui officij competentia cum ipso Regente communicat per verba tam clara, tam prægnantia, tam præcisa, rursus geminata ac repetita, & talia quę propositum quæsitum, & similia in partem affirmatiuam indubia reddant. Quòd si aliud diceremus maior pars verborum, imò & plurium clausularũ de quibus supra, superfluo, & absque aliquo effectu posita fuissent, quod absurdum omnino esset. ad §. quibus, in 1. const. C. gl. 1. in l. 1. ff. quod met. cau. Bal. super rub. C. de contra. emptio. q. 9. Et ne clausulæ seu verba absque effectu posita esse videri possint, impropriè & contra eorum naturam ēt accipi deberent. cap. sententia. ibi, Ne sententia effectu careat, de sentent. excommu. lib. 6. Bal. lib. 6. Bald. in cap. 1. de Capi. qui cur. vendi. colum. 10. Abb. consil. 32. circa duo, colum. 1. in fi. lib. 2. Præceptor meus consi. 38. & motiua, colum. 2. post medium, versi. Et ne verba reddantur superflua. Nec stringit illud, ꝙ clausula, viuæ vocis oraculo, non sit ordinaria, nec omnibus concessa videri debeat, id enim fateor, sed quia vt dixi, Summus Pontifex eandem iurisdictionem, eandemque autoritatem, potestatem &c. concedit Regenti quam habet Camerarius, cui dubium quin etiam concedat clausulas, & accessoria; prout contra dicimus

denegaro, sublato, extincto, seu irrito facto princi-
pali, & l. nihil doli. ff. de regul. iur. cap. si mona-
chus ad clericatum, 16. quæstio. 1. glo. in l. si patro-
nus. §. patronum, in versic. Fauianam, ff. si quid in
frau. patro. vbi quòd destructo principali omnes
clausulæ in eo contentæ corruunt. & cap. 2. in
glo. in versic. pœna. de preca. glo. fin. in cap. signi-
cantibus, circa medium. de offi. deleg. Non ob-
illud, ꝙ hæc viua vox sit illi diuinæ voci, de qua
supra similis: hæc enim similitudo nullo mo-
stitui potest, imò hæc clausula, viuę vocis oracu-
quoad quędam ordinaria est, & arbitrio Nota-
riorum ponitur. Verum vt omnia contraria
lantur, considerandum est, quòd intentio Sum-
Pontificis fuit Regentem talem præficere, qui
sius lateri continuè assisteret, vt supra tex. no-
quique concernentia huiusmodi officium in
sibi referre posset. Cui autem magis hæc facu-
seu potestas rescribendi viuæ vocis oraculo,
Regenti conuenire potest? qui continuè Papæ
stit, & qui omnia Papæ refert, prout in simi-
rat Gramma. consilio 13. in causa, nume. 14.
igitur præsentia, hæc relatio, hoc colloquium
sentiam ipsius Papę, ipsiusque viuam voce
cessario supponunt. Et quòd Cardinali asse-
bi aliquid demandatum esse viuæ vocis
lo Papæ, factum Papæ censeatur, conclu-
Alleg. 33. an frater minor confirmatus a
Cardinali viuæ vocis oraculo, &c. cum
bijcit, numero quarto, versiculo. An
eo, quod dicit factum viuæ vocis orac.
plura tamen ibi adducuntur, quæ parum
faciunt, & per Felin. in capit. ex parte, pri-
numerum decimumseptimum, de rescrip.
fert, & sequitur illam Alle. Lapi, asserens
dicere, quòd oraculo viuæ vocis Papæ fact-
let, quando de hoc constat secundum stil-
giæ. Verba Felin. & Lapi diuersa videntur,
tamen consentit quoad viuæ vocis oracu-
lum attendi, factumque viuæ vocis oraculo
operari, quàm si via ordinaria. An autem
vel plus sit committere negocium aliquod o-
nus, & viuæ vocis oraculo, vel per rescriptum
cultatem dare cognoscendi, & terminandi
regia, & an in primo casu, sicut in secundo
tia in scriptis ferri debeat, & sit locus clem-
de verborum significatione, prout in secun-
su sentit Bartol. in extra. ad reprimendum,
siculo figura. & concludit Corn. consilio du-
simoquadragesimotertio, volumine quarto.
solum annuo illam viuam vocem multum
ris habere etiam ex sententia Diui Hierony-
Episto. ad Paulinum presbyterum de omni-
uinæ historiæ libris, dicentis. Habet ne-
latentis energiæ viuæ vocis actus, & in aures
puli de autoris ore transfusa fortius sonat.
Meuius voce à Papa petat secum dispen-
uersis votis, & alijs conscientiam tantum c-
nentibus, & Papa viuæ vocis oraculo respon-
placet nobis: sufficienter secum dispensatur
ēt quoad omnia capita? quæsitum hoc ad li-
po-

Ac tam[a] in dicta Camera, quám[b] extra

ponit Hieron. Pau. in libro nuncupato, Prouinciale.folio 50.cōcludens pro affirmatiua, ꝓ qua adduci potest vulg. text. in §. sed & quod Principi placuit: Instit. de iu.natu.

a AC tam in dicta camera. Per hæc aduerbia tam,& quàm, ęquantur inter se illa duo loca, videlicet locus in Camera,& locus extra Cameram. Sic & per illa æquantur inter se actus diuersi, prout videre est in illis uerbis, Genes.capite septimo.in fin. Et deleuit Deus omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus: tam reptile, quam volucres cœli. Ex quibus apparet, quòd indifferenter omnia animalia deleta fuerunt eodem tempore,& ab eisdem aquis. Et licet aliàs sat differant inter se species istæ, quo ad interitum, tamen nulla constitui poterat differentia. Rursus diuersitatem horū animalium, auium videlicet & pecorum, nemo est qui ignoret, & tamen adeo prohibebantur Hæbrei ex lege Mosaica comedere sanguinem auium quàm pecorum, prout demonstratur ex ijs uerbis, tam,& quàm. Leuiti cap.7. Sanguinem quoq; omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auib. quàm de pecoribus. Differunt etiam populus, sacerdotes, & Leuitæ, omnibus tamen his pariter oblationem factam fuisse per Duces Iosuæ ostendunt verba 2.Paralipo.cap.35. Duces quoq. eius spontè quod nouerant, obtulerāt tam populo, quā Sacerdotibus,& Leuitis. Masculus item,& fœmina, qui inter se valdè differunt, si sint leprosi, vel qui semine fluunt, seu polluti super mortuo indifferenter,& æque à castris eijciuntur. Nume. cap.quinto, in princ. Et ꝙ per hæc uerba diuersa æquentur,& inter se paria reddantur in ijs, super quibus agitur, uel disponitur, seu statuitur, probat etiam ex text.in l.hoc legatum. de legat.3.in l.pro rede, post princ.ibi, Tam facti, quàm animi, cum ibi tradi.per Aretin.numer. 4.ff.de acquiren.hæred.in l.non solum.§.si mandato, ibi pleriq.aiunt, tam me, qui mandaui, quàm eum, qui suscepit iniuriarum teneri.ff.de in iur.per quem tex. ultimo citatum Bero.in quæst. familia.120. num. 11. infert, ꝙ dictio, tam, infert casum magis dubitabilē, dictio uerò, quam ponat casum nō dubitabilem: hæc tamen eius differentia ex illo tex. non probatur concludenter. Mādans enim delictum, illo peccato tenetur ut mandatarius, qui exequutus est. dicto.§.si mandato.& in princ. illius l. non solum. Bar.latè & alie.in l.sed si vnius. §. seruus meus. ff.de iniur.& ipse Bero.in quæstio.10.incipien.Titius.nu.1.

QVAM. Hæc dictio ultra effectum æquationis, quem operatur, sumpta, seu iuncta cum illa dictione, tam, electiuè ponitur in præallegat.l.pro hærede, iu princip. prout ibi per gloss.in uersion. quam animi.ff.de acq.hære. & plurib. alijs modis accipitur, vt per Archid. in c.eo modo, nu.1. de conse.dist.4.vbi dicit, ꝙ est electiua coniunctio, dic tu vel discretiua, vt diues malo esse, quā pauper. Et melior est mihi mors, quàm vita, prout Ionæ cap.4. Ecclesiast.30. Melior est mors, quàm vita amara. Tobię 6.in fi. Amore filiorum magis quàm libidinis ductus. Prouerb.c. 8. Doctrinam magis, quàm aurum eligite,& ad tex.in l. Seia. in fin.& ibi gloss. de mor.cau. dona.l.2.§.iur.ciui.ibi Valeat potius, quàm discere.ff.de orig.iur. Et subdit Archid.ubi supra, ꝙ est etiam coniunctio appellatiua. Item ꝙ est aduerbium comparandi, ꝓut 3.Reg.c.19. Neque enim melior sum quàm patres mei. Iob 7. Dies mei velocius transierunt, ꝗ à texente tela succiditur. Sapien.6. Melior est sapiētia, quàm vires,& vir prudens, quam fortis. Ecclesiasti.10.versus fi. Melior est, qui operatur,& abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane.l.3.in princ.ff.de offi.præfe.vigil. Item ponitur admiratiuè, prout in Cant.c.4. Quàm pulchra es amica mea.& post, Quam pulchræ sunt mammæ tuæ.& c.7. Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia Principis. Quàm pulchra es, & quàm decora. Sapien.12. Quàm bonus,& suauis est Domine spiritus tuus in omnibus. Eccles. 17. ad fi. Quàm magna misericordia Domini,& propitiatio illius conuertentibus ad se. Rursus & quātitatiuè. Addo ꝙ in cap.quàm sit ecclesijs, de electio.lib.6.capitur pro quantum, vt ibi per eundē Archid. Quintil.libro primo. Quàm in his quoq; libris erunt omnia compositiora,& quàm nos poterimus elaborata. Ita etiam accipitur 2. Regum. capit.6. versus finem. Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel. Sapien.4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Sumitur etiam ꝓ antequā. Suet.in Cæsare. Et pridiè quam occideretur in sermone nato super cœnam,&c. Item pro postquam siue ex quo. Liu.lib. 6. Iuppiter, atque Dij omnes hæc dederunt, ut T. Quintius dictator oppida nouem caperet die 20.quàm creatus erat. Item auget Deuteronom.capit.vigesimonono. Sed tunc quā maximè furor eius fumet. 3.Esdræ cap. sexto.in fi. in subscriptione Regis Darij, Ego Darius Rex decreui quàm diligentissimè secundum hæc fieri.

eam tot[a] & talia, quot,[b] & qualia[c] ipse

Aliquando pro nisi accipitur, vel prę terquam.l. non.n. ibi, Quam si cauerit.ff.de adoptionibus in l.fin.ff.de rerum diuisio.in l, de quibus.§. in uetera ta.ff.de legib. in l.si duo.§.Marcellus.ff.de iureiur.in l. consulta diualia, post princip.C.de testa.& Insti. de actio.in illius definitione. Quàm, recipitur nōnunquam ꝓ magis quam l.recusare, quæ est 6.§. Titius. ff. ad trebel.& ita interpretatur locum Reuerēdissimus D.Ant.Augusti.olim Rotæ Ro. Auditor dignissimus lib.Emendatio c.8. Quòd etiam ponatur pro potius quàm adduco, tex.in l.1.§.in causa. versic.

Alij tanta. ff. de quæstio. De dictione, quam, ui de per Vallam lib. 1. capi. 13. & per Luc. de Pen. in l. 3. versus fin. C. de meta. lib. 12.

a TOT. Antitheton, seu obiectum, vel contrapositum quot. Cicero secundo, de Orato. Quot homines, tot causæ. Idem de Arusp. respon. 13. Nego vllo de opere publico, de monumento, de templo tot senatus extare consulta, quot de mea domo. l. hæres. versiculo. Nam vbi sic venit. ff. de iudic. l. secunda. §. & cum placuisset. ff. de origin. iuris. Et sunt numeralia nomina inclinabilia.

b QVOT. Numerale nomen est. Terent. Phormio. secundo. Quot homines tot sententiæ. eadem verba habes apud Cicero de Finibus, libro primo, Quot mensibus, pro quoto mense, siue singulis mensibus, iuxta textum in l. cum hi. §. si cui versiculo. Vt inuicem eorum numerum quot annis, vel quot mensibus acciperet. ff. de transactionibus.

c QVALIA. Relatiuum qualitatis est, alicuius rei naturam declarans. Aristote. in prædicam. de qualitate, in princip. vbi qualitatem describit, secundum quam quales quidam esse dicuntur. Qualitas intellectu solo comprehensibilis est, quale autem sub censum cadit, vt ibi Ammonius declarat, dum differentiã inter quale, & qualitatem constituit ex verbis Aristotelis intelligemus quid velit Paulus Iureconsul. in l. certum. ibi, Qualis quanta ve sit. ostenditur. ff. si cert. petat. Aliquando vtraq; hæc verba exprimimus dicẽdo talia, qualia vt

pro tempore existens Camerarius ratione officij Camerariatus huiusmodi, percipit, & habet, seu

hic, & secundo Corinth. capit. quinto. Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Actuum capit. vigesimo sexto. ad fin. Fieri tales, qualis ego sum. & apud Cicero. quarto, Academ. Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis sit pilus alius. Virgil. 5. Eglo. Tale tuum carmen nobis diuine Poeta. Quale sopor fessis, &c. l. 2. §. quoad magistratus. ibi, Quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. ff. origin. iur. Nonnunquam horum alterum tantum exprimimus, prout apud Cicero. de Amicitia, Non sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Grecia nemine, &c. l. secunda. §. imperio, in pluribus locis. ff. de adoptio. l. prima. §. quædam, ff. de re diui. Et infinitè accipitur, Cice. 1. de Legib. Nulla gens est, quæ nõ, etiam si ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum censeat.

a PERCIPIT. Idest recipit, seu colligit, instar fructuum qui proprie percipiuntur. l. si ante di-uortio. versiculo. Apparet igitur ex his illo... ctus, quos mulier percipit, &c. ff. solut. matri... l. si quis nec causam, versic. Nam & si colo... post lustrum completum fructus perceperit, ... certum petat. l. si fundum, ad fin. C. de rei ue... l. 1. §. quædam, ff. de re rer. diuisio. l. Herennit... de vsur. l. si vsufructuatius, §. primo. ff. qui... vsu. amitt. l. si in pluribus locis, ff. de iu. fisc. Re-lia autem, de quibus loquimur, fructus quo... modo dici possunt. Percipere etiam pro c... adipisci, assequi, vel recuperare accipimus, ad ... in l. filia, §. filiusfa. & §. seq. ff. famil. ercisc. ... re alibi pro intelligere, l. 2. §. postea, ff. de or... iuris.

b ET HABET. Camerarius habet regalia: Camerario competunt regalia, prout dici... quis interdictum habet, & aliquis actionem ha-bet. l. sibi interdictum, vel actio competit l. ... ber, ff. ad exhibend. l. qui actionem habet. ff. ... gul. iur. Et ius habet. l. eorum. ff. de dam... fect.

a REGALIA. Iura Imperij dicuntur, quæ Principi, seu Regi reseruata. Bald. in cap. 3. ... leg. & est tex. in capitulo primo, quæ sunt re... vsib. feud. vbi late per Andr. Isern. & Aluarot. & latius per Matth. de Afflict. in rubr. & nigro, Corset. de pote. regia. quarta parte, quæstio. quadragesimanona, & sequen. Ius regaliorum, seu regaliũ olim maximum fuisse, ac quod magno de re fiscũ adiuuare posset. hodie autẽ non instar esse antiqui, quam uestigiũ & quasi quoddam monumentum, prout per Bud. in Annot. in Pandect. titu. tu. de offic. præfe. prætor. dum quid sint re... declarat. De regalijs vide capit. preterea. ... do. de iur. patronat. cap. generali, de electio... sexto, & vtrobique per glo. & Docto. ... Regalia tribus modis dicuntur, vide Gl. Pr... de Anna. §. voluit tamen, in uersicu. regaliæ. ... de Sel. de Benefic. parte secunda, quæstio. ... materia, numero vigesimosecundo, versicu... ibi dicunt. De regalijs latè etiam tractat ... tit. Aegid. Boss. Mediolanen. in sua praxi cr... galia insignia aliter sumuntur, & sunt qu... ut legitur in historia scholastica, uidelicet ... ra, fibula aurea, sceptrum, & Diadema. ... vt per Luc. de Pen. in l. temperent, post ... in versiculo, soli Principi, C. de vectig. ... bro vndecimo, vbi secundum Hug. decla... esse insignia, quibus excellentia regalis ... ostenditur, videlicet Anulus, per quem de... tur fides. Armilla, per quam bona op...

percipere & habe... potes... galia ... cipiat, habeat, in quib... uis b

sceptrum, quo iustitia. Gladius, quo uindicta: pur pura, per quam reuerentia; & diadema, per quod designatur in Rege gloria. Aliqua ex ijs regijs insi gnijs habes Hester c.4. prope fi. Mardochæus de palatio, & de conspectu Regis egrediens fulgebat uestibus regijs hiacintinis videlicet & acrimis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio, atque purpureo. Alia signa inuenies supra in Glo. Seruus seruorum, versicu. Et si non licet inferioribus uti colore vestium Principis. Regalia, de quibus hic, consistunt in quibusdam solutionibus, emolumentis, præstationibus, & recognitionibus faciendis, vt puta per publicanos, per cō ductores introituum Cameræ Apostolicæ (quos appaltatores vocant) alumnium, videlicet pascuorū, thesaurariorum terrarum ecclesię Romanæ, & aliarum rerum. Regalia an princeps concedere possit tracto in capit. primo, numero 12. de probatio.

b QVIBVSVIS. Hæc dictio uniuersalis est, omnia includens, etiam diuersa, & maiora expressis. clemen. 1. in princip. de re iudic. cum gloss. in versiculo, quauis. clemen. prima. cum glo. in versiculo. quouis modo, de reb. eccle. non aliena. Alexan. consilio 155. visis, libro secundo. column. 2. versicu. Sed Dom. Matthæus, iun. versiculo. Eccè quòd testator. ubi infert, quòd idē denotat dictio, quiuis, quòd dictio omnis. & consilio trigesimo. ponderatis, numero decimoquarto, volum. quinto. Rot. 612. si Papa, in ant. ubi de clausula, quouis modo. & dec. 27. fuit dubitatum, in vlt. Addi. & dec. 28. in no. Fel. in tract. lite. Aposto. con. patro. in 4. Ampli ver. Sed profect.

rebus a

a REBVS. Rei appellatio latissima est, etiam iura comprehendens. l. rei appellatio. & l. rei appellatioe, ff. de verborum significatione. & Institut. de reb. corpo. & incorpo. Bar. & alij in l. 1. ff. de sta. homi. & in l. Quintus. 2. §. fin. ff. de au. & argen. lega. Lauren. Sylua de Feu. recogni. quæstione 105. numero trigesimoquinto. in versiculo. rem. Vsusfuctus etiam appellatione continetur. l. prima. §. quædam, ff. de rer. diuis. l. fin. C. de re. diso. l. fin. C. de reb. ali. non alie. & prælle. titu. Instit. de reb. corpo. & incorpo. Et quòd etiam immobilia rerum appellatione veniant, Gemin. & Frā. post princ. in cap. cum secundum, de hæreti. lib. 6. Rerum appellatione serui etiam cōtinentur. l. omnia, §. fin. ff. de lega. 2. l. fin. ad fin. C. de verborum significat. §. 1 re legata. iunct. gloss. in uersic. si res. Insti. de leg. & per Dom. meum Phi. Dec. in l. 1. in secunda lecu. numero septimo. ff. si cert. pet. Tiraquel. in repet. l. si unquam. glo. donatione largitus, post numerum 323. C. de reuoc. dona. Res pro facultatibus, §. primo, ibi, Res eius, quas sibi acquisierit. Instit. de hęred. quali. & differen. Et pro facultatibus, seu diuitijs accipi debet illud Horatianū sermo. libro secundo. Saty. 5. Et genus, & uirtus nisi cum re vilior alga est. l. 1. cum glo. ff. de appella. reci. l. 3. versiculo. Res enim patronorum. cum gl. ff. de mune. & hono. Res pro persona. cap. dixit Sara. ibi, Nec ante legem ulla est rei damnatio. trigesimasecunda. quæstione quarta. Dom. meus in cap. secundo. in secunda lectu. in princip. de consti. Cōtra verò uidetur ex tex. in l. 1. & 2. ff. de statu homi. vbi personæ, & res, pro diuersis ponuntur, & in l. serui electione, §. primo, ibi cum res, aut persona legatur, vbi Ias. colum. secunda. versiculo. Secundo pondera, ff. de legatis primo. & ibi gloss. fin. in l. hoc iudicio, ff. famil. ercìscun. Tiraquel. vbi supra numero 324. Res pro hæreditate seu patrimonio l. tertia. §. bonorum. cum gloss. in uersiculo. rei ff. de bono. poss. l. posthumus. ibi, Remque obtinebit, iuxta Pandect. Floren. uel etiam iuxta vulgar. lectu. ibi, hæreditatemque obtinebit, iun. gloss. in versiculo, hæreditatemque, aliàs remquè. ff. de iniu. & irri. testam. l. fin. §. qui indiuisam cum fratre suo rem habebat, cum glo. ibi, iuxta 2. interpret. ff. de legatis secundo. Item pro proprietate. l. penult. ad fi. iun. gloss. in uersiculo, ipsa res. ff. uti possid. & sequen. Res pro facto, ut res ita se habet, l. pater filio, §. quoad uim. ff. de hæred. instit. Et de qua re, idest sup qua facti specie. l. prima §. Quid enim. ff. de appellat. Item pro quæstioae ponitur, l. Herennius, versiculo. Igitur in re facta, cum glo. in versiculo, in re, ff. uego. gesto. l. Mela, §. quidam, ibi, Ea res agi proponebatur, ff. de ali. lega. cum gl. in uersiculo, res l. si quis obrepserit, quæ est 29. cū glo. ff. de fals. Res pro lite. l. 2. §. si pupillus, iunct. glo. in uersiculo, rem. ff. de tut. l. Pomponius, ff. de re iudic. Rursus pro causa. l. secunda, uersicu. Nec iudicem dum recognoscit. ff. de in ius vocand. l. j. §. si quæ. versicu. Sed & si qua re gesta, vbi gloss. exponit causa agitata, C. de Iusti. Codice confir. l. rei appellatione & causæ, & iura continentur, ff. de uerborum signific. l. deinde, versiculo. Cæterū cessat, iunct. glo. in versiculo, rem. ff. de libe. exhi. l. iudicatum. cum gloss. ff. iudi. sol. Insuper pro instantia. l. si procurator agit. §. primo, cum gloss. in versiculo, res. ff. de don. excep. Res pro stipulatione. l. quoties, quę est 81. ff. de verborem obligatio. cum glo. in uersiculo, rem. Item pro obligatione. l. si debitor, quę est 91. cum gloss. ff. de solutio. actione, l. & si fideiussor, cum gloss. in uersiculo, rei, ff. de re iudic. Item pro proprietate, l. secunda, versiculo. Quæ dum interdicta rei persequutione contineat, cum glo. ff. de interdi. Res pro æstimatione, uel pretio, iuxta tex. in l. fin. ibi, Rem non excedunt aureorum quinque, ff. de bon. damn & in §. quo genere. infra citando, cum glo. in versiculo. res. Et accipi debere uidentur verba illa. l. & uno, quæ est 18. ff. de acceptilatio. Quanti quequæ earum rerum res erit &c. Et pro sumptu. l. cum uir. ibi, Rem seruari posse, ff. de do. mat. except. & ibi glo. & Institut. qui. mo. tolli. oblig. §. quo genere. ibi, Quanti quæque earum rerum res erit. pro impensa ponitur in l. cum uir. & ibi glo. ff. de do. ma. except. Item pro quantitate. l. generali. ibi, In quacumque re. C. de sacrosan. eccles. l. certum. uersic. Item qui rem confessus est, vt certā quantitatem confiteatur. iunct. glossa, in versiculo, qui rem. ff. de confessio. & l. prima, iunct. glo. in uersicu. rei.

quę exponit idest debiti, uel quantitatis. ff. qui. ex cau. in poss. ea. Insuper pro obligatione. l. cum res. cum gl. 1. C. de prob. pro pignore item. l. habere, quę est 188. cum glo. fin. ff. de uerborum obligat. Res pro negocio. l. iudices. cir. med. & auth. apud eloquentissimum. in fin. C. de fid. instr. Amplius ꝓ utilitate capitur. Teren. Hecy. 1. Ita Dij, Deæque faxint si in rem est Bacchidis. vel expone si magis expedit Bachid. Hora. Saty. 6. Sermo. libro secundo. Ex re fabellas. vbi exponunt ex utilitate. l. pupilius. quæ est 239. §. munus. cum gl. in ver. rem quæ. ff. de uerbo. signi. Et pro auxilio. d. l. auxilium. §. oppidum. iun. glo. in uer. rei. Res pro ueritate. Cic. pro Roscio Amerino. Vides Eruci quātum distat argumentatio tua a re ipsa, atque a ueritate. Terent. Adelph. 4. Id si quod res ipsa fert. l. 1. cum gl. in ver. uel rem amouerint. quæ exponit idest ueritatem amouerint. ff. ad leg. Corn. de fals. l. quoties propterea iuratur. & ibi glo. ff. de iureiu ran. l. 2. §. si à pupillo. ff. pro empto. l. sæpe, quæ est 53. ff. de verb. sign. l. quod si dubitet. iun. gl. in uer. in re, idest in ueritate. ff. de acq. hær gl. 1. iuxta primā deriuationē. in l. 1. ff. de duob. reis Arch. in c. ante omnia. nu. 4. 40. disti. ubi etiam ponit alia significata dictionis, rei. Pro quibus vide Alberi. in suo Diction. in uer. rei Gloss. Pragma. de nume. Card. in uer. re. Gomes. latè §. in omnium. a num. 20. vsque ad 25. Insti. de actio. Luc. de Pen. in l. facultas. colum. 4. in uersic. rei. C. de iur. fisc. lib. 10. & sup rub. C. ne fiscus. rem quam uendi. in uer. rem. eod. lib. 10. Moder. Bonon. in cap. cognoscentes, nu. 1. & 2. de consti. & in cap. in præsentia. num. 531. de probatio. Rursus rei vocabulum augumenta, diminutionesque contiuet. Alcia. in repetit. l. uni. col. 6. num. 20. C. de eo quod inter. Et in summa nomen rei (ut præmisi) est generale comprehendens tam corporea, quàm incorporea, ac tam substantiam, quàm qualitatem, & omue aliud prędicamentum, prout in l. prima, & ibi per omnes, ff. si cert. pet. & nouissimè per Albertum Brun. in tract. Augmen. in prima conclusio. principa. post numerum 9. versicu. Insuper nomen rei. Res omnes, aut incomplexæ, vel simplices sunt, aut complexæ, seu compositæ. Res simplex erit Plato. Composita verò, Plato currit. Ad rerum explanationem sunt conceptus, voces, & literæ, prout per Philosophum circa principium, libro de interpretatione, tex. secundo, ubi etiam Ammonius declarat. Rem gerere propugnare, accepit Plinius lib. tertio. inquiens. In Arabico sinu rem gerente Cæsare Augusti filio &cęt. idest, belligerante, vt declarat Bud. super l. desertorem. §. in bello. ff. de capt. & postlim. reuer. Ee re debitoris idest occasione rei debitoris. l. prætor ait. §. quod de fructib. iun. gl. in ver. ex re. ff. de bo. aut. iu. pos. Re exigente, idest æquitate suadente, seu dictante. l. 1. cum gloss. sub hoc ver. C. de in ius uocan. Corset. in suis singu. sub eodem uersicu. ubi infert ad statutum, quod testamentum ualeat cum sex testibus, & re exigēte cum quinque. Hos modos loquendi, res suadet, habemus in l. diuus, quæ est 9. ff. de quæstio. Et res exigit. in l. de minore, quæ est 10. ff. eod. Dicimus etiam Ad re[m] pertinet pro non facit ad rem, uel non exped[it] extraneo, quæ est 17. in fin. eod. titu. ff. de quæ[stio.] Res integra, seu causa integra dicitur, in qu[a ni]hil actum est, seu quasi vsi non fuimus, lic[et] Teren. in Hecyra actu. 1. Aliàs, ut uti possim [cau]sa hac integra.

Doctrina om-

& negocijs a C[...]meralibus b

nis etiam sacræ paginæ (ut inquiunt Diuus [Augu]stinus, de Doctrina Christia. & Magister se[n]licet, Petrus Lombardus Episcopus Paris[iensis] princ. libro primo. distinctio. 1. dum de M[yste]Trinitatis tractat) circa res, uel signa præcip[ue uer]satur. Doctrina igitur omnis uel rerum est, u[el si]gnorum, sed & res per signa discuntur. Res [pro]priè appellantur, quæ non ad significandu[m ali]adhibentur. Signa uerò, quorum usus est in [signifi]cando, quibusque significandi gratia utimur [...] ne igitur signum res aliqua est. Quod enim [non] res est, omnino nihil est, non autem e diuer[so om]nis res signum est, quia non adhibetur ad [significan]dum aliquid. Res aliquæ sunt, quibus fru[endum] est, quæ nos beatos faciunt. Aliæ quibus [utendum] est, quibus si ad beatitudinem tendamus [adiuua]mur, & quasi adminiculamur, ut ad illa[s quæ] nos beatos faciunt peruenire, eisque in[hære]simus. Aliæ res fruuntur & utuntur, & [...] Frui autem (ut idem August. libro, 1. c. [...] sequen. de Doctri. Christi. ac Magister [...] supra, inquiunt) est amore alicui rei inh[ærere] propter seipsam, uti verò id, quod in usum [ue]nit, ferre ad obtinendum illud, quo fruēdum [est]: abuti est, non uti. Fruimur rebus cogni[tis, qui]bus ipsis propter se uoluntas delectata con[quie]scit. Vtimur autem eis, quæ ad aliud refer[untur, quo] fruendum est.

a NEGOCIIS. Expone ut supra in §. co[...]rantes, in uersiculo negociorum. Negocium [...] opponitur, & utroque opus est. Otium [...] magis expetendum est. Hinc Socrates otiu[m] possessionum omnium pulcherrimam lauda[t], ut in simposio testatur Xenophon, & Diog. La[ert.] in uita Socratis. Negotium est cum labore, & [...]tu, otium habet in se uoluptatem, & felicita[tem]. Et qui negotiatur alicuius gratia, negotiatur [...] sibi desit. Non solum in negocio recte, sed [...] in otio laudabiliter uersari conuenit. Omnia [...] habes etiam apud Aristo. libro octauo. Polit[ic.] tertio. Otio tranquillo fruuntur philosophi [ni]hil curantes, prolixius ne, an breuius loqu[antur,] modo ueritatis compotes fiant: causidici [...] negocio positi sunt, & temporis angustijs [...]do solicitantur ut docet Plato lib. 12 cui [...] Thætetus uel de scientia.

Negotium apud Rethores describitur [...]ctum, de quo quæstio est. Et quæ sint con[...]tia cum ipso negotio, quę in gestione nego[tij con]siderentur, quæ sint negotio adiuncta, quæ [...] negotium sequantur, declarat M. Tullius de [...]tione.

tione, dum de Confirmatione tractat.

b CAMERALIBVS. Ex hac dictione restringuntur verba generalia præmissa, quæ (vt dixi) nihil excludebant sub dictis verbis, videlicet. Quibusuis rebus, & negotijs. Verum ne quis putaret Papam intellexisse de omnibus rebus, & negocijs quæcunque essent, additum fuit, Cameralibus. Dummodo igitur res sint Camerales, vel negocia sint Cameralia, quæcunque sint hic comprehendentur, non autē alia negotia, seu res non Camerales, restringuntur enim in suo significatu omnia illa præmissa, et sub quacūque generalitate posita ratione adiuncti, ad l. fin. §. dulcia. ff. de vin. & ole. lega. l. pediculis. §. item cū quæritur. & ibi gl. in ver. non videri. ff. de aur. & argen. lega.

& etiam [a] pecuniariis, ac contractibus [b]

a ETIAM PECVNIARIIS. Dubitari potuisset an Regēs interuenire deberet, seu posset in Camera, vel alibi in rebus, seu negocijs, in quib. tractaretur de pecunijs puta exigendis, erogandis, distribuendis, soluendis, uel mutuo accipiendis, etiam sub vsuris a mercatoribus, vel data aliqua recognitione. & nisi de pecunijs hic facta fuisset mentio ex duplici capite hæsitari potuisset, an Regens ab ijs exclusus censeri deberet, ex tex. in l. pecuniæ appellatione. & l. sequen. & l. pecuniæ verbum. ff. de verborum signifi. & in illa disputatione, quam faciunt Docto. in l. cum taberna. §. fi. ff. de pign. Romā. singu. 605. accipio a te pecuniā. Alexan. in l. si constante. in 3. quæstione 3. quæst. princip. numero vigesimoseptimo. ff. solut. matrimon. vbi quærunt, an sub obligatione generali veniat pecunia. Alterum, quod magis dubium videri potuisset, erat, quòd propria, præcipua, & prima cura ipsius Camerarij consistebat, consistit, & versatur circa pecunias, & ipsius Cameræ redditus, & thesaurum, prout ostendo supra in §. volentes. Cum circa hæc specialiter prouisum esset, nulla quæuis etiam generalis prouisio, vel dispositio illa respicere poterat. ad l. Stichis nutricis. in princip. ff. de alim. lega. l. cohęredi. §, qui patrem. ff. de vulga. l. decurionibus. cum glos. 1. C. de silentia. lib. 12. Bald. in l. non plures. in fin. C. de sacrosanct. eccl. Quid autem veniat pecuniæ appellatione tractaui supra in §. nos qui. in versiculo, pecunia,

Etiam, dictio nonnunquam accipitur pro quāuis. l. si cum fundum, quę est 136. cum gloss. ff. de verborum significat. Etiam, particula est item consentientis, sicut dictio non est negātis Plyn. in episto. studes inquam? Respondit etiam. In euangelio intellixistis hæc omnia? dicunt ei, etiā. l. 1. ff. de verborum obligatione. Et responderit; Quid ni, etiam.

b CONTRACTIBVS. Contractus propriè diciturquando est ultro, citroque obligatorius, puta emptio, venditio, locatio, conductio, societas. l. Labeo. ff. de verborum significatione. vbi etiam videatur Guil. Bud. in Annota. l. contractus. C. de de fide instrumentorum. Altero modo sumitur largè continens omne pactum, ex quo obligatio nascitur, etiam si alter tantum obligatur. l. omnes. ff. de iudi. l. vni. C. vt actio. ab hæredi. Luc. de Pen. in l. mediterraneæ. colum. 2. versi. Dic contra, nam testamentum dicitur contractus. C. de annot. & tribu. libro decimo. quod verum est impropriè: propriè autem contractus non comprehendit testamentum. l. verba contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad ius testandi. ff. de verborum significatio. & glos. in l. testamentum. C. de testamen. Transactio etiam venit appellatione contractus. l. cum te C. de transactio. Et quòd contractus generale sit nomen, uide tex, in cap. fina. & ibi glo. in versicu. seu contractus. de for. compe. & voluit Ioann. de Ligna. de censu. eccl. §. 15. in prin. Vtcumq; hic sumatur, non refert propter alia uerba posita, quæ sunt latissima.

& alijs [a] scripturis [b] in eadem Camera

a ALIIS. Hæc dictio implicat, & similitudinē designat, ac refert diuersum in substantia, sed idem in qualitate. l. fugitiui. C. de seruis. fugi. cum gloss. fin. cap. sedes. ubi omnes, de rescrip. Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. numero secundo. ff. si quis cautio. Sozin. consilio 104. quoniam. numer. primo, libro tertio. Rot. 838. Papa cōcessit, uersus finem. in antiq. sequitur quòd cum hic dicatur, & alijs scripturis, uel quòd omnes cōtractus sint scripturę, seu in scriptis fiant, vel saltem quòd hic cōprehendantur illi tantum, qui in scriptis fiunt, ad. l. cum res. iunct. glos. prima. C. de probatio. & l. cōtractus. C. de fide. instru. Potest responderi quòd dictio, alius, non semper similitudinem denotat. ad tex. in cap. officij. versus finem. & ibi Abb. in 2. not. dicens quòd quandoque denotat diuersitatē in substantia, & qualitate. de pœnitent. & remiss. glo. in alle. c. sedes. in ver. maiores. versus finem. cum qua transeunt Abb. ibi in fin. & Imo. in clem. 1. de rescript. colum. 2. numero septimo. Vel respōdeo, quòd qualitercunque contractus capiatur, alia verba quæ Papa præmisit, sunt adeo generalia, & prægnantia, vt omnia penitus comprehendant.

b SCRIPTVRIS. Idest instrumentis: sic & in l. cum res. C. de probatio. & in l. cum instrumentis C. de fide instrumentorum. Ita interpretatio differentiam constituere poterimus inter scripturam, seu instrumentum, & contractum, sicut inter continens, & contentum. l. rerum mixtura. & l. eū qui ædes. ff. de vsucap. Instrumentum igitur erit scriptura notarij, de partium conuentione, contractus uerò, est ipsa conuentio, vt declarat Bart. in l. si quis legatum. colum. secunda. versiculo, aduerte appello. ff. ad leg. Cornel. de fals. Baldus in l. vltim. C. de fals. cau. adiect. lega. ubi dicit differentiam esse inter contractum dotis. & instrumentum.

tum dotis.Idem Bald.consil.444.ad euidentiam. in princ.lib.1.Anto.de But.& Abb. super rubr. de fi.instrum.Alex.consil.122.viso.colum.1.ver sic.quod etiam alia.lib.2.Non tamen negauerim, quin contractus pro instrumento capiatur, & cõtra.l.2.C.quæ res pigno.oblig. poste. cum glo.1.l. 1.§.1.cum gloss.in versicu.habitationem.C.com mo.Pau.Castren.consil.44. colum.1.lib.1. Quod maximè procedit ex communi vsu loquendi.vt per Andr.Tiraq.de vtr.retract.de Retrait,& Lignaer.§.2.num.1.cum multis sequen.Vel expone scripturis,idest scriptis,siue publicis,siue priuatis. Cice.lib.3.Retho.ad Heren.dum de Motu corporis loquitur,Non sum(inquit) nescius quantum susceperim negotij,qui motumcorporis exprimere verbis,& imitari scriptura conatus sim voces.c.2.& 2.de fid.instrum.siue continentibus cõputorum, seu administrationis redditiones, siue obligationes,vel legata.l.talis scriptura.ff. de leg. 1. De scriptura priuata, quæ triplex est,vide per omnes in l.admonendi,ff.de iureiur.& per Lanfran.in cap.quoniam contra,de proba.dum de fide instrumentorum tractat,num. 54.An autem in strumenti appellatione veniat scriptura priuata,& appellatione scripturæ veniat liber rationum,& pro alijs præmissis vide omnino Specu. de Dilatio.§.nunc dicemus,versi.item no.per l.1.de fid. instrum.Fran.Aret.consi.51. videbitur dicẽdũ. & Ludo.Roma.consi,23.incip.nescio quid.scripturas hic(iuxta bonorum autorum sententiam) accipere etiam possumus pro ijs, quæ ex pascuis publicis pensitantur,seu prouectigalibus,vel mãcipum idest principum publicanorum rationib. Sic Cice.in Verrem Actio. 3. Furta quoque istius per multa nominatim ad socios perscripserat, eaque sine portario Siracusis erant asportata.Portũ autem,& scripturas eadem societas habebat.Idem pro Lege Manilia.Nam cum hostium copiæ non longè absint,& irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur,agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit.Ita neque ex portu,neque ex decumis,neque ex scritpura vectigal con seruari potest.& per Bud.in Anno.ad l.qui fideiussor existit apud mancipem.ff.loca.Hæc declaratio

per personas [a]

quantum adCameram Apostocam attinet,vbi hæc frequentia sunt, optima videtur. Inter omnes scripturas criptura sacra melior,dignior,& vtilior est, in qua omnis homo inuenit,quicquid ei necessarium est ad salutem,& ad huius mundi monstra superanda. Hinc dixit beatus Chrisosto.super Matthe.22. In scripturis sacris inuenit ignorans quid addiscat, contumax quid teneat,laborans quo præmient: pusillanimis quo nutriatur,famellicus conuiuium, vulneratus remedium,impinguatus refrigerium. Et dixit August.super Genes,cap.3. quòd scriptura sic loquit quòd altitudine superbos irrideat, profunditate attẽtos terreat; virtute magnos pascat,ac stabilitate paruulos nutriat. Scripturæ sacræ origo est ab ipso Deo.Exo.31.Reuersus est Moyses de monte portans duas tabulas scriptas digito Dei. Ex tãtæ est auctoritatis, vt de ea scriptum sit,Donec trã seat cœlum,& terra iota vnum,aut apex vnus nõ præteribit.Matthe.cap.5. Item cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.Io. 10. Sæpe inuenimus hæc verba iuxta scripturas exponunt, idest,iuxta testamentum vetus, vel nouum, vel iuxta Ecclesiæ Catholicæ dogma

a PER personas Camerales. Illa dictio, per,causam instrumentalem denotat.l.post mortem,ad finem.ibi,Nec per alium.ff.de adoptio.& declaraui supra, in §.Ac etiam,in versic.per.Aliquando perfectionem significat,l.Vrbana,§.pernoctare.ff.de verborum signif.l.2.in princ.ff.de adult.præalle l.post mortem,in fin.ibi, Solemnitatem perage: potest.ff.de adoptio.l.omnes populi.ibi, peræq custoditur,ff.de ius.& iur.cap.veniens.2.cum gl. in ver.pernoctare,de sponsa.cap.si constiteris,cum gl.in eo.ver.de accusa.Seneca in Tryeste,Leue est miserias ferre,perferre graue.Hinc persuadere dicimus,perorare.Permanere,ad finem vsque manere.Plin.Tunc demum lentè,cunctanterque veniut nec tamen permanent,sed ante finem recedunt, qui concubinam,cap.cum ita legatum, ff.de lega. 3.Tiraq.in repe.l.si unquam,in ver.reuertatur,nu me.194.C.de reuoc.dona.Rebuff.in Glo.conc. de collatio.c.1.in ver.decennium,ubi etiam quod continuationem temporis designat,prout per Archidiaco.in cap.cum contumacia,in versic.per annum,de hæret.lib.6.Lap.Alle.47.factum,post numerum tertium.versic.Ad idem faci, vt addidi. Vide Ioan.And.in addi.ad Specu. de Teste,c.nunc videndum.in 1.Ad di. Vide text.in l.2. & ibi per Salyc.numero octauo.C. de iu.emph. per Soc.cons.42.in casu restitutionis,libro primo num.3.Glo. Pragma.de collatio.c.1.cum,in ver. decennium. Per, nonnunquam exponimus propter.l.2.iun.gl.1.ff.de aqua.plu.arcẽ.l.libertas.ibi ac per hoc seruare, ff.de sta.homi.Archid.in c. doctos, probos.16. quæst. 1. Personæ Camerales duobus modis accipi possunt, vel ut intelligam. de Commissario, de fisci Aduocato, seu procuratore, & similibus, qui

Camerales etiam [a]

Camerę,& fisci negocia gerunt, & tunc præpositio,per, stat ppter & causam instrumentalem designat, vt dixi: per manus enim talium negotia,res,contractus, scripturæ tractantur,& conficiuntur. Vel ostendit his intercessoribus existentibus,vel istis operantibus negotia Cameralia terminantur. Si verò per personis Cameralibus Gubernatorem vrbis, Cameræ Præsidentem, ac Clericos accipimus, tunc dictio,per,potius sumi videretur pro coram,vel coram illis,ipsisque assensum, & auctoritatem præstantibus præmissa tractentur, conficiantur, terminentur.Et quando sunt res graues interueniunt Camerarij. Vel etiam tunc propriè acciperetur, vt ipsæ personæ Camerales essent causa efficiens. Rursus exponere possumus per personas Camerales(& sic omnes comprehendantur)id est beneficio personarum Cameralium,ut apud M.Tull. pro Roscio Amerino.Per vos vitam,& famam ...

teſt

test obtinere.& per eundem ad Terentiam. Romę uos esse tutos posse per Dolobellam.

a ETIAM. Oculis (ut aiunt) linceis intuenti duo occurrent casus, unus expressus, alter subintellectus. item unus dubitabilior, alter minus dubitabilis. Casus expressus, & magis dubitabilis est, quando de mãdato nostro.s. Papę. Casus subintellectus, & minus dubitabilis est, quãdo non de mãdato nostro. Quomodo autem hæc mea ponderatio procedat, & probetur, ostendo ex illa dictione, etiam, quæ adiicitur casui, seu propositioni magis dubitabili, minusq; dubitabilis implicatur. ad text. in terminis, in ca. vni. in princi. de cõmo. vni. declara. Io. Andr. ibi, colu. 1. in ver. etiam. Tex. ille dicit, quòd gratia sui tantum cõmodatum accipiens, tenetur etiam de leuissima culpa, implicat ꝙ teneatur de lata, & leui. & est tex. in ca. vni. post prin. ibi, Etiam si Episcopus interesse habeat, vbi ampliatur decisio præmissa ad casum magis dubitabilem. ne se. vacan. li. 6. & ad ea, quę adduxi supra in alia Glo. in ver. etiam.

de mandato nostro, ac pro tempore existentis

a MANDATO. i. commissione. Salustius. C. Manilius ex suo numero legatos ad Martium Regem mittit cum mandatis huiusmodi. l. 1. & toto tit. ff. manda. & C. & Insti. eo. Mandatum item accipitur pro delegatione iurisdictionis. l. obseruare. §. fin. l. aliquando, l. solent, & l. legatus, ff. de offi. procons. l. 1. §. qui mandatum, & ibi Ludo. Roma. post nume. 3. versic. Et nihil differt inter mandare, & delegare. l. manda ta iurisdictione, & l. penult. ff. de off. eius, capit. eam te, de rescrip. Mandatum item pro decreto, seu constitutione Principis sumitur. l. 3. versic. Nam & in mandatis Principum est. & l. obseruandum, vers. Vnde mãdatis adiicitur, ff. de offic. præsi. l. uni. ff. de off. præfe. Augusta. & l. vni. C. de manda. Princip. Nonnunquam mandatum pro præcepto sumitur, seu iussu, præsertim quando fit, seu dirigitur subditis, uel in potestate mandantis existentibus. Deuteron. cap. 31. Faciesq; uniuersa mãdata, quæ ego præcipio tibi hodie. & post, Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est. Hester 2. Nec dum prodiderat Hester patriam, & populum suum iuxta mandatum eius: quicquid enim ille ꝑcipiebat, obseruabat Hester. Prouerb. 10. Qui custodit mandatum, custodit animam suam. Ecclesiast. 29. Peccator transgrediens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam. clem. 1. ibi, ipso Papa specialiter, & ex certa scientia id mandante. de iudi. & ibi ad hoc no. illũ tex. Cardi. in 8. not. l. 1. versic. Sed si mandauerit, ubi glo. in ver. ex hoc, & Pau. Castren. qui clarius loquitur, num. 2. & 6. ff. quod iussu. est tex. in procœ. Insti. §. cumque hoc. iun. glo. in uer. mandauimus, quæ exponit præcipimus. & in l. si quidem, Imperator pro eodem accepit uerbum, præcepit, & mandauit, C. de actio. & obligat. Barba. in ca. mandatum, in 1. not. colum. 2. de rescri. ubi quot modis accipiatur mandatum. Aliqui differentiam constituunt inter mandatum, & præceptum, prout glos. Bart. & alij in l. sæpè. ff. de offic. præsid. & est text. in l. etiam. & in l. si mandator, ubi hæc tanquam diuersa ponuntur, C. qđ cum eo, qui in alie. ca. fin. iuncta glo. fi. 14. q. 1. l. omne verbum. & ibi Bartol. Ias. in 1. nota. C. commu. de lega. Abb. & alij in præalleg. cap. eam te. de rescrip. sic differentia constituitur inter mandatum, & iussum, vt illud non inferat necessitatem, hic su. glos. in §. sed hoc verè. in ver. iussu. in princip. Instit. de Attilia. tuto. & glo. in ver. iussione. in §. seq. Nonnulli dicunt mãdatum esse quoddam medium inter præceptũ, & consilium, ꝙ sit vltra consilium, & citra præceptum. Archidiac. in cap. penult. & vlt. 14. quæst. 1. Abb. in d. cap. eam te. & ibi Fely. ante numerũ 12. vbi plura de mandato, & præcepto ponit a num. 9. vsque ad 12. & ibi Rip. num. 18. & seq. tractat, in quibus differant, & conueniant inter se mandatũ, & præceptum. Differentia etiam constituitur inter mandatum, exhortationem, suasionem, monitionem, & demonstrationem, prout in l. ob hæc. iun. glo. in ver. exhortatur. ff. de his qui notan. infam. Et quando hortatio æquipolleat præcepto, seu mandato, vide tex. in clemen. 1. iuncta glo. in ver. exhortamur. de testi. Et de verbis hortatiuis Principis, vide Fely. in cap. præterea. post num. 8. vers. Vnde dicit gl. de spons. Iuxta tex. nostrũ illa verba, de mandato nostro, &c. omnes pręmissas expositiones, seu declarationes comprehendent, & sic siue Papa cõmiserit, siue delegauerit, siue præceperit, pręsertim quia subditis sub sua potestate existentibus mandat. ad supra adducta, vide etiam quæ dicam in 1. com. in ver. committere.

Romani Pontificis a

a ROM. PONTIFICIS. Papa dicitur Romanus Pontifex, prout in cap. 1. §. ꝙ si sola. de excep. c. primo. de consti. lib. 6. in cap. si gratiosè. de rescri. eod. lib. Appellatur etiam Romanus Episcopus seu Vrbis Romæ Archiepiscopus, & alijs modis, de quibus supra in superscriptione. in uer. Episcopus. De collegio Pontificum apud Romanos, habemus text. in l. 2. §. postea ne diutius. uers. Omniũ tamen harum. ff. de orig. iur. & de Pontifice maximo in eadem l. & §. post hos Q. Mutius Publij filius Pontifex Maximus. Et de Pontifice est etiam tex. in l. 2. ff. de in ius voc. Et Reges Sacerdotum, seu Põtifices maximos, qui sacerdotibus pręsunt, habes apud Aristot. Politico. lib. 6. ca. 7. Et de Pontificibus est tex. in l. fin. ff. de mor. inferen. utrobiq; tamen malè glo. interpretatur, prout per doctum, & fidum interpretem Gui. Bud. in Annota. in Pandect. super l. 1. ff. de iust. & iu. vers. Similis est ignorantia Accursij. Defendere possumus Accursium, ꝙ posuerit exẽpla suo tempore melius percipienda, Imò quod plus est, & tempore Romanorum, & diu ante, Pontifices etiam maximi cogniti, & prout successiuè fuerunt præfigurati erãt, a Deo enim instituti fuere. Exod. capit. 28. Leuit. 8. & distinct. 21. in princip. De Pontifice etiam Romano, & de Papa, ac de utriusque etymologia plura uidere

licet

licet apud Sarnen.in cap.1.de constitu.lib.6.

a QVOMODOLIBET. Hæc, & similes dictiones dispositionem ampliant, & extendũt etiã vsque ad impro-

quomodolibet [a] conficiendis [b] per se, vel

prietatem.cap.indemnitatibus.§.si qua uerò.vbi Ioan.Andr.super ver.quomodolibet. ante num.2. de elect.lib.6.& ibidem Geminia. Idem Io.And. in cap.statutum, §.in nullo. in ver.quomodolibet. de rescrip.eod.lib.§.penult.in eo.ver.de cler.ęgro. dicto lib.clemen.2.versic.ne igitur excessum. cum glos.in ver.quomodolibet. de senten. excommu. De hac dictione loquuti sumus supra. §.& in ipsa. sub hoc ver.

b CONFICIENDIS. Expediendis, perficiendis, construendis, executioni demandandis. sic Exod.cap.5. Nequaquam dabitis vltra paleas populo ad conficiendos lateres. Teren.in Phorm. Bonas me absente hic confecistis nuptias. Cic.2.Offi. Honestatis pars confecta est. Idem in Partitio. Breuius autem conficitur simplicibus verbis,&c.l.iubemus nulli.§.his quoque.C.de sacros. eccle.l.fin. ad finem.ibi, Sine scriptis voluntas conficitur. C. de codicil.l.cõficiũtur codicilli. ubi gl.1.exponit.i. confecti confirmantur.ff.eo. Confecti libri.i.compositi.l.2.§.post hos Q.Mutius. vers. Itaque libri complures eius extant Circinæ confecti.ff.de orig. iur. Nonnunquam huic termino, cõfectos, aliquid adiungitur, vnde diuersa significatio inducitur, vt si dicamus confectus macie, prout Genes.cap.41. in princi. Fędæ, confectæq; macie. Item labore, seu fame confectus. Deuter.cap.25.versus fi. Quando tu eras fame, & labore confectus, senectute confectus. Ruth 1. Iam enim senectute confecta sum. Męrore confectus. Thren. 1. Posuit me desolatum toto die męrore confectam. Confecta iux.alios terminos.i.euacuata, prout in oratorijs partitionibus apud Cic. Atq; etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio,&c.iun.declar.Bud.super l.2. ff.de ori.iur.ver.Confecta, quod euacuata.

a PER SE. Nisi addidisset verba, de quibus infra, videlicet, vel Viceregentem, ipse Regens per seipsum interesse debuisset.ad tex.in l.1. in princi.ff. de aqua plu.arcen. & per alia, quæ adduco supra in §. Ac etiam in glo.in uer.aut.ad fin. Quæ tanto magis in casu nostro procederent cum constitutio nostra pluribus in locis supponat personæ industriam requiri pro officio huiusmodi regendo, & gubernando, electamque esse personæ industriam apertis, & claris verbis ostendunt literæ concessionis officij huius, & inter alia testantur magnã considerationẽ habitã fuisse super Regentis creatione, vnde succedit dispositio tex.

Viceregentem [a] ab eo pro tempore deputatum [b]

in l.inter artifices longa differentia est, & ingenij, & naturæ, ac doctrinæ, & institutionis, & ideo si na-uem a se fabricandam quis promiserit, &c.ff.de so-lutio.l.fin.in princ.ff.de excu.tuto.l.vni. §.si uerò talis.C.de cadu.tollen.cap.fin.§.1.de offic.deleg. cap.cum dilecta.§.1.iunct.glo.in ver.personaliter. ad finem.de rescr.in auth. de administrato.§.illud autem.iun.gl.in ver.impleat. Mil.in Reper.in ver. Iudex delegatus, cui cõmittitur negocium simpliciter. Hinc dixit Bald.in præalleg.l.fin. ff.de excu. tuto. quod Doctor si vult consequi salarium, per seipsum non per substitutum legere debet. Idem etiam tenuerunt Bald.& Saly.in allega.l.vni.§.fin uero-lis.C.de cadu.tollen. Idem concludit Bart.& Alexan.in Additio.ibi, ad illum.& in l.nemo est.ff. de duo.reis. Ant.de But.& post eum latè Fely.in c. primo, colu.secunda.in 2.nota. de summa Trin. & fid. catho.& Glo.Pragma.in ca.primo. §.taliter in ver.legere.de collatio.

a VEL VICEGERENTEM. Parificatur hic quo ad effectum, de quo in nostra cõstitutione, præsentia Regẽtis, & Viceregentis, & hæ personę (quo ad actus, de quibus hic) æquiparantur propter illam dictionem, uel, argumen. tex.in l.1.ff.de iur.fisci. ubi propter dictionẽ, uel, ibi pluries repetitam omnes illi sexdecim casus, in quibus bona ad fiscum deferuntur æquiparantur. in l. uel malencolici. & l.sequen.ff.de ædil.edi.in l.solutum.§.fi.iun.l.seq. ff.de pign.actio.l.1.in fi.cum l.seq.ff.si mensor fal. mo.dixe.l.in tantum.in fi.iun.duabus sequen.fide libe.cau. In iure etiam diuino uidemus hanc dictionem idem operari, prout Exod.capit.21. Qui percusserat seruum suum, uel ancillam uirga,&c. Sic paria sunt interficere seruum suum, uel ancillam. Sic & paria esse uendere, uel interficere ouem, uel bouem furto subtractos. Exo cap.22. Si quis furatus fuerit bouem, aut ouem, & occiderit, uel uendiderit,&c. Sic & Nume.5. videmus ex hac dictione elici paria esse ad effectum, vt deueniatur ad sacrificium Zelotipiæ, de quo ibi, vxorem pollutam esse, uel falsa suspitione eam appeti. Inde forsan, ex illa lege Zelotipiæ Iulius Cæsar non minus literis, & ingenio, quàm armis, & potentia cæteros præstans, auream illam sententiam desumpsit, Meam meaq; non solum crimine, sed & criminis suspitione carere uolo. ex cuius sententiæ anima formata fuit l.2.C.de furt. Et si suspitio falsi in quibusdam casibus pro falso habetur, ut probo in 12.quæst. Reg.de Non iudi.iuxta for.sup.nume.11, quanto magis suspitio quę erga uxores, & mulieres omnes cadere potest, operari debebit? Nonne legisti Iudam cum nuru concubuisse, eam, meretricem suspicatum? Gen.cap.8. Vaga o cubiculum Holofernis ingressus Holofernem iam necatum cum Iudith dormire suspicabatur. Iudith.cap.14. Susanna propter falsam suspitionem, falsamq; pessimorum senum attestationem adultera habita ad mortem cõdemnatur. Daniel.cap.13. Vltra autem operabitur Zelotipia, quę impossibilia, possibilia, & possibilia impossibilia: rursus uera falsa, & falsa uera depingit. Et non solum qui Zelotipiæ legis cognitionem habet, hæc fatebitur: sed multo magis, qui Zelotipiam

condi-

conditiones, & effectus pessimos expertus fuerit, qui non solum efficiunt id, de quo Ecclesiast.c.26. In muliere Zelotipia flagellum linguæ omnibus communicans, sed & alia plura, & maiora, quæ in infinitis libris scripta sunt. Et inter alia legimus carmina Propertij lib.3. inter quæ est versus ille, Riualem possem non ego ferre Iouem. Ac zelotipum interpretatur Socrates, idest amatoria suspitione captum, vt in conuiuio Platonis, post eiusdem Socratis orationem. zelotipiæ purgatio non est amplius in vsu, & contra illam, illiusque vsum habemus tex. in cap. consuluisti. 2. quęstio. 4. §. hoc autem. & ibi probatur prohibitam esse purgationē ferri candentis, & aquæ feruentis, & quælibet alia purgationis vulgaris species. Triplici autem ratione meritò prohibitam vulgarem purgationem affirmant, prima est, ꝙ cacodęmonum versuta calliditate & inuidia sit reperta, vti hoc modo miseranda nece sese conficerēt homines, vnde non mediocre animarum, tum spectantium, tum peragentium, tum consentientium, & opem, ac fauorem præstantium subsequeretur detrimentum. alle.ca. monomachiam. & Abb. in cap. 1. ad fi. de cleri. pugnan. in duel. Secunda, ꝙ per eam diuina potētia, & iustitia tentetur. cap. fi. de purga. vulga. Tertia, ꝙ per eam sæpè innocens ob alterius iniustā prouocationem condemnaretur, cap. significantibus. de purga. uulga. videatur Alciat. in compen. Iudiciarij processus. titu. quid sit purgatio, cum sequē. Et deriuatur zelotipia a verbo ζῆλος, idest amor, uel suspitio, & τύπος, idest forma, seu figura. Vel pro, sed, nonnunquam vsurpamus. l. humanitatis, versic. Vel si filia, cum glo. C. de impube. Vel pro saltem, l. & seruorum, in fi. iun. gl. fi. ff. de sta. hom. l. testamento, iun. glo. in ver. vel. ff. de manu. testa. go. in l. 1. §. serui quoties, in ver. vel hoc, ff. ad Seratuscon. Sylla. l. Fulcinius, iun. glo. 1. iuxta 2. lect. f. de vi, & vi arma. l. 1. vers. sed & si quis iactu vel minimi lapilli, iunc. glos. ff. quod vi, aut clam. l. qua actione. §. fi. ff. ad leg. Aqui. Ange. in §. licet super glo. in ver. vel. Insti. quib. ex cau. manu. non lic. l. Marcellus. §. si is, qui rogatus. iun. glo. in ver. aperuerit. in fi. ff. ad Trebel. l. si is cui, quæ est 94. cum glo. ff. de solutio. §. sufficit. ibi, vel medio tempore. iunc. glo. Insti. de ingen. & §. 1. ibi, vel seruum suū, cum glo. Insti. quib. ex cau. manumit. non lic. l. pecunia, quæ est 178. cum glo. ff. de verborum signifi. Vel, pro, & l. capitalium. §. incendiarij. cum glo. in ver. disceptet. ff. de pœn. cap. experientiæ, iun. glos. vni. 11. q. 1. & præalle. gl. 1. in l. Fulcinius, iuxta primam interpretationem. l. stipulatus, quę est 7. cum glo. ff. de fideius. & l. Vranius. cum glos. ff. eodem l. oues. cum glo. ff. de abig. Vel, pro etiam. Virgil. Vel Priamo miseranda manus. i. etiam Priamo. Cic. P. Lentulo Familia. lib. 1. Cui vel maximè concedant omnes. l. liber homo, quæ est 118. cum gl. hoc ver. ff. de verb. oblig. gl. in l. nemo, quæ est 5. ff. de duo. reis stipu. & in l. proinde, quæ est 7. §. si seruus. ff. de stipu. seruo. l. si quis, quæ est 7. §. fin. cum glos. in ver. uel. ff. de exceptio. rei iudi. glo. in alle. l. oues. ff. de abig. & in l. 1. in uer. uel generalis. ff. de fals. l. mulierem, quę est 13. cum glo. ff. de accusa. & Instit. de lege Falci. in princ. iun. glo. in ver. vel, præalle. glos. in ver. uel hoc, in l. prima, ff. ad Syllan. l. Scæuola, quæ est 243. cum glo. ff. de verborum signi. l. stipulatio ista. §. inter certa cum gl. ff. de uerborum obl. Vel, seu aut, pro, idest. Bald. in capitulo pastoralis, post numerum tertium. de cau. poss. & proprie. per illum tex. Fely. in cap. cum dilectus, post nume. 30. de fi. instrum. Et quot modis accipiatur, dictio, vel, & similis, vide per Bartol. in l. si quis ita, ff. de au. & argen. leg. per Bal. in l. filiæ, post princi. in 1. oppo. C. de collatio. per Albe. de Rosa. in Diction. in uer. uel. pulchrè per Ang. Areti. super rub. Insti. de exceptio. colum. secunda, per Fely. in cap. inter cæteras, columna secunda. numero tertio, de resc. & per Cnrt. Iunio. consil. quinto, videtur prima, numero quarto, & consil. 45. facti contingentia, num. duodecimo. Et quando sit coniunctio augmentatiua, quando diminutiua, quando sit disiunctiua, & de alijs, uel, dictionis significationibus, vide Alciat. in l. littus, in ver. vel alios, ff. de verbo. signif. Dictionum, vel, seu, siue, quæ alternatiuæ, quæ disiunctiuę sint, & quæ inter se differant, tractat Gomes. Institu. de actio. §. sed istæ. in glo. magna. post numerum 38.

b DEPVTATVM. Constitutum, delegatū, prefectum, præpositum, prout declaro supra in §. volentes, in uer. deputatus. Summa ratione constitutum est, vt Viceregens in Camera Apostolica loco Regentis intersit: sæpe enim Regens aliis impeditus negotiis interesse nō posset, illis præsertim diebus, quibus concistoriū celebratur, quibus diebus etiam fit Camera, vnde maiori curiæ, ac ponderi vniuerso orbi vtilior, incumbere debet. argu. tex. in capit. bonæ. 1. de postul. prælat. Et

intersit [a] Et [b]

cum quis assistere, uel interesse non potest per seipsum, si alium residere, vel loco sui interesse faciat, idem erit, seu pro eodē habebitur, ac si resideret, uel interesset, argumen. tex. in l. prima. §. si iusserim ff. de acquir. poss. l. 1. in princip. ff. de eo, per quem fac. er. & ad ea, quæ latè adduco in 20. q. 16. Regu. Cancel. num. 3.

a INTERSIT. Præsens sit. cap. 2. ibi, Te citato legitimè, vt per te ipsum, uel idoneum responsalē intersis. de præben. Nec debet interesse, vt alienus, iuxta illud. Genes. 45. in princ. Et nullus interesset alienus. Neque interesse debet dormitans, uel oscitans, sed iuxta illud Cæsaris, ad fin. lib. 7. Belli Ciui. Accelerat Cæsar, vt prœlio interfit. Interesse debet tanquam pręliaturus, & omnia, & singula diligentissimè considerans, & discutiens, omniaque perpendens, iustitiam æqua lance ministraturus, etiam si contra Cameram ipsam, ipsumque Principem pro iustitia iudicaturus sit. Itē intersit, prout legitur Prouerbio. capit. 8. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. capit. cum secundum Apostolum. ibi, Te citato, &c. de præben. Demum iuxta verba M. Tullij Lentulo libro 1, Qui omnibus negotijs non interfuit solùm, sed etiā præfuit. sic & Regens, vel Viceregens non solum

solum negotiis Cameralus intersit, sed & pręsit.

b ET. Ampliatiuè ponitur, prout Exod.cap.3. Ego ero tecum, & hoc habebis signum, quòd miserim te.i. Præter id quod, ero tecum, habebis etiam signum, &c. Sic & in l.ea tamen adiectio, vbi legatis uestibus vxori, si subijciatur. Quæque eius causa parata sunt, legatum plenius redditur: idque significatur, & si quid præterea, quæ dicta sunt eius causa paratum sit, ff.de legat.2. Sic etiam accipere debemus uerba illa Matthæi 16. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & cap.ultra quod portæ inferi non præualebunt aduersus ecclesiam meam, dabo tibi claues, &c. Insuper quodcunque ligaueris, &c. Et quòd ampliat, seu adijciat ad præcedentia uoluerunt Cyn.in authen. eisdem pœnis. C.de secun.nup. Bal.in l.prima, colum.6.C.quan. non peten.par.& in l.1.ff.de iusti.& iur. Pro præmissis, vide eundem Bald.in l.1.colum.2.C.de verb.sign. Soci.consi.8.num.10.lib.1.Grat.respon.9. nu.83. libro primo. Exponamus igitur sic, Regens vltra iam expressa, & vltra facultates, ac auctoritatem, & potestatem præmissas, habeat etiam proprium sigillum, &c. Quòd diximus copulam augere, & ampliare, Io.de Imol.in clem.in plerisque.de electio. declarat procedere in materia larga, ut in materia legatorum, at in materia stricta copula restringat, vnde statutum imponens pœnam nobili, & spurio percutienti officiarium regis, requirit vtranq; qualitatem, & sic nobilis non spurius, uel spurius non nobilis non comprehendet in statuto. Et, pro, etiam exponimus in l. pronunciatio, quæ est 195. vbi etiam glos.ff.de verborum significa. Et quando ponitur inter incompassibilia, seu repugnantia, resoluitur in disiunctiuam, & accipitur, pro, vel.l.si Titio fundus.ff.de usufruc.lega.in Praxi Papien.in formula libelli pro lega.rei singu.in ver.valere, colum.prima, in secundo casu. Pro hac dictione, uide Alberi.de Rosa.in Dictio.sub hoc uer. Quòd non semper coniungat, apparet ex tex.iunc.glos.in l. perfectam.ibi, pacto & consensu. C.quan. lice.ab emptio.disce.

proprium a

a PROPRIVM. Idest præcipuum, seu suum.ad tex.in l.proprium, ff.commu.prædio.in l.prima, §. qui mandatam iurisdictionem susceperit propriũ nihil habet.& in l.cognitio.versicu.cum propriam significationem.ff.de offic.eius.l.prima, in princ.ff. de aucto.tuto.l.fi.ad finem.ff.de bon. damna.l.prima, §.primo, ff.de offic.procu. Cæsa. l.Diuus.vers. cum autem.ff.de offic.præsi. §.sin autem. uersicu. Eamque partem proprio lino, propriaq; cera consignare. Insti.de pupil.substitu. Proprius seruus.l.si quis in graui.§.1.ibi, Non tantum si proprij essent mulieris.ff.ad Syllan. Et proprius seruus etiam dicitur in quo testator nudam habet proprietatem. Instit.de hære.insti.in fi.prin. Proprias substantias idest, suas, exponit Papa in cap.reintegranda.ad fi. tertia quæstio.prima. Proprius Episcopus, & suus Episcopus, pro eodem accipitur in capitulo, quidam.decimaoctaua quæst.secunda. Et proprius, ac suus metropolitanus.cap.fin.93.distinc. Sic & proprium, pro suo, & contra accipitur in l.secũda, §.postea.ff.de orig.iur. Proprium suum dixit Cæsar libro tertio Belli ciui. Nam fortasse (inquit) inopiam excusare, & calamitatẽ, aut proprium sui, aut temporum quæri, & difficultates auctionan[...] proponere, & mediocris est animi. Et propriu[m] suum, idest ipsius Regentis.iuxta tex.in l.hæred[...]tum, quę est.68.§.si quis.cum gl. in ver. propri. ff.ad leg.Falcid. Hic proprium opponitur termin[o] alienum, prout etiam Num.cap.septimo. Filiis autem Caath nõ dedit plaustra, & boues, quia in sanctuario seruiunt, & onera proprijs portant hum[e]ris.l.prima, §.in propria.ff.quan.appell.sit.& in eos qui.§.sin autem in iudicio propriam quis fuerit causam prosequutus.iun.uers.Is uerò qui iudicium tuetur alienum.C.de appel.glo.magna in c. fin.uersus fi. uers. sed dic, quòd alienum sigillum facit fidem si non habetur proprium.97.distinc. Nonnunquam opponitur termino illi, commun[e] seu promiscuum. Cice.in Cato.Maiore, At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune ualetudinis.& iuxta tex.in l.secunda, §.postea ne diutius.ibi, datis proprijs nominibus cæteris partibus, sed communi iure appellatur ius ciuile... in l.ut tantum. uers. Seruus communis meus & tuus, proprium meum seruum corruperit. Sabinus ait non posse agi cum socio, perinde ac si proprius meus seruus corrupisset conseruum, ff.de seruis corrupt.l.tertia, §. sed vtrum.in fine.ibi, Quoniam dos ipsius fœminæ proprium patrimonium est.ff.de mino. l. fundi quem tuum proprium.ff. de exceptio.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.l.tertia, ff.de his qui sunt sui, uel alien. iur.l.secunda hoc uerò proprium. ff.de adoptio. l.proprium [...]lum.ff.commun.prædio.glos.prima, in l.prima. de stipu.seru. Et propria, ac communia delicta militaria habemus in l.secunda.ff.de re milita. In [...] significatione, uel etiam iuxta primam accepit Virgil.4.Aeneid.dum dixit, Connubio iungam sta[bi]li, propriamq; dicabo. Secundus intellectus [...] satis quadrat, ut dicamus, Regens proprium sigillum habeat, idest alteri non commune. Propri[um] etiam exponimus, idest speciale, antitheton gen[era]le.l.iurisgentium.iun.glo.in uer.suo. Propriu[m] [...] alienum opponuntur, Insti.de hæred.insti.in pr[...] Proprium item, & remotum, seu extraneum, opp[o]nuntur.§.generaliter.cum glos.in authen. qu[...] mod.nat.effic.sui. Proprium a Philosopho generalius sumptum, quadripartitum esse Porphy[rius] docet, dum de proprio tractat. Vel enim uni [...] speciei, uel non soli inest. Si soli, uel in tota, [...] non tota intelligitur. Si item non soli, uel toti, [...] non toti speciei, uel semper, uel non semper conu[e]nit. pro illis clausulis priuilegiorum pontificio[rum] Vos in proprios, & speciales ecclesiæ Romanæ [fi]lios suscipimus, & recipimus. Et uos in proprios et speciales subditos, seu subiectos recipimus, [...] in quo inter se differant, uide text.in capit.si P[...] uersic.Similiter si aliqui, de priuileg.lib.6.& [...] pitu.primo, in princip.de uerborum signif.[...] Et proprio corde, idest ex me ipso. Nume.cap.[...]

In hoc

In hoc scietis, quòd dominus miserit me, ut facerē uniuersa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim.

a IPSIVS. Dictio hæc personalissima est omnem alium à nominato excludens, prout Ezechiel. cap. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ioan. 1. Et omnia per ipsum facta sunt. Ad Rom. 11. in fi. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Virgil. 1. Aeneid. Deus ipse faces, animumque ministrat. l. 1. C. de eden. Exponamus igitur ipsius Regentis solius, iuxta pulchrum tex. in §. fuerat, ad fi. iun. glo. Insti. de actio. Non tamen propter naturam dictionis ipsius

ipsius [a] Regentis [b]

excludo, quin sigillum huiusmodi etiam Vicegerentis, & Locumtenentium esse debeat. Pro quo adduco tex. in terminis à nemine ad hoc ponderatum, in l. cum precario quis, ff. de preca. ubi si quis precario rogat, vt ipsi in fundo morari liceat, etiā non adiecto suisq́; , cum suis morari poterit. Sic nos dicamus hoc sigillum Regenti ipsi concessum, etiam suis datum.

b REGENTIS. Genitiuus iste dominium denotat, l. seruum Titij, ff. manda. l. 2. post princ. ibi, Sed hic sermo domino dat actionē, ff. de relig. & sump. fune. l. denique, §. sed vnum, ibi, Quoniam ipsius fœminæ proprium patrimonium est, ff. de mino. l. qui absenti, §. 1. vbi ad hoc illum tex. pōderat Are. ff. de acqui. pos. Bar. in l. 1. §. positis, in 2. not. ff. de pecu. & idem Bartol. & alij super rub. ff. de no. ope. nunc. De genitiuo uideantur Docto. in proœ. Insti. Bart. in l. 2. in §. in hac, ff. vi bon. rapto. Alex. consi. 35. viso processu, num. 14. vol. 4. & Abb. in c. quia V. num. 4. de iudi. Dominus igitur huius sigilli erit ipse Regens, & non alius. Et adeo pronomen hoc personalissimum est, vt licet hæredis appellatione comprehendatur etiam hæres hæredis. l. hæredis appellatione, & ibi glo. ff. de verb. signific. & voluit Corn. cons. 279. videtur prima. colum. 3. versic. si verò dicamus. lib. 3. tamen si in dispositione dictū esset ipse hæres, non veniet hæres hæredis, ut singulariter voluit Bald. consil. 304. nobilis vir. col. vlt. & pro singu. & mirabili referunt Ias. in l. filiusfam. §. diui. colum. penult. in 11. quæstio. ff. de lega. 1. in repet. ac Catel. Cot. in suis Memo. in ver. hæredis appellatione, vers. limitatur, vbi tamen dubitare videntur. Sed videtur confusa constructio verborū hic positorum. Quid enim est dicere, Regens habeat proprium sigillum ipsius Regentis? Fateor ꝙ clarior, & elegantior expressio fieri poterat, inseruiendo tamen verbis, vel potius menti, seu intentioni, quam verbis præferre debemus. S. Thom. secunda secundæ, quæst. 122. art. 8. l. si filius, §. sed si filio, ff. quod cum eo. Roma. consil. 132. quoad primum, num. secundo. sic exponere possumus, Et habeat Regēs proprium sigillum, supple quod sit ipsius Regentis proprium, sed videtur propter hoc verbum Regentis, & sic propter expressionem nominis officij, vel dignitatis, non autē nominis proprij alicuius, ꝙ sigillum, de quo hic, debeat esse cū effigie, uel insignibus Cameræ Apostolicæ, seu alicuius sancti, non autem cum armis domus, vel familiæ Regentis pro tempore existentis, argu. tex. in l. mortuo iudice, ff. de iudi. & in cap. quoniam Abbas, iun. glo. in ver. substitutum, & ibi per Doct. de offi. deleg. prout etiam videmus in sigillis uniuersitatum, capitulorum, seu collegiorum, iuxta tex. in cap. significauit, de appell. per Specu. in tit. de instru. editio. §. instrumentum ergo publicum, versi. item, quòd non est sigillatum. Breuiter aliud seruatur, & hodiernum sigillū est cum armis pręclaræ familiæ Caraphiæ, & sic sigillum proprium Illustrissimi Cardinalis Neapolitani.

a SIGILLVM. Diminutiuum. i. paruum signū, prout per Isido. Ethymo. lib. 21. cap. 12. de Anulis, cir. prin. Anulus, & sigillum pro eodem plerunq; ponuntur, prout in l. ad testium, §. si ab ipso, & §. signum, ff. de testa. in l. signatorius anulus, ff. de

sigillum [a]

verborum signif. in cap. in nomine, ad fin. 74. dist. Innoc. Abb. & Do. meus post num. 26. in ca. 1. de fi. instrum. Bal. in Marga. in ver. sigillum appellat ius canonicū. Idem dicit Luc. de Pen. in l. 1. C. de ser. aut liber. ad decu. aspi. lib. 10. versi. item no. ius canonicū appellat sigillum, id quod ius ciuile uocat anulum. De anulo tractabimus infra. Quantum ad sigillum attinet, pręmittendum est, ꝙ sigillo omne ferè hominum genus vti cōsueuit. eo enim vtitur Summus Pontifex, Bulla, videlicet habente ab vno latere capita beatorū Petri, & Pauli, & ab alio nomen ipsius Papæ, prout etiam per glo. super data lib. 6. in ver. Pontificatus, & per glo. in clemen. 1. in ver. aurea, de iureiur. Specu. de rescrip. præsen. §. ratione autem causæ, post num. 18. versic. Et hæc potest esse causa, quare Papa ante coronationē media bulla vtitur, quod tamē immutatum videmus per extra. Clem. 5. quia nonnulli, inter commu. de senten. excommun. Vide tamen Fely. in ca. eam te, nume. 6. in 2. restrictio. de rescri. & Io. de Sel. de benefi. par. 1. quæstio. 2. num. 27. De qua bulla tractabo infra super vlt. Gl. super ver. plumbi. Vel etiam vtitur sigillo in Breuibus, videlicet anulo Piscatoris, de quo infra loquemur. Imperator etiam vtitur sigillo, vel bulla aurea in priuilegiis, præalle. cle. 1. & ibi glo. de iureiur. & gl. in data lib. 6. in ver. Pontificatus. Et de sigillo Imperatoris habemus text. de pace Constan. in subscriptione Federici Imperatoris. & postea ibi, Et sigillo Imperatoris sigillata, obseruabo. in cap. inter dilectos. ibi, Imperatoris videbatur fuisse sigillum. De quo etiam per Spec. de rescrip. præsenta. §. primò igitur, num. 3. & in praxi Papien. in forma oppo. contra instru. in ver. eius sigillum. Vtuntur sigillo Principes. hinc sumptum est 3. Reg. capit. 21. Scripsit itaque literas nomine Achab, & signauit eas anulo eius, & sic sigillo Regis Israel signatæ fuerunt literæ huiusmodi. & Daniel. 6. Allatusq; est lapis unus, & positus est super os laci, quem obsignauit Rex anulo suo, & anulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. & cap. 14. Et claude hostium, & signa anulo, cap. fi. cum ibi nota. 97. distinc. glo. fi. in ca. 2. de fi. instrum. Dec. Neapol. Afflic. 21. dubitatur, num. 9. & Dec. 253. Duo regij. Glo. Pragma. de conclu. eccle. Galli. in ver. sigillum. Item episcopus, ca. in nomine,

mine, ad fin. 73. distin. glo. magna in cap. fi. verfic. Nam & epifcopus figillat, 97. distinc. & glof. fin. in cap. 2. vbi omnes, de fi. instrum. Rurfus uniuerfitas, collegium, & capitulum. ad fupra adducta, Et probat Capic. deci. Neapo. 27. num. 8 Sigillum castri penes digniorem existere, feu custodiri debere. Alij etiam figillo vtuntur, prout omnibus notum est, & fupponitur in cap. præfentatos. ibi, Ex actis omnibus reductis in fcriptis, figillorum fuorum impreffione fignatis, de testib. l. Cuius, ff. de pigno. actio, l. ad testium, §. fi ab ipfo, & §. fignum, ff. de testa. ac §. poffunt, Insti. eo. Sigillis etiam, feu fignaculis feptem ufum fuiffe etiam Deum ipfum legimus, quibus claufit, ac fignauit librum, quem nemo fuit dignus aperire, nifi Leo de tribu Iuda, radix Dauid, & fic ipfe Christus. Apocalyp. capit. 5. Quotuplex autem fit figillum, & de figillo authoritatis, & testimoniali, de ratificatiuo, & quid figillum continere debeat, vide tex. in §. poffunt. Insti. de testa. ordi. & ibi glo. Io. Fab. Ang. Chrift. Port. & alios. per Bald. in præalleg. Marga. in verficu. Sigillum appellat ius canonicum. per eundem Bal. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. per Barto. in l. quæ dotis, in fi. ff. folu. matrimo. & latius per Firma. in tract. Epifco. par. 1. nume. 21. vfque ad num. 46. in ver. Nunc hactenus aliqua de materia Sigilli. li. 3. & per Rebuff. in tract. Nomina. quæstio. 10. nu. 24. cum pluribus fequen. Et ubi fupra tractant etiam de probatione per figillum etiam alienum. Et quid figilli etiam appofitio operetur, videatur etiam gl. magna in cap. fi. 97. distinct. gl. 1. in cap. post ceffionem, de proba. per Bar. & Bal. in l. 2. C. de reb. alie. non alie. per Bart. & Roma. in l. quæ dotis, ff. folu. matrimo. Quod figillum fuppleat fidem fcripturæ productæ, Abb. Fely. & alij in alleg. cap. post ceffionem, de proba. & per eundem Roma. confil. 103. hæc fcriptura, nu. 2. vbi ꝙ figillum uim habet fubfcriptionis, fequitur Hippo. de Marfi. in repe. rubr. C. de proba. num. 300. ubi plures effectus emanantes ex appofitione figilli refert. per Bal. de Pace Cõftan. post princ. in glo. in uer. figillo, & in cap. cum ecclefia. de electio. ubi quòd appofitio figilli est fignum ratificationis, & confirmationis, & in l. in fraudem, ff. de mili. testam. ac conf. eiufdem Bald. 396. lib. 3. per Ancha. in cap. 2. de procu. lib. 6. ubi quòd ille, qui alicui tradit figillum fuum, videtur de illo multum confidere, totamque eius uoluntatem illi committere cenfetur. Et uoluit Angel. in l. confentaneum, prope fi. C. quomo. & quan. iud. delegationem per folum figillum probari, dicens hoc uoluiffe Innoc. in ca. quoniam contra, de probat. Et uoluit glo. in cap. fignificauit, de appel. citationem per figillum ad hoc folitum fieri poffe, quam glo. pro fingu. ad hoc citat Barba. in cap. coram, colum. 3. verf. Item quo ad portantem, de off. deleg. Et dixerunt Innoc. & Ioan. And. in cap. 2. de folutio. ꝙ eo ipfo, ꝙ quis figillum alicuius producit, admittendus est tanquã illius procurator cum cautione de rato. fequitur Roma. conf. 446. primus propofitæ, colum. fi. Cardin. Alexan. in c. fignificauit, de appel. Pau. Castren. in l. fi procuratorem abfentem, uerf. in tex. ibi, literis. ubi ꝙ literæ uidentur approbatæ, quando funt fcriptæ manu domini, uel quando funt eius figillo fignatæ de illius commiffione, & uoluntate. ff. de procu. Fely. in ca. tertio loco, & in ca. post ceffionem, de proba. Et uoluit D. meus in pręalle. ca. tertio loco, num. 2. Sigillum appofitum cenferi de uoluntate domini. Et quòd figillum apponens alienæ fcripturæ, illi confentire præfumatur, uoluerunt glo. 2. in l. 2. C. de reb. alien. non alien. & ibidem Cyn. uerf. Nec ifta. & Io. Fa. uerf. Item dic. ac Salyc. uerf. No. a fenfu. & uer. I[illegible] no. Bald. in ca. cum ecclefia futrina. colum. 1. uerf. Et fi canonici. de electio. & in l. tribunus. §. 1. uer. No. in isto. ff. de mili. testam. Roma. conf. 303. uer. fecundò quia. Bart. in l. quæ dotis. uerfus fin. uer. Quæro quid de figillante. & ibi Alexan. colum. fi. uerf. Et inquantum. D. meus in capi. tertio loco, princ. de proba. Apostil. ad Dec. Tholof. 24. Iac. de S. Georg. in l. fi eum feruum. ff. fi certum pet. Riminal. in l. pacta nouiffima. ad fi. uerf. Alius e[illegible] effectus. C. de pact. Soci. conf. 258. colum. pen. uerf. parumq; facit. Felyn. in capit. post ceffionem, colum. 2. in 2. fallen. de probat. Boer. Dec. [illegible] ampliatur, ut non requiratur fubfcriptio, fed fola figillatio fufficiat. Bald. in alle. l. 2. C. de reb. alien. non alie. Alexan. in l. quæ dotis. colum. fi. verf. & inquantum. ff. folu. matrimo. Fely. & Dec. in cap. tertio loco. in prin. de proba. contra uidet, ꝙ imò fola figillatio non fufficiat, fed requiratur fubfcriptio, uoluit Bartol. in l. ad testium. §. fi quis ex testibus. in ult. not. ff. de testam. Idem Bart. in proœm. fi. col. 3. uerf. Item quæro fi est folum figillum. Hæc fecunda opin. procedet in duobus cafibus, de quibus per Alexan. in dicta l. quæ dotis, colum. fi. uerf. Quæro quid de figillante, uidelicet quando agitur de grauiffimo præiudicio, ut in testamentis requirentibus utrumq;, fubfcriptioné uidelicet. & figillum. Saly. in alleg. l. 2. uerf. Item no. C. de reb. alien. non alie. Imol. in clem. prima, colum. 11. uerf. fi uero literæ. de procur. D. meus in cap. 2. ad fin. de f[illegible] Et hoc, quia fubfcriptio etiam pro forma requiritur, & fic in omni cafu fubfcriptionem pro forma recurrente. Iaf. in dicta l. quæ dotis. num. 9[illegible] Aymo de antiq. temp. par. 1. num. 172. Alter [illegible] est, quando non cõstat de uoluntate illius cuius nomine appofitum dicitur. Alex. in dicta l. quę dotis, colum. fi. ff. folu. matrimo. Pro præmiffis, & [illegible] figillo publico, & priuato, & quando probet [illegible] latè Vitali. de Gamba. in tracta. claufularum. [illegible] de uerbis enunciatiuis in epiftola prolatis [illegible] tur, num. 10. cum aliis fequen. Pro quibus e[illegible] & quòd figillum comprobet, confirmet, fuppleat, robur adijciat, & alios effectus operetur etiam in literis miffiuis, uide Bald. in l. bonę fidei, an[illegible] C. de rebus credi. & de pace Constan. ca. 1 [illegible] figillo. eundem in l. 2. ubi pulchra Apostil. [illegible] alios in cap. 2. de fi. instrum. Iaf. in l. pacta nouiffima, num. 19. C. de pact. Roma. confil. 303. hęc fcriptura, num. 2. Cardi. Alexan. in cap. fignificauit, de appel. Hippol. de Marfil. fuper rubr. C. de proba. num. 300. His expeditis dico ulterius. Et de figillo alieno, Iaf. in l. non dubium. num. 53. C. de legi[illegible] De figillo priuato, & publico, & ꝙ fi negetur [illegible] proprium

proprium sigillum, uel appositum de volũtate domini, uide etiam per Doct. in ca. tertio loco. de probatio. Decis. Tholos. 24. Guid. Papæ decisio. 175. literæ. & 481. literis. Didac. Couarr. pract. quæstio. ca. 22. num. 9. Sigillum etiam nuncupatur, quo signantur dolia. l. prima. §. si dolium signatum. ff. de peri. & commo. rei uendi. l. uideamus. §. qui vinũ. ff. loca. Aliter accipitur sigillum in l. in rem actio. §. primo. vbi de sigillo candelabri, ff. de rei uendic. Signum a quo (vt præmisi) sigillum deriuatur etiã statuam significat, prout 2. Paralipo. 33. Sculptile quoque conflatile signum posuit in domo Domini. Cice. ad Att. lib. 1. Putealia signa duo. Et sigilla pro paruis signis. i. simulachris in suis ædiculis collocatis, quasi parietum honestamentis vsurpantur in l. cætera. ver. proinde dicendum. ff. de lega. 1. l. quæsitum. ver. sigilla. & statuæ affixæ instrumento domus non continentur. ff. de fun. instr. & in l. fundi. uer. item constat sigilla, columnas quoque, & personas equarũ rostris aqua salire solet, villę esse, & per Bud. in Annota. in Pandect. in fin. dictę l. ff. de actio. empt. Signum etiam pro sigillo accipitur. Cice. pro P. Quintio, Tabulæ meæ signis hominum nobilium cõsignantur. l. locum. §. si quis. ibi, ad recognoscenda signa, cum gl. in ver. signa. ff. de tab. exhi. Et signare pro sigillare. 3. Reg. cap. 21. Et signauit eas anulo. Hester 8. Scribite ergo Iudæis sicut uobis placet ex Regis nomine, signantes literas anulo meo. & post, Hæc enim cõsuetudo erat, vt epistolæ, quæ Regis nomine mittebantur, & illius anulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Daniel 12. Tu autẽ Daniel claudi sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum. l. fin. §. sin autem. iunc. glo. in ver. signare. C. de bon. auto. iudi. possid. l. ad testium. §. si quis. & §. sequen. ff. de testamen. Sic accipimus librum signatum septem sigillis, de quo (vt præmisi) Apocalyp. 5. i. sigillatũ. Sic apud Horat. Epist. ad Vinnium, lib. 1. Augusto reddes signata uolumina Vinni. Sugillatio verò, & sugillare sat diuersa sunt a sigillo, & sigillare. Sugillare enim pro pudorem, & existimationem lędere accipimus, uti apud Liuium lib. 4. Viros domi, militiæque spectatos primis annis sugillatos, repulsos risui patribus fuisse. Cicero ad Atticum, lib. 1. Aut filius ita se gerit, vt eius consulatus non consulatus sit, sed in agri nostri πωπιον Græcè dixit, quod sugillatum vocant. Ita accipitur in l. sed & si hac lege. §. liberos. ibi, Vel si pudorem non sugillet. i. notæ infamiam non inurat, seu (vt vulgo dicitur) nõ infametur, prout ibi declarat Bud. ff. de in ius voc. Sic accipi debent uerba l. 4. ff. de do. ma. excep. §. aduersus, ibi, Mores sugillet, & ita legendum est, nõ autem, ut in aliquibus codicibus legitur, & malè, uidelicet. Mores sigillet. In hoc sensu accipimus sugillationem, de qua in l. cum apud Labeonem, quæ est 15. verf. Si uerò non ad sugillationẽ. ff. de iniur. In hac significatione habemus Lucę capit. 18. circa princip. Ne in nouissimo ueniens sugillet me. Ita etiam accepit Diuus Hieronymus in præfa. in Pentateucum, in princi. Qui me asserant in septuaginta interpretum sugillationem noua pro ueteribus cudere. Sugillati propriè dicuntur, qui ex percussione tumorem, maculamque contraxerunt. Sic accepit Plin. lib. 27. Caseus recens (inquit) cum melle sugillata emendat. Sigillaria Macrobius lib. 1. Saturna. cap. 3. docet fuisse antiquitus festa Saturnalibus annexa, quæ circiter Calendas Ianuarias Romæ celebrarẽtur, præsertim missitandis inuicem vltro, citroque imagunculis, & munusculis quibusdam. itaque a signis, & imaginibus, quæ sic mittebantur, dicta sunt hæc festa Sigillaria. Sigillaria vicus erat Romæ, ubi sigilla uendebantur. Gellius lib. 5. Hic subdam pulchrum dubium, quod in materia sigilli Romæ accidit, super quo ego scripsi. D. Ioan. Franciscus Porronus Neapolitanus proscriptus, seu a patria exul, obtinuit securitatem, vel fidem publicam (quam saluum coaductum vulgus vocat) ad sex menses, qui apud acta notarij Reuerendissimi Camerarij, qui illum concesserat, exemplatus fuit: antequam sigillo firmaretur idem Porronus ex leuissima causa carceribus mancipatus curauit dictam fidem publicam sigillo muniri; quærebatur, an pœna capitis puniri posset, ex quo proscriptus Romæ degebat? Pro parte fisci plura adducebantur, & inter alia, quòd gratia huiusmodi eidem non suffragaretur, ex quo ante sigilli appositionem imperfecta esset ex notissimo Romanæ Curię stylo, & ante sigilli appositionem superuenerat Papæ constitutio contra homicidas, & sic extrema non erant tunc habilia, vt sigilli appositio retrotrahi posset. pro quo adduci potuisset. l. quidam cum filium. §. fin. ff. de verborum obliga. Bartol. in l. postquam. nume. 1. versic. vt consuluit. ff. vt lega. nomi. caue. Alexan. cons. 25. viso testamento. ante numerum 5. lib. 3. D. meus Phil. Dec. consil. 247. in causa. colum. 3. num. 4. & sequ. insuper adducebatur tex. in l. Tribunus. ibi, Ac rursus suo sigillo signauerit. ff. de mili. testamen. vbi apponitur tempus sigilli appositi, prout ad hoc illum tex. ponderat Matthæ. de Afflic. decis. Neapo. 253. quo regij. colum. 1. ad finem. Contra ego adducebam plura, quæ latius prosequor in mea informatione, & inter alia allegabam Paul. Castren. in l. prima, num. 2. C. vt lit. penden. vbi ꝙ rescriptum in gratiis ex tempore signaturę supplicationis vim habet. Et in proprijs terminis, quòd actus reuocatorius post signatam gratiam, ante sigilli appositionem non obstet, nec operetur, citabam prææ. decisio. Neapol. Afflic. 253. vbi post discussionem ad partes ita prouinciatum fuisse testatur. Addebam etiam in dubio, Cardinalis Camerarij, qui gratiam cõcesserat, dignitati, honori, ac splendori multum conducere, ne sub fiducia gratiæ a se concessę quis deciperetur, & irretitus remaneret, prout post Bald. ponderat Dominus meus consil. 51. & pro tenui. in fi. qui loquitur in mercibus, & re pecuniaria. multo magis id in casu nostro procedere debebat, cum ageretur de vita hominis nobilis, & homicidium asserebatur ad tutelam uitæ commissũ, uel saltem pro seruando honore, quem (qui vir est) vitæ præponit. Tandem R. D. Episcopus Conuersanus D. Cardinalis Camerarij Auditor in meam venit sententiam, gratiaq; concessa ualida, & ex omni parte integra habita fuit; præfatusq; D. Io. Franciscus,

ciſcus, a D. Gubernatore Vrbis me carcerati cauſam totis (vt aiunt) neruis defendente abſolutus, a carceribus liber euaſit. Quæro an Camerarius, qui ſigillum tenebat, uel quiuis alius ſigillum cuſtodiens, pro alienis literis ſigillandis, iuribusque patentibus ſcripturis cenſeatur maior, vel inferior illis, quorum literæ, iura, ſcripturæ cum tali ſigillo ſignandæ ſunt? plura pro utraque parte adduci poſſent. paucis agendo diſtinguo, & concordo opiniones omnium. Aut ſigillum huiuſmodi quis tenet, vt miniſter, ut faciunt Secretarij, ſeu Cancellarij principum, ciuitatum, uniuerſitatum, & hoc caſu talis inferior eſt, non ſecus ac familiaris Domino, uel miniſter eo, cui miniſtrat, iuxta illud Matthæi 20. Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos, &c. Aut quis ſigillum tenet non tanquam miniſter, ſed vt præſidens, iubens cum illo literas ſigillari, prout faciebat Camerarius, & tunc maior hic habendus erit. Hæc eſt vera, & communis diſtinc. Io. And. in capi. deliberatione. poſt numerum primum, verſic. Et intelligo de maioritate. quem Gemin. ibi ſequitur, nume. 6. & alij ſimpliciter tranſeunt, de offic. leg. libro ſexto. Quam diſtinctã ſequuta eſt Rota 451. fuit dubitatum, columna ſecunda, in no. Docet Auditorem Cameræ, ſeu Regentem proprium habere ſigillum, prout aliàs etiam habebat, teſte Gemin. conſil. 16. R. pater. numero decimoſeptimo, qui loquitur de Auditore Cameræ, & de curia Auditoris Cameræ Auinionen. Fortè tempore illo Curia Romana reſidebat Auinioni, vel erant duo Auditores Cameræ, vnus Romæ, alter Auinioni. Seu potius Auditor Cameræ Romæ reſidebat, Locumtenens verò, ſeu Vicegerens ipſius Auditoris Cameræ eiuſdem ſigillum habens Auinioni ius reddebat, prout per Caſſa. deciſ. 4. ſub tit. de Conſtitutio.

a HABEAT. i. habere poſſit. ad text. in l. 1. §. ait prætor. iunc. glo. in verb. non habebunt, quæ exponit habere non poterunt. ff. de poſtul. & in l. ſi quis ſub conditione. iunc. gloſ. in ver. pupillus habeat, quæ exponit habere poteſt. ff. de teſtamen. tute. l. illud. iunc. gloſ. in verſ. ad teſtamenta. in ver. non habent. ff. de bo. poſſ. con

habeat, [a] **& eo** [b]

tratabu. l. ſi quis filius. §. ſed nos. ibi, Quæ filius habebat. C. de inoffic. teſtamen. gloſ. in ver. acceperat. in l. quarta. ff. de carbo. edi. Lauren. Sylua, de Feudi recogni. quæſtio. 109. nume. 28. in ver. habes. & per Alber. de Roſa. in Dictiona. in ver. habeat, ſic interpretamur facere, ideſt facere poſſe. l. Lucius, quæ eſt 78. §. tres hæredes. ff. ad Trebellia. Sic verba, domus ruinoſæ in emphyteuſim perpetuam dentur, interpretemur. i. dari poſſint. authen. ſi quas ruinas. iun. gloſ. prima, C. de ſacroſanc. eccleſ. Habere item dicimur, quod in promptu eſt, vt habeamus, iuxta illud Philoſophi, quod parum deeſt, quaſi nihil deeſſe videtur. Diuus Tho. prima ſecundæ, quæſtio. 65. art. 1. ad ſecundum. Vel parum a præmiſſo intellectu recedentes exponamus, habeat, ſi velit. argumen. text. in l. Quintus. ibi, vt poſſint. iunc. glo. ff. de annu. lega. & §. primo.

ibi, poteris ſi velis facere. l. 1. in princip. C. de ...
Trin. & prout exponit Glo. Pragma. de elect. ...
ſuit. in verb. habeat. Rurſus videmus, quòd quæ
diſpoſitio fauorem alicuius reſpiciens, etiam ſi de-
cretum irritans contineat, tunc ſolum ſibi lo-
vẽdicat, & operatur, ſi is, cuius fauorem diſpo...
ſeu decretum reſpicit, illa, vel illo vti uoluerit, ...
tex. in l. & eleganter. poſt principium. iunc. glo.
ver. referri. de conceſs. præben. libro ſexto. O...
conſil. 305. licet allegationes. numero primo. C...
der. conſil. primo poſt medium. ſub tit. de transl.
prelat. Io. Monac. Ioan. Aud. Gemin. & Fran. ...
ſtatutum. de preben. libro ſexto. Rot. 422. in ant.
Fran. in capit. vt noſtrum. colum. 3. de appel. Q...
intelligenda ſunt, quòd renunciare poſſit dec...
antequam quis eo vti ceperit, & ita loquuntur ...
ſati, & Gemin. in ca. ceterum. de reſcrip. Ratio...
duci poteſt, quare decreto in ſui fauorem app...
to quis renunciare poſſit, quia a lege nunquam ...
fertur commodum inuito, ſed uolenti. l. hoc ...
§. non poteſt. ff. de donatio. l. inuito. ff. de regu. i...
ſequitur, quòd ſi Regens ſigillo Camerarij ...
uult, ut prius uti poterit. Si uerò proprium ha...
re maluerit, in eius erit arbitrio. Qui interpre...
ri voluerit, quòd alio quàm proprio ſigillo uti...
poſſit, ponderabit verbum illud, habeat, quod ...
imperatiuum, & ſic imperat, ut per Iſido. Ethym.
lib. quinto, capit. octauo. ex cuius natura ... præ-
ceptiuis verbis equipolleat. ad tex. in capi. præter.
32. diſtinc. & iuxta verba Catonis, de quibus in ca-
pitu. cum omnes. de conſtitu. & per glo. ...
Cauſis. in ver. item circa. in uer. patere, ...
patere, uelis, nolis. Et quòd ſigillo Camerarij
non poſſit, tractabo etiam infra, in uer. loco ...
An autem uerba imperatiui modi ſint ſemper ...
ceptiua, tractat Abb. in cap. cum concupiſcē...
num. 4. Felyn. & alij. de conſtitutio. Poſſumus ...
interpretari, habeat. i. habebit, & ſic uerba impe-
tiui ſonabunt in futurum, iuxta illud Eſaiæ ca. ...
Deſcende, ſede in puluere uirgo filia Babylon.
de in terra. i. deſcendens ſedebis in puluere, ſede...
in terra, prout in cap. ſi Paulus. cum glo. in uer. ...
ſcende. cum duabus aliis ſequen. Et ſenſus erit ...
Regens poſt hac habebit proprium ſigillum.

b EO. ſcilicet proprio ſigillo. natura enim dic...
nis, is, ea, id, eſt relationem facere ad proxim...
cum ſuis qualitatibus. ad clemen. 1. de iudi. ...
declaratione Boni. de Vitali. numero decimo ...
uo, & ad ea quæ adduxi ſupra, §. conſiderante
in uer. eius.

a QVIBVSVIS. Per hoc relatiuum generale ...
& uniuerſalitas deſignatur, & ſic omnia cõprehendet, etiam diuerſa, & maiora expreſſis, ac cle-

in quibuſuis [a]
per eum [b] **etiã**
ordinaria

men. 1. cum gl. in uer. quouis modo. de reb. ...
non alien. Rot. 612. ſi Papa. in antiq. ac Ro...
ult. addit. & 28. in no. Alex. conſ. 155. uiſis. ...
2. ibi, Quouis alienationis modo. iun. uerſic. E...
quòd teſtator, Felyn. in tractatu, quan. lite. Ap...
noce

noce.patro. Amplia.4. ver.sed profectò.

b PER EVM. Supple, vel Viceregentem, seu aliquem ex Locumtenentibus, de quibus toties præmisit. Licet enim solum constitutio nostra de Regente loquatur, nos de alijs etiam interpretari debemus, ex quo vna pars constitutionis, seu dispositionis alteram declarat, ampliat, seu limitat, argumen.tex.in l.qui filiabus.in princip.ff.de lega.primo.l.cum proponebatur.ff.de legat.secundo. Abbas consil.36.colum.vltima, libro primo. Sic & pars vna iuramenti alteram declarat, vt per Hieronym.Grat.consil.primo.numero 25. lib.primo. Vel dicamus, quòd etiam absque aliqua suppletione, tex.noster procedit, supponendo, quòd omnia quæ post illa verba, per eum immediatè subijciuntur, respiciant personam ipsius Regentis, in illis enim semper ipse Regens nominatur, vt infra suis locis ostendemus.

c ETIAM. Cum naturæ dictionis, etiã, sit, vt adijciatur casui magis dubitabili, & supponat, seu implicet casum minus dubitabilem, & idem designet esse in casu contrario, vel conuerso, ad l.etiam.ff. de donatio. l. etiam inuitis. ff. de acquiren. rerum domi. l.etiam fœminæ. ff.de iu. aur. anu. & ad ea quæ adduxi supra in §. & in ipsa. in ver. etiam. Quæro quis sit casus minus dubitabilis, qui hic supponitur? & videtur, quòd nullus: hic enim exprimuntur ea, quæ a Regente, vel authoritate ordinaria, vel delegata decernenda, seu concedenda erunt. nullus igitur alius casus remanebit, qui non ueniat sub potestate ordinaria, vel delegata, de quibus in tex.nostro.ad tradi.per glo.& Docto. super rubr.ff.de offic.eius.& de iurisdict.omnium iudi.& toto titu.extra, de offic.deleg. & de offi.ordin. Puto, quòd dictio, etiam, iuncta verbis, ordinaria authoritate, implicet delegatam, quæ non fuit expressa verbis claris, vt ex infra dicendis apparebit. Vel quatenus etiam expressa fuisset, id factum fuisset ad omne dubium tollẽdum. Quòd autem magis dubitabilis casus sit, quando Regẽs decernit ea, de quibus hic authoritate ordinaria, quàm delegata, quantum ad vsum sigilli, uel proprij, vel ipsius

authoritate [a] aut [b]

Camerarij attinet, probatur. Cum enim, vt delegatus procedit, delegãtis vices gerit, Cameram Apostolicam, vel Camerarium in nihilo recognoscens, nec cum illis quid commune habens: ad text.in l. & si prætor. ff.de offic.eius.cap.fin. 93.distinctio. capit.sanè.2.& glos.rubr.de offic.deleg.cap.super literis.& Abb.in vlt.not.& Dom.meus in 5.not.de rescrip. Si igitur Regenti conceditur, vt in ijs, in quibus authoritate ordinaria procedit, sigillo proprio utatur, cum tamen (ut alibi dico) ipse succedat in locum Auditoris Cameræ, quem pleriq; Camerarij, seu Cameræ Apostolicæ Auditorem esse existimabant: facilius, & maiori ratione Papa illi indulget, vt circa iurisdictionem delegatam concernentia, proprium sigillũ habeat, & sic dictio, etiã, adiicit casum magis dubitabili, vcʒ, circa authoritatẽ ordinariã, & implicat eo modo, quo supra dixi.

a AVTORITATE. i. potestate, iurisdictione, seu imperio, ad tex.in l.2. iunc. glos.2. ff.de adopt. Quot autem modis authoritas sumatur, dixi supra in §.& in ipsa.in ver.authoritate.

b AVT. Hęc dictio, & similes aduersatiuæ sunt, & inter diuersa ponuntur. Sic 1.Regum, cap.20. Aut si non fecero, quando eradicauerit Dominus. Esaię 41. versus finem. Bene quoque, aut malè si potestis facere. l. iter si susceperit, cum quatuor sequen. ff. de procuratoribus. l.aut facta. ff. de pœnis. l.3.cũ duabus sequen.ff.de mor.cau.donatio. l.aut si ante.ff.de rei uendi.Bartol.in l. si is qui ducenta.§.utrum.ff.de rebus dub.l.filiæ.& ibi Bald.in 1.oppo. C.de collatio.Cardin.in clemen.2.quæst.2.de æta. & qualita. Diuersum igitur erat, quòd Regens procedat authoritate ordinaria, uel in vim specialis commissionis. Qui subtilius perscrutari uoluerit, quando particula, aut, ponatur coniunctiuè, vel disiunctiuè, videat interpretes super text. 1. Physic. vbi inter alios Philoponus interpretatur, ꝙ illa verba methodorum (id est scientiarum speculatiuarum) sunt principia, aut causæ, coniunctiuè accipienda sunt. Auerroes, quòd disiunctiuè, vt propositio sit uniuersalis, quoniam non omnes scientiæ considerant omnia genera causarum, cum mathematicus non consideret nisi causam formalem. Metaphysicus considerat omnes causas præter materiam. Physicus considerat omnes causas. Iuxta interpretationẽ Philoponi exponemus, aut, pro, &. prout in l.fundi uenditor. ibi, Aut non prohibentibus hæredibus id fecerit, iun.glo.in ver.aut iuxta primam expositionem

vigore [a] alicuius [b]

.ff.de acquir.possess.l.sæpè.ff.de verborum signif.l.cum quidam. vers. melius itaque.C. eod.l.si is qui ducenta.l.utrum.ff.de reb.dub.l.fin. iun.glo.in ver.aut.ff.de usuca.l.1.iunc.glos.in ver. aut.ff.de vsuca.l.1.iunc.glos.in ver. constituendus. post medium.ff.de cura.bon.dan.l.is qui.§.hoc interdictum.ff.quod ui, aut clam.iun.glo.in ver.sufficiat. quæ interpretatur quod ui, aut clam, i.quod ui, & clam. Tobiæ ca.5. Indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es, id est de qua domo, & de qua tribu. Iudith 10. Vnde venis, aut quo vadis, ubi super utroque interrogatur, quod etiam ostenditur, quia ad vtrumque respondit. Aut, pro sicut.l.debitoribus.cum gl.in ver.aut.ff.de re iudi. Aut pro, idest, l.si seruus.iun.glo.1.in princi.ff.de bo. auth. iudi.possi.

a VIGORE. i. virtute. Simile in c.si quis dator.ad fin.ibi, Rationis ergo vigore cogitur. 1. q. 3. Vigor autem quomodo accipiatur, uide per Luc.de Pen. in l.prohibitum.ad fi.C.de iu.fisci.lib.10.

b ALICVIVS. Relatiuũ aliquis, aliqua, aliquod, nonnunquã de multis dr̃, habetq; uim pluralem, quãuis in singulari proferatur, uti apud Pla. Men. Aperite, atq; Eratiũ aliquis euocate ante ostium. Ter. Adel. Aperite aliquis actutũ ostium, pro aperiat aliquis.& ad tex.in l.riparũ. ibi, Onus aliquod in hisce ponere.ff.de rer.diui. in l. si is qui ducenta.uers. Huius autem, iun.declaratione Pau.Castr.

ibi,ff.de rebus dub. De ſignificatu huius dictionis, aliquis,uidere poteris in mea 4.quæſtio. Regu.de non iudi.iux. for. ſuppli.num.4.& ſequ.Ibi adductis addo, ꝙ dictio hæc etiam magnum comprehendere poteſt,iuxta ſubiectam materiam. l. Gallus.§.in omnibus. ibi,Ex aliqua parte ſit inſtitutus, hoc eſt in legitima.ff.de liber.& poſthu. Alexan.in apoſtil.ad Bar.in l.ſi quis in ſuo.C.de inof.teſtam. Aug.Bero.ſuper rub.de probatio.num.15. latiſſimè de hoc relatiuo tractat And.Tiraq. in repet.in l.ſi unquam,in ver.omnia, uel partem aliquam, a num.5.uſque ad 17.C.de reuoc.donat. Cum hic dicatur alicuius ſpecialis commiſſionis,ſequitur ꝙ plures ſupponantur ſpeciales commiſſiones,prout oſtendã. Expediret forſan, quòd pauciores eſſent, plerumq; enim iudicia inuoluunt,& cauſas in longum protrahunt.Aliquis,item præfinitio particularis affirmatiua nuncupatur, prout declarat Ammonius ſuper Ariſtot. de Interpreta. circa principium.Sectio.2.& poſtea, dum tractat de præpoſitionibus ex ſubiecto tantum, & prædicato, vbi diſcutit aliquis,& vnus,quomodo conueniant, differantque relatiuum,aliquis,aliqua,aliquod, incertã perſonam, ſeu incertam rem ſignificat, ut ſi dicamus, Aliquis homo eſt albus, aliquis amicus,aliqua commiſſio, vt per Ammonium ubi ſupra.& probatur ex illis verbis Lucæ cap.9. Sunt aliqui hic ſtantes, qui non guſtabunt mortẽ donec videant regnum Dei. Sueto.in Auguſto. Vniuerſum deniquẹ genus operas aliquas publico ſpectaculo prębentium, &c. Teren. And. 4. Simul arbitror iam eſſe aliquem amicum, & defenſorem ei, quaſi unũ aliquem,quiſquis ille ſit.Cice.pro Cæcin. Si me uillicus tuus ſolus deieciſſet, non familia deieciſſet, vt opinor,ſed aliquis de familia.l.prima.§.id uerò quod humani iuris eſt plerumq; in alicuius bonis eſt,ff.de rer.diuiſ.l.1.§.item ſolent.ibi,uel non idoneus tutor alicui datetur. ff. de offic.præfec. vrba.l.ius ſanguinis.& l.inciuile. ibi, Cum aliqua particula. ff.de legibus. l. obſeruare. §. antequàm. ff. de offic.proconſ. l.in tantum. verſic. Ideo & libertas. ff.de re iudi.

ſpecialis [a] commiſsionis [b] expediendis [c]

a SPECIALIS. Ad differentiam generalis poteſtatis, ſeu facultatis, quæ conceditur Regenti per hanc conſtitutionem,& prius concedebatur Auditori Cameræ pro tempore exiſtenti per facultates, quæ emanabant,ac etiam per conſuetudinem,quę etiam poteſtatem,& iuriſdictionem dat. cap.cum contingat.de fo.compet.ubi gloſ.& Doct. §.exceſſus.in cap.irrefragabili.de offi.ordi.cap.cum olim. de præſcri. Gl.Pragm.de cauſis. §.ſtatuit. 1.in ver. conſuetudine.& ad ea quæ adduco in 4. q.3.Reg. Cancel.nume.19. Specialis igitur ad differentiam generalis interpretari poſſumus.i.particularis, prout apud Columel.libro tertio. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus, nunc illud propriè ſpecialiter,&c.l.procurator, cui generaliter.iunc.glo.ſecunda.l.procurator totorum.ibi,Et ideo ſic dico,quòd ſi non ſit ſpeciale,ſed generale ff.de procur.l.ſed & ſi quæſitum,cum gloſ.in uer. ſpecialiter.ff.ſi quis cautio.l.fi.ff.de offi. pręto.l.1. de offic.præſi.l.lex naturæ. ff. de ſta. homi. gloſ.in ver.plus.in capit.quamquam. 23.diſtinctio. Alibi ſpecialem expreſſum interpretamur, præalle.l.procurator totorum.iun.gloſ.ſecunda. ff.de procur.l. negocium.iun.glo.C.nego.geſto.Alex.in l.1.num. 14.& ſequ.ff.de offic.eius, per illum tex.ubi etiam gl.iuxta primam interpretationem.c.2.in prin.ibi Et Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali. de rebus eccl. non alien.lib.6.

b COMMISSIONIS. Vel oretenus, ſeu viuæ vocis oraculo factæ, de quo oraculo viuæ vocis tractaui ſupra in §. & in ipſa. in uer. fungatur. Vel verius ſpecialis reſcripti. reſcripta enim iuſtitiæ, ſeu iuſtitiam concernentia, vulgari ſermone commiſſiones vocamus. Et nuncupantur reſcripta iuſtitiæ, ſeu de iuſtitia, quia nil aliud continere ſolẽt ſeu debent quàm ius, ut in l.falſo.C.de diuer.reſc. gloſ.ſuper rubr.de reſcri. vbi etiam D.meus Phil. Dec. Bart.in repet.l. Cęſar, ante nu.24.ff.de publi. & Fely.in c.poſtulaſti,de reſcri.

c EXPEDIENDIS. Citationes, monitoria, & alia, de quibus hic ante ſigilli appoſitionem imperfecta quodammodo dici poſſunt: illis enim ſigillum, perfectionem, ſeu robur affert, ad text.in l. tribunus. ibi, Ac rurſus ſuo ſigno ſignauerit, ff. de milit, teſtam.ubi attenditur tempus appoſitionis ſigilli. Videantur tamen, quæ ſcripſi ſuper hoc §. in ver.ſigillum. in dubio, quod ibi ſubijcio. Exponamus igitur hic expediendis, ideſt abſoluendis, ſeu perficiendis. Sic accepit M. Tullius ad Marcum libro ſeptimo. Ego ſi quę uolo expediero, breui tempore, ut ſpero, uidebo. Idem de Claris Orato. Balbi docti, & eruditi hominis in utraque re conſideratam tarditatem uicit expediendis, conficiendisq; rebus. l.nequicquam, in principio ff.de offic.Procon. l.ſecunda. in princip. ff. de orig. iur. Expediendarum litium.i.terminandarum l.prima.in princip.ff.de iureiur.capit.ſi duo,§.fin. de procur.libro ſexto. Nonnunquam interpretamur expedire.i.utile, commodum, decens, congruum, ſeu bonum eſſe. Sic Tobię cap.tertio. Expedit mihi mori magis, quàm uiuere. Prouerb.17. Expedit magis urſæ occurrere raptis fœtib. quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. Ioan.undecimo. Quia expedit nobis, ut unus moriatur pro populo, ne tota gens pereat. 1. Corinth. 9. Expedit mihi magis mori, quàm ut gloriam meam quis euacuet, capitu.ſacerdos cui, ante finem. 1. quæſtio. Terent. in Phormio. Noſtrapte culpa facimus, ut malos expediat eſſe, dum nimium bonos nos dici ſtudemus, capitu. expedit. duodecima quęſtio.prima, l. & fin.ff.de adoptio.l.ſecunda.ff. ſi.ff.mand.l.ſi nõ expedierit pupillo.ff.de bo.auct. iudi.poſ.In hac ſignificatione accipimus, dũ dicimus. Multa licent, quę non expediunt. 1.ad Corinth.6.Omnia mihi licẽt, ſed nõ omnia expediunt.

Eadem

citationibus a Eadem verba habes cap.10. & apud Diuum Augustinum lib.de Adult.coniugijs. potest (inquit) aliquid licere, & non expedire: expedire autem quod non licet, non potest, ac per hoc non omnia quæ licita sunt, expediunt. omnia verò illicita non expediunt. & post, Ea mihi videntur licere, &c. Simile habemus in l.non omne, quæ est 287.ff.de reg.iur. Expeditum nō est.i.non semper verum, l.contra, §.fi.iun. glo.in ver.expeditum, ff. de pact. Expedire pro oportere accipitur, in ca.2. in prin.ibi, decet, & expedit, de regul. lib.6. Archi. in ca.cum expediat, de elec.eo.lib. & per Laurē. in Syl.de Feudi recogni. quæst.109. post num.43. in ver.expedire.

a CITATIONIBVS. Citationum campus latissimus est, de quibus tractant Specu.tit. de Citatio. Lanfran.de Oria.in repet. ca.quoniam contra, in uer.citationes, de proba.& plenius Maria. Soci. in tract.citatio.& alij ibi. Hic interpretatio facienda est de ijs citationibus, quæ extra Ro.Cu. transmittuntur, & hoc ratione adiuncti, quo casu dispositio indefinita, ac etiam generalis restringitur in suo significatu, ad tex.in l.fi.§.cui dulcia, & ibi Bartol.in summa, ff.de vi.& ole.lega.l.pediculis, §.itē cum quæritur, & ibi gl.in ver. non videri, ff.de au. & arg.lega. Illa uerba, quòd vtatur sigillo proprio in citationibus respiciunt solum citationes, quę (vt dixi) extra Rom.Cu.transmittuntur, quarum citationum formulas habes apud Maria.Soci. de citatio.art.20.num.8.& antè. Et hæ citationes insertas habere consueuerunt commissiones, seu rescripta, & hoc est iuri consonum, alioquin per delegatum citatus comparere non teneretur, argum.text. in cap.cum in iure, de offic.deleg. Hostien.in cap. præterea, colum.tertia, versic.Nec tenorem rescripti inserat.de dilatio. Gui.Papæ dec.286.iudex delegatus, ad fin.& in simi.Roma. consil.336.& Io. Bap.Ferret.consil.85. instrumentum extinctionis, in princ.Illi verò, qui Romæ citantur, per cursores, vel nuncios, in ius uocari consueuere absq; aliquo sigillo. Citationem quæ in vim specialium commissionum decernuntur, & extra Rom.Cu. transmittuntur aliquæ simplices citationes vocantur, pro quibus expediēdis minus erogatur. Quędam citationes expediuntur cum inhibitione, pro quibus aliquid plus soluitur. Aliæ cum inhibitione, & sub pœnis, & censuris, pro quibus aliquid vltra expendi consueuit. Simplex illa citatio nuncupatur, quia per eam quis simpliciter citatur ad cōparendum in Rom.Cu. coram Rotæ Auditore; uel alio iudice intra aliquem terminum pręfixum. Altera non solum citat, sed etiam inhibet, & vel nominatim, seu in specie, uel in genere. Tertia verò vltra citationem, & inhibitionem pœnarum, & censurarum ecclesiasticarum comminationem continet. Et huiusmodi citationes, quæ extra vrbem exequendæ mittuntur, dicuntur generales, & ad totam causam, videlicet, ut quis compareat pro tota causa, & ad omnes, & singulos actus faciēdos, vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè, prout per Rot.488.si appellatus, nu.7. in no. cuius citationis effectus est, ut sic citatus iudicium in tota causa subire teneatur. Et secundum aliquos sententia diffinitiua contra sic citatum ferri poterit. Inn.in cap.consuluit, de off.deleg. Abb.in cap.fin. num.3.& 6.de dilatio. Vel iuxta ueriorem opin. Doct.in præalle.cap.consuluit, requiritur specialis citatio ad sententiam, prout per Lanfran.in alleg. cap.quoniam contra, in ver.citationes. nume.17. Et Romæ citato extra eam non cōparente, pro quolibet actu citatur idem per Audientiam contradictarum. Rot.345.in no. Citandi mos in Rom.Cu. hic est, obtento, & præsentato Iudici rescripto ex quatuor a iure requisitis, pro ualiditate, & robore citationis, duo tantum seruantur, alia uerò omittuntur, seu seruata esse supponuntur. Supponuntur inquam illa duo, uidelicet partis instantia, seu petitio pro citatione decernenda, iuxta text.in l.ad peremptorium, ff.de iudi.& in l.fin. C.de bon.autho.iud.poss.in l.properandum, C.de iudi.in capi. significasti.in uer.ad petitionem, & in c.penult. in princ.de fo.compe. Rursus decretum, seu commissio iudicis.ad l.2.& l.consentaneum, & utrobique per Bar.& Bal.C.quomo.quan.iud.l.fi.& ibi Doc. C.de exhi.reis.& per Mar.Soci.de Citatio.art.11. Illę autem duo sunt in usu, videlicet Cursoris, seu nuncij executio, uel citationis in cartula per ipsum principalem citari aliquem procurantem, uel eius procuratorem inscriptæ præsentatio, iuxta ca.prudentiam, uers.Hoc casu, iun. gl.in uer. per certum, in fi.de off.deleg.in cap.cum parati, de appell per Bar.in extrau.ad reprimen.in uer.per Nuncium, & per Maria.Soci.ubi supra, art.8, Item Cursoris, seu Nuncij relatio.ad l.hæc autem, §.non defendi, iun.ijs, quæ uoluit ibi Bart.num.2.ff.quib.ex cau. in pos.ea.Saly.in l.dies festos, post medium. uersi. Est & tertius actus, & ante præmiserat duo alia requisita, uidelicet commissionem iudicis de citando, & citationis executionem per ipsum nūcium, C.de ferijs. de qua relatione nuncii qui citauit, ui de Hostien.in capit.quoniam contra, in uer. citationes.i.nunciorum responsiones, ac si dixisset relationes, & ibi per Io.And.& omnes, de proba. Citationis primæ, Romę exequendæ in causa cōmissaria, formula hęc erit. In capite scribuntur hæc uerba, uidelicet Reuerendissimo Do.Regenti, seu A. C.pro Auditore Cameræ, uel si pro Rota R.P.D. Oradino, & sic de aliis. puta si causa coram prælato Rom.Cur.dicetur, coram R. P. D.Episcopo Amerino. Postea subdatur causæ titulus, puta Toleta.canonicatus, uel Camerinē. Attemptatorum. deinde subiicietur ipsa citatio huiusmodi tenoris. Citetur N.ex aduerso principalis, uel O. ex aduerso procurator ad dicendum contra commissionē, & ad libellandum ad primam diem. Instante P. principali, seu eius procuratore. Cursor subscribit hoc modo. Feci, ut supra die 5. Aprilis 1564. Tho. Roger Cursor. Nec locus apponi consueuit, ad quem citatus uenire, seu in quo cōparere debeat. Intelligemus enim (si de Rotę Anditoribus loquamur) ubi maiores ius reddere soliti sūt, ad l. si locus

ff.de iudi.l.cum sententiam, C.de senten.& interlocu.& ad alia, quæ adduco in 58.quæst. Reg. de Anna.numero secundo. Vel tam quoad Rotæ Auditores, quàm alios, intelligemus in loco solito ad iura reddendum, & causas audiendum. Citationẽ in personam Diui Pauli habes Actuum cap.24.in princ. Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus dicens, &c. Qualiter autem citari debeat uniuersitas, capitulum, seu collegium, habemus bonā gl.in cap.si capitulo, in uer. facta, de conces.præbē. lib.6.ac glo.in l.non potest, quæ est 160. ante fi.ff. de reg.iur. Pro quo etiam Angel.consil.196. iam sunt, col.2.vers.tertio peccat. Abb.in ca.bonæ.1.de electio.num.18.& seq.

monitorijs [a]

a MONITORIIS. Intelligamus tam de monitorijs, quæ extra Rom. Cu. transmittuntur, quàm de ijs, quæ pro Ro.Cu.decernuntur. Ratio autem differentiæ, quare in monitoriis de vtrisque facienda sit interpretatio, de citationibus uerò aliter supra responderimus, ea est, quia constitutio intelligi debet in casu, in quo supposita per eum locum habere possint, iuxta theo.Iaco.Butri. Fulgo.Salyc.& aliorum in l.mancipia, C.de ser.fugi.Ludo.Roma. singu.489.statutum puniens.& per D.meum Phi. Dec.consi.466.stante statuto, num.4.& cons.460. quæritur, post prin. In casu citationum tex. noster sibi locum vendicare poterat in citationibus extra Rom.Cu.transmittendis, in quibus sigillum apponitur: quo verò ad monitoria aliud dicendum est, cum utraque signentur, & sigillentur. Qui verò idem in monitorijs, & citationibus concludere vult, ponderabit ꝙ monitoria, quæ Romæ executioni demandabantur etiam ante hac non firmabantur sigillo Camerarij, sed ipsius Auditoris Cameræ. Vnde quoad illa monitoria non oportebat statuere circa sigillum: nec noua constitutio, seu prouisio extenditur ad casum, super quo specialiter aliter prouisum erat, etiam si sit generalis, arg. tex.in l.Stichus nutricis, ff.de adim.lega. l.cohæred., §.qui patrem, ff.de vulga.l.decurionibus, cum glo.1.C.de silentia.lib.12.Bald.in l.non plures, ad fi.C.de sacro.eccles. Monitoria hic accipimus ea, quæ in vim specialis commissionis decernũtur propter illa verba, quæ supra ponderaui, videlicet alicuius specialis commissionis. Rursus & illa, quæ via ordinaria expediuntur. Tum quia & illa (vt præmisi) sigillantur, & si extra Ro.Cu.transmittebantur cum sigillo Camerarij firmabantur, tum propter illa verba, ordinaria auctoritate, vnde verba conueniunt etiam monitorijs, quæ ordinaria auctoritate decernuntur, ergo & dispositio, argumen. tex.in l.hos accusare, §.omnibus, ff.de accusa.l.ab omnibus, ff.de lega.primo, capitu.indemnitatibus, §.penultimo. de electio.libro sexto. Tum etiam quia verba potius interpretanda sunt iuxta modum, seu cursum ordinarium, & naturalem, quàm iuxta extraordinarium, & accidentalem. ad l.Seio, §.Medico, ff.de an. lega.l.tertia, §.primo, ff.de tute.l.prima, ff.de donatio. l.prima. §.hoc interdictum de cisterna.& ibi not.Bartol.in fi.de fonte.

mandatis, [a] **inhi-bitionibus,** [b] **& quibusuis**

Socin.in l. q. Romæ, §. Callimacus, col.5. ff. de verb. obliga. D. meus in c. inter cætera, nume.quinto.de appel.& consil.43. quod supra, numero septimo, & seq. Monitoria autem via ordinaria cõceduntur, rarò autem in vim specialis rescripti. Quę autem dixi circa monitoria in vim specialis rescripti decernenda, procedunt etiam in monitorijs authoritate ordinaria concedendis, extra tamen Rom.Cu.intimandis, seu exequendis, quæ etiam sigillo Camerarij firmabatur, & quorum vsus frequentissimus est. Hinc sumpta occasione nonnullas quæstiones non inutiles prosequor in tractatu meo de Monitorijs.

a MANDATIS. Mandatũ a præcepto in quoque differre docet. Fely.in cap.cum te.num.9.vers. inter mandatum, & præceptum.de rescri. Mandatum quot modis accipiatur, tracto supra §.ac tam in ver.mandato. Hic mandatum pro pręcepto, seu iussu vsurpamus. Sic c.23. A mandatis labiorum eius non recessi. Psal.102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Psalm.110. Fidelia omnia mandata eius.& 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.& post, Cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Matthæi 19. Si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata. Et si quando pater, uel dominus mandat, mandatum pro iussu accipimus, iuxta pulchrum textum in l.1.§.sed & si mãdauerit pater, dominusve, videtur iussisse. ff.qd iussu. Quanto magis quando mandat Deus, uel eius Vicarius, qui omnium pater, & dominus nũcupatur? Sic etiam accipimus in c.mandatum. de rescr. & in c.mandamus.de off.ord. Mãdata autem a monitorijs in quo differant uidebis in meo tract. Monitoriorum. Quòd mandato non sit parendũ quando quis excedit fines officij, seu mandat aliquid contra conscientiam, vide glos.in l.non uidetur. §.qui iussu.ff.de reg.iur.Innocen.in c. ad aures. de temp. ord. & per Dominum meum Phi.Dec. consi.[illegible] so puncto.num.2. De mandato, seu præcepto facto marito de non conuersando cum uxore, vide Fel. consil.49.

b INHIBITIONIBVS. De ijs alibi plenè tractabo.

c ALIIS. Hæc dictio regulariter facit positionem eiusdem qualitatis, ad præcedentia, prout colligi potest ex verbis Iob capi.31. Et si in manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat. Seram ego Iob, & alius similiter homo comedat. Matthæi vigesimoprimo. Alij autem cædebant ramos de arborib. Alij, s. de turba, de qua præmissum erat; & colligitur etiã ex ijs quæ postea subiiciuntur. & Luc.8. Aliud cecidit circus uiã, intelligo de semine, de quo prius dictũ fuerat.

aliis [c] **patentibus** [d] **literis**

rat. Idem habes Matthæi 13. in prin. & Marci 4. in prin. & iuxta tex. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. cap. sedes. ubi glo. & Doct. de rescri. Cy. in authen. sed neque curialem. C. de episc. & cler. Glos. Pragm. de collatio. primo cum. in ver. alio. Et propter naturam huius dictionis, voluit Barba, consilio 33. scripsit Psalmista. colum. 4. num. 26. & seq. lib. 2. quòd si testator mandauit celebrari tot missas in hebdomada per Petrum, uel alium sacerdotem, necesse erat, quod Petrus esset actu sacerdos, non autem sufficisset quod habitu. Verum quia hic dictio, alijs, est iuncta dictioni, quibusuis, generalitas, & vniuersalitas designatur etiam circa maiora, & diuersa expressis. ad text. in clement. 1. de re iudi. in princip. iunc. glo. in ver. quauis. quæ generaliter exponit, quòd illa verba includunt etiam causas spirituales, criminales. &c. clem. 1. iun. glo. in ver. quouis modo. & reb. eccl. non alie. Rot. 612. si Papa, in anti. vbi de clausula, quouis alio modo. Alex. consil. 30. ponderatis, num. 14. vers. In dicta concessione, uolum. 5. Fely. in tract. litera. Apost. con. patro. in 4. Ampliа. vers. sed profectò.

a PATENTIBVS. Apertis. Antitheton clausis, prout Esaiæ ca. 35. Tunc aperientur oculi cęcorũ, & aures surdorũ patebunt. Psal. 51. Sepulchrum patens est guttur eorum. Cice. pro Quintio, Non habere domum clausam pudori, & sanctimoniæ: patentem, atque expositam cupiditati, & voluptatibus. Idem Cice. de Diuina. Cœlum patens, atque apertum. Virgi. 6. Aeneid. Patet atri ianua Ditis. & lib. 9. Et portas iubet esse patentes. Iuuen. Saty. 1. Cum iam secta ceruice feratur. Hinc, atque inde patens, ac nuda penè cathedra. cap. patentibus literis, & ibi Hostien. in princ. de priuile. Rot. 340. an credatur, in anti. cap. si canonici. ibi, Vel patentibus literis. de offi. ordi. lib. 6. clem. vni. §. porrò. de iureiuran. Dum hæc in arce Beneuentana scribo, mihi in mentem venit illud Prouerb. cap. 25. in fi. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, &c. Id in hac nobili, & antiquissima Ciuitate, olimque Romanæ vrbi, illiusque virtuti, & gloriæ emula comprobari intelligo, quippe quæ ab hinc triennium ab exercitu Neapolitano, & Hispano capta, illisq; muros in circuitu destruentibus (iuxta illud 4. Regum 25. Et muros Hierusalem in circuitu destruxit) muris postea continuè caruit, quos nunc ego Beneuenti præsidens instaurari, ac refici curo. Dũ hæc inquam noctu scribo, iam arcis huius plateas, & ambitus, Beneuẽtanis, & exteris hic sub fide mea degentibus repletos esse, & mihi refertur, & proprijs auribus strepitus, & murmur audio. Ad illos accedo, quos perterritos inuenio ob improuisum futurum aduentum militum Hispanorum iã non temerè conceptum, & auditum. Ego per diuersos nuncios, tabellarios, exploratores percipio Hispanos milites ad numerum duorum mille prima uice Beneuentum accessuros, accessus uerò causa omnes omnino latebat. Verum (vt assolet) diuersis diuersa existimantibus, crebrior sententia erat illos pro captura, & persecutione circiter quingentorum exulum à Regno Neapolitano hic sub fide publica commorantium, huc venturos. Noctem insomnem duco, nuncios pedestres, & equestres plures huc, & illuc transmitto ad clientes, & amicos meos, reque cum senioribus, ac præstantioribus cum armis, tunc iudicio discussa, persona Iurisconsulti deposita, personam Ducis accipio; singulis singula militaria officia distribuo, omnesque arma sumere iubeo, mandatisq; meis, & è me suffectorum parere omnes in omnibus præcipio. dumque omnia parata essent, quæ negotio

seu a huiusmodi conuenire existimaui, breui habita oratione declaro: profitens circa plura me consilium in arena capturum. Albescente deinde cœlo per portam auream per medios Beneuentanos, Neapolitanosque nostros milites pertranseunt Hispani, cumque illorum Dux coram me astaret, dato signo, ut totus eius exercitus sileret, me sua lingua salutato, inquit. Putabam me Beneuentanæ Gubernationi præfectum adire, non autem Sammitum, & Neapolitanorum Ducem. Cui ego in ea lingua sua respondi, Me id pro quiete mei populi facere, ac pro custodia, & tutela ipsius exercitus, & ne quid sinistri in ijs locis accidat, quorum viri, & ipsum clima bella semper suadent. Excepi tandem omnes hilari fronte, ac iuxta cuiusque conditionem bene tractari, & mandaui, & curaui: quamprimumq; discedere cogitarunt (ut mandata Proregis Neapolitani executioni demandarent) & permisi, & à quibusdam meis illos associari iussi. Patent uerba, exponimus, idest clara sunt l. in usucapione. §. fin. ff. de diuer. & tempo. pręscrip.

a SEV. Ampliatiuè hic ponitur, non autem expositiuè, uel disiunctiuè, prout etiam in l. si quis ita. ibi, hoc enim uerbum, &c. ff. de au. & argen. lega. §. præsens, iunc. glos. in uer. siue, in fi. in authen. de trien. & semis. capitulo quoniam, ubi Bald. de testi. Ioan. Andr. in cap. ex parte, de restit. spol. cap. statutum, versi. sancimus igitur, de rescr. lib. 6. cap. fi. in princ. de temp. ordin. eo. lib. 6. Cyn. & Bald. in l. penult. C. de uerborum signifi. Idem Bald. in cap. 1. colum. fin. in secunda lectur. de iudi. Angel. super rubr. ff. de interdi. Quod maximè procedit in dispositionibus fauorabilius, vt dictiones, siue, seu, & similes ampliatiuè accipiantur. Roman. consilio 363. petitur, num. 2. clem. si religiosus. ubi Vitali, nu. 7. de procu. In ultima uoluntatibus dictiones huiusmodi regulariter augumentatiuè ponuntur, seu ampliatiuè, ut per Bar. in alle. l. si quis ita. ff. de au. & argen. lega. notat Alexan. ab Alexand. libr. 2. Dierum generalium in c. 3. Idem dicendum de dictione siue. l. cum quis decedens. §. fin. ff. de lega. 3. Cremen. Syng. 57. Plerunque dictiones, seu, uel siue, alternatiuè ponuntur, & sic inter diuersa. 1. ad Corinth. 3. ad fi. Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, &c. l. filiæ. & ibi Bal. in prima, oppo. C. de collatio. Bartol. in l. si is qui ducenta. §. utrum. in sexta oppositio. ff. de reb. dub. Idem Bartol. in authent. ut omnes obed. iudic. numero undecimo, capit. si quis præsbyterorum. in princip. ubi Barbat. & alij, de reb. eccles. non alien. Roman. consilio sexagesimoquinto, ad fi. & consi. 179. post numerum 7. Gemin. cons. 22.

nume. 11. Alexand. in l. seruus, nume. secundo. ff. de verborum oblig. & consil. 50. num. 13. volum. quinto. Et quando alternatiua hæc profertur inter res eiusdem speciei, & quando diuersæ speciei, vide in praxi Papien. in for. Actio. rea. in ver. non astringens, nume. 8. l. si quis ita stipuletur, ubi Bar. & alii, ff. de verborum obli. l. si uacantia, vbi Luc. de Pen. C. de bo. vacan. lib. 10. l. vni. in princip. ubi idem Luc. C. de colo. Illi. lib. 11. Declaratiuè etiã, vel expositiuè accipitur, & sic pro idest, quando po nitur species post genus, ut aliàs dicebam, priuilegia, seu antelationum prærogatiuæ. ad tex. in cap. primo, & ibi Archid. de cogna. spiri. libro 6. & ad tex. in cap. primo. §. verum, & ibidem Archidia. de sta. regu. eo. lib. in clem. prima. §. porrò, & ibi Cardin. in princ. de sum. Trini. in clem. 2. iunc. glos. in ver. insulam. de vi. & honest. cleri. per gl. in ver. pecuniarum, in authen. vt om. obe. iudi. & ibidem Bartol. nume. 12. Archid. & Gemin. nume. quarto, in cap. generali, de electio. lib. 6. qui exponunt, seu, pro, idest. Bald. in alleg. capitu. 1. in 2. lectu. ad fi. de iudi. Glo. Pragma. de collatio. §. insuper, in ver. seu. vbi etiam, quòd nõnunquam correctiuè sumitur, prout in Authen. de nup. §. quæ vero. in capit. primo, §. porrò. de sta. regula. libro sexto. Cardi. in clemen. §. porrò, de sum. Trini. Rot. Iusto. dub. 16. versus fin. versic. Vel hoc verum. De natura dictionis, seu, & quando copulatiuè, quando disiunctiuè ponatur, vide Ludou. Roma. prælleg. consil. 65. numero octauo, & sequ. latè per And. Barba. consilio 33. scripsit, colum. antepen. num. 4. & sequen. versicu. Ex istis, libro secundo. Et in quo differat dictio, seu, quando ponitur inter res, & quando inter personas, & quid quando inter appellatiua nomina, ui de Barba. præall. consil. 33. colum. 5. numero 4. & seq. libro 2. per Lamber. de iurepatro. art. 28. quæstio. 7. 1. par. 2. lib. num. 5. Et quòd dictio, seu, nonnunquam sensum con iungat, licet verba disiũgat, probat tex. iun. glos. in l. ad protegendam, C. de in lit. dan. tuto. in l. fi. §. hæc munera, ff. de mune. & hono. in l. 1. ff. de his, qui. vt indi. rub. C. de excep. seu præscrip. Bartol. in Authen. ut om. obe. iudi. nu. 13. & Dom. meus Phi. Dec. cons. 330. conclusionem, post nume. 5. Dictionum, seu, siue, vel, quæ alternatiuæ, quæ disiũctiuæ sint, & in quo illæ differant tractat Gomes. in §. sed istæ. super glo. magna. post num. 38. Instit. de actio. si testator legauit libros, quos habebat Bononiæ, seu Paduæ, omnes deberi affirmant Bal. & Pau. Castren. in l. cum quidam, C. de lega. si legauit equum album, seu nigrum, legatarius non habebit, nisi unum, ita Bal. in cap. inter cæteras. colum. fi. de rescr. quod dicit mirabile Ias. in l. prealleg. cum quidam, colum. 2. post medium, C. de lega. De dictione, seu, vide post glo. in consti. Regni, prosequentes, in ver. & postremo, Carauit. tit. 11. nu. 3. fol. 25.

scripturis [a] loco [b] sigilli ipsius Camerarij, vel Cameræ [c]

a SCRIPTVRIS. Dupliciter exponere possumus, vel ut dicamus patentibus literis, seu patentibus scripturis. Vel supponamus illud adiectiuum (patentib.) ad literas solùm referri, quod verius videtur. Dicimus enim, nostras patentes literas fieri fecimus, non autem patentes scripturas, prout in cap. patentibus literis. de priuileg. vbi etiam Host. qui subdit maiorem fidem adhiberi literis clausis, quàm patentibus, illasq; minus suspectas esse, què sequitur Rot. 430. in antiq. Et quòd de patentibus literis intelligere debeamus, ac quòd differant patentes literæ ab instrumẽtis, colliges ex verbis Specu. de Citatio. §. dicto de cita. ante num. 4. versi. Et quicquid inde feceritis, nobis per patentes literas harum seriem continentes, aut per publicũ instrumentum fideliter describatis. Quę verba etiam habes apud Maria. Soc. Similiter de citatio. art. 2. quæst. 4. ante nume. 8. vers. Diem autem. Scripturæ quot modis sumatur, vide supra in §. & in ipsa, in ver. scripturis.

b LOCO SIGILLI. i. vice sigilli, prout Deut. c. 24. Non accipies loco pignoris inferiorem. 1. Machabę. 9. Et surrexit loco Iudæ fratris sui, & ad tex. in l. filiusfa. ff. de his qui sunt sui, uel alie. iur. in l. ceterum. ibi, Quos loco seruorum. ff. de vsu, & habi. & §. socrum, Insti. de nup. Et eiusdem effectus erat proprium sigillum, cuius ante erat illud Cameræ ad tex. in l. 2. iun. glo. in ver. eodem loco, quæ exponit. i. eodem effectu, ff. de iu. & fac. ignoran. Et cum dicatur hic loco sigilli, ergo sigillo Camerarij vti non poterit. Verum quia audio breui circa sigilli huiusmodi immutanda fore plura, quæ hic cõgruè caderent, discutere omitto.

c VEL CAMERÆ. Ex ijs verbis infertur, quòd diuersum sit sigillum Camerarij à sigillo Cameræ, cum dictio, uel, & similes, inter diuersa, & nonnunquam opposita ponantur, prout Num. 24. Vt boni, uel mali quid proferam ex corde meo. Deuteron. 17. in fi. Neque declinet in partem dexteram uel sinistram. Iosue 1. Nec declines ab ea ad dexteram, uel sinistram. 1. Regum 14. post principium. Quia non est Domino difficile saluare, uel in multis, uel in paucis. & c. 20. in prin. Neq; enim faciet pater meus quicquam grãde, uel paruũ, nisi prius indicauerit mihi. & capit. 22. Super hoc negocio uel modicũ, uel grande. ad tex. in l. filiæ, ubi Bald. in prima oppo. C. de colla. Bartol. in l. si is qui ducenta, §. utrum, 6. oppo. ff. de reb. dub. Cardinal. clemen. 2 quæstio. secunda. de æta. & qual. clem. 1. ibi, in Apostolica rum, & cęt. & ibi Cardin. numero septimo. in 9. no. de iudi. Ludo. Roman. consil. 83. licet, nume. 2. Quod etiam probat ex diuersitate characteris, seu effigiei. Alioqui si idẽ esset sigillum Camerarij, & Cameræ, dictio,

quo [a] in officio Auditoratus huiusmodi vti solitum [b] erat, utatur [c]

ctio, vel, pro idest accipienda esset, vt in §. 3. verò anno, iun. glo. in ver. vel in proœm. ff. & rubr. ff. si ag. vecti. vel emphit. cum glo. l. 2. iun. gl. in ver sic. vel pecudem. ff. ad leg. Aquil. l. 3. cum glo. in ver. sub diuersis. in princ. ff. vt leg. nomi. caue. l. fi. cum gl. ff. de custo. reo. Bal. in c. 1. in 2. lectu. ad fi. de iudi. Vel pro, &, vsurpauit Homerus dum dixit; Iuuenisue, senexue. i. iuuenis, & senex, prout per Ammon. super Aristot. in lib. de Interpreta. sectio. 3. tex. com. 13. dum inquit fortassisque; non sunt hęc verba disiunctiuè audienda, &c.

a QVO. Hoc relatiuum restringit, & limitat, ne de omni sigillo Camerarij, vel Cameræ interpretatio facieda sit. Ad quod adduci potest illud, oīs locus, quem calcauerit pes vester, vester erit. Deuteron. 11. & sic non simpliciter oīs locus vester erit, sed ille quem calcauerit pes vester, prout ēt in princ. l. vbi omnes, ff. de acq. pos. Idem colligitur Iohel. 2. ad fin. Et erit omnis, qui vocauerit nomen Domini, saluus: & sic non omnis simpliciter saluus. Sic non omnis arbor excidetur, & in ignem mittetur, sed omnis quæ non facit fructum bonum. Matthęi cap. 3. & 7. & ad l. ea tamē adiectio, ff. de leg. 3. l. omnes populi. vbi Bar. in 1. oppo. & alij, ff. de iusti. & iur. Idem Bart. in l. cunctos populos. nu. 1. ac Bal. & alij. C. de sum. Trin. Bal. in l. præcipimus. col. fi. C. de appel.

b SOLITVM erat. s. ante hac, & ante concessionem harum facultatum. Solitum autem, vt voluit Bar. in l. Mela. §. si alimenta. num. 1. ff. de alim. & ciba. lega. dicitur etiam vno actu tantum præcedēte. & idem Bar. in l. 1. in 2. q. C. quom. & quan. iud. Cuius dictum Pau. de Cast. ibi nu. 4. dicit cōmuniter teneri. & hanc communem testatur Dominus meus Phi. Dec. consi. 441. præsens consultatio. nu. 12. Gem. verò in c. 1. de ui. & hone. cleric. nu. 8. lib. 6. notauit post Anch. non dici mercatorē eum, qui semel mercatus est. Ego aliàs solitum fugere asserebam eum, qui semel, vel bis fugerat. vltra alia adducebam illud Iud. c. 20. putauerunt. n. solito eos more cedere.

c VTATVR. Vti, & frui, an inter se differant. Diuus August. lib. 10. de Trin. inquit, c. 11. Vti, est assumere aliquid in facultatem voluntatis. Frui autem est vti cum gaudio nō adhuc spei, sed iam rei. Ideoque omnis qui fruitur, utitur, assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis, non autem omnis qui vtitur fruitur. In hac vita non videmur frui, sed tantum vti, ubi gaudemus in spe. Idemque August. de Doctri. Christia. ca. 33. inquit, Frequēterquis frui dicitur cū delectatione vti. Dum. n. adest quod diligitur, etiā delectationem secū gerit. Res aliquæ sunt, quibus fruendum est. Aliæ quib. vtendum. Aliæ quæ fruūtur, & vtuntur, prout per eundem Diuum Augustinū lib. 1. c. 3. eodem tit. de Doctri. Christia. Et ꝑ præmissis, & alijs videatur omnino Magi. sent. lib. primo, dist. 1. circa princip. Vti, & frui, habes in l. 2. ver. habere eum dicimus, qui utitur. ff. ne quid in loco public.

Et taxam, ac[a] prouentus,[b] ac

a ET Taxam. Declaro sic, Et taxam, & emolumenta percipiat, idest emolumenta taxata, iuxta illud M. Tullij Familia. lib. 3. Appio Pulchro, Iudicatio & mora. i. iudicationis mora, & illud Virgil. secundum vnam interpretationem, Arma uirumq; cano. i. virum armatum. Sic & Pateris libabat, & auro. i. pateris aureis, vt Insti, de tutor. §. 1. Tutela est ius, ac potestas. glo. in princip. exponit. i: violenta potestas. Insti. de hære. quali. & diffe. vbi glo. exponit, idest, differenti qualita. l. Deo nobis. ibi legitimè, vel ex pacto, idest ex pacto legitimo. C. de epi. & cleri. & per gl, & Bar. super rub. C. de agri. & cēsi. lib. 11. ubi ꝙ est figura Endiadis, & sic substantiuum pro adiectiuo, l. obseruare. iun. gl. in ver. ratio. ff. de offic. procons. Sic ego pisis in iure canonico primus dum interpretarer c. 1. de offi. deleg. illa verba, minas, & terrores (iuxta lectu. D. mei ibi, ac Beroi) exponi posse affirmabam, i. minas terrentes, vel quæ terreant. Vel taxam, ac prouentus, accipiamus, ac, pro idest, prout in §. oportet igitur. cum glo. 2. in ver. & in Auth. de manda. Princ, glo. in c. cupientes. §. denique, in ver. & aliqui. de elec. lib. 6. gl. fi. Instit. de vsu. & habi. Sic etiam taxas vocant salaria, vel emolumenta, quæ notarijs, uel scriptoribus Apostolicis debentur, de quibus in extra. Cum sacrosan. Io. 22. sub titu. de sent. excom. & in alijs extra. citatis per gl. Pragma. in c. sicut. §. in ver. taxetur. de electio. Taxa a verbo, texo, deducitur. i. prius æstimo. Sic apud Plin. lib. 17. c. 1. Illos qui frugiferas tanti taxauerunt. Et taxatio, vt inquit Festus, dicitur, quæ fit certæ summæ.

b PROVENTVS. Generale nomen est etiam, fructus, & redditus comprehēdens. ad tex. in l. annonam. ibi, Dum minus uberes proueutus expectantur. ff. de extra. crim. c. pastoralis. ver. Nec pro restaurandis. de decis. Et quæ de mulctis, ac iurisdictione, & officiorum redditu, & aliàs vndecumque proueniunt, prouentus, seu obuentiones dicūtur. c. vni. circa med. ibi, Quod retentis tibi prouentibus officium concesserat memoratum, ut eccle. ben. sine dimi. c. pasto ralibus. uersus finem, de donatio. clem. statutum. ibi, Quod prouenit ex iurisdictione, & sigillo, &c. Boer. dec. 124. Abb. Rebuf. super Concor. rub. de Collatio. §. uolumus. in uer. pronentus. Prouentus item pro lucro, seu acquisitione, uel augmento. 1. ad Corin. 10. Sed facite etiam cum temptatione prouentum, ut possitis sustinere. Et prouentus non solum dicuntur bonarum rerum, sed etiam malarum. Plautus, Calamitates, & miseriæ tot prouentus.

emolumenta[a] eidem Camerario ratione dicti[b]

EMOLVMENTA. Emolumeutum pro utilitate, cōmodo, lucro. fructu seu ꝓmio sumitur. Ecclesiastes. 4. Melius est ergo duos esse simul, quam uuum: habent

bent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Malachiæ 3. propè finem. Et quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, &c. l. si cum filius. §. dominus. ff. de lega. 2. l. Papinianus. §. meminisse. ver. Eó tamen. ff. de inoffi. testam. l. proprer, versi. Si autem mulier emolumentum bonorum amiserit. ff. ad Syllania. l. fi. ver. An vero quia emolumentum totius hæreditatis. ff. vt lega. nomi. caue. l. in seruitutem, versi. Nonnunquam. ff. de bon. liber. l. de eo. ff. de fals. l. iudices. & ibi Luc. de Pen. post principiũ, dicit diuersa esse emolumenta, & stipendia. C. de anno. & tribu. lib. 10. l. pen. & ibi Luc. col. pen. in versic. emolumentorum, exponit fructuum laboris, C. de proxi. sacro. scrin. lib. 12. De emolumẽtis habemus etiam tex. in l. item, quæ est 13. in fi. ff. de lega. præstan. in l. 1. §. sed & si tantum in l. filium, quæ est 5. & in l. filius, quæ est 9. ff. de collat. bono. in l. 1. versic. Nam & si impubes, ff. de ven. in poss. mitten. in l. 1. ff. si quis a parẽt. fue. manumis. in l. in l. 3. §. quamuis. ff. si cui plusquam per leg. Falci. & in l. nam quid, quæ est 14. ff. ad trebel. in c. nemo. in princ. de simon. & in cap. 1. de testib. lib. 6. præalle. clemen. statutum. ibi, In omni emolumento, quod venit ex iurisdictione, & sigillo. de electio. & est verbum generalissimum. l. fin. C. qui admit. Cuma. consi. 162. visa copia. nume. 3. per Glo. Pragma. in c. sicut. §. notarij. in versi. emolumentum. de electio. Boer. Dec. 224. De emolumentis prouenientib. ex iurisdictione, sigillo Curiæ, vel aliàs vndecunque, habemus tex. in clem. statutum. de elect. Emolumentum item non solũ in bonam, sed & in malam partem sumi potest. Cic. 3. Officio. Si sic erimus affecti, vt propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterũ, dirumpi necesse est eam, quæ maximè secundum naturam humani generis est, societatem.

b DICTI sigilli. De quo supra præmisit, ad l. j. §. eum qui. vbi Bart. num. 2. qui dictum §. legit cum §. hoc edictum. ff. de postul. Idem Bar. in l. talis scriptura. §. fi. nu. 4. ff. de leg. 1, Aret. consil. 21. si diligenter. col. 1. ver. Ex quibus verbis. Sozi. consil. 251. quoniam in præsenti. num. 5. Et quòd hæc dictio faciat relationem ad præcedentia nominata, voluerunt etiam D. meus Phil. Dec. consil. 469. num. 8. & seq. Rui. consi. 103. num. 5. lib. 2. Cur. iu. consil. 58. col. 1. in fin. & tol. seq. Rip. in l. filiusfa. §. diui. au. 111. ff. de leg. 1. Crauet. consi. 98. nu. 8. Ceph. consi. 43. nu. 13. lib. 1. & consi. 171. nu. 3. lib. 2. Gozz. consi. 29. nu. 15. Tiraq. de vtr. retr. li. j. §. 8. gl. 7. nu. 24. Perhęc verba fit restrictio ad ꝓuẽtus, & emolumẽta occasione sigilli prouenientia. Insuper nõ rõne cuiuscunq; sigilli, sed eius, de quo supra facta est mẽtio. Et de emolumentis occasione sigilli, habemus tex. (vt præmisi) in alleg. cle. statutum. de electio.

a SOLITA. Idest consueta. Alioqui si insolita exigerentur emolumẽta, illa potius extorquerent, quàm debitè perciperentur, prout etiam dicimus non licere nouas gabellas, seu noua vectigalia imponere, iuxta tex. in l. vectigalia. ff. de publica. C. vectig. no. insti. non pos. in rub. & nigro. c. innouamus. de censi. Gui. Pap. dec. 197. Domini. Cur. iu. cõs. 190. post nu. 5. & nu. 7. Et emanare solet, ꝓut tempore Pauli 3. Reg. Canc. contra officiarios exigentes vltra debitũ. super quo habemus etiã extra. Cum sacrosanctę, Io. 22. de sentẽ. excommu. Ego ꝓ illa regula, & cõtra similes officiarios, ac contra eos, qui nouas gabellas imponunt, vel impositas augent, seu vectigalia,

sigilli b dari, & per eum percipi solita a pro seipso percipiat, nec b cum eodem Camerario

& onera duplicant, adducere soleo id, quod Roboam accidit, qui seniores audire nolens, a iunioribus consilium petijt, qui ei responderunt, sic loqueris. Nunc pater meus posuit super vos iugum graue: ego autem addam super iugum vestrum, pater meus cædit vos flagellis: ego autem cedam vos scorpionib. ꝓut 3. Reg. 12. & 2. Paralipo. 10.

NEC. Pro non, indifferenter olim vsurpabant, puta furtum, nec manifestum, pro non manifesto nũcupantes. & Bona nec opinata. i. inopinata. Cic. in offic. Idem lib. 3. de Legib. Senator qui nec aderit pro non aderit. In 12. tabulis, sub ijs verbis (quæ refert Bud. in l. 2. ad finem. ff. iudic.) Magistratui nec obedientem, & nocuum ciuem mulcta, vinculis, verberibus ne coercento, & exponimus nec obedientem, vel melius inobedientem. Sic & in l. nec manifestum, vbi Bud. in anno A. ff. de furt. l. vulgaris, §. 1. in fin. ff. eod. quæ est canonizata. de pœnit. dist. 1. l. quæcunque, §, interdum, iun. glo. in versic. nec, ff. de Publicia. l. 2. ff. de iti. actu. priua. l. nec enim, ff. de solutio. §. 1. iun. gloss. in ver. nec, Insti. de fideiuss. Abb. anti. in c. 2. de ui. & honeste ri. Alibi nec, pro fine, capimus, prout in l. vni. iun. iun. gloss. in versic. nec adiuncta, C. de consort. eius lit. In tex. nostro, dictio, nec, inclusam habet copulam, iuxta tex. in l. & quia. iun. glo. 1. ff. de iurisd. om. iudi. l. si filiæ, cum glo. in ver. nec nuptię, C. de donat. propterr nupt. Et exponimus, nec communicet. i. & non communicet. Sic & Genes. c. 33. Nec distulit adolescens quin statim, quod petebatur, expleret. Deute. 2. Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos pręlium. & c. 11. Nec terra det germen suum. & cap. 12. in fin. Nec addas quicquã, nec minuas. l. nec interest, ff. ad leg. Iu l. de ui priu. l. nec adiecit, ff. pro socio. l. nec adoptare, ff. de offi. procon. l. nec ei, ff. de adoptio. l. 2. ff. de publica. l. nec magistratibus, ff. de iniur. Bart. & Alexan. in l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. obl. & idem Bart. in l. sæpe, ver. quæro de dictione, nec ff. de verb. sign. D. meus Phi. Dec. in l. nec emancipati, C. de collatio. Saly. in l. 1. nu. 2. C. communia. nel epist. notat dictionem, nec, de sui natura implicatiuam esse. Et eam esse implicatiuam voluit Rui. consilio 24. quia copiosè, nume. 6, volum. 4. &

& Doctor Modern. Iaco. Menoch. in 9. Reme. Recupe. possess. nu. 74. Nec & neque, an sint destructiuę, Augustinus in sua Grammatica disiunctiuas asserit. Contrarium probatur per textus in l. si quis ita stipulatus fuerit decem, ff. de uerb. oblig. Et quod sint coniunctiuæ, & coniunctum negent, uoluit Alcia. in l. sæpe ita constitutum, in princip. ff. de uerbo. oblig.

aut quouis alio [a] de eisdem taxa, prouentibus, & emolumentis cõmunicet [b]

a QVOVIS alio. Siue simili, siue dissimili, et maiori, si eo maior dari posset. ad tex. in clemé. 1. princ. iun. glo. in uersi. quamuis, de re iudic. & ad ea, quæ adduxi in 6. q. 12. Reg. Cancel. nu. 8.

b COMMVNICET. Idest conferat, seu prædicta communia faciat. Sic & Sapien. c. 5. Sciens quoniam mecũ communicabit de bonis, ad Eph. 5. communicare operib. infructuosis tenebrarũ. & ad Philippen. cap. fin. uersus fi. Quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti. Cice. in Oratio. pro Roscio Amerino. Propter quod auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. Cęsar lib. 6. Belli. His omnibus domus patent uictusque communicatur. Sueto. in Augusto. c. 75. Per singulos lectos licitatio fieret, & seu iactura, seu lucrum communicaretur. l. actione. §. diximus. ibi, Commodum autem communicare, cogetur. & uer. & seq. ff. pro soci. communicare, pro cõtribuere, participem esse. uel facere, habes apud Cæsarem lib. 6. Belli Galli. Neque iis petentib. ius redditur, neque honos ullus communicatur. Cõmunicare, idest partiri. l. ex senatusconsul. ff. ad leg. Iul. de priua. Communicans, quod partem retineat, probat tex. in l. fin. §. Lucius. ff. de lega. 2. quem ad hoc inducit Rip. de Remed. ad curandam pestem nu. 28. uer. sed Papa. Eundem text. quòd mandata communione, seu communicatione, inducatur fideicommissum, ponderant Cur. Iun. cons. 115. mirandum est. post nu. 4. D. meus Phili. Decis. 442. in causa. post nu. 25. uer. Venio ad secundum. Communicare item, pro patefacere. Ecclesiasti. 26. In muliere Zelotipa flagellum linguæ omnibus communicans. Communicare sapientiam. i. illam alios docere. illamque manifestare. Sapien. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Cõmunicare pro colloqui. Cice. pro P. Quintio, Annum ferè unà sunt, cũ & de societate inter se multa communicarent, & de tota illa ratione. aut de re Gallicana, &c. Idem Cice. Famil. lib. 4. Seruio Sulpitio. Si autem est quod mecum communicare uelis, ego te expectabo. Vel secretum aperire. Cæsar lib. 7. Belli Galli. Cum ijs primum communicat, hortaturque eos ut se liberos, & imperio natos meminerint. & post, Petunt a Vercingẽtorige Hedui, ut ad se ueniat, rationesque belli gerendi communicet. Communicare ẽt pro conseruari, & commisceri. Ecclesiasti. 13. Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo induet superbiam. & post, Sicut communicabit lupus agno aliquando, sic peccator iusto. Psalm. 140. Et non communicabo cum electis eorum. Ecclesiast. 8. Non communices cum homine indocto. c. sicut. cum alijs seq. 11. quæstio. 11. capit. omnis. 24. quæstio. 1. ac 2. Ioan. cap. 1. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis.

neque communicare, vel eius sigillo uti debeat, aut teneatur [b]

a DEBEAT. Hoc verbum necessitatem infert, ad l. prætor. in princ. ff. de eden. & ad alia, quæ adduco supra. §. 1. in uer. debemus. ubi etiã tracto quot modis accipiatur. & per glo. Pragma. in c. sicut. §. summum. in uer. debeat. de elect.

b TENEATVR. Hoc etiam uerbum præceptũ & necessitatem designat. ad c. duobus. uers. fin. iũ. glo. in uerb. teneantur. de rescrip. lib. 6. Gl. Pragm. de Collatio. §. 1. cum. & ad ea, quæ posui supra §. j. in uer. teneatur. Sed aduertendum est, quod huic uerbo, teneatur, adijcitur negatiua, neque: ut dicamus neque teneatur cum Camerario, neque cum alio commuuicare, uel illius sigillo uti. Non excluditur, quia si Regens communicare uelit de prouẽtibus, uel illius sigillo uti uel facere prohibeatur, nisi quis respondeat, quòd obstarent huic intellectui verba, neque debeat, & sic non relinquitur eius arbitrio communicare, & uti sigillo. Imò hæc sibi expressè prohibentur per illa uerba, neq; debeat. Hic discutere omitto an cadat interpretatio ut dictionem, aut, pro, idest, exponere possimus. Vel illa alternatiua, aut, operetur, ut in arbitriũ Regentis conferatur communicare, uel nõ, & uti, uel non uti Camerarij sigillo.

a NEC NON. Aliquando sumitur pro, idest. l. Lucius. 2. §. quæ marito. iuxta primam interpretationem glos. ff. de leg. 2. l. 1. in princ. & ibi Luc. de Pen. in ver. nec non. C. de colla. fun. fisca. lib. 11. Hic exponemus nec non, idest &, vel etiam. sic Exod. 28. Nec non & duos alios anulos aureos. 4. Regum. 25. Nec nõ & turribula, & phialas. 1. Paralipom. 28. Nec non & omnium, quæ cogitauerat atriorum, &c. l. nec non. ff. de tuto. dat. ab his. l. 3. ff. de iur. deliber. l. nec non ignoranti. ff. de tuto. & cura. §. cumque hoc. iunc. glos. in ver. nec non. in procem. Institu. clemen. vni. iun. glo. in uer. nec nõ. de offic. deleg. quæ subdit, quòd duæ negatiuæ affirmant, seu duæ negationes vni affirmatiuæ æquipollẽt, ad tex. in l. duobus. vbi videatur Alcia. ff. de verborum significa. l. iurisgentium. versicu. Pomponius ait pactionem. iunc. glo. in ver. quasi. ff. de pact.

Nec non [a]

rijs præmissis ad faciem Principis accedentes genibus flexis, sacrosanctis tactis scripturis iurant. pa¬.l.si verò. §.de viro.cum glo.in ver.non erit.ff. solut.matrimo. Nonnunquam duæ negatiuę plus non operantur quàm vna, vt si dicas, Nunquam mihi nec obfuisti, nec profuisti. Et generaliter dicimus, quòd ubicumque resultaret contrarius intellectus iuris, semper vna negatio abūdaret.l.flumi num.in princip.ibi, Et cum nemine nihil faciente. ff.de dam.infect.qui text.melius ad hoc facit, quā alius per eandem.glo. citatus in l. 1. §. si quis ita. vbi etiam gl.in ver.nec.ff.de verb.oblig.Pro quibus videatur etiam Luc.de Pen.in l.2. in verf.nec non.C.de præd.tamia.lib. 11. Nonnunquam vna negatio duarum negationum instar habetur adiuuatiuè vi verbi.Cice.ad Q.fratrem, Quod enim abfuisti, vereor ne satis diligenter actum sit de literis meis, idest, ne non satis. Idem ad Atticum, Si manet uereor ne exercitum firmum hr̄e possit, i. opinor eum exercitum firmum non habiturum. Quandoque vna negatio in oratione deesse uidetur, vti apud Cic.3.de Legibus. Quæ res cum sapientissimè constituta esset a maioribus nostris, nihil habui non modo multum, quod putarem nouandum in legibus. Non modo multum, pro non modo non multum. Et de perfecto oratore. Nam sicut epularum apparatu a magnificentia recedēs non se parcum solum, sed etiam elegantem dici volet. Pro præmissis videatur Alcia. in præalleg. l. duobus.de verb.significatio.sic etiam accipi videmus illa verba, Non solum, pro non solum nō. Pro quibus, & alijs non vulgaribus circa negatiuas videatur Guil. Bud.in Annot. in Pandect.super l. in eo iure.ff.de ri.nup.§.fin. Tres autem negationes, & sic in numero dispari, non faciunt affirmatiuam, sed pariter negant, vt per Cyn.in l. 1. C. de seru.fug.quæstio.7.per Luc.de Pen.in alleg.l.2 C.de præd.tanica.lib. 11. De tribus negatiuis, & q̄ negent, habemus tex.in l.j.ibi, Et nonnunquam nō permittitur.ff.de cadaue.punito. & in l. nonnunquam.ff.de collatio.bonorum.in l.1.§. si autem.ff. de hæred. institu.ibi, Marcellus non insubtiliter non putat hodie non procedere.iun. ibi, nota.per Bar.per illum tex. Qui tamen, & alii prædicti facilè euitari possent, considerando quòd non possint dici trés negationes, sed vna tantum, exponendo, Non insubtiliter non putat, id est subtili ratione non putat. Sic & nonnunquam nō permittitur id est aliquando non permittitur. Et quando negatiuę affirment, uel non, tractat Bald.in proœ. Feudo.col.pen.& alij in l.manifestæ turpitudinis.ff. de iureiuran.& Canonistæ in c.& si Christus. extra eodem. Prorsum dictionis, nec non, est coniungere verbum, & orationem, prout videmus in l. nec non.ff.ex quib.cau maior.& in ca. fina.in fin. de sta.mona. Dictio nec, est implicatiua. est tex.iū, glo.in l.si filiæ.C.de dona.ante nupt.& in auth.ingressi.C.de sacro.eccle.

electioni a

a ELECTIONI. Pro clariori notitia eorū quæ tractabimus, & pro declaratione huius §. sciendū est, quòd Romæ officiarij Capitolini, de quibus hic, ita constitui consueuere. Conueniunt coram Camerario Gubernator Vrbis, tres Conseruatores Prior capitum Regionum, vna cum 13. ad id electis (quos imbussulatores vocant) ipsique imbussulatores quosdam, quos idoneos putant, pro officiarijs nomiuant, de quibus hic, quilibet enim imbussulator nominat aliquos regionis, cuius ipse est imbussulator pro quolibet officio, puta sex pro officio conseruatorum, decem pro officio capitū regionum.& sic de singulis. qui plures habent uoces, comprobantur, illorumque nomina describūtur, & in quodam vase ligneo, bussula nuncupato collocantur, & custodiuntur. Nonnunquam aliter seruatum fuit, prout consilium Romanum decreuit. Successiuè tertio vel quarto Calend. Ianuarij Aprilis, Iulij, Octobris, coram Summo Pontifice, Camerario Gubernatore Vrbijs, & nonnullis alijs officiarij noui extrahuntur, Ex bussula, vz. conseruatorū, tres cōseruatores: Ex bussula capitū regionū: tresdecim capita regionū. Ex alia bussula totidē Marescalli, & duo Sindici pro sindicatu cōseruatorū, Prioris, ac capitum regionū. Papa extractos ex bussula comprobat. Aliquando loco extrahendi, vel extracti, alium pro suo arbitrio nominat, vel sufficit, ut alicui faueat, uel habita ratione temporum, personarum, uel aliàs. Non nouum, vel durū, uideri debet, quòd ipse Summus Pontifex, vel ordine bussulę cōuerso, vel immutato, seu extra bussulam solito ordine non seruato, vnum, vel plures in conseruatores, vel alios officiarios nominet, uel eligat exemplo etiam eius, cuius in terris vices gerit. Ioan. 6. ad fin. Nonne ego uos duodecim elegi: & cap. 13. Ego scio quos elegerim. Tum etiam quia ad Papā spectat, ad officia, & dignitates quos vult promouere. & in principe Romano sunt omnes thesuari dignitatum reconditi. Bal.in cap.1.in vsibus Feudorum.tit.quis dica.dux, uel marchio. post principium. La tè Barba. de præstan. Cardi. nume. 40. Quique, & si faculatem tales eligendi, uel nominandi, uel aliam desuper potestatem concessit: maiorem tamen penes se retinuit. Rursus in Vrbe magistratuū creatio hodie, & olim ad Principem pertinet, & pertinuit. l.uni.ff.ad leg. Iul. de ambi.& probatur ex l.uni.ibi, Regimentis Reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis. ff.de o. fic.præfect.præto.& uoluit gl.l.ult.ad fin. ff. de c. iudi.ubi notat principem hodie dare, uel eligere magistratus Romanos. Conseruatores, & alij officiarij præmissi designātur, seu creati renūciantur, iuxta textum in l.publius.ibi, Viuo Męuio Seius Consul designatus est, & munus edidit, deinde ex Calendis Ianuarijs consulatum ingressus est.ff.de conditio. demonstratio. Successiue isti sic electi uel designati die statuta, & ferè semper pridie Calend. Ianuarij, Aprilis, Iulij, Octobris, accedunt ad præsentiam summi Pontificis, coram quo existentibus Camerario, Gubernatore, & alijs, iurant fidelitatem, & alia morem, & prius quidam nomine summi pontificis explanat, & legit, quæ officiarij facere debeant. Deinde procurator Fisci capitolini legit iuramenti formulam per officiarios præstandi, seu ipsorum nomine iurat, & singuli ex officiarijs

Et ego mensib. elapsis electus in alterum de sindicis conseruatorum, Prioris, Capitum Regionum, ac Marescallorum, sic etiam iuraui. Postremò Calendis præmissis Ianuarij, Aprilis, Iulij, Octobris, conseruatores, capita Regionum, ac Marescalli prædicti singuli ab hominibus suæ Regionis associati Capitolium ascendunt, Diuinisque in templo Arę Cæsaris auditis ad aulam Senatoris perueniunt, ab eoque signa, & insignia consularia, & militaria iuxta morem recipiunt, omnesque ad proprias domos magna cum pompa reuertuntur. Sed capita Regionũ (quæ tribunos nuncupare possumus) nõ prius discedunt, quàm ex ipsis tresdecim vnũ, quem ipsorum priorẽ vocant, elegerint: qui prior deinde in omnibus ferè actionis publicis cum eisdem conseruatoribus (quos non impropriè consules nuncupabimus) interuenire consueuit. Hi tresdecim tribuni plebis, seu capita Regionũ, qui etiam capita populi nominari possent, iuxta illud Amos, in princ. Optimates capita populorum ingredientes, &c. & 2. Esdræ 10. Capita populi Teros phetmo ab, Elam Zethuet, &c. Hos etiam nomarcas vocare possumus, vt ostendam infra in versic. Capitolinorum. Et regiones iuxta significatum nostrum partes vrbis, quasi per vias, seu stratas diuisas asseremus, iuxta tex. in l. vni. §. pen. iũ. gl. in versi. & vrbem, quæ exponit regionum. i. contratatum, quę sunt in vrbe Romana, quas regiones Romani appellant, ff. de offi. præfe. vrb. Regiones etiam fundi dicuntur fundi partes. §. eadem. Insti. de offi. iudi. Non multum ab hoc significatu differunt regiones, de quibus 3. Regum 18. post princ. Diuiseruntque sibi regiones, vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum, &c. Et quòd olim essent 14. regiones in vrbe probatur ex verbis tex. in l. 3. post princip. ff. de offi. præfe. vigil. ibi, Itaque septẽ cohortes opportunis locis constituit, & binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur. Magna itẽ comitante caterua præcedente vexillo, seu insignijs, vbi arma propriæ Regionis picta apparẽt singuli ex capitibus Regionum ad domus suas perueniunt, insigniaque huiusmodi fenestris domorũ collocant. In omnibus consilijs, & concionibus tum secretis, tum publicis, tam conseruatores, quã capita Regionum, & intersunt, & præsunt. Vrbẽ custodiunt: ius circa plura reddunt. Sub illorum que imperio, & administratione infinita reguntur quæ referre longum esset: & quorum plura in nostris statutis Romanis, & in diuersis Summorum Pontificum literis continentur. Antiquis etiam

seu [a] creationi [b]

temporibus Romæ Calendæ Ianuariæ solemnes erant ineundis magistratibus. Tranquil. in Cæsare, Pridie autem Calend. Ianuarijs repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Plin. lib. 11. Defuit iecur Caio Principi Calen. Ianuarijs cum iniret consulatum. Inire magistratũ nihil aliud est, quàm insignia magistratus cum Imperio assumere. l. si quis ob honorem, iun. declara. Budæi, ff. de pollicita. Inire officium, seu magistratum conseruatoratus, nos magistratum ingredi nuncupamus, iuxta tex. in alle. l. Publius, ff. de consti. & demonst.

a SEV. Hæc dictio diuersitatem, seu differentiam designat inter electionem, & creationem. ad Bart. in l. si is qui ducenta, §. vtrum. in 6. oppo. ff. de reb. dub. & ad alia, quæ adduco in 10. q. 1. Reg. Canc. nu. 10. posset etiam hic accipi, seu, pro idest. ad ea, quæ posui in dicta q. 10. nu. 19.

b CREATIONI. Creatio etiam officiorum, seu magistratuum dicitur, prout apud Cæsarem lib. 7. Belli Galli. Quod cum singuli magistratus creari, &c. & post. Cum leges duos ex vna familia vico vtroque non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in Senatu esse prohiberent, l. vni. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. si verus, in fin. l. Herennius, in fin. & l. pen. ibi, Vt nondum decuriones creari possint. ff. de decuri. l. ad rem pub. versi. Minores deniq. nec decuriones creãtur, nec creari

Conseruatorum [a]

suffragium in Curia ferunt, ff. de mune. & hono. Et pro eodem accipimus creari decurionem, seu in decurionem, uel eligi in decurionem, seu constitui. vel fieri decurionem, prout in dicto tit. ff. de decuri. & in l. 2. §. post originem iuris, §. post deinde, & §. ijsdem temporibus, ff. de orig. iur. Creare propriè solius est Dei, non autem Angelorum, vel hominum, quorum est facere, vel agere. Genes. in Exordio. & per Magi. Senten. in princ. 1. dist. 2. lib. vbi subdit, nonnunquam creare, facere, gerere, & huiusmodi pro eodem usurpari. Et diuus August. de Ciui. Dei, lib. 12. cap. 24. inquit, Neque fas est vllius naturæ, quantumlibet minimæ, mortalisque creatorem suum nisi Deum credere. & capit. seq. Ita nec fœminam sui puerperij creatorem appellare debemus, sed potius illum, qui cuidam suo famulo dixit priusquam in utero te formarem noui te. Ipse etiam solus dicitur creator temporum. Augu. ubi supra, in fin. inquiens, Quis enim alius creator est temporũ, nisi qui fecit ea? Et creare ẽ ex nihilo facere: facere aũt de materia operari. Angelus, & homo vocatur artifex & factor, non autẽ creator. Hinc elicitur Moysem spiritu Dei afflatũ, in princ. sui pentateuci bene exorditum fuisse, In principio creauit Deus cœlum, & terram, maleq, loquutum fuisse Platonem, qui vltra Deum increatum in quo rectè sensit, alia duo increata asserebat videlicet exemplar, & materia sine principio. Magist. Sentent. in princ. 2. lib. 1. distin. sic & Aristot. versus finem lib. 2. de Generatio. perperam posuit principia materiam, & speciem, & tertium, operatorium dictum, idest mundum, quem semper esse, & fuisse affirmat. Magi. Sent. parum post princ. lib. 2.

a CONSERVATORVM. De ijs habemus in 1. & 3. lib. Statutorum vrbis, de quibus etiam suprà loquuti sumus. Hi sunt ad imaginem Consulum, qui, & custodes & protectores vrbis nostræ vocari possunt: qui si ea quæ eorum incumbunt officio peragant, & executioni demandent, uerè, & propriè patriæ conseruatores nuncupari de-

debebunt, prout etiam hoc pulcherrimo, & glorioſo titulo C. Marium decorauit M. Tullius in Oratione pro Sextio. Erat autem (inquit) ei re cũ exercitu C. Marij inuicto, habebat inimicum C. Marium Conſeruatorem patriæ. Imò hunc titulũ Dijs ipſis attribuebant. Cice. vbi ſupra, parum poſt ſub ijs verbis Proh Dij immortales cuſtodes, & conſeruatores huius vrbis, atque Imperij. Idemque Cice. 5. de Finib. Nos autem verius affirmare poſſumus conſeruare proprium eſſe ipſius Dei veri Domini noſtri, iuxta pſalm. 12. Conſerua me Domine, quoniam ſperaui in te. pſal. 45. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, &c. Eccleſiaſti. 33. Timenti Deum non occurrent mala, ſed in temptatione Deus illum conſeruabit. Videant ipſi conſeruatores quàm arduam prouinciam aſſumunt; qui ſe non nomine tenus, ſed re ipſa tales haberi volunt, totis viribus niti debent, vt pa-

Cameræ [a] almæ [b] triã ſeruent, &

pro patria pugnando. In primis eorum labia diſciplinã conſeruent, iuxta illud Prouer. 5. in prin. Rurſus mandata, & præcepta Dei conſeruent, & ipſa conſeruabunt eos. Eccleſiaſti. 15. Conſeruẽt, iuſtos. Sapien. 10. Iuſtitiam, & ſapientiam conſeruent. iuxta illud Eccleſiaſti. c. 1. verſus fin. Conſeruator, antitethon oppugnator. Cice. in Oratio. antequam iret in exilium, vtrum vt cuſtos accipiar aut vt proditor excludat? ſi vt conſeruator, veſtra erit ignominia, ſi ut oppugnator, præciſa erũt omnia. Caueant Conſeruatores vrbis ne ſint Rei publ. oppugnatores. Ne grauitati Senatoriæ popularem auram præferant. Neue aulica aura commoti de ſuo curſu recto dimoueantur. Ne ſint ciuilis diſſentionis cauſa; Neue in eos verba illa M. Tullij in Saluſtium adduci poſſint. Qui poſtea quàm ille ſuum annum in Republi. perbaccatus eſt, &c. De conſeruatoribus in alio ſignificatu tracto ſuper Signatura Gratiæ. titu. de Conſeruatoria.

c CAMERAE. Non dicas Apoſtolicæ, prout ſupra in infinitis locis, ſed dic Cameræ vrbis Romæ propter uerba, quæ addunt huic termino, Cameræ. Et ſi quælibet ciuitas Cameram habet, quę theſaurum, redditus, ac prouentus colligit, cuſtodit, diſtribuit, ſuos ad hæc officiarios conſtituendo prout de Camera Paduę loquit͛ d. Aluaro. de Feu. cognitio. §. ſciendum, colum. 1. pari, imò maiori ratione Roma ſuam propriam Cameram, propriũque Camerarium, ſuoſque ipſi præſidentes habere debet. Conſeruatores igitur Cameræ vrbis differunt à Conſeruatoribus, ſeu officiarijs Cameræ Apoſtolicæ, prout omnes norunt. & probat͛ ex ſtatuto vrbis, lib. 1. c. 29. ſub titu. de offi. Conſerua. Cameræ vrbis. Et de Camera Apoſtolica, eique præſidentibus loquitur. Pau. Caſtren. conſi. 106, circa quæ. colum. prima, iuxta nouam editio. ac Cardina. & alij in clemen. 2. in uerſ. eo tamen prouiſo. de electio. latè Dom. meus Phil. Dec. conſil. 404. viſo eleganti, colum. 1. Sic & Imperium Cameram habet, & differt Camera Imperij à Camera Imperatoris. gl. ſuper rub. C. de iu. fiſc. li. 10.

b ALMAE. Sic & in l. 1. §. ſed & ſi quæ. ibi, Vel longa conſuetudo huius almæ Vrbis comprobatur. C. de vete. iu. enucle. ac in Epiſto. Victor Iuſtinianus. in princ. C. de ſum Trinit. l. vni. & ibi Luc. de Pen. in uer. alma. C. negoc. ne mil. lib. 12. & in c. alma mater. de ſent. excom. lib. 6. c. 1. §. ſic & alma. de reli. & vene. ſancto. ubi Archid. eo. lib. 6. Et dicitur alma ſancta, ſiue pulchra, excelſa, & clariſſima, vt vult Feſtus. Hora. Ode 4. lib. 3. de muſis loquens, Vos lene conſilium & datis, & dato gaudetis Almæ. Martial. lib. 4. Cæſaris alma dies, & luce ſacratior illa. Quæ omnia Romæ conueniunt Rurſus alma pro placida, & tranquilla ſumitur Virgil. in Georg. Præterea ſi nonã diem mortali[bus] almam Aurora extulerit. Nec interpretatio h[æc] Romę incongrua eſt. Alma ab alendo dicitur: [u]ne igitur quod nos alit, ſeu nutrit, almum dici p[o]teſt. Hinc Virgil. 10. Aeneid. Alma parẽs Idea De[ûm] vbi Seruius. Plau. Curcul. Inuoco almam meam nutricem. Hinc etiam tellus alma vocatur. Colum lib. 3. c. 22. Quibus alma tellus annua vice velut æterno quodam puerperio læta mortalibus diſte[n]ta muto demittit ubera. Virgil. 2. Georg. Parturit almus ager. Sic & Roma, vbi almę muſæ, & ſcientiæ omnes præſertim diuinæ reſident, & quæ omnes nutrit, præſertim cibo ſpiritali, nectare, & ambroſia iucundiore, iuſtitiaque, & uera religione, ac ſanctiſſimis ſacramentis cunctos paſcit, propriè, & præcipuè alma dicatur. Et pro ſancta, & ſalutis noſtræ altrice. Virgil. accepit 6. Aeneid. inquiens Alma prætermiſere, vti ibi exponunt interpretes. Alma item. i. ſemper virgo. Sic Hiere. c. 7. iuxta hebraicam lecturam, Ecce pariet alma. i. virgo ante partum, in partu, & poſt partum. quod etiam canit Eccleſia. Et Diuus Hier. ſuper illo c. 7. ann[otat] apud Hæbr. almã dici Virginem, non quamcũque ſed abſconditam, & ſecretam, q̃ nunquã virorum patuerit aſpectibus. Sic etiam iuxta lecturam, ſeu interpretationem Hebraicam interpretamur illu[d] reconditum a Sapiente prolatum. Prou. c. 30. [...]

Vrbis, [a] & aliorum qu[...] tum

difficilimũ, uia almę. i. ſemp uirginis, ſeu via adoleſcentulæ. Quæ ſit iſta alma, iſta ſemper virgo, quam Diuina Sapientia vbique extollit, dic q[uod] e[ſt] Domina mundi, Regina Cœli, Mater Dei. Et pro virgine etiã almã ſuper accepit, ubi ſupra, Virgil. & alij loquentes de ſibilla, & de muſis, illas enim virgines ſupponuut.

a VRBIS. Id eſt Romæ. Et eſt ἀντονομασία, id eſt u[i]ce nominis poſitio. iuxta tex. in §. ſed ius quidem. Inſti. de iu. natu. gent. l. 1. iun. glo. in ver. in vrbe. ff. de colle. illi, l. 2. ff. de uerb. ſign. l. iudices, iun. gl. 2. C. de fi. inſtru. l. ſenatores. ff. de ſenato. l. tutores qui. §. rerum. iun. gl. in ver. ff. de admi. & peri. tut. l. cætera. §. hoc ſenatuſ. non tantum ad Vrbem, iu[n]. gl. in uerb. vrbẽ. ff. de leg. 1. l. uni. cum gl. ff. ad leg. Iul. de ambi. c. 3. cum gl. 1. de pœn. & remiſ. §. fi. [...] gl. in ver. vrbi. in prin. Inſti. de ſatiſ. tut. Et q[uod] vrbs proprie Roma dicatur, probat Quintil. lib. 8. Inſtitu. Ora. c. 2. inquiens, Item quod cõe eſt, & aliis nomen intellectu alicui rei peculiariter tribuitur

ut

vt vrbem Romam accipimus. cle. 1. §. dudum, & ibi gl. in uer. urbe. & Card. in 8. not. de iureiur. Andr. Alcia. in tract. de uerb. sign. lib. 4. nu. 24. ver. Antonomasia est. De vrbe uide tex. in l. Alphenus, & vnde dicta sit. in l. pupillus. §. urbs, ff. de verb. sign. Vrbs hæc in medio mundi situata inuictas habet laudes, prout dixi in 41. q. 16. Reg. Canc. nu. 7. Vrbem hanc eternam dixerunt, eiusq, imperiũ æternum. Virgil. 2. Aeneid. Hęc domus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Et qui nascentur ab illis. & post Imperium sine fine dedi. Ausonius item, Vrbis ab æternæ deductam Rege Quirino. Ab æternæ ibi legendum est, non ab Hectore, vt aduertit etiam Alcia. in d. lib. 3. in tract. de uerb. sign. num. 24. Et hanc urbem æternã vocat Imperator in l. 1. C. de & suscept. lib. 11. Et caput est orbis. Hora. Ode 3. 3. lib. 4. Romæ Principis Vrbium, l. 1. §. sed & quę C. de uete. iu. enucle. l. 3. versi. Quoniam verò gloriosissimę huic vrbi, quæ caput orbis terrarum ẽ, C. de consul. lib. 12. & Insti. de satisd. in fi. Idem prædixit Proculus post Romuli obitũ, ꝓut apud T. Liuium lib. 1. ab vrbe condi. sub ijs verbis; Abi, nuncia inquit Romanis cœlestes ita uelle, ut mea Roma caput orbis terrarum sit, proinde rem militarem colant, sciantq;, & ita posteris tradãt nullas opes humanas armis Romanis resistere posse. Et sicut Roma prius caput erat superstitionis, hodie caput est sanctitatis. c. beati. 7. q. Roma. cons. 352. post nu. 18. Et Romę euangelium ꝑ Diuum Paulum testificandum, & publicandum erat. Actuum c. 23. Sicut testificatus es de me in Hierusalẽ, sic te oportet & Romæ testificari. & c. 27. Ne timeas Paule, Cæsari oportet assistere. Roma etiam dicitur ciuitas Regia, in Auth. de Armis, vers. præsentem igitur. Item augustissima. l. nullus, C. de offi. Recto. prouin. Et fœlicissima, ac magna vrbs in Auth. de consulib. §. quoniam, & præalle. l. 3. C. eo. lib. 12. Demum dicitur vrbs sanctissimi, seu sacratissimi nominis. l. vni. ibi, In vrbem sacratissimi nominis, C. de honor. vesti. lib. 11. Et hæc est sanctissima, & Domino nostro cõsecrata, vt sit gẽs sancta, iuxta verba Exo. c. 19. Et uos eritis mihi ĩ Regnum sacerdotale, & gens sancta. Deute. 4. En populus sapiens, & intelligens, gens magna, nec ẽ alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropriantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ enim est alia gens sic inclita, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, &c. ac Deute. 7. Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosq; succidite, & sculptilia comburite, quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. & cap. 14. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo, & elegit, vt sis ei in populum peculiarem in cunctis gentibus, quæ sunt super terram. capitu. vigesimoseptimo, ad fin. Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris sicut loquutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & facit te excelsiorem cunctis populis, quos creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei tui. Psal. 32. Beata gens, cuius est Dominus Deus eius populus, quem elegit in hęreditatem sibi. 1. Petri c. 2. Vos aũt genus electum, regale Sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile nomen suum. Hic est populus electus. Hæc ciuitas Sacerdotalis, & Regia, per Sacrã Beati Petri sedem caput totius orbis effecta, vt dicit Papa in c. fundamenta, vers. Isti sunt, per quos euangeliũ Romæ resplenduit, de elec. li. 6. Nec quis dicat pleraque, quæ tu Romæ, populoq; huic, ecclesiæque Romanæ ascribis, de populo Israelitico, de Siõ, de Hierusalem, de ecclesia antiquissima dicta fuerũt. Respondeo enim, ꝙ hæc non nego: sed quoniã populus ille præuaricatus fuit, indignumq; se reddidit sponsionibus, promissionibus, & fauoribus diuinis, omnia hæc, & alia populo Israelitico, eiusq; Principibus, ac dictæ antiquissimæ ecclesiæ pollicita, & concessa, & illorum maiora ad Petrum, eiusq; successores, & ad ecclesiam Romanam transferenda erant, & translata sunt, prout annuebatur. 2. Paralip. ca. 7. Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus, cum ijs, quæ postea subiiciuntur sub ijs verbis, suscitabo thronũ Regni tui sicut pollicitus sum Dauid patri tuo dicens, Non auferetur de stirpe tua, qui non sit Princeps in Israel: si autem auersi fueritis, ac dereliqueritis iustitias meas, & ꝓcepta mea, quæ posui uobis, & abeũtes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos, euellam uos de terra mea, quã dedi uobis; & domum hanc, quam ædificaui nomini meo, proijciam a facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus, & dicent stupentes, Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? respõdebuntque, Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, &c. Et clarius Psal. 101. Scribantur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit Dominum. Eccles. 39. In terram alienarum gentium pertransiet. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enunciabit ecclesia. Esaię 49. Et dixit Sion, dereliquit me Dominus, & oblitus est mei, &c. Et parum post, Ecce eleuabo ad gentes manum meã, & ad populum exaltabo signum meum, &c. & ca. 56. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis, & gentes, quæ non cognouerunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. ac cap. 62. Et uidebunt gentes iustum tuum, ca. 65. Dixi ecce ego, ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant nomen meum; expandi manus meas, &c. Hierem. 13. Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Huc spectat illud Matthæi 21. versus fin. Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. & parum post, Ideo dico vobis, quia auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. ac Marci. cap. 12. post princ. & ad Hebręos 7. Translato Sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Pro pręmissis uide tex. & Doct. in c. translato Sacerdotio, de consti. Plura alia quæ pro populo Israeliti-

eo, pro Hierusalem, pro templo Salomonis prædicta fuere super hac ciuitate, eiusque populo, & ecclesia Romana, & olim comprobata fuerunt, & nunc vera redduntnr, & inter alia illud Neemiæ, aliàs Esdræ cap. 7. post princ. Ciuitas autem erat lata nimis, & grandis, & populus paruus in medio eius. Quis non discernit hæc & alia, quæ subdam, hodie vrbi huic conuenire? Et sicut Hierusalem ciuitas sancta vocabatur, 2. Esdræ c. 11. in princip. Qui habitaturi essent in Hierusalem ciuitate sancta. Item in ecclesia Hierusalem sacrosancta, &c. Hester 7. Insistebant sacrosanctis operibus diligentissimè operantes, &c. & paium post. Et prosperata sunt sacrosancta. In Hierusalem erat sancta sanctorum. Indith. cap. 5. Et iterum possident Hierusalem, vbi Sancta Sanctorum. Hierusalem ciuitas Dei Tobiæ 13. Hierusalem ciuitas Dei, castigauit te Deus in operibus manuum tuarum. & versus fin. Quoniam liberauit Hierusalē ciuitatē suā. psal. 146. Aedificans Hierusalem Dominus dispersiones Israel congregabit. Hierusalē pulchra, suauis decora. Canti. c. 6. Pulchra es amica mea, & suauis, & decora sicut Hierusalem. Hierusalem ciuitas Sancti. Esaiæ 52. in princ. Induere vestimentis gloriæ tuę Hierusalem ciuitas Sancti: Deus protector Hierusalem, sic descendet Dominus exercituum, vt prælietur super montē Syon, & super collem eius, sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercitum Hierusalem, protegens, & liberans, transiens, & saluans. & ca. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Cū Hierusalem lætandum, in ea exultandum, vbere consolationis eius omnes repleri debent. Esaiæ c. fin. Hierusalem solium Domini ubi congregabuntur omnes gentes in nomine Domini. Ita omnia hæc in vrbe comprobantur. Et quis nisi oculos lippos habens non discernet verba illa Hierem. decimotertio. Hæc dicit Dominus sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, cum ijs, quæ sequuntur, Romæ hodie maximè conuenire? Vidi ego alia verba. Hierem. capit. 32. in principio. etiam Romæ comprobata. Tunc exercitus Regis Babilonis obsidebat Hierusalem, & Hieremias Propheta erat clausus in atrio carceris, cum alijs, quæ subijciuntur. Sic & alia verba Threni 1. Recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & pręuaricationis omnium, & desiderabilium suorum, quę habuerat à dieb anti quis

Officialium [a] Capitolinorum [b]

cum caderet populus eius in manu hostium, & nō esset auxiliator, &c. Rursus & verba Hiere. c. 4. vers. fin. vtinam non redderentur vera in nostris Romanis sapientes sunt, vt faciant mala, bona autem facere nesciunt.

a OFFICIALIVM. Quilibet dici potest officialis, qui officium aliquod exercet, vel exequit, prout in c. cum deputati, de iudic. & l. officiales, iun. glo. 1. quæ hoc nomen generale asserit. C. de episc. & cleric. Non intelligas hic de omnibus officialib. inter quos sunt etiam officiales Ro. Cur. de quibus loquor in 14. q. Reg. Canc. 32. num. 10. & ante. Ratio est, quia non debet fieri interpretatio generalis, seu indistincta propter verbum additū, videlicet Capitolinorum. Simile habemus in alleg. l. officiales rationales. illa enim dictio rationales operatur, ne de omnibus officialibus interpretio facienda sit. Imò nec etiam intelligas de omnibus officiarijs Capitolinis, licet aliud annuere videretur constitutio nostra, & hæc litera. Ratio est, quia non omnes officiarij Capitolini, puta consiliarij capitum Regionum, & quidam alij, in quibus supposita per hanc constitutionem, locum habere non possunt. ad theo. Iaco. But. Fulgo. & Sa. in l. mancipia. C. de ser. fug. & per Lud. Rom. sing. 489. statutnm.

b CAPITOLINORVM. Celebre, Regiis ac triumphis illustre Capitoli nomen, quod (teste Varrone de Lingua latina) dictum fuit, quia cum ædis Iouis fundamenta foderentur, caput hominis inuentum assereretur. Liuius ab urbe condi. lib. 1. ad fin. Caput humanum (inquit) integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse, quæ visa species haud per ambages arcem eam Imperij, caputque rerum fore portendebat, idque cecinere Vates, quique in vrbe erant. Isido. Etimo. lib. 16. c. 4. tit. de publi. ædifi. inquit Capitoliū Romanæ urbis, & religionis caput summum. Subdit, Alij aiunt, cum Tarquinius Priscus Capitolij fundamenta Romæ aperit, in loco fundamenti caput hominis Tuscis notatum adiuuenit, & proinde Capitolium appellauit. Hic mons Capitolinus ante Saturnius, postea (vt annuit M. Tullius ad Herennium lib. 4. Rethori.) Tapeius dictus à Virgine vestali Tarpeia ibi à Sabinis necata, prout apud Liu. eodem libr. 1. Dicimus et Capitolia, vt apud Virgil. 6. Aenei. Illa triumphata Capitolia ad alta Corintho, Victor aget currum cęsis insignis Achiuis. & 8. Aenei. Et Capitolia celsa tenebat. A Capitolio Capitolinus deducit. Sic Iuppiter Capitolinus nuncupabatur. Cic. pro Domo sua ad Pont. Quem circa te Capitoline, quem propter beneficia populi Romani optimum. &c. Statius lib. 5. Syl. 1. D. Capitolinis æternum sedibus aurum. Capitolini officiarij hi sunt, Cōseruatores, Capita Regionum, quos nomarchas. i. Regionum pręfectos vocare possumus. Roma. n. in tresdecim nomos, seu regiones diuisa est, antiquius verò in tribus 35. diuidebatur, vt ex verbis Appij Alexandrini, post prin. Historia dissentionum ciuilium colligitur, dum refert Tiberium Graccum vota Tribuum quæsiuisse pro priuatione Octauij. Quod essent quatuordecim videtur probari ex tex in l. 3. cir. prin. ex illis verbis. Itaque septem cohortes opportunis locis constituit, vt binas regiones Vrbis vnaquæque cohors tueat, præpositis eis tribunis, &c. ff. de offi. præfe. vigi. De simili diuisione loquitur Plin. 5. de Aegypto tractans, Summa (inquit) pars contermina Ethiopiæ Thebais uocatur, diuiditur in præfecturas oppidorum (quas nomos vocant) duo-

duodecim. Vide ad hæc Bud. super l. in aliqua. §. fi. ad fi. ff. de offic. procon. Hæc Vrbis nostra diuisio in regiones summa ratione facta esse videtur, & subtilius intuentes diuersimode regiones accipientes, omnem interpretationem sermoni nostro maximè conuenire ostendemus. Si enim regionem pro orizonte sumemus, quem terminatorem vi-sus nuncupant, prout in sphera Ioan. a Sacro bo-scho de Meridiano, & orizōte, intelligendo de ori-zonte artificiali, in qua significatione accipiendā esse videmus Genes. 13. Eleuatis itaque oculis vidit Loth omnem circa regionem Iordanis. Orizōtem artificialem, vel etiam naturalem in plurib. mundi partibus constituendo totum orbem complectemur, seu comprehendemus. Meritò Roma in plures regiones diuisa fuit, quasi ipsa totus sit orbis, vel orbis totius instar, seu similitudo. Eadem ratione Vrbem hanc orbis vicem obtinentē, & præ se ferentem in diuersas regiones diuidi debuisse asseremus, si regiones pro mundi partib. accipiemus, puta pro orientali, occidentali, meridionali, & septemtrionali, prout etiam ita accipi posse, ostenditur Matthæi c. 2. per aliam viam reuersi sunt in regionē suam. supposito quòd ibidem præmissum sit, quòd Magi ab oriente venis-sent, quod etiam multo ante prædictum erat Esaiæ 60. Omnes de Saba uenient, &c. & Psal. 74. Reges Tharsis, & insulæ, &c. Aliam etiam interpretationem congruere dicemus si regionem pro prouincia, seu regno capiemus, iuxta illud Leuit. 18. & iuxta morem regionis Chaum. Nume. 32. Et obtinebitis regiones quam vultis coram Domino. Iosuæ post princip. Libani quoque regio contra orientem Abaalgad. Oseæ 12. Fugit Iacob in regionem Syriæ. Sic & in l. cum delanionis. ver. Optimum. ff. de fund. instru. in §. Alia deinde. ibi secundum quod regionis qualitas tulerit. Institu. de publ. iudi. Iuxta hāc interpretationem, Vrbē hāc quasi orbem in diuersas prouincias, & regna diuisam asseramus, etiam tanquam illa omnibus prouincijs, & regnis præsit, ac in se homines omnium prouinciarum, & regnorum contineat. Postremò (alijs interpretationib. Si hanc vrbem perfectam & similem illea Platone discreptæ asserere velimus, non minori numero qui partibus duodecim hæc constituēda veniebat vt ipse obstinate contendit libro 34. de legibus dialogo quinto. inquiens. Deinde in partes duodecim partitio fiat: non mirum si ultra illum numerum Platonicum in vno vrbs hæc alias excedat, cum hæc sit omnibus alijs maior, & dignior, ac omnium aliarum caput. Eadem ratione si vrbem hāc celesti regioni similem, vel illius præfiguratiuam affirmemus, non poterat minori numero illorum duodecim signorum ciuitas hæc partiri. omissis) regiones partes corporis nuncupare possumus ex sententia medicorum omnium Principis, Hyppocratis de Natura pueri. Ceterum (inquit) caro augescens a spiritu articulat, & abit infra vnumquodque simile ad simile, densum ad densum, rarum ad rarum, humidum ad humidum, & vnumquodque in propriam regionem abit. Membra igitur, seu partes huius Vrbis erunt regiones præfatæ, quæ omnes simul corpus integrum constituunt, & ipsius corporis caput est Summus Pontifex, & ipse Dominus noster Iesus Christus, qui ecclesiam suā hic fundauit. Pro ijs regionibus vide aliqua supra in versi. electioni. Inter officiarios Capitolinos ultra conseruatores, priorem capitum regionum, ac ipsos tribunos, seu capita regionum, de quibus loquuti fuimus, sunt etiam Magistri viarum, qui iurisdictionem habēt super prædijs, seu ædificijs urbanis, ac etiam sup

seu populi [a]

uijs rusticis. Magistri item Iustitiarij super prædijs rusticis iurisdictionem exercent. Sunt & Marescalli, Reformatores studij, Pacerii, Sindici, & alii, de quibus in nostris statutis, ac reformatio nib. & decretis capitolinis, & aliquibus literis Pontificijs.

a POPVLI. Populum decem constituunt, ad l. pretor. 2. & ibi Bar. nu. 4. ff. de ui bon. rapto. glo. 1. in c. 1. de electio. vbi etiā Abb. nu. 7. gl. in c. 1. 10. q. i. Bal. in Auth. quod locum. ad fi. C. de collat. Felin. in c. cum oporteat. post nu. 6. de accus. Populi appellatione veniunt patritii, senatores, & plebei §. plebs autem. Inst. de iu. nat. Io. And. in c. fundamenta. nu. 8. de elect. lib. 6. An aūt, & quando populi appellatione comprehendantur clerici, vide Oldr. consi. 32. Bar. Bal. & alios in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. Glo. Pragm. rub. de causis. §. primus. in ver. populo. Populus etiam comprehēdit aduenas, qui ibi sedes collocarunt. Bal. in c. Rodulphus, post nu. 2. de rescr. Barba. consi. 63. licet. col. 2. vol. 4. imò etiā iudęos. Barba. ubi supra. Latē Rolan. a Valle consi. 25. visa nu. 34. cum alijs seq. libr. 1. Populus hic Romanus etiam mutatis habitatorib. idem dicendus est, qui iam tempore antiquissimo, ut per Platonem in Menexeno, parum post princ. ubi de Repub. Atheniensi loquit quam optimatum gubernationem vocat, & per Aristo. Politico. lib. 3. c. 2. non secus ac flumina, & fontes, quos eosdem dicimus, quamuis semper vnda noua superueniat, ac defluat. quod etiam probatur ex tex. in l. proponebatur. ff. de iud. glo. in l. forma. in ver. transmittatur. ff. de censib. Et idem populus, & eadem ciuitas dici debet instar capitū subrogatorum in locum mortuorum. l. grege. & l. si grege. ff. de leg. 1. Bald. de pace Const. in ver. nos versic. Quæro nunquid ciuitas. And. Barb. de pręstan. Cardin. quęst. 1. par. 1. numero 12. versic. Et per hoc dicendum sa cerdotes le uitici gene

Romani, [a] & eorum

ris. Et quando ciuitas eadem duret habitu, quando censeatur eadem propter utilitatem publicam, Bal. vbi supra, de pace Constan. de populi qualitatib. plura scripsi in 12. c. de Ingra. populi erga episcopum.

ROMANI. Romanus populus etiam Martis dicebatur, quippe qui a Marte traxit originem, vt per T. Liuium lib. 1. ab Vrbe condita. circa princ. & per Isido. Ethimo. lib. 4. c. 34. de Mensib. Martius (inquit) appellatur propter Martem Romanæ

gentis authorem. Tum etiam quia in bello omnes nationes præstabat, prout cum nostrates historici tum exteri omnes fatentur, & apparet etiam ex historia sacra, prout 1. Machab. c. 8. Et audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes uiribus, &c. & post, Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt, &c. De Romanorum virtutibus, & laudibus in omni lingua infinita inuenies volumina. Romani, teste diuo Hieronymo, virtutibus promeruerunt imperium, idem ēt affirmat Diuus August. de Ciui. Dei, ca. 12. & 15. de quo etiam in c. omnes deinceps. §. item cum dicitur. 28. q. 1. Custodite Romani mei in pectorib. vestris verba illa. Quintil. in Mili. Maria. Imperium pop. Romani ad hunc diem militari disciplina stetit, non enim nobis aut multitudo maior ē, quàm cæteris gentibus, aut vehementiora corpora quàm vel his, ecce Cymbris, aut maiores opes, quàm locupletissimis regnis, aut mortis contemptus facilior quàm plerisque barbaris causam vitæ non habentibus: Principes nos facit securitas institutorum, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaque plus penè moribus, quàm virib. vicimus? cum captiuę quoque sanctè habebantur, & contumelia etiam hosti aberat. Romanum nomé maiestatem, & terrorem inducit. Actuum 16. in fin. timuerunt audito ꝙ Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, &c. & c. 22. ad fin. Tribunus quoque timuit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, &c. Cic. in verrem, Act. vlt. Tāta. n. huius imperij amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes, vt ista in nostros homines crudelitas nemini concessa videatur. & post, Vt etiam illa vox, & illa imploratio, ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter Barbaros, & salutem tulit, &c. iterum, Tolle hanc spem, tolle hoc præsidium ciuib. Romanis, constitue nihil esse opis in hac voce, ciuis Romanus sum, posse impune prætorem, aut alium quemlibet supplicium, quod velit, in eum cōstituere, &c. Nec licebat Romanum virgis cædi. Cice in dicta vlt. Actio. in Verrem, Plagis confectum dico a lictoribus tuis ciuem Romanum ante oculos tuos cæcidisse, &c. & post, Cum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgis expediri iubet. Clamat ille miser se ciuem esse Romanum, &c. iterum, Facinus est vinciri ciuem Romanum, scelestius verberari, prope parricidium necari, &c. Quanti faciendus sit ciuis Romanus percipies item ex verbis M. Tullij ī Orat. pro M. Fōteio. Nō mō cum summis ciuitatis nrę viris, sed cū infimo ciue Romano quisquam amplissimus Galliæ cōparādus est. Nec tu Galle, vel Hispane, vel quisquis sis, ex quauis ēt ciuitate Italiæ ijs perlectis frontem contrahas, vel ægre feras Romanū ciuem tibi præponi, & præferri: probant n. Doct, ciuē supremæ ciuitatis præferri ciui primario mediocris cuiusuis ciuitatis, vt dicit, alios sequntus D. meus Phil. Dec. in c. at si clerici. col. 6. de iud. & Gramm. con. crim. 26. nu. 12. pro quo ēt videndus Frecc. de subfeu. lib. 1. num. 16. Et ꝙ Romanus populus à Dacib. qui à Germanis Danabio diuidunt̃, ab alijsq; populis metuant̃, testis ē ēt Hor. Ode vlt. li. 2. Me Colchus, & qui dissimulat metū Marsæ cohortis Dacus, &c. Hinc videmus ꝑ eundem Hora. Ode 2. lib. 3. Romanū militē aspero Leoni cōparatū. Audi verba Hannibalis ab Horat. Ode. 4. lib. 4. relata. Dixitque tandem ꝑfidus Hannibal Cerui luporū p̄da rapaciū sectamur vltrò quos oppimus fallere, & effugere est triūphus. Gens q̄ cremato fatis ab Ilio, iactata Tuscis æquorib. sacra. cum ijs, quæ sequuntur. Romai non solum virtute, & armis cæteras nationes præstant, sed etiam literis, lingua, eloquentia, prudentia, quib. nec Græcis oīum doctissimis cedūt, vt cecinit Horatius in poetica. Nec virtute foret, clarisque potētius armis, Quā lingua Latium, &c. Hinc patet Romanos propriè viros nuncupari, vt etiam sensit Hora. epist. ad Lollium lib. 1. Romanis solenne viris opus vtile famæ. Sub imperio Romano fuit vniuersus orbis. Lucæ 2. Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. & probatur ex l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu. Et dixit Orosius 6. ad Augu. ad fi. Dn̄s noster Iesus Christus hāc urbem nutu suo, auctā defensamq; in hunc rerum apicem peruexit.

Bussulæ,[a] confectioni,[b] & imbussulationi,[c] eorumq; ex ipsa bussula extractioni,[a] & prestationi[b]

a Bussulæ.) Quæ etia bussolū dr̃, ꝙ ex busso fieri cōsueuerit, uasculū ex busso, quāquā ex alia materiā vasculū hmōi multoties fiat græcè πυξίς. Pixides aūt ex quacunq; materia sunt, ut dixit Quintil. lib. 8. c. 6. & Plin. lib. 18. c. 15. Primori (inquit) inest pyxis ferrea. In bussulis recondi consueuere nomina officiariorum extrahendorum in quibusdam chartulis annotata, & descripta. De Bussula loquit Alcia. in l. pen. seu vlt. ff. de verbo. sign. Aliquando nuncupat̃ bursa, in qua pariter nomina descriptorū, seu nominatorū ꝓ aliquo officio exercēdo recondunt̃, de qua bursa, quæ Florētiæ, & alibi erat, loquitur Pau. Cast. in l. fi. post nu. 3. C. de mil. test.

b Confectioni.) Cōpositioni, ordinationi. sic Exod. 35. Et vt cōficiat̃ vnguentū. M. Tullius in proœ. de Senect. Mihi quidē ita iucunda fuit huius libri confectio. Idē pro Flacco, Nec tributi confectio vlla recitatur. Idem 2. de Orat. pro uerbo, conficio, vide supra §. ac tam, in ver. conficiendis.

c Imbussulationi.) Alias legi posset imbursationi. Et de similiū ībursatione loquit̃ Ang. cōs. 33. īcip. supradicta, q ēt insaccationem vocat, & sic quasi in bursā, seu in saccū immissionē, vel collationē nominū diuersorū. & Pau. Cast. supra citatus in l. fi. C. de mil. test. post nu. 3.

a EXTRACTIONI. Extrahere, extra trahere prrout Genes. c. 37. Extrahentes eum de cisterna uendiderunt eū. Iob. 20. Et de vētre illius extrahet eas

eas Deus. Psalm. 21. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre. Hierem. 38. Extraxerunt Hieremiã funib. pro Cluẽtio. Extrahitur domo latitans Oppianicus a Manilio: Extrahere alibi pro protrahere, seu in longum trahere, vel differre. Liuius 2. ab Vrbe, Res in annum extrahere. & lib. 3. Extractum in tertium annum bellum est. Quintil. lib. 4. cap. 1. In infinitum sunt extrahendæ. Sic & extrahere iudicium idest differre. l. si optione infra certum tempus data iudicium extractum est in id tẽpus, quo frustra exhiberetur, vtilitas petitoris conseruetur. ff. ad exhibendum.

PRÆSTATIONI. Hoc & alia præcedentia, videlicet, electioni, creationi, confectioni, extractioni, & similia, frequentatiua verba nuncupant, quæ primitiuorum uerborum, a quibus traxerũt originem, significationem retinent, quibus præcipuè uti solemus, quando illa prima asperiora fuerint, hinc coniectio pro conijcio, mansio pro manco. Et idem est dicere, intersit bussulæ confectioni ac præstationi iuramenti, quod intersit dum bussula conficitur, & iuramentum præstatur. Verbũ, præstare, infinitas habent significationes, iuxta subiectam materiam, ac ratione termini, cui adiungitur. Pro dare accipitur Iudic. 18. cir. princ. Hæc, & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede conduxit, vt sim ei sacerdos. in l. stipulationum quędam. §. ex ijs. ver. sed quo casu vnus ex hæredibus solum præstiterit. ff. de verb. oblig. in l. si negocia. ff. manda. Imo plus infert, seu maiorem significationem habet præstare, quàm dare. Sene. 1. de Clemen. Sic est salutem non tantum dare, sed præstare. Præstare pro concedere. 1. Paralipom. 17. Quis ego sum Dominus Deus, & quæ domus mea vt præstares mihi talia? & 2. Paralipom. 6. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcumque locutus fueras ei. Item persoluere. l. quod debetur. in fi. ff. de pecul. l. 1. §. si is qui. ver. neminem enim ff. ad Trebell. in l. generaliter. ff. de vsu. Præstare. actiones, idem ẽ quod cedere. p̃ alleg. l. quod debetur. ad finem. ff. de pecul. Præstare impedimẽtum, idest impedire seu impedimentum inducere, uel inferre. ca. præstat. de regu. iur. lib. 6. Sic & p̃stare defensionẽ. idest defensionẽ inducere: Vel p̃stare defensionem idest excusare. l. 3, §. quod pater ff. de mune. & hono. Præstare frui. i. facere vt quis seruetur. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. loca. Præstare obsequium. i. obsequi, seu obedire, vel rẽ gratam facere. Ioan. 16. in prin. Sed venit hora ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium præstare Deo. præstarent. i. potiores essent. Cæsar lib. 3. Belli ciui. Cum ipsi numero militum, equitũ que præstarẽt. Terẽ. Dii boni homo homini, quid præstat? præstate iuramentũ, seu iusiurandum, vel sacramentum, idem est quod iurare. l. rem non nouam. post princip. C. de iud. Plin. Epistol. 269. Et commilitonibus iusiurandum more solemni præstantibus, &c.

iuramenti [a] tam [b] per eos quàm Clericos dictæ Cameræ, & alias personas Camerales [c]

a IVRAMENTI. Quia isti Capitolini, qui iurant, iurisdictionem habent, comprehensi videntur in constitutione. l. rem non nouam. & authen. hodie. C. de iudic. vbi iuram per tales præstandum ponitur. De iuramento fidelitatis tractaui supra ĩ §. habita. in versic. iuramentum. ubi etiam probo, q̃ iuramentum præsumi faciat, q̃ quis fideliter, & probè suum exercebit officium. Qualiter autem supra declaraui.

b TAM. Antitheton, seu contrapositum, quàm, quę aduerbia affirmatiua sunt, prout Hester c, 9. Qui in omnibus Regis prouincijs morabantur. tam in vicino positus, quàm procul. Hiere. 27. Et pereatis tam uos, quàm Prophetæ, qui vaticinantur vobis. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. l. tam is ff. de mot. cau. dona. c. tam literis. de testi. Gl. Pragmat. de Collatio. §. seruatione. in uer. tam. Et hæc aduerbia æquant ea, inter quæ ponuntur. ad supra adducta, & ad ea quæ adduxi in §. & in ipsa Camera. in ver. tam.

c CLERICOS. Clerici Cameræ Quęstores dici possunt, ab eo q̃ inquirendę, conseruandę, & distribuendæ pecuniæ constituti sint. Ita annotatum inuenies per Philosophum Politico. lib. 6. ca. 8. in hæc verba, Est & alius magistratus, ad quem redditus publici referuntur, qui apud eos conseruati, mox distribuuntur ad singulas opportunitates: vocant autem istos receptores, & Quæstores, & iuxtex. in l. 2. §. iisdem temporib, ff. de orig. iur. Tranquil. in Augusto, Author etiam fuit ut cura ærarij a Quęstorib. vrbanis ad prætorios, prætoresve trãsiret. l. 1. & 2. C. de Quæsto. l. vni. ff. eo. ubi gl. tria Quæstorũ genera designat. & melius per Bud. in Annot. in Pandect. super d. tit. de Quæstorib. latè tractat Io. Pyrri, de magistratib. Romanis. p. 2. tit. de Quæstorijs magistratibus. Hos clericos Cameræ Apostolicę alia rõne æquiparare possumus non simplicib. quæstorib. sed quæstorib. sacri palatij, vt inferamus idẽ intelligi per verba Cameræ Apostolicę, q̃ per verba Sacri palatij, & horum clericorum munus, & dignitas non sit differens a munere, & dignitate quęstorum sacri palatij, p̃sertim sub Augusti tpib. quippe qui erant principis loco in rescriptis legendis, uel emittendis, versus scribendis, vel si quid vel iudicandnm, uel respondendum principib. esse, illa pertractare ut docet Cassiod. lib. variarum, de Forma quęsturæ.

d Camerales. Puta Cameræ p̃sidẽtẽ, Thesaurarium, quẽ Bud. in tit. ff. de Quęsto. p̃fectũ fisci appellat. Et qui ẽt Arcarius Gazę nuncupari põt, prout Hester c. 3. Si tibi placet decerne ut pereat, & decẽ milia talentorũ appendã Arcarijs Gazæ tuę. De Pręsidẽte, Thesaurario, Clericis Camerę, Aduocato, & procuratore Camerę, Aduocato, & procuratore fisci, aliisq. Cameralib. videre poteris p̃ Octa. Vestriũ ĩ sua praxi R. C. Et scias q̃ Thesaurari⁹ Clerici

rici Cameræ Fiscalis, Principis curatores vocari possunt, l. bene a Zenone. in suprascriptione & versicu. sed curatores nostri. C. de quadrien. præscri. Vel ēt ibi curatores accipiuntur pro procuratoribus Cæsaris, qui erant circa plura, at nunc Clerici Cameræ.

subeundi ita ut[a] conseruatores, & alij officiales præfati eidē Regenti non secus[b] ac[c] Camerario in omnibus[d]

a I T A Vt. idest ita quod, ut supra in §. volentes. sub hoc versi.

b S E C V S. Idest aliter. clem. 1. §. secus. de concess. præben. Secus alibi sumitur pro iuxta, seu apud, vel circa. Sic Tobiæ 11. Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio mōtis. Iob 29. Radix mea apertura est secus aquas. 1. Machabeorum. 5. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scriba populi secus torrentem. Matth. 13. in principio, Sedebat secus mare. ca. primo. vbi Ioan. Andr. de ui. & honesta. cleri. Boni. Vitali in alleg. §. secus. Et hoc aduerbium sæpe iungit negatiuæ vt hic, & apud Virgil. Haud secus Androgenos. & in l. ita stipulatus sum te sisti. post prin. ff. de uerb. obli.

c A C. Pro quàm, & est aduerbium. Sic apud virgil. Haud secus ac iussi faciunt. Ac pro sicut, vel put. Cic. in Vatinium, Honos talis populi Romani voluntate paucis dabatur ac mihi. De hac dictione loquutus sum supra in §. Ac etiam. glo. 1. & in uer. ac, 2.

d I N omnibus, & per omnia. Latissima est significatio horum uerborum, de quibus in l. secunda. §. furiosus. ff. de iu. codic. & per Ludou. Rom. consi. 82. colum. secunda. Quæ tamen verba interprerationem recipere debent ne ad iniquum intellectū traducantur, restrictionemque recipiunt ab alijs iuribus datam, & ne sequatur absurdum. Alex. & alij in l. 1. ff. ad leg. 1. Rebuff. super concor. in For. lite. exe. manda. Aposto. in uer. in omnibus, & per omnia.

Omnia seu cuncta qui dicit nihil excludit, vulg. l. textoribus & l. Iulianus. ff. de lega. 3. glo. in c. vt circa. in versic. aliorum. de electio. lib. 6. ad quod adduco psal. 8. omnia subiecisti sub pedibus eius. iun. declaratione Apostoli ad Hebr. 2. In eo enim quod omnia ei subiecit nihil dimisit non subiectum. Similem interpretationem habemus apud Platonē in sophista, vel de Ente, vbi dicitur: Dico igitur in numero omniū esse me, ac te, & alia quoque animalia, arboresq. An autem omnia & omne, & omnia, & totum differant videre est apud eundem Platonem in Theæteto uersus fi.

a O B E D I E N T I A M. Sicut obedientia præstari debet sedi Apostolicę, & Summo Pontifici. c. primo, 22. distinctio. c. si qui sunt presbyteri. infi. 81. distin. ita & membris dignioribus Ecclesiæ Romanæ, seu ipsius sedis Apostolicæ. capit. omnes. c. illud. & toto tit. de maio. & obed. Diuus Bernardus super illis verbis, Beati mites, inquit, Subiecta sit Deo, s. anima, & ijs pariter, quibus vice eius habet obedire prælatis. Diuus Thom. 2. 2. q. 104. artic. 4. & 5. Et Deus ipse tanti facit obedientiam, vt scriptum sit, Mens iusti meditabitur obedientiam Prou. 15. & 20. ad fi. Vir obediens loquetur victoriam. Rursus, Melior est obedientia, quàm victima. 1. Reg. 15. Ecclesiastes 4. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ. cap. scidum. versic. Obedientia victimis iure præponit. 8. q. 1. præ alleg. c. 1. de maior. & obedi.

& per omnia obedientiam[a]

glo. in Extra. 1. in versic. merito. Io. 22. de verbo. signi. Ratio est, quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò propria voluntas mactatur. Qui obedientiæ uim, potentiam, præstantiam, decorem cognoscere vult, consideret iacturam, & infinirum damnum per inobedientiam nostrorum primorum parentum, de quo Genes. c. 3. humano generi paratum, dū iustitia originalis amissa fuit, dum caro humana infirma effecta est, dum rebellis a ratione apparuit. Illa, inquam, inobedientia omnium malorum, & miseriarnm nostrarum principium, & origo fuit, ac militia huius vitæ, dicente Iob c. 7. Militia est uita hominis super terrā, & sicut dies mercennarij dies eius. & capite decimoquarto. Homo natus de muliere, &c. Inobedientiæ filij Israel, qui dixerant, Omnia, quæ loquutus est Dominus faciemus, erimus obedientes. Exod. vigesimoquarto, vnde infinita mala, & infortunia æxperti sunt. Vir Dei Domino non obediens in domo alterius Prophetæ comedit, à leone occisus fuit. tertio. Regum, decimoquarto. Contra verò, considera obedientiam Noe, qui tempore instantis diluuij in omnibus, quæ sibi à Domino pcepta fuerunt, promptè obtemperauit. Genes. septimo. Obedientiam Abraam de imolatione filij absque aliqua mora. Genes. 22. Obedientiam illorum Apostolornm à Domino uocatorum, qui continuo relictis omnibus sequuti sunt eum. Matthæi quarto. Lucæ 5. Consideret tandem Dominum, & Redemptorem nostrum obedientem factum vsque ad mortem. Adeoqueipse obediens fuit, vt rogans patrem, si possibile esset, trāsire ab eo calix ille, subdidit, Veruntamen fiat non sicut ego uolo, sed sicut tu. Matthæi 26. & Lucæ 22. Cum qua sanctissima obedientia Redēptor noster omnibus malis, quæ propter inobedientiam puenerunt, sufficiēs nobis remedium subministraui. Hinc sanctus Bernardus iterum super illis uerbis, Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram, inquit, Hanc ego terram corpus nostrum intelligo, quod si possidere vult omnia, si regnare desiderat super membra sua, necesse est ut sit ipsa mitis, & superiori suo subiecta, &cæt. Rursus, & Regi, seu Principi secu-

nitur ꝓ tradere, seu consignare, in fi. verò ꝓ soluere, ff. de leg. 1. Item pro exgrauare, seu remittere accipit, in l.ex conducto, §.si uis.cum glo.& in l.sequen.§. vbicunque.ibi, Quod interest, prestabitur.ff.loca.

præstare [a] teneantur; [b] Ac quibusuis [c] alijs actibus, quibus pro tempore existens Camerarius [d]

secülari obediendum est. 1.Regum. 13.ad Titum, capite tertio. Admone, illos Principibus, & potestatibus subditos esse.& 1.Petri,cap.secundo, siue Regi quasi præcellenti, &c. l.Imperator, versicu. Scientes quoniam tantum est mihi cura eorum, quantum principaliter libertatis, quantum & bonæ voluntatis eorum, & obedientiæ,ff.de appell.cap.secundo,& cap.solitæ, de maiori. & obedien. Insuper monachus Abbati, & quilibet inferior, siue sit persona sæcularis, siue ecclesiastica superiori obedire debet, capit.primo. 93.distinct. cap.regum,§.ipsis, & cap.sequen.vigesimatertia quæstio.quinta. Et quòd cuicunque præposito præstari debet obedientia, habes ad Hebræos cap. decimotertio. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, &c. Quanti autem facienda sit obedientia in re militari, nemo est, qui nesciat. Et non absque ratione statutum fuit, vt qui in bello rem a Duce prohibitam fecerit, aut mandata non seruauerit, capite puniretur, etiam si res bene gesta fuerit, seu exitum rei fœlicem sors reddiderit, ut in l.desertorem, §. in bello, ff.de re milit. Huc spectat Manlij Torquati præclarum illud exemplum, qui filium victorem, quòd aduersus edictum suum,& rei militaris disciplinam pugnasset, virgis cæsum securi percussisset. Pro clausula, In virtute sanctæ obedientię, vide text.in cap.cum speciali, versus finem.de appella.in cap.primo,post principium. de sepult.lib. sexto,in clem.vni.§.ideoque.de reliq. & vene.san. per Glo.Pragma.capitu.sicut, §. similiter, in ver. obedientiæ. Regenti,& olim Auditori non solùm hic nominati, sed omnes alij alia etiam ratione obedire debent, videlicet tamquam magistratui, iuxta illud M.Tullij 3. de Legibus. Nec verò solùm, vt obtemperent,obediantque magistratibus, sed etiam, vt eos colant, diligantque. & l.vnica. ff.si quis ius dic. non obtem. In duodecim autem tabulis ita olim (teste Bud.in l.secunda. ad finem. ff.de iudi.) cautum erat, Iusta imperia sunto, ijsq; ciuis modestè, ac sine reculatione pareto. Magistratui nec obedientem, & nouum ciuem mulcta, vinculis, verberibusve coercento, ni par, maiorve potestas prohibessit, ad quos prouocatio esto. Obedientia, quæ maioribus præstatur laudabilis, rationabilis, ac secundum naturam est. Cicero 1. de offic. Relinquunt enim, & abijciunt obedientiam, nec rationi parent, cui sunt abiecti lege naturæ. Fracti autem, & abiecti animi obedientia, & arbitrio carentis suo seruitus est. Idem Cice.in Paradoxis. Obedientia item nouem habere debet conditiones, vt per Archidiac. in alleg. cap. sciendum, in princip.octaua quæstio.prima. Sequitur Luc.de Pen. in l. si ad magistratus, colum. fin.C.de decurio.libro decimo.Obedientiam promittens non semel, nisi ad mandatum, secus dicendum est in debente reuerentiam, quæ mouente iustitia legis,uel moris,exhibenda est, Bal.in l.liberti,num.6.C.de ope.liber.

a PRÆSTARE. De hoc verbo loquutus sum supra,in ver.præstationi,Ibi dictis addo, ꝙ ĩ tex.in l.si domus,§. qui confitetur, in duobus locis, ponitur ꝓ tradere, ...

b TENEANTVR. Hoc verbum præceptiuum est, & necessitatem ostendit iuramentum, de quo hic præstandi, quo non præstito,hic descripti pro conseruatoribus, & officiarijs haberi non debent. ad tex.in clemen.exiui. de Paradiso, colum.4.§.itē ordo. ibi, Quod vbicunque ponitur in regula hoc vocabulum,teneatur, obtinet vim præcepti, & obseruari debet à fratribus,de verborum signif.Glos. Pragma.de collatio.§.item vniuersitates, in ver.teneantur.Rebuf.super concor.rub. de collatio.§.1. in ver.debeat.

c AC QVIBVSVIS alijs actibus.i.actionibus, tractatibus,operationibus, negociationibus, iuxta tex.in l.obseruandum,versic.rectè autem,iun.glo. in ver.actus,ff.de off.proconsi.ita accipimus in l.fi. in fi.vbi ꝙ viuentium actus,non defunctorum suspendi possunt,ff.commu.prædio. & in l.actus legitimi,ff.de reg.iur.cap.actus,eodem titulo, lib.6. Ita etiam accipiunt illud Philosophi. Actus actiuorum recipitur in patiente disposito. 2. de Anima,tex.24.sic & illud, Actus non operantur vltra intentionem agentium,l.non omnes, ff.si cert.pet. l.obligationum substantia,ff.de actio.& oblig. Aliter accipitur in l.1.§.actus,ff.de serui.rusti.prædio. vbi ponitur pro una ex seruitutibus. Et aliter in l. actus,ff.de administr. tuto. ubi sumitur pro administratione. Et intelligo hic de actibus, siue publicis, siue priuatis, iuxta text. in l.actus omnes, C.de ferijs. Actus generali vocabulo dicitur omne, qđ agitur, seu dicitur. Item actus nonnunquam pro historia sumitur. Diuus Hiero. de viris illustribus; Euangelium (inquit) sicut audierat,scripsit. Actus verò Apostolorum sicut viderat, ipse composuit.

d CAMERARIVS. Supple ratione Camerariatus, & in actibus Camerariatui proportionabilibus,alioqui constitutioni locus esse nō potest,ad nota.per Ioan.And.in cap.1.de homic.lib.6. & per Bart.in l.1.§.quod autem ait prætor, ff.ne quid in flumi.publi.Bal.in l.si quando, C.unde ui.D.meus Phi.Dec.cons.13.col.2.cons.18. nu.4. & cons.83. colum. 3. uersicu. Quinto responderi potest, & Ruin.consil.60.in causa,quæ uertitur.colu.3.post medium,num.5.

a INTERESSE. Adesse, prę̨sens esse. Sic apud M.Tullium ad Plancum li.13.Non modo, ut non prę̨esset illi negotio, sed etiam,ut ne interesset quidem. Vide supra §.Ac tam, glo.fi.

VACAN-

prædictus intereſſe [a] conſueuit, & etiam dicta ſede vacante [b] unà cum eodem pro tempore exiſtente Camer-

b VACANTE. Sedes Apoſtolica uacare dicitur Papa defuncto, ad ea quæ adduco ſupra in §. Aç etiã, in uer. ſede. Amplio etiam ſi Papa renunciet Papatui, uel deponatur, ſeu Papatu priuetur, ut etiam tunc ſedes Apoſtolica uacare dicatur, & noſtræ conſtitutioni ſit locus. Videri poterunt, quæ ſcripſi in 81 quæſt. 32. Regu. Cancel. prẹſertim. nu. 10. ubi concludo electionem Papæ non ad Concilium, ſed ad Cardinales hodie ſpectare, etiam in caſu ceſſionis & priuationis. Sedę etiam uacante Romæ cõſuetudo eſt carceratos liberandi, & à carceribus omnes extrahendi, pro qua conſuetudine faciunt, quę adduco ſuper Signatu. Gratiæ, titu. de Abſolu. & rehabi. ab homici. uerſ. Nec conſueuit abſolutio. Adduci etiam poteſt, ꝙ hæc conſuetudo eſt ab immemorabili, ergo titulus, uel conceſſio, ſeu priuilegiũ præſumatur. l. hoc iure, §. ductus aquę, ff. de aqua quoti. cap. 1. in fi. ubi omnes, de pręſcr. lib. 6. Abb. & Fely. in cap. ſi diligenti, eo. Pariſ. conſ. 27. in præſenti, nu. 32. & ſeq. lib. 1. Lap. Alleg. 85. uiſis, nũ. 4. ubi alios ad idem cito in mea Apoſtil. in uer. merum. Et facilè iuriſdictio ad populum Romanum in ijs quę temporalem, ſeu prophanam iuriſdictionem ſapiunt, reuertitur, apud quem aliàs erat. Et ꝙ populus circa nonnulla, idem quod Princeps poſſit, uoluit Fely. in c. quę in eccleſiarum, ante nume. 3. de conſtitu. Pro conſuetudine eximendi, & liberandi carceratos habemus exemplum Franciſci Soderini Florentini Cardinalis Volaterrani ab Alexandro VI. creati anno 1503. qui fuit poſtea epiſcopus Hoſtien. Hic detentus fuit in Arce S. Angeli ab Adriano VI. ob quaſdam machinationes, quę ei obijciebantur. Mortuo Adriano Cardinalis ſupplicat ſacro Collegio, ut eum liberum faciat, quod obtinuit, ſupplicationis uerba fuerunt hęc; Reuerendiſſimi Domini mei colendiſſimi humilẽ commendationem. Arbitror ex proceſſu fabricato, & informationibus factis ſingulis Dominis ſatis conſtare de innocentia mea ſuper obiectis per eos, qui ſeſe inimicos profeſſi ſunt. Et de iure, & conſuetudine in omnibus obſeruata, me eſſe relaxandum exemplo Cardinalis de Columna, & de Sabellis, qui diu detenti ex cauſa lęſę maieſtatis, ipſo obitus die Xiſti fuerunt liberati, & exemplo omnium noxiorum, quibus ijs temporibus carceres aperiuntur.

a FRACTIONI. A frango, quod ſignificat illidere, rumpere, conquaſſare. Sic accipimus illud Nume. cap. 11. Circuibatq; populus, & colligens illud frangebat mola. Eſaiæ 22. in fi. Et frangitur, & cadet, & peribit quod ponderat in eo. Tren. ſeu lamentationum Hierem. 4. circa princip. Et non erat qui frangeret eis. Cicero Verri. 6. Neſcio quo pacto dum armis exercetur, anulus aureus, quem habebat, fractus eſt. Frãgere ad incorporea ẽt

rario fractioni [a] anuli [b]

transfertur. Idem Cicero pro Corne. Balbo, Verũ ut omnium maleuolorum, iniquorũ inuideo t animos frangeremus. & 3. Officiorum, Qua quidem re audita fractum animum Annibalis ſcribit. Sic & frangere fidem. cap. peruenit. 2. de iureiur. l. 1. in princ. ubi Doct. ff. de conſtit. pecu. Frangere pacẽ, Frangere inducias, ſeu treguas dicunt. c. 1. §. ſi quis autem treguas frangere pręſumpſerit. de pact. Iuxta morem antiquum ſat laudabilem poſt obitum cuiuſuis ſummi Pontificis anulus piſcatoris, & plumbea ſigilla apud plumbatores bullarum exiſtentia, frangi, rumpi, ſeu conquaſſari cum malleo conſueuere, quæ cura frangendi hucuſque fuit Camerarij pro tempore exiſtentis. Ratio fractionis eſt, ut tollantur occaſiones falſificandi literas Apoſtolicas, & breuia, quę iura Canonica ualde abhorrent, noſq; cautiores reddunt ad tale facinus reprimendum, uitandum, excludendum, prout in cap. dura. & aliis ſeq. de crimi. falſ. Quæ cura non ſolũ in literis, ſed & in breuibus Apoſtolicis locum ſibi uendicant, prout ſupponit Dominus meus Philip. Dec. conſil. 175. in cauſa falſitatis. columna 4. ver. Nona non ſolum. pro quibus uideri poterunt, quę ſcribo in 11. q. Reg. de non iud. iuxta formam ſupplica. num. 6. & 11.

b ANVLI. Primus Prometheus fertur circulum ferreum incluſo lapide digito circundaſſe, qua cõſuetudine homines uſi anulos habere cœperunt, author eſt Iſidorus Ethymolo. lib. 21. de anulis. Higinus in ſua Aſtronomia, dum de ſagitta Herculis ſigno inter duos circulos, æſtiuum, & æquinoctialem loquitur, inquiens, Iuppiter deſtitit Thetim uelle ducere in uxorem. & Prometheo pro beneficio meritam retulit gratiam, eumque uinculis liberauit, neque quod illi fuerat iuratus remiſit uacuũ omne alligationi futurum, ſed memoriæ cauſa ex utraque re, hoc eſt lapide, & ferro ſibi digitum uinciri iuſſit, qua conſuetudine homines uſi, quaſi ſatisfacere Prometheo uiderentur, anulos lapide, & ferro conſuſos habere cœperunt. Hæc ille. Anulus eſt aut non ſignatorius, aut ſignatorius. De primo loqui uidetur Iureconſ. in l. fina. ibi, Aut leues anulos, ideſt qui rem non excedunt aureorum quinque. alioqui ſi quis damnatus in digito habuerit aut ſardonicam, aut aliam gemmam magni pretij, &c. ff. de bon. damn. l. ſi gemma ex anulo legetur, ff. de au. & argen. lega. Rurſus non ſignatorius, uel eſt cum gemma, uel uili, uel precioſa, ut dicta l. ſi quis damnatus, uel totus aureus. Inſuper eſt anulus ponderoſus, aut quidam ſubtilis circulus, quem anulum æſtiuum uocant, uel erunt anuli aurei ſubtiliſſimis bratteis, & filis gemmas habẽtes, de quibus Iuuena. Saty. 1. Ventilet æſtiuum digitis, &c. & ibi omnes Commentatores declarant.

De

De secundo. videlicet signatorio seu sigillari fit mẽtio 3. Regu. 21 scripsit igitur literas ex nomine Achab, & signauit eas anulo eius. Hester 3. Tulit ergo Rex anulum, quo vtebatur de manu sua, & dedit eum Ama. & post, Et literæ signatæ ipsius anulo missæ sunt per Cursores Regis ad uniuersas prouincias, & c. 8. Tulitque Rex anulũ, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardocheo. Iterum, scribite ergo Iudęis, sicut vobis placet ex Regis nomine, signantes literas nomine meo. Hęc. n. consuetudo erat vt epistolis, quæ ex Regis nomine mittebantur, & illius anulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. De quo etiam anulo Macrob. Saturna. lib. 7. vbi quòd imprimebatur sculptura materiæ anulli, siue ex ferro, siue ex auro foret, postea verò usus luxuriantis ætatis signaturas præciosis gemmis cœpit insculpere. Idem Macro. Saturna. lib. 14. Sed Policrates, &c. Iuue. Saty. 1. Signator falso qui se latum, atq. beatum. Exiguis tabulis, & gemma fecerit huda. Plutarcho teste in politica, Sylla Quæstor in Libia Iugurtæ captiui effigiem a se sub imperio Maij facti in anulo, quem gestabat insculpsit. Et de hoc annulo loquuntur tex. in l. ad testium, §. si ab ipso, & §. signum, ff. de testa. in l. signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur, ff. de verb. sign. in l. si vnus, C. de testa. & in §. possunt. Insti. eo. Val. Maxi. lib. 8. c. 15. de L. Sylla. Cicer. 4. Acad. & Plutarch. in Apophtegma. in hæc uerba, Anulum sibi detraxit, ac illius ori sigillum imposuit. de Alexandri signo loquens, qui tacere monuit Ephestionem, eaque in literis à matre sibi scriptis etiam ipse Ephestion legerat. Hic Alexandri anulus poterat etiam esse non signatorius, vt intelligamus anulum ori alterius impositum, ostendere os sigillatum, ne verbum inde exeat de secreto communicato, & pate facto. In vtroque significatu accipi potest anulus, de quo Genes. 38. Respondit anulum tuum, & armillam, & baculum, quẽ manu tenes. & post, Cognosce cuius sit anulus, & armilla, & bacculus. Sic & anulus Pharaonis, de quo Genes. 41. Tulitque anulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitq; cũ stola bissina. 1. Machab. 6. Et dedit ei diadema, & stolã suã, & anulum. Luc. 15. Citò proferte stolam primã, & induite illum, & date anulum in manu eius. In vtroq; etiã significatu accipi posse videtur in l. cum pater, §. pater pluribus ibi, claues, & anulum custodię causa, maiori natu filiæ tradidit. ff. de leg. 2. De vtrisque anulis loquitur tex. in l. argu. §. ornamenta mulierum, ff. de au. & argen. lega. Rursus anuus signatorius aut erit cum lapide signatorio, aut totus aureus, vel apud pauperes argenteus, vet æneus etiam signatorius. Et tunc arma, seu insignia domus gestãti anulum, aut aliquam imaginem, literas, signa, vel catacteres continebit, iuxta tex. in pręalleg. §. possunt. iun. glo. in ver. anulo, Institu. de testa. Græci, quin & Romani teste A. Gellio lib. 10. c. 10. anulũ gestabant in digito sinistrę manus, qui minimo ꝓximus est, ea fortassis rõne, ꝙ neruus quidã tennissimus ab eo vno digito ad cor hominis pergat, vnde visum fuit digitum illum honore decorandum esse, qui continens, & quasi connexus cum principatu cordis esse videretur: de quo etiam habemus tex. in c. fœminæ; in fi. 30. q. 5. Macro. verò Saturna. lib. 5. aliam rationem adducit, pollex enim (inquit) per se satis polleat, nec alio externo, vel accersito indigeat honore, Inde verò ex una parte solus sit, ac quasi desertus indignus eẽ videatur honore. Medius autem loegissimus sit omnium: Anularis verò ille, qui inter minimum, & longissimum sit, maximè indiget aliquo honore, quo cæteris Illustrior fiat iuxta sententiam Apostoli. 1. ad Corint. 12. Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus. Hac ratione forsan excitati nonnulli anulum in minimo digito gerunt. Constat autem anulos ꝓ digitorum, seu manus ornamento, ac nobilitaris, & ingenuitatis signo inuentos esse, vt per Isido. pal leg. lib. 21. c. 12. de Anulis. & colligit ex verbis Diui Iacobi in sua Epist. Canonica. c. 2. in princ. sub iis verbis. Etenim si introiuerit in conuiuium vestrum uir aureum anulum habens in veste candida: introiuerit autem semper sordido habitu, &c. Idem quoque colligitur ex verbis Diogenis Laer. in vita Aristotelis, in princ. vbi affirmat Aristotelẽ qui exilia crura, paruosque oculos habuit, pro corporis ornatu, veste insigni, ac anulis vsum. Anulus aureus insigne erat ordinis equestris, vt sentit Pli. libro 33. capitu. secundo. & Liuius lib. 9. ab Vrbe condi. de Flauio Scriba loquens, qui ob fastos publicatos honoribus a populo ornatus est, & in Comitijs nobilibus prælatus. Tantumque (inquit) Flauij Comitia indignitatis habuerunt, vt plerique nobilium aureos anulos, & phaleras deponerent. Et declaret Bud. in Annot. Pandect. super l. fin. ff. de Senato. dum de tribus ordinibus, qui Romæ erant, loquitur, erant enim Senatorius, equestris, plebeius. Hic est ille Gn. Flauius Scriba, de quo habemus in l. secunda, versiculo, Postea cum Appius. vt etiam ibidem aduertit Bud. ff. de origin. iur. De hoc anulo equestri loquitur Horat. Sermon. libro secundo Saty. 7. Tu cum proiectis insignibus, anulo equestri, Romanoque habitu prodis. & cæt. & ibi aduertunt non licuisse equitibus Romanis anulis vti nisi a Prætoribus illis donati fuissent. Iuue. in primo. Saty. quæritur, quòd Crispinus, qui seruus fuerat, equestri anulo insignitus esset, inquiens Crispinus tirias humero reuocante lacenas, Ventilet ęstiuum digitus sudantibus aurũ: Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ. De iure aureorum anulorum, quod sub Tiberio obtinuit Equester ordo, constituto censu quadringentorum millium tractat Bude. in libr. de Asse, & in Annotation. in Pandect. super l. fin. ff. de muneri. & honor. Ius aureorum annulorum donare apud antiquos erat, id fermè quod nos equitem creare, seu facere dicimus.

Ius autem aureorum annulorum accipere equitem fieri, iuxta text. in l. sed si hac lege. §. sed & si ius anulorum, ff. de in ius vocan. vt idem Bud. notauit. De iure aureorum anulo-

rum

rũ,quod liberti ab Imperatore accipiebant, habemus in tit.ff.& C. de iu. aure.anu. & in l. falsa demõstratio,§.sed & si cui.ubi etiam quòd acceptione anulorum dignitas augetur, ff.de condit. & demonstra. in l.1.& ibi per Luc. de Pen. C. si ser.aut lib.ad Decur.lib.10. Anulus aureus inter insignia manumissionis connumeratur.Tertullianus libello, qui inscribitur, de Resurrectione carnis,in hæc verba. Si famulum tuum libertate mutaueris,& vestis albæ nitore,& anuli aurei honore,& patroni nomine,ac tribu,& mensa honoratur. Anulus etiam à sponso sponsæ datur,qui sponsalitius dicitur,& traditur in pignus matrimonij contracti, sicut arra in pignus contractæ venditionis, unde subarrare dicimus. iunguntur enim corda maris, & fœminæ,in quibus debet esse semper vnum uelle,& unum nolle,de quo habemus tex. in c.fœmine,vers.item quod in primis,30.quæstio.5.in cap. tenor,de iudi.& in cap.fin.ubi etiam glo.1. de despon.impube. Isido. dicto cap.12.de anul.lib.21. inquit, Fœminæ non usæ anulis,nisi quos virgini sponsus miserat, neque amplius quàm binos anulos in digitis habere solebant. Subdit,& nunc pro auro nullum fœminis illæsum est, atque immune membrum. Anuli autem traditio, seu in digitum immissio,an,& quando operetur, vt matrimoniũ contractum esse dicatur,vide pulchrè per Lap. Alleg.57.per totam Alleg.præsertim.num.4. & 5. & ad fi.vbi etiam ego aliqua addo. Vide etiam Abb. in cap.illud,de præsumptio.nume.4.12.& 13.& in cap.fi.num.7.de despon.impube. & Aret. consil.13.uiso diligenter,num.4. versicu. Circa secundum articulum. Quid autem si mulier tradat anulum viro an significetur matrimonium, seu matrimonium præsumatur,vide And.Barba.consil.6. scriptum est,col.6.nu.4. uers.Si dicat quispiam,li. primo. Et ꝙ anuli delatio per mulierem non probet matrimonium,voluit Thom.Gramm.consil. crimi.26.num.14. Cõtrarium probari videtur per tex.in c.nostrates.vers.Et postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignitam desponderit.30.q.5.Idem uoluit Aret.consi.13. Mar. Mant.cons.62.& si visis.nu.29.lib.1.Dida.Couar. in epito.super 4.decreta.tract. de sponsa.& matri. 2.par.c.4.nu.3.& de anulo in desponsatione Syl. nup.li.3.tit.est nubendum.nu.13 Sunt etiam anuli ferrei lapidibus infixi ad alligandum equos, qui & sigilla dicuntur,de quibus in l.æquissimũ. §.sed & si ędium.ff.de usufr.in l.cętera.§.hoc senatus.ad fi. iun.gl.ff.de leg.1.de quib.per Barth.Cæpol.in tracta.serui.vrba.pradio.in c.de pariete, seu muro. nu.15.Anulis ferreis pro numo Britanni vtebantur,teste Cæsare li.5.Belli Galli. Vtuntur autẽ(inquit) numo æreo,aut anulis ferreis ad certum pondus examinatis pro numo.Anulos aureos pro Rationali Aaron,& pro iungendis cathenis aureis, & alios ponendos in utroque latere superhumeralis, habes Exo.c.28. Facies in rationali cathenas cum ijs,quæ sequuntur.Anulis,mitra,& baculo an Abbates uti possint,& an extra monasteriũ,vide Lap. Alle.19.an Abbas.& alios,quos ibi in Apostil.mea refero.Pyrrhus rex habebat anulum cum lapide dicto Achate,in quo(si Solino credimus) Apollo cũ cithara, & nouem musæ cum suis insignijs picti erant figuris non sculptis,sed ingenitis.

a PISCATORIS. Piscator dicitur, qui piscatur.l.ne piscatores.ff.de incen.rui.De piscatoribus metaphoricè loquitur Esaias ca.19. Et mœrebunt Piscatores,& lugebunt omnes mittentes in flumẽ hamum.Piscatorium dicitur, quod ad piscatorem pertinet,hinc nauis piscatoria, seu nauicella.l. piscatoris instrumento,versi.Aristo aĩt nauicellas,quę piscium capiendorum causa comparatæ sunt,ff.de fun.instru.l.nauibus.2.ff.de cap.& postli.reuer.Cęsar li.2.Belli Ciui.& Liu.3.Belli Punici. Item rete piscatorium,quod etiam uerriculum,seu euerriculum dicitur: de quo in tex.l.iniuriarum actio, ff.de iniur. §.si quis me prohibeat in mari piscari, ut in euerriculum,quod Gręcè dicitur, prout illum tex.ita restituit Bud.ibi,de quo etiam per Alcia.lib.2.Dispun.ca.13. Non est autem legendum in diuerticulum, prout libri communiter habent, & ibi Bud.declarat.idem est rete piscatoriũ, quod euerriculum,seu verriculum, & sagena piscatoris. Sagenam in hoc significatu habemus Matthęi capit.13.versus fi. Item simile est regnum cœlorum sagenę missę in mare, &c. dicitur etiã piscatorius lacus.l.forma.§.laicus.ff.de censib. Piscatoris, hic additur ad differentiam aliorum anulorum: vnde apparet, ꝙ anulus iste totus ex auro confectus signatorius est, habens imaginem nauiculæ, in qua Petrus remis insistit. Hęc est nauis salutis ęternæ. Piscatores in sacris scripturis iusti,& sancti, contra verò uenatores reprobi figurantur, prout per Diuum Hieronymum super Psalm.82. ca.1.in pri. 34.distin.ubi contra Lanfredum episcopum iuuenem uenatorem.ca.1.ac melius ca.2.de cleri.uen. & ca. Esau.86.distin.Et in Reper.Inquisito.in ver. clericus.vers.Nota quando clerici possunt esse. Venatio clericis sanitatis, recreationis, ac necessitatis causa prohibita non erit.ut Hostien.Anan.& communiter Doct.in all e.c.2.de cleri.vena.Abb.in capit.1.eo.tit.Archid.in cap.quorundam. 34.distin. & ibidem Pręposi.ubi etiam concludunt, quòd uenatio est adeo clericis prohibita, ꝙ huic prohibitioni non potest præscribi per contrariã consuetudinem: vt etiam per Præposi. in cap. episcopi trigesimaquarta distinctio. capit. qui uenatoribus donant.86.distinctio. vbi æquiparantur donantes histrionibus, meretricibus,& uenatoribus.l.uenatoribus.cum sua glos. C.de excusa. mune.libro decimo. Hunc anulum quilibet Summus Pontifex apud se retinere consueuit, nec illius custodiam alicui committere. Ita etiam legimus Regem Assuerum anulum signatorium in digito gestasse. Hester capite tertio. Tulit ergo Rex anulum, quo utebatur de manu sua, & dedit eum Ama. cum ijs, quæ postea subijciuntur, videlicet, Et literę signatæ ipsius anulo missæ sunt per cursores Regis ad vniuersas prouincias, &c. Tempore quo signantur breuia, Papa illa hoc anulo subsignat, uel alius coram ipso. De hoc anulo piscatoris loquitur præceptor meus consil.175.

causa

causa falsitatis,præsertim col.3. vers.Quinta falsi arguitur. & Rebuf.praxi benef.rub. vlt.de Breui. Apost.ubi num.21.subdit rationem,quare anulus iste dicatur piscatoris,quæ est,quia Diuus Petrus, qui piscator erat,hoc sigillo primus, vt verisimile est,vsus fuerit.Hoc ego alibi non legi,& hanc rationem diuinatiuam censeo.Est bene verum, ꝙ Petri successores successiuis temporib. iure optimo huc vsq; sigillo hoc vsi fuerunt ob memoriam, ut sicut Petrus,& nonnulli Apostoli alij ex piscatoribus piscium,piscatores hominum a Deo effecti sunt,omnesq; Apostoli, & alij, de quibus infra, piscatores nominati fuerunt, ita & summi Pontifices se similes piscatores profiteantur,& sint.De quibus hominum piscatoribus prædicit Hierem. in hæc uerba, Ego mitto speculatores,uel iuxta alteram lecturã, piscatores multos,dicit Dominus, & piscabuntur eos.Hiere.c. 16. Matth.14. & Marci 1.legitur, ꝙ Christus ueniens iuxta mare Galileæ, Petrum,& Andream fratres vidit mittentes retia in mare,quibus ipse dixit, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Similiter videns duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula cum Zebedæo patre retia reficientes,eosdem vocans, piscatores hominum reddidit:

& plumbi bullariæ nostræ. a

meritò igitur (ut præmisi) quilibet summus Pontifex Petri piscatoris successor, piscatoris insignia gestans boni hominum piscatoris officio fungi debet.Cum rete tam Petrus, quàm alij discipuli piscabantur.prçalle.c.14.Matthçi,& Marci 1.Et omnibus dictum fuit, ꝙ laxarent retia: soli autẽ Petro, ꝙ in altum duceret rete.c.non turbatur. ver.Denique,& alijs. 24.qõ.i. Alterum genus est piscandi cum hamo, de quo Esaiæ præall.c.19. Et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum.de hoc intellexit Oui.14.Meta.Miles erat gladio piscator arundine sumpta.Hoc genus piscandi cum hamo, & rete in altum ducendi (vt prçmisi) soli Petro, & successoribus demandata fuerunt.ca.est & aliud. ubi Archidia.declarat,24.q.1.

a PLVMBI bullariæ nostræ.i. sigillorum plumbeorum bullis expediendis, seu expeditis appendendarum, quæ in officina, cubiculo, vel officio plumbatorum Apostolicorum in palatio Pontificio existente conseruantur,& quç sede vacante eodem modo,quo anulus piscatoris ab ipso Camerario franguntur,& illiduntur ad euitandas fraudes, & falsitates,quæ occurrere possent. Hæc sigilla ex plumbo cõfecta ab uno latere habent effigies beatorum Petri,& Pauli: ab altero verò nomẽ summi Pontificis pro tempore existentis, prout etiam per Spec.de rescrip.prçsenta.post num.38.vers.Item tunc non bullatur. De hoc plumbo, de bullatorib. Apostolicis, & multis modis cognoscendi falsas bullas,seu falsas literas, quæ sub nomine Papæ expeditæ prçtenduntur,habemus tex.in cap.licet.de crimi.fals.De plumbo,& bulla, vide Gemin.in ca. quis nesciat.11.dist.& Fely.in c.ex parte. 1.nu.18. de rescri.Glo.anti.super Reg.Cancel. de Non iud. iux.for.suppli.& ibidem Sarnen.q.1. post num.5. & eundem Sarnen.in Comp. vt.signa.num.54.Et de plumbo, bulla, & bullaria loquor in prçfa.15. Regu.Cancel.De bullis,quibus colla regalium camelorum decorari solebant, habes Iudi.cap.8. De bulla,qua prçtextari pueri Romani vtebantur, loquitur M.Tullius in proœ.Lelii. & Guil. Budçus in Annot.in Pandec.super l.fi.ff.de Senato.Hic sanè gradum non ita ex abrupto sisterem;sed improuisa nox,horrida tempestas,ingens malleorum strepitus, quibus & piscatoris anulus,& plumbi signacula perfringuntur, maximus in Vaticano monte fremitus, atq; repentina euersio; summus deniq; totius confusæ vrbis murmur; furentis turbæ tumultus,obstrepẽtium armorum clangor,adeo mihi caput obtundunt,ut nedum animũ, sed & gressus aliò uertere, & a cœptis omnino desistere cogar.Perijt Sanctus de terra,sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua Domina gentium. Non est qui consoletur eam. Reliquæ vero harum Facultatum adhuc immaturæ,informes, impolitç Glossellç diu iacebunt. Nec prius eas a graui somno excitare,exornareque, ac excolere, ut in publicum exire audeant curabo, quàm Facultates ipsas perpetuò duraturas fore perspexero. Quòd si fortè contingat eas steriles fore, seu breui perire, uel aliquid aliud sinistri illis accidat, saltẽ hic meus labor non sit inanis.Vtinamq; materiã superet opus. Cçterum & si non sperem huic meo libello euenire posse, quç duo ex nostris clarissimis Poetis eorum operibus ventura esse non uana spe ducti uaticinarunt,ut illa perennia, & immortalia futura essent. Alter, videlicet,ad fi.lib.2.Ode 20. Rursus in calce lib.3.Ode 30. Alter vero in fi. suç Metamorphoseos.Mihi sat erit, si hic idem meus libellus quamdiu per manus aliquorum peritorum circumferatur,non inutilis, ac nudus habeatur. Iuriumque cum ciuilis,tum Pontificij initiati ab eodem plura non inania, & insuauia elicere possint. Verum si quç fortè, vel hic,uel alibi protulerim, quæ a uera Religione, & Sacra doctrina Ecclesiastica,etiam in minimo aliena vllo modo videri possint,ea a quouis rectè sentiente emendari, ac corrigi desidero:Meque,ac mea omnia Sanctæ Romanç Ecclesiç censurç subijcio.

FINIS.

TRACTATVS
ΠΕΡΙ' ΤΗ'Σ ΑΧΑΡΙΣΤΙΑΣ.
SEV
DE INGRATITVDINE
CLARISS. IVRISCONSVLTI
ET IN CVRIA ROMANA
CELEBERRIMI ADVOCATI.
D. Quintiliani Mandoſij.

IN QVO PRAECIPVA HOMINIS CVIVSQVE officia, & ſtatus ferè omnes recenſentur.

Quæſtionesq; principaliores, in quibus ob Ingratitudinem in DEVM, Angelos, Sanctos, Parentes, cæterosq; alios, in Præceptis, Contractibus, Vltimis voluntatibus, Feudalibus, & Criminalibus, diſpoſitionibus, qua pœna delinquentes puniantur, tam de iure diuino, quàm humano, Pontificio & Cæſareo, ſumma iuris prudentia diſſoluuntur.

CVM PRIVILEGIIS.

SECVNDA AEDITIO.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

AMPLISSIMO SENATVI VENETO,

Quintilianus Mandosius.

SCRIPTORES ferè omnes τῆς ἀχαριστίας, *ideſt de ingratitudine vel tractare abſtinuerunt, vel parcè de illa verba facere decreuerunt: Nec monſtrum iſtud horrendum inter illa, quæ a fortiſsimo Hercule ſuperata affirmant, profligatum perſpexi. Ego, qui inter omnes alias atrociſsimas beſtias, hanc præcipuè ab incunabulis pertimui, ſemperq́; abhorrui: innumera penè deinde beneficia præteritis annis Venetijs mihi præſtita animo percurrens, Necnon nefandum hoc portentum ab inuictiſsima illa, regiaq; vrbe iam procul eſſe, & exul cognoſcens non ſolum, ſed in ipſa potius* εὐχαριστίαν *ſuam ſedem præcipuam iam diu collocaſſe,* περὶ τῆς εὐχαριστίας καὶ ἀχαριστίας, *ideſt de gratitudine, & ingratitudine tractare protinus decreui, libellumq; hunc tibi, ampliſsime, ac ſapientiſsime Senatus, dicare: vt etiam grati mei animi argumentum aliquod manifeſtum reddam nobilibus illis, cum clariſsimis, tum verò optimis viris (ſi tamen phas eſt illos ſolùm viros nuncupare, qui etiam ſinguli regibus præſtant, & heroas æquant) qui & mihi, & omnibus non obſcuri nominis illò confluentibus opem ferre, & fauere nunquam deſinunt: inter quos præcipuè erga me Venetijs recuperandæ ſanitatis cauſa commorantem, omne genus humanitatis, & liberalitatis exercuere præclariſsimi, & nunquam ſatis laudati præſules, Iohannes Grimanus Patriarcha Aquilegienſis, Quirinus Epiſcopus Concordienſis, Abbas Triuiſanus, Hieronymus Diedo Primicerius Patauinus, ac clariſsimus Senator Eques Iohannes a Lege. Et quamquam ſunt in me præcipua merita aliorum plurium, tamen non omnia recenſenda nunc tempus poſtulare videtur: præter id quod difficile eſſet non aliquem, nefas quenquam præterire. Valetudine demum Deo, hominibus,*

cœli istius fœlicitate fauentibus recuperata, amænitates Muriani visurus illò accedens, ab Illustri Abbate Hannibale Fregosio altero Mæcenate honorificè, benignèq; susceptus in delitijs habitus fui. Vtinam mihi facundia suppeteret vt excelsæ, admirabilis, ac potentissimæ ciuitatis huius, cui imperium sine fine datum crediderim: huius præclarissimi Senatus: horum Illustrium tum maiorum, tum propria nobilitate virorum: cum consilio, manuq; forti, terra, marique: tum vera religione fulgentium, recensere possem: Quod possum, & quod debeo omnis erit ætas mihi ad prædictorum erga me merita prædicanda: Deumq; præcari, vt gloriosissimam hanc vrbem, Italiæ decus, illiusq; vnicum præsidium, ac propugnaculum tutissimum, protegat, foueat, augeat.

INGRATITVDINVM SPECIES QVAE SINGVLIS Capitulis singulæ ab Auctore explicantur.

Index Capitum.

TRACTATVS
ΠΕΡΙ ΤΗ'Σ ΑΧΑΡΙΣΤΓΑΣ,

SEV DE INGRATITVDINE
CLARISSIMI IVRISCONSVL. ET IN CVRIA ROMANA celeberrimi Aduocati.

D. Quintillani Mandoſij.

PROOEMIVM.

GRATI nomen licet modis multis capi poſ ſit, vt pro amabili, dilecto, iucundo, & alijs: in materia tamẽ, circa quam noſtra uerſatur intentio ſumitur ita, vt is gratus dicatur, qui accepti beneficij memor eſt, qui beneficijs reſpondet, qui acceptum beneficium recognoſcit, qui illud laudat, & pro eo gratias agit, & qui loco & tempore iuxta vires retribuit: ſic & ingratus is dicitur, qui beneficium non retribuit: magis ingratus, qui diſſimulat, qui demonſtrans ſe beneficiũ non accepiſſe, uel beneficium acceptum extenuat, ea ſeſe accepiſſe aſſerens, quæ parua erant, quæq; ab alijs licebat accipere, prout apud Ariſto. Etico. libro 8. cap. 13. Ingratiſſimus qui beneficium vituperat, quaſi maleficium reputat, vel mala pro bonis retribuit, ignominiam pro laude, perniciem ꝓ ſalute, & vita, contumeliam pro honore, & beneficio Eccleſiaſtic. cap. 1. 29. Diuus Auguſtinus in expoſitione pſalm. 108. de quo habemus tex. in cap. ſex differentiæ. 23. quæſtio. 3. Gratitudinem diuus Thomas prima ſecundæ quæſtio. 60. artic. 3. ac ſecunda ſecundæ. quæſt. 106. articu. 1. deſcribit eſſe recompenſationem gratiæ benefactorib. vel virtutem per quam redditur debitum benefactoribus. Et gratitudo idem erit quòd gratia, tertio modo ſumpta ab eodem diuo Thoma prima ſecundæ. 119. articu. 1. videlicet, recompenſatio beneficij grati, vnde dicimus agere gratias beneficiorum. Idem ſecunda ſecundæ quæſtio. 107. artic. 3, gratitudinem latius accepit inquiens. Gratitudinis debitum eſt vt homo etiam aliquid liberaliter tribuat ad quod non tenetur. Ad debitum gratitudinis reddendum ſola voluntas ſufficit inquit diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 106. artic. 3. ad quintum, & artic. 6. ad primum, ac quęſtio. 107. artic. 1. ad ſecundum: nam ſicut beneficium in affectu magis conſiſtit, quàm in effectu, ſi uerum refert Seneca primo de beneficijs, vbi dicit beneficium non in eo quod ſit, aut datur cõſiſtit, ſi in ipſo dantis, aut facientis animo: ſic etiã recompenſatio materialiter in effectu conſiſtit, formaliter autem, ac principaliter in voluntate, ex quo ſi gratè beneficium accepiſti, primam illius partem ſoluiſti, nam ſi benignè recepiſti, beneficium reddidiſti. Seneca ſecundo. de Benefic. Qui enim hilariè accipit, & libenter, iam magnam beneficij partem perſoluit, quæ in animo eſt: reddit enim beneuolentiam pro beneuolentia, licet nondum munus pro munere, deeſt enim nonnunquam referendi copia, interdum occaſio, & quandiu iſta deſunt, qui accipit beneficium tanquam relaturus, iam retuliſſe videtur, ſat eſt enim voluiſſe, quoties potuiſſe non occurrat, Ex quo etiam in facultate ſuprema exiſtentibus, recompenſatio beneficij, fieri poſſit per exhibitionem reuerentiæ, & honori, vt ſaltem videantur in hoc beneficiorum memores. Gratitudo itaque materialiter, & formaliter conſiderari poteſt, vt diſtinguit, & declarat Cardin. Gaet. ſuper quęſtio. 108. diui Thomę ſecunda ſecundæ articu. quarto. ad ſecundum. Gratitudinem virtutum omnium maximam, & cæterarum omnium matrem appellat M. Tullius in Oratio. pro Planco in hæc verba. Etenim iudices cum omnibus uirtutibus me affectum eſſe cu-

piam, tamen nihil eſt quod malim, quàm me & gratum eſſe, & videri: hæc eſt enim vna virtus non ſolum maxima, ſed etiam mater virtutũ omnium reliquarum: quid eſt pietas niſi voluntas grata in parentes? &cæt. Αχαριστίας de qua tractamus latius patet quàm ingratitudo, Αχαριστίας enim quaſi ſine gratia non ſolum poſt beneficiũ acceptum comprobatur, ſed & ante aliquod beneficium collatum, vtroque enim caſu quis ſine gratia dici poterit; vnde Αχαριστίας non ſolum illum incuſabimus, qui beneficij ſibi collati immemor eſt, ſed & eum, qui occaſione ſibi porrecta, beneficio etiam non prouocatus beneficijs alios non prouocat. Diuus Bernardus in ſermo. 52. inquit inimica eſt animæ ingratitudo, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio, ventus vrens, pietatis fontem ſiccans, miſericordiæ rorem, fluenta gratiæ. Iubemur Ioann. cap. ſexto, colligere fragmenta ne pereant, ideſt, nec minima beneficia obliuiſci. Nunquid nõ perit quod donatur ingrato? qui accepti beneficij gratiam vel omnino nullam, vel non ſatis dignam refert, qui beneficium vituperat, beneficiũ quaſi maleficium exiſtimat: Et quod peius eſt, dum maius aliquod pro ſuo poſſe retribuere deberet (ad quod gratiæ recompenſatio tendit ſemper, ne quis dicatur reddere id tantum quod accepit) non ſolum non reddit, ſed quandoque mala pro bonis, iuxta pſalm. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Vnde ob id cum beneficiũ conferre pulchrum ſit, & in eo gaudeat qui contulit, (ſi Ariſtoteli Etico. nono. cap. octauo. credimus) rectè conſiderandus eſt is, cui beneficium conferre volumus, ne in illud Diogenis incidamus, Veh qui gratias virgines exiſtentes meretrices quærit efficere: quæ cùm tres a poetis confingantur iuxta Orpheum in hymnis, & Pindarum in odis, & maximi vt fabulantur Iouis filiæ, ex Eunomia, ſecundum Orpheum, ſed Pindarus matrem ſubticens maximi Dei filias aſſeruit eſſe, & eas iu cœlum iuxta Appollinis thronum degere, & totius Olimpi patrem collaudare perpetuo: quidam ferunt vnam duabus reliquis aureum porrigere pomum, & illas recta facie beneficam reſpicientes munera duplicata reddere, dicente Marone prima. Aeneid. Nec mecum officio, nec te certaſſe priorem pœniteat, & manus inſimul conſertas, & duplicatas habere, vt hinc diſceremus beneficiorum vincula gratiæ rẽferendæ finem non habere. Vocantur autem huiuſmodi gratiæ varijs nominibus, prima quidem Aglaſia, quaſi ſplendida, & illuſtris: Altera Euphroſina, lætitiam denotans: Tertia verò Thalia dicitur, quòd florida, & virens exiſtat, illas etiam Romæ in antiquis marmoreis lapidibus ſculptas reperies, & quidem hac forma, vt vna porrigat, altera recipiat, poſtrema reddat, Finguntur autem omnes iuuenes, quòd beneficia debeant eſſe pura, ſimplicia, abſque aliquibus inſidijs: finguntur etiam duæ, facies erga nos verſus habere. alia autem ceruicem, quòd ob vnam gratiam receptam beneficia duplicata reddi debeant. Finguntur denique vt iam dixi omnes inſimul complexæ, & brachijs inuolutæ, quòd ex beneficijs oriatur vinculum indiſſolubile, atque perpetuum, nam vt ait Philoſophus Etico. quinto, capit. quinto. refamulari oportet ei, qui gratiam fecit, & rurſus ipſum incipere, vt ex hoc lætus efficiatur, qui contulit, & ſciat ſe prudenter egiſſe, quòd in homine tam grato ſuum collocarit beneficium, nam ſicut magnifica res eſt, & præclara, magnificum ſe omnibus præbere, ſic omnium turpiſſimum cùm acceperis gratiam, non rependere, & benefactorem non releuare. Sed ò procaciſſimum hominum genus, qui magna beneficia magna ſoluunt ingratitudine, de his Eccleſiaſt. capit. vigeſimonono. Cum accipiunt oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus hnmiliant voces, & in tempore retributionis poſtulant tempus & loquuntur verba tœdij, & murmurationis. Ingrãtus (inquit Lucianus) eſt tanquam dolium perforatum, in quod omnes immittens gratias in vanum effudiſti. Et Plautus. Nihil amas, ſi ingratum amas. Themiſtocles Athenienſium Dux per ſaxa ſcripſit contra Ionas cum Zerſe inientes ſocietatem aduerſus Athenienſes conditores, & ſeruatores ſuos, Quibus vos bellum Ionæ inferẽtis? his, qui vrbem veſtram, qui mænia, qui tecta, qui templa etiam veſtra condiderunt? qui nõ ſæpe iam in libertatem vendicauere? qui toties & cum Dario, & cum Xerſe bellum ne vos deſererent ſuſceperunt? An ideo mænia veſtra, domosque veſtras condidimus, ut eſſent qui noſtra oppugnarent, & delerent? O immaniſſimum ſcelus, o peſtiferam, & pernitioſam herbam ex huius vitæ agro radicitus euellendam, o tabificum venenum humanæ ſocietatis. & quale ſcelus eſt, flagitium, turpitudo, immanitas, crudelitas, horrendum denique: quod ab hoc nefandiſſimo crimine non oriatur? omnia fœdante, criminante, cruentante: qnid ingrato ſceleſtius? qui omnem à ſe abijcit pietatem, Deum non colit, a quo in lucem hanc productus vitam ſimul cum ratione ſuſcepit: parentes non alit, patriam non tutatur. Quantas odij faces habeat ſcelus hoc nefarium, quo nimbo, quave verborum procella ingratum caput obrui mereatur, ſententia Domini noſtri oſtendit, qui in Mattheo ingratum ſeruum iuſſit tradi tortoribus, donec redderet vniuerſum debitum. Sed iam deſcendamus ad ipſius τῆς ἀχαριστίας ſeu ingratitudinis genera, ſingulos ferè hominum ſtatus percurrentes, prius autem videamus quando gratitudo, & ingratitudo ortum habuerint, ſeu cognitæ fuerint.

De

De prima Ingratitudne Angelicæ creaturæ contra creatorem.

CAP. I.

TEMPVS a quo cœperit ingratitudo, & cognita fuerit, percipies, si considerabis, quòd ingratus omnium primus fuerit, Lucifer, qui pulcherrimus omnium creatus à Deo iuxta illud Ezechiel. 31. Ecce Assur quasi cedrus in libano, pulcher ramis, & frondib. nemorosus, &c.& post, Omne lignũ Paradisi Dei non est similatum illi, & pulchritutidini eius, quã do speciosum feci eum, superbia elatus dixit. In cœlum conscendam, super astra Dei exa tabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis ascendam super altitudinem nubiũ similis ero altissimo. Esai. c. 14. Sed cur ait in cœlũ conscendam? nonne in cęlo erat, & per superbiam ab eo cecidit, dicente Esaia vbi supra, Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? & Lucæ cap. 10. Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem, nonne super nubium altitudinem ascenderat? quum dicat Ezechiel. c. 31. Abietes, & platani non adęquauerunt summitatem eius in paradiso Dei. Sed alium ascensum oportet intelligi, videlicet non corporis, sed cordis, honoris, non loci: quod dixit ascendam, rumor fuit ambitionis, quia sic ambiebat ascendere vt cœli teneret imperium: Dei honorem vsurparet: sic exaltare super astra Dei solium suum, vt Angelorum concentu adoraretur, eique honor redderetur tanquam ipsorum domino, hoc enim prætendit extrema verborum suorum oratio, similis ero altissimo; non sufficiebat ei tantum Dei beneficium, tanta creatoris largitas, nisi idem diceretur de eo, quod de Deo, nisi ipse Deus appellaretur, nisi ipse ab angelis adoraretur vt Deus, quos in sententiam suam deducere laborauit. Ezechiel. cap. 31. Quem emulata sũt omnia ligna voluptatis quę erant in paradiso Dei: illi ei adhæserunt, quos potius delectabat seruire creaturæ, quam creatori. Sed quid profuerit illis eorum ingratitudo, ibidem ostendit idem Propheta, Ecce deductus est cum lignis voluptatis ad terram vltimam in medio circũcisorum dormiẽs cum eis, qui in terfecti sunt gladio. Et capi. vigesimooctauo: cum ait sub nomine principis Tyri (in multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti & eiecisti te de monte sancto Dei, & perdidisti te o cherub, protegens de medio lapidum ignitorum vsque, & non eris in perpetuum.) Eundem irridens Esaias ca. 14. ait, Quomodo cecidi Lucifer, qui mane oriebaris: corruisti in terram, qui vulnerabas gentes. Instabilis factus est, superbia inflatus, & ingratitudine circumamictus: ita vt verum sit quòd Eliphaz Themanites Iob. cap. 3. ait (Ecce qui seruiũt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.) Luciferi item lapsum, quem Aten appellat describere visus fuit Homerus parum deprauata historia lib. 19. Iliados. Eodem tempore gratitudinem fuisse cognosces, quo factum est prælium magnum in cœlo. Apocalip. 14. Angeli enim grati, & beneficiorum à Deo sibi collatorũ memores adorarunt Deum, pręsertim Michael, qui ait, Quis sicut Dominus Deus noster. pro quibus Iob ca. 38. Quis demisit lapidem angularem eius, cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? Habes itaque quo tpe cæperit ingratitudo, simul & gratitudo: nũc, ad τὴς ἀχαριστίας, seu ingratitndinis species transeamus.

Prima quidem τὴς ἀχαρίσιας, seu ingratitudinis species hæc fuit, de qua tractauimus, Angelicæ videlicet creaturæ. de qua etiam Ezechiel capit. 28. (Et primus ingratus fuit Lucifer, cuius operimentum omnis Lapis pretiosus.) Addo quod quando Lucifer cæteris angelis fuit acceptior, vt iam dixi: tanto maiorem ingratitudinem aduersus Deum commisisse fatendum est, nam vt Augustinus libro de pœniten. scribit, ingratus est is, qui plenus virtutibus Deum non omnino timebit; in hoc. n. quisque peccator culpabilior est, quo est Deo acceptior. de quo in cap. 1. de pœnit. dist. 5. A magnitudine speciei, & craturę, poterit horum creator videri Sapien. 13. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellectu conspiciuntur.

De Ingratitudine creaturæ humanæ aduersus creatorem.

CAP. II.

PEr hoc videtur, & ita est, quòd secundus ingratus fuerit homo, qui ex terræ limo formatus à Deo, & in viuentem animam factus ad imaginẽ, & similitudinem Dei, vt animantibus præesset omnibus, omniumque dominus esset, cunctisque animantibus imperaret, cuius rei gratia à Mercurio ter magno, magnum mundi dictum est miraculum, à Protagora rerum omnium metrum. Ab Aristotele creaturarum finis: à Moise Dei imago, & similitudo: a diuo Paulo creatura mundi, ad Roma. 1. & per Magi. Sentent. lib. 1. distinct. 3. rursus imago, & gloria Dei. Creatura Angelica, & humana ad quid creatæ fuerint quæritur, Respondetur in summa propter Dei bonitatem, & creaturæ vtilitatem, vtile namque est ipsi seruire Deo: eoque frui. August. lib. 1. c. 13. de Doctri. Christia. Quatenus est Deus, sumus: & in quantum sumus boni sumus. Magist. sent. lib. 2. distin. 1. Et sic non sunt creaturæ vt illis Deus egeret, iuxta psal. 15. Quoniam bonorum meorum non eges. Et si quis dixerit, homo factus est propter reparationem Angelorum. Augu. lib. 1. de Ciu. c. 1. dic tu illa inter alias causas præcipuas vna fuit: Mag. Sent. d. lib. 2. dist. 1. Qui quidem homo in paradiso positus, innumerorũ beneficiorum acceptorũ immemor: neque Deo gratias egit, neque illum inuocauit, sed inobediẽs

factus, ac præcepto diuino contrauenìens, in maximis calamitatibus constitutus fuit, a delitiarū paradiso eiectus, quo factum est vt repletus sit multis miserijs. Iob. cap. 14. (Et quia cum in honore esse t, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.) Psalm. 49. Et q̄ Adam quia omni bono abundauit, Deoque dilectissimus fuit, plus cæteris peccauerit contra diuinam prohibitionem pomo uetito vescendo, maiorem que inobedientiam, & ingratitudinem ostenderit, scribit diuus Augustinus in lib. de pœniten. cuius etiam verba refert Gratia. de pęnit. distin. 5. cap. 1. Idemque August. de Ciui. Dei. lib. 14. c. 15. inquit: Quia ergo cōtemptus est Deus iubens, qui qui hominem creauerat: ad suam imaginem eum fecerat: quæ cæteris animalibus præposuerat, qui in paradiso constituerat, qui rerum omnium copiā salutisque præstiterat, qui præce pti s nec pluribus nec grandibus, nec difficilibus onerauerat: sed vno breuissimo, atque leuissimo ad obedientiæ salubritatem adminiculatus fuerat, quo super eam creaturam cui libera seruitus expediret, se esse dominum cōmonebat, iusta damnatio subsecuta est &c. In hanc quoque ingratitudinem, & quidem tertius cecidit Cain agricola, primogenitus primorū parentum, qui oblationem faciens sine delectu, & cuius vultus ex ira in deum concidit, quòd eum, eiusque munera non respexisset, fratri pientissimo qui fide plurima hostiam obtulit, inuidens, eo proditoriè perem pto, de misericordia Dei diffidens, profugus factus est. Genes. cap. 4. & ad Hæbre. 2. quem imitantur nonnulli, de quibus in episto. beati Iudæ. (Veh illis qui in uia Chain abierunt.) Inter has etiam nefandas aduersus creatorem ingratitudinis species memoranda illa, atque teterrima superbissimi Nembrot, potētis in terra, & robusti venatoris. Genes. 10. connumerari potest. Ecquis eius ingratitudinem, omnium immanissimam nō perspiciet, si de eo, eiusque incomparabili superbia, quę Iosephus, aliique historiographi scribunt, perleget? Impius enim iste atque ingratissimus omnium homo (si hominem eum vocare fas est) imperium altissimi creatoris tyrannicè usurpare, atque homines in suam sententiam reducere conatus est: immensamque, & sublimen turrim, de qua etiam Genes. cap. 11. in cœlum extollere curauit, at Deus ipsum, cæterosque turrim ædificantes ob linguarum varietatem diuino nutu exortam, a cęptis desistere pœnitus coegit, tanta enim ob sermonis diuersitatem nata erat inter illos confusio, vt quod alter alteri imperabat, nec intelligi, multoq; minus executioni demandari posset: qua de re a confusione, turris illa non immerito nomen sumpsit, turrisque confusionis, seu babel idest confundens, vel confusio vocata fuit, quam deniq; Deus ipse omnipotens perfregit, & dissoluit, prout etiā per diuum August. de Ciui. Dei lib. 16. cap. 4. & sequen. quod etiam Homer. in Iliad. Plato in Conuiuio in Aristophanis oratione, ac Ouid. 1. Metam. fabulosè tamen recensent, dum gigantes illos Pelian ossæ imponere tentantes, à Ioue fulmine percussos fingunt, nec illis iuxta Psal. 32. pro fuit multitudo virtutis. Et adeo nefanda scelera hęc sunt vt Plato dialogo 2. de Repnb. inhibendos esse poetas velit, ne etiam in fabulis de ijs loquātur. In huius quoque pessimæ ingratitudinis genus incidit scelestissimus antea, postea ad Deum reuersus Nabuchodonosor Rex qui magnificatus inualuerat, & magnitudo eius creuerat, & peruenerat vsque ad cœlum, & potestas sua in terminos uniuersæ terræ iuxta eius somniū, somnijq; interprætationem, de quibus Daniel cap. 4. Et qui postquam armata manu Aegyptum superauit, Assyriam recuperauit, Iudeam subiugauit, tanta ob adeptas victorias tumere cœpit superbia, vt vel ipsi se Deo comparare haud nefas esse existimaret, dicens, Nonne hæc est Babilon, quā ego cōdidi in robore regni mei, & in gloria decoris mei? Sibique hac rōne auream eri[illegible] statuam, erectamque a cunctis populis in terram procidentibus, non secus ac summi Dei imaginem coli, & adorari iussit, quod latius in sacris historijs Daniel 3. & 4. videre licebit, quo etiam in loco quo modo ipse Nabuchodonosor ad Deum tandem conuersus fuerit, suumque nefandum errorem cognouerit, percipere poteris: de quo etiam diuus Augustinus ad Bonifa. Nabuchodonosor (inquit) regem intende, qui causa superbiæ in bouem est ex homine commutatus, atque regno suo profugus recedens, non ante regnum recepit, quàm conuersus Deum prædicauit, Et alibi etiam idem Augustinus inquit, Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam: nonne post innumeras impietates flagellatus pænituit, & regnnm, quod perdiderat rursus accepit? Sed ubi perfidum illum, ac perditissimum Iudam relinquo? qui à Deo in pręeminenti gradu constitutus, infinitisque beneficijs & gratijs dotatus supra malitiam communem ingratus, ac proditor suum creatorem in manus occisorum pretio recepto tradidit: quod etiam veteris testamenti prophetæ præuiderunt, dicente Esaia. [Testis falsus non erit impunitus, pro eo quod vendidit argento iustum] & Zacha. capit. 11. (Si bonum est in conspectu nostro dare mercedem meam triginta argenteos, & dixit ad me, proijcite illud ad statuarium decorum precium, quo appretiatus fui ab eis.) de quo etiam in psal. 40. (Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Item.) psalm. 54. (Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me mala loquutus fuisset, abscōdissem me forsan ab eo: tu verò homo vnanimis dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos &c.) Vbi ingratos iudęos relinquo, qui aduersus Dominum nostrum Iesum Christum, a quo tot beneficia receperunt, consilium ad eum interficiendum inierunt, quod prędictum fuerat psalm. 2. (Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. [& Sapien. c. 2.] Et sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam ipsius morte turpissima condemnemus eum, & affixione crucis.

Se-

Secundò illum cœperunt iuxta illud Hierem. Threni.4. Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris.] Et Sapientiæ secundo.(Ita dixerũt inter se impij) comprehendamus seu circumveniamus ergo iustum, quia inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & im℘perat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostrę. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat &c.) & post (Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum.)

Tertiò illum testibus falsis ad mortem condẽnarunt, prout prædixerat Oseas capit.7. (Veh eis quoniam recesserunt a me, vastabuntur, quia prę uaricati sunt in me, ego redemi eos, & ipsi loquũt aduersus me mendacium.) & Malachias capit.3. (Inualuerũt super me verba vestra dicit dominus, & dixistis quid loquuti sumus contra te).& sanctus Dauid in psalm. vigesimosexto. (Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est inquitas.) & psal.34.

Quartò contra illum clamarunt, crucifige, iuxta illud Hierem.12.(Reliqui domum meam, facta est mihi hæreditas, quasi leo in silua, dedit cõtra me vocem suam, blasfemans vtique, & dicẽs crucifige.) Et Esaiæ tertio. (Ruit enim Hierusalem, & Iudas concedit, quia lingua eorum contra dominum. (Rursus) expectaui vt facerẽt iudicium, & ecce iniquitas, iustitia, & ecce clamor.) Esa.c.5.

Quintò in illum conspuerunt, eundemque flagellauerunt, quod sanctus Iob præuidens dicebat cap.16.[Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes, & conspuentes percusserunt maxillam meam: satiati sunt pœnis meis.) Et sanctus propheta Dauid psalm.34. (Congregata sunt super me flagella, & ignoraui) & cap. 34. (Quoniam ego ad flagella paratus sum.) Esaias ca.50. (Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, corpus meũ dedit percutientib. genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpãtib.& conspuentib.in me) & Hiere. Threni.3.(Dabit percutienti, se maxillam, satiabitur opprobrijs & sustinebit patienter:)

Sextò coronam spineam capiti imposuerunt, hinc scriptum erat in cantico cap.3.(Exite videre filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius in die lætitiæ cordis sui.) & Hiere. ait. (Spinis peccatorum suorum circundedit me populus.) Esai.c.5.(Plantaui vineam electam, & expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas.)

Septimò illum manibus, & pedibus perforatis cruci affixerunt, de quo Dauid. Psalm. vigesimoprimo. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Item in canti. capit.quinto. Manus meæ distillauerunt mirram, & digiti mei guttas. & Malach.tertio. si affligit homo Deum, quia vos configitis me, & dixistis in quo configimus te?& subiecit dominus post hæc illis, Et me configistis gens tota. Et Zaca. cap.duodecimo. Et conspicientes eum quem confixerunt plangent eum, quasi planctum super vnigenitum. & dolebunt super eum, vt dolere solent in morte primogeniti. Esaiæ quinquagesimotertio. Tanquã ouis ad occisionem ducta coram tondente se, obmutuit, & non aperuit os suum.& cap. sexagesimosexto. Quis est iste qui venit de Edom tinctis uestibus de Bosra, quare rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari.

Octauò inter duos latrones eundem deputarũt, vnde Esaiæ capite.93. Et cum sceleratis reputatus est.

Nonò ipsum expoliauerunt, dicente Dauide psal. vigesimoprimo. Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super vestimenta mea miserunt sortes.

Decimo ipsum felle, & aceto potauerũt, quod & præuidit Dauid psalm. sexagesimooctauo. dicens. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea pot auerunt me aceto. Pro quo & Moyses Deuteronom. trigesimosecundo. Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus. Postremo (vt multa alia impia, atque nefaria aduersus Dominum Iesum, Iudæorum dicta, ac facta, quibus historias diuinas plenas reperies, omittam) sacratissimum eius corpus lancea perforarunt, iuxta illud Iob. decimosexto. Confregit me, & posuit me quasi signum, circumdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos; concidit me vulnere super vulnus. Vnde etiam Dauid psalm. sexagesimooctauo. ait, super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Hierem.Threni 3.Tetendit arcum suum, quasi signũ ad sagittam, misit in renibus meis filias pharetræ suæ. O itaque scelestissimam, atque impiam Iudæorum ingratitudinem, vnde merito Dominus per Moysem Deuteronom. trigesimosecundo: in hæc verba conqueritur, Generatio praua, atq; peruersa, hoc cine reddis Domino? popule stulte, & insipiens nũquid non ipse est pater tuus, qui posse dit te, fecit, & creauit te? Et ibidẽ cũ exprobrasset nõnulla beneficia quæ populo suo fecit, ait; incrassatus ẽ dilectus, & recalcitrauit incrassatus, & impinguatus, dilatatus dereliqui t Deũ factorẽ suũ, & recessit a Deo salutari suo, prouocauerunt Deũ in dijs alienis &c. Esai.c.1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.&c. Mich.c.6. Popule meus quid feci, aut in quo molestus fui tibi, responde mihi. Legit' quoq; in Ecclesiast.c.9. Venit contra ciuitatem Rex magnus, & estruxit munitiones eius per girum, & profecta est obsidio, inuentusq. est in ea vir pauper, & liberauit eam per sapiẽtiam suam, & nemo deinceps recordatus est pauperis illius. & Io.c.1. Mundus per ipsum factus est & mundus eum non cognouit. Vides quãta fuerit iudæorũ ingratitudo: cõtra vero quãta fuerit Dñi nr̃i beneficientia, beneficientiã oẽm superans qui vt ait Hiere. Thren.4. captus ẽ in peccatis nr̃is, ℘pe qui ẽt pro crucifixorib. orauit: & bonũ ℘ malo reddidit. Vnde psalmista inquit; Pro eo, vt me diligerẽt detrahebãt mihi, ego orabã, & posuerũt aduersus me mala ℘ bonis, & odiũ ℘ dilectione.

 Psa.100.

psal.100. Sed quid de Christianorum ingratitudine aduersus eundem creatorem dicam, qui tot infandis vitijs,atq.peccatis Deũ ipsum, eiusq.sãctissimũ filium offendunt,a quo tot,& tanta recepe rũt beneficia.Contra quos sufficiãt verba diui Bernardi ĩ sermonib.vide homo q̃ pro te patior,ad te clamo,qui pro te morior. vide plagas, quibus afficior, vide clauos, quibus confodior, & cum sit tantus dolor, exterior, intus tamen est pœna grauior,tam ingratum cum te experior.Omnis humana creatura debet esse grata creatori: ab ipso enim habemus esse & bonum, & optimum esse: scilicet esse naturæ,esse gratiæ,esse gloriæ. Grata creatura dicet cum Propheta; Quid dignum offeram Domino: Curuabo genua Deo excelso. Micheæ 6. Ingrati igitur omnes sunt, qui Dei obliuiscuntur, & amorem terrestrium amplectuntur.Deutero.trigesimosecundo. Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.Sapien.16.Creatura enim tibi factori suo deseruiens &c. Ad Roma.1.Seruierunt creaturæ potius,quàm creatori. Homo item cum omni creatura participat:& illud Matth.16. Prædicate omni creaturæ,teste Gregorio in Homilia, intelligit de homine,quia homo omnis creatura dicitur, & cum omni creatura habet aliquid cõmune,& sic cum Angelis,cum Brutis,cum plantis, & lapidib. vt etiam per diuum Augustin.lib.5.de Ciui.Dei. cap.11.

De Ingratitudine Hæreticorum in Deum, & homines.

CAP. III.

THs ἀχαριστίας seu Ingratitudinis species constitui potest hæreticorum in Deum,& homines, qui propriè dicuntur, quando aliter de articulis fidei sentiunt,quàm Romana ecclesia.capit. firmissimè.& ibi Hostien. Abb. & alij. de hæreti. de quibus, & de relapsis aliqua tracto super Signa.Gratiæ.titu.de Absolu.ab hæresi. Ingratitudo hæc religioni opponitur, quæ etiam præcipit gratias agi Deo.Gaetan.super diuum Thomam secũda secundæ.quæstio.108.articu.quarto. ad secundum.Isti hæreticis pestis instar alios inficiunt,iuxta carmen illud, Vuaque conspecta liuorem ducet ab vua. Horum bona omnia sunt confiscata, et feuda.ad tex.in capitu.cũ secundum §.bona hæreticorum.de hæreti.libro sexto.Rot. Bellame.690. in crimine.& in consti.Regni.ne de hæret.& ipso. recepta.Afflict. in cap. primo.§. item si quis. numero octuagesimotertio,in quinquagesima causa. qui. mod. feu. amit. Horum bona in terris ecclesiæ applicantur Cameræ Papæ: In terris Imperij fisco seculari.Iuxta tex.in cap. vergentis.de hære. Et ipso iure confiscuntur a tempore commissi delicti:& ab illo tempore dominium transit in fiscũ iuxta præalle.tex.in capit.cum secundum leges.de hæreti.libro sexto.ibi,Ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata. & ibi gloss. & communiter Docto.Hinc infertur,quòd post mortem delinquentis probato delicto,potest ferri sententia declaratoria contra hæreticum,& bona, eius publicari, debeant.est text.in l.apostatarum, C.de aposta.in l.quarta.C.de hæretic.in capitu.accusatus. §.in eo verò.eodem libro sexto. in ca.2. 14.quęstione secunda. Et generale est,quod quando pœna imponitur ipso iure, delictum respectu bonorum duret post mortem.tex.est in l.cuius.ff. ad Syllania.in l. iudiciorum. versiculo. Adeo. de accusatio.ff.in l.commissa.ff.de publica. in cap. pr humani.de homi.libro sexto.gloss. vltim.singu.& ibi communiter Doctor.in l. tertia.§.quod autem ff.quod quis.iur.quam gloss.pro singu. notat Bal in l.quę sub conditione.§.vltim.ff.de conditio.institu.Idem Bald.in rub. C. de priui. dot. numero duodecimo.Angel.in l.qui a latronibus.§.si quis. ff.de testam.Abb.in cap. dilecti. colum. tertia.de arbitr. & in capitulo vltimo,column.secunda.de donatio.Domi.meus in l.pupillum.§. in hæredes. in secunda fallen.ff.de reg.iur.Iacob. de S.Georg. in l.si quis maior. numero quinquagesimosexto. C.de transactio.Tiraquel. in l. vnquam .numero ducentesimoquadragesimoprimo.C.de reuoc.donatio.Meritò igitur iuxta dispositionem omnium iurium, ac consuetudinem inuiolabiliter obseruatam hæretici vltimo supplicio tradendi erunt, iuxta illud Io.xv. si quis in me nõ manserit mittetur foras,sicut palmes,& arescet, & colligent eũ & in ignem mittent. l.Ariani.in princip.C.de hæretic.Hostien. in capitu. ad abolendam.column. tertia.Ioan.And.columna secunda.Anto.de Butr. Cardin.& Abb.colum.final.de hæretic. Pau.Ghirlan.in tracta.Hæretico. quæstione tertia. Hæreticos antiquos,eorumque sectas, & stultitias videre poteris,in cap.quidam autem. vigesimaquarta, quæstione tertia.Moderni autem hæretici tot sũt, vt iam fętor eorum,in omnem ferè terram exiuerit. Prouidentia Dei;sapientia Summi Pontificis: pietas potentum principum: Orationes, & preces Ecclesiæ, & populi Dei, orbem,ab horrendis monstris liberent. Et ꝙ horum pœna grauissima esse debeat probatur etiam Prou. c.21. vir qui errauerit a via doctrinæ in cetu &c.

De ingratitudine excommunicati propter receptionem, uel defensionem hæretici.

CAP. IIII.

EXcommunicatus propter fauores,receptioné vel defensionem erga hæreticos,similiter in Deum, & homines ingratus dici poterit,& perditissimus,ac omnibus bonis priuatus. authen. credentes.C.de hęreti.c.excommunicamus.§.credentes. extra eod. Contra hos adduci potest illud secundo Paralipom.decimonono. Impio prębes auxilium, & ijs, qui oderunt dominum amicitia iungentis? iccirco irã Domini mereris.Et qui aliorum

rum defendit errores, multo amplius damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat. sed etiam alij offendicula erroris præparat, & confirmat. cap. qui aliorum. vigesimaquarta, quæstione tertia, & in istis locum habet capit. ad abolendam de hæreti.

De Ingratitudine excommunicati per annum insordescentis.

CAP. V.

Excommunicatus ex quauis causa per annum insordescẽs, qui diu extra gremium ecclesiæ constitutus, ecclesiam, religionẽ, & Deum ipsum parum curare præseferens, hominibusq; prauum tribuens exemplum, pro hæretico damnatur. cap. quicunque intra anni: & c. rursus. 11. quæst. 3. c. cum contumacia. de hæreti. lib. 6. Ludo. Rom. singu. 303. de hoc heri. Afflit. in ca. 1. §. item si quis. num. 89. in 56. causa. Quib. mod. feudum amitta. Et hodie cautum est per Concilium Trident. Sessio. 25. c. 3. in fi. de Reformatio. ꝙ contra anno insordescentem, tanquã contra hæresis suspectum, procedi possit. Et adeo ab hominabilis habetur, qui per annum insorduit, vt generalis absolutio ab excommunicatione ad effectũ validitatis collationis beneficij huic non suffragetur. Nicol. Boe. qui alios refert Decis. 290. nume. 3. Rolan. a Valle. cons. 46. incip. de duobus. num. 37. lib. 1. De huius modi insordescentib. tracto etiam inter casus Annales. num. 91. & sequentib. vers. vt excommunicatus, qui per an. insorduerit. vbi etiã discutio, an insordescens per annum beneficijs priuetur: & an ex eo solo, quòd per annum excommunicatus steterit possit pro hæretico condemnari, vel verius non condemnari possit pro hæretico, licet de hæresi sit suspectus, sed sufficiat illa suspitio, vt eum inquirant.

De Ingratitudine antistitum erga summum Pontificem.

CAP. VI.

Τῆς ἀχαριστίας seu ingratitudinis species secũdo loco supra collocatę similis erit Antistitum erga summum Pontificem, hos enim creaturas nuncupant, vt latius prosequor huius denominationis rationem reddens in comm. 3. in versi. creaturæ, qui Antistites, vel episcopi, item & cardinales ipsi summo Pontifici, simili alteri creatori multum debent, a quo illas præclaras sunt adepti dignitates. Hic valde quadrat dictum M. Tullij ad Quirites post reditum, A parentibus (inquit) id ꝙ necesse erat paruus sum procreatus, à vobis natus sum consularis: ex quibus verbis elicitur maximã dignitatem homini esse, quasi nouam natiuitatem seu creationem. Idem M. Tullius propter dignitatem, amplitudinem, ac maiestatem in suo consulatu Romæ superuenientem, Romam denuo natam asserit, quem tamen deriserunt Crisp. Salustius in sua oratione contra M. Tullium, & Iuuenalis dum inquit. Antoni potuit gladios contemnere, si sic omnia dixisset. Non solum autem ingratus esse non debet episcopus summo Pontifici, imò illum iuuare tenetur, etiam contra principem suum: præsertim propter iuramentum. c. ego N. de iureiuran. an etiam contra filios, & parentes, vide glo. not. 23. quæstio. 5. de forma. Huius ingratitudinis nota sugillatum reperies Iudam Iscariotem, qui ꝑ beneficio, & honore contumeliam reddidit Domino, malum pro bono, & odium pro dilectione: hic apostolus creatus, non solum interfuerat sanctis sermonibus, colloquijs, & actionibus Domini nostri, sed & viderat plura, & mirabilia illius miracula, immo ipse cum aliis apostolis potestatem acceperat miracula in nomine Christi facien di, vnde non mirũ si de eo prædictum fuerat psal. 108. Et episcopatum eius accipiet alter. quem accepit Matthias. Actuum capit. 1. Ingratum nonnulli Historici erga Balthassorem Cossam, quem Ioannem XXIII. nuncupabant, appellarunt Frãciscum Zabarellam Iurium ciuilis, & Pontificij peritissimum, quippe qui a dicto Ioanne XXIII. Cardinalis S. Cosmæ & Dammiani creatus, in cã depositionis ipsius Ioannis XXIII. eidem patrocinium præstari renuit. Quem tamen ab ingratitudinis nota defendere possemus, asserentes eundẽ prudenter, & piè se gessisse, cum propter magnam scientiam, & doctrinam cognosceret Balthassarẽ Cossam non mereri nomen Papæ, sed antipapæ, prout euentus, finisque ostendit, vti in historijs. Omitto recẽsere illos Cardinales, qui contra Leonem decimum, & alios summos Pontifices insurrexerunt, obedientiam, & debitam subiectionem illi denegando, & subtrahendo, contra ea quę notat Hostien. in cap. per venerabilem, colum. 8. super versiculo, super eos. qui fil. sint legitim. Et dixit idem Hostien. in cap. antiquam. de priui. Cardinalem magis astrictum esse alijs ad iuuãdum Papam, ad fidelitatem, & obedientiam. Et cum creator, & creatura dicantur relatiua, & taliter relatiuum erit creator non quia referatur ad alia, sed quia alia ad ipsum referantur, vt docet Philosophus 5. Metaphy. & creaturæ ordinentur ad creatorem, non econuerso, diuus Thomas quæst. 13. articulo septimo, parte prima. sequitur quòd isti episcopi, & Cardinales instar creaturarum à summo Pontifice omnino pendere debeant, illique in omnibus parere, & subesse. alioqui ingratitudinis notam incurrent. Contra verò in historijs summorum Pontificum infinitos Cardinales, & alios ad prælaturas promotos erga suos promotores gratos legimus: omnium autem gratissimus apparuit Cardinalis Alexandrinus a fe. re. Paulo Quarto, ob innumeras animi dotis, & præclãras uirtutes Cardinalis reatus, qui nunc est summus Pontifex Pius Quintus, pietatis, & veræ religionis & gratitudinis præclarissimum exemplar erga omnes, longe verò erga Sanctę memoriæ Paulum IIII. erga eiusdem domum Illustrissimam Carapham, defunctique Pontificis familiares, qnique inter alia Paulo IIII. præclaram statuam

erexit, ac condecens sepulchrum parauit, pulcherrimisque titulis decorauit, prout videre est in téplo Mineruæ. Nec desinit infinita alia gratitudinis, & pietatis opera in Pauli IIII. memoriam indies exercere. Nouissime autem ex eadé nobilissima, domum meritissimum, cum scientijs, tũ virtutib. ornatissimum, ac religiosissimum. & supra ætatem prudentissimum Antonium Caraphã Cardinalem creauit.

De ingratitudine hominum in Angelos.

CAP. VII.

ANGELI Sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditaté capiunt salutis. ad Hæbre. c. 1. Et ecclesia cantat, hic est Michael Archangelus qui præstat beneficia populo. Et diuus August. de Ciui. Dei. lib. 10. cap. 7. inquit de Angelis loquens. Quoniam nos mortales, & miseros, vt immortales, beatique simus misericorditer diligunt: nolunt nos sibi sacrificare, sed ei cuius, & ipsi nobiscum se esse nouerunt. Cum ipsis enim sumus vna ciuitas Dei. & cap. 12. ad fin. Nam & cum exaudiunt Angeli eius, ipse in eis exaudit tanquam in vero, nec manufacto téplo suo. Et dixit glo. in l. cognitionum. in versi. dignitatis. ff. de var. & extra. cogni. quod homini natura angelica deseruit. Angeli item necessitatibus humanis, ac periculis quæ indies nobis parantur prestò sunt, auxiliumque, & consilium nobis, præstant, prout videre est in Angelo, qui fuit cũ Tobia iuniore. de quo Tobiæ c. 5. cum plurib. alijs. Et in Angelo, qui auxilium præstitit, victoriamque parauit Machabeo, & fratribus, ac Israelitis contra Lysiam, prout 2. Machabe. c. 11. [Et lachrimis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel. &cæt.] Ac Angelo qui liberauit diuum Petrum a carceribus. Actuum. 2. Amplius angeli guadent conuersione, & salute hominum, Lucę c. 15. Ita dico vobis gaudium erit corã angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Angelus purgat, illuminat, & perficit hominem per modum instructionis cuiusdam. Diuus Thomas prima secundę. quæst. 11. art. 1. ad tertium. Et quantum ad aliquas rationes diuinorum operum: idem eadem par. q. 5. art. 6. ad tertium. Et de custodia singulorum hominum a singulis angelis. Actuum cap. 12. Illi autem dicebant, angelus est. s. Petri. Idem puto inferri ex verbis Ecclesiasti. Neque dicas coram angelo non est prudentia. Et Matthei. 18. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Et de custodia hominum ab angelis per Diuum Thomam p. 1. q. 11. per 8. articu. Et quòd angeli nobis in quinque præcipuè mininstrent, declarat Archid. in c. fatendum. nu. 5. 13. quæst. 2. Et quòd angelus matris custodiat puerum qui est in vtero post diuum Hieron. S. Thomas par. 1. q. 113. art. 5. ad tertium. Adduci potest ratio quare Angelus matris tueatur filium in utero existentem, & illa vnica videtur, & pulchra, ac concludés, quia quã diu partus é in utero pars viscerum matris est, est lex id clare exprimens in l. 1. §. ex hoc rescripto, versi. Nec immerito, partus enim antequã nascatur mulieris portio est, vel viscerum. ff. de ventre inspic. l. curator, & ibi gl. 1. ff. de uen. in pos. mitten. Si igitur eos non laudabimus, & non venerabimur, ingrati erimus, præsertim quia Angeli boni diuinæ inseruiũt Maiestati, Deumque semper laudant, & prædicant. Matthæi cap. 26. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum. ca. si quid, versi. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem angelorum, &c. 37. dist. Iob, c. 38. Aut quis dimisit lapidem angularem eius cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Esaiæ. c. 6. Seraphi stabant super illud. & Apocal. 4. Et de throno procedunt fulgura &c. Angelis itaque ingratissimus vel omnibus, quia creaturæ perfectissimæ Dei Deo seruiũt, vel alicui, quæ ordini auxiliatur, puta prælatis: vel Angelo nobis in protectione dato: Dum homo peccat coram Angelo suo, priuat quasi illũ sua lætitia custodiæ a peccato. vide Bernardum. Insuper non recognoscit beneficia, & defensioné a suo Angelo præstita, & factam. Gratus erga Angelos Loth, de quo Gen. c. 19. Gratus, item uterq; Tobias, prout Tobiæ. c. 12.

De Ingratitudine hominum erga sanctos.

CAP. VIII.

MIRABILIS Deus in sanctis suis Psalm. 67. ad fin. & Psal. 150. Laudate dominum in sanctis eius. quos similiter honorare, laudare, & venerari, ac illorum dies festos, quibus obierunt, quia tunc ad gloriam nati sunt, celebrare debemus. glo. in l. cum quidam. ff. de an. lega. quam singularem dicit Ludo. Rom. sing. 33. quia cras est festum. Ant. verò Corset. in suis sing. in vers. festum. & Troil. Maluit. in tractatu de Canoniz. sancto. in 4. & vlt. dub. nu. 37. alias glossas ad idem adducunt. Et Troil. vbi supra subdit, beatissimæ Mariæ, & Sancti Ioannis etiam natiuitatum dies celebrari ea ratione, qua sanctificati fuerunt in utero matris. De illis autem sanctis loquor, vt eos veneremur, eorumque festa celebremus, qui pro sanctis comprobati, confirmati, & declarati sunt ab ecclesia, non autem de illis, quos temere, seu ad libitum cuiuslibet sanctos vocamus, iuxta pulchũ tex. in c. j. de reli. & vene. sancto. & in c. si quis duxerit. & c. seq. 11. quæst. 3. Sancti pro nobis, & salute nostræ animæ, & corporis, Deo pręces porrigunt, pro nobisque ad Deum intercedunt, & orationes nostras repræsentant, prout in c. animæ 13. quæst. 2. c. Marthæ. §. fi. de celebrat. missa. Diuus August. de Ciu. Dei. cap. 12. ad fin. vbi ꝙ Deus per Angelos, & omnes sanctos suos tanquam in vero templo suo nos exaudit. lib. 10. & quæst. 72. addita ad 3. par. Diui Thomæ.

Thomæ.art.1.ad tertium.Et art.2.ad quartum,& ad quintum. & nouissime declaratur optimè per Concilium Tridentinum.Sessio.25.titu.de inuoca.venera.& reliquijs Sanctorũ.& ecclesia passim ad Sanctos ipsos recurrit,vt pro nobis oret.Hinc in letanijs habemus Sancta Maria ora pro nobis Sancte Petre ora pro nobis &c.Ingratus item erit Sanctos Dei blasphemans, præsertim Virginem deiparam, & meritò puniendus, iuxta tex.in cap. fin.de maledi.Bar.inter differen. iuris canonici,& ciui.num.130.versic.Item differunt inre ciuili,blasfemator Dei,& sanctotum punitur vltimo supplicio &c. Imò blasphemia in sanctos similiter in Deum redundat.Tho.secunda secundæ quæst. 7. artic. 2. prout etiam in simile dicimus, quòd qui in consiliarios principes committit in ipsum principem committere videtur, quia pars corporis ipsius sunt.l.quisquis .C.ad leg.Iul.maiest. Et quod impium sit etiam verbo in sanctos peccare eliciet etiam philosophus ex verbis Platonis li.7. cui Minos seu de Lege titulus est. inquit ipse,Etenim primo cauẽdum est, ne quid in Deum,aut verbo,aut opere aliquando peccemus: deinde ne quid aduersus diuinos homines.Diuini homines hi sunt, qui sancti sunt:& ij sunt, quibus datum est filios Dei fieri.Io.1.

De Ingratitudine Hominum cuiuscunque gradus in summum Pontificem.

CAP. IX.

NON solùm eius creaturarum modo quo, supra in 6.specie loquuti sumus,sed quorumcunque hominum,cuiuscunque sexus,qualitatis,status,& preeminentiæ ingratitudinem in sũmum Pontificẽ(de quo latè tractauimus,in princ. nostrę glossæ facultatum.in 1.& 2. glos.ea quæ ibi scripsimus hic non repetimus) notare possumus.Quum summo Pontifici omnis anima subiecta sit.cap.omnis anima.de censib.c. solitæ.de maior.& obedien.Hostien.in c.antiqua. colum.2.versic.Et hic ideo.de priui.& probo in c.5.de consti. qui ei nõ obtẽperat,ei opẽ non pstat,ei in oĩb.nõ se subditum profitetur,ingratissimus erit.Ingratissimi item erunt,qui Papam iudicare volent, quippe qui omnes ipse iudicat,a nemine iudicatur, nulique subest.c.Constantinus 2.96.distin.cap.significasti.de electio.cap.aliorum.& c.sequen. c.cuncta per mundum,& seq.9.quæst.3. Ingratissimus etiam erit,qui summo Pontifici non solum præcipitia,& pericula parauerit, seu in eum conspirauerit,sed & qui maledixerit, seu de eo obloquutus fuerit.l.vni.C.si quis Impera.maledi. Exo.22. Principi populi tui non maledices. quod fortius procedere debet in summo Pontifice, qui sanctus, & beatissimus habetur.ad ea quę adduco in 2.cõ. in 1.glo.Et de iure canonico quod maledicens Papę, vel sedi Apostolicæ puniendus sit, vt alij deinceps deterreantur, habemus tex.in c.1.de maledi. Et notandum est secundum Io.de Anan.ibidem. col.2.quòd si quis in summum Pontificem verba hæc,vel similia proferat,puta eum non posse condere canones, puniri debet tanquam hæreticus.a legat glo.in c.generali.in ver. inhibemus.de electio.lib.6.quæ facit in argumentum.Plures Imperatores,& Reges gratos, rursus & ingratos erga Summos Pontifices recensebo infra in 47.Specie Ingratitudinis principum erga Deum & religionem.Ingratissimi,& Immanissimi barbari illi,qui prophanas,& impias manus in Clem.VII. Summum Pontificem inijcerę, eumque carcerib.mãcipare, carceratumque detinere non horruerunt, quod delictum graue, immane, & detestandum fuit,atrocissimaque, & exempiari pœna dignum: etiam,contra auxilium,& fauorem præstantes barbaris illis,& efferatis,ac demoniacis bestijs: imò & contra illos qui Summo Pontifici,& sedi Apostolicæ opem,& auxilium non præstiterunt, secretasque factiones,ac barbarorum,& adhærentium tractatus ipsi Cle.7. non reuelarunt. prout etiam per Hieron.Grat,respon.1.lib.1.nu.44.& 50.ac sequen. Gratus diuus Paulus erga Summum Sacerdotem, contra quem cum dixisset (percutiat te Deus paries dealbate,) sibique ab astantibus dictum fuisset Summum sacerdotẽ Dei maledicis? Respondit Paulus,se incontinenti corrigens. Nesciebam fratres,quia princeps est sacerdotum,scriptum est enim,principem populi tui non maledices. Actuum.cap.23.Gratissimus Franciscus Rex Gallorum,qui pro Cle.VII. liberando potentissimum exercitum illicò parauit, & ad fugandos hostes summi Pontificis absque aliqua mora destinauit, de quo latius tracto in 8.q.13.regul.Canc. nu.12.iuxta 2.Editio.non minus gratus,ac paternæ magnanimitatis,& pietatis imitator fuit Henricus eiusdem Francisci regis filius erga fe. re. Paulum IIII. ad cuius nutum;eiusque ac sedis Apostolicæ,illiusque ditionis, & status defensionem magnum exercitum equitum,& peditum in Italiã misit.Vnum mirabile, & à memoria nunquam excidendum subijciam, quòd non solum Deo nostro credentes summo Pontifici se gratos, & obedientes professi fuere,sed & gentilium omnium superbissimus ille Alexander magnus, qui adorari curabat,associatus à regibus, dum ita inflammatus contra summum iudæorum Sacerdotem eo quod commeatum sibi denegasset, in ipsiusq; Alexandri clientela esse renuisset,subiugata Gaza,exercitum contra Hierusalem mouisset, ciuitati illi appropinquans,obuios sibi venientes respicit Iadũ principem sacerdotum stola Iacintina,& aurea,ac reliquo habitu pontificio: sacerdotes vero stolis bissi,ac ciues uestib.albis indutos, Summum ipsũ sacerdotem Alexander honorauit, Deumque nostrum adorauit,illiq; sacrificium obtulit, sũmoque sacerdoti plura donauit,& concessit. Quique Parmenoni ipsum interroganti,cur ipse, qui ab omnibus colebatur, & venerabatur,summum sacerdotem hæbreorum coluerat: respondit se Deum adorasse,cuius ille summus erat sacerdos. Hæc apud Ioseph.de antiqui Iudæorum.lib.12.capit.8.inuenies.

De Ingratitudine epiſcoporum inter ſe.

CAP. X.

THς ἀχαριστίας vel Ingratitudinis ſpecies conſtitui poteſt epiſcoporum inter ſe: Epi vocantur fratres ſummi Põtificis, prout declaro in prin. Gloſſæ. facultatum. in ver. epiſcopus. Epiſcopi inter ſe fratres etiam eſſe debẽt,& plerique tales sũt inter ſe gratiſſimi, quorum quilibet alterius onera portat, iuxta illud Io. cap. 13. [Et vos debetis alter alterius pedes lauare.] & ad Galat. c. 6. (Alter alterius onera portate,& ſic adimplebitis legem Chriſti.) Et præcipitur Epiſcopis ꝙ ſibi mutuum preſtent auxilium. c. penult. iun. glo. 1. & c. fin. 90. diſtinctio. cap. nulli. cum glo. 1. 3. quæſtio. 1. Et hoc potius mutuum officium,& debitam ſocietatem, vel iuſtitiam æqualium inter ſe, quàm gratitudinem appellabimus. Nec etiam Archiepiſcopus, nec Primas debebit ſe intromittere in ſpectantib. ad ipſum epiſcopum. 9. queſtio. 3. per totum. Et quòd Archiepiſcopus non poſſit ſe impedire de cauſis ſubditorum ſui ſuffraganei, ni in quibuſdã caſibus probo. in c. in literis, nu. 58. de offi. delega. Nonnulli verò vel quia ſuperiores, vel præſtatiores ſcientijs, vel quod deterius eſt diuitijs, vel redditibus,& cenſu, vel alijs de cauſis exiſtiment, contra illud Matthæi. cap. 18. Quis putas maior ẽ in regno cœlorum.& Lucæ cap. 8. intrauit autem cogitatio in eo quis maior &c. Et contra illud. ad Corinth. 5. Ne ſupra quàm ſcriptum eſt vnus aduerſus alterum inſtetur pro alio, coepiſcopis infeſti,& moleſti ſunt, præſertim illi, qui vicinos,& cõtiguos epiſcopatus habent. Et in dies uidemus plures ſuper unaquaque re non ſolum iuriſdictionem concernente, ſed & qualibet alia etiam minima, lites mouere,& fouere, contra illud Timoth. 3. Non litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum &c. Contra epiſcopos alienis ouib. præeſſe contendentes, alios ſubditos ordinãtes in alieniſque diœceſib. pontificalia exercentes, habemus Concilium Tridentinum. Seſſio. 6. cap. vlti. & ſeſſio. 14. in decre. reformationum. cap. 2. & cap. 8.

De Ingratitudine Cleri in Epiſcopum.

CAP. XI.

EPiſcopum clerus patris,& Domini loco habere debet, prout eundem eccleſia ipſa habet. c. fin. iun. glo. in verſicu. illos. 68. diſtin. Et quòd Epiſcopus dicatur pater, prout etiam de Eliachim ſcribitur Eſaiæ 22. Erit quaſi pater habitãtium in Hieruſalem, eſt tex. in cap. quis dubitet. 96. diſtin. Ab ipſoquè clero tanquam parens animę diligi debet, illi que Clerus ſubijcitur. cap. eſto ſubiectus. 95. diſtinct. Et quòd Clerici fideles,& deuoti circa Epiſcopum eſſe debeant, eſt tex. in cap. quid autem. 8. quæſtio. 1. cap. cum clerici. de verbo. ſignific. Et quòd Epiſcopus pro Domino haberi debeat, probat tex. in cap. grauem. ibi Epiſcopum ſuum eſſe dominum negaſſe. de exceſſ. præla. pro præmiſſis vide Abb. in cap. ad noſtram. num. 1. de appell. Et hæc non magis gratitudo quàm obedientia,& debita ſubiectio vocari poterit. Niſi clerus hæc fecerit, ingratiſſimus dici poterit. Videant presbyteri,& alij clerici, quàm temerarij,& inſolentes dici mereantur, quave pœna digni cenſendi, qui proprij Epiſcopi, eiusque domus, domino temporali, vel alijs ſecreta aperiunt, pandunt, propalant, diuulgant. Peſſimique ſunt qui diſſidia, lites, iurgia, ſchiſma inter Epiſcopum,& clerum quærunt. cõtra hos habemus tex. in cap. ſi autem vobis Epiſcopis, cum aliis. 11. quæſt. 3.& de clericis conſpirantibus, vel coniurantibus in Epiſcopum habemus tex. in c. ſi qui clerici. cum ſequen. 11. quæſtio. 1.& quòd ſacerdos, ſeu clericus Epiſcopo inobediens, depoſitus curię tradendus ſit ſancitur in c. ſi quis ſacerdotum. dicta 11. quæſtio. 1. & uoluit Abb. in cap. at ſi clerici. poſt numerum. 37. verſic. Tertius caſus. de iudic. Aduertendum tamen eſt illum tex. in alleg. c. ſi quis præsbyterorum, intelligi debere ex communi,& meliori opinione, de incorrigibili ut per glo. ibi,& clarius in c. ſi qui ſunt. 2. q. 7.& in cap. cum non ab homine. de iudic.& ibi Areti. & Dom. meus in cap. at ſi clerici. eod. tit. nu. 253. ver. Tertius caſus.

De Ingratitudine populi erga Epiſcopum.

CAP. XII.

SCribitur 1. Petri cap. 2. Eratis enim ſicut oues errantes.& conuerſi eſtis nunc ad paſtorem& epiſcopum animarum veſtrarum. Quis unquam vidit oues paſtorem ſuum fugere? paſtorem ſuũ odio proſequi? Paſtorem ſuum inimico animo inſequi? ſtultus eſt populus hęc faciens. iuxta illud Deuteron. cap. 9. Quum duriſſimæ ceruicis ſis populus, memento,& non obliuiſcaris dominum Deum tuum &c.& cap. 32. in princ. Popule ſtulte inſipiens. Hierem. 5. Audi popule ſtulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis,& aures,& non auditis. In Axiocho, vbi de contemnenda morte, ſic Plato inquit, Populus enim ingratus ẽ, moroſus, crudelis, inuidus, imperitus, vt qui ſit excolluuie turbę,& ſtultis inſolentibus collectus. Huic autem qui aſſentatur, multo ipſe miſeriorẽ. Demoſtenis in oratione de Falſa legationę ſententia ex græco ſic transferri poteſt, Populus ſane turba eſt,& res omnium inſtabiliſſima, vt in mari fluctus flexibilis,& inquietus, qui ut contingit agitatur, alius venit, alius receſſit, nemo Reipub. curam gerit, imò ne meminit quidem. Epiſcopo conueniunt verba illa Geneſ. cap. 27. Et ſeruiant populi. Rurſus & illa 1. Reg. 8. Non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. An neſcis popule, ꝙ ubi non eſt gubernator populus corruit? Prouerb. cap. 11. An ignoras, quòd populus legum præcepta contemnens, perditionis laqueum incurrit; ꝑ ut inquit Cyprianus lib. 12. de Gradibus abuſionum.& Caſſiodo. 4. variarum. epiſto. 32. Velleſne abſque ullo viuere epiſcopo. Contra tę eſt illud

Nu-

Nume.27. Ne sit populus Domini sicut ouis sine pastore.Iud.cap.11.Et habebis omnem populum Israel sicut oues,quibus non est pastor.ac 2.Paralipom.18.Vide vniuersum Israel, dispersum in montibus, sicut oues,absque pastore.An cuperes tuo sensu episcopum creare? An episcopum in dies tuo arbitrio commutare? Ignoras ne,quod plerunque sicut populus erit prælatus?Oseę.4.Et erit sicut populus,sic sacerdos.Non legisti demerita & peccata populi operari, vt malus prælatus ei præsit? Oseæ 8.& cap.audacter.8.quæst.1.provt contra quando Dominus diligit populum, dat ei bonum prælatum,vt inquit Regina Sabba 2.Paralipom.9.quia diligit Deus Israel, iccirco posuit te regem supra eum, vt facias iudicium,atq; iustitiā. Et quòd prælato superiori omnes obedire debeāt probatur etiam 1.Reg.cap.13. si quis non obedierit principi,morte moriatur.c.qui resistit.11.q.3. c.2.de maio.& obedien.Ad Hebre.cap. vltim. Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.Et scribitur Matthe.22.Omnia ergo quæcunque dixerint vobis seruate, & facite. Ingratissimus,& impius populus ille, qui propriū episcopum,vel antistitem interficit, cuius ciuitas esse desinit,ac episcopali, vel superiori dignitate priuatur.iuxta tex.in cap.ita nos.25.quæstio.2.ca. fœlicis.de pœn.lib.6.clem.1.§.ciuitas.eo. & vtroque gloss.& Doct. Pro quibus videantur etiam Afflict.in constitu.dubitationem iuris.num.14.& Couarub.varia.resolutio.lib.2.cap.8.ad fin.Hinc doctissimus, ac pijssimus Theologus, verbiq; diuini cōcionator optimus magister Bartholomęus Rapallus Carmelita a Roncilione super illis verbis Matthæi cap.21. Ite in castellum,quod contra vos est,quærebat quare Dominus noster vocauerit castellum,vrbem illam regiam Hierusalem ac Deo dilectā? de qua,& illius populo scribitur, Exo.cap.19.Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale,& gens sancta.Et Deute.4.En populus sapiēs, & intelligens,gens magna,nec est alia natio tam grandis &c.& cap.7. Quia populus sanctus es domino Deo tuo, te eligit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.Idem dicit capi. 27. ad fin.& psalm. 32. Beata gens cuius est Dominus Deus eius,populus,quem elegit in hæreditatem sibi.Vltra alias responsiones ponderat ipse, quòd breui futurum erat,quòd ciuitas illa præclarissima, eius episcopo interfecto,ex amplissima ciuitate castellum infœlicissimum futura erat,& varijs erumnis,ac calamitatibus affligenda erat, prout Historia Titi,& Vespasiani Imperatorum docet. & prout diu ante prophetatum fuerat prout 2.Paralipo. cap.7.Si autem auersi fueritis,ac derelinqueritis iustitias meas &c.& post,Et tradam eam in parabolam, & in exemplum cunctis populis, & domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus, & dicent stupentes, Quare fecit Dominus terræ huic,& domui huic &c.& psal. 101. Scribant hęc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabit Dominum.Ecclesiasti.39.In terram alienarum gentium per trāsiet: Sapientiam eius enarrabunt gentes.Esaiæ 49.Ecce reuelabo ad gentes manum meam, & ad populum exaltabo signum meum.& capi. 56.Ecce gentem, quam nesciebas. Hierem.13.Translata est omnis Iuda transmigratione perfecta.ad Hebr.7.Translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat.c.translato.de constitu.Idem inferunt illa verba Matthæi.cap.21.versus fin. Malos male perdet & vineam suam locabit alijs agricolis.& parum post,Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gēti facienti fructus eius.Verum huic interpretationi, ac ponderationi præmissæ obstare videtur, ꝙ imò Hyerusalem remansit cum episcopo,qui fuit Iacobus.Item tēpore Iustiniani Imperatoris Hyerusalem fuit effecta ecclesia patriarchalis,prout ēt hodie est,vt etiam probatur ex tex.in c. tuæ fraternitatis.& in illius superscriptione.de cleri.peregr. ac in cap.antiqua.de priui.vbi quod inter patriarchales ecclesias,Hyerosolimitana quartū locum obtinet. Et quia Hyerusalem erat ciuitas quasi in limitibus Alexandrini,& Antiocensis patriarchatuum,vt haberet vnde illi vrbes ordinarent, suffraganeas,sinodus generalis Constantinopoli congregata tempore vigilij Papæ subtraxit ab utroq; Patriarchatu Alexandrino,& Antiocensi, nonnullas ciuitates,& quosdā episcopatus, de nouo creati fuerunt vsque ad numerum 25. prout in libro nuncupato, prouinciale omnium ecclesiarum cathedralium vniuersi orbis,dum de Palestina regione,& de Hyerosolimitana ecclesia tractat, vers.Iuxta traditiones veterum,qui quidem liber Romæ, & vbique in ijs maximæ est autoritatis.Accedit,ꝙ magna differentia adduci potest inter hunc episcopum Hyerusalem occisum,& alios, iste enim erat episcopus vniuersalis ecclesiæ, item volens perijt. iuxta illud Apostoli,Oblatus est, quia ipse voluit. Rursus expediebat vnum hominem mori,ne tota gens periret. Tutior mihi ponderatio videtur,ꝙ Hyerusalem ex ciuitate maxima, celebri, totius Orientis clarissima,ac omni fauore diuino dotata, quasi castellum,& infœlix oppidum illico euasura esset vt supra ostendi.Et comprobata fuere,quę prædixerat Hyerem.cap.13.Sic putrescere faciam superbiam Iudæ, & superbiam Hyerusalem multam,cum ijs,quæ sequuntur.ac Threni 1. Recordata est Hyerusalem dierum afflictionis suæ,& p̄uaricationis omnium desiderabilium suorū, quæ habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostium, & non esset auxiliator &c.

De Ingratitudine episcopi erga clarum.

CAP. XIII.

SI (vt præmisi) episcopus pater est cleri,& ecclesiæ prælatus,cessare non debet illis pręesse & prodesse.Episcopus item clerum amare debet, illique honorem præstare,alioqui non erit bonus pater:& bonus pastor.1.Petri.cap.5.Pascite qui in uobis est gregem Dei,prouidentes non coactè,sed spontaneè, secundum Deum, neque turpis lucri gratia,

gratia,ſed voluntariè, neque ut dominátes &c. cap.eſto ſubiectus Pontifici.95.diſtinct. & conſequenter ingratus epiſcopus dici poterit non ſolum erga ipſum clerum, ſed & ipſam eccleſiam,& ipſum Deum.Et dicitur.1.ad Timot.5. Qui benè præſunt præsbyteri duplici honore digni habeantur,maximè qui laborant in verbo, & doctrina. &cæt.Quomodo ſperni poterunt boni præsbyteri,& clerici ab epiſcopo ſuo,a quo protegi, defendi,ſeruari,extolli debent. Bonus epiſcopus domui ſuę benè præpoſitus familiam, & filios ſuos, exemplo,& verbo benè gubernat.1. ad Timoth. capit.3.& 4.diſtinctio.§.neceſſe.Item eos corrigit & docet 1.Reg.13.vber inquit Samuel, Et docebo vos viam rectam,& bonam. ſociorumque, ac fratrum loco habet.cap.penul.8.q. 1. cap. cauendum.10.quæſt.1.Bonus item,ac gratus epiſcopus ab oneribus,& exactionibus inſolitis,& indebitis abſtinet.c.cum apoſtolus.§. prohibemus.de cenſi. Et ſi epiſcopus in clericos ſeu clerum ſæuiat cõtra ipſum cõceditur exemptio,vt oſtendo ſuper ſign. Gratię.tit.de exemptione.

De ingratitudine Epiſcopi erga populum.

CAP. XIIII.

Epiſcopus populum loco filij habet, corrigit, emendat.Ambroſius in increpatione ad populum [conuincor enim ego in hac parte,clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim poſſum corrigere filios,cùm fratres emendare nõ poſſim? Aut qua fiducia ſuccenſeam laicis,cum a conſortibus pudoris verecundia conticeſcam?) quæ etiam habes in cap.penult.8. quæſtio. prima. Audiant paſtores Hierem. cap. 23. Vel diſperſiſtis Regem meum & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum ait Domino.Ingratus,& malus epiſcopus qui contra quietem publicam molitur.de quo eſt tex.in l.quicunque.C.de epi.& cleri.Epiſcopum,& quemcunque prælatum ingratiſſimum,& peſſimum nuncupes,ac propterea debitis pœnis afficiendum,quem peſſima exempla in ſubditos tranſmittere perſpicies.iuxta tex.in cap. præcipuè.verſic.Deterius quippe quàm populi, prælati delinquũt,ac per hoc ipſi crudelius quàm cæteri puniuntur, vt ait beatus Grego. ſeire prælati debent quòd ſi peruerſa vnquem perpetrant, tot mortib. digni ſunt.quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt,&c.11.q.3. Et tanti faciendum eſt exemplum prælati, vt videamus principem,& Regem ab eo normam,& vitæ modulum accipere. Hinc legimus 4.Reg.12. Quandiu vixit Ioiada Pontifex, Ioas Rex Iudæ fuit bonus,quo mortuo multa mala fecit. Sic & orante, & flente Eſdra pro tranſgreſſione populi,fleuit populus multo fletu ad exemplum eius. Eſdræ cap.9. Epiſcopus qui non ſuperintendit omnibus neceſſitatibus populi ſui, illiſque pro virili non ſubuenit,obdormire dicitur,nec epiſcopi nomen ei conuenit.cap.fratrem.56.diſtin. & dicit tex. in cap.nulli.25.quæſt.1. Talis tranſgreſſionis culpa reſpiciet ſi in cauſis Dei deſides, fuerimus inuenti quia meminimus, quòd timere debemus qualiter comminetur Deus negligentiæ ſacerdotum. Scribitur Actuum cap.20. Attendite vobis, & vniuerſo gregi in quo ſpiritus Sanctus vos poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei &c. Et dicitur Sapien.c. 6.diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis.Et ſcribitur 2.Tim.4. Tu verò vigila,in omnibus labora,opus fac Euangeliſtæ. Et ſi Agamemnon rex ab Homero,& Ariſtotele. Etico.lib.8.ca. 11.nuncupatus fuit populorum paſtor, propter beneficia in populos collata , quid facere debebit epiſcopus,cui maior cura ouium , animarumque omnium ſubditorum commiſſa eſt. Verum a noſtris exempla ſumamus . puta à Iacobo, Chriſti fratre nuncupato,de quo in cap.porro.66. diſtin. à diuis Hieronimo , Auguſtino, Ambroſio, & tot alijs qui populorum ſuorum commoda, quietem, ſalutem enixè procurarunt, erga quos infinita ingratitudinum ſigna oſtenderuut,quiq; dignè,piè, ſapienter, populos ſuos cuſtodierunt,direxerũt, protexerunt,ſeruarunt,illoſque magis quàm ſe ipſos dilexerunt, Et quis eſt qui ignoret ignita illa verba Moyſis amoris, affectus, & charitatis erga populos plena? Aut dimitte eis hanc noxam:aut ſi nõ facis,dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.Exo. cap.32.Rurſus & illa diui Pauli. optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratrib.meis: ad Roman.cap.29.Et dicit tex.in cap.penult.96. diſtinct.præcipimus enim, vt epiſcopi ad ſolum Deum,& ſalutem populi habentes reſpectum &c. Quoties Moyſes intrauit ad Pharaonem inſtans vt populum Iſraeliticum ab Aegiptiua ſeruitute liberaret. Exod.37.& cap.ſequen. Hic populum inquietum,& amentem confortabat inquiens, Nolite timere, Dominus pugnabit pro vobis. Exo.14. Hic quando populus contra dominum murmurabat ad eum clamabat. Exo.15.Hic omnes de populo ſuo prophetari deſiderabat , licet honor ſuus minui videretur. Nume.11. Hic cum Dominus diceret contra populum,feriam ergo peſtilentia: te quoque faciam principem ſuper gentẽ magnam & fortiorem, noluit ad maiorem transferri prælationem. Nume. 14. Videns Dauid angelum percutientem populum inquit, vertatur obſecro manus tua contra me. 1.Reg.24. iſti pro populo interpellant,& populi peccata comedunt. Nume. 16.Dixit Moyſes ad Aaron,tolle turribulum,& hauſto igne de altari,mitte incenſum,porgens cito ad populum, vt roges pro eo.Dixit Samuel ad populum, Abſit a me hoc peccatum,vt ceſſem orare pro uobis.1.Reg.13.ad Roman.1. Sine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis.ad Theſſa.1.Oramus ſemper pro uobis vt Deus dignetur vos vocare &c.& 1.Tim.2.Obſecro vt ante omnia fiant deprecationes pro omnibus hominibus, pro regibus &c.Oſeæ cap.4.& 5. quæſtio.1.c.nulli.ſi hæc Epiſcopus non facit,facere omittit quæ debet,& malus,& ingratus, vel potius ſui officij immemor dici poterit. Et talis epiſcopus,del eo deterior multoties præeſſe conceditur

tur propter peccata populi. Esaiæ cap.24. Et erit sicut populus sic sacerdos.& Oseæ cap. 4.ac Ioan. cap.34. Qui regnare facit hominem hipocritam propter peccata populi. Quæ ad pastorem spectent,& qualiter is de omnibus Deo rationem red diturus sit, tracto in commen.2.in verb.pastoris. Si inter episcopi subditos aliqui inueniantur quibus prælati vita proficiat, prælatus ecclesiam suã deserere non debet, ne de eo dicatur illud Ioan.c. 10. Mercennarius autem,& qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem & deserit oues,& fugit,& 7.quæst.1.cap.pen. §.hæc etiam,& §.cum autem, dicitur, quòd si sint admisti boni,& mali, boni non sunt propter malos relinquendi, q̃ si omnes subditi mali sunt, tunc licet episcopo ab eis recedere, vbi supra.versi.quã diu,& cap.sequen. Et circa præmissa,& quòd vbi adest necessitas consulendi animarum saluti, episcopus subditos,& episcopatum deserere non debeat, habes apud diuum Thomam secunda secundæ.quæstio.185.toto artic. 5. Quid dicemus de prælatis illis cõtra quos verba illa diuina Psal. 52. adduci possunt? Qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Hoc aliud est, quã comedere peccata populi. Quid dicemus de illis prælatis, qui cum ob necessitatem, in quam sui culpa inciderunt, noua & insolita honora, ac charitatiuum subsidium extraordinarium imponunt? hos inquam ingratos existimarem, huiusmodique subsidium charitatiuum eospem exigere non posse respondit Alex.de Neuo.con.57. num.1.quod etiam voluerunt Cardinal.& communiter Doctor.in cap.cum Apostolus.§.prohibemus.de censib. Ita illos Deus perfectos reddat, vt alios ad perfectionem ducere possint iuxta uota, per diuum Thomam secunda secũdæ quæstio.185.articu.1.ad secundum. Et quòd scientia,& sanctitate cæteros præcellãt, vbi supra, subijcitur, ex sententia Gregorij in pastorali ĩ hæc verba. Tantum debet actionem populi, actio trãscendere præsulis, quantum distare solet à grege, vita pastoris. Et illud præcipuũ episcopi erit adhibere studium ad proximi salutem, S.Thomas vbi sup.art.4.ad primum.

De Ingratitudine Sacerdotum inter se.

CAP. XV.

SAcerdotum est, custodire scientiam, & legem requirere, qui & Angeli nuncupantur. Malach.cap.2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Et scribitur primo ad Corin. ca.11. (Ideo debet mulier velamen habere super caput suum) & propter angelos idest propter presbyteros, exponit Clemen. Alexandrinus, de quo Eusebius Ecclesiast.histo. Tpeophilact.græcus, nõ autem ille qualitercunque latinitate donatus, ubi nulla fit Clementis mentio, sed græcus in paulo à Clemente exposito scribit. Rursus & Dij vocantur Exo.ca.22. Dominus domus applicabitur ad deos: & post, Ad deos vtriusque causa perueniet, idest ad sacerdotes.& ad fin. dicti cap. Dijs non detrahes idest sacerdotibus. pro quibus habemus tex.in cap.sacerdotibus.11.quæst.1. Dissonũ igitur,& absurdum nimis erit, vt inter eos qui cõcordes Deo seruire debent, & alter alterius onera portare. Galath.cap.6. (Rursus & alter alterius lauare pedes.) Ioan.cap.13. (Inuidia, discordia, dissentio, odium oriatur.) Legimus tamen iurgia, maledicta,& offensas tot illorum, qui se sacerdotes, & prophetas profitebantur in Micheam Deo gratum,& vera vaticinatatem. 3.Reg. cap. 22. & 2. Paralipom.18. Sacerdotum item,& prophetarum in Hieremiam. Et locuti sunt sacerdotes,& prophetæ ad Principes,& ad omnem populum dicentes, Iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam &c. Hierem. cap.26. Et Apostolus 2. ad Corinth.cap.11. inquit, periculum in falsis fratribus. Ingratissimi autem,& pessimi sacerdotes,& presbyteri, in sacerdotũomnium caput decorum,& verum sacerdotij,& sacerdotũ principem fuerunt illi, de quibus Matthæi cap.25 in princip. (Tunc congregati sunt principes Sacerdorum,&c.) & cap.27. (Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes Sacerdotum,& seniores populi aduersus Iesum &c.) Marci 14. in princ.& cap.seq. Lucæ 22. in princip.& Ioann.11. versus fin. (Collegerant ergo Pontifices,& Pharisei consilium,& dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit &c. Grati inter se, & concordes vt societate spirituali coniunctissimi arcã fœderis portant,& deo seruiunt. 2. Paralipom. 5. Dissensiones & contentiones a se remouent. & in hoc similes sunt sacetdotib. illis de quib. Cic. Appio Pulchro. lib.3. fam. Amplissimi sacerdotij collegium, in quo non modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat, sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex collegio esset inimicus.

De Ingratitudine parrochianorum in sacerdotem.

CAP. XVI.

PArochus pro nobis Deum consulit. Num.c. 27.ad fin. Qui laborat verbum Dei prædicans, qui populo suo benedicit, pro populo interpellat. 2. Machabe.14. Sacerdotes autem protendẽtes manus in cœlum &c. Sacerdos populi peccata comedit,& pro populo pœnitentiam facit. Iudit. cap.4. Et induerunt se sacerdotes cilicijs. Hierem. Threni 1. sacerdotes eius gementes. Iohel.1. Luxerunt sacerdotes ministri Domini.& post accingite vos sacerdotes,& plangite, vlulate ministri altaris,& cap.2. Inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent, parce Domine, parce populo tuo &c. Infirmos sacerdos uisitat, pro inualidis orat, oleo infirmos inungit, Diuina sacramenta complet, Sanctissimam Eucharistiã populo suo tradit, pluraque alia beneficia spiritualia populo suo confert, ac communicat.c. ecce ego.95. distinc.c.ipsi sacerdotes,& c.dictum est.1.q.1.& alibi. Ingrati sacerdotem, quẽ timere, cui-

cui obedire, & beneficia retribuere, ac impartiri deberent, culpant, damnant, accuſant, iudicant, illi detrahunt, infamiam irrogant, inſidias parant, cõtra ill ud Ecceleſiaſt. cap. 7. Honorifica ſacerdotes &c. & contra tex. in ca. ſacerdotes. 6. quæſt. 1. & in c. cum ex iniuncto, circa princip. de hære. Ingratus etiam odit ſacerdotem, qui ſibi morem non gerit, non applaud it, non aſſentitur, inſtar Acab in Micheam prophetam, ſibi non grata uaticinantem. 3. Reg. cap. 22. & 2. Paralip. c. 18. inſtar item Herodis, & Herodiadis diuum Ioannem eos redarguẽtem, & dicentem, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Matthæi cap. 14. Marci. 6. Luc. c. 3. cap. vna tantum. §. Ioannes. 26. diſtinct. De interficiente ſacerdotem vide Bald. conſi. 383. num. 4. lib. j. & conſil. 141. col. fin. lib. 2. iuxta nouam impreſſionem. Grat. Reſp. 147. num. 9. lib. 2. peſſimi in hoc genere Saul Rex, & Dolech Idumæus primus inter omnes ſeruos il lius, cui nulla religio, quorum alterius ſit interfici Achimelech. & omnes alios ſacerdotes Nobe. Alter verò alijs ſeruis facinus huiuſmodi committere renitentibus, reuerentiáque ſacerdotum . . . . . domini Iuſſioni præferentibus dominomorem gerens ſacerdotes iugulauit. 1. Reg. cap. 22. Ambo debitas pœnas poſtea luerunt proprijs mucronibus ſe interficientes, prout 1. Reg. cap. vlt. Nec excuſabitur detrahens presbytero contra illud Exo. cap. 22. ad fin. Diis non detrahes. c. cum ex iniuncto. §. licet autem. de hære. eo prætextu quòd ſit malus ſacerdos, quia non ſpectat ad parrochianum de eo iudicare: & ſcriptum eſt, Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Matt. ca. 7. & Lucæ 6. Nec ſacerdoti contradicere licet. Oſeæ cap. 4. Populus tuus ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti. Inſuper ſacerdos etiam malus, aliis lucem dat, licet ſibi obſcurus ſit, inſtar facis accẽſę cap. fin. verſic. quoniam. 15. quæſtio. 8. Item inſtar lixiuij, per cinerem humidum fluentis lauat, & nõ lauatur, cap. fin. ad fi. 83. diſtinc. Gratus parrochianus ſacerdotem honorat, ei obedit; neceſſaria miniſtrat, ipſum pro uirili defendit, excuſat, protegit hocque publici iuris eſt, iuxta text. & ibi nota in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. Grat. reſp. 1. nu. 50. lib. 1. Et quia ſacerdos eſt pater ſpiritualis, magis quàm naturalis diligendus eſt. c. qualis. 2. q. 7. c. pictauium. cum gl. fi. 30. q. 3. D. meus Phi. Dec. in c. cum ſpeciali. nu. 23. de appel.

De Ingratitudine Sacerdotis in Parrochianos.

C A P. XVII.

SAcerdos, qui parochianorũ pater, & magiſter vocatur in cap. quis dubitet, 96. diſtinctio. in cap. ſacerdotes. 6. quæſt. 1. Et qui debet eſſe ſal terræ, lumen mundi. Matth. c. 5. & c. ſacerdotes. 93. diſtinctio. ſi ſtatus ſui, officij ſui, Dei ſui oblitus, negligens, remiſſus, vitijs inuolutus, populo inutilis ſit, exemplum malum porrigat, malam doctrinam afferat, & ſeminet iuxta, illud Oſeæ c. 4. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Hic ingratus, hic ſceleſtus, hic impius habendus eſt, cuius finis erit ſecundum opera ipſius. Vide Malac. cap. primo. O ſacerdotes qui deſpiciris nomen meum. &c. 2. Sophonię c. 3. Socerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſtè egerunt cõtra legem. & quæ ſcribit diuus Hyeronimus ſuper Malachiam. Sacerdotes nomen Domini deſpiciunt, & quãtum ad ſe panem pollutum offerunt, qui ad altare indignè accedunt, quique dato munere, ſacerdotium præſumunt: panem quoq; polluit qui doctrinam Domini in populo malè diſpergit, & qui honorat potentem, & deſpicit pauperem, quæ etiam habes in c. fi. 49. diſtinc. Gratus tamẽ ſacerdos, & debito fungens officio, qui parochianis ſuis compatitur, illos inſtruit, componit, in pace conſeruat, pro illis Deo preces effundit, pro illis intercedit, pro illis ſacrificia offert. Qui aurum non ſitit, delitias lutum putat, & crucem ſuam portat, iuxta ea quæ ſcribit diuus Hyero. ad Nepotia. quæ etiam referuntur in c. gloria. 12. q. 11. Gratus, & bonus pater ſpiritualis iuxta verba diui Ambroſij 1. de offic. non minus diligit quos in euangelio genuit, quàm ſi in coniugio ſuſcepiſſet. Gratus denique, & bonus ſacerdos non ſolum docet, ſed & bona opera facit, exemploque alijs eſt. prout per Hiero. ſuper Hiere. cap. 16. Sacerdotum (inquit) eſt propriè non ſolum docere: ſed etiam facere legem, vt nequaquam verbis ſolum ſubiectos ſibi populos, & credentium gregem, ſed exemplis doceant.

De Ingratitudine decimas, vel primitias deneganti: dare recuſantis, vel ſubtrahentis.

C A P. XVIII.

DEcimæ, vel primitiæ a Deo cunctorum, quæ mari, terraque producuntur, creatore, ſibi ipſi reſeruatæ fuerunt. Exod. capitu. vigeſimoſecundo. Decimas, & primitias non tardabitis offerre, & cap. vigeſimotertio. primitias frugum terræ tuæ deferas in domum domini Dei tui. Leuit. cap. vigeſimoſeptimo. omnes decimæ de terris, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, Domini ſint. Num. 18. Tobiæ. 1. Malachiæ. 3. cap. decimas, cum ſequen. 26. quæſtio. 1. cap. ex tranſmiſſa. cap. tua, & in alijs. de deci. Et conc. Trident. Seſſi. cap. 12. incip. non ſunt ferendi qui varijs artibus decimas eccleſiæ obuenientes ſubtrahere moliuntur, aut qui ab alijs ſoluendas temere occupant &c. Et hoc eſt ẽt contra libertatem eccleſiaſticã Lap. Allega. 92. colum. 1. verſicu. Item illud de decimis, & primitijs. Affl. in alle. §. item ſi quis. nume. 76. in 46. cauſa. in c. 1. qui. mo. feu. amit.

De ingratitudine Statuentium contra sedem Apostolicam.

CAP. XIX.

STatuentes contra sedem apostolicam,& libertatem ecclesiasticam,qua pœna sint damnati hahemus tex.in cap.grauem,de senten.excom.Videre poteris Alleg.Lap.92.inspeximus,& quæ ibi addo.de libertate, & immunitate ecclesiastica apud gentiles videre poteris Cæsarem lib. 6.Belli Galli.de druidibus tractantem,dum inquit,Druides à bello abesse consueuerunt, neq; tributa vnà cum alijs pendunt,militiæ vacationem,omniumque rerum habent immunitatem.

De ingratitudine Religiosorum inter se.

CAP. XX.

REligiosi,in quibus præcipuè consideratur regularis obseruantia,ac spiritualis quædam societas,charitatem fraternitatis inuicem diligere debent iuxta verba apostoli ad Romanos ca.12. De his cantat ecclesia, Ecce quàm bonũ, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Quod etiã habemus psalm.132.Mali sunt religiosi, qui post quam renuntiauerunt mundo, & propriæ volun tati, quam aliorum potestati, & imperijs,in Christo & pro Christo contemptis honoribus,abiectis diuitijs,spretis delitijs subdiderunt, & subiugauerunt, iuxta text. in capit.non dicatis. 12. quæst. 1. in cap.quorundam.de electio.lib.6.& per gl. in c. fin.in versi.absque personarum.de sta.mona.profana,& ea quæ sunt mundi, ac dignitatis inter se, maioresque,& præstantiores aliis religiosis effici, & haberi conantur,curant,satagunt, nec pares fratribus,& alijs esse contenti sunt: quod maximè à religiosis fugiendum videtur, in quib. æqualitas seruari dẽt.iux.tex.in alle.c.fi.& ibi per glo. in ver. absq; personarum,& Abb. super illa gl.nu.12.de sta.mona.

De Ingratitudine Religiosorum in Abbatem.

CAP. XXI.

REligiosi,qui ingrati sunt in Abbatem,quem patris,& domini loco habere debent cor nua erigentes,ei obedire recusantes, seu legitimã correctionem vitare contendentes, qua pœna sint damnati,agnoscant ex c.nullam.18.quæst.2. c.ad nostram.cap.reprehensibilis.§.fi.& vtrobiq. Abb. de appella.diuus Thomas 22.q.186.art.6.& 8.Et Abbas vice Dei supra caput religiosi positus sit, dicit tex.in cap.quorundam.in princ.de electio.libro 6.Ingratus monachus qui Abbatem sine venia in ius trahit,argum.text.in l.generaliter. ff. de in ius vocan.& toto titu.C. de eod.& in terminis Nep.de Montealba.in tracta.exceptio.artic.6.nu. 10.dum de exceptionibus contra actorem tractat. Idem concludit Abb.in cap.ad nostram.cum addi. And.Barba.in versic.subditi.de appel.ingratus & ambitiosus etiam religiosus qui electionib.& postulationibus, & prouisionibus prælaturarum, & dignitatum de se factis absque assensu, vel licẽtia Abbatis consentit.cap.quorundam,& cap.si religiosus.de electio.lib. 6. Audiant inobedientes, & ambitiosi monaci, verba diui Bernardi in suis meditationibus.Licentiam loquendi, vel aliquid faciẽdi sæpe nimia importunitate, vel caliditate, à prælatis meis extorsi, nõ attendens miser quia ille se decipit qui occultè,vel apertè satagit, vt hoc ei pater spiritualis iniungat, quod ipse desiderat.Ingratissimi illi monachi,de quibus per Barto.in l.j. in fin.ff.ad leg.pompe.de parri.grati religiosi obediunt,ac subiacent præpositis suis,qui peruigilãt, quasi rationem pro anima eorum reddituri. ad Hebræ.cap.cap.13. Religiosi, qui prelatis detrahunt in suis sermonibus,per duos menses subiacere debent illis pœnis,quæ secundum eorum regulam,vel statuta pro grauibus criminibus, vel culpis eis consueuerunt imponi, super quibus absq; manifesta necessitate cum eis nõ dispensetur, cle. 1.§.quib.de priu.

De ingratitudine Abbatis in monachos.

CAP. XXII.

ABbati,qui more patris monachos non corrigit,nõ fouet,non seruat,qui in corrigendo monaco,seu religioso remissus est, vel modum excedit,religiosi appellatio denegari dẽt.ca. licet. de offi.ordi.ad nostram.&c.de priore.de appellat. & vbique glo.& Docto.Item qui monacho difficilia nimis,vel illicita mandat.Abb.in capit.super eo, ante num.7. de regula.Boni. & digni. Abbates,ac optimi pastores in subditos fuerunt diui Benedictus,Mauritius,Dominicus,& alij multi, Regulares prælati in historijs descripti.

De Ingratitudine Concionatorum uerbi diuini in Deum.

CAP. XXIII.

CHarissimi sunt Deo verbi sui concionatores, quos speciali fauore,& gratia decorat,& extollit,vnde de illis loquens Esaias cap. 52. inquit, quàm pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem, annuntiãtis bonum, prædicantis salutem &c.& Apostolus.10. ad Roma. ca. olim.8.quæstio.1. scribitur Leui. 21. Sancti erant Domino suo; & non polluent nomen eius. Qui etiam nuntij Dei vocantur.2.Paralipom.cap.36. At illi subsannabant nuntios Dei. Isti prædicationem,& verba,ac scientiam a Deo consequuntur. Ionæ in cap.3.Isti prædicare debent verbum Dei, ipsius regnum.2.ad Timoth.cap.4.Isti prædicare debent euangelium omni creaturæ.Marci cap.16. Isti gloriam Dei quærere, exaltare, diuulgare debent,quam Deus ipse alteri non dat,nec dari patitur.

tur. Esaiæ cap.48. Quàm ingrati igitur erunt in ipsum Deum, qui docti, & eruditi in lege Domini, suo attribuunt ingenio, scientias: & prædicandi artem, & peritiam. c. reuertimini. c. si quis doctus. 16. quæstio. 1. qui exaltant, & extollunt aliquem principem, magnatem, potentem, vel diuitem, vel se ipsos, non autem Dominum nostrum Iesum? contra dogma Apostoli de quo 2. Corinth. cap. 4. Quàm ingrati, qui hominib. placentes non Deo, in sermone sunt adulationis, ac querunt ab hominibus gloriam? contra illud. 1. ad Thessalonicen. c. secundo. ad Galath. cap. 1. vbi Paulus de se loquens, inquit An quæro hominibus placere: si adhuc hominib. placerem Christi seruus non essem: & scribit Prouerbio. cap. vigesimoquarto. Qui dicunt impio, iustus es, maledicent ei populi, & detestabuntur eos tribus, qui arguunt eos laudabuntur, & super eos veniet benedictio Gratus Dauid, & qui cum eo dicere poterit, loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum & non confundebar. psal. 118. sic & Helias propheta Achab Regi irato dicente ei, Tu ne es ille, qui conturbas Israel? Respondit audacter, Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui reliquistis mandata Domini, & sequuti estis Baal. 3. Reg. 181. Quàm mali, qui celant ea quę prædicare debent. iux. illud Hiere. cap. 50. Quàm mali, qui vocari debent canes muti, nõ valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Esaię. cap. Veh mihi, quia tacui. & cap. 56. Quàm mali, qui vanis sermonibus tẽpus conterunt, auribus audientiũ prurientes, iux. verba Apostoli. 2. ad Timoth. cap. 4. Quàm detestandi qui alios edocent, se ipsos non docent: qui prædicant non furandum, furantur, non męchandum, męchantur, ad Roma. cap. 2. & qui alijs prædicantes reprobi efficiuntur. j. ad Corinth. 9. in fi. Hi comparari possunt faci accensæ, quę alijs, & nõ sibi lumen præstat, & scienti bonum & non facienti illud, peccatum est illi. cap. si enim. colum. 3. de pœni. distin. 2. cap. fin. distin. 40. Omnium autem pessimi erunt, qui falsam doctrinam, ac ab ortodoxa, & catholica fide alienam prædicabunt. Hi sunt seductores, ac errantes, & in errorem mittentes. 2. ad Timoth. cap. 3. Hi sunt magistri mendaces, qui introducunt sectas perditionis, de quibus 2. Petri cap. 2. ac actuum cap. 20. Et ex vobis ipsi exurgent viri loquentes peruersa, vt abducãt discipulos post se. Hi sunt magistri prurientes auribus auditorum à veritate audienda auertentium, de quibus. 2. ad Tim. præall. cap. 4. Contra verò concionator Deo gratus, in Deo confidens, non inflatus in sua sapiẽtia, auxilium, & verba à Deo petit, eoque cooperante, & sermonem confirmante prædicat. Marci cap. fi. in fin. Iudith concionatrix Deo gratissima potens opere, & sermone victoriam reportans, dũ populus & multitudo omnis conticuisset, laudate (inquit) Dominum Deum nostrum, qui non deserit sperantes in se &c. Iudith. cap. 13. Martha item quæ satagebat circa frequen. ministeria, & Maria Magdalena eius soror, quæ optimam partem elegerat, ab ea non auferendam, prout Lucæ cap. 10. ad fin. discipulæ Christi effectæ, intrepidæ quæ viderant, & audiuerant non poterant non loqui p... vt alii Discipuli, de quibus Actuum capit. 4. circa med. Maria enim Magdalena Massiliæ, & Martha apud Rhodani accolas ut ĩ earũ historijs legi... Christi euangelium prædicauerunt. Iosaphat Rex Hierusalem sperans in prouidentia diuina, non... proprijs viribus, pœnitentiam prædicat, & ad Deum se conuertens eum orat, supplicationes et porrigit, in eũ ipse cum populo suo oculos conuertit: similis concionator Iaziel filius Zachariæ super quem factus est spiritus Domini in medio turbæ, & Regi Iosaphat, & omni populo Iudæ pdicabat, eisque suadebat non timere multitudinem aduersariorum, & sperare in Deo, hęc omnia habemus 2. Paralipom. cap. 20. Esdras concionator bonus, qui parauit cor suum vt inuestiga & legẽ Domini, & faceret, ac doceret Isdrael præceptum & iudicium. 1. Esdræ ca. 7. Esaias audiens vocem domini dicentis (quem mittam, & quis ibit nobis) statim respondit, Ecce ego, mitte me, ostendens se promptum ad prædicandum verbum Dei, & omnem quietem relicturum, & onus, ac periculum subiturum pro uerbo Dei. cap: in scripturis. 8. q. 1. Hieremias prædicans verba Dei non curat in neruum, seu carcerem mitti, nec propterea desinit verba Dei, & afflictiones futuras prædicere populo, ac principi in domo domini. Hięrem. cap. 20. Ioannes Baptista concionator optimus, qui clamabat dicens, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & fatebatur se non esse dignum vt solueret eius corrigiam calciamenti. Io. cap. 1. Paulus Deo gratus prædicator diuinus. c. prædicator ecclesiæ Paulus diuinus, 16. quęst. 1. qui prædicabat non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, iudicans se nihil scire nisi Iesum Christum: & sermo, & prędicatio eius nõ in persuasibilib. humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides auditorum non esset in sapientia hominum, sed in virtute Dei. 2. ad Corinth. c. 2. Apostoli item, & tot alii optimi, & Deo grati prædicatores fuerunt, quorum infinitus fuit numerus, qui nec dubitarunt pro verbo Dei cruciatibus, & morte sese offerre, quibus dictum fuit (Ite, mitto vos sicut agnos inter lupos) Matthæi cap. 10. & Lucæ cap. 10. Rursus cauete autem ab hominibus; tradent enim vos in concilijs, & in sinagogis suis, flagellabũt vos & Matth. vbi supra. & parũ post. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. Actuum 10. Venit ad Græciam, vbi cum fuisset menses tres factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam. Hæc de Paulo dicta sunt. Pro præmissis est etiã tex. in cap. ... mus. & seq. 43. distin. Generaliter autem conditio mali, & boni concionatoris dignosci etiam potest ex verbis Platonis in Gorgia, dum inducit Socratem sic distinguentem: si. n. & hoc est duplex, alterum quidem eius membrum adulatio erit, turpisq; concionatio. Alterum verò pulchrum, studere videlicet vt animi ciuium quàm optimi fiant, semper audientium vtilitate certando, siue placeat, siue displiceant quæ dicuntur.

De Ingratitudine concionatorum inter se.

CAP. XXIIII.

Concionatores inuicem ingrati apostatant contra illud Iac.c.4.[Nolite detrahere alterutrum fratres mei.]Essent qui suaderent populo non esse necessarios plures prædicatores, ad hoc vt ipse solus laudem humanam, ac gloriam aucupetur, contra illud Matthæi capit. 9. & Lucæ c.10.Messis quidem multa, operarij pauci. Ingratissimi, & pessimi illi concionatores, libertini, Cyrenentes, Alexandrini, Cicilienses, & Asiatici in Stephanum, qui ab eo conuicti, & scientia diuina superati, submiserunt viros, qui dicerent eũ protulisse verba blasphemiæ in Moysem, & Deũ tandemque illi mortem pararunt. Act.ca. 6.& seq. Gratus autem concionator alios laudat, defẽdit, extollit, & se meliores, & prudentiores affirmat, nil aliud quærens quàm gloriam Dei, & emẽdationem, ac salutem peccatorum. Gratus diuus Petrus, qui diuum Paulum super omnes extollit inquiens [sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquens &c.] 2.Petri cap.3. & idem Petrus summopere laudat Clementem, prout in c.oportet.8.q.1.

De Ingratitudine concionatoris verba diuini ergæ populum.

CAP. XXV.

Populis concionator uerbi diuini omnino necessarius ẽ, vnde inquit apostolus (quõ audient sine prædicante?) ad Roma.c.10. Idẽ Aposto.Tim.1.inquit, positus sum prædicator, & apostolus, & magister gentium in fide, & veritate. Esdra concionator gratus, & optimus prædicauit ieiunium vt affligerentur coram domino Deo, & peterent ab eo viam rectam sibi, filijs, ac substantiæ: ipse, & populus dixerunt, manus Domini nostri est super omnes, qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius, & fortitudo eius, & furor super omnes, qui derelinquunt eum. 1. Esdræ.c.8.Sic Neemias concionatur pro ędificando muro Hierusalem Neemiæ 2.Item pro tollendis vsuris. Neemiæ.S.Tobias in captiuitate positus prædicabat alijs captiuis.Tob.1. Similis Esaias, qui annunciabat populo scelera, & domui Israel peccata. Esaiæ 58.& qui prædicat captiuis indulgentiam, & consolatur omnes lugentes. Esaiæ.cap.61.Hieremias item qui prædicat Regibus, & populo afflictionem quam inducere volebat Dominus, eo ꝙ eum dereliquissent, & libauerint diis alienis, & indurauerint ceruicem suam vtnõ audirent sermones eius. Hiere. c. 19. Ionas præmissis similis, in cuius prædicatione populus Niniuæ pœnitentiam egit, & pepercit illi Deus. Ionę c.3.& Luc.11.Ioannes Baptista a prefatis, non ab similis clamabat, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Matth.c.3.Marci.1. quæ prædixerat Esaias cap.4.Gratus Petrus, & concionator optimus, prout 2.Petri.c.1.Non enim indoctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nr̃i Iesu Christi virtutẽ, & præscientiam, ac Actuum. c.2.Stans autem Petrus cum vndecim leuauit manum suam, & loquutus est illis &c.& alijs.c. Gratissimus Paulus qui quasi nutrix fouebat Anditores suos, qui nocte, & die laborabat ꝓ instructione auditorum, & ne quem eorũ grauaret: quiqu illis non solum euangelium Dei, sed & se ipsum tradere cupiebat.1.ad Tessalonicen.c.2. & qui vt euangelium Dei prædicaret sine sumptu, nihil accipiebat: & cum esset liber se omnium fecit seruũ vt plures lucrifaceret. 1. ad Corinth. 9. Idem argentum, & aurnm, aut vestẽ uullius concupiuit, quoniam ad ea quæ sibi opus erant, & his qui se cum erant, ministrauerunt manus suæ. actuum.c. 20.& parum post subijcitur: Beatius est magis dare quàm accipere.c. prædicatores. 16.q.1.c. cum marthæ.§.sanè.de celeb.mis.Idem Paulus castigabat corpus suum, ne alijs prædicans ipse reprob. inueniretur.i.ad Corint.c.9.in fi.c.si.n. versi.Paulus vas.de pœn.distinct.2. Id præsertim cauere debet bonus concionator, ꝙ non tam verbis ad emendationem vitæ prouocet, quàm exemplo, labia enim iusti erudiuint plurimos.Prouerb.c.10. & scribitur Esaiæ 40. super mõtem excelsum ascẽdetu, qui euangelizas Sion.vt.s.culmen sanitatis piè viuendo ascendat, qui prædicationis onus assumit.Gratus item, & bonus concionator clamat nec cessat, qua si tuba exaltans vocem suam, & nunciat populo suo illius scelera.Esaiæ c.58.prædicat item, & nihil celat.Hiere.c.50. Hinc Paulus inquit. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguiue omnium, non euim subterfugi quominus annuntiarem oẽ consilium Dei vobis. Actuum. c. 20. prædicat item populo prædicationem quam Deus loquitur ad ipsum. Ionæ.c. 3. Multifariam autem Deus loquitur ad Hebræos.c.j.prædicat verbum Dei, ac ipsius regnum, instat opportune, & importune, arguit, obsecratur, increpat in omni patientia, & doctrina. 2.ad Timoth.ca.4. Non inflatur in sua sapientia, sed auxilium, & verba petit a Deo. Marci c.fi.ad fi. Ingrati verò, & mali sunt loquaces, fabulosi, & ad fabulas se conuertentes. 2.ad Timoth.c. 4. 2. Petri præalle.1. Non enim indoctas fabulas secuti &c.cap.sacerdotes.distin.37.c.multa, ibi. Quia in vno ore secum laudibus Iouis Christi laudes non capiunt.86.distin.Ignani, & canes muti, de quib. Esaiæ c.56.Rursus canes impudentissimi nescientes saturitatem. Esaiæ vbi supra.quiq.non parcè accipiunt pro sumptu.iux.verba Apostoli.1.ad Corinth.c.9.

De Ingratitudine populi in concionatorem.

CAP. XXVI.

Ingratus populus Hierusalẽ, qui subsannabat nũtios, quos Deus sępius misit, monẽtes eũ, ꝙ

parceret populo,& habitaculo suo. ille aũt parui pendebat sermones illorũ. vnde Deus adduxit sup eũ Regẽ Caldeorũ,&interfecit iuuenẽ gladio in domo sanctuarij.2.Paralipo.c.36.Idem populus in Hieremiã ingratissimus, vnde ipse conquerẽs inquit,factus sum in derisum tota die: oẽs subsannabant me,quia iã olim loquor vociferãs iniquitatẽ,& vastitatẽ clamito, & factus est mihi sermo Domini opprobrium. Et in derisum tota die. Hiere.c.20.Populus ẽt ingratus,qui non pascit cõcionatorẽ,qui de euangelio viuere debet. 1. ad Corin.c.9.& idem Apostolus inquit,nã si spũaliũ eorũ participes facti sunt gentiles,debẽt & in carnalib.ministrare eis.ad Rom.c.15. versus fin.Plures sunt qui in ijs veris,grauib. & sanctis verba,& elegantiores sermones præponentes in concionatores inuehunt, ꝓ quolibet verbo non concinne, non proprijssime,non elegantissime prolato. dãnant prolationem,dãnant gestus,& nonnulla alia & adeo in ijs positi sunt,vt non solũ se ipsos, sed & alios abstrahant,& diuertant à verbi diuini ꝑceptione,& vero intellectu,contra hos loquitur diuus Augu.in li. de cathetizandis rudib.de quo ẽt in c.sedulo.& c.seq.38. dist. Isti qui præferunt orationes Demosthenis,& M. Tullij prædicationi diuini verbi non phaleratæ,non fucatæ, non ex oĩ parte eloquenti,& venustæ,fortè in alio seculo sedes apud eosdẽ Demosthenem, & M.Tullium habebũnt. Nonnulli etiam auditores cõcionatorum sermones etsi pios,sanos,& rectos,damnare consueuerunt,ex quo ipsi concionatores mali sint,ac peccatores,quib.responderi potest,dicta ergo quæcunque ipsi dixerint vobis seruate,&facite,secundùm verò opera eorum nolite facere. Matth.c.23. Sciant etiam per peccatores multoties verbũ Dei prædicari, & videmus Nabuchodonosorem Regẽ diuulgasse, & prędicasse signa dei in Sidrac, Misach, & Abdenago. Daniel ca.3. Huc etiam spectant verba diui Hieronymi: vt lixiuiũ per cinerem humidã fluens lauat, & nõ lauat,ita bona doctrina per malum Doctorem aĩas credentium lauat a sordib.peccatorũ.c.fi.in fi.83. dist.Ingrati etiam,& indigni auditores qui verbũ Dei negligenter audiunt, vel dum aliud cogitãt, vel loquunt,de corde eorũ excidit, vel perit.c.interrogo, vbi referuntur verba Di. August.1.q.1. contra populum polluta labia habentẽ,& non intelligentẽ,non cognoscentem,habentem aures aggrauatas,& oculos clausos,cor induratum loquitur Esaias c.6.quæ verba ponuntur, & declarant Matth.c.13.Marci 4.Luc.8.& Io.12. Peiores omnib.præmissis, qui vt placita propriæ voluntatis adimpleant,doctores suos infestare,& perdere conantur.c.scimus.43.dist.peccat autem in Christũ & patrem omnium,exacerbat Deũ, ꝓpter quod vita carebit æterna quicunq; contristauerit doctorẽ veritatis.c.quicunq;.11.q.15. Cõtra verò gratus,& docilis populus idem Iudæ voces,& orationes Iosaphat, ac Iazielis spiritu Dei repleti cõcionantiũ,& Dei deprecãtiũ attẽtè audiuit, annuit, ac cũ Iosaphat in terram procidens adorauit Deũ 2.Parali.c.20. Qui etiam populus Iudæ Esdram prædicantem ieiunium, & auxilium a Deo,& viã rectam postulantem libenter audiuit, & cum eo ieiunauit,& Deũ rogauit, & prosperè omnia euenerunt.1.Esdræ.c.8.

De Ingratitudine ciuis erga patriam.

CAP. XXVII.

INgratitudinis telo lethali flagitiosum est ciue patriã vulnerare,quæ non secus ac pater principium quoddam est vniuscuiusque generationis. Cic.1.Inuecti.in Catili.Patria est cõis omniũ nostrum parens.idem 1.de orato.Non potest cognatio vlla proprior esse ꝗ patriæ.ac 1. Officio.Si conuentio quędam,& comparatio fiat,quib.plurimũ tribuendũ sit officij,principes sunt patria, & parẽtes quorum beneficijs maximè obligati sumus. Idem Cic.Ver.5.Susceperas.n.liberos non solũ tibi,sed etiam patriæ,qui non modo tibi voluptati,sed etiam aliquando Reipub. vsum esse possent.l.1.§.apparet, ver. Non tantum parenti cuius esse dicitur, verũ etiã Reipub.nascitur.l.postliminium.versi.Filius quoque fam.ff. de capti.& postli.reuer.Ciuib. oĩb. qui patriam conseruauerint.adiuuauerint,auxerint, iuxta verba M.Tullij in Somnio Scipionis certum esse cœlo diffinitũ locũ,vbi ęuo ęterno fruantur. Vlixes apud Homerũ ait Regi Alcione nihil esse patria, parentib.q; dulcius: meminit Cic.in orato. Hector apud Homerum hortatur suos ad bellum dicens.Non esse indignum pro patria mori. Et quòd patria sua a quolibet præcæteris diligenda, & extollenda sit probatur in iure per tex.alle.l.postliminium.§.filius,ff.de capti.& postlim.reuer. in l.qui habebat in prin.ff.de leg.3.Hinc Vlpia. adeo commendat patriam suam in l 1.in prin.ff.de censu. Quòd in pari periculo,& necessitate, potius patriæ, quàm parentib.subueniendum sit,concludunt Plato in Critone. M.Tul.Phili.2.inquiens Atroeius est patriæ parentem,quàm suum occidere. Idem lib.3. Officio. Ad extremum,si ad perniciem patriæ [illegible] spectabit,patriæ salutem ante eo nec filius [illegible] patriæ.& voluit Stobæus sermo.37. Et ex nostris post alios ibi, idem conclusit Fortun. in l. velut colum.penult.& vlt.ff.de iust.& iur. De hac ingratitudine, ingratique huiusmodi pœna vide 2. Machabe.5. Vt patriæ, & ciuium hostis in Ægyptum extrusus est, & qui multos de patria sua expulerat,peregre perijt,& post. Neq. patrio [illegible] pulchro participãs &c. Pausanias Lacedemoniorum Dux in Persas missus de proditione agit: Aristides belli socius de proditione Lacedemonios certiores reddit: accusatus Pausanias damnatus est. Iustinus est author. Plutarchus verò in [illegible] Pausanias Lacedemoniorum Imperator XL. auri talenta vt Spartam proderet à Xerse [illegible] cepit, Agesilaus, pater eundem inedia perire fecit, illiusque mater, eundem in sepulturam abiecit. Tarpeia (vt inquit Plutarchus) capta armillarum specie, Sabinis arcem capitolinam prodit, Tacium edocens occultam viam [illegible] nam debitam proditionis pependit. Liuius autem eam a Tacio pecunia corruptã,cui Liuio in historijs nostris, magisquàm Plutarcho credendum est.

est. Ingratus Mætius Suffetius Albanorum Dux, & Dictator (vti apud T.Liuium. lib. 1. ab vrbe condi.) Fœderis Romani, Albaniq; ruptor, ac ꝓdi-tor, debitas etiam pœnas luit. Tullio enim Hostilio Romanorũ Rege inuicto impetrante, & spectante, Cẽturiones Metiũ circumsistunt: eius corpus passim distrahendum datur duab. admotis quadrigis iniurijs earũ distentum alligatur: deinde in diuersum equi concitati lacerum in vtroq; curru vsque inhæserant, vinculis membra portãt. Fœdissimum inquam, & miserabile spectaculũ, congruum tamen tanto sceleri. Catilina scelerata congregatione patriam perdere moliebatur. Salustii. in Bello Catili. & Val. Max. li. 9. de Luxuria, dũ de Catilina loquitur. Ingratissimi, & crudeles L. Sylla, qui totam Vrbem, atque omnes. Italiæ partes ciuilis sanguinis fluminib. in vndauit. Valer. Max. de Crudeli. lib. 9. Agathoclæses ex patre figulo, Alexãder Ferus, Hipparcus Pisistrates filius de quo Ælianus de varia historia, Phalaris Agrigentinus, de quo Ouidius in Ibim, vt quæ ferox Phalaris &c. Dyonisij, & alij plures illis similes, qui coactis per vim ciuib. illisque inuitis regnarũt qui violenti, & tiranni vocantur, etiam ex sñia Platonis, de qua per Diog. Laer. in illius vita. Huc spectant verba Philosophi ad fi. c. 1. Etico. li. 4. Vt tirannos ciuitates expugnantes, & templa exspoliantes non illiberates, sed impios. sed iniustos potius appellamus. Nec pmissis absimilis fuit Nero Imperator, qui ad summum Imperij fastigium euectus in suos ciues sæuiebat: propriamque patriam, quæ ipsum genuerat, nutrierat, ad supremũ que gradum extulerat, comburi iussit, flammasque lætus ex turri in Exquilijs spectabat, quæ etiã hodie Neronis turris nuncupatur. Plures ingratos ciues recenset Seneca in libello illo de Beneficio. lib. 5. Huc pertinet, quod habetur in l. minime. ff. de religi. & sumpt. fune. vbi videtur non esse lugendum eum, qui ad patriam delendam, & parentes, ac liberos interficiendos venerit. Gratus ciuis eo, quòd cæteris conceditur, & tribuitur, contentas est: Ingratus verò, & malus plus æquo appetit, iuxta exemplum M. Curij, de quo per Valer. Max. li. 4. tit. de Abstinentia. & Plyn. secundus de Viris illustrib. c. de M. Curio Dentato. & exẽplum Catonis posterioris, de quo per eundem Valer. Max. d. lib. tit. de Animi moderatione. Et dixit Demostenes in oratione de Falsa legatione, Non est, quod præcæteris magis cauere oporteat, quàm tre aliquis permittatur vt in populo maior, potẽtior que fiat. Ingrati, & frequentes sunt, qui in consilijs, publicis factionibus, & rerum priuatarum intuitu mouentur. iuxta verba T. Liuij lib. 2. ab vrbe cond. Factiones (inquit) respectusq. rerum priuatarum consiliis publicis semper offuerunt, & officienti. Grati L. Opimius, C. Marius, & Lucius Flaccus, quib. Ducib. ciues Respub. vicit armatis. M. Tullius in oratio. pro GN. Plancio. Gratus & ipse M. Tullius. qui patriã ẽt ab immanissimi Catilinæ coniuratione, se innumeris vitæ periculis, exponẽs liberauit. ꝓut i coniuratione Catilinæ p C. Salustiũ, & alios historicos. Quippe q̃ post reditũ suũ oblitus exilij, & ingratitudinũ cõciuiũ ꝓfitet se, & fratrẽ innumera beneficia a patria recepisse. ꝓut ĩ eiusdẽ oratione ad Quirites, post reditũ. Gratus patriæ fuit Valerius, qui Publicolæ denominationem assecutus fuit, pp humanitatẽ, & amorem erga populũ Romanũ, Romanãq. patriã. Vel dictus publicola, q̃ à populo coleret: siue ipse populũ coleret. Idem domũ, quã ædificabat in Velia parte eminente Romæ, nocte vna diruit, ne cui suspitioni tirrannidis locus esset: quiq. lege ab eo ꝓmulgata Romæ libertatẽ stabiliuit. De hoc tractãt T. Liuius li. 2. ab vrbe cõd. & Val. Maxim. ac Plyn. de Viris Illustrib. Gratus item Stasippus Thageates, qui maluit in perpetua cum emulo dimicatione, molestiaquè versari, quàm Rẽpub. viro bono, Reipublicæ què defensore orbari ꝓut apud Val. Max. li. 4. tit. de Animi moderatio. Grati etiam patriæ fuerunt M. Æmilius Lepidus, & Fuluius Flaccus, qui ambo simul censores renunciati, odio inter se graui, diutinisq;, & vehemẽtib. inimicitijs reiectis pari voluntate cõiũcti. cõplexiq; sunt ex eo die: & in ipsa cẽsura, & postea iugi cõsortio fidissimè, amicissimeq. vixerunt. Turpe. n. sibi fore putarunt, priuatum dissentire, quũ publicè ĩ summo magistratu cõiuncti essent prout apud A. Gelliũ, & Vale. Max. de Sex. Liuio Salinatore. Temistocles patriæ, & totius Greciæ liberator in bello contra Xersem: Iusti. lib. 2. Gratus patriæ, & parentib. paret. l. veluti. ff. de legib. iun. l. liberorũ. §. nõ solẽt. cũ ibi no. ff. de his, qui notan. infa. M. Tullius in Vat. inquit. Nemo est tã ingratus, tã impius, tãq; nullius humanitatis, qui si patriæ merita sumere velit, nõ eã magis, q̃ se ipsũ diligat. Gratus itẽ ꝓ patria pugnat iuxta Catonis sñiã. Gratus deniq; ꝓ patria oĩ periculorũ, & incõmodorũ generi se exponit, non solum potens magnus, validus, & vir fortis, sed & mulier, oĩ ẽt humano destituta auxilio. Exemplum ad ęternam rei memoriã habes Iudith. c. 8. cũ seq. & c. 13. vbi legitur. Pro quib. non pepercisti aĩæ tuæ propter angustias, & tribulationẽ generis tui, sed subuenisti ruinæ ante cõspectũ Dei nr̃i. Hunc spectant q̃ de Dauide cũ Golia gigante pro salute Israel pugnante scripta sunt. 1. Reg. c. 27. & seq. Itẽ de Machabeis, de quib. in illis duob. lib. Machabeo. Rursus de Horatio Coclite põtis sublicij, ac totius vrbis nr̃æ ab Etrusiorũ exercitus impetus defensore, de quo T. Liuiũ lib. 2. ab vrbe cõd. & per Val. Max. li. 2. de Fort. Nec nõ de Curtio, qui secutus ẽ exemplũ Midæ filij, qui in voracem p̃ceps descelijt, vt scribit Plutarchus. His similis Mæneceus Thebanus, qui pro patriæ salute se emuris præcipitẽ dedit gladio iã pfossus. Hinc cecinit Statius li. 10. Insignemq. aĩam. &c. De Camillo, & Decijs meminit M. Tullius li. 1. Tuscu. inqens, si mors timeret nõ cũ Latinis pater Decius de certãs &c. Et paradox de ijs, & nõnullis alijs similibus. De Codro Rege Atheniensiũ qui pmutato regio habitu se pro salute patrię interfici facere curauit loquẽtur Iusti. lib. 2. M. Tullius in fi. lib. 1. Tuscula. Horat. Ode 19. lib. 3. Codrus pro patria non timidus mori. De alijs, & Romanis, & exteris videre pote

ris apud Val.Max.lib.5.titu.de pieta. erga patriã Inter quos per eosdem relatos gratus etiam erga patriam habendus est ille Prænestinus hospes L. Syllæ, qui inter omnes solus ab eodem Sylla capta Præneste seruari iussus, inter cæteros conciues mutatis vestibus ne dignosceretur se commiscens,cum illis potius , & pro patria mori, quàm seruari,vitamque patriæ hosti, atque euersori se debere maluit.Lacena (vti M Tullius li.1.Tuscu la.scribit) cum filium in prælium immisisset, & interfectum audisset,Iccirco(inquit) genueram,vt esset,qui pro patria mortem non dubitaret occũbere.Idem 2.de Legib. Respub .nomen vniuersæ ciuitatis est,pro qua mori & cui nos totos dare,& in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus,cum ijs,quæ sequuntur.& 3. de Finib. Laudandus est is,qui mortem oppetit pro repub. qui docet cariorem esse patriam nobis, quàm nosmetipsos.Item ꝓ planco. Qui pro repub.vitam reddiderunt,nusquam me hercule eos morté potius quã immortalitaté assecutos putaui.& Philippi.9.His maiores nr̃i qui ob rẽpub.morté obierint,pro breui vita diuturnã memoriã reddiderunt.Victruriæ nobis Romanæ præclarum exemplũ semper apud oĩum erit memoriã , quippe q̃ patriã ab obsessione Gnei Martij Curiolani eius filij,qué maxima Roma flectere nequiuit, liberauit:Hæc dũ ad exercitum Volscorum se cõfert vt eius filium,illorum ducẽ alloquatur,eundẽ obuiã venientem, eamque amplexari volenté increpat renuit,repellit,inquiens,Siste gradum,iniq.iuuenis,antequà ad amplexus venias, scire volo an me matrẽ,an inimicã existimes, ego te inimicum declaro. O me miserã postq̃ mibi datũ ẽ cernere inimicũ nr̃æ Reip.cõsidera in quo terreno armatus existis,& si hoc nescis,illud inquam ẽ in quo generatus,natus,& alitus fuisti, quo igitur animo quave mente huc arma hostilia ducere potuisti? Explica mihi quomodo huc intrasti?non occurrerunt tibi debitus matris honor?dulcis amor vxoris?pietas erga filios: ac reuerẽtia,& amor patriæ? Hos intra muros sunt tuæ domus, tui ciues, tua vxor,tui nati,& ibidem tua misera mater,me,& partum meum,patriæ meæ infœlicissimos cerno, dum me filio peperisse putabã, video me inimicum crudelissimum,& obstinatum peperisse, vtinam sterilis fuissem Roma immunis fuisset, me vero miseram in patria libera mori contingeret; lachrimæ matris,vxoris,filiornm,& matronarũ tantum valuere, vt animum Curiolani cõmutauerint,patriæque libertatem,& salutem compararerint,illico enim Curiolanus ad se reuersus matri morem gerens ab inceptis desistens exercitum cui ipse præerat amouit,matrisq. ac patriæ obseruantissimus euasit. pro ijs etiam T. Liuius libr. 2. ab Vrbe condi. & per Dionis. Alicarnas. in 8.lib. Historiæ Rerum antiquarum Romæ. Eleganter itẽ dixit Iurec.ꝙ patriæ,& parentib. nascimur.l.j. §.si ea quæ.ff.de uent.in posses. mit.Hic dicebam Romanos,qui nostram urbem obsessam deseruerunt ciuilitatis priuilegia amisisse, ingratitudinisque nota incurrisse: ꝙ & cõprobo in 32.q.32.regu.Canc.Bonum item ciuem describit philosophus politic.lib.3.c.3.Inter alia inquiẽs. Et oportet bonum ciuem scire,& posse præessa,& si subesse.Rursus bonus ciuis est qui amicos ciuitati utilissimos cõparat.Arist.Retho.ad Alex.c.37.Boni etiam ciues cognoscuntur eo ipso ꝙ saluam volũt rempub.Cic.Phili.13.Item qui de Repub. bene merentur.Idem ad plancum famil.10.Quiq. omni timore deposito liberè reipu. consulunt.Brut. ad Cic.familia.11.

De Ingratitudine patriæ in ciuem.

CAP. XXVIII.

Ciuem de patria benemeritũ plerunq; cõtraria ingratitudinis cõpẽsatione affici, & legimus,& uidimus.In sacris literis habemus, Nemo Propheta acceptus in patria.Matth. 13.ad f. Lucæ 4.& Ioh.4. versus fi.Huc spectãt uerba in Scipionis sepnlchro eius iussu scripta.Ingrata patria,ne ossa quidẽ mea habebis.teste Val. Max.li. 5.tit.de Ingra.in Scipionẽ maiorẽ.Idq;affirmat diuus Augu.li,3.c.12.de Ciuit. Dei.dũ recẽset q̃ ingrata fuerit Roma liberatori suo. Similes ingratitudines pop.Ro. aduersus Curiolanũ,optimè de Repub.meritũ,qui ab vrbe expulsus ad Volscos confugit, habes apud Val.Max.lib.5.tit.de pietate.in prin.Nemo ignorat linguæ latinæ ac eloquẽtiæ patrẽ M.Tulliũ libertatis Romanæ assertorẽ, quiq.patriã à ferocissima Catilinæ cõiuratione,se euidentib.exponẽs periculis (teste ẽt Salustio Ciceronis æmulo in Catilinano) liberauerat, exulẽ, & extorrẽ factũ, Pub.Clodij hominis facinorosi, eiusdẽ inimici arte & opera. Cuius M. Tullij exilũ totã vrbẽ cõmouit: vigintiq. mille homines vestib.lugubribus ꝓpterea induti,uisi fuere: quiq; tãdẽ oĩum plausu restitutus fuit.Habemus orationẽ eiusdẽ M.Tullij antequã iret in exiliũ(si tñ illã eius credimus ab aliarũ stilo diuersam.) Alteram item ad Quirites post reditũ. Aliã ẽt post reditũ in Senatu.In p̃missis orationib.p̃fata, & alia plura circa M.Tullij digna facinora describũt.Vrbis quoq.in plures ciues optimos ingratitudines recenset Seneca de Beneficio li.5.Lacedemoniorũ i Licurgum, Atheniensium aduersus Theseum,Solonem, Milciadem, Aristidem,&alios habes apud Val.Max.lib.5.tit.de ingra.Milciadẽ verò(inquit Plato ĩ Gorgia) qui ĩ Marathone pugnauit,in baratrum detrudere decreuerunt, ac nisi obstitisset magistratus, ꝓculdubio immissus fuisset. Probũ appellat Aristidem p̃fatum,Plato.li.4. cui titulus Meno,vel de virtute.quẽ etiã ꝓbatissimum nuncupat idem Plato in Gorgia, vers.si.De ingrati.erga Furium Camillum loquens diuus Aug.li.3.de Ciu.Dei.c.17.inquit, Vbi erãt (supple illi falsi dij Romanorum) qñ p decem cõtinuos annos malè pugnãdo,crebras,et malas clades apud Veios exercitus Romanus acceperat,nisi p Furium Camillũ postea subueniret,quem postea ciuitas ingrata dãnauit, & parũ post, vbi erat,cum illa insignis pestilentia tã ingentem stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui Rempub.ingratã & à veientib. aute defendit, & à Gallis postea vindicauit. Athenienses item ingratissimi fuerunt in So-

Socratem, virum sapientissimum, & cinem optimum, quem veneno perdiderunt, vt Plato recenset, ac Diog. Laer. in illius vita. Athenienses iidem quibus Demetrius Phalareus, Theophrasti auditor, annis decem pręfuit, æreisque statuis honoratus est 360. quarum plures equestres erant, & in curribus, & bigis stabant, inuidia commoti in eundem absentem capitis sententiam promulgarūt, statuasq; remouerunt. prout per Fauorinum in omnimoda historia. Ingratissima. & iniustissima Syracusa, quęDionem, qui libertatem patriæ restituerat, occidit. Similes Thebani, & Cartaginenses illi in Pelopidam, & Epaminundam, isti in Annibalem. Ingratissima autem omnium ciuitas illa, contra quam steterat rex magnus, & extinxerat munitiones eius per girum, & profecta est obsidio, inuentusque est in ea vir pauper, & liberauit eam per sapientiam suam, & nemo deinceps recordatus est pauperis. Ecclesiast. c. 9. Contra verò gratitudo populi Romani erga Fabium Max. de Repub. benemeritum maxima fuit, certatim enim eo defuncto contulit æs, quo maior, ac speciosior eius funeris pompa duceretur. prout per Val. Max. lib. 5. de Gratitu. Grati Victruriæ Senatus, populusq. Romanus, eodem. n. loco, quo Coriolani iram flexerat, ad æternam eiusdem Victruriæ memoriam, iuxta gentilium morē templum cum altari, & marmorea statua in honorem fœlicissimæ Victruriæ erexerunt, primumque locum mulieribus in vijs & itinere extunc propter Victruriæ gloriosa gesta tribui, easque omnes in posterum honorari iusserunt. Qui mos etiam hodie, & plerisque alijs in locis inuiolabilis custoditur. Grata vrbs erga Horatium Coclitem, vrbis defensorem, quippe quæ statuam illi in Comitio posuit, agrique quantum vna die circum araretur illi donauit. Autor est T. Liuius lib. 2. ab Vrbe condit.

De Ingratitudine ciuis in ciuem.

CAP. XXIX.

QVem discordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eum ex numero hominum eijciendum, ex finib. humanę naturæ censeo exterminandum. Ita inquit Cic. Phil. 15. Idem in oratione pro Q. Roscio Comoedo. Tunc enim propter Reipub. calamitates omniū possessiones erant incertæ, nunc Deum immortalium benignitate omniū fortunæ sunt certæ. Tūc erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa. Sic inquit. Horat. Ode. 1. lib. 2. calamitatem, belli ciuilis Romani deflens, Quis non latino sanguine pinguior campus, sepulchris impia prælia Testatur, auditumquę Medis Hesperiæ sonitum ruinæ. Qui greges? aut quæ flumina lugubris Ignaram belli? Quod mare Dauniæ nō decolorauere cædes? Quæ caret ora cruore nostro? Idem Horat. Epodon. Ode 7. Quo, quo scelesti ruitis? aut cur dextris aptantur enses conditi? Parum ne campis, atque Neptuno super Fusū est latini sanguinis. &c. Magna ex dissensionib. ciuilibus (inquit Iul. Celsus de Gestis Alexandri libr. 7.) incommoda oriri solent. & Salustius in Iugur. Concordia paruæ res crescunt, discordia autem maximæ dilabuntur, & scribitur Matthe. 5. Omne regnū in se diuisum desolabitur, & omnis ciuitas, & domus diuisa contra se non stabit. Ciuile bellum pernitiosissimum est, vt omnes norunt, & ostendit M. Tullius lib. 8. Addit Familiarum lib. 4. Cicero Marcello. omnia sunt misera in bellis ciuilib. sed miserius nihil, quàm ipsa victoria, cum ijs, quæ subijcit: quæ etiam latius inuenies apud Appium Alex. lib. Dissensionum ciuilium. Hinc dixit Vlpia. Rempub. sæpe per ciuiles dissensiones lædi, quod habes in l. si quis ingenuā ff. de capti. & postli. reuer. Et adeo detestāda sunt bella ciuilia, vt Plato de Repub. dial. 2. nolit a scriptorib. narrari, referri, vel effingi dissensiones ciuiles. Hanc ingratitudinem videre poteris. 2. Machabe. 5. post prin. Ias. verò non parcebat in cæde ciuib. suis. & post, Malum esse maximum arbitrās, hostium & non ciuium se trophęa capturum. Sylla conciuium suorum crudelissimus insectator fuit, qui vt Plin. de viris illustrib. & Vale. Max. infra citandus, inquiunt, quatuor mille & ducētum diræ proscriptionis ædicto iugulatos in tabulas publicas retulit. Et qui Sylla nec cinerib. Marij conciuis, & cuius aliquando quæstor fuerat, pepcit, quin illas in Anienis alueū spargeret: vti apud Val. Max. lib. 9. tit. de Crudeli. dum Syllæ crudelia facta commemorat. Cui non absimilis fuit. C. Marius, de quo in loco præcitato. Similes Syllæ, (& quos illius discipulos vocat Iuue. Saty. 2. inquiens in tabulam Sillæ si dicant discipuli tres) fuerūt Lepidus, Octauius, Antonius triumuiri, p cruentū fœdus vincti, qui Rēpub. inuaserūt, Senatū, & equestrē ordinē proscripserūt T. Liuius li. 120. Liuius itē Salinator a Fabio Max. interrogatus, Quid tam festinanter manum conferre vellet? vt quàm celeriter (inquit) aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibus postea gaudium capiam. Val. Max. vbi supra. C. Salustius in Coniurationis Catelinæ pręfatione ita exorditur, L. Catilina nobili genere natus, fuit magnaui, & animi, & corporis, sed ingenio malo, prauoque. Huic ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilis grata fuere, ibiq. iuuentutē sua exercuit. Idem Catilina, Lentulus Cetego, & alij, qui cum eo coniurauerant contra Rempub. & Ciues, insidias Ciceroni posuerūt, aliaque pessima fecerūt. prout per Salustium vbi supra. Ingratissimus C. Verres, qui tot conciues Romanos iniustè, & impiè latumijs recondi, virgis publicè cædi, suffocari, crucique affigi mandat. vti apud M. Tullium in oratione in Verrem. Actio. vlt. Ingrati etiam conciues sunt, qui beneficia sibi, uel patriæ collata nō cognoscunt, perpendunt, extollunt. Hoc ingratitudinis genere notari pn̄t nouem illi uiri leprosi de quibus Lucæ. 17. Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Si alienigena redijt, & gratus fuit, sequitur,

tur, quod alij nouem non erant alienigenæ, sed eiusdem loci, & conciues, etiam ex præsumptione iuris si eemus in dubio, quilibet enim habitare præsumitur in sua patria. l. prædia, versic. Hæc testatrix Romæ. & ibi notat Bar. ff. de fun. instr. Idem Bar. in l. is pot. nu. 17. uer. Aliquando ille. ff. de acq. her. pulchrè Aret. cons. 135. clarissimè. col. 1. & 2. Rui. cons. 61. in lite vertente. num. 20. & sequen. versic. ad quintum. vol. 5. Contra verò grati ciues, inter quos societas quædam, & mutua beneuolentia cadit, & quorum amicitia fundatur in communione ciuili, vt per diuum Thomam secunda secundæ. quæstio. 26. art. 8. non quærunt vltionem, immemoresque sint iniuriæ. Leui. 9. Non quæres vltionem &c. Et scribit M. Tullius Attico. libro. 9. Nihil viro bono, & quieto ciui magis conuenit, quàm abesse a ciuilibus controuersijs. Ciuitas inquit Plato in suis definitionibus, est domicilium multitudinis hominum, qui communibus decretis vtantur, multitudo hominum, qui sub eadem lege sunt: Ciuitatis virtus optimæ Reipub. constitutio. conciuis conciues docet, exemplo Domini nostri. Matthæi cap. 13. ad fi. Et veniens in patriam suam docebat eos in sinagogis eorum. Gratus ciuis pro conciue mori paratus est, exemplum habes Machabeo. cap. vlt. præcipit autem Iudas, qui per omnia corpore, & animo mori pro ciuilibus paratus erat &c. Grati ciues sunt quasi vir vnus. Iuxta verba Iudic. cap. 20. in princ. Et pariter congregati quasi vir unus. & post, Conuenitque vniuersus Israel ad ciuitatem quasi homo vnus, eadem mente, vnoque consilio. & iuxta illud, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. 1. ad Corinth: 3. cap. 2. post princip. de sum. trini. & fi. catho. Grati conciues Israelitæ, quorum pijs præcibus Ionathas, qui contra regis ædictum fauum mellis ante vesperam comederat, & propterea morti condemnatus fuerat, quia illa ipsa die philisteos deuicerat, salutemque in Israel fecerat, a morte liberatus est. 1. Reg. c. 14. & 22. q. 2. §. fin. Grati ciues Romani pepercerunt conciui M. Horatio, qui Curiatios superauerat. historiam habes apud T. Liuium lib. 1. ab urbe condi. Dionis Alicar. libr. 3. Vale. Max. lib. 6. cap. 3. ac lib. 8. c. 1. per Cic. in ora. pro Mil. Grati conciues fuerunt Athenienses illi, qui æmuli, & capitales inimici Demosthenis ab Athenis vt in exilium iret discedentis, a quibus ipse offendi, & occidi dubitauit, illi casu conciuis, & infortunio commoti, non solum eidem infesti non fuerunt, imo omnia necessaria subministrarunt, omnesque auxilium porrexerunt. Ipse verò Demosthenes nunquam postea destitit illos laudibus extollere. Gratus, & liberalis erga cociues Cimon Atheniensis, qui hostiles exuuias conciuibus suis contulit, quique suis famulis iubebat, vt si quem paupertate laborantem reperirent, eum collata furtim pecunia adiuuarent. Agrorum suorum, & prediorum sæpes auferri iussit, vt omnes fructib. impunè vescerentur. autores Plutar. & Lactan. de verò cultu. Grati, & boni ciues iuxta dogma Apost. ad Rom. cap. 12. & 1. ad Corin. c. 12. vnum corpus representare debent membra multa habens: Si dixerit pes, non sum manus, & auris non sum oculus, non ideo non erunt de corpore? Non sit igitur schisma in corpore, sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint mèbra, & quod vnum membrum patitur, compatientur omnia membra, siue glorietur unum membrum, congaudeant omnia mèbra. Sic ciues vnus corpus esse debent, mèbrorumque quodlibet alteri prodesse conuenit. Quidam ciues oculorum officio funguntur, docendo (vt præmisi) alios, conciuibus consilia prestando, eosque dirigendo. Nonnulli aurium officium habeant, audiendo bona consilia, & discendo. Qui sunt in actione mercatores, artes mecanicas exercentes, rustici, & id genus, manum, & pedum officium retinent. Capitis officium exercent, qui regunt, gubernant, iurisdictionem exercent, bonos præmijs afficiunt, malos puniunt: Sic ciues concordes erunt: sic pax, & unio seruabitur: sic crescent, extollentur ciuitas, & ciues.

De Ingratitudine ciuitatum inter se.

CAP. XXX.

Ciuitatibus, inter quas cadit ius quoddam politicum, s. sua coicandi inuicem, pacem inter se seruandi: atq; etiam se defendendi, mutuum quoque fœdus inest. Tria regna, & tres gubernatæ regno ciuitates, legibus communiter de imperdo, parendoque positis, iurarunt inuicem. Reges quidem, ne genere, aut tempore progrediente violentius regnarent: populi autem, si reges iusiurandum conseruarent, ne vnquam regna labefactarent: imò verò defenderent si quis vnquam aggrederet. Reges quoq; regib. & populis: atq; et populi populis & regib. se ad mutuo propulsandas illatas iniurias iuro astrinxerunt. Item vt duæ simul contra vnam insurgerent, quæ positas leges transgrederetur. Hæc inuenies apud Platonem in 3. dialogo de legibus. libro 34. subdit postea idem Plato, quod ex tribus ciuitatum constitutionibus duæ cito & disciplinam ciuilem, & leges perdiderunt. Confœderatas nonnullas ciuitates populo Romano recenset Vlpia. in l. 1. ff. de censib. De confœderatis, & quòd fœdus sit duplex vide Bal. in auten. & omnino. num. 9. C. ne vx. pro mari. Ciuitatem collectã ciuium multitudinem ad iure viuendum iuxta sententiam omnium describamus. Scribitur Lucæ c. 21. Surget regnum aduersus regnum: Ingratitudinem ciuitatum inter se duobus modis considerari posse asserimus: vel quia inter se finitimæ ciuitates altera alteri dominari quærant, sicut Lacedemone, & Creta, ad bellum ordinata erat disciplina iuuentutis, & legum multitudo. Item apud Scytas, Thraces, & alios, de quib. apud Aristo. politico. libro septimo. capit. secundo. Ninus Assiriorum rex finibus suis nunqnam contentus, humanæ societatis fœdus corrumpens, aliena vastauit liberos populos aut truccidare, aut subijcere curauit. Isido. Etimo. libro secundo. c. 1. de Bello. Et circa Gallos scribit Cæsar lib. 6. Belli Galli. Ciuitatib. maxima laus est quam latissimas circum se vastatis

statis finibus solitudines habere: hoc propriũ virtutis existimant expulsos agris finitimis cædere, neque quenquã prope se, audere consistere, simul hoc se foro tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis timore sublato Cõtra eosdem gallos citari possunt carmina illa Lucani, O male vicinis hæc mœnia condita gallis. O tristi damnata loco. Hodie exempla ponere possumus inter diuersa oppida finitima hic apud Samnites, vbi hæc scribo: Circum circa enim fines Beneuentanos. Finitimi plura terræ iugera, imò villas, castra, & oppida inuaserunt, quæ vt recuperem, & meæ ditioni, ac gubernationi Beneuẽtanæ incorporem, pro virili pugno. Hæc cum ne legitima, nec iusta censenda sint, ferocitatem ac tirannidem quandam sapiunt. Ciuitas, vel vniuersitas occupando possessionem alterius incidit in pœnam, si quis in tantam. C. vnde vi. vt per Cyn. ibi colum. 4. & Alberi. colum. 2. in fin. & hanc communem, & verã opinio. testatur Iacob. Menoch. Remed. 6. recuperan. numero 123. Altero modo ingratitudo inter ciuitates, & oppida considerari potest, & hæc quidem proprior, & maior dicitur, si duæ ciuitates inter se confæderatę, amicitiaque iunctæ sint, ac solitæ vna alteri auxilium præstare, & succurrere, altera deficiens ingrata censebitur. De ijs fœderatis ciuitatibus, vel oppidis loquitur Sueto. in Caligula. *Domi, forisque (inquiens,) ciuilis, libera ac fœderata oppida sine lictoribus adibat*. & M. Tullius in Oratione pro Archia poeta. Si fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent &c. De ijs habemus tex. in l. postliminij. §. in pace quoque postliminium datum est, nam si cum gente aliqua neq; amicitiam, neque hospitum, neque fœdus amicitiæ causa factum habemus. & in l. non dubium. & vtrobique declarat Bud. ff. de capti. & postlim. reuer. De ijs etiã intelligendus est tex. in l. postliminium. versi. Sed si in ciuitatem sociam amicamu. ff. eod. In gratiè olim Allobroges populi citra Rhodanum fluuium, nunc Sabaudienses appellati. Itẽ Auerni, seu Aruerni populi interceltas finitimi Heduis, populo Romano prout per M. Tulliũ in Oratione, licet truncata pro M. Fõteio. Ingrati populi ferè omnes Græci, qui Eritrenses, & Atheniẽses ab aggressione exercitus Regis Darij defendere recusarunt, bene secum agi putãtes si periculum præsens euaderent, vt in oratione Socrates in Menexeno Platonis. At magis ingrati deinde ijdem Græci apparuerunt, quippe qui pro acceptis beneficijs iniuriam retulerunt, dum societatem cum barbaris inirent, nauesque, quib. fuerant seruati, diriperent: dissiparentque, ac diruerent muros, quibus Ahenienses mœnia illorũ ne corruerent quandoque defendissent. Ingrati Albani in Romanos, qui iura confœderationis, & subiectionis frangentes, turpissima proditione vti tentarunt. prout in orationibus Metij Suffetij, & Tullij Hostilij, quas in uenire licet apud Dionisium Alicar. lib. 3. Rerum antiquarum Romæ. Ingrati Cartaginenses erga eosdem Romanos, a quibus toties debellati defecerunt, iura, & religionem confœderationis pacis, pactorum ac iusiurandi fregerunt. Confœderatos, & subditos populi Romani etiam ex professo insequentes, & dolose, ac tirannicè interficientes, eorum bona, res, & oppida depopulantes, & vsurpantes, aliaque enormia, ac nephanda perpetrando. de quibus in oratione Publij Cornelij senatu Romano recitata, quam habemus apud Appianum Alexandr. in historia belli Carthaginen. Romani: item non caruissent aliqua nota ingratitudinis, si uera fuissent obiecta contra eosdem per Annonẽ Gellam Cartaginensem, quæ legere licet in illius oratione apud eundem Appianum vbi supra. Verum illius omnia argumenta diruta, & sublata reperies in sequenti oratione Catonis Censorin. consulis Romani, qua cõmoti, & persuasi, Cartaginem delerunt, & funditus euerterunt. Ingrata Messana, quæ Romæ socia, Verri-vni scelerato ciui Romano adhærens, infinitos Romanos perdi consensit. vt apud M. Tullium in illa pulcherrima oratione in Verrem Actiõ. vltim. sub ijs verbis. Non intelligebat miser, nihil interesse vtrum hic Mesanæ, an apud ipsum in prætorio loqueretur, nam vt ante uos docui hanc sibi iste vrbem delegerat quam haberet adiutricem scelerum, furtorũ receptricem flagitiorum omnium socium. Ingrati Ionæ in Athenienses conditores suos, & à quibus sæpissimè seruati fuerant, de quibus supra in præfa. huius tractatus. Rursus qui socios non defendunt, ab iniurijsque non eximunt, ingrati, & iniusti habentur. c. fortitudo. ibi vel a latronibus socios. &c. non inferenda. versi. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest. 23. quæst. 3. Ingratos Sybarites, & gratos Milesios, ac Athenienses comperies apud Herodotum libro. 6. qui Ερατω inscribitur, & apud Bud. in Annot. in pandect. super l. postliminii. ff. de capti. & postlimin. reuer. in hæc verba, Milesiis autem in hunc modum a persis affectis Sybaritę, qui vrbe sua exacti Laum, & Scidion incolebant, gratiam parem non rependerunt. si quidem Sybari olim capta a Crotoniatis, Milesij omnes puberes capita rasitare instituerunt, in gentemque luctum præferre, ob calamitatẽ Sybaritarum: duæ enim illæ ciuitates omnium, quas nouimus, maximè inter se hospitio coniunctæ fuerãt. Non sic autem Alemenses vt Sybaritæ, qui cum manifesta alioqui indicia condelescentiæ multifariam eam ob causam dedisset. Insuper phrynico tragœdiam de Myleto capta scribente, per Scenicosque ædente, cũ theatrum ipsum in lacrymas versum esset, ipsi Atheniẽses poematis autorem mille dracmis mulctarunt, tanquam proprias eorum calamitates cõmemorasset. Grati Israelitæ Gabaonitis, a quorũ occisione propter societatem, licet calidè initam, vel propter iusiurandi præstiti religionem, ne illud violare viderentur, abstinuerunt. Iosuè cap. 9. Grati Lacedemones erga Eritrenses, & Athenienses, quibus opem tulerunt erga quingenta hominum millia regis Darij, vt per Platonem in Menexeno, qui tamen Lacedemones putantes deinde Athenienses libertatis defensores cõcidisse, opus vero suum fore post hac ut alios subiugarent sen-

sententiam mutarunt, ciuitas verò Athenarum postea etiam contra decretum factum ne amplius tueretur græcos, auxilio suo liberauit a seruitute. prout per Platonē vbi supra in Menexeno. Gratæ inter se urbe nr̄a, & Macedonia, prout apud M. Tullium in Oratione pro M. Fonteio sub ijs verbis, Primum obiicitur contra illorum impetus Macedonia fidelis, & amica populo Romano prouincia, quæ cum in se, ac suas vrbes non solum consilio, sed etiam manu Fonteij conseruatam esse dicat, vt illa per hunc a Thracum aduentu depopulatione defensa fuit, sic ab huius nunc capite Gallorū impetus terroresq; depellit. Itē vrbs hæc, & Segestana, ac Cēturpina ciuitates, de quib. M. Tullius Actio. 7. in Verrem. Quid ciuitates, (inquit) quę in amicitia, fideque populi Rom. perpetuò manserant? vbi Segestana? vbi Cēturpina ciuitas? quę tum officijs, fide, uetustate, tum etiam cognatione populi Rom. nomen attingunt. Iterum: Quid verò illa Segestanorum non solum literis tradita, neque commemorata verbis, sed multis officijs illorum vsurpata, & com probata cognatio &c. Gratæ etiam Narbona Galliæ ciuitas, seu Narbo Martius finitima Tolosatibus, ac Massilia erga Romanos, de quibus apud M. Tullium circa princip. orationis pro M. Fonteio. Grati item Romani, & sicut etiam testatur M. Tullius in Verrē Actio. vl. dum inquit, Hic cuncti Siculi fidelissimi atque antiquissimi socij, plurib. affecti beneficijs a maioribus nostris. Iterum, ad eam ne rem fuit hæc suburna, ac fidelis prouincia Sicilia, plena optimorum sociorum, & honestissimorum ciuiū Romanorum, quæ ciues romanos, ciues Romanos omne, suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit: & parum post. Huccine tandem omnia reciderunt, vt ciues Romani in prouincia populi Romani falces, & secures haberēt, deligatus in foro cederetur &c. Grati ijdem Romani, & Iudei, qui fœdus & amicitiam inierunt & conseruarunt, prout. 1. Machabeo. cap. 8. & 14. Grati denique Romani ipsi erga omnes socios, omnes amicos, omnes confœderatos, prout videre est apud omnes historicos. & probatur ex alle. cap. 8. Machabeo. 1. vbi legere est, Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, confirmauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna, quæ erant proximè, & quæ erant longè, quia quicunque audierant nomen eorum, timebant eos, quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant &c. & M. Tullius in Diuinatione, seu actione 1. in Verrem, inquit: Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum, pulcherrimumq; ducebāt, ab hospitibus, clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam populi Roma. ditionemque uenissent, iniurias propulsare, eorūque fortunas defendere Gratissimi Segūtini, Romæq; fidelissimi, in hoc tamē a christiano nō laudandi, quòd ne ab illius societate discederent, cū Punicam alterius arcere nequeuntes, publico, & communi rogo semetipsos superiecerunt. Vale. Max. est autor lib. 6. titu. de fi. publi. Recenset diuus August. lib. 3. de Ciui. Dei. cap. 20. exitium Saguntinorum opulentissimorum, & Romanæ Reipub. charissimorum, qui famæ conabuerūt deinde in rogum ardentem ferro etiam trucidatos omnes, se, suosque miserunt. Petilia item ciuitas ab Hannibale obsessa fuit, cui propter recentem cædem Canensem, à Romano senatu succurri non potuit, eidem permissum fuit, vt faceret quod vtilissimum eius incolumitati videretur: liberum sibi erat Carthaginēsium gratiam amplecti. Petiliani tamen pertinacissimè in muris constiterunt, expirauitque prius tota ciuitas, quàm ulla ex parte Romanæ societatis respectum deposuerit Idē Val. Max. præalle. tit. de Fi. publi. libro 6. Liga facta inter duas ciuitates ad quinquennium, an finito quinquennio si sibi præstent ad inuicem fauorem, & auxilium, liga tacitè renouata censeatur? Videtur affirmatiuè respoudendum, argum. tex. in l. item quæritur. §. qui completo. ff. loca. Negatiuè conclndendū est prout per Bal. de pace Const. in versic. Item societatem. sequitur D. meus Phi. Dec. con. 470. visis num. 7. De confęderatione, & adhęrentia, & quòd fieri possit absque licentia & consensu principis, seu Imperatoris, voluerunt Bar. in extrau. seu super constitu. qui sint rebel. in versic. occulte. ac Bal. in cap. primo. in 2. lectu. numero 9. de iudic. ubi etiam dixit, ciuitatem posse se alteri submittere, ut ab ea defendatur. Sequitur Brun. consi. octuagesimosexto, num. 2. qui consuluit, Marchiones Incisæ Imperij vasallos potuisse adhærentiam facere cum duce Mediolani, quod etiam voluit ide Bald. consi. 369. quæritur primo an vasallus. libro primo. De adhęrentibus tractat etiam Iacob. de S. Georg. in Inuesti. feuda. in versi. de Adhærentibus. Dum essem Pisis primarius in Iure Canonico professor, interrogatus a nonnullis Illustrissimis Dominis Marchionibus de Malespina, qui adhęrentiam (ut ipsi vocant) fecerunt cum magno duce Etruriæ pro tutela, ac conseruatione eorum terrarum, & castrorum, an ipsorū oppidorum, & vasallorum iurisdictio transiret in illum dominum, quem per cohęrentiam, & confęderationem recognoscunt in superiorem, & cōsequenter an hominibus terrarum de Malespinis possent imponi collectæ, & alia onera per eum cui facta est adhærentia? respōdi negatiuè, quod & voluerunt Roma. consi. 444. colum. 2. Iacob. de San. Georg. in alle. ver. Adhærentibus. column. 2. versicu. subsequenter quęro de notabili, concludens Marchionem Conę ex adhęrentia, quam fecerat cum Duce Aurielanen. non transtulisse in eum iurisdictionem. Idemque respondit Bal. consilio 482. In tres marchiones. libro tertio. Sozzi. consilio septimo, colum. 2. versic. vndecimus. & consilio 74. colum. 3. versic. Pręterea dictum castrum. lib. primo. Brun. consi. 86. num. 3. & sequē. Natta consil. 301. lib. 2. & Cagno. in prohe. ff. in princip. numero quadragesimosexto. Sequitur q non possint imponi collectę contra homines villę Franchę & aliorum castrorum Illustrissimorū Thomę, ac Nicolai eius filij, Bartholomęi aliorū Dominorum de Malespinis, qui regium animum pręseferentes, omnibus fluctuantib. ac oppressis opem,

opem,& auxilium præstant, & sunt liberalissimi hospites omnium illuc pertranseuntium. Indicere enim collectas non licet nisi ciuibus, & incolis tantum,& id facere, est de regalibus.c. 1.vbi omnes.quæ sint regal.& voluerunt Bar.in l.1. numero vigesimoquarto,& sequen. C.de mulie. & in quo lo.lib.10.Sozzi.consi.9.lib.3.colum.j. aller Sozzi.Iun.consi.98.num.16.lib.3.Paris.cõsil.25.num.1.libro primo. Alcia. respon.493.numero 4.vbi quòd similia imponi non possunt nisi ab obtinentibus regalia. Et in specie collectas imponi non posse ab adhærentibus. voluit Nat. consi.201.lib.2.Et adhærentia, seu recognitio huiusmodi solum recognoscenti,ac adhærenti,& nõ subditis, seu aliis obesse potest, per quo adducitur tex. in cap. post electionem.de con. præben. Alcia.respon.178.num.2. quem sequitur Maria. Sozzi.Iun.consil.65.lib.3. Adhærentes autẽ dici possunt, qui sunt vnius voluntatis, cuius est principalis. Docto.in cap. Apostolicæ.de re iud.lib.6. & post Angel.consil.226.colum.5.Misinge.cons. 213.De ead.nu.24.

De Ingratitudine filiorum in parentes.

CAP. XXXI.

INgratitudinis alia species est, & quidem frequentissima, filiorum in parentes, quæ etiam impietas nuncupari solet, seu illam sub impietate contentam asseramus.l.1.cum alijs.ff.de obse.alibe.& libert.paren.& patro.præstan. Plato dialog. 9.de Legib.dum de pœnis parricidæ tractat, inquit, Multis legib. reus fit, qui patrẽ necauit, nam vltimis supplicijs cædis, impietatis, sacrilegij subiectus erat, quia sacrilegio, genitoris animam abstulit. quod etiam sensit Caie. super diuum Tho. secunda secundæ.quæst.108.articu.4.ad secundũ Filio semper persona patris honesta,& sancta videri debet.l.liberto.ff.de obse.alibe.& libert.præstan.Plato lib.34.dialo. 4. de Legib. postquam de cultu diuino loquutus est, de filijs erga parentes tractans, inquit: Demum viuentium cultus parẽtum, quibus fas est prima, & maxima debita omnium antiquissima debitorum, persoluere: putare enim quisque debet, omnia quæ possidet, eorum esse, qui genuerunt, & educarunt, ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrari debeant, primũ quidem externa bona, deinde etiam corporis, postremo, quæ ad animum pertinent: hæc omnia uidelicet mutuo data persoluens, & pro curis, doloribusque priscis parentum erga se iuuenem, in senecta reddens, quando maximè indigent &c. Cõcludo, quòd filius patri semper debet, & quicquid egerit nil vnquam ei dignum fecerit. Aristo. ad calcem 8.lib.Etico.de retributione filij erga patrem,& an filius in retribuendo patrem excedere possit. Et pro concordia Aristo. & Senecę, ac pro alijs huic spectantibus vide omnino Io.de Ligna.in tracta. Amicitię.de retributione filij erga patrem. & nonnulla huc spectantia ad calcem huius cap. subijciam. Parentibus non obedientes, ingratos & scęlestos vocat Apostolus. 2.ad Timoth.3. Hanc ingratitudinis speciem inuenies Genes.c.9. versus fin.vbi ingratus,& impudens cham, patris ebrij turpitudinem fratribus nunciat: Sem autem & Iaphet grati, & probi, ac pij verenda patris operiunt. Absalonis ingratitudinem, qui Dauidem patrem & regno, & vita priuare tentauit habes 2.Reg.cap.15.cum alijs sequen. quem tamen Dauid pijssimus pater flens, & plorans clamabat, Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat vt moriar pro te? 2.Reg.cap. 18.in fi. & cap.sequen.Ingrati filij Iob.cap.19.Et orabam filios vteri mei, stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. De ingratis filijs scribitur prouerbio. cap. 30. Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ suffodiant eum corui &c. Item Michæ. cap.7. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrẽ suam. Ardiæus, in quadam Pamphiliæ ciuitate tyrannus, patrem senem interfecit. Plato dialo.10.de Republ. Impijssimæ Tulliæ facinus, quæ vehiculum supra corpus patris Seruij Tullij Regis Romanorum occisi transiri iussit, quo celerius in complexum Tarquinij, illius interfectoris veniret, habes apud T. Liuiũ lib.1. ab urbe condi. versus fin.& apud Val. Max. lib.9.cui titulus est, Dicta improba, aut facta scelerata. Alexander magnus omnium insolentissimus fastidiens nominari Philippi Regis filius, Iouem Ammonium patrem asseruit, seque Iouis Ammonis filium nominari iussit. Val. Max.de superbia. lib.9.Ingrati filii Oedipi patrem contemnunt, Oedipus ea illis est imprecatus quæ aiunt exaudita. Plato libro 6.qui inscribitur Alcibiades secundus circ.princ.rursus dialo.11.vbi etiam de Oedipo ac de Amintore, & Theseo, qui maledixerunt filiis. C.Turranius latentem patrem a Triunuiris, proscriptum, centurionibus, qui eum sequebantur, non solum indicauit, sed eius quoque vultus & oris lineamenta, ac ętatis tempus, quibus cognosci posset, aperuit, & qui ab inimicis occultabatur ab impio filio proditus fuit. autor est Val.Max.de Imurobe dictis, aut factis. Similis C. Turriano Tullius Annalis, de quo vbi supra. Mitridates item de regno cum patre certare voluit, paterque, morte præuentus sceleratam filij cupiditatem adimpleuit. Val.Max.d. tit. vbi etiam non absimile scelus Saliauustris filij Tigranis regis subijcit. Præfatus Mitridates tantæ fuit impietatis, vt (autore Celio) matrem, fratrem, filias tres, ac totidem filios interfecerit. P.Malleolus (teste Liuio) matre interrempta, primus omnium insuto culeo, in mare præcipitatus est. Nero Imperator, hominũ omnium quod terra tulit crudelissimus, Agrippinæ matri, illius quæ vitę diuersas parauit insidias, filialemque tandem amorem simulans, quasi præteriti odij pœnitens, matri redeunti obuians, eam amplexatur, eam associat, eamqne in quadam naui fraude confecta, vt statim immergeretur, collocauit: nauis Agrippinæ interitui parata, plumbo occulto grauis Micenas profectura immergitur, dumque

dumque ipsa Agrippina aliquorum opera euasis-
set, nonnulli ex Neronis mandato eam remis
petiere, vulneratamque in mare proiecerunt, &
& dum illa ab existentibus in littore auxilio sibi p
stito euasisset, ad ipsius villam apud lacum Lucri
num ducta, opera tandem Neronis filij impijssi-
mi malleo in capite percussa obijt. Sueto. addit eã
antea filio stupro contaminatam. Aiunt nonnulli
illam interfectam eundem Neronem videre vo-
luisse, cadauereque illius aperiri mandasse, vt etiã
interiora suspiceret, & locum vbi ipse natus erat.
Horestes etiam matrem interfecit, nonnulli dicũt,
quòd pro vindicanda morte patris id fecit, & q
statim furijs agitatus, insanierit: Alij, quòd iam il
le stultitia præmebatur: videre poteris Hor. serm.
lib. 2. Saty. 3. Nec ferro vt demens genetricem
occidit Horestes &c. & Platonem lib. 6. qui in-
scribitur Alcibiades secundus. Horeste nomen re
ctè impositum videri inquit Socrates, siue aliqua
sors illi prænomen dedit, siue poeta quidam feri-
nam euis naturam, agrestemque, vt & montanam
nomine eo significans. vt per Platonem in Craty-
lo, vel de recta nominum ratione. De oreste loqui
tur Ouid. libr. 1. Elegiar. Et vindex in mare &c. So
lon cum interrogaretur, cur nullum supplicium
constituisset in eum qui patrem necasset, respõdit,
se id neminem facturum putasse, sapienter fecis
se dicitur, quũ de eo nihil sanxerit, quòd antea cõ-
missum non erat, ne tam prohibere, quàm admo
nere videretur: Hæc habes apud M. Tullium in
Oratione pro Roscio Amerino. Idem in eadem
oratione inquit. Nullũ supplicium satisgraue re-
periri potest in eum, qui mortem obtulerit paren
ti, pro quo mori ipsum, res si postularit, iura diui
na, atque humana postulant? Et adeo monstruo
sum, & atrox est crimen huiusmodi, vt nemo par
ricidæ supplicio misericordia commoueatur. Idẽ
M. Tullius Tuscula. 4. Quod factum est vt legisla
tores grauissimas pœnas in facinorosos huiusmo
di statuerint. de quibus toto titu. ff. ad leg. pomp.
de parrici. l. vni. C. de ijs, qui paren. vel libe. occi.
& Insti. de pub. iudi. §. alia deinde. Plato dialo. 9.
de legib. in parricidas inuehens, inquit, Nam vlti-
mis supplicijs cædis, impietatis, sacrilegij subie-
ctus erit, quia sacrilegio genitoris animam abstu-
lit: Quare si possibile esset sæpius aliquem mori,
iustissimum esset sæpius parricidam interfici: Nã
cui ne pro defensione quidem sua, si a parentibus
videtur se interfectum iri lege vlla conceditur, vt pa
rentes a quibus in lucem editus est, interimat, sed
omnia potius sustinere præcipitur, quàm quic-
quam huiusmodi facere. Hoc vltimum ego nõ ita
absolutè concederem, vt filio non sit permissa de
fensio, quæ est de iure naturali, & diuino. Impro-
boque quod prius dixerat Plato, quòd si pater an-
tequam mortem obiret sponte filium interfectorẽ
suum a cæde liberasset, quòd mundus, purgatus,
& immunis euadat. Præfatam conclusionem q
interficiens parentem pœna capitali puniatur,
amplio ex sententia eiusdem Platonis, quam po-
stea subijcit in hæc verba: si parentes filius, aut ser
uus dominum consultò similiter vulnerauit, atq;
ita fecisse cõdemnatus fuerit, scelus morte luat, &
sic vulnerans parentem animo eum interficiendi,
ex mente Platonis pœna capitali puniendus est.
Hoc quæsitum ad partes disputabile est, diligen-
tiorem discussionem requirens. An autem filius
interficiens patrem bannitum iuuetur statuto p
mittente bannitum occidi? disputant Dyn. Bar. &
Ange. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff.
adulte. de quo etiam videatur per Felyn. in cap.
quæ in ecclesiarum. colum. 2. in 2. casu de constit.
& per Rui. consil. 4. post numerum 19. volum. 5.
Tandem sciendum est prouerbium fabulam, seu
sermonem esse, vt si quis patrem morti tradidit,
ipse postea certis temporibus violenter a filijs oc
cidatur, iuxta Platonis sententiam, dialogo 9. de
Legibus. Dum autem subdit idem in interimente
matrem, eumque necessario a filijs suis interem-
pturum, æquiperationem comprobo, necessitatẽ
autem excludo, multoque magis damno quæ iux
ta opinionem gentilium subnectit de purgatione,
& abstersione maculæ, & lustratione animæ. Con
tra verò filij grati parentes honorant, illisque obe
diunt, iuxta quartum præceptum diuinũ, de quo
Exod. cap. 20. Malach. cap. 2. Et ad Ephes. cap. 6.
in princ. l. veluti. ff. de iusti. & iur. & toto titu. ff. de
ob seq. a libe. paren. & patro. præstan. Filij grati pa
rentibus quæ debent tribuunt. Aristot. Etico. li. 8.
cap. 7. & 11. cap. subdit, Etenim causa essendi pa-
ter, quod maximum esse videtur, & enutrionis, &
eruditionis. & post, Quapropter & honorantur
ipsi parentes. & lib. 9. cap. 2. idem inquit, Videtur
autem parentibus maximè alimentis filios vt de-
bentes opitulari oportere, & honestius est his, qui
causa sunt essendi, quàm sibi ipsis subuenire. Et q
filius patrem inopem alere teneatur, probat textu
in l. si quis. a liberis. §. si impubes. §. pares. & §. seq.
ff. de agno. libe. l. j. & 2. C. de alen. libe. Cic. in Ora
tio. ad Senatum, post redditum. Parẽtes (inquit)
charissimos habere debemus, quòd ab his vita, pa
trimonium, libertas, ciuitas tradita sit. Amplio, ut
filius patrem, etiam excommunicatũ alere teneat.
Nel. de Bannit. in 1. par. 2. tempo. in 8. quæst. ante
numerum 49. versic. pro hoc. quia filius tenetur
alere patrem excommunicatum. Vmber. in Iudi-
cia. Inquisi. in ver. filij. versic. Filius tenetur. num.
16. Ampliat ibidem, vt etiam hæreticum alere
teneatur. Exempla gratitudinis erga parentes ha-
bes Genes. in cap. 45. cum Iosephe erga Iacob pa-
trem, item Salomonis regis erga Bersabee matrẽ
3. Reg. cap. 2. Et surrexerit rex in occursum eius,
adorauitque eam, & sedit super thronum suum,
positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad
dexteram eius &c. Item pij Aeneæ, qui patrem
Anchisem propriis humeris vt ab incendio, &
excidio Troiano liberaret, portauit. vt per Virgil.
in Aeneid. His humeris &c. Ad quod allusit Mar-
tia. dum dixit, substulit hic patrem, loquẽs de Ae-
nea, substulit ille matrem, loquens de Nerone. ille
enim substulit, in humeris portauit, hic substulit
ferro, quia matrem necare fecit. Anapis item, qui
& Anapias Emathius, & Criton Amphionis filij
sublatos parentes humeris per medios ignes Æt-
næ

næ in Catinenses agros sparsos euexerunt, sepulchri locus nuncupatus fuit campus piorum, vt inquiunt Aristot.in lib. Mirandorum in natura.ca. 3. Virgil.ad calcem.lib.6. Solyn.cap.9. Syllius, Tũ Catanæ nimium ardenti vicina Tipheo. Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres. De Ænea etiam, & istis Claudia. Quòd si notus amor prouexit in astra lacones, Æneam phrigio raptus ab igne pater. Curiolani item (de quo alibi verba fecimus) erga matrem, quem nec oratores Romani, nec sacerdotes, nec tota vrbs nostra potentissima flectere potuit, sola Victoria mater flexit, illũ que concepto erga patriam odio, a bello fœliciter suscepto, à proxima, & imminenti victoria remouit, & reuocauit, ac ab inceptis desistere, pedemq; referre coegit. Scipio adhuc puer, patrem pœnis hostibus circumseptum apud Tycinum, seu Trebiam liberauit. Autores Liuius ac Statius li.3. Sylu. Quique tenet sęuis genitorem Scipio pœnis Abstulit. Quem, & L. Mãlium Torquatum. M. Cottam, & alios habes apud Val.Max.tit. de Pietate erga paren.li.5. Claudię item virginis vestalis gratitudo, & paterna pietas tantum valuere, vt dũ ipsa patrem ex decreto Senatus triumphantem, & ad capitolium progredientem a quoda Tribuno plebis ad inuidiam triumphum impediri cerneret, eo quod assereret illum triumpho indignũ, rursusque eundem Tribunum ipsum triumphãtem e curru remouere, & extrahere conantem perspiceret, eadem sexus, & ornamentorum oblita, furore plena impetum in turbam faciens, sibique viam parans, sese inter insolentiam Tribuni, ac patris gloriam interponens, incredibili fortitudine animi, & corporis tribunum repulit, patremq; immunem aui, & iniuria seruauit, vtq; eius triũphus in capitolium liberè ascenderet, egit. Athis filius Cresi, quum esset natura mutus, vbi tamen vidit hostilem gladium imminentem paterno iugulo, solutis dentiumclaustris, prorupit in verba, quib.docuit affectum animi sui. author Gellius. Cleobis, & Biton fratres Argiani sacerdotem matrem suam currui insidentem, equorum penuria ab oppido traxerunt ad phanum, seque iugo alligarunt, quod ius esset sacerdotem ipsam ad sacrificium curru vehi. Cice.libr. 1. Tuscula. quæst. ac Claudia. Si verus argolicos illustrat gloria fratres, qui sua materno colla dedere iugo. Verum licet parentibus æquiualens reddere non possimus si in beneficij recompensatione effectum consideremus, vnde dicit philosophus ad calcem 8.libr.Etico. Neque enim in omnibus est, vt in honoribus erga Deos, atque parentes, nemo enim vnquam dignum reddere potest, sed qui quo ad potest obsequitur, bonus, & æquus esse videtur: potest tamen maius filius patri retribuere, inquit Seneca 3.de Benefi. versus fin. vbi plura exempla filiorum gratorum subijcit: Generale autem est, tã quo ad filios, quàm seruos, libertos, vasallos, vxorẽ quòd ea, quæ debentur ex necessitate, vel officio ita iubente lege, non debeant censeri beneficia, q̃ exigant præmium, seu remunerationem. l.si seruo ff.de hæred.institu. vbi non censetur præstare beneficium, qui debitum impendit. & in l.proximè.ibi, Magis debitam libertatem pręstitit, quàm vllum beneficium in mulierem cõtulit.ff. de ritu nuptia.l.vnum ex familia.§.j.ibi, Non enim facultas necessariæ electionis proprię liberalitatis beneficium est.ff.de lega.2. Et dixit Bald.consil. 434. præmittendum.volũ.5. quòd non merentur prœmium, nisi q̃ spontè, & sine vlla necessitate fiunt. Quod si alia obsequia ab illis præstita fuerint ad quæ ex lege nõ obligantur (quorum plura in hoc cap.& alijs subijcio) & haud dubie beneficia sũt, & merita consideràda, & procemio, ac remuneratione digna. Sene.præalleg.lib.3.Benefi.differens an seruus domino, filius patri beneficiũ dare possit? pro quo habemus tex.in l.iusta. & in l. etiam. 1.ff.de manum.vindi.ac in l.1.qui ex cau ser.pro pre. liber.acci.l.æris.ff.ad leg.Fa.cid.l.in testamẽto.ff.de hæred.insti.l.si postulauerit.§. iubet lex. ibi, Ne meriti collocandi.ff.de adulte. Tiraq. in l. si vnquam.in ver.donatione largitus. nume.106. C.de reuoc.dona. Nec grati filij parentes negligẽt si ad amplissimas dignitates peruenerint, vel illis fortuna plusquam parentibus fuerit, iuxta sententiam M. Tullij in Lælio. Si quàm præstantiam (inquit) virtutis, ingenij fortuna consecuti sunt, non nulli impartiant ea suis, communicentque cum proximis, vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores, vel animo vel fortuna eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati &c. Gratus filius fert patrem suũ alioqui contra eum adduci posset Terentij sentẽtia in Heautontimoru. Actu primo scęna prima, Nam quem feret, si patrem non feret suum? Filius a patre exheredari potest, non contra, quod ẽt elicitur ex verbis philosophi ad fin.lib. 8. Etico. Qua propter videbit patrem quidem non licere filio abdicare, filium autem licere patri, &c. Ingratitudinum causas propter quas filius ex hæredari potest, habes in auth. vt cum de appella. cogno.§. causas.& per glo.in c.quintanallis.de iuretur. Aduertendum est, quod licet sint appresse 15. causæ tamen idem erit in alijs causis similibus, vel grauioribus. ita in terminis Abb.in alle.cap. quintauallis, quem ibidem alij sequuntur. Idem concludunt Aluarot.& Prępo.in §.prædictis.in titu.quæ fu.pri.cau.bene.amit.& Angel. in l. lex Cornelia. in princip.ff.de iniurijs. Alex.in l.si quis id quod. colum.4.ff.de iuris.omn.iudi.ac consi.203. super themate, & dubijs. lib.2. Hyppo.de Marsi. singu. 78.& latè Ias.in authen.non licet. C.de libe.præt. vbi concludit, quòd filius proditor patriæ potest per patrem ex eo capite exhæredari. Sciendum est quòd de iure antiquo, siue expressa esset causa ingratitudinis in exhæredatione, siue non, valebat testamentum, nisi filius probaret se gratum: lex.n. tantum confidebat de patre, quòd præsumebat, eum non exhæredas se sine iusta causa. l. in suis. ff.de libe.& posthum.61.& toto tit. ff. de inof. testa.l.1.ibi probationes debent præstare, quòd obsequiũ debitum &c. C.eo. Hodie de iure nouo requiritur ꝙ pater filium exhæredet, & causam ingratitudinis ponat in testamento, & postea illa per hæ-

hæredes probetur, aliàs testamentū irritum erat auth. vt cum de appel. §. causas, & §. aliud. auth. licet, C. de lib. præte. pulchrum autem dubium est an si pater maledicat filio, cum causa sufficiente puta, si in testamento dicat, Quia me verberasti, maledico tibi in æternum, videatur eum exhæredare? Bal. in prohe. Gregori. colum. vlti. versic. Item quæro. pro negatiua concludit, cuius dictū pro singulari refert, & sequitur in auten. non licet. Ias. colum. 1. versic. Nota tamen. C. de libe. præte. & in auten. nouissima. col. 7. ver. Quid autem eêt si pater. C. de inof. testam. Idem Ias. in l. si quis in fundi. num. 2. vbi etiam q̃ nec etiam benedicendo filium, ille dicitur institutus, in ijs residet cū Bald. postea ex Bal. subdit, sicut Papa apponendo in rescripto Apostolicam maledictionem nō censetur excōmunicare. in hac vlt. illatione reprehendit Bald. & idem Ias. in l. si pater tuus. num. 7. refert dictum Bal. quod postea impugnat, demum distinguit vt ibi. C. de hære. institu. idem dictum Bal. impugnat quādo specificat causā maledictionis, in l. si perceperit. num. 4. versic. Sed non credo. ff. de libe. & posthu. pro quibus videas Cate. Cot. in suis Memo. in ver. pater maledicendo. in ver. maledictio data. & in ver. Fliusfa. quia patre. ver. Sed si pater maledixit.

De Ingratitudine Emancipatorum in parentes.

CAP. XXXII.

Non absimilis erat emancipatorum ingratitudo in parentes, ac superiores, qui propter ingratitudinem acerbitatis conuicij, vel cuiuscunque atrocis iniuriæ, emancipatione rescissa damno libertatis immeritæ mulctantur. iuxta tex. in l. vni. C. de ingra. liber. & Bald. ibi, ad similitudinem vafre dicti cuiusdam philosophi cui ingrato inquit, Esto subiectus, quia es libertatis immeritus, pro quo Ias. in l. ex hoc iure. post nume. 54. versic. Similiter filius, qui fuit a patre emancipatus. ff. de iusti. & iur. Affiic. in cap. 1. in prin. nu. 4. versic. Sic etiam ingratitudo facit reuocari filium emancipatum. qui. mod. feud. amit. titu. 1. Rip. in l. fin. num. 4. C. de reuo. dona. Val. Max. lib. 2. c. 1. Specu. titu. de natis ex libe. ven. versic. Sed & liberi. & versic. sequēn. Hypp. de Marsi. Syng. 413. Ingratitudo est vitium. post num. 3. versicu. Item subijcit. M. Anto. Blan. de compromis. in 3. quest. princ. col. 2. versi. In contrarium, quòd emancipatus. Emancipans perdit, & filius lucratur, & accipit beneficium. est tex. in l. 1. C. de ingrat. liber. in l. filiusfam. §. secundum vulgarem. ff. de legat. 1. Ideo ex emancipatione pater præmium consequi debet. l. si viua. ibi præmium delatæ emancipationis. vbi Paul. Castren. C. de bo. mater. l. cum autem. & ibi Bart. & alij. C. de bon. quælibe. ac. §. hocquoque. ibi, Quasi pro prçcio quodammodo emancipationis. & ibi Ange. Areti. Institu. per quas perso. nob. acqui. latè Tiraquel. in l. si vnquam. in versic. donatione largitus. nu. 147. versi. Quæ cum ita sint. vbi alios ad idem refert. Emancipatus item propriè non dicitur amplius agnatus per emancipationem enim soluitur agnatio. §. fid. Institu. de leg. agna. tute. iuct. §. minima. Institu. de capi. dimin. in l. capitis. ff. de suis, & legi. l. tutelam. dicto titu. ff. de capi. dimi. vbi quòd desinit filius esse agnatus per diminutionem, & fit per emancipationem duæ fiunt familiæ, & duo sunt patres fam. Bal. consi. 129. consuetudo. consuetudo est. lib. 1. Et licet hodie quo ad successionem sit sublata differentia. l. meminimus. C. de legi. hæredi. non censeri debet facta redintegratio familię. M. Ant. Blan. de cōpromis. in 3. q. prin. in prin. in ver. emancipatus.

De Ingratitudine legitimati in patrem.

CAP. XXXIII.

Legitimatus in patrem, qui legitimauit, seu filium legitimari curauit, ingratus, propter ingratitudinem in pristinum naturalitatis statum, & ad illegitimitatem reduci potest iuxta singulare dictū Bal. in c. filij naturales. in fi. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. sequitur Ludo. Roman. syngu. 225. incipien. Vltimo quæritur. quod etiam voluit gl. & ibidē Bal. in l. 2. C. de lib. & eo. libe. Ias. in l. ex hoc iure. colum. 11. ff. de insti. & iur. Hypo. de Marsi. syngu. 413. incipien. ingratitudo est vitium enorme. num. 2. ac Franc. Cremen. Syngu. 19. tu scis, quòd ex omnibus. versicul. Sed quid an ex eisdem causis. Felin. in cap. nouit. col. 8. in 4. lim. de iudic. Rip. in l. fi. num. 8. versic. Sic etiam filius legitimatus. C. de reuoc. dona. Gerar. de petrasan. Syngu. 1. Curt. Iun. in tracta. Feud. in 4. par. princip. circa princ. Cateli. Cot. Memoria. in versic. Ingratitudo filij erga patrem. Tiraquel. in l. si vnquam. in versic. donatione largitus. num. 234. C. de reuoc. dona. & hæc est communis opi. Aduertendum est, quòd Bal. vbi supra distinguit; Aut quis est legitimatus per rescriptum. Aut per subsequens matrimonium, primo casu voluit, q̃ reduci possit ad primum statum: secundo non. Lud. Ro. dubitabat syn. vlti. Intellige præmissam communem opinio. in ijs, quæ ipsum patrem, ac eius bona respiciunt, in cæteris enim iudicatur filius legitimus. Paul. Castren. in l. ex facto, de vulgar.

De Ingratitudine adoptiuorum in adoptantes.

CAP. XXXIIII.

Adoptiuorum in adoptantes ingratitudo nō minus legibus inuisa apparuit, quippe qui filij legitimi, seu iusti nuncupautur, in quibus lex instar naturę operatur. iuxta text. in l. 1. & 2. & in alijs. ff. de adoptio. & adoptionem fictam, seu imaginariam filiationem esse describunt. l. adoptioues. ibi, perinde quasi ex vero fictio. ff. eo. l. 2.

in

in princ.& l.mulierem.C. eod. l. filio quem.in princ.ibi, Ne imagine naturæ veritas obumbretur.ff.de libe.& posthum.Bal.in l.si deicommissum.ff.de condi.& demonst.& consil.24.statuto.ac 146.titulus.colum.1. versicu. Respondeo ad dubia.libr.1.Alexan.in l.adoptiuum.ff.de in ius vocan.Tiraquel.de Iu. primogen. quæst.64. num.7.& sequen. Ias. in l. si is qui pro emptore.numero 213.ff.de vsucap. Adoptio (inquit diuus Tho.quæst.37.addita ad 3.par.art.1.ad quintum) fit ad hæreditatis successionem,& p quandã subiectionem adoptati ad adoptantem. Adoptio à iure diuino originem habuit, vt apparet Exod. cap.secundo.vbi filia regis Pharaonis adoptauit in filium Moysem. Ingrati arrogati erunt, qui in illas causas inciderint descriptas in §. causas.in auth.vt cum de appel.cogno.& per glo.in capi. quintauallis. de iureiuran. Inter omnes illas causas frequentior in arrogatis concurrere consueuit ea videlicet,prophani amoris erga vxorem, & filias, ac sorores adoptantis, quod quam turpe, scelestum,ac pernitiosum sit; etiam ex legibus humanis percipi potest, quę etiam nuptias,ac matrimonia inter similes prohibent.l. si qua,§.1.l.adoptiuus.in prin.& l.quod etiam,ff.de ri.nuptia.l. qui in adoptionem.ad fin.iun.glo.vlti.ff. de adoptio. Augustus à Cæsare adoptatus, & hæres institutus,illius filium ex Cleopatra susceptum,interemit. Similis huic Iugurta Numidarũ Rex in Mancipsam,a quo cum esset adoptatus, & in regni partem admissus,duos illius filios regno expoliauit,& necauit. Alphonsus Aragonæ rex à nonnullis ingratus describitur, eo quod a regina Iohanna 2.adoptatus,regnum Neapolis occupauerit,illamque priuare ac carcerare tentauerit, quæ ipsum Alphonsum titulo ingratitudinis priuatũ declarauit,prout in compen. Historiarum regni Neapo.lib.5.versus fin. Contra verò gratus fuit Aloisius tertius dux Angio ab eadem regina Iohanna cum successione regni adoptatus, vbi supra,ad fin. illius vitæ. Grata Hester pulchra nimis,& decora, quæ à Mardochæo patruo in filiã adoptata,nutrita,custodita,erudita, seruata,eundem Mardochæum seruauit,& a turpissimę mortis pœna innocentem,Deo fauente, liberauit. Hester capitu.primo.& alijs. Adoptiui non vocant in ius patres sine venia, vt concludunt omnes contra gloss.in §.sed ea omnia.Institu. de hæredi. ab intesta.& Benedic.in repet.capit. Rainutius. in versic.& vxorem nomine Adelasiam.num. 742.de testa.

De Ingratitudine parentum in filios.

CAP. XXXV.

Ingratitudo parentum in filios non videtur considerari posse. Generantis enim ad genitũ naturalis est amicitia,causaque, & faciens amat suum effectum, amorque ad suam operationem descendit, paterque dicitur causa efficiens filij, & faciens facti.prout apud Arist. 2. phisico. & apud eundem Etico.lib.8.Hyero.in episto.Pauli. Liberos,viscera parentum appellat. Hinc Ouid. in Didone,Parsq. tui latitat corpore clausa meo. Ecclesiastic.30.Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus,simile enim reliquit sibi post se. Aristo.lib.5.filium portionem corporis patris nũcupat. Ad hoc est pulcher tex.in l.cum scimus.§. vlti.vbi Luc.de pen.pro ijs plura colligit.C.de agri.& censit. lib.11.Et propterea patris ad filiũ, non est comparatio,sicut ad simpliciter alterum. Thom.secunda secundę.quæstio.57.artic.4.Amplius inesse etiam amicitia natura videturei,quod genuerit,ad id quod est ortum ab eo, non in hominibus solum,sed in pluribus etiam alijs animalibus, & his inter se, quæ sunt eiusdem generis: idem Aristo.lib.2.Magno.mora,cap.13.vbi probat,quòd pater plus diligit filium, quàm filius patrem. Et M.Tullius 3.de Finib.inquit, A natura ipsa, vt eos,quos generamus amemus impellimur. Idem lib.5. Tuscula. Bestiæ pro suo partu ita pugnant,vt vulnera excipiant, nullos impietus,nullos casus metuant. Artaxerses regnum Persarũ Dario filio cessit,quòd nihil sibi ablatum existimaret, quod in filium contulisset, sinceriusque gaudium ex procreatione capturum, si insignia maiestatis suæ in filio conspiceret. vt tradit Iusti. in princip.lib. 10. Idem fecit Ptolomæus Ægipti rex,qui regno publicè filio tradito, omni regno pulchrius regis esse patrem dicebat. Idem Iusti.libro 16. Diebus nostris vidimus Carolum V. Regum regem,& Imp eratorem inuictissimum,& vere Augustum,infinita regna in pijssimum,ac religiosissimum Philippum eius filium sponte ac libenti animo transtulisse. Seleucus Rex (quod grauius existimandum est) vxorem Stratonicam filio,qui eam miserè deperibat, cessit, vt scripserunt Appia.in eod.lib.qui Syrius inscribitur. Plutar.in Demetrio. Galen.lib.1.Prognosticorũ Hyppocratis.cap.7.ac lib. de Præcognitione.c.6. Gratum omnino ęstimo patrem similem illi Demodaco à Platone descripto.lib.3.qui Theages, seu de Sapientia inscribitur, vbi Demodacus inquit Etenim hæc mihi mei filij siue plantatio, seu generatio appellanda sit,omnium facillima extitit: educatio autẽ difficilis,& plena timoris semper, cum iis,quæ sequuntur. Codrum pro filiorum regno perijsse affirmat Plato in Conuiuio,in oratione Socratis. Verum cum in omni ætate monstra aliqua,ac prodigiosa portenta: uitiaque pessima, nephanda, ac horribilia,legique humanæ,diuinæ ac ipsi naturæ contraria Demoniaco instinctu scaturiant, pullulent, suscitentur, pace parentum optimorum nonnulla exempla huius pessimæ ingratitudinis subijciam. Supponendo etiam,quòd iura ciuilia non negauerint cadere posse ingratitudinem ascendentium in descedentes, quam iustã causam arbitrati fuerunt legumlatores. ipsos exhæredandi, vt habetur in Authen. ut cum de appel.cogno.§.iustam autem.& per Hyppo.de Marsil.syngu.413.incipien. Ingratitudo.cir.princ. Ptolomeus Philoso. Ægipti rex Memphicem filium, optimæ spei puerum in conspectu suo occidi iussit,

ſit, eiuſdemque caput, & manus, ac pedes ciſta clamide opertos pro munere natalitio Cleopatræ matri miſit.prout per Val.Max.lib.9. titu.de crudelitate. Catelina ſceleſtiſſimus, & huic ſimilis,captus amore Aureliæ Oriſtillæ, quæ illi nubere dubitabat,timens priuignum adultum ætate, filium veneno ſubſtulit, protinuſque erogo filij vnici, maritalem facem accendit. Saluſt. in Bello Catili. & Val.Max.lib.9.de luxuria. Athamas Rex Thebarum Leartum, & Euricluim liberos interfecit. Ouid.lib.4.Metamor. Deque ſinu matris ridentẽ rapit, & bis, terque per auras More rotat fundæ &c. Statius lib.2. Sylua. Toruus adhuc Athamas inſanos flecteret archus. Tantalus phrigiæ Rex, Deis hoſpitio ſuſceptis pelopem filium coctum membratim commedendum appoſuit, vt Seneca in Thieſte inquit. Exceptus gladio paruulus impio, Dum currit patrium natus ad oſculum &c. Agaue Thebana Penteum filium baccanalia deſpicientem cum cæteris mænadib. interficit. Virg. in culice. Quo quondam vecta furore venit nycti lium fugiens Cadmeis Agaue Infundans ſcelerata manus, & cæde cruenta l. Seneca in Thebaide. Idem Seneca in Oedipode, & Ouid.lib.3. Metamorph. Irenes Leonis Imperatoris vxor, Conſtantini mater, mortuo Leone ſuperſtite Conſtantino infante, decennio imperauit, à Conſtantino deinde maiore effecto, regnumque ad ſe ſpectare aſſerente, ab imperio eiecta fuit. Irenes in expertem & incautum adoleſcentem aſtutia ab imperio amouit, eumque per quinquennium incluſum cuſtodiri iuſſit: eadem denuo ab imperiali ſede expulſa, auro iterum corruptis quibuſdam nobilib. Leonis fauoribus, oculos filio fodi fecit, imperiumque denuo inuaſit. Pontia duos filios vt adulterio ſatisfaceret veneno ſubſtulit, meminit Iuuẽ. ac Martia. Mileſiam quandam mulierem memoria teneo inquit Cice. pro A. Cluentio, quòd ab hæredibus ſecundis accepta pecunia partum medicamentis abegiſſet rei capitalis eſſe damnatam. Ioan. Chriſoſtomus in ſermone in de Io. Baptiſtę de collatione ſic ſcribit, Herodes occiſor filiorum in extraneos homicida; in proprios parricida: ſed aduerte. quod hoc non videtur conuenire hiſtorię quum ille Herodes, qui occidit proprios filios ante natum Chriſtum octo ferè annos, poſt eundẽ natum anno ſexto ſcaturientibus vermibus interijt. At vnus ex illius filijs Herodes Tetrarcha Io. Baptiſtam decollari fecit, prędicante iam Domino noſtro Ieſu Chriſto. Diuus Io. Chriſoſtomus, qui non ignorabat duos fuiſſe Herodes, prout in Homilia in Mattheum, tunc fortè hiſtoriæ oblitus ſic ſcripſit, vel à ſimilitudine nominum deceptus, ab hiſtoria receſſit: Vel potius oratoris more culpam patris in filium reiecit: Vel fortè ille ſermo fuit Petri Chriſologi Archiepiſcopi Rauẽnaten. nec omnibus codicibus impreſſus reperit. Ingrati parentes, qui proprios partus exponunt, vel abijciunt contra naturæ inſtinctum agentes, quum & brutis ipſis inſit prolem ſuam non negligere. Hinc Senatuſcon. Plancianum emanauit de liberis agnoſcen. & ſi pater non agnouerit extraordinariè puniatur. l. 1. §. pęna. ff. de libe. agnoſ. de quo etiam eſt tex. in l. 2. C. de infan. expo. vbi q; vnus quiſque ſobolem ſuam nutriat, quòd ſi exponendum putauerit, animaduerſioni, quæ conſtituta eſt ſubiacebit. i. pœnæ extraordinariæ. vt glo. ibi declarat. de quo etiam eſt tex. in l. nec filiũ. C. de pat. pote. & ubi gloſſ. ubi vult pœnam eſſe arbitrariam, cum qua Docto. ibi cõmuniter tranſeunt. Idem voluit Ange. in l. 2. C. de infan. expoſit. Specu. titu. de Actore. colum. 8. verſi. Sed nunquid edictum. Nec ego cõprobo dictum Iul. Clari. lib. 5. §. fin. quæſt. 83. verſic. partum, quòd Senatus Mediolanen. abſoluerit puellam, quæ ad infamiam vitandam partum exponi curauerat. Et in pœnam ingratitudinis, ac impietatis conſtitutum etiam optimè fuit, partum exponẽtem, illum omnino amittere. præalleg. l. 2. & l. vlt. §. neque enim C. de infan. expoſit. Et dixit pœna San. ſyngu. 21. Tu ſcis. verſus fin. q; ex quo amiſit ius filiationis in filio expoſito, ſi is filius patrem illum interficeret, non efficeretur parricidij reus. Nonne etiam ingratum exiſtimabis patrem illum, de quo in l. ſi lenonis. C. de epiſco. audien. qui neceſſitatem peccandi impoſuit filiæ? à cuius etiam ob id poteſtate priuatur. Poſtremò quid de ſcæleſtiſſimis illis barbaris, ac efferatis parentib. dicemus? qui filios commedendos in conuiuijs mutuo dabant, de quib. per Ariſto. Etico. lib. 3. ca. 5. Ingrati item inſipidi, ac deſides, & fatui vocari poterunt, qui filios in omni ſcientia, & doctrina, ac ſanctis moribus filios inſtruere, vel inſtrui facere negligunt. Meritò Heli ſacerdos, licet ſanctus, quia filios nõ erudiuit, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Quale debeat eſſe officium patris, etiam pauperis, erga filios pro illorum inſtructione vide Horat. ſerm. lib. 1. Saty. 6. qui de ipſius patre loquitur. Ingratos itaque, & imprudentes vocare poterimus Cyrum regem, & alios cuiuſcunque cõditionis, quantunuis etiam occupatos, qui mulieribus educandos, vel mulieribus ſimilibus, & fortè deteriorib. poſt teneros, & primos annos filios tradunt, qui omnia, quæ illi faciunt, vel dicunt, & laudant, cõprobant, extollunt, vel laudari, comprobari, ac extolli mandant. Sic Cyrus molliter, & more Medorum, bello occupatus permiſit filios ſuos a mulieribus, & eunuchis nutriri, eorumque mores corrũpi, vnde euenit, vt patre defuncto iſti delitiarum, impunitatis, ac licentię pleni citò defecerint, vnus enim alterum interfecit, ipſeque denique ignorantia, & ebrietare furens principatum perdidit, teſte Platone dialo. 3. de Legib. lib. 34. Darium tegem in eundem errorem incidiſſe in educatione Xerſis teſtatur idem Plato in loco ſupra citato. O principes, qui hodie in throno maieſtatis ſedetis, ad hæc exempla attendite, Vtinam vox mea, & meus hic liber in omnem terram exiret: Audiant ſalte me, me i Romani, nec permittant filios ſuos vitam deſidem, mollem, inertem, ac ſinè honore ducere, meminerintque illius pulchri exordij Criſpij Saluſtij Romani in Catilinam. Ingratus etiã dici poterit pater filium cõtra paternam pietatem malè afficiens, in eumque nimium ſæuiens, quo

casu

catu iure cautum est patrem cogi posse filiũ emãcipare.l.fi.si a paren.mã.ac gl.in §.fi.Insti.qui.mo. ius pat.pote.solui.

De Ingratitudine adoptantium in adoptiuos.

CAP. XXXVI.

Adoptantium in adoptiuos ingratitudo execrabilis rapina esse dignoscitur, qui ingrati & scelesti sunt maximè ex turpi causa adoptantes, vt depredentur arrogatos, vel vt arrogatarum copiam habeant, iuxta tex.in l.nec ei.versi.Item inquirendum.iun.gl.in ver.turpis.ff. de adoptio. Grati & ex legitima causa adoptantes illi sunt, in quibus grauitas, boni mores, & affectio honesta reperiuntur.de quibus in l.nec ei.versus fin.& l.penul.ff. de adoptio. Grata filia regis Pharaonis erga Moysem, quem paruulum expositum vagientem e flumine suscepit, nutririque curauit. Exod.cap.secundo. Gratus Mardochæus erga Hester neptem ex fratre, quam in filiam adoptauit, nutriuit, instruxit, seruauit. Hester cap.2.& alijs. Gratus erga Tiberium arrogatum Imperator Augustus quem etiam imperij successorem reliquit. Adoptio lege curiata fiebat in qua tria obseruari iubebat, quæ posui in tit.de adoptandi indulto super Signa. Grat.quorum nullum obseruatum ostendit M. Tullius in orat.pro domo sua in adoptione.P.Clodij.

De Ingratitudine coniugum.

CAP. XXXVII.

Coniugum ingratitudo iuri naturali, iuri ciuili, iuri diuino aduersatur, de illis enim scriptum est.Et erunt duo in carne vna. Gen.c.2.in fin.Ecclesiastes cap.9.Perfruere vita cum vxore quam diliges cunctis diebus vitæ.Ecclesiast.c.23. Et vir, & mulier sibi bene consentientes. ad Eph. cap.5.Viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua, qui vxorem suam diligit, se ipsum diligit, cap.quomodo.31.quæstio.1.cap.debitum.de bigam.Matthæi.19.in princip.& Marci 10.in prin. Proper.lib.4.Omnis amor magnus, sed apertè in coniuge maior.Coniuges etiam dicuntur consortes diuini, & humani generis: Item socij diuinæ & humanæ domus.l.1.ff.de ritu nuptia.l.aduersus.C.de crim.expi.hære.pro quibus vide latè p Ioan.de Ligna.in tracta.Amicitiæ.titu. de Amicitia viri ad vxorem. & aliquid per Corn. consil. 5. In tracta.in princ. lib.1. Coniux propter coniugẽ virum relinquit.Et Isaac propter dilectionem Rebecchæ vxoris temperauit dolum mortis Sarræ matris.Genes.c.vigesimoquarto,in fin. Hinc percipere licet quam improba, turpis, ac perniciosa fuerit Platonis sententia, quòd vxores essent communes, quam inuenies dialogo.5. de Repub.quæ merito improbata fuit ab Aristotele politico.li.2. cap.1.Gratus Vlixes, ac vxori fidus, testibus Homero ac Aristo.Oecono.lib.2.ca.3.Rogante Atlãtis filia, vt secum maneret, ac sempiternitatẽ pollicente, nec ob id quidem prodire uoluit vxoris affectum, amorem, ac fidem.Cum Circe etiam sociorum salutem pollicente manere noluit, respondens se magis optare mortalem vxorem, filiumque videre, quàm se ipsum immortalem. Sic vice versa grata, & fidissima viro suo Vlixi Penelope, quæ iuuenis pulcherrima, ab infinitisq. nobilib. pluries, & diuersimode de pudicitia tẽtata, nouis artibus noctu retexendo, quod interdiu texuisset, omnes amantes, eorumque cõnubia post famam obitus sui mariti spe aluit, atque delusit, seque viro suo Vlixi tandem redeunti pudicam, & intactã seruauit prout in historijs videre est, licet quidã Licophion Poeta grecus nõ antiquus, a quodam Nauplosone Lenone illam persuasam, & seductã aliquibus eius amatoribus, coniunctam asserat. Ego potius veris historiographis credendum cẽseo, qui Penelopem castissimam describunt. Dubia est opin.Ouidij lib.1.de Arte amandi. Penelopem ipsam peresta, modo tempore vinces. Apertè autem pro illius pudicitia loquitur Hora.Ode. 10. libro.3. Non te Penelopem difficilem procis Tyrrenus genuit parens.Rursus Aristoteli credẽdum est, qui eandem extollit ad calcem cap.1.lib. 2.Oeconomico.qui inquit, Quia nec Alceste tantam sibi gloriam cõparasset, nec Penelope tot, tãtasque meruisset laudes, si cum fortunatis viris vixissent: Verum Admetis, & Vlixis aduersitates parauerunt illis memoriam sempiternam. Admetis vxorem Statius, Ouidius, Iuuenalis, Martialis, & cui maior fides præstanda est diuus Hieronymus, inquiunt voluntariam mortem elegisse pro recuperanda viri infirmi salute, ex quo respõsum acceperat, illum sanitati restituendũ, si vnus ex charis amicis se morti exponeret. Admetes verò beneficij memor, ꝑpetuas defunctæ nęnias instituit: Idem Iuue.Saty.6.spectat subiuncti fata mariti Alcesti. Alceste etiam a Phoedro extollitur, ꝙ pro viro perierit, vt in Conuiuio Platonis, in ipsius Phoedri oratione, & postea in oratione Socratis, rursus & ab Homero. vt Iliad. 6. De hac etiam Seneca in Medea.ac Val.Max. lib.5. tit. de Amo. coniuga.De Alceste, & Penelope inquit Proper. lib.2.Fœlix Admeti coniux, & lectus Vlixis. Hipsicratea Ponti Regina, fidissima vxor Mitridatis, facibus sancti amoris maritalis accensa, toto tempore belli contra Romanos succissis crinibus, habituque virili induta, in quacunque fortuna eius virũ sequi, eique dies, ac noctes adhęrere voluit, illi in omnibus hilari, ac læto animo inseruiens, illiusque, ac eius corporis, & vitæ quoad posset præcipuam curam habens: quòd si alicui periculo nocturno locum esse posse formidaret, eadem insomnem ducebat noctem, pro uirique salute, ac custodia vigilabat: Nec defuerunt amantissimæ huic vxori infinita incommoda, infinita pericula vulneraque ipsa, dum militanti viro adhæreret, ipsaque sagittis hostes peteret: Demumque virum à Pompeo superatũ per asperos montes Armenos, per loca horrida Ponti, per syluas inacessibiles, im

manibusque

manibusque beſtijs pl enas fugientem, intrepida ſequuta eſt, virum hortando, ſpemque, & fortunā meliorem expectandam eſſe ſuadendo. Quid tandem Hipſicrateæ acciderit, mox percipies. Iulia. C. Cæſaris filia, Pompei Magni vxor, ipſa iuuenis virum iam ætatis maturæ adeo dilexit, vt vltra alia veri, & ſancti amoris coniugalis inditia, dum veſtem Pompei ſanguine tinctā a familiari domū afferri cerneret, cauſa non percepta timens virum interfectum fuiſſe, Iulia prægnans a nimio cordis dolore oppreſſa, illico expirauit author Plutarch. Triariani Lucij Vitellij, vitelij Imperatoris fratris vxorem, legimus in uitis Imperatorum virum adeo dilexiſſe, vt eadem illi quadam nocte prælio periditanti aſſiſtens propriæ vitæ oblita ſtrenuè, & viriliter pro viri ſalute dimicauerit. Vxor Temiſtoclis Athen ı rum regis. quin & Greciæ domini viro infirmo penè ſola miniſtrare, & inſeruire voluit. Statonica vxor Diotari regis marito ſeni, infirmo, debili, fercula parabat, illiusque ſe medicam, miniſtram, & ſeruam profitebatur. De Tiberio Gracco, qui vitam Corneliæ vxoris propriç prętulit, ac de alijs viris, & vxoribus, quos honeſti amoris ardor vitalem auram ſpernere ſuaſit tractat Val. Max. præalle. lib. 5. titu. de Amo. coniu. Et de eodem Tiberio Gracco idē teſtatur Ply. de Natur. hiſtor. libr. 7. capi. 36. Grata Hypermeſtra, quæ vna ex tot ſororibus maritum ſeruauit, de qua Ouidius, ſurge, age Belide de tot mō fratribus vnus. Et Horatius Ode 11. lib. 3. Surge q̄ dixit iuueni marito, & quę ſequuntur. Collatinus vir Lucretię, illius mortem vindicauit. Sextum cū patre rege exilio damnari faciens. Tit. Liuius ad calcem li. 1. ab vrbe cond. Dariū Regem (ſi Quinto Curtio credimus) non adeo perturbarunt, & afflixerunt duæ maxime victoriæ Alexandri magni in eum, quantum triſte nuncium eius vxoris. Argiæ filiæ regis Adaſtri gratitudinem erga maritū interfectum videre poteris infra in penult. ingratitudinis ſpecie. Gratiſſimæ mulieres illæ Lacedemones, vxores illorum Menię, quę ipſorum viros capitali pœna damnatos nocte præcedente futuram maritorum necem, conſilium pro eorum ſalute capiunt, executionique ſtatim demandant. quippe quæ obſcuris indutæ veſtibus, facieque cooperta, lacrimis abundantes, ad carcerem eadem nocte ſe cōferunt, cuſtodemque carceres nobiles mulieres enixè rogant, vt ad eorum viros viſitandos admitteret, quod obtinuerunt, communicatoque cum eorum maritis conſilio commutandi veſtes, ſumpta occaſione, & opportunitete temporis, ac cauentes nea cuſtode dum veſtes commutarent diſcernerentur, uiri muliebriqus induti, facieque pannis occultata, fœliciſſimè deinde ab eodem cuſtode extracti fuerunt: remanſernnt vxores illorum habitu virili indutæ. Artemiſiæ gratitudinem erga Mauſoleum Cariæ regem eiuſdem virum, uidere poteris infra in penult. ingratitudinis ſpecie. Dixit Salomon, ſapiens mulier ædificat domum ſuam. Prouerb. capit. 14. item capit. 18. ad fin. Qui inuenerit mulierem bonam, inuenit bonum, & auri iucunditatem a domino &c. Et ſcribitur Eccleſiaſt. 25. Beatus, qui habitat cum muliere ſenſata. & cap. 26. Mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorū illorum duplex: Mulier fortis dilectat uirum ſuum, & annos uitæ illius in pace implebit. rurſus, Gratia mulieris ſedulæ delectabit uirum ſuum, & oſſa illius impinguabit, diſciplina illius datum dei eſt &c. Contra uerò mulier inſipiens domum extructam manibus deſtruet. Prouerb. cap. 14. Et legitur Eccleſiaſtic. cap. 25. Commorari leoni, & draconi placebit, q̄ inhabitare cum muliere nequam &c. uſque ad fi. dicti capitu. Exemplum ingrati, & impij coniugis eſt illud Neronis, qui Sabinam Popeam uxorem calcis ictu, quamuis prægnantem, interfecit. Nulla impellente cauſa, ſed ſola iracundia motus. Author Corn. Tacit. libro decimoſexto. Conſtantinus Imperator Conſtantini, & Nalu.. filius uxorem ſuam Fauſtam, cuius ſuaſu Criſpium filium prius interfecerat, in balneas ardentes coniectam interemit, author Sextus Aurelius. Periander Gorinthus, unus ex ſeptem Greciæ ſapientib. Lyſidem uxorem Calij Aneliſſam ſcribunt.) in pellicis gratia, vt refert Sabellius, interfecit. O ſtultam, infœlicem, ac impiam illius ſapientiam, ſi ſapiens dici meretur, qui talia nephanda ſciens, uolensque committit, & qui ſciens, prudensque cū Cratea matre concuberat, filium relegauerat, Corcyreus ſuo natos Hilartæ exæcandos præbuerit, ut docet Herodot. Regis Mitridatis, de quo ſupra locuti ſumus, magna fuit ingratitudo, quippe qui poſt innumera beneficia, & ſeruitia ab Hipſicratea uxore ſibi præſtita, poſtquam ſibi filium, quē ex illa ſuſceperat interfeciſſet, uidens ſe ſenem: Romanis potentiſſimis infeſtum: regnumque totum, regiamque maieſtatem citò amiſſurum, ueneno uitam finire ſtatuens; ne Hipſicratea ſuperſtes remaneret, ipſi fidiſſimæ uxori, alijſque m uxoribus (quas iuxta morem barbarum habebat) cōcubiniſque, ac filiabus uenenum porrexit: Idemque Mitridates antequam Ipſicrateam in uxorē duxiſſet, Leodicen uxorem cum marre, ſorore, fratribus, ac liberis interfecerat. Author eſt Herodotus. Ingratos deſcribunt poetę, & nonnulli hiſtorici Theſeum erga Ariannam, ac Iaſonem erga Medeā uxores. de quibus etiam Ouid. in epiſto. Ariannæ Theſeo. & epiſto. 12. Medeæ Iaſoni. Idē lib. 7. Metamorph. Sanguine natorum perfundetur impius enſis. Proper. lib. 3. Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris iram natorum cędi parauit amor. Ingratus etiam habetur uir, & dotis lucro, ſeu hæreditate priuatur, cuius negligentia uxor perijt, uel quia non ſubuenit de alimētis, medicinis, & alijs neceſſarijs, uel medicū uxori infirmę non ſubminiſtrauit, uel indoctum, & imperitum adhibuit. l. indignum. ff. de his qui. ut indi. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. iun. glo. in uerſic, lucrifacere. ff. ſolut. matrim. Ita ſingulariter uoluit Bal. in l. q̄d uxorem. C. nego. geſto. & in l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lati. liber. tollen. ſequitur Alexan. in l. 1. C. de und. uir & ux. & in dicta l. ſi ab hoſt. §. ſi uir: in 2. not. ubi limitat, & dubitat de ueritate. Cum Bald. etiam reſidet Catel. Cot. Memo. in uerſicu. Mari-

tus

tus priuat. vbi post Pau. Cas. limittat, nisi vxor eēt peste infirma: subdit tñ (qđ & nos vidimus) plures ex ijs sanari. Cōsulo, vt maritus primariū medicū adhibeat ꝓ curāda vxore, puta Romę cū in praxi tū i theoria peritissimū D. Alexādrū Petroniū: Florētiæ verò, seu pisis non minus religiosū, ꝙ in omni scientia doctum R. D. Guidum Guidium. Ad hæc pondero verba Platonis in dialo. de philosophia, vbi inducit Socratem sic arguentem, si vel tu, vel ex amicis aliquis tibi charissimus ægrotaret, vtrum ad curam valetudinis philosophum illum secundarium domum induces &c. sciat autē vir, quòd dicenti ipsum non adhibuisse medicū vxori ægrotanti, probandi hanc negatiuam onus incumbet. Bart. & l. ab hostib. §. si vir. ff. sol. matri. Alex. cōsi. 123. col. 1. vol. 7. Corn. cōsi. 123. ac 250 ad fi. li. 1. & Ingratus ēt erit, si mortē vxoris indicare neglexerit. l. cū mortē. ff. de iu. fisci. Sarnen. casu 127. in epilo. casuum negligen. super 28. quæstio. Regu. de Trien. Exemplum ingratæ vxoris Sansonis, apud eum septem diebus conuiuij lacrimas fundentis, vt ei problema interpretaretur, quam interpretationem ipsa edocta, ciuibus suis indicauit. habes Iudi. cap. 14. Virum item Serlassum ꝓ scriptum latentem vxor interficiendum reliquit. Val. Max. lib. 9. titu. de impie. dictis aut factis. Ingrata vxor Iob, de qua ca. 19. Halitum meum exhorruit vxor mea. Xantippe ingrata Socratem philosophiæ, ac sapientiæ decus ita lacessebat, ac iniurijs afficiebat, ac si virum habuisset mechanicum, vilissimum, & perditissimum. prout videre poteris apud Diogenem Laert. in ipsius Socratis vita. Cliténestra Tindari filia scelestissima Agamēnonis regis vxor, Egisti sacerdotis, ac Agamenonis fratris patruelis amore capta, uirum securi interfecit. de hac Iuue. Hoc tantum refert ꝙ Tindaris illa bipennem. &c. & Horat. sermo. libro 1. At hunc liberta securi diuisit medium fortissima Tindarum. loquens de Vnidio diuite interfecto à liberta. De Agamennone, & Clyténestra loquēs Virgil. 11. Æneid. inquit, Ipse miceneus magnorū ductorum Achiuum, coniugis infandæ prima intra limine dextra oppetijt, deuicta Asia subsedit adulter. Seneca in Agamēnone sic inquit. Rex ille regum, ductor Agamennon ducum, cuius secutæ mille vexillum rates, Illiaca velis maria texerunt suis. Post dena Phębi lustra deuicto filio, adest datur us coniugi iugulum suæ. Idem Seneca alibi. Adest & cuncta coniugis victrix sui. Iuue. Saty. 6. Fabia perditissima Petronū Valentini amore capta, Fabitianum virum interfecit. Autor Plutar. in paral. Agrippina Tiberium Claudium Principē maritū suum veneno sustulit. Author Pli. lib. 32. c. 22. Circe magię doctiui ma venenum eius viro Sarmatū Regi, vt regno ipsa sola pessit, vt qui licētius viuere possit porrexit: arreptoq. regno subditos multū oppressit. Autor ē a Sabelicus. Semiramis regina, mulier impudicissima Nino marito Babiloniæ regi suasit, vt die vnica regni administrationē sibi cōmitteret, quo impetrato, ipsum a militib. regi infestis capi, carcerari, & deinde interfici iussit. Alexādri Pheræi Tiranni Tesaliæ vxor ira concitata, cū ipsam nudā amico barbaro ostēderat, vt ipsa ꝙ pulcherrima, & quā ipse fęlix eēt cognosceret, eundē secū securi dormiētē interfecit, vel vt nōnulli asserūt, eadē eundē interfici curauit, ex quo ille sibi ipsi cōscius, quippe ꝗ iniustè patriæ libertatē oppresserat, sibiq; timēs nūquam cū vxore dormiebat, quin prius cubicula, & oīaloca secretiora, ac capsas, & arcas vbi vestes muliebres recōdebant diligentissime pquireret, timens ne aliquis sibi mortē illaturus ibi lateret, ꝙ vxor sufferre nō valēs, eodē viro priuari ꝙ in illis angustijs viuere maluit. De ijs carm. Oui. in Ibin. in quo tu thalamo iugularis more pherrei. Eriphiles auara, auri corona ab Argia Pollinicis vxore accepta, maritū Amphiaraum augurē prudētissimū occultatū ne iusta ea, ꝙ de ipso pdicta erant, si ad bellū Thebanū is accederet, vitā amissurum fore, vbi uir eēt (ꝙ ipsi soli vxori patefactū fuerat) indicauit, de qua Virg. Ænei. li. 6. Męstāq; Ariphilem. Hora. Ode 16. li. 3. Cōcidit auguris argiui domus ob lucrum demersa exitio. & Statius li. 6. ac Plato versus fi. dialo. 9. de Repub. inquiēs, Quā Eriphile, ꝙ vt salutem viri ꝓderet, monile illud accepit? Prognes impijssima Pandonis Athenarū regis filia. Itē filiū ex se & Thereo Thracū rege eius viro, & susceptū a se, & Philomena vxore interfectum, epularū optimè cōditatū loco Tereo regi comedēdū porrexit. Ingratę demū, & infęlices vxores similes i llis, de quib. Iuuenalis Saty. 6. semp hēt lites, altern aq; iurgia lectus, in quo nupta iacet, minimū dormit in illo. Tunc grauis illa viro, tunc vrsa, & Tigride peior. Quā simulat scelus occulti cōscia facti &c. Rursus eadē Saty. Credo pudicitiā Saturno rege moratā &c. & parū post. Quis ferat vxorē cui cōstēt oīa malo, Malo Venusinā ꝙ te Cornelia Graccorū, si cū magnis virtutib. afferes grāde superciliū, & numeras in dote triūphos. Infelix, & turpissimus ille vir de quo Iuuenalis. Doctus spectare lacunar, doctus & ad ea cum vigilanti stertere naso. & Horat. Ode 6. lib. 3. sed visa corā nōsine cōscio surgia marito &c. Verū ingratissimę infinitę mulieres maritis non contentæ: & quæ sibi dies, noctesq. noua pascua quærunt. infelicesq. mariti, ꝗ vxores alijs cōes hñt: quotillę, & isti sint pcipies ex illo carmine: Casta ē, ꝙ nemo rogauit: Rursus ex illo notabili exēplo, ꝙ subijciā. Pheron Sosostris regis filius (vt inquit Herodotus li. 2.) visu orbatus, ex oraculo monitus vt vrina mulieris, ꝙ virū suū tantū experta fuisset oculos lauaret, ita vidēdi vsū recepturus, vxoris suę, plurimarūq; ad oculos adhibita vrina nichilo magis cernebat. Quib. concrematis in vrbe Erytithabolo vnius expertus vrinā, cernēdi sibi uī restitutā sensit, eāq. duxit vxorē. Diodorus verò li. 1. Sesosis (inꝗt) Ægipti regis filius amisso oculorū visu, ī sōniis post decēuiū accepit, vt faciē mulieris aspiceret, ꝙ nullū, nisi ꝓpriū nosset virū Ab vxore primū incipiēs, ꝙ multas expertas esset, nullam reperit incorruptā præter hortulani cuiusdam, quā visu restituto vxorē duxit, reliquas uerò omnes viuas combussit.

De Ingrat. Generi & nurus erga socerum. Cap. 36.

SCribitur Michee capit. septimo. Matthe. 10. ac Lucæ 12. versus fi. Nurus aduersus socrū suā Quod ēt optime expssit Ouid. li. j. Meta. dū dixit,

Non socer a genero &c. Ingratæ nurus mores describuntur a Terent. in Hecyra Actu 3. dum Pamphilus inquit, Sed quando sese indignam deputat matri meæ. Cui concedat, cuiusque mores toloret sua modestia. Gener item ingratus ibidem paulo post describitur, dum phidippus socer inquit, Non credidi ædepol adeo inhumanum fore, ita nunc is sibi me supplicaturũ putat? Nec excusanda venit impudica Thamar, de qua Genes. c. 38. scelestus gener socrui se immiscẽs, & qui et incesti postulabitur. l. fi. ff. de adult. Ingratus Pelops Tantali filius, qui vt Hyppodomiam filiam Oenomai vxorem haberet, regnoque Elidis, & Pisarum potiretur Myrtilum Oenomai aurigam pollicitis corrupit, vt fragiles axes currui subiungeret, quo facto Oenomaus cum curru corruit, mẽbrisque ea ruina collisis mortuus est. De his Plato in Cratylo, seu de Recta nominum ratione, dũ inquit, Videtur & Pelopi haud ab re nomen tributum. & Virgi. in prin. lib. 3. Georg. Hippodameq; humeroque pelops insignis eburno, & ibi seruius & alij recensent historiam, seu fabulam. Pro quibus etiam Diodorus lib. 5. similis huic, sed detestabilior Tarquinius Superbus Seruium Tullium socerum sepultura prohibuit, Romulum quoque in sepultum perijsse dictitans. autor est T. Liuius 1. ab Vrbe condi. Pompei magni aduersus Cæsarem socerum, iurgiorum, & bellorum plena sũt volumina omnia, historię, ac poęmata, ꝑ quibus legere poteris Plutarchum, Lucanum, cæterosq; qui de bellis, & contentionibus Romanis tractarunt, Imperatorũq; vitas scripsere. Grati gener, & nurus student curam omnem, omneque obsequiũ soceris exhibere, ac præstare, vir quidem vxoris parentibus, non minus, quàm proprijs, vxor autẽ viri parentibus, iuxta philosophi dogma ad fi. 2. lib. Oeconomico. Et de honore socero præstando est tex. in l. rei iudicatæ. §. vlt. ff. solut. matri. ac in l. seq. & in §. socrum. Insti. de nupt. in l. generaliter iun. glo. & ibi Alex. nu. 1. & 2. ff. de in ius vocan. Et socerum loco parentis esse habemus text. in l. quia parentis. ff. solu. matri. Et sicut pater prohibetur testimonium ferre ꝑ filio, ita in eisdem terminis socer pro genero, in l. testis idoneus, ff. de testib. Grammat. consi. 45. num. 16. Ad idem tex. in l. cum pater. ff. ad leg. Põpe. de parrici. per Sozzi. Iun. consi. 113. num. 17. lib. 3. Quòd nurus socero obedientiam, ac debitum honorem præstare debeat, non contra, notatur in l. vlt. ff. de acceptil. est tex. in l. penult. C. de indi. uidu. tollen. de quo per Bapt. in tracta. correlatiuo. colum. 11. Grati erga soceros fuerunt Iacob qui Laban socero annis 14. pro Rachel inseruiuit, & annis sex animalibus acquirendis. Genes. ca. 29. & seq. Moyses, qui oues Ietro sacerdotis Madian soceri sui pascebat. Exo. cap. 3. Et honorem, ac reuerentiam, quos Moyses Hietro socero præstitit. reperies Exod. cap. 18. Qui egressus in occursum cognati sui adorauit, & osculatus est eum. Et licet ibi Hietro sub nomine generali cognatus nominetur, apparet tamen, ꝗ erat socer, vt ex historijs, & ex eodem cap. 3. Exo. vbi scribitur, Moyses autem pascebat oues Hietro soceri sui, & sic vna particula historiæ, sicut & vna pars legis, statuti, contractus, testamenti ab altera declarationem sumit. l. qui filiabus. in princ. ff. de leg. 1. l. cum proponebatur. ff. de leg. 2. Abb. consi. 26. col. vlt. lib. 1. Grat. respon. 1. nu. 25. lib. 1. Gratus Dauid Saulis gener, & dux, quippe qui Golliam illius hostem acerrimum interfecit, populumque Israeliticum, ipsius que Saulis regnum a philisteorum rabie, ac potentia liberauit. 1. Reg. c. decimooctauo. & c. seq. cir. princ. vbi scribitur, Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde, & posuit animam suam in manu tua, & percussit philisteum &c. Grata Ruth ergã Noemi socrũ vt videre est Ruth cap. 1. & alijs. Gratus Alexander Ptolomæi regis Ægipti gener, qui mandauit exire obuiam Ptolomæo homines ex omnib. suis ciuitatibus, ciuitatesque illi patere, ac parere, eo quòd socer suus esset. 1. Machabeo. c. 11. Gratus M. Aurelius Antonino Pio Imperatori socero, ꝑ ut in illorum Historijs. Gratus, & pius Simon Petrus erga socrum, pro cuius valetudine cum condiscipulis orauit, illamque pristinæ sanitati restitui meruit. Marci c. 1. Recumbebat autem socrus Simonis &c. & Lucæ cap. 4. Honoris, & reuerentiæ causa antiqui Romani, generi cum soceris nõ lauabant, prout etiam nec filij cum patribus infra quandam ætatem constituti, Teste M. Tullio offi cio. lib. 1.

De Ingratitudine soceri ac socrus erga generum, & nurum.

CAP. XXXIX.

Legimus Ecclesiasti. c. 37. Noli consiliari cum socero tuo, & a zelantibus te, abscondeconsilium, puto intelligi debere, cum socero zelante vel cum socero malo. Scribitur Leuiti. ca. 20. Si quis dormierit cum nuru sua, uterq; moriat, quia scelus operati sunt. & Ezechiel c. 22. Et socer nurum suam polluit nepharie. Et idem cauetur lege ciuili, vt vterque grauissimè puniatur. l. si adulterium cum incestu, quæ est trigesimaoctaua. ff. de adult. legitur Luc. c. 12, versus fi. socrum in nurũ suam. Terent. ex Ecyra Actu. 2. Scena. 1. inquit. vno animo omnes socrus oderũt nurus. & postea Scena 3. Ita animum induxerunt socrus omnes esse iniquas. Ingratitudinem Laban soceri Iacob, qui mutatus ab eo, qui prius fuerat, Iacob aufugere coegit, fugientemque septem diebus insecutus est, eumque tandem comprehendit, iniurijs afficit, abigeum, furemque appellauit: offendisletque eum, nisi id sibi Deus prohibuisset. vt habes Genes. capitu. trigesimoprimo. Saulis regis exemplum ingratitudinis in Dauidem generum habes 1. Reg. c. 17. Porrò Saul cogitabat Dauid tradere in manus Philistinorũ, & postea: Factusq; est Saul inimicus Dauid cunctis diebus. & c. sequen. Lo-

Locutus est autem Saul ad Ionatham filium suũ, & ad omnes seruos suos, vt occideretur Dauid. & & alijs cap. sequen. Ingratitudinem Ptolomæi regis Aegipti aduersus Alexandrum generum occupãdi regni causa, habes. 1. Machabeo. cap. 11. qui Ptolomęus recepto capite Alexandri regis interfecti postridie moritur, prout dicto c. 11. Rex autem Ptolomæus exãtlatus est &c. Nec meliorẽ exitum (non melior præfato Ptolomæo socer) habuit Cęsar, post receptum munus gloriosi capitis Pompei magni generi, ab alio rege Ptolomæo ꝓditore sibi trãsmissum, licet idem G. Iul. Cæsar vi so perfido munere tristitiam simulauerit vti apud Val. Max. lib. 5. de Humanitate. dum de Gn. Pompeio loquitur. & Lucan. lib. 9. qui ait. Vtque fidẽ vidit sceleris, tutumque putauit, Iam bonus esse socer, lacrimas non sponte cadentes Effudit. gemitusque expressit pectore lætos Danaus ingratus & impius in generos, quos omnes a filiabus suis illorum vxoribus trucidari iussit. Horat. Ode 11. lib. 3. Nam quid potuere maius &c. Ouid. episto. Hypermestre Lino. Nefandissimus item ille socer, de quo Iuuen. Saty. 1. Quem patitur dormire nurus corruptor auare. Nicamber infamis Archilo. Lacedemonij poetæ præstantissimi socer in quem, & Nebolam filiam eiusdem sibi iam desponsatam non traditam metrum iambicum Archilocus adiuuenit, illique laqueo se suspenderunt. Val. Max. li. 6. de Seueritate. Horat. epist. ad Mecenatem. lib. 1. ac Epodon Ode 6. & de Arte poetica. Archilocũ primo rabies armauit . . . . Gratus socer Antoninus pius Imperator, qui M. Aurelium apud Senatum, & populum Romanum oratione laudauit, semperque extulit, imperioque suum reliquit successorem. Asperior, & rigidior consueuit esse socrus, quàm socer, maximè in nurum, quòd ex illo antiquo exemplo, quod subijciam facilè colligi poterit. Memini me legisse, apud Lextinum Affricæ oppidum sponsam quamlibet prima ipsa die, qua domum uiri introibat, mittere ad socrum, rogando illam, quòd ollam sibi commodaret, renuebat socrus, & sic habita ista conficta repulsa, assuesceret sponsa sufferre repulsas, iurgia, contentiones, cõtumelias & austeritates suæ socrus. Grati erunt socer, & socrus, gener, & nurus si seruabunt illa, quæ in legibus scripta sunt, quippe quæ soceros, & generos patrum, & filiorum loco habent. l. adoptiuos. §. nunc videamus. ff. de ri. nupti. §. affinitatis. & §. socrum. Insti. de nupt. l. vlt. iun. glo. 1. ff. de his qui. vt indi. l. quia parentis. ff. solu. matri. l. imo socer cum nuru. iun. glo. 2. ff. de usu, & habita. l. 1. l. 3. & 4. de parri. Hinc videmus dispositionem. l. parentes. C. de testib. quæ parentes pro filijs testimonium ferre prohibent, locum etiam sibi vindicare in socero, ne testimonium ferat pro ipsius genero, vel nuru, vt inquit glos. in l. testis idoneus. ff. de testib. Idem voluerunt Bal. & Saly. in auten. si qua mulier. C. ad villeia. Ias. in l. si constante. in princ. num. 26. ff. solu. matrim. dicentes, quòd sicut prohibetur mulier obligare se pro marito, ita etiam prohibetur se pro eius socero obligare. pro quo etiam Gram. consi. 45. num. 16. Sic & donatio, quæ prohibetur inter virum, & vxorem, prohibetur etiam inter socrum, & nurum. Runi. consi. 69. num. 26. lib. 3. Et quemadmodum pater filiũ alere tenetur, sic & nurum. Ruin. consilio centesimoquadragesimoquarto, nu. 6. vol. 5. Sic & donatio inter patrem, & filium prohibita, prohibita pariter erit inter socrum, vel generum, seu nurũ l. si donatione. & ibi communiter Doct. C. de collatio. & in terminis Sozzi. consi. 67. lib. 1. Hinc generum cũ socero veteres Romani lauari nephas crediderunt. Val. Max. lib. 2. ca. 1. Et quod generi loco filiorum, soceri loco patrum habendi sint, ꝓbari etiam affirmo ex sacræ paginæ verbis, Inquiunt angeli Loth. Habes hic quempiam tuorũ generum, aut filios, aut filias? Genes. cap. 19. Item Ruth. c. 1. Reuertimini filię meę. & c. 2. vbi, Noemi socrus respõdit, vade filia mea. Et monemur Tob cap. 9. in fi. honorare soceros. Ad socerum spectat consilium dare genero, illique more patris optimi auxiliari, quod cognosces ex verbis Hietro soceri grati, erga Moysem generum prolatis Exo. c. 18. vbi inquit, Quid est quod facis in plebe, vir solus sedes, & reliqua. Gratus socer læuitæ illius Montis Effraim, de quo iudic. c. 19. Grata, & pia socrus Noemi, erga Ruth nurum, de quib. Ruth c. j. & seq. Gratus Laches socer apud Teren. in Hecyra. Actu 2. inquit, Haud tibi hoc concedo, & si illi pateres, vt tu tuam saluam magis velis, quam ego. Et sostrata apud eundem de nuru loquẽs inquit, Habui illam, ac si ex me nata esset.

De Ingratitudine Priuigni in uictricum, & nouercam.

CAP. XL.

INgratus profecto erit priuignus, nisi victricum, & nouercam loco parentum habeat, quũ & ipse loco filij sit. §. affinitatis. Insti. de nupt. l. extat. in fin. & ibi glo. in uersic nouerca. ff. de postul. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricidi. Improbus, & scelestus priuignus Antonius Caracalla Imperator, qui nouercam duxit uxorem, Spartianus ẽ author. Scribitur Leuit. cap. 20. Qui dormierit cum nouerca sua, & releuauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo. Idem cauetur iure ciuili: prout in iam alleg. l. si adulterium cum incestu. Et Apostolum in illum, qui vtebatur nouerca, inquit, Ego iudicaui tradere huiusmodi Sathanæ. 1. Corinth. 5. Improbus, & omni lege damnatus, qui nouercam adulterat. de quo in l. diuus. ff. ad leg. iul. de parri. Ab Ascanio Æneæ filio, Lauinia nouerca vetita post mortẽ Aeneę ne aliquid mali pateretur, aufugit, in siluisque latuit, donec apud Trorum pastorem puerum peperisset, prout apud T. Liuium, & alios. Gratus, castus, & pius priuignus fertur Hyppolitus Thesei filius quippe qui ne Fedræ nouercę indigno amori assenti-

ſentiretur, ab ea aufugit, poſtea verò ab iniuſta patris indginatione, curru euectus, equis viſu mõſtri marini exterritis laceratus obijt, nec illa diu impunita remanſit vt infra cap. proximo. Priuigni & nouercæ amores recenſet etiam Pet. Io. Ancha. par. 1. q. 1.

De Ingratitudine vitrici & nouercæ in priuignum.

CAP. XLI.

Abominabilis eſt, quamuis frequens victrici, & nouertæ ingratitudo in priuignum, quem loco filij habere debent. præalleg. §. affinitatis. verſic. Quia vtrique. & §. ſocrum. Inſti. de nupt. Hinc dicimus priuigno patroni deberi reuerẽtiam. l. neque libertis. & ibi Bald. C. de obſeq. patro. præſtan. Grata nouerca deſcribitur ab Horatio Ode. 24. lib. 3. Illic matre carentibus priuignis mulier temperat innocens. Gatus victricus, qui priuignas alit, ac edoceri facit. de quo in l. ſi pater no affectu priuignas. C. nego. geſto. Talem deſcribit Horat. fuiſſe Auguſtum Imperatorem erga priuignus Ode 4. lib. 4. inquiens, Quid Auguſti paternus in pueros animus Neronis. Contra verò ingratiſſimus, & fœdiſſimus victricus, qui inceſtum, & ſtuprum cum priuigna, vel adulteriũ cum inceſtu committit, & propterea grauiſſimè puniendus venit, iuxta text. in l. ſi adulterium. cum inceſtu. quæ eſt 38. ff. de adult. Ingratiſſima, impudiciſſima, & impijſſima Phædra ardenter optans Hyppoliti priuigni amplexus, de qua Virgil. 6. Æneid. His phædram, procrimque locis. & quam ſic loquentem inducit Ouid. Nec quia priuigno videar coitura nouerca, Teruerint animos nomina uana tuos. & c. Et quæ tandẽ pœnas luẽs, furibunda priuigni enſe perijt. Vel vt alij ſcribũt, laqueo ſe ſuſpendit. De illa fornicatione cum nouerca loquens Apoſtolus 1. Corinth. 5. Auditur (inquit) inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec intergentes erat, vt vxorem patris ſui quis habeat. S. Thomas ſuper illum locum inqt Hoc erat horribile, etiam apud gentiles &c. Mala nouerca fringitur a poetis Iuno in Herculem, in quem duos angues in cunis agẽtem immiſiſſe fertur: qui tamen Hercules duodecim erumnis celeberrimus cœlum (vt aiunt) vel inuita nouerca meritus. De quibus Diodo. lib. 1. Seneca in Tragedia Herculis. Virgil. & alij. Malam nouercam inuenies apud Apuleium libro. 10. Contra nouercas Virgil. lib. 3. Georg. Hyppomanes, quòd ſæpe male legere nouercæ, Miſcueruntque herbas, & non innoxia verba. Iuue. Saty. 6. Hypponames carmenque loquar, coctumque venenum Priuignoque datum. ac Ouid. Metamor. lib. 1. Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ. Arſione Prolomei ſorore, ac Lyſimachi regis Pergami vxore inſtigante, Agathocles Lyſimachi ex prima vxore filius fortiſſimus, & cuius opera eius pater multa bella fœliciter geſſerat, eo mandante necatur. author eſt Trogus. Etheatchus cretæ rex ſuaſu ſecundæ vxoris phronymam filia ſubmergi fecit. author eſt Erodotus.

De Ingratitudine fratrum,

CAP. XLII.

Dura, & aſpera ingratitudinis ſpecies fratris in frattem, quorum caro eadem dicitur. Geneſ. c. 37. & ſcribitur Eccleſiaſti. c. 25. In trib. placitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominib. Concordia fratrum &c. Et Prouerb. c. 18. Frater, qui adiuuatur a fratre, quaſi ciuitas firma: Huc ſpectat illud carmen græcũ Eſiodi, quod ſic verti poteſt, Sed nec germano quiſq̃ eſt æquandus amori. Et ꝙ frater fratrẽ odio proſeq. non præſumatur, imò uerimile ſit, ꝙ frater fratrẽ diligat, probat tex. in c. literas. ibi, Præſertim in fratrem &c. de præſumpt. & in tracta. præſumpt. Alcia. par. 3. præſumpt. 23. incipien. Non præſumitur odium inrer fratres. Diſcordias inter fratres iura maxima abhorrent, illaſque ſedare nituntur. l. cum oportet. poſt prin. ibi, Vel ad fratres ſuos &c. & §. ſui autem. ibi, Nec altercationis cuiuſdam maximè inter fratres oriatur occaſio. l. cũ pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. Rolan. à Valle cõſil. 78. incip. Circa. nu. 12. lib. 1. Frequentius verò verum redditur illud Ouid. 1. Metamor. Fratrũ quoque gratia rara eſt. Caim ingratiſſimus, & iniquiſſimus fratrem Abel gratum, iuſtum, pium decepit, & interfecit, ipſeque maledictus ſuper terrá nunciatur. Geneſ. c. 4. ac Io. 1. c. 3. Non ſicut Cayn qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum: Et propter quid occidit eum? quoniam opera eiuſdẽ Cayn maligna erant, fratris autem eius iuſta. Et de occiſione Abel iuſti habes Matthæi. c. 23. vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, & c. & Lucę. c. 11. Mittã ad illos prophetas, & apoſtolos &c. Ingratitudinem, ac odiũ Eſai in Iacob habes Gene. c. 27. Venient dies luctus patris mei, occidam Iacob fratrem meũ. Ingratitudinem, ac pariter odiũ & inuidiã fratrum in Ioſeph habes Gene. c. 37. Ioram item rex Ieruſalem fratres ſuos omnes regnãdi cã interfecit. 2. Parali. c. 21. Non abſimilis huic Abimelech Gedeonis filius, qui 70. fratres ſuos regnãdi eã crudeliter occidit. Iud. c. 9. vbi in fi. dicti cap. ſcribitur. Et reddidit Deus malum, ꝙ fecerat Abimelech, contra patrem ſuum interfectis 70. fratribus ſuis. Sceleſtus, & ingratus frater, quiq; debitas pœnas effugere non potuit Amon filius primogenitus Dauid, qui cũ Thamar ſorore concubuit, quam poſtea furijs agitatus expulit. 2. Regu. c. 13. & per Ioſeph. de Anriq. Iuda. lib. 7. ca. 7. Abſalon item fratrem Amnon poſt conuiuium vino temulentum interfici mandat. 2. Regu. ca. 13. verſus fi. qui etiam pœnas tanti, & aliorum ſcelerum non effugit. ſcribitur Iob. c. 19. Fratres meos longè fecit a me, legitur prouerb. capi. trigeſimo. Oculum, qui ſub ſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ &c. & Micheæ capit. ſeptimo. Omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuũ ad mortem venatur. Fratrum contentiones, & iræ ſunt acerbiſſimę. Ariſto. ad fin. capit. ſeptimo.

Po-

politicorum libro septimo. Ochus Arthaxerses ingratus Ocham sororem viuam defodit. Val. Maxim. libro nono. titu. de Crudelita. scelestissimi fratres Thyestes, & Atreus sese odio crudeli insequentes, ille huius vxorem stuprauit, hic illi filium commedendum porrexit, ob quæ nefandissima flagitia sol ne pollueretur retro fugisse fertur. De his loquitur Virgil. libro primo Æneid. Nec tam aduersus equos Tyria soliúgit ab vrbe. & Ouid. Metamor. Neue Thyestei cumulemus viscera mensis. Et Seruius super illo carmine Virgilij recenset historiam. Et ante præfatos omnes de eisdem tractat Plato in Cratylo, vel de Recta nominum ratione. Ardiæus tyrannus in quadam Pamphyliæ ciuitate fratrem maiorem natu occidit, Plato Dyalogo decimo. de Repub. Eteoclis, & Polinuecis fratrum regnandi cupiditas effecit, vt mortuo Oedipo patre, Thebarum rege, moto bello, contractisque copijs ambo mutuis vulnerib. perierint. Hinc Virgil. in Culice. Ac discordantes Cadmeo sanguine fratres &c. Medea cum Iasone fugiens Ægialeum fratrem membratim discerptum per agros passim proiecit, vt Ætem patrem se persequentem in colligendis filij ossib. remoraretur. Ouid. in Ibin. Et tua sic latos spargantur membra per agros. Tanquam quæ patrias detinuere vias. Idem libro tertio Tristium. Typhon Ægiptius fratrem suum Osoridem peremit inuidia accensus. Authores Berosus, & Seneca de sacris Ægiptiorum. Diodorus item inquit: Compertum est Osiridem Ægipto iustè regnantem a Typhone fratre impio, ac nephario interemptũ, quem in viginti partes dissectum, cuilibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerant partem dedit. Nonnulli perditissimi sororum pudicitiæ insidiãtur, cum quibus etiam iocari mihi nephas esse videtur, quod etiam nos admonet sacra historia. Genes. capit. vigesimosexto. vbi Abimalech rex credere cessauit, Rebecham sororem esse Isaac, dũ eos iocantes vidisset. Nonnulli etiam auarissimi sorores indotatas esse malunt, quàm aliquo commodo pecuniario priuari: vel ita exiliter, ac parua dote illas nuptui tradere quærunt, vt eas inæqualibus viris sociare cogantur: plerique autem sorores inuitas suasionibus, & minis, religiosis in locis recludunt. Postremum exemplum ingratitudinis hac in specie de qua tractamus, illud immanissimum & barbarum, quod ætate nostra prodijt, erit. Maleasses olim Tuneti rex, proditoriè decem, & octo fratres interfecit, prout in oratione Ariadeni, Barbarossa nuncupati, Solimano regi Turcarum facta, quam inuenies apud Pau. Iouium Historiarum parte secunda, libro trigesimo. Contra verò pij, & digni fratres se ipsos omnib. si opus fuerit bonis grato ac benigno animo expoliant pro fratribus, ac sororibus paribus ac præclaris connubijs iungendis. Gratum Labam, qui pro maritanda Rebech sorore festinabat, habes Genes. capite vigesimoquarto. Qui festinus egressus & c. Gratitudinem, ac pietatem, & amorẽ Abraam, & Loth videbis Genes. capit. decimotertio. Ne quæso sit iurgium inter te, & me, & pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus. & cap. sequen. vbi Abraham Loth captum cum substantia, forti manu reduxit. Item Ioseph erga fratres habemus Genesis capite quadragesimoquinto. & alijs sequen. Grati inter se filii Iob, qui singulis diebus, quilibet in die suo conuiuia parabant, fraterque fratres, & sorores conuocabat. prout Iob cap. primo. circa princ. Grati item ac concordes Iudas Machabeus, Ionatas, & Simeon, de quibus 1. Machab. cap. 3. & alijs. Gratus Proculeius eques Romanus, Cæsarianus miles duos habuit fratres, Scipionẽ, & Murenam, qui partes Pompeianas sequuti hostes publici post victoriam Cæsaris iudicati, omne patrimonium amiserunt. Proculeius suum illis patrimonium condonauit, mox suis intercessionibus vt illos Cæsar restitueret curauit, qui dictus fuit in fratres paternum impendisse amorem. De Proculeio Plutar. in Antoni. vita. De illius amore, & pietatem in fratres, ac perenni fama Horat. Ode secũda, libro secundo. Viuet extento Proculeius æuo, Notus in fratres animi paterni. Illum aget prima metuente solui fama Superstes. Grati Gerion, & alij duo in Hibernia Chresei filij diuites, robore corporis, & armis potentes, & concordes, de quibus Diodorus libro quinto. & Iustin. lib. vltim. Hinc poetæ finxerunt Gerionem trimembrem, seu tri corporem. Virgil. libro sexto. & Hora. libro secundo. Ode 14. Qui ter amplum Geriorem etc. Gratitudinem, & amorem Tiberij Cæsaris Imperatoris erga Drusum fratrem, ad quem Germaniæ egrotantem uisendum, idem mutatis equis connolauit. De eodem Tiberio scribit Plyn. de Natu. histo. libro octauo, capi. vigesimo. Illum die, ac nocte vna vehiculis tribus conuolasse ad fratrem in Germania ægrotantem. Fabulantur poetæ Pollucem obijsse, vt fratrem Castorem vita restitueret. Hinc Virgil. 6. Aeneid. si fratrem pollux alterna morte redemit &c. Nonnulli hoc dictum putant, quòd castor, & pollux duo sydera satis conformia sint, quorum vno occidente, oriatur alterum. Alij verò signũ castoris, & pollucis, quos Tyndaridas appellant signum Gemini, vnum ex duodecim affirmant. Homerus ait Pollucem concessisse fratri dimidiam vitam, ideoque alternis diebus eorum quemque lucere. Aliqui scribunt Castorem, & pollucem omnium fratrum inter se amantissimos fuisse: Hi neque de principatu contenderunt: neque vllam rem sine communi consilio gesserunt: pro quibus officijs finxerunt Iouem eos inter notissima sydera ab aurigę parte dextera supra orionem collocasse, ita tamen vt orion inter taurum, & geminos sit constitutus. Pro quib. Hyginus dum de geminis tractat. De statuto Corano contra homicidas, quod non vendicet sibi locum in fratricida concludo in tracta. de Aeta. mino. ca. de Adolescen. post num. 47.

De Ingratitudine conſanguineorum.

CAP. XLV.

Conſanguinei qui etiam fratres nonnunquã in ſacra pagina nuncupantur, prout Abraã, & Loth, quorum primus erat patruus, alter uero nepos ex fratre prout in Geneſi, Diuidamus inter nos &c. plerumque inter ſe parum grati eſſe conſueuere, vt oſtendit Aul. Gellius in illo Apologo Caſſitæ libro 2. capitul. 29. De ingratis conſanguineis loquens Iob inquit, Dereliquerunt me propinqui mei &c. cap. 19. Et ſcribitur pſalm. 37. Amici mei, & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt, & ſteterunt. Sextus Neuius ingratus conſanguineus notatur a M. Tullio in oratione pro P. Quintio ſub ijs uerbis: Ad vadimonium non uenit, quis? propinquus &c. & poſt. Vt per ſe affictum, atque euerſum propinquum ſuum non modo honeſtæ partis, verum et communi luce priuarent. Iterum: miſerum eſt exturbari fortunis omnibus, miſerius eſt iniuria, acerbum eſt ab aliquo circumveniri, acerbius a propinquo. Infiniti ſunt conſanguinei qui ſub ſãguinis, vel tutelæ colore, pupillorum bona vſurpant, & furantur, & quod deteſtabilius eſt: ſub coniunctionis, & charitatis prætextu, cum conſanguineis inceſtum committunt, nonnunquam puellas conſanguineas, dolo, & vi deflorant. Et licet iura non præſumant conſanguineum ſolum cum conſanguinea peccare, in quibus naturale fœdus nihil permittit ſæui criminis ſuſpicari, iuxta tex. in l. eum qui. C. de epiſco. & cleri. in ca. cum in iuuentute de præſump tio. & in cap. fin. de coh. clerico. mihi melior, & tutior ſententia videtur illa de qua in cap. 1. d. tit. de coha. cleri. intelligendo illum tex. prout iacet. Et adducitur optima ratio videlicet, quia inſtigante diabolo, & in illis, cum quibus conuerſari canones concedunt ſcelus perpetrarum reperitur. Exemplum habes Egiſti ſacerdotis, Agamẽnonis regis fratris patruelis. cui Agamenon in diſceſſu ad bellum Troianũ contra ꝙ dux erat, regnum, domum, & omnia ſuã commendauerat: ipſe verò Egiſtus Deo, & conſanguineo ingratus, & infidus Clitemneſtra Agamẽnonis vxore potitur: Exemplum etiam habes Sexti filij Regis Tarquinij Superbi, ſub conſanguinitatis, vel affinitatis colore domi recepti Lucretiam ſtuprantis, de qua Val. Max. lib. 6. de pudicitia, c. 1. Gratus conſanguineus, conſanguineo fauet, & conſanguinei tutelam, ſalutem, & fœlicitatem, ac gloriã pro virili curat. Exemplum habes in Q. Roſcio Comædo, de quo M. Tullius in oratione P. Quintio, dum inquit, Tum mihi Roſcius, & alia multa confirmandi mei cauſa dixit, & me hercule ſi nihil diceret tacito ipſo officio ꝙ adhibebat erga propinquum ſuum quemuis cõmoueret &c. Pro conſanguineo cõſanguineus pugnat. Paris de Puteo de re milit. libro ſexto. in illo capitulo. An liceat defenſionem facere pro defenſione aliorum. num. 4. & libro nono. cap. An vnus poſſit in ſe aſſumere onus pugnæ, vel querelæ alterius, num. 2. Abraam audiens Loth, nepotem ſuum captum fuiſſe a quatuor regibus, celeriter, & viriliter occurrit ei: omnes captiuos ſpoliaque reduxit. Geneſ. ca. 14. Plura ſpecialia conſanguineorum videre poteris apud Matth. de Afflit. de iure prothomiſ. nume. 13. cum pluribus ſeq. Et notat Aimo conſi. 9. accuſatur, num. 26. per text. in l. veſtem. cum glo. ff. de iniur. & in l. ſi vxor. §. fin. cum gloſſ. quòd conſanguineus non præſumitur uelle iniuriam inferre, & quòd non probans accuſationem non excuſetur a calumnia. Et quòd inter conſanguineos maxima debeat eſſe amicitia & mutuus amor, oſtendit philoſophus ad fi. ca. 7. Moralium Eudemio. dum inquit, Cognatorum amicitiæ ſimilis videtur ea, quæ cuique eſt erga ſeipſum, quandoquidem neutrum a ſe queas diſtinguere, & ſi maximè differant, cognati tamen illi ſunt, ac vnus ille quoad vixerit. Et quod conſanguineos magis alijs diligere debeamus, diuus Thomas quæſt. 57. addita ad 3. par. artic. 1. ad ſeptimum, & 2. 2. queſtio. 29. artic. 7. & quòd conſanguineorum amicitia fundetur in coniunctione naturalis originis, articu. octauo. Et in ſumma, Gratus conſanguineus omnia illa facit de quibus per M. Tullium in Lelio dum inquit, Si quam præſtantiam virtutis, ingenij fortuna conſecuti ſunt nonnulli impartiant eam ſuis, communicentque cum proximis, vt ſi parentibus nati ſint humilib. ſi propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna eorum augeant opes, eiſque honori ſint, & dignitati &c. Quòd propinqui corrigendi ſint, & de correctione propinquorum habemus tex. in l. vnic. C. de emen. propinq. Grati conſanguinei illi de quibus Ruth. capite quarto. Si quis a me quærat quare iura præſumant conſanguineũ ſcire facta conſanguinei iuxta text. in l. octaui. ff. vnde cogna. in l. de tutela. C. de in inte. reſt. min. & in l. filium. D. de libe. cau. reſpondebo rationem eſſe, quia conſanguineus conſanguineorum, eorũ rerum, vitæ, ac honoris curam, ac protectionem habere debet quam ſui ipſius, vt ex ſupra adductis colligi poteſt. Hinc dicimus coniunctum ſiue ratione conſanguinitatis, ſiue affinitatis, in quibus idem dicendum eſt per tex. in l. filiũ. C. de libe. cauſa. & per Purpurat. in l. 1. column. 15. ff. ſi cert. petatu. præſumitur ſcire gradum conſanguinitatis, vel affinitatis, mores, diuitias, ac ſtatum coniuncti, imo eiuſdem vocem notam habere. Alex. conſilio vigeſimoquarto, colum. tertia. libro ſecũdo, eundemque mortem coniuncti ignorare non præſumi. Bartol. in l. qui duos, colum. fina. verſic. Quæro, dixi, quod oportet. ff. de reb. dub. Alex. cõſil. 102. col. 3. lib. 3. Purpur. in alle. l. 1. col. 13. ff. ſi certum petat.

De Ingratitudine compatrum.

CAP. XLIIII.

DE his legitur in cap. 1. cum alijs, 30. quæst. 4. Et de ijs ego tracto super signatu. Gratiæ titu. de dispen. matri. ubi de cognatione spiritali loquor. Tanta est quorundam scelestorum ingratitudo, & impietas, vt compatres inter se ipsos in solum frigidi, & remissi sint, verum sub cōpaternitatis, & amoris prætextu compatres decipiunt. Nonnulli mariti calidis suasionib. præsertim vxorum plures compatres, inter quos etiã magnates, & sibi æquales eligere consueuere. contra tex. in cap. non plures. de conse. distin. 4. & ca. secundo. de Reforma. Matrimo. in Concil. Tridenti. Sessio. 24. per quæ iura prohibetur pluralitas compatrum. Subditur in dicto cap. secundo. quòd parrochus doceat compatres quam cognationem contraxerint, ne ignorantia aliqua excusari valeant. O salubrem sacrosancti concilij monitionem? Imò o sanctum præceptum. O diuinum institutum. An quis putet hoc Spiritus sancti dogma per os prælatorum in illo Oecumenico concilio ex authoritate summi Pontificis, ac diuinitus congregato prolatum, & à summo deinde pontifice cum alijs in eodem concilio decretis comprobatum inaniter fuisse? paruique pōderis esse? Sciat ipse parrochus (in quo sufficientem doctrinam, virtutes, ac spiritum rectum requiro) ad eum spectare compatribus declarare, & explanare: quid sit compaternitas, ad quid teneantur. Compatres verò inexcusabiles erunt si omnia, ad quæ tenentur: & omnia quæ a iure pontificio de illis loquente statuta sunt non seruauerint. De honore exhibendo per leuatum leuanti; & an patrimus vocari possit in iudicium absq; venia tracto super Signatu. Gratiæ in titu. de dispen. Matri mon. versicu. Cognatio spiritualis triplex est. & versiculo. Honor, & riuerentia.

De Ingratitudine tuto. & curat.

CAP. XLV.

TVtores, & curatores in minores sibi commissos ingrati, & mali erunt, si dolum, si latam, si leuem culpam dum administrant committunt: vel non faciunt, quæ facere debent. Vel post finitam tutelam, vel curam rationem administrationis reddere recusant, vel differunt, l. quicquid. C. arbitr. tute. l. nec ei. ver. Ne fortè. ff. de adoptio M. Tullius in oratio. pro Q. Roscio Comoedo. Æq; enim (inquit) perfidiosum, & nepharium est, fidē frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit. Item iuxta tex. in l. 3. ff. de suspe. tuto. §. nunc videamus. Illos improbos, & ingratos tutores nuncupare poterimus, q̃ crassati sunt in tutela: aut. sordidè egerunt, vel perniciose: vel si tutores aliqua interceperint ex bonis pupillaribus. Et quòd tutor dolum committens infamis etiam efficiatur, probat text. in l. vltim. C. de suspect. tuto. & in §. suspectus. Instit. eod. Malus est tutor, qui pupillam ducit uxorem vel eam filio suo iungit. l. non est. ff. de ri. nuptia. l. qui pupillam. ff. ad leg. iul. de adulte. & toto tit. C. de inter. matri. inter pupil. & tuto. Pessimus autem, & graui pœna dignus, qui pupillam stupauerit. l. vni. C. si quis eam, cuius tutor fue. corru. gloss. in l. ex Iulia. in uersicu. Cum religione. Instit. de publi. iudi. Ingratus Tullius se tutorem filiorum Tarquinij Regis asserens, regnum occupat. T. Liuius libro primo. ab Vrbe condit. Ingratus tutor Andronicus Grecus, Emanuelis 2. Imperatoris Grecorum pupilli imperium occupauit, qui paulo post pœnas condignas luit, quippe qui à Constantinopolitanis interfectus extitit, eiusque corpus in frusta diuisum, & laceratum fuit, ut in compen. Historiarum Neapolita. lib. 3. legere est. Manfredus tutor Corradini vtramq; Syciliam ad Corradinum nepotem spectantem occupauit. ut in eo. compen. Historiarum Neapolitan. libro quarto. Qualiter se ætate nostra gesserit Ludouicus Sforzia iam tutor, & consanguineus Ioan. Galeatij Ducis Mediolani, & de aduētu exercitus Gallici in Italiam vocati videre poteris in Historijs Pauli Iouij. lib. 1. Boni tutores, & curatores amicissimi defuncti esset debent, ac fidissimi. iuxta tex. in l. amicissimos. ff. de excusa. tutor.

De Ingratitudine vicinorum.

CAP. XLVI.

DE vicinis, eorumque iniustitia, & auaritia, cupiditate occupandi, ac iniuriam inferendi, habes apud Platonem Dialogo octauo. de Legibus, & melius Esaiæ capite quinto, Veh qui cōiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? & primo, Machabeorum. capite decimoquarto. Et audiuit Arsaces Rex Persidis, & Mediæ, quia intrauit Demetrius fratres suos &cæt. Dorippa apud Plautū de milite ait, Nunc ego illud verbum verum esse cxperior, Aliquid mali est propter vicinum malnm: Idem dixit Hesiodus quem refert Cagnol. in l. secunda. numero ducentesimononagesimotertio. ff. de origin. iur. & M. Mant. singu. septimo. incipien. vicinum. Et Lucanus sic cecinit, O male vicinis hæc mœnia condita Gallis. O tristi damnata loco. Cato item in Re rusti. Site (inquit) libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes: operas facilius locabis: operarios facilius conduces, & quæ sequuntur. Acheos, Iberos, Albanos, Siculos, Pelasgos, Aborigenes, Archadas ideo proprias sedes reliquisse constat, quia malos vvicinos ferre non poterant, teste Columel. de Re rust. lib. j. Hinc volunt nostri, quod ratione mali vicini res dicatur esse minoris valoris. ut per Ias. in l. prima. §. si hæ-

hæres.num.11.ff.ad trebel,Et quòd vicinitas magni facienda sit probat tex.in l.1.versicu.Et aliàs videamus.ff.si quid in frau. patro. Hinc dicimus ex quo legitima filio debetur de bonis patris absque grauamine vllo.l. quoniam in priorib. C. de inof.testam.§.1.in auten.de trien.& semis.non debebit ei res pro legitima dari,quæ habeat vicinum litigiosum,seu contentiosum, si aliunde possit legitima haberi, Ange.& Alexan. in l. in quartam.ff.ad leg.Falcid.Vicinitas etiam consideratur ratione damni,& periculi vitandi,iuxta carmen Horatij episto.ad Lollium lib.1.Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.Tarquinius superbus fraude,ac dolo Gabinos finitimos occupauit, vt per T.Liuium lib.1.ab vrbe condi. versus fin. Vicinitatis ius etiam de iure diuino comprobatũ affirmabam, dum vicinum in emptione domus, vel fundi Romæ præferendum omnino alijs cõtendebam. Vltra alia adducebam illud Exod. ca. 12. Si autem minor est numerus vt sufficere possit ad uescendum,agnum assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suæ. Pro illo iure vicinitatis domus, vineæ,prædij,pro, & contra ponderari possunt uerba illa 3.Reg.21. Da mihi vineam tuam,ut faciam hortum olerum, quia vicina est;& prope domum meam &c.Ius etiam vicinitatis suadet vt a uicinis petamus mutuo, quæ nobis necessaria sunt, præsertim res domesticas. iuxta illud 4.Reg.cap.4.vbi Heliseus respondit viduæ : Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non modica.Sic vicinos inter amicos Raguel inuitatos ad epulas legimus Tob. capi.8. Prouerb.27.legitur.Melior est vicinus iuxta,quã frater procul. Sic Lucæ capit. 15. conuocantur amici,& vicini vt congratulentur super oue inuẽta,quæ deperdita erat.Ingratum vicinum significat Martial.lib.2.in Ponticum,inquiens: Vexat sæpe meum Patrobus confinis agellum. De vicino improbo intelligi debet tex.in l. quod sæpe.ad fi. ff.de contra.emptio.de quo etiam Oldrad.consilio 104.circa proposita.nu.3.versi. Primo ex grauis,ac duri,& potentis vicini elongatione,de quo vicino est tex.in l. penult.ff.de iniur. & de quo p Luc.de Pen.in l.quicunque.colum.penul. versic. Interdum verò.C.de om.agr.deser.lib.10.Bonus uicinus vicino opem petenti pro repellenda iniuria auxilium præstat; alioqui fauorem iniurianti præstare videtur.c.dilecto.de senten. excommun. libro.6.Sarnen.epilog. casuum negligentiæ.casu 123.Vicinus gratus suum impartitur auxilium p repellenda uicini iniuria.Et licet quilibet ratione qua homo omnibus prodesse debeat iuxta sentẽtiam Philosophi Etico.lib.8.ac Iureconsulti in l.si seruus.versic.Cum beneficio affici intersit hominis.ff.de seru. exportan. glo.in l.culpa est. vbi q officium homo homini debet.ff.de reg.iur.& habemus Adagium,Homini homo Deus.Et in culpa sit,qui scit,& prohibere potest aliquod malũ, & non prohibet.l.culpa caret,a contrario sensu.ff. de reg.iur.Magis tamen in specie prouisum, & cautum videmus circa uicinos,qui si vicinorum iniurias repellere negligant, iniuriantes fouere, ac culpæ participes censentur.c.dilecto, uersic.Et quidem cum liceat.de sentent. excommun.lib.6. Gratos vicinos, & officiosam vicinitatem extollit M.Tullius in oratione pro CN.Plancio inquiens,Omnia quæ dico de Plancio,dico expertus in nobis,sumus enim finitimi Atinatibus,laudanda est, vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata maleuolentia,non assueta mendatijs,non fucata,non fallax,non erudita artificio simulationis,vel sub vrbano,vel etiam urbano. Nemo Arpinas non Plancio studuit, nemo Soranus,&c.Gratæ uicinæ fuerunt illæ,quæ congratulabantur Noemi super filio nato.Ruth.cap.fin.ad fin. hic mos antiquissimus,etiam hodie vbique seruatur. Similes vicini illi qui congratulabantur Helisabet, quæ pepererat filium.Lucæ cap.primo.Gratus vicinus Chremes Menedemo, quippe qui illum audacter familiariter monebat, & reprehendebat, prout apud Teren.Heautontimorumenon.actu.1.Scena 1.sub ijs verbis,vel vicinitas, quod ego in propinqua amicitiæ parte puto facit vt te audacter moneam &c.

De Ingratitudine Principum erga Deum & religionem.

CAP. XLVII.

THἩ Ἀχαριστίας, seu Ingratitudinis species sit principum erga Deum,& religionem.scribitur psalm.101.Et timebunt gentes nomen tuũ Domine,& omnes reges terræ gloriam tuam.Iterum.& reges vt seruiant Domino. & Prouerb.ca. 8.Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.per me principes imperant,& potẽtes decernunt iustitiam. Rursus. Nunc Princeps mundi huius eijcietur foras. Ioan.ca.12.Si igitur regna & principatus, illorumque administrationes, à Dei,ipsiusque ecclesię arbitrio pendent, prout etiam in l.1.in princip.C.de vete. iu. enucle.& capi.si Imperator,96,distin. Et scribitur psal.32. Non saluabitur rex per multam virtutem: quàm stulti,& ingrati fuerunt qui inflati,& in eorum potentia confisi,ac impij, Dei Optimi Maximi, eiusque Sanctæ ecclesiæ sese hostes acerrimos, & crudeles insectatores,ecclesiasticorũ bonorum vsurpatores,spoliatores,idolorum, ac vitiorum seruos professi fuere? quique summorum pontificũ, aliorumque ecclesiæ prælatorum censores,correctores,doctores, vel potius detractores esse voluerunt,Ecclesiasticam iurisdictionem vsurpantes: vnde merito beneficiorum cælestium ingrati iudicati fuerunt iux. tex.in alle.c.si imperator.96. distinct.c.prædia.& cap.sequen.12.q.2.& deponẽdi veniunt.c.venerabilem. versicu. Et persecutio diuulgata.de electio.cap.ad apostolicæ de re iud. lib.6. Inter quos connumerantur Abimelech filius Ieroboal, qui etiam septuaginta uiros fratres suos super lapidem vnum regnandi causa occidit: Et inter quem, & habitatores Sichen misit

Do-

Dominus spiritũ pessimũ: & quo regnãte Israelitæ cum Baal fœdere percusso Domini Dei sui obliti sunt. Iudic. cap. 8. in fin. & cap. 9. Saul prius gratus Deo, de quo scribitur. 1. Regu. cap. 9. in princ. Erat ei filius vocabulo Saul electus, & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo: postea verò cap. 13. scribitur, dixitque Samuel ad Saul, stulte egisti, nec custodisti mandata domini &c. rursus cap. 15. Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens, pœnitet me quòd constituerim Saul regem, quoniam de reliquit me, & verba mea opere non impleuit &c. & post: Pro eo ergo ꝙ abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus, ne sis rex, &c. & cap. 16. Spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a Domino. Videre poteris in cap. sequentibus molestas, irrationabiles, ac impias eiusdem persecutiones in Dauidem Deo gratum. Tandem ipse Saul post accessum ad phitonissam a sagitarijs vulneratus, incubuit ensi. 1. Reg. cap. 31. Roboam, & hieroboam reges præmissis non absimiles fuerunt, prout 3. Reg. cap. 12. & alijs. & Ecclesiasti. cap. quadragesimoseptimo. ad fi. Abia item Machæ, de quo 3. Reg. cap. 15. Baas rex Israel. 3. Reg. cap. 16. & 2. Paralipom. cap. 16. a præmissis parum deuiarunt. Zambri succendit se cum domo regia, & mortuus est in peccatis suis. 3. Reg. cap. 16. Amri rex Israel fecit malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter inter omnes qui fuerunt ante eum. 3. Regu. dicto. cap. 16. Similis patri Acab rex Israel, qui inseruiuit idolis. præall. cap. 16. ad fin. & alijs sequen. Ocozias non absimilis fuit Acab. patri. 3. Reg. cap. fin. ad fin. 4. Reg. c. 1. cap. 8. ad fin. & cap. sequen. & 2. Paralip. ca. 22. Ioram Hierusalem rex dissimilis patri Iosaphat, hic occidit omnes fratres suos gladio, ambulauitque in vijs Acab 4. Reg. cap. 3. ac c. 8. & sequen. nec non 2. Paralipom. cap. 21. Iehu rex, Israel licèt mandatis Dei paruerit, gentẽ & domũ Acab. perdiderit, seruosque idoli Baal interfici fecerit. Baal statuam, Baal templum destruxerit & combusserit, non tamen ambulauit in toto corde suo in via domini 4. Regu. cap. 10. Ioam Hierusalem rex fecit rectum coram Domino, excelsa tamen, & idola non abstulit. 4. Reg. cap. 12. de quo etiam & eius populo scribitur 2. Paralipom. cap. 24. & dereliquerunt templum Domini Dei patrum, seruieruntq. lucis, & sculptilibus. Iochám rex Israel fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Hieroboan. 4. Reg. cap. 13. Ioas Iohatam filius, rex Israel patri similis. 4. Reg. cap. 13. & sequ. Amasias rex hierusalem licèt rectum coram Domino fecerit, excelsa tamen non abstulit. 4. Regu. cap. 14. & 2. Paralipo. cap. vigesimoquinto. Hieroboam filius Ioas rex Israel fecit malum coram domino. 4. Reg. cap. 14. versus fin. Ozias, seu Azarias Amasiæ filius rex Iuda prius rectum fecit coram Domino, postea cum roboratus esset eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum leprosusque effectus, lepra perijt. 4. Reg. cap. 15. & secundo Paralipome. cap. 26. Ioathan Rex Iuda licet rectum fecerit coram Domino, non est ingressus templum Domini, cuius populus delinquebat. 2. Paralipom. capit. vigesimoseptimo. Zacharias Istael rex filius Hieroboam fecit malum coram Domino. 4. Reg. cap. 15. Similes præmissis fuerunt etiam nonnulli alij tam Hierusalem, quàm Israel reges, de quibus dicto cap. 15. & sequen. 4. Reg. & 2. Paralipom. cap. 27. cum alijs sequen. Et scribitur Ecclesiast. c. 49. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt, nam reliquerunt legem altissimi reges Iuda, contempserunt timorem Dei &c. Inter Imperatores verò, & reges, ac principes post Domini nostri Iesu Christi aduentum plures infidelitate ac hæresi notantur, qui erga Deum ingrati, & ecclesię contumaces, inobedientes, & rebelles fuerunt, contra qnos loqui videtur Iob ca. 34. inquiens. & quomodo tu eum qui iustus est in tantum condemnas, qui dicit regi Apostata. Et Esaias contra tales inuehitur cap. primo. Principes tui infideles, socij furum &c. & M. Tullius libro tertio officio. inquit, Multi iniqui, & infideles regno, pauci sunt boni: Infelicissimi, & impijssimi Herodes, quorum alter Dominum nostrum Iesũ Christum mundi redemptorem, Regumque regẽ inter millia innocentum mandato suo interfectorum perdere sperabat, Deique ecclesiam tollere credebat. Matthei ca. 2. Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Betheleem, & in omnibus finibus eius abimatu, & infra, secundum tempus, ꝙ exquisiuerat a magis. De his etiam fidem faciunt Auctores Iudęi, videlicet Iosephus, item Philo in suo Breuiario temporum. Gentiles etiam hanc historiam narrant. Ex nostris Macrobius, dum vafre dicta Octauiani Imperatoris refert. Ex græcis Dion in vita eiusdem Octauiani Imperatoris. Alter verò Herodes eundem dominum nostrũ spreuit, illique illusit. Lucæ cap. vigesimotertio. Spreuit autem illum herodes &c. insecutus est ecclesiam, ac Petrum, & Paulum, interfecitque diuum Iacobum. Actuum capit. 12. Princeps ingratos, & impios aduersus Dominum nostrum prçuidit Sãctus Dauid inquiens, Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Nero Imperator vltra alia sua infinita scelera, diuos Petrum, & Paulum interfici mandauit: ecclesiam Dei ad extremum insequebatur: prout etiam testantur gentiles Suetonius Tranqui. & Cornelius Tacitus, dũ Neronis gesta referunt, ille in vita Neronis, hic libro decimoquinto. Quis crederet Antoninũ Piũ omnibus virtutibus ornatum ita Christiano populo infestum fuisse? Similes præfatis fuerunt Imperatores Decius, & Dioclitianus. Pessimus item Imperator describitur Iulianus Apostata, iniquus & Idolatra ab Augustino in psalmis, de quo etiã in c. Iulianus, & in capit. Imperatores. §. Iulianus. extitit infidelis imperator. 11. quæst. 3. Constantinus Constantini magni filius rebaptizatus, & inobediens, ac hæreticus declaratur, & deponitur a Felice 11. Pontifice Romano, anno 366. Archadius imperator consensit beatum Ioannem Chrisostimum ab Eudoxia Imperatoris vxore a sua se

de Constantin. repelli, & eijci. Idem Imperator ab Innocentio.I.qui creatus fuit anno 407. excõmunicatus fuit.c.duobus.96.distinct. Anastasius Imperator hæreticus,& inobediens ab Anastasio II.electo in summum Pontificem anno.499.excõmunicatur.Leo Imperator propter spretum imaginum Christi, eiusque genetricis a Gregorio II. Romano electo anno.715.excommunicatus fuit, & deinde à Gregorio III. Syro,incorrigibilis hæreticus declaratus fuit.A Constantino,& Leone eius filio imperatoribus Constantinopolitanis ingratis, nolentibus auxilium præstare Stephano II.electo anno 756. contra impium Astulphum Regem Longobardorum summum Pontificem, & ecclesiam Dei infestantem , & spoliantem,tanquam ab indignis idem Stephanus imperium reuocam in germanos transtulit,prout etiam in ca. venerabilem.iun.glo.in versic. transtulit.de elect. Henri.Imperator vnitatem ecclesiæ rescindere tẽtans, a Gregorio.VII. creato anno 1073. excõmunicatur,ac deinde incorrigibilis deponit. Ottho. IIII.periurus,& infidus ab Innocentio.III.deponitur.Federicus I.& II.schimatici,sed hic peior,& ecclesiæ hostis immanissimus, qui in Concilio depositus fuit , tandem a filio spurio suffocatus . In Federicum , & Corradinum immanes,& impios inuehitur Papa in c.fundamenta.de electio.lib. 6. Omitto recensere Albuitium, Gotthorum regem,qui iurauerat se omnes Christianos interfecturum. Ac Attilam Gotthorum regem qui Mutinam cum exercitu petens a Gemiano sanctissimo episcopo interrogatus quis esset, respondit sum flagellum Dei . Totilam item Regem qui hanc sanctissimam vrbem destruxit, Capitoliumque triumphis illustre comburi curauit, Dioclitiani præfati imperatoris scelestissimi immanitates innumeras in Christianos videre poteris apud Eusebium in sua historia ecclesiastica. Missos etiam facio plures alios imperatores , & Reges,qui Deo,summo Pontifici, & Romanę,ac Apostolicæ ecclesiæ ingratissimi,ac infesti fuere. Omnium pessimus (mea quidem sententia) fuit Henricus Imperator sub Gregorio VII. de quo verba fecimus, qui summum , & sanctissimum Pontificem , & vrbẽ hanc obsidens stragibus Romanorum gaudebat:ædificia diruebat:& capitolium ipsum iam instauratum prosterni fecit: Loca inhabitata quæ hodie Romæ uidemus maiori ex parte ipsius opera diruta,solo æquata ac cõbusta fuisse legi: Ipse tandem ab exercitu Normando ab vrbe fugatus fuit.Grati deo, & Sanctæ Ecclesiæ fuerunt Gepte Galadites filio meretricis , cui dixerunt Israelitę,ueni,& esto princeps noster, & pugna contra filios Ammõ.Iudic.capit.10.Super quem factus est spiritus Domini, prout ibidem subiicitur. Dauid item qui fuit vir iuxta cor Dei. 1.Reg cap.13.qui die quã a Samuele vnctus fuit recepit spiritum Domini.1.Reg.ca.decimosexto. Et de quo,& eius meritis,& gratia Ecclesiasti.cap. 47.Salomon Dauid filius & quem Dauid monuerat,ac instruxerat qualiter se in regno gerere deberet.3.Reg.cap.2.in prin, optimus fuit in initio sui regni,cui dixit Dominus. Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos,nec diuitias,aut animas inimicorum tuorum,sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium,ecce feci tibi secundum sermones tuos,& dedi cor tibi sapiens,& intelligens,intantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit, 3.Reg.cap.3.Et de quo scriptum est, Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni , & prudentiam multam nimis,& latitudinem cordis quasi arenã. &c.3.Reg.cap.4.& Ecclesiasti.cap.47.Hic ędificauit domum Deo.3.Reg.cap. 6. & de consec. dist. 1.cap.1.§.qualiter ergo Dauid. Idem tamen dum senuisset recessit a mandatis Dei, adamauitque infinitas mulieres,quę cor eius deprauarunt;Coluitque Salomon Astertham deam Sydomorum , & Chamos Deum Moabitarum,& Moloch idolum Ammonitarum.3.Reg.cap.11.2. Paralip.cap.11. & sequen.Ecclesiasti.dicto cap.47.Et inclinasti se mora tua mulieribus &c.&c.Salomon.32.quest. 4.Verum si post tot errores, & vanitates ipse Salomon illos tres diuinos libros ædidit, Prouerbia videlicet,Ecclesiastem,& cantica canticorum,facile credi potest quòd ad se reuersus priorem sapiẽtiam,ac diuinum timorem,& amorem recuperauerit:Quis autem ipsius finis fuerit sacrosanctæ ecclesiæ iudicio relinquamus. Asa rex Iuda fecit rectum in conspectu Domini, sicut Dauid pater eius,& abstulit effeminatos de terra, purgauitque vniuersas sordes Idolorum,quæ fecerant patres eius.3.Reg.cap.14.& 2.Paralipom.ca.14.& 15. Verum quia Asa fiduciam habuit in Rege Syriæ & non in Domino ab Anania Propheta redargui tur,quem videntem,seu propheram in neruum mitti iussit.2.Paralipom.c.13.Iosaphat Asæ filius Rex Iuda ambulauit in vijs Dauid , & dominus fuit cum eo.3.Reg.cap.22.& 2.Paralipom.c.17. & sequen.Boni,& catholici principes in Deo confidunt, & fœliciter militant, non autem in ducibus,in militibus,in ingenio.l.1.in princ.C.de vete.iu. enucle. Non defuerunt post Domini nostri Iesu Christi aduentum plures Imperatores,quorum nonnulli gentiles , Christianis aut fauerunt, aut illos insequi cessarunt,& vexari,ac affligi prohibuerunt,inter quos Traianus prout per Pliniũ nepotem in suis epistolis,cui Plinio Asiæ proconsuli Traianum certiorem reddenti de moribus,& vita Christianorum, respondit ipse Traianus, Ne Christianos non accusatos de aliquo delicto offenderet,nec contra illos inquireret.Adrianus itẽ in principio sui imperij Christianis fauebat,illosque in sua lege viuere permittebat vti refert Ælius Lampridius.De his etiam Petrus Crinitus in decimo libro honestæ disciplinæ. Marcus Aurelius Christianis gratus fuit , illorumque militia, orationibus,& miraculis adiutus fuit, prout etiã per Iulium Capitolinum,qui tamen non omnino illa mirabilia Christianis attribuit.Nec ex ijs quæ refert Lampridius, Eliogabalus Christianis molestus fuit.Seuerus imperator benè de fide nostra sensit,& parum affuit quin Christianus euaderet, in eiusque oratorio imaginem Domini nostri Iesu

ſu Chriſti retinebat, id non ſolum Chriſtianis auctoribus, ſed & Ælio Lampridio in illius vita atteſtante. Philippum affirmat Euſebius Chriſtianos fouiſſe, & fuiſſe primum inter Chriſtianos Imperatores, quod tamen auctores gentiles non ſcribunt. Plures etiam imperatores, reges, & principes extitere qui ſe Deo gratos, & Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ profitentes, chriſtianæ fidei aſſertores, defenſores, ac propugnacula vocari merentur. Quis eſt quis neſciat Reges Galliæ Pipinos, Carolos, & tot alios Chriſtianiſſimos, ac non nullos Hiſpaniarum, & aliorum regnorum pro Chriſti fide, pro Sancta Romana Eccleſia, pro ſede Apoſtolica bona, & facultates expoſuiſſe, ſanguinem effudiſſe, vitamque periculis omnib. commiſiſſe; De his ſcriptum eſt pſalm. 67. A templo tuo in Hieruſalem tibi offerent reges munera. Durat adhuc vera huiuſmodi religio, zeluſque Domini, & ſi non lippis oculis inuictiſſimos, ac ſupremos reges Galliæ, & Hiſpaniarum intueamur, clarè perſpiciemus denominationes chriſtianiſſimi, & catholici illos illæſas ſeruaſſe. Quis nõ confiteatur Philippum Hiſpaniarum Regem potentiſſimum contra immaniſſimos Turchas religionis, & pietatis cauſa ſtrenuè, & viriliter pugnaſſe, eoſque fugaſſe, ac illos prohibuiſſe loca chriſtianorum obtinere? infinitaque alia pietatis, & religionis opera exercuiſſe: & multo maiora eum in dies facturum exiſtimare debemus. Sperandũ item eſt Carolum nonum, Galliæ Regem adoleſcentulum religioſiſſimum, & ſupra ætatem fortiſſimum, & prudentiſſimum alterum Dauidem euaſurum: & ſi ille gigantem, & decem mille ſuperauit, vnde erubuerit Saul robuſtus, & quaſi gigas: qui nec gigantem vicerat, nec vltra numerum mille ſuperauerat. Hic (ni ab inuictiſſimis, & chriſtianiſſimis maioribus ſuis deuiet, magnámque ſe ſpem ab omnibus conceptam fallat) plures Golias occaſione nunc ſibi porrecta, cum ſuis demoniacis exercitib. ſuperabit: hæreticos innumeros totum fere orbem infeſtantes inſectabitur, comprimet, perimet, extirpabit: orbem ab hac nefanda, impia, horrenda demoniacaque hæreſis labe, & peſte purgabit, & liberabit. Te nunc alloquor chriſtianiſſimè Rex: ad te me conuerto: conuertũt in te oculos gentes omnes, & quis exitus rerum tuarum, bellorum tuorum, ſententiæ tuæ, decreti tui, promulgationis animi tui futurus ſit, videre expectant: de te nunc loquuntur gentes omnes, cauſa tua ante faciem omnium populorum conſtituta eſt. Viriliter igitur age: nec cede malis, ſed cõtra audentior ito. Conſule Dominum, cum Dauide dicens, Num vadam, & percutiam philiſteos iſtos. Rurſus eundem, cum eodem Dauide conſule dicens, perſequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dic populo tuo cum Neemia duce optimo, Deus noſter pugnabit pro nobis: Accinge gladium femori tuo, & in nomine domini exercituum feſtina ad pugnam; nouos Golias percute, illorum capita præcide, Leones, urſos, hidras ſuffoca, interfice. Quum percuſſis philiſteis feres capita, & arma eorum in noſtram nouam Hieruſalem, egredientur mulieres omnes cãtantes, choroſque ducentes in occurſum tui ludẽtes, atque dicentes, percuſſit Dauid Goliam, & decem mille, & Carolus Golias, & centum mille. Nec dicas, quomodo fient hæc, quoniam circundederunt me inimici mei. Item circundederũt me canes multi, & conſilium malignantium obſedit me: rurſus abominati ſunt me quondam conſiliarij mei. Demum qui edebant panes meos magnificarunt ſuper me ſupplantationem. Si virtus altiſſimi eſt tecum. Si Deus pro te, quis contra te. Dominus erit in latere tuo. Dominus erit tecum in vltionem inimicorum ſuorum, perſequentur quinque de ueſtris centum alienos, & centum de vobis decem mille, cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Cadent a latere tuo mille, & decem mille a dextris tuis, ad te autem non appinquabunt; Et tu ampliſſime, & ſapientiſſime, Proſper Cardinalis de Sancta Croce, non caſu hiſce fluctuoſis temporibus lateri Chriſtianiſſimi Regis aſſiſtens, eiuſque perturbationum, & periculorum particeps, memor te nobiliſſimum Romanum, ex familia præclariſſima, quæ a Sancta Cruce denominationem ſumpſit. Te per omnes gradus honorum ad ſupremam dignitatem euectum. Memor Dominum dediſſe tibi linguam eruditam, vt ſcias ſuſtentare eos qui lapſi ſunt verbo, vtere facundiſſima eloquentia tua, prudentia tua, maguanimitate tua, virtutibus denique omnibus tuis. Suade inuictiſſimo Regi, eiuſque populis nunc opus eſſe animis, nunc pectore firmo. Nunc viriliter & fortiter pugnandum eſſe pro ſancta cruce, pro Chriſti fide, Debellandoſque eſſe teterrimos, immaniſſimos, impijſſimos, perditisſimos verę, & catholicæ fidei hoſtes. Expurgandaque eſſe regna illa ab omni hæreſis labe, ab omni infidelitate, ab omni ſæuitia, ab omni iniuſtitia ab omni tyranide. Religioſi, ac boni Imperatores, & Reges Chriſto Domino noſtro, eiuſque Sãctæ eccleſiæ obtemperantes, Dominumque noſtrum Ieſum Chriſtum timentes, & adorantes, inter alios etiam fuerunt illi tres de quibus Matthæi cap. 2. Ecce magi ab oriente uenerunt Hieroſolymam &c. Item Valentianus Imperator, qui ſe, caput, Archiepiſcopo iuxta tex. in cap. nunquã. 96. diſt. ſubmittere profitebatur, quique abſtinere voluit ab epiſcopi electione illam ad ſinodũ remitẽs. c. Valẽtianus Imp. 63. diſt. Magnus item Conſtantinus Imp. Helenæ filius, qui quarta die ſui baptiſmatis tot bona, beneficia, immunitates, priuilegia Ro. Eccleſię lagitus eſt, de quo in c. Cõſtantinus I. & 2. 96. diſt. in c. futuram. 12. q. 1. & ĩ c. fundamenta. §. ne autem ipſa. de electio. libro. 6. Alios ſimiles in hiſtorijs perlegere poteris. Et quę ſit chriſtianorum Imperatorum, & quàm uera fœlicitas vide apud diuũ Auguſti. de Ciui. Dei. lib. 5. c. 24. & c. ſeq. recenſet fęlicitates quas Chriſtus cõceſſit dicto Conſtantino Imperatori.

De Ingratitudine Principum inter se.

CAP. XLVIII.

DE Principibus scriptum est psalm. 106. in fin. Effusa est contentio inter principes: & & errare fecit eos in inuio. Contentiones, & seditiones principum etiam ipsa animalia ratione carentia aborrent: hinc dixit Philosophus in historia animalium lib. 9. cap. 40. quod apes ipsæ illas damnant, & puniunt, inquiens, Enecant, nimirū ipsæ etiam duces, qui plures quàm satis sit habeantur, & potissimum improbos, ne principum multitudo contentiones in examine faciat. Ingratus & crudelis Adonibedech rex, de quo Iudic. cap. 1. Fugit autem Adonibedech, quem per secuti comprehenderunt cęsis summitatibus manuū eius, ac pedum: dixitque Adonibedech, septuaginta reges amputatis manibus, ac pedum summitatibus colligebāt sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci ita reddidit mihi Deus. Ingratus Saul, q a Dauide vero Rege honoratus vt Rex, & Dominus, liberatusque a spiritu maligno, & quem ipse Dauid pluries interficere potuisset, idem eundem Dauidem hostili, & pessimo animo insequebatur. 1. Reg. cap. 10. & alijs. Ingratus Ninus Assiriorū rex, vt infinita regna regnandi cupidus vsurparet, magno exercitu comparato finitimos reges, & & plerosque alios infestauit, & debellauit, prout affirmant Iustinus, & Trogus in suis historijs, ac Fabius pictor in princip. suorum fragmentorum, & diuus Augustinus in 4. lib. de Ciuitate Dei ca. 6. vbi de cupiditate Nini regis, qui vt latius dominaretur primus intulit bellum finitimis. Cresus item Lidorum Rex, qui in ferocissimo bello à Ciro persarum rege superatus carceratusque, ab eodem successiuè liberali, & regio animo liberatus, priorique libertati omni cum gratitudine restitutus tanrorum beneficiorum oblitus bellum redintegrauit, eidemque Ciro infestissimus fuit. Mitridatis edicto omnes ciues Romani qui intra Asiam inuenti fuere interfecti fuerunt, prout refert diuus August. de Ciui. Dei libro 3. capit. 22. Metius Suffetius Albanorum Rex, contra iura societatis fœderis, & pactorum, proditionibus Tullium Hostilium, & Romanum imperium perdere tentans, debitas luit pœnas, vt in orationibus vtriusque Regis 3. libro Dionysij Alicar. descriptis: & apud T. Liuiū. Maximianus etiam imperator in Diocletianum a quo Imperij socius alcitus eundem Diocletianum Maximianus ipse, & imperio, & vita inuidus, & nolens in imperio socium habere, priuare tentauit. Ptolomæus Rex Egipti (de quo supra mentio habita est) ingratissimus, Alexandri Regis eiusdem generi proditoriè regnum occupat. 1. Machabeo. c. 11. Demetrius Rex Ionatham, qui Demetrio tria millia uirorum fortium miserat, a quibus Demetrius liberatus fuit a multitudine populi quærentis illum interficerere. Demetrius euaso periculo opera Ionathæ, & Iudęorum, mentitus est omnia quęcunque dixit, & abalienauit se a Ionatha, & non retribuit ei secūdum beneficia, quæ sibi tribuerat & vexabat eum valde, dicto cap. 11. Machabeo. 1. Ptolomęus rex Pompei magni protectoris, & defensoris ad ipsum confugientis vt Cæsarem sibi conciliaret, caput truncari iubet, quod Cæsari dono mittit. Val. Max. de humanitate, dum de Gn. Pompeo loquitur, & Plutarchus in vita Pompei. Prosias Bithiniæ rex non absimilis, qui Anibalem, ad se confugientem, & cuius consilio Eumenem Ponti regem superauerat, in Eumanorum legati manibus tradidit. prout per Val. Max. lib. 9 titu. de crudelitate, dum de Annibale verba facit. Polimnestor Traciæ Rex oīum auarissimus Polidorum Priami regis filium, sibi cum regio thesauro commendatum, obtruncat ad aram, vti etiam apud Virgil. 4. Æneid. Ille vt opes fractæ Teucrū & fortuna recessit Res Agamenonias: victriciaq; arma secutus, Fas omne abrumpit: Polidorum obtruncat, & auro vi potitur. &c. Reges terræ infelicissimos, & ingratissimos aduersus Regem nostrum, & Regum Dominum Iesum Christum de quo scriptum est Psalm. 23. Et introibit rex gloriæ. Matthæi 27. Tu es rex Iudæorum, Lucæ 19. & Ioan. 12. Osanna benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel, Ioan. 18. Tu es rex Iudorum? & 1. ad Tim. cap. 6. Rex regum, & dominus Dominantium; præuisos, & descriptos inuenies psalm. 2. Asti terunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Modernis temporibus ingratus Rex Tamburlanus & infimis parentibus Parthis ortus ad regnorum culmen euectus (vt per Baptistam Fregosum) dum Asiæ partem debellasset innumerabili, ac ferocissimo exercitu Asiam minorem aggressus est, Bauazettum Turcarum imperatorem potentissimum sibi resistentem, tandem superatum, deprehensum, in cauea ferrea includi fecit, eundem frustis panis, & micis q̄ ī terram cadebant more canis pascebat; Hic (post ut infra in 62. specie ingratitudinis Ducis erga milites ostendam) multis egregijs virtutibus dotatus fuit, in hostes autem, & debellatos crudelissimus erat. Principes inter se grati auxilio sese iuuant, vicissimque opem ferunt. argum. tex. in cap. præcipimus. 90. distin. Luc. de Pen. in l. fi. col. 2. C. de re mili. libro duodecimo. in ver. in proximis. Principes fortes, & digni virtutibus alios superāt: vt enim cursus cursu, sic in viris fortibus virtus virtute superatur, iuxta sententiam M. Tullij Philip. 14. Nec quærunt latitudinem regni; necq; cum finitimis bella gerunt in se prouocati: & ex iustis causis, vt legere est etiam apud diuum Augu. dicto lib. 4. de Ciuit. Dei. vbi quærit an congruat bonis latius velle regnare, cap. 13. Reges gratos erga regem nostrum habes Psalm. 71. Reges Targa sis, & insulæ innumera offerent, & adorabunt eū omnes reges. Esaiæ. cap. 49. versus fin. Et erunt reges nuncij tui &c. & in cap. 60. Omnes de Saba veniunt &c. Matthęi cap. 2. Vbi est qui natus est rex iudęorum? & reliqua. Gratus Thanais Scytarum rex, qui i vexatus a Vessore Egypti Rege, victoria

ctoria assecuta, nec Vessoris regnum, nec diuitias occupare, & assequi curauit. Gratitudinis Senatus, populique Romani erga Attalum Regem, eiusdemque Attali erga populum Romanum, eiusdemque populi Romani, ac Scipionis erga Manissimam Regem, Massinissęque erga eosdem habes apud Val. Max. lib. 5. de Gratitudine, cap. de Attalo Rege, & Massinissa. Accipiens aliquē in suam protectionem, & defensionem ad quid teneatur, vide per Cardin. & Abb. in cap. accepimus. de Priu. per D. meum in l. non videtur. nu. 5. ff. de reg. iur. per Cagno. in prohe. ff. nu. 46. & seq. & in l. desertorem. §. si. ff. de re mili.

De Ingratitudine subditorum erga principem.

CAP. XLIX.

DE ingratitudine presertim in principē principum scribitur psalm. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Populus ingratus maledicit regi suo. Esaiæ ca. octauo. ad fi. cui tamen gratias agere tenetur, & hæc ingratitudo formalis dicitur, & opponitur obseruantiæ, vt docet Gaetan. super diuum Thomam 2. 2. quæst. 108. artic. 4. ad secundum. De subditis ingratis loquitur parabola. Luc. c. 19. Ciues autē eius oderant eum &c. Item de eisdem subditis ingratis in principem supremum Ioan. cap. 1. In ꝓpria venit, & sui eum non receperunt. Seianus quidam Octauianum Augustum interficere tentauit, contra quem inuehitur Vale. Maxi. lib. 9. de improbè dictis, aut factis. Ingrati etiam sunt principi detrahentes, & de eo obloquentes, contra quos est illud Ecclesiast. cap. 10. ad fin. in cogitatione tua Regi non detrahes. Dec. Neapolit. 307. Regula, præsertim. nu. 9. & 17. ac seq. Idem Afflit. in titul. Quæ sint rega. in versic. & bona committentium, num. 104. versic. sed iuxta hoc. & Doctus Moder D. Cæsar. Contar. in repet. l. diffamari. num. 29. C. de inge. manumis. Pœna non parentis principi describitur 1. Reg. ca. 14. Qui nō obedierit principibus morte moriatur. c. 2. de maio. & obedien. vbi videndus Feli. pro pęna arbitrarias ac Bald. consil. 367. Venena. colum. 2. versiculo, Aut non est apposita. & consi. 376. casus tulis. colum. 2. lib. 3. Aimo consi. 233. num. 3. Gom. in §. fuerat. num. 47. Insti. de actio. affirmans nec etiam ex causa licere contemnere principis mādata Linito & declaro nisi sint mandata iniqua. c. cum teneamur de prob. Gramma. vot. 32. in fin. Grati subditi non resistunt principibus ad Roma. cap. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c. Tributa, & vectigalia reddunt, principib. que obediunt. vbi supra. Ideoque necessitate subditi estote &c. & ad Titum. ca. 3. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse. Et Socrates ī Apologia inquit, Iniurias autem inferre: superiorique non obedire, vel Deo, vel homini, malum, turpeque esse scio. Grati fuerunt Regi Artaxersi populi illi transfluuium, de quibus 1. Esdræ cap. 4. Et quia læsiones Regis videre nephas duximus &c. Gratus Clitus Alexandrum magnum apud Granicum amnem nudo capite dimicantem suo clipeo texit, & seruauit. Rosacis insuper manum capiti eiusdem imminentē amputauit. Subditi grati discāt ab apib. quæ ēt teste Aristo. lib. 9. cap. 40. de historia Animalium. ꝓgredientem, vel migrantem regem comitantur, circa principemque suum glomerantur: & si forte Rex ipse aberrauerit, omnes inquirunt, odoratuque sagaci persequuntur donec inueniant: gestatur etiam a plebe cùm volare non potest. Obseruantia propriè cadit erga principes, & personas dignitate præcellētes, honorisq, retributio. Arist. Etic. lib. 8. & diuus Thom. 2. 2. q. 106. articu. 2. ad quintum.

De Ingratitudine Principis in subditos.

CAP. L.

COmprobatur hæc ingratitudo principis in subditos in Roboam Salomonis filio Rege potentissimo, qui Seniorum consilio posthabito iuxta suasionem iuuenum, populo Israelitico respondit, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro: Pater meus cecidit vos flagellis: ego autem cedam vos scorpionibus &c. quo factum est vt merito Israeliticum regnum perderet. prout 3. Regu. cap. 12. & 2. Paralipom. cap. 10. Ingrati, & mali principes erunt illi de quibus Iob. cap. 34. Qui regnare facit hominē hypocritam propter peccata populi. & psal. 52. Qui deuorant plebem meam, vt cibum panis. Prouerb. cap. 28. Leo rugiens, & visus esuriens princeps impius super populum pauperem. Sophoniæ 3. Princeps eius in medio eius quasi Leones rugientes. Ecclesiast. 4. in fin. Noli esse sicut Leo in domo tua, vertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi: & cap. 10. Rex insipiēs perdet populum suum &c. Oseæ. cap. 13. Dabo tibi regem in furore meo. Et scribit, Psalm. 117. Bonum est sperare in Domino. quàm sperare in principibus. pessimi principes describuntur Esaiæ. cap. 1. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequũtur retributiones &c. & cap. 50. Veh qui condunt leges iniquas. & scribentes iniustitiam scripserunt &c. & per Demosthenem in 2. Oratione in Philippum, cuius versia græca ita apud nos sonant. Rex, & tirannus omnis est inimicus libertati, & legibus contrarius princeps. item qui libenter audit verba mendacij omnes ministros habet impios. Prouerb. cap. 29. Ingratus Alexander Magnus, qui a Clito seruatus (de quo in præcedenti specie) eundem Clitū in conuiuio laudes Philippi Regis Alexandri patris ex tollentem interfecit, quasi ipsius Alexandri gloriæ detrahere visus fuisset. quod scelus leuius existimandum est, quum pœnitentia ductus tanti admissi criminis ipse Alexander vitam propriam odio habuit, nec cessauit immēsis lacrymis extremum mętorem ostendere. Pessimus, & ingra-

gratissimus princeps Domitius Nero in oẽs crudelis. Domitianus huic similis. Horũ in imperio, & bestiali feritate successor Caligula dictitare solebat se optare populum Romanum totum in vno tantum capite consistere, quod vno ictu amputare posset. Pessimi illi Dyonisius, Phalaris, & alij principes, vel potius crudelissimi tiranni Siculi, de quibus M. Tullius, in Orat. in Verrem actione vlt. Non Dionysius ille (inquit) non Phalaris (tulit enim quondam insula multos, & crudeles tirãnos, &c.) Præfatorum, & aliorum principum similiũ facinora, & scelestas vitas videre poteris apud Historiographos. Ingratus Valens Imperator si Frigiderno Ostrogotorũ Regi credimus, recẽsenti in sua oratione ad exercitum, & populum. Ostrogotorum crudelissimas neces sequutas ex mãdato dicti Imperatoris tot ostogrotorum administrantibus prouinciam Maximo, & Lucipino ꝓuinciæ præsidibus, qui tãndem, & etiam ipse Imperator pœnas debitas luerunt, quam orationem habemus lib. 4. ex 11. libris Histo. originis Barba- Nomina plura regum, & principum inutilium, & improborum commemorat Luc. de Pen. in l. iudices. colum. 4. C. de dignita. libro duodecimo. reddens causas quare ita appellentur, iura, & sacram paginam ad ea comprobanda citans, quem sequitur Ioan. Cirier. in tracta. de primogenitura. quæstio. 4. lib. 2. ad fin. 8. articu. Bonus verò princeps ea quæ decent principem cogitabit, & ipse super duces stabit, Esaiæ c. 32. Principatus a Deo datus censendus est: quod etiam Gentiles affirmabant, vti Nestor apud Homerum in Iliade, mọnens Achillem ne cum Agamemnone contendat cui principatus a Ioue datus esset. Principem M. Tullius in Oratione pro Rege Deiotaro ait fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum liberalem dici: Hæ sunt regię laudes. Principes malos faciunt ex sentẽtia Vopisci in Aureliano licentia: deinde rerum copiæ amici præterea improbi: Satellites detestandi: Eunuchi auarissimi: Aulici vel stulti, vel detestabiles. Et quod negari non potest, rerum publicarum ignorantia. Gratus, & pius princeps Salomon, q pro subditis, & omni populo suo orat, præcesq; Deo porrigit. 3. Reg. cap. 8. Bonus, & gratus princeps describitur Hester. cap. 13. Quum pluribus gentibus imperarem, cum ijs quæ in illa epistola subijciuntur. Græcorum omnium probarissimus princeps Aristides, Lysimachi filius vti apud Platonem in Gorgia uersus fin. Bonus, & gratus princeps subditos suos amicos vocat, prout videmus in epistola diuorum fratrum, in plurib. locis l. diui. ff. de iur. patron. & probatur ex verbis Io. c. 18. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Augustus item summæ modestiæ princeps abhorruit, a suis vocari Dominus, & ne de cætero dominus vocaretur, graui edicto corripuit, vt Orosius ad Augustum prope fin. & Luc. de Pen. in l. plebs. colum. 3. C. de capi. & ciui. censi. lib. 11. Plato dialogo quinto, de Repub. inquit, Sed præter ciuis nomen quomodo in alijs ciuitatibus populus principes vocat? In pluribus quidem dominos: in populari autem gubernatione principes. At nostræ ciuitatis populus, seruatores auxiliariosque. Gratus rex Hieroboal, de quo Iudic. cap. 19. Et bene egistis cum Hieroboal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficijs eius, qui pugnauit ꝓ vobis, & animam suam dedit periculis vt erueret vos de manu Madian &c. Darius persarum rex die quadam caniculari sole ardentissimo supra Zenith capitum existente, iter agens siti peribat, quem cognoscens Lauerius Villicus subditus a- quam rusticis manibus appræhensam, vt biberet inuitauit, bibit Rex, beneficiumque pauperis laudauit, eundemque ex paupere, & rustico, diuitem & magnum effecit. Bonus item, & gratus princeps beneficia in eos, qui ab eo reguntur cõfert, curam ipsorum habet vt ouium pastor: vnde & Homerus sapienter Agamnonem populorum nũcupat pastorem: quod commendat Aristoteles Eth. co. lib. octauo. cap. 11. principem optimum ĩ subditos: subditos item principi gratos, & beneuolos laudari vides ab Horatio episto. ad Quintum lib. j. Tene magis saluum populus velit: an populum tu: seruet in obscurum, qui consulit & tibi, & urbi Iuppiter: Augusti laudes cognoscere possis. Et Plato dialogo primo. de Repub. inquit, Neque alius vllus in aliquo principatu, & facultate imperans, quatenus princeps ẽ, nõ qd sibi conferat cogitat atque præcipit, sed quod subiecto conducat: & quæ dicit, quęquè facit, cuncta ad illius vtilitatem, decoremque dicit, & facit. Titus imperator Vespasiani filius ita in imperio suo modeste, iustè, humaniter, & piè se gessit, vt eum hominũ delitias nuncuparent. Quique a pluribus monitus ne promissa omnibus impleret, imperij enim census nõ sufficeret: Respondit, non decere principem, aliquem ab eius præsentia malè contentum abire. O fęlicem sententiam quam ego extolli, & executioni demandari vidi à felicissimo principe Paulo Tertio, summo Pontifice, qui toto tempore sui Pontificatus, & ante, neminem non lętissimum ab eius præsentia discedere permisit. Bonus itaque princeps pro subditis inuigilat, corrigenda corrigit, quietem præparat, leges seruari, & custodiri facit, scandala, & dissentiones remouet: totusque in hoc est, vt populos protegat, augeat, ad fęlicitatem dirigat. in Auth. vt iudic. sine quo. suffra. & in Auth. vt diuin. iussio. ac proœ. libri sexti. & per Ioann. de Ligna. in tractat. de amicitia, dum prosequitur amicitiam magnatũ ad subditos, & eorum munificẽtiam. Et dixit Aristoteles politic. 1. cap. octauo. Nam si imperans non erit temperans, & iustus, quomodo bene imperabit? Optimus princeps refrenabit primum libidines: iracundiam tenebit: spernet voluptates, coercebit auaritiam: cæteras animi labes repellet. M. Tullius parad. quinto. Principis, & regis laudes sũt, vt sit fortis, iustus, seuerus, grauis, magnanimus, largus, beneficus, liberalis, & mansuetus. Idem M. Tullius pro lege Manilia, & in oratio. ꝓ rege Deiotaro. Grati principis signum illud præcipuum, & tritissimum est, se ipsum populi fidei committere, ut colligitur etiam ex 2. Episto.

De-

Demosthenis, cuius verba ex græco ita transferrẽ da sunt. Ne ostẽdite utilius esse externas amicitias sibi consiliare, quàm populi fidei seipsum cõmittere. &c.

De Ingratitudine Priuilegiatorum priuilegijsque abutentium.

CAP. LI.

INgratitudinis species, seu peruersa priuilegiatorum aduersus eos qui illis priuilegia cõcesserunt, seu priuilegijs abutentium, compensatio est. Ingratus existimatur, priuilegioque sibi concesso priuatur, qui in principem, seu aliũ, qui priuilegium, seu indulgentiam largitus ẽ, commisit, prout in exordio epistolæ Arthaxersis, quam habemus Hester cap. 16. Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt &c. & Sapien. cap. 16. Ingrati spes tanquam hyberna lis glacies tabescet. diuus Thomas secunda secundæ. quæstio. 107. artic. 4. ad primum. ad text. in l. Titius puerũ, ff. de obseq. à liber. patro. præstan. Pau. Castrẽn. in l. digna vox, post num. 6. versic. Sed incontrarium. C. de legibus. Sozzi. consi. 59. viso. num. 5. lib. 1. & consilio 4. super quæstione, ante num. 14. versic. Postremò multum. lib. 1. & Ioann. Fran. à Ripa respon. 2 num. 9. & sequen. versicu. Alterum caput. de rescr. lib. 2. Et de ingratitudine præcedente gratiam, vel interueniente tempore gratiæ vide Bald. in capitu. seu. §. insuper. num. 2. de prohi. feu. alie. per Fede. Ingratus etiam erit ipse princeps qui diuinitus potestatem consecutus contra dispositionem cœlestis ordinis priuilegijs, & fauoribus ac potestate sibi datis abutitur, ac ea quæ ad ecclesiam, ecclesiæque prælatos spectant vsurpat, iuxta te. in c. si imperator. 96. distinct. Ingratus denique erit omnis, qui priuilegio abvtitur, seu cõtra priuilegium facit, quo casu priuilegij fauore priuatur. c. vbi ista didicisti, versi. Nam priuilegium dignitatis meretur amittere. 94. distinct. c. priuilegium. 11. quæst. 3. c. si de terra. de priuil. c. quoniam. cum glo. in versic. abutuntur. de iu. patro. c. cum accessisset. ad fin. & c. sequen. de constitu. c. pro illorum. de præb l. iudeos. C. de iude. glo. in auten. statuimus vt nullus C. de epis. & cleri. & in auten. item priuilegia. C. de hæret. & mani. Specu. in §. nunc autem videndũ, num. 9. versic. Primo si priuilegiatus ueniat. de instrum. editio. Ro. 372. fuit dubitatum vtrumquis numero secundo. in nou. Matth. de Afflit. in ca. 1. §. item si quis. numero 43. & sequen. qui. mo. feu. amit. Luc. de Pen. in l. prędia. colum. antepen. versic. Et priuilegium amittitur per abusum. C. de loca. prædio. ciuil. lib. 11. Paris. consil. 25. nu. 215. li. 1. Bero. consi. 76. in hac. nu. 11. & consi. 144. In cã nu. 17. lib. 3. Et ad alia quæ adducam in proximo seq. cap.

De Ingratitudine exemptorum in eos qui sibi exemptionem concesserunt.

CAP. LII.

EXempti æquiparantur filijs emancipatis, vel seruis manumis. Bal. in l. si quis ad declinandam. §. in omnibus. nu. 6. vers. sed loquor & postea versi. Secunda conclusio. C. de epis. & cler. vnde instar emancipatorum, vel manumissorum, si exempti ingrati erunt, in subiectionem pristinam reuocabuntur, prout concludunt idem Bal. in l. 2 in fin. C. de liber. & eor. libe. Idem in c. 1. §. filij nati. in fi. si de feu. fue. contro. & Ias. in l. ex hoc iure. num. 54. loquens de communitate, cui a principe concessa erat exemptio, ꝙ propter ingratitudinẽ reuocetur. ff. de iust. & iur. Imol. in c. cum M. col. 4. de constitu. Felin. in cap. nouit. col. octaua. in 4. limit. de iudi. Rip. in l. fi. nu. 11. C. de reuo. dona. Fallit in immunitate, seu priuilegio ob benemerita: tunc enim propter ingratitudinem non reuocatur. Alex. consi. 229. nec arguendo. colum. 1. & 2. lib. 2. Barba. in c. nouit. de iud. & ibidem Felin. post numerum 7. & post numerum 9. Tiraque. in Repe. l. si vnquam. in versic. donatione largitus num. 14. C. de reuo. dona. Rursus priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate iuxta tex. in cap. vt priuilegia. & c. tuarum. de priuileg. Cardin. in cap. 2. incipien. per illum tex. de pœnit. & remis. & in clem. 2. §. porrò. de hæreti. Abb. in c. suggestum. de deci. c. veniens. cum ibi nota. de præscr. Rip. in l. quod iussit. ante nu. 67. versi. Ego contra communem moueor. ff. de re iud. Bero. cons. 49. facti specie. nu. 7. lib. 2. & cõsil. 175. rem arduam. num. 23. eo. lib. 2. videantur Fran. Cremen. nota. 19. tu scis. & Catel. Cot. Memoria. in versicu. exemptus ratione ingratitudinis.

De Ingratitudine Priuilegium concedentis priuilegio postea contrauenientis, seu illud reuocantis.

CAP. LIII.

PRiuilegium perpetuo durare debet, vel eo tempore ad quod concessum extitit, irreuocabileque permanere. l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. faci. §. illud autem, ibi, quoniam omne beneficium, quod siue a Deo acquiritur hominibus, siue ab Imperio sequente Deum, decet esse mansurum. in Auth. constitutio. quæ de digni. & episco. §. præterea. in authen. de Referenda. sa. pala. & l. 1. C. in qui. cau. resti. non est neces. & ibi nota. Et si princeps, vel alius recedit a iã per ipsum decretis, vel gratiæ, immunitati, indulgentiæ, vel priuilegijs a se concessis contrauenerit, seu illa reuocauerit, non solum ingratus sed & varius, mutabilis, & inconstans vocari poterit, contra quem etiam adduci poterunt verba illa Psal. 88. Et quæ procedunt de labijs meis

non

non faciam irrita. Et quòd promptus, & facilis eſſe debeat princeps vt gratia per ſe facta ſortiatur effectum, concludunt Bald. in cap. 1. §. fina. verſicu. Bene tamen concedo quòd princeps debet ſe fauorabilem exhibere. de no. for. fideli. & Maria. Sozzi. iun. conſil. 75. quamquam. nu. 34. & 36. li. 2. An autem, & quando, & quale priuilegium reuocari poſſit, tracto. in 7. quæſt. 4. Reg. Cancel. num. 3. & ſeq. ac num. 7. & ſeq. & in 8. quæſt. 13. Regu. num. 20. Et princeps conceſſa gratia immobilis eſſe debet ſicut policœli, & dicere, Quod ſcripſi ſcripſi. Bal. conſil. 327. pridie enim. col. 2. lib. 1. D. meus conſi. 197. ad fi. & conſi. 588. viſo puncto colum. vlt.

De Ingratitudine prouiſi à ſummo Pontifice adeuntis poſtea ordinarium pro eodem beneficio obtinendo.

CAP. LIIII.

PRouiſus à ſummo Pontifice, ſi adeat poſteà ordinarium pro eodem beneficio obtinendo, tanquam ingratus priori gratia indignus redditur, eaque priuatur iuxta tex. in c. cum olim, iũ. glo. in verſic. donationis, vbi Abb. num. decimooctauo. dicit quòd ratione ingratitudinis, quia videtur magis extollere ius inferioris, beneficio priuatur. de re iudic. Quod etiam ampliatur ad vaſallum habentem feudum ab vno, ab alio poſtea recognoſcentem, de quo infra 62. cap. ſpecie. ingratitud. vaſalli ad Dominum. Et Abb. vbi ſupra ſequitur Felin. in cap. in noſtra. colum. 3. verſic. 1. niſi habens collationem beneficij a ſuperiore, impetret poſtea ipſum ab alio inferiore. de reſcriptis.

De Ingratitudine Ducum erga Deum & religionem.

CAP. LV.

INgrati, & impij Duces Moab, de quib. ſcriptum eſt Nume. cap. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael, & percutiet duces Moab. Baaſa item contra ingratum ducem 3. Reg. cap. 16. Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & poſui te Ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via hieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael vt me irritares in peccatis eorum, ecce ego demetam poſteriora Baaſa &c. Contra ſimiles ſcribitur Iob ca. 34. Qui vocat duces impios. Et Ezechiel. cap. 21. Tu autem profane impie Dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita &c. Duces grati, & pij in deo ſperant, non in ſua fortitudine, non in ſua virtute, & non in multitudine militum. Et non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis: quoniam nõ in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. 1. Machab. cap. 3. Grati Duces erga Deum, eiuſque eccleſiam fuerunt Naaſon filius Aminadar de tribu Iuda, Nathanael filius Suar, de tribu Zabulon. Heliſur filius Sedur, de tribu Ruben, Salamichel filius Subiſadar, de tribu Simeon, Heliaſaph filius Duel, de tribu Gad, Eliſamal filius Ammiud, de tribu Ephaim, Gamaliel filius Phagaſſur, de tribu manaſſe, Abidam filius Gedeonis, de tribu Beniamin, Abiexer filius Amiſaddai, de tribu Dan, Phegies filius Ocran, de tribu Aſer, Ahera filius Henan, de tribu Neptalim, qui duces per ſingulos dies obtulerũt munera in dedicationem altaris, prout Nume. cap. 7. Grati etiam fuerunt Iudas, & Simeon fratres, de quibus Indic. cap. 1. Similes prænominatis fuerũt Neemias Dux, qui confidens in domino dicebat populo Iudæo, Deus noſter pugnabit pro nobis, & interim faciamus opus &c. prout in eius libro, alias Eſdræ 2. cap. 4. ad fin. & cap. 5. vbi idem, Neemias recenſens grauamina ducũ ante ſe, ſubdit, ego autem non feci ita propter timorem Dei. Machabei item omnes, de quibus primo, & 2. Machabeo.

De Ingratitudine Ducum in Principem.

CAP. LVI.

SCribitur 1. Reg. cap. 14. Qui non obedierit principibus morte moriatur: quod habes tu Canoniſta in capit. 2. de maior. & obed. Dum Cyrus eſſet dux exercitus Aſtragis Regis, eius vitam & potentiam contemnebat, cernẽs & copias eius iam conſenuiſſe, & ipſum in delitijs vitam agere: Sic & Sartes Tracius cũ eſſet dux exercitus Amadoci. hæc ad litteram refert Ariſto. Politico, lib. 5. cap. 10. ingratum etiam Mitridatem contra Ariobarzanem oſtendens. Ingratum recentioribus tẽporibus demonſtrarunt oratores Mediolanenſes Comitem Franciſcum Sfortiam exercitus Mediolanenſis ducem, qui victoria contra Venetos aſſecuta ad pacta ſibi proficua, & Mediolanenſibus pernitioſa cum Venetis de uenit, exẽplo Philippi Macedoni, qui ex duce militiæ Thebanę victoria habita eſt, hoſtis, & princeps Thebarum euaſit, prout in oratione militari in faciem ipſius Franciſci habita, quæ eſt in 6. lib. Hiſtoriarum Florentinarum.

De Ingratitudine Ducum inter ſe.

CAP. LVII.

DVcem nuncupamus, quem etiam tribunũ militum, ſeu regentem populum, prout accipitur Nume. cap. 14. circ. princ. Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægiptum. ſeu regentem exercitum appellabant, prout apparet Iudic. cap. 1. Quis aſceudet ante nos contra Cananęum, & erit Dux belli? & 1. Reg. cap. 18. Amouit ergo eum Saul a ſe, & fecit eum tribunum ſuper mille viros. Et probatur ex tex. in l. officium regẽtis exercitum. ff. de re mili. & ex verbis Val. Maxi. lib. 2. cap. 2. titu. de diſciplina militari, dum de

L. Martio

L. Martio tribuno militum loquitur. Et quòd dux non esset maior tribuno militum, suadetur ex tex. in l. 2. ff. de orig. iur. §. quod ad magistratus, ibi: Hij idem temporibus tribunum celerum fuisse constat, is autem erat qui equitib. præerat, & veluti secundum locum a regibus obtinebat, iun. declaratione glo. in ver. celerum idest militum: arguendo hoc modo: Si tribunus militum secundum locum à Rege obtinebat, dux non est æqualis Regi, ergo non priorem locum quàm tribunus militum obtinere poterat. Immo subdit iureconsul. vbi supra, quod Tribunus celerum regibus iungebantur. Vel latius sumere possumus nomẽ ducis, vt sub se suaque potestate contineat milites, militumque tribunos, & sic tribunus habeat numerum definitum militum, puta mille viros, vt præalle. cap. 18. Reg. 1. Et diuus Hyeron. sup cap. 18. Exo. exponens illa verba, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, dixit Tribunũ, idest mille viris præfectum, & decem Centurionib. Et quod Tribunus militum subsit duci, aut equitum, aut legionum pręfectoque etiam naualli, colligitur ex uerbis Philosoph. Politico. lib. 6. cap. 8. Alicubi verò super his plures sint magistratus &c. De tribunis militum videre poteris Liuium 4. ab vrbe condi. lib. 6. & lib. 9. & Bud. super præalle. l. 2. ff. de orig. iur. dum de tribunis militum tractat, & super l. qui cum viro. §. grauius. ff. de re milit. Dux vero toti exercitui (etiã si esset exercitus Regis Xersis) præfectus erit, quem Generalem exercitus, seu generalissimum vulgo nuncupant. Et quod dux ille nuncupetur, qui a Principe exercitui præficitur, probat tex. in l. 2. §. 1. ff. de his qui notan. in fam. Improbi, & seditiosi duces tractandi essent, prout ducib. apium euenire docet Aristo. de Historia Animalium. libro nono, cap. quadragesimo. inquiens, Enecant nimirum ipsæ etiã duces, qui plures, quàm satis sit habeantur, & potissimum improbos, ne principum multitudo seditiones in examine faciat. Ingrati duces inter se, ac ęmuli, & hostes asperrimi vt in ipsorum historijs legitur fuerunt Sylla, & Marius, à quibus tot occisiones processerunt, vt dubium sit quis eorum crudelior, & immanior fuerit: vterque debitas luit pœnas, ille pediculis vexatus teste Plutarcho, morsibus carnes suas comedens teste Plinio, perijt: Hic in desperationem prolapsus postquam se diu celeuerat, caput in manus Pontij Telasini vt illud amputaret posuit. Ingratus, & auarus, Achilles, qui Hectoris cadauer sine prætio reddere noluit. Iliad. co. & Plato dialogo 3. de Repub. Ingratus dux erga Fabium Max. collegam Minutius, prius eiusdem magister equitum, postea sibi æquatus & in socium datus. Idem Minutius postea erga eundẽ Fabium gratissimus, quippe qui partito exercitu cum Fabio exitum in conflictu cum Anibale in Samnio pestiferum habiturus, subsidio Fabij seruatus, & ipse Fabium patrem appellauit, & a legionibus suis patronum salutari uoluit: ac deposito æqualis imperij iugo, magisterio equitum cõtentus fuit: de quibus per Val. Max. lib. 5. cap. 2. titu. de gratis. dum de Minutio loquitur, & per Polibium Historiarum suarum Græcarum lib. 3. Grati duces, & concordes inter se uictorias cõsequuntur, prout videre est Iudic. cap. 1. in prin. vbi Deus Iudam ducem constituit. Iudas Simeonem fratrem in sortem suam asciuit, ambo viriliter dimicantes Reges Cananeum, & Pheresеum debellarunt, contra aliosque obtinuerunt. Grati duces, ac concordes, & victores Ionathas, & Symon, de quibus. 1. Machabe. cap. 9. Valerius Publicola, vti refert Plutarchus, Bruto collegæ gratus honores, funusque, curauit, funebremq; orationem de ipsius laudibus habuit.

De Ingratitudine Militum erga Deum & religionem.

CAP. LVIII.

Miles ante omnia Deum timere debet, prius Deo quàm Imperatori, vel duci obtemperans. Augustinus super psal. dum inquit, Iulianus extitit infidelis Imperator &c. de quo etiam in c. Iulianus, & in c. qui resistit potestati, versicu. Vel si aliud iubeat Imperator, aliud deus, &c. seq. §. Iulianus extitit infidelis Imperator. 11. quę. 3. Grati Dijs erant Græci, qui non iuxta fictionẽ Virgilij, & aliorum poetarum, sed iuxta verá historiam de qua diuus Augustin. lib. 1. de ciui. Dei cap. 5. in illa sua victoria contra Troianos tẽplis deorum communium pepercerunt: atque illo confugientes miseros, victosque Troianos ferire, vel captiuare non ausi sunt. Sic & Fabius Tarentinæ euersor vrbis, as simulacrorum depredatione abstinuisse laudatur. prout per Diuum Augustinum vbi supra capi. 6. Grati Deo. milites de quibus supra in locis citatis, qui licet parerent Imperatori iniquo, & apostatæ pro defensione Reipub. vbi tamen agebatur causa Christi, parebant Domino æterno, & non Domino temporali, & idolatrę. Gratus, & pius Cornelius Centurio religiosus, & timens Deum, cum omni domo sua, faciens eleemosinas multas plebi, & deprecans Deum semper. Actuum capi. 10. Quot sunt milites qui se parum Deo credere profitentur, qui gloriantur in sua virtute, fortitudine, ingenio, nil se Deo debere asserentes. Quot item blasphemi, etiam ex praua consuetudine, ac ut feroeiores alijs propterea se ostentent: nec verbum quidem proferant, nec responsum dent absque blasphemia, cùm Deo se pugnaturos iactantes: Hinc non insipidè poetæ finxerunt gigantes illos cum Dijs pugnare ausos cœlestibus armis, ac fulminibus percussos interijsse. prout per Ouid. Metham. li. 1. Nec quis putet oĩa quæ de gigantibus, eorumq; immanitib. & temerarijs ausib. etiã contra Deum scripta sunt vana penitus, fabulosa, & somnia esse. Legimus Genesis capit. 6. Gi-

gantes autem erant super terram in diebus illis. & cap. 10. Porrò Chus genuit Nemroth, ipse cæpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino &c. ac cap. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrem, cuius culmen ꝑtingat vsque ad cœlum,& celebremus nomen nostrum.cum ijs quæ subijeiuntur. Macrobius de gigantibus loquens ait.Gigantes quid aliud fuisse credendum est,quàm hominũ quandam impiã gentem deos negantem,& ideo existimatam deos pellere de cęlesti sede voluisse.Rursus quot milites sunt,qui a religiosis,& sacris hominibus infinita extorquent? illosq́, ac templa ipsa, & Dei domos bonis etiam sacris spoliant. Silla, & socij coniurati nec etiam templis pepercerunt prout per Salustium in Catilinam.& per diuum Augu. præalle.c.5.lib.1.de Ciui.Dei.vnde meritò de his cecinit Lucanus dicens.Nulla fides,pietasque viris,qui castra sequuntur. Nemo autem affirmet arma bellica exercentes non placere Deo contrarium enim affirmat, & probat diuus Augu.in sermone de puero centurionis & probatur ex tex.in c.2.cum plurib.alijs 23.q.1.

De Ingratitudine Militum erga Ducem.

CAP. LIX.

DVci in exercitu magis obediendum est quã patri, Diuus Thomas 2.1.q.26.artic. 8.ad Tertium.Ingrati milites erga C.Cæsarem Roscilius,& Egus ex delphinatu fratres, qui cum præclare illi in bello gallico inseruissent a Cæsare plura beneficia, ac honores etiam Senatorios in patria consecuti, quum equitum præfecti essent arrogantia, & auaritia commoti in bello ciuili ẽt militum stipendia furabantur,a Cæsare commoniti vt de cætero a talibus abstinerent, quippe qui ꝓpter eorum digna seruitia in bello gallico multo plura ab ipso liberali seruitiorum remuneratore expectare poterant,quam ex illis furtis stipẽdiorum consequi possent,taciti discesserunt: pecuniaque accepta tentarunt quosdam Cæsaris equites interficere,in castraque Pompei fugerunt. Ingrati milites in M.Antonium quem cum Cleopatra ab Augusto superatum, destitutum,& proditum ab eisdem militibus inuenies apud Plutarchum in vita Antonij . Milites Germanci ducis audito obitu Augusti, & noua creatione Tiberij insurrexerunt in Germanicum, eiusque filium, & vxorem,Senatum Romanum spernebãt,illius oratores interficiebant,obedientiaque,iustitia,ac religione postergatis scæleribus omnẽ operam dabant vt videre est in oratione Germanici.libro. 1.Corn.Taciti Historiarum Romanarum.Milites Duci grati ei obediunt,ac inseruiunt,vitam ꝓpriam vbi se occasio obtulerit exponendo, vt Clearcus Lacedemoniorum Dux sępè exercitus sui auribus inculcaret.A militibus Imperatorem potius,quam hostem metui debere. prout apud Val.Max.ib.2.c.2.de disciplina Mili.dũ de Clearco loquitur.Et dicit tex.in l.3.in fi. ff. de re mili. Qui præpositum suum protegere noluerint, vel deseruerint,occiso eo,capite puniantur. Rursus tex.in l.oẽ.§.fi. Qui præpositum suum non protexit cùm posset, in pari causa factori habendus est &c.Pro quibus Bald.in pręfa.ff. Marti.Laud. de Milite.q.49.Clau.Seysel.in l.vt vim.& ibidem Io.Bolog.post num.94.ff.de iust.& iur. Vides Milites Machabæi Ducis quàm celeriter illi obtemperarent.2.Machabeo.cap.14. Imperante autem duce statim inde mouerunt,conueneruntque ad castellum Deslau. Sic & Iudic. c.9.ver.fin.Q̃ me vidistis facere,cito facite, itaque certatim ramos de arboribus præcidentes sequebantur Ducem.Idem videre est apud Virgi.3.Æneid.Haud secus ac iussi faciunt.& eodem lib.Linquere tum portas iubeo: & considere transtris, certatim socij feriũt mare &c. Et Socrates in Apologia inquit, Equidem o uiri Athenienses grauiter aberrarem, si illis paruerim præfectis,quos ipsi mihi prępossuistis &in Poridea,& in Amphiboli,& in Delio,tũc enim vbi illi consistere me iusserũt,ibi constiti vt quisquam alter, mortisque discrimen subiui &c.Et Aristo.c.7.de Mundo,dixit.Ad imperium Dei moueri oĩa exemplo Ducis,ac Imperatoris militaris.Obedientiam militum, militiæque præfectorum, ac curam ad oculum ipse philosophus in hęc verba demonstrans.Quod verò in hisce rebus agitur magnopere simile est ijs q̃ belli tempore inter homines factitant: namque statim vt classicum exaudiri in exercitu cęptum est,alios ipse videas scuta sibi aptantes, loricas alios induentes,alios ocream, vel galeam sumere vel balteo se cingere. Festinanteis rursus videas qui frenatos equos admittant, alios qui currus conscendant, qui deinde texeram perexplicatam aciem prodant, tum manipuli ductor ad manipulum,Centurio currit ad centuriam:postremò equites ad cornu: Velites ad stationem quisque suam festinant: Cum interim sub vno ductore omnia moueantur qui imperia & ipsa significanda accepit ab eo,apud quem summa est imperij. Formio Atheniensium dux monet milites si pauci contra multitudinem victoriam reportare velint, sibi in omnibus illico parituros: ordinem seruaturos: silentium præstaturos dum eos dimicare contingeret.Hæc inuenies in oratione Formionis apud Tucicidem.In oratione uerò Ciri apud exercitum post victoriã, quæ est apud Zenofontem libro tertio,summopere laudatur Chrisas ꝑfectus, quòd ab ipso vocatus, & iussus vt pedẽ referret illico cum omnibus suis militibus paruit abictuque quem in hostem parauerat, abstinuit.

Ducis etiam voluntati ciues assentiri debent eique socij obtemperare. vti apud Cicero. in oratione pro lege Manilia. Milites, qui Duci non obtemperant, vel eius mandatis resistunt, vel

vel contra ea veniunt, grauiter (vt præmisi) puniendi sunt, & probatur etiam in l. desertorem. §. si præsidis, & §. In bello qui rem a Duce prohibitam fecit, aut mandata non seruauit capite punitur, etiam si res bene gesserit. ff. de re mili. & per Fran. Cremen. singu. 150. mandatum fuit, vbi postea limitat. Sed nunquid ipse Cremen. sentiat, habemus clarissima exempla ducum, & imperatorum, qui nulli inobedienti etiam si res (vt præmisi) bene cesserit, pepercerunt. Tit. Mãlius Torquatus filium suum securi percussit, qui hostem aduersus ipsius mandatum inuaserat, & fœderat Testis est Au. Gellius lib. 9. Noct. Act. cap. 13. & alij. hinc adagium, Manliana imperia. Simile de Epaminunda, & eius filio scribit Plutar. in paral. cap. 25. Papirius item dictator Q. Fabium Max. (teste Liuio lib. 9. ab Vrbe condi.) capite damnauit, & si fœliciter Samnites fudisset. Pub. Crassus Mutianus virgis cædi iussit architectum, quòd non trabem, qua arietem ad Leucas vrbem expugnandam a se petitam, sed aliam vti aptiorem misisset. Gellius refert lib. 1. Noct. Attica. cap. 13. pro ijs Gomes. in §. fuerat. num. 47. Insti. de actio. affirmans etiam ex causa non licere principis mandata contemnere. pro ijs etiam videri poterit Iul. Ferret. in tracta. de re mili. titu. de obedien. & pace serua. Ex obedientia Romanis nostris infinitæ, maximæ, & gloriosissimæ victoriæ partæ fuerunt, imperiumq. Romanum auctum, & exaltatũ est, ijs oẽs historiarũ, & poematũ libri pleni sunt. Iuuat referre verba Quintil. in Milite Mariano, Si vere extimemus (inquit) imperiũ populi Romani ad hanc diẽ militari disciplina stetit, non. n. nobis aut multitudo maior est, q̃ cæteris gentib. aut vehementiora corpora, q̃ vel his: ecce Cimbris, aut maiores opes, quàm locupletissimis regnis, aut mortis contẽptas facilior, quàm plerisq. barbaris causam vitæ non habẽtib. Principes nos facit seueritas institutorũ, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatione assidua belli meditatio. Itaq. plus penè morib. quàm viribus vicimus, cum captiuæ quoq. sanctè habebantur, & contumelia ẽt hosti aberat. Quòd si quis manus Duci intulerit, capite puniatur. l. omnes. §. 1. ff. de re mili. Milites Pompeiani Petreio id iubente se exercitum, ducesque non deserturos: neque prodituros: neque sibi separatim & relsiquis consilium capturos iurabant. Alij iurabant se fugæ, aut formidinis causa non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, aut hostes feriendi: aut ciues seruandi causa.

De Ingratitudine Militum erga populos suos, extraneos, ac erga hostes.

CAP. LX.

Milites ingrati, & impij demonstrantur per Luc. de Pen. in l. 1. C. de re mili. libro. 12. qui ẽt, & ij, qui pagatim grassantes, & quacumq. iter faciunt grandinis, & procellæ instar oĩa obterunt, exhauriunt, obijciunt, conculcant, deuastãt. An hæc facere liceat, disputat Plato dialog. 5. de Repub. & omnia hæc describuntur per Gui. Pap. in Anno. in pandect. super l. ex conducto. §. 1. ff. loca. Contra milites deuastantes seu damnum dantes est tex. in l. 1. C. de pascuis. lib. 12. pro quo Marti. Lauden. de Militæ. q. 20. Et scribit. 2. Esdræ. c. 5. dum sermo habetur de primis ducibus. Sed & ministri eorum depresserãt populos. Istis conueniunt verba Iob. c. 24. Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges &c. conueniunt etiã carm. Virgi. in Buccolicis, Impius hæc tam culta noualia miles habebit. ac Lucani, Nihil est a militeratum. rursus carmen illud, Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur. Contra similes insurgit, eosque obiurgat Scipio minor in oratione, quam habuit apud Romanum exercitum in expeditione contra Cartaginenses, illos milites fures, crassatores, fugitiuos, timidos, & inertes appellans. prout in Historia Appi. Alexan. Bellorum externorum Romanorum. Conueniunt etiã ijs, verba Imperatoris in l. non patimur, C. de cursu publi. lib. 12. iun. declaratione Sarnen. in epilogo casuum neglig. super 23. q. Reg. de trien. casu 19. Morem militum ex sñia Catonis per Salust. in Catil. relata, habes apud diuum Augu. c. 1. li. 1. de Ciui. Dei. vbi q̃ uirgines rapiunt: liberos diuellunt e parentum complexibus: Matrib. familias non parcunt: Phana, atque domos spoliant: cædes & incẽdium faciũt. Armis, cadauerib. luctu, cruore omnia complentur. Inertes item, & meticulosi milites pessimi habentur, hos Cyrus apud Xenophontem veluti fures esse dicit. De ijs M. Tullius 2. Tuscu Vt sit in prælio, vt ignauus miles, ac timidus, simul ac viderit hostem, abiecto scuto fugiat quantum possit &c. Ignauis militibus pœna ab Imperatoribus constituitur. Idem M. Tullius in oratione pro A. Cecinna: Isti fugientes capite puniuntur. l. 3. ibi, Qualis est ille, qui in bellis cessetit. ff. ad leg. iul. maie. l. omne delictum. ff. de re mili. & sunt infames. c. infames. 6. q. 1. Miles turbans pacem capite punitur. de pace tenen. c. si violator, & ibi Iser. nu. 1. Milites item prohibentur accipere aliquid ab hospite in cuius domo hospitantur. l. deuotum. C. de meta. & epi. lib. 12. q̃ tamen malè seruatur, vt ẽt dixit Luc. de Pen. in d. l. in prin. & Iul. Clar. sent. lib. 5. q. 80. Quantũ verò attinet ad prohibitionem illam ne milites sint negociatores, quod etiam uoluit Leo Imperator, de illis militibus intelligendum esse existimarem, qui sordidos questus emendi, vendendique plebeia commercia exercent. l. nam milites. C. de re mili. & l. milites. C. de procura. l. filius. §. veterani. ff. eo. glo. 1. in c. bonæ. de postu. præla. c. ius militare. distin. 1. Qui etiam ab alijs abstinere debẽt, de quib. Marti. Lauden. in trac. de Mili. in prin. Pessimi, infames, & nephãdissimi milites describunt, ac pœnis plectunt a Seue. Imper. illi, qui interfecerant venerandum illum senem, &

optimum Imperatorem Pertinacem, vt liberius ac suo more viuere possent. Rursus, & qui imperium Romanum vendiderunt more pessimorum mercatorũ, vt in oratione ipsius Seueri Imperatoris, quam habemus in 2. lib. Vitarum Imperatorum. Bonos & gratos milites habes Lucæ cap. 3. Interrogabant autem eum & milites, quid faciemus & nos? & ait illis, Neminem cõcutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris: Quæ etiam habes in c. in singulis. vers. Militibus ne calumnias, 86. distinct. & in c. militare. vers. item interogauerũt. 23. q. 1. Huc spectant pulcherrima illa verba Quintil. in milite Mariano, in præceden. c. relata. Itaque plus penè moribus, quàm virib. vicimus, cum captiuæ quoque sanctę habebantur, & contumelia etiam hosti aberat. Boni milites etiam hostibus fidem seruant. Cice. lib. 1. & 3. officio. Grat. respon. 9. num. 120. optimi, & fortissimi milites ab Homero describũtur Diomedes, Aiaz Thelamonius, Aiazoileus, Idomeneus, Merion eiusdẽ familiaris, Euripilus, Thoas, Vlixes. Apud eundem celebratissimi Bellerophon, Achilles, & Dores. Virgil. Herix, qui cum Hercule pugnauit, Entellus cum Darete, Epeus, & Eurialus. Apud nostros infiniti, inter quos præclarissimi Horatius Cocles. Attilius vnus ex Cæsaris militibus, de quo Plutar. in Cæsare. & Valer. Max. qui ab scissa dextra, leua nauim apprehendit, & demersit. De infinitis alijs historiæ plenæ sunt. Boni militis est diu, noctuque pro aliorum salute laborare, se alijs negocijs nõ implicare, legitimè certare vt laudem, ut coronam assequatur. iuxta ea, quæ scripta sunt 2. ad Tim. c. 2. in princ. Labora sicut bonus miles &c.

De Ingratitudine Militum erga se.

CAP. XLI.

Commilitantium amicitia fundatur in cõicatione bellica, d. Tho. 2. 2. q. 26. artic. 8. & in bellicis plus debemus diligere cõmilitones, quàm conciues, vbi proximè. Ingrati, & mali milites, qui commilitones negligunt. l. non omnes. §. a Barbaris, ibi, aut negligentes suorum, iun. glo. in ver. suorum. iuxta primam interpretationem, ff. de re mili. Commilitonem vulnerans si lapide, militia reijciatur, si gladio, caput amittit. l. oẽ. §. si quis commilitonẽ. ff. eo. Ex quo text. arguit ad vasallum eiusdem Domini Afflit. in c. 1. §. item si quis, nu. 70. in 40. causa, qui. mo. feu. amit. Grati inter se milites sunt quasi vir vnus, iuxta illud Iudi. c. 20. in prin. Et pariter congregati quasi vir vnus: & post. conuenitq; vniuersus Israel ad ciuitatem quasi homo vnus, eadem mente, vnoq; cõsilio. c. 2. versic. Iuxte illud, multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.

De Ingratitudine Ducis erga milites, & populos suos, ac aduersarios.

CAP. XLII.

Quot Duces auari fuerunt, & sunt, qui more Roscilij, & Egi fratrum, de quibus supra, militum stipendia vel palam, vel clam furantur integra, vel iminuunt, reclamantes iniurijs afficiunt, damnant, insequuntur: obliti etiam verborum sacrorum, Quis militat suis stipendijs vnquam. 1. ad Corint. c. 9. & quomodo miles eas res sibi parabit quib. vita substentatr, fouetur, augetr si ne stipendijs, vel illis diminutis? Quot ẽt impij, qui stragem militum suorum, vel populorum sibi commissorum videre cupiunt? Quot imprudentes duces, qui exercitus, conciues, populos, & seipsos opprimũt, perimunt, perdunt. iuxta illud prouerbio. capit. 28. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Hinc scribitur Micheæ cap. 7. Et nolite confidere in Duce. & Neemiæ, aliàs 2. Esdræ ca. 5. Duces autem primi qui fuerunt ante me grauauerunt populum, & acceperũt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta. Ingratus Sextus Tarquinius qui ad Gabios confugiens se Tarquinij superbi patris inimicum ab illis dux creatur, quos deinde prodit, vrbem in manus patris tradens. T. Liuius versus fi. lib. 1. ab vrbe condi. Perfidus Orontes equitum Regis Cyri pręfectus cum epistolam ad hostes Cyri scripsisset, qua pollicebatr se cum equitum turma prope dum adfuturum, literis a Cyro depræhensis, ac Grecorum ducibus coaggregatis morte condemnatur. Quot ẽt Duces superbi, & inflati, qui se omnia nosse, oib. que se præstare profitentur, de quib. scriptum ẽ Ecclesiast. c. 10. Sedes ducum superborũ destruxit Deus, & sedere fecit milites pro eis. Item Micheæ ca. 3. Audite principes Iacob, & duces domus Israel, nũquid non uestrum est scire iudiciũ qui odio habetis bonum, & diligitis malum, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorũ desuper ossib. eorum &c. de his ẽt loqtur Zacha. c. 12. In die illa ponam Duces Iudæ sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in fæno, & deuorabunt ad dextram, & ad sinisteam omnes populos in circuitu. Ingrati, & pessimi Duces factionum. l. constitutiones. in fin. ff. de appel. l. quisquis, in prin. C. ad leg. iul. maiest. l. si quis barbaris, vbi Luc. de Pen. cir. princ. C. de re mil. lib. 12. Ingrati, & crudelissimi duces in milites, & populos deuictos, quos humiles, & simplices seruare recusarunt, sed omnes interficere, nulla ętatis, sexus, dignitatis, vel alicuius alterius qualitatis rõne habita curarũt Sylla, & Marius, prout in ipsorum historijs legimus. Pessimus & perditissimus Dux describitur Verres per M. Tulliũ in oratione in ipsum actio. vlt. sub ijs verbis. hũc tu igitr Imperatorẽ esse defẽdis Hortẽsi? huius furta, rapinas, cupiditatẽ, crudelitatẽ, supbiã, scelus, audaciam &c. & post in hoc vno genere oẽs inesse

ſe culpas, iſtius maximas auaritiæ, maieſtatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. Iners, imbelliſque dux Salinator, cuius ob incuriam Tarẽtum a Romanis defecerat. Cõtra vero Fabius Maximus prudentiſſimus, & Dux optimus aliquot poſt annos Tarẽtum recuperauit, Anibale expulſo: cui Fabio Maximo cum idem Salinator diceret vt meminiſſet Tarentum opera ſua recepiſſe, reſpõdit. Quid ni meminerim nunquam ego recepiſſe, niſi tu amiſiſſes. Autor eſt Cice. in orato. Plutarchus verò in Gabio M. Lucium vocat, quem Cicero Salinatorem. Contra hos ignauos, & mores referam verba M. Portij apud Saluſtium, quę ſunt, vigilando, agendo, bene conſulendo proſpere omnia cedunt: vbi ſocordiæ te, atque ignauiæ tradideris, nequaquam Deos implores: irati, infeſtique ſunt. Gratus Caius Cæſar, qui poſtquã ſtrenuus quidam miles in plurib. bellis ei optimè inſeruierat, ipſeque miles inſtaret penes Cæſarem pro aliqua laborum ſuorum præclarorum recognitione, & remuneratione, repetens in quibus bellis ſecum fuiſſet, quidve in eis accidiſſet, perſpiciens Cæſarem non habere ſui, & a ſe geſtorum memoriam, ſubdidit, Non mirum ſi me non vt prius cognoſcas, cum oculum iſtum pro tuo ſeruitio amiſerim in vltimo bello, cum ſatis immutatus ſim, Cęſar ijs verbis commotus, ingratitudinis hoſtis accerrimus, eidem militi ſtatim nonnulla prædia donauit, vt reliquam vitam cõmodè ſufferre poſſet. Gratus idem Cæſar in omnes, etiam erga victos, & debellatos, cuius proprium erat iuxta carmen illud, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Dux optimus deſcribitur Scipio minor ab Appiano Alexand. in Hiſtoria belli externi Romani, recenſens orationem eiuſdem Scipionis apud exercitum Romanum moribus omni ex parte deprauatum, quem arte, induſtria, ſollicitudine, monitionibus, ac exemplo ad priorem laudabilem, & glorioſum reſtituit. Iuſtiſſimum etiam oportet eſſe Ducem, humanũ ac fidum, nec perſonarum acceptionem habentẽ. De Pompeo ſermonem habẽs M. Tullius in oratione pro lege Manilia, inquit. Fidem verò eius inter ſocios quantam exiſtimare putatis, quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimam eſſe iudicarint: humanitate iam tanta eſt, vt difficile dictũ ſit, vtrum hoſtes magis virtutem eius propugnãtes timuerint, an manſuetudinẽ victi dilexerint. Pompeum virtutibus ornatiſſimum hiſtoriæ omnes affirmant, maximaſque victorias confecutũ fuiſſe, inter quas illam potentis Mitridatis. Dux optimus a Virgilio deſcribitur Æneas præſertim 2. Æneid. Dux erat Æneas nobis quo iuſtior alter nec pietate &c. Et eodem lib. oſtendit Ducem habere milites pro ſocijs, dum inquit, ſocijs tunc arma capeſſant edico. Et poſt, Eripite o ſocij: pariterque inſurgite remis. Caro. V. inuectiſſimus Imperator, dum in exercitu erat, milites Germanos lingua hiſpana nuncupabat. i. germanos ſeu fratres. Homerus Agamemnonem paſtorem populorum appellabat, ꝙ ſaluum eſſe exercitum diligenter curaret: modo imperatoris, modo robuſti militijs munijs ſubſtinentem. Qualis eſſe debeat dux, & an in eo præſtare debeat humanitas, & pietas, an ſeueritas, optime tractat Claud. Cote. in præfa. 3. lib. de Iure & priui. milit. dum comparat, & confert Manlium Torquatum, & Valeriũ Coruinum imperatores paribus autoritate & viribus, quique hoſtes Romanos profligarunt: æqualique gloria ac honore in premium ſunt donati: ille vehemens, & ferox natura atrociter, & cum ferocitate copias regebat: hic plenus humanitatis: Naturaque leniſſimus omni manſuetudine, ac humanitate militum animos ſibi conciliabat. Dux item militibus commeatum det: equos militares extra prouinciam duci non permittat: milites in caſtris retineat: vigilias circumeat: frumentum paret, menſurę fraudem coherceat: querelas militum audiat: valetudinarios reſpiciat. l. officium. ff. de re mili. Marti. Lauden. de Milite. quæſtio. 48. Vt quis ſit bonus dux neceſſe eſt etiã ꝙ aliquando paruerit: & qui modeſtè paret videtur quòd aliquando imperet dignus eſſe. Cice. 3. de Legib. Hinc patet quam temere præſertim valde nobiles ambiant duces eſſe ante quã oſtenderint ſe eſſe bonos milites. Legimus. 1. Petri capit. ſecundo. Siue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Poſthumij Tiburti, ac Manlij Torquati, qui proprijs filijs victoribus non pepercerunt, propter inobedientiæ militaris crimen, in quod incurrerant ipſorum Ducum, & patrum mandatis contrauenientes: exempla habemus apud Val. Max. lib. 2. cap. 2. de diſciplina militari. Iuſtiſſimus, humanus, & gratiſſimus dux Dauid. put 2. Reg. cap. 6. in fi. Et præcepit mihi vt eſſem Dux ſuper populum Domini, & Iudam, & vilior fiã pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis. Huc ſpectanr uerba Neemiæ, aliàs 2. Eſdrę cap. 5. A die autem qua pręceperat Rex mihi vt eſſem dux in terra Iuda, ego, & fratres mei annonas, quæ ducibus debebantur, non concedimus &c. & parum poſt, ego autem non feci ſic propter timorem Dei &c. & ad fin. dicti capitu. Inſuper annonas Ducatus mei non quæſiui, valde enim erat attenuatus populus. Similes præmiſſis Iunius Brutus qui vrbem hanc à Regum tiranni de liberauit. l. 2. §. ad magiſtratus: ff. de orig. iur. C. Marius, qui cãm cognoſcens Trebonij adoleſcentis Romani, qui C. Lucium ipſius Marij conſanguineum interfecerat, volentem illum poſtquam ſuaſionibus, precibus, & pollicitationib. ad ſua nefanda deſideria inducere non potuerat, per uim cognoſcere, ipſe Marius cognita cõſanguinei turpitudine, ac adoleſcentis conſtantia, animique fortitudine, non ſolum illum non condẽnauit, ſed ipſius adoleſcentis virtutem laudauit. Extollendus C. Marius, in quo vno Senatus, populuſque Romanus totam ſpem imperij poſuit, vt idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum adminiſtraret, prout ſcribit M. Tullius in Oratio. pro lege Manilia, Rurſus idem Marius duas cohortes Germanorum, quæ ſtrenuè pugnauerunt, & in ciues

Romanos recepit, &c cum ei obijceretur quòd id contra leges Romanas fecisset, respondit se inter strepitum armorum non valuisse, dum præliaretur verba legis percipere. Scipio maior dux inuictissimus, continentissimus, & omnibus, & in omnibus, omnium gratissimus, & optimus, inter alia profitebatur se malle ciuem vnum seruare, quàm mille hostes pdere. Optimi, & grati Duces alter post eum Scipio. M. Marcellus, Q. Fabius Maximus, Paulus Æmilius, Martius Curiolanus Metelli quatuor, Numidius, Macedonicus, Creticus, & Balearicus. M. Manlius Capitolinus, & innumeri alij Duces huius vrbis, quos omnes recẽ sere lõgum esset. de quibus etiam apud Val. Maxim. Plutarchum, Suetonium, Titum Liuium, & alios Historiographos. De aliquibus ex præmissis loquens M. Tullius in Verrem Actio. vlt. inquit. Quoniam plura genera sunt Imperatorum, ex quo genere iste sit, ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem Imperatorem ignorare possitis, non ad Q. Maximi sapientiam, neque ad illius superioris Africani in re gerenda celeritatẽ, neque ad huius qui postea fuit singulare consiliũ neque ad Pauli rationem, ac disciplinam, neque ad C. Marij vim, neque virtutem. Inter exteros optimi, & gratissimi Duces Asdrubal, & Annibal Cartaginenses, Epaminundas Thebanus, de quo apud Plutarchũ in eius vita. Themistocles Atheniensis, vterque Macedo Philippus; & Alexander Magnus filius, qui uti potentissimi reges extiterunt, ita Duces præclarissimi, gratissimi, maximis, & innumeris victorijs, ac fere totius orbis, insignes, artis militaris magistri optimi fuerunt. Apollodorum Cyzicenum: Phanostenem Andrium: & Heraclidem Clazomenium Atheniensium duces, licet peregrinos præstantes nuncupat Plato in Ione, vel de furore poetico versus fin. Reliquos gratos, & præstantes Duces apud Historiographos videre poteris. Iudas item Machabęus Dux præclarus pro ciuibus mori paratus erat. 2. Machabeo. cap. vlt. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore, & animo mori paratus erat pro ciuibus &c. Auorum nostrorum temporibus fuit ille maximè extollẽdus Magnus Tamburlanus, natione Partus, & vilissimis (vt narrat Baptista Fregosus) parentibus ortus, militiæ adeò deditus, & fortunatus erat, vt breui tẽpore Dux præclarissimus euaserit, & ex Duce demum Rex, omnes eum amabant, & timebant: omnibus tremendus, rursus & gratus erat: iustitiam omnibus seruabat, Bellator fuit optimus, prudentissimus, & felicissimus in omnibus. Scelerum vindicator, bonorum, & præclarorum militum, & aliorũ remunerator, ac liberalis in omnes: crudelissimus tamen in hostes, & propterea aiebat se esse irã Dei. De hoc Tãburlano scribunt præalle. Baptista Fregosus in suis collectaneis. Papa Pius in 2. parte suæ Geographiæ, Platina in vita Bonifacij IX. Mattheus Palmerius in Additio. ad Eusebium, & Cambinus Florẽtinus in historia Turcharum. Demum plura requisita in perfecto duce descripta inuenies à M. Tullio in oratione ꝓ M. Fonteio. versus fin. dum inquit. Profecto iudices virum ad labores belli impigrum. ad pericula fortem: ad vsum, ad disciplinam peritum: ad consilia prudentem: ad casum, fortunamque felicem: per negotium. &c.

De Ingratitudine vasalli erga Dominum.

CAP. LXII.

Τῆς Ἀχαριστίας, seu ingratitudinis speciem constituimus Vasalli ad Dominum, quam pleniori stilo tractabimus. Verum antequam vltra procedamus, pro faciliori huius, & proximę sequentis principalis speciei, & plurium aliarum ab vtrisque discendentium intellectu, ac pro iunioribus, & nonnullis circa materiam feudorũ parum versatis, quinque præmittemus.

Primum erit, ꝙ feudum est beneficium, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, vsusfructus verò illius rei ita ad recipientem trãseat, vt ad eum, hæredesque suos masculos, siue fœminas (si de his nominatim dictum sit, ad tex. in c. quin etiam, in titu. de episco. vel abba. in c. 1. de his qui sibi, & hæredi. & in c. 1. de natu. feu. ac in quampluribus alijs casibus) in perpetuum pertineat, ad hoc vt illi, & sui hęredes fideliter Domino seruiant, siue seruitiũ illud nominatim quale esse debeat sit expressum, siue indeterminatè sit promissum. prout dicit tex. in c. Obertus, de horto, in §. huius autem generis. in qui. cau. feu. amit. Vel alio modo, feudum ẽ beneuola actio tribuens gaudium tribuenti, capiensque tribuendo in id quod facit prona, & sponte sua parata, vt ait Seneca, cuius verba ponuntur in §. imprimis, in allega. c. Obertus de horto, & ibidem Andr. & cæteri feudistæ, qui cum eius definitionibus pertranseunt, maximè idem And. Bal. Aluar. & Cur. Iun. in suo tract. feud. 1. par. 6. q. nu. 1. cum pluribus seq. in quibus subnectit capita cuiuslibet requisiti in præfatis definitionibus, illa conuertendo per genus, & differentias.

Secundo præmitto quòd inuestitura, qua vasallus homo ligius Domini efficitur, duobus modis considerari potest, vno prout est vera, & realis traditio possessionis. Altero prout impropria, & abusiua, quando hasta vel aliud corporeũ qđlibet porrigitur à Domino Feudi se inuestiturã facere dicente, iuxta tex. in c. 1. in prin. & ibi Bal. Iser. & cæteri, quid sit inuestitura. Sicut in simili dicimus stipulatio ex allusione vocabuli quasi stipulum, & firmum quid nuncupatur, nam & baculum, vel stipem contrahentes dabant ad inuicem vt in marchia. Et calamum, ensem, chirotecam in Regno Neapolitano. Et in Lombardia bibunt, & alibi per clamidem inuestiunt, & consignant: vt etiam per glo. Insti. de verbor. obligatio. in princip. in ver. firmam. & gl. in l. 1. ff. eo.

De

De inuestitura uerbali,& per anulum, & biretū, & quos operetur effectus,& an pariat licentiā introeundi propria auctoritate,& de alijs circa huiusmodi inuestituras feudales uide Dec. Neapol. Affli.299.Rex.& Parif.consi.22.Illustris. nu. 41. usq;,ad 64.lib.1.

Tertiò præmitto fidelitatē bassim esse, & fundamentum feudi,a qua,seu a fide denominationem accepit,prout in c.1.in fin. per quos fiat inue.in c.1.de for.fideli.& cap.1.de no.for. fidelit. & ibidem Bald.& alij feudistæ.Et esse commu nem,& veram etymologiam affirmat Cur. Iun. consi.21.pro habenda,post num.8.Vasallus fidelitatem iurans,sex semper in mentem habere debet.Incolume,tutum,honestum,vtile,facile,pos sibile. Pro quibus, cum eorum declarationibus videre poteris alle.c.vni.de for.fide.c.de forma 22.quæst.5.In supradictis sex enumeratis si vasallus dignus uideri vult,& fidelitate securus esse, ac ingratitudinis notam fugere intendit,consiliū, & auxilium Domino præstet.dicto cap. vnic. de for.fide.& ibidem Isern. in cap. 1. de form. fide. Afflict. Dec. Neapolitan.265.Illustrissimus. num.43

Quartò præmitto,quòd feudum datur à Regibus,Marchionibus,Comitib. Capitaneis (quos valuasores appellant)ad cap.1.qui.mo.feu.ami. in 2.titu.Et a personis ecclesiasticis in dignitate constitutis.iuxta tex.in cap.1.in princ. & §.fin.de his qui feu.da.pos.& ibi And.de Isern.& Bal.Insuper feudū non sub pecuniæ prætextu, sed amore,& honore Domini acquirendum est. c. 1. in fin.de feu.da.in vi.leg.commis.Quo fit vt facta prouisione per Dominum de vasallo, illum sibi eligendo in vas fidele,ad talem fidelitatem retinē dam dominiū rei feudalis diuidatur in directū, quod residet in persona directi Domini, & in signum,& recognitionem supremi dominij:& vti le,quod est translatum in personam vasalli, cum obligatione recognitionis vasallagij ratione fidelitatis, & seruitij,quoties ad Domino illud fuerit indictum,tali modo quòd vasallus post susceptū feudum,illud a se abdicare non potest sine scientia,& consensu præfati directi Domini,neque vllo modo alienare.c.imperialem,quasi per totum de prohi.alie.feu.per Frid.& tenet Afflict.in con sti.constitutiom diuæ memo.nu.4. & 5. de reuo. alie. feud. Et sic eadem res feudalis non obstante vnitate corporis sui in persona duorum Dominorum residet, videlicet directi, & vtilis, cū vinculo amoris,honoris,fidelitatis, & seruitij vtriusque Domini videlicet, & vasalli:ex prouidentia Domini dantis, & pacto uasalli recipientis ad inuicem se colligantium,inspecta eorum con cessione,inuestitura,& pactis in illis appositis,& iuramento vallatis. ita quod alter sine altero ad alienationem,& diminutionem feudi procedere non possit.Et cùm agatur de utriusque præiudicio, utriusque consensus,& uoluntas concurrere debet.Nec Vasallus Ligio homagio ligatus directo Domino feudi potest illud ab se abdicare,& in alium transferre, in proximè successurum uocatum a lege inuestituræ, uel illud refutando in manibus eiusdem directi Domini concedentis. glo.fin.in cap.primo.de capi.qui cur.uendi.super quod distingue ut per Affli.in dicta capitulo primo.§.fin.numero 124. & sequen. ubi alios citat.per Iaco.de Belui.& Aluaro.in cap. primo.de uasal.qui con.const.Lotha.Bal.in cap. imperialē. §.callidis.de prohi.alie.per Fede. & per eundem Afflit.in const.regni.errores.nu.5.de his qui deb. accede.ad ordin.cleri.

Quinto & ultimo præmitto, ꝙ uasallus est uas electum à Domino, quasi ligatum,seu compactū amore Domini, & fidelitate uasalli: nec conuenit alteri se alligari, sed debet esse unius Domini ratione indiuiduitatis, & unitatis iuramenti per uasallum præstititi in homagio, & fidelitate Domino feudi promissa,ad tex.in clem. pastoralis.§. rursus,iunct.glo. in uer. homoque ligius pręsertim.ad fin. de re iudic.Specu. titu.de feud.§.quoniam.quęstione decima,numero uigesimotertio. Ioann.Andr.in capit.recolentes.de statu monac. Afflict.in consti.Domini a uasallis numero decimosexto. de Asse. Domi. a uasal. Cætera huc spectantia uidere poteris apud omnes feudistas in eorum præludijs. Quibus generaliter præmissis concludemus,quòd uasallus eo ipso,quòd feudum recipit concessum sibi ex liberalitate, & beneficio Domini dantis,naturaliter est illi ad antidora obligatus,argum.text. in l. sed & si lege.§. consuluit.ff.de peti.hære.Isern.in ca.Obertus,in uer. egregia,numero quarto. ex qui.cau. feu.ami. Rursus obligatus erit ex iuramenti uinculo,& ex pactis appositis, quòd si contraueniat, ingratus, & infidelis uasallus erit.Et licet appositum esset pactum ut feudum reuocari non posset propter aliquam causam, propter ingratitudinem tamen feudum reuocatur, etiam si adesset clausula, ꝙ propter ingratitudinem reuocari non posset, argumen.tex.in l.si unus.§. illud.ff.de pact. & in l. fin. §. reuerentiam, ibi,integris reseruandis, & si per uerborum conceptionem &c. Spec. de donatio.numero quinto.& in terminis nostris Affli.in capitulo primo.in princip.numero septimo.quibus mo.feu.amit. Et quia uasallorum in Dominos infinita ingratitudinū genera occurrere possunt,illa metodo quadam comprehensa, hic enumerabo,eas præsertim quę feudorum priuationē operantur,& sic ingratitudines egregias(ut ita dixerim) iuxta tex.in c.obertus,ex qui.cau. feu.ami. recensebo. Leues,& modicas nonnullas ingratitudines consulto omittens: illæ enim uasallos feudis non priuant. Bal.in l.solo.ubi ēt glo.C.de lib. cau.Tiraq.de Iudic.in reb.exig. casu 49. Sciendū etiam est quòd feudatarius ingratus a die commissæ felloniæ tenetur ad fructuum restitutionē. Guid.Cun.Ang.Pau.Castren. Alex. & Ias.in l.1. per illum tex.C.de his qui.ut indi. Roma.in l.diuortio.colum.secunda.in princip.ff. soluto matrimon. Tiraquel. qui alios citat in l. si unquam.in uersicul. reuertatur. nume. 272. C. de reuocan donatio.

PRIMA.

THs Ἀχαριστίας seu ingratitudinis species, vasalli ad Dominum sit, si Dominus prælium campestre habuerit, & vasallus eum morantem in ipso prælio dimiserit non mortuum, nec ad mortem vulneratum: quo casu feudum amittit, vt vult tex. in cap. 1. versic. Seu in campestri bello Dominum suum reliquerit, & ad literam dicit tex. in cap. 1. qui. mo. feu. amitt. cir. princ. & ibi Isern. & Bald. limitant, si commodè id fieri potuisset ne dimitteret, prout sentiunt Isern. vbi supra, num. 4. & alij in sim. limi. tex. in cap. 1. §. fin. de alien. pater. feu. junct. declaratio. glos. in versicu. liberare poterit, versic. Et intelligas quod hic dicitur, liberare potuerit. Hostien. in summ. de feud. §. qui. mo. feu. amitt. versic. Propter feloniam autem quæ respicit Dominum. Barba. cons. 11. scripsit bellissimè, colum. 4. num. 16. versic. Multò magis. lib. 1. Afflit. Dec. Neapo. 265. Illustriss. num. 45. Iul. Clar. senten. lib. 4. §. feudum. quæstio. 55. cau. 8. Marti. de Silima. rub. qui. mod. feu. amit. nu. 137. præliũ campestre interpretare possumus. i. in loco campestri factum. De loco campestri habemus Deuteron. cap. 34. Fleueruntque eum filij Israel, in campestribus Moab. & Lucæ cap. 6. Descendit Iesus de monte, & stetit in loco campestri. Columella de Re rustica libro secundo. cap. 2. exorditur tria esse terreni genera, campestre, collinum, montanum. Campestre item ad differentiam maritimi accipitur, vti apud Platonem lib. 34. de legibus, dialogo 3. cir. princip. dum dixit, de diluuio loquens, ponamus etiam campestres, & maritimas vrbes fundatas illo tempore perijsse.

SECVNDA.

Erit, retento eodem themate, si vasallus videns Dominum ab hostibus aggressum, & vulnerandum, vel interficiendum, & ipse vasallus erat fortis, lacertosus, & armatus, ita ꝙ eius propugnatione, ac defensione hostes irruentes frenare, & repellere potuisset, idque neclexit, vel omisit, vel malitia, timiditate, & vilitate commotus: vnde vt ingratus feudum amittit. c. 2. in fi. de feu. sine cul. non amit. Quod aliter dicendum esset, si vasallus lętaliter vulneratus, vel tibiis debilitatus, vel adeo grauatus reperiretur, vt inhabilis factus esset. dicto cap. 2. in fin. ibi. non laborauerit si potuerit. de feu. sicul. non amit. Isern. in præal. ca. 1. post nu. 3. ver. Item intellige in vasallo qui posset. qui. mo. feu. amit.

TERTIA.

Si vasallus Dominum in prælio dimiserit, etiã quòd illa dimissio non nocuerit Domino, cuius contrarium suadetur. argum. text. in l. mancipia, iun. glo. in versic. aduocandum, versi. Et intellige in vtroque casu, cum effectu ꝙ viuit, aliàs frustrà diceret, restituat. quam gl. sing. dicunt, illam multum commedantes Roma. Singu. 489. statutum puniens, & præceptor meus D. Philip. Dec. consi. 466. stante sta tuto. num. 8. & consi. 540. quæritur ante num. 2. & illam glo. communiter teneri affirmat Cur. Iun. consil. 76. post expeditum. num. 3. verior est opin. quòd vasallus ingratus habeatur, & propterea feudum amiserit, cum tex. in ca. 1. qui. mo. feu. amit. non distinguat, nec consideret, an fuga vasalli sit Domino nocua, vel non. Et daretur malum exemplum vasallis, si inde impuniti abirent, argum. tex. in l. Cicero. ff. de pœnis. & iuxta terminos nostros concludunt Bald. in dicto cap. 1. in princ. in 4. quæst. num. 7. Aluarot. eodem num. & Afflit. num. 41. & seq. Cardin. Alexan. colum. 3. versicu. eiusdem initij. qui. mo. feu. amit. argum. tex. in l. si quis seruo. C. de furt. & And. Tiraq. de utr. retra. par. 1. glo. 1. §. 15. nu. 13. versiculo. Et hæc quidem puto. Et in tracta. de Ludi. in reb. exi. casu 50. & idem Bald. in l. 2. C. de infan. exposi. Quærit Bal. in alle. c. 1. qui. mod. feu. amitt. quid si ex duobus fratribus vnus aufugiat, alter dominum eius virtute defendat, an ille qui aufugerit excusetur? ipse colum. 3. ver. Quid si sint duo. pro affirmatiua concludit. Videatur Ludo. Roma. sing. 245. si vasallus. Fel. in cap. 1. colum. 3. & sequen. de præscri. & omnino Catel. Cotta Memoria. in ver. vasallus si deserit.

IIII.

Species erit, ampliando I. & II. ut ingratus dicatur, & feudo ptiuari possit vasallus in quocũque bello, quod clarum sit esse licitum, & iustum, dominum tam ad defensam, quàm offensam nõ iuuans, illique opem non ferens. c. domino guerram, in princ. ibi, si sciatur quòd iustè, tit. hic fini. lex. & ibidem Isern. in prin. & Bal. uersic. Aut iuste habet guerram, & nu. 5. ibi. Quando ius est ꝓ domino. Idem Iser. in c. j. cir. prin. ibi, Ideo dictũ est de iusto bello. qui. mo. feu. amit.

V.

Vt idem dicendum sit, quando est dubium an bellum sit licitum, uel non, dicto c. domino guerram. in princ. ibi, Aut cum dubitatur. titu. hic fin. lex. & ibidem Isern. in princ. uersic. Idem si sit dubium, & incertum. & Bal. uersicu. Aut dubitatur, & tunc debet ipsum adiuuare ad offensam, & defensam. & nu. 5. ver. Itẽ cum est dubium: nã determinatio huius dubij non pertinet ad uasallũ, sed obsequi debet domino suo &c. Raph. Cum. cõsi. 161. A miles nu. 5.

VI.

Ingratitudinis species vasalli iuxta consuetudines feudales comprobari poterit in non defendente dominum iniustè pugnantem. iuxta tex. in alle. cap. domino guerram, cir. princ. uersicu. Sed cum palam est, quòd irrationabiliter eam facit, adiuuet eum ad eius defensionem, ad offendendum uerò alium, non adiuuet eum si uult. & licet Andr. & Bald. & alij ibi in contrarium rationes adducant non solum in bello actiuo iniusto, sed & passiuo, idem tamen Bal. tandem residet, quod consuetudo sit ut præmisi. pro qua cõsuetudine, & ult. opinio. seu limit. Bald. ut specia le sit in uasallo ex consuetudine feudorum, concludit Ruin. consi. 42. quoniam scio, post nu. 14. uolum. 4. Vide præalle. con. Raph. Cum. ibi, post num. 6. uersic. Ad defensionem uerò, & lat. in l. qui seruum. ad fin. uersic. Alibi tamen habes, & in l. quidam cum filium. ff. de uerbo. obliga. Pro

præ-

præmissis vide Marti. Silima. rub. qui mo. feud. amit.nu.140.

VII.

Si uasallus collegam suum dimittat in prælio sine auxilio.argum.tex.in l.non omnes.§.a barbaris, versi. Aut negligentis suorum,iun. glo. in ver. suorum, iuxtam primam interpretationem.ff.de re mili. Afflit.in cap.1.§. item si quis.num. 95.in 60.causa.

VIII

Interficientis aliũ vasallum eiusdem Domini. arg.tex.in l.omne delictum.§. si quis cõmilitonẽ ff.de re mili.Ita voluit in terminis nostris post Iaco.de Ardizo in sum.§:quęri põt. Afflit.in c.1.itẽ si quis,nu.70.in 40.cau.qui.mo.feu.amit.ea præsertim ratione, quia vasalli de familia Domini esse videntur.

IX

Subripientis arma alterius vasalli arg. tex.in l. 3.§.qui aliena arma.ff. de re mil Affli. præalle.§. item si quis,post nu. 71.in 41.causa.

X.

Si vasallus doctor,aduocationis officium exerceat spontè contra Dominum,ingratus habetur, & feudo priuari potest.gl.in ver.beneficia, versi. Simile est inter vasallum, & Dominum in c.si imperator.96.distin.glo.in versi.perdat,versi. Quid ergo si aduocatus,in c.1.§. sed non est. quæ fue. pri.cau.bene.amit.& Affli.in §. sed & qui delator num.43.& Dec.Neapo.265. post num. 86. Rip. in l.fi.quæst.9.num.31.C.de reu.dona.Marti.Silima.rub.qui. mo. feu.amit. nume.123.Paris.de Put.in tracta.Syndi.tit.de excessib. Aduoca. cap. vni.num.24.Simile dicunt in clerico contra ecclesiam vbi est beneficiatus, vel contra episcopũ patrocinium pręstantem, vt is beneficio priuetur cap.fi.de postul an.& ibi Abb.nu. 2. infert ad vasallum aduocantem,seu procurantem contra dominum quòd tanquam ingratus is feudo priuari possit.cap.1.iun.gl.oss.fin.1. quæstio. 7. cap.de forma.iun.glo.in versic.dignus.22. q. vlt. Andr. de Iser.in c.1.ver.Sed quia non sufficit.post nu.4. de for.fide.

XI

Si pariter uasallus doctor Domino patrociniũ non præstet. Dubitabilior videtur præsens conclusio,quàm præcedens: Stant enim ista simul, ꝙ quis contra aliquem patrocinari non possit, vel militare,seu se in aliquo exercere: At quòd cogi possit pro eodem officium suum,ac operam,& industriam impartiri,sat diuersum est, & durius videretur. Suntque inter se diuersa aliquem offendere prohiberi, & aliquem cogi defendere. Iuxta tamen propositum thema idem in vtroq; casu concludendum videtur,& sic ꝙ vasallus teneatur etiam Domino suo patrocinium præstare quod si non præstet ingratus habeatur, & feudo priuari possit,prout voluisse videtur glo. fin.in cap.fin. versic. Sicut vasallus tenetur Domino. de postulan.& voluit Iser.in c.1.in versicu. Sed quia non sufficit. vbi dicit quòd contra Dominũ non debet aduocatus esse,sed debet defendere dominum.de for.fideli.quod etiam repetit,ad ibi dicta in eodem ver. se referens in c.1.cir. prin.ver. An in prælio iudicij debeat Dominum defendere quib.mo.feu.amit.

XII.

Quotiescunque vasallus a morte Dominum liberare potest, & non liberat.ca.1.§.a morte. vbi etiam And.Bald.Aluarot.& Afflit.de alie. feu.pater.

XIII.

Reuelantis secreta Domini animo iniuriandi, vel damnum inferendi. Aliqui addunt, & damnum sequutum sit.c.1.iun.glo.in versic.Sed sciẽter,& ibidem Iser.versic.Item not.dicit gl. Bal. num.1.Aluarot.num.2.4.& 6.qui.mo. feu.amit. tit.2.Marti.Lauden.de crim.læsæ maie.quæst.49 Dec.Neapo.Afflit.265.nume.48. Idem Afflit.in cap.1.§.item si quis feudum,num.28.in 12.caus. qui.mo.feu.amit.Idem Afflit.in cap.1. eo.titu.2. num.2.& sequen.versic.Notanda sunt duo. Grat. respon.1.lib.1.num.68.& seq.& respon.9. num. 55.Et sic tria concurrere debent, videlicet ipsa reuelatio.secundo quòd animo damnificãdi dominum,tertio quòd ex ipsa manifestatione sit secutũ damnum do mino prout etiam per Afflit. in consti.Domini a vasallis, de Assecu.domi.rub.15.lib. 3.post nu.8.sic & secretarius secreta reuelans male facit,& ad interesse tenetur. l. in lege aquilia si de letum.§.fi.& ibi ad hoc not.Bal.ff.ad leg.aqui. sic & renuntians hostibus secreta principis, aut viuus exuritur,aut furca suspenditur. iuxta tex.in l.si quis.quæ est 38.cir.prin.ff.de pœnis.

XIIII.

Si sciuit Dominum ab aliquo interficiendum, & id ei non reuelauit.cap.1.§.præterea. quæ fue. pri.cau.bene.amit.glo.in c.1.§.si a morte,in vers. liberare,ibi puta nunciandoDomino quòd ab aliquo volebat occidi,& ibidem Isern.versi. vel denunciare ei mortem sibi paratam.& Afflit.num. 2.de alie.feu.pater.Idem Afflit.in cap.1.§.item si quis.num.96.in 61.causa.quib.mo.feu. amit.Iul. Clar.Senten.lib.4.§.feudum.quæst.57.c.10.Marti.Silima.rub.qui.mo.feu.amit. nu. 135.

XV

Si non reuelauit, & manifestauit comburere volentem aliquod castrum Domini,vel in eiusdẽ bonis aliquod magnum damnum inferre parantem.argum.tex,in l.item quæritur. §. exercitu.ff. loca cap.1.§.præterea,ibi. aut patrimonij grandẽ iacturam.quæ fue.pri.cau.bene. amit. si autẽ nec denunciare nec resistere potuit excusatur. l. item quæritur.§.exercitu veniente.ff.loca. Marti.de Silima.rub.qui.mo.feu.amit. nu. 135. Regulariter autem aliter dicendum esset, cùm de iure nemo teneatur malefactorem,uel maleficium committere volentem indicare.ad l.solent.ff. de præscr.ver. l.qui vas.§.qui furem.ff.de fur.Doct. in l.2.C.eo. Affl.in c.1.§.item si quis.nu.96.in 61. cau.quib. mo.feu.amit.

XVI

Si non indicauit proditores, & rebelles regni, & proditionem factam, vel faciendam Domino suo

suo Regi non patefecit argum. tex. in l. eorum. iũ. glo. 1. & l. metrodorum. ff. de pœnis. est pulcher tex. in §. quia vero versi. Si contra imperium cogitantibus. in Auth. vt lice. matri. & aui. Ludo. Roma. Sing. 787. nunquid teneatur quis indicare rebellem. Abb. in cap. 1. de resti. spoli. Vmber. in Indic. Inquisito. in ver. scientia, & in proprijs terminis nostris Affli. in ca. 1. §. præterea, col. 1. versi. Similiter dicimus quòd quis tenetur indicare proditores, & rebelles regni. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Bero. consil. 76. & si in hac. num. 10. lib. 1. videri poterunt quæ scribo super c. 1. de offic. dele. num. 39. & seq. Et potest etiam argui ab identitate rationis, vel a fortiori, & a si de quo minus. Si enim (vt supra ostendimus) vasallus non reuelãs damnum notabile in bonis Domini inferre tentãtem ingratus habetur, eadem, & maiori ratione priuandus veniet proditores, & rebelles Domini sui non reuelans. Grat. respon. 9. facti speciem, num. 54. lib. 1.

XVII.

Si filius non indicauerit patrem proditionem parantem contra Dominum, vel grauem offensam illi facere quærentem, & licet generalitas tex. in alle. cap. 1. §. præterea. quæ fue. pri. cau. bene. amit. suadeat etiam filium in quolibet casu teneri manifestare etiam patrem. & idem sentiant etiam ibidem Isern. post num. 7. & Affli. num. 11. & nu. 18. citantes M. Tullium 3. officio. ea præsertim ratione, quia disciplina castrorum antiquior est quã caritas liberorum, iuxta tex. in l. postlim. reuer. tamen sententia eorum qui limitant hæc procedere quando persona Domini est talis, contra quam committitur crimen læsę maiestatis, tutior videt, & iurib. ac rationib. magis conformis.

XVIII

Si pater vasallus similiter non manifestauit filium machinantem contra regem, dicimus enim quòd pater in filium insurgere debet pro rege suo, & pro patria. ad tex. in l. minimè. ff. de relig. & sump. fune. glo. in uersi. & Christiani, in cap. 1. de conuer. infide. & in terminis nostris concludit Affl. in cap. primo. §. præterea. numero 19. versicu. Sed iuxta hoc quæro. quæ fuit pri. cau. bene. amit.

XIX

Si pater vasallus habet filium qui deliquit in Dominum, eum offendendo, si non duxerit filiũ Domino vt ei satisfaceret, vel à se filium non separauit, argumen. tex. in l. sancimus. ibi Quos reos sceleris societas non facit. C. de pœnis. vt ingratus feudo priuatur. Idem dicendum est quoad alios domesticos, preterquam de vxore. c. 1. §. insuper si filius, vbi etiã Bald. & alij de prohi. feu. alien. per Frid. Afflict. in cap. 1. item si quis. num. 65. in 37. causa. & Deci. Neapolit. 265. Illustriss. nume. 98. Martin. de Silima. dicta rubr. qui. mo. feu. amit. num. 132.

XX

Ingratitudinis species comprobatur in vasallo iugulante seu interficere complente Dominum ad mortem vulneratũ. Simile habemus in Amalchite seruo interficiente Saulem. 2. Regu. capit. 1. Amalachites ego sum, & locutus est mihi, sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima in me est, stansque sup eum occidi illum. & parum post, quare nõ timuisti mittere manum tuam vt occideres Christum domini: vocansque Dauid vnum de pueris suis ait, accedens irrue in eum, qui percussit eum, & mortuus est. Idem quod supra concludit Isern. in c. 1. post nu. 3. ver. Sed occidere sic, nam qui hominem &c. qui. mo. feu. amit.

XXI

Vasalli ineuntis amicitiam seu confœderationem cum inimicis Domini in illius damnum. argum. tex. in l. liberi. §. si. & ibi glo. Bal. Saly. & Ias. num. 3. C. de inoffi. testa. & in simi. facit tex. in l. 1. §. nam & puniendi, ibi. vel si conspirasse eum contra se cum inimicis eius doceat. & glo. ibi in uers. cum inimicis. illum tex. de liberto aduersus patronum ampliat ad uasallum erga Dominum. ff. de offi. præfe. vrb. cap. 2. 93. distin. Cyn. & Cyn. & Bald. in l. si quis testib. num. 15. C. de testibus. ex tex. in cap. vni. titu. quot test. sint neces. ad probã. feu. ingra. & voluerunt Iser. in cap. 1. §. præterea. post num. 19. vbi uide omnino Affli. num. 19. & sequen. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Rapha. Cum. consi. 162. A, miles post, num. 5. uersic. Ad decimum. Bald. cons. 250. ad euidentiam, num. 3. lib. 2. uersi. Tertiò præmittendum. glo. Bald. Saly. & alij in l. liberi. C. de inof. testam. D. meus consilio 544. Sereniss. num. 5. quod consi. est repetitum postea 606. Idem etiam voluit consi. 604. in casu, nume. 2. Paris. consi. 1. num. 13. lib. 1. Thom. Gramma. con. ciui. 24. præsidio. num. 7. Hieron. Grat. respon. 1. nume. 81. & respon. 9. Facti speciem, post nu. 54. uersi. 25. præsupponitur. lib. 1. Martt. Silima. dicto tit. qui. mo. feu. amit. num. 131. Goza. consi. 1. nu. 26. Igne. in l. fideicommissum. nu. 72. ff. ad sena. con. sillani. Vt igitur ingratitudo hæc procedat necessario supponendum uidet, ꝙ ad id, seu propter id amicitia contracta fuerit ꝑ uasallum cum inimicis domini, seu confœderatio, uel unio, in damnum uidelicet, seu detrimentum ipsius domini, prout in simili uoluit Alexan. consi. ult. lib. 2. ꝙ statutum puniens facientem unionem, seu adunatam gentium, intelligit ad id quod scilicet prohibitum est: sequit. Catel. Cot. Memoriaren. ut opem. ad fi.

XXII

Ineuntis huiusmodi amicitiam cum inimicis Domini, etiamsi non constet quòd ad damnum illius. Pro hoc adduco glo. quę a docto. in hac materia passim citari consueuit in l. 1. §. nam & puniendi, in uersi. cum inimicis. ff. de offi. præfe. urb. quæ uult, uasallum ineuntem amicitiam cũ inimicis Domini amittere feudum, nec distinguit an amicitia fit in perniceim Domini, an non: unde nec nos distinguere debemus. ad l. precio. ff. de publicia. glo. & Bar. in l. 3. ff. de offic. præsi. Hãc opin. comprobari etiam censeo ex proxima simili sequent. specie, in qua nec etiam distingui uidi. coadiuuatur hæc opin. ex ijs quæ uoluit gloss. in c. 1.

c.1.§.item si fidelis,in ver.concubuerit,quæ etiã non distinguit,& ibi Afflit.num.53.qui.mo.feu. amit.Gozza.consil.primo.num.26.vbi dicit. Nã solum contrahendo amicitiam cum inimicis do mini priuatur feudo. & postea maximè quando talis amicitia,& copula é in perniciem Domini, ergo supponit idem esse, si non in pernitiem. ad l.1.§.pater uersic.uel maximè.ff.de colla.bono.l.& si maxime.ff. de serui.lega. In contrarium facit Isern.in cap.porro.post num.19. versi.quærit autem,quæ sit pri.cau.bene.amit.glo.in ca. 1. §. porrò.in versic.assalierit.quæ fue. pri.cau.bene. amit.& in cap.primo.in versi. scienter,hic potest esse titu.qui.mo.feu.amit.quam sequuntur com muniter feudistæ vt inquiunt Cur. Iun. de feu. in 4.par.in 15.causa priua.feu.& Iul.Clar.sentẽ. lib.4.§.feudum.quæst.54. pro secunda opin.con sidero etiam, quod amicitiam inire, seu copulare non est de genere malorum, seu prohibitorum,imò est quid virtutis,& officij plenum. l.la tæ culpæ.§.amicos.ff.de verb.signi. & conforme verbis Matthei 5.ac Iohan.14.& 15.& dixit Bal. in §.porrò.titu.quæ fue.pri.cau. bene.amit.quòd vasallus non tenetur pro domino suo gratis inimicitias procurare,vel alienus fieri a conuersatio ne amicorum.Præcedentem opinio.veriorem pu to.Isern.enim & alij proximè citati non probant suam distin.seu limitationem. Vel saltem dicta prior opin.procedat quando sumus in dubio,vt præsumatur ad damnum Domini.Et ita intelligi potest tex.in c.1.ver. Vel inimici eius suas amitias copulauerit. quot testes sint neces.ad probã. feu.ingrati.Pro hoc adduci potest illud Matthæi cap.sexto.& Lucæ 16. Nemo potest duobus do mis seruire,aut enim vnum odio habebit,& aliũ diliget aut substinebit.& alterum contemnet. & in hac opinio.residere videtur Cuma.preall.con silio 161.colum.5.versic.Ad decimum.Huc spectat sententia Cæsaris.Meos, measque non solum crimine,sed & criminis suspicione carere volo: iuxta quam fabricatum videmus tex.in l.2. C.de fur.Insuper aduertendum est, ꝙ ex forma iuramẽ ti vasalli quod præstari consueuit,clara redditur mea opi.contra Iser.

XXIII

Contrahentis parentelam cum inimicis Domini.Bal.in l.1.nu.33.ff.de re.diui.Reper. Inqui sito.in ver.inimicus.versic. Inimicitia probatur parentela.Marti.Silima.rubr.qui.mo.feud.amit. nu.131.Pro quo faciunt adducta in duabus præced.speciebus.

XXIIII

Fideiubentis pro inimico Domini,in causa tã gente Dominum.ad ea quæ in simi.adducit Specu.titu.de tre & pace,versic. Sed pone A. & post Iac.de Ardizo.in sum.& Bald.Afflit.in cap. 1.§. porro,num.34.quæ fue.pri.cau.bene.amit. Vide quæ infra adducam in 59. Ingratitudinis specie fideiubentis pro accusantib.

XXV

Fideiubere recusantis pro Domino.in consti. Regni.si vasallus a Domino.de fideius. domi.a vasal.lib.3.rub.13.Dec.Neapo.265. post nu.70. Et Affli.in dicta con.num.2.in 1.not. aliter dicit si non sit publicè requisitus, declarans qualis esse debeat hæc publica requisitio.

XXVI

Permittentis venire inimicos in territorium Domini argumen.tex.in l. si quis barbaris. C. de re mili.lib.12. & voluit Bald.l.in l.1.num.34.ff. de re.diui.

XXVII

Statum Domini insultantis,& perturbantis.c. 1.§.similiter.qui.mo.feu.amit.Sozzi.consi. octua gesimoseptimo.visis,num.16.ver.Vnde d.Alber. faciendo insultum ad castrum.lib.3. Pari. consi. 1.num.11.lib.1.

XXVIII

Vexillum inimici Domini erigendo, illiusque nomen inuocari faciendo, populumque incitantis in illius fauorem.glo.in ver.concubuerit.ver sic.vel aliter contra Dominum se habuerit. in ca. primo.qui. mo. feu.amit.Sozzi. allega. consilio 87.num.13.lib.3.qui illam glo.in hoc communi ter teneri affirmat,& Paris. dicto consil. 1. num. 13.lib.1.

XXIX

Receptatoris hostium Domini, qui dicitur opem ferre etiam si in præambulis, non in principali facto receptator sit.l.qui domum, & l.seq. ff.de adulter.l.1.ff.de receptato.Thom.Gramm. uot. 15. in causa, post princip.& in terminis no stris Rapha. Cuma.consi.161.A miles.num.3.& Io.de Ana.consi.7.visis,nu.10.

XXX

Alimenta inimicis Domini præstantis. Per hanc enim præstationẽ, & exhibitionem victualium,ac subsidiorum, opẽ ferre quis dicitur. ad tex.in l.4.ibi.commeatu,armis,telis, equis, pecu nia,aliave aliqua re adiuti erunt.ff. ad leg.iul.ma ie.Idem iuxta terminos nostros concludunt Raph.Cum.prælle.con.161.co.4. versi. Ad secundum ualet.Io.de Ana.consi.7.nu.30. & Grat.resp.1.ante nu.76.& num.80.versi.rursus conside ro verbum facile.lib.1.

XXXI

Non præstantis alimenta Domino indigenti. Spec.de feudo.§.quoniam,ante num.34.versic. Item homo debet domino indigenti.Bal.in l.1.in fi.C.de ope. liber.Bar.post Dyn.in l.alimenta.nu. 2.de libe.agno.Idem Bar. in tractat. Alimen. nu. 45.versic.quæro an vasallus.Bal. & Cardi. in c.1. episco.vel abba. vbi an feudum vendi possit pro alimentis præstandis.Areti.in l. si quis non quasi ff. de acqui. hære.Barba.consi.73. capio.libro.2. Alex.in l.Imperator.ff.ad trebel.Ias.super vsi.feu do.nume.70.versicu. vltimo circa remedia. Dec. Neap.Affli.265.nu.104. & seq.Martin. Silima. rub.qui.mo.feu.amit.nu.146.Videatur Aluarot. in c.licet feu.si.de feu.fue.contro.p.Iacobi. in tra cta.Feud.super illis verbis, & cum pacto ꝙ dicti vasalli præstent &c.ac Francis.Cur.in suo tracta. feud.par. 4.versiculo, Quarta cadit super præmissa.Restringit & declarat Bal.in l.1.§. sed scimus.

mus.num.3.C.de lati.liber.tollen. Vt solum teneatur alere de redditibus feudi, dic tu vel bonorum feudalium,non de proprijs bonis.Idem sensisse videtur Specu. titu.qui fil.sint legi. num.11 versic.Sed nunquid dominus.Ioan.And.verò ibi in Addi.in versic.in l.fin.restringit in fi.alio modo,videlicet vt solum alimenta præstare teneat, quando Dominus pro facto vasalli, consumpsit bona sua,hæc restrictio nimia videtur.Pro quib. vide omnino Iul.Clar.senté. lib.4.§.feudum.q. 23.vbi testatur communem esse pro negatiua nisi in duobus casib.

XXXII

Prębentis iter per loca etiam propria,non feudalia,exercitui aduersario Domini.argumen.tex. in l.cuiusque, versic. cuiusue opera dolo malo hostes populi Romani commeatu, armis &c. ff. ad leg.iul.maie.Raph.Fulgo. alle.consil.161.nu. 3.& 4.colum.3.versi.Nec quisque dubitet.vbi et declarat id procedere quãdo transitus est ob causam respicientem bellum , & dominum .consilio Cuma.sequitur Dec.Neapo. Afflit.265.nu.109. Et ad rem nostram vide etiam prædictum consil.7.num. 10.Ioan.de Ana.ver. Et dando eis trãsitum.& Grat.dicto respon.1.ante nu.76.versi. circa secundum dubium.lib.1.& Respon. 9. nu. 53.eod.lib.

XXXIII

Non præbentis iter per loca feudalia,vel propria domino feudi ad defensam,& ad iustam,seu dubiam offensam,prout concludit per rationes de quib.ibi Raph.Cuma.alle.consi.161.post nume.5.versic. Ex ijs igitur sequitur determinatio quarti dubij.

XXXIIII

Non receptantis stipendiarios,vel legatos domini.cum ea tamen limitatione,vt se periculo exponat.d.consil.Cuma.161.col. 3. ver. Septimo vtrum idem,& col.5. vers. sequitur & determinatio septima.

XXXV

Non præstantis victualia, & subsidia stipendiarijs domini.Cuman.dicto consil. 161. col.3. uersi.in octauo igitur.

XXXVI

Non contribuentis pro exercitu imperatoris: Spec.de feu.§.quoniam.num.67.versic. Et not. quòd vasalli.Gui.Papæ Dec.Gratio.57. an vasallus.num.1.Rofre.in tracta.libello.par.5.rub. sacra.cuiuslibet vasal.num.3.Dec.Neapo. Afflict. 265. Illustrissimus. post numerum. 54. versic. Item vt dictum est pro seruitio regis,vel sui exercitus.

XXXVII.

Non soluentis adhoam tempore debito.And. de Isern.in consti.Si vasallus.lib.3.rub.16.de Fideius.colum.4.& Afflit.nu.8.vbi postea quærit, quid si vasallus vult probare quòd propter paupertatem non soluit.

XXXVIII

Omnium vasallorum demanualium,sed & omnium vasallorum Baronum non adiuuantiũ, Regem etiam contra Baronem suum. Specul.de feu.§. quoniam,num.29. & sequen.in 15.quęst. Isern.in c.imperialem.ad fin. de prohi. feu.alien. per Fede.Amplia etiam contra Baronem Dominum suum.Dec. Neapolitan. Afflit. 265. nume. 107. versicu. Trigesimum nedum vasalli demaniales.

XXXIX

Vocati & non euntis ad associandum Imperatorem,seu Regem pro suscipienda corona; vel stipendia militiæ, puta dimidium redditus feudi vnius anni non dantis.cap.1.§.vt autem.de allodijs.cap.1.§.firmiter, vbi etiam Isern. num. 30. & alij.de prohi.feu.alien.per Frid. Hostiens.in sum.titu.de feud.§.qui.mo.feu.amit. versic.Item amittit vasallus feudum. Afflit.in cap.1.§.item si quis,nu.80.qui.mo.feu.amit.& Dec.Neap.265. num.103.

XXXX

Non adiuuantis pro corredo imperiali, vt scilicet quando imperator transiuerit per illum locum contribuat in sumptibus eius.Spec.& alij vbi proximè Barth.Belenci.de carit.subsid.quæstio.22.Alex.consi.35.viso.num.3.lib.2. Corredum seu Corredium in alio significatu melius quam per alium habes apud Sozzi. consi.22.circa primum.lib.3.num.5.& sequen. vbi declarat statutum pisanum de Guarnimentis,volens illa & corredia esse sinonyma.

XLI

Vocati & non associantis Dominum in expeditione militari.c.1.§.similiter in petendis hostenditijs.de cap.cora.c.1.§. firmiter. de phi.feu. alie.per Fede.vbi Isern.& alij Marti.Silima,rub. qui.mo.feu.amit.nu.150.

XLII

Citati ire a Domino solemniter vt ad eum vadat cum interuallo temporis iuxta loci distantiã recusantis ire.argumen.text.in l.consentaneum. cum auth.qui semel. C. quomo. & quand.iudi. Affli.in alleg.c.1.§.item si quis,nu.72.in 42.causa.qui.mod.feud.amit.& Dec.Neapo.265.num. 39.In consti.si vasallus.lib. 3. de Fideius. dom. rub.16.vbi Affli.post num.6.

XLIII

Citati, dicentis nolo com parere.And.de Iser. in cap.1.colum.2.post num.5.versic. Sed si esset expresse contumax.de mili.vasal. qui. contu. est. Maran.in suo Spec.de ord.iudi.p.6.membro 2. num.221.in 12.pœna.

XLIIII

Foro iudicati,seu foro banniti,vt in consti.Regni,si quando.de pœna foro iudic. Affli.in alleg. c.1.§.item si quis.nu.86.ver. Item si uasallus foro iudicaretur.Bal.consi.268.nihil.lib.2.ibi,& propterea sit foro bannitus.

XLV.

Dominum iniustè captum,inclusum, vel carcer atum non liberantis.cap.1.§.item si delator,& ibidem Afflit.nu.12.& seq.quæ fuit pri.cau. bene.amit.Boe.Dec.128.tertio ad aliam, post nu. 8.versic.Si tamen iniustè in aliquo detinetur lo-

co Rip.in l.fin.quæst.17.post num.58.versi.Secundo facit.C.de reuo.dona.Mart. Silima.præal leg.rub.qui.mo.feu.amit.num.145. & 147. vasallus vt dominum in carceribus existentem liberare teneatur nonnulli affirmant duo copulatiuè requiri: primum est quòd dominus fuerit captus,& carceratus eo tempore quo ipse dominus erat in seruitio Regis. Secundum quòd fuerit captus ab inimicis Regis ex constitutione. Quam plurimum. vbi Afflit.post nume. 3. pro quo adducit tex.in alle.c.1.§.qui delato.ibi, Vel si cognouerit dominũ.quæ fue.pri.cau. bene.amit. Addit ipse Afflit.lib. 3.rub.17. de Adu. exig.ab hom.tertium,quando dominus per se non sufficeret ad se redimendum,argu.eorum quę uoluit All.in c.peruenit.de imminu.ecclesi.si autẽ sit carceratus pro debitis an vasallus dominum e carceribus liberare teneat? nõnulli negatiuè responderunt nisi debita fuissent a domino contracta ex facto & culpa ipsius vasalli,& hanc communem affirmat Zas.de feu.in 7.p.ver. si porrò. de quo Iul.Clar.sent.lib.4.§.Feudum.q.14.

XLVI

Dominum qualitercunque ab hostibus captũ non redimentis.Specu.de feudo.§. quoniam super.post num.67.versic. Quintò si Dominus captus est.Rofre.in tract.libel.rub.sacra.cuiuslibet vasal.post num.3.versic. Quintò si Dominus captus.Afflict.Dec.Neapo.265. num.54. versi. Tertiò est obligatus,& postea ver.Idem si persona Regis esset capta.Nic.Boe. Dec.126. nume.8. versi. Etiam pro redemptione sua. & num.sequen. vbi etiam de redemptione diui Ludouici Regis Galliç a Soldano, & Regis Frãcisci a Carolo V. illius ad summam octomillium Bizantinorum,huius vero duorum milionum.Si autem Dominus sit iustè captus seu carceratus, vasallus nõ tenebitur eius liberationem curare iuxta opinio. And.de Iser.& cæterorum in dicto §. Item si delator.in c.1.quæ fue.pri. cau. bene. amit. Idem Iser. in c. 1. hic fini. lex corra. Huc spectat quod voluit Ancha.consi.82. ꝙ permittens defendere aliquem,intelligitur quãdo iniustè opprimeretur ad glo.in cap.pro illorum proui. de prob.& sunt multa similia quæ adducit Felin.in capit.causam quæ.colum.penul.de rescrip.Hæc omnia Afflit. in const. Domini a vasalli.post numerum 7.in 2. not.lib.3.rub.15.de Assecura.domino. Idem qđ supra voluit Iul.Clar.senten.lib.4. præalle. capi. 24.ad fin.§.feudum.Similiter excusatur vasallus si propter impotentiam non possit dominum liberare.ca.1.§.Item qui domino.quæ sit pri. cau. ben. amit. §.item quod domino.

XLVII

Non iuuantis Dominum pro filio ab hostib. redimendo,quem pater necessitete causatiua redimere tenetur, alioqui tanquam indignus eius successione priuandus veniret.authen.si captiui. & ibi Docto.C.de epi.& cleri.in terminis nostris Boe.præallè.Dec.126.col.fi.nu.13.

XLVIII

Non iuuantis Dominum pro faciendo se, vel filio milite,&licet contrarium in hoc concludere videantur,& nonnullis aliis casibus, ex quib.nos asserimus feudi priuationem induci,Io. Andr.in Addi.ad Specu.titu.de feud.§. quoniam.& Gui. Papæ Dec.Gratio.57.Stepha.Bertran.consi.181. prout colligitar,num.11.lib.1.nisi primis, & cõsi.225.pro faciliori,colum.1.præsertim. num.5. lib.3.pro hac tamen opinio.quam sequimur concludunt Specu. vbi supra post numerum 67.ver. Quartò pro se vel filio milite faciendo.Rofred. in suis libel.par.5.titu.Sacra cuius. vasal.num.3. versi.Quartò pro se.Affl.Dec.Neapo.256.num. 54.vasal.Item pro faciendo filio milite, & num. 95.versic.Item pro militia fratris,& adducit consti.Regni, comitibus,& capitula Papæ Honorij. Et in omnẽ euentum pręsens,& subsequentẽ conclu. saltem defendi possunt concurente consuetudine, vel transactione,seu obligatione in contractu,prout per Bertr.alleg.consi. 225. post num. 5.versicu.vt verbi gratia consuetudinem. Nicol. Boe.Dec. 130. quinto an filia, vbi post Iacob.de S.Georg.& Affl.pro militia propria concludit affirmatiuè, pro militia verò filij negatiuè respondet,nisi aliud sit de consuetudine, aut statuto,pro vt dici esse.Neapoli. de quo etiam per eundem Affli.in consti.Quam plurimum.num.5.rub.17. de Adiu. exhi.ab homi. Et quid si faciat militem fratrem idem Affli.in constitu.quàm plurimum num.6.

XLIX

Non iuuantis dominum pro emenda terra. Specu.Roffre.Affli.vbi proximè in 6.casu. Et cũ opinio.Specu. concludere videtur limitans illam non procedere si vasalli sint pauperes,Bar.Belẽc. in trac.de char.subsi.q.19.ad fi.

L

Consulentis inimicos Domini quo facilius illum superent, vel occidant, licet arma non sumpserit.argumen.tex.in l.qui seruo,cir.prin. versi. plus pompo.scripsit. Et in terminis nostris Matthe.de Afflit.in capitulo primo.§.præterea, post nume.31.versic.tamen in feudis. quæ fue.prim. cau.bene.amitt.

LI

Conuẽticulam facientis contra statum Domini.ad tex.in l. denuntiamus, ibi vel conuenticulam.C.de epi.& cleri.& in c.edictali.§.conuenticulas.de pace tenen.inter subdi. Isern.in cap.1.§. porrò.post nume.20.quæ fue.pri. cau. ben.ami. Soz.consil.87.visis, post nume.15.versic.ex qua amicitia.lib.3.

LII.

Commodantis arma,vt Dominus offenderet. argum.tex.in l.nihil.ff.ad leg.Corn.de sica.& cõcludunt Isern. in capitulo primo. quæ fue. pri. cau.bene.amit.§.præterea.nume. 8. versicu. Sed quid si promisi,& Afflit.num.32. ver. sed iuxta hoc quærit.

LIII

Arma de domo sua permittentis extrahi ad nocendum alicui, licet non cogitantis de domino.And.de Iser.in consti.1,de homici. puni.& in

c.1.

cap.1.§.prætereà.num.8.& ibidem Affli.nu.35. ver.ſed quid ſi vaſallus non commodauit,quę fue.pri.cau.bene.amit.

LIIII

Guarnimenta in quibus Dominus confidebat tradentis inimicus,facit enim contra ſacramentum. c.1.§.tutum.de for.iura. Marti. de Silima. rub. qui.mo.feu.amit.nu.131.

LV

Obſequium neceſſarium non præſtantis. l.ſolo,iun.glo. verſicu. Et ſume hic argumentum.C. de lib.cau.Bald.in l.1.num.17.quæſtio. 21. ff.de ter.diuiſio.

LVI

Citari facientis Dominum ſine venia. Contra hanc concluſionem tenuerunt glo.in c.1.in verſi. reuerentia.de mili.vaſall.qui.contum. eſt. & Bal. ibidem.circ.fi.Aluarot.& alij Io.Fab. Ang.Ioã. de Plat.& Iaſ.in §.pœna.circa princ.Inſtitu.de actio.Io.de Plat.in l.1.C.de colo.tracen. libr.11. & Alexan. qui communem aſſerit in l.generaliter.num.7.ff. de in ius vocan. & cum hac opin. tranſeunt ibi ſimpliciter Sozzi.in 3. quæſtio. nu. 4.& Iacob.de S.Georg.eo.num.verſi. Quid in vaſallo.Et hanc communem affirmat, & ita ſeruari vidiſſe Iul.Clar.ſenten.lib.45.Feudum. quæſt. 25.Contrarium,& ſic pro opinio.affirmatiua tenuerunt Spec.titu.de feud. §. quoniam ſuper.q. 17.poſt num.33.verſic.Nec eum vocare in ius. Ludo.Gozza.conſil.1.num.23. Dec. Neapolita. Afflit.265.num.38.verſic.Sed vaſallus non vocabit in ius Dominum.& Iaſ.in alle.l. generaliter num.4.ff.de in ius vocan. vbi intrepidè tenet vaſallum non poſſe in ius ſine venia dominum vocare,tum propter generalitatem illius.l. tum propter æquiparationem vaſalli, & liberti. Addo ego,tum etiam quia ſubditus, ſeu inferior ſuum maiorem abſque venia conuenire nõ debet.Bal. poſt Guig.in l.ſi manumiſſori,verſi. Item not.ꝙ quis monere debet.C.de obſe.patr.præſtan. Qui opiniones concordare vellet, vel a communi opin.non recedere,diſtinguere poſſet: quod aut loquimur quoad terminos noſtros, an vaſallus non petens veniam citando Dominum ingratus dici poſſit:& omnino pro affirmatiua concludẽdum ſit,cum non ſe exhibeat gratum,& humilẽ, ac reuerentem,ſed inflatum,& tumidum. Aut loquimur quoad hoc vt feudo propterea priuetur, & quia non ex omni ingratitudine feudatarius feudo priuatur.cap.1.§. illud enim eſt certum ꝙ non ex omni cauſa, ex qua opinio uaſalli grauat, etiam beneficium amittitur, & ibidem glo.in verſic.illud.& Iſern.in dicto cap.1. §. illud certum. num.48.quæ fue.pri.cau. bene. ami.Et in materia etiam feudali quòd pęna priuationis nunquã locum ſibi uendicet niſi in caſibus à iure expreſſis,argumen.tex.in §.cum igitur.in Auth. de non eli.ſecun.nuben.concludit Cur.Iun.conſil. 137. habita.num.17.Dicamus igitur ex hac cauſa vaſallum licet ingratum non priuari. Alio modo diſtinguere poſſemus,videlicet aut loquimur in principe ſupremo,& pars affirmatiua procedat argumen.& tex.in l.a bene à Zenone.§.nemo.C. de quadri.præſcrip.cum glo.in verſic.iuſſione. quam ſingu.dixit Roman. ſing.x. an ſi priuatus. Aut loquimur de inferioribus dominis,& procedat altera opin.Et pro hac diſtin. videas omnino Bero.in cap.1.num.15.de proba.

LVII

Agentis, vel excipientis contra Dominum de dolo.Affli.Dec.Neapo. 295. Illuſtriſ.nume. 31. Ratio eſt quia actio de dolo infamat.l.honori.& l.parens.ff. de obſe.a liber.l.1. C. eod. Pro præmiſſis Auguſt.Bero.in cap.1.num. 13. & ſequen. de proba.

LVIII

Delator domini feudo priuandus eſt.c.1.§. iti ſi delator.ſi de feu.contro.fue.inter domi.& va. c.1.§.in quibus.de conſue.recti feu.quod procedit quando dominus propter delationem fecit magnum diſpendium,ac damnum ſubſtinuit.dicto §.item ſi delator. Bero.conſil.76.nume.181. Accuſantis capitaliter Dominum,c.1.§. ſimiliter de conſue.recti feu.Vern.Aluarot. & alij. Salyc. Pau.Caſtren.& alij in l. liberorum. C. de teſtib. Fran.Cur.in tracta.Feud.par.4.in 32.cauſa priuationis feudi.

Aliqui diſtinguunt. Aut calumnioſè, & procedat hæc opinio. Aut iuſtè, & non ſit vera. Nonnulli indiſtinctè loquuntur ſiue accuſatio ſit iuſta,ſiue calumnioſa. At ſi vaſallus ciuiliter accuſauerit,communis eſt opin.pro negatiua,& ſic vt non dicatur ingratus,nec feudo priuetur,glo. in verſi.perdat.poſt princ.verſi.item licet accuſauerit,in capi.1.§. ſed non eſt.quæ fue.pri.cau.bene. amit.Iſern.in c.1.§.item ſi quis,nume. 30.in 15. cnu.qui.mo.feu.amit.& Dec.Neapo.265. num. 86.Et inter alios qui ab accuſando propter neceſſitudinem,& reuerẽtiam excluduntur, videmus etiam excluſos fuiſſe eos, qui fuerunt quæſtores prætorum quos accuſant: hac de cauſa repudiatum legimus Lucium Phylonem accuſantem Seruilium. Nec nominis deferendi poteſtas fuit data M.Aurelio Scauro in L.Flaccum. Neque Gn. Pompeo in T. Albutiua. hæc inuenies apud M. Tullium in Actio.1. ſeu diuinatione in Verrem. Quando excuſatur uaſallus accuſans dominũ videatur Bero.conſi.76.nu.138.& ſeq.lib.1.

LIX

Fideiubentis pro accuſantibus Dominum vel inuitantis accuſatores,argumen.tex.in l.poſt legatum.§.ſunt qui putant.ff.de his qui.vt indi.l.qui cum maior.ibi: Aut ſubijceat accuſatorem, ff.de bon.liber.gloſſ.in cap.1.§.Sed non eſt, in verſic. perdat,cir.prin.& Bal.in §.porrò,num.8.ſuper glo.magna,& Affli.in §.ſed & qui delator,num. 24.quæ fue.pri.cau.bene.amit. Marti.de Silima. rub.qui.mo.feu.amit.num.119. Vide in ſimi.diſtin.Spec.de treu.pace,num.5.verſic.Sed pone, quem ſequitur Bald.in dicto.§.porrò,num.2.verſi.Circa quod quæro.Grat.in terminis reſp.2.nume.82.lib.1. Ex pro ſimili q.ſcripſi aliqua ſupra in 24.Specie ingratit. Vaſalli fideiubentis pro inimico Domini.

LX

Testis contra Dominum, argum. text. in l. post legatum. §. his verò qui testimonio. ff. de his qui. vt indi. & habemus tex. in cap. 1. §. similiter. de consue. recti. feu. cum limitationib. tamen de quibus per glo. in c. 1. §. Sed non est alia. in versicu. Quod autem dictum est de eo qui testimonium dicit in causa. Bald. in §. porrò, & Iser. in §. Sed & qui delator. num. 44. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Affl. Dec. Neapo. 265. num. 86. Ioan. Fran. a Ripa in l. 2 quæst. 8. num. 29. C. de reuo. dona. vbi limitat nisi coactus testimoniũ tulerit. Fran. Cur. in tracta. Feud. par. 4. num. 32. causa priua. Saly. & Pau. Castren. in l. liberorũ. C. de testib.

LXI

Iudicis qui contra Dominum pronunciauit, cuius sententia postea reuocata fuit. Vel generaliter contra Dominum, male, & dolo pronuntiantis. argu. tex. in l. post legatum. §. quidam, & præsiden. ff. de his qui. vt indi. Afflit. in c. 1. qui. mo. feu. amit. §. item si quis feudum, num. 31. & in ca. 1. §. item qui in domino, in 1. no. nu. 5. & seq. & §. item si delatorum. num. 60. & seq. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Marti. Silima. dicta rub. qui. mo. feu. amit. num. 125.

LXII

Iudicis indebite Dominum carcerantis. arguẽdo a fortiori, maius est enim delictum offendere in persona, quàm in bonis. argum. tex. in l. seruorum, in fin. ff. de pœnis. Affli. in alleg. c. 1. §. item qui Domino, num. 2. & seq. quæ fue. pri. cau. bene. amit.

LXIII

In dignitate, vel administratione existentis Domino qualitercunque iustitiam facere negligentis. c. 1. §. illud tamen non lateat, quæ fue. pri. cau. bene. amit. Afflit. in ca. 1. §. item si quis feudum, nume. 52. versicu. Idem si vasallus qui erat in dignitate. qui. mo. feu. amit. & Dec. Neapo. 265. ante num. 76.

LXIIII

Venientis quomodocunque contra sacramentum fidelitatis, quo casu feudum perdit: periurus enim beneficio se indignum reddit. l. penult. versic. in criminalibus. C. de digni. lib. 12. Affl. in c. j. §. nam si quis feudum. in 17. cau. num. 34. qui. mo. feud. amitt. Vbi subdit quòd fallit in casu. §. illud, quæ fue. pri. cau. bene amit. Amplio indistincte procedere, quẽ nõ amittere feudum etiã si veniat contra iuramentum fidelitatis, nisi in casibus a iure expressis. Alex. consi. 103. videtur prima, post nu. 15. versi. Nec enim pro omni. li. 1. Cur. Iun. consi. 137. habita diligenti. post nu. 17. ver. Immo plus si vasallus veniat contra iuramentum. Vide etiam Affli. in alle. c. 1. §. similiter. nu. 26. qui. mo. feu. amit.

LXV

Non implentis leges feudorum constitutionibus impositas, quas quilibet in rebus suis imponere potest. ad l. 2. ibi iuxta legem saltui datam. C. de noxa. actio. Iser. in c. 1. ex qui. cau. feu. amit. versus fi. nu. 15. versi. Quilibet imponit. Affli. in cap. 1. §. item si quis. num. 109. in 69. causa. qui. mo. feu. amit. Et tenor inuestituræ feudi attendi debet. c. 1. de duo. fratr. a capi. inue. Io. de Ana. cõsil. 1. visis. nu. 7. ver. secundo præmitto. Do. meus consi. 93. & pro tenui. num. 1. & consil. 208. ad 2. Amplio etiam si tenor inuestituræ sit contra naturam feudi. Bal. in c. 1. §. fi. vbi dat exemplum de pacto de associanda vxore Domini diebus festis in titu. quid sit inuesti. Ludou. Roman. consi. 33. viso. & consi. 494. in casu, num. 1. vbi Apostil. Horatij filij, in ver. præponderare. Dec. Neap. Affli. 265. post num. 102. versic. & tanta est vis inuestituræ.

LXVI

Non facientis id pro quo feudum datum est seu ad quod feudum deputatum erat. ca. j. §. Sed non est alia iustior. quæ fue. pri. cau. bene. ami. Affli. in alle. cap. j. §. item si quis. num. 38. in 20. cau. qui. mo. feu. amit. Grat. respon. 51. nobilis. num. 1. lib. 1. Tu autem intellige illum tex. in §. Sed nõ est alia iustior. iuxta declara. Cardin. in c. potuit, quæst. 4. ver. Sed est contra. de loca. & Caccial. in tracta. feudo. seu de feud. cogni. par. vlti. post num. 9. versic. Sed in contrarium. Amplio etiam licet id quod faciendum sit, in inuestitura expressum non esset. puta ut vasallus portet literas Domini. argum. tex. in l. fi. C. sine censi. vel rel. Iser. in cap. Obertus. huius aut post nume. 1. versicu. Vnde si esset feudum datum vt portet literas. ex qui. cau. feu. amit. vide quæ ibi subdit.

LXVII

Mendacis in iudicio negantis, se feudum possidere, super hoc conuicti, quo casu vt mendax, & ingratus feudi possessione priuatur argumen. tex. in §. illud quoque in iudicijs. in auten. de trien. & semis. l. fin. ff. de rei vendi. pro quibus, & pro declaratione dictæ. l. fi. vide Ludo. Roman. cons. 70. visis, num. 4. & seq. & Dec. Neapol. Matth. de affli. 18. fuit dubitatum: & in proprijs terminis nostris And. de Iser. in c. 1. §. similiter. versic. Nam si negasset a principio. de contro. inuesti. Idem Afflict. in c. 1. §. item si quis. num. 36. causa 18. qui mo. feu. amit. & Dec. Neapo. 2 265. num. 88. Limito nisi ante litis contestationem negans reuocauerit confessionem, vel antequam conuictus sit de mendacio. vt notat Bal. in alle. l. vlt. ff. de rei uendi. & in l. 1. colum. antepen. C. de fur. Ange. in l. si dubitetur. §. 1. ff. de fideiuss. Roma. consil. 59. in vlt. dub. & consi. 70. colum. 1. Alex. in l. hæreditatem. §. vlt. ff. ad leg. Falcid. Barbat. consi. 36. colum. 1. lib. 3. Mar. Sozzi. in c. quoniam frequenter. §. quod si super. colum. penul. ut lit. non conte. Goza. consi. 66. in fi. Rip. in l. priuilegia. num. 25. ff. de priui. cred. Ias. in §. omnium. num. 99. & in §. item si quis. num. 87. Insti. de actio.

LXVIII

Inficientis rem esse feudalem, sed burgensa ticam id est liberam affirmãtis, qui si conuincatur feudo spoliatur. cap. 1. §. uasallus si feudum. si de feu. contro. sit in. do. & agna. cap. 1. §. penul. de lege contra. Afflict. in alle. cap. 1. §. item si quis. post num. 36.

num.36. verſ. Idem ſi vaſallus inficiatus fuerit feudum,qui.mod.feu.amit. Luc.de Pen.in l.vni. colum.2.verſ & nota quòd vaſallus. C. de colo. Paleſti.lib.12.Dec.Neapo. Affli.307. nume.12. Iul.Clar.ſenten.lib.4. §.fundum. quæſt.59.cau. 12.vbi limi.procedere ſi neger tantum partẽ feudi: Vel ſi negauerit narrata, prout narrantur &c. Marti.de Silima.dicta rub.qui.mo. feu.amit.nume.186. Subdens quod prudens vaſallus potius dicet,dubito, vel neſcio, & tunc non perdit feudum, ignorans enim negans non perdit feudum,ſed ſciens,& in dolo, vel lata culpa exiſtens.glo.in alle.l.ult.ibi, Quando fuit ſciens.& ibi Bar.& Bal.ff.de rei vindi.Bald.in c.1.§.vaſallus.1.per illum tex.in ver.ex certa ſcientia.ſi de feu.fu.contr. inter dom.& agn.idem Bal. in l.ea quæ.colum.1 C.de condi.indeb. Angel.Aret.in §.omnium.colum.11.Inſti.de actio. Abb.in cap. cum cauſam.colum.4.de iuram. calum. Roma. conſil.70.colum.2.& in l.ſi alienam. num.2.ff.ſolu.matrimo. Alex.conſil.35.volum.5. Felyn.& D.meus vterque colum.vlt.in capit.cęterum. de iudi.Grat.conſil.37.colum.1.li.2.Et quòd ſi negauerit narrata prout narrantur,nõ priuatur feudo,quia non dicitur ex hoc negaſſe feudum. Iacob.de S.Georg.in tracta.feud. in ver. dicti vaſalli 1.num.35.& faciunt tradi.per Bald.in l. electio.§.neque.ff.de noxa.actio.per Alex. conſ.37. colum.3.uerſ.Et licet.lib.2. & in l.etiam. §.licet. colum.3.ff.ſolu.matrim. Hyppo.de Marſil.ſing. 242.& in rub.de fideiuſ.colum.77. Fely.in ca.1. colum.penul.de lit.conteſt. Pariſ.conſ.100.col. prima,lib.3.Et quòd negans feudum, illud perdat poſt Innoc.in cap.cæterum.in fi.de iudi.voluit Gui.Papæ ſing.265. §.ſi quis negat feudum. & concludunt Abb.colum.fin.& Fely. colu.pen. in alle.cap.cæterum.

LXIX.

Receptantis ſcienter exules, latrones, & facinoroſos,in feudo: per rationem text.in l.1. ff. de receptato.l.1.& 2.C.de his qui a latro.ca.1.§.receptatoribus.de pace conſtan.Afflic.in capit. 1. §. item ſi quis.22.cauſa,nu.40.qui.mo. feu.amitt. & Dec.Neap.265. nu.89.

LXX.

Vaſalli ruſtici non colentis rectè feudum. argum.tex.in l.item ſi fundi.§.1. ff.de vſufru.in ca. ſæpè.12.quæſt.2. Luc.de Pen. in l.2.col.1.verſ. Nam vaſallus debet rectè colere feudum. C. de cenſi.lib.11.

LXXI.

Vaſalli eiuſdem a terra Domini recedentis relicto feudo,& ter moniti, vt redeat, ſi infra ſex menſes non redeat,non habebit poſtea regreſſũ ad feudum.Luc.de Pen.in præalle.l.2.uerſic.fin. verſi.Item pone comes.C.de cenſi. lib.11. idem in l.uni. C.de colo.Paleſti.eo.lib.colum.2.Affli. in alle.cap.1.§.item ſi quis.num.10. qui.mo.feu. amit.in 75.cauſa.& Dec.Neapo.265. nume.75. ac Dec.307.num.12.Tho.Gram.conſi.ciui.2.In cauſa.num.7.& ſeq. Et quòd Dominus colonos recedentes à terris feudi cogere poſſit, quòd reuertantur.Cepha.conſ.18.num.22.per text.in c. primo.§.vlt.vbi Affli.in 4.no. de duob. fratr.de nouo bene.inue.Soz.Iun.conſi.77. licet.num.8. & ſeq.l.1.Bal.in prælud.feudo. nume.27. quem ibi ſequitur Affli.num.104.pro quibus,& quod tales recedentes pœna multentur, vide Menoc. in 15.remedio recupe.poſ.nu. 78. & ſequen.vbi rationes affert.

LXXII.

Incendentis, vel demolientis ædes feudi, & fructiferas arbores incidentis Bar.poſt Dyn.in l. in fraudem.§.fin.ff.de iu.fiſci.Idem Barto. in l.ſi diuortio.§.ſi fundum. ad fi.cum quo omnes antiqui,& moderni, vt per Iaſ.ibidem. num.3.ver. circa ſecundum.ff.ſolu.matrimonio.Lu.de Pen. in præalle.l.2.verſus fi. uerſ.& idem, & fortius videtur in vaſallo.C.de cenſ.lib.11. Affli.Dec. Neap.265.num.23.Iul.Clar.dicto libro 4.§.feudum quæſt.47.

LXXIII.

Incuria,vel negligentia peccantis circa feudũ, quo caſu dominus poteſt illud reducere ad manus ſuas,ſicut fructus a fructuario, vel emphyteuta,ad l.hominem.ff.de ſolutio.l.ſi ex duobus. §.fi.& l.ſi noxale. ff.de noxa. actio. & in terminis Pet.de Ancha.conſ.incipien.aut ex incuria,in 1. membro, & eſt inter conſil. Calder. ſub titu. de feud.ſextum.

LXXIIII.

Generaliter quouis modo feudo abutẽtis, ſeu illud deteriorãtis, moniti,non ſe corrigentis.arg. tex.in l.ſi cum dotem.§.ſi verò dotem ita diſſipare.ff.ſolu.matri.in auth.qui rem. C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.3.in vlt.verbis.C.loca. Et in proprijs terminis Bal.in §.publici latrones, ante nume.3. verſic.Item no.quòd ille qui malè vtitur feudo, de pace tenen.& in c.fi.poſt num.16.in 10.conclu.ubi legendum eſt,nec diſſipare,nec deteriorare poteſt.de re iudi.pro quo eſt tex. in cap.1.§.ſi uerò.ibi meliorem namq; conditionem feudatarius facere poteſt, deteriorem uerò & c.de inue. de re.alie.fac.& uoluerunt Innocẽ. & Io.And.in cap.ad Apoſtolicæ. colum.2. ſuper uer.extimationem.de re iudi.lib.6.Paulus Caſtren.in alleg. authen.qui rem,poſt num.3.uerſ.Item ut in feudatario.Affli.in præalle.Dec.Neapo.265.nu.73. ac in dicto cap.primo.§.item ſi quis.num.41.cauſa 23.qui.mo.feu.amit. Iaſ.in uſibus feu. nu.68. uerſ.Iuxta proximam.& in l.diuortio.§.ſi fundũ. ante numerum 4.ff.ſolu.matrimo.Cur.Iun.conſil.137.habita.in princ. Reſtringit hanc conclu. Iul.Clar.ſenten.lib.4.§.feudum.quæſt.56.cau.8. procedere tantum quando uaſallus diſſiparet, uel dilapidaret maiorem partem, uel meliorem rei feudalis.

LXXV.

Malè tractantis Burgenſes, ſeu homines caſtri.argumen.tex.in l.2.ff.de his qui ſunt ſui,uel ali.iur.& in l.ſed & ſi quid.§.1.ff.de uſufru.& in propriis terminis eſt tex.in cap.1.§.quicunque aduocatiam. de pace tenen.& uoluit Bald. ſuper dicto §.quem legit cum §.publici latrones.nu.2. uerſic.

versi. Et ex hoc Pau. Castren. in authen. qui rem, ante num.4. versi. vel male tractat subditos. C. de sacro. eccle. Gemin. in cap. ad Apostolicæ. nume. 8. de re iudi. lib.6. Cur. Iun. prææalleg. consil. 137. nume.4. versic. Accedit ad confirmationem. Ias. super vsi. feu. num. 69. versic. Adde, & not. quod si habens Castrum. Bero. consi. 76. numero duodecimo. libro primo. Aduertendum tamen est quod præcedere debet monitio domini legitima. Bero. d. consi. 76. nu. 83.

LXXVI

Vasalli in subditos sæuientis, & cum hoc caput sit simile præcedenti, præcedentibus argumentis, ac auctoritatibus validum reddi poterit. In propriis terminis nostris concludentes, citare possim Cyn. & Bald. in l. secunda. ff. de his qui deie. & effu. vbi volunt vasallum in subditos sæuientem feudo priuandum esse, quod & comprobat Alexan. in l. bene a Zenone C. de quadriem præscriptio.

LXXVII

Collectas imponentis. Tiraq. de iu. primog. q. 69. num. 11. cum quo resideo.

LXXVIII

Vasalli hæredem Domini mortui infra annũ, & diem inuestituram petendo, ac fidelitatem pollicendo, non adeuntis, quo casu is tanquam ingratus existens beneficium amittit, vt dicit tex. ad literam in cap. 1. in princ. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & in cap. 1. in princ. de capi. Conra. Hostiẽsis in sum. tit. de feud. §. qui. mo. feu. amit. versic. propter in curiam autem. Ancha. consi. incipien. An ex incuria. in 2. memb. quod ẽ relatum inter con. Calde. sub titu. de Feud. Grat. respon. 9. num. sexagesimo, lib. 1. Io. Bapt. Ferret. consi. 87. in præ senti. num. 12. Iul. Clar. senten. dicto libro 4. §. feudum. quæst. 49. in 2. cau. Sed quid si dominus feudi decesserit pluribus hæredibus relictis, an omnibus præstandum sit iuramentum fidelitatis, & ab omnibus petenda sit inuestitura? argumen. tex. in l. si cuius. versic. Sed & si plures sint, a quib. vsufructus relictus est singulis satisdari oportet. & ibi glo. in terminis nostris. in versic. oportet. ff. de usufru. & hanc testatur communem Zas. de feud. in septima par. versic. Cæterum si dominus. Nec rario differentiæ reddi posset, quare magis vni hæredum, quam alteri iuramentum fidelitatis præstari deberet. Contrariam opinionem videlicet, quod imo sufficiat, quod ab vno tantum a vasallo eligendo. inuestitura petatur, communẽ affirmat Alberi. in dicta l. si cuius. cir. princ. Aret. in l. 2. §. ex ijs, in 2. not. ff. de verbor. obliga. sequit pro nota. Ias. in l. de pupillo. §. si plurium. num. 6. ff. de no. ope. nunc. Et quod vni tantum ex pluribus hæredibus fidelitatis iuramentum præstandũ sit magis communiter teneri, & in praxi seruari affirmat Iacobi. de San. Georg. in versic. Qui quidẽ inuestiti. num. 28. de Feud. Et quod vnum tãtum dominum habere debeat vasallus, & quod ita seruetur affir. Iul. Clar. dicto li. 4. §. Feudum. quæstio. 49. ver. Quæro unũ in proposito huius materiæ. An autem vasallus non faciens recognitionem intra annum, & diem, cadat ipso iure, ad partes discutit, omnes hinc inde referens Lauren. de Sylua. in tracta. de feud. recogni. quęst. 22.

LXXIX

Filij vasalli defuncti per dictum tempus inuestituram a domino petere negligentis, prææalleg. c. 1. versic. Et e conuerso. quæ fuit prim. cau. bene. amit. & dicto cap. 1. in princ. de capi. Conra. cap. 1. versic. Præterea si quis. de prohi. feu. alien. per Fede. Hostien. in sum. de feu. §. qui. mo. feu. amit. versic. Propter incuriam. Bald. consilio 311. proponitur, quod Petrus. numero sexto, & sequen. libro primo. iuxta nouam impressio. Ratio est, quia petere inuestituram, est quasi quidam consensus, seu species recognitionis, & reuerentiæ, quæ domino præstari debet, aliàs res cadit in commissũ secundum And. de Isern. Bald. & Aluarot. in cap. 1. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Guid. Papæ Decis. Delphi. 164. alia conclusio. numero primo, & secũdo. subdens hanc esse veritatem iuxta dispositionem vtriusque iuris. Grat. respon. 9. numero 62. libro 1. Cur. Iun. de feu. par. 4. in 23. cau. amissio. feudi. Iul. Clar. dicto §. feudum. lib. 4. quæstio. 49. cau. 2. Sed an inuestituram non petens cadat ipso iure a feudo, an autem requiratur sententia declaratoria. Pau. Castren. consilio octuaagesimoquarto, quæstio illa. libro secundo. post numerum tertium, versiculo. Præterea vt supra. vult requiri declaratoriam, & hæc est communis feudistarum Cur. Iun. consi. 24. numero vndecimo. Et magis communem affirmat Sozzi. Iun. consilio 115. numero 22. lib. 2. Gui. Pap. cons. 38. post num. 14. & Iul. Clar. sent. prææalle. lib. 4. §. Feudum. quæst. 49. cau. 2. ver. Item quæro an ex hac causa. & quæst. 62. vbi generaliter quærit an vasallus propter ingratitudinem cadat ipso iure a feudo, affirmans communem pro negatiua.

LXXX

Milites item intra annum, & mensem post mortem domini non petentis inuestituram ab eius hęrede, vel post mortem patris, a domino, ingratus habetur, & feudum perdit. cap. 1. & ibi glos. & Docto. quo tempo. mil. inuest. pete. debe. Pau. Castren. consilio 84. quæstio. post num. 3. versicu. Et hoc sufficit. lib. 1. Cur. Iun. in prææalle. con. 23. & Aluaro. dicit communem in dicto cap. 1. post nume. 7. & Clar. vbi sup. lib. 4. §. feudum. quæst. 49. cau. 2. ver. Intellige tamen quod dictum est de termino anni.

LXXXI

Vasalli cui dominus inuestituram pollicetur Domino petenti fidelitatem, ter citati non præstãtis. c. 2. §. est & alia ingratitudo notanda. que fue. pri. cau. bene. ami. Hostien. in sum. de feud. §. qui. mo. feu. amit. versic. propter culpam verò quæ nõ proprie potest dici fellonia. Afflict. in cap. 1. §. Itẽ si quis. num. 73. in 43. causa. qui. mo. feu. amit. &

Dec.Neapolitan.265. Illustrissimus.numero 46. Parif. consilio quinto, numero decimoquinto, libro primo.

LXXXII

Feudum ab vno habentis, ab alio recognoscentis, & sic inclusum concedentis. iuxta tex. in capi. cum olim. iunct. gloss. in versi. donationis vbi prouisus a Papa, pro eodem beneficio inferiorem adiens gratia priuatur. de re iudi. vbi Abb. nu. 18. dicit, quòd ratione ingratitudinis, quia videtur magis extollere ius inferioris, beneficio priuatur: inferens ad vasallum qui ab alio recognoscit feudum, quod etiam in terminis post Bald. voluit Iacob. de S. Georg. in lege singularia, nume. 3. ff. si cert. pet. Tho. Gramma. con. crimi. 31. in causa, numero 2. Idem voluerunt Paul. Castren. consi. 366. viso, & examinato. libro secundo. Rui. consilio septuagesimo, numero decimotertio, vol. 5. Gozza. consi. 9. nu. 70.

LXXXIII

Seruitutem super feudo absque consensu domini constituentis. Bald. in l. 3. C. de seruitu. & in cap. primo. §. quid ergo. de inue. de re alie. faci. Alexan. consilio decimooctauo. attentis. post numerum primum, volum. 5. Ias. in l. 3. §. ex contrario. numero sexagesimosexto. ff. de acqui. posses. vbi hanc opin. communem testatur. Sed aduertẽdum est inquantum ad hoc citant glo. in cap. primo. §. præterea. in versicul. alienationes, suppletu feudi factas sine consensu dominorum. de capi. conra. quòd dicta glo. id ad quod allegatur non dicit, nisi aliqua verba hodie forsan deficiant, nec alia glo. in illo titu. dicit hoc. Est verum, quòd aliquo modo dici potest, quòd illa glo. id supponat. Vide pro præmissis Iul. Clar. senten. libro sequarto. §. feudum. quæstio. 37. vbi quærit, an vasallus sine consensu domini seruitutem, vel vsumfructum super re feudali constituere possit, distinguit, sed non tangit, an propterea feudo priuetur.

LXXXIIII

Ingratus etiam nuncupari posse videtur canonem infra annum biennium, seu triennium non soluens: An verò propterea priuandus sit, affirmatiue respondendum esse videtur. argumen. tex. in l. 2. C. de iu. emphit. auten. qui rem. C. de sacro. eccle. cap. potuit. loca. glo. fin. in versic. iuxta. in c. constitutus. de reli. domi. cap. vni. versic. Sed nõ est alia iustior causa. iun. glo. in versi. recusauerit. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Bal. in cap. duobus. c. penult. de re iudi. Idem Bald. in cap. quæ in ecclesiarum. colum. 5. de consti. Et hanc opin. esse tenẽdam voluit Ioan. de Amono Syngu. 88. incipien. habebam feudum. Opinio negatiua, quantum ad priuationem attinet verior est, & communis. Nec absolute valet argumentum de emphiteusi ad feudum. Et ita concludunt Gemini. & alij in cap. ad apostolicæ. de re iudi. lib. 6. Ias. in l. 2. ad 43. C. de iu. emphi. Idem Ias. super vsib. feud. num. 57. & sequen. vbi latè, & alij per eum citati. Do. meus Phi. Dec. consi. 138. & diligenter. nume. 5. & seq.

LXXXV

Alienãtis feudum absque consensu domini, quo casu videtur illum contemnere, eique iniuriã facere. cap. 1. in fin. quæ fue. pri. cau. bene. amit. c. imperialis. versicu. Nemini licere. de prohi. feu. alie. per Lotha. c. 1. de alie. feud. ca. 1. §. si vasallus feudum alienauit ignorans. si de feu. contro. sit inter domi. & agna. Dec. Neapol. Affli. 255. habens feudum præsertim numero tertio. Ioan. Bapt. Ferret. consilio octuagesimoseptimo. in præsenti. numero decimotertio. Et alienans vasallos contra iuris dispositionem priuatur, & hæc est communis opin. Cur. Iun. consil. 174. num. 34. Amplio vt nec etiam ex causa necessitatis regulariter feudum directo domino inscio alienari possit. capit. primo. §. necessitatẽ. vbi omnes. qual. feud. olim alien. pote. cap. imperialem. §. primo. de prohibit. feu. alie. per Fede. Dom. meus consilio 446. numero vigesimoqnarto. Cur. Iun. tracta. Feudo. parte. 4. princip. numero 107. Iacobi. a S. Georg. in Inuesti. Feud. in versiculo. Et cum de pacto non alienan. colum. quarta, versiculo. Quæro etiam nunquid. Aimo respon. pro Genero. numero sexagesimosexto. Iul. Clar. libro quarto. seten. Iuris. §. Feudum. quæstione trigesimaprima, versiculo. Pone vasallus. Rationem in dicto. §. necessitatem. adducunt, quoniam in feudo proprietas domini directi est, vnde de ea, tanquam de re aliena vasallus disponere non potest. iuxta tex. in l. fin. in fi. C. de pact. Nec etiam vasallus de vtili dominio disponere potest, per illam enim alienationem ius directi dominij debilitatur. pıçalle. cap. primo. de prohi. fen. alie. per Lotha. Hæc ampliatio in hoc fundatur, vt vasallus superiorem recognoscat, & sub eius sit obedientia. Non igitur omino prohibetur alienatio feudi etiam ex causa necessitatis, at solum denegatur sine illa qualitate scientiæ, & consensus domini, qui requisitus, probata necessitate alienandi, si licentiã obtinere non possit, poterit absque ea alienare, quod comprobare videtur D. meus in cap. quæ in ecclesiarum. nume. 30 de constitu. Et in simili videmus, satisfactum statuto, quod mulier non possit contrahere sine consensu consanguineorum, si consanguinei requisiti absque causa consentire recusent, mulier libere contrahere poterit. vt voluerunt Bar. in l. cũ dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matri. Ias. in l. prima. numero vigesimo. & in l. bonorum. numero nono. C. qui admi. ac Tiraquel. de legibus. connub. gl. 6. numero centesimovigesimoquinto. Amplio secundo præmissam principalem cõclusionem, quòd feudum inconsulto domino vasallus alienare non possit etiam pro necessitatib. ipsius directi domini, puta adhoc vt dominum adiuuare possit, licet enimdominus tunc teneatur licentiam dare, vt voluit Afft. 295. num. 68. & iste

su-

superioris consensus operetur etiam ut suspiciones, ac præsumptiones fraudis cessent. iuxta tex. in allegat.capitulo, imperialem. §. callidis.de ꝓhi.feu.alie. per Fede. Credendum enim non est, quod dominus directus suum consensum adhibe re voluerit falsa existente causa allegatæ necessitatis a vasallo. Necessitas autem qualis esse debeat vt feudum, fideicommissum, & ijs similia, de sui natura inalienabilia, alienari possint? respõdent propter fatalem necessitatem, quæ casu eue nit, prædicta alienari posse? puta cum quis in latrones incidit, casu, qui humano consilio proui deri non potuit. ad tex.in l.2. §. si eo tempore. ff. de admin.rer.ad ciui.perti.l.quæ fortuitis. C.de pigno.actio. Et quòd præmissa, vel similis necessitas iustam causam præstet alienandi feudum, vel fideicommissum, voluerunt Bald.consilio 20. libro secundo. Sozzi. in l.Marcellus. §. res quæ. numero sexto.ff. ad Trebel. Tiraquel. de Legib. connub.glo. 6. numero 227. per tex.in l.diuus.§. causa.in fin. ff.de peti.hæredit. l.sancimus.in fine. C.de sacrosf.eccle.auten. si captiui.C.de episcop. & cleri.auten.contra rogatos. C. ad trebel.ibi seu captiuorum redemptionis.cap.aurum.12. quæst. secunda. Propter naturalem item necessitatem, seu e natura prouenientem præmissa alienari pos se, puta propter famem, propter indumenta habenda, propter agrorũ cultum, domus ruinosæ reparationem, & id genus. Sozzi. in præalleg.l. Marcellus.§.res quæ. nume. secundo.ff. ad Trebel. Aimo in suo respon.pro Genero.numero nonagesimoquarto. Et quod propterea præfata alienari possint probatur etiã ex tex.in alleg.auten.cõtra rogatos.in fin.ibi, Vel si non habet, vñ sibi faciat expensas, & ibi notat glo. & Barto. in auten. res quæ.numero nono.C.commu. de lega. Et ob causam necessarij victus legimus sanctum Dauidem comedisse panes propositionis, quibus sacerdotes tantum vesci poterant. Imò fame impellente impune furari licet.cap.si quis propter. de fur. Corroborantur præmissa ex text.in l. non solum.§.1.ff.de alien.iudic.mutan.cau.fa.vbi alie natio facta ex causa necessaria fatali, vel naturali, in fraudem facta non creditur. Imò propter necessitatem famis licet vasa Deo dicata alienare.l. sancimus nemini. circa medium. C. de sacrosan. eccle.& præalleg. capitu. aurum. duodecima quæstione secunda. Temperanda tamen veniunt prę dicta, vt tantum alienare licent quantum vrgens necessitas requirit, ita Bald.consi.332.præmittendum est.libro primo.& præalleg. consilio vigesimo.ad fin.libro secundo. & sequuntur communiter Ias.in l.creditor.numero tertio.in tertia limit. ff.si cer. petat.ac in l.qui Romæ.§.duo fratres.numero trigesimotertio. ff. de verborum obligatio. Dom.meus in l.si donatione. numero decimoseprimo.C.de collatio. ac in capi.in præsentia. numero sexagesimooctauo.de probatio. Idem Dec. consilio 403.numero decimooctauo. Aimo con- 241.colum. duodecima. versic. Secundo respondeo.& in præallega.respon.pro Genero. numero 194 & facit text. in l.fin. ff. de exercito.actio. ibi, Quare & si in ea causa fuerit nauis, vt refici deberet, multo tamen maior pecunia credita fuerit, quàm ad eam rem fuerit necessaria. Est etiam ad idem pulcher tex.in l.magis puto.§.item prætor ff.de reb.eod.ibi, Ne propter æs alienum modicum, possessio magna distrahatur. quem text. ad hoc citat Bald. consilio septuagesimoquinto. qui dam tutor. libro primo.& Dominus meus post Alexa.in l. si donatione. numero decimoseptimo. C.de collatio. An autem alienans feudum excuse tur si appositasit clausula in alienatione videlicet, saluo semper, & reseruato consensu, &c. 1. col.secunda.versiculo. Additio an meliorando. titu. An ille, qui interfe. fra. domi. & in capitulo imperialem. in princ. post numerum decimumtertium, versi.Item secus si conditionem domini faceret meliorem.in titu.de prohi. feu.alie. per Fede. sequitur Iaco.Mandel.Alb.consi. 97. in casu,num. 16.& seq.

LXXXVI

Si Vasallus concubuerit cum matre domini, æquiperando eam in hoc vxori, de qua infra. ad tex.in §.si autem etiam uxorem. versiculo. Si verò non copulatus. in auten. de consulibus. & in terminis Affli.in alle.cap.primo.§. item si fidelis numero decimooctauo.versiculo. Quid autem si vasallus habuit rem cum matre.qui.mo. feud.amit.Idem Affli.Dec. Neapolitan. 265. Illustriss. num.58.

LXXXVII

Si concubuerit cum vxore domini. capitulo primo.§.1. qui.mo.feu.amit.& capitu. primo.eodem.2.titu.versi.Si valuassores seniorum vxores. capitulo secundo. de feud.sine cul.non amit.c.1. ver.si vel eũ cu curbita.quotsint necessarij ad probã.feu.ingrati.Amplia etiã ea volente, seu consentiente. argum.tex.in l.prima. §. vsque adeo.ff. de iniur.Et hanc cõmunem testatur Rip.in l.quæst. 11.numero 37.C.de reuo.dona.

LXXXVIII

Etiam si concubuerit cum sponsa, licet magna sit differentia inter vxorem, & sponsam, & constitutio de vxore loquens, non semper in sponsa cõprobetur: Vnde dicimus sponsam patris mei, nõ esse nouercam meam: nec sponsam meam, esse nurum patris mei. l. si qua. §. ff.de ritu nupt. & §.si vxor.Insti.de nupt.Idem tamen in casu nostro dicendum est in sponsa. ad tex. in l. apud Labeonem.§. sponsum. ff. de iniur. l. propter violatam C.de adulter. Videmus etiam abstinendum esse a nuptiis sponsæ relictæ patris, vel fratris, sicut vxoris.dicto §.vxor. Insti.de nupt.l. penultim. & vltim.C.de ince.nupt.capit.referente.ubi Abb.& alij.qui fil. sint legi.Paris. consilio sexagesimooctauo.dubium.numero 150.volum.4.& in specie post Iacob. de Ardizo. in sum. Affli.in cap. primo.§.Item si fidelis.numero 17.vers.Idem etiam

dicunt Docto.de sponsa.qui.mod.feu.amit.& Io. Francis. Ripa in l. vltim.quæstio.11.nume.37. de reuo.dona.

LXXXIX

Committens stuprum cum vidua, vxore domini relicta, Isern.in alleg.cap.1.qui.mo. feu. amit. Nico.Boe.Dec.338. ante nume. 11. & est magis communis opinio, vt inquit Io.Gato.in l.1.in textus numero 61.C. de secun. nupt. sequitur Clar. in alleg.§. Feudum. quæstio. 45. Ratio est, quia adhuc videtur ipsa esse in primo matrimonio. At si ad secunda vota transisset, & vasallus cum ea coiret, affirmant Doctor. eum non cadere a feudo: Cessat enim eo casu ratio reuerentiæ, quã vasallus domino præstare tenetur.

XC

Si fuit leno, vt alius adulterium cum vxore domini committeret. glo. magna in fin. & Isern. post numerum 49.in §.sed & qui delator.in capi. primo.quæ fue.prim.cau.bene.amit. Afflit.in ca. primo.§.Item si fidelis. numero 33. & in §. Item si quis.numero 86.in 53.causa. qui.mo.feu.ami. Rip.in l.vlti.ante numerum 22.quęstio. 6. C. de reuo.dona.

XCI

Si concubuerit cum filia domini, cum nepte ex filio, cum nuru.cap.1.§.1.qui.mo. feu.amit.capitulo primo.§. rursus. quæ fue.prim. cau. bene. amit.Rip.in alle.l.vltim. quæstio.11.num.42.C. de reuo.dona.

XCII

Sororem domini deflorantis, vel adulterantis, præalleg. cap.primo.§.primo.qui. mod. feu. amit. Rip.qui ad partes discutit in præalle.l.vlti. quæstio.11.nume.43.& alijs seq. C. de reuocan. donat.

XCIII

Si concubuerit cum concubina domini argumen. text.in §.causas.ibi, Aut concubinæ patris. in Authen.vt cum de appellat.cogno.glo. magna in cap.quintauallis, versiculo, si vxori vel concubinæ eius se immiscuerit.de iureiuran.& in terminis Afflict.in cap.primo.§.si fidelis, uumero decimoquinto.versiculo,& scias quòd illud, quod dictum est de vxore. quib.mo.feu.amit. Idem Affl. Dec.Neapolita.265.Illustrissimus. numero quinquagesimooctauo, uersicu. Quarto est obligatus: De his & an hodie quia concubinatus est reprobatus idem dicendum sit, & quæ veniant appellatione concubinarum, vide omnino Ripã in l. fin. quæstione vndecima.post num.38.C. de reuoc. donat.

XCIIII

Si cognouerit vxorem Domini non legitimã puta in gradu prohibito, hodie vsque ad quartũ gradum inclusiuè iuxta tex.in capi. non debet.de consang.& affin.clel. vnicum, glo.in versicu.interdictis.eo. Contrarium tenuit Iaco. de Ardiz.in sum. volens tex.in §.item si fidelis. qui. mo.feud. amit. non procedere in vxore non legitima argumen.tex.in l.vni. ff. vn. & vir. & vxor.l.si vxor.§. diuus.ff.de adulte.l.Claudius.ff.de his qui. vt indi.primam opinio. sequi videtur Afflic.in alle.§. item si fidelis.num.99.versicu. Sed quæro quid si illa vxor, & hæc opinio mihi verior videtur, ea præsertim ratione, quia si tex.ille procedit in cõcubina, fortius in vxore non legitima, ad text.in l. 3.§.1.ff.de donat.inter ui.& vxor.in l.si ex voluntate, C.eo.

XCV

Si turpiter etiam luserit cum vxore Domini, vel alijs præmissis. dicto.§.item si fidelis.in cap.j. qui.mo. feu.amit.vbi vide Affl.nu.30. idem voluit Bald.qui dictum.capitu. primũ.citare voluit in capitu.tuæ, numero 4.de procurato. Curt.Iun. post alios super rubrica.C.de edend. nu. 22.

XCVI

Si etiam tentauerit carnaliter cognoscere matrem, vxorem, filias domini, vel alias præmissas. dicto.§.item si fidelis. vbi etiam glo. in versiculo. seruat glo.fin.ad fin.in ca.1.in altero tit.qui. mo. feu.amit. versic.Idem intelligo si concumbere dũtaxat se exercuit in fimi. Bald. in l.si quis non dicam rapere. C. de episcop.& de Felin.in tractat. quan.cona. puni. Hippo.de Marsil.in l.qui falsã. ff.ad leg. Corne. de fals. Et pro casu nostro vide. Affli.in alle.§.item si fidelis. num. 25. & sequen. Vide omnino Ioan.Fran.a Ripa in l.fin. quæst.6. ante numerum 22.versic.in contrarium facit tex. C.de reuo.dona.

XCVII

Si quis Sodomiam commiserit cum filio Domini, vel committere tentauerit deueniendo ad actum proximum, arguen.à fortiori. authen.multo magis.C.de sacrosan.eccle.cap. cum inconctis. de electio. Si enim vasallus filiam Domini carnaliter cognoscens, vt prolatum est, feudo priuatur, fortius cognoscens filium, tum quia masculus patri dilectior censendus est, & esse consueuit. Tum quia ex hoc maior infamia irrogatur, quicquid nõ nulli perditissimi in contrariũ allegare conentur. Tum quia magis vasallus hoc casu peccat, detestabiliusque est delictum huiusmodi quocunq. alio carnali, tantęque abominationis. Et omnia iura, & natura ipsa contra huiusmodi pessimum, & nefandissimum scelus clament.ad ea quę adduco super signa.gratiæ, de priuatio. versic. fortius procedere contra sodomitas, qui etiam dicuntur infames, & irregulares, & contra quos turpissimos, & monstruosos sodomitas est pulcherrimus text. in cap. clerici.de excess. præla.in cap. Sed & continuo. vbi etiam gloss. nominat sex ciuitates iuxta Iordanem, quas propter hoc pessimum vitium Deus destruxit.de pœniten. distinctio.1. Et quod pro hoc delicto veniat etiam pœna mortis, delinquẽs huiusmodi sit intestabilis, indignus ad beneficia ecclesiastica, & ad hos etiam mundanos probat rationibus, iuribus, & authoritatibus. Andr. Barbat. vel potius Anastasius Platus consil. vlti. libro

libro primo, inter con. Barba. quod incepit, multos futuros. & Lamber. de Iu. patro. toto artic. decimooctauo. quæstio. nona, parte prima, lib. 2. ac Parif. consi. 163. quam sit detestabile. nu. 1. & seq. vol. 4.

XCVIII

Offendentes filium domini. Bar. & Bald. per illum tex. in l. 1. §. domini appellatione. ff. ad sena. con. conf. Syllen. Anor. Tiraq. in præalle. l. si vnquam. numero vigesimosecundo. C. de reuo. donatio. Ratio est, quia pater, & filius censentur vna, & eadem persona. l. fin. C. de impube. Et pater plus diligit filium quam se ipsum. l. liberorũ. vbi Barto. ff. de verborum signifi. glo. in l. isti qui dem. in fin. ff. quod met. cau. Et dum in alle. l. 1. §. domin. ff. ad Sylleni. Barto. dicit quòd illa pœna, quæ imponitur vasallo si contra dominum suũ aliquid committat, imponenda etiam sit si cõtra filium domini fecerit per illum text. videatur super hoc Augu. Bero. consilio 26. nume. 126. & seq. lib. 2.

XCIX

Præstantis domum, seu opem ad committendum adulterium, seu alia delicta præmissa cum vxore, filia Domini, vel alijs præmissis. argumẽ. text. in l. qui domum. ff. de adult. Afflict. post. Iser. & Bal. in c. 1. §. item si fidelis. num. 35. & seq. qui. mo. feu. amit.

C.

Interficientis dominum cum vxore repertam. argumen. tex. in l. si adulterium cum incesta. §. liberto. ff. de adulte. & ibi Dinus, Bartol. Alber. de Rosa. & alij. Parif. Put. de syndi. in versiculo. officialis offensa. colum. 1. versic. tamen, an vasallus. Boer. decisio. 317. quid de iudice, numero sexto. ver. licet vasallus non possit occidere Dominum suum repertum in adulterio cum vxore.

CI

Fratricidæ, prout in capitulo primo. §. item si fratrem. quib. mod. feu. amit. Bald. consilio 382. dicit lex. numero quarto, libro primo, versiculo. Quæritur vtrum interficiens. Et hic etiam priuat Dominum seruitijs, quæ exhibuisset ille frater unde ingratus haberi debet, & feudum perder, licet non perdat qui interficit fratrem Domini &c. Primo enim casu ille delinquit, ratione feudi, & rei feudalis, non autem secundo casu: vt per Bal. & alios in allega. capitulo primo. per Bal. in §. fi. numero 4. quę fue. prim. cau. bene. amitt. Et hanc rationem, seu distinctionem communem testatur Cur. Iun. consi. 36. habitant 15. vers. Sed quid fortius.

CII

Vasalli tirannicè, seu iniuste, eius fratrem carcerantis, seu carcerari facientis, quo casu etiam Dominus seruitijs priuatur, prout considerat Innocen. in cap. dilectis filijs. numero primo, de appel. Bald. in capitulo primo. §. fi. numero secundo & Afflic. numero 22. & sequen. quæ fue. pri. cau. bene amit.

CIII

Interficientis fratrem domini odio ipsius domini, aliàs non facturi, quo casu in ipsum dominum peccare videtur. argumen. tex. in l. ossa. in fi. ff. de relig. & sumpt. fune. Bald. in l. sed si hac. in 2. lectu. in fin. ff. de in ius vocan. vbi offendens vicarium, episcopum offendere videtur. Et in terminis nostris idem Bald. consilio ducentesimosexagesimooctauo. Nihil commune. ver. Et hoc verum nisi offenderit odio domini. lib. 2. iuxta nouam impres.

CIIII

Proditorie interficientis fratrem Domini. cap. primo. §. item si fratrem. iun. gloss. in versiculo, fratrem. & per Iser. Bald. & Afflict. in princ. versicu. pro resolutione. vbi hanc communem testatur. qui. mo. feu. amir. Idem Afflict. Dec. Neapol. 265. num. 63.

CV

Portantis arma, & præliantis cum alio. vt in capitu. Regi Caroli incipien. Dum regiæ considerationis. Affli. in capitulo primo. §. Item si quis. numero 120. in vltim. causa, quibus mod. feud. amitt.

CVI

Vasalli ingratum vocantis dominum, & seruitiorum, & beneficiorum non remuneratorem. iuxta illud Terentij. Isthæc commemoratio, qua si beneficij improbatio ẽ. in terminis Dec. Neap. Affli. 307. incip. Regu.

CVII

Vasalli vocantis dominum cucurbitum, seu hircum, vel vt vulgo dicunt, cornutum argu. tex. in l. inimicitiæ. ind. ibi. Et in faustas voces. cum glo. fin. ff. de his, qui. vt indi. Et in simi. in donatario concludit Ioan. Franc. à Ripa in l. fi. quæstio. prima. numero vigesimotertio. C. de reuocan. donatio.

CVIII

Maledicentis Domino, vel de eo obloquentis. Scribitur Exodi 22. Principem populi tui non maledices. pro quibus est tex. in iure canonico in capitulo primo. de maled. & in iure ciui. in l. vni. C. se quis Impera. maledi. & argum. tex. in §. causas autem. circa princip. in auten. Vt cum de appel. cogno. & in simi. voluit Alexan. consilio 203. super themate. numero primo. & sequen. libro secundo. Cur. Iun. consilio 148. circa. numero primo. & seq. Et in terminis Affl. in capitulo primo. §. similiter. numero quarto. & in §. item si quis. post numerum 74. vers. Vel maledixerit. qui. mo. feu. amit. & Dec. Neapo. 265. numero 61. Non solum autem is qui principi ex proposito, & per iniuriam maledixerit perdit feudum, sed & alijs pœnis, & quidem grauissimis vti ingratus pleplectendus erit. vt probatur ex supra adductis ac Franc. Luca. in tracta. de Fisco. par. 2. numero

34. & Crauet. consilio 6. numero 4. & 7. ex Ioan. Igneo. & Pet. Placa, qui eum citat libro primo. epito. de Delicto. cap. 4. numero primo. ex Gigan. in tracta. de crimi. læsæ maiesta. titu. Qualit. & aqui. crimi. læsæ maiesta. commit. quæstio. 40. ad fin.

CIX

Maledicentis Deo, vel Deum blasphemantis. arguendo a fortiori, seu a si de quo minus. Si enim maledicens domino feudo priuatur, quanto magis priuari debebit maledicens Deo? Blasphemus propriè dicit, qui negat aliquid dei Deo quod ei conueniat, aut aliquid ei tribuit, quod ipsi non conueniat. S. Thom. secunda secundę quęstione 13. articul. primo. & ibi Caietan. Syluestrina in versic. Blasphemia. quæstio. prima. Couarub. in cap. quamuis. parte prima. §. septimo. numero octauo. de pact. libro sexto. Sequitur, quod qui potestati, a ut bonitati Dei detrahit, propriè blasphemus sit. vt per Imol. in l. ijs verbis. §. 1. ff. de hære. institu. per Sozzi. consi. 102. libro primo Boe. Dec. 301, numero primo. Gramma. Dec. 50. reiecta opinio. Bald. consi. 476. incipien. Ille. libro tertio. qui asserebat hanc non esse blasphemiam, quem Bald. impudenter, vel saltem imprudenter sequuti videntur Ange. in alle. l. ijs verbis. §. 1. & Alexan. in addi. ad Barto. in l. apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. impropriè verò quodlibet conuicium in dominum nostrum prolatum blasphemia dieitur. Et quòd immanissimus habẽdus sit, & grauissima pœna plectendus veniat blasphemans Deum, habemus exempla in iure diuino, videmus enim filium mulieris Israelitis præcepto Dei lapidatum fuisse in deserto, eo quod nomen Domini blasphemasset. Et postea subijcitur lex generalis, Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum: Et qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidib. opprimet eum omnis multitudo populi, siue illius ciuis, siue peregrinus fuerit. Leuiti. 24. Serui item Sennaberich Regis Assiriorum blasphemauerũt, vnde percussit Angelus centum octuaginta millia hominum de exercitu suo. 4. Regum. cap. 19. Perditissimi illi prætereuntes, qui pendentem Dominum nostrum in cruce blasphemabant. Marti. 27. & ij qui contradicentes Paulo blasphemabãt, de quibus Act. 13. & 18. Gentiles intra præsidiũ obsessum a Iuda Machabeo blaspemiæ nephanda iactantes, concremati fuerunt. 2. Machabeo. 15. Varias pœnas diuinæ vindictæ blasphemis illatas recenset Cassen. consilio primo. numero 68. & sequen. & Boe. Dec. 301. Et quòd impium sit in Deum etiam verbo peccare habes tu philosophe apud Platonem libro septimo. cui Minos, seu de lege titulus est, sub ijs verbis: Etenim primo cauendum est, ne quid in Deum aut verbo, aut opere aliquid peccemus. Pro amissione feudi satis præmissa vrgent, habemus tamen i iure, quod pœna non incurritur nisi expresse caueatur, vel nisi identitas casus, & rationis concurrat. l. & si quis. ibi, Pœna tamen in eum statuta non est. ff. de religi. & sumpti. fune. & §. cum igitur. ibi, Nec quælibet est lex aliquid tale dicens. in auten. de non eli. secun. nupt. & voluit Bald. in auten. testamento. colum. fin. versic. Ista allegatio fundatur in materia priuatiua. C. de secun. nup. prima opinio esset magis iuxta religionem, & peccati iniquissimi exclusiua, & iniquissimi homines saltem formidine pœnæ a blasphemia retraherent. Blasphemus autem an dicatur hæreticus, distinguendum est vt in Repert. Inquisito. in versic. Blasphemus, vbi in mea Addi. alios cito. Vt quis dicatur consuetus blasphemare notat Cyn. in l. 2. C. de reb. credi. Bald. in l. prima. C. quomo. & quan. iud. quem sequitur Paris de Put. de Syndicati. in versicu. Latro. numero tertio. cap. secundo Et de blasphemia Gramma. Dec. 58. ac Mar. Mãt. Syn. 606. & Clar. libro quinto. Recepta senten. in §. Blasphemia. ac Didac. Couarub. in capitu. quamuis. prima part. §. 7. numero 10. versi. Iure pontificio.

CX

Literas sibi missas a Domino despicientis, vel parui facientis. in Lombarda de iudic. & bene. l. liber homo. Decis. Neapolitan. Afflict. 268. numero 99.

CXI

Grauem quamuis iniuriam domino facientis. capitulo, Obertus. ibi, egregia ingratitudinis. et qui. cau. feud. amit. capitu. primo. §. porrò. ibi, Graues, & inhonestas iniurias. & ibidem Afflict. numero decimoseptimo. & in §. præterea. numero vigesimotertio. quæ fue. pri. cau. bene. amit. ac alle. Dec. Neapolita. 265. numero 59. Paris. consilio primo, numero duodecimo. libr. 1. in dubio autem vasallus non præsumitur iniuriam inferre velle, etiam quòd verba aliud innuere possint. Aimo consilio nono. accusatur, numero 26. post numerum trigesimumquartum. & alijs. Quæ autem dicatur grauis iniuria adhoc vt vasallus feudo priuari possit, iudicis arbitrio remittitur. ad nota. per Aluarot. in alle. capitu. primo. §. sed quia. quæ fue. pri. cau. bene. amit. ac Sozzi. consilio nonagesimonono. colum. vndecima. versic. pręterea si iudex Aimo. de Antiq. tempo. in prin. 4. par. prin. num. 155. Alcia. libr. 4. parerg. iuris. cap. 10.

CXII

Impias manus in dominum inijcientis. capit. primo. §. porrò. quæ fue. pri. cau. bene amit. Marti. de Silima. rubri. quib. mod. feud. amit. numero 116.

CXIII

Curantis vt dominus percuteretur. ad l. non solum. in princip. ff. de iniur. & Marti. Silima. vbi supra.

Manus

CXIIII

Manus item aduersus dominum leuantis quasi percussuri, licet non percutientis, quia iniuria ē argumen.tex.in l.itē apud labeonē.§.si quis.ff.de iniur.Marti.de Silima.d. rubr.qui.mo.feu.amit. num.112.

CXV

Insidiantis veneno vitæ Domini, vel aliter.c.j. §.porrò.quæ fue.pri.cau.bene.amit.Idem Marti. vbi supra nu.118.

CXVI

Offerentes pugnam domino.Isern.in c.1.§.similes aduersus militem.versi.Secus quando vasallus offert domino pugnam.ac d.Dec.Neap.Affl. 265.nu.34.in 12.fallen.

CXVII

Vasallorum ecclesiarum contra libertatem ecclesiasticam statuentium, quæ propterea feudis ecclesiasticis priuantur.iuxta tex.in cap.grauem. in fin.de senten.excommunica.Afflic. in capitulo primo.§.Item si quis.causa 48.numero septuagesimoquinto.qui.mo.feu.amit. In quibus autem consistat libertas ecclesiastica, & a quibus, & per quæ lædi dicatur videre poteris apud Lap.Alle. 92.Inspeximus, vbi nonnulla addo.

CXVIII

Vasalli ecclesiæ non iuuantis prælatum pro expensis factis in promotione, puta pro literis apostolicis, pro annata, pro electione, in Roma. Curia prosequenda, seu confirmanda. iuxta glos. in c. cipientes.§.ad hæc.in versic. discreta.& ibi Docto.de electio.libro sexto.in fini.Barto.Belenci.in tracta.charita.subsid. quæstio decimasexta. versiculo. Et idem dico de expensa facta in promotione.Et in specie habemus constitutionē Regni, quam plurimum.de Adiutorijs exigen.pro quibus etiam per Matth.de Affli.Dec.Neapolit. 136.super charitatiuo.& per Nic.Boe.Dec.134. Quoad.nu.3.ver.Sed in regno Neapol. tenētur vasalli ecclesiæ.

CXIX

Eiusdem non contribuentis pro expensis prælati vocati ad concilium generale. argumen.text. in cap.cum Apostolus.§.prohibemus.ibi, Ne subditos suos alijs, & exactionibus episcopi grauare præsumant.substinemus autem pro multis necessitatibus, & c. de censibus. Innocen.in capitulo primo.versus fin. versiculo. Isti bene.quem sequitur Abb.numero sexto.de statu mona.Idem Abb.consilio septimo.Tria.libro secundo. colū. fin.præsertim versicul.Archiepiscopus enim vadit ad sinodum, seu concilium pro communiomnium vtilitate, cum fiat pro reformatione vniuersalis ecclesiæ, & membrorum suorum, idē ab omnibus debet comportari. Idem voluit Belenci. in alle.chari.subsi.q.21. & in terminis nostris Boe. præalle. Dec.134.nu.3.

CXX

Eiusdem non conferentis prælato per Regem vocato pro seruitio exercitus.Boe.dicta Dec.134 post numerum 3.versic. Tertio & quando prælatus.

CXXI

Eiusdem non iuuātis prælatum vocatum a Rege in suo seruitio.dicta Dec.Boe.134. post nu.3. versicu. Quarto quando.licet subdat non seruari in regno Franciæ, & remittit se ad Affl. in alle. consti.Regni.

CXXII

Eiusdem non conferentis prelato pro expensis in hospitando regē in episcopatu, quod etiam dicit Boe.eadem Dec.numero quarto.non seruari, in Francia, pariter se remittens ad Affli.in d.consti.Regni.de Adiu.exigen.plura alia ibi subdens, quæ uideri poterunt.

CXXIII

Contrahentis matrimonium sine consensu domini, vt in consti.Regni.Honorem. Hoc in diuersis regnis seruari audiui, & si secus fiat, reges ēt quæsitis diuersis coloribus, matrimonia contrahentes diuersimode vexant, ac infestantur. Intellige tamen & declara vt post Iser.per Afflic.in alle. cap.primo.§.præterea.num.20. & sequen. & §. Item si quis.num.97.in 72. causa. qui. mo. feud. amit. Ego consuetudinem, seu obseruantiam huiusmodi corruptelam voco, & vltra alias rationes illa michi præcipua videtur, quòd matrimonia libera omnino esse debeant, & sic nec adominorū, vel aliorum, imò nec etiam ab ipsorum coniugū parētum pendentia arbitrio.l.Titia.in prin. ff. de ver. obli.c.Gramm.de sponsa.Ant.de But.in c.1. colum.2.eod.Et hanc prohibitionem de non cōtrahendo absque regis, vel domini assensu, etiam ante concilium Tridentinum nunquam probaui, iurique ciuili, pontificio, ac rationi contrariam asserui. adducebam vltra præmissa text. iun.glos. in l.1.C.si nuptiæ ex rescrip.in cap. nullus. 31. q. 2.in cap.insinuante.iun.glo.1.qui.cleri.vel vouē. & Marti.Lauden.de princip.no.545.Hodie opi. mea clarior redditur ex forma concilij Tridentini ubique seruanda, mandante antequam matrimonium contrahatur ter a proprio illud contrahentium parrocho, tribus diebus continuis festiuis in ecclesia inter missarum solemnia publice denūtiari inter quos matrimonium cōtrahendum sit, ad hoc vt quilibet adducere possit causas, ꝓpter quas mr̄ium impediri cōtrahi debeat iuxta c.j.de creti.Refor.matri.Sessio.24.alias 8.sub Pio IIII. Et sic ad notitiam omnium marimonium contrahendum venit, unde quid opus erit regem vel aliū dominum, seu quemuis adhuc amplius certiorē reddere? argumen.tex.in cap. Eum qui certus.de reg.iur.lib. 6. In proprijs terminis nostris contra violantes libertatem matrimonij ad est c. 9.d.Sessio.24.Ita plerumque.

CXXIIII

Non soluentis collectam impositam a Domino, qui duxit vxorem.Specul.de Feud.§. quoniā. colum.penult. versicu. Et nota, quod vasallo comitum.sequitur Ias.in l.placet.in 2.lectu.nu. 19. C.de sacro.eccle.

CXXV

Non iuuantis dominum pro maritanda filia, vel ſorore, licet aliud ſentire videatur Io. And. in Addit. ad Specu. Alberi. in l. 1. colum. 7. C. de iuriſdi. omn. iudic. Bald. in cap. primo. §. ſimiliter. de cap. Corra. Pau. Caſtren. in l. vltim. C. de ſta. & imagin. & in l. neminem. C. de ſacroſan. eccle. ac Iacobi. a S. Georg. in Inueſti. Feud. in verſicu. Qui quidem inueſtiti præſtiterunt. colum. 17. verſicu. Circa alium caſum. & Gui. Papæ Dec. Delphin. 57. an vaſallus. Pro opin. tamen noſtra præter id, quod conſuetudo ē, quā atteſtatur Guid. Papæ verſic. Et ita obſeruauerunt. et in Gallia vaſallus contribuit pro maritanda filia domini, vt inquit Andr. Tiraquel. in l. boues. numero decimoquarto. ff. de verbo. ſignific. Idem Tiraquel. de iur. primogeni. quæſtio. 69. & ſequen. vbi late hanc materiam tractat. Hic vſus in Subalpina regione eſt frequens teſte Iacobi. a San. Georg. in tracta. de Homag. colum. 8. Sic & ſubditi Calligulæ Imperatoris munera contulerunt, pro maritanda illius filia. autor eſt Suetonius in illius vita. Hanc opinio. ſequuti ſunt Hoſtien. in ſumm. de Immun. eccleſ. §. A quibus muneribus. colum. 1. aſſerens eſſe conſuetudinem propè generalem. & Alexan. in Addi. ad Bartol. in l. placet. C. de excu. mune. libro decimo. Hanc opinio. expreſſe tenuerunt Specu. præalleg. titu. de Feudo. §. quoniam ſuper. numero ſexageſimoſeptimo, verſicu. Tertio pro filia maritanda. Rofred. in ſuis libel. parte 5. ſacra. cuius. vaſal. numero tertio. Afflit. Dec. Neapolit. 205. poſt numerum 54. verſicu. Item pro maritanda filia, vel ſorore. & poſtea verſic. Item pro maritanda ſorore, vel maritandis filiabus. vel neptibus, & inconſtitu. quam pluribus. idem Afflict. in 6. not. numero nono. vbi dicit aliud de iure communi. libro tertio. rubr. 17. de adiu. exigen. ab homi. Alexan. conſilio 35. viſo numero tertio, libro ſecundo. Sequitur Iaſ. in alle. l. placet. in ſecunda lectu. numero 19. C. de ſacro. eccle. Gui. Papæ quæſt. 57. an vaſallus. Boer. Dec. 126. numero primo. Parpal. in alleg. l. placet. numero 16. Hanc opin. impugnat etiam Stephan. Bertran. conſilio 181. incipien. prout numero 11. libro primo. in primis. & latius conſil. 22. pro faciliori. præſertim numero quinto. libro tertio. in no. Concluſionem tamen noſtram ſaltē defendere poſſemus in illis caſibus, quos ſubijcit poſt numerum 5. verſicu. Vt verbi gratia. pro hac etiam opinio. adduco Ioan. Fab. in §. Æque ſi agat. colum. penult. poſt numerum 34. verſiculo. Verbi gratia de iure communi conſuetudinario debent ſubiecti ſubſidium domino pro filia maritanda. Inſtitu. de actio. late per Nicol. Boer. qui alios citat Dec. 126. incipien. Et in dicto numero primo, & ſequen. Amplia vt uaſallus (vt præmiſi) teneatur etiam domino præſtare ſubſidium pro maritandis neptibus ſuis ex primogenito natis. Afflic. in præalleg. conſtitu. Quamplurimum. An autem vaſallus, qui contribuere tenetur pro maritanda filia domini, teneatur ſolum pro maritanda filia? videantur Guid. Papæ quæſtio. 75. in fin. Gramma. conſil. ciuil. 68. colum. ſecunda. & Tiraquel. de primogenit. quæſt. ſeptuageſima. Non tacebo oppoſitum ſeruatum fuiſſe eius, quod hodie ſeruatur, in lege veteri, prout videre licet Eſther cap. ſecundo. Rex Aſſuerus iuſſit præparari conuiuium per magnificum pro coniunctione & nupijs Eſther, & dedit requiem vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt, iuxta magnificentium principalem. Feudatarius maritans ſororem an poſſit petere adiutorium a vaſallis feudi noui, per ipſum acquiſiti, diſputat Loffre. in capit. primo. §. item ſacramentum. de pa. iura. firman. Et an vaſalli ſub feudatarij teneantur feudatario maritanti ſubuenire Brun. conſilio trigeſimoſecundo. Guid. Papæ quæſtio. 17. Et an huiuſmodi adiutoria debeantur uſufructuario, an domino, uideatur Capit. Dec. 184. Limitari poſſet opinio præmiſſa, vt vaſalli teneantur, ad collectū ſeu ſubſidiū ꝑ maritāda filia dñi, vt ꝓcedat tantum quando dominus eſt pauper. pro hac limit. adduci poſſet Tiraquel. de Iure primogen. quæſt. 69. Verum licet opinio hæc ęqua ſit, a dominis feudorum non admitteret, præſertim quando conſuetudine, vel pactis initis iuuarentur. Poſtremo aduertendum erit ex ſententia Sozzi. Iunio. conſilio. 16. numero ſecundo, libro tertio. iudicis arbitrio relinqui quando, & quantum poſſit dominus feudi a ſubditis pro filia nuptui tradenda exigere, nec domino feudi ſuper hoc ius ſibi dicere licet, prout poſt Oldra. conſil. 234. ad fin. voluit Tiraquel. præall. quæſtio. 69. de iu. primogen. Et quæ in ijs perpendere, & conſiderare debeat iudex explicat Sozzi. Iun. d. conſ. 16. num. 5. lib. 3.

CXXVI

Non iuuantis dominum pro filia moniali efficienda, arguendo ab identitate rationis. ad l. ſi poſtulauerit. §. ratio. ff. de adulte. l. 1. §. hoc interdictum eandem. & ibi Bar. ff. de fonte. l. illud. cum glo. magiſtra, in verſi. æſtimari. quæ dat concord. ff. ad leg. aqui. Identitas autem concurrit tum in domino, qui filiam nuptui tradere, vel monialem effici curare debet, & in utroque caſu eam dotare tenetur. Filia item horum alterum eligere debet. Vaſallus item non plus grauatur contribuendo, vel conferendo pro monacanda quàm maritanda filia domini, imò minor dos moniali conſtitui cōſueuit, quam ei, quæ nuptui traditur. Rurſus expedit magis animæ, fauorabiliuſq; eſt nubi Deo, Deique religioni inſeruire, quam nubi homini: & apud mundum viuere. Nec magis fauendum eſt nubenti, quàm diuinis ſeruitijs ſe uouenti. Hinc dicemus eſſe contra bonos mores ſtatutū arctans ad nubendum. Bal. in l. pactum. poſt numerum decimumquintum. in. 20. q. C. de colla. Et ꝙ idem diceudum ſit de moniali, ꝙ de maritata generaliter, in ſimilibus caſibus, vide conſ. Pet. Ancha. 108. in paucis. num. 4. Dec. Neap. Afflic. 348. pater. poſt num. 3. eundem Afflic. in conſti. Quamplurimum. lib. 3. rubr. 17. de adiuto. exig. ab hom. poſt num. 32. Cur. Iun. in authē. res quę. num. 26.

num.26.vbi hanc communem testatur. C.cōmu. de lega.pulchrè per Lauré.de Palat. de Phano in suo tract.statuti excluden. fęmi.stan.mascu. par. prima,num.48. vsque ad numerum 61. qui licèt ad partes arguat,concludit,quòd idem dicendum sit.& illum tractatum extollit Mar. Sozin. Iun.consil.1.ante numerum 45.lib.1.& in terminis nostris post Iaco.de San.Geor.concludit Nico.Boe.Dec.126.num.12.ver.Et non solum pro filia maritanda,quem refert Tiraq.quæst.79.nu. secundo.de iure primoge. Non defuerunt tamē qui contrarium tenuerint, vt Alberi.de Rosa.in l.1.colum.7. C.de iurisd.om.iud.ubi solam consuetudinem obseruandam affirmat. Idem etiam sentire videtur Bal.in cap.1.§.similiter.de cap. Corra.Pau.Castren.in l.fin.C.de statu.& imagi. & in l.neminem.C.de sacro.eccle. Et in hoc sensu intelligi potest Iacobi.de San.Geor. in inuest. feud.in ver. Qui quidem inuestiti præstiterunt. colum.17.vers.circa alium casum. Ego si consuetudo,vel pactum in inuestitura adsit, pacto, uel consuetudini standum puto.

CXXVII.

Eius, qui a domino liberatus est ne aliqua seruitia præstet,si in nō exceptis, vel non expressis deficiat ingratus ha betur, & feudo priuatur, & ita intelligi potest text.in cap.1. de feud.non haben.propr.feu.natu.ut per Isern.in cap.o bertus. nume.12.vers. sed quid si detur feudum expressè, quòd nullum seruitium inde fiat.in qui.casi. feu.amit.

CXXVIII.

Crimen læsæ maiestatis committentis. l.quisquis. C.ad leg.Iul.maiest. in titu. quæ sint rega. vers.Et bona committentium crimen læsæ maiestatis.vbi Afflic.num.17. post alios ibi. in 7.specia.& D.meus cons.544.Serenis.ante num.5. & cons.606.quod est ferè idem. ante num.3.

CXXIX.

Excōmunicati,qui ius fidelitatis amittit, per absolutionem autem recuperat omnia iura pristina.cap.maximum.1.quæst.7. Bal.in cap.1. per quos feu.inuesti.in vsi.feu. qui dicit excommunicatum absolutum recuperare ius fidelitatis, quod per excommunicationem amiserat.

CXXX.

Hæretici,qui feudum amittit.authen.Interdicimus.C.de hæreti.c.fi.cum ibi nota.extra eo.

CXXXI.

Assassini,qui etiam feudum amittit. cap.pro humani. ad fi.ibi,Cum suis bonis mūdanis omnibus,vbi omnes.de homici. libro 6. Et clericus etiam a seculari punitur.Dec.Neapo.Capit.122. num.2.& 153.nu.26.& ante.

CXXXII.

Vasalli mouentis bellum in regno contra aliū subditum,incidit enim, & ipse in crimen læsæ maiestatis, quippè qui quod est Principis usurpat.ut in l.3.ff.ad leg.Iul.maiest.Innocen.in cap. olim.1.de resti.spolia.& in cap. sicut.de iureiur. Docto.in l.ex hoc iure.ff.de iust.& iur. Bart.in l. hostes.ff.de capti.& postli.reuer.Oldra.cons.70. Et in regno vtriusque Siciliæ adest constitutio, Comes,& baro.lib.4. rubr.8. de cultu pacis.ubi vide Affli.num.74.& seq. & ibi declarat quando dicatur bellum,seu guerra moueri, & quid si vexillis sint congregati homines,& in quo differant guerra,bellum,pręlium, & duellum.ultra Luc.de Pen.in l.1.colum.prima. C.ut armo. vsus. libro vndecimo.

CXXXIII.

Loca ad monomachiam cōcedentis, quasi homicidæ, & humani fusione sanguinis gaudentis. concil.Triden.sessio.25.capit.19.incip.Detestabilis duellorum vsus.Nec dubium,quia duellū etiam ante concilium prohibitum esset.cap.monomachiam 2.q.5.c.2.de cler.pugnan. in duel.& de torneamen.ac de purga.vulga.

CXXXIIII.

Omnium,qui tale quid commiserint,quòd ante faciem domini stare non possint, vnde illi seruitia præstare posse cessant culpa sua. argu.text. in l.sed & milites. §.sed & ignominia missi.ff.de excu.tuto.& in l.2. §.ignominiæ autē causa missus.ff.de his,qui notan.infa. Bald.consil.268.incipien.Nihil,uers.Tamen illud.libro 2. iuxta nouam impress.Affli.in cap.1.§.Item si quis. num. 71.in 41.cau.

CXXXV.

In omnibus casibus in quibus iure cauetur, quòd filius exhæredari possit,de quibus in auth. vt cum de appel.cogno.§.causas. per glos.in cap. quiutauallis.de iureiur.& in specie Bal. in l.solò. vers.Et ponitur exemplum de grauibus.C.de libe.cau.Aluarot.in cap.primo. §.prædictis. nu.1. quæ fue.pri.cau.bene.amit. Afflic.in alle. §.Item si quis.post nume.108.in c. primo.§.præterea.nume.4.quæ fue.pri.cau.bene.amit.

CXXXVI.

In omnibus casibus similibus, uel grauiorib. illis casibus expressis in exhæredatione liberorū, de quibus supra. ad ea, quæ uoluerunt Guil.de Cun.in authen.non licet.C.de libe.præte. Alexā. in l.si quis id quod.num.18.ff.de iurisd. om. iu. Stepha.Bertran.cons.379.viso. nu.decimosexto. vbi alios citat.& hanc communem,& uerā opin. asserit,exhæredationem, videlicet fieri posse ex causis similibus,vel grauioribus, & arguit ab ingratitudine uasalli,ad ingratitudinem filij. libro primo.par.prima.

CXXXVII.

In omnibus casibus,in quibus donatio perfecta reuocatur,de quib. in l.his solis. cum sua authen.C.de reuo.dona.in c.fi.de dona.in §. sciendum.Institu.eo.per gl.in cap.primo. §.denique. in ver.ratione.quæ fue.pri.cau.bene.amit. & per Afflict.in alleg.cap.item si quis. numero 109.in 62.causa.& in alle.cap.1.§.præterea. num.6.quæ fue.pri.cau.bene.amit.

CXXXVIII.

In omnibus casibus,in quibus libertus redigitur in seruitutem.ad glo.in alle. c.primo. §.denique.in ver.ratione.quæ fue.pri. cau. bene.amitt. & ibi Aluarot.Affli.in præalleg. §. Item si quis.

post

post nu. 108. & ad ea, quæ scribã infra in . . . spe cie principali liberti, erga patronum. Et quòd iura loquentia de libertis ex antiqua interpretatione in vasallis locum habeant, firmat Affli. in cap. 1. §. sed & qui delator. nume. 6. prællega. titu. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Et generaliter dicimus va lere argumentum a liberto, ad vasallum. vt vo luerunt Specu. titu. de feud. §. quoniam. vers. 17. Bal. in l. liberti, libertæq; C. de oper. liber. Aluar. in c. fi. de alie. feu. pater. Ias. in l. si non sortem. §. libertus. cir. prin. ff. de condi. indeb.

CXXXIX.

In omnibus denique casibus, in quibus iudex iudicat vasallum ingratum, vel iudicat causam, vel culpam sufficientem ad priuationem feudi. cap. 1. §. sed quia natura nouas deproperat. vbi omnes. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Afflic. in c. 1. §. item si quis. nu. 118. in 72. causa. qui. mod. feu. amit. Anchar. consil. 277. ex prædicta. nu. 1. vers. Et generaliter dicit, quòd multæ causæ non ex pressæ possunt occurrere. consi. Sozin. 87. visis. post numerum 16. vers. si iudex potest iudicare, quòd ex aliqua causa nõ expressa vasallus sit pri uatione dignus. lib. 3.

De ingratitudine Domini in vasallum.

CAP. LXIIII.

PRincipalis τῆς ἀχαριστίας, seu ingratitudinis species consequenter erit domini, ad vasal lum: sicut enim (vt ostendimus) vasallus ex infi nitis causis in dominum ingratus habetur, & regulariter propter ingratitudinem feudũ amit tit: ita contra dominus in vasallum ingratus pro pter infinitas causas dici poterit, & proprietate feudi, a iure sibi erga feudatarios competente pri uatur: Ad paria enim iudicantur dominus, & vasallus. Et regulariter ex eisdem causis, quibus vasallus ingratus dicitur, & propterea feudo pri uatur, ex eisdẽ inquam & dominus ingratus ha betur, proprietateque, ac iure omni erga vasal los (ut præmisi) priuatur. Omnia hæc probãtur ex tex. in cap. ex facto. quali. domi. a propri. feud. priue. in cap. primo. §. domi. si de feu. conten. sit inter domi. & agnat. in cap. de forma. vers. Domi nus quoque fideli suo in ijs omnibus vicem red dere debet. 22. quæst. 5. ca. primo. vers. Dominus quoque. de for. fideli. glo. in ver. iustitiam. in §. il lud tamen. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Hostien. in sum. de feud. §. quib. mod. feu. amit. in fi. Dec. Neapo. Affli. 265. Illustris. in princ. & Dec. 396. num. 6. Et dixit Bald. in ca. primo. §. fi. de no. for. fide. post numerum 3. quòd mutua relatione do minus, & vasallus sibi debent æqualem affectio nem, & fidem, & vt sequatur æqualitas in con tractu sicut vasallus præcisè obligatur, sic domi nus, nam claudicatio appellatur iniquitas. Idem Bald. in cap. primo, nume. 16. vers. Et nota, quod ijs casibus, in quibus vasallus priuatur. quę fue. pri. cau. bene. amit. Paris de Put. in tracta. de re mili. lib. 6. quæst. 25. An vasallus possit prouo care dominum suum ad duellum propter adult. nume. 2. Ant. Corset. in addit. ad repert. Abb. in ver. vasallus, an sicut tenetur adiuuare dominũ. Capic. Dec. Neapo. 162. in causa. colum. 2. versi. Et dicit Aluarot. Nico. Boe. Dec. 211. feudum re uersum. nume. vndecimo, vers. correlatiuè enim se habent, nisi in homagio, & fidelitate. Et dixit And. de Iser. in cap. primo, vers. Dominus quo que. num. 5. de for. fidel. quòd fidelitatem, quam debet domino vasallus in illis sex casibus, eandẽ debet dominus uasallo, aliàs cẽsebitur maleficus sicut vasallus, & hoc dicit valde esse notandum, prout dicit glo. ibi, quia non iudicantur ad impa ria dominus, & vasallus. Si otium mihi præstabi tur sigillatim referam differentias aliquas causa rum priuationum, in quib. dominus, & vasallus non iudicantur ad paria: subijciamq; casus, in quibus licet uasallus ingratus existimetur, & pro pterea feudo priuetur, ex illis tamẽ dominus in gratus dici non possit, nec proprietate feudi pri uandus veniat.

De ingratitudine emphyteutæ aduersus Dominum directum.

CAP. LXV.

EMphyteutæ ingratitudinem prosequamur, arguendo a feudo ad emphyteusim, seu a cõ tractu feudali, ad emphyteuticum, propter con uenientiam, similitudinem, ac naturam eandem vasalli, & emphyteutæ. ad nota. per Specu. in tit. de feud. vers. Quinto quæritur infeudatio. & per Roma. consil. 103. viso propositæ quæstionis the mate. Et videmus, quòd horum vterque vtile ha bet dominium. cap. primo. §. rei autem, & §. fi. in titu. de inuesti. de re alie. fac. vbi etiam Bald. Al uarot. & alij. Et consequenter vterque rei vindi cationem vtilem habebit. l. prima. iun. glo. fin. si ag. vecti. vel emphy. peta. l. possessores. in fi. cũ glo. C. de fun. patri. lib. vndecimo, glo. & Doct. in cap. primo. de contro. inter vasal. & alium de be ne. Bartol. & alij in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acquir. posses. & in l. prima. vers. Hic titulus. ff. de publica. Vterq; item eorum naturaliter possidet ac utriq; pariter interdictum vti possidetis com petit. l. vni. & ibi glo. C. uti possi. glos. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. posses. Io. Fab. in §. retinẽdæ. in prin. Insti. de interdi. Et in l. prima, in princ. ff. vti possi. & in l. prima. in prin. ff. de acq. posses. Quo fit, vt ex illis ferè causis, propter quas va sallus ingratus habetur, ac ut ingratus feudo pri uatur, ex eisdem & emphyteuta priuetur, seu em phyteusi priuandus sit. Nos vltra generalem lo cum feudatarij ad emphyteutam de quo supra, & per Ias. in l. prima, col. undecima, & alijs. C. de iu. emphy. nonnullas causas in specie comproba bimus. Et primo, ingratum affirmant emphyteu tam, ac meritò re emphyteutica priuandum, illã emphyteuticam esse inficiantem, prout conclu dunt Specu. tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 65. Al beri. in l. 2. colum. decima. C. de iu. emphyt. dum se re-

se remittit ad nota.per Spec. vbi sup. dicto vers. 65.Ange.in l.fi.ff.de rei vindica.Roma.in repe. l.si verò.§.de viro.in 51.fallen. ff.solu.matrim. Iacobi.de San.Geor.in trac.feud.in ver. Dictiq; vasalli promiserunt non committere felloniam. & in ver.Dictiq; vasalli promiserunt recognosce re.ac Ias.in §.omnium.num.87.Institu.de actio. Qui vellet contrarium tenere, & emphyteutam defendere,adducere posset. Ioã.And. in addi.ad Spec.dicto num.65.Bald.in cap.1.§.vasallus. si de feud.fue.contro.Ias.in l.2. num.86. C.de iu. emphy.Purpurat.in l.1.colum.9. C.de transact. Et hanc esse vnam ex differentijs inter vasallum, & emphyteutam inquiũt. Secundo emphyteuta non potest rem emphyteuticam sine cõsensu directi domini alienare.l.fi. C.de iu.emphy.ca.potuit.de loca.Amplio etiam si in alienatione appo sita fuisset clausula,saluo semper, & reseruato cõ sensu,ac beneplacito directi domini.ut per Bald. in cap.primo.§.denique.num.5. vers.sed pone. quæ fue.pri.cau.bene.amit. Videnda erunt quæ scripsi supra in ingratitudine vasalli 85. quæ incipit, Alienantis feudum absque consensu.vers. An autem alienans feudum excusetur. Ibi dictis addo, quòd etiam substineri posse videtur con clusio absq; illis verbis, Et non aliàs, nec alio mo do, quòd excusetur emphyteuta, seu vasallus, uel feudatarius alienãs, & sic quòd sufficiat simplex protestatio, videlicet, saluo, & reseruato benepla cito domini directi: vt voluerunt Alex.in consil.211.ad fi.vol.6.D.meus consil.18. nume.9. Aymo consil.273.col.1. Rip.lib. primo respon. cap.2.num.2. Amplio etiam si rem alienatam re cuperet redimendo, non enim per hoc pœnã ca ducitatis euitat.ita concludunt Bar.Pau.Castren. & Imol.in l.si quidem.§.Itẽ Labeo.ff.de vsucap. Alber.de Rosa.& Saly.in l.fi.circa fi. C.de iu.em phyt.Et hanc communem,& in praxi seruari affirmat Imol.in dicto cap.potuit, quicquid dicat Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua. versic.96. pro præmissis, vide omnino Catel.Cot.alios referentem in suis Memoria. in ver. Emphyteuta alienans irrequisito. vers.Quid autem si alienet. Tertiò emphyteuta felloniam committens vtili dominio priuandus uenit, ut in specie concludit Fely.in ca.dilecti.de maio.& obed. ad hoc citans Pau.Castren.in l.sed si hac lege.in princi.ff.de in ius vocan.& Alex.ibidem in additio. Ego autem pro emphyteuta scribẽs affirmabam Castren. & Alex.in loco præfato id non dicere, sed solum lo qui de domino,& vasallo, supponebamquè rationis diuersitatem assignari posse. Quarto emphyteuta incidẽs arbore frugiferas, vt ingratus, ac re emphyteutica abutẽs, ea priuatur. Dyn.Bar. & Alex.in addi.ad ipsum in l. in fraudem.§.conductor.per illum tex.ff.de iu.fisci. Idem Bart.& alij in l.diuortio.§.si fundum. ff.solu,matrim.ac Ias.consil.17.lib.1.Cæterum, qui scire voluerit quando hoc argumentum a feudo ad emphyteusim procedat, vel non, in quibus feudum, & emphyteusis conueniant, in quibus differant, videat Bald.in cap.primo, an agan. vel fil.agna.col.5. vbi quòd similitudo feudi, & emphyteusis procedit secundum quid,& non simpliciter. & Bal. super rub.extra de iudic.Aluarot.in prælu.feud. versus fi.ac plenissimè per Io.Bapt.de San. Blasio in trac.differen.inter decisiones feuda.ex vna parte, & decisiones iuris canonici, seu ciuilis ex alia parte, vbi cumulat 160.differentias inter feudum, & emphyteusim, seu allodium ex altera parte.

De ingratitudine serui ad Dominum.

CAP. LXVI.

SEruus tunc ingratus habendus erit, dum non seruabit, ea quæ scripta sunt Prouer. cap.19. Nec seruum dominari Principibus.& ca.30. Per tria mouetur terra,& quartum non potest substineri, per seruum cum regnauerit &c. Malachiæ ca.primo.Filius honorat patrem, & seruus dominum suum timebit.Ad Ephes.cap.6. in prin. serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri &c.& ad Titum cap.2. Seruos dominis suis subditos esse in omnibus placentes,non contradicẽtes,non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes.Matth.capit.8.& Lucæ 7. Et dico seruo meo fac hoc & facit.Non solum autem seruus inobediens ingratus est,sed & omnia, quæ sibi imperãtur si inuito animo exequitur, vel seruitia magnifacit, vel extollit, ex sententia diuina, de qua Lucæ cap.17.Nunquid gratiam habet seruo illi, qui fecit ea, quæ imperauerat? non puto: sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus. Quòd si seruus maleuolus sit, ociosus, inobediens, tractandus erit, prout scribitur Ecclesiast.cap.33.Seruorum ingratitudines scribuntur 1.Reg.cap.22.Audite me nunc &c.ac 2.Reg. cap.19. Nec putes mihi &c. Nihil in animo seruiente integrum inesse, nec quicquam seruorum generi esse credendum ostendit Homerus in Odissea, inquiens Iouem dimidium mentis illis auferre, qui seruitutis orti subiecti sunt, quæ a Platone comprobantur.libro 34.dialo.6.de legib.Ingratus ille seruus Iob. ca.19.Seruum meum uocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Ingratus seruus M.Scauri, qui a Gn.Domitio accusatus fuerat, noctu seruus ipse a Gn.Domitium accedit, promittens se domini sui multa crimina indicaturũ, quibus facilius eum opprimere possent: Iustitia vicit odium, ita ut Domitius nec seruum audire voluerit, sed vltrò eum vinctum ad Dominum remiserit. Val.Max.tit.de Iustitia.li.6.de Gn.Domitio.Trib.ple.Ingrati illi serui, qui in dominos armabantur, de quibus M.Tullius in oratio. pro Gn.Planco. Qui saluti dominorum suorum insidiantur, igne cremantur.l.capitalium.quæ est 28. vers.Igne cremantur.ff.de pœn.Ingratitudinem, & delicta seruorum, ac officia,& gratitudines videre poteris toto titu.ff.de Senat.con. Syllania. C.de ser.fugi.& de ser.corrup.Eorum gratitudines

nes videbis etiam apud Val.Max. li.6. tit.de fide seruo.& apud Sene.de benef.lib.3.vbi etiam, ꝙ gratitudo, seu beneficium cadit in seruis, quorũ gratitudinum exempla ibi recenset. In hac materia hac distinctione utimur, ut quando seruus præstat, quod a seruo exigi solet, ministerium illud uocemus, nec cadat gratitudo. vbi autẽ præstat plusquam est seruo necesse, beneficium existimemus, ubi enim in affectum amici transit, beneficium uocari incipit. Seneca ubi supra. & diuus Tho.secunda secundæ.quęstio.106.art.3.ad quartum. Sic ille Terentianus, licèt seruus, amicus tamen, & utilis domino. Et dixit Philosophus politico.lib.1.cap.4.seruum, partem esse quandã domini, & amicitiam esse seruo, & domino inuicem. Gratissimus seruus Ioseph Phutisari eunuco, Principi exercitus Pharaonis, qui ab uxore domini toties sollicitatus, & super pudicitia tentatus, maluit fugæ se committere, carceres pati, periculoq; mortis se, quàm impudicissimæ, & ingratissimæ domini sui uxori subijcere: cuius rei exitus innocentia, Deo ac sibi fauentibus fœlicissimus fuit. Genes.cap.39. cum alijs sequen. Eupotus seruus C.Gracchi dominum ex auenti no fugientem, qua potuit ratione tutatus est, ac super occisum animam scissis proprio uulnere uĩsceribus effudit, inquit Macro. Serui ad dominũ dicitur iustitia secundum quid. Diuus Tho. par.3.quæstio.85.art.3. Gratus seruus, si dominum a periculis uitæ, uel infamiæ liberauerit, iuxta tex. in l.iusta causa.ff.de manu. uindi. Gratus etiam, qui necem domini detegit, unde libertatem consequitur.l.qui ob necem.ff.qui si. manu.ad liber. perue.l.liberis, quę est 39.uers. Sed & eius, quem prętor propter inditium proditæ mortis, aut detectæ coniurationis.ff.ad leg.Falci. l.si necem.ff. de bon.libert.l.3.uers. Quid si necem domini detexit.ff.de suis, & legiti. & Titus Liuius lib.3.ab Vrbe condi. Plato propterea dialo.6. de legib. affirmabat multos iam fuisse seruos meliores ad uirtutem omnem, quàm fratres, & filij, & qui dominos eorum, ac bona, & domos uniuersas seruarunt. Contra uerò ingratus, qui non detegit, & ulciscitur mortem domini, unde puniendus est. Plato dialo.9.de legib.

De ingratitudine Domini in seruum.

CAP. LXVII.

DOminus malus, & ingratus erit, nisi compatiatur seruo remittens minus, sciens quia & ipsius, & serui dominus est in cœlis. ad Ephes. cap.6. Seruos ita nonnulli contemnunt, vt neque eisdem constare elementis putent, neque aduertunt posse & ipsos in seruitutem cadere: Neque recordantur qua ætate Ecuba, qua Darij mater seruire cęperũt. Nec quoad ius naturale attinet, serui ab alijs differunt.l.quod attinet. ff.de regu. iur.l.serui.ff.de actio.& oblig.l.naturaliter. ff.de condi.indeb.& ibi per Docto. l.si id quod.& ibi Bar.& Ias.ff. eo. Recta seruorum educatio ex sententia Platonis lib.34.dialo.6.de legib.etiã, vt nulla ipsis cõtumelia inferatur, iniuriaq; his multo minus, se fieri possit, quàm æqualibus inferenda. Ingratus etiam dominus, cui fidelis seruus, non sit quasi anima sua. Ecclesiast.cap.33.versus fin. Item qui seruum ægrotum de domo eiecit, eumq; curare non fecit, neque alicui curandum commendauit, qua de re seruum huiusmodi eo ipso libertatem consequi voluerunt. l.vni. §.sed scimus. C.de lati.liber.tollen.glo.fi.ad fi.in l.prima.ff.pro dereli.Sarnen.in 28.quæstio.Regu.de Trienn. 80.casu neglige. Ingratus item, qui infantem seruum, exponit, illoq; priuandus. l.prima, & secunda, C.de infan.exposi.cap.vni.extra eo.& in repert.inquisi.in ver. Alimenta non debẽt negari filio minori exposito. Huc spectant verba 1.ad Timoth.5. Qui autem suorum, & maximè domesticorũ curã non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Itẽ si uęneat mancipium lege apposita, ne pręstituatur, aliàs ad primum dominum reuertatur, & emptor de consensu uenditoris prostituat, propter hanc turpitudinem, & ingratitudinem statim ancilla libera efficitur.l.prima.C.si manci.ita vene. ne prostitu.in prin. Ingratitudo maxima est, ac enorme scelus, si dominus leno ancillæ peccandi necessitatẽ imposuerit, propter quod eius potestate priuabitur.l.si lenones.C.de episc.audien. Et generaliter dicemus, quòd si serui nimia sæuitia, vel intolerabili iniuria tractẽtur, iuris dicentis officio compellũtur domini a se ipsis illorum dominium abdicare.l.2.§.dominorum. ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur.& §.Cuius rescripti.Institu.eo.Lud. Roma.cons.523.quæstio discutienda.nume.15. Cõtra ingratos dominos, vide tex.l.prima. §.sed si uerecundi.ff.de offi.præfe.vrba. Qualis emendatio, vel castigatio, seu correctio dominis in seruos cõcedatur, habemus tex.in l.vni.C.de emenda.seruo. Leges domini ad seruum habes apud Philosophum Oecono.lib.1.cap.5. & Apostolus ad Colossen.inquit, Quod iustum, & æquum est seruis exhibete. Gratum Centurionem erga seruum, pro quo rogauit dominum nostrum, ut illum sanũ redderet, habes Matth.ca.8. post prin. & Lucæ cap.7.in princ. De ingratitudine etiam domini ad seruum, vide etiam diuum Thom.secunda primæ.art.3.& 4.

De ingratitudine liberti erga patronum.

CAP. LXVIII.

LIbertus, & patronus, quo ad uasallum, & dominum, de quibus supra latè tractauimus, se habent, vt excedẽtia, & excessa: prout notat Iser. in cap.1.ad fi.prin.num.6.qui.mo.feu.amit. & in cap.primo.§.pręterea.post numerum 7.quę fue. pri.cau.bene.amit. Affli.in consti.si vasallus a domino, num.22.de fideiuss.domi.a vasal. In pluribus tamẽ assimilantur vasallus, & libertus. And. de Iser.in alle.cap.primo.num.5.vers. Potius videtur æquiparari liberto, vt in mulus, qui feu. amit.

amit.& in cap.primo.§.præterea. verſ.Ius ciuile conſiderauit.poſt numerum 7. quæ fue. pri.cau. feu.amit. Et quòd vaſalli libertis æquiparentur, probatur etiam ex glo.in l.ſolo. C.de libe.cau.& voluit Iaſ.alios ad id citans in l.generaliter. poſt numerum 4.ff.de in ius vocan. Libertus a domino ſummũ accepit beneficium: ut inquit M.Tullius in Act.3.in Verrem,hoc eſt libertatem,quid inæſtimabile.l.libertas.ff.de reg.iur. Manentque adhuc quędã veſtigia prioris ſeruitutis.l.unius. §.ſeruus.ff.de quæſtio.& l.ſeruus. C.eo.Et ob id ingratus etiam dicetur libertus,qui non præſtat patrono,& ipſius uxori,liberis,& hæredib.etiam extraneis honorem,obſequia, reuerentiam, opera,alimenta,& alia id genus.l.libertos. C.de obſeq.patro.præſtan.& ff.eo. quaſi per totum titu. & ff.& C. de ope.libert.ac per Tiraqu. in l. ſi vnquam.in uer.libertis.num.31.ubi more ſuo multa ad hoc adducit.C.de reuoc.dona.Libertus ingratus in ſeruitutem redigitur. l. 2. cum alijs.C. de libert.& eo.libe.l.alimenta.§.1. ff.de libe.agn. l.non ſolum.iun.gl.ult.& ibi Bal.in utraque lect. ff.de in integ.reſti.Tiraq.in alle. l.ſi unquam . in uer.libertis.poſt numerum 31.uerſ.Poteſtque in ſeruitutem ob ingratitudinem. glo.in l.1.in uer. redactus.ff.de pœn.ca.octaua. 12.quæſtio.2.ibi, Aduerſus quem ingrati actio canonum, & legũ auctoritate iuſtè dirigitur,ſcilicet,ut immeritæ libertatis damno mulctatus ad ſeruitutis nexum coactus reuocetur.§.Item finitur.iun.glo.in uer. redigatur.in prin.Inſtit.quib.mod.tute.fini.Inſt. de capi.dimi.poſt prin. Intellige pro notabili ingratitudine.Diuus Tho.par.3.quæſt.88.artic.3. ad ſecundum. Limitatur etiã hoc, quòd propter ingratitudinem libertus reuocari poſſit in ſeruitutem,ſi ſimus in faciendo, ſecus ſi in omittẽdo, puta propter obſequium non præſtitum.l. ſolo. præalle.cum ſua glo.C.de libe.cau. de quo ibi latè per Saly. hunc articulum optimè explicantẽ. Et ingratus libertus res ſibi donatas perdit.l.prima.C.de reuo.dona.pro quibus uide tex.in §.1. iun.glo.in uer.libertis.Inſti.de capi.dimi. Libertus ingratus non ſolum dicitur, & in ſeruitutem redigitur, qui obſequium neceſſarium patrono non præſtat,dicta l.ſolo.iunc.glo. C.de libe.cau. Bald.in l.prima.nume.17.quæſt.21.ff.de re.diui. & ad alia,quæ ſupra adduxi, ſed & ſi res, & bona patroni abſentis non curet,uel non petat tuto res filijs patroni.l.ingratus.ff.de iu.patro. Ingratus libertus,qui tutorem, uel curatorem ſuſpectum non fecerit, contra uerò qui eum ſuſpectũ fecerit,iuxta tex.in l.3.§.liberti.cum glo.ff.de ſuſpe.tuto.Idem ingratus eſt, & puniendus liberttus fraudulenter adminiſtrans tutelam filiorũ, uel nepotum patroni.§.ſed & ſi quis.uerſi.liberto.cum glo.in uer.remittitur. Inſti.de ſuſpe.tut. Ingratus libertus confœderationem,ſeu ut uulgo dicunt,ligam faciens cum inimicis patroni ſui,& grauiſſimè puniendus.l.prima.§.cum patronus. ff.de offi.præfe.urba.Ingratus eſt libertus, & eodem, quo ſeruus puniri debet ſupplicio manumiſſorem accuſans, uel illius hæredem. l.fin.C. qui accu.non poſ.l. qui accuſare.in fi.ff.de accuſ. l.ſi adulterium.§.liberto.ff.de obſeq.a liber.& libe.præſtan.Nell.de reproba.teſtium . nu.12.ſine venia etiam patronum in ius vocans ingratus eſt,nec impunitus abibit. l.communis. & l.vlt. ff.de in ius vocan.l.2.C.eo.glo.in l. bene a Zenone.in ver.iuſſione. C.de quadri. præſcr.Roman. ſing.9.An ſi priuatus. Ingratus libertus, ac puniendus patronum contemnens, vel eidem, ſeu eiuſdem filijs,vel vxori contumeliam,ſeu conuitium inferens.l.prima.§.cum patronus.ff.de off. præfec.vrba.l.1.verſ.Enimuerò ſi contumeliam. ff.de iu.patro.Ingrata liberta in Viridium patronum.Horat.Sermo.lib.primo.Saty.1.At hunc liberta ſecuri,diuiſit medium fortiſſima Tyndaridarum.Ingratus ille libertus Pamphylus,de quo in l.Pamphylo liberto.verſ.Sed cum ſententiam defuncti a liberto decipi ſatis inhumanũ ſit &c. ff.de leg.3.Aliter etiam ingratus dicitur toto tit. ff.de obſe.a liber.& libe.pręſtan.Ingratus deniq; ceruicem in patronum erigens. l.ſi manumiſſus. C.de libert.Marti.Silima.rub.qui.mo. feu.amit. nu.117.Non ſolum autem liberti Volſcini quorum opera Volſcini patroni multa indigna patiebantur,Romano auxilio implorato fuerunt dominis in ſeruitutẽ reſtituti,ſed & ĩ carcere necati: vti apud Plin.nepotem.de vir.illuſt.ca.de reſc. Liberto grato perſona patroni ſancta videri debet.Et gratus libertus filio æquiparatur.Vtrunq; probatur in l.patrono.ff.de obſeq.a liber.& libe. præſtan.& in ipſa rub.& toto illo tit. Formulam reuocationis liberti in ſeruũ inuenies apud Val. Max.lib.2.tit.de Inſti.antiq.

De ingratitudine liberti eccleſiæ in eccleſiam.

CAP. LXIX.

PRoximæ ingratitudini ſimilis erit liberti Eccleſiæ in eccleſiam,vel eccleſiæ prælatũ, qui pariter propter ingratitudinem in ſeruitutem redigitur.cap.epiſcopus,qui mancipium. ca.liberti eccleſiæ.& cap.ſeq.12.quæſt.2.Et libertus eccleſiæ,qui contra eius libertatem,uel contra epiſcopum ſuperbit ingratus dicetur,& ſimiliter in ſeruitutem reuocatur.ca.octaua diſcuſſio.dicta 12. quæſtio.2.

De ingratitudine Aduocati in eccleſiam, in qua eſt beneficiatus.

CAP. LXX.

PRæmiſſæ non abſimilis erit aduocantis contra eccleſiam,in qua eſt beneficiatus,vt beneficio priuetur.cap.fi.de poſtul.glo.2. in ca.nulli. 3.quæſt.1.Luc.de Pen.in l.milites. in fi.C.de re mili.lib.11.& ad alia, quæ adduxi ſupra in x.ſpecie ingratitudinis vaſalli in dominum: ibi citatis addo Barba.conſil.11.ſcripſit belliſſimè.colu.4. num. 17.verſ. Nam ſi clericus aduocat contra eccleſiam.lib.1.Amplio, vt etiam beneficiatus in duabus

duabus ecclesijs non possit præstare patrociniū uni contra alterum.ut voluit gl. in ca.si qui sunt presbyteri.1.quæst.7.nisi habeat administrationem in altera earum. Limitant Innoc.& post eū Abb.in alle.cap.fin.de postul.nisi necessitas officij,quo fungitur cogat beneficiatum ad aduocandum cōtra ecclesiam,uel nisi agat pro ualde coniunctis,seu miserabilibus personis. An autē hic, qui contra ecclesiam aduocare prohibetur, in camera consulens pęnam incurrat? negatiuè respōdendum uideretur per doctri. Bart.in l.1.§.postulare.ff.de postul. vbi quòd Doctor promittens non aduocare,potest in camera consulere, sequitur ibi,Alex.in addit.Et dixit Barto. in l.Paulus. §.primo.ff.de legatio.quòd Doctores,qui prohibentur aduocare, non contraueniunt si mittunt schedulam iudici,vel eum alloquuntur. Idē uoluit Ange.in dicta l.postulauit.ac Præposi. in ca. sollicitudinem.col.10.de appel. & Ias.in l.prima in princ.ff.de verb.obl. Contrarium puto verius in casu nostro propter rationem præalleg.cap.fi. de postulat.

De ingratitudine patroni in libertum.

CAP. LXXI.

PAtronus si libertum exposuit, uel non aluit, eo casu libertus a patroni ingrati potestate liberatur.ff.de bon.liberto. l.si patronus nō aluit. l.2.& 3. C.de infan.expo. l.diuus.quæ est 5.ff.de libe.agno.Roffre.Beneuen.in suis libel.de edi.diui Claud.vers.Hoc idem in liberto. Et quòd patronus libertum inopem alere teneatur, aliàs patronatu priuetur probatur etiam ex tex. in l.vni. .sed scimus.vers.Nec aditus in iura patronatus. C.de lati.liber.tollen.l.nemini. C.de epi.audien. cap.vni.de infant.& langui.

De ingratitudine familiarium inter se.

CAP. LXXII.

SVper hac ingratitudinis specie, Romę pręsertim integra volumina scribi possent.Nos breuibus agamus,& annuamus tantum. Præfati tamen necesse erit pro subsequentium faciliori intelligentia,causam familiaritatis hodiernæ dupliciter considerati posse,uel dupliciter familiaritatem iniri: Aut ob inopiam fugandam,seu spem lucrādi,puta redditus,seu introitus: Aut ob consuetudinem meliorem, melioresque mores assequendos,& acquirēdos: politioris, humanioris, præstantioris,& elegantioris,ac perfectioris vitæ modum,formulam,normam consequendi: si de illis familiaribus tractabimus,qui ad fugiendam turpem egestatem, uel ut ex mendicijs diuites fiant ad curias sequendas alliciuntur, concludemus, quòd si fames vrgeat, si turpis egestas pręmat,familiaris inops, qui ab alienis pendebit alimentis iuxta tex.in l.cum hi. §.sed & personarum,ibi, An obsequioris qui de alimentis pendeant.cum glo.in ver.sed & personarum, quæ addit,quòd tales ab aliorum alimentis pendētes nihil per se quęrere sciunt.ff.de transactio.Et de familiaribus a Cardinalium alimentis pendentibus loquitur Oldra.consil.711. Ad propositum. post numerū 6. Familiaris inquam inops,Persij poetę Psittacus euadet, Quis expediuit Psittaco suū chere? Magister artis,ingenijq; largitor uenter. Si uerò dolosi nummi spes fulserit, erit eiusdem poetæ,uel potius sui domini Pica. Et iiuxta carmen Horatianum, Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens,per saxa, per ignes: Familiaris hic mendicus (iuxta illud Iuuenalis, Grçculus esuriens in celū iusseris ibit) omnia faciet,omnia fieret, omnia dicet, vt ab inopia liberetur, & totus in hoc erit.Et inter cætera tam hic egestatē pressus,quā ille,qui redditus prophanos, seu beneficia,sacerdotia,ecclesias,& alia assequi sperat, alijs familiaribus inuidentes, illos,quos sibi amicos simulant,odio crudeli, ac animo iniquo prosequent: mendacijs,fallacijs, ac malis artibus ad extremū insequentur.Nonnulli vero adeo perfidi sunt,ut secreta eis a socijs credita illicò pandant.Aliquis item audito a socijs aliquorum obitu, qui sacerdotia,seu beneficia ecclesiastica obtinebant,eūq; rogantibus,vt fauorem penes dominum pro gratia obtinenda pręstet, id pollicetur,statimq; dominum addit,asserens se beneficia illa desiderare,Dominiq; auxilium,& fauorem pro illis obtinendis supplex exposcit,subdens quosdam alios familiares eadem ambire, quos ineptos,inscios, insulsos,nulliusq; valoris esse fingit,& prædicat: ac eosdem(quibus operam, & fauorem pollicitus erat) imeritos, & inhabiles penitus affirmat: malisque,dolosis,ac infidis vijs sacerdotia,& bñficia huiusmodi ecclesiastica extorquere quærit.Et nisi prudentia,& mens recta Dominorum, ac beneficijs distribuendis præpositorū nonnullorum perditorum curialiū opponeret, eosque reprimeret,sæpè dolosos, virtutibus fulgentibus præponi videremus. Ego tam ex nominatis primo loco,quàm ex alijs,de quibus successiuè sermonem habui, paucos inter se fideles,fidei custodes,ac amicitiæ obseruatores cognoui: quorum quidam sermones,vel blandi,simulati,garruli,loquaces,duplices,perfidi,captiosi, vel ueneno pleni apparent. De ijs loquens Columel.in pręfat. Rei rusticæ inquit, An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium, circunuolantis limina potentiorum, somnumq; regis sui rumoribus augurantis, neque enim roganti quid agatur intus respondere serui dignantur. Præfati otiosi,ac inanes, ac fruges consumere nati, vitam inutiliter,& absque honore, nisi fucato protrahere consueuere, tempusq; inaniter consumere, censores se cuiusque constituentes, ac plura,quæ non norunt exactissimè se scire iactantes. Familiarium inter se pessimus ille, de quo Horat.Saty.9.sermo.lib.1. Haberet magnū adiutorem,posset qui ferre secundas auras hominum &c. & post, muneribus seruos corrumpam &c.

pũt, &c. Contra verò familiares illi Regis Darij, de quibus 3. Esdræ cap. 3. inter se ipsos amici, & grati tempus non inaniter conterebant: nec vnus alterum odio, fallacijs, ac insidijs insequebatur, sed studiosis, ac subtilibus problematibus, colloquijs, disputationibus, ac interrogationibus contenti erant. Gratos etiam inter se omnes illos affirmo, qui vrbani sunt, modesti, elegantes, & mediam viam tenentes inter scurras, ac rusticos, de quibus Aristo. lib. primo. Magno. Moralium. cap. 28. dum de vrbanitate, & vrbano tractat. De familiaribus gratis inter se, vide Horat. in alle. Saty. Non isto viuimus illic, quo tu rere modo.

De ingratitudine familiarium erga Dominum.

CAP. LXXIII.

Scribitur Ecclesiast. cap. 32. ad fi. Et a domesticis tuis attende. Micheæ cap. 7. Et inimici hominis, domestici eius, quod etiam habes Matthei ca. 10. Familiares Ioham regem Hierusalem interfecerunt. 4. Reg. cap. 12. in fi. & 2. Paralipo. ca. 24. in fi. Maxima ingratitudo fuit Maximini aduersus Alexandrum Mammeæ Imperatorem, quippe qui Alexandrum proditorie interfecit, a quo ab infimo statu ad maximos honores militares promotus fuerat, de ipsoque Alexander valde confidebat, vt in uitis Imperatorum. Similem ingratitudinem habes 3. Reg. cap. 16. Et rebellauit contra eum seruus suus Zambri Dux mediæ partis equitũ &c. Non absimilis ingratitudo fuit illa Pausaniæ, Macedonis familiaris Philippi Regis Macedoniæ, a quo Pausanias ditatus, & ad præstantiores dignitates promotus, eundem Philippum interfecit. Iustinus verò scribit, hũc Pausaniam adolescẽtem ab Attalo stuprum per vim passum, omnibusq; conuiuis vt scortum oblatũ, ad Philippũ regẽ de tanta iniuria querelam detulisse, is a rege etiam irrideri videns, irã in eũ conuertit, vltionemque, quam ab inimico non potuerat, ab iniquo iudice exegit. Claudianus in epistola ad Adrianum de Dario Persarum rege loquẽs, inquit, Darium famuli manibus doluisse se peremptum. Et Iob cap. 19. scribitur, Abhominati sunt me quondam consiliarij mei. Nec ab ingratis familiaribus separandos fore existimo aulicos illos adulatores, & assentatores, quorum primos ἀπὸ τῆ δουλη, quod est seruus, dictos puto, quasi quid seruile sit, & seruorum proprium adulari, & omnia ad voluptatem domini loqui, nil ad veritatem, quod nec ingenuum est, nec viro decẽs. Assentatio verò est propriè canum blandimentum, quod ad hominis consuetudinẽ translatum est. Tam adulatio, quam assentatio apud curiales continuam sibi sedem collocarunt, harum vtramque mendacem, fictam, ac laruatam faciem vti immanissimam pestem a dominis, a magnatibus, ab omni hominum genere timendam, vitandam, ac fugandam esse moneo, quod si non fecerat, ipsi verius in lapides, quàm Medusæ caput intuentes mutabunt. De illis adulatoribus, & assentatoribus loquentes inquiunt Oui. Agmẽ adulantum media procedit ab aula. M. Tullius 1. Officio. Cauendum est ne assentationibus patefaciamus aures: neve adulari nos sinamus. Aristot. lib. primo. Magno. Mora. ca. 29. de Amicitia. Assentator (inquit) namque est, qui plura quàm sit par, adsintq; cupiã arrogat. Idem Moralium Eudemio. lib. 2. cap. 5. Assentator plura quam deceat, laudat, odio prosequẽs pauciora, qui nimis ad voluptatem comparat orationem, placẽdi studiosus. Diuus Bernar. super Cantica, sermo. 63. monet ab adulatore, tanquã a uulpe cauẽdũ esse, inquiens, Pessima vulpes, occultus detractator, sed non minus nequam adulator blandus, cauebit sapiens a b ijs. De familiaribus Neronis Imperatoris habemus carmen illud, Omne laudabant versus cantante Nerone. Diuus Hiero. Gladium mellitum appellat adulationem. Seneca in libro de formula honestæ vitæ, inquit. Si continens es, adulationes euita, sitq; tibi tam triste laudari a turpibus, quàm si lauderis ob turpia. Antistenes præstare dicebat necessitate vrgente in coruos, quàm in assentatores incidere, illos quidem mortuos, istos viuenteis deuorare. Dion aiebat omnium vitiorum nullum inueniri fœdius quàm adulatio. Scribitur contra hos adulatores Hiere. cap. 9. Sagitta uulnerans lingua eorum dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Tiberius Imperator adulationum inimicus, cõsularem per genua orare nitentem, ita suffugit, vt supinus caderet. Alexander Seuerus Imperator hanc tantum salutationem admittebat, Aue Alexander, si quis caput flexisset, aut aliquid blãdius dixisset, vti adulator abiiciebatur, vel ingenti cachinno ridebat. Alexander verò Magnus ab adulatoribus penè conculcabatur, capta tamen arce insuperabili dicentibus amici, Herculem rebus gestis ab ipso superatum, respondit, Ego mea gesta cum Imperio, non vno quidem verbo cum Herculis gestis arbitror conferenda, vti apud Plutarchum. Neronis familiaris Ophonius Tigillus, vt inquit Tacitus li. 17. Obscuris parentibus, fœda pueritia, impudica senecta præfecturã vigilum, & prætoris, & alia premia virtutum, vitiis adeptus erat, crudelitatem mox, deinde auaritiam, & virilia scelera exercuit; corrupto ad omne facinus Nerone: eiusdem postremo desertor, ac proditor fuit. Mirum autem videtur, quòd adulatio, ac assentatio etiam Philosophorum non vulgarium animos euerterit, a rectoq; viuendi instituto auerterit, vel retraxerit. Inter quos Aristippus Cyreneus, Socratis auditor, at non in virtutibus imitator, meruit vocari aulicus, & canis regius, quòd adularetur Dionysio Tiranno, & sequeretur quaqua versum iret ille, saginãdi ventris causa. Hinc Horat. Si pranderet olus patienter, regibus uti nollet Aristippus. Qui tamen respondebat, vt ibi, Si scires regibus vti &c. Grati, & boni familiares describuntur per Lampridium in vita Seueri ad Constantinum, Aulicos inquit debere esse sanctos, venerabiles, religiosos, amãtes principis,

cipis,

cipis,& qui de illo nec ipſi redirent,nec riſui eſſe vellent,qui nihil venderent,nihil mentirentur,nihil fingerent, nunquam deciperent æſtimationē principis ſui. Plures ijs, & alijs virtutibus inſignitos perſpicio. Gratus familiaris Ioſeph erga regem Pharaonem dominum ſuum, cuius domum,regnum,homines,ſua prudentia, ſua virtute,ſua induſtria,perſpicacia, arte,affectu,viriliter,ſapienter,glorioſè cuſtodiuit,auxit,gubernauit,direxit,protexit.Geneſ.cap.41.cum alijs.

De ingratitudine Domini aduerſus familiares.

CAP. LXXIIII.

INfœlix familiaris ille, qui annos ſuos crudeli dat,& nonnunquam alienis honorem ſuum, non minus quàm ille,de quo Prouerb.cap.5.Maxima quidem eſt ingratitudo eius,qui probos,dignos,digna,probaq; ſuadentes, & agentes familiares,ac ſibi gratos ſpernit,irremuneratoſque dimittit,illis illos præponens de quibus in præcedenti cap.locuti ſumus,aſſentatores, videlicet,adulatores,ſcurras,procaces,dicaces, & id genus, quibus verba illa 2.Reg.cap.16.cir. principiū cōueniūt,Domine mi rex, Aſinijs domeſtici, Regis,vt ſedeant.Scribitur prouerb.cap.23.Quando ſederis,ut comedas cum principe diligenter attende quæ ſunt appoſita ante faciem tuam, & ſtatue cultrum in gutture tuo. & parum poſt, ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacij. Ingratus dominus,Leo dicitur in domo ſua euertens domeſticos ſuos, & opprimens ſubiectos ſibi.Eccleſiaſt.capit.4.in fi. Dauid ingratus, Vriæ familiaris ſui fidiſſimi vxorem adulterat, eique mortem ſtruit.2.Reg.cap.11.& 31.quæſt. prima,cap.ſi quæ.§.ſed obijcitur de Dauid. Verum idem Dauid ad ſe reuerſus, & ad Deū conuerſus, diuino ſpiritu afflatus diuinū illud opus nobis reliquit,& verſus odoriferos ſuper omnia aromata,quem ſanctum extollit diuus Bernard. Super Cantica. ſermo.67. inquiens, Quid iniuſtus & Dauid &c.De domino ingrato ſcribitur 1. ad Timoth.cap.5.Si quis autem ſuorum,& maximè domeſticorum curam non habet,fidem negauit,& eſt infideli deterior.Ingratus Alexander Magnus, qui Clitum familiarem ſuum optimū, eo quòd partes Philippi regis in conuiuio defenderet,eiuſq; memoriam tueretur, ac illius res geſtas lucidaret, adeo Alexādrū regem offendit, vt rex ipſe a ſatellite gladio recepto, eundem in conuiuio trucidauerit,q̄ Alexāder deinde reſipiſcēs, in iram verſus vix a ſe manus abſtinuit. vt per M.Tullium Tuſcula.quæſt.4.& Senecam ad Lucilium epiſt.83.cuius principium eſt, ſingulos tibi. Ingratus etiam mihi viſus fuit Tiberius Imperator,cui teſte etiam Dione,charus erat Seianus, per quem etiam non ſecus,ac Imperatorem Romani iurabant:& quem conſulem per quinquennium deſignare decreuerant. Idem Tiberius Seiani potentiam nimis auctam veritus ſcripſit è capreis epiſtolam ad Senatum, contra eundem Seianum, qui a Marone per milites diſpoſitos captus,vinctus,a Senatu damnatus, in ſcalas Gemonias abiectus, vncoque diſtractus eſt. Potuiſſet Tiberius mitius cum illo agere, uel alia via ſibi ipſi cauere. Diſcant aulici in ſummo loco collocati quid eis euenire poſſit. Cambiſes Scithiæ,ac Pruſię rex a Proſapio eius a ſecretis familiare petijt, vt ſibi quid de ſe Perſæ loquerentur, quaque in exiſtimatione ipſum haberēt, referret: At ille, Laudaris in multis, at in eo damnaris, q vino nimis es deditus: Cambiſes hanc rem ſummoperè ægreferens, videamuſne (ait) an Perſæ mentiantur, uel proferant vera, nam ſi cor filij tui apud illam ianuam exiſtentis ſagitta pertranſiero,Perſæ mentientur, ſin minus fatebor eos vera dixiſſe,quo dicto,illiuſque iuuenis corde ſagitta acerrimè percuſſo, lætus,& quaſi iocans, inquit, Quid autem nunc reſpondes proſapie, nonne Perſas tuos putas mentiri? Sed unum te rogo quem natu me melius unquam arcu ferire vidiſti? Ille infęlix,& ſibi ipſi etiam timēs, Nec dij quidem (reſpondit) te melius arcu ſagittam conijcere poſſent. De ijs Herodotus lib.3.& Seneca de Ira, pariter lib.3. Darius Perſarum rex ingratus,qui petens a Caudemo,quid ſibi videretur de exercitu contra Alexandrum Magnum parato? illoq; quid ſentiret liberè explicante, ſubdenteque quid pro victoria obtinenda faciendū eſſet.Darius adulationes,laudes inanes,& ficta verba,quàm vera conſilia audire ſolitus, hiſce prudentiſſimis aures claudens, iratus Caudemo caput amputari fecit; Ipſe autē Rex cum infęliciſſimè cum Alexandro manum conferret,cognouit ſe valde erraſſe prudentiſſimi familiaris conſilium non eſſe ſequutum. vti apud Q. Curt. li.3. Hiſtoriarum Alex.Magni. Gratus,bonus,pius,& prudens dominus familiam ſuam corrigit,emendat, ad bonum monet,& impellit, curatq; ne in ſua familia indiſciplinatos habeat. 1. ad Timot. cap.3.ac 47.diſtin.§.neceſſe. Luc.de Pen.in l.quicunque.colum.prima.C.de re mili.lib.12. Gratus,& prudens dominus perpendit, ac aduertit cui donandum ſit, & quantum.Horat. Epiſto. lib.1.ad Mecęnatem, vir bonus,& ſapiēs dignis ait eſſe paratum: Nec tamen ignorat quid diſtēt æra lupinis. Dignum præſtabo me etiam pro laude merentis.Gratus Pharaon rex(alioqui aſperrimus,& duræ ceruicis) erga Ioſeph,domui,& regno ſuo præpoſitum,cui dixit: Fueris ſuper domum meam,& ad tui oris Imperium cunctus populus obediet, vno tantum regni ſolio præcedā te &c.Geneſ.cap.41. Rurſus cap. 47. Pater tuus, & fratres tui &c. Gratus Dionyſius Syracuſanus erga Ariſtippum Cirenaicum Philoſophū, quippe qui eum magnifecit,eiq; plura donauit: Et ipſe Ariſtippus ille obſequebatur officioſiſſimè, Hoc inferunt etiam carmina Horat.epiſt.ad Sæuam lib.1. Si pranderet olus patienter, regibus uti nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus vti faſtidiret olus,qui me notat &c.

De in-

De ingratitudine consilia petentium à dęmonibus, dæmoniacis, & similibus in Deum, & veram fidem.

CAP. LXXV.

COnsilium est de rebus futuris, quod tripartitum esse Plato asserit, prout etiam per Dioge. Laert. in illius vita. A præterito, videlicet, dum consideramus quid, curq; gens passa sit, vt caueamus: Aut quid prudenter egerit, vt imitemur: vtpote quid passi sint Lacedæmones dum confidebant. Alterum a præsenti, vtpotè rem ipsam, quæ in manibus est considerare, puta imbecilles muros, homines timidos, annonæ charitatem. Aliud a futuro, vt ne quid temerè fiat, habendam bonæ opinionis rationem, & cætera huiusmodi. De quibus autem qualiter, quando, per quos consulendum sit, latè tractat Philoph. Ethic. lib. 3. cap. 3. de consultatione. & lib. 6. ca. 9. de bona consultatione. necnon Rethori. lib. 1. capit. 4. & ad Alexan. cap. 2. & alibi. Tobias senior Tobiam filium monens. Consilium (inquit) semper a sapiente perquire. Et dixit sapiens Prouer. cap. 15. Dissipabuntur cogitationes vbi non est consilium, vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur. Rectum, & verum consiliū a Deo, deiq; viris petendum est, a quibus pij, & Deo grati petunt, sic vides Moysem a Deo consilium petere. *Nume. cap. 9. State*, vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis. & c. 27. ad fi. Pro hoc si quid agēdum erit Eleazar sacerdos consulet Dominū. Iudi. ca. 1. Post mortē Iosue consuluerunt filij Israel Dominum dicentes, Quis ascendet ante nos contra Cananeum, & erit Dux belli? & cap. 20. Consuluerunt Dominū, atq; dixerunt, Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis contra filios Beniamin? 1. Reg. cap. 23. in prin. Consuluit ergo Dauid Dominum dicens, Num vadam, & percutiam Philisteos istos? & cap. 30. Et cōsuluit Dauid Dominum dicens, Persequar latrūculos hos, & comprehendam eos, an non? 4. Reg. c. 22. Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & sup omni Iuda de verbis voluminis huius, quod inuentum est. Vxor Hieroboam consuluit Ahiam virū Domini. 3. Re. c. 14. Impij verò, ingrati, & Deo confidētes, de diuinaq; prouidentia diffidentes, a cacodęmonibus, dęmoniacis, & viris perditissimis consilia exquirunt, contra illud Leuit. c. 20. Anima, quę declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit, cū eis ponam faciem meā cōtra eam, & interficiam eam de medio populi sui. & in fi. dicti cap. Vir, siue mulier, in quib. phitonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriatur, lapidibus obruēt eos. Deut. c. 18. Neq; Phitones consulat, neq; diuinos &c. Saul quum dominum consuluisset, neq; responsum sibi fuisset, impatiens, & impius dixit seruis suis, Quærite mihi mulierem habētem Phitonē, & vadam ad eam, & scisćitabor. &c. 1. Reg. c. 28. Pœnas autē debitas paulo post luit, quippe qui a sagittarijs Philisteis vulneratus ensi incubuit. Ochodias rex Israel ægrotans ingratus Deū non consuluit. 4. Reg. c. 1. Misitq; nuncios dicens eis, Ite consulite Beelzebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate hac: Angelus autem Domini loquutus est ad Heliam Tesbitē, dicens, Surge, ascende in occursum nunciorum Regis Sammariæ, & dices ad eos, nunquid nō est Deus in Israel, vt eatur ad consulendū Beelzebub Deū Accaron? quamobrem hæc dicit dominus, De lectulo, super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris, & reliqua. Et scribitur Esaię c. 8. ad fi. Et cū dixerint ad vos, quęrite a phitonibus, & a diuinis &c. Huc spectant, quæ scribit Diuus Augu. de ciui. Dei li. 8. ca. 18. Quærens qualis sit religio, in qua doceatur, ꝙ homines, ut commendentur Dijs bonis, dęmonibus vti debeant aduocatis. & ca. seq. dum tractat de impietate artis magicæ. De ijs, qui ariolos, aruspices, incantatores, & similes pro consilijs habendis adeunt, tractatur 26. q. 1. cum pluribus alijs. Et ex concilio Toletano 4. c. 30. de quo etiam in 5. quæst. dictæ 26. cau. in c. si quis episcopus, statuitur pęna depositionis, priuationis, & detrusionis perpetuę in monasterio pro pęnitentia agenda.

De ingratitudine consilia pręstantium, aduersus consilia petentes.

CAP. LXXVI.

COnsilij datio, est admonitio ante actionem, alteri præscribēs quomodo agere oporteat. Sicut qui propter ignorātiam, uel quia experientia carent mala dant consilia, prout videre est in consilio dato Roboā Regi per illos iuuenes, qui dixerunt, sic loquaris ad eos. Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei, & reliqua. 3. Reg. c. 12. & 2. Paralipo. 10. Docto. in l. 2. per illū tex. ff. quod quis. iur. Abb. & Fely. i c. sicut. de homici. D. meus, & Cagn. nu. 3. in l. consilij, quæ est 47. ff. de reg. iur. Et qui caret prudētia non potest dare consilium bonum, illa. n. est habitus, quo ut dicamus, quid faciendum sit, & quid fugiēdum. vt in definitionibus Platonis. post prin. Alij, vel ut morem gerant, uel assentatorū officio fungentes, seu propter pessimam naturam, moresq; ferinos, uel ob inuidiam, æmulationem, propriū interesse, seu ad captandos fauores, seu extorquendam pecuniam: Nonnunquam, ut prudētes, sibi ipsis constantes, & immutabiles videantur obstinatè in consilio, quod dederunt, licèt illud perniciosu amppareat, persistunt, contra sniam M. Tullij li. 1. epist. penul. epist. Nunquam præstantibus in Rep. gubernanda viris laudata est in una snia perpetua permansio. Vel alia ex causa mala dant consilia. Hinc scribitur Eccl. 27. Facienti iniquissimum cōsilium super ipsum deuoluitur &c. Cōtra hos adagium est malum consilium consultori pessimum. Quòd adagium Romę a pueris decantabatur in aruspicum Etruscorum, qui consilium pessimum dederunt, contemptum, ut per A. Gell. noct. Att. li. 4. cap. 5. Et qui mala consilia præstantes, vt illi aruspices, & alij diuersimodè puniuntur iuxta subiectam materiam, vt etiā in l. consilij. & ibi D. meus, & Cagn. ff. de reg. iur.

cap. nullus ex consilio. eo. libro 6. l. aut facta puniuntur. cir. prin. ff. de pen. iun. glo. 1. Habita etiã ratione, an simus in atrocioribus, an minorib. criminibus, an facto sequuto, an non, vel ad actum proximum deuento, & aliàs, vt per Pau. Ghirlã. in tract. de pœn. omnifa. coi. in 10. quæstio. dum de raptu mulie. tractat. num. 10. & seq. vide tex. in cap. tanta. cum glos. in ver. excommunicatos. 86. distin. & in cap. qui aliorum. iun. glo. in ver. damnabilior. 24. quæstio. 3. Consulentes principi iniustas, vel insolitas extorsiones, puniendi veniunt saltem in refectione interesse damnũ passis, nec consiliarij nominari merentur. Abb. in c. quanto. per illum tex. de iureiur. & in cap. sicut. vbi etiam Fely. nume. 13. de homici. Ingrati, & mali consiliarij principis, quos Papa deceptores appellat, fuerunt illi, de quibus in cap. quanto. in prin. de iureiur. ibi, Quidam consiliũ. Rursus & illi de quib. Iob c. 19. Abhominati sunt me quõdam consiliarij mei. Mali etiam consiliarij renũciantes, & aperientes secreta. Eccles. c. 37. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. Et propterea puniri debent consilia reuelantes. l. si quis aliquid ex metallo. §. transfugæ ad hostes, vel consiliorum nostrorum renunciatores, aut viui exurantur, aut furcæ suspendantur. ff. de pęnis. c. de forma, vbi etiam gl. 32. q. vlt. Nico. Boe. de ordi. graduum vt. fori, in 2. par. dũ de ordine concistorij regij tractat, nu. 52. vers. Sed qua pœna. & iuxta aliam impress. in trac. de auct. magni consi. nu. 155. latè Affli. in c. 1. qui. mo. feu. amit. tit. 2. in ult. q. nu. 22. ubi etiam alios citat. Cognoui nonnullos principis consiliarios, qui ad arma capienda, bellaq; mouenda eum in summa quiete, & pace constitutum, ac trãquillè uiuentẽ suaserunt, incitarunt, impulerunt sub diuersis coloribus, ac fallacijs maxima cum principis iactura, ac populorum incõmodis, & ruina, & contra Terentij sententiam, ex Eunucho actu 4. sce. 7. Consilia omnia prius experiri, quàm armis sapientẽ decet. Ingrati & scelesti consiliarij fuerunt Ionadab filius Semnua prudens, qui consilium dedit Amnon filio Dauidis, vt cum Thamar sorore quam adamabat, concũberet. 2. Reg. cap. 13. & Ioseph. de Antiq. Iuda. cap. 8. lib. 7. Item Architophel Ginolites, qui consilium dedit Absaloni, vt cum concubinis patris dormiret, vt populi animos confirmaret, non posse postea reconciliari. 2. Reg. cap. 16. ad fi. Iosephus ubi supra cap. 9. Eoque magis dãnari meretur Architophel, quippe qui Dauidis, contra quem consilium dedit, cõsiliarius erat, contra eumq; coniurauit. 2. Reg. c. 15. Arcessiuitq; Absalon Architophel Gelonitẽ consiliarium Dauid. & post, Nunciatumque est Dauid, ꝙ Architophel esset in coniuratione cum Absalon. Insipiens consilium dederunt Pharaoni eius consiliarij. Esaiæ cap. 16. Pessimi consiliarij Principes populi Hierusalem qui suaserũt Sedechiæ Regi, vt interficeretur Hieremias, qui prophetauerat Hierusalem capiendam a Chaldæis. Hiere. 38. Principes, & Satrapæ induxerunt Darium regem Persarum ad decernendum, vt qui peteret aliquid a Deo, vel homine, præter quam ab ipso Rege proijceretur in lacum Leonum. Daniel. cap. 6. Pessimè consuluit Achilli Phœnix eius præceptor ipse munera accipiens, Achiuis auxilium ferre: non accipienti uerò ab ira nequaquam recedere. Iliad. 1. & Plato de Repub. dialogo 3. Gratus, ac consultor optimus erit similis illi descripto a Platone li. 3. Theages, vel de sapientia. Gratus, & fidus principis consiliarius existimabitur ille, qui purus erit, iustus, optimus, cõtentus ijs quæ dantur sibi a principe, uel fisco, vt post Archid. per Ioan. And. in alleg. ca. quanto. de iureiuran. & per Martin. Lauden. de consilia. princi. quæst. 8. Cõsilium rectum præstare misericordię opus quoddam est, ex spiritualibus septem, prudentia bene cõsiliatiua, de his quæ pertinent ad totam vitam hominis, & ad ultimum finẽ uitæ humanæ, & de his consilia dantes prudentes simpliciter dicuntur, alij uerò circa quasdam artes consilia præstantes ad proprios fines pertinentia, puta in bellicis, vel nauticis, non dicuntur prudentes simpliciter, sed prudentes duces, vel gubernatores: hæc omnia habes apud Diuum Thomam 2. 2. quæst. 57. art. 4. ad tertium. Gratus dicitur consilium fidele præstans. Diuus Thomas secunda secundæ quæst. 106. artic. 3. ad quintum. Gratus, & prudens consiliarius Pharaonis regis Ioseph, qui sapientia, & spiritu Dei plenus consilia recta, uera, & vtilia ipsi Regi, eius domui, illiusque populis dabat. Genes. cap. 41. & seq. Grati, & sapientes consiliarij fuerunt illi senes, qui cõsilium optimum dederunt Roboam Regi dicentes, Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorũ cesseris, locutusq; fueris ad eos verba lenia, erunt tibi serui cunctis diebus. qui Roboam consilium optimum sequi nolens, regimen Israel perdidit. 3. Reg. cap. 12. & 2. Paralipom. cap. 10. ca. ecclesia habet Senatum. 16. quæst. 1. Spec. de Aduoca. §. nunc tractemus, num. 7. Mart. Lauden. in alle. tracta. de consilia. princi. q. 19. Ioiada Põtifex optimus consiliarius Ioas Regis Iudæ, quo Ioiada viuente Ioas bonus rex fuit, illo defuncto factus est pessimus. 4. Re. ca. 12. Iudith optimè populum consuluit, dicens quid faciendum esset, & ipsa omnia faciens. Iudith cap. 8. Abimalech Æthiops, bonum consilium dedit Sedechiæ Regi Iudę, dicens: Domine mi Rex malè fecerũt uiri isti tui omnia quęcunque perpetrauerunt contra Hieremiam prophetam, mittentes eum in lacum Leonum. Hierem. cap. 38. Bonum cõsilium dabat Daniel Nabuchdonosor Regi Babilonis dicens, consilium meũ tibi placeat: & peccata tua eleemosinis redime. Daniel. 4. Grati etiam, & fidi consiliarij fuerunt Prolapsius erga Cambisem Scythiæ, ac Prusię regem, item Laudemus Atheniensis adulationũ, & assentationum inimicus, qui interrogatus a Dario Persarũ Rege quid de exercitu ipsius erga Alexandrũ Magnũ parato sentiret? liberè respondit, Darium monens quid facere deberet si cum hostib. manum conferre vellet. Rex adulationũ

dulce-

dulcedini assuefactus, impatiēter sapientis consiliarij verba ferens, illum capite priuari iussit. De quibus prosaspio, ac Caudemo loquutus sum in 72. ingratitudinis specie. Gratus item, & prudēs Demeratus erga Xersem potentissimum regem, de quo in proxima specie loquar. Gratus, & optimus consultor Herennius erga Samnites, qui cū eiusdem sanum consilium spreuissent præcipitarunt. vt per Val. Max. tit. de sapienter dictis c. de Henennio. De consiliarijs principum, & in quibus excedant, & qualiter puniendi veniant tractat Pau. de Cast. de his dicatu, titu. de exces. consiliario.

De ingratitudine consilia petentium aduersus consiliarios.

CAP. LXXVII.

INgrati fuerunt Cambites Scythiæ, ac Persiæ Rex in prosaspium, ac Darius Persarum Rex in Caudemum Atheniensem de quibus in prçceden. & in 72. cap. locutus sum. Ingrati, ac insensati omnes illi qui consiliarios bonos, vel malos ab euentu diiudicant, iuxta verba M. Tullij in exordio orationis pro C. Rabirio Posthumo in hæc verba. Quamquam plerunque facimus, vt consilia euentu pōderemus, & cui benè quid processerit, multum illū prouidisse: cui secus nihil sensisse dicamus: Si extitisset in Rege fides, nihil sapientius posthumo, quia fefellit Rex, nihil hoc amentius dicitur: vt iam nihil esse uideatur, nisi diuinare sapientis. Hoc etiam elicitur ex illis carminibus. Careat successibus opto, quisquis ab euentu facta notanda putat. Gratus erga Ioseph consiliarium suum Pharao Rex, qui cum oībus ministris suis prudens, & vtile Ioseph consilium comprobauit, eumq; super vniuersam terrā Aegypti constituit, propriumq; anulum ei dedit, illumq; stola bissina induit, præcepitq; omnes illi genua flectere: Ipsique dixit, absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Gen. cap. 41. Gratus, & prudens Xerses Rex maximus, qui dum innumerū parasset exercitum contra Græcos, quo Sapienti Demetrio ostenso ab eo petijt, quid sibi de illo exercitu videretur, quidve speraret? Respondit Demetrius liberè, & absq; adulatione aliqua, Regem quo maiorē haberet exercitū, tanto maiorē iacturam habiturum, Græcosq; exercitum hmōi superaturos, & fugaturos: qd postea euenit: Xerses audito responso Demetrium honore regio decorauit, illumq; per ciuitates Asiæ suo regio curru vehi faciens: pluraq, beneficia in eum conferens. An hic Demetrius sit Phanestrati filius Phalareus Theophrasti auditor, & Philosophus, de quo Diog. Laert. in Demetrii Phaleri vita. & M. Tullius in oratio. pro C. Rabirio posthu. affirmare non audeo. fuit alter Demetrius Macedonū Rex, vrbiū expugnator dictus, de vtroq; tractat Plutarchus, fuerunt & alij Demetrij. Similis sentētia huic Demetrij fuit illa Formionis, de qua in oratione ipsius per Tucididem recato in qua ipse Dux Atheniensium, eius milites multitudinē inimicorū formidantes, illis suadet ne metuant eos, qui magis confidunt in multitudine, quàm consilio, & virtute.

De ingratitudine iudicum inter se.

CAP. LXXVIII.

EXpedit, quod sint plures qui simul iudicēt, tum quia vnus solus in aliquibus fortè deficeret. Tū quia multitudo minus subiacet corruptioni. Amplius ira, uel alia perturbatio vnum facilè vincere poterit: difficile autem foret omnes irasci, & errare. Grati igitur inter se, & boni iudices erūt, si omnes optimi, & pari virtute fuerint. prout hæc omnia habemus apud Arist. Politic. lib. 3. c. 11. l. fi. ad fi. C. de fideicom. c. de quibus. 20. dist. c. prudentiam. versus fi. de offi. deleg. Grati iudices inter se erunt qui benignè, modestè, & fraterno, ac paterno quodam amore alter alium monebit, & corriget: sic Periclem fecisse aiunt, quū enim Sophoclem in prætura collegam haberet, ac simul aliquando nauigassent, collaudassetque Sophocles formosum puerum. Non solū (inquit Pericles) o Sophocles prætorem manus: sed oculos etiam decet habere continentes. Cice. item in epist. ad Q. Fr. Constātia (inquit) est adhibenda, & grauitas, quæ resistat non solum gratiæ: verum etiam suspitioni. Adiungenda est etiam facilitas in audiendo: lenitas in discernendo, in satisfaciendo, & disputando diligentia. qui omnia causę merita simul conferent: omnia difficilia discutient, & secum disputabūt: uota, & snias communi assensu dabūt, & proferent, alterq; alteri quid magis expediat commemorabit: circa theoriamq;, & praxim alter alteri auxilio erit. Et ī summa plures iudices erunt tanquam vir vnus, iuxta illud Iudic. ca. 20. in princ. Et paritet congregati, quasi vir vnus. Et post. Conuenitq; vniuersa Israel ad ciuitatem, quasi hō unus eadem mente, unoque consilio. Inter hos instar magistratus gerentium, in quibus societas quædam esse debet bene administrandę Reip. M. Tullius de lege Agraria oratio 2. Quędam societas pro iustitia conseruanda, ac iure reddendo, ciuibusq; ab iniurijs defendēdis intercedere debet. Et hi erunt instar astrorum, de quib. Cassiodo. 10. varia. episto. 3. Astra cœli (inquit) mutuo reguntur auxilio, & vicario labore participata mundo sua lumina administrant. Hæc omnia, omniaque alia in iudicib. requisita cernuntur in sapientissimis Rotę Auditoribus, de quib. in diuersis locis locutus sum. Ingrati Iudices, & dissoni inter se erunt ignorātes, inertes, scęlesti, & factiosi, de quibus per Arist. d. cap. 11. Politic. lib. 3. Enimuerò plures inter se factionibus contendunt. & argum. tex. in ca. pen. & fi. 90. distin. Et iudex qui inuidet, aut fauet semper iniquus est. Cicero in oratio. pro Planco. Idē eueniet si iudicū aliqui amabunt, aliqui oderint. Si enim non satis queunt ueritatē perspicere, sed

propria, vel voluptas, vel dolor, vel alia passio iudicia obumbrabit. vt per Philosophum ad Rhetorico. ad Theodectem. li. 1. c. 1. vnde fit ut cum & ament, & oderint, &c.

De ingratitudine collitigantium.

CAP. LXXIX.

COllitigantes, etiã si super rebus pecuniarijs, sacerdotijs, vel alijs rebus contendunt, quo casu alter alterum non deberet insequi, odio prosequi, ac criminari, plerique tamen commodum proprium humanitati, ac iustitiæ, & nonnunquã honori, quin etiam animæ præponentes, aurũq; sitiẽtes, alij verò sacerdotia, & dignitates tum ecclesiasticas, tum profanas ambientes, omnis modestiæ, ac pietatis obliti, bonis, rebus, honori, vitæ collitigantium insidiantur, qui uerè improbi, & ingrati, ac perditissimi dici possunt, veriq; inimici, & aduersarij, iuxta verba M. Tullij in oratio pro Cluentio. Sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. l. 1. C. de eden. l. si aduersarius. C. de fid. instru. c. 3. de rescr. ca. 1. de iudi. vbi post alios latè D. meus in vtraq; lectura. Ingrati collitigantes sunt etiam illi, qui collitigantes, eorumq; aduocatos, & procuratores offendunt, contra quos habemus cõstitutionem Alexandrinam, quę Kalendis Octobris in Rotæ Auditorio quolibet anno publicè, & alta voce legitur, vt omnes Romæ litigantes, vel virtutis amore, vel formidine pęnæ, ab excessibus de quibus in dicta constitutione abstineant, quæ emanauit anno 1502. & vltra alia priuat omnibus bonis. An autem liget extra Ro. Cu. Et quid si lite hic pendente collitigãs alibi offendatur, an sit locus illi constitutioni? alibi tracto. Et q prohibita feudi alienatione propter agnatos feudum propter Alexandrinã non accrescat offenso, nec ẽt fisco, uoluerunt R. Do. mei de Rota præsertim per con. Alexan. 23. Testator instituit, li. 1. ĩ causa Taruisina. feudi inter D. Trappolinos nobiles Patauinos, & illos de Rustica. ꝑut Dec. Putei 3. sub tit. de feu. ĩ qua causa fui Aduocatus pro Domi. Trappolinis. Ingrati, improbi, & inhumani sunt etiam qui lites appetunt, illasq; immortales efficere quęrunt. Prouer. c. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. c. 16. versus fi. Homo peruersus suscitat lites. Item Ecclesi. c. 28. Homo enim iracundus intendit litem, & vir peccator turbat amicos: & in medio pacem habentium immittit inimicitiam. Contra hos sunt Carmina illa Martialis li. 7. Ah miser, & demens viginti litigat annos, quisquam, cui vinci Gargaliane licet. Iniustus, & inhumanus habetur qui illico ad prætorẽ it, prout in hoc damnatur a M. Tullio Sextus Nerius contra P. Quintium in oratio. pro eodem P. Quintio, Illico ne ad prętorem ire conuenit? Continuò, nè verũ fuit postulare &c. Ingrati, & calumniosi litigantes, M. Iuuentius Laterensis, ac L. Cassius qui non solùm falsis accusationibus institutis, sed & probris, & molestijs insequuntur Cn. Plancum eorum aduersarium, quin & M. Tulliũ illius Aduocatum, & defensorẽ, ut in oratione pro Cn. Planco videre est. Et ex sñia Socratis nullus bonus accusat insontem, vt per Platonẽ in Gorgia, versus fi. Contra verò bonus, iustus, & gratus collitigans, quod suũ est quęrit: beneuolentiam, & amicitiam conseruare nititur, nec quid facit, aut tentat vti inimicus, iuxta verba M. Tullij 4. de Repub. Si iurgãt beneuolorum concertatio est, lis inimicorũ, non iurgiũ dicitur. Et talis quasi inuitus, seu coactus litigat, litemq; abhorret: illiusq; finem citius, quàm fieri possit videre cupit. iuxta tex. in l. 2. respõ. 1. ff. de aq. plu. arcen. in l. quidam existimauerũt. ff. si cer. pet. ca. finem litibus. de dolo & contu. ca. vt debitus. in princi. de appell. Gratus, & iustus litigator Gn. Domitius Tribu. pleb. qui seruum M. Scauri promittentem multa crimina sui Domini quib. facilè opprimi is potuisset, & in causa Domitius obtinuisset se patefacturũ, audire noluit, sed vinctum ad Dominum remisit. Valer. Max. tit. de Iustitia, dum de Gn. Domitio loquitur.

De ingratitudine litigantium in iudices.

CAP. LXXX.

QVidam ita improbi, omnibus odiosi, obstinati, & auari sunt, ut omnis eorum cura, oẽ exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa lites, & iurgia consistat, contra illud Ecclesi. ca. 28. Abstine te a lite, & minues peccata. Esaiæ ca. 57. versus fi. Non enim in sempiternum litigabo. & 2. ad Timoth. c. 2. ad fi. Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad oẽs. Isti qui litibus tanquam quatuor alimentis conseruãtur, & nutriuntur, si iudices, sibi in omnib. morem non gerãt, ad eorum libitum decernant, pronuncient, diffiniant, exequantur, illos inscios, ineptos, rudes, iniustos, impios vocant, affirmãt, proclamant, diuulgãt. Nonnulli verò fauoribus, muneribus, pollicitationibus, & alijs malis artib. iudices in suum sensum, ac suam sentẽtiã perducere, ac trahere conantur. Grati, & iusti litigantes nihil aliud quęrunt, quàm iudicem certiorẽ reddere res sic se habeat, vel ne: factum quid sit, an non: quæ verò determinanda sint, qualiter, quando, & quo iudicantium arbitrio relinquunt. iux. sñiam Philosophi Rethor. li. 1. c. 1. Ad hęc quoq; perspicuum est nihil ad litigãtem pertinere &c. Sciant litigantes magistratus, ac iudices necessarios esse quasi luminaria obeliscis imposita iuxta sententiam Philosophorum Principis Politic. libro 4. cap. 15.

De ingratitudine iudicum erga litigantes.

CAP. LXXXI.

INgrati, & mali Iudices sunt, qui iustificant impium, & qui condemnant iustum, & abhominabiles apud Deum. Prouerb. cap. 17. Item non solùm

solùm qui vendunt iniustum, sed & iustum iudicium, diuus Augustinus ad Macedonium. Itē illi de quibus Sophoniæ cap. tertio. Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. & Daniel cap. 13. circa princi. Quia egressa est iniquitas de Babilone a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Iterum eo. cap. Sic fatui filij Israel non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes. Iudices nequissimi fuerunt illi duo contra Susannam, de quibus eod. cap. 13. ad fin. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros &c. Vtinam idem omnibus falsis iudicibus eueniret: Quod si idem non semper illicò eueniet, non tamen irrita fient verba illa Sap. cap. 6. Qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis &c. Ingratus, & malus Prætor describitur Cn. Dolabella in P. Quintium, quum Sexto Neuio nimis faueret, prout in Oratione pro eodem P. Quintio. Quàm æquum (inquit) nihil dico, vnum hoc dico nouum, & hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam vtrunque quiuis intelligere potuisset &c. Et parū post, Dolobella (quēadmodum solent homines nobiles, seu rectè, seu perperam facere cęperunt, in vtroque excellunt, vt nemo nostrum loco natus assequi posset) iniuriam facere fortissimi persuaserat &c. Ingratissimus, & scelestissimus iudex Pontius Pilatus, qui non inueniens causam contra Christum Dominum nostrum. Matth. 27. Quid enim mali fecit? Marci 15. & Lucæ 23. Nullam causam mortis inuenio in eo, innocentem morti turpissimæ sua falsa sententia condemnauit. Matth. Marci, & Lucæ, vbi supra. ac Iohan. ca. 19. prout etiam per Euseb. lib. primo, De temporibus, & Bedam suo lib. sub eo. tit. quod & diu ante per Prophetas prædictum fuerat. Ingrati illi, de quibus M. Tullius lib. secundo, de Orato. Plura iudicant homines aut amore, aut cupiditate, aut iracūdia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quàm veritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. & Horat. Sermo. libro secundo, Saty. 2. Male verum examinat omnis, corruptus iudex. Grati, boni, & idonei iudices erunt, qui solum Deum præ oculis habētes, & solum Deum timentes, vera proferunt iudicia, vnicuiq; quod suum est tribuunt: personarū acceptionem non habent. Leuit. ca. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. & c. 24. ad fi. Æquum iudicium sit inter vos &c. His scribitur Sap. ca. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Quintil. lib. 5. Institutio. inquit, Cum irasci iudices, fauere, odisse, misereri cęperint, agi iam rem suam existimant. Et sicut amantes de forma iudicare nó possunt, quia sensum oculorum præmit amor, ita omnē inquirendæ veritatis rationem amittit occupatus affectibus. Huc spectant, quæ latè tracto in Gl. Facul. §. si ex præcepto. in ver. Idonei, cum alijs glo. seq. Aequissimus, incorruptæq; seueritatis fuisse fertur Rhadamantus, de quo meminit Arist. Ethic. lib. 5. Hinc adagium Rhadamanteo pollere iudicio. Grati item, & boni iudices Minos, quem Homerus Iouis familiaré vocat, Aeacus Iouis filius, de quo idem Home. in Ilia. Grati, & pij iudices lites componunt, vel citius quàm possunt terminant. ad tex. in l. 2. in 1. respon. ff. de aq. plu. arc. l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. Grati, & boni iudices erunt, qui seruabunt ea, de quibus in l. rem non nouam. cum sua auth. C. de iud. Quòd imperitia iudici imputetur, vide per D. meum Phi. Dec. in l. culpa est. ff. de reg. iur.

De ingratitudine Notariorum in litigantes, vel contrahentes.

CAP. LXXXII.

NOtarius, qui dicitur publica persona, publicum gerens officium. l. tutores. 2. ibi, Sub præsentia publicarum personarum. C. de admin. tuto. l. orphanotrophos. ibi, Et præsentibus publicis personis. i. tabularijs. & ibi glo. iuxta vlt. intellectum. C. de epis. & cler. Et dicitur seruus publicus. l. magis puto. §. exigit. ff. de reb. eo. l. non enim aliter. ff. de adopt. Ingratus, & iniquus erit vni magis, quàm alteri fauens, seu recusans acta partium fideliter scribere: recusansq; rogatus instrumenta facere. Hostien. in sum. de fi. instr. §. ex quibus. Bald. super rubr. C. de fide instrumen. & ego post alios probo in cap. quoniam contra. nume. 33. cum alijs sequen. extra eo. de proba. Perfidus autem, & omnino grauiter etiam pœna falsi plectendus, qui contra iuramentum in eius creatione susceptum, veritatē subuerterit, falsumve commiserit: Et qui iura, rationes, prothocollum, instrumentum celauerit, vel se confecisse, aut se rogatum contra ueritatem negauerit. l. Paulus. §. primo. ff. de fals. l. eum qui. C. eod. Bald. Alexan. Sozi. & Purpurat. in l. qui accusare. C. de æden. Hyppol. de Marsil. super rub. C. de proba. num. 80. Boe. Dec. 292. num. quinto. Fely. in cap. accepimus. colum. fi. de fi. instrum. De iuramento notarij, quod pręstat in principio sui officij de exercendo, seu exequendo fideliter suum officium habemus tex. in cap. ad audientiam. versi. Nec credentes. de præscrip. & est glos. singu. in l. quædam. §. nummularios. ff. de æden. De eodem notario, quando aliter scribit, quàm debeat, habemus in eo. cap. ad audientiam. versic. Ac scriniarius alio modo scripsisset. & postea vers. Nec credentes ipsum scriniarium. & Iaco. Butr. in l. 2. C. quod met. cau. ac Bald. in l. 2. C. de custo. reo. inuehunt cōtra notarios scribentes aliquos positos quæstionibus spontè cōfessos, in quem errorem vidi plures notarios incidisse: pro quibus uideri poterit Fran. Brun. de indit. & tort. in 6. quæst. 2. par. nu. 24. Non carent etiam nota notarij, inscij, idiotæ, insulsi, insipidi, quorum numero totum orbem repletum videmus, qui clausulas, sensus, intellectus verborum ignorantes, infi-

nitos inuoluunt, destruunt, præcipitant, prout per Bald. consil. quinto, libro secundo. per Ang. consil. 250. per Cępol. de simu. contra. in octaua præsump. per Rip. in l. Centurio. nume. 83. ff. de vulga. Et dixit Bal. consil. 6. viso testamento. volum. 4. ꝙ notariorum imperitia destruit totum mundum, quod dictum commendat Ias. in l. filius a patre. in prin. in vlti. colum. ff. de libe. & posthum. Catel. Cot. in suis Memo. in ver. Notariorum imperitia. Grati, & probi notarij erunt, qui officium suum fideliter, & prudenter exercebũt, & in exigendo salario metas rationis non excedent. iuxta tex. in capit. statutum. versic. Notariũ verò. de rescrip. libro 6. quique iuramenti præstiti non immemor saluti propriæ nullum commodum præponit. iuxta tex. in l. fi. C. ad leg. Iul. repetund. quæ est canonizata. prima quæstio. 7. cap. sancimus.

De ingratitudine litigantium, vel contrahentium in Notarios.

CAP. LXXXIII.

INgrati erunt isti mercedem debitam soluere recusantes, vel notarijs in eorum officio detrahentes, vel illos impellere tentantes aliquid contra eorum fidem, eorum officium, eorum iusiurandum committere. Quo ad mercedem habemus tex. in l. fin. C. de princi. agen. in reb. libro duodecimo. & per Rip. in l. prima. numero 24. ff. de æden.

De ingratitudine testium in litigantes.

CAP. LXXXIIII.

PEssima, & damnabilis ingratitudo testium falsum deponentium, vel veritatem subticentium. iuxta tex. in cap. quisquis. 11. quæst. tertia. Quoties testis non seruat requisita per tex. iun. glo. in cap. 2. de testib. vbi etiam Doct. malus, & impius haberi debet, talisq; sine causa aliqua, & absque vlla ratione sese honoris, facultatum, animæq; perditioni exponit: Non solum autem iuri humano, naturali, gentium, & ciuili, sed & diuino contraueniunt mendaces testes, iuxta vnum ex diuinis decem præceptis. Exo. cap. 20. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. & Deute. 5. Psal. 26. Surrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas. & Psalm. 34. Ingrati, & falsi testes fuerunt illi, de quibus 3. Regum, cap. 21. At illi. s. viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium corã multitudine. Similes illis fuerunt senes duo, de quibus Daniel. ca. 13. Et dixerunt presbyteri, cũ deambularemus &c. quorum finis fuit turpissima mors, vt ibi subijcitur. Non dissimiles præmissis fuerunt illi duo, de quibus Matthæ. cap. 26. Nouissimè verò venerũt duo falsi testes. Et dixit sapiens Prouerbio. ca. 6. Sex sunt, quę odit Dominus, testem fallacẽ &c. & cap. 19. Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur non effugiet. Contra hos testes loquitur M. Tullius in truncata ilia oratione pro M. Fonteio, dum inquit, Igitur testibus Iudices non credere cupidis, iratis, & coniuratis, & ab religione remotis, non solum potestis, sed etiam debetis: etenim si quia Galli dicunt, iccirco M. Fonteius existimandus est &c. Cõtra hos testes tex. est in l. diuus Adrianus. ff. de re iudica. & in l. prima. ff. ad leg. Corn. de fica. & per Corset. in suis sing. in ver. testis. De bonis, reprobis, vel suspectis testibus nemo melius tractat, quam M. Tullius in præalle. oratio. pro M. Fonteio, inquiens, Nimirum illud in quo ea, quæ dicuntur a testibus coniectura, & cogitatione traduntur, quanta auctoritate, quanta animi æquitate, quanto pudore, quanta fide, quanta religione, quanto studio existimationis bonæ, quanta cura, quanto timore dicantur. Et postea recenset plures clarissimos Romanos testes, quib. nulla fides a iudicibus adhibita fuit, vel propter inimicitias, vel alias iustas causas eis creditũ non est. Et non multum post subijcit. Fuit illis iudicibus diuinum, ac singulare (iudices) consiliũ, qui se non solum de reo, sed etiam de accusatore, de teste iudicare arbitrantur, quid fictum, quid fortuna, ac tempus allatum, quid pręcio corruptum, quid spe, aut metu deprauatũ, quid a cupiditate aliqua, aut inimicitijs profectum videretur, quæ si iudex non amplectitur, omnia cõsilio, non animo, ac mente conspiciet &c. In illa oratione M. Tullij plenè & sapienter instruuntur iudices, quomodo se erga testes gerere debeant. Eadem ferè habemus in illa epist. Adriani Imperatoris Iunio Vario, & apud Modestinũ, & Calistratum in l. secunda & tertia, & alios Iureconsf. in illo titu. ff. de testibus. De testibus non solum tractant iura ciuilia, & canonica, ac vtrobique Doct. sed & Doct. in infinitis, ac proprijs, & specificis tractatibus. Testis non solum non debet vendere falsum, imò nec verum testimonium. vt per diuum Augusti. ad Macedonium. De testibus tractat etiam diuus Thomas secũda secundæ quæstio. 71. art. 4. Bonus, & malus testis describitur Prouerbio. cap. 12. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est, qui autem mentitur, testis est fraudulentus. De iure diuino testes falsi (vt præmisi) acriter puniebantur, & plerunque ea ipsa pœna, qua puniendus venisset is contra quem falsum testimoniũ protulisset. prout Deuterono. 19. & per Ioseph. li. quarto. Antiqui. c. 6. Apud Romanos verò è Saxo Tarpeio deijciebatur. teste A. Gellio noctium Atti. lib. 20. c. primo. Hodie vltra legũ dispositiones diuersimodè per statuta locorum contra falsos testes cautum videmus: Et cum nonnullis in locis (vt omnibus patet) facilè inueniantur testes falsi, propterea grauioribus pœnis illi terreri, & reprimi debent. Et dixit Luc. de Pen. in l. milites. col. quarta. C. de dignita. libro 12. ob falsi crimen, nobilem amittere nobilitatem.

De ingratitudine Aduocatorum inter se.

CAP. LXXXV.

Ingrati, & maledici Iuuentius Laterensis è familia consulari, & Lucius Cassius, qui plura maledicta in M. Tullium, Cn. Pláci defensorem coniјciunt, vt in Oratione pro Cn. Planco diuersis in locis. Maximi aduocati, ac Oratores optimi M. Tullius, & C. Salustius, tot alter alterum iaculis penè lætalibus petebant in illis duab. pulcherrimis orationibus, vt ab omnibus facilè iudicari meruerint officij, & modestiæ metas longè excessisse. Hinc fortè occasioné sumpsere non nulli Aduocati diuersorum locorũ magis conuicijs, iurgijs, clamoribus in causis, & litibus, quàm legibus, rationibus, argumentis, aliisque ad lites requisitis, vti. contra text. in l. quisquis. §. primo. C. de postulan. in capit. infames. versic. Item si quis adeo procax fuerit. tertia quæst. 7. & contra ea, quæ voluit Specul. titu. de Aduocato. §. Iam nunc. nume. tertio. versic. Hoc tamen caueat, vt non probris, sed legibus. vide alleg. Lapi 52. & quæ ibi addo in mea apostil. in ver. Qui dicit, quod non debet. & alleg. 56. cum ijs, quæ ibi scribo in apostil. Gratus, & modestus præfatus M. Tullius dum obiecta prædictorum M. Iuuentis, ac L. Cassij prudenter, & modestè refellit, vt in eadem oratione pro Cn. Planco. Huc spectat dogma Platonicum, quod ex lib. 13. cui titulus Theætetus, vel de scientia, sic apud nos transfertur. Absurdum est profectò eum virum, qui virtutem meditari se precipuè profitetur, in sermonibus semper in iurium esse, cum ijs, quæ ibi subijciuntur.

De ingratitudine clientis erga Aduocatum.

CAP. LXXXVI.

Ingratus Pompeius Magnus M. Tullij cliens, pro quo ita sublimiter, & strenuè orauerat, vt ipsum in Imperatorem plerisque potentibus renuentibus deligi obtinuisset. Extat ipsius M. Tullij oratio perpulcherrima pro lege Manilia. At deinde Pompeius ipse M. Tullium in exiliũ condemnatum, nec audire, nec videre voluit: negari se faciens esse domi, dum is in exilium missus per domum Pompei transiret. Ingratissimus Gn. Pompilius Lenates M. Tullij cliens, ab eoq; a crimine parricidij defensus, vltrò Marcũ Ant. rogat, vt ad M. Tullium proscriptum persequendum, & iugulandum mitteretur, cui deinde sapientissimum illud caput amputauit, ut per Val. Max. titu. de Ingrati. de Cn. Pompilio Lenate. De quo etiam Plutarchus in vita M. Tullij ad fi. inquiens inter hoc satellites ab Antonio missi aderant, eosq; ducebat Popilius eius, quem de parricidio olim accusatum Cicero defenderat &c. Pub. itẽ Sextilius opera Lucij Cæsaris defensus, & liberatus a grauissima querela, eundem Luciũ in manus illius inimicorum posuit, vt eundem interficerent. Val. Max. vbi supra, de P. Sextilio. Ego innumeros clientes ingratissimos, quos Romæ expertus sum, sub silentio præterire soleo, paucorum verò gratorum nomina sæpè recensere consueui. Clientes dicuntur respectu aduocatorum. l. properandum. ad fin. C. de iudic. & Plutar. in Romulo Patroni illi suis clientibus litigantibus obtinendo iure suo, & causæ authores, & patronos sese præbebant.

De ingratitudine Aduocati in clientem.

CAP. LXXXVII.

Officium aduocati est intercedere pro cliente si peccauerit. prout 1. Iohan. capit. 2. in prin. At si nõ peccauerit, illum defendere. Quot sunt Romæ, qui non solum clientes non defendunt, imò offendunt, vel propter ignorantiam, & ignauiam. contra illud M. Tullij in Oratione pro Cn. Plancio in hæc verba, Omnes .n. istiusmodi artes in his reprehenduntur, qui cum professi fuerint satisfacere non possunt. contra tex. in l. illicitas. §. sicuti medico. ff. de offic. præsid. & in l. imperitia culpæ annumeratur, quæ est 175. ff. de reg. iur. in l. nemini. C. de aduoc. diuer. iudic. in l. secunda. C. de postul. de quo per Specu. tit. de Aduocato. §. obijcitur. versic. Item quòd non habet, & ibidem Io. And. in addit. ad Bartol. in l. prima. ff. de var. & extraord. cogni. Abb. in rubri. de postul. & per Cagno. in l. culpa est. 86. ff. de regu. iu. vbi etiam contra confessorem ignorantem audientem confessionem proximi. ad ca. primo. & seq. 38. distinct. Caueamus nos, qui scribimus in causis, ne nobis obijci possit carmen Horatianum epist. 1. lib. secundo. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. Redarguendi sunt nonnulli aduocati, vel quia nunquam pecunijs sibi porrectis satiantur, uel propter negligentiam, vel quia aduersario morem gerant, vel alia deteriori causa innocentes clientes suos perire, eorum res, & actiones dilabi, & perdi permittunt. Contra hos adduci possunt verba Hieremiæ cap. quinto. ad fi. Quia inuẽti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros, sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plena doli, & præterierunt sermones meos pessimè &c. contra similes adduci etiã possunt verba Sirę erga Philotẽ apud Ter. in Hécy. Et moneo, & hortor ne cuiusquã te misereat, quin spolies, inutiles, laceres &c. Nouũ genus aduocatorum quorundam, ac causarum patronorum, quibusdam in locis perspicere licet, qui causas mendicant, clientes expiscantur, inuitissimisque se offerunt, eorum causas se suscepturos, tractaturos, defensuros, victoriamq; certam se reportaturos pollicentur. Verum tales antiquis non fuisse incognitos percipies ex verbis M. Tullij Actio. 1. in Verrem, quæ diuinatio dicitur, Alterũ (inquit) se cupere defensorem esse fortunarum suarum, alterum planè nolle, cur nolint etiam si tacent, satis dicunt: verum non ta-

cent, Tamen his inuitissimis te offeres? Tamen in aliena causa loquere? Tamen eos defendes, qui se ab omnib. desertos potius, quàm ex te defensos esse malunt? Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle sua causa, nec si cupias posse arbitrantur &c. Taceo turpia, & detestabilia pacta, quæ (de quota lite nuncupant) contra tex. in l. si qui. C. de postulan. in l. litem te redemisse. C. de procur. in l. 2. C. ne fisc. vel respu. pcu. &c. in l. si uero remunerandi. §. finali. ff. manda. & C. eod. l. si contra licitum. l. sunt plus. ff. de pact. capit. infames. §. arcentur. tertia quæstione septima. Contra similes aduocatos insurgit Diuus Bernar. 1. de considera. Miror (inquit) quemadmodum religiosæ aures tuæ audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum, etiam pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem proficiunt veritatis. Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, & labia dolosa claude, & reliqua. Aduocati nonnulli impij, vt in eo punirentur, in quo deliquerunt, audiendi, & loquendi facultatem amiserunt. iuxta tex. in §. Item surdus. versicu. sæpe enim etiam literati. iunc. pulchra glo. in ver. amittunt. Instit. qui. non est permis. face. testam. Pro quibus, vide etiam Luc. de Pen. in l. prima. C. de lucr. Aduo. libro duodecimo, & quæ scripsi super vndecima formu. commis. in ver. salarij. Contra infidos aduocatos puniendos habemus text. in l. aut facta. circa principium. ff. de pact. Ingratus aduocatus etiam iudicandus est, qui clientis alicuius causam suscipere recusat: talis fuit M. Iuuentius Lateren. & alij, de quibus M. Tullius in Oratione pro Cn. Plancio. Et quòd aduocatus, notarius, artifex, hospes, qui suo exercitio publicè se dederint, ratione suscepti officij, & exercitij ad illud cogi possint, malèque faciant recusantes, voluerunt Angel. in l. prima. §. fin. per illum tex. ff. de furt. aduer. naut. Dominus meus, & Cagnol. in l. nemo inuitus. quæ est 199. ff. de regul. iur. Malus, & iniustus aduocatus erit in iustam causam scienter a principio suscipiens, vel si ex post iniusta appareat, illam retinens, seu in illa continuans. 2. Paralipomenon 19. Impio præbes auxilium, & iccirco iram Domini merebaris. Ad Roma. cap. primo. Digni sunt morte non solum qui faciunt &c. Diuus Thomas secunda secundæ. quæstio. 71. artic. tertio. Ad secundum. Dat consilium, quòd aduocatus si in principio credidit causam iustam esse, & postea in progressu appareat eam esse iniustam, debet eam deserere, vel eum, cuius causam agit ad cedendum inducere, siue ad concordandum sine aduersarij damno. Improbus etiam aduocatus, qui omnem causam delicti, quantumuis grauissimi, etiã notorij suscipit, contra text. in l. omnes. C. de defen. ciuita. & per Roman. in l. si verò. §. de viro. fallen. 46. ff. soluto matrimonio. Angel. Aret. in tractatu Malef. in ver. Et vestem cęlestem. versicu. Et nota bene. Barba. consil. quadragesimosexto, columna 14. versicu. Cum ergo in casu nostro. libro primo, & consil. vltim. columna nona, libro secundo. & in l. quarta. §. Cato. colum. 38. vbi dicit se audiuisse illum text. in l. iubemus (vult dicere in l. omnes, seu per omnes) allegatum fuisse ab egregio quodam aduocato coram Eugenio in publico Consistorio ad hoc, quod manifesto vsurario denegandus erat aduocatus. Vide Hyppolyt. de Marsil. in l. ultima. C. de probat. & in l. prima, colum. octaua, versi. Et in quantum supra. ff. de quæst. Ingratus aduocatus, seu procurator habet, officium exercens contra aliquem, a quo beneficium habuit. capitulo finali, versic. clericus autem, & ibi Abb. numero secundo. de postula. De aduocato puniendo, qui causam prodit, est tex. in l. prima. ad fin. ff. de præuaricato. Eò tandem res deuenit, ut prudens ille L. Iunius Columella. circa prin. præfationis sui opusculi Rei rusticæ, affirmet vrbes sine causidicis olim satis fęlices fuisse, futurasque fore. Aduocatorum officio (si illud bene exerceatur) nihil dignius. Aduocati, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis uiribus sæpè publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt: fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm si pręlijs, atq; vulneribus patriam, parentesque seruarent. Ita inquiunt Leo, & Antoninus Imperatores. in l. Aduocati. C. de aduoca. diuer. iudicio. Isti nuncupantur clarissima eloquentiæ lumina ab Imperatore in l. restituendæ sunt clarissimis eloquentiæ luminibus. C. de aduoc. diuer. iudi. Nec defuerunt, nec desunt grati, & pij aduocati, inter quos pijssimus, ac nunquam satis laudatus diuus Iuo, cuius templum Romæ habemus, eiusque diem festum honorificè celebramus. Insignis, & bonus aduocatus Asinius Pollio, de quo Horat. libro secundo, Ode 1. Insigne męstis præsidium reis, Optimus, & gratus M. Tullius, qui A. Gamnium repetundarum reum summo studio defendit, qui eundẽ M. Tullium in suo consulatu vrbe expulerat, de quo aliquid ex ipso Cicerone in epistolis ad Atticum. Neque (inquit) differre ad Idus Maias Senatus . . . fuit in supplicatione Gabinio deneganda &c. Idem Cicero Vatinium dignitatis suæ semper infestum duob. publicis iudiciis tutatus est. De quo etiam per eundem Ciceronem in episto. ad Lentulum libro primo. ubi Lentulus ex Cicerone quæsisse videtur, quare Vatinium defenderit, & laudauerit. Et de vtroque, vide Val. Maxim. titu. de reis, qui ex inimicis &c. libro quarto. de Cicerone loquentem. Simile idem Vale. subijcit, de P. Pulchro loquens. Grati denique, ac veri, & digni aduocati, & causarum patroni habendi erunt, qui custodient ea, de quibus in l. rem non nouam. §. patroni autem causam. C. de iudi. Aduocatorum excessum ponit Specu. præalleg. titu. de Aduoca. & plenius Pari. de Put. de syndica. tit. de excessi. aduoc.

De Ingratitudine clientis in patronum.

CAP. LXXXVIII.

ALiter hic patronum accipimus, quam aduocatum, vel eum, qui seruo libertatem donauit: patroni enim apud veteres erant, in quorũ fidem, tutelamque, & clientelam sese conferebãt prouinciales, sociique populi Romani, & ciues quoque ipsi, qui ob id clientes dicebantur. iuxta tex. in l. non dubito. vers ic. Et quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neque authoritate, neque dignitate, neque iure oĩ (vel iuxta litteram pandect. Floren.) neque vicib. nobis pares sunt. ff. de capti. & postlimin. reuer. Quintilianus aduocatum distinxit a patrono in 11. de Actione loquens, Incumbere aduocato aduersis subsellis sedentium contumeliosum est. Et aduertit Bud. super l. moris. §. solét. ff. de pœn. & constabit ex infra dicendis. Clientes teneri in omnibus ad subleuandum patronum, etiam illi contribuendo vt filias nuptui tradere possit, instituit Romulus. prout per Plutar. in illius vita. Ptolomæus iunior, Ægipti rex ingratissimus, & impius quippe, qui Pompei magni, quia regnum sibi recuperauerat, eundem Pompeum ad clienté, & amicum suum, vt à Cæsare euaderet fugientem capite priuari iussit, quod Cæsari dono misit. Et qui salutis protector, & seruator esse debuisset, interemptor extitit crudelissimus, & iniquissimus. Apud antiquos nostros Romanos consueuerunt expugnatores vrbium, earum postea patroni esse, æquum enim videbatur, vt qui vulnera intulisset eadem sanaret. prout apud Cice. Officio. libro 1. Apud maiores nostros (inquit) tantopere iustitia culta est, vt hi, qui ciuitates, aut nationes deuictas bello, in fidem recipissent, earum patroni essent. M. Marcellum Siracusa capta a siculis accusatũ, & a Sen atu absolutum, ijdem Siculi supplices orabant, vt eos in clientelam reciperet, quos ipse Marcellus clementer recepit. Val. Max. libro 4. titu. de Ani. moderatio. Grati clientes M. Tullij. M. Lenius Flacus Brundusinus, ac ipsum Brundusium, & Dyrachium, vt in eius oratione ꝑ Cn. Plancio. versus fin. Clientes vt patres, patronos suos omni obseruantia, atque obsequio colunt, & venerantur. Plutar. in Romulo, & M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino. Nam cum multo veteres a maioribus, Roscij patronos, hospitesque haberent, omnes eos colere, atque obseruare destiterunt, an se in Chrysogoni fidem, & clientelam contulerunt, ac Gui. Bud. in Annot. in pandect. super l. Herennius. ff. de euictio. Patrem primum, postea patronum proximum nomen habere, ae testimonium contra clientem neminem dicere constat ex sententia M. Catonis in oratione, quam dixit apud censores in lentulum, & ex ijs, quæ annotauit A. Gellius Noct. Attica. lib. 5. c. 13. ver. Ex quibus vnum hoc.

De Ingratitudine patroni in Clientem.

CAP. LXXXIX.

MAxima est Ingratitudo, quin & impietas patroni erga clientem, vt à quo speremus defẽsionem rerum nostrarum, & propriam salutem, absque causa decipiamur, in defensi relinquamur, & nonnunquam offendamur. Talem patronum describit M. Tullius in Verrem Actio. 5. inquiens, Quòd nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni, Verres in eorum locum substitutus est: Quam in te tantam virtutem esse, aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ abducere, & auferre a certissimis, antiquissimisque patronis. Tu ista stultitia, nequitia, inertia non modo totius Siciliæ, sed vnius tenuissimi Siculi clientelam tueri potes? De ijs etiam per Bud. super l. Herennins colum. 6. ff. de euictio. Ingratus, & scelestus patronus Thurinus quidam, qui nihil apud Alexandrũ Seuerum Imperatorem aut gratia, aut authoritate valeret principis amicitia, non modica pecunia clientes emunxit: deprehensoque tandem fuco, vt crimini supplicium responderet, ad text. in l. respiciendum. ff. de pœn. palo, iussu principis ligatus, necatus fuit, pronunciante precone, Fumo perijt, qui fumos vendidit. Hinc Martia. dixit, vẽdere fumos, quod est simulatam apud principem gratiam præcio vendere. Patronus gratus (quem etiam fautorem appellat M. Tullius episto. lib. 13. Silio scribens, Quare si te fautore vsus erit &c.) beneficijs clientes obligat, vt idem M. Tullius subijcit: Iniurias item propulsat: clientis fortunas defendit. Tales fuerunt M. Cato pro Hispanorũ tutela, & alij clarissimi viri Romani, vt per M. Tullium in Diuinatione, seu Actione. 1. in Verrẽ. & Bud. super l. non dubito. colum. 3. ff. de capt. & postlim. reuer. & super alle. l. Herennius. ff. de euictio. Romulus instituit, patronos omnia pro clientibus facere debere, quæcunque efficerẽt patres pro liberis. Ptutar. in illius vita. & Tiraquel. de Iure primogen. quæstio. 69. num. 3. versi. Et id quidem. clientem in fidem acceptum (inquit Gel. Noctuum Attica. libro 20. cap. 1.) chariorem haberi, quàm propinquos, tuendumque esse contra cognatos: Neque prius facinus est existimatũ, quam sicui probarẽt clientem derisui fuisse. Alexan. de Alexan. libro 6. Dierum genia. cap. 10. scribit, Lege antiqua olim cautum fuisse, vt patroni ita charos haberent clientes, ac proprios sanguine coniunctos.

De Ingratitudine hospitis iu peregriuum

CAP. XC.

HOspitis, & clientelæ iura, & consuetudines magnam inter se habent similitudinem, ita vt nonnunqnam alterum pro altero vsurpet A. Gellius lib. 5. cap. 13. Massurius (inquit) Sabinus

nus in lib. Iuri ciuilis 3. antiquiorem locum hospiti tribuit, quam clienti. & parum post. Primũ tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini &c. Iterum Firmum atque clarum ibi testimonium rei perhibet auctoritas C. Cæsaris Pontificis Maximi, qui in oratione, quam pro Bethanijs dixit hoc principio vsus est, vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc minus non potui. &c. Bud. super l. Herennius. ff. de euictio. Isque, in clientes eorum diceretur. cum alijs, quæ subijcit. Hospitem Thelemacum in inferioribus domus partibus locat Nestor in Odissea. Discant qui hospitio aliquos suscipiunt. Morem antiquum Græcorum recipiendi, & tractandi hospites, refert Vitruuius lib. 6. capit. 10. inquiens, Præterea dextra, & sinistra domunculę costituuntur habentes proprias ianuas, triclinia, & cubicula commoda vti hospites aduenientes non in perystilia, sed in ea hospitalia recipiantur: Nam cum fuerint Græci delicatiores, & ab fortuna opulentiores, hospitibus aduenientib. instruebant triclinia, cubicula, cum pœnu, cellas: primoque die ad cenam inuitabant, postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agrestes: Ideoque pictores ea, quæ mittebantur hospitibus picturis imitantes, xenia appellauerunt, & patres familiarum in hospitio non videbantur esse peregre, habentes secretam in ijs hospitalib. libertatem. Hospitium, quod inter priuatos contrahebatur gręce ἰδιοξενία latinè priuatum hospitiũ dicebatur, cuius erat nota, pignusque tessera hospitalis, vti apud Plutar. in pœnulo, Deum hospitalem, & tesseram mecum fero. & in Cistel. Abi quærere vbi tuo iuri iurando satisfiet subsidij hic Apud nos, iam fidei confregisti tesseram. Hospitij iura ad posteros transibant, propterea tesserã hospitalem diligenter obseruabant. Diomedes apud Homerum Iliad. lib. 6. refert Glauco, suis maioribus cum illius progenitoribus vetus hospitium, atque necessitudinem intercessisse, innumeraq; hospitalia inter ipsos vltro, citroque data. Pro præmissis omnibus vide Bud. super l. solet. ff. de offi. procon. & super l. postliminij. ff. de capti. & postlim. reuer. Inter alias Iouis denominationes, legimus Iouem hospitalem cognominatum: Hinc finxit Homerus hospitalem Deum, inter homines, qui iusti pudoris participes sunt maximè versari: refert in Sophista Plato. Plato idem de legibus dialog. 1. cap. 34. Loquens de hospitalitate Megilli Lacedemonij, aut Cliniæ cretensis erga Athenienses. Ad rem redeamus, & supponamus hodie neque apud Gręcos, neque apud nos Latinos, vel alias nationes durare amplius mores, ac consuetudines huiusmodi hospitij, ac tesserę: verum mos ille nonnullos libenti, ac liberali animo hospitandi nõ est in totum sublatus? Nec desunt qui Platonis præcepto in 15. de Legib. (Aduenas videlicet benignę suspiciendos esse) pareant. Nec immerito a Theophrasto laudata fuit hospitalitas, etiam M. Tullio arbitro officio. li. 2. Est enim (ut sibi videbatur) valde decorum patere domus illustrium, illustribus hospitibus: Idque etiam esse Reipub. ornamẽto homines exteros hõc liberalitatis genere in vrbe non egere: Esse etiam ac vehementer vtile his, qui honeste posse multa volunt per hospites apud exteros populos, & reges valere opibus, & gratia. Hęsitari posset, an expediat innumeros hospitari, an nullos, vel quos? Mihi sententia philosophi Etico. lib. 9. cap. 10. salubris & prudens semper visa fuit, Multorum neq; sit hominum, neque nullius hospes. Noui plures hic Romæ, & alibi, qui nunquam aliquem hospitati fuere, quod auarissimi est, ac rustici: prout legimus de illo Florentino Archidiacono, cuius domum amicus nullus ad charitatem introiuit. iuxta tex. in ca. vni. 85. distin. vbi prohibetur fieri episcopum, hospitalitatem nescientem. Nonnulli vero sunt qui passim omnes hospitantur, contra sapientis consilium. Non omnem hominem inducas in domum tuam &c. Ecclesiastes cap. 11. Hos Atheoni comparandos esse puto, de quo Ouid. in Metamor. Illos priores magis damnandos puto. Sæpissime item accidit, quòd inter hospites, qui gratuito recipiunt, & recipiũtur, quęrelæ, & murmurationes oriantur, & alter, vel vterque ingratus appareat. Gratissimus, & liberalis Abraam, quippe qui celeriter, ac alacriter Angelos hospitatur, eisque quæ necessaria videbantur parari fecit Genes. 18. Similis huic eiusdem ex fratre nepos Loth, qui rogauit, & coegit iuuenes illos domum suam diuertere, & quod maius fuit, pro illorum salute, & honore, vtque conciues a pessimo vitio abstinerent, illis duas eius filias virgines obtulit Iuuenes autem, qui Angeli Dei erant, alio meliori usi remedio sodomitas omnes cæcos reddiderunt: Deusque super Sodomam, & Gomorram pluit sulphur, & ignem. Genes. 19. & 2. Petri cap. 11. ac ad Hebre. cap. vltim. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerũt quidam Angelis hospitio receptis. Gratus item, ac præmissis similis senex ille de Monte Effraim, habitans in Gabaa, de sudore vultus sui viuens, erga leuitam illum, de eodem monte, de quibus Iudic. cap. 19. Grata Rebecca, quæ seruo Abraæ, Palearum, & fęni plurimum est apud nos, & locus spatiosus ad manẽdum. Genes. 24. Gratus Laban, de quo Genes. 24. Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? Hietro item, qui hospitio peregrinum Moysem recepit. Exo. 2. Grata mulier Simamita, quæ hospitio suscepit Heliseum, qui illius filium suscitauit. 1. Reg. cap. 4. Similis huic, & grata, & pia mulier illa Magnasimæ ciuitatis, quæ tenuit Heliseum, vt comederet, dixitque uiro suo, Animaduerto, q vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequẽter, faciamus igitur ei cęnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, & cum venerit ad nos maneat ibi &c. 4. Reg. cap. 4. Liberalis, & gratus Booz, erga Ruth peregrinam pietatẽ, & hospitalitatem exercuit. prout Ruth cap. 2. Hospes gratus sacerdos Madian, qui audiens filias a Moyse ab insultu pastorum defensas, earumque oues adaquatas, ait

filiabus

filiabus, vbi est, quare dereliquistis hominem? Vocate eum vt comedat panem, Cui postea Sacerdos Madian vnam ex filiabus nuptui tradidit. Exod.cap.2. Gratissimi Hospites Cleophas, & alter discipulus, qui coegerunt Dominum nostrum dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduesperascit & inclinata est iam dies. Lucæ cap.24. Grata Marta hospita Domini nostri. Iohan.capi.12. Simon Coriarius hospitabatur Petrum. Actuum 10. Aquila, & Priscilla hospi tabantur Paulum. Actuũ 18. Lidia purpuraria obnixè deprecabatur & coegit Paulum, & socios manere in domo sua. Actuũ 16. Onesiphorus Ephesius discipulos Christi suscipere solitus sic à Paulo benedicitur: Dei (inquit) misericordiã Dominus Onosiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, &c. Ad Thimoth. 2. c. 1. Gratus, & pius M. Lenius Flaccus erga M. Tullium, vt in eiusdem oratione pro Gn. Plancio versus fin. in hęc verba. In hortos me Lenij Flacci contuli, cui cum omnis metus, publicatio bonorum, exilium, mors proponeretur, hæc perpeti si accideret maluit, quam custodiam mei capitis dimittere &c. Pijssima Busa Camusina, de qua in proximo sequen.cap. loquemur. Scribitur Deute. cap.10. Dominus Deus amat peregrinum, & dat ei uictum, & vestitum, & vos ergo amate peregrinos, quia & ipsi fuistis aduenæ in terra Ægipti. Illos peregrinos recipere recusemus, receptosque ab ædibus nostris arceamus, de quibus Iohan. capit. 1. Si quis venit ad uos, & hanc doctrinã non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit ei aue, communicat enim eius operibus malignis. Iniquus hospes Busiris Rex, vel potius tyrannus, quem Neptuni filium aiunt ex matre Libia, suis Dijs hospites im olabat, vt refert diuus Augusti. lib.18.cap.12. de Ciui.Dei. Infesti hospitibus Messagitæ populi in Scythia ad orientem, de quibus Herodotus lib.3. & Strabo lib. 10. Hospites feri Britanni. de his Horatius Ode 4. li.3. Visam Britannos hospitibus feros. Hi (vt aiunt) hospites imolabant. Busyrim item Neptuni, Anipæque filium, hospites aduenas omnium gentium imolasse aiunt, qui pęnas debitas luit, ab Hercule occisus. de hoc Statius Thebaidos lib. 13. Virgil. Quis aut Euristea durum, Aut illa nudati nescit Busiridis aras? ac Aulus Gellius Noctium Attica. lib.2. cap. 6. defendens Virgilium super illo verbo illaudati. Impius hospes describitur Licaon. Cum enim Iuppiter ad eum inhospitium venisset, Archadem Calistonis, & Iouis filium cum alia carne concisum, pro epulis Ioui apposuit: studebat. n. scire Deus esset, qui suum hospitium desideraret, quem Lycaonem Iuppiter mensa proiecta (vt fabulantur) percussit. De hoc etiam Ouid. in Metamor. Non absimilem fuisse ferunt Tantalum, de quo Plato in Cratylo, vbi etiam de nomine Tantali, vel Tantati. Horat.lib.1. sermo. Saty.1. Tantallus a labris fugientia captat flumina. de quo Suidas, ἐπιπτεν ὁ λίθος ἐπ' αὐτον δί⟨ν⟩η δ' ἔ⟨η⟩κε το ταντάλου κύπους τρυφαῖς &c. De hoc etiam Virgil.li.6. Æneid. ac Ouid. in Metamor.

De Ingratitudine potentum, & diuitum, non hospitalium erga pauperes.

CAP. XCI.

Maxima est illorum ingratitudo, qui cum sint diuites, peregrinos egenos hospitari recusant, illisque necessaria tribuere, qui & Deo & bonis moribus, ac naturæ ipsi resistunt. Deo inquam, a quo bona recipiunt, & qui (vt omnes norunt) dominus est omnium. Leuiti. 25. & psal. 23. quot autem, & quib. modis dicatur dominus tracto in Glo. Facul. in prohe. in versi. Domini. Ipse dominus: qui nobis omnia concedit, pręcipit hospitalitatem, nosque inuicem hospitales esse. Ad Roma.cap.12. ad Hebr.cap.vlti. in princi. & 1.petri.cap.3. Iura idem præcipiunt. cap. quiescimus. 42. distinctio. capi. offerebatur. 32. quæst.7. Si secus fecerimus, inobediẽtes, ac ingrati erimus. Naturæ item humanę, ac virtutis proprium est, vt beneficia potius conferamus, quàm suscipiamus, honestaque agamus, ac demus quibus oportet. Aristo. Etico. lib.4. cap. 1. dum de liberalitate tractat. Ingrati diuites illi, de quibus Lucæ cap.1. Et diuites dimisit inanes. Ingrati illi, qui non subueniunt pauperib. & egenis, sed substantias suas distribuunt, seu potius proijciunt, & consumunt erga histriones, adulatores, assentatores, venatores, sicarios, & id genus perditissimos homines. de quibus in cap. vna re. & sequen. 61. distin. Ingrati illi, contra quos scriptum est Matth. cap.25. ad fi. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: esuriui enim, & non dedistis manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum: Hospes eram, & non collegistis me. &c. Ingratus ille diues, qui induebatur purpura & bisso, & epulabatur quotidie splẽdidè, qui nec de micis, quę cadebant de mensa mendicum Lazarum pascebat, vnde mortuus est diues, & sepultus in inferno. Lucæ cap.16. & diuus August. li.j. de Ciui.Dei. cap.11. inquit, Quum igitur christiani nouerint longè meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentium canum linguas, quàm diuitis in purpura, & bisso. Moyses monet amare peregrinos. Deuteron.10. Idem monet Iohan. episto.3. charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hos peregrinos &c. Hospes gratus pascit hospitem, ei donat, eum monet, eũ consulit. Sic apud Virgil.3. Æneid. Helenus erga Æneam. Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres Æquora &c. & parum post, Et repetens iterum &c. & post Dona dedit &c. Diues, & potẽs gratus, & diuus fuit Abraam, qui extra portam ciuitatis exibat expectans peregrinos, vt domi eos reciperet. vt in Genes. Similis fuit. Iob. cap.3. & 9. Idemque Iob dicebat, Foris non mansit peregrinus, hostium meum viatoribus patuit. Iob. 31. Cimon Athenien. parabat quotidie domi conuiuium, quo pauperes turmatim conuenirent, famulisque suis iubebat, vt si quem paupertate laborantem animaduerterent, eum collata furtim

pe-

pecunia adiuuarent.prout per Plutar. & Lactan. de vero cultu.Gratus Zacheus diues,& princeps publicanorum,qui dimidium bonorum ſuorum dabat pauperibus. Lucæ capit. 19. Gratus ille Samarita nus,de quo Lucæ cap. 10. Sammaritanus autem quidam iter faciens &c.Grati diuites omnes,qui pauperibus neceſſaria tribuunt.iuxta tex. in cap.non cogantur. 41. diſtin. De his ſcribitur Marci cap. 25.Venite benedicti patris mei,poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mũdi. Eſuriui enim &c. Buſa Camuſina Camuſina Apulenſis tum diues, & potens, cum gratiſſima, & piiſſima, quippe quæ milites ab Hannibale apud Cannas ſuperatos, inermes,attonitos, pertimefactos, & penè perditos Camuſium Apuliæ vrbem ſub clientela populi Romani exiſtentem confugientes numero ferè decem mille proprijs laribus hylari animo, ac ſerena fronte recipit, vulneratos curari fecit: Nudis veſtes donat,circa omniaque neceſſaria illis prouidet, & ſuccurrit, potentiſſimi hoſtis victorijs non perterrita,illoſque ſolatur,alit, reficit; vti filios omnes tractat: Illis in diſceſſu pecunias pro itinere erogat, aliaque piiſſima officia erga eos exercet. Plato lib. 3.4. dialogo 5.de Legibus, ita de officio erga peregrinos ſcribit Ad peregrinos vero ſanctiſſima eſſe fœdera quiſque cogitet Ferè. enim omnia peregrinorum,& contra peregrinos a ciuibus peccata vltore Deo magis curę ſunt: nam cũ peregrinus amicis, cognatiſque careat, maiorem, & apud homines meretur miſericordiam, & reliqua.

De Ingratitudine Sacerdotum, & religioſorum,non hoſpitalium erga eoſdem pauperes.

CAP. XCII.

LIcet omnes teneamur pauperes hoſpitari,eſurientibusque cibum præbere,alioqui ingratos, & charitatis expertes nos reddamus,prout in proximo præceden.cap.probaui, ſacerdotes tamen, & religioſi multo magis ad hæc tenentur, quippe qui cæteris meliores, & ſanctiores eſſe debent,tum ex quo bona, & redditus illorum ab eccleſijs procedunt,quorum redditũum partem pauperibus erogare obligati ſunt. capi. conceſſo. ibi. Quartam pauperibus, & peregrinis habeat fideliter erogandam. 12. quæſtio. 2. &c. ſeq. ibi. Tertia pauperum,cum alijs. c. ſequen. Et quod clerici ab hoſpitalitate oneroſa, & non pia exẽpti ſint,non autem a pia,eſt tex.in l. 1. & ſequẽ. iunct.glo. in dicta l. 1. & ibi per Bald. in 3.not.& per alios. C. de epiſco. & cleric. quoniam quicquid habent clerici pauperum eſt,& domus illorum omnibus debent eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent. 16. quæſtio. 1. cap. 1. de monachis. de præb. Qui hæc non ſeruabit, vel bona, vel redditus eccleſiæ diſſipabit,ingratus,& im probus erit.c.gloria.in princip.ibi, Ignominia Sacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs.cap.penul. vbi Imol.in vlti. not.de pecu.cler.Abb.in cap.fin. poſt numerum quintum.de pigno.vbi poſt gl.dicit quòd iſti ſunt Domini in bene adminiſtrando, & diſpenſando, Ingratus, & illiberalis Marianus ille Epiſcopus. qui de pauperibus, & hoſpitibus nullam curam habebat, de quo ſcribit Grego. Secundo ſeruo Dei,prout etiam in cap. fratrem noſtrum Marianum.diſtinct.86. Similis huic Paſcaſius epiſcopus, qui hoſpitibus non prouidebat. cap. volumus 89.diſtinct. Ingrati ſacerdotes,& Leuitæ,de quibus Lucæ cap. 10. Accidit autem vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via,& reliqua. Ingratus florentinus Archidiaconus, in cuius domum eius amicus nũquã ad charitatẽ introiuit.c.florẽtinum,circ.princ.& poſtea verſi. Pariter etiam. 58. diſtinct. Gratus,& dignus ſacerdos, & epiſcopus qui pauperibus prouidet.c. gloria Epiſcopi. 12. q. 2. Grati ſacerdotes pauperes in hoſpitio recipiunt, in operibusq; ſimilis pietatis ſe exercent. 1. ad Timoth. c. 3. Oportet epiſcopum eſſe hoſpitalem &c.cap. 4. Exerce autem teipſum ad pietatẽ &c.& cap. 1. & ſequen. 42. diſtinct. De hoſpitalitatis officio habemus etiam in Conc.Triden.Seſſio. 25. de refor.c. 8.

De Ingratitudine Clericorum,recuſantium hoſpitari prælatum, vel illi debita, & conſueta denegatium.

CAP. XCIII.

CLericorum recuſantium hoſpitari prælatũ, vel illi debita,& conſueta denegantium ingratitudo damnata eſt,iuxta tex. in cap.procurationes.de cenſib.in cap. 1. §. procurationes, cum alijs.eod.titu.libro 6. Et quod dicimus de hoſpitalitate ſeruanda erga prælatum,intelligimus etiã erga illius familiares: ad iura ſupra adducta, & ibi Doctor.& per clem. 2. ad fin.ibi, Quæ de menſa ipſorum epiſcoporum, & ſuorum familiarium colliguntur. eod.titu.& facit text. iunctis quæ voluit Abb.in 3.nota.in cap.quanto.eod.titul.& voluit Dom.meus Phil.Dec.in l.in omnibus cauſis, num. 9. ff.de regul.iur. verſicu, Et ideo obligatus ad procurandum aliquem,id eſt ad hoſpitandũ, etiam ſeruitores procurare tenetur. In hac materia iuris hoſpitandi infinitis vicibus ſcripſi pro prædeceſſore huius Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Toletani, Bartholomæi de miranda, omnium Philoſophorum, & literatorum facile principis, & quia adhuc ſub iudice lis eſt, plura hic non ſcribo.

De Ingratitudine prælati grauantis hoſpies.

CAP. XCIIII.

INgratus,& malus, ac crudelis prælatus habet, clericos,aut præsbiteros ad ſe, & ſuos hoſpitandum indebite cogens, vel conuiuia ſibi vltra vires parare compellens, vel quia aliàs illis oneroſus

rosus est cap. illud. cap. cauendum. &c. inter cætera. versicu. Cum verò episcopus. 10. q. 3. cap. cum apostolus. in princ. & cap. procurationum. de censi. cap. 1. & toto titu. eod. lib. 6. Nonnulli prælati more quorundam principum secularium, contra quos consuluit Paris. consil. 26. & 51. nume. 9. & sequen. lib. 1. sub blando hospitalitatis nomine ab inuitis, vel indebite, vel contra moram, vel bonos mores, & charitatem, etiam pro eorum ampla familia, & alijs, quin & pro equis, & canibus per plures dies exigunt, seu extorquent necessaria & nonnunquam superflua, cum pauperum clericorum de pauperatione, ac spoliatione, contra quos sic legitur in ca. ecclesias singulas. §. item præcepit Dominus discipulis suis vt comederent, & biberent ea, quæ apud auditores suos erant, sed non iussit eis vt dominos de domib. suis eijcerēt & rebus suis spoliarent. *Non facile inuenies qui tales hospites libēter suscipiat. Mus in pera: Ignis in sinu: serpens in gremio male suos remunerant hospites.*

De ingratitudine hospitis erga peregrinum iam domi receptum.

CAP. XCV.

Peregrinum iam domi receptum, qui postea male tractat, vel a domo eijcit, audiat verba diui Petri, Hospitales inuicem sine murmuratione. 1. Petri, cap. final. & carmen illud Ouidij li. 5. de Tristib. Eleg. 7. Turpius eijcitur quàm nō admittitur hospes. prout etiam in cap. quemadmodum. §. alioqui. de iure iuran. & glo. fin. in ca. literas. de restitu. spoliat. Gur. Iun. consi. 108. circa controuersiam. num. 23. inferens non esse parem causam retinendi, & acquirendi. ad l. fin. C. de acquiren. possess. vulga. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Rursus adduco pulchrum tex. in cap. 1. de donat. Hanc sibi quodam modo nobilitas legem imponit, vt debere se, quod spontè tribuit existimet: & nisi in beneficijs suis creuerit, nil se præstitisse putet. Errat igitur grauissimè, qui facilis fuit in aliquem domi recipiendo, postea vero vel ipse hospes, vel aliquis domesticus verba amara proferat, iuxta illud Ecclesiast. cap. 29. versus fin. Puto nihil durius euenire posse homini nobili, ac animi ingenui, quàm audire verba illa amara. Quando hic discedet? hic nimis immoratur: nimis differt discessum: quis eum hic tāto tempore cōmoraturū putasset? Si nobilis, si diues est, cur secum non attulit pecunias? Si attulit pecunias, cur sibi, eiusque familiæ non prouidet: Tales, & similes quærimoniæ, quæ etiam a famulis, & mulierculis sæpè nascuntur, & proferuntur domi alienæ commorantem (si is nobili animo sit ac sapiat) angunt, affligunt, cruciant. At quid dices si carmini illi Ouidij Metamor. 1. locus erit. Nō hospes ab hospite tutus. Gratissimus erga me fuit genere, ac moribus nobilis D. Nicolaus Spinula Gubernationi ecclesiæ, ac Abatiæ S. Sophiæ Beneuentanæ, illiusque redditūum, ac prouentuū administrationi præpositus, qui me, & meos finito officio meæ præfecturæ, ac gubernationis Beneuentanę domi hilari fronte recepit, pauit, custodiuit, ægrotantem quam diligentissimè curari fecit, indiesque eius in me amor, liberalitas, gratia crescebat: Nec vnquam ostēdit, vel cogitauit me, & meos sibi oneri, & impedimento esse: quo factum est vt nunquam eius, ac suorum, beneficiorumque in me collatorum ego, & mei obliti simus. Hospites monendos censui, vt sicut peregrinum semel exceptum impellere, sic inuitum retinere in conuenit, ita inquit Menelaus Thelemaco redire ex petenti, in Odissea. Discamus omnes exemplum Abrahæ de quo Genes. ca. 18. hospites benignè acceptos, eōsdem cum honore dimittere, ne si incomitati hospitij limen exierint expulsi magis, quàm dimissi esse videantur.

De Ingratitudine peregrini erga hospitem.

CAP. XCVI.

Ingratus nimis est ille, qui domi alienæ gratis commorans, nimia quærit commoda, & plura quàm si domi suæ esset, quasi maius dominiū, maioremque auctoritatem, & potestatem habeat in domo aliena, quàm propria, contra hunc adduco verba illa. Ecclesiast. cap. 29. versus fin. Hospitabitur, & pascet, & portabit (seu potabit) ingratos, & adhuc amara audiet, transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes ciba cæteros. Hospes mutus, & patiens esse debet in domo aliena exemplum Antonini Pij Imperatoris, qui in domo homuli hospitatus, colūnas porphiriticas ibi cernens, ab illo quæsiuit vnde habuisset, atque ho mulus dixisset. Quum in domum alienam ueneris mutus, & surdus esto, patienter tulit. Cæsar Mediolani cum oleo fætido conditum cibum ab omnibus conuiuis reiectum solus ædere non cōtendit, ne hospiti quodammodo iniuria fieri videretur. Verum omnium ingratissimus erit ille qui patrifamilias, vel domino domus, eius bonis, honori, vel vitæ insidiabitur: talem ingratissimum describunt poetæ Pariden erga Menelaum hospitem, cuius vxorem pulcherrimam Helenam Paris rapuit, quem libidinosum non frustra Homerus pelle pardi, vel vt nonnulli interpretantur, Pātheræ indutum affirmauit. Horat. de hoc loquēs inquit Ode 16. lib. 1. pastor cum traheret per freta nauibus. Ideis Helenam perfidus hospitam ingrato celeres obruit otio ventos, vt cameret fera Nereus. Idē Hora. Ode 3. li. 3. nec Lacenę splēdet adulteræ famosus hospes. Varia est opin. super raptu Helenæ a Paride Herodotus li. 1. Alexandrū vxoris cupidū per rapinā e Græcia cōparandæ formę Helenam rapuisse. At lib. 2. scribit a Sacerdotibus Ægiptijs intellexisse Alexandrum rapta ex Sparta Helena domum suam repetentem in mari Egęo ventis excussum, in Ægyptum appulisse, loci præfectus eum ad Pratheam regem misisse, hæc Regi scribens, venit peregrinus quidam, genere Theucer, qui rem nephariam in Grecia perpetrauit,

uit, quippe seducta hospitis vxore, quam secum ducens cum multis admodum opibus ad tuam terram eppulit: Verum ne sinimus eum abire impune, an ea, quæ attulit secum eripimus? Rex ad se omnes venire iussit, Alexandrum atrociter arguit, dixitque ablata omnia cũ Helena velle apud se esse, vt græco hospiti reseruaret? Alexandro vero tridui spatium concessit, vt inde abiret. Homerus vero in Troiam perductam Helenam, & expugnata vrbe inde abductam. Dion vero aliter scribit. Menelaus apud Homerum in pugna singulari cum Paride, Deos præcatur, vt pœnas de Paride sumant, vt posteri audita illius pœna, deinde hospitia polluere timeant. Ante Paridem Hercules simile crimen commisit. Syluis Nomen Bebricia duxere a virgine colles. Hospitis Alcidæ crimẽ Hercules enim hospes rapuit Pyrenem virginem Bebriciam a cuius nomine vocati fuerunt montes pyrenei. Theseus, & Demophoon eius filius mali hosppites. Proper. Paruo dilexit spatio Minoida Theseus: Phillida Demophoon, hospes vterque malus. De Theseo Ouid. Comitemque suã crudelis in illo Littore destituit. Simili notatur in gratitudine Sextus Tarquinij superbi Regis filius qui Collatium accedens a Lucretia Collatini vxore domi vti Collatini viri consanguineus benignè ac honorifice exceptus, nocte Lucretiæ cubiculũ intrans, ense minitans si exclamaret, fingit se illam renuentem, ac seruum interfecturum, eosque cõmixtos inuenisse relaturum: quæ vt æternam infamiæ notam fugeret corpus eidem subiecit, de qua per Val. Max. libr. 6. de pudicitia. ca. 1. Ingratus Verres in hospites prout per M. Tullium in eundem Actio. vlti. Pater (inquit) aderat Dexio Tyndaritanus homo nobilissimus hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras eum cum illa auctoritate, & miseria videres præditum, non te eius lacrimæ, non senectus, non hospitij ius, atque nomen a scelere ad aliquam partem humanitatis reuocare potuit: Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? qui steniũ Thermitanum hospitem suum, cuius domum per hospitium exhausit, & exinanuit, absentem in reos retulerit, causa in dicta capite damnauit, ab eo nũc hospitiorum iura, ac officia quæramus &c. & parum post, Cachenas habebat hospes tuus Aristeus Dexionis filius &c. Ingratus, & crudelis Xerses rex, qui hospitio susceptus a Pythio, inter quos magna erat amicitia, ab eodem rogatus, vt primogenitum ex quinque liberis, quos Xerses secum in expeditionem accedere iusserat, remaneret, vacationeque donaret militiæ, Xerses indignatus iussit filium primogenitum medium discidi, dimidiumque discisi ad dexteram, dimidium ad sinistram poni fecit, atque illà transiret exercitus. Ingratissimus etiam fuit miles ille philippi regis Macedoniæ in hospitem, de quo in vltimo c. huius tracta. loquemur. Sceleucus Callinicus rex non minus ingratus videtur, eius enim exercitu in bello conquassato, & fugato cum quatuor fidissimis familiaribus ipse Seleucus fugiens, sublata ab ipsius capite corona incognitus per loca inusitata, & alpestria transiẽs tędio, labore, fame, siti oppressus ad quandam villam appulit. domique cuiusdam boni viri benignè receptus fuit, liberaliterque, ac iuxta hospitis vires bene tractatus: Rex viribus recuperatis ab hospite per loca tuta associatus, & ductus fuit: tandemque hospes a Rege licentiam petens, ostẽdens se regem Seleucum cognouisse, in signum amoris inquit, Dij sint tui duces Rex, & te custodiant: Seleucus hilari vultu eundem aspiciens manum porregit, ostendens se illum amplexari velle, hospitique dexrra porrecta accepta, impijssimus Seleucus annuit vni ex familiaribus vt illum interficeret, quod familiaris illico executioni demandauit, peritque gratissimus hospes. Aiũt nonnulli regem id facinus cõmisisse, ex quo ipse dubitaret, ne inimici eum insequentes in illium hospitem inciderent, qui vel sponte, vel coactus iter regis illis panderet, vnde propriam salutẽ alienæ præposuit. Huc spectant verba prouerb. ca. 6. Qui serpẽtem in sinu suo nutrit percutietur. Rursus & alia prouerbia, de quibus in capit. ecclesias siugulas. §. Item percepit. 13. quæst. 1. & in c. si iudeos, post prin. de iud. præfatis, & similibus peregrinis conuenit carmen illud Ouidij, Non hospes, ab hospite tutus. Quod licet aduersus eos citauerim, qui aliquos hospitio susceperint, etiã illos respicit, qui hospitio excipiuntur; nomen. n. hospitis, generis communis est, vti carmen *illud* ostẽdit. & colligitur ex verbis M. Tullij in oratione pro Deiotaro. sub ijs verbis, Per dextram istã, quam hospes hospiti porrexisti. Contra verò gratus Vlixes apud Homerum in Odissea 8. In pugilatu, cursuque omnes phecenses pronocat pręter Laodomantem, apud quem hospitabatur: Stultus enim (inquit) ille est, qui hospitem *in certamẽ* lacessit. Gratus etiam L. Sylla erga *hospitem*, quẽ capta ab eo Præneste solum seruari iussit, alios omnes trucidari. Gratus Eliseus, qui mulieri illi magnæ ciuitatis siniæ, a qua hospitio benignè receptus fuerat filium defunctum orationibus præuijs, uitæ restituit. 4. Reg. cap. 4. Gratus diuus Paulus, qui triduo à Publio in prædijs insulæ Mylitenæ benigne susceptus, eiusdem Publij patrem febribus, & dissẽtiria vexatum, sanitate restituit. Actuum cap. 28. post prin. Scribit M. Tullius in Diuinatione, seu Actio. 1. in Verrem. clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus, clientibusue suis, ab exteris nationib. q̃ in amicitiã populi Romani, ditionemq; essent recepti, iniurias propulsare: eorũque fortunas defendere. & parum post. Nuper Gn. Domitium scimus Decimo Syllano diem dixisse ꝓpter vnius hominis Egritomari paterni amici, atque hospitis iniurias. Ceres filiam quærens a Celeo Athenarum rege hospitio suscepta, illum omne agriculturæ genus edocuit. Gratus Bellerophon formosissimus Glauci regis filius, qui a perfida Stenobea, siue Antea Preti Regis vxore, eidem promittente regnum sui uiri, si cum illius amore accẽsa, commisceretur, sollicitatus, id renuens in adul

terij

terij crimen vocatus est. Hanc Anteam uocat Homerus Iliados lib. 6. Horatius vero Stenobeam Ode 7. lib. 3. quæ tandem furibunda sibi mortē consciuit. Similis huic Peleus Æaci filius, & Achillis pater cum (vt aiunt) apud Acastum Thessaliæ regem hospitem suum degeret, ab Hippolita Acasti uxore adamatus, & ab ea sollicitatus, illi dissēsit, quæ ira accensa illum apud Acastum, quod ab eo interpellata esset, accusauit. Pro ijs Ouid. libro vndecimo. Metamorph. & Horrt. dicta Ode 7. libro 3.

De Ingratitudine hospitis qui alias penegrinus receptus fuerat in domo alicuius, quem nunc domi suæ hospitari recusat. &c.

CAP. XCVII.

QVi aliàs peregrinus receptus fuit in domo alicuius, quem nunc domi suæ hospitari recusat, eum non cognoscere dissimulans, uel fugiens, vel aliis artibus illum excludit, ius hospitii violat, & tesseram confringit hospitalem. iuxta illud Plauti in Cistel. Hic apud nos iam fidei cōfregisti tesseram, de quo la tè, & pulchrè per Bud. in l. solet. ff. de offi. procon. & in l. postliminii. ff. de capti. & postlim. reuer. Contra hunc adduci possunt carmina Martialis, Scæuola, tu comedis apud omnes, nullus apud te. Alterius siccas pocula, nemo tua: de quo etiam per gl. in c. 2. in vers. vt debere de dona.

De Ingratitudine præceptorum inter se.

CAP. XCVIII.

NOn mirum, quòd tot sectæ inter præclariores philosophos, & alios doctos præceptores fuerint: quodque nonnulli vno modo, alii diuerso, & ferè contrario docuerint, quot enim capita, tot sententiæ ex sententia Terentii, ac M. Tullii 1. de Finib. At mirum est, quòd alter alterius doctrinam, sciētiam, docendi modū, instruendi, ac demonstrandi vias, absque ulla causa, vllaue ratione subuertere conetur, studio potius (vt aiūt) contradicendi, quam alio. Vel quod locus sit adagio illi, quo philosophorum princeps sæpe vti solet, Figulus, figulo inuidet, Faber fabro. Si qui a Deo optimo maximo, summo etiam cum studio, & labore doctrinam, & scientiam assecuti sunt, gratias ipsi Deo reddant; Doctrinam suam communicent: Absit autem, quòd alterius doctrinam, docendi artem, & modum damnent, contēmnant, vilipendant. Et dixit M. Tullius in Lelio, pedagogos negligendos nō esse, sed quodammodo colendos. Pręceptores antiquitus iidem erant viuendi, atque docendi. Cice. 3. de Orato. Idem hodie videmus in societate nunquam satis laudata patrum Iesuistarum (quorum sum Aduocatus) qui simul scientias, artes liberales, philosophiam, theologiam, mores sanctos, christianamque religionem docent. Cumque diuersarum nationum sint, inter se adeo concordes, vnanimes, officiosi, ac pii existunt, ut de illis vere dici possit, Ecce quā bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Doctores isti, & suis, & aliis gratissimi, nec suos, nec alienos præceptores mordent, ac insequuntur. Nunquid autem ferendum est hos religiosissimos, & scientiarum peritissimos, paratissimosque, ac aptissimos in docendo, ab aliis præceptoribns, & doctorib. taxari, & morderi, vel eis in aliquo vetrahi?

De Ingratitudine discipuli in Præceptorem.

CAP. XCIX.

CIce. 3. de Diuinatione de præceptoribus loquens, Nullum munus (inquit) Reipub. afferre maius, meliusue possumus, quàm si doceamus, atque erudiamus iuuentutem, iis præsertim moribus, atque temporibus, quibus ita prolapsa est. &c. Idem Cice. in Catone maiore Nulli bonarum artium magistri non beati putādi, quamuis consenuerint uires, atque defecerint. Rursus pro Planco, Nemo (inquit) est nostrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui, atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus, aut doctus est, cum grata recordatione in mēte versentur. Et voluit gl. in l. liberto, & filio semper honesta, & sancta persona patris ac patroni videri debet. ff. de obseq. alibe. & liber. præstan. illam extendi debere ad præceptorem, vt etiam ipse talis censendus sit. Sozzi. in l. generaliter. ante numerum nonnm. idem affirmans. de in ius vocan. Hinc Satyricus, Qui pręceptorem sancti voluere parentis, Esse loco. est tex. in l. 1. cum glo. C. de excusa. artifi. lib. 10. Et quo honeste fieri porest discipulus semper præceptoris sententiam tueri debet, exemplo Cassij iurisconsulti. l. dicere. ubi. Bald. notat. ff. de arbitr. & voluerunt Bart. & Ias. in l. interdum. in fin. ff. de verborū obligatio. Cagnol. in prohe. ff. §. fin. num. 292. & in l. 2. nume. 592. ff. de orig. iur. Dicebat Aneximanes, vt refert Stober sermone 77. Nihil esse iustius, quàm generationis, & disciplinæ antores mutuis beneficiis demereri. Et diuus Bernardus in ordine vitæ inquit, Nulla res discitur absq; magistro &c. Plato lib. 19. in Hippia minore inducit Socratem dicentem Hippiæ, multo maius mihi beneficium conferes, si inscitia liberaueris animum, quàm si ęgritudine corpus. Lònge autem alijs doctoribus præferendus erit, qui docet facere voluntatem Domiui, & qui docet iniquos vias eius, & cuius opera impii ad Deum conuertuntur. iuxta psalm. 50. Docebo iniquos vias tuas &c. ac psalm. 142. Doce me facere voluntatem tuam. Quam ingratus igitur erit, qui præceptorem suum verbis, & factis non honorabit, & ad astra non extollet? Diuus Hieron. super Malachiam, inquit, quòd etiā habemus in cap. reuertimini. §. fin. 16. quæst. 1. si quis doctus, & eruditus, lege Domini pōt alios eru-

erudite,non debet ſuæ aſſignare prudentiæ,ingenioque quod poſſidet, ſed gratias agat primum Domino,qui cuncta largitur, deinde ſacerdotib. eius,ac miniſtris,a quibus doctus eſt,ſi enim nō egerit gratias,ſed ſcientiam vindicauerit ſibi, in penuria maledicetur,quod ſi intelligens largitorem Deum,& agens his gratias, per quos a Deo eruditus eſt humiliauerit ſe &c. Ingrati etiam illi ſunt,de quib. Seneca lib. 3.de Benefi. poſt prin. dum inquit,Ad preterita rari animum torquent, ſic fit vt preceptores,eorumque beneficia inrerdicant,quia totam pueritiam relinquimus. Ingrati diſcipuli,qui doctorum culpas produnt,æquiparantur Cham,qui verenda Noe patris nō operuit, ſed irridenda monſtrauit.Geneſ.cap.9.& 2.q.7. ca.ſententia. Alexander magnus ſuperato Dario, odio magno proſequebatur Lampſacenos Darij fautores, in perniciemque Lampſacei oppidi cōuerſus,percepit Anaſſamenem olim eius præceptorem ad ſe venturum, cauſamque excogitans vt pro Lampſaceo eiuſdem Anaſſaminis patria, pro omniumq; eiuſdem terræ ſalute ſupplicaret, Rex ipſe Alexander iurauit per Deos, & Deas ſe totum contrarium facturum eius, quod ab Anaſſamene rogaretur, ita vt nihil gratitudinis erga præceptorem oſtenderit: Verum prudens Anaſſamenes Alexandri deliberatione præcognita, orauit ipſum vt ſuam patriam deleret, neminiq; parceret,nec ætati,nec ſexui,nec templis ipſis,ſed omnia ferro,& igni committeret: Alexander ijs, uafre excogitatis,& dictis commotus,obnoxiuſq; iureiurando,multumque ſe præceptori debere cognoſcens,oppido illi,ac toti populo pepercit.Ariſtotelem Platonis, diſcipulum Plotinus philoſophus Platonicus ingratitudinis ſeminarium, ac naturæ talpam appellat.Plotini verba poſui in 2. quæſtio.Regu.Cancel. de non iudi.iux. for. ſuppli.poſt num. 3. Ipſemet Plato de Ariſtotele ait, In nos recalcitrauit non ſecus ac matrem pulli geniti.Defendi poſſet Ariſtoteles,quod imò præceptorem ſuum Platonem magni fecerit, ac honorauerit,quòd ſi aliquando recalcitrare viſus fuerit, nō vt ingratus,ſed veritatis amicus id fecerit. Hinc ait,Duobus exiſtentibus amicis ſanctum eſt præhonorare veritatem. Ingratitudinem ſceleſtiſſimi Imperatoris Neronis contra ſanctiſſimum,& doctiſſimum eius præceptorem Anneum Senecā quem obire iuſſit,quis non damnauit. De hoc bene cecinit taxans Neronem veluti multiplici paricidarum pœna digniſſimum inquiēs Iuuenalis. Quis tam perditus,vt dubitet Senecam præferre Neroni? cuius ſupplicio non debuit vna parari ſimia, nec ſerpens vnus,nec culeus vnus.Ingratiſſimus autem, omniumque impijſſimus diſcipulus fuit Iudas Schariotes,qui præceptorem,& dominum ſuum triginta denarijs vendidit.Matthe.27.& Marci 14.Nec excuſari poſſe videbantur nonnulli alij Ieſus diſcipuli, qui relicto magiſtro,& Domino fugerunt.Matthe. cap.26.ver ſus fin.& Marci 14. quod etiam ante prædictum fuerat pſalm.37.Et qui iuxta me erant, de longe ſteterunt. Diſcipulos nonnullos audiui profitentes ſe amplius in aliquo præceptori non teneri, cum illi mercedem perſoluerint,ignorantes forte pluris eſſe docere liberales artes, ac ſcientias,& bonos mores,quàm quoduis precium, vel merces aliqua pecuniaria, in ijs non rei precium ſoluitur ſed operæ,& operationis, Et præceptorem pauperem diſcipuli ſubſtentare debent.l.2.ad fin. §.primus.verſic.Huic nec.ff.de orig.iur.Multoque magis præceptori debemus, ſi nos non in grege diſcipulorum habuit: ſi nos propria, & peculiari cura dignos putauit: ſi in docendo & laborem, & tedium tulit, præter ea, quæ in commune dicuntur, aliaque fecerit in ſignum amicitiæ,& ſingularis, ſeu peculiaris affectionis, pro quibus videndus Seneca de Benefi. lib. 6. Grati plures pro præceptoribus pugnauerunt,& inter alios,ſcholares Socratis,qui Phiſonomum quēdam,aſſerentem Socratem peſſimo vitio notatum lapidib. obruere querebant.Gratus Simon Petrus Matth.26.& Lucæ 22. Et percuſſit vnus ex illis ſeruū principis ſacerdotum,& amputauit eius auriculam. Iohannes item diſcipulus gratus, qui ſecutus eſt Ieſum,& introiuit in atrium.Io.c. 18. Ioſeph itē ab Arimathia non dubitauit Pilatum adire,ab eoq; corpus præceptoris ſui iam defuncti petere, qui, & Nicodemus ſepelierunt Ieſum.Matthei 27.& 15.Venit Ioſeph.&c.ac Io.19.ver.fin.Diſcipulus omnis gratus præceptorem diligit, eique vti proprijs parentib.reuerentiam,& obedientiam præſtat.Eccleſ.c.32.Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi gratia bona.c.ſicut.17.q.1.Quintil. de Inſtitu.Orato.li. 2.tit.de offic.diſcipuli. præceptor,ſeu pedagogus, quoad affectionem conſanguineis æquiparatur.iuxta tex.in l.vel ſi ſanguine iū.l.ſeq.de manumiſ.vindi.Diſcipulus Socratis quidam non habens quid eidem præceptori ſuo offeret,ſe ipſum obtulit.Io.de Ligna.de Amic.tit.de retrib.ad bene. poſt nu.5 .& Seneca,qui illum diſcipulum fuiſſe Æſchinem aſſerit pauperem auditorem.li.1.de Bene.Gratiſſimus fuit M. Tullius A.Licinij Archiæ poetæ diſcipulus,qui ſe beneficij memorem,eique multum debere profitetur, pro eoque ſtrenuè orauit, ac obtinuit, illumque defendit, extat eiuſdem oratio ꝓ Licinio Archia poeta.Gratus Attilius (ſeu vt in pandect. Floren. ſcribitur) Aquilius Regulus erga Nicoſtratū, ꝓut apud Papinianū li.29.eſt l.27: incipiens,Attilius aliàs Aquilius.ff.de donat.verba ſunt, Quoniam & cum patre meo ſemper fuiſti,& me eloquentia & diligentia tua meliorem reddiſti,dono, & permitto tibi habitare in illo cenaculo,eoque vti.Gratus Iulianus Iurecon. erga memoriam Iaboleni olim ſui præceptoris,cuius exēplū,& opinionem ſequi profitetur, alioſq; monet eam ſequi in l.nā manumittere.ff.de manu.vind.Gratiſſimus Alex. Magnus Ariſtoteli præceptori, qui vltra alia beneficia,quæ in illū contulit,Stagirā Ariſtotelis patriā, vt ei rem gratā faceret redificari curauit,illamq; redificatam Ariſtoteli donauit. Gratus diſcipulus Traianus Plutarcho Philoſopho optimo ac probatiſſimo hiſtorico, vt in vita ipſius Traiani.

De

De Ingratitudine præceptoris erga Discipulum.

CAP. C.

MAgister ille puerorum Faliscorum, qui lusu, sermonib. que solito polixiorib. discipulos ambulandi causa ducens, progressus inter stationes hostiũ, pueros in prætorium ad Camillum perduxit, illi inquiens, Repetendis obsidib. necessario ciuitatem se se dedituram. Camillus, siue decreto Senatus vt voluit Val. Max. tit. de Iustitia li. primo. siue absque Senatus decreto vt sensit T. Liuius lib. 5. ab vrbe condit. spreta perfidia, & ingratitudine pedagogi, restrictis post terga manibus, magistrum ingratum, & impium verberib. agendum, puerosq; ad parentes trãsmittit. Ob quã iustitiam Falisci sponte se dederunt. Plutarchus autem in vita M. Antonij duos commemorat ingratos, & perfidos pedagogos, Alterũ Theodosium, qui Attilium M. Antonij filiũ post patris mortem Cæsari necandum prodidit: Alterũ Rhodonem, qui Cęsarionem prioris Cæsaris filium cum magna ui auri, & argenti fugientem per insidias duxit ad Cæsarem Octauianum. De his præceptorib. dici posset, Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc magistrum &c. Malachiæ. c. 2. Ingrati omnes illi, in quib. vera reddunt verba M. Tulli, 3. Tuscul. Cum verò parentib. redditi, deinde magistris traditi sumus, tum ita varijs imbuimur errorib. vt vanitati veritas, & opinioni maximè confirmatæ natura ipsa cedat. Ludorũ magistri ad iuuentutis. discipslinam vtentes figmentis poeticis & vanis, ac mendacibus exemplis. & fabellis, contra Deum, & bonos mores prophani, ac impij describuntur à Platone dialogo 2. de Repub. præsertim in fin. & dialo. seq. Ingratus etiam est, qui nimium sæuit. vt etiã apud Quint. li. 1. Instit. Oratoria. & inquit tex. in l. præceptoris. ff. ad leg. aquil. Præceptoris nimia sæueritas culpæ assignatur. Quosdã rusticos pędagogos cognoui, qui discipulos hebetes, & stupidos reddunt. Præceptores nonnulli vitiosi sunt, mendaces, iuxta verba 2. Petri. c. 2. In nobis erunt magistri mendatiorum. Alij ignorantes, iuxta illud Io. 3. Tu magister in Israel, & hæc ignoras? & ad Hebr. 5. Cum deberetis magistri fieri propter tẽpus, rursus indigetis vt doceamini. Gratus pręceptor fuit Socrates suis discipulis, a quorum nemine mercedẽ accipiebat. Idem Alcibiadi eius discipulo victoriam, quam ipse Socrates fortissimè pugnando consecutus erat sponte concessit. vt per Dioge. Laer. in vita ipsius Socratis. Plato gratissimus præceptor erga omnes suos Discipulos, pręsertim erga Zenocratem: cum enim Platoni relatum esset, etiam iureiurando addito Zenocratem de se multa impiè loquutum, ipse Plato criminationem respuit, illamqne non uerisimilem asseruit. prout apud Val. Max. lib. 4. tit. de Animi moderatione. Plutarchus gratus præceptor Traiano Imperatori optimo. prout etiam videre est in ipsius Plutarchi epistola, qua Imperatorem ipsũ monet circa imperij regimen. Magister optimus Paulus, ad Timo. 1. Tãquam magister, & doctor erudiens positus sum prædicator, & apostolus, & magister gentium in fide, & veritate. De morib. & officijs præceptorum habes apud Quinti. li. 2. Insti. Orato. sub tit. de Morib. &c. Et naturale est, vt alter alterum doceat. Cice. 2. de Finib. Impellimur natura vt prodesse velimus quàm plurimis, imprimisq; docendo, rationibusq; prudentiæ tradendis. Itaque non facile est inuenire, qui quod sciat ipse non tradat alteri. Ita non solum ad discendum propensi sumus, verum etiam ad docendum. Accidere etiam communiter solet, vt quo quisque sit solertior, & ingeniosior, doceat iracundius, & laboriosius, quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde percipi videt, discruciatur. Hæc annotata habes apud M. Tullium in orat. pro Q. Roscio Comœdo.

De Ingratitudine nutricis erga alumnum.

CAP. CI.

NVtricis amorem, eiusdemque pietatis necessitudinem erga alumnum adeo iura cõsiderant, vt cum non omnib. mulierib. suspectos tutores, vel curatores postulare permittant, sed matri, nutrici, auiæ, & sorori, & quibusdam alijs in quibus prætor propensam pietatem intellexerit, nutricem post matrem, vel inter alias coniunctissimas connumerent. prout videre est in l. 1. §. consequens. ff. de suspe. tuto. & in §. consequẽs. Insti. eo. ac in §. eadẽ. Instit. qui. ex cau. manu non lice. l. si collactaneus. ff. de manu. vind. Educatores item petere possunt tutores dari. l. 2. in prin. ff. qui pe. tut. Nec alumnus põt educatorẽ accusare. l. iniquum est. C. de his, qui accu. non pos. Et alũnus dr̃ filius nutricis, a qua fouetur. iuxta metaphoram Apostoli. 1. Ad Thessalonicen. c. 2. Sic facti sumus paruuli, tãquam si nutrix foueat filios suos. Ad nutricem non solum infans, sed & maior factus reccurrit, & confugit. Plaut. Curcul. In uoco almam meam nutricem. Et dixit Plyn. & refert Bud. in Annot. in pandect. super l. item si fundi. §. seminarios. ff. de vsufru. Quoniam nutricem indulgentiorẽ esse, quã matrem sæpe conuenit. & Quint. in præfa. 6. li. Instit. Orato. quasi pro re mirabili commemorat, filium suum defunctũ sibi blandissimũ, ipsum Quintilianum suis nutricib. & auiæ educanti prætulisse. Nutrix, quæ optare soleat alumno, habes apud Horat. episto. ad Albium. li. 1. Quid voueat dulci nutricula maius alumno, Quã sapere, & fari possit quæ sentiat: & cui Gratia, fama, valetudo cõtingat abũdè. Et mũdus victus, non deficiente crumena. Sæpissimè ẽt videmus, nuptæ ad virũ trãsmissæ, pro socia, & custode nutricẽ adiungi. prout factum videmus erga Rebechã nuptui transmissam Isaac. Genes. 24. Dimiserunt igit̃ eã, & nutricẽ illius. Nutrix studiosa, officiosa, ad obtẽperãdũ parara. Hor. ĩ Poet. At sedula nutrix &c. Plau. ĩ ꝓlogo Menechmi adeo forma simili puer vt mater sua nõ internosse posset, q̃ mamã dabat, neq; adeo mater ipsa, q̃ eos pepererat. Apud Homerum Eutimene nutrix Penelopes, ipsa Penelopem filiam appellabat. Odissęę. lib. 18.

lib.18.& lib.seq.Euridea Vlixis nutrix, Vlixem filium vocat. Nutricem, educatorem, & alumnum seruos, minorib.25. annis manumittere iura concedunt, non secus ac parentes, filios, fratres.l.minor.cum tribus sequen.ff.de manumiss.vindi.& §. eadem lege.versi.Iustæ autem.Institu.qui.manu. non lice.vbi notat Ange.Aret.ꝙ nutrix,& alumnus æquiperantur alijs coniunctis sanguine, subditque alumnum esse de familia, de quo est tex.in l.si quis alumnam.C.de nupt.De amore nutricũ, & alumnorum And.Tiraq.in tractat.Nobilita. c.25.nu.83. Ingratissimi nutricij septuaginta filiorum Regis Acab, qui vt regi Iehu morem gererent, iramq; regis timentes, omnes illos alumnos interfecerunt, eorumque capita in cophinis collocata Iehu miserunt.4.Reg.c.10.Similem describt Regem Treicium Virgil.3. Æneid. Hunc Polidorum auri quondam cum pondere magno Infœlix Priamus furtim mandauit alendum Treicio Regi &c.Pessimæ nutrices, quæ alumnos vitia docent, alumnasq́; in lasciuijs, & alijs sceleribus instruunt, & in his comprobantur verba M. Tullij Tuscu. 3. Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Ego ad hæc pondero verba sapientis in prin.Prouerbio.Fili ne te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, si dixerint veni nobiscũ insidiemur sanguini &c. Grata nutrix filio Saul, quæ tollens alumnum suum, fugit vt eum seruaret.2.Reg.cap.4. Philix nutrix Domitiani Imperatoris.. in suburbio suo Latina via funerauit, author est Suetonius.Gratus Chiro Centauri Saturni ex nympha Philare filius Achillem (vt aiunt) alumnum cibis non coctis pascens fortissimum, & ferocissimum reddidit, cumque in arte militari optimè instruxit. Astronomiã, musicam, & medicinam eundem edocuit, de hoc Plato de Repub.dialog.3 vbi Chironem sapientissimum vocat.& Horat.Epodon Ode 14. Nobilis vt cecinit grandi Centaurus alumno. &c. De Augusto Imperatore erga Drusum alumnum Horat.Ode 4.lib.4.Sensere quid mens ritè, quid indoles nutrita faustis sub penetralibus posset. Grata, & bona nutrix describitur 4.Esdræ. capit. primo.Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Et diuus Paulus se nutricis officium gessisse erga Thessalonicenses inquit.1. ad Thessalonicen.2.sed facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos.

De Ingratitudine alumni erga nutricem.

CAP. CII.

SCribitur Baruth cap.4.Obliti enim estis eum qui nutriuit uos, & contristastis nutricem vestram Hierusalem. Alumnus æquiperatur filio & fratri.l.3.§.si eum. in prin. versic. proinde.ff. de libe.homi.exhi.l.alumnæ.l.alio. & l. a filio. in prin: ac l.sticus.in prin.ff.de adi.lega.l.a filia.§.1. ff.ad sena.con.trebel.l.quædam cum filium. ff. de verbo.oblig.l. vxorem.§.Seium.ff.de leg.3.l. quæ habebat.§.peto.& l.his verbis.§.alumno.ff. de lega.3.ac Institut. qui. ex cau. manu.lice.§.eadem. Hinc ẽ, ꝙ alumni capiũt legata ex testo imp̃fecto. in testõ.ff.de fideic.liber. Alexãder Magnus ingratitudinis notam incurrit, dum Clitum Hellanicæ Alexandri nutricis filium, eo quod memoriam Philippi Regis, Alexandri patris in conuiuio tueretur, illiusq; res gestas laudaret, interfecit, prout apud M.Tullium Tuscu.quæst.4.& Senecam ad Lucillum episto.83. Ingrati etiam alumni parentes, qui denegant, vel differunt nutrici mercedẽ soluere, etiam de iure dinino debitam. Exod. c.2 Accipe ait puerum istum, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedem tuam. Gratus Æneas, qui in memoriam, & honorem Caetæ nutricis defunctæ Caetam vrbem, etiam nunc præclaram, & inexpugnabilem fundauit. Virg.7.Æneid. Tu quoque litoribus nostris Æneida nutrix, Æternam moriẽs famam Caeta dedisti. Martial. seu placet Æneę nutrix, seu filia solis. Non insipide fingunt poetę Iouem Amaltheam eius nutricem in memoriam accepti beneficij lactis suscepti inter astra cœlestia collocasse. Vel vt alij asserunt, ipsam capram ab Amalthea, & sorore Melissa Ioui pro lacte suscipiendo subministratam in cœleste sydus translatam, de qua Columel.lib.11.c.2. Decimo (inquit) Kal.Ianua.capra occidit, mane tempestatẽ singnificat.Pontan.Post hunc & pecus Oleniũ, & Iouis inclita nutrix. Nutrix vna Iouis Arctos minor, quam Agloastenes, qui Naxica conscripsit Cynosuram nuncupat. Helicem, & Cynosuram nymphas Iouis nutrices dixerunt, quas Iuppiter in cœlo collocauit pro beneficio suscepto, & vtrasque Arctos nuncuparunt, quas nostri septentriones dixere, de quibus Hyginus in sua *Astronomia* lib.2. Musæ item (vt fingit *Sostius tragædiarum* scriptor) petierunt a Ioue vt sagittarium, quẽ plures centaurũ esse dixerunt, nõnulli Erotũ noĩe Euphimem, musarũ nutricis filiũ, in monte Helicone domiciliũ habentem, & cum musis delectari, & conuersari solitum, vt in aliquo astrorum numero deformaretur, ꝙ & obtinuerunt. De quo Hyginus de Sagyttario loquens. Capricornũ item Iuppiter apud se esse voluitꝙ, cum eo esset nutritus. Hygi. de Capricorno rtactans. Quis est nostrum (inquit Cic. in oratio.pro Gn. Plãcio) liberaliter eudcatus, cui non educatores, non magistri, atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi vbi ipse altus, aut doctus est, cũ grata recordatione in mente versetur? Nutritores aliquibus in locis patres vocant, prout per glo.in l.nutritores.C. commu. de succes. Imo pluris facienda est educatio, quã generatio ex sententia Platonis lib.3. cui titulus est Theages. vel de sapientia. Inquit enim ibi Demodacus Socrati, Etenim hęc mihi mei filij siue plantatio, seu generatio appellanda sit, oĩum facillima extitit: educatio autem difficilis, & plena timoris semper, maximum metum ipsius causa subeunti, fuit. Et caput disciplinæ uocauit idem Plato rectam educationem. libro 34. de Legib.dial.1. Gaata Hester, quæ obseruabat, & faciebat

bat cuncta, quæ Mardochæus præcipiebat, vt eo tempore solita erat quo cum paruulam Mardochæus nutriebat. prout Hester c.2.

De Ingratitudine medicorum inter se.

CAP. CIII.

Medici salutem hominum procurare debẽt iuxta tex. iu l. 1. in prin. ff. de var. & extra. cogni. sæpè tamen alter alterum insequens, odioquè prosequens, alter alterius sententias, quamuis optimas, offuscare, denigrare, puertere, inanesq; ac irritas reddere quærunt. Tales (iuxta adagium philosophi, faber fabro inuidet) vel inuidia agitati vel spe lucri, vel gloriæ causa, amicitiæ obliti, ac humanitatis, & officij, inter se tanquam hostes acerbissimi, & immanissimi contendunt, & certãt infirmumque malè tractant: nec illius vtilitati, saluti, ac veloci valetudini recuperandæ intendunt. Et quo plures medici super eadem ægritudine curanda conueniunt, & concurrunt, ægroto maius periculum, & incõmodum, ac sumptus paratur, ægritudoque magis differtur. prout etiam contigit mulieri illi, de qua Marci cap. 5. & Lucæ. 8. Et mulier, quę erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa a complurib. medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat.

De Ingratitudine infirmi erga medicum.

CAP. CIIII.

Sapiens Eccleſiaſt. 34. scripsit, Honora medicũ ꝑpter necessitatem enim creauit Altissimus medicinam. Nonnulli adeo ingrati sunt, vt sanitate recuperata obliuiscantur medici, eum parui faciant, & quod deterius est, debitam, & nonnunquam oblatam, quin & promissam mercedem denegent, quæ etiam de iure diuino debetur. Exod. c. 21. Innocens erit, qui percusserit, ita tamen vt operas eius, & impensas in medicos restituat. De iure canonico habes tex. in c. non sanè. in prin. 14. q. 5. De iure ciuili est tex. in l. 1. §. medicos. ff. de var. & extraor. cogni. Et ꝙ promissio infirmi medico, seu chirurgico facta subsistat, hẽs Dec. Neapo. Afflict. 123. quę incipit D. Carolus. Contra ingratos, qui sanitati restituti, nõ laudãt, non magni faciunt, nõ extollũt eorũ medicũ, illiq; gratias nõ referunt, habemus exẽplũ diuinũ illorũ nouem leprosorũ, de quib. Lucæ c. 17. Nõnulli egroto defuncto superstites, affirmant, & contendunt medicum nihil mereri, cum eger in suis manib. defecerit, quasi semper medicus valetudinẽ, & sanitatẽ restituere possit, nesciens carmen, Non est in medico semper releuetur vt æger. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsid. gl. in c. ad aures. de æta. & qualit. Et quemadmodũ orator non semper persuadet, ita nec medicus semper sanabit. Aristo. lib. 1. Topico. Quidã cõtẽdunt se medicis soluta mercede nihil amplius debere: Respondeo quędam pluris esse, quã emantur, emitura medico res inęstim abilis, vita, ac valetudo bona, medico non rei preciũ, sed operæ soluitur: merces non meriti, sed occupationis suæ rependitur. Quid dicam de medico qui in amicum transit, & qui recusat præcium aliquod recipere, ac benigna, & familiari voluntate operã, artẽ, & scientiã suam præstat, & plus facit, quam medico necesse est, de quo vide Philosophum politi. li. 3. c. 12. Nam illi quidem (inquit) nihil contra rõnẽ per amicitiã agunt, sed recusant mercedem recipere cum sanos fecerint. Vide Senecam de Beneficio lib. 6. Talem se præstitit erga me, & meos excellentissimus philosophus, & medicus, quin & supremus prothomedicus D. pannutius Sillanus, quippe non contentus remedia monstrate sollicitus assedit: ad suspecta tpa occurrit: nullũ ministeriũ oneri illi, nullũ fastidio fuit. Ego, & mei in turba multorum suum auxilium, & artem inuocantium, illi potissima curatio fuimus. Similem illi successiue expertus fui doctissimum D. Petrum Mancinum, quibus non tanquã medicis solùm, sed tãquã amicis ego, & mei obligati sumus. Grati fuerunt illi Mitilenæ insulæ, a Diuo Paulo sanitati restituti, illum enim, & socios honorarunt, eisdem nauigare properantibus omnia necessaria subministrarunt. Actuũ c. 29. cir. prin. Gratus item ille vnus alienigena Sammaritanus de quo Lucæ præalleg. ca. 17. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est, regressus est &c. Gratus Zacharias, prout Lucæ c. 1. versus fin. Apertũ est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et sic restitutis sibi a cœlesti medico loquela, & auditũ, gratias Deo agens cecinit, Benedictus Deus Israel &c. Gratus Ptolomæus Rex, qui seruato Antioco patre suo opera Cleomboti medici vel Erasistrati, illum medicũ centum talentis donauit. Plyn. lib. 7. c. 27. vbi medicum Cleombotum vocat, ac lib. 19. ca. 1. Erasistratum appellat, videndus erit Bud. li. 2. de Asse. Nõ illi regi absimilis Honorius. IIII. summus Põtifex ex nobilissima, & antiquissima familia Sabellica Romana, qui egrotus Thadeo Florentino medico celeberrimo aureos centum in singulos dies pro mercede statuit, sanitatique is restitutus eundem decem milib. donauit.

De Ingratitudine Medici erga infirmum.

CAP. CV.

Qvis medicorum obseruat sanctum illud iusiurandum Hippocratis? Nonnulli cum aromatarijs societatem ineunt, vel portionem aliquam ab illis recipiunt, non solum vt aromatarios ipsos sibi beneuolos, adeundos eẽ suadeãt, sed vt medicamenta inueterata, inania, ac parum conferentia, ac alia magni precij faciant vendi, contra ea, quæ concludunt Innocen. numero secundo Feli. colum. 2. & alij in cap. tua nos. de homic. De aduersis medicamentis habes tex. in l. medicus. ff. de var. & extra. cogni. Pauper infirmos q mederi recusat ingratissimus est Deo, & humano

generi: pauperes . n. medicus gratis curare tenetur. gl. in ver. inferas. in sum. 83. distin. Dec. Delphi. Fran. Mar. 646. quæritur an medicus. Accidit nonnunquã, q medici quidam a plebeis vocati, ad illos accedere recusent, dedigneturq; illos curare. vel si semel ad eos accesserint, non redeant, conditionem infirmorum familium, parua salaria, modicum lucrum, humiles casas, sordidos infirmos spernentes. Contra hos est psalm. 106. Et infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et Ezechiel 34. legitur. Quod infirmum est non confortatis, & quod egrotat non corroboratis. Contra medicos, qui solum curant, pecuniosos homines curare, & erga illos tantum mirabilia eorum artis exercere habemus fabellam Pyndari, de qua etiã Plato dialog. 3. de Repub. Ferunt Æsculapium auro inductum vt hominem pecuniosum cum extrema ægritudine ad mortem ferente opprimeretur, curaret, fulmine percussum. Quin etiam de iure medicus qui infirmum etiam gratis mederi cœpit, si infirmi curam negligat, de leui, & leuissima culpa tenebitur. ad tex. in l. idẽ iuris. in prin. iun. gl. ff. ad leg. aquil. vbi legendum puto. Nunquid si dimittat tenetur &c. Et nouissime idem notauit Sarnen. super Reg. de Trien. in Epilogo casuum negligentiæ casu 40. Discant medici tumidi, & inflati a summo illo, optimoque medico corporis, animi, animæ, Domino nostro Iesu Christo, qui dixit Centurioni, veniam, & curabo eũ. Matthæi cap. 8. Qui accessit ad domum socrus Petri, & curauit illam, pristinæque sanitati restituit. Marci 1. & Lucæ 4. Qui non est dedignatus pauperimos respicere, visitare, curare. Nonnullis vero medicis non consonat constitutio pontificia nuper emanata, prohibens medicũ vltra duas vices ad infirmum accedere, nisi infirmus sua peccata sacerdoti confiteatur. Ego constitutionem hanc piam, & iuri diuino conformem assero, eamque ab illis verbis 2. Paralipom. 16. emanasse crediderim, quæ sunt, Et nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed medicorum arte confisus est dormiuitq. &c. & ecclesiast. c. 38. in princ. A Deo enim oĩs medela, omne refugium, omnis salus. psalm. 102. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Iacobi c. 5. Et oratio fidei, saluabit infirmũ. ca. presbiteros. 95. distin. c. 1. de sacra vnctio. Vel dicas cõstitutionem huiusmodi, similem alteri, de qua in c. cum infirmitas. de pœni. & remis. Quid tandem dicam, de quibusdam medicis iunioribus. qui prima eorum doctoratus hora, Hyppocrate, & Galeno se doctores profitentes, soli, & absque senioris consilio ad infirmos curandos accedunt, pharmaca iuxta proprium sensum de illis decernunt contra sapientis præceptum. Ne innitaris prudentiæ tuæ. c. ne innitaris. de constitu. ac contra sententiã M. Tullij Officio. lib. 1. Nec medici (inquit) nec Imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta pepercerint quicquam magna laude dignum sine vsu, & exercitatione consequi possunt. Nec ante oculos habent monitũ, & documentum medicorum principis Hyppocratis, medicum scire debere, quæ sint, quæ fuerint, quæ mox futura sequentur. Ego aliàs scribens cuidam medico iuuen, petebam ab illo iuxta principium Iliadis, Quotquot dimisisset orco. Vidi aliquãdo promedendis pauperib. hospitaliũ deputatos similes illis medicis, quos vituperat Plato dialo. 4. de legib. li. 34. inquiens, Qui & medicorũ officinis versantur, & oĩa circumeunt, nec rõnẽ vllã de singulis seruorũ morbis aut reddunt aut accipiunt, sed quæ vsu prodesse vident, quasi exactè scientes, tyrannorũ instar, superbè, & pertinaciter imperant: atq; ita a seruo, ad seruum transuolant. Summa peritia artis medicæ in hoc consistit, vt causa morbi inueniatur. iuxta verba M. Tulij Tusculа. quæst. 3. Vt medici (inquit) causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant, sic nos ægritudinis causa reperta, medendi facultatem reperiemus. Iuuenes autem, parumque experti causas huiusmodi plurimum ignorant, & casu, ac imprudenter, imo & imprudenter pharmaca nõ nunquam decernunt, & porrigunt. Medicus per imperitiam occidens, non punitur pœna mortis, sed tenetur lege aquilia, quia imperitia culpæ annumeratur. l. si quis fundum. §. Celsus. ff. loca. l. qua actione. §. vlt. ff. ad l. aquil. §. præterea. & ibi Angel. Instit. eo. l. imperitia. ff. de reg. iur. l. tutor. §. vltim. ff. de suspe. tuto. Et quòd medicus, seu chirurgicus se peritum asserens mortuo aliquo culpa eius puniri debeat, concludunt Floria. in l. idẽ iuris. §. 1. ff. ad leg. aquil. & Hypp. de Marsi. illud dictũ singulare affirmans in l. in leg. Corne. nu. 4. ff. de Siccar. Felices, & boni medici, qui causas huiusmodi nouerunt, imò fœlix omnis (iuxta carmen Virgilianum) qui potuit rerum cognoscere causas. Optimos, & celeberrimos medicos, medicique artis inuentores, ac instauratores, peritissimosq; ac fœlicissimos aiunt fuisse Apollinẽ, prout Eusebius de præpa. euange. & Ouid. in Metamor. Æsculapium Apollinis filiũ, quiq; ab Apolline patre accepit, auxit, multaque & ipse adinuenit, vt inquit Soranus Ephesius medicus. Empedoclem, quem potius phisicum, quam poetam vocat Aristo. in 1. c. poeticæ. Hyppocratem, de quo Artaxerses persarum rex in sua epistola honorificentissimè loquutus fuit: & cuius authoritate a Iureconsultis nonnulla decreta emanarunt, prout videre est in l. septimo mense. ff. de sta. homi. in l. intesta. § fi. ff. de suis, & legi. & alibi. Galenum itẽ qui floruit tempore Traiani, & Antonini Pij. Auerroem, & Auicennam, quorum quatuor vltimò nominatorum dignissima extant opera, in antiquissimo, ac celeberrimo collegio Romano Physicorum (quod ego illius Aduocatus à nonnullis emulis illud conturbantib. ac insectantibus defendi) vltra Theoricam, ac praxim humanitati, ac pietati iunctas, quas in singulis resplendere conspicio, ita eos admiror, vt antiquos illos prænominatos medicos, his Romani collegij p̃stasse nõ putauerim: in istisq; cõprobari affirmo sententiã illã Platonis in præalle. Dialog. 4. de Legibus. Liber autem (inquit) medicus liberorum vt plurimum morbos curat, atque considerat, ita vt a principio, morbi naturam perquirat, communiterque

cum

cum ægrotante, atque eius amicis versetur, tum discendo ab illis nōnihil, tum quoad fieri potest docendo: Nec ante imperat quicquam, quam psuaserit, atque ita persuadendo semper mansuete ad sanitatem ducere ægrotantes conatur: Et qui vere quidem medicus est, is corporum dominus, non pecuniarum cumulator erit. vt inquit idem Plato in dialo. 1. de Repub. Gratus denique, ac pius medicus infirmi vitam, ac salutem, propriā existimat, eique cōueniunt verba Apostoli, Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. ad Corinth. c. 11. ad fi. Hoc proprium, & peculiare sit cuiusq; optimi medici: Hoc proprium, & peculiare perspexi ī doctissimo, ac celeberrimo physico, D. Paduano Guiglielmino, non solum corporum, quin & animorum medico præstantissimo. Quæro an medicus, qui accepta mercede ægrotum curare pmiserat, semelque curauerit, si idem in eundem morbum reincidat teneatur illum denuo curare, alioqui ingratus habendus sit: & mercedem acceptam restituere cogendus sit? Pro opini. allegatiua, & quòd teneatur eundem iterum curare respondendum videtur. argumen. tex. in l. item eo rum. §. quod si actor. ff. quod cuius. vniuer. nomi. in l. si patre. §. versum. vbi gloss. da t concordan. ff. de in rem verso. Contrarium concludendum est, & sic, quod non teneatur nisi semel illum curare. argu. tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verficu. signifi. & in specie voluerunt Specu. in tit de Salar. §. fin. in princip. Ancha. in alij in cap. præ byterum de homici. Saly. & Castren. in l. Martius ff. de loca. Alber. in l. contractus. ff. de reg. iu. Hyppo. de Marsi. con si. 7. col. 2. Hæc secunda opin. vera est, quam limito nisi facto, vel arte illius medici valetudo apparens, vel ad tempus præparata, ad modicum tempus duratura fuisset. argu. tex. in l. si fundus. & in alle. l. Martius. & ibi glo. ff. loca. & optimè per gl. in d. §. versum.

De Ingratitudine scriptorum in Deum.

CAP. CX.

INgrati sunt, quos natura, & Deus fœliciori, ac perspicatiori dotauit ingenio, eisque dedit facile difficilia omnia assequi, & exprimere, archanaque penetrare, & explicare: hi diuinorū beneficiorum immemores sæpe iuania, vana, obscęna, lasciuia, turpia, impia, & quæ mores corrumpunt, animosq; & animas deturpāt, & perdunt scribūt, contra præceptum Platonis Dialo. 2. de Repub. vbi prohibet scriptores ēt in fabellis narrare, vel tangere ea, quæ mores corrumpere possent, vel q̄ Deo non conueniunt. De his dici posse vr̄, Ad fabulas autem conuertentur cōtra diuinum dogma 2. ad Thi. c. 4. Ingrati item, ac detestandi sunt, qui scripsere, & docuere Geomantiam, Chiromantiā Hydromantiam, Pyromantiam, necromantiā, inanes diuinationes, auguria, auspicia, sortilegia, & alia id genus, de quibus 26. q. & alijs. Ingratissimi autem sunt, ac perdissimi, qui a uera religione, ac sancta fide, & catholica, & apostolica ecclesia recedentes, inanis, ac vanæ gloriæ cupidi, ambitiosi, tumidi, inflati, vtque appareant omnium prudentium prudentiores, ac sapientiores, demonia co spiritu afflati, & commoti in profundum errorum prolapsi, omne ingenium, omne studium, omnem artem, omnem laborem, omnem curam, omnem conatum, in hoc ponunt, & in hoc sunt, vt profana, & pestifera lingua in ecclesiæ prælatos, in sacrosanctam ecclesiam, Deum, Deique veram religionem inuehantur: noua falsa dogmata, nouos errores suscitent: vel veteres reuiuisci faciant: scelesta manu inscriptis redigant: memoriæ mandent: desuper impijssima volumina cōdant, cōponant, depromant, edāt, circunferant, diulgēt. Tales fuerunt oēs illi hæbrei, qui lacerata litera, distortoq; sensu veteris, & nouæ sacræ paginę hęctenus scripsere. Tales extiterunt pfidus ille Maumethus, turpissimarum, & impiarum legum lator. Tales & illi, qui scriptis nonnulla tradiderunt ex nominatis ab Isidoro 8. lib. Etymologiarum c. 5. quos tu canonista descriptos habes in c. quidā 24. q. 3. Tales deniq. dieb. nr̄is fuerunt pessimi illi Lutherus, Zuinglius, Melantho. seu Melāthus, quo noīe Melantho ēt nominata fuit serua illa impudica Penelopes; Melanthum vero eorum vnum fuisse aiunt, quos in delphines mutauit Bacchus: oīa hæc significata huic conueniunt. Caluinus, item quē interpretamur porcū, qui cibo pmixto excolluuie hieme nutrit: quis huic nomen aptius, & magis propriū inuenire potuisset? Fuerūt, & sunt alij stulti, & dęmoniaci quorum infinitus est numerus, qui instar epidimiæ totum ferè orbem fætidum, putridū, ac pestiferū reddiderunt, in oēmque terram exiuit iā horridus sonus, & male olēs fætor eorū. De his Apostolus ad Roma. c. 1. Tradidit illos Deus in reprobū sensum. Falsam Doctrinam scribentes, vel docētes sub illo præcepto Decalogi continentur, nō assumes nomē Domini tui in vanum. Exo. c. 10. exponit Glo. non dices Christū esse creaturā. Diuus Thomas 1. 2. q. 100. art. 5. Ad tertium. Grati verò, & pij scriptores fuerunt Moyses ille diuinus delegislator, cuius pentatheucum peremne, & immortale erit. Poetæ, oratores, Philosophi, qui omnes (vt dicere solebat Tertullianus) gustarunt fontes diuinos, infinita mutuati sunt a Moyse, Hermippo teste: vc3, Pitagoras, Plato, & prius ipse Homerus, & postea Ouidius, & cæteri. Diuinus itē ille Poeta Dauid, qui sacris suis carminib. diuina cecinit: Deumq; sibi propitium, & amicum reddidit. Rursus quatuor illi Euangelistę, quatuor animalib. similes, de quib. Apocal. c. 4. Paulus item tuba diuina; & Doctor gentium, Petrus, Iacobus, Iudas, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Thomas Aquinus, & similes, qui nos docuerunt legem Domini: & scriptis suis nebulas, ignorantias tenebras, hæresesq; substulerunt. Hi oēs, & illis similes docti, & eruditi ī lege Dn̄i, alios erudiuerūt. Nec suæ prudētię, ingenio, & laborib. ac diligētiæ ascripserūt quæ sciebānt, sed gr̄as egerunt primū Dn̄o, deinde sacerdotib. eius, ac ministris a quib.

docti fuerunt: humiliauerunt se: & in horreũ Dei intulerunt cibos: super eos apertæ sunt cata ractæ cœli, iuxta ea quæ scripsit Hyero. super Malachiam, de quo tu Canonista habes tex. in c. reuer timini. in fi. 16. q. 1.

De Ingratitudine scriptorum inter se.

CAP. CVII.

Detestandam scriptorum inter se, eorum prę sertim qui sese amicos professi sunt, vel alter ab altero, seu alterius scriptis aliqua didicerit ingratitudinem videre poteris, per ea quæ scripsi in præfa. 23. Reg. Canc. de Mendican. Aristophanes in comœdia, quæ Nebula inscribitur, amarissime proscindit Socratem impulsu magis, & instigatione Aniti, se à Socrate irrideri non ferentis, prout in Memnone Plato ait, quàm aliqua iusta causa motus: de quo etiam per Diog. Laer. in ipsius Socratis vita. Terentius in prologo Andriæ dicit se abuti opera in scribendis prologis, non qui argumentum narrat, sed qui maleuoli veteris poetæ maledictis respondeat, Idem videre ẽ in ꝓlogo Eunuchi, ibi Quia lęsio prius. & postea ibi, Et desistat lacessere. Sic in prologo Hæcinæ. Ita poetam restitui in locum propè iam remotum iniuria aduersarium, pro aduersariorum. & alibi sæpe. M. Tullius, & Crispus Salustius (vt supra etiam retuli) tot conuicijs, & contumelijs sese affecerunt in duabus illis orationibus, vt indigna res videretur, & indecens tantos viros. Zoilus Macedo, qui Homeromastix nuncupatus fuit, sua scripta in Iliadem, & Odisseam comparata, Regi Ptolomæo Alexandriæ recitauit. Ptolomæus verò cũ animaduertisset poetarum parentem, Philosophiæque omnis ducem absentem vexari, & cuius ab cunctis gentibus scripta susciperentur, ab illo vituperari, indignatus, nullum ei dedit responsum: Zoilus autem cum diutius in regno fuisset, inopia pressus, se Regi submisit, postulans, vt aliquid sibi tribueretur: Rex respondisse dicitur Homerum, qui ante annos mille decessisset æuo perpetuo multa millia hominum pascere: Itidem debere qui meliori ingenio se profiteretur, non modo se vnum, sed etiam plures pascere posse. Et ad summum mors Zoili vt patricidij damnati, varie memoratur. Alij eum scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum, nonnulli in eum lapides esse coniectos. Alij Smirniæ viuum in piram immissum. Quorum vtrum ei acciderit merenti digna constitit pœna. Hæc Victruuius ad verbum refert in præfa. lib. 7. suæ Architecturæ. De hoc Zoilo puto sensisse Ouidium, de Reme. Amoris. Ingenium magni liuor detrectat Homeri, quisquis es ex illo Zoile nomen habes. Et tua sacrilegæ laniarunt carmina linguæ. Pertulit huc vectos quo duce Troia Deos. Ingrati etiam nonnulli deribât Ennium ætate sua poetam non spernendum, & à quo plura didicerunt Poetę, ac alij scriptores post eum, etiam ipsi Aristoteles, & Virgilius. Alceus item Poeta versu iambico conuicijs, & iniurijs lacessiuit Pittacum Mitileneum, vnum ex septẽ Gręcię sapientibus, tanquam acerrimum inimicũ Pittacus verò successiuè Mitilenæ tirannus, seu potius Imperator consensu omnium creatus, animi moderatione instructus, tantummodo quid ĩ opprimendo Alceum posset admonuit, vti refert Val. Max. lib. 4. tit. de Mode. ani. Plures derident Horatius, Iuuenalis, Martialis, & infiniti alij. Horatius autẽ quare & ipse multis inuisus fuerit cãs reddit in penul. episto. 2. lib. inquiens, scire velis mea cur ingratus opuscula lector, Laudet, ametque domi, premat extra limen iniquus &c. Hyarbita Maurus dum Timagenem philosophum inter pocula declamantem imitari vellet, & non posset, inuidia crepuit. Hinc Horat. lib. 1. Epistol. Ruit Hyarbitam Timagenis æmula lingua, Deũ studet vrbanus, tenditque disertus haberi. Catullus poeta inuidiosus fuit cuidam Siccono, quem ijs versibus infestatur. Sicconi, arbitrio populi tua cana senectus, Spuriata impuris morib. intereat. &c. Rursus & nostri Doctores nulli curæ tam dediti videntur, quàm vt antiquos, & modernos scriptores, à quibus quæ ipsi sciunt, eorumque libris didicerunt, mordere possint, ac sæpissimè iniuriosè lacerare. Hinc M. Tullius de Legib. lib. 9. dixit. Alter in alterius grassatur ingenium. Idem Tusc. lib. 2. & D. Hier. ad Præsidium, & in chronica. Reprehensiones (inquit) vitare non potest, nisi qui omnino non scribit. & Luc. de Pen. in procæ. sui commentarij ad tres lib. C. col. 2. Absurdũ nimis videtur, vt scriptores quib. valde egemus, & sine quib. oĩs scientia iam diu à nobis aliena facta fuisset, & à quib. quæ scimus accepimus, & qui ab oĩb. laudandi sunt, præsertim à posteris, vt per Io. Firm. de Gabel. cir. prin. indiscrerè redarguantur iniurijsque, ac conuicijs afficiantur à quib. uis, ꝑsertim scriptorib. in eadem facultate. Gratus Catullus poeta dignissimus de M. Tullio loquens, illum Oratorem optimũ, se poetá pessimũ nuncupat, verè loquendo vterq; optimus dici in suo genere meretur. Idem M. Tullius quot laudes Platoni attribuit? Aristoteli itẽ M. Antonio, ac alijs Philosophis, & Oratorib.? Et Aristoteles ipse dũ Homerũ nominat ita de eo honorifice loquitur, vt nihil supra, qui ẽt cir. prin. Poeticæ, Homerum legitimum vocat Poetam, & c. 22. Præ cæteris diuinũ Homerum bellum optime scripsisse affirmat, sub dẽs Homerum in omnib. laude dignum esse, eum vnum fore, quid ipsum decet poetá, minimè ignorantẽ. Et in specie circa poemata Iliadis, & Odisseę, ꝙ optimè cõstituta sint (quicquid garriat Zoilus Macedo, de quo supra) affirmat idem Aristo. ad calcem Poeticæ. Plato etiam pluribus, eundem Homerum valde commẽdat ac extollit. Gratus & iustus arbiter, ac recti iudicii Quintili. summopere laudat Homerum, Platonem, Aristotelem, Virgilium, Ciceronẽ, Demosthenem, & alios de quibus Instit. Oratoria. lib. 10. Gratus Victruuius in præfa. 7. libri, inquit. Sed omnibus scriptoribus infinitas ago gratias, &c.

De Ingratitudine scriptorum in eos quorum scripta surripiunt.

CAP. CVIII.

MAxima ingratitudo, & impietas est eorum qui alienos sudores, alienaque scripta sibi impudenter ascribunt: Non est satis illis ex aliorum libris, & commentarijs plura didicisse, quos ni vidissent, multa eis incognita forent. vnde infinitas gratias autoribus, à quorum scriptis beneficium receperunt reddere deberent: hi scriptores pro nobis nati sunt, pro nobis laborauerunt: nobis res pulcherrimas e tenebris in lucem eruerūt. Diuus Tho. 2.2.q.162.art.4. Ad tertium, omnes ingratos affirmat qui sibi attribuunt, quod ab aliis habuerunt: At hi ingratissimi ambitione, & inani gloria pleni aliena furantes, propria affirmant, prædicant, recitant: pro proprijsque edunt ac diuulgant. Celsus poeta alienis dictis pro suis vtebatur: alienaque carmina pro suis recitabat. de quo Horat. episto. Iulio Floro lib. 1. Quòd mihi Celsus agit monitus, multumque monendus priuatas vt quærat opes, & tangere vetet scripta &c. Rex Ptolomæus Alexandriæ ludos Musis, & Apollini dicauit, & quemadmodum athletarum, sic communium scriptorum victorijs præmia, & honores constituit, iis institutis cum ludi adessent Iudices septem literati, qui ea probarent electi fuere, primo poetarum ordine ad certamen inducto, quum recitarentur scripta populus cunctus significando monebat iudices, quòd probarent, itaq; cum ab singulis sententiæ sunt rogatæ sex vnà dixerunt, & quem maximè animaduerterunt multitudini placuisse, ei primū pręmiū, insequenti secundum tribuerunt. Quum ab Aristophane septimo iudice sententia rogaretur, eum primum pronunciari iussit, qui minimè populo placuisset: quum autem Rex, & vniuersi indignarentur, surrexit, & rogando impetrauit vt paterentur se dicere, itaque silentio facto docuit vnum ex his eum esse poetā, cæteros aliena recitauisse, oportere aūt iudicantes non furta, sed scripta probare, admirāte populo, & Rege dubitante, fretus memoria e certis armarijs infinita volumina eduxit, & ea cum recitatis conferendo, coegit ipsos furatos se confiteri. Itaq; Rex iussit cū his agi furti, condēnatosq; cū ignominia dimisit. Aristophanem verò amplissimis muneribus ornauit, & supra bibliothecā constituit. Hæc inuenies apud Victruuiū in præf. 7. libri Architecturæ. Ingratus ex nostris nū cupari etiam poterit Io. And. Iuris canonici lucerna, qui integra consilia Oldradi subripuit. Nō defuerunt alij antiquiores, & nouissimi, qui aliorum scripta in diuersis scientijs sibi ascripsernnt. Tales ab omni commercio arcendi sunt, iuxta carmen Virgilianum. Ignauum fucos pecus a pręsepibus arcent. Fucus alimenta cōsumit, quę apes cōgesserunt. Nō inuenustè transfertur ad ignauissimos aliquot homines, qui cum nihil egregium per se præstare possint, alienis tamen sudoribus insidiantur, falcemque in messem inijciunt, cuius ipsi sementem non fecerint, iuxta alia carmina Virgiliana. Hos ego versiculos feci, tulit alter honorem, &c.

De Ingratitudine laudatorum erga scriptores.

CAP. CIX.

QVemadmodū in conflatorio argentum, & in fornace aurū, sic homo probatur ore laudantis. Prou. c. 27. Alexander magnus Achilli inuidebat ꝙ ita præclarā tubam inuenisset, quæ illius heroica gesta ad astra vsque extulisset. Idem Alexander ingratus Calistenem, qui ipsius res gestas scripserat, & magni fecerat, sibique ab Aristotele ipsius Alexandri pręceptore commendatum interfecit. C. Iulius Cæsar Imperator ingratus ēt fuisse videtur, quippe qui veritate cōperta carmina illa. Nocte pluit tota &c. cum aliis, Hos ego versiculos. &c. à Virgilio eiusdē familiare fabricata fuisse, panē Virgilio poetarū principi duplicandum esse mandauit, quibus quidem dignissimis carminib. dignissimum, ac maximū donum cōdecens fuisset, vnde merito illiberalitatem hmōi irridens Virgilius, Cæsarē alicuius pistoris filium asseruit. Hæc hēs apud oēs Virgilij vitā describētes. Pompeus magnus in M. Tullium ingratus, ꝗ orationem illam satis pulcherrimam de Pompei laudib. pro lege Manilia scripsit, & recitauit, vnde ipse Pompeus imperiū M. Tullii opera adeptus fuit, eundē M. Tulliū ad exiliū accedentem, per domumq; Pompei transeuntem, ne illi auxilio foret, ipse Pompeus videre recusauit, illumq; alioqui noluit, per posticū iter faciēs. Octauianus item Imperator ingratus, cui poeta quidam grecus pluries diuersa epigrammata græca, satis pulchra e regia exeunti donauerat, ipse tamen nihil græco poetæ largiebatur, immo ut illum deluderet, & fortè à se remoueret venientem, vt aliud epigramma Imperatori porrigeret non admisit: sed ipse Imperator fuit primus, qui poetæ græcū epigramma a se compositū, & scriptū donaret, Gręcus Poeta libenti animo illud recepit, perlegit, laudauit, Octauianoq; adhærens, quasdam pecunias tribuit inquiens, Cæsar accipe has pecunias, quas tibi dono, non iuxta amplitudinē tuam sed iuxta fortunā meā, ꝙ si plures haberē, plures tibi traderē. Risu oēs circūstātes, & Imperator ipse cōmoti sunt. Poeta ab Imperatore mille donatus lætus recessit. Tiberius Nero Imperator ingratissimus, quippe qui optimū, & moralē scriptorē Anneū Senecā, qui Neronē in suis scriptis laudabat, aliàsq; de ipso benemeritū, mori iussit. Sūt ꝗ passim oī hominū generi donēt, nulla personarū, dignitatū, aliarūq; circūstātiarū rōne habita, quo fit vt pdigorū substātiæ cito dilabātur, patrimoniaq; magna dissipent, ēt teste philosopho Etico. li. 4. c. 1. Scriptores præclari vel ab his, qui oīa cōsumauerūt nihil assequunt. Vel si cū aliis cōferāt, dū à diuitib. passim tribuit oīb. isti non gratitudinem laudatorum, sed facilitatē quandā, ac prodigalitatis vitiū affirmabunt, poteruntque cum So-

 crate,

crate, vel vt alij malunt cum Democrito, vidente quendam prodigum, cuique absque aliqua electione, vel distinctione elargiri, viri huiusmodi prodigi mortem exoptare, quod gratias virgines omnibus communicent: Pro quo illud Ennij, Benefacta male locata, malefacta arbitror. Cōtra verò gratissimus Virgilio, quin & posteris oībus musarum amicis Octauianus Augustus Imperator, qui tanti fecit Virgilium, vt infinita ei largitus: prout etiam per Horat. epist. lib. 2. Munera quæ multa dantes cum laude Dilecti tibi Virgilius, variusque poetæ. Summa igitur ratione idē Virgilius in suo Poemate de hoc Imperatore honorificè loquutus est: Et tanta fuit eiusdē Poetę dignitas, & auctoritas vt teste Plinio. li. 7. dū Virgilius veniret eius carmina recitaturus, oīs populus non secus ac Imperatori assurgeret: idemque populus in eiusdem honorem anno quolibet diē illius natiuitatis celebrabat. Idem Octauianus Imperator pati noluit Virgilij opera iuxta illius dispositionem in extremo vitæ spiritu factam comburi, prout per scriptores in illius vita. Mecenas eidem Poetæ, quin & scriptorib. omnib. gratissimus: hinc carmen illud. Sint Mecenates non derunt flacci, Marones. Virgilius initio pauper tot dona a Mecenate, ac etiam Octauiano Imperatore consecutus est, vt breui assecutus sit facultates sex milium sextertiorum. i. ducentum quinquaginta milium aureorum prout per Seruium in illius vita. & Iuuenalem Saty. 7. O tempora nostra infelicia quibus à plerisque negliguntur, & destituuntur literati Poetæ, Philosophi, Iureconsulti. Mecenas idem multa donauit Horatio poetæ præclaro, donisque digno prout episto. lib. 1. Non quo more piris vesci Calaber iubet hospes: Tu me fecisti locupletem &c. & in princip. carminum, Mecenas atauis &c. ac Ode 18. lib. 2. & Epodon Ode 1. Satis superque me benignitas tua ditauit: & alijs in locis. Superior Affricanus Ennij Poetæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari curauit, eo quòd eius ingenio sua opera illustrata iudicaret, vti apud M. Tullium in oratione pro Archia Poeta. Plin. lib. 7. & Val. Maxi. lib. 8. titu. de cupiditate gloriæ. Et cui iuuenti idē Scipio hortos suis proximos donauerat. Ouidius li. 3. de Arte aman. Politianus ī Nutricia. Gratissimi etiam fuerunt Decius Brutus erga Accium, Pompeus magnus erga Theophanem Mityleneū de quibus Val. Max. vbi supra. Dionysius tyrannus Siracusanus gratus Æschini paupertate oppresso prolatis dialogis munera obtulit, prout p Diog. Laert. in vita Æschinis. Qui laudat viros gloriosos, quos laudare debemus. Ecclesiasti. cap. 44. operam, & impensam non perdit, & in collocando beneficio, & referenda gratia, iuxta sententiam M. Tullij officio. v. Hoc maxime officij est, vt quisque opis maximè indigeat ita ei potissimum opitulari, quod contra fit a plerisq; a quo enim plurimum sperāt, etiam si illi his non egeāt, tamen ei potissimum inseruiūt. Qui magis ægēt quam Poetæ, & alii scriptores? quippe qui ab oībus mundanis curis segregati, solum in hoc sunt vt condant, & componant quæ mox depromere possint iuxta carmen Horatianum. His igitur viris vt plurimum optimis, & benemeritis beneficia maximè conferri, & rependi debent, quorum labor est maximus, & inæstimabilis, iuxta illa memoranda carmina Lucani. O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato eripis. Et populis donas mortalib. æuum.

De Ingratitudine scriptorum in laudatos.

CAP. CX.

INter scriptores aculeum in laudatos ingrati animi acuentes primus sese offert Aristoteles qui postquam Theodecti discipulo libellum Rethorices dicauisset: vel potius sub Theodectis nomine in publicum edidisset, Aristotelem paulo post pęnituit, eius laboris titulum in alterius laudem, & gloriam esse econuersum, vnde alio in libello eiusdem artis oratoriæ nolle se dicebat diutius illis rebus immorari, eo quod in libris Theodectis de ijs planè satis disputasset. Ingrati scriptores, qui plerunque indigentes nunquam sibi donatorum contenti, in laudatos ab ipsis sæpe consurgunt, palidoniamque nonnunquam canunt, non perpendentes (etiam iuxta sententiā M. Tullii in oratione pro Q. Roscio Comœdo) quàm it ridendi sint illi, & inconstantes habendi, qui eūdem & lædunt, & laudant, & virum optimū, & eundem improbissimum dicunt. tales scriptores ex quo semper indigent pluris, & minus quā oporteat fere semper se habuisse putant, conqueruntur, quia non assequuntur quot indigent, quū omnibus se dignos asserant, non perpendentes, q hi, qui beneficia contulerunt, vel retulerunt, nequeunt tot conferre, quot indigent illi in quos beneficia conferuntur. Nonnulli verò, præsertim Poetæ, opera sua supra modum diligentes, & extollentes iuxta sententiam Philosophi Etico. lib. 9. cap. 7. eo deueniunt, vt putantes opera sua excellentiora quàm sint, alijsque præciosiora, thesauros a sese laudatis se assecuturos sperent, existiment, concipiant. Quid dicemus de his, qui mediocris, vel debilis ingenij existentes, ac qui nec cogitationes suas disponere sciant multum mereri se putant? laudarique maximè ambiunt, put fuit Cherilus poeta, qui bella Alexandri magni describebat: cui inquit Alexāder malle ser Hersitem Homeri esse, quam huius Achillem. Et quē cum idem Alexander pactus fuit, vt si is versum bonum faceret aureo numis mate donaretur, si malum colaphis feriretur. De hoc ineptissimo scriptore, loquitur Horat. in poetica, sic mihi qui multum cessat fit Chrilus ille &c. & quod deterius est, libros a se editos plerunque debiles, siccos, & inanes in publicū exire curāt, contra præceptum M. Tullij Tuscula. lib. 1. Mādare (inquit) quēquā literis cogitationes suas, q eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere le-

lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio, & literis. Itẽ Tuscul. 2. Videtur quicquid literis mandatur id commendari omnium eruditorum lectione decere. Lectionem sine vlla delectatione negligo. Ille (vt præmisi) dicebat, Sint Mecenates, non deerunt Flacci, marones. Contra ego, sint Marones non deerunt Mecenates. Dixit Arist. Ethic. lib. 4. capit. 1. Et omnes sua ipsorum opera, vt parentes, & poetæ, magis amare consueuerunt. & libro 1. Rethoricæ ad Theodecten. cap. 11. Quòd si omnes seipsos amant, sua quoque vnicuique iucunda esse necesse est, vt opera, orationes. Et Cice. 5. Tuscula. Adhuc neminem cognoui poetam, qui sibi non optimus videretur, sic res se habet, te tua, me delectant mea. Idẽ ad Atticum lib. 14. Nemo vnquam neque poeta, neque orator fuit, qui queinquam meliorem, quàm se arbitraretur. At si quis existimet insipidis, & frigidis scriptoribus maxima, & sæpius elargienda, esse toto (vt aiunt) aberrabit cœlo. Et licet quis a potente magna petat, non tamen ei semper tribuẽda sunt, exemplo Antigoni Regis, a quo repulsus fuit Cinicus talẽtum petens. Gratus Horatius Flaccus, & semper idem erga Mecenatem quem semper laudauit: & se beatum vocat, fundo in Sabinis a Mecenate accepto dicens, se maiora non quærere. Ode 18. lib. 2.

De ingratitudine mercatorum inter se.

CAP. CXI.

Mercatores, qui earundem venalium rerum commercio coniuncti esse deberent, sibi ipsis adeo infesti sunt, vt alter alteri inuidens, alter alterum insectetur: Ditior pauperem mercatorem offuscat, damnat, deprimit, conculcat, opprimit: Aduentores ab eo diuertit, & quodammodo ei subtrahit, & quasi furatur, & ex sententia Trasimachi, de qua Plato dialogo 1. de Rep. In mutuis commercijs, vbi aliquid contrahunt iustus vnà atque iniustus, in dissoluenda societate semper minus reportare iustus, quàm iniustus reperietur. Si pauper mercator ad diuitem confugiat, vt ei in emendis mercibus socius existat, is qui ditior est leoninæ innixus societati in omnibus proprio intendit commodo, & consortem sociũ fallere quærit. iuxta illud Horatij Ode 24. libro 3. Cum periura patris fides consortem socium fallat. Contra fallentes socios, inquit M. Tullius pro Sexto Roscio. Rectè igitur maiores nostri eum qui socium fefellisset in bonorum virorum numero habendum nullo modo putauerunt, quòd si alteri mercatori cum suis pecuniis auxilio esse profiteatur, ita eum cambijs, & recambijs (vt eorum vtar vocabulis) & plerunq; vsuris, ac immoderato interesse grauat, vt illum præcipitare, vel suffocare videatur: illiusque futuræ decoctioni causam, seu occasionem præstare. Ingratum, & infidum, ac inhumanum mercatorem C. Neuium erga socios: Caium Quintium, & successiuè P. Quintium fratres describit, & oratione cõfundit M. Tullius pro P. Quintio, vt tota illa oratione. Contra verò gratus, & probus mercator mercatorem alterum consulit, ditiorq; minus diuitem fouet, seruat, manum ne cadat eidem porrigit, idest pecunias pro mercibus comparandis, seu merces ipsas illi subministrat, etiam sub aliquo honesto, & moderato lucro vt id faciat, ne detrimentum patiatur, vnde premium meruit. ad tex. in cap. peruenit. de fideius. Ludo. Roma. consil. 94. visis. in princip. Et φ negociari solitus tam interesse damni emergentis, quam lucri cessantis consequi debeat, tam de iure ciuili, quàm canonico voluerunt Bart. in l. tertia. §. vlt. nume. 2. ff. de eo, quod cer. lo. Idem Bar. & alij in l. vni. C. de senten. quę pro eo, quod inte. Alex. consi. 191. visa scriptura. num. quinto, lib. 2. D. meus Phil. Dec. consi. 39. Iuridicam. col. 2. ad fi. & consi. 441. præsens. ante numerum 14. vbi hanc communem testatur.

De ingratitudine mercatorum, in aduentores.

CAP. CXII.

Mercatores, quorum pręcipua intentio in lucrum fertur, Deo non placent. Apoc. c. 18. Et mercatores terræ de virtute delitiarum eius, diuites facti sunt. cap. eijciens. in princ. 88. distin. Et dominus noster eos vendentes, & ementes in templo, a templo eiecit. Lucæ cap. 19. ad fi. & Iohan. c. 2. Ratio quare mercatores Deo non placeant, ea potissimum adduci posse videtur, quia negociationi penitus dediti, & intenti, Dei, eiusq; præceptorum, mandatorum, legum, institutorum obliuisci solent. Vt plurimumq; parati, & intenti sunt fraudibus, deceptionibus, mendacijs. Contra illud 1. Thessalon. 4. Nemo circunueniat in negocio fratrem suum. Hinc scriptum est Prouerbio. capi. 20. Suauis est homini panis mendacij & post implebitur os eius calculo. ac cap. 21. Qui congregat thesauros lingua mendacij vanus, & excors est, & impinguat ad laqueos mortis. & cap. 24. Quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Ps. 70. Quia non cognoui negociationes introibo in potentias Domini. Diuus Augu. locum illum enarrans, negociatores (inquit) auidi sunt acquirendi, pro damno blasphemant: pro pręcijs rerum mentiuntur, & peierant, periurijsq; delectantur uti pane. His conuenit carmen Horatianum lib. primo. Sermo. Saty. 2. Pręciumque auellier antequam mortem ostendi. Hinc optimè statuit Plato dialo. 11. de legib. inquiens, Laus rei venalis, & iuramentum longè absit &c. Idem Plato in Protagora. post princip. Nonnunquam usuris, & malis artibus proximum fallere, decipere, proprijsque substantijs expoliare conantur. prælle. cap. eiciens. 88. distin. & cap. penult. M. Tullius Offic. libro primo. de his loquens, inquit, Nihil proficiunt nisi admodum mentiantur. Et hi Mercurii filii dicuntur, ex inferiorib. partibus asperi, atque

ri,atque hircini, affirmant enim πάνα biformem filium esse Mercurii, & sermo πᾶν, idest omne significat,circuitque,& uoluit semper,estque geminus,uerus,uidelicet,ac falsus: Id,quod est in sermone uerum,leue est,atque diuinum,supraq; in dijs habitans. Contra uerò quod falsum,infra asperum,atque tragicum,estque pan, vel ipse sermo,vel sermonis frater. hæc inuenies apud Platonem in Cratylo,vel de Recta nominum ratione. Contra hos etiam habemus tex.in ca.1.cum aliis sequen.14.quæst.3.c.nec hoc.cum sequen.14.quæst.4.& per Salv.in repet.Authen.ad hæc. ante numerum 19.vers.Et quòd pauci sunt mercatores.C.de vsur.Luc.de Pen.super rub. de negocia.ne mili.lib.12.Lauren. de Rodul. de vsur. quæst.43.num.10.vers.Aduerte tamen,quia nullo casu est licitum mercatori mendaciis vti. Et scribitur Ecclesiast.cap.26. Negociator difficulter exuitur a peccatis labiorum.de quo etiam diuus Thomas secunda secundæ,quęstio.77.art.4. Ad tertium.Ex illo tex.in alleg.cap.eiiciens.uers. Vnde super omnes mercatores maledictus plus est vsurarius,infertur etiam contra illud dictum Aret.in cap.primo.de probatio. quòd vsurarius non dicatur mercator, ex quo in tex.in l.quæsitum.§.sed & ipse Papinianus,ibi, Patrem mercatorem,ac fœneratorem.de fun.instru.Mercator, & fœnerator ponuntur tãquam diuersi. Respondebam enim,ꝙ non sequitur est mercator, & fœnerator, ergo fœnerator non est mercator. imò ex dicto tex.in cap.eijciens.apparet,quod mercator potest esse fœnerator. Eò autem res deuenit vt iura etiam permittant contrahentib. sese decipere.l.item si pręcio.§.vlt.ff.loca.l. in causæ 2. vers.Idem Pomponius.ff.de mino.glo.in l.Iulianus.in princ.ff.de actio.empt.ac glo.in l. semper in conuentionibus.ff.de regul.iur. Quod etiam procedere asserunt de iure canonico. prout per Barthol.Cępo.de simu.contra. 2.præsump. ante numerum 19.Quantum verò attinet ad dictam regulam,quòd liceat contrahentib. inter se decipere,limitat pulchrè Hyppol.de Marsi.cons.crimi.58.circa dubitationem.lib.primo. nume.12. procedere in præcio tantum. Nec est etiam indistinctè concedendum,ꝙ omnis deceptio in præcio licita sit.iuxta titu.C.de rescind.vend.præsertim in l.secunda,& aliis in locis.est enim latitudo in deceptione,mendacio,uel errore. Hinc pulchrè notauit Auerroes 4. Metaph. tex.commen.18.Quòd non similiter mentitur,qui dicit quatuor esse quinque, sicut qui dicit quatuor esse mille. Quibus conferunt scripta per diuum August.1.de Trinitate.cap.1. vbi quòd magis fallitur,qui opinatur Deum eius esse potentiæ, vt se ipsum ipse genuerit, quàm qui opinatur Deum esse candidum,aut nunc obliuiscentem, vel non recordantem. Ingrati item, & mali mercatores monopolia sępè faciunt,de quibus infra in 114. Ingratitudinis specie artificum in ementes.Item frumenta abscondunt,& maledicuntur in populis.Prouerb.cap.10. Qui abscondunt frumenta maledicentur in populis, benedictio autem super caput vendentium.Ingrati etiam,& falsi mercatores sunt illi,qui exercent (vt dicunt)cambia sicca,seu ficta, & illicita. contra quos habemus Motum proprium Pij IIII. confirmantem proclama,seu bannum Gubernatoris vrbis,sub die 17.Maij 1560.publicatum. Noui ex ijs,& aliis nonnullos mercatores,qui præfatis, vel similib. artibus diuites effecti,adeo superbi,tumidi,inflati apparent, vt nobilibus quibusuis,ac principibus ipsis dedignentur: imò seipsos principes terræ profiteantur.iuxta illud Apocalip. cap.18.ad fi. Quia mercatores tui erãt principes terræ &c. Rursus ingrati mercatores, ac pessimi sunt illi, qui cessantes soluere quæ, & quibus debent,aufugiunt, vel latitant,contra quos vltra alia remedia illud proditum est, ut capiantur, quæstionibusque subijciantur, vt indicent pecunias illis datas,seu creditas mercandi causa.prout per Parid. de Put.in trac.sindica.& per Hyppol. de Marsil. in l.eos.num.secundo. ff.ad legem Corn.de fals. Ex iis plures noui,quia sub decoctionis,& alicuius sinistri casus prętextu infinitos decipiunt,innumerasq; furantur pecunias: ipsi tamen dum occasionem dederunt, vt innumeri infęliciter, & miserabiliter uiuant, viuunt lautè, & splendidè. Inter hos cõnumerare possemus emptores, seu conductores,(quos appaltatores vocant) rerum,ac impositionum publicarum, & sic etiam publicanos,qui vt plurimum insolentes, iniusti, ac rapaces sunt, & contra quos in dubio præsumendum est.l.quantæ.& toto tit.ff.de publica. Marsil.post alios cons.crimi.2. Altissimum. nume.67.li.primo. Gratus,& fidus mercator describitur ab Horatio.Sermo.lib.primo, Saty.2. Adde huc, quòd mercem sine fucis gestat apertè: Quod vęnale habet ostendit,nec si quid honesti est iactat.Et quòd in mercatore cadat lucrum honestum probatur.ex tex.in cap.qualitas lucri.de pœni.distinct.5.

De ingratitudine aduentorum in mercatores.

CAP. CXIII.

ADuentores plerunque, qui faciles sunt in accipiendis mercibus aliqua temporis cõmoditate pro solutione facienda,adueniente autem tempore conuento ad soluendum,vel nimis differunt solutionem, vel negant se in aliquo teneri,calumniantes etiã,& fingentes se charius, quàm par esset merces emisse. An ignorant,ꝙ ipsi mercatores mille se in dies exponunt periculis pro mercibus emendis,vehendis,exportandis iuxta carmina Horatiana. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperiem fugiens,per saxa,per ignes. & per eundem Horat. Ode 24.li.3.Sine quæ feruidis &c. Huc spectant verba M.Tullij in Verrem. Actio.vlt. Parum ne multa mercatorib. sunt necessariò pericula subeundò fortunæ. Non perpendunt etiam questus mercatorum honestos esse posse. cap. fornicari. 88.distin.cap.qualitas lucri.de pęn.distinctio.5.

Iniustè

Iniustè nonnulli mercatores damnant, eosq; non necessarios in ciuitate asserunt: Imò tanquam inhumanos, & aliena quibusdam falsis artibus, & mendacibus assertionibus aucupantes, eijciēdos, & longè arcendos affirmant, contra sententiam Platonis, qui pro sua Repub. bene instituēda, ac tuenda, negociatores, qui importēt, exportentq; singula necessarios aiebat. Hanc Platonis sententiam a Callistrato comprobatam reperies in l. 2. ff. de nundi. quam restituerunt Bud. in Pandect. super eadem l. ac Alcia. dispun. lib. 4. cap. 8. Et dixit Bald. super rub. de cleri. peregri. mercaturam esse amicam populis, quia mundus non potest sine mercatoribus viuere, & propterea licèt leges nulla eis concedant priuilegia in corpore iuris redacta, principes tamen sæpissimè plures tribuūt immunitates, & exemptiones. Bal. sequitur And. Tiraq. de Nobilitate cap. 33. nu. 14. ubi alia multa congerit de laude mercaturæ. Et quòd bonorum mercatorum, & negociatorum pericula cohortanda, & remuneranda veniant dicit tex. in l. semper. §. negociatores. ff. de iu. immun. Emptor vilius emere quærens, damnat rem, & mercem. Prouerb. cap. 20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit gloriatur. Emptor iustus, & gratus fuit ille, qui modicum prçcium libri propter ignorantiam postulanti, iustum prçcium dedit, de quo Diuus August. 13. de Trinitate. & diuus Thom. secunda secundæ quæst. 77. art. 1. Ad secundum.

De ingratitudine artificum, & mercatorum inter se.

CAP. CXIIII.

His conuenit adagium illud Aristotelis, Figulus figulo inuidet, faber fabro. Rursus contra hos est sententia illa Diuina, An oculus tuus nequam est &c. Matthæi cap. 20. Plerique ex artificibus inuidia angūtur, quòd ab aliquibus opera, & arte superentur, quod quidem irrationabile, stolidum, ac inhumanum est. Tum quia non merentur morderi, & odio haberi, qui industria, sollicitudine, ingenio, fortuna alios superant, & præstant. Tum quia labor improbus omnia vincit. Tum etiam, quia artes ipsæ, artiumque, & artificij cognitiones, ac perfectiones a Deo ipso etiam procedunt, & proueniunt, vt videre est in illis diuinis verbis. Exod. ca. 31. Et impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, ac scientia in omni opere, ad excogitādum quicquid fabrefieri potest ex auro, ex argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum &c. Præfati non debent etiam obliuisci verba illa, Non omnia possumus omnes. Isti animos suos moderari, & frænare debent iuxta carmina Horatiana. Nō possis quantum oculis contendere Linceus, Non tamen icciroo contemnas lippus inūgi. Nec quia desperes inuicti membra Gliconis, Nodosa corpus noli prohibere chiraga. Est quodam prodire tenus, si non datur vltra. Sciant etiam (iuxta adagium) Non omnib. datum esse nare Corinthū, vel adire Athenas. Non est nouum, non mirum, non indecens, vt melior, & præstantior artifex plus laudetur, extollatur, ac remuneretur, & scriptum est. Ecclesiast. ca. 9. In manu artificum opera laudabuntur. Et q̀ differentiæ constituantur inter artifices considerauit Iureconf. in l. inter artifices longa differentia est, & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionis &c. ff. de solutio.

De ingratitudine artificum, & mercenariorum in ementes, uel operas conducentes.

CAP. CXV.

Horum vilis est uita, eorumque nullum virtutis opus. Philosophus Politic. lib. 6. ca. 4. cir. medium. Artifices facilè mentiuntur. ca. quoniam. §. de mendacio. 88. distinc. Tollendum est in rebus contrahendis omne mendacium: Non licitatorem venditor, nec qui contra se licitetur emptor apponet. Cice. 3. de officijs. & diuus Th. 2. 2. quæst. 77. art. 1. Infiniti autem artifices ingrati, iniusti, infidi sunt. Sunt qui adulterinas res tradunt, vel deteriores, quàm debeant, seu promiserint. Nonnulli adulterinis stateris, ponderibus, mensuris vtuntur. De his Prouerb. cap. 11. Statera dolosa abhominatio est apud Deū. & quos puniri iubet Imperator Adrianus. l. pen. §. si uenditor. ff. ad leg. Corn. de fals. Abutentes igitur huiusmodi falsis mensuris, falsis libris, ponderibus, stateris, bilancibus adulterinis, aut aliis mercib. deprauatis puniendi sunt de iure ciuili duplo, ac relegatione, seu exilio, ut probatur ex supra adductis. ac ex tex. in l. annonam. §. fi. ff. de extraor. crimi. de quibus latè per Iodoc. Damhouder. in Enchiri. rer. crim. tit. de falsita. per abus. ca. 123. num. primo, & alijs sequen. Contra hos est etiam lex diuina. Deutero. cap. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor: pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi. &c. & apud Esaiam. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua. & dixit diuus Thom. 2. 2. quæstio. 77. art. 2. Quidam monopolia faciunt, cōstituentes inter se ne res minori prçcio, neve operæ minoris locentur, quàm ipsi statuerint, ne quis aliquid ab altero inchoatum perficiat, & alia, contra tex. in l. uni. C. de monopol. & ibi per Docto. cui legi Romæ in dies fit fraus, vtinam semper in illam committentes debitis plecterentur pœnis. Pro præmissis, & contra monopolia facientes, & quot modis fiant videre poteris Azzo. in sum. C. de monopo. & conuen. negocia. illici. vel artifi. &c. & inter deriuationes quas adducit melior illa mihi videtur, vt monopolium dicatur a μόνος, idest solus, & πόλις, idest ciuitas. quasi solus, seu unicus in ciuitate. De quo etiā Hostien. in sum. de syndic. vers. Quod socius. in fi. Bar. in l. fi. num. 20. ff. de colle. illici. Sozin. cons. 272. colum. 3.

lum.3.vers.Quarto princi. D.meus in cap.significante.num.11.de appel. Affli. de pace iura.firman.§.conuenticulas.num.12. Fely.in cap.accedente.in princ.de præscrip. Grammat.Dec.100. num.12.Alcia.in l.inter publica.in fi.ff.de verb. signi.Cōtra nautas,cauponas,stabularios,inquit Vlpianus.Et nisi hoc esset statutum, materia daretur cum furibus aduersus eos, quos recipiunt, coeundi, cum nec quidem nunc abstineant ab huiusmodi fraudibus.prout in l.1.ff.nau.caupo.stabul.Cauponæ, seu tabernarij sunt de genere predonum. Alexan.in l.1.in fi. C.de æden.Cassan.in Catal. Gloriæ mundi. par.11.consid.46.Contra publicanos,inquit Paulus Iurecon. Quantæ audaciæ, quantæq; temeritatis sint publicanorum factiones,nemo est qui nesciat.ff.de public. Operarij uerò præsertim Romæ ex inueterato more, vel quòd nolint, uel q laborem ferre nequeant, conductore,vel Domino maximè absente, diem sermonibus,& cantilenis protrahūt, pecuniasq; quasi furantur,semperq; in hoc sunt,vt dies prętereat,iuxta illud Horatij Epist.lib.1.Diesq; longa videtur opus debentibus. operæ horum describuntur esse diurnum officium. l.prima.& 3.§.nec pars.ff.de ope.libert.Bal.in l.liberti, libertæque.post numerum 5.vers.Strictè verò dicitur diurnum officium.C.eo.Contra primos,illorum conductor executioni demandare deberet carmen illud Virgilianum: Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent,quod etiam docuit Aristo.in sua historia animalium. capit.40. dum inquit, Furis,& fuci nullum est munus, sed cęteris quibuscum viuunt iniuriam faciunt, non tamē impunè semper, nam deprehensi interdum a bonis apibus occiduntur.& parum post.Ac pręsentes fucos expellunt, & quidem sæpè visuntur foris in alueo residentes exules.Quoad inualidos, & impotentes discat paterfamilias cautius negociari, & memoriæ retineat verba Varronis lib.1. de Re rusti.cap.17.Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint,ne minores annorum duorum,& viginti,& ad agriculturam dociles.Hi,& similes roboris vsum uēdentes, quia ipsum pręmium mercedem appellant,mercenarij vocātur, prout inquit Plato in 2.dialo.de Repub. Grati, & boni artifices, & operarij sunt, qui in sudore vultus sui vescuntur pane suo, & laboribus suis sibi necessaria parant, iuxta decretum diuinum Genes.ca.3.& conferunt verba Prouerb. c.6.Vade ad formicam o piger &c.& parum post,Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & ægestas longè fugiet a te.c.quod super.§.1.de voto.Et qui operibus destinati suis aliena non appetunt hi grati, & probi erunt, tales sunt, vt plurimum agricolæ,& pastores, de quibus per Aristot.Politico.libro 2.cap.3.circa princ.Et M.Tullius in Oratione pro Gn.Plancio, villicum,& pecori præfectum frugalem,laboriosum,& vigilantem requirit.

De ingratitudine operas conducentium in artifices, ac mercenarios

CAP. CXII.

Isti necessarij sunt pro bene instituta ciuitate, 1.Reg.cap.8.Hoc erit ius Regis, qui imperaturus est vobis, Filios vestros tollet, & ponet in turribus suis, facietque sibi equites,& præcursores quadrigarum suarum,& constituet sibi tribunos,& Centuriones,& aratores agrorum suorū, & messorem segetum, & fabros armorum &c.ac Sapien.15.Sed & figulus mollē terram pręmens laboriosè fingit ad vsus nostros vnumquodque. Et quo pacto sapientissimus, ac potentissimus Rex Salomon,cui mādatum fuerat, ut Deo domum ædificaret, domum maximam, ac pręclaram, templumque sublime,& mirandum ædificasset,nisi illos suos tanto operi præpositos, optimos in genere suo,& excellentes artifices, innumerosq; operarios, ac mercenarios, etiam ex alienigenis Hyram regis Tyri seruis habuisset? de qnibus 3.Reg.cap.5.ac 2.Paralipom.cap.secundo,& sequ.& Ecclesiast.cap.38.Sic omnia faber, & architectus, qui noctem, tanquam diem transigit &c.& post, Omnes hi in manibus suis sperauerunt,& unusquisque in arte sua sapiens est.Sine his omnibus non ædificatur ciuitas. c.quos super.§.nos autem.de voto. Plato item ad ciuitates ordinandas,atque tuendas,agricolas,artifices,ac opifices necessarios affirmabat lib.2. Ciuilis vitæ administrationis, vel cōuersationis,quod etiam habemus in l.2.ff.de nundi. quam totam legem declara,& intellige, vt per Bud.ibi.& per Alcia. lib.4.dispunctio.c.8.Ingratus,& iniustus,ac impius est,qui pręcium conuentum, vel debitum, ac salarium,& mercedem, seu laboris pręmium denegat, vel differt,iuxta verba diuina. Et qui calumniatur mercedem mercenarij. Malachiæ ca.3.& iuxta carmen Iuuenalis: Scire uolunt omnes, mercedem soluere nemo. Quis nisi ferus,& immanis mercenarij non miserebitur? Quis nisi barbarus,& impius mercenarij labores, & sudores irremuneratos relinquet? An quis ignorat mercenarij dies nil voluptatis, nil quietis, nil cōmodi habere? Id demonstrant verba illa Iob cap.7. Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij, dies eius. Matthęi cap.20. Qui portauimus pondus diei,& æstus.Huc spectat carmen Horatianum lib. 1.Episto. Diesque longa videtur opus debentibus. Quid dicam de illis auaris, ac humanæ naturæ hostibus acerrimis,qui operariis vina acida, & putrida subministrant? quique illos pro sua mercede consequenda ad se accedentes, ac quosuis pauperes toruis intuentur oculis, expellunt, in curiis afficiunt, & si impunè eis liceret, illos perderent, contra verba diuina.Ecclesiast.cap.quarto. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum,& responde illi pacificè cum mansuetudine. Contra vero gratus,& iustus habendus erit, qui

qui faciet iuxta illud Deutero.cap.24.Non negabis mercedem indigentis,& pauperis fratris tui. & parum post. Sed eadem die des ei pręcium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo substentat animam suam. Leuit.19.Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsq; mane. 2.Paralipom.cap.15. Vos autem confortamini,& non dissoluantur manus vestræ, erit enim merces operi vestro.Tobię 4.Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.Matthæi cap.20. Voca operarios, & redde illis mercedē.Lucæ 10.Dignus est operarius mercede sua.l.penult. §.illo. C. de neces. ser.cap.charitatem.ad fin.12.quæst.2.Cardin.in clem.fi.quæst.13.de præben. glo.in cle. dudum. §.verum.de sepult.

De ingratitudine successuri ab intestato in eum cui succeßurus erat.

CAP. CXVII.

Ingratus in eum cui intestato successurus erat, multifariam dici potest, regulariter autem successionem non perdit,vt probat tex. in l. cognatis accusatio nihil obstat ad successionem.ff. vnde cogna.& concludunt Guil.de Cun. Bart.Bal. Ange.& alij in l.fratres.C.de suis, & legiti. & Amanuel.de clar.aqu. sing.246. incip. Casus est. Ingratissimus autem, qui eum cui ab intestato successurus erat, interimi facit, vnde successione etiam priuatur.iuxta tex.in l.cum ratio.ad fi.ibi, Veluti si cognatum suum interimi curauerit. ff. de bon.damna.& concludit Io.Fran.a Ripa in l. fi.quæst.47.C.de reuo.dona.Talis fuit M.Ophonius Tigillinus, homo omniū iniquissimus, qui tres patruos habuit,quos omnes,vt eorum hæreditatibus potiretur ueneno absumpsit.de hoc Iuuen.Saty.1.Pone Tigellinū,&c.& post, Qui dedit ergo tribus patruis aconita venatur.Ingratus etiam,& hæreditate priuatur,qui captum ab hostibus non redimit.§.si vnum de prædictis. vers. Hanc autem pœnam.in authē. vt cum de appel. cogno.& in authen.si captiui.C.de epi.& cler.& ibi Pau.Castren.& alij.ac Cur.Iun.consi.148. circa controuersiam.num.4.Quę etiam locum sibi vendicant in successionibus ex testamēto,de quibus loquimur. Desiderium hæredis illud esse deberet,quod se habere simulat Ladies apud Teren.in Hecy.Actu 3.dum inquit. Imò obsuit,nā illum viuum,& saluū vellem. Pessimum autem est illud, quod subdit ibidem Phidippus vti impunè optare istuc licet, Ille reuiuiscet iam nunquam,& tamen vtrum malis scio, suppletu,idest quòd nunquam reuiuiscat.

De ingratitudine hęredis in testatorem.

CAP. CXVIII.

Ingratus, & impius Caligula Imperator, ac monstrum horrendum, consueuerat quando ab aliquo infirmo hæres institutus erat, deinde is sanus euaserat, vt hæreditatem assequeretur, illum interfici mandare, asserens se ab illo testatore delusum,cum is iam viueret,postquam Imperatorem hæredem instituerat : Et sic enormius, & iniquius hoc erat, quam illud, cui prouisum extitit per l.fin.ff.de testa. Ingratus etiam erit hæres infirmo medicum non adhibēs, uel malum, seu ignauum subministrans. l.indignum. iun.gl. ff.de his qui.vt indig.l.quod si nolit. §. culpam. iun.glo.in ver.adhibuerit.& ibidem Angel. ff.de ædil.edi.ac Io.Campeg.de dote.quæst.3. num.2. Ingratus hæres,quique hæreditate priuatur testatorem captiuum non redimens.§.si vnum ex prædictis.in auth.vt cum de appel.cogno. unde sumpta est authen.si captiui.C.de epi.& cleri. Ludo. Rom.sing.573.incipien. Hæres indignus.Ingratus item,ac hæreditate priuandus, qui hæres institutus,testatoris adhuc uiuentis uxorem adulterauit,uel illius relictam stuprauit.glo.ult.& Bar. in l.sororem.C.de his quib.ut indig. glos.in l.fideicommissum.ad fi.& ibidem Bar.C.de fideicō. Gui.de lud.singu.87.incipien.Glos.est, quòd si ego commisi adulterium : qui tamen non uidetur loqui in terminis glo. Sed quando adulteriū præcessit institutionem.Io. Fran.a Ripa in l.ult. quæst.11.post numerum 38.C.de reuo.don. An autem, & quando propter grauissimas inimicitias hæredis institutio adimatur, uide omnino Rip.dicta quæst.46.num.154.& seq.in præalle. l.ult.Ingratus item dicitur, qui testatoris mortē uia iuris,& iustitiæ non uindicat. l. 1. C. de his, qui.ut indig.l.hæredem. & l.portionem. ff.eod. l.1.ff.de iu. fisci.l.cum mortem.ff.eod.l.1.C. ubi cau.fisca.l.2.C.de pręci.impe.offer. Et ꝙ hæres teneatur accusare homicidam uoluerunt Bald. post glo.in alleg.l.1.C.de his,qui.ut indi. Aymo consi.119.quæritur an nobilis.num.3.Videatur Dec.Cappel.Tholo.41.An autem hoc procedat de iure canonico,& in quib. casibus, hic non tracto. Scias tamen,quòd hæc pœna recessit ab aula,ut etiam testatur Foller.in Praxi crimin. cano. num.32.& seq. Imò quotidie hæredes interfecti remittunt occisoribus, & cum eis pacem faciūt, & istæ leges essent nutritiuæ peccati, si per eas impediretur pax, concordia, & iniuriarum remissio.Iul.Clar.senten.lib.5.§.ult. quæst.79. uersic. Item,quòd hæredes non uindicant.Amplius ingratus erit,qui defuncti consciētiam non exonerauerit,ut infra in penult.cap.siue in penul. specie Ingratitudinis. Et ꝙ compelluntur satisfacere pro anima defuncti,uide cap.a nobis. in fi.de senten.excommu.Ingratus item,& indignus hæres,qui testatoris præcepta implere recusat,licet secus sit in cōsilijs, quia in optione hæredis erit, aut alterius cui data sint,an ea sequi uelint,l.peto.§.fratre.ff.de lega.2.l.pater. §. Iulius Agrippa. & l Lucius. ff. de lega. 3. l.filiusfam. §.Diui.ubi Bar.et latè Ias.in utraque lectu. ff.de leg.1.Grat. respon.66.uisis.li.2.Generaliter autem dicimus, ꝙ ubicunque hæres committit aliquid graue in testatorem,priuatur tanquam indignus,et hære-

ditas applicatur fisco.l.cui ratio.in fin.ff.de bon. damna.l.in signum.ff.de his,qui.vt indig. Quid in interficiente filium testatoris,seu eius,cui quis succedere posset? Bar.in dicta l. cum ratio dicit, quòd priuatur,sed hæreditas non pertinet ad fiscum,sed ad proximiorem in gradu. per l.2.§.si fratris. ff.si quis ali.testa. prohib. & in l. codicillis.§.matre.ff.de leg.2.mouet,& non decidit Bal. verò in l.hæreditas.C.de his,quib.vt indi.allegat casum singularem pro hac quæstione, quòd priuetur,& fisco hæreditas applicetur. in l.his. §.1. ff.fam.ercif. Gratus hęres Plinius,& qui illius sententiam sequuntur,quam habes eiusdem libro 2. epist.sub ijs verbis, sed ego quandam propriam legem mihi dixi,vt defunctorum voluntates,etiā si iura deficerent quasi perfectas tuerer. Ego in hanc sententiam pōdero tex. in l.quidam.§.alio. vers.Non tamen ita impij hæredes existant, vt liberalitatem testatoris, & seruiles labores debita remuneratione defraudare conentur &c.C.de neces.seru.hære.Instit.& ibi Bald.& Alex.in lege xij.tabu.cauebatur : Vti quisque legasset, ita ius esto.l.verbis.ff.de verb.signi.§.disponat. in auth. de nup l.1.C.de sacro.eccles.Et quod omni commodo (vt dixi) priuetur implere recusans defuncti uolūtatem probat tex. in l. si ab hostibus.§.fi. ff.solu.matrimo.in auth.licet testator.C.de epis. & cler.& in authen.quod obtinet. C.de probat. & voluit gl.in l.ita stipulatus.§.Sabinus.ff.de verborum oblig.Scias etiam , quòd allegans per se non stetisse quominus voluntas,aut conditio testatoris impleretur, hanc negatiuam probare tenetur.Bar.in l.qui commeatus.ff.de mili.testam. Sozzi.in l.Titius.2.not.ff.de condi.& demonstr. Grata filia Lentuli, quæ legata de iure non debita soluit,vt dixit Imperator Institu. de codicil. post prin.Et statuit Imperator in l.2. C.de fideicom.fideicōmisso inutiliter relicto si hæres comperta uoluntate defuncti prædia ex causa fideicommissi præstitit, frustra de ea re quæstionem moueri,cū non ex sola scriptura, sed ex conscientia relicti fideicommissi satisfactū esse videatur, de qua conscientia multa ibi scribit Bal.& Doct. in l.non dubium.C.de testa.declarant quomodo agnita dicatur voluntas defuncti circa legata,vel fideicommissa, licet legibus non sint subnixa,ita quod implendi necessitatem habeat.

De ingratitudine legatarij in testatorem.

CAP. CXIX.

Legatarius ingratus habendus est, si negligat, vel renuat defuncti voluntatem implere. l. Męuia.a contrario sensu.ff.de annu.lega.l.etiam. ff.de leg.1.l.cōcubinam.& l.Pamphilo. vers.Sed cum sentētiam defuncti a liberto decipi satis inhumanum sit &c.ff.de leg.3. Item si capitalis inimicitia illius culpa superueniat, quo casu legato priuatur.l.si inimicitiæ. & l.cum tabulis.§.quoniam. vbi Bar.ibi,Si inimicitiæ interuenerint culpa legatarij.ff.de ijs,qui.vt indig.l.3.§.vlt. ff.de adim.lega.gl.in agna.in princi. in l. hæreditas.& ibi Alex.& alij.C.de his qui.ut indi.Bal.cōs.112. punctus.quæritur primo.lib.vlt. Ludo.Roman. sing.196.Tu habes,quòd propter inimicitias.Itē si palam,& apertè testatori male dixerit, & infaustas voces aduersus eum iactauerit.pręalle.l. si inimicitiæ.ff.de his qui.vt indig. cir. medium, per quem tex.iun.glo.dixit notabiliter Bart.in l. item apud Labeonem.§.ait prætor.1.vers.videamus.ff.de iniur. Quod verbaliter quis iniuriatur quando sibi improperatur aliqua iniuria, in se, vel suos commissa. sequuntur Roma.consil. 183.in casu proposito.cir.fi.ac Catel.Cot.in suis Memo.in uer.Inimicitiæ.versic. Ista conclusio, qui omnino videatur,plura enim ad rem nostrā ponit. Rursus si statu controuersiam mouit.d.l. si inimicitiæ. Et quòd generaliter propter ingratitudinem legatarius legatum perdat, uoluit Afflic.per tex.in l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testam.in cap.1.§.Item si quis. nume.107. vers.Sic & legatarius.qui.mod.feu.amit. & Rip. in l.vlt.quæstio.45.post numerum 150. & num. sequen.C.de reuoc.dona. Et si testator in testamento,in quo liberto legauerat, eum ingratum appellauerit, eidem legatum ademisse,videtur.l. libertus.quæ est 29.ff.de adim.lega.

De ingratitudine fideicommissarij in testatorem.

CAP. CXX.

Fidei suæ post commissas tabulas, si eiusdem culpa inter se, & testatorem grauis inimicitia intercessit,tantæ ingratitudinis vitio mulctatur. l.3.§.non solum.ff.de adi.lega. Et generaliter in omnibus casibus, in quibus legatarius ingratus dicitur,& legato priuatur, in eisdem fideicommissarius.argum.tex.in l.1.ff.de lega.1. Quid autem si institutus hæres rogatus fuerit de restituendo hęreditatem incapaci,puta spurio, & is fidem ad id dederit,seu tacitam fidem accommodauerit,cui debeat hæreditas applicari? Respondeo,quòd fisco.ad tex.in l.eum qui.ff.de his qui. vt indi.Sozzi.consil.84.uolu.4.Iul.Clar. in praxi crimi..§.vlt.quæst.79.

De ingratitudine donatarij in donantem.

CAP. CXXI.

Contra ingratum donatarium text. est apertus in l.his solis. cum sua authen.in l.ult.C. de reuo.dona.& in c.ult. de dona. in hæc uerba, Propter eius ingratitudinem,in quem liberalitas est collata,donatoris persona de rigore iuris eam poterit reuocare,si fortè in ipsum impias manus iniecerit,aut sibi atroces iniurias , seu graue rerū suarum damnum,uel uitæ periculum inferre prę sumpserit.& Insti.eod.titu.de dona.§.sciendum. Pro præmissis,et de diuersis ingratitudinum generibus propter quæ donatio reuocatur, vide latissimè

tissimè per Ioan. Fran. Rip. in alle. l. vlt. C. de reuoc. dona. Vnum non omitto circa illud dubium an propter ingratitudinem prælati, ecclesia donationis sibi factæ commodo priuetur, quòd vera, & communis opinio, & distinctio est, ꝙ prælatus ingratus, seu ecclesia priuetur commodo huius donationis prælato ipso ingrato viuente. Rom. cons. 284. & hanc communem asserit Menoc. in 9. remed. recu. posses. num. 121. quicquid tenuerit Rip. in c. sæpè. num. 95. vers. Tertio intellige. de resti. spolia. & in alleg. l. vlt. nume. 173. in 52. quæst. C. de reuo. dona. Volens nullo tempore aliquid amitti, malè ponderans verba Abb. & aliorum, qui volunt eam commoditatem prælatum perdere, quam ex illis bonis ecclesiæ donatis sentire potest, non eam partem, quæ ad ecclesiæ vtilitatem tendit. quam distin. probare idem Rip. videtur postea in d. l. vlt. nu. 175. vers. Solutio ista fallen. Donatarius ingratus, ꝙ etiam teneatur ad restitutionem fructuum a tempore ingratitudinis commissæ, voluit idem Rip. in alle. l. vlt. in 66. quæst. C. de reuo. dona. Vide tamen And. Tiraq. in l. si vnquam. C. eod. titu. in ver. reuertatur. num. 281.

De ingratitudine dotatæ in dotantem.

CAP. CXXII.

INgrata in dotantem mulier dotata dotem amittit. l. si dotem. C. de iu. dot. vbi mulier ingrata erga dotantem, commisit culpam, propter quam maritus lucratus est dotem, antequam donator querelam mouerit super ingratitudinē: vnde infertur, quòd si culpam non commisisset, vel donator querelam prius mouisset, mulier dotē amisisset. Et militat ratio. l. vlt. C. de reuo. dona. Ne sit in potestate donatarij frugalitatem illudere donantes, quicquid dicat Saly. in alleg. l. si dotem. Hanc opin. comprobat, veriorem affirmans Io. Fran. à Ripa in alle. l. vlt. quæst. 51. ante numerum 171. declarans, & limitans, vt ibi. C. de reuoc. dona.

De ingratitudine creditoris in debitorem.

CAP. CXXIII.

ILliberalis, & ingratus Deo, & hominibus creditor ille, quia insolita, & arctissima pacta cōtra debitorem adijcit, etiam ex sententia Ethnicorū. Hinc Philosophus 3. Metaphy. inquit, Adeo exacta diligentia in pactis, atq; contractibus illiberale quiddam esse videtur. Hora. Sermo. 3. li. 2. Scribe decem Nerio, non est satis, adde Cicutæ nodosi tabulas centum, mille adde cathenas. De ijs latius apud D. Ant. Galles. cir. prin. suę Formulæ cameralis. Cicuta fœnerator fuit, sic nominatus propter asperitatem, & amaritudinem. Verū creditor iste aliquo modo excusari posse videtur, cum res eo deuenerit, vt iuxta carmen Horatij, ubi supra, Effugiet tamen hæc sceleratus uincula Protheus. Deterior uidetur creditor ille, qui impotentem, & soluere non ualentē insequitur, cruciat, eius sanguinem sitit, & emungit, immemor dispositionis l. nam is. ff. de dolo. ubi quòd inanis est actio, quā debitoris inopia excludit. Nec illud inane creditum propter debitoris impotentiam remittere, nec debitorem aliquantisper expectare uult. Cautus, & auarus creditor domum pauperis debitoris, quæ illi tutissimum refugiū esse deberet, per se, uel satellites ingreditur, & spoliat, contra illud Deuteron. 24. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingrediaris domum eius, ut pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet, quod habuerit. Et nota, ꝙ non dicit, quòd nō habuerit, ad impossibile enim nemo cogi potest. Rursus tu legis peritus nota ab hoc text. sacræ paginæ, seu illius ratione conflatam uideri. l. plerique. ff. de in ius uocan. & l. nemo de domo sua inuitus extrahi debet. ff. de reg. iur. Amplio etiam si domus non sit propria, sed conducta, ut per omnes in d. l. plerique. per Maria. Sozzi. in tracta. citat. in 17. artic. quæst. 2. & in 7. specie. Pau. Castren. cons. 211. Viso puncto in scripto. lib. 1. & cons. 92. Notandū, ꝙ si domus. col. 1. eo. lib. 1. D. meus in d. l. nemo. ff. de reg. iu. Ferrat. caute. 22. Amplio ad casus, iuxta illud Virgilij in Bucolicis Eglo. 2. Atque humiles habitare casas (quas uulgus cappannas uocat) Maria. Sozzi. & Ferrat. ubi sup. ac Boe. Dec. 230. num. 4. Amplio idem dicendum esse in naui, ut si quis in naui capiatur. Alberi. de Rosa. in l. pen. per illum tex. ff. de his, qui deie. uel effunde. §. fin. & in 2. par. statuto. q. 35. in qua naui nauta plerunque commorari soleret, ibi ignem faciendo, comedendo, prout sæpissimè uidi Romæ, Venetijs, & alibi. Pro qua amplia. D. meus in alle. l. nemo. ff. de reg. iur. Tiraq. de ut. retra. §. 1. gl. 7. num. 7. Quòd si mihi hodie proponeretur alter Diogenes, qui (ut illius historia narrat) in dolio se uolubilem habere domum iocabatur: & se cū temporib. immutantem: frigore enim os dolij uertebat in meridiem: æstate ad Septentrionem, & utcunque Sol se inclinauerat, Diogenis doliū uertebatur, uxorēq; in dolio retinebat: Ferūtque accedentem ad eum Alexandrum Magnum rogasse, ne sibi hieme in Sole apricanti, Solem occuparet: Ampliarem inquam in dolio huiusmodi Diogeni similem capi prohiberi: Diogenemq; non potuisse, uel illi similem posse inuitū e suo dolio extrahi affirmarem per rationes Doct. pręfatorum. Scribitur Exo. cap. 22. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitauit tecum, nō urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Infiniti sunt creditores usurarij. Cato interrogatus: Num liceret homini fœnerari, quid homini (inquit) occidere? Idem in lib. Rei rusticæ. Maiores (inquit) nostri ita in legib. posuere furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli. usuraria acquisitio pecuniæ, inquit Philosophus in Politicis est præter naturam. Fœnerator magnus apud Val. Max. Q. Considius, vt apud Horatium, Fusidius. Sermo. li. 1. Sat. 2.

Diues

Diues propoſitis in fœnore nummis, Quinas hic capiti mercedes exigit, Atque quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius viget &c. Creditor an pro pecunia mutuata aliquam commoditatem expetere poſſit, tractat diuus Thomas 2.2.q.78. art.2.concludens, dum reſpondet ad ſecũdum, quòd compenſationem damni retinere poteſt. Ingratus ille creditor de quo Prouerb.capit.22. Diues pauperib. imperat, & qui accepit mutuũ ſeruus eſt fœnerantis. In iure etiam noſtro debitor dicitur quodãmodo ſeruus creditoris.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.l.3. C.de nouatio. Bar.in l.ſi conſtante.§.quoties.nu.5.ff.ſol.matri. Rurſus & ille, de quo 4.Reg.cap.4.in prin. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Item & ille, de quo Matt.cap.18. Et tenens ſuffocabat eum dicens: Redde, quod debes.& parum poſt, ſed abijt, & miſit eum in carcerem donec redderet debitum. glo.fi.in l.3. C.de nouatio.& glo.in l. fideicommiſſa quæcunque.§.ſi rem.in ver.nõ accipere.ff.de leg.3. Mos peſſimus inoleuerat, creditores enim conſueuerant debitores ſuos in priuatis domibus tenere, & non minus quàm iumenta in eorum ergaſtulis eos laboribus exercere. Hodie hoc non permittitur.l.nõ eſt ſingulis. ff.de reg.iur.l.ob æs.C. de actio.& obli. Et id efficiens punitur. authen. vt nulli iudi.§.quia verò. Ingratus Druſo fœnerator debitores contumelioſiſſimis conuicijs inceſſabat. Horat.Sermo.lib.1.Saty.3. Odiſti, & fugis, vt Druſonis debitor æris. Qui niſi cum triſtes miſero venere calendæ, Mercedem aut nũmos vnde, vnde extricat amaras, Porrecto iugo hiſtorias &c. Debitoris cuiuſdã ab creditore ducti non in ſeruitium, ſed ergaſtulum, & carnificinam, oſtentantis tergum fędus recentibus veſtigijs uerberum concionantis cauſa, alijs infinitis debitoribus tumultuantibus Romæ ſeditio maxima orta fuit: & plebs a Senatoribus, & nobilibus ſeceſſit. Et in Seruilius conſul, cui ingenium populare erat, edictum propoſuiſſet, ne quis ciuem Romanum uinctum, aut clauſum teneret, vel bello ciuili Reſpub. Romana perijſſet; vel a Volſcis, vel alijs finitimis oppreſſa fuiſſet, prout apud T.Liuium li.2.ab vrbe cond. Nonnulli curabant debitoris mortui cadauer detinere, vel ſepulturam impedire, contra hos eſt tex.in l.vlt. cũ duabus authen.ibi poſitis.C.de ſepulc.uio. vide. Anto.Gomez.varia.reſol.tomo 2.cap.11. nume. 561.titu.de quali.contra.uerſ.Item quæro, an debitore mortuo. Conſuetudo Anglorum habet, quòd debitore defuncto creditores inſtare poſſunt, ne corpus tradatur ſepulturæ, donec eis fuerit ſatisfactum, ſecundum opi.Vincen. & Tancr. relatam per Archid.in cap.ult. uerſ.Nominationes.num.55.2.quæſt.6.per tex.in cap. qua fronte.in parte indeciſa, quam hodie non habemus. de appell.vbi dicunt, quòd defuncto debitore ſi creditores inſtent, vt dixi ſupra, aliàs appelletur, talis appellatio admiſſa fuerit ibi a Papa, & ea pẽdente non detur cadaueri ſepultura, & quod id licet ſcandalum pariat in Anglia toleratur ſecundum dictos Doct.pro quã conſuetudine facit id quod uoluit Ange.in authen. ut defun. ſeu funeo.non iniui.a cred.in prin. uerſ.Nota hic caſũ, quòd quando debitor eſſet obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati poteſt a creditorib. impediri ne cadauer eius ſepeliatur: quod refert Pet.Duen.reg.397.ſub num.8.in 1.priui. Prius tamen contra hoc dictum Ange.& quòd quoad impediendam ſepulturam non detur appellatio plura dixerat, quæ ibi videri poſſunt. Deus deteſtans ieiuniũ populi ſui, inter alia, inquit, Et omnes debitores ueſtros repetitis. Eſaiæ ca.58. Peſſimus, qui ſe creditorem contendit, dũ potius debitor eſt, inſequiturq; eum, quem ſuum debitorem fingit uti inimicum. Exemplum habes Sexti Neuij in P.Quintium. prout per M. Tullium in Oratione pro eodem P.Quintio. Contra petentem debitum ſolutum adeſt conſtitutio Marchię lib.4.cap.75.de pęna petentis iam ſolutum. Nec illam conſtitutionem Piceni iuri diſſimilem putes, falſus enim quiuis creditor ſcienter indebitũ accipiens fur eſt, & latro.iuxta tex.in l. quoniam ſurtum fit, cum quis indebitos nummos ſciens acceperit.ff.de condi.furti.in l.falſus.in prin.& ibi Bar.C.de furt. Et contra falſos creditores iniuriarum agi poteſt.§.1.uerſicu.Siue cuius bona quaſi debitoris.& ibi Ange. de Aret.nume.6.ad hoc notat.Inſti.de iniur. Gratus creditor, debitori non ualenti ſoluere, debiti ſolutionem remittit. Matth.cap.18. Et debitum dimiſit ei. Vel ſaltem prorogat, pignuſque reſtituit. Deutero.cap. 24. Si autem pauper eſt non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante Solis occaſum, &c.

De ingratitudine debitoris in creditorem.

CAP. CXXIIII.

MAxima eſt ingratitudo, & ruſticitas debitoris, qui ſponte non ſoluit id, ad quod inuitus cogi poteſt. Pſalm.36. Mutuabitur peccator, & non ſoluet.& ad tex.in l.debitor intelligitur is. ff.de uerborum ſignif. ſcribitur Eccleſiaſt. ca.29. Et in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur uerba tędij, & murmurationũ, & tempus cauſabitur: ſi autem potuerit reddere, aduerſabitur: Solidi uix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem &c. Et dixit Philoſophus Ethico.lib.9.cap.2. Atque beneficia reddenda ſunt plerunque potius, quàm largiendum eſt amicis, ſic & mutuum reddendum eſt potius cui debeas, quam dandum ſodali.& poſt, Debitũ igitur, ut diximus ſimpliciter eſt reddendum. Et dicunt Seneca lib.3.de benef. & Io.de Ligna.in tract.de Amicitia.titu.de retribu.ad benefa.poſt numerum 11. Qui minus cito cupit ſoluere debet inuitus: qui inuitus dat, ingratus eſt. Dolus committi dicitur ſi debitor non ſoluat, uel non reſtituat tempore conuento, uel tempore debito.l.ſi procuratorem.§.dolo.& l.dolus.ff.mandati. Rolan.a Valle conſil.57. Viſo, num.7.& ſeq. lib.1.

lib.1.sunt nonnulli, qui licet se iure obligatos, & obnoxios norint: vel etiam commodum senserint ab amicorũ liberalitate sibi aliqua mutuantium, sub mille subtergijs, cauillis, mendacijs satisfacere resistunt, vel differunt, quib. conueniunt carmina illa Horatiana. Effugiet tamen hæc sceleratus vincula protheus, Cum rapies in iura malis gaudentem alienis fiet aper, modo auis, & cum volet arbor. Quæ fortè Horatius habuit à Platone, qui in Ione, vel de furore poeti. prope fi. inquit, Cæterum tanquam protheus varius, varie mutans sursum, deorsum in oĩa reuertens, adeo vt postremò me subterfugiens imperator euaseris &c. Et Euclio apud Plautum inquit, scio quo vis pacto soleatis perplexarier, pactum non pactum est: non pactum pactum est, quod vobis lubet. Multi etiam debitores creditorum suorum interitum optant vt per philosophum Etico. li.9. ca.7. Vt igitur in multis debitores qui dũ uolunt suos creditores non esse & pessimi decoctores (quos fallitos nuncupant) sæpe sæpius veros, & legitimos creditores fallunt, ipsique in lõginquã regionem profecti, lautè, ac splendide viuunt, creditoresque irrident. Contra hos, qui non casu, vel fortuna ta les euadunt graues pœnæ ab antiquis statutæ erant; & lege 15. tabu. cautum erat, vt carceri manciparentur, ac compedibus quindecim ponderis vinciebantur. autor est A. Gellius li.20. Noctuum Attica.c.1.& meminit gl. vlt. in l.j.C. qui bon.cede.pos.& in l.quilibet.C.de decurio.libro 10.hos decoctores esse ictibus plumbatarum subijciendos constitutum est: plumbata aũt flagelli genus est ut per Platinam in vita Cornelij j. De ijs decoctoribus videndus Bud.in Anno. Pandect.ad l.si hominem, §.quoties, ff.depos. Contra hos decoctores, & ꝙ sint infames loquitur, & cõcludit Bald.consi.400.casus vol.4. Contra hos ẽt glo.in l.vltim.§.fi.ff.de ijs, quæ in fraud.credi.latè Ias.in §.vltim.Instit.de Actio.Ruin. consi.90. num.13.vol.4.Paris.consi.94.nu.11.lib.1. Intellige de ijs, qui sua culpa decoxerunt. vt nume. 58. Sozzi.Iun.consi.61.num.14.lib.1. Gratus verò debitor citò reddit.Sene.cap.4. de Benefi.qui iustus etiam dicitur, vt enim inquit diuus Tho.2.2. quæst.106.art.5. Ad iustitiam pertinet quando recompẽsatio habet rationem debiti legalis, sicut in mutuo, & huiusmodi. Et in tali recompensatione attendi debet recompensatio secundũ quãtitatẽ dati: si secus debitor faciat erit iustitiæ inæqualitas ex sententia Platonis, de qua per Diog. Laer.in illius vita.in hæc verba, Qui verò mutua, depositaq; restituunt, iusti erga homines sunt. & S.Tho.dicta q.106.artic.4.Ad primum.Idem S. Thom.2.2.q.15.art.2.debitorem iustum, & gratum creditori occurrere debere affirmat. Qualis denique esse debeat debitor, qualis creditor paucis concludit Vlpia. inquiens, vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur. Hæc inuenies l. si seruos.ff.de pign. actio.

De ingratitudine debitoris liberati in creditorem.

CAP. CXXV.

INgratus debitor quamuis liberatus, propter ingratitudinem poterit ad pristinã obligationem reduci. Ias.in l.ex hoc iure.post nu.54.vers. Nota tamen ex prædictis, quòd si habeo debitores.ff.de iusti.& iu.Io.Fran. a Ripa in l.fi. nu.15. qui tamen a Ias.discrepat, quo ad illam exclusionem ab hypotheca, seu a pignore, vult enim ipse Rip.id indistinctè procedere, etiam quoad pignus.C.de reuo.dona.

De ingratitudine debitoris erga suum fideiussorem.

CAP. CXXVI.

LEgitur Prouerb.cap.6. Fili mi si spoponderis pro amico tuo, detexisti apud extraneum manum tuam: illaqueatus es verbis oris tui: & captus propriis sermonibus &c. ac cap.17. Stultus homo plaudet manibus suis cum spoponderit pro amico suo.& ca.22.ad fi. Noli esse cũ his, qui detegunt manus suas, & qui uades se offerũt pro debitis: si.n.non habes vnde restituas, quid causæ est tollat operimentũ de cubili tuo. & ca. 27. Tolle vestimentum eius, qui spondit pro extraneo. Item Eccles.c.29. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris, dedit enim pro te animã suam: Repromissorem fugit peccator: Ingratus sensu dereliquit liberantem se &c. Qui pro aliquo fideiubent supponant se de proprijs pecunijs soluturos, vel damna passuros: nec casu, tam in lib.ff. quam C. ac Deutero. post tit.de fideius.collatum esse titu.de solutio.existiment. Et præmissa præuidentes, ac considerantes antiqui Iurecon. fideiussoribus (quantum in eis fuit) actiones, & remedia pararunt, & post damna passa, & ante. ut videre est in l.ex mandato.§.fideiussori. ff.manda. in §.si quid autem fideiussor. Insti.de fideius.ac toto tit.ff.& C.eo. Quot ingrati fideiussores huiusmodi sunt Romæ, qui etiam non erubuerunt contra suos fideiussores dilationum (quas moratorias vocant) remedium cap.peruenit.de fideius.remedium cessionis bonorum, & aiia similia, & dissimilia impetrare?

De ingratitudine amici, erga amicum.

CAP. CXXVII.

AMicus amicũ diligere debet sicut seipsum. Leuit.cap.19. Et beatus, qui inuenit amicum verum. Ecclesiast. cap.25. qui amicus dicitur alter ipse. Philosophus Ethico. lib.9. cap. quarto. Amici nonnulli appellantur leui notitia coniuncti, qui sic nominari non merentur. vt nos docet Iureconsf.in l.latæ culpæ, quæ est 223.

§.amicos.ff.de verborum signif. Qui rursus reperiuntur, qui amicos se simulant, sunt tamen solo nomine. Ecclesiast.cap.11. Simulator ore decipit amicum suum.& cap.37.in princ. Hinc scribitur Micheæ capit.7. Nolite credere amico: qui loquitur de amico ficto, simulato, vel ingrato. Inter ingratos enim amicitia subsistere non potest, iuxta sententiam M. Tullij in Oratione pro Planco. Quæ potest esse (inquit) vitæ iucunditas sublatis amicitijs? Quæ porrò amicitia potest esse inter ingratos? Amicitiæ enim, vt Aristo. Ethico.lib.8.cap.6.docet, inæqualitate consistũt, eadem enim ab vtrisque fiunt, & sibi mutuo volunt. Et ne quis amico sit infidus monet sapiens. Prouerb.cap.5. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam.& cap.16. versus fin. Vir iniquus iactat amicum suum, & ducit eũ per viam non bonam.& ca.26. Sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo &c. ac ca.29. Homo, qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Et scribitur Psal.37. Amici mei, & proximi mei aduersus me appropinquauerunt, & steterunt. Philosophus Ethico.lib.quinto, cap.1. ad fin. inquit, Pessimus igitur est, qui ad se ipsum, & amicos vtitur prauitate. Cice. vero Appio Pulchro, Familia.li.3.scribit: Violare amicitiam apud maiores nostros nephas erat.& Philippica 2. Violare amicitiam hoc grauissimum crimen iudico. Nonnulli amicum effectum pauperem, fugiunt, ac abhorrent. Prouerbio.capit.14. Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici verò diuitũ multi. & cap.19. Diuitiæ addunt amicos plurimos: a paupere autem, & hi, quos habuit separantur. Et Aristo. Ethico.lib.8.cap.8.inquit, Vtiles autẽ, & iucundi permanent enim quousque voluptates, aut commoda mutuò sibi præstant. Cic.4.ad Heren. Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius sequuti sunt, hi simul, atque fortuna elapsa est, deuolant omnes: quum enim recessit res, ea, quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri. Huc spectant carmina illa Ouidij lib. primo Tristium. Donec eris fęlix multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. & in eodem lib. Ibit ad amissas nullus amicus opes. Idem lib.2. de Ponto, vulgus amicitias vtilitate probat. Hora. Ode 25.lib.tertio. Diffugiunt cadis cum fece siccatis amici. Contra verò amicus verus omni tempore diligit. Prouerbio.cap.17. Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Idem sensit Seneca in Moralibus, inquiens, Amicos secundæ res parant: aduersę certissimè probant. Demetrius Phalereus dicebat amicos secundis in rebus adesse vocatos: in calamitatibus autem sua sponte: atque non vocatos. Verus amicus fratri præferendus est. Prouerbio.cap.18.in fi. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Et dixit M.Tullius 1.de Finib. Meipsum ames oportet, nõ mea, si ueri amici futuri simus. Aliqui ex quasi occasione ab amicitia recedunt. iux.illud Prou.c.18. Occasiones quærit, qui vult recedere ab amico. Scribitur Eccles.c.6. Si possides amicum, in tentatione possides eum, & ne facilè credas ei te ipsum, est.n.amicus secundum tempus suũ, & non permanebit in die tribulationis, & est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam &c. Ingratus ille Periclis Atheniensis amicus (si amicus vocari merebatur) qui Periclem rogauit, vt pro re, causaq; eius falsum deieraret, qui respondit, oportet me amicis accommodare, sedusque ad aras. *Huc* spectant verba M. Tullij de Amicitia, *Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur, vt ab amicis honesta petamus, amicorumq; causa honesta faciam*⁹. Ingratus, & stultus Magius Chilo M. Marcellum amicum antiquum, & sibi comitẽ militiæ Pompeianæ interfecit, indignatus aliquos amicorum ab eo sibi præferre, de quo in epistola Serui Sulpitij, ad M. Tulliũ, quæ incipit: Et si scio non iniucundissimum nunciũ.& apud Val.Max. li.9.tit.de improbè dictis, aut factis.dum de Magio Chilone loquitur. Ingratus Gn.Põpeus, qui amicissimum Hipseũ nobilem, ambitus reum ante ipsius Pompei pedes a balnei regressu prostratum, rogantem vt sibi faueret, ipse Pompeus contumelioso responso præterijt, inquiens, Moraturus venisti conuiuium meum. prout per M.Tullium in epist.Fam.ac per Plutar.in vita Pompei, vbi inquit, Post paucos ẽt dies Hispeus vir consularis &c.Val.Max.li.9.tit.de Superbia. Ingratissimus Alexander Magnus tres amicos sibi gratissimos iniustè interfecit, Lisimacum, Clitum, & Calisthenem. prout per Senecam epist.83.incip. singulos tibi dies.& per Val.Max.lib.9.tit.de Ira, & odio. dum de Alexãdro loquitur. Infęlicissimus, ac omnium nequissimus Iudas Scariotes, *cui dixit Dominus, Amice ad quid venisti? Matt.c.26.* Grati, & veri amici Dauid, & Ionatas, de quibus 1.Reg.c.18.& alijs. Gratus, ac magnanimus Alexander Magnus erga Perillum, vnum ex amicis, cui pro tradenda nuptui filia pecuniam roganti, quinquaginta talentos dari iussit, replicanti Perillo sibi decem sufficere, respondit ille, Credo decem tibi sat esse, at me non decet ita pauca donare. Fęlices, & gratæ amicitiæ Scipionis, & Lęlij. Augusti, & Agrippæ. Damonis, & Pithiæ, Pittagoreorum condiscipulorum. Cic.in Offic. Philadis, & Horestis. de quibus Cice.in Lęlio inquiẽs, Quum ignorante rege vter esset Horestes, Pylades se Horestem esse diceret, vt pro illo necaretur, Orestes autem &c.ac Ouid.4. de Tristib.& & 2.de Ponto. Achillis, & Patrocli ex Phœdro apud Platonem de Amore. De his Propert.lib.2. & Statius lib.4.Sylua. Et lacerum, qui circa mę nia Troiæ, Priamidem cęso solatia traxit amico. Socratis, & Alcibiadis, de quibus apud eundem Platonem. Menademi, & Asclepiadis, Pœlopidę, & Epaminũdæ. Cratis, & Polemonis. Nisi, & Euriali apud Virg. Herculis, & Philotetis. Sceleni, & Diomedis. Polistrati, ac Hipoclidis eodẽ die natorum: ab eodẽ præceptore Epicuro e doctorũ; eodemq; momẽto ultima senectute extinctorũ.

Tydęi,

Tydei & Polynnicis authore Lactantio. Tiberij Gracchi, & C. Blosij Cumani. C. Gracchi, Pomponij, & Lectorij. M. Lelii, & Menenii. Agrippe, M. Luculli, & Volumnij, qui ad Antoniū deductus, Iube me (inquit) protinus Imperator ad Luculli corpus adductum occidi, neq; enim absumpto illo superesse debeo. Decii, Bruti, ac Servii Terentii. Cyrus apud Xenophontem Creso ait, At ego dum amicos diuites reddo, hos mihi thesauros esse puto, & custodes item, tum mei ipsius, tum bonorum meorum longè fideliores, quàm si præsidiarios milites præfecissem. Perfectæ item amicitiæ fuerunt illæ dicti Alexandri Magni, ac Ephestionis, de quibus per Val. Max. lib. 4. tit. de Amicitia. Item Mithridatis, & Leonici, qui Mithridates pro Leonico ab hostibus redimendo, captiuos omnes pro eo permutauit. Idem Val. Max. tit. de Gratitu. lib. 5. de Mithridate. M. Tullij item, ac Gn. Plancii. prout in tota illa oratione pro Gn. Plancio.

De ingratitudine in omnes homines.

CAP. CXXVIII.

HAc ingratitudinis specie in omnes homines notari poterunt ij, qui arrogantia quadam, vel philautia (vt Græci dicūt) idest persuasione, seu amore sui ipsius, sibi suadēt nil unquā deesse posse, nec aliquem sibi præstare, etiamsi eis nobilior, potētior, ditior, vel dignior quiuis sit. imò omnibus alijs sese, uel scientiis, vel prudentia, uel aliis præferendos esse contendunt. Arrogantia (inquit Plato in definionibus) est habitus bonum, vel bona, quæ non sint, arrogans. Et scribitur Prouerb. cap. 8. & ca. 16. Abhominatio Domini est omnis arrogans. & 1. ad Romanos. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Arrogantia odiosissima, ac molestissima est teste M. Tullio in Oratione in Verrem actio. 1. Qui a nemine beneficium recipere uult, nullique beneficium conferre, solus viuere decernens, solus sibi cōsulere iuxta sententiam Philosophi Politic. lib. 1. Ferali potius more, quàm humano viuet ritu. Et idem Philosophus Ethic. lib. 9. cap. 9. inquit, Solitario igitur difficilis est vita, non est enim facilè per se ipsum continuò operari. Plato lib. 34. dialo. 5. inquit, Sed reuera nimius in se ipsum amor omnium peccatorum, omnibus semper est causa, occęcatur quippe circa amatū, qui amat, quapropter qui seipsum magis quàm veritatem honorandum putat, quod iustum, bonū, pulchrum sit malè iudicat: Decet sanè eum, qui magnus vir futurus est, neque se ipsum, neq; sua diligere, sed iusta semper, siue a se ipso, seu ab aliquoue gerantur. Ex hoc delicto accidit omnibus, vt ignorantiam suam, sapientiam esse opinetur. Hinc fit vt quamuis nihil (vt ita dicam) sciamus, scire tamen omnia arbitremur; sui amor cœcus est, omnibus enim ita insita est illa Philautia, amor sui, vt neminem tam modestum, tam oculatū inuenias, qui in sua causa estimāda quadam animi propensione corruptus nō cœcutiat, lippiat, deliret. Hinc Horat. sermo. lib. 1. Saty. 3. Egomet mi ignosco, & tota illa Saty. Seneca li. 2. de Ira. Aliena vitia in oculis habemus, a tergo nostra sunt. Festucam in aliorum oculis videmus, trabem in nostris non aspicimus. iux. euangeliū. Et Hyero. in Apologia ad Pammacum, & Oceanum inquit, Ad nosmetipsos talpæ sumus, quibus visum deesse memorant naturæ perscrutatores. An is ignorat, q homo, qui in lucem pdit, & ab ipsa natiuitate nisi alieno beneficio seruari nequeat? vt ēt per philosophum ad fi. problema. 45. Sectio. 10. Añ putat frustra in sacra pagina scriptum esse, Melius est ergo duos esse simul, quàm vnum. habent etiam emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur, Veh soli, qui si ceciderit non habet subleuantē se &c. Hinc sanctus Dauid miserandum sibi esse orabat, quia solus erat, inquiens psal. 24. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Et scribitur Eccles. c. 4. Melius est duos esse simul, quàm vnum. Diuus Hieron. in epist. ad Rusticum monachum, inquit. In solitudine cito subripit superbia. Et in summa perfectus tantum potest viuere solus, prout concludit D. Th. 2. 2. q. 188. art. Cōtra hunc loquitur sapiens, dū inquit, Ne dicas quid est mihi opus, & quæ erūt mihi ex hoc bona? Ne dicas sufficiens mihi sum &c. Eccles. capit. 11. Talem morosum nuncupat Aristo. lib. 1. Magno. moralium. cap. 26. Aliorum mores improbantem, sibiq; placentē describens. Hac ingratitudine, seu feritate, vel pręsumptione notatum legi Alcibiadem, quippe qui se omniū nobiliorem, potentiorem, præstantiorem, ditiorem, venustiorem, virtutibus, ac scientijs omnib. ornatiorem existimabat; Adeo vt omnibus, præterquam soli Socrati ab .. mo exciderit. Id etiā annuente ipso Socrate, prout Plato in prin. li. 5. qui inscribitur Alcibiades primus, sic loquētem Socratem inducit, Ais enim te nulla in re hominibus alijs indigere,. quippe quæ tibi insunt, ita esse præclara, vt nec ad corporis, nec ad animi bona cuiusquam egeas &c. Et ita se idem Alcibiades omnium pulcherrimum, speciosissimum, elegantissimū profitebatur, vt Bion Boristhenes Philosophus Alcibiadem culpans diceret, illū dum esset adolescens viros ab vxoribus, iuuenem verò uxores a uiris abduxisse. prout per Diog. Laer. in vita ipsius Bionis. In hoc genere omniū pessimum describunt Thimonem Atheniensem solū in rure, in domo quadā ab omni alia, ab omniq; consortio remota habitantem, nullum alloquentem, neminem ad se accedere permittentem, ad neminemq; accedentem, cuius detestabilis naturæ Plutar. in vita M. Antonij miratur, in eumq; inuehit, præsertim quòd oēs homines odio haberet. De huius ferinis moribus mentionem faciūt Plato, & Aristoteles. Nō absimilis huic Apomantus, etiā Athenień. ut descripsit M. Tullius in ora. pro Sex. Ros. Amerino, inquiens. Videtis iudices, vt omnes despiciat, vt hominem præ se neminē putet, vt se solum beatum, solum potentē putet.

Narcissum adeo se ipsum amasse, speciem, & mores suos adeo extulisse, & magni fecisse, ut sui ipsius amator, se ipsum perdidisse dicatur, vt per Oui.in Metam. Ex eo q nobis ipsis nos nimis placemus omnia vitia ortum habere prædiximus, & comprobat Sene. in epist. ad Lucullum, incipiente, Magna. Diuus Greg. 23. Moral. & sanctus Th. 2.2.q.162. art. 4. inquiunt, Quatuor quippe sunt species, quibus omnis tumor arrogantiũ demonstratur, cum bonum aut a semetipsis habere existimant: Aut si sibi datum desuper credunt, pro suis hoc accepisse meritis putant: Aut cũ iactant se habere quod non habent: Aut despectis cæteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Contra hos est illud Hiere. ca. 23. Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiã omnis gloriæ, & ad ignominiã deduceret. Contra uero gratus erga oẽs hoĩes, humanus, humilis, ac benignus vocari poterit, is præsertim, qui alijs non egens, alijsq; præstans, se alijs subesse, & inferiorem existimat. Alios honorat, præfert, extollit, iuxta sanctum dogma, Modestia vestra nota sit omnibus hoĩbus. ad Philippen. cap. 4. Item iuxta illud, Qui se humiliat exaltabitur. Matthæi cap. 23. Lucæ 14. & 18. In quorum numero fuerunt Moyses ille dilectus Deo, & hominibus. Eccles. cap. 45. Quique a Deo vocatus ille respondit, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonẽ, & educam filios Israel ex Aegypto? Daniel item, qui se in suo diuino poemate toties abiectũ, derelictũ, solum, minimum omnium, peccatorem, & infœlicem noĩat. Iob, qui dum humanas, & proprias miserias, calamitates, stultitias recenset, ac deplorat, ad oculum ostendit hominem absque Dei auxilio, fauore, gratia infœlicissimum, insipientissimum, calamitatibusq; omnibus plenum esse. Similes illis in nouo testamento vterq; Iohannes, Paulus, & infiniti alij. Inter Philosophos sapiens ille Socrates, qui omni scientia, ac virtute dotatus, oĩbus proderat, omnes docebat, mercedem a nullo exigens teste Diogene Laer. in illius vita. Quique (vt idem author subiicit) se hoc tantum scire affirmabat, q a nihil sciret. Scripsit M. Tullius 1. Acade. Hæc est una omnis sapientia non arbitrari sese scire quod nesciat, ob eamq; rem Socrates omnium sapientissimus est dictus. Similis huic Plato eius discipulus, & ferè omnes illi Philosophi, qui non solum lingua, vultu, habitu, sed & pectore, ac moribus Philosophi fuere. Nec ab his segregãdo puto Antoninum Pium, & M. Aurelium eius generum, præclarissimos Imperatores. Quid dicemus de Pompeo Magno? cuius in quouis genere innumeras uirtutes, ac corporis, & animi dotes cõmemorat M. Tullius in Orat. pro lege Manilia, & alij authores in suis historijs. Nõne hic sibi ipsi soli viuere potuisset: Nonne hic oĩbus, etiam regibus, quorum plures debellauerat, præponere se potuisset? Hic inquam cum omnibus amicè, ac omni fastu deposito conuersabatur: Hic oẽs iuuabat, omnes fouebat, omnib. opẽ ferebat. Hic inquam recens a victoria magni regis Mithridatis Athenas omni cum apparatu adijt, percepto, q Possidonius Alexandrinus Philosophus præstantissimus ægrotabat, ad illius domum visitandi eum gratia accessit, lictores ingredi prohibens, aliaq; signa imperialia, quæ secũ habebat foris consistere iubens, iudicans virtutibus, & scientijs, omnia imperia inseruire debere. Quali medela usus fuerit sapientissimus Socrates erga morbum arrogantiæ sui Alcibiadis videre poteris apud Platonem in Alcibiade primo, & apud eundem pro morbi huius medela in suo sophista, seu de Ente, sub ijs verbis. Exquirunt, sciscitanturq; in ijs rebus, quæ quis optimè intelligere, & exprimere arbitratur, cum nihil ueri dicat, deinde errantium opiniones facilè discutiũt, easque rationibus colligentes in unum inuicem conducunt, atq; illas ostendunt sibi ipsis de ijsdem, & ad eadem, & secundum eadem esse contraria, illi verò hoc inspicientes secum ipsi indignantur, & erga alios mites euadunt, atque hoc pacto magnas &c.

De ingratitudine commemorantium beneficia in aliquos collata.

CAP. CXXIX.

TErentianus ille inquit, Isthæc commemoratio, quasi beneficij ex probatio est. Hinc Prouerbium Græcum, quod apud nos sonat, Perdidisti vinum aqua infusa, de his dictũ (teste Gui. Bud. sup l. seruus. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aq.) qui beneficia commodè collocata importunè cõmemorantes eorum gratiam perdunt. Frequens beneficij collati commemoratio est quædam species inanis glorię, causa aucupandi laudem apud omnes: unde non gratitudo amplius vocari debet, sed ingratitudo, & si fortè ab initio beneficiũ dici poterat: huic apud omnes liberalitatẽ suam præconizanti conueniunt diuina illa verba. Amẽ dico vobis receperunt mercedem suam: Rursus & illa: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Matth. cap. 6. in prin. Vtinam se extollenti, & glorianti accidat illud, quod Sansoni, qui dum verba gloriosa iactabat inquiens, In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros, statim sitiens valdè, clamauit ad Dominum, & ait, tu dedisti in manu serui tui salutẽ hanc maximam, atq; victoriam, & en siti morior, incidamq; in manus incircuncisorum. Iudic. cap. 15. Iactare, & prædicare beneficiũ cõtulisse quis non debet. hoc significant verba Senecę 7. de benef. Eum qui beneficium contulit obliuisci oporteret; ita illa verba ĩterpretatur S. Th. 2.2.q.107. art. 3. Ad tertium. Didonẽ Virgilianam commemorantem, & exprobantẽ beneficia habes Aenei. li. 4. Eiectum littore egentẽ excepi &c. Legi quendam Caij Cæsaris Imperatoris familiarem prædilectum, ultimo supplicio damnatum liberari obtinuisse. Verum is indies gloriabat illi vitam restituisse: miliesq; eidem, quem immunem reddiderat

derat aiebat, Mihi multum debes, cum a me vitam habeas: ego te seruaui, absq; me periisses. Ille miser qui singulis horis hæc, & similia amara verba audiebat, nō valens amplius has inanes beneficij commemorationes, vanasq; improbationes sufferre, in hęc verba plena ira prorupit. Red de me Cæsari, vt sententiam contra caput meum latam executioni demandari faciat. Quousq; putas me posse hæc tua verba pati, mihi iam morte ipsa insupportabiliora? Nonne vides hoc non fuisse vitam mihi restituere, sed continuo mihi crudelissimam mortem parare? Grati, & bene instituti hominis est beneficij accepti meminisse, dati obliuisci.

De ingratitudine hominis, erga hominem generalissima.

CAP. CXXX.

Τῆς ἀχαριστίας, seu ingratitudinis species erit generalissima hominis erga hominem, contra adagium antiquissimū. Homini hō Deus. Strabo ait mortales maximè Deos imitari quū benefici sunt. & Sene. lib. de Moribus: Quid est dare beneficiū? Deum imitari. Humanitatem definiūt esse morum habitum, ad hominis amicitiam valde propensum habitum in hoīes beneficia conferentem: contra humanitatē igitur erit ingratitudo hec: rursus contra ius naturale, & ciuile. l. vt vim. ff. de iu. & iur. vbi ꝙ hominem homini insidiari nefas est. l. seruus. vers. Cum beneficio affici intersit hominis. ff. de ser. expor. gl. in l. culpa est, quæ est 37. vers. Cum officium homo homini debeat. ff. de reg. iu. Cic. li. 2. off. Contra ius diuinū. Eccl. c. 29. Recupera proximum secundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas &c. Iohā. ca. 13. Et vos debetis alter alterius lauare pedes. Et ad Gala. c. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Eò ēt tendit illud Mat. c. 18. & Lucę. 17. ac c. nouit. de iudi. Si frater tuus peccauerit, corrige eum inter te, & ipsum solū. Vnde etiam sumitur, ꝙ omnes hoīes inter se fratres nuncupantur, & prout fratres se tractare debent, optimus tex. in iure diuino est Deute. c. 22. Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo, etiam si nō est propinquus frater tuus, nec nosti eū. Insuper scriptum est 1. ad Tim. 1. Finis præcepti charitas est, ad hoc enim omnis lex tendit, vt amicitiam constituat, vel hominum adinuicem, vel hominis ad Deū. Matthæi 22. & ad Gal. 5. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Ac diuus Tho. prima secundæ, q. 99. art. 1. Ad secundum. Omnis homo est nobis proximus, omnē ergo hominem diligere, dirigere, adiuuare, tueri, protegere, seruare, ad virtutis, & veritatis viam reducere tenemur: alioqui etiam in alio seculo rōnem redditurí erimus: debitasq; pœnas culparū nostrarum luemus, & in hoc pro ingratis, & impijs habebimur: Nec ætate nostra patiamur audire vocem illam, Domine hoīem non habeo, vt cū conturbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Iohā. ca. 5. Insuper homo Deum imitari debet, quippe qui ad eius similitudinem factus est. Genes. c. 1. & 9. Et homo factus est rectus a Deo. Eccles. c. 7. in fi. Et Dominus est oculus hoīs, Zaccharíæ 9. Et bonus homo de bono thesauro profert bona. Matthæi ca. 12. & Lucæ 6. versus fi. 1. Petri cap. 4. Ante omnia autē mutuam in vobismetipsis charitatem vnanimem habentes &c. Et tantæ est potentiæ, virtutis, nobilitatis, præstantiæ ipse hō, vt Mercurius Trimegister mirandum quid dixerit hominem. Et sapiens, ꝙ omnia sunt in homine. Ac de eo scriptum sit Psal. 81. & Iohan. 10. Et ad Hebr. 2. Ego dixi, vos Dij estis, & filij excelsi omnes. Rursus Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Item omnia subiecisti sub pedib. eius. Psalm. 8. Homini demum omnia communicata fuerūt, & per gratiam etiam plura quæ soli Deo conueniunt. 2. Petri ca. 1. Per quem maxima, & preciosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturę. Et cum ipsius Dei sit supra naturam, & miraculosè agere. Iosue 3. Sanctificamini, cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Num. 26. Et factum est grande miraculū &c. Esaiæ 29. Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo &c. Item solius Dei sit peccata remittere, & delere. Sapiē. 11. Et misereris omniū, quia omnia potes: & dissimulas peccata hominū propter pœnitentiam. Et cap. seq. Veniam dabas peccatis illorum. Esaiæ c. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Marci. 2. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Lucæ 7. ad fin. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Hominibus etiam hæc Deus communicauit, de primo habemus verba diuina. Sapien. cap. 16. Filios autem tuos nec draconum, nec venenatorum vicerunt dentes &c. Marci 16. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur variis: serpentes tollent &c. Lucæ 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes &c. ac cap. 17. Si habueritis fidem sicut granum sinapis dicentes huic arbori moro. & Matthæi cap. 17. Si habueritis fidē sicut granum sinapis dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. & Iohan. 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. De secundo habemus Matthæi cap. 18. Et quæcunq; solueritis super terram, erant soluta & in cœlo. M. item Tullius Tusculan. primo, scribit. Quę amplior in genere hominum natura, quàm eorum qui se natos ad homines iuuandos, tutandos, conseruandos arbitrantur? Idem in Oratione pro Ligario. Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quàm salutem hominibus dando. Officio. lib. primo. Homines hominum causa sunt generati, vt inter se alij alijs prodesse possent. 2. officio. Proximè, & secundum Deum homines hominibus maximè vtiles esse possunt. Offic. 3. Hoc natura præscribit, vt homo homini quicunque sit ob eam ipsam causam tantum, ꝙ is ho-

is homo ſit conſultum velit. De Finibus lib. 2. Impellimur natura, vt prodeſſe velimus, quàm plurimis. De Finibus 3. Oportet hominem ab homine ob hoc ipſum, quòd homo ſit non alienum videri. Idem in Lælio. Sic nos nati videmur, vt inter omnes eſſet ſocietas quædam. Et quòd ratione qua homo, omni prodeſſe debeamus, affirmat Ariſto. Ethico. libro 8. capit. 11. inquiens, Nam omni homini iuſtum quiddam eſſe videtur ad omnem hominem, qui communicare ſecundum legem, pactionemque poteſt, quare, & amicitia in ratione qua homo eſt. Poſtremò vt paucis verbis multa perſtringam concludo, quòd omnes homines diligere debemus: hominiſque naturam, & virtutem, vitia uerò, & peccata hominis odio proſequamur, vt inquit Auguſtinus ſuper epiſto. ad Galat. Idem lib. 1. de doctrina Chriſtiana, ca. 28. & magiſt. ſenten. lib. 3. diſtinc. 29. Qui igitur alios non amabit, alijs prodeſſe non quæret, aliorum neceſſitatibus, infortunijs, ærumnis pro virili non prouidebit, ei conueniet adagium Plautinum, Homo homini non homo, ſed lupus. Hic ſimilis erit illi leuitæ, & ſacerdoti, de quibus Lucæ cap. 10. Accidit autem, vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via, & viſo illo præteriuit: ſimiliter & leuita &c. De ſimili homine dici poterit. Maledictus homo, qui confidit in homine. Et ſcribitur Pſ. 117. Bonum eſt confidere in Domino, quàm in homine. Et Pſal. 115. Omnis homo mendax. Hiere. cap. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile. Talis item vocari poterit homo apoſtata, vti inutilis &c. Prouerb. cap. 6. Scribitur Micheæ cap. 7. Omnes in ſanguine inſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem venatur. Diogenes Cinicus bonis, maliſve infenſus, notos perinde, atque ignotos contumelia perſequebatur. Cyrus Perſarum rex hominum ſanguine delectabatur: hunc captum Regina Damaris, cuius filium interfecerat, decapitari fecit, eiuſdemq; caput in ollam, ſeu vtrem ſanguine plenum demergi curauit, inquiens, Sanguinem ſitiſti, ſanguinem bibe. Timõ Athenienſis Philoſophus miſanthropos, hominum oſor, humani generis odio ĩfamis, de quo Diog. Laer. in vita alterius Timonis Nicæi. & Bud. ſuper l. 1. verſus fi. ff. de ſeruo corrup. Herodes Iudæorum Rex infinitorum infantium innocentum immatura morte gauiſus eſt: inter quos etiam interficere ſperabat Redemptorem mundi. Matthęi cap. 2. Et mittens occidit omnes pueros &c. Idẽ morti proximus curauit, vt eius germana omnes Iudæos includi faceret: dumque ipſe expiraret illos interfici mandaret, ne populus eius obitus gaudij ſigna oſtendere poſſet, cuius tamen prauam cogitationem Dei prouidentia inanem reddidit. Phalaris tyrannus Siculus homines abſque culpa aliqua paſſim interfici faciebat. Scythæ ferociſſimi, & immaniſſimi populi hominũ mortibus inuſitatis gaudebant, & illis quæ maximè diu affligerent, & cruciarent. Tales, ac aliàs immanes, & feralis naturæ homines legimus fuiſſe Eſſedones, Hircanos, Capſios, Battrianos, Meſſagetas circa Pontum, & Danubium, de quibus etiam per Ariſto. Ethico. libro ſeptimo, cap. quinto. Maſſimianus Imperator homines cum cadaueribus colligari mandabat, viuuſque a mortui animalibus vexabatur, & interficiebatur. Idẽ de Mezentio ſcribit Virgilius. Alexander Fereus tyrannus homines viuos colligatos, facie buſque coniunctos ſepeliri faciebat: alios vrſorum, & aliarum ferarum beliuarum pellibus indutos a ferociſſimis canibus delaniari delectabatur. Sylla, & Marius duces maximi inter ſe etiam incrudelitatum, & impietatum generibus omnibus emuli legiones militum ſuperatorum, & populos debellatos interfici iubebant. Tyberius Imperator Octauiani ſucceſſor nec diem quidem præteribat quin ſanguinem innocentem effunderet: Prohibens propter ſic innocenter interfectos aliquem plorare, vel triſte ſignum oſtendere debere. Nero Tyberij in Imperio, & atrocitate morum ſucceſſor fuit, Vrbis Romæ incendio exultans. Caligula horum in Imperio, & in omnibus ſucceſſor, aiebat ſe deſiderare totum Romanum populum vnum tantum caput habere, vt vno tantum ictu omnes interficere poſſet: dolebatque ſua tempora immunia, & exempta eſſe a fame, peſte, diluuio, incendijs, terremotis, & omni infortuniorum genere. Pręfatis non abſimiles fuere Domitianus, Vitellius, Commodus, Diocletianus, de quibus, & alijs ſimilibus videre licet apud Suetonium, Plutarchum, Titum Liuium, Euſebium, Paulum Oroſium, Iulium Capitolinum, & alios hiſtoricos. Præfati ferè omnes debitas luerunt pœnas, prout per eundem Suetonium in illorum vitis. Illum verò qui cuiuſque hominis miſerijs, calamitatibus, infelicitatibus compatitur, Sammaritano comparabimus, de quo Lucæ cap. decimo. Sammaritanus autem iter faciens venit ſecus eũ, & videns eum miſericordia motus eſt &c. Huc ſpectant verba Lucæ cap. ſexto. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. Et parum poſt. Nam & peccatores ſe diligunt. Iterum. Et eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos, & malos. Amplius ſi ingratitudinem iuxta uocem Græcam (ut in princ. huius tractatus præmiſi) interprętabimur, Græci enim eam τὴν ἀγνώμων nuncupant, ideſt ſine gratia. Ingratum non minus appellabimus eum qui beneficio non prouocatus data ſibi occaſione beneficijs alios nõ prouocat, quàm eum qui beneficij ſibi collati immemor eſt: quo fit ut is etiam ſine gratia, & conſequenter iuxta uocem Græcam ingratus dici mereatur, qui alijs prodeſſe ualens, renuit. Nonne ruſticitate, inuidia, malitia notari debet; qui arbores, uel domos pomis plenas habens potius eligat illa marceſcere, quàm donare, & diſpenſare? Quid prodeſt auri, & argenti maximam copiam in occulto habere, egentibus nec obolum quidem erogare? uenient fures, uel hoſtes, & auferent omnia, uel talia poſſidens morte præuentus ipſe in terram conuerſus, terram theſauris ſub terra recon-

reconditis ditabit: vel eum deridentes, eique detrahentes omnia eius bona occupabunt. Ingrati insuper, ac mali teste M. Tullio 1. Officio. dici poterũt qui non defendunt homines ab iniurijs cum possint, qui tã in culpa erunt, quàm is qui patriam, vel parentes deserit. Isern. in capit. primo. post nume. septimo. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Ingrati rursus, & illi sunt, ac iniusti qui absque causa aliquos offendunt, uel aliquibus delectationis, ambitionis, arrogantiæ, temeritatis, aut proprij commodi causa iniurias inferunt, iuxta exempla præmissa, & prout perspici potest Exod. cap. secundo, in illo Aegyptio Hebræum quendam percutiente, & in illis pastoribus, qui filios sacerdotis Madian, eorumq; oues ab aquatione eijciebant. Exemplum etiam ponere possumus in illo aureo text. authen. habita. C. ne fil. pro patre. Et quis eorum non misereatur &c. Quantum præmissi, & alij similes abhominandi, detestandi, vitandi, fugiendi, fugandi sint, docet nos Sapiens Prouerb. cap. primo. Si dixerint ueni nobiscum insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, diglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum: omnem præciosam substantiam reperiemus: implebimus domos nostras spolijs &c. cap. tertio. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius, quia abhominatio est Domino omnis illusor. & cap. quarto. Non enim dormiunt, nisi cum mala fecerint, & non capitur somnus ab eis nisi supplantauerint. Contra verò charitatem habens omnibus gratus erit: nec etiam inimico beneficium denegabit. ad Romanos cap. 12. ad fin. & ad Hebr. cap. primo. Non omittam recensere gratitudinem inimicorum Demosthenis, illiusque notabilia, & gratissima verba. Is a patria exul factus Athenas relinquens, obuios habuit quosdam conciues æmulos, & aduersarios, quos sibi infestos fore suspicabatur; illi re cognita nõ solum eidem infesti non fuere, sed eum benigne susceperunt: eidemque necessaria subministrarunt, quo factum est, vt postea quibusdam ipsum increpantibus propter nimium dolorem, & mœrorem quem ostendebat propter huiusmodi exilium, responderit, quomodo possum non plorare, & cruciari propter patriam amissam, in qua tales sunt inimici, quibus similes in alia patria reperire amicos quiuis optaret. Huc spectant diuina verba, de quibus 1. Petri. cap. quarto. Ante autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum: hospitales inuicem sine murmuratione, vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam ad ministrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Quid induxit Moysem, vt interficeret Aegyptium percutientem Hebræum? Quid eundem impulit, vt Hebræos rixantes redargueret, quorum alter sibi respondit, quis constituit te principem, & iudicem super nos? Nunc occidere me vis sicut heri occidisti Aegyptium? Quid denique eundem incitauit defendere filios sacerdotis Madian ab insultu pastorum? de quibus Exod. cap. secundo. Certè nil aliud, nisi bona natura, & charitas ipsa. Hinc scribitur Ecclesiast. cap. 4. Libera eum, qui iniuriam patitur de manu superbi.

Postremò omnis, qui se gratum, humanum, beneficum, & liberalem profiteri vult, illa verba sacra semper in mente habeat in omni dato hilarem fac vultum tuum. Ecclesiast. cap. trigesimoquinto. & secunda ad Corinth. cap. 9. Hilarem enim datorem diligit Deus. Hæc gratitudo, & ingratitudo in omnes homines latissima est, ita vt infimum quemque hominem, ac amplissimum, rursus in statu mediocri constitutum respiciat, & in quemlibet huiusmodi extendatur. Quòd si omnes, vel in vitium ingratitudinis huiusmodi prolapsos, vel virtutis gratitudinis possessores recensere vellem, hic libellus in infinitum cresceret, sufficiant proximè nominati, & alij sub qualibet sua specie. At si mihi non animo fixum, & immotum maneret gratos nostræ ætatis hic non nominare, saltem nonnullos ex nostris Romanis erga omnes, in omnibus, & semper gratissimos recenserem: verum mihi ipsi conscius, ne Romanæ hodiernæ gloriæ fraudator, vel saltem occultator omnino videri possim, maximas laudes in omni genere gratorum subticendo, sententiam fortè mutassem, ni tot simul in mentem venirent, vt vix omnes debito ordine exprimere posse confiderem: quo fit vt cautius existimem omnes tacere, ne omissos etiam negligere viderer: exterosque pariter gratissimos paruifecisse iudicarer. Ne autem dum charibdim vitare cupio, in scillam incidam: ac dum ingratos insequor, ingratus ego iure existimer, cogor ingrati notam fugiens paucos ex nostris Romanis, non solum erga innumeros, sed & erga meipsum gratissimos nominare: duos videlicet religiosissimos, ac sapientissimos antistites ex duabus familijs vrbis nobilioribus, & potentioribus, Illustrissimos, & Reuerendissimos Cardinales Columnam, & Vrsinum. Duos item præclarissimos, ac potentissimos Principes M. Antonium Columnam, & Paulum Iordanum Vrsinum, quorum omnium mansuetudo, humanitas, modestia, fides, magnificentia, liberalitas, magnanimitas, & aliæ innumeræ virtutes adeo præclaræ, & omnibus notissimæ sunt, vt nullius commendatione indigeant, non secus, ac lucidissimus Sol, alicuius facis splendore. Horum singuli erga omnium hominum genera officiosissimi, gratissimi, & beneficentissimi semper fuerunt, vt facilè antiquis nostris Romanis præferre mereantur: quos dum spiritus hos reget artus nunquam laudare, celebrare, extollere cessabo.

De ingratitudine in defunctos.

CAP. CXXXI.

THς ἀχαριστίας, seu ingratitudinis speciē constituemus in defunctos, quæ infinitis modis accidere potest: Nos breuitati studentes aliquibus exemplis contenti erimus. Plato tria esse genera iustitiæ asserebat, aliud circa Deos, alterum circa homines, tertium circa defunctos versari: Nam & qui sacra secundum leges faciunt, sacrarumq; rerum curam habent, religiosi, & pij sunt: qui mutua, depositaque restituunt, iusti erga homines sunt: qui autem vita functis iusta persoluunt, tertiam illam iustitiæ partem exequuntur: Quæ etiam habes apud Diog. Laert. in vita ipsius Platonis. Et non minus expedit Reipub. mortuos humari, quam viuos conseruari. Bald. in l. fin. C. de nego. gest. latè Gui. Benedi. in ca. Raynutius. in ver. mortuo itaque. num. 56. de testam. Et de honore, & reuerentia præstandis etiam defuncto habemus tex. in l. 4. §. aduersus, ibi, Semper enim ei reuerentia præstanda est tam viuo, quàm defuncto. ff. de do. mali except. & parum post. vers. Namque conuenit. Amici, consanguinei, hæredes, donatarij, legatarij, quique ab aliquo beneficia receperunt, ingrati nimis erunt, nisi pro illius animæ salute (si pęnitentiæ signa, vel conuersionis ad Deum inditia apparuerint, non autem si obierit impius, & impœnitens) supplices Deo pręces porrigant, & porrigi procurent. Hinc S. Rom. Ecclesia docet nos in litanijs orare Deum, vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuat, vtque omnibus bona facientibus vitam æternam retribuat. Rursus & eleemosynas, aliaque pietatis operà pro eodem faciant iuxta text. in cap. non existimemus, cum plurib. sequen. 13. q. 2. in cap. si aliquis. 26. q. 6. in cap. a nobis. de senten. excommu. Luc. de Pen. in l. iubemus. col. 1. C. de præpo. sac. cubi. lib. 12. Et quòd præsertim hæredes, & consanguinei ad quos bona peruenerunt conscientiam defuncti purgare, vel exonerare, & pro eo satisfacere teneantur, probant text. in cap. fi. de sepult. in cap. literis. de raptori. Ludou. Roman. consil. 149. conclusionem, num. 4. Sozi. consil. 203. capiendo. num. 2. libro secundo. Cur. Iun. cons. 181. præsupponitur, versus fi. D. meus Phil. Dec. consil. 272. viso processu. nu. 6. & 303. in casu. num. 6. Alcia. in l. 2. §. & harum. num. 33. ff. de verb. obli. & Mar. Sozzi. Iun. consi. 76. cum diebus, nu. 24. lib. 1. Et licet magna sit controuersia an iuramentum illiusque effectus ad hæredes transeant, prout per Doc. per me citatos in 34. q. trac. Monito. tamē quicquid sentiant Barba. in c. cum sit. de fo. compe. & Fran. in c. fi. in 3. not. eo. lib. 6. communiter Doc. cōcludunt agi posse contra hæredem implorando officium iudicis ecclesiastici, ut hæres satisfaciat exonerando animam defuncti, qui iurauerat. Abb. & Mar. Sozi. in al. le. c. cum sit, vterque. col. 8. & Fely. ante num. 10. vers. Secundo intellige, & limita. Gomes. in §. Actionum. nu. 6. Insti. de actio. Quæ tanto magis procedunt quando viuens in suo testamento, vel aliàs iussit eleemosynas pro sua anima erogari, vel alia pietatis opera fieri: tunc ingratissimus erit qui eleemosynas præstare, legata pia persoluere, pietatisque opera pia omnia sibi demandata facere recusauerit, vel distulerit, ac pęna dignus erit. cap. qui oblationes 1. & cap. clerici. 13. quęst. 2. De ijs vide nouissimè in prin. Sessio. 25. aliàs vlt. sub Pio IIII. Concilij Triden. sub tit. de purgato. vers. Curent autem episcopi, vt fidelium viuorum suffragia &c. Et pro præmissis, & quòd hæredes conscientiam defuncti exonerare teneantur est etiam tex. in ca. ecclesia. §. Item peccato Israelitarum. vers. Veluti si quispiam de latrocinio, & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, nō excusaret filium ignorantia, quin post mortem patris cogatur reddere malè conquisita. & ibi glo. in ver. conquisita. prima quæstio. quarta. Idem voluerunt Abb. in cap. cum sit generale. numero 22. de fo. compet. Ruin. consil. 20. nume. 2. volum. 4. Vide etiam Luc. de Pen. in l. fin. versus fi. vers. Est autem pro eleemosynis, quæ dantur pro mortuis. C. de anno. ciui. lib. 11. Et ante declarat defunctorum triplicem esse statum, eleemosynasque pro his, quos scimus esse sanctos non esse erogandas, puta pro S. Francisco, S. Antonio, quippe qui orationibus nostris non indigent, sed nos sanctorum indigemus orationibus. est tex. in ca. Marthę. §. vlt. de celebra. missa. Pro illis, qui sunt apud inferos nec eleemosinæ dandæ sunt, nec pro illis orandum est. In inferno enim nulla est redemptio. c. in præsenti. & c. pro obedientibus. iunc. glos. in ver. pro impijs. 13. q. 2. Hinc in litanijs dicimus, Oremus pro fidelibus defunctis. His, qui sunt in purgatorio orationes nostrę, nostræq; eleemosynę conferunt, & vltra alia loca, quæ adducere possem, præter id quod hæc apud bene sentiētes indubitata sint probo per cap. 12. in fi. 2. Machab. sub ijs verbis, Sancta igitur, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis exoluātur. Quod & declarat nouissimè conc. Trid. ses. 22. de sacrif. missæ. c. 2. in fi. & can. 3. ac sess. 25. in prin. tit. de purgato. Et de suffragiis pro defunctis tractat diuus Tho. per 14. articulos, q. 71. addi. ad tertiam par. Et an, & quādo defunctis orōnes, & eleemosynæ prosint tractat Magi. sent. li. 4. c. 45. Sunt qui (vt inquit Cic. Tusc. 39.) rem gratā se mortuis facere si grauiter eos lugeant, arbitrentur. Quibusdā in ciuitatibus quidam pręcio conducuntur, vt super mortuos plorent, & ululent, qui mos Caricę gentis instar antiquitus ēt apud plures nationes erat, ut Plato affirmat Dialo. 7. de legib. Quot autem sunt, qui dum lachrymulas vi, seu arte exprimunt (iuxta illud Terentii: Vix vi unam lachrymulam expressit) eorum animus alio tendit, impedimento maximo sibi esse cadauer existimant, cruciantur que non posse illico expulso, & eiecto defuncto, illius bonis, ac facultatibus se immiscere. Non nego super mortuum plorādum esse, at non est hic, de quo locuti sumus plāctus, & plo-

& ploratus pius, religiosus, misericordiæ plenus, similisq; illi de quo Actuum c.8. Curauerunt autem Stephanum viri timorosi, & fecerunt planctum magnum super eum. Hebræi etiam mortuos plorabant, prout videre est Genes. c.27. versus fin. uenient dies luctus patris mei. & c. vlt. Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris flens, & deosculans eum, & reliqua. Deutero. 34. Fleueruntque eum filij Israel in campestribus Moab 30. diebus, & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. 1. Regum cap. 25. Mortuus est autem Samuel, & congregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum nimis &c. ac cap. vbicunq, versicu. pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur &c. 13. quæstio. 2. Et scribitur Ecclesiast. cap. 33. In mortuum produc lacrimas, & quasi dira incipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illud, & non despicias sepulchrum illius. Gentiles item defunctos lugebant prout probatur ex tex. in l. minimè maiores. arguendo a speciali. ff. de reli. & sumpt. fune. Solon mortem suam lugeri iussit. Contra verò Ennius vetuit. Cice. in lib. de Senectute. Quidam item adeo inhumani sunt, vt defuncti gesta omnia vilipendant, damnent, vituperent, illius gloriam deprimant, facta magna nima supprimant, vitia, & scelera in illo fuisse cõfingũt, multi furiamque contra defuncti memoriam mentiantur, immemores prouerbij antiqui, Cum mortuis non nisi laruæ pugnant? Immemores etiam carminum Ouidij Amorum lib. 1. Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit. Tunc suus ex merito quemque tuetur honos. Nonnulli verò beneficia accepta negant, seque beneficia contulisse defuncto falsò affirmant. Aliqui defuncti, consequenter illius hæredum debitores, creditores fingunt, & affirmant cõtra tex. in l. item apud Labeonem, quæ est 25. versic. Si quis non debitorem, quasi debitorem appellauerit. ff. de iniur. Exemplum habes sexti Neris, qui se creditorem C. Quintij defuncti simulabat, prout per M. Tullium in oratione pro P. Quintio. Ingratus omnibus hominibus, præsertim literatus Zoilus ille, qui Homeromastrix vocitatus fuit, & q. cũ ab Homeri libris plura didicerat, omne studium conuertit in Homeri opera scientiarum fontis, & patris omnis virtutis, teste etiam Iustiniano ad fi. proœ. ff. accedens ad Ptolomæum regem, sua scripta contra Iliadem, & Odisseam comparata regi recitauit. Ptolomęus quum aduertisset poetarum parẽtem, philosophiæ que omnis ducem iam diu defunctum, eiusque memoriam damnari, & sugillari, & cuius cunctis ab gentibus scripta susciperentur, ab eo vituperari, indignatus, nullum Zoilo dedit responsum: Post aliquod tempus redijt Zoilus ab Ptolomæo aliquid sibi inopia pressso tribui rogans: cui respondit ille, Homerum, qui ante annos mille decessisset æuo perpetuo multa millia hominum pascere, item debere, qui meliori ingeniose profiteretur non modò se vnũ, sed & plures alere posse. Mors Zoili pessimi varie narratur, vide apud Victruuium in præfatio. 7. lib. Ingratissima, & impijssima Tullia vehiculũ supra cadauer patris Seruij Tullij Romanorum regis occisi duci iussit, quo celerius incõplexum Tarquinij interfectoris eius patris, veniret, prout apud Val. Maxi. lib. 5. titu. Dicta, aut facta scelerata. Sueto. in Octauiano. Ouid. in Ibin. Antonius odio M. Tullij ita exarsit, vt mortui caput in mensa apponi voluerit, perque diem illud aspexerit, quausque tali spectaculo animum exatiasset. autor Appianus lib. 4. Belli ciuilis. Plato in sua Repub. eos, qui mortuos spoliant, canib. similes affirmat, qui lapides mordent, & proijcientes non tãgunt, prout etiam per Aristo. Rethori. lib. 3. ca. 4. Iustius item habitum est (inquit) hominibus vita functis opem ferre, quam uiuis. Idem Aristo. problem. 9. Sessio. 29. Ex quibus patet, quod nequissimus habendus sit fortissimus Achilles, non ex eo quòd Hectorem Patrocli sibi charissimi interfectorem occiderit, hoc enim iure belli, & pro vindicta amicissimi sibi licebat, sed ex eo, quòd interfectum heroem illum, ter circum Troiæ muros raptauerit curru, cumque instar frendentis belluę immanitatem expleuisset, Priamo patri venale cadauer exposuerit. Authores lib. 23. Iliad. Cice. li. 2. Tusc. q. Virg. 1. Æneid. Proper. lib. 2. Tarquinius superbus ingratus, qui Seruium Tullium socerũ sepultura prohibuit. T. Liuius libro primo. ab vrbe condit. sic & Sylla ingratissimus vocari meretur, quippe qui nec cineribus Marij, cuius aliquã do Quęstor fuerat, pepercit, quin illas in Anienis alueum spargeret. vti apud Val. Max. lib. 9. titu. de crudeli. dum Syllæ crudelia facta commemorat, Quod facere etiam hæredi testatore id iubente iura prohibent. l. quidam in suo. ff. de condi. insti. Ingrati, grauique pęna puniendi, qui defunctorũ corpora exenterant, dilacerant, coquunt, ossa a carne separant, & similia horrore plena, faciunt. iuxta tex. in extra. Detestandæ feritatis abusus. Boni. VIII. sub titu. de sepul. inter commu. & Steph. Aufre. in tracta. de pote. eccle. super lai. casu 128. Postquam sermo noster incidit in hos, qui cadauera diuersimodè offendũt, diuersos inhumanos ritus huc spectantes recensere non ab re uisum fuit. Essedones ossa capitum defunctorum argento gemmisque, & auro celata in poculorum vsu tenere dicebantur, eorumque cadaueribus (teste Herodoto) vescebantur, admixtis pecudũ carnib. Plato lib. 18. in Euthydemo Scithas fuisse illos inquit, qui suis ex capitibus deauratis bibebant. Arij non prius corpora sepulchro condebant, q̃ a feris lacerarentur. Parthi parentes extinctos, feris, & auibus deuorandos abijciebant, inde ossa carnibus iuxta sepeliebant. Ægypti mortuos suos aromatibus conditos domi conseruabant. Persæ vt corpora quam plurimum durarent, cera circumlinita reponebant. Hircani canes alebant, a quibus defuncti lacerarentur. Apud Indos vna de vxoribus charior cum uiro defuncto incendebantur. Apud quasdam nationes in virorum fortium sepulchris, captiuos necare consueuerunt, vti apud Homerum in Patròcli funeribus factum legimus, vbi Achilles post multos cęsos bo

ues,& pecudes,post infusum mel,& oleum,ac post occisos quatuor equos, & duas canes,captiuos Troianos duodecim occidit. Simile habemus apud Virgil. in Palladij funere, qui Homerum sequutus est.Romani vero morem illum ferum mactandi homines non comprobarunt, eligere tamen consueuere gladiatorum paria dimicantium,qui a bustis,gladiatores bustuarij nuncupati sunt,& ea sacra inferiæ dicebantur. Hosce Romanorum ludos habes Æneid.li.5.Lothophagi suos defunctos in mare abijciebant, asserentes parum interesse humone, an aqua, an igne absumantur.vti apud Celium cap.43. lib.9. Albani vt idem affirmat, nephas putabant curã mortuorum agere.Sabęi vt idem asserit, corpora defunctorum codẽ,quo stercus modo ducebant, quin etiam reges reijciebant inter sterquilinia. Romæ antiquitus non sepeliebantur nisi qui de Repub. meruissent,quod Val.Publicolę.C.Fabritio,& postumio Tiburto concessum fuit.Cice.2.de Legib.Hinc ferunt Adrianum Imperatorem aureorum quadraginta pœnam statuisse in eos, qui in ciuitate sepulchrum fecissent. vti apud Crinit.libro vigesimoprimo.cap.duodecimo. In lege diuina veteri, & noua nulla pręmissarum obseruationum comprobatur.Apud Hæbreos lege cautum fuit, ne insepultum hostem relinquerent. Celius libro nono, capitulo quadragesimotertio. Sylu. Italicus libro decimotertio. varios funerã di modos carminibus describit. Aliud ingratitudinis,& impietatis,ac extremæ auaritiæ genus se se offert Verris,eiusque officiariorum,ministrorũ satellitum, lictorum, de quibus per M. Tullium in vlt. Actio. orationis in eundem Verrem, dum inquit,In illo supplicio mercedem vulneris,atq; plagæ,mercedem funeris, ac sepulturæ constitui nephas fuisse.Contra iniuriam inferentes cadaueri,vel funeri, seu statuæ testatoris datur hæredi, vel successori iniuriarum actio. iuxta text. in l. 1. versicu.Et si forte cadaueri. & post. versiculo. Quoties autem funeri testatoris, vel cadaueri fit iniuria.& l.si statua.quæ est 27. ff.de iniur. Et q̃ iniuria fiat cadaueri,ac homini mortuo, & illius famæ,ac punienda veniat, probatur ex supra adductis,ac per tex.in l.3.§.si aduersus. ff. de sepul. vio.l.1.§.quo omnes.ff.de iniur.in l.nemo.C.de infami.in §.primo,ibi.Ne iniuria defunctus afficiatur.& per Iser.in capitulo primo versicu.vbi vero.circa medium.An agnat. Rip. in tracta.de de peste.par.tertia.numero 115. Boer. Dec. 316. numero duodecimo.de quo etiam in constitu. Si quis aliquem.in fin.libro tertio.In hos,qui in sepultos immanes sunt adduco pulchrum text.in l. 3.C.de episcop.audien.in hæc verba. Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit. Gratus,&pius Dauid erga Sualem regem,à cuius animo iniquo noctes, diesque Dauidi insidiæ parabantur, morsque Dauidi imminebat. Flebat tandem Dauid obitũ Saulis Regis, ac Ionathæ eiusdem filij. 2. Regum cap. primo. Sepelientes cadauera lege diuina valde laudantur.Genes.23. Abraam filio Heth, alloquens inquit, Aduena sum, & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum,vt sepeliam mortuum meum, responderunt,Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum.& dicto libro secundo, Regum cap.secundo.inquit Dauid, Vos benedicti a Domino qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul,& sepelistis eum. Gratus Thobias,occisis, ac aliàs defunctis sepulchrum sollicitus,& cum vitæ periculo exhibebat. Tobiæ capi. primo,ad fin.& cap.secundo.Diuus Augusti.lib. primo.de Ciuita. Dei. capitulo decimotertio.inquiens, Et Tobias sepeliendo mortuos,Deum p meruisse teste Angelo commendatur. Gratus Ioseph ab Arimathia,qui discipulis Iesu aufugentibus,ac latitantibus accessit ad Pilatum, ac petijt, & obtinuit sacratissimum corpus Domini nostri, quod inuoluit in sindone munda,& posuit in monumento suo nouo. Matthæi capi.vigesimoseptimo.Marci 15.ac Iohan. 19. versus fi.Gratus Prolomæus rex Ægypti,qui templum,& statuam Homero,velut alijs Dijs confici curauit.Gratus item superior Africanus,Ennij poetæ defuncti effigiẽ in monumentis Corneliæ gentis collocari curauit,eo quòd illius ingenio opera sua illustrata iudicaret. Cice.in oratione pro Archia poeta. Plyn. lib.7.ac Val.Max.libro 8. de cupidi. gloriæ. Gratus Augustus Imperator,qui pulcherrima Virgilij poemata iam defuncti,comburi non est passus, vt per omnes Virgilij vitam describentes. Gratus item,& pius Simonides philosophus,ac poeta,in itinere conspiciens cadauer humanum auibus, & feris belluis expositum, substitit, illudque sepulchro tradi curauit, & ideo admonitus diuinitus, ne proximo die nauigaret, periculum naufragij euasit.teste Val.Max.libro primo.ca.de Somnijs. Idem Simonides affirmabat etiam mortuis beneficia conferenda esse. Similem gratitudinem,humanitatem, ac pietatem ostendit Virgil. Æneæ erga patrem defunctum, erga nutricem,quæ Caetæ nomen dedit, & erga alios, de quibus Æneid. libro quinto. Gratus Hannibal, quippe qui Æmilij Pauli, Tiberij Gracchi, & M. Marcelli cadauera, & si hostes essent, honorificẽ sepelierit, quem Val. Max.libro quinto,capit.primo. miris laudibus extollit.Egregium factum Cimonis narrat Val.Max.eod.lib. 5. cap. 4. is cum pater eius Milciades ob crimen peculatus in carcerib.obijsset,nec per leges liceret funus efferre, nisi pensita ta pecunia,nec soluendo esset, translato se in vinculis,patrem ad sepultutam redemit. Gratissima Elissa Sichei vxor, quæ non solùm virum viuũ enixè amauit, quin & mortuum, animoque immoto illi castitatem, & viduitatem deuouit,adeoque illius memoria in corde gerebat, vt omnes alios sperneret,& a se expelleret, prudentiaq; ac animi fortitudine se ab omnib. defendit,intactaque seruauit.tandemq; omnia pati maluit, quam in alicuius amplexus venire. quo factum est, vt propter innumeras eius virtutes,Elissa Dido lingua phęnica appellata fuerit idest virago. Mentiun-

tiunturque illi, vel fabulantur, qui Æneæ (inter quos longa temporum interualla intercessere) vel alteri se supposuisse aiunt, ab historijsq; recedũt. Valeria Seruium eius virum valde dilexit, eoque defuncto pluries sollicitata vt nouum acciperet sponsum, nouas abhorrens nuptias, respõdit, semper Seruium eius maritum viuere, ostendens amorem coniugalem perpetuam sedẽ in eius corde collocasse. Lex 11. tab. aduersus sepulchrorum violatores statuit, ne quis sepulchra deleret, neue alienum inferret, pœnis adiectis. vti apud M. Tullium lib. 2. de legib. quam 12. tabu. legem auxerunt deinde, ac declarauerunt prætores, & Imperatores, sepulchrique violati actionem filijs ẽt non hæredibus dederunt. l. sepulchri violati. l. penul. ff. de sepul. viola. Quin & eo cuius interest non agente, extraneus agere possit. l. 3. §. 1. ff. eod. Ratio est quia hæc dicitur actio popularis. dicta. l. 3. §. vlt. Et manu armata cadauera spolians pœna mortis plectitur. dicta. l. 3. §. aduersus eo. tit. ff. de sepul. vio. Pœna contra eos cadauera q extraxerunt, vel ossa eruerunt, est, vt humiliores vltimo supplicio afficiantur, honestiores relegentur, vel deportentur. l. vlt. ff. de sepul. vio. l. 4. C. eo. vbi adijcitur etiam pœna pecuniaria. Tertia pœna sepulturam impedientium ob suum creditum, est vt illud amittant. l. vl. C. eo. Quarta pœna cõtra hæredes non sepelientes cadauer eius cui succedunt est in dicta l. ult. & per Boe. Dec. 287. nu. 2. Quinta pęna demolientium sepulchra posita est in ea. l. 4. C. de seul. vio. Posset etiam esse locus pœnæ sacrilegij, vel quasi. l. 1. C. eo. & ibi Saly. & alij. Ætate nostra gratissimus, & pietissimus Pius Papa V. qui memor beneficiorum acceptorum a fe. re. Paulo. IIII. illum eiusque virtutes, & laudes ad æthera euehere nunquam cessat, sepulchrũ egregium in templo Mineruæ eidemque parari curauit, titulis pręclaris eundem extollendo. Gratissima Argia filia Regis Adastri, quæ Polimnicis filij Eddipi Regis Thebarum sui viri interfecti cadauer iam malè olens, & putridum inter infinita alia commixtum, noctu inter inimica castra pertransiens omni expulso timore, etiam mortis se periculo exponens præsertim pp edictum Regis Creantis prohibens sub pęna capitis officium alı quod pietatis cadauerib. illis interfectorum exhiberi, corpora oĩa indefesse reuoluens, illud eius viri repertum amplexa, & deosculata est, ac post ĩfinitas lacrimas illud igni iuxta morem regionis demandauit: cineres in splendido sepulchro collocauit, oĩaq; alia pietatis opera exhibuit. Arthemisia Cariæ Regina Mausolei Regis vxor fidissima, illum viuum & mortuũ adeo dilexit, vt is ab eiusdem animo nunquam exciderit, vtque marito defuncto illustre sepulchrum pararet, eiusque nomini gloriosam erigeret Pyramidem, thesauros aperiens. Scopam, Briaxem, Timotheum, ac Leotarẽ architectos, & scultores præstantissimos e græcia aduocauit: pyramidemque Mausoleum nuncupatam, ad æternam Mausoli Regis eius viri memoriam, & honorem construi, & erigi fecit, septem spectacula, & omnia mundi ędificia longè superãtem. Forma mausolei fuit quadrata, immensæ altitudinis, ac a sexaginta sex columnis circundati, varijsque figuris ornati. Anaxagoras Glazomenius (vt in illius vita refert Diog. Laer.) dum uidisset hoc mausoleum, monumentum inquit præciosum, & lapidib. ornatum diuitiarum imago. De hoc mausoleo loquitur Propertius inquiens, Nec Mausolei dives fortuna sepulchri. Victru. in præfatio. 7. lib. Architecturæ, De mausoleo Satyrus, & Phiteus &c. Ab hoc sepulchro omnia præciosa sepulchra ex nomine eius mausolea dicunt. Suetonius sepulchrum Cæsarum Mausoleum appellauit. De Artemisiæ prædictæ ingenio, præstantia, solertia in reb. militarib. Victru. lib. 2. Itaque post mortem (inquit) Mauseoli Artemisia eius vxore regnante, Rhodij indignantes mulierem regnare &c. Athenarum ciuitas (si Platoni in Menexeno credimus) statutus legib. parentes, & filios eorum, quæ in bello interierant tutabatur, & ante alios ciues summo magistratui talium committebat curam, ne vlla prorsus iniuria parentes horum afficerentur: filios autẽ educabat: studebatq; vt illis ignota esset orbitas: Nã ipsa ciuitas parentis gerebat vicem, & alia faciebat, de quibus in fine orationis Socratis. Gratissima vrbs nostra, quæ recepto a militibus aliquo notabili seruitio, illos ex publico remunerabat, illisque defunctis eorũ descendentes, hæredesque bonis donatis frui volebat. O gratissimum, illustrem, & nunquam satis laudatum amplissimum Senatum Venetum, liberalitatis, & gratitudinis speculum, ac exemplar; quippe, qui non solum digna, & pręclara seruitia, seu beneficia illi inclitę Reipub præstantes domis & censib. ditat, sed & illorum hæredes, & successores in perpetuum.

De Ingratitudine sui ipsius erga se ipsum.
CAP. CXXXII.

VLtima τῆς ἀχαριστίας seu Ingratitudinis spẽs omnib. ferè incognita, & quæ late patet, erit erga se ipsum Gratus, vel ingratus sibi ipsi metaphorice potius dr̃, sicut de iustitia inquit philosophus. 5. Etic. & D. Tho. 2. 2. q. 106. art. 3. ad primum. Et cum ordinata, & prima charitas a se ipso incipiat. Philosophus Etic. li. 9. c. 8. se ipsos oẽs natura diligunt. M. Tul. 3. de Finib. Omnis natura est diligens sui. 4. de Finib. omnis natura est cõseruatrix sui. & 5. de Finib. Omne animal simulat que est ortum applicatur ad se diligendum: estq; in se conseruando occupatũ. l. præses, vbi etiã gl. fi. C. de seru. & aqua. C. q vult ordinatè dare eleemosynã à se ipso debet incipere. de pæni. dist. 3. Spec. de Aduo. §. 1. post nu. 20. ver. Pro se autem potest. Ingratitudo quæ contra charitatem est, si contra se ipsum sit, repugnantior, insipientior, omnibusque alijs speciebus irrationabilior iudicanda erit. Hinc dixit sapiens Ecclesiastic. 1. c. 14. Qui sibi nequam est, cui alij bonus. & Philosophus Etico lib. 5. cap. 1. ad fin. Pessimus igitur est

est qui ad se ipsum , & amicos vtitur prauitate. Et Iurecon.in l.fi.ff.de bon.eorũ qui ante senten. mor.sibi consci.inquit, Qui enim sibi non pepercit,multo minus alij parcet. Omnium itaque hominum aliqui fuerunt,seu sunt erga se ipsos ingrati.Nonnulli verò erga se ipsos grati.Aliqui erga se ipsos grati,& ingrati.Circa primummembrum insistentes,non solum de humano genere , sed & angelica natura loquamur.Lucifer, & omnes angeli ei adhærentes,sibi ipsis ingrati fuere. Ipse Lucifer creaturarum omnium pulchrior , & perfectior,Ezechiel c. 31. Ecce quasi cedrus in libano &c.Et huc spectant quæ dixi in 15.specie ingrati. Nil Lucifero deerat ad æternam felicitatem fruẽdam: Is felicitatibus maximis semper duraturis se ipsum spolians , in se ipsum ingratissimus fuit: adeoque vanus,tumefactus, stupidus, stultus, vt eum diuinus vates Esaias irridens dixerit . Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris &c. Angeli item in se ipsos ingratissimi, & perditissimi,uib lucifero in illa scelesta , & impia rebellione adhæserunt,qui prius dilectissimi ipsius creatoris fuerant: æternæque felicitati deputati erant, gloriam Luciferi, non creatoris quærentes,crearæque magis,quàm creatori inseruire statuentes, qui est benedictus in secula.ad Ro.c.1. Quia cõmutauerunt ueritatem Dei in mendacium &c.Et propterea cecinit Ezechiel d.c.31. Et emulata sũt eum omnia ligna &c.Et ꝙ hæc stulta rebellio , ac ingratitudo tam lucifero , quàm ei adhærentibus nocuerit percipies ex illis verbis Ezechiel.d.c.31. ad fi. Nam & ipsi cum eo descendent ad infernũ, ad interfectos gladio &c.& post. Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terrram vltimam , in medio incircuncisorum dormiens cum eis,qui interfecti sũt gladio,ipse est Pharao, & omnis multitudo eius,dicit Dominus Deus.Primi item nostri parentes similes Deo,creati in Paradiso voluptatis,existentes omnium animantiũ,omniumq; rerum domini.Gene.c.1.& 2.sibi ipsis quasi inuidentes:ipsorumq; fęlicitatib. detrahentes , diuino mandato spreto, ipsi ijdem sibi ruinas , miserias,ærumnas parauerunt.Innumeriq; ab illis descendentes,eis non absimiles,ingratitudinum diuersis speciebus,etiam in seipsos vsi sunt . Vtquè paucis multa perstringamus,oẽs illos,qui Dei,ipsiusq; præceptorum,& diuinarum institutionum obliti:quive potius more ferino, quàm humano, & decenti uixerunt,uitijsq; impliciti fuerunt,omnes inquam illos sibi ipsis ingratos habendos cẽsemus, quippe qui sibi ipsis locum illum parant. de quo Apoc.ca.21. Timidis autem, & incredulis &c.c.quibus peccata,& alijs.12.q.2. c.quia in omnibus.de vsur &c.c.sacris.de sepult. Inter oẽs maximè auari,sibi ipsis ingrati sunt,præter id.n. quod auaritia omnium malorum sit radix,& idolatria dicatur.c.idolatria. post prin.28.q.1.c.auaritiæ.de præben.c.auaritiæ.de elect. lib.6. auarus sibi ipsi,ac propriæ commoditati, imò & necessitati deficit: pecuniæq; augmentum , & conseruationem,propriæ præponit commoditati , utilitati,saluti. Auaritiam detestans M. Tullius in Oratione pro P.Quintio,inquit, Nullum esse officiũ tam sanctum, atque solenne , quod non auaritia comminuere,atque violare soleat. Ingratus etiã sibi ipsi habendus erit,qui famam, & proprium honorem negligit. Fama.n. bona impinguat ossa. Prouerb.c.15.Omnium autem sibi ingratissimus est,qui sibi mortem infert, & se vita priuat quá tueri: quam custodire: quam seruare : quam oib. rebus præterquam animę pręponere debet.Audi verba Sapientissimi Platonis in phœdone, vbi hoc genus mortis improbat ac lib. 9. de legibus. Quis ipsum (inquit) vita,& sorte fatorum priuaret nec iudicio ciuitatis, Nec tristi & ineuitabili fortunę casu coactus, neque postremo aliquo pudor compulsus, sed si ignauia & formidolosi animi imbecillitrte iniustè sibi mortem consciuit, ei sepultura fiat solitaria &c. Audi verba Philosophorum principis Eticor.li.3.c.7. ad fi. Mortem aũt sibi consciscere ob fugiendum paupertatem, aut mętorem,aut molestum aliquid, nõ fortis est hominis,sed potius timidi: est. n, mollitudinis laboriosa fugere.Idem lib.5.c. 11. At qui se ipsum ob iram se occidit sponte , id quod lex non permittit,contra legem efficit rectam.Et parum post Qua propter ea ciuitas mulctat, & instituta est iguominia quædam aduersus eum qui sibi mortem consciuit,vt ciuitati iniuriam facienti.& lib. 9.c.4.Qui verò res graues, atque nefandas egerunt,vitam ob prauitatem odio habent,ac fugiũt, sibique mortem consciscunt.Horat. item sermo. lib.2.c.3.inquit . Nam male regesta cum vellem emittere operto me capite in flumẽ: dexter stetit, & caue faxis te quicquam indignum,pudor(inquit) te malus vrget insanus,qui inter uerearis insanus haberi?Pro quibus,& quòd mortem sibicǫ scilcẽs in Dei prouidentia non speret vide D.Augu.de Ciui.Dei li.1.cap.17.vbi tractat de morte voluntaria ob metum pœnæ,siue dedecoris.& c. 22.& seq. vbi de Catone , & Regulo. & quòd M.Regulus laudandus est: M.Cato culpandus.& quæ scripsi in Glo. Fac.§.ac etiam, in ver.absque. Cleantes, Cato,Hannibal,& tot alij qui vobis ipsis mortem intulistis (pace vestra dixerim) hanc actionem non prudentem,non virilem,non fortem iudicio,sed vilem,imprudentem,inhumanã, horrendam,legi ciuili,legi naturali,legi diuinæ repugnantem, & contrariam: Vos ipsos,vobis ipsis ingratissimos fuisse arbitror . Non solum autẽ iura prohibent ne quis sibi mortem inferat iuxta tex.in l.3.ff. de bon. eo. qui ante senten. mortem sibi consci.& C.eod.titu.l.in fraudem.§. eius bona.ff.de iu.fisci. Immo nec etiam quis condemnari potest, quod sibi ipsi mortem inferat. diuus Thomas 2.2.q.69.Ad secundum.Quid de te dicam Abimelech, fili Hieroboal ? qui tinctus sanguine septuaginta fratrum,quos occideras,a muliere in cerebro percussus, armigerum tuum vocas,cui inquis.Euagina gladium tuum,& percute me,ne forte dicatur,quòd à fœmina interfectus sim.Iud.c.9.ad fi. Quis non vos damnabit ò Saul,

tuque

tuque eius Armiger? qui eodem gladio in uos cõuerso vitam cum morte commutastis. j. Reg. cap. 31. Et tu Zambri Rex, te, cum domo Regia succendisti, & mortuus es in peccatis tuis. 3. Regum capit. 16. Quid dicam de Sardonapalo Assiriorum potentissimo Rege? qui vilis mulierculæ habitum, animum, mores indutus: turpiter victus, ignauiæ suæ penas daturus, cõstructa in regijs ędibus ingenti pyra, oĩ eius gaza primum in ignem coniecta, sese in incendium proiecit. O Stulte Empedocles immodicam sitiens gloriam: dum Deus videri uis, famam vitamq; turpiter perdis. de quo Hora. ad calcem poeticæ. Narrabo interitũ, Deus immortalis, haberi dum cupit, Empedocles ardentẽ frigidus Ætnam Insiluit. Crudelis Eleazar, qui in vltimo bello iudaico consilium dedisti vt reliqua gens hebraica se ipsam interficeret, ne die sequenti in potestatem Romanorum deueniret. extat illius oratio apud Iosephum lib. vlt. Belli Iudaici, quæ licet artificiosa, ac docta appareat, com pbanda quidem non est, sed vt sophistica reijciẽda. Ah scelestissimorum omnium nephandissime proditor, qua dæmoniaca pœnitentia ductus laqueo te suspendisti? Matt. c. 27. cir. prin. Et abiens laqueo se suspendit. De quo Augu. li. 5. de Ciuit. Dei inquiens. Profecto ẽt qui se ipsum occidit, homicida est, & tanto nocentior cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuerit qua se occidendum putauit. Nam si iudæ factum meritò detestamur: eumq; veritas indicat (cum laqueo se suspenderit) sceleratæ illius traditionis auxisse potius quàm expiasse cõmissum. Q m̃ de Dei misericordia desperando, exitiabiliter pænitens nullũ sibi salis pœnitentiæ locum reliquit: quanto magis a sua cæde abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat non habet? Hæc tu canonista habes in c. placuit. & ĩ c. Non licet. 23. q. 5. pro quib. est ẽt tex. in c. ex par. de sepult. videatur Rom. syngu. 264. Abb. in c. contingit j. de sent. excõ. In summa omnis malus, omnis vitijs inuolutus, sese oppugnat, sibique ipsi aduersatur: se ipsum excruciat: talisque sibi ipsi nunquam amicus est, prout docet Arist. li. 2. Magno. Moral. ca. 13. de amicitia erga se tractans. Rursus li. 7. Moral. Eudemio. dũ inquit. In prauo autem dissentiunt, velut incontinente, vnde & aduersus aliqñ ipse sibi existit: ac parum post, Malus aũt, nõ vnus, sed multi, & die eadẽ varius, & importunus ipse sibi. Illos vero Deũ timentes: Dei præcepta custodientes sibi ipsis gratos affirmo. quippe qui animas corporib. & bonis tparijs, ac fluxibi lib. vitáq. beatá, ac æternã breui huic nr̃æ vitæ, calamitatib. angustijs, miserijs, periculis oĩb. obnoxiæ præponunt. Quis nõ sibi ipsis gratos iudicabit sanctos illos discipulos, qui relictis oĩb. Deũ verum confessi sunt: sequuti sunt? Quis non sibi ipsis gratos asseret sanctos illos patriarchas, & diuinos prophetas, qui pro vera Dei fide oĩa passi fuerunt. expectantes, & prędicantes Dñm venturum: ipsosq. & mundum redẽpturum? Quis non sibi ipsis gratos affirmabit illum plusquam prophetam Io. Bapti. Domini nr̃i pręcursorem, in deserto commorantem, Dominũ que suum, & nostrum prædicantem: vitam solitariam, austeram, rigidam, omni quieti, ac mundi huius delectationibus gaudijs, felicitatibus pręferentem? Stephanum itẽ primum martirem, martirioq; gaudentem, & exultantem: viuumque cęlos apertos videntem? Actuum c. 7. Vtq, innumeros alios missos faciam, diuus ille Franciscus sibi ipsi gratissimus fuit. quippe qui omni delectatione, ac voluptate spreta, mundiq; huius felicitate, felicitatem æternam exoptans a Domino nostro Redemptore pro summa gratia, ac singulari fauore, amplissimoq; beneficio, petijt stigmata illa, quæ lætissimo animo recepit. Quid dicemus de illa iã peccatrice, effecta postea mũdissima, nitidissima, sanctissima expulso veteri fermento? quę post sanctam conuersionem nil aliud cogitauit quàm huius seculi illecebras, stultitias, vanitates, scelera à se expellere: seq; diuinæ voluntati conformare, & cohærere: vnde audire meruit ex ore Dei verba illa, Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Luc. c. 10. in fin. O etiam fœlices illas virgines non fatuas, quæ pro sponso suo Iesu tot incommoda, improperia, pericula, cruciatus passæ sunt: earumq; innumeræ vitam ipsam pro deo & vt sibi ipsis gratæ essent exposuerunt. O sapientes illius Euangelicæ Historiæ, diuinarumq; legũ fidissimos scriptores: Sanctæq; ecclesiæ diuinos Doctores: qui tempus non consumpserunt circa profanas lectiones, circa lasciuos sermones circa adulatoria carmina, vt principibus mundi huius placerent: circa inuectiuas, circa satyricos versus: & demum circa vanas, futiles, inanes res, & artes. Isti sibi ipsis complacuerunt: mẽdaciũ non fuit in ore eorum. Ab his edocti fuimus veram normam loquendi, est est, non non. Simulatio, calliditas, duplicitas, fraus, dolus malus, vitia deniq; omnia ab illis vt monstra horrenda detestata, & fugata fuerunt. Hi inquam omnes sibi ipsis grati: & de quibus Io. c. 1. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, vita fruuntur ęterna. Rursus generaliter asserimus (iuxta sententiã philosophorum principis li. 7. Moral. Eudemio. c. 7. dum probat amicum sibi ipsi bonum, & probum existere) bonum, & rectum, indiuisibilem, & immutabilem esse: ac per omnia sibi ipsi desiderabilem, & nihil sibi exprobantem. In probo igitur, & recto sui ipsius inimicitia cadere non poterit: sed verus amor, & conseruatio tam vitę, quàm animæ. Tertium membrum eorum, qui fuerunt sibi ipsis grati, rursus & ingrati aggrediamur, inter quos sapientes omnes mundi huius connumerãdos censeo: Grati enim sibi ipsis fuerunt virtutib. naturalibus, seu philosophicis, scientijsq; ac bonis moribus decorati: alios bene instruentes, && instituentes: quique potius mori velle, quàm fœdari profitebantur: spernebant aurum: spernebát voluptates: spernebant mundi huius illecebras, vt in philosophorum, & aliorum pręclarorum virorum viris scriptum inuenitur: vt merito sibi ipsis grati iudicari debeant. Et qualiter probus sese amabit, docet philosophus libro 2. Magno. Moralium

ralium cap. 17. Iidem tamen quia veram fidem, veram religionem, verum Deũ cognoſcere, eiusq; pcepta, & inſtituta amplecti, & ſeruare neglexerunt: Dijſque alienis, ac mundanæ gloriæ inſeruierunt; lumenq; illud naturale ſibi ab ipſo Deo datum eis inutile, & inane fuit quoad æternã gloriã conſequendam, ſibi ipſis, ipſorum aĩab. ac ſaluti ingrati fuerunt. Hi tenebræ vocari poſſunt, iuxta illud Io. c. 1. Et lux in tenebris lucet: & tenebræ eũ non comprehenderunt. O Homere ſcientiarum omnium, & ſapientiæ fons, non ne legiſti luciferi lapſum, dum illum deſcribere viſus es. li. 19. tuæ Iliados, luciferum Aten appellando? O ſapientiſſime Plato vnde mundum creatum fuiſſe: vnde ſpecies principium habuiſſe. Vnde genus humanũ ex terra ortum fuiſſe: in terram reuerſurum, & reſurrecturum, vnde noſtros primos pgenitores poſt primam reuolutionem. 1. poſt luciferi lapſũ (vt puto) ortos? vnde diuinam prouidentiam, vnde mundum deſtitutum ne diſſolueretur miſericordiam Dei, & tot alia noſtræ Theologiæ cõformia elicere potuiſti, niſi ex noſtra veteri ſacra pagina? Et cui, & noſtris teſtib. ac noſtris diuinis prę conib. contra vulgi opin. fidem in dubiam adhibendam eſſe in tuo ciuili Rege aſſeueras. O ſũmi ingenij philoſophorũ princeps Ariſtoteles, à quo edoctus fuiſti Dei prouidentiam, animę immortalitatem, caſtos, & ſanctos mores, & tot ſupra naturam, ſupra vires humanas, & ſupra oẽ eminens, & perſpicax ingeniũ? neſciſti tamẽ ſaluti animæ tuæ pſpicere. Te Ouidium conuenio, vnde materiam primordij tuæ Metam. deſumpſiſti, niſi a principio nr̃i pentatheuci? Taceo alios a nr̃a vera religione alienos, qui ex diuinis noſtris præceptis, & leges, & inſtitutiones, & decreta plura deſumpſerũt, & promulgarunt. Si ſcientes, ſi docti, ſi prudentes eratis? Si ex limpidiſſimo nr̃o diuino fonte aquam puriſſimam hauſeratis, & biberatis, quare ẽt non credebatis vero Deo noſtro? Quare pręcepta veri, & immortalis Dei non cuſtodiebatis? Quare falſam religionẽ, vanã, mendacem, inſulſam, ſtupidam, noſtræ veræ, rectæ, ſolidæ, infallibili præferre: illamque prædicare, & obſtinatè defendere conabamini? Quid vobis profuere ſcientiæ? Quid nouæ artes? Quid mundi huius ſapientia? Quid lumen illud pro veri Dei cognitione ab ipſo Deo, non à Ioue, Mercurio, Phœbo, Pallade fabuloſis Deis vobis conceſſum? De vobis mundi ſapientib. ſcribitur Iob. c. 5. Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorũ. Item ad Ro. c. 1. Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt: aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationib. ſuis: & obſcuratum ẽ inſipiens cor eorũ: Dicentes. n. ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt. &c. Et 1. ad Corin. 3. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. Vtinam ego ipſe Deo, mihi ipſi, ac omni hominum generi gratus iudicer. Sunt & alię ingratitudinum ſpecies, quas omnes ſi recenſere vellem libellus hic nimis creſceret. Sufficiat mihi præcipuas ſpecies diſtinctè enumeraſſe, a quibus omnes ferè aliæ pendent, deſcendunt, præmiſſiſque ſimiles ſunt.

Omiſſa diſcuſſione quæ probatio requiratur, circa ingratitudinẽ. Cui incumbat onus probandi gratitudinem, vel ingratitudinem. An ad probationem ingratitudinis duo teſtes ſufficiant. An probationes ingratitudinis in cauſa criminali factæ proſint in ciuili. An probari debeant locus, & tempus commiſſæ ingratitudinis, de quibus pulchrè per Io. Fran. à Rip. in l. fi. q. 57. cum alijs ſeq. C. de reuo. don. & q. 66. voluit ingratum teneri ad reſtitutionem fructuum a die ingratitudinis commiſſæ, pro quo tu vide omnino And. Tiraq. in l. ſi vnquam eo. tit. in ver. reuertat. nu. 281. ad quos te Lectorem reijcio, ne alienos ſudores mihi aſcribam.

Quæro an actio, ſeu pœna in ingratos inſtituta ſit, & quæ? Reſpondeo negatiuè. Exemplum circa actionem ciuilem in eo, cui pecunias mutuaſti: qui ſi tibi eas reddat non tenebitur ad aliquid plus. diuus Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. Ad ſecundũ. Nulla item lege cauetur ſpecificè, & nominatim, ꝗ ingrati circa omnium ingratitudinum genera tali vel tali pęna puniantur. Et ꝙ nulla pęna pp. ingratitudinem ſtatuta ſit, nec aliqua actio, nec iudex propterea adiri poſſit, concludit Seneca de Benef. lib. 3. rationes, & cauſas ſubdens, vide ibi plene. Negare tamen non poſſumus, quin nonnullæ pęnę circa quaſdam ingratitudines ſtatutę ſint vt ſupra in plurib. locis oſtendimus, & hic aliquas referemus. Actionem ingrati in libertum habes in l. liberti. C. de liber. & eo. libe. & in c. 8. ibi Aduerſus quem ingrati actio canonum, & legum auctoritate iuſtè dirigitur. ſ. vt immeritæ libertatis damno mulctatus, ad ſeruitutis nexum coactus reuocetur. 12. q. 2. Vel potius officium iudicis vocabis, vt per gl. ibi Bar. Bal. Sal. Pau. Caſt. & alios. De ingrato liberto tractaui ſupra *in 68. ſpecie* Ingratitudinis. Contra naturam, *ac leges diuinas*, & humanas ẽ ipſa ingratitudo, naturali. n. inſtinctũ, & iuxta oẽs leges, quælibet creatura mouetur, & moueri debet ad remunerandum illum, & beneficium reddendum ei, qui ſibi beneficiũ præſtitit iux. tex. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. Et ꝙ remuneratio beneficiorum a natura ſit inſtituta, probo in 9. q. 13. Reg. Cancell. nu. 9. Legit Matth. c. 5. ad fi. Si. n. diligitis eos, qui vos diligunt, quã mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt. Et ſi ſalutaueris fratres veſtros tantũ, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt? Et Luc. c. 6. Et ſi diligitis eos, q vos diligunt, q̃ vobis eſt gratia: nam & peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his, qui vobis benefaciunt q̃ vobis eſt gr̃a? ſi quidem & peccatores hoc faciunt. Sequit ꝙ ingrati in legẽ diuinam, humanam, & in naturam ipſam cõmittẽtes & peccantes, iuxta criminis qualitatẽ puniendi, & damniant. Et in caſib. in quib. certa, ſpecifica, & determinata pęna ſtatuta non ſit, arbitrio iudicis puniendi ſint. Athenis magiſtratus creabatur, quis iuſco... tra ingratos reddebat. Perſæ ſeuere, & acriter ingratos puniebant, eorum etiam facies ſignantes, vt ab alijs cognoſcerenitur. Et ex hiſtoria Zenophontis in vita Regis Cyri, Perſę adeo ingratos

tos odio prosequebantur vt in eos actioné popularem instituerint: vt etiam per And. Barb. cons. 11. scripsit bellissime, col. 4. post nu. 17. lib. 1. Memini me legisse, in vsu apud quosdam populos macedones (si rectè memini) fuisse, quod si quis huius criminis cōuictus fuisset, palo medio gutture traiecto necaret. Vtinam mos iste sanctissimus hodie seruaretur vbiq;. Ex sententia Domini nostri de qua Matth. c. 18. Ingratus ille seruus tortorib. traditur, donec vniuersum debitū reddat. Cum ingratis aliena poemata sibi ascribentib. Rex Ptolomeus iussit agi furti: condemnatosq; cum ignominia dimisit. Victruuius in præfa. 7. lib. suæ Architecturæ. Ingratum, & infidum pręceptoré puerorum Faliscorum Camillus denudatum, & post terga manib. ligatis ab illius discipulis virgis cędi curauit. T. Liuius. lib. 5. ab vrbe condi. & Val. Maxi. tit. de iustitia. in prin. Ingratam viperam, quæ calefacta manum diui Pauli inuaserat, ipse in igné excussit. Actuum c. 28. in princ. Postremò scribit Seneca de benefi. li. 6. ꝙ miles quidam naufragus littus appulit, & in agrum quendam deuenit, a cuius domino quasi mortuus suscipitur: summaque humanitate, ac diligentia curatur: & domo, igne, vestibus, cibo, potu ad reuocandā pene animam fouetur: & quum eum hospes mense domi retinuisset: abeuntem veste, pecuniaque donauit qui vbi ad Philippum regem Macedoniæ se contulisset, orare cępit vt calamitatibus eius prospiceret, quem maris fluctu omnib. rebus expoliatū dimisisset: vnde postulabat sibi dari prædium, in quo ab illo pio hospite susceptus euaserat: qui cū per summam ingratitudinem expoliari se egrè pateretur, orans Regem, ne sua beneficia sibi nocuisse patiatur, rem omné vt sese haberet Regi, patefecit: sed Philippus restituto prædio dixit militi, Quantum tibi beneficium præstare possum, vt sperem gratum animum erga me te habiturū, si pro vita quam accepisti, detrimentum referre nō puduit, quam mihi habebis gratiam pro cohorte vel centuria? Cui fortunas omnes debebas: cui vita tenebaris: eum rebus omnibus expoliare conabaris, quo in loco vitam, spiritumque restituit, eū tu illi locum eripere studuisti. Quib. dictis non eum ex auctorauit solum, sed igne admoto literis insigniri iussit, vt ludibrio foret omnib. & animū ingratissimum, & nullius beneficij dignum amplius iudicaret. O sapientissimam, & iustissimam regiam sententiam. Si condignis pęnis ingrati omnes plecterentur, illorum numerus non cresceret in dies. Verum ingrati illi qui impuniti remanere vidétur hoc saltem supplicio, his corporis, & animi cruciatib. (Salua Dei offensione) affici mererétur, vt omnib. infesti essent: vt eorum peccatum contra eos semper esset, aduersis in rebus nullius ope subleuarentur, nullius auxilio fouerent, nullius humanitatem sentirent: in secundis vero nullius congratulationem, sed omnium inuidiam, atque odium sibi concitarent. Quiq; oīb. in rebus amore, fide, beneficio, beneuolentia, munificentia mansuetudine, clemétia, charitate, gratia, ac misericordia humana (deo sic ordinante) priuarentur.

FINIS.

QVINTILIANI MANDOSII
ADVOCATI ROMANI
Annales casus,

A IVRE CVM CIVILI, ET CANONICO, TVM naturali, ac Diuino, ab Historijs, consuetudinibus, tam generalibus, quàm particularibus, atque statutis, & decretis, in unum congesti.

Omnibus maximè in foro versantibus pervtilis libellus.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

DIVINO PRINCIPI SIXTO V.

Quintilianus Mandosius.

ANNI iam diu in incerto vagantis, ad Dei, ac Ecclesiæ suæ decorem, proq; omnium vtilitate miro ordine restituti, effectus, varijs in locis sparsos, a me in vnum collectos, ac decenti (vt potui) methodo collocatos, omnibus ex causis tibi, sapientissime Princeps, dicare statui: quippe qui nonnullis etiam constitutionibus tuis anni terminum præfigentibus (quas Regulas Cancellariæ annales vocant) inseruient: Hunc meum libellum sub fœlicissimis tuæ Maiestatis auspicijs in omnium manus proditurum, si tibi non ingratum fore intelligam, meque præterea tuæ sanctitatis studiosissimum in tuorum numero esse patieris, & meam augendo industriam, me ad reliqua non minoris momenti persequenda impuleris. Viue diu fœlix, & tibi, & tuis, atque vniuersæ Reipub. Christianæ.

ANNALES CASVS.

DVM causas limitationis ad annum constitutionis illius Pontificiæ, seu Regulæ Cancellariæ reualidatoriæ literarum gratiæ, & iustitiæ perquirerem, recensendos fore putabam, omnes annales casus, quod exactè facere ante hac non potui.

1 † Anni igitur Primus effectus, seu operatio erit, vt in se ipsum recurrat, a solisque cursu per duodecim Zodiaci signa reguletur, spatioque 365. dierum fere perficiatur. De hoc anno loquitur Plato in Timeo. vbi inquit, Mensis verò prouentus quando lustrato circulo suo solem consecuta est. Anni, vbi sol suum peragrauerit orbem. ac Plyn. libro secundo Natura. histo. cap. 6. de Sole loquens, inquit, Hic vices temporum, annumque semper renascentem ex vsu naturę temporat. Iterum capit. 8. eiusdem lib. secundi. titul. de natura syderum erran. circa medium, Inde solis meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta &c. Virgil. 2. Æneid. Interea magnum sol circum voluitur annum. Idem Georgi. libro 2. Atque in se sua per uestigia voluitur annus. Ouid. in Fastis, Et celer admissus labitur annus equis. A præmissorum & infra dicendorum consideratione originem forte habuit consuetudo Octauiani Augusti, vt per suo Suetonium de illius mensa tractationem facienrem, quem, & sodales amicitiores idem Sueto. ait consueuisse ad duodenarium vsque numerum deorum habitu cenitare, δυοδεκαθέων conuiuium celebrare, Et sculptura, quæ pro Apolline sculta erat, Augusti ipsius faciem totam referebat. De anno item loquens inquit Horat. Sermo. lib. 1. Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum. Plut. in libello, de placitis philosophorum, libro secundo, capitulo vlti. De quo anno loquatur etiam tex. in l. cum hæres. §. Sticus si hætedi. ff. de sta. libe. in l. anniculus non statim. ff. de verborum significatio. & in l. ita vulneratus. versicu. Nam prior. ff. ad leg. aquil. Et in iure canonico habemus pulchrum tex. in capitu. primo, versicu. Qui verò de ijs duobus gradib. nouas contraxisse nuptias videntur, idest infra anni coronam, modis omnibus separentur. & cap. trigesimoquinto, quæstione octaua. & glo. in versiculo, primi anni. in cap. si propter tua debita. de rescr. lib. sexto. Videndus etiam erit Luc. de Pen. in l. siue ex prætoriano. colum. 1. super versicu. anni. C. de excu. & exacto. libro duodecimo. vbi etiam, quòd iste annus quolibet die inchoari potest. Sic computabimus annum ab obitu testatoris vsque in diem sequentis anni, computatis diebus 365. prout etiam per Oldra. consilio 112. statutum factum. Et dicitur annus emergens puta si fructus beneficij vnius anni debeantur fabricæ, annus emergens computabitur a die vacationis beneficij. Floria. in alle. l. ita vulneratus. col. secunda. ff. ad leg. aquil. versicu. Item huc videtur probari. Pro quibus videre poteris Mar. Sozzi. Iun. consilio 56. in proposita. libr. tertio. Sequitur quòd annum solarem non solum à calendis Ianuarijs vsque ad easdem accipere debeamus, sed etiam a die sequenti post calendas, vsque ad eũdẽ diẽ, quin & quocunq; cuiuslibet mẽsis die vsq; in diẽ eundẽ reditus, annus vocabit, authore etiam Macrobio libro secundo, de somnio. & libro primo. Saturn. vbi inquit, quòd Atteius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia

2 veteres an, pro circumponere solebant: Hinc † Ægypti annum per draconem suam caudã mordentem significabant. Isido. Etimo. libro quarto. capitu. trigesimosexto. Et septem giros anguis, & septena eiusdem volumina pro septem annis Virgil. sumi voluit Æneid. lib quinto. inquiens, Aduiscum lubricus anguis abimis septem ingens giros septemque volumina traxit. Et Macrobius dixit. Annus est Solis anfractus. ac M. Tullius 1. de natur. Deo. inquit, sol duabus vnius orbis vltimis pariibus detinens motum, cursus ante vos conficit. Hinc poetæ, soles, pro annis vsurparũt, inter quos poeta Tuscus in 29. cantu sui inferni, vbi multos soles, pro multis annis accepit, & alibi tres soles, pro tribus annis. Passer item apud Ægyptios, apud Homerum, & alios annum significabat, seu pro anno ponebatur, rationem infra videbis. Iohan. Pierius Varercantus Bolzarius de sacris Ægyptiorum sic scribit. Longè diuersum a cornice passeris est ingenitum, ac perinde vitę breuitas angustissima, passerum enim mares anno diutius durare non posse compertum est, cuius rei causa salacitas incontinentissima &c. & post, sed enim & Aegyptij, & aliæ quoque nationes tẽpus annuum per passeris hieroglificum intellexere, nam & Calchas in artificioso augurandi genere celeberrimus ex passerum numero quot serpens deuorasset belli Troiani tempus auguratus est, pro passeribus annos accipiens. Hinc Plutarchus in vita Homeri ex Græco in latinum translatus inquit. Menelaus vero, & Agamennon cum primum facti sunt de iniuria certiores, exercitum in Aulidem Boetiæ ciuitatem congregarũt: ibi cum omnes auspicatissimo rerum agendarum initio rei diuinæ intenti essent, ecce draco propinquam arborem, in qua forte passer nidificarat ascendens octo pullos, matremque insuper interemit, quo signo portendebatur Grecos nouem apud Iliam annos dimicaturos, decimo tandem vrbẽ ipsam funditus euersuros &c. Et sic II. effectus erit, vt vita passeris maris ad plus cũ anno fi

niatur, Quod etiam apud Plyn. legere eſt libro decimo, capit. trigeſimoſexto. Natu. hiſt. ſub rub. de paſſerib. adducentem ſignum ad cognoſcẽdum quòd anni ſpatium vita paſſeris non egreditur.

Tertius effectus Archelao authore erit, vt quot ſint in leporis corpore cauernæ, ſeu cellulæ, tot ſint eiuſdem vitæ anni, quod & comprobauit Plyn. de Natu. hiſto. cap. 55. titu. de Leporibus lib. 8. Eodem Plynio teſte purpur piſcis inores, ſeu circa os tot circulos habet quot annos. vt li. 9. c. 36. de Natu. purpuræ. ad fi.

Quartus, palma item annum ſignificat, præſertim duodecim ramis ideſt, menſibus figurata, ét ex ratione, quòd Plutarchus affirmet palmam 360. vtilitates mortalibus elargiri, ideoque anni ſimulacrum, & inſigne ponitur. vt etiam per præfatum Pierium lib. 50. de Palma. Eiuſdem Palmæ vim, atque naturam, vt ponderibus appoſitis renitatur qui ſcire voluerit, & quare in certaminibus ſignum eſſe ſoleat victoriæ, illiuſque ſignificatum noſſe, legat Ariſtotelem in VII. Problematum, ac eundem Plutarchum in VIII. Sympoſicorum. item A. Gellium Noctium Attica. lib. 3. c. 6.

Quintus, Vultur apud Ægyptios annum ſignificabat, vultur cum ad conceptum concitata fuerit, qui fit a uento, quinque continuo dies ſine cibo, & potu conſumit, mox 126. dies prægnãs manet, totidemque diebus illos educat, reliquos 120. dies immunis eſt, ſuarumque tantum rerum ſatagit, neque prægnationi, neque educationi intenta. Pierius vbi ſupra, lib. 18. de vulture. Si dies præmiſſos ſimul iungas, dies anni conſtitues 365.

Sextus, Clauus apud eoſdem Ægyptios annũ ſignificabat, idem Pierius libro quadrageſimooctauo, in hæc verba, Erat & alterius generis clauus, qui Settembribus idibus figebatur per annos ſingulos in ſacrorum ædium parietib. ad annorum numerum colligendum, quia paruus tunc erat literarum vſus, iſque clauus annalis nuncupabatur.

Septimus, vt Æolus pro anno, annique varietate ab antiquis ſumeretur, quẽ duodecim filios habuiſſe finxit Homerus, ideſt duodecim menſes mares ſex, fœminas totidẽ. Menſes ij ſunt (inquit Plutarchus) quorum qui fœcundi fruges omniũ vſui reponunt fœminæ dicantur, qui verò ſteriles ſunt, mares hebeantur. VIII. Vt ad anni ſimilitunem poematis genus circulus appellatus fuerit, cuius Ariſto. in Analyticis meminit, cuius finis idem eſt cum principio, cuiuſmodi eſt Catullianum epigramma in Annales Voluſij. & alterum in Mamurram, & Cæſarem. VIIII. Annus per pedem apud Sibillã Eritream demonſtrabatur, dum dixiſſet, talis bellua tot pedes habet ideſt, tot tot annis durabit. Et dum eadem Eritrea rogata fuiſſet a nonnullis principibus Græciæ, vt eis indicaret quis exitus futurus eſſet belli Troiani, reſpondit, Tentabitis o Graij opus ſudoris, ſollicitudinis, & ſanguinis quovſque decem pedes menſurati tranſeãt, donec Troia pereat, & ſtirpis Laomedontis deficiat &c. Pes autem propriè accipit pro extrema parte corporis. vt in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugi. & per glo. in rub. C. de peda. iudic. Pro affectu item pes accipitur per Euricẽ, quam in pede momordit ſerpens, appetitum hominis ſignificari quem animi affectus exulcerant affirmamus. Legimus Achillem puerum ſtigijs aquis immerſum nulla in parte vulnerari potuiſſe, præterquam in pedibus, qui abluti non fuerant, vt indicarent eum forte fuiſſe niſi affectibus uinceretur propriis. Virgil. item 4. Æneid. Didonem morituram vnum calceum exuiſſe ſcribit, inquiens vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta &c. Vno affectu nempe mortis formidine exutam, quæ Didonis figura repentinum, firmumque cõſilium ſignificat. Alibi pes pro menſura capitur ſexdecim digitorum ſecundum Iſido. lib. Etimo. rub. de menſuris agrorum. Columel. de Re ruſt. circ. princip. libro quinto, ac glo. in verſicul. paſſus. in cap. ſicut decimaſeptima, quæſtione quarta. Metaphorice vero pedem pro quauis menſura etiam virium corporis, & animi ſumimus. Hinc Horat. epiſto. ſeptima, libro primo. Metiri ſe quemque ſuo modulo, ac pede verum eſt. Verum antequam vltra progrediamur dubium non paruum proponendum, & diſſoluendum veniet, ne in tenebris ambulẽmus, quod erit, quomodo accipiendus ſit annus: Et ſi dicamus, quòd prout hodie ſumitur, diſſerendum veniet an annus ſemper eodem modo computatus fuerit ab origine mundi vſque huc? Nonnulli negatiuè reſponderunt, conſiderantes in ſacra pagina ſcriptũ eſſe, antiquos noſtros patres vltra nongentos annos vixiſſe, prout de noſtro primo parente habemus Geneſis capite quinto. Et factum eſt omne tempus, quod vixit Adam anni nongenti triginta, & mortuus eſt. De Seth filio Adam ſcribitur eod. capite quinto Geneſis. Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorũ, & mortuus eſt. Enos filius Seth, quòd vixerit nongentis annis & quinque, habemus eo. capit. quinto Geneſis. In eo. capitu. habemus dies Iared fuiſſe annos nongentos ſexaginta duos. Item dies Mathuſalæ fuerunt nongenti ſexaginta nouem anni. De Noe habemus Geneſis. capit. nono, in fin. Et impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, & mortuus eſt. Nonnulli inquam percipientes hodie vix vuum ex decem mille annum centeſimum attingere, affirmant annos illos antiquorum patrum non eſſe, vel fuiſſe ſimiles noſtris, propterea dicunt illos accipiendos eſſe pro annis lunaribus, ab vna coniunctione ad alteram, & ſic viginti nouem dies cum quibuſdam horis annum lunarem efficerent, & huius opinionis fuerunt etiam M. Varro, ac Seruius ſuper 3. Ænei. ſuper illo carmine. Inter ea magnum ſol circum voluitur annum. Hic vocatur menſis lunaris, qui eſt poſt Lunæ a ſole receſſum, eius ad ſolem reuerſio.

sio. Alius dicitur mensis solaris, quoniam ex sententia philosophorum, & astronomorum sol unum ex duodecim signis integro mense metitur, & sic mensis est tempus quamdiu moratur sol in signo. Vsualis item nuncupantur mensis, spatium dierum in calendarijs nostris inscriptum, videlicet dierum 30. vel 31. item etiã 28. Plinius verò lib. 7. Naturalis historiæ. titu. de spatijs vitæ longissimis, & nonnulli alij asserebant illos annos octingentos, quibus vixisse Pulutinorum insulæ regem, & sexcentos eiusdem regis filium, id affirmante Xenophonte, fuisse annos trium mensium, vel quatuor, vt quatuor huiusmodi anni, vel tres constituerent vnum annum nostratem, & ita inquiunt accepisse annum Caldæos & Archadus, vt refert etiam Lactant. Firmia. li. 2. diuinarum Institutio. Nonnulli putabant decem annos illius primæ ætatis constituere vnum annum ex nostris. Quæ opiniones, vel illarum aliquæ, seu illis similes, suaderi etiam videntur ex verbis Platonis, quæ iuxta aliquam harum prædictarum opinionem accipi debeant, vel possint. lib. 34. in 2. Dialogo, de Legib. quæ sunt. Itaque si obserues, inuenies ibi quæ decem annorum milibus retro depicta, formataue quomodocunq; fuerunt, quasi non adeo vetusta sint vt ita dicam, nec pulchriora, neque turpiora his, quæ hodie depinguntur, sed eadem arte conficta. Et tamen iuxta annorum solitam dinumerationem tempore Platonis non erant lapsi decem mille anni: imò nec hodie lapsi sunt, Nisi dicamus Platonem locutũ fuisse more poetico: vel quòd sit quidam modus loquendi, dum ostendere volumus longum tempus præterijsse, dicimus. Iam sunt mille anni. Decem mille anni, centum mille anni, vel forte litera posset esse mendosa? Si litera subsistit, ego mentẽ Platonis esse puto, ꝙ mundus tempore suo fuisset ante decem mille annos, quod ex alio eiusdem loco ostendo, postquam idem posuerat primã opinionem circa mundum, quæ omnino falsa, & reproba erat, ac contra principium, & basim Pentha teuci, cuius ipse notitiam habebat, & dixerat hæc uidelicet. Scite omnes oportet, hominum generationem vel nullum prorsus vnquam initium habuisse, neque terminum habituram, sed fuisse omnino semper & fore, prout dialogo 6, de Legib. quam etiam erroneam opinionem amplexus est Aristoteles eius discipulus, vt pluribus in locis id scriptum reliquit. Subdit idem Plato, Aut si cœpit, inestimabili iam ante nos temporis magnitudine incępisse & o uera loquitur in hoc ꝙ generatio humana cœperit. At sentire (& male) vr̃, qđ diu ante mũdus fuerit, quam nos uerè asseramus. Similem dinnumerationem annorum videre poteris apud Platonem in Clitia, vel Atlantico, dum post principium inquit, Primum autem commemoremus summam esse annorum nouem milliũ, ex quo bellum extitisse traditum est inter eos omnes, qui vltra & eos, qui circa columnas Herculis habitabant. Nisi fortè annos pro mensib. capiamus, prout etiam inferius dinumeratio similis, de mensibus intelligamus falsa omnino erit, sic etiam inquit, Cum itaque multa, ingenti aquæ diluuia annorum nouem millium interuallo præterierint (tot enim ex illo tempore ad præsens anni fluxere) tellus his temporibus, colluuionibusque e sublimioribus locis defluens &c. Veritas est, & ita concludit Iosephus Antiquitatum li. 1. & melius omnibus diuus Augustinus libro decimoquinto. de Ciuitate Dei. capit. decimo. cum alijs sequen. quòd ille annus de quo in Genesi a nostro nihil, vel parum differt, & subuertit fundamenta, & argumenta contraria, quæ facile & nos subuertemus si scripturas perscrutabimur. Si illi erant anni lunares, vel decem ex illis vnum ex nostris constituebant, quomodo scriptum esset Genes. cap. quinto. Vixit quoque Seth centum viginti annis, & genuit Enos, & sic Seth, Adam filius dum esset ætatis centum quinque annorum generauit Enos. Et eo. cap. Vixit quoque Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Rursus vt ibidẽ subijcitur, Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. & parum post, Vixit quoque Malaleel sexagintaquinque annis, & genuit Iared. Item Genes. cap. vndecimo. scribitur, Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Pharech. Ex isto capitu. undecimo, elicitur etiam, quòd cum Heber dum esset trigintaquatuor annorum genuit, si computarentur tres menses pro vno anno nostrate, ille genuisset diu ante tempus generãdi a natura homini datum. Rursus, quòd ille annus a nostro non differat probatur ex Genes. capit. septimo. & sequen. vbi quòd à die qua Noe intrauit archam videlicet, cum esset annorum sexcentum, vsque ad diem, qua ex archa exiuit annus XII. mensium transiuit, uti ex computo apparet, & ad oculum ostendit inuehens contra prophanos, qui Biblijs etiam annorum breuitatem inferunt, Iohan. Geripius Becanus. de originibus Atuerpianis. lib. 2. Gigantomachiæ.

Decimusoctauus casus annalis ex proximè dictis colligis poterit, videlicet, quòd Noe per anni spatium in arca moram traxerit. De anno nouẽ vel decem mensium loquar etiam infra post numerum trigesimumnonum, vbi quæram an luctus annus sit nouem, vel decem mensium, an verò solaris. Annum distinxit Romulus in menses decem, incipiendo a Martio quem à Marte suo genitore denominauit, uel à Marte idest bello: tunc enim Reges Romani procedere solebant ad bellum, de hoc, & alijs mensibus inquit Ouidius, Martis erat primus mensis, Venerisque secundus. Hæc generis princeps, ille pater. Tertius a senibus, iuuenum de nomine quartus. Quę sequitur numero turba notata suo est. Annus a Martio etiam apud Hebræos incipiebat, de quo mense loquens Deus sic præcepit: Mensis isti primus erit in mensibus anni. Exod. capite secundo. Numa Pompilius duos addidit menses, Ianuarium scilicet, & Februarium, idem. Ouidium in princip. libr. Fastor. Tempora digeret, cum conditor urbis in anno constituit menses quinque bis esse suo. & parum post, At

Numa nec Ianum, nec auitas præterit umbras, Mensibus antiquis præposuitque duos. Verum non desunt, qui affirment ante Romulum, & Numam Pompilium annum fuisse duodecim mensium, & sic nullum mensem additum à Romanis: ab Archadib. enim hominum vetustissimis latinos ritum tetinuisse Græci, qui de Origine scripsere inquiunt, vt mense Februario anni sese purgarent, vt mundi ab omni scelere benignam sibi terram toto anno futuro sentirent, voluerunt, & se se, & omnes obuios loris flagellare, perinde atq; pueri virgis ob delicta ceduntur. Si Februarius erat ultimus mensium apud Archadas, & Lupercos, qui ante Romulum fuerunt, ergo non fuit ille mensis à Numa additus, prout probat præfatus Io. Geropius Becanus de originibus Antuerpianis lib. 4. Cronichæ. Anuus Numæ Pompilij constabat ex 354. diebus, qui numerus dierum non sufficit cursui solis. Iulius Cęsar vndecim dies adiecit, & quadrantem, & sic annus Iulij Cæsaris, qui & solenis dicitur, constat ex dieb. 365. & sex horis fere vt præmisi. Plura ex præmissis, & pleraque alia huc spectantia videre licet apud Io. de Sacro boscho in computo ecclesiæ, dum de annis, & mensib tractat.

Anni Nonus effectus considerari potest, vt per illud fere spatium Venus motum suum perficiat, & Mercurius pariter vno ferè anno orbē lustret, neq; à sole vnius signi interuallo discedens, tū antecedens, tum consequens. vt per Platonem libro 32. in Timeo inquit, Lunam in primo supra terrā circuitu posuit, in secundo Solem, Luciferi deinde globum, & Mercurij sacrum vt citur sydus circulis affixit soli velocitatę æqualibus, potentia verò illi contrarijs: quo fit vt apprehendant se inuicem, & a se vicissim apprehendantur, similiter hæ Stellæ, Sol, Lucifer, & Mercurius. Hactenus Plat. Verum cum dixit, potentia vero illis contrarijs, hoc non probo, si enim locutus fuisset de sole, & Marte id concedi posset. Verum non est hic locus hæc tractandi. Pro nostro primo quæsito videri poterunt Plyn. lib. 2. Natu. histo. cap. 8. vbi sequitur Platonem vbi supra, dum dicit illa tractasse Timæum per hæc verba, Vt Timæo placet. Cic. etiam 3. de Natu. Deo. Plutar. in alleg. libello de placitis philosophorum libro secundo, capitulo vltim.

Anni Decimus effectus considerari potest, vt
3 per illius cursum † natura humana omnia nobis pro uictu, vitæ substentatione, ac pro omnibus humanis commoditatibus suggerat. Hinc pulchrè dixit Columella libro tertio, capitulo vigesimosecundo. de re rustic. Quibus alma tellus annua vice velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit vbera. Et dixit Teophrastus libro octauo, de Historia plantarum, capit. octauo. Annus fructificabat, non tellus. In insulis fortunatis aiunt ασπαρτα, & ανηροτα absque vlla cultum prouenire, quod & cecinit Horatius Epodon Ode 16. Nos manet Oceanus circum vagus, arua beata petamus arua Diuites, & insulas Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis, Et imputata floret vsque vinea. Et scribit Plato in Cratylo, vel de recta nominum ratione, Quod enim in lumen vicissim educit quæcunque nascuntur, fuitque ex terra, ipsumque in se ipso examinat, & discernit, annus est. Hinc dixit Paulus Totius anni vnus fructus est. in l. si fundus. in fin. ff. solu. matrimo. quòd si bis in anno ibidem fructus capiantur, id extra cursum ordinarium naturę erit, puta in quibusdā locis irriguis, iuxta tex. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. eod. Et fuisse nucem, quæ bis in anno fructus faciebat testatur Plyn. libro decimoquinto Natu. histo. cap. vigesimosecundo. videmus etiam ficus, & vites bis in anno fructus facientes, & ipsas vites ter, & quater. prout etiam per eundem Plyn. lib. 16. c. vigesimo octauo. vbi ēt alias arbores similes refert tam in regionibus nostris, quàm Africæ, & alijs. Et propterea, & ex ratione interpretationis faciendæ de prima vice voluerunt Bal. & alij in alle. §. quod in anno, quòd si aliquis vendiderit vuas, uel rosas viridarij, quæ fructificant bis in anno, interpretatio facienda sit de primis vuis, ac primis rosis. Sequitur Alexan. consilio decimosexto. Breuiter in casu cir. medium: uersicu. Similiter dicit Bald. volum. quarto. facit tex. in l. dotis 2. quæ est 69. ff. de iu. dot. & ibi Alexan. in addi. ad Bal. Hyppo. de Marsil. in praxi crimi. §. quoniam, numero decimoseptimo. versicu. & facit etiam. ac Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone. in princip. numero 6. ff. de uerborum signific. Iaf. in l. duobus. §. si ei qui. numero octauo. ff. de iureiur. Cur. Iun. consilio 188. colum. penul. Natta in cle. sæpè. in princ. colum. 62. de uerbo. signifi. Felin. in capit. 2. post numerum quartum. de tre. & pace. De geminis fructibus, ac frugibus in anno sic scribit Plato in Clitia, uel Atlantico, Geminos ex terra fructus, ac fruges annis singulis colligebant, hieme quidem Iouis beneficio pluuijs tellus madebat, æstati riuis ex aquæ ductibus irrigabatur. Et de uite bis in anno uuas faciente uideatur Marii. in praxi crimi. §. quoniam. nu. 27.

Vndecimus effectus erit, ut hinc iura statue-
4 rint infortunium & † sterilitatem unius anni cū ubertate alterius compensari. l. si uno. ff. loca. l. licet certis. C. eo. c. propter sterilitatem. extra eo. gl. in uersiculo. ex fructibus. in l. firmio. ff. quand. di. lega. ced. Ludou. Roman. consil. 432. quoad primum numero secundo. Amplio ad legatum quinquaginta de redditibus prędiorum futuri anni, ut si non sint redditus futuri anni, debeantur quinquaginta ex fructibus tertij anni. præalleg. l. Firmio. in princip. ff. quan. de lega. ced. Amplio ad annuum legatum binorum culleorum, seu corbium vini, quod nascetur ex uinea in annos singulos, si uno anno nihil natum sit, ut in sequenti debeat habere legatarius duos culleos uini pro illo anno, ac duos alios pro anno præterito. l. legatum. §. uini falerni. ff. de annu. lega. Amplio ad stipulationem. l. inter stipulantem. §. sacram. uersicu. Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras uini, expectare debeo donec nascatur, & si natum sine culpa pro-
missoris

missoris consumptum sit rursus expectare debeam donec vinum nascatur, & dari possit. ff. de verborum oblig.

Duodecimus effectus erit ampliando ad procurationem, quam ecclesia soluit annis singulis prælato eam visitanti, quòd si vno anno non possit soluere procuratione͂, propter sterilitatem, vel alijs, in anno sequenti soluat duas procurationes. ita in terminis decidit Henri. Boic. argumen. tex. præalle. in l. si vno. ff. loca. in capi. cum Apostolus. colum. 2. de censibus. versiculo. Nota tamen, quòd si vno.

Decimustertius erit ampliando vt pariter sterilitas vnius anni cum vbertate præcedentis anni compensetur iuxta text. in l. ex eo viuo. ff. de triti. & ole. lega. vbi in annuo legato decem amphorarum vini, si vno anno natum non sit, ex superiore anno eius fundi eum numerum amphoratum hæres dare debebit. Fely. in cap. ad audientiam 2. nu. 7. de rescri.

Decimusquartus erit amplia͂do ad pe͂sione͂ annua͂ reseruata͂ sup redditib. seu fructib. alicuius bn͂ cij, vt si vno anno fructus non sufficiant pro solutione pensionis, si in sequenti anno extent fructus vberes, seu abundantes, suppleri debeat pensio præcedentis anni, & sic fertilitas cum sterilitate, compensanda veniat, prout in specie voluit Pau. Castren. consilio 138. quia exceptiones. post nu. 3. versic. Quid si alio anno extarent fructus abu͂dantes. libro primo. sequuntur Felin. in dicto ca. ad audientiam. 2. post nume. 7. versicu. Subdit Paul. de Castr. de rescrip. & Aug. Bero. consilio 131. viso puncto. numero decimoquarto, libro 1. Quæ autem, & quotuplex dicatur vbertas iuxta terminos nostros declarant Imol. in cap. propter sterilitatem. de loca. & Bero. consi. 140. in ca͂ conductorum. num. 34. libro primo. & plenius Ægid. Boss. in sua praxi crimi. titu. de Remissio. merced. condu. num. 24. cum alijs sequen. vbi postquam firmauit conclusionem præmissam, fertilitatem supplere sterilitatem, discutit, quæ dicatur vbertas vt compensationi cum sterilitate locus sit adducens, & referens plures opiniones, aduertens aliud esse sterilitatem, aliud mærum damnum: sic & aliud esse vbertatem, aliud simplex lucrum. Hinc dicit tex. in l. si merces. §. vis maior, ꝙ colonus modicum damnum æquo animo ferre debet, cum etiam ei non adimatur paruum lucrum: vnde adhoc vt compensatio fiat debet esse fertilitas, & non simplex lucrum, quia lucrum, quod non transit in fertilitatem debet esse lucro mero conductoris. Alia huc spectantia in eo. tracta. Bossij reperies. Scias tamen quòd dice͂s non percepisse fructus, qui sufficiant pensionib. vt co͂sequatur remissionem hoc probare tenetur. Pari. consi. 38. li. 1.

Decimusquintus, vt fructus integri anni reficere debeat, qui non permisit aliquem colere fundu͂ tempore quo is coli debebat. l. 2. ff. de an. leg.

5 Decimussextus, Vt si probem aliquos † fructus percepisse, toto illo anno possedisse præsumar. Bal. in Addi. ad Spe. tit. de prob. ver. Sed quę ro qualiter. & Fran. Cremen. syng. 132. incipien. Si probo percepisse fructus. Ampliat ad pensionem Hyero. Gig. q. 62. nu. 8. de Pensio.

Decimusseptimus. Vt hinc etiam videamus ꝓuisionem frugum, vini, olei, & id genus in annu͂ fieri consueuisse ꝓut oe͂s norunt. & habes apud Horat. episto. ad Lollium 2. lib. 1. Et prouisio frugis in annu͂. Copia de quo loquar infra ante n. 46.

Decimusoctauus. Vt equa fœtum anno gestet, & sic duodecimo mense partum ædat, vt docet Columel. libro sexto. de re rustic. capitulo 27. titul. de equis. 19. Mulier autem quantum etiam pus partum gerat tracto in 7. q. Reg. Canc. de Infir. effectus esset si hic insererem casum annalem Palladij de Re rustic. lib. 1. titu. 32. stercoris, qđ anno requierit segetibus vtilis, post annum vero minus proficui. sed cum ipse (vt ibi pręfatur) stercorum coniecto propter fœtoris horrenda a pretorijs conuerti debet aspectu, pari ratione per rinui ne alij uostri casus annales ex omni sui parte nobiles, hac societate dedignarentur, vnde illu͂ effectum hic vel non connumerandum censui, vel parum super eo insistendum fore.

Decimusnonus. Vt anno conseruari dicatur ignis in iunipero, si enim prunæ sub eius cinere fuerint opertæ, vsque ad annum durare dicuntur vt inquit Rabbanus super li. Numeri. & Luc. de Pen. in l. 2. C. de Fabricen. lib. 11. colum. 2. ver. Et nota, quod ignis &c. Quod an verum sit si scire volueris experiri poteris.

6 Vigesimus. Vt anni † tempus co͂petens, moderatus, & inter duo extrema dicatur. iuxta tex. in l. fortissimi, ibi, Aut certo competenti tempore. i. priusquam annuslabatur. C. de ero. mili. anno. li. 12. in l. 1. §. Largius. ibi planè ei præstitui annum ita moderate, vt neque ipsi &c. ff. de succes. edi.

Vigesimussecu͂dus. Hinc videmus, quòd Deus antequam eicerentur Heueus, Cananeus, & Hetheus ne terra, redigeretur in solitudinem, & bestijs repleretur, annum pro termino competenti moderatus est, prout Exo. c. 23. ver. fi.

7 Vigesimussecundus. Vt † tempus indeterminatè prolatum pro anno accipiamus, quod etiam elici potest ex verbis Daniel. c. 12. Qui per te͂pus, & tempora, & dimidium temporis, scilicet regnabit Antichristus. exponunt plerique, i. per tres annos, & dimidium. Sic etiam interpretatur glos. & Bald. in l. vsuræ. C. de usur. Vide etiam tex. iun. gl. j. in c. omni tempore. de conse. distin. 4. D. Tho. in 4. distin. 43. art. 8. Reper. Inquisito. in versi. Antichristus. Et quòd Antichristus per tres annos cu͂ dimidio regnare debeat probare videntur verba Apoc. c. 13. vbi sic scribitur, Et data est ei potestas facere menses quadraginta duos &c. hic numerus mensium constituit tres annos cum dimidio Verum aduertendum est, ꝙ alibi in sacra pagina tpa aliter accipi posse videntur, qua͂ pro annis. vt Gen. 1. Fiant luminaria in firmame͂to cœli, & diuidant diem, ac nocte͂, & sint in signa, ac tpa, & dies & annos. Omnia hæc inter se diuersa sunt, quod etiam ostenditur ex particula, & quæ inter se diuersa ponitur. iux. tex. in l. huiusmodi. §. si Tit. ff.

de lega.1.in l.1.in prin. ibi boni, & æqui. cum gl.in ver.ius.post medium, vbi Bar.& alij notant aliud esse bonum, aliud æquum.ff. de iust. & iur. & notant glo.Bar.& Bald.super rub. ff.de iu.& fa.igno.Quod etiam probari videtur ex illa iuris regula, ꝙ determinatio una plura determinabilia respiciens, debeat, & pariformiter determinare. l.nam hoc iure. versic. Sed si alter. vbi omnes. ff.de vulg.& pupil.l.2.& l.quamuis.C.de impub.Grat.respon.1.nu.26.lib.1.Ange.consi.143. tria videntur. versus fin. vbi ampliat ad interpretationem statutorum.Et in iure canonico habemus tex.in c.maiores.§.cæterum ex vi. ibi, Et ob hoc tota authoritas hic intelligenda ē de adultis, ne ad alios prima, ad alios secunda clausula referatur.de baptis.& ad tex.in l.in testamento. 1. & ibi late Ias.in 2.not.num.5.C. de mili. testa. subdens idem esse in duobus vocabulis positis ad terminationem eiusdem verbi, ꝙ debeant sic intelligi, vt vniformiter operentur.per tex. in l.vltim.C.de senten.& interloc.om.iudi. quem ibi ꝑ sing.notat Bar.verbum igitur, sint, respiciens illa quatuor, videlicet, signa, tempora, dies, & annos, inter eadem quatuor posita, sicut respiciunt dies, & annos, & pariter coppula, & inter eadem quatuor posita, sicut respiciunt dies, & annos, inter se (vt ad sensum patet) diuersa, ita & determinent, vt tempora, & signa etiam diuersa sint, & sic tempora diuersa erunt a signis, a diebus, ab annis. Et ex præmissa interpretatione ampliari potest dispositio.l.libertas.§.vlt.quæ est 17.ff.de manum. testam.videlicet, vt post annos liber iussus, post biennium liber sit, vt procedat etiam si dictum sit post tempora, quæ interpætatio præsertim capi ē da esset fauore libertatis.l.quoties dubia. & ibi gl. Dom.meus & Cagno. l.libertas inæstimabilis.& l.libertas omibus rebus fauorabilior est. ff.de regu.iur.iuxta premissam interpretationem amplia ri etiam potest glo.vltim.in l.inter illam.§. vltim. quæ est 217.ff.de verbo.signific.loquens de dieb. & annis, vt idem sit in dispositione loquente de temporibus. Aliter autem, & in fortioribus terminis in pœnalibus dicit tex. ad literam in l. fine præfinito tempore in metallum damnato decennij tempora præfinita videntnr.Et illum tex.ibi singu.dicunt Bar.& Bologni.ff.de pœn. & glo. ibi ponit casum, videlicet. In metallum te ad tempus esse iudico, vt exponamus, idest per decennium.

XXIII. Vt idem dicedum sit si proferatur di-
8 ctio ista, terminus, † prout antea conclusimus de
tempore, vt per supra citatos.& per Bar.in l.si legatum.in 4.not.vbi quòd promissio de soluendo in tribus terminis, intelligi debeat de tribus annis & sic quilibet terminus pro vno anno accipiatur. ff.de annu.lega.sequitur Alber.Brun.de Reb.seu Disposi.dub.in dispositione circa tempus. versic. Aliquando dubia dispositio de tempore intra qđ. pro quibus vide Roma.& Alexan. in l. qui bona. §.vltim.ff.de damn.infe.& Felyn. in cap. plerunque. de rescrip. Sic & exponimus anno, idest ad tempus.l.moris.in princ.ff. de pœn. XXIIII. Vt iuxta id, quod voluit Bar.in l.si quis arbitratu.colum.vlt.versiculo. Quæro infra quantum tempus.ff.de verbor.obliga. Si arbitrator sine determinatione temporis assumptus fuerit, si intra annum non arbitretur, præsumitur nolle arbitrari: licet plures contrarium teneant prout per Alber. vbi supra.versic.Et arbitratore &c. Et dixit Bal. in cap.primo.§.primo.de leg. Corra.in usi.feud. esse valde æquum, quòd talis potestas finiatur anno.De hoc plenius tractabimus infra nume.161. XXV. Vt & pensio domus, seu canō emphyteuticus, non specificato tempore solutionis, in fine anni solui debeat. Saly. & alij in l. 2. C. de iu, emphyteu.Barthol.in l.eum qui, aliàs Jabotenus. ff. de an.lega.Bald.in l.æde.C.loca.Alber. Brun.vbi supra. versi. Aliquando in fine anni. XXVI. Vt pensionem soluere iurans conductor, cessando per annum constituatur in mora. Bal. in ca. querelam, per illum tex.cum glo.de iure iuran.Alex. consil.85.incipien.non puto, repetito consi. 126. libro primo. Sequitur Corset. in Repetione rub. de iureiuran. in 11. priui. reprobans Ias. contrarium tenentem. & idem Corset. in suis syngu. in versi.emphyteuta 1. Hyppo.de Mars. syngu.126. emphyteuta.Ias.in l. si quis maior. numero duodecimo.versicu.Item per istam. C. de transactio. XXVII.Vt hinc cautelam sumant, quòd licet emphyteura priuati vt iure suo priuari possit triennium requiratur infra quod canonem non soluerit.dicta l.2.C.de iu.emphy.Emphyteuta verò ecclesiæ per biennium.auten.qui. rem. C. de sacro. eccle.cap.potuit. de loca. vt adijcitatur iusiurandum in instrumento emphyteusis quando fit ꝑmissio annuatim soluere canonem, seu pensioné quo casu si per annum tantum quis soluere cesset, poterit statim propter iuramentum appositū iure suo priuari. vt per supra citatos, & per Fely. in alle.cap.quærelam.post num.8. versic. Subdit etiam Bal.hic, quòd tantum est cessare a solutione per annum, quando est iuratum, quantum est cessare per biennium quando non est iuratum. Idem concludunt Catel.Cot.in suis Memoria.in versic.emphyteuta priuati.& Thom.Ferrat.Cau. 20.notum est.Idem uoluit Corset. vt ad emphyteusi cadat propter periurium in repet. rubri. de iureiuran.in 10.priuile. Hæc opin.communiter tenetur teste etiam Gui.Benedi.in repet.cap. raynutius.in versic.testamentum 3.numero 27. ac Gozad.consi.57.post numerum.19.versic. Non obstant allegata. Aduertendum est, quòd Iul. Clar. clari, & perspicacis ingenij aliter sentit, & non temere (mea quidem sententia) inquit enim libr. 4. recept.senten. §. emphyteusis. post princ. de hac re loquens.Est magna decisio maximè ijs temporibus, in quibus notarij in omnibus instrumentis inserunt iuramentum, & per simplicem tactum scriptutæ illaqueunt animas contrahentium, qui pro maiori parte nesciunt quid illud importet, & propterea hæc opinio mihi nunquam placuit, debet enim iuramentum semper intelligi secundum naturam contractus super quo apponitur, non quidem ut ampliet eius naturam, sed ut confirmet. Hæc ille. XXVIII. Vt bona emphyteutica, pro

pro quibus canon debetur quolibet anno, pro il
lo sint tacitè obligata. vt voluit Bald. in authen. si
quas ruinas. colu. 4. versi. Sed vltra omnes. C. de
sacrosf. eccles. per tex. in authen. de aliena. §. scire,
quem ad hoc dicit menti tenẽdum. & idem Bal.
in l. certi iuris. in 5. quæst. C. loca. Contrarium te
nuit Bar. in l. fi. C. de iu. emphy. cuius opinionem
contra Bal. sequuntur Anto. de But. & Imol. in c.
potuit. super glo. 2. de loca. ac Ange. in l. vniuer-
sas. C. ne rei domi. uel templ. Rationem adducũt
quia licet de iure pro tributis soluendis sit obliga
tus fundus tributarius, per l. 1. & 3. C. sine cen.
vel reli. tamen in canone debito pro emphyteusi
istud nõ reperitur, etiam si simus in emphyteusi
ecclesiastica. Quod etiam dixit Alexan. in l. quod
dicimus. colum. 10. vers. Et sic prædictis patet.
ff. de verb. oblig. Respondent etiam, quòd dictus
§. scire, in quo se fundat Bal. non probat, quia nõ
dicit, quòd pro canone bona sint obligata. At si
supponamus rem emphyteutæ esse inuectã, uel
illatam in prædium emphyteuticum, illa benè ta
citè obligata erit pro canone. iuxta text. in l. item
quia. ff. de pact. & in l. certi iuris. C. loca. ex quo
hic contractus dicitur conductio. §. adeo. Institu.
loca. & hoc modo defenditur Bald. ubi supra. vt
per Negusant. de pigno. memb. 4. 2. par. nu. 127.
XXIX. Vt pensionẽ annuã soluendam singu
lis annis pater filio pro sua legitima assignare pos
sit, sic concluserunt nonnulli in l. in quartã. ff. ad
leg. Falci. Et cũ pater possit mandare filio, ut cor-
pora hęreditaria vẽdat. l. qui fundũ. & l. si dignũ.
ff. eo. Et posset ẽt pater oĩa bona sua in vita vende
re, cur ergo nõ poterit pecuniã pro legitima relin
quere? prout p Bal. cõs. 167. Statuto ciuitatis Tu
derti. col. vlt. vol. 5. p tex. in l. si priore. & in l. de-
ducta. §. nummis. ff. ad Trebel. Verum ꝙ in pecu-
nia annua non possit assignari huiusmodi legiti-
ma consuluit Bertran. cons. 82. visis. li. 2. Pro qui
bus videre poteris Rip. in alle. l. in quartam. nu
me. 130. & ante. XXX. Claudius Imperator ius-
sit inquilinos priuatarũ ędium pẽsionem annuã
repręsentare fisco. vt p Suet. in Claudio. XXXI.
Vt stipulatus hoc anno dari, nisi oĩbus anni par-
tibus præteritis non rectè petat. l. qui hoc anno.
quæ est 42. ff. de verb. obl. XXXII. Vt sic & pro-
missio annua, vel in singulis annis in fine anni de
beri faciat, Fallit fauore libertatis, vel alterius pię
causæ. l. si ita. ff. de manu. testa. Rom. & Alex. in l.
qui bona. §. vlt. col. pen. ff. de dam. infe. XXXIII.
Vt legatum in annos singulos debeatur finito an
no. l. 1. C. quan. di. leg. ced. ad l. qui hoc anno. ff.
de verb. oblig. l. si in annos. ff. de condi. & demõ.
Fallit in legato facto scholarib. habitationis cau
sa, mercedis, vel victus, tunc enim, in anni initio
debetur ex coniecturata voluntate, quia statim
egere incipiunt. iuxta text. & ibi glos. in l. nec se-
mel. §. si inhabitatione. ff. quan. di. leg. ced. Et quia
legatum est pium, & quando ratio pietatis inest,
tunc debetur in principio. vt supra dixi. per text.
in præalle. l. si ita fuerit. 2. ff. de manu. testa. quem
tex. notat Rom. in repet. authen. similiter. col. 13.
in 5. causa. C. ad leg. Falci. Pro quibus omnibus,
vide Rebuf. in 136. priui. scholar. XXXIIII. Vt
idem dicẽdum sit appositis verbis, annua, bima,
trima die, quæ exponimus, idest tempore anni,
biennij, triennij. & in eundẽ sensum, Anno, bien
nio, triennio. l. si ita fuero. §. sed si ita. ff. de manu.
testa. quibus verbis significabant solutionem to-
tius summæ in tres annos æquis portionibus di-
uisam. vt si triginta deberentur, decem primo an-
no, decem secundo, & reliqua decem tertio anno
præstarentur. dicta l. si ita legatum. ff. de an. lega.
Bud. in annotat. ad Pandect. in l. si necessarias im
pensas. ff. de pign. actio. Non tamen in principio
anni, sed in fine. l. si cui legatam. §. 1. ff. de lega. 1.
Et tempus adiectum censetur in fauorem debito
ris, & sic in fine cuiuslibet anni vnius summæ so
lutio commoditatis eius causa in tres annos diui
datur. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pign. actio.
l. Celsus. §. 1. ff. de contrah. empt. l. talis scriptura.
in princ. ff. de legat. 1. Verum aduerte ad ea, quæ
præmisimus, non enim dubio carere videntur.
Promissio enim annua hoc modo concepta, pro-
mitto tibi decem annua, vel promitto tibi decẽ
singulis annis, seu promitto tibi decem quotan-
nis, regulariter deberi videtur in principio cu-
iusuis anni. iuxta tex. in alle. l. nec semel. in princ.
& §. nouissimè. ff. quan. di. leg. ced. l. 1. C. eod. l. si
seruus communis Męuij. §. cum seruus fructua-
rius. ff. de stipu. seruo. reiecta distin. Accursij in §.
ac si ita. in ver. annuos. Insti. de verb. obl. commu
niter enim eam ibi reprobant, & indistinctè con-
cludunt in omnibus stipulationibus, & promis-
sionib. præfatis in principio cuiuslibet anni de-
beri. vt ibidem per Nic. de Neapo. per Io. Fab. Io.
de Platea, Ang. Aret. Port. & alios. & per Dy. Bar.
& cæteros in l. qui hoc anno. ff. eo. Bald. in l. cum
quædam. ff. de libe. & posthu. Fallit cõmunis con
clusio præmissa quando res promissa in se dila-
tionem habet, puta in promissione fructuum sin
gulis annis super prędio Titiano percipiendorũ,
non enim ante fructus huiusmodi peti poterũt,
quàm percepti sint. l. firmio. §. fi. ff. quan. di. lega.
9 ced. XXXV. Vt annus dicatr † terminus longus,
seu tempus multum. iuxta illud Terentij, Mulie-
res dũ comuntur, & moliuntur annus est, quod
præsertim contingit dum amatoribus pulchrę ui
deri student, maritosque nonnullos faciles, sim-
plices, vel incautos ceruorum gregi aggregant.
XXXVI. Vt hmõii ceruorũ cornua anno quo
libet in uere cadant, renouenturque, quod cæte-
ris animalibus non accidit, & eo tẽpore latitant,
ne inermes appareant si Plinio credimus. lib. 8.
Natura. historiæ cap. 23. Et quòd annus (vt præ-
misi) sit tempus longum elicitur etiam ex verbis
Horatij Ode 5. libro 4. Vt mater iuuenem, quem
notus inuido flatu Carpatij, trans maris equor
cunctantem spatio longius anno, Dulce detinet a
domo. Idem Horat. episto. 2. li. 1. Quæ lædat ocu
lis festinas demere, si quod est animum differs
curandi tempus in annum. & ad nota. per Abb.
in cap. plerunque. in 1. not. de rescr. XXXVII. Vt
longa possessio in materia feudali dicatur anna-
lis. cap. ult. de consue. recti feud. cum expositione

Bal.ibi super ver. longa. qui exponit scilicet per annũ. sequitur Caccialu. in cap.1. de feu.cogni. in 20.differen.iuris ciui.& feuda.

Trigesimusoctauus. Vt annus sumatur pro diuturno tempore, & interpretamur diu, idest anno. glo.in l.si cum fideicommissa.in ver.decennio.ff.qui,& a quib.argu.text.in l.1. §.largius.ff. de succes.edi.l.fi.ibi,Et diu negotium tractatum est.iun.gl.in ver.diu intra annum tamen,vel biennium. ff.de re iudi. Alibi diu quantum tempus designet relinquitur arbitrio iudicis,prout habemus per glo.in l.Lucius. §.fideiussor. ff.manda. glo.in ver.feceris.in l.si pro ea.C.eo.& glo.magnam in fi.in ca.fi.de fideius.deciditur in illis iuribus, quòd qui diu stetit in fideiussione instare possit, vt debitor principalis ipsum liberet, concludunt glo.vtrobique, quòd iudex arbitrabitur quod tempus requiratur, vt quis dici possit diu stetisse in fideiussione.& Docto. communiter sequuntur in §.si quid autem.Insti.de fideius.

Tigesimusnonus. Vt diem pro anno accipi posse in sacra pagina affirmare possimus. prout Num.ca.12.vbi Dominus Mariam sororem Aaron a lepra purgandam præcepit extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursus eam in castra admitti, interpretantur hoc est extra collegium ecclesiæ septem annis proijci. iuxta tex.in c.hoc ipsum 33.q.2.& per gl.in c.proposuisti.in ver.vicis 82.distin.

10 Quadragesimus. Vt annus pro nimia † mora, seu negligentia accipiatur. Sic accepit Horat. ad Bullatium epist.lib.1. Tu quancunque Deus tibi fortunauerit horam,Grata sume manu. Nec dulcia differ in annum.

Quadragesimusprimus. Vt hinc Oldra. consil.183.col.12.vers.Et si aliqui dicerent. ac Aymo cons.28.num.4.post annum obliuionem induci affirment, quam quidem obliuionem Plato in conuiuio,in Socratis oratione definiuit esse scientiæ exitum, & in Phęd. vel de Anima obliuionem scientiæ iacturam esse dixit.

Quadragesimussecundus. Vt sic etiam memoriam hominum habilem post annum nonnulli affirment.argum.tex.in l.si arbiter. versic. Potest enim hoc memoria non teneri intra annum.ff.de proba. Quæ etiã inferre videntur illa verba Platonis libr.18.qui Eutydemus inscribitur. Vsque adeo ò Socrates, absurdus es (inquit Dionysidorus) vt quæ a principio diximus reminiscaris nunc,etsi quid superiori anno dixerim nunc quoque sis recordaturus, his autem quæ in præsentia dicta sunt,quod sis responsurus habes nihil. In teste per biennium obliuionem induci dixit Alex.cons.65.colum.3. lib.2. Sequitur Grãmat. cons.crimin.41.& 47. Alibi autem habemus ad inducendam,seu præsumendam obliuionem maius temporis spatium requiri.vt per Doc. in l.peregre.in prin.ff.de acqui.pos.Dynum in c.præsumitur.de reg.iur.lib.6.per Bart.in l.non fatetur. colum.3.ff.de confes.& per Aug.Bero.cõs.189. in causa magistri.num.8.lib.3. Nonnulli obliuionem ex quinquẽnio induci existimant, tanquam ex multo tempore.argum.tex.in l.1.§.quod dicitur.ff.de separatio.& §. multum autem tempus.& ibi glo.& Doct.Insti.de lite.obli. Aliqui decennium requirunt, ex quo temporis lapsu obliuio præcedentis testamenti præsumatur, ita vt tempus ipsum cum posteriori voluntate contraria testatoris cõcurrens reuocationem prioris voluntatis operetur.iuxta text. in l. sancimus.&ibi omnes.C.de testa.glo.in ver.perfecte.§.ex eo autem solo. Instit.quib.mod.testa.infir. Alex.in l.si de eo.§.si fortè.ff.de acqu. pos.Rui.cons.6.nu.2.& seq.Gui.Papæ Dec.200.nu.2.& 4.Hinc etiam videmus,quòd licet mora sit impurgabilis,neq; hominis interpellatio requiratur in promissione dandi,vel faciendi cũ pœna apposita die, die lapsa,quæ pro homine interpellat. l.magnam.C. de contrah.& commit.stipul. notatur in l.si ex legati causa.& in l.si insulam.ff.de ver.obli.ac in l. traiectitiæ.ff.de actio.& oblig. Et is qui promisit debuit in memoria habere, quòd promisit.dicta l.magnam. Id tamen limitatur per Bald.in alle. l.magnam.num.2. vers. Et nota quem tenere debere memoria, nisi factum sit de longinquo, tũc enim quis excusatur. vt per Dyn.in alle. c.imputari.de reg.iur.lib.6.Bar. in l. si quis delegauerit. ff.de nouatio.Alexan.cons.7.num.9. vol.4. Et in hac materia tempus de longinquo dicunt esse decem annorum.glo.& Docto.in l.si id,quod.ff.de acqui.pos.Alex.cons.134.num.8.lib.1.& in specie Bero.quæst.73.per totam. in suis quæstio.familia. Videantur Goza.cons.9.num.35.& Tiraq. in tracta.præscriptio.§.1.glo.4.ad fi.vbi alios refert. Alibi longo silẽtio interpretamur, idest triennio.l.2.in fi.iun gl.vlt.ff.ne de sta.defun.In hac ancipiti quæstione, & opinionum varietate tutior mihi videtur sententia, vt iudicis arbitrio relinquatur infra quantum tempus obliuio inducatur,habita ratione personarum, sexus, ætatis, professionis,casuum accidẽtium,aliarumq; qualitatum, & circunstantiarum.iuxta opin.glo.in l. Furtum.§.vlt.ff.de vsuca. quam sequitur Alberi. de Rosa.in l.1.C.de ser.fugi.Sozi.cons.2.colu.5. li.3.hanc cõmunem affirmans. Aymo cons.241. colum.fi.Sozin.Iun.in l.naturaliter.§.nihil commune.num.231.ff.de acquir.pos. Considerabit iudex fœminas ob sexus fragilitatem facilius memoria labi: principem item infinitis negocijs inuolutum,quàm alium.vt per Calcan.cons.124. ad fi.Sozi.cons.260.colum.2.in prin. li.2.Goza. præalleg.cons.9.num.35.Paris.cons.11.nu.132. lib.1.Rip.in l.quod iussit.num.47. ff.de re iudi. Obliuio etiam in sene, vel decrepito, vel morbo aliquo graui laborante facilius admittetur.Hinc refert Pet.Crinit.lib.1.cap.12. de Honesta disciplina.Messalam Coruinum prouectiorem factũ memoriæ sensum amisisse, vt sui quoque nominis oblitus tradatur: Quod etiam Oreliæ Beneuentanæ contigisse refert. Obliuio etiam facti alicuius egregij, vel atrocis, seu calamitosi, præter tum publice, etiam longo temporis cursu lapso, non facilè præsumi debet, prout excidij vrbis tẽpore Clemen.VII. Belli Signini tpe Pauli IIII.

Hinc

Hinc ego proximis diebus commissarius cũ amplissima potestate destinatus, Coram, populi Romani oppidum, ab Illustrissimis Dominis Vrbis Conseruatoribus,& populo Romano, quosdam testes a pœna falsi inexcusabiles affirmabam, eo quòd deposuissent quendam Petrum Narducij fratricidam ortum per octo, vel decem annos ante bellum Signinum, cum per veras probationes constaret eundem natũ post illud bellum, nec admittebã excusa, obliuionis facti ita memorabilis in locis circumuicinis emanati. contra quam obliuionem facti memorabilis adducebam consilia And. Barba. 29. colum. 8. lib. 1. & Dec. Neap. Capic. 65. nume. 15. post Felyn. in cap. in nostra. de rescript.

Quadragesimustertius. Vt linguam anno disci affirmare possimus ex illo exemplo Themistoclis, qui ab ingrata patria factus exul, cũ Græcia pulsus ad Xersem profugit, illique pollicitus est totam Græciã eius Imperio subiturã post annum ad linguam ediscendam impetratum. prout per Plutar. in illius vita.

Quadragesimusquartus. Vt ad fidei pręcepta discẽda hoc tempus sufficere videatur, exemplo Sanctorum Pauli,& Barnabæ, qui Antiochiæ ꝑ ãnni spatium illa docuerunt, prout Actuum capit. 11. Est verum, quòd in illis Gentium Doctoribus concurrebant spiritus, gratia diuina, ac vita exemplaris,& alia, quæ nõ in omnibus Doctoribus concurrunt.

Quadragesimusquintus. Vt hinc etiam inferri possit ad neophitas, de quibus tracto in Signa. Gratiæ. titu. de dispen. cum neophit. vt edocti fidem Christi, spacio vnius anni possint postea ad ordines, ad beneficia, ad dignitates promoueri. pro quo pondero tex. in sum. iun. gl. 148. distinc. quæ illius tex. rationem adducens, inquit, Non facilè est tironi committenda custodia. & sic glo. illa arguit de tirone ad neophitum, seu illos ęquiparat: Nos autem habemus, quòd tiro, seu nouus miles dicitur infra annum. vt ostendam infra num. 74. Sequitur, quòd gl. senserit neophitum, idest nouum in fide pariter infra annum dici. Et ita intelligi debet Præposi. in sum. dictæ 48. dist. vbi inquit, quòd si neophitæ essent sanctæ, & approbatæ vitæ, vt fuerunt inter Apostolos, non deberet expectari tempus bienij, anni, seu trimestris. Ego tenerem ad minus annum expectandum exemplo Pauli, de quo supra.

Quadragesimussextus. Vt inferri possit, quòd anni tempus sufficiens videatur ad consequẽdas omnes ecclesiasticas dignitates, vsque ad illam supremam maximi Pontificatus inclusiuè, exemplo Thomæ Sarzanen. humilis conditionis hominis, scientijs alioqui præclari, qui eodem ipso anno promotus fuit ad episcopatum Bononiẽsem, ad Cardinalatus supremum ordinẽ, ad ipsumq; Pontificatum maximum, anno 1447. & qui Nicolaus v. nuncupatus fuit. prout in illius vita per Platin. & alios. Verum hæc ad exemplum trahi non debent, cũ spiritu Dei facta censeri debeant, quæ autem spiritu Dei aguntur non sunt sub lege. Actuum cap. 5. versus fi. ca. vlt. ad fi. 19. q. 2. Lap. alleg. 25. in prin.

Quadragesimusseptimus. Vt inferri possit, ꝙ quis statuta loci scire pręsumatur, qui in loco per annum permanserit. prout per Ias. cons. 83.

Quadragesimusoctauus. Vt tempus intra annum dicatur tempus velox. iuxta text. in auth. de resti. & ea quæ par. in unde. men. ibi, Per virum, quę sic ueirociter dehonestauit. Et post, ibi, Eo ꝙ velociter ad nuptias festinauit. Quod tamen intelligendum est, iuxta subiectam materiam non enim absolutè tempus infra annum ubique, & iuxta omnem sermonem velox dicitur, quod ẽt ex supra adductis patet.

Quadragesimusnonus. Vt sicut apud antiquos salutatio fieri solebat sub ijs uerbis: Salue, seu, salue multum, prout apud Teren. in Hecyra scena 2. de qua salutatione loquutus etiam fui in Glo. Facul. §. Habita. in ver. fratribus. ad fi. Resalutatio verò erat, Et tu salue. vt apud Teren. vbi supra, Hodie communis modus, seu vsus salutandi apud nos sit hic, videlicet. Bona dies. & resalutandi iste, videlicet. Bona dies,& bonus annus: Et sic liberaliores sunt resalutãtes salutantibus, loco diurnæ salutis, annuam auspicantes. Sic & quod antiqui dicebant Dij bene vortant, seu vertant, vti apud eundem Terẽ. in Adelphis scen. 7. actu 4. vulgo dicimus, sis cum bono anno. Sic & in detestationem, seu modum blasphemię apud eundem Teren. in Phorm. sub ijs verbis, Quid uos (malum) ergo ne sic ludificamini? Nos dicemus, cur vos cum malo anno,& sic laceratis, seu illuditis? Sic scena 8. subditur, Malum, quod isti Dij, Deæq; omnes dicant. Nos diceremus, cum malo anno, quem Deus illi det. Similia etiã verba inuenies apud eundem in Heautontimorumenon. scena 3. Quid (malum) me tandem censes velle id assimularier? Hoc est cum malo anno censes me tandem uelle hoc occultum esse?

Quinquagesimus. Vt anno quolibet apud
11 Hebræos primo mense celebraretur festũ† phase, ad commemorandum liberationis beneficiũ ex Aegypto. Exo. ca. 12. post prin. Etenim phase, idest transitus Domini, & transibo per terram Aegypti nocte illa &c. & ibidem ad fin. Nox illa est obseruabilis Domini, quãdo eduxit eos de terra Aegypti, hunc obseruare debent omnes filij Israel in generationibus suis &c. ac cap. sequen. & Leui. cap. 23. Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperum phase Domini est &c. Videre poteris diuum Tho. 1. secundæ. quæst. 102. art. 4. Ad decimum.

Quinquagesimusprimus. Vt sicut Pascha vetus quolibet anno celebrabatur. Ezechiel. ca. 45. ad fi. Ita Pascha nostrum singulis annis celebretur,& hoc est Pascha nouum, quo Christus imolatus est. ad Corinth. cap. 5. Matth. ca. 26. in prin. Marci 13. etiam in princip. ac Lucæ 22. pariter in princ. Et sicut vt præmisi Pascha Hebræorum dicebatur transitus ex Aegypto, præalle. cap. 12. & seq. ac 23. Exod. Pascha etiam nostrum transitus ab hoc mundo ad patrem dicitur. Iohan. ca. 13.

Ante

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora, vt transiret ex hoc mundo ad patrẽ &c. ac concilio Triden. sess. 22. cap. 1. Nam celebrato veteri Pascha, quòd in memoriam exitus de Aegypto multitudo filiorum Israel imolabat, nouum instituit Pascha, se ipsum ab ecclesia per Sacerdotes sub signis visibilibus imolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad patrẽ &c. Et diuus Hieron. super Matth. ca. 25. inquit, Traditio Iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinem Aegyptij tẽporis, quando Pascha celebratum est &c. Pro præmissis, & quo tempore apud Hebræos seruabatur Pascha, quo apud nos, & pro alijs huc spectantibus videatur Isido. Ethimolo. lib. 5. cap. 13. Pascha nostrum omnium festiuitatum prima est. Isido. vbi supra. cap. 20. cir. prin. l. quadraginta. & l. omnes dies. C. de fer. & extra eo.

Quinquagesimussecundus. Vt iuxta eandem legem Mosaicam per anni circulum celebraretur
12 festum † Pẽthecostes post quinquaginta dies numerandos a festo Paschatis, ad recolendum beneficium legis datæ. Leuit. cap. 23. Numerabis ergo ab altero die sabbathi in quo obtulistis manipulum primitiarum septẽ hebdomadas plenas &c. & diuus Tho. vbi supra. Et apud nos dies Penthecostes, idest quinquagesimus post Pascha celeberrimus est, vt Pascha, idest resurrectio Domini nostri. Ambrosius in diei Penthecostes sermo. 60. De festo Penthecostes habemus tex. in c. scire debes. & in cap. nosse. 76. distin. vbi scribitur, Nosse credo vos fratres, nõ minori lętitia celebramus diem Penthecostes, quàm diem sanctum Paschę celebrare curauimus. cap. 2. §. diebus. cap. cappellanus. vers. Alij. de fer. Pro quibus vide eundem Isido. Ethimo. lib. 5. c. 20. cir. prin. vbi inquit Penthecostes, sicut Pascha apud Hebræos celebris dies erat, quæ post quinque decadas Pascha celebratur, vnde & vocabulum sumpsit, pẽte, enim Græcè, idest quinque. In quo die secundum legem patres propositionis de nouis frugibus offerebantur. Hic numerus quinquagenarius in sacris scripturis celebris, & perfectus designatur. Et dixit, Dixit Deus Abrahę: Si quinquaginta iustos Sodomæ reperero, omnibus aliis parcã. Genes. ca. 18. Deus item iubet ornari suum tabernaculum quinquaginta anulis aureis, & quinquaginta ansis, seu fimbriis. prout Exo. cap. 26. & pariter in Exo. legitur, Post quinquaginta dies a liberatione populi Israelitici a seruitute Aegypti legem a Deo Moysi datam. Sub hoc numero sanctus ille Propheta Dauid collocauit Psal. illũ ab omnibus omni die piè decantandum: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiã tuã, pro impetranda remissione peccatorum. Meritò igitur dies hæc in noua lege quinquagesima post Domini nostri Resurrectionem, in qua spiritus sanctus in discipulos visibiliter descendit, prout Actuum cap. 2. Quique mentes nostras diuinis reparatis sacramentis, & ipse est remissio omniũ peccatorum, vt ecclesia cantat, celeberrimus inquam, ac sacratissimus haberi debet. Festumque hoc apud nos in summo honore, ac reuerentia, & lætitia habetur.

Quinquagesimustertius. Vt festum item tu-
13 barum † singulis annis celebraretur die prima mensis septimi in memoriam liberationis Isaac, qui imolandus erat. Leui. 23. Mense septimo prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum &c. prout etiam diuus Thomas vbi supra.

14 Quinquagesimusquartus. Vt festum etiã † expiationis die decimo dicti mensis septimi, anno quolibet celebraretur. prout Leuit. ca. 16. In hac die expiatio erit vestri, atq; peccati &c. & cap. 23. Locutusque Dominus ad Moysen dicens, Decimo die huius mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctum &c. de quo per beatum Thomam, vbi supra.

15 Quinquagesimusquintus. Vt festum itẽ † Scenophegiæ, idest tabernaculorum, ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis, & deductionis per desertum, vbi in tabernaculis habitauerunt. Leuit. cap. 23. Et locutus est Dominus Moysi dicens, Loquere filiis Israel, à quintodecimo die mensis huius septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino &c. Isido. Ethimolo. lib. 5. capit. 20. vbi inquit, Scenophegia solemnitas Hebræorum, de Græco in Latinum tabernaculorum dedicatio interprętatur, quæ celebratur à Iudæis in memoriam expeditionis cũ ab Aegypto remoti in tabernaculis agebantur: ex eo Scenophegia, scena enim Græcè, Latinè tabernaculum dicitur, quæ celebritas apud Hebræos septimo mense celebratur.

16 Quinquagesimussextus. Vt festum † cętus, atque collectæ, in quo anno quolibet colligebantur a populo ea, quæ necessaria erant ad expensas cultus Diuini, significaretur adunatio populi, & pax præstita in terra promissionis. vt per Diuũ Thom. vbi supra.

Quinquagesimusseptimus. Vt anno quolibet
17 comederetur † agnus Paschalis anniculus in vna domo, idest in ecclesia catholicorum, non in conuenticulis hæreticorum. Exo. cap. 12. cir. prin. & diuus Tho. ubi supra. Et agni carnes comedebantur ad significandum escam corporis Christi in sacramento. beatus Th. vbi supra.

18 Quinquagesimosoctauus. Vt per † imolationem agni Paschalis, anno quolibet significaretur imolatio Christi. 1. ad Corinth. cap. 5. Pascha nostrum imolatus est Christus. & diuus Tho. 1. 2. art. 5. ad secundum. Et per agnum significabatur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei. iux. illud Ad Hebr. cap. vlt. Iesus Christus heri, & hodie ipse, & in secula.

19 Quinquagesimusnonus. Vt festos † dies quolibet anno celebrare debeamus. Leuit. 23. versus fi. prout etiam hodie festiuitates Dei, & sanctorũ vna die cuiuslibet anni completi celebramus, & repetimus, de quo habemus tex. in c. 1. de consec. distin. 3. Et secundum plerosque annus ceremonialis dicitur. prout per Luc. de Pen. in l. siue ex Pretoriano. colum. 2. vers. Cęremonialis est &c.

C. de

C. de exacto. & execu. lib. 11. & per Gemin. in ca.
30 si propter. nu. 7. de rescr. lib. 6. Et quòd † sanctos per anni circulum venerari debeamus dicit tex. in clem. vni. §. hoc enim. de reli. & vene. sanct.

Sexagesimus. Vt & sic apud Gẽtiles anno quolibet dies festi celebrarentur. Hora. Ode 8. carm. lib. 3. Hic dies anno redeunte festus. & serm. li. secundo Saty. 2. Siue diem festum rediens adduxerit annus.

Sexagesimusprimus. Vt in insula Atlãtica propè columnas herculeas regia esset intra arcẽ constructa, in medio sacrum inaccessibile Clitonis, Neptuniq; templum aureo ambitu circũdatum, Illuc a principio conuenientes genuerũt decem regum genus, Et qui ibidem quotannis ex decem regionibus congregati vnicuique illorũ sacra solemnia peragerent, author est Plato lib. 13. qui inscribitur Critias, seu Atlanticus.

Sexagesimussecundus. Vt anno quolibet (prout habes apud Cæsarem in commentarijs) Lugduni Galli oratores concionem habere solerent. Hic mos prius in Britannia fuit, inde in Galliam translatus. Hoc etiam annui videtur ex carminibus Iuuen. Saty. 1. Palleat vt nudis pressit, qui calcibus anguem. Aut Lugdunensem rethor dicturus ad aram.

Sexagesimustertius. Vt anno quolibet celebra
21 ri debeat annus natalitius principis. † l. omnes dies. §. & l. vlt. ibi, Etiam in nostrum ortum, aut natalem celebranda solẽnitas inciderit. C. de fer. Horat. epist. ad Torquatum lib. 1. Cras nato Cæsare festus dat veniam, somnum dies. Martial. lib. 4. Cæsaris alma dies, & luce sacratior illa. Natalis Iulij Cæsaris erat Idus Iulij, qui dies illi semper faustus, & fortunatus fuit. Alexan. ab Alexan. Genia. die. lib. 4. ca. 20. Natalitius dies Nerionis mense Decembris solemnis, Nerone imperante censuit Senatus ab eo mense in quo ille æditus erat anni principium fieri. Alexand. ab Alexan. Genia. die. lib. 3. cap. 24. Timoleon Siracusanorũ Dux præcipuas victorias Siracusis semper dedit die suo natali, adeo vt ipsius natalis diem omnes velut multiplicis victoriæ authorem festum agerent. idem Alexan. ab Alexan. Genial. die. lib. 4. capit. 20. Diem natalitium Pharaonis habemus Genes. cap. 20. versus fin. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat, qui faciens grande conuiuiũ pueris suis &c. De die natalitio Herodis regis habemus Marci cap. 6. Herodes natalis sui cęnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galileæ.

Sexagesimusquartus. Vt primogeniti filij regis Persarum natalem diem quotannis sacris, ac festis, omnis Asia coleret teste Platone lib. 5. Alcibiad. 1.

Sexagesimusquintus. Vt etiam dies natalitius cuiusuis quouis anno celebraretur. hinc Horat. Ode. 11. carmi. lib. 4. Iure solemnis mihi est &c. & inter epigrammata, quæ ascribuntur Virgilio sic scribitur, Clarus in offenso procedat lumine Titan: cum ijs, quæ sequuntur. titulus ibi positus est de natali die. Et pro die natalitio cuiusuis celebrando ponderabam tex. qui id supponere videtur in l. inter donum. in fi. ff. de verb. signi. vbi describẽs Vlpianus quid sit munus, dicit esse donum cum causa, utputa natalitium, nuptiarum, vel iuxta Pandect. Floren. nuptalitium. & in l. ciuitatis. cir. prin. iun. gl. in ver. ad munus, quę supplet, seu declarat hoc modo, videlicet. De frumẽto, uel vino in die natalis. ff. de leg. 1. l. cum quidam. ff. de an. lega.

Sexagemussextus. Vt anno quolibet dies alicuius notabilis victoriæ celebrari consueuerit. Id vidi obseruari in Tuscia in diebus victoriarũ contra utrunque Strotium, quod non absonum duxi, & dixi, at non ea tantum ratione, quia strages hostium ea die facta fuerit, sed ea potius, quòd bellum ex parte victoris iustum fuerit: rursus, q liberatio, & salus populorum inde prouenerit. Hinc fœlicem, iucundum, lætitiæq; plenum dixere diem illum pugnæ Dauidis cum Golia, & Philisteis. 1. Reg. cap. 17. & sequ. Illumq; Iudithæ in Olophernem. Iudith. cap. 8. & seq. Sic & in victorijs, de quib. in lib. Nume. Iosue, Reg. Machab. & alijs, vbi victorijs partis, parta est salus populorum. Hinc videmus Ionatham præcepto patris regis non parentem, neciq; damnatum, propter beneficium, ac lætitiam liberationis per eum ea die partę precibus populi immunẽ euasisse. Cõsequẽter illam diem liberationis anno quolibet celebrandam affirmamus, prout apud Hebræos festum Phasæ propter liberationẽ ab Aegypto. vt supra. num. 11. & Romæ anniuersarium Lutrecchi liberatoris vrbis. vt infra post num. 39. Et apud antiquos Romanos quantæ potentiæ, & existimationis fuerit dies victorię, ac liberationis quolibet anno celebrandus percipi potest ex Historia Scipionis Africani superioris. de quo præter cæteros sic scripsit A. Gellius Noctium Attic. lib. 4. cap. 18. Tum Scipio pauca præfatus, quę dignitatis vitæ suæ, atque gloria postulabat, Memoria inquit Quirites repeto diem esse hodiernũ, quo Annibalem pœnum imperio nostro inimicissimum magno prelio vici in terra Africa, pacemque, & uictoriam uobis peperi insperabilẽ. Nõ igitur simus aduersus Deos ingrati. Sed censeo relinquamus nebulonem hunc, eamusq; nũc protinus Ioui optimo maximo gratulatum &c.

Sexagesimusseptimus. Vt anno quolibet dies
22 natalitius † Vrbis Romæ celebrandus sit iuxta tex. in l. omnes. C. de ferijs. versic. His adijcimus natalitios dies vrbium maximarum Romæ, & Constantinopolis, in quibus debent iura differri, quia ab ipsis nata sunt. Hodie super die natalitio Vrbis Romæ habemus etiam statutum Vrbis capit. 27. lib. 4. rub. de ferijs, cuius verba sunt, mẽse Aprilis 21. natalẽ Vrbis celebremus. In vita Romuli ex Plutarcho Græco, per Lapum Florentinum in latinum versa, ita scriptum apparet, vrbem igitur ad xij. kal. Maij condi cœptam esse opinione omnium satis constat. Eumque diem festum Romani agunt, natalem patriæ nuncupantes. & parum post, Veruntamen pridie eius diei pastoralem quandam celebritatem agitabant, quæ Palilia ab illis dicebatur. Hæc ille.

Se-

Sexagesimusoctauus. Vt contra verò inter cætera infortunia Vrbis in compendio Historiarũ regni Neapolis lib.2. legamus anno integro a Vitige Gothorum rege Romã obsessam, per cuius anni spatium Romani fame oppressi omni sordidorum animalium genere, vt vitam protraherent, vsi sunt, quin & humanas carnes comederunt.

Sexagesimusnonus. Vt Roma ab eodem Vitige, deinde a Totila infęliciter vexata tandem absque habitatore aliquo mare, vel fęmina anno integro remanserit. vt legere est in eo.lib.2. compen. Historiarum Neapolitanarum. Verum Procopius narrat Romam a Totila captam quadraginta diebus in solitudine fuisse, & tredecim emicuisse flammam. Procopium sequitur Aegi. Pergierius in uita Iustiniani Imperatoris. Possent fortè conciliari historię, vt videlicet, vtrunque verum sit, sed ea diuersis temporibus acciderint.

Septuagesimus. Vt anno integro Noe permanserit in archa, in quam intrauit sexcentesimo ætatis anno mensis secundi 17. die, prout Genes. cap.7.& seq. de hoc videre poteris supra ante numerum 3. Si ea, quæ supra diximus de die natalitio cuiusuis, applicare vellemus diei natalitio cuiusuis ciuitatis, ponderare possemus, quòd tex. in l.ciuitatibus.cir.prin.cum glo. loquitur in legato ciuitatibus ad honorem, & ornatum illarum, & sic pro munere natalitio cuiusuis ciuitatis, cui legatum factum sit: sed huic interpretationi obstaret tex. in al.le. l.omnes.C.de ferijs. vers. His adijcimus natalitios dies vrbium maximarum Romæ, & Constantinopolis, & sic probari videtur, quòd natalitiorum dierum aliarum ciuitatũ nulla ratio habenda sit. Nisi respondeamus, quòd dies natalitius Romæ, & Cõstantinopolis in hoc tantum differat ab alijs, vt hic feriandus sit, alij non ex dispositione illius text. circa alia verò nil immutatum sit.

Septuagesimusprimus. Quòd si natalitius dies principis, Regis, ciuitatis, quin & priuatarũ personarum quotannis celebrandus veniat, maiori ratione dies natalitius Domini nostri Iesu Christi Regum oium, cœlestiumq; terrestriũ, & infernorum Principis celebrari, & feriari debeat, quẽ celebrari Angeli celebrarunt annunciantes gaudium magnũ omni populo, quia natus erat Saluator. Lucæ cap.2. Celebrarunt etiam Iesum adorando Reges, ac Magi illi, de quibus Matthęi capit.2. Celebrarunt hactenus, & celebrare debent quot annis omnes homines. cap.fin. cir.princ. de ferijs. l.in die.& l.omnes dies. C.eo.titu. Et tantæ est maiestatis, splendoris, & gloriæ dies ille natalitius Domini nostri, ut præcipuè in Italia in instrumentis anteponantur anni Domini. prout notat glo.magna in fi. in l.generali. C.de tabula: scrib.&c.lib.10. Et a quã natiuitate Christi annorum computatio fit in instrumentis, & alijs scripturis, idest ab ipso die 25. Decembris, & tunc incipit annus præsertim in Romana Curia. iuxta tex.extra.1. §.Nos de omnipotentis. ibi, A festo Natiuitatis Domini nostri. & extra.4.post princ. de pœnit.& remis. inter commu. & prout voluit glo.fin.in extra.vni.de censib. etiam inter cõmu. Et si Senatus Romanus, vt supra, post numerum 21. retuli, censuit a die natalitio Neronis Imperatoris, qui erat de mense Decembris anni principium fieri, ab eoque die dinumerari, maiori & similiori ratione Senatus Diuinus statuit ab illo die 25. Decembris Natiuitatis Iesu Christi annum incipere, annumque ab omni æuo dinumerationem sumere. Nonnunquam verò in diuersis scripturis, etiam Romæ, puta in literis Apostolicis, vel iuxta diuersarum regionum, seu oppidorum morem annus incipere, ac numerari consueuit ab incarnatione Domini nostri, i. a die 25. Martij, vel alio die numerando. Angel.& Imol.in l.diuortio.ff.solu.matrimo. Rot.in no.108. Sozi.in l.diuisione.in 14.not. ff.eod. & alter Sozin.Iun. consil.56.in proposita.libro tertio. Glo.pragma. titu.penult.in ver.Domini.& ibidem Phi.tit.ult. in ver.Domini. Cassen. in consti. Burgun. rub.1. §.8.versi. Quæro, quomodo.num.quarto, & in Catalo. Gloriæ mundi par. 12. considerat. 39. Quomodo anni ab incarnatione numerentur ponit Catel.Cot.in suis Memoria.in ver.anni. Vidi instrumentum in Tuscia confectum, quod sic incipiebat, In Dei nomine amen. Actum Liburni Dominicæ incarnationis anno 1548. indictione septima, die verò nona mensis Octobris stilo Florentino, & 1549. stilo Pisano, sed alio ueriori stilo & tempore.

Septuagesimussecundus. Vt dies etiam natalitius diuæ Mariæ Deiparę, ac cœli, & orbis totius reginæ, plenæ gratiæ, ac benedictæ in mulieribus Lucæ 1. natiuitas celebrari debeat. capitu. fin. ibi festiuitatum omnium gloriosæ virginis &c. de ferijs.

Septuagesimustertius. Vt diui etiam Ioan. Baptistæ plusquam prophetæ, quo inter natos mulierum non surrexit maior, & qui pręcursor Domini nostri fuit. Malachiæ 3. & Luc. 7. & in hũc mundum venit prædicare pęnitentiam, vt omnes pararent viam Domino. Esaiæ cap. 40. in princi. Matthe.4. Marci.1. natiuitas quolibet anno celebrari debeat.c.vlt.de ferijs. ibi, Natiuitas Io. Baptistæ. Et licet in cap. licet. eo. tit. de fer. dicatur, ecclesiam decreuisse natalitia martirum obseruanda, ego de alia natiuitate, quàm præmissa intelligo, videlicet vt dies natalitius martiris, sit ipsa dies martirij, qua die natiuitatem, & gloriam ęternam cœlestis patriæ assequitur. ad glo.in l. cum quidam. ff.de an.lega. Similem gloss. habemus in versic. natalibus, quæ est penul.versic. vnde & in legendis sanctorum. Insti.de ingen. De quo Abb. in c.3.de ferijs. Corset.in Syng.in versicu.festum. Euseb.lib.4. Historia.ca.15.de Martirio Polycarpi Smyrnensis episcopi. Quæ melior vita, quæ dignior, ac fœlicior corona non corruptibilis desiderari, & obtineri potest hac martiri reseruata, qui bonũ certamen certauit, cursum consũmauit, fidẽ seruauit: cui corona iustitiæ redditur, iuxta illud ad Corin.9.ad fi.& 2.ad Timot.4. Bonum certamen &c.

Se-

Septuagesimusquartus. Vt anno quolibet apud
23 Romanos celebrarentur feriæ † Latinæ pro com muni totius Latij salute, & sacra fiebant ex præscripto vetusti fœderis inter Romanos, & Latinos. De ijs loquitur M. Tullius 1. de Nat. Deo. Ferijs (inquit) Latinis ad eum ipsius rogatu, accersitique venirent &c. . . . Vt pariter mos esset quotannis in ædibus Pontificis Maximi sacrâ Bonæ Deæ fieri pro salute populi Romani, & nemini viro fas erat intueri, mulieres tantum faciendis aderant. prout per Plutarch. in vita M. Tullij.

Septuagesimusquintus. Vt serui anno quolibet libertate Decembri donarentur, quibus licentia, & libertas concedebatur dicendi, quę vellent etiam in dominos. Eisdem seruis dominorũ more epulæ parabantur: Hæc libertas, & licentia seruis in Saturnalibus concedebatur, ea ratione, quia regnante Saturno nemo seruiebat. Hæc erat ætas illa, de qua Metamorpho. lib. 1. & in iure nostro habemus tex. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. vbi quòd de iure naturali omnes homines liberi nascebantur, nec erat nota manumissio, cũ seruitus esset incognita.

Septuagesimussextus. Vt Sigillaria festa anno quolibet circiter Calendas Ianuarias Romæ celebrarentur, & erant festa saturnalibus annexa, in quibus vltro, citroque imagunculæ, & munuscula quædam amicis missitabantur. Macrob. libro primo Saturna. capit. 3. Et sigillaria dicta erant a signis, & imaginibus, quæ sic mittebantur. Apud nos in vigilia Natiuitatis Domini nostri munuscula dari, & mitti solent.

Septuagesimusseptimus. Vt sicut anno quolibet celebrabatur dies creationis, & coronationis Imperatoris. l. omnes dies. §. nostris etiã diebus, quos & lucis auspicia, vel ortus Imperij protulerunt. C. de feriis. Alcia. in l. si calumnietur. §. post calendas. ff. de verb. signif. Et Xerses die qua rex dictus fuit tanquam Imperij natalem singulis annis insignem celebrauerit, qua diademate ornatus, gaudio delibutus, cœnam proceribus dabat. Alexan. ab Alexan. Genia. Dier. lib. 4. ca. 20.

Septuagesimusoctauus. Sic & nos pari, imò maiori ratione diem creationis, & coronationis Summi Pontificis celebremus, & nõ natiuitatis, quippe qui per assumptionem ad Summi Apolatus apicem alter homo à primo existimatur, Deique in terris vices gerit. cap. Constantinus 2. 96. dis. c. vni. vers. Quoniam & si locum. vt eccle. bene. c. vbi periculum. §. cæterum. & c. fundamenta. §. decet. de elec. lib. 6.

Septuagesimusnonus. Vt anniculum agnum, idest vnius anni, ad l. anniculus amittit, quæ est 130. & l. anniculus non statim. quæ est 132. ff. de verb. sign. cum aliis animalibus Moyses pro peccatis commissis sacrificari iusserit. Leuit. ca. 9.

Octuagesimus. Vt agna vnius anni cum duob. agnis per mundatum, seu mundandum a lepra sacrificaretur. Leuit. cap. 14. Et die octaua &c.

Octuagesimusprimus. Vt agni anniculi non veniant legatis agnis, sed anniculis minores, l. cum quæreretur agni legati. ff. de leg. 3. glo. vlt. in l. seruis legatis. ff. eo.

Octuagesimussecundus. Vt canes anni vnius generent, & anno quolibet pariant, uti Plin. affirmat. Natura. hist. lib. 8. cap. 40.

Octuagesimustertius. Vt pariter apri anniculi generent, & anno quolibet pariant. teste eodem Pli. dicto lib. 8. cap. 61.

Octuagesimusquartus. Vt purpura piscis anni spatio ad debitam magnitudinem perueniat. vt scripsit Plin. libro 9. Natura. Histor. cap. 36. post medium.

Octuagesimusquintus. Vt Angelus Domini quolibet anno descenderet in piscinam, quæ nuncupabatur Bethsaa, & moueretur aqua, & qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ sanus fieret a quacunque detineretur infirmitate. Iohan. cap. 5. Quod fortè præfigurabat, quod nunc subiiciemus.

Octuagesimussextus. Vt anno quolibet pecca
24 ta nostra † confiteri teneamur, & sacram accipere eucharistiam. de quo habemus text. clarum in cap. omnis vtriusque sexus. de pęnit. & remis. in clem. 1. vers. Licet. de reliqui. & vene. sanct. & in concilio Lateran. sub Innocen. III. cap. 21. & in concil. Triden. nouissimo Sessio. 13. de sacra. Euchari. cano. 9. & sessio. 14. tit. de Confes. cap. 5. & de sanctissi. pœniten. sacra. cano. 6. & cano. 8. Differre igitur confessionem, & sacram Eucharistiã
25 vsq; ad tempus Paschatis licitum est, sed per † accidens potest fieri illicitum, puta si immineat aliquis articulus, in quo confessio requiratur,ueluti si immineat mortis articulus, uel necessitas accipiendi sacram eucharistiam, aut sacrum ordinem, uel aliquid huiusmodi, ad quod oporteat hominem per confessionem purgatum præparari, vnde si aliquid horum immineat, & aliquis confiteri prætermittat, peccabit, dummodo debita oportunitas adsit. prout per diuum Thomam quolibet. 1. q. 6. art. 11.

Octuagesimusseptimus. Vt anno quolibet sacramentum eucharistiæ non recipiens, hæresis suspectus reddatur. iuxta pulchrum tex. in iure ciuili, videlicet. in authen. de priuile. dot. hæret. mulie. non præstan. vers. Igitur sacram communionem. quem tex. ad hoc ponderant Fely. super rubri. de hæreti. & in cap. ad abolendam. num. 2. & Zanch. in suo tract. Hæreti. cap. 35. Vmber. Locat. episc. Balneo regien. in eo. tract. in ver. suspitio. post numerum 27. vers. Quinto, quando nunquam. de quo etiam in reperto. Inquisito. in ver. credentes. vers. Non credit ecclesiæ. Et de non recipiente sacram communionem singulis annis, vide per Camil. Campeg. in addit. ad Zanchi. in
26 dicto c. 35. in ver. nunquam. Et quòd † Papa ligetur constitutione omnis utriusque sexus, quoad mentem, licet nõ quo ad verba, uoluerunt Geminia. in c. iustum. ad fi. 9. distinct. Abb. in cap. significasti. num. 13. & seq. de fo. compet. Syluestri. in ver. confessio 2. quæst. 6. Fely. in cap. 1. nume. 35. de constitu. referens Io. And. quòd mens dicti c. omnis utriusque sexus. astringit Papam quo ad

Deum.

Deum. Idem voluit Io.Bapt. Ferret. consil.32. Considerata.num.39.Sed an Papa teneatur confiteri iuxta formam dicti cap. omnis vtriusq; sexus. videatur D.meus Phi.Dec.in ca. sanè 2.in fi. de offic.deleg. Datum fuit dubium in Rota, coram b.o.me.Nouato, An Ladislao non confesso ne parceret interfectoribus filij, danda sit fides? In causa Troian.Tenimentorum,pro opin.affirmatiua adducebatur,quòd solum illo anno cessauerat confiteri,prius enim cõtinuò confessus fuerat, & sacram acceperat eucharistiam, & sic vita præterita eius fidei multum conferebat. iuxta tex.in cap.penult.in prin.de præsumpt.Item quia interfectio filij recens erat, uidebatur causa considerabilis abstinendi a confessione, & communione præalle.cap.omnis vtriusque. ibi, Ob aliquam rationabilem causam. Rursus testis (vt supponebatur) dixerat,quòd intendebat peccata sua confiteri.Vnde illius bona mens, & intentio indicabatur.iuxta Psal.Dixi cõfitebor aduersum te peccata mea, & tu remisisti iniquitatem peccati mei.Melius igitur videbatur aliquantisper expectare donec,ira vel furor cessaret:& donec dolor naturalis,omnibusq; communis mitesceret. Vnde iuxta verba diuina probare se debuit homo ne indignè manducaret,sacrificiumq; tale,& tantum in aliud tempus donec melior euaderet differre decens videbatur, etiam iuxta pulchram sententiam Gentilium,de qua Plato ad calcem libro 6.qui inscribitur Alcibiades secundus. & sic patet, ꝙ non poterat dici inueteratus in criminibus,seu peccatis.ad nota.per Doc.in ca.testimonium.de testib.Hæc,& alia ego Aduocatus Religionis Cęlestinorum pro teste substinẽdo,& pro opi.affirmatiua cõtra Moniales S. Clarę de Neapoli adducebam.Pro negatiua verò,pro qua 20. Octob.1550.concluserunt Domini de Rota adducebatur dictum c.omnis vtriusque. Item consil.Paris.58.agit coram.num.85. vers.Repellitur etiam,quia interrogatus dicit, se hoc anno non fuisse confessum.vol 4. Considero pro illa opin. negatiua, ꝙ illa ratio apud Deum,& veræ religionis amatores,seu assertores,uidelicet, ꝙ non parcebat propter filium peremptum non est bona, vindicta enim prohibetur.Prouerb.ca.20.Ne dicas reddam malum. Et vindicta remittenda est Deo,prout fecit Dauid.1.Reg.c.24. Iudicet Dominus inter me,& te, & vlciscatur me Dominus ex te,manus autẽ mea non sit in te: Et Dominus dicit.Mihi vindictam,& ego retribuã. Deute.32. Mea est vltio,& ego retribuã in tempore. Eccle. 28.Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam.& ad Rom.c.12.

Octuagesimusoctauus.Vt iurans se nunquam se facturum pacem cum inimico, vel collitigante per annum a communione separetur.c.qui sacramento se obligauerit.22.q.4.Scias etiam,quòd licentia a proprio sacerdote, rectore, seu parrocho, vt peccata alteri, quàm ipsi quis confiteri possit consumitur in prima vice. prout voluit Felyn.in cap.secundo,colum.3. versicu.Idem in licentia data parrochiano.de treu.& pace.

Octuagesimusnonus.Vt Archades, & Luperci (vt hi,qui de origine tractant scribunt) vltimo mense anni quotannis se purgarent,vt mundi ab omni scelere benignã sibi terram toto anno futuro sentirent,& loris castigati a seipsis,& omnibus obuijs putarent matrem magnam omnes eos puros existimaturam. Latini hunc ritum retinuere. Author est Ioan. Geropius Becanus de originibus Antuerpianis.lib.4.Cronicæ.

27 Nonagesimus.Vt sacerdos proprius † scholarium,mercatorum,stipendiariorum,& similium confessionis audiendæ,uel sacramentorum administrandorom ille dicatur,in cuius parrochia tales per annum habitauerint. Secundum opi.Innoc.in præall.cap.omnis vtriusque. num.6.vers. Negociatores autem, & alij viatores. Abb.ibidẽ. num.23.Cardin.in cle.dudum.§.verum. in 20. quæst.post numerum 15.de sepult. Gl.autem in cle.1.de priuil.in ver.parrochialibus. simpliciter loquitur,non præfigendo annum.Pro anni autẽ præfixione faciunt etiam proximè adducenda ipso num.sequen.

Nonagesimusprimus. Vt anno non confessus ecclesiastica careat sepultura.Oldra.consil.36.& Fely.in cap.ad abolendam.col.1.& in rub.de hęreti.Priuatio autem sepulturæ est maxima pęna, & ignominia.l.vni.C.de his, qui paren. aut libe. occide.Bal.cons.426.Præmittendum.nu.5.vers. Item quia corpus non traditur sepulturæ. libro primo.Sequitur Rip. de remed. contra pestem, nume.139.

Nonagesimussecundus.Vt pro decimis etiam
28 soluendis annalis incolatus,seu † habitatio annalis,uel annalis sacramentorum susceptio, vel administratio cõsideretur.c.quęsti sunt. in fi. 16.q. 1,Innoc.in cap.nouum genus. ante nume.3. ibi, Imò D. soluet inde decimas ecclesiæ.ubi ipse D. per circulum anni audiuit diuina & c.de decim.

Nonagesimustertius. Vt idem concludẽdum
29 sit in † canonica parrochiali, super quo latè per Pet.de Vbal.in trac.cano.episco. & parro.ca.7. num.2.vers. Ex ijs ergo patet quis dicatur parrochianus &c.

Nonagesimusquartus. Vt oues septem vnius anni pro primitijs,seu decimis Dei, cum aliis de quibus Leuiti.23. ante medium offerri mandarentur.

30 Nonagesimusquintus. Vt † decimæ personales in fine cuiuslibet anni præstari debeant.2.Esdræ.c.10.in fi.c.reuertimini.cũ gl. in ver. annus. vers.In personalibus tamen.16.q.1.Abb.in c.per uenit.post num.3.de deci.Pet.Rebuf.in trac.10. q.8.nu.10.vers.Ideo mercatores de lucro in singulos anuos.& q.12.nu.4. vers. Personalis verò.

Nonagesimussextus. Vt annus daretur apud
Hebræos immunitatis & exemptionum a bello;
& omnib. muneribus,ac quibusuis publicis fun
31 ctionibus ei, qui † uxorem duxisset. Deutero.24.
post princ. Cum acceperit homo nuper vxorem
non procedet ad bellum,nec ei quippiam necessitatis iniũgitur publicæ, sed vacabit absq; culpa domui suę, ut uno anno lętetur cum uxore sua.

Nona-

Nonagesimusseptimus. Vt nuptiæ anno du-
32 rent.c.1.post princ.& ibi gl. vlt.notat† noua matrimonia dici, quæ non sunt annua. 35.q.3. ca.1. vers. Qui verò de his duob. gradibus nouas contraxisse nuptias videntur, idest infra anni coronam, modis omnibus separentur. 35. q.8. Andr. Sicu. con. posito inter illa Alex. vol.4.nu.7. vide infra num.63. vers. Nouitia etiam vxor.

33 Nonagesimusoctauus. Vt nubere † impunè possit mulier, quæ virum in expeditione habuit post annum auditi obitus mariti, & iuraméti ab eo præstiti sub quo militabat. authé. hodie. C. de repud. videatur tamen c. præsentia. de sponsal. & c.2. de secun. nup.

Nonagesimusnonus. Vt annus datus ad resti-
34 tuendam dotem † in rebus mobilibus datam, soluto matrimonio miserationis causa, si verò data fuerit in immobilibus, statim exigatur. l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. notatur in c.3. de dona. inter vir. & vxo. & voluit Dyn. in tracta. præscri. vers. Alia de dote soluenda. Pau. Castren. in l. donatarius. in fi. ff. de dona. ob. cau. ibi, Quia iste annus. Cuma. in l. soluto. num.8. ff. de solu. matr. gl. in l. pater dotem. in ver. dotem. vbi quòd secundum iura antiqua dos restitui debebat annua, bima, trima die, hodie post annum. ff. de dote præleg. glo. in ver. plenius. in §. sed si uxor. Instit. de legat. Et quãdo ex immobilibus empta sunt mobilia. Ludo. Rom. sing. 225. An quando. An vxor relicta infra annum luctus dotem petere possit, videatur Grat. cons. 18. nume. 6. & nu. 22. par. 1. Circa præmissa duo dubia oriũtur, quorum primum est, an dos data, seu constituta in iuribus, & actionibus, habeat annum ad restituendum, seu retrocedendum? quod dubium ab alio pendere videtur, videlicet, an iura, & actiones dicantur mobilia, & tunc locus erit huic annali termino: an verò habeantur pro immobilibus, & negatiuè respondendum esset. Vna fuit opi. quòd actiones, & iura connumerarentur inter immobilia, prout voluerunt gl. in l. mouentium, quę est 92. ff. de verb. sign. tum quia non possunt moueri: tum per tex. in l. a diuo Pio. §. in venditione. in fi. ff. de re iud. ex quo in eis fit executio etiam post mobilia, quæ tamen glo. postea aliter dici posse subijcit. Pro eadem opi. adducitur etiam gl. penult. circa medium, in l. vlt. C. in qui. cau. in inte. resti. non est neces. Pro qua etiam citatur Iacob. de Belui. in authen. de non alie. in prin. col. 2. de quo vide Tiraq. de vt. retra. §. 1. glo. 7. vsque ad num. 36. Altera fuit opin. quòd iura, & actiones constituant tertiam speciẽ, & sic nec dicãtur mobilia, nec immobilia, per tex. in alle. l. a diuo Pio. §. in uenditione. ff. de re iudi. in l. quam Tuberonis. §. vlt. ff. de pecu. in l. bene a Zenone. §. Et nemo audeat. C. de quadrien. præscri. quod etiam voluerunt Gui. de Suza. in 4. quæst. suæ disputa. incipien. Pone quæstionem de facto, statutum dicit. Specu. de fructi. & interes. §. 1. in 2. quæst. & ibi Io. And. in addi. ad eundem. Bart. in alleg. l. mouentium. ff. de verb. signif. & probo alios citans in 3. formu. commis. in ver. stabilia. Et hæc est communis opin. vt testatur Alexan. in dicto §. in uenditione. colum. prima. & in l. prima, numero 9. ff. de vulga. & pupil. Iuxta præmissas opinio. non uidetur esse locus huic annali termino. Tertia fuit opinio. distinguentium hoc modo, Aut actiones, & iura competunt ad aliquid mobile, & tunc censeantur quid mobile, & consequenter locus erit huic termino annali. Si autem cõpetant ad aliquid immobile, iura, & actiones immobiles iudicentur, & iste annus non dabitur. Simili distinctione usi sunt glos. ult. in l. prima. C. si aduer. transactio. & melius gl. in ver. numeranda. in authen. de non alie. Bar. in alleg. l. mouentium. ff. de verb. signif. & cons. 59. qui etiã dicit ita consuluisse in l. si sic. ad fin. vers. Vltimo per legem istam consului. ff. de lega. primo. Bal. in authen. hoc ius porrectum. colum. vlt. C. de sacrosan. eccles. Sozi. consil. 101. colum. prima, & consil. 175. etiam colum. prima, libro primo. ac Sozi. Iun. cons. 97. colum. vlt. lib. secundo. Cagn. in l. qui actionem. num. ff. de regu. iur. Quæ maximè procedunt quando necesse est, quòd actiones, & iura connumerentur inter vnam, vel alteram speciem, prout in casu nostro. Aut inter mobilia, & locus sit termino annali: Aut inter immobilia, & illi locus non sit. prout uoluerunt Bart. vbi supra. ac in l. potest. ff. de aucto. tuto. & in l. prima. ad fi. C. si aduer. transactio. Bald. in capit. 1. in fi. prin. de pace tenen. Cardi. consil. 72. colum. prima. Sozi. præal. cons. 101. col. fi. Rom. cons. 509. col. 3. Alex. in alle. §. in venditione. col. 1. & cons. 31. viso titulo. col. 2. vers. Sed ita est, quod actio competens contra debitorẽ, quando continet aliquod mobile. li. 1. Imol. & Abb. in c. nulli. de reb. eccle. nõ alie. Quòd si supponamus iuxta terminos nostros uigore iuriũ, & actionum, ultra processum fuisse, & sic credita, & pecunias iã exactas restituẽdas fore soluto matrimonio, nulli dubium termino huic annali locũ omnino fore. Contra uero si bona immobilia uigore iuriũ, & actionum cessarum recuperata, & consecuta fuissent. Secundum principale dubium erit si annui redditus in dotem doti soluto matrimonio restituendi veniant, an dabitur dilatio istius anni? Distinguendum erit, Aut loquimur de annuis redditibus non perpetuis, nec etiam ad longum tempus, & affirmatiua procedat, ac termino annali locus sit. prout concludunt Feder. de Sen. cons. 12. Bal. in l. priuilegia. cir. fi. C. de sacrosan. eccle. & in c. 1. col. 2. de contro. inter vasal. & episco. & in l. etiam. col. 3. in prin. C. de exe. rei iudi. Gemin. in cap. 2. col. 2. de reb. eccle. non alie. li. 6. Alexand. in l. si constante. §. si bona. ff. solu. matr. Maria. Sozin. in tracta. oblatio. columna 14. Ruin. consilio 82. columna prima, libro secundo. Paris. consilio 56. nume. 15. lib. 3. ubi communiter concludunt hos non perpetuos annuos redditus non uenire appellatione immobilium. Si uero loquamur de annuis redditib. perpetuis pro negatiua concludendum erit, annui enim redditus inter immobilia connumerantur. iux. tex. clarum in clem. exiui. §. cumque annui redditus. de verb.

 signif.

ſigni.l.iubemus 2.& ibi notat Bal. in prin. C.de ſacro.eccle.glo.Bal.& Ange.in §.1.in authen. de non alie.Fede.de Sen.d.conſil.12.Roma.conſil. 187.Imol.in cap.nulli.verſus fi.de reb.eccle.non alie.Gemin.conſ.40.col.2. D.meus Phil. Dec.in c.in præſentia.nu.70.de proba. Gui.Pap. ſingu. 296.Tiraq.de vt.retra.§.1.Glo.6. num.3.& ſeq. par.1.Non videtur in hac materia contemnenda diſtinctio illa,Aut redditus annui præſtantur ex re modico tempore diuturna,& inter mobilia referantur. iuxta conſ.Barba.22.col.3.lib.3. ſecus ſi preſtentur ex rebus longo tempore duraturis. Et faciunt quæ in non multum diſſimili diſtin. diximus ſupra.

Centeſimus. Vt ex annuis redditibus probari poſſit valor,ſeu preciũ domus uel prædij ſuper qua,vel quo annuus redditus impoſitus eſt,& id genus.ad glo.in l.2. verſ.Dic igitur. & ibi Bar.& alij.C.de reſcin.vendi.Angel.Inſtit.de actio.§.ſi quis agens.ante num.11.in 5.modo, hanc communem affirmans.

Centeſimusprimus.Vt bona,quę ſunt de mẽſa communi (quam groſſam nuncupant) quę in eccleſijs conſtituuntur vltra præbendas diſtinctas (de qua menſa communi tractat gl. penult. verſ.Plus dico,quòd in eccleſijs,in ca.vni.de cleri.non reſid.lib.6.) in fine cuiuslibet anni diſtribuantur inter canonicos. Abb.in ca.cum M.Ferrarien. in 5.not. de conſtitu. quicquid opponat ibi Io.Fran.à Rip.num.33.qui poſtea ſine concluſione aliqua efficaci ad alia tranſit, vt ibi annuo.

35 Cẽteſimusſecundus. Vt annus detur ad† excipiendum de dote non numerata quando intra biennium matrimonium ſoluitur.l.vlt. cum authen.quod locum.C.de dote cau.non nume.

36 Centeſimustertius.Vt legatum† vxori ne nubat,vel contra,infra annum peti nõ poſſit.§.quæ verò nunc ſequitur. verſi.Vnde ſancimus ſi quis prohibuerit vxorem &c.in auth. de nup. In contrarium tamen eſt tex.in l.ſed ſi hoc.§.vlt.& in l. hoc modo.ff.de condi.& demon.vbi conditio inducens viduitatem omni loco, & omni tempore ſpernitur.Ius authen.eſt poſterius: videtur ergo priores leges ceſſare.Aliqui diſtinguunt,an ſic relictum legatum,vt ſupra, & conditio reijciatur: Aut quòd cum filiis mater moretur, vel moram trahat.Vide D.meum Phil. Dec.conſ.485.caſus. de quo.& conſil.526.& 601.per totum.ac 643. nume.7.

Centeſimusquartus.Vt legatum, ꝙ uxor vidua ueſtiatur non præſtetur ſemel tantum iuxta regulam.l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verb.ſign. ſed omni anno,vt ſingulariter decidit Bal.in l.1. verſ.Pone ꝙ teſtator,C.de fideicom.quod notandum dicit Alex.in l.diuortio. §.1.col.penult. verſ.ſecundo limita.ff.ſolu.matri.& in 1.addit. ad Bar.in l.legatũ.ff.de an.lega. poſt Rom. ſing. 294.incipien.legauit. Idem uoluerunt Fely.in c. 2.col.3.in 2.fall.de tre. & pace. Iaſ.in l.duobus. §.ſi ei,qui.colum.2.in 8.ſimi. ff.de iureiur. & in alle.l.diuortio.in §.quod in anno. colum.penult. in 11.ſimi.& Catel.Cot.in ſuis Memoria.in ver. legatum,quod uxor.

Centeſimusquintus. Vt penu legata a ſolito fructus uẽdere,ſi venalibus, parte ꝓmiſcuè vtebatur,legato cedat tãtum, quantum ad annuum vſum eidem leganti ſufficeret,eiuſq; familiæ, cæterorumque,qui circa eum ſunt. l. nam quod liquidè.§.item ſi quis.ff.de penu lega. l.cum quæreretur.§.1.ibi,Non diſſimilem eſſe deliberationem.ff.de leg.3.

Cẽteſimusſextus. Vt lana,lino,purpura uxori legatis,quæ eius cauſa parata eſſent,ſi commixta omnia erant,id legatũ cenſeretur quod ad vſum annuum mulieri ſatis eſſet.d.l.cum quærebatur. §.lana.ff.de leg.3.

Centeſimuſſeptimus.Vt eius anni legatũ hæredi relinquatur ſi in ingreſſu anni legatarius deceſſerit,cui relictum erat legatum in ſingulos annos,ſecus legato vſufructu.l.in ſingulos. ff.de annu.legat.

Centeſimusoctauus. Vt legatũ in ſingulos annos,cuiuslibet anni ſit unum legatum,& in principio cuiuslibet anni debeat inſpici,utrum legatarius ſit capax,uel non. l. in ſingulos. d.l.in ſingulos.cum glo.in ver.non finitur.& l.cum in annos ſingulos.ff.de ann.lega.

Centeſimusnonus. Vt legatum quinquaginta Titio donec nubat,operetur, quòd quolibet anno debeantur quinquaginta donec nubat.l.legatum.ff.de ann.lega.

37 Centeſimus decimus. Vt † mulier infra annũ ſit alẽda ab hæredibus viri, ſi non habet aliunde vnde ſe alat.gl.in ver.facto.& Alex.in l.diuortio. nu.15.ff.ſol.matrimo. & ibi communiter Doct. gloſ.in l.vni. §.exactio. in ver. redimendis.C.de rei uxo.actio.Couarru.varia.reſol. lib.3.cap.1.limita dupliciter vti per Iaſ.in §.fuerat.colu.6.Inſti.de act.Interea tamen mulier operari debet ipſis hæredibus.gloſ.in l.ſicut. ff.de ope.libert.Diſtingue,ut per And.Barba.conſ.50.lib.2.

Cen teſimus vndecimus.Imò ut etiam ſi uxor relicta habeat,vnde aliunde ſe alat, quòd ei infra annum luctus ab hæredibus mariti præſtanda ſint alimenta propter dotem interim retentam voluerunt Guid.Papæ Dec. 296. ac Docto. in l. diuortio.in princ. ff.ſoluto matrimonio. ac Cagnol.in l. ſecundum naturam. numero 9. ff. de regu.iur.

Centeſimus duodecimus. Vt intra annum reſtitutionis dotis relictis uxori alimentis,quòd illa non teneatur pro hæredibus operari communem affirmet Grat.conſ.86.num.27.

Centeſimus decimustertius. Vt hęredes teſtatoris illo anno,quo tenentur alere uxorem relictã,teneantur ẽt eidem dare ueſtes uiduales,& lugubres.ad text.in l. uerbo uictus. ff.de uerbo. ſigni.Ange.in l.decreto.C.ex quibus cau.infam. irro.Angel.Aret.in §.fuerat.ad finem.Inſtitu. de actio. Quòd ſi infra annum luctus mulier prædicta ad ſecunda uota tranſierit, has ueſtes hæredibus dicti mariti defuncti reddere tenebitur Bald.conſil.478. volu.5. Campeg.in tracta.de dote 2.

dote 2.par.quæst.56.Alexan.in l.is qui quadringenta.§.vlt.in fi.ff.ad leg.Falci.Io.Lup.in rub.de donatio.§.11.nume.8.Io.de Garra.in rub. C.de secun.nup.nu.43.pœna.18.

Centesimus decimusquartus.Vt hæredes primi mariti vxori relictæ infra annum ad secunda vota transeunti alimenta præstare non teneãtur. Cyn.in l.vlt.C.de bon. mater. practi. Papien.in for.libel.quo vxor agit ad dotem. vers.Ac etiam alimenta.Ias.in §.fuerat.num.25.Instit.de actio. ac Io.de Garro.super prælleg.rub. C.de secun. nup.pœna 17.num.41.

Centesimus decimusquintus. Vt annus † lu-
38 ctus,& pœnæ, videlicet, vt mulier sit infamis, & incidat in pœnas in fauorem filiorum a legibus statutas,quæ habentur in l.1. cum duab.seq. C.de secun.nup. etiam hodie secundum iura ciuilia obseruari debeant.

Centesimus decimussextus.Amplio, ut etiam maritus mulierem illam infra annum eiusdẽ luctus in vxorem accipiens infamis efficiatur. Io. Garro.in alle.rub.C.de secun.nup. pœna 29.sequitur Io.Neuiza.in Syl.Nuptia.li.2. tit. Viduæ non est nubendum.num.48.

Centesimus decimusseptimus. Amplio ad patrem viduæ illum infra dictum annum nuptui tradentem. vt per eundem Io.Garro. pœna 30. & in Syl.Nuptia.vbi supra.De iure autem Diuino,& canonico aliter dicendum est. 1.ad Cor.7. cir.prin.Quòd si non se contineãt, nubant. Melius est enim nubere,quàm vri.& in fi.Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit, ꝙ si dormierit vir eius liberata est, cui autem vult nubat tantum in Domino. ac cap.2. & cap.pen. & vlt.de secun.nupt.c.vlt.cum glo.vlt. 2.quæst. 3.gl.in l.liberum.in ver.collocare.in fi. & ibi Bartol.in fi.ff.de his,qui notan.infa.Idem Bar.Ang. & Saly.in fi.in l.1.C.de secun.nup.Alber.de Rosa.in l.decreto.C.ex quib.cau. infa. irro.& ibidẽ Cyn.Bald.Ang.Io.Fab.& Saly.ac Alberi.de Rosa.super rub.C.de secun.nup.& ibi D.meus col. 3.Henri.Boich in c.fi.de secun.nup.Ancha.in repet.ca.canonum statuta.col.13.vers.Iuxta prędicta.de constit.& in cap.cum secundum . in fi.de hæreti.lib.6.Gemin.in ca.placuit. col.2. 32.dist. Anto.de But.in ca.1.col.penul.& ibi Fely.col.7. de sponsa.idem Fely.in cap.ecclesia S.Mariæ. colum.18.de consti.Io.de Garro.in l.1.num.51.& sequ.C.de secun.nup.Rip. in l.vlt. col.28.C.de reuo.dona.Rom.cons.182. Abb.consi.12.col.2. lib.1.Cur.Sen.cons.27.col.1. Bertran.consi.45. colum.ult.& consil.47.in prin.lib.1. Et hæc est communis sententia. licet contrarium tenuerint glo.in alle.l.decreto.ibi Pau.Castren. in fi. C.ex qui.cau.infa.irro.Bal.in l.1.col.pen.C.de secun. nup.Io.de Anan.cons.73.col.ult. Et sic secundo nubens non priuabitur relictis factis a marito. pulchrè Fede.de Sen.cons.36. casus talis. Limitatur pręmissa conclusio dũmodo non intra tam breue tempus uidua nubat,quòd indúcatur confusio sanguinis,& prolis incertitudo. Bal.& Pau. Castren.in alle.l.decreto.C.de infam. idem Bal. cons.266.facto super quo.Abb.in cap.ult. de secun.nup.Felyn.in cap.ecclesia S.Mariæ.colu.17. & sequ.de consti.Io.Garro.in rubr. C.de secun. nup.Quòd pœnę respicientes fauorem liberorũ non sint sublatæ de iure canonico uoluerunt Innoc.& Hostien.colum.1.& 2.Io.And.col.1.Ant. de Butr.colum.2.& Cardi. in cap.ult. de secun. nup.Cyn.Bart.Angel.& Saly.in l.1.in fi. C.eod. Bald.in l.si qua mulier.cir.fin. C.ad Tertul.& consi.161.lib.1.ac cons.459.in fi.uol.5. Alberi. de Rosa.super rub.C.de secun.nup.in fin.& ibidem D.meus Philip.Dec.Io.de Ana.præall.consil.73.& 102.col.2.& Bolog.in Addi. ad ipsum. Ancha.cons.101.Roma.cons.152. Capra consi. 70.col.pen.Alex.consi.65.col.ult.uolu.4.Sozin. consi.34.col.3.& consil.39. colu.6. lib.1.Corn. consil.21.in fi.lib.1.Fely.in cap. Ecclesia S. Mariæ.colum.18.& ibi D.meus num.22. Idẽ Dec. cons.187.inci.pro resolutione casus.col.3.uersi. Restat ergo.Abb.cõem affirmans in c.ult.col.secunda,ac Præposi.de secun.nup. latè Curt. Iun. cons.94.nu.1.& secundo,dicens cõem de iure canonico non esse sublatum pœnas in beneficiũ filiorum.Rui.cons.44.col.1.& 58.colu.5.Rip.dicens ita iudicandum.in l.ult.col.28.C.de reuoc. don.Io.de Garro.in l.1.nu.72. C.de secun.nup. Paris.cons.29.col.11.& seq.li.3. Vide etiam per D.meum Phi.Dec.cons.283.col.1.De hoc anno luctus Ouid.Fasto.lib.3. post princip. Assuetos igitur numeros seruauit in anno. Hoc luget spacio fœmina męsta uirum. Postremò sciendum est nubentem infra annum luctus non posse id alijs obiicere.ut per Fel.in c.2. col.1.uer. Et qui. de mut. petitio. Insuper sicut mulier quicquid acquierit constanti matrimonio præsumitur de bonis viri quæsiuisse,ob turpem suspitionem vitandam iuxta tex.in l.Quintus Mutius.ff. de dona.in vi.& vxo.& in l.etiam.C.eo.glo.per illũ tex.in c.sicut manifestè.7.q.1.Innocen.in c. cum ex officij.de testa.Bald.in l. cum oporteat. C. de bo.quæ libe.

Centesimus decimusoctauus. Ita si infra annum luctus mulier rem emat,præsumatur ex bonis,seu pecunijs mariti emisse ad tollendum præsumptionem turpis questus.Alber.de Rosa.in al le.l.etiam .C.de dona.inter vi.& vxor.Ange.consi.141.col.1.& seq.Rip.in l.fœmine.in 20. q. C. de secun.nup.Cremen.Syng.6.Alcia.in 3.regu. 26. præsump.

Centesimus decimusnonus. Vt quòd infra annum mulier nubat licentiam dare sit principi reseruatum.l.solet.ff.de his,qui nota. infa. Rest. Castal.q.110.casu 81.

Centesimus vigesimus. Vt principi etiam reseruetur remittere maculum mulieri, quæ infra annũ luctus nupsit.l. si qua.in prin. C. ad tettul. & præall.l.solet.vbi etiã gl.Idem voluit Restaur. vbi supra casu 82.

Centesimus vigesimusprimus . Vt maritus licentiam dare possit vxori, vt infra annum luctus nubere possit. gloss. in uersiculo, sine uiri.in §.dato.in authen. de nupt. Bald.

in l.filium, quem habentem.colu.2. uerſ. Nota tamen.C.fam.erc.& in l.fęminæ.in 1.lec.uer.Itē nota, ꝙ ubi.C.de ſec.nup.Roman.conſ. 209. ex themate.D.meus in c.eccleſia.S.Mariæ.uu.123. vbi hanc cõem affirmat.de conſti.Io. Garro.in l. 1.nu.63.C.de ſecun.nupt.Bertr.conſ. 58.col.1. lib.1.& con.275.col.1.lib.3.in ſecundis . Grat. conſi.83.col.vlt.lib.2.Idem dicendũ erit ſi vxor relicta tranſeat ad ſecunda vota infra annum de conſenſu filiorũ primi matrimonij.gl.in ver. copulantur.in auten.de non eli.ſecun.nuben. & ibi Ang.col.2.ver.Et prædicta vera.Rom.conſi. 219.& Syng.252.Nic.de Vbal.in tract.ſucce.ab inteſta.par.2.nu.10.Cepol.caute.253. Cremen. Syng.75.Sozzi.Reg.272.in 1.lect.D.meu.conſ. 206.quæritur an diuiſio.col.1.& in c.eccleſia.S. Marię.nu.35.de conſti.Grat.præall. conſi.83.in fin.lib.2.

Centeſimus uigeſimuſſecundus. Vt nubẽti infra annum luctus ſuccedatur, ſed ipſa non ſuccedat, qđ videbatur eſſe contra regulam de reciꝑcatione, quæ eſt vt non ſuccedatur illi, quæ non ſuccedit. l.etiam & parẽtib.ff.de inof. teſta.Lap. Alle.103.In ciuitate.poſt nu.4.Barb.conſi.50.li. 3.Solutio colligitur ex eadem Lap.Alle.101. ante nu.23.qui loquitur in terminis noſtris.verſic. Nec obſtat quinta ratio, quia illa regula, ꝙ ſucceſſio debeat eſſe reciproca verificatur affirmatiuè, ꝙ etiam voluit Barba.præall. conſ. 50.col.4.ver. Nec obſtat ſecunda ratio.li.3.

39 Centeſimus uigeſimuſtertius. Vt anno † luctus vidua committens ſtuprum eaſdem patiatur pœnas, quas infra annum luctus nubens, ne quid amplius caſtitate habeat luxuria. Hinc Bar. in l.his ſolis. C.de reuo.don.notat, ꝙ omnes pœnæ ſtatutæ contra ſecundo nubentes: habent locum in his, quæ non honeſtè viuunt, quod perpetuo menti tenendum eſſe inquit. & Hypp. de Marſi.in l.1.col.28.hanc cõem affirmat.C.de rapto.virgi.ac Io.de Garro.ſuper rub.C. de ſecnn. nupt.in 28.pœna, pro hoc effectu, & duob. ſeq. videri poterunt quæ ſcribam infra poſt nu. 114.

Centeſimus vigeſimuſquartus. Vt vxor relicta ſiue infra annum luctus nubat, ſiue inhoneſte viuat, amittat donationem ante nuptialem, & omne lucrum, quod habitura erat ex bonis viri. in auten.de reſtitu.& ea, quæ par.§. vnum. vſq; ad fi.Rip.in l.2.nu.7.ff.ſolu.matr.Et in hoc omnes concordant,

Centeſimus vigeſimuſquintus. Vt anno luctus vidua committens ſtuprum priuetur dote, non autem ſi poſt annũ.Pau.Caſtren.conſ.148. aliàs 121.iuxta primam impreſ.incip. reuocatur in dubium.lib.2.& in l.tortorem.nu.4. C.de his qui.vt indi.Iaſ.in l.2.poſt nu.6.ac plures moder. & Gui.Ponta.& poſt alios Tho. parpa. in reper. nu.25.hanc diſtin.cõem, & tenendam affirmãt. ff.ſoluto matrimo.& Paul. Caſtren.concordan. opiniones ſequitur Alciat. vt hæc procedant quando ſtuprum infra annum committitnr. in tracta.præſumptio. Regu. ſecunda, par.3. præſumptio.4.num.quinto. Quam diſtinct. Alciat. aut infra annum, aut poſt, ſequitur Couarru. in Epitom.4.li.Decreta.par.2.ca.7. poſt numerum 11.uerſ. Vnde in uidua infra annum luctus fornicãte probarem opi. Pau.idem uoluerunt Nic. Boe.Dec.338.Steph.Bertr.cõſ.37. mulier fornicans.li.3.in primis.& nouiſſimè Rol.à Vallecon ſil.86.nu.36.& ſeq.li.2.Contra dictã diſtinct.& quod etiam intra annum luctus propter ſtuprũ non amittatur dos, vr̃ opin. verior, magis communis, & æquior, reiecta dicta diſtinct. Alcia.de qua ſupra.Pro hac opi.fuit ſæpius iudicatum, & pro ea ponderant tex.in alle.§.vlt.in auth.de reſtitu.& ea, quæ par.in.l.1. C.de ſecun.nup. vbi uidua ex ſtupro infra annum, punitur tantum in amittendo lucro, qđ erat habitura ex bonis uiri, ergo non amittit dotem propriam, quam non habet a marito titulo lucratiuo. Ita concludunt Alex.in alle.l.ſororem.nu.4. C.de his, qui.vt indig. Idem Iaſ. qui ſnĩam mutauit in l. fideicommiſſum.nu.3.C.de fideic.ſequens Alex.affirmãs opin.Caſtren.falſam.Gui.de Bened.in 3.par.repet.c.Raynutius.nu.202.de teſta.Rip.in alleg.l. 2.nu.3.ff.ſol.matr.Soz.Iun. conſ.151.nu.7.li.3. aſſerens hanc magis communẽ. Couar.in alleg. c.7.par.2.in epit.ſuper 4.lib.Decret.nu.10.& ſequen. vbi ſubdit non ſemel ita iudicatũ fuiſſe. opin.Alex. etiam æquam affirmans. Idem etiam uoluit Iul.Clar.in ſua praxi cri.§.Stuprum.verſ. Sed nunquid vidua. Arrius Pinel.in l.4. nu.9.& ſeq.C.de bo.mat.& Pet.Duenna reg.12.col.ult. ubi opi.Alex.ueriorem, & æquam aſſerit, diſtinctionemq́, Alcia.improbat, ſi modo ille tractatus præſumptio. Alciati eſt. Sed quæro an annus luctus intelligi dẽat de anno ſolari (de quo nunc loquimur) an de anno nouem, uel decem mẽſiũ? Et pro ſecunda opi.ꝙ interpretatio facienda ſit de nouem, uel decem menſibus, ratio adducitur, quæ eſt pp commixtionem ſanguinis, & ne incertitudo oriatur cuius ſit filius, qui infra annum luctus naſcitur, an primi, videlicet, an ſecundi viri. Hinc aiunt inter Latinos Romulum primum, annum decem menſium conſtituiſſe, quoniam vidit, ꝙ tantum tempus ſufficit mulieri pręgnanti, vt pareret, vel quia per tantum tp̃s debuit mulier abſtinere a nuptijs poſt mortem mariti ſui. Hæc ad lr̃am dicit Ioan.de Sacro boſco magnus Philoſophus, & aſtronomus in illo libello, de anni ratione, quem computum eccleſiaſticum uocant.tit.de menſibus.Et de anno decem menſiũ a Romulo conſtituto, poſtea ꝑ Iulium Cæſarem minutatim ad curſum Solis redacto tractat Macrobius li.1.Saturn.c.12.& 13. Quod diximus, probari etiam vr̃ ex ſnĩa Auli Gellij li.3.cap.16. Noctium Attic. vbi inquit, Nonnullos exiſtimaſſe Homeri tpe, ſicut Romuli, annum fuiſſe decem menſiũ pp uerſus Homericos Neptuni alloquẽtis puellã. li.11.Odiſſeæ ſic translatos, Nunc gaude dilecta, Aſt dum ſe euoluerit annus, Illuſtres (neq;.n. ſũt uana cubicula diuũ) Nates nixa dabis. Verior eſt opin.ꝙ annus luctus ſit annus 12.menſium, & ſic ſolaris, & is, quo vtimur, tum quia omnes in hac opi.reſident. Tum quia

annus

annus intra quem nubere iura ciuilia, & canonica prohibent, ab eisdem iuribus declaratur esse solaris, & dierum 365. ferè, vt præmisimus. Tū quia etiam in vndecimo mense quis ad vitam nasci potest. prout in rub. & in nigro in authen. de resti. & ea, quæ par. in vnde. men. post mor. viri. §. vnum. cum gl. in ver. perfectum, vbi ꝙ mulier per decem menses, & duos dies potest portare filium in ventre. De hac materia tractauimus super Regu. de infir. quæst. 7.

Centesimus vigesimussextus. Vt anno luxerint matronæ Romanæ, vt parentem Brutum Romanæ libertatis authorem, quòd istam acer vltor violatæ pudicitiæ fuisset. T. Liuius li. 2. ab vrbe cond. & Plin. Nepos, de viris illustribus. in cap. de Iunio Bruto primo Romano consule inquiens, Cuius corpus in foro positum, a collega laudatum matronæ anno luxerunt.

Centesimus vigesimusseptimus. Vt matronæ itē Romanæ anno integro luxerint P. Valerium Publicolam cognominatum, defunctum, principem belli, pacisque; creatum, cumq; funeris sumptus deesset, de publico est datus. vti apud T. Liuium eo. lib. 2. ab vrbe condi. & alijs historijs Romanis. De quo tractans Plin. secundus de viris illustribus, cap. de Lucio Valerio Publicola. sic inquit, Legem de prouocatione a magistratibus ad populum tulit, hinc Publicola dictus. Cū diem obijsset publicè sepultus, & anno matronarum luctu honoratus est.

Centesimus vigesimusoctauus. Vt mulieres Athenienses alio quidem spiritu quotannis die 15. Iulij mestissimæ ieiunium seruarent, ac sacra Adonia celebrarent. Alexan. ab Alex. Genia. die. lib. 4. cap. 20. Adonia festa erant Adonidi iuueni pulcherrimo, quem Venus in delitijs habuit, dicata. De ijs Oui. li. 10. Metam. Luctus monumenta manebunt, semper Adoni mei, repetitaq; mortis imago, Annua plangoris &c. De hoc Adone, seu Adonide, & Adonis festis puto loquutum fuisse Ezechielem Prophetam ca. 8. detestantem idolatriam celebratam in honorem Adonidis in hæc verba, Et introduxit me per hostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonē, & ecce ibi mulieres sedebāt plangētes Adonidē.

Centesimus vigesimusnonus. Vt recēs pietas, & gratitudo Senatus, & populi Romani, non sit obliuioni mandanda, quippe qui publico decreto statuit quotannis in ecclesia Lateran. anniuersarium celebrandum pro aīa Odetti Fois Lutrecchi nuncupati, tanquam liberatoris vrbis, quam, & summum Pōtificem, cum exercitu Gallico Romam conuolans liberasset, ni in itinere vitamcū morte cōmutasset, qđ & futuræ memoriæ tradidit Paul. Iouius episcopus suorum Elogiorum libro 6. illius gesta describens.

Centesimus trigesimus. Vt solemnia vota illa dicantur, quæ quotannis fieri, seu præstari solēt. de quib. Virg. Eglo. 5. Et cum solemnia uota reddemus Nymphis. Et ibi declarant expositores iuxta mentem Festi. de solemnibus, quę fiebant die quinta a cuiusuis natiuitate, tracto in libello de ætate minori. c. 1. de Natiui. ante num. 18.

Centesimus trigesimusprimus. Vt indistinctè circa omnes consanguineos, vel affines, mos introductus fuerit, ac hodie uigeat consuetudo laudabilis quotānis exequias pro defunctorum animabus celebrandi, quo exequiarum die eleemosynæ erogantur, diuina celebrantur officia, præces Deo, & sanctis eius offeruntur, aliaque pia opera exercentur, quæ quidem defunctis valde conferre possunt, non tamen impijs, & impœnitentibus. ad tex. in c. nō extimamus. cum plurib. seq. 13. q. 2. c. si aliquis. 26. q. 6. c. a nobis. de sent. excomm. & ad alia, quæ adduco in penult. specie τῆς ἀχαριστίας, seu de Ingratitudine. Ibi citatis addo diuum August. super Iohan. ac in Enchirid. c. 19. & Magist. senten. li. 4. dist. 45.

40 Centesimus trigesimussecundus. Vt † anniuersarium ab anno dictū in ea ecclesia fieri debeat vbi testator sepultus est. Cuma. cons. 12. & quare
41 fiant † anniuersaria habemus in c. cum creatura. & ibi gl. & Cardi. Zaba. de celebr. miss. De relicto pro anniuersario, & ꝙ illud ex causa possit vna vice ad aliud expendi, & postea ad solitum debitum reduci videre poteris Ant. de But. in c. fi. ante medium. vers. Vincentius autem. de testa. Sequuntur Fely. in c. cum recessissent. post num. 19. vers. Primus est, quando de consensu. de constit. & Aug. Bero. cons. 5. viso puncto. nu. 39. li. 1.

Centesimus trigesimustertius. Vt distributiones pro anniuersarijs defunctorū elargiendæ, solū pſentibus, & interessentib. diuinis dari debeāt consuetudine cōtraria nō obstāte. cap. vni. ver. De distributionibus etiā. de cleri. non resi. lib. 6.

Centesimus trigesimusquartus. Vt etiā apud Gentiles ab antiquissimo tēpore fuerit ceremonia, quotannis commemorari eorum, qui è vita discessissent, prout affirmat Plato in Menexeno, quē locū mihi citauit peritissimus Philosophus Io. Riccius Amerinus, pro quo etiam ego adducebam illud Virg. Aen. li. 5. Quem semper acerbū, semper honoratum (sic Dij uoluistis) habebo. & eo. lib. Annus exactis cōpletur mensib. orbis: Ex quo reliquias, diuiniq; ossa parentis condidimus terra, mestasq; sacrauimus aras. Ad idē videri poterit Plato li. 4. in 4. Dialo. de legib. vbi loquēs de cultu erga parentes, inquit, Annuas quoq; curas defunctorum, quæ ornamentū afferunt, instituere decet, & noua quotidie repetita memoria semper parentes summoperè honorare &c. Ecclesia nos docet in anniuersario die pro defuncto sic orare, Deus indulgētiarū Domine, da animæ famuli tui N. cuius anniuersariū diem commemoramus, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem.

Cētesimus trigesimusquintus. Vt ex ritu Gentilium rōnum, exactores magistratuū, defunctos singulis annis musico, gymnico, equestriq; certamine honorari iuberent. Plato dial. 12. de legib. Hæc pręmia illis reddi vult, quorum de relatis rationib. iudicia damnata non essent.

Centesimus trigesimussextus. Vt exequię immediati summi Pontificis prædefuncti per suc-

cessorem magna cum solénitate, & pietate in die illius obitus quotannis celebrentur vnà cum diuinis officijs pro illius anima orationes, & præces ad Deum ab omnib. fiunt, aliaq; pietatis opera exerceantur, & meritò. Si enim Papa successor memoriam, honorem, & facta prædecessoris, sal té ex honestate tueri, conseruare, perficere debet c. si ea destruerem. 25. q. 2. cap. literis. cum glo. in prin. & ibi Abb. in vlt. not. de rescr. quanto magis conuenit, quòd illius animæ, & salutis immemor non sit?

Centesimus trigesimusseptimus. Vt exequiæ etiã pro Cardinalibus omnib. defunctis quotannis in cappella Pontificia fieri consueuerint assistentibus omnib. Cardinalibus, alijsq; prælatis, non aũt summo Pontifice, ipsis Cardinalibus, & alijs pro illorum animabus orantibus, & præces ad Deum effundentibus, alijs missas, & alia diuina officia celebrantibus. Et summa ratione hæc fiunt, vt tantorum patrum animabus maximè cõsulatur, qui pro vniuersali ecclesia strenuè, & indefessè laborasse creduntur. iuxta tex. in c. bonæ. 1. de postu. præla. Et qui ęquiparantur luci mundi. ut ostendit Ludo. Rom. in suo Sermone, post eiusdem omnia cons. posito.

Cẽtesimus trigesimusoctauus. Vt maxima fuerit pietas, & salubre consiliũ, ut ecclesiæ instituere vltra suffragia, & orationes, quæ ab ecclesia ꝑ omnium fidelium defunctorũ animabus in dies emanant, certa dies annuatim, videlicet secunda mensis Nouẽbris, quæ nuncupatur dies mortuorũ, ꝙ ecclesiæ omnes ꝑ defunctis diuina celebrarent officia, & catholici omnes pręces ad Deum effunderent eleemosynasq; erogarent. Pro præmissis, & contra malè de fide nostra sentiẽtes adducitur etiam illa pulcherrima sñia. 2. Machabę. c. 12. in fi. Sancta igitur, & salubris cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluãtur. ac Cõc. Triden. sessio. 22. de sacri. miss. cap. 2. in fi. & cano. 3. Et de suffragijs ꝑ mortuis. uide Magist. sen ten. præalle. 43. dist. lib. 4.

Centesimus trigesimusnonus. Vt vestes lugubres propter memoriam defuncti, & ad ostẽdendum intrinsecum dolorem per filios, consanguineos, affines, amicos, familiares defuncti gestari cõsueuerint per integrum annum. De veste lugubri Dauidis post mortẽ infantis eius filij ex Bersabe habes 2. Reg. c. 12. Cumq; mutasset vestem ingressus est domum Domini, & adorauit. Et de simili veste lugubri ca. 14. in prin. Lugere te simula, & indue veste lugubri. De alijs vestibus lugubribus, ac sordidis videre poteris in mea Glo. Facul. §. volentes. in ver. mutatur. Qui propter mortuum mutat vestes, & domum Domini ingreditur, vt adoret, sicut fecit Dauid, prout alle. c. 12. Reg. 2. rectè agit, alioqui solæ vestes lugubres cõsanguineorum, familiarium, & aliorum, pompa funeris, sumptuosa sepultura, viuorum sunt qualiacunq; solatia, non adiutoria mortuorũ. Diuus August. in Serm. de verbis Apostoli. ac de Ciui. Dei. li. 1. c. 12. & in li. de Cura pro mortuis gerenda. cap. 2. Et sicut non prodest impio sepultura pręciosa, & speciosa, ita nec oberit pio vilis, vel nulla. Pompa funeralis in conspectu hoĩum purpurato illi diuiti exhibita quid profuit, qui in inferno sepultus fuit? At vlcerato, & pauperi defuncto Angeli astiterunt, & in sinu Abrahæ collocatus fuit. Lucæ cap. 16.

Centesimus quadragesimus. Vt anni cuiusq; post circulum mos introductus fuerit in Israel, vt conuenirent in unũ filiæ Israel, & plangerent filiam Iephæ Galaaditæ diebus quatuor. Iudi. capit. 11. in fin.

Centesimus quadragesimusprimus. Vt post dies purificationis agnus anniculus sacrificaretur. Leuit. 12. cir. medium.

Centesimus quadragesimussecundus. Vt iubi
42 leus duret† per integrũ annum. de quo Leuit. capit. 25. Sacrificabisq; annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitantib. terræ tuæ, ipse. n. iubileus &c. & post, Quia Iubileus est, & quinquagesimus &c. ac Num. c. vlt. Atquè ita fiet, vt cum iubileus, i. quinquagesimus annus remissionis adueniet &c. Per annum Iubilei æterna requies præfiguratur. Isido. Ethimo. li. 5. c. 20. Cuius figura est annus Iubilei &c. Et qualiter initiũ habuerit, & de eius effectu, & reductione, & a quo die incipiat, vide extra. 1. & 4. de pœni. & remis. inter commu. & latè per Fely. in trac. Indulgen. plenarię, pro quib. ẽt aliqua infra subijciam. Iubilei annus a Dauide figuratus fuit Psal. 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Dic coronę, tanquam ille annus oĩum præcipuus corona dignus sit. Vel coronæ anni benignitatis, tãquam circulo, vbi dato puncto, ad illum per reuolutionem centum, vel quinquaginta, seu vigintiquinq; annorum reuertimur. Dixi centum annorũ, prout in extra. 1. Boni. VIII. de pœnit. & remis. inter commu. Et iste numerus centum ann. seculũ constituit, hinc ludi seculares a Romanis instituti fuere, qui celebrabantur in circulo centum ann. de quib. in Ode Hora. & per Pli. li. 7. c. 48. Natu. historiæ. Dixi vel quinquaginta, ꝓut Leui. ca. 25. & alijs in locis supra citatis. & extra. 2. clem. 6. de pęn. & remis. inter cõmu. Legimus etiam Deum 50. anno post diluuium vniuersale benedixisse Noe, & filiis suis, ac dixisse, Arcũ meum ponam in nubibus cęli, & recordabor fęderis mei, & cũ omni aĩa viuente. Rursus dixi, seu 25. annorum. iuxta extra. quemadmodũ, quæ est 4. sub titu. de pœni. & remis. inter cõmu. seu coronæ, i. infinitæ multitudini. Sic accepit Ouid. Coronam pro hominum multitudine, in prin. orationis Aiacis, & Vlixis. Consedere Duces, & vulgi stante corona. Corona ẽt dici potest christianorũ vniuersalitas, seu fideliũ collectio. De thesauro, qui Iubileũ designat vident sentire verba illa Sapien. c. 7. Infinitus thesaurus est hoĩbus, quoq; vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei. Et verè hic est annus benignitatis, ĩ quo ecclesia apit oẽs suos thesauros, vt nos miserrimos ditet, ne possit obijci, sapiẽtia abscondita, & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisque? Eccles. 41. Hic est ille annus de quo Hiere. cap. 31. Ecce dies quia propitiabor iniqui-

tati eorum,& peccati eorum nō memorabor amplius. Et Esaias ca. 61. inquit, Spiritus Domini super me, vt prædicarem annum placabilē Domini. Primū peritus facilè percipiet locum aliòqui reconditum,& abstrusum apud Ezechiel. ca. 44. in hæc verba, Si dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum, erit illius vsq; ad annum remissionis. Nō interprętor illius, scilicet testatoris domini serui, quia donec testator viuit, nulli dubium, ꝙ testamento,& legatis locus esse non possit, sed tantum post illius mortem, vt apparet ex definitione testamenti, quam habes in l. 1. ff. de testa. & Insti. eo. tit. Nec etiam expono, illius, scilicet serui statim post mortem testatoris, quia legatum huiusmodi seruo proprio factum non subsisteret non data libertate. iuxta tex. in l. seruus. & ibi Bal. Saly. & Alex. C. de lega. l. quidā. §. alio. & ibi Bal. & Alex. C. de neces. ser. hæredi. insti. l. is cui. & l. seruos ad custodiam. & ibi Bar. ff. de ali. & ciba. lega. Sed expono illius, scilicet hęreditatis, vel hæredis, referendo ad proximiora. l. si quis à filio. in princ. ff. de lega. 1. l. 1. §. deinde adiecit prætor, qui ex omnibus. iun. glo. in ver. ex superioribus. ff. de postula. And. Alcia. in repet. l. vni. nu. 38. C. de senten. quæ pro eo, quod inte. Vt sensus sit, si Męuius in suo testamēto Seium hæredem instituit, & legauit Titio ipsius testatoris seruo cētum, illa non statim mortuo testatore cōsequitur, seu adueniente anno illo remissionis, idest iubilei, quo anno iuxta morem Hebręorum serui liberi efficiebantur, vnde hic seruus illo anno, & non priusquam libertatem consequeretur, legatum assequi posset.

Centesimus quadragesimustertius. Vt anni Iubilei fauore, ac pro inquilinorum, & subinquilinorum tranquillitate per Cameram Apostolicā anno quinto Pauli III. die 29. Aprilis 1549. decretum fuerit, quòd anno Iubilei, & per annum ante inquilinis pensio domus per eos conductæ a dominis ipsius minimè augeri, nec modus soluendi pensionem alterari possit. Decretum huiusmodi Camerale incipit, Nuper nobis in Camera. alia ēt est continens, & innouans, ac corroborans antiquum aliud decretum camerale in fauorem huiusmodi inquilinorū, de quo tractabimus infra post numerum 166.

43 Centesimus quadragesimusquartus. Vt † Indulgentia in dedicatione basilicæ vltra annū non extendatur. cap. cum ex eo, prope fi. de pœniten. & remis.

44 Centesimus quadragesimusquintus. Vt † anniuersaria in alio significatu quàm præmisso, appellemus, quæ singulis annis præstātur. iuxta tex. in l. liberto. §. vlt. ibi, Fundorum anniuersaria pręstentur, vbi etiam glo. ff. de an. lega.

Centesimus quadragesimussextus. Vt diuersa 45 satis esset apud antiquos anniuersaria † vrbium expiatio, de qua tractat Gui. Bud. in anno. in Pandect. super l. 2. ff. de pœn. versic. Ad cuius intelligentiam.

Centesimus quadragesimusseptimus. Vt anno quolibet Massilieſes publicis, & purioribus cibis dum peste laborarent vnum se regentib. offerentem pascerent, qui postea verbenis, vestibusq; sacris ornatus circunducebatur per vrbem cum execrationibus, pręcarenturq;, vt in eum omnia mala ciuitatis incumberent, & inciderent, sicque proijciebatur. Hæc idem Bud. refert in alleg. l. 2. ff. de pœnis, dum de sacris hominib. loquitur. Similem execrationem, voluntariam tamē, & nobilem inuenies apud M. Tulliū in oratio. ad Quirites post reditum. in prin. in hæc verba. Quod odium scęlerati hominis, & audaces in Rempub. & in omnes bonos conceptum iam diu continerent, id in me unum potius, quàm in optimum quéque, & in vniuersam Rempub. deflecterent. Voluntaria etiam execratio fuit illa omnibus nota Curtij, qui se pro liberanda patria a peste in voraginem præcipitem dedit, vt per Val. Max. & alios. Illa Anturi Midæ filij, qui pariter in voraginem præceps desilijt, vt scribit Plutar. Illa ēt Mœnicei Thebani, qui pro patriæ salute se e muro præcipitem dedit, gladio iam cōfossus. de quo Statius lib. 10. Insignemq; animam &c.

Centesimus quadragesimusoctauus. Vt sicut Diodor. li. 5. affirmat, Minotauro in labirinto incluso, anno quolibet offererentur septem Athenienses pueri, totidemq; puellæ deuorandi. Minotaurum monstrum biforme describunt ex portentosos Pasiphaę, cū tauro concubitu prognatū. De hoc ēt Virg. li. 6. Aen. Hic crudelis amor tauri, suppostaq; furto Pasiphae, mistūq; genus, prolesq; biformis, Minotaurus inest. &c. Plato refert parum post prin. Dialo. 4. de legib. lib. 34. Minoē regem coegisse Athenieſes ad crudele tributum dedendi septem pueros. Verum ne hęc nostra legentes, vel nimis creduli dictis omnib. tanquam insipientes fidem pręstantes, vel tanquam natura rudes, nihil eorū, quæ dicuntur, & scribuntur credentes decipiantur, circa hanc historiam, vel fabellam, quam modo pręmisimus, quid credendū sit aperiam. Ex fragmentis Palęphati Piræneі, vel (ut multi volunt) Parij, qui Artaxersis temporib. floruit, & lingua Græca scripsit, hæc de minotauro excepi. Aiunt Pasiphem taurum adamasse, & opera Dedali in lignea boue inclusam cū tauro concubuisse, peperisseq; filium, cui caput tantū esset hominis, cętera membra bouis. Ego autem hoc fieri nequaquam assentior, cum primum fieri nullo modo potest animal diuersi generis diuersum amare: Fieri non potest, vt canis cum simia, lupus cum leæna, bos cum cerua coeant, & generent, quoniam diuersi sunt generis. Mihi minimè vr̄ taurū miscuisse se boui lignee, cū nec mulier passa fuisset taurū ineuntem, nec mulierē ferre in utero embrionē cornua habentem. Veritas aūt sic si habet, Minos in pudibundis dolore laborabat, fomenta ei tulit Crides Pandionis. Erat cū Minoe iuuenis noīe taurus, cuius amore cū deperit Pasiphae, cū illo cōcubuit. Minos dinumeratus tempus doloris, intellexerit filium a se nō esse genitum, noluit tamen infantem interficere, cum frater esset veterinus filiorum suorum, itaq; ablegauit eum in montibus, vt cum pastori bus

viueret,qui cum creuiſſet, nemini illorum parebat. Minos accipiens quę deferebantur,miſit qui illum adducerent,& ſi repugnaret iunctum deferent. Iuuenis talia cognoſcens ad montes aufugit & animalia abigendo vitam agitabat. Miſſis iterum a Minoe,qui illum comprehenderent,in altam foueam ſe deiecit,in quam Minos demittebat reos;quos illic iuuenis inteficiebat. Cupiẽs tandem Minos Theſeum perdere, eum illic miſit. Ariadna Minois filia clam enſem præmiſit, quo Theſeus minotaurum interfecit. Hæc ſcripſit ille Palęphatus. Varias opiniones de minotauro,Theſeo,& Ariadna videre poteris apud Plutarchum ĩ uita ipſius Theſei illuſtris,ac magnanimi herois,& quem ſimilimũ,ac Romulo comparandum affirmat:quarum tamen diuerſarũ opinionum idem Plutarch. pleraſque fabuloſas eſſe aſſerit.

Centeſimus quadrageſimusnonus. Vt Comitiorum dies apud Romanos ſolemnis eſſet anno quolibet in calendis Ianuarijs. Iſido. Etimol. lib. 16. cap. 3. ſub titu. de com.morb. comitiorũ tria genera Romæ, diuerſis temporibus inſtituta curiata,primum à Romulo,de quibus in l. 2. cir. princ.ff.de orig.iur. Centuriata à Seruo Tullio Sexto Romanorum rege patritiorũ cauſa. Tertia verò, ſeu tribunitia regib. eiectis a tribunis plebis,cum Curiolanus in iudiciũ populi vocatus fuit. In lege 12. Tabularum ita cautum fuit, De capite ciuis niſi per maximum comitium neferunto. vti apud M.Tullium lib. 3. de legib. Comitiorum alia erant conſularia,quibus conſules, alia prætoria, quibus prætores. Alia quæſtoria, quibus quæſtores, Alia tribunitia, quibus tribuni, Alia ædilitia,quibus ædiles creabantur. Dionyſius lib. 7. Hiſtoriæ ſcribit, in comitijs curiatis omnem poteſtatem creãdi magiſtratus fuiſſe penes populum. In centuriatis penes diuites. Illæ coitiones populi ad creandos magiſtratus, & ad leges ferendas comitia vocabantur. Comitia alia calata, alia centuriata, alia curiata vocabantur.

Centeſimus quinquageſimus. Vt tributum annua ſit præſtatio,quæ principi,ciuitati,vel cuiuis ſuperiori fiat. ita accipitur Matth. cap. 17. ad fin. Reges terræ a quib. accipiunt tributum,vel cenſum? ad Rom. cap. 13. Reddite ergo omnibus debita,cui tributum,tributum. Cui vectigal, vectigal. Iuſtinus lib. 1. Sed ciuitates, quæ Medorum tributariæ fuerant &c. & toto titu. C. de anno. & tribu. lib. 10. Plato dialo. 12. de legib. inquit, Tributa verò ſic publica diſponantur, primo quidẽ multorum gratia rerum omnium cuiuſcunq; ciuis cenſus habeantur: deinde annuos fructus tribules ad agri magiſtratus conſcriptos deferant, vt cum duo tributa ſint, Reſpub. poſſit alterutro, vt videbitur annis ſingulis vti, ſcilicet, vel vniuerſi cenſus, vel annui fructus parte. Vnde quæ ad alimenta tribuuntur, ſemper excipiantur. Ludo. Rom. conſil. 417. in caſu. Iaſ. in l. placet. in 1. lect. num. 5. C. de ſacroſ. eccleſ. Tributum Italici non præſtabant; ſed prouinciales exceptis illis,qui habebant ius Italicum,ideſt immunitatem, vt Itali. l. 1. & vlt. ff. de cenſib.

Centeſimus quinquageſimuſprimus. Vt cenſus item tributi rationem habeat, & annuatim, prout tributum ſoluendum veniat, vt probant ex tex. in c. 2. de cenſib. in cap. conſtitutus. verſic. cum autem. de relig. domib. in l. cum poſſeſſor. §. qui non habet rationem tributorum. & l. ſeq. ff. de cenſib. Et quòd accipiatur pro eo, ꝙ Principi, aut ærario ſoluitur viritim apparet etiam ex præalle. c. 17. Matthæi, ad fi. & cap. 22. Licet dare cenſum Cæſari, aut non? Quem cenſum etiã Dominus noſter ſoluit, vt ibi. Latius autem patet cenſus,quàm tributum: cenſus enim annuus etiam redditus dicitur, ſeu cuiuſuis canonis reſponſio, vel præſtatio. l. penult. C. de omni agro deſer. & l. vni. C. de capi. ciui. cenſi. eximen. li. 11. Iuuen. Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet quæſtio. Cic. 2. de legib. A quo iterum funerum præfinitur ex cenſibus.

Centeſimus quinquageſimuſſecundus. Vt eccleſia Romana, ſeu Camera Apoſt. annuatim recipiat cenſum, ſeu quid aliud in recognitionem directi dominij a feudatarijs. de quo habemus tex. in c. audientiam. in prin. de præſcr. & hoc in die feſtiuitatis diui Petri, vel eius vigilia.

Centeſimus quinquageſimuſtertius. Vt annuatim pro regno Neapolitano ſoluat rex Hiſpaniarum ſummo Pontifici in recognitionem directi dominij chineam unam optimè ornatam, ac crumenam cum duodecim millibus aureorum: Orator regis magna comitãte caterua ad eccleſiã diui Petri accedit,& publicè actum præſentationis,& cõſignationis huiuſmodi facit, Hæc etiam habes apud Sozi. Iun. conſ. 126. num. 39. lib. 3.

Centeſimus quinquageſimuſquartus. Vt terræ recomendatæ annuatim in ſignum portare ſoleant. Corn. conſ. 39. nu. 4. li. 1. Et cenſus, vel tributum aliquando ſoluitur in ſignũ ſubiectionis. Quandoq; in ſignum exẽptionis. Quandoq; in ſignum protectionis. pulchrè per Hoſtiẽ. in ſum. de cau. poſ. & propr. §. vlt. vbi ad id iura adducit. Cenſus item dicitur quicquid fortunarũ quis habet. Quintil. Abierunt vires, cenſus, mens &c.

Centeſimus quinquageſimuſquintus. Vt cẽſus annuus Romę,& alibi aliter ẽt hodie accipiatur, & frequentetur, videlicet, vt cenſualis contractus ſit, non aũt emphyteuticarius, quãdo iura utilia, & directa transferuntur iuxta declarationem gl. pen. in uer. iuxta ratam. in alle. c. cõſtitutus. & ibidem Hoſt. & alij. de reli. domi. Abb. in c. 1. nu. 7. ac Bero. nu. 64. de in inte. reſt. ac iuxta cõem opi. de qua per Soz. cõſ. 266. nu. 7. lib. 2. Et ꝙ potius cenſeatur cenſualis res, quàm emphyteutica probatur ex c. 2. de pręſum. & huiuſmodi annui cenſus titulum, ſeu obligationem probari dicimus p diuturnam ſolutionẽ allegato titulo, & ſufficere ad obtinendũ, & hanc opi. cõem, & verã, ac ſeruari in practica affirmat Pariſ. cõſ. 7. nu. 1. 4. & 6. in quo caſu ſufficit præſtatio decem annorum.

Centeſimus quinquageſimuſſextus. Cẽſus itẽ annuus alio ẽt modo Romę, & alibi capiatur, & frequentetur, puta quando accipiuntur pecuniæ ad

ad censum, seu constituto censu super aliqua re immobili, puta domo, vel prædio, & regulariter ad rationem octo, uel decem pro summa centũ & sic quicquid annuatim soluitur in quantitate vel summa census dicatur. ad tex. in l. ætatem. ff. de censib. & super istis censibus fiunt contractus, obligationes, & stipulationes. argum. tex. in §. vlt. Insti. de seru. rusti. prædi. & §. siue testamento. Insti. de vsusfr. Census quis licitus sit vide per Abb. in cap. in ciuitate. num. 7. de vsur. vbi etiam Addi. & Fran. a Rip. respon. 19. sub titu. de Legib. lib. 1. Couarub. Varia. Resolu. libro tertio, capitu. nono, numero quinto. Et census hodie ex constitutione Pij V. aliter, & rationabilius constituuntur, quàm olim, vt ex lectura constitutionis in viridi obseruantia existentis apparet. Quę differentia sit inter vectigal, tributum, censum, pensitationem, annuam pręstationem, reliquũ, capitationem, gabellam, ac datium, videatur per gloss. in l. prima. §. hic titulus. in versicul. pendet. ff. de publica. per Sali. in l. vectigalia. C. vt noua vectig. colum. prima. per Cuma. consilio 162. cir. princip. per Ioan. Firma. in suo tracta. Gabel. in prohe. per Felyn. in c. ad audientiam. col. 9. de præscr. & per Ægid. Boss. in praxi crim. tit. de Vectigat.

Centesimus quinquagesimusseptimus. Vt annona sit prouentus frugum, vnius anni prout toto titu. ff. ad leg. Iul. de anno. & cap. de Anno. & tribu. lib. 10. ac in l. 1. & 3. C. de anno. ciui. lib. 11. ad tex. in l. Imperatores. versicu. In locum autem curatoris, qui annonam administraturus est. ff. de appel. & in l. annonam attẽtare. ff. de extra. crimi. Sic accepit M. Tullius episto. familia. lib. 13. Terentiæ & Tulliæ. Fundo (inquit) Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, si annona charior fuerit. Exponunt ibi annona idest, frumentum. Latius verò annona sumpta non frumenti solum, sed etiam aliarum rerum erit. Columel. li. 9. Vel lactis annona permittit. l. vni. C. de anno. & capita. l. vni. & toto titu. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. Latissimè verò annona sumpta comprehendet etiam victum annuum. Cice. lib. 2. de Diuinatio. Putaram annonam in macello cariorem fore. Hactenus de annona publica, & priuata loquuti fuimus. Sciẽdum autem est Ædilium officium fuisse curare vt annona iusto præcio venderetur, & legimus ad calcem primi libri Belli Macedonici apud Liuium: Ædiles curales M. Claudium, & Sextum Ælium Pœtum binis æris in modios populo diuisisse. Ædiles duos constitutos, qui frumẽto pręessent, refert Pomponius in l. 2. §. deinde cum esset. ff. de origin. iur. quos a Cerere cereales appellarunt. Pro quibus videatur etiam Catell. Cot. in suis Memoria. in versicu. annona. vbi et corrigit, ac restituit nonnullos tex. de annona loquentes, vt ibi. Annonæ etiam publicæ erogatio a quibus, qualiter, & quibus sit facienda, & de officiatijs annonæ præfectis, ac pro alijs huc pertinentibus videre poteris per Ioan. Fran. à Ripa in tracta. pestis, titu. de Remedio ad conseruan. vbertatem. a nu. 139. vsq; ad nu. 181.

Centesimus quinquagesimusoctauus. Vt annales libri dicti sint, historias, res gestas, uel facta cuiusque anni continentes. Sic accepit T. Liuius lib. 2. ab vrbe condi. dum victoriam Romanorum in Sabinos, & Veientes recenset. Vopiscum Iulium (inquit) pro Virginio in quibusdã annalibus consulem inuenio. Virgil. Et vacet annales nostrorum audire laborum. Cice. lib. 2. de Oratore. Erat enim historia nil aliud nisi annalium cõfectio cuiusuis rei, memoriæq; publicæ retinendæ causa: ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium Pontificem Maximum, res Romanas singulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus. Idem Cice. Familia. libro quinto. Lucio Luceio. Etiam ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione factorum. A. Gellius lib. 5. Noctium Attica. ca. 18. titu. In quo, & quantum differat historia ab annalibus, sic scribit. Historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quòd cum vtrunq; sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis inter fuerit ijs, qui narrat: eamque opinio. quorundam Verrius Flaccus refert in lib. de significatu verborum 4. & parum post. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse, quod historiæ sint, historias non omnino esse id, quod annales sint: sicuti quod est homo, id necessariò animal, non id necesse est hominem esse. Ita historias quidem esse aiunt rerum gestarum vel expositionẽ, vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est. Annales verò esse cum res gestæ plurium annorum obseruato cuiusque anni ordine deinceps componuntur: Cum verò non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia græco vocabulo ἐφημερὶς idest, diarium dicitur. & postea, Verum inter eos (inquit) qui annales relinquere, voluissent, & eos qui res gestas a Romanis perscribere conati essent, omnium rerum harũ inter fuit. Annales libri tãtum modo quod factum quoquo anno, gestumve sit id demonstrabant. Id eorum est, qui quasi diariũ scribunt, quam Græci ἐφημεροία vocant. Nobis non modo satis esse video, quod factum esset id pronuntiare, sed etiam quo consilio, qua ratione gesta essent, demonstrare &c.

Centesimus quinquagesimusnonus. Vt epi-
46 scopus † vltra annum a sua ecclesia abesse non debeat. §. & illud etiam. in auten. quomo. opor. episco. & in auten. de sanctis. episcopis. §. interdicimus autem Deo amabilibus episcopis. c. qualiter. iun. glo. in versicu. quadriennium, quæ supplet, imò ultra annum abesse non debet. de cleri. non resi. Dyn. in tracta. præscriptio. versicu. Alia vt episcopus extra diœcesim existens. De iure canonico melius prouisum est, ne ultra semestre sit absens. cap. peruenit. cum glo. 1. & c. sequentib. 7. quæstio. 1. c. quoniam. §. porrò. versic. Quia si forsan agatur. vt li. non conte. cap. ex tuæ. ibi, Et vltra sex menses. iun. glo. de cleri. non resi. Et licet in ijs tam iura Imperatorum (quæ parum cir

ca

ca hæc spiritualia possunt) quam canonica modi cum seruarentur, imò plures reperirentur episcopi, qui per multos annos ad suum ouile, suasque oues non accessissent: gregesque sibi commissos omnino deseruissent: ouiumque suarum, quarum sanguis de eorum manibus a supremo etiam iudice requiretur, custodiæ minus incubuerint, contra illud Ezechiel. cap. 3. & Actuum 20. ac cap. penult. 43. distin. Nouissime per concilium Triden. optimè constitutum est circa episcoporum, & aliorum residentiam innouando, ac comprobando antiquos canones, ac statuendo ne episcopi sex mensibus cõtinuis a suis diœcesibus absint, vt in loco infra citando apparebit.

Centesimus sexagesimus. Vt vnius anni quarta pars fructuum applicanda sit pœna in episcopos, & alios absentes vltra sex menses præfatos. prout Sessio. 6. Decre. Reformatio. ca. 1. Concil. Trident.

Centesimussexagesimusprimus. Prælatus autem vltra annum absens medietatem fructuum vnius anni amittat prout ibi subijcitur. Pro quibus, & pro grauioribus pœnis vide Sessio. 23. de Decret. Reformat. cap. 1. & Sessio. 24. cap. 12.

Centesimus sexagesimussecundus. Vt episcopus, vel archiepiscopus, qui immediate Papæ su-
47 biectus sit † limina beati petri quolibet anno visitare tenentur. c. ego N. ad fin. de iureiur. Quid si visitet Legatum ꝑponit Specu. lib. 1. titu. de Legato. num. 58.

Centesimus sexagesimustertius. Vt episcopus
48 inuitum † ordinare præsumens ad annum suspendatur. c. episc. 74. distin.

Centesimus sexagesimusquartus. Vt ordinãs non suum, anno a collatione ordinum suspendatur. cap. 2. de tempo. ordi. lib. 6. gloss. magna in clem. vlt. de pœnis. post princip. versicul. Item a collatione ordinum. concil. Triden. Sessio. 23. ca. 8. Singu. Pau. Fusc. in versic. episcopus scienter. &c.

Centesimus sexagesimusquintus. Vt sortilegus ille, de quo in cap. 2. de sortile. ad annum, ad minus ab altaris ministerio suspendi debeat. Sortilegiorum autem species plures sunt iuxta diuersas hominum professiones, principales autẽ tres sunt, diuinatium, amatoria, & venefica, nos sumus in prima specie. de qua etiam in cap. non oportet. 26. quæstio. 5. & in iure ciuili habemus tex. in l. nemo. de malefi. quo iure sortilegiorum pœna est vltimum supplicium. De illorum pœnis late tractat, & distinguit Paul. Ghirlan. in tracta. de sortileg. quæstio. 11. in qua etiam num. 3. loquitur de hac pœna suspensionis ab altaris ministerio per annum: sortilegi (ut Isidorus inquit) illi propriè sunt, qui sub nomine fictæ religionis quandam (quas sanctorum, seu apostolorum vocant sortes) diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. vt habetur in cap. vno. 26. q. 1. Ex decreto Concilij Lateran. sub Leone 10. celebrati in 9. Sessio. statuitur, quod clerici, qui inuenti fuerint culpabiles in sortilegijs per inuocationem dæmonum, incantationibus, ac diuinationibus, arbitrio superiorum infamia notentur, si verò non abstinuerint, deponantur: atq; in monasterio ad tempus arbitrio superiorum præfiniendum detrudantur, beneficijsque, & officijs ecclesiasticis priuentur. Sortilegia quãdo ad Inquisitorem Hæreticæ prauitatis pertineant, tractant Archidi. & Io. And. in cap. accusatus. de hære. lib. 6. Abb. in cap. in tabulis. de sortileg. Bat bat. consi. 55. lib. 1. Syluestri. de Hæresi. cap. 2. §. j. Scias item ex nullo sortilegio probari quem esse hæreticum verè, cum possint sortilegia committi ex concupiscentia, non ex infidelitate, nisi dicamus præsumptiuè, & ita intelligantur Oldr. cons. 210. & Io. Andr. in alle. c. accusatus. de hære ti. li. 6. Et sic quòd sapiant hæresim manifestam præsumptiuè.

Centesimus sexagesimussextus. Vt episcopus
49 vel alij † clericalem tonsuram infanti, illiterato homini diœcesis alienæ (vt iam dixi) seu coniugato conferentis ad annum suspendatur. ca. vlt. de tempo. ordi. lib. 6.

Centesimus sexagesimusseptimus. Vt anno suspendatur episcopus titularis ordinans sine literis dimissorijs. Concil. Triden. Sessio. 14. de Reforma. cap. 2. ad fi.

Centesimus sexagesimusoctauus. Vt ordinãs bigamum, vel alios, de quibus in c. nullus pœnitentiam 55. distin. anno suspensus sit a celebratione missæ. vt etiam per glo. magnam in cle. cupientes. post princ. ver. Quandoque per annũ, de pœnis.

Centesimus sexagesimusnonus. Vt capitulis non liceat infra annum a die vacationis ecclesiarum concedere literas dimissorias. Concilio Triden. Sessio. 7. cap. 10. & Sessio. 23. etiam cap. 10. in fin.

Centesimus septuagesimus. Vt clericus promoueri non possit ad sacros ordines infra annũ à susceptione postremò gradus minorum. d. concil. Trid. Sessio. 23. c. 11. ad fi.

Centesimusseptuagesimusprimus. Vt promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint uersati, ad altiorem gradum (nisi aliud episcopo videatur) ascendere non permittatur. Hæc sunt verba dicti Conc. Trid. eadem Sessio. 23. c. 13.

Centesimus septuagesimussecundus. Vt epi-
50 scopus annuis vicib. suas diœceses † visitet. c. licet nimis. eod. quæst. 1. cap. comquerente. post medium de offic. ordin. & ibi gl. in versi. annum, & in versi. visitandos, soluit contraria, quando pluries visitet. Rot. 263. si procurator. nume. 2. in no. Concludunt vbi supra, quòd quando subest necessaria, vel alia legitima causa non solum bis, sed pluries visitandi, tunc prælatus pluries & visitare, & procurationem recipere possit. iux. tex. in cap. mandamus. de offi. archid. & glo. 2. in cap. si episcopus, de offic. ordin. lib. 6. iun. glo. in cap. conquærente. præalle. & in c. cum venerabilis.

lis de censibus. Hæc ego aliàs pro vno ex Illustrissimis almæ vrbis conseruatoribus, qui pluries non solum in anno, sed in trimestri sui officij terras populi Romani visitare decreuerat hac vtebar distinctione, & hoc moderamine videlicet, quòd si necessaria esset iterata visitatio, etiam secunda vice visitaret expensis, & oneribus municipis visitandi. At si recreationis causa potius, vel voluptatis, causaue non vrgente existēte rursus visitare contenderet, sine subditorum onere id faceret. Hanc secundam partem meæ distinctionis probo in simili, vel in ratione sui per tex. in cap. visitandi. in prin. 18. quæstio. 2. iun. declaratione, ac distinctione Henri. Boic. in cap. cum apostolus. in princ. de censibus. quod etiam comprobat Maria. Sozzi. in trac. visitat.

Centesimus septuagesimustertius. Vt ordi-
51 narij † omnes visitare debeant ecclesias sibi subiectas omni anno. Cassado. Dec. 2. de cau. pos. & proprie. Sciendum est, quòd si ex onere in fundatione ecclesiæ adhibito, quòd pluries in anno visitatio, & procuratio fiat, id obseruari poterit, seu debebit. glo. in alle. cap. cum venerabilis. de censibus. quæ sic intellexit tex. in cap. Eleuterius 17, quæst. 2. quod etiam voluerunt Henric. Boic. in alle. cap. cum apostolus. de censib. & Cardi. in clem. vlt. de sta. mona. Idem etiam dicendum ētsi potestas pluries visitandi, & procurandi competat ex speciali consuetudine pręscripta. iuxta tex. secundum vnum intellectum in alle. c. cum venerabilis. de censib. quem sequitur ibi Hostien. ac etiam in sum. eo. tit. ver. Quibus est danda. ad fi. & Henr. Boic. in d. c. cum apostolus.

Centesimus sexagesimusquartus. Vt annuatim etiam visitari debeant ab ordinarijs beneficia ecclesiastica curata vnita. Conc. Trid. Sessio. 7. cap. 7.

Centesimus septuagesimusquintus. Vt confratrię per episcopum annuatum visitari debeāt. Fede. de Sen. consi. 111. quæstio talis, ratio ē, q̃a cōfratria, seu fraternitas disciplinatorum dicitur locus pius. vt per Specu. tit. de instrumen. editio. §. nunc aliqua. num. 62. vbi quòd loca pia dicūtur, vbi exercentur opera charitatis. Ioan. And. in cap. Iohannes. colum. 1. in fin. uersicu. Verum est. Roma. consi. 477. in casu propositæ. colum. panul. Bald. in l. id quod pauperibus. quæst. 21. C. de sacro. eccle. Lap. in tracta. de cano. portio. col. 10. quæstio. 5. & quæst. sequen. Petr. de Perusio eo. tracta. in 2. artic. princ. & in 2. quæst. princip. colum. 4. Cardin. consil. 121. Dom. meus Philip. Dec. consi. 71. viso puncto. colum. 2. versic. Tertio principaliter conclusio prædicta. Non desunt, qui contrarium tenent, videlicet, quòd cōfratria non dicatur locus pius etiam ꝙ pietatis opera ī ea exerceantur, & inter alios Abb. cōs. 31. facti contingentia. colum. 2. & seq. lib. 1. Dom. meus consilio. 148. Reueren. colum. 1. & Paris. consi. 34. colum. 2. & sequen. volum. 4. Ego hanc opinio. puto veriorem per rationem Abb. vbi supra, quòd nulla sit communio inter ipsos disciplinatos, seu confratres, & ipsum episcopum. Imò præfati sunt merè laici, laicoque iudici subiecti.

Prima tamen opinio substineri forsan posset quando bona fraternitatis destinata essent pro alendis pauperibus, maritandis puellis, & pro alijs pijs operibus. prout declarat Corn. consil. 108. pro decisione. colum. 4. versic. Et maximè est hoc dicendum in fauorem dictæ fraternitatis. lib. 3. Capra consi. 54. Bald. in l. si quis ad declinandam. colum. 12. versicu. Sed quid si testator. C. de episco. & cleri. Calcan. consil. 12. colum. 2.

Centesimus septuagesimus sextus. Vt anno quolibet visitandæ sint moniales, quæ immediate subsunt Papæ, & non alij. cle. Attendentes. de sta. mona.

Centesimus septuagesimusseptimus. Vt episcopus, & Archiepiscopus vbi est fama, quòd ad sint hæretici, ad minus semel in anno propriam parrocham, seu diœcesim circum eam. cap. excōmunicamus. §. vlt. versi. Adijcimus. de hæreti. & in Reperto. Inquisito. in versic. degradatio. in fin. Nec modum visitandi nouum, & inusitatū, & apud antiquos incognitum putes: habes Reg. 1. capit. 7. quòd Samuel iudicabat Israel, & ibat circumiens Bethel, & Galgata, ac Malphat, vt homines, qui eo indigebant, facilius possent ad eū habere accessum. Diuus item Paulus Hierusalem vsque ad vltimum mare visitabat, & pręDICAbat. ad Roman. decimotertio. Ita quod vitam suam quendam cursum nominauerit. 2. ad Tit. 4. Cursum consummaui &c. Potes etiam exponere cursum vitæ, seu dies, vel ætatem meæ vitæ.

Centesimus septuagesimusoctauus. Vt Sinodi diocœsanæ anno quolibet celebrari debeant. Concil. Triden. Sessio. 24. Reformatio. ca. 2. sub Pio IIII.

Centesimus septuagesimusnonus. Vt examinatores singulis annis in diœcesana synodo ab episcopo, vel eius vicario proponātur iuxta c. 18. con. Triden. Sessio. 24. An autem cognitus absq; alio examine promoueri, vel ordinari possit tracto in 3. q. 24. Reg. Cancel. num. 4. & seq.

52 Centesimus octuagesimus. Vt sacerdos † missam celebrans, sacram communionem non accipiens, ab ipsa communione per annum suspendatur a Concilio Toletano 12. prout in cap. relatum. post medium. de conse. dist. 2. glo. magna post medium. ver. Quandoq; per annum, in cle. vlt. de pœnis.

Centesimus octuagesimusprimus. Vt conseruatores, qui dantur ad tuēdū, & defendēdū, seu seruandum, vel conseruandum aliquem, seu bona, res, beneficium, priuilegium, a manifestis iniurijs, & violentijs. c. j. & vlt. de offi. dele. lib. 6. de alijs, quàm manifestis iniurijs, vel violentijs sciēter se intromiserint: seu limites potestatis excesserint, eo ipso per annum ab officio sint suspensi. dicto cap. vlt. de offi. dele. lib. 6. & glo. magna in prealle. cle. vlt. de pœ. ante medium. ver. Quandoque per annum. eo. tit. de offi. dele. Alia circa

con-

conſeruatores, ac conſeruatoriæ formulam inue-
nies in mea praxi Signa.Gratiæ. titul.de coadiu-
toria.

Centeſimus octuageſimuspri mus. Vt Zeno-
53 dochium † infra annum præficiendum ſit.gl. 1.
in c.nemo eccleſiam.de conſe.diſtin. 1.vide infra.
poſt num. 110.

Centeſimus octuageſimuſſecundus. Vt reli-
54 gioſi fugitiui † annuatim perquirendi ſint,& co
gendi vt ad monaſterium reuertantur.c. vlt. de
reg.Rom.conſi.341.poſt nu.2.

Centeſimus octuageſimustertius. Vt benefi-
55 cium religionem ingredientis infra † probatio-
nis annum conferri prohibeatur.ca.beneficium.
in princ.de regula.lib.6. Staph. ſuper Signa.fol.
77.verſicu.Dixi etiam ſuperius. Tiraquel. de vt.
retr.li.1.§.1.Gl.8.nu.28.& nu.34.ſubdit ꝙ ſi exe
at non facta profeſſione, vt quia ſibi non placet
regula,nihil poteſt ſibi opponi,& facit fructus
ſuos.

Centeſimus octuageſimusquartus. Vt teſtari
56 etiam quis poſſit infra annum † probationis.c.
non ſolum.iun.gl in verſic.inditij.de regula.lib.
6.& Staph.ubi ſupra.

Centeſimus octuageſimusquintus. Vt bona
morientis intra annum probationis ſint mona-
ſterij.Et licet Bar.in auten.Si qua mulier. in fin.
hanc quæſtionem canoniſtis decidẽdam relique
rit,de qua etiam ibi per Bald. C.de ſacroſ.eccle.
pro parte tamen affirmatiua concludunt Anton.
de But.in cap. in præſentia. de probat. & An-
cha.conſi.68.

Centeſimus octuageſimuſſextus. Vt annus
57 detur † puellæ ad recedendum a religione,
ac patri ad eam repetendam. cap. puellam. 20.
quæſt.2.

Centeſimus octuageſimuſſeptimus. Vt idem
58 tempus detur etiam † patri ad reuocandam im
puberem à monaſterio, ac puberi per vim in-
greſſo, ſiue eius parentibus.cap.2. de regula.ca-
pitu.ſi inæqualiter.iun.gloſſ.in verſi. non mox.
20.quæſt.2.

Centeſimus octuageſimusoctauus. Vt etiam
59 puberi facto, † ſi impubes monaſterium intra-
uit.c.1.de regu.lib.6.

Centeſimus octuageſimusnonus. Vt tempus
60 idem detur puberi ad probandum † religionẽ
intra quod ſi habitum deferat nouitiorum iux-
ta cle. eos,qui.de regula.eo lapſo, profeſſus in-
telligatur,& ibi declarat Boni.de Vitalli.num.
27.Et pro præmiſſis,& quæ ſint ſigna, & mo-
61 di † profeſſionis,& de manente in religione
per annum non proteſtante, vide Lap. Alleg.
129. factum ſuper quo.num. 12. cum alijs ſeq.
62 Pro quibus etiam & quando † annus egreſſo,
& iterum intranti dari debeat. vide Alex.cõſil.
54.num. 2. & 19. volum. 4.pulchrè per Lap.
Alle.47.factum ita nu.2.vbi in verſ.tempora mi
nor.in Addi.alios ad id cito.

Centeſimus nonageſimus. Vt probationis an-
63 nus detur tam † monaſterio vt mores profiten
di experiatur,quàm monaco, vt aſperitatem,&
auſteritates monaſterij experiri poſſit, † quæ cõ
ſiſtunt in continua clauſura,& continua caſtita
tis obſeruantia,in continua obſeruatione ieiunio
rum, vigiliarum,ac officiorum. prout in cap.ad
apoſtolicæ.de regula.& per Lap.dicta Alleg.47.
num.3.& ante num.4.ac ante num.5.verſic.Præ
terea dictus legatus ex ſpeciali facultate a Papa
ſibi tributa conceſſit cuidam, vt in certo mona-
ſterio in monacum reciperetur, querebatur an pro
bationis annus monaſterio reſeruatus eſſet? hæc
fuit diſputatio cuiuſdam fratris Iacobi, quam
habes cum argumentis proutraque parte per
Io.And.c.indultũ de reg.iur.li. 6. vbi concludit
pro affirmatiua, ꝙ annus ꝓbationis reſeruetur;
quã concluſionem pro notabili refert, & ſequit
Guindiſal. Villadi.de Legato.q.9.nu.14.

Centeſimus nonageſimusprimus. Vt prædi-
catores, & minores infra annum probationis
quamquam ad ſui ordinis profeſſionem recipe-
re non poſſint,quod ſi fecerint,receptus non ſit
obligatus eorum ordini,& ipſi a receptione alio
rum ſint ſuſpenſi, & puniendi veniant. prælle.
c.non ſolum.vbi Alex. IIII. ſcribit prædicatorib.
& minorib.de reg.li.6.

Centeſimus nonageſimuſſecundus. Amplio
ad moniales eorundem ordinum infra dictum
annum probationis recipientes, vt per Doct.in
dicto capitu.non ſolum. debebant enim monia-
les,per ſe,vel alium conſulere peritiores.iux.tex.
in l.bonorum.ff.de bono.poſſeſ. & in l.iuſiurã
di.C.qui admit. Et ita concluſum fuit in Rota
in cauſa Valentina Nullitatis profeſſion. coram
Ioan.Paulo Ptolo.ſub die 1. Aprilis 1542. Et ad
illud, quòd quælibet cauſa excuſet à pœna etiã
ſi ſit iniuſta,& beſtialis.ad tex.in l.igitur.§.poteſt
ff.de libe.cau.l.inter omnes.§.rectè. ff. de furt.l.
ſeruum qui.§. ait prætor.ff.de acqui. hæredi. re-
ſpondetur verum eſſe in pœna corporis afflicti
ua.ad Bald.in l.iuſte poſſidet.in fin.ff.de acquir.
poſ.Et pœna dicti cap.non ſolum,non ſolum eſt
impoſita in odium recipientium,ſed etiam in fa
uorem recipiendorum,ſeu recipiendarum,nec de
cætero ſint facilè ad obligandum ſe religioni, p
præmiſſis vide tex.in cap. Gonſaldus cum gloſſ.
in verſicu.anni.& Abb.numero ſeptimo.varias
afferentem opiniones.de regula.In Concilio Cõ
ſtantinopo.6.cano. 41. conſtitutum fuiſſe legi-
tur, vt ingredientes monaſteria debeant inprimis
per triennium ſeparatam ab alijs vitam habere,
& ei qui,in manſione præeſt,in Dei timore pare
re,deinde per annum extra clauſuram ſe gerere,
poſt hoc tempus ſi ei in monaſterio eſſe placue-
rit,ab eo egredi amplius non poſſit. Ad profeſ-
ſionem hodie in quacunque religione tam viro
rum,quàm mulierum admitti non debet,qui nõ
ſit annorum XVI. & qui minori tempore quàm
per annum poſt ſuſceptum habitum in proba-
tione ſteterit.Ita ſtatutum fuit in concilio Tridẽ.
Seſſio.25.cap.15.titu.de regula.Scias etiam,ꝙ ſi
quis in monaſterio vt nouitius non ſolum per an
num, ſed per plures ſteterit profeſſione non fa-
cta,eius beneficia non vacarunt, & interim fe-
cit

cit fructus suos. Alex. cons. 12. viso themate. post princip. lib. 2. post Gemi. quem ibi citat. pro quo etiam Tiraq. de Vtr. retra. lib. 1. §. 1. Glo. 8. post nu. 34. & ante.

Centesimus nonagesimustertius. Ex hoc etiã anni spatio ad probandam religionem, & post susceptum habitum in probatione per annum permanendi, inferebam dum eram Rotæ Florentinę Auditor, ad statutum Aretinum, sub titu. de Reformatoribus officiorum. versicu. Legitimati autem. disponens, quòd legitimati describi, & imbursari non possint, nisi post annum a die legitimationis cõputandum, quem pariter annũ probationis nuncupari posse affirmabam, videlicet, vt interim discerni posset an mores legitimati essent tales, vt ille habendus sit ac alijs legitimè nati, & sit habilis, & idoneus vt magistratus gerere, & publicis officijs fungi debeat. Habet enim hic illegitimè natus quasdam præsumptiones contra se, & inter alias illam, quòd sit incontinentiæ paternæ imitator. ad tex. in cap. si gens Anglorum. cum sequen. 56. distin. cap. literas. de filijs. præsbyte. gio. in cap. 2. in versic. defectu. versic. tertiò propter incontinentiam paternam. eod. lib. 6. Hæc probatio, & discussio facienda elici potest etiam ex tex. in c. Cenomanensem electum pro eo quòd filius sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conueniunt non reijciemus, sed suffragantibus meritis eum patienter suscipimus 56. distin. ex cap. innotuit. ibi, Morum honestas, vitæ virtus. de electio. ex c. sicut satius. ibi, vndecunque autem nascuntur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant honesti, & salui erunt: semen enim hominis ex qualicunque homine sit, Dei creatura est. 32. quæstio. 4. Pro quibus etiam adduci potest consi Corn. j. num. 17. in fin. lib. 3. Nic. de Vbal. in tracta. successio. ab intest. ad fi. 1. Hæc annalis probatio huius legitimati esset etiã similis illi ꝓbationi neophitæ, de qua tractaui supra post num. 10. Asserebam etiam ab illo statuto Aretino non temerè inductam fuisse illam differentiam inter legitimatum, & legitimum, vt ille annum expectare debeat antequam ad officia publica admittatur: admittatur hic autem statim cum primum ætatis fuerit legitimæ. Et licet maxima sit inter Doctorum altercatio an legitimatus per principem vel ex principis priuilegio sit vere legitimus, & legitimus vocari possit? & Fortun. post alios, quos citat in l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 37. & seq. ff. de libe. & posthu. concludat pro affirmatiua, tamen crebrior est sententia communẽ vsum loquendi aliter legitimos appellare, vt per D. meum consi. 610. num. 10. & in fin. Verum omni disputatione omissa sequor sententiã Bald. in l. etiam. C. de appel. vbi inquit, quòd legitimatus dicitur imago legitimorum. de quo etiã vide ibidem Saly. quod etiam dixit idem Bald. in cap. fin. colum. 2. de transla. præl ato. quòd legitimatus assimilatur homini medicato a morbo in quo semper remanent aliquæ cicatrices. qui Bald. etiam in cap. primo. colum. 17. de constitu. legitimationem dicit esse similem alchimiæ, quæ facit apparere quod non est. Quę, & plura alia huc pertinentia videre poteris apud Albert. Brun. in tracta. Quòd stantibus mascul. in 12. art. princ. nu. 52. cum alijs seq. Maria: Sozzi. Iun. consi 1. lib. 1. ante, & post nu. 134.

Centesimus nonnagesimusquartus. Vt Monacus semel in anno aduocare possit ꝓ amico. Lãbert. de Iu. patr. fol. 194. ante nu. 17. Quin etiam Innocen. in cap. cum I. & A. de re iudi. cuius opinio communiter tenetur, generaliter voluit religiosum de licentia abbatis procurationem amicorum, monasterij, etiam laicorum assumere posse. Sequitur Abb. in c. 2. de postul. Regulariter autem religiosus non potest procurator constitui, vel substitui ad lites, uel negocia. per tex. in cle. religiosus de procura. Et licet Cardi. ibi in 12. oppo. secus dicat in substitutione, Tu aliter teneas, ex identitate rationis videlicet, distractionis a diuinis, vt in specie conclusit Rota. prout Dec. Put. 285. incipien. In vna Senen. pension. lib. 2.

Centesimus nonagesimusquintus. Vt intra an
65 num probationis † nouitij dicantur. c. non solũ. de regula. lib. 6. c. nullus. de electio. eo. lib. Spec. in titu. de sta. mona. §. vlt. versi. 62. & seq. nu. 69. & sequen.

Centesimus nonagesimussextus. Vt bona morientis infra annum probations sint monasterij. Cyn. in auten. in ingressi. num. 2. versicu. Quid ergo erit. C. de sacro. eccl. Bar. in auten. si qua mulier. ad fi. C. eo. Anch. in c. 2. col. 1. in 5. no. de testa. Phi. Fran. in c. beneficium. col. 2. versi. Quid si nouitius. de regu. iur. lib. 6. Anto. de But. in c. in pñtia. col. 16. ver. Quæro an si monacus, & Barba. cõs. 25. versicu. Modo capio secundum. & D. meus Phil. Dec. num. 73. in 9. quæst. vbi hanc cõmunem affirmat. de probat. Quod etiam voluit idem Barba. in clem. 1. nume. 20. vers. ex istis. de electìon.

66 Centesimus nonagesimusseptimus. Vt † nouitius beneficiatus ad electiones vocari debeat. post glo. magnam. in cap. beneficium. de reg. iur. lib. 6. Cardin. in cle. eos. quæst. 10. num. 8. eo. tit. sequitur Io. Firma. de gabel. in 7. par. prin. quęst.
67 32. nu. 56. Et notandum est, quòd nouitius † dicitur esse in statu pendente, & dubio, vnde nec verè monacus, nec verè non monacus dici põt. Hinc dicunt Io. And. in ca. consuluit. colu. 2. Ac Ant. de But. & Abb. de regula. & Fely. in c. quæ in ecclesiarum. post numerum 50. de cõstit. vers. Et hinc est, quòd nouitius exiens de religione, in qua sumpserat habitum, licet possit vti vestibus secularibus, non tamen deberet vti pomposis, & lasciuis, in memoriam pristinæ religionis. arg. tex. in l. seruos. C. de quęstio. vbi qui fuit olim seruus alicuius non torquetur in caput eius, in memoriam præcedentis dominij. Hinc quæritur, an nouitium percutiens incidat in canonem, si quis suadente. per Innoc. Abb. antiq. & Host. in ca. statuimus. de regula.

Cẽtesimus nonagesimusoctauus. Vt nouitius coram iudice ecclesiastico conueniendus sit, &

gau-

gaudeat priuilegio fori. Angel.in l.prima. ff.de pœnis.sequitur Ias.in authen.si quã mulier.in fi. C.de sacro.eccles.Idem uoluit Innoc. in alleg.c. statuimus.col.2.super uer.posse.circa quę,& circa plures alias quæstiones, vide latè per And.Tiraq.de vt.retra.par.1.§.1.gl.8.nu.21.cũ pluribus sequen. & vltra ab eo citatos videre poteris Phi. Fran.in Disputa.petitorij in 3.dub.Ioan.Firmã. de Gabel.in 32.quæst.7.par. prin. ac Lambert. de iu.patro.lib.2.par.1.quæst.2.art.7. & q.7. arti.14.num.5 Pondero item, quòd iste terminus anni in nouitiatu , & in hoc statu pendente, ea etiam ratione, seu eo exemplo sic limitatus videtur, ex quo non minus tempus requiri videmus ad instruendum, & confirmandum aliquẽ in recta,& vera fide,ac religione. prout ostendi supra post nu.10.recensens Paulum,& Barnabã Antiochiæ anno commorasse ad instruendum in fide populum illum.

Centesimus nonagesimusnonus. Vt nouitia
68 etiam vxor dicatur † intra annum.cap. 2.35.q. 8.& ibi glo.in versic.anni coronam. And. Barba. con.posito post illa Alex.nu.7.vol.4. Card.cõs. 34.circa primum.post numerum.3.uersiculo. Sic & nouæ dicuntur nuptiæ.Ioan.Firm. vbi supra.quæst.32.nu.55.

69 Ducentesimus. Vt nouus item † ciuis, siue ciuis nouitius dicatur solum infra annum. Vincẽ. de Falco.consi.54.num.2.inter consi. Alex.vol. 4.l.vlt.§.quoties.& ibi Alberi.de Rosa.Bar.Pau. Castren.& alij.ff.de publica.Nic.Boe.Dec.260. præsuppono.num.1.& sequen.vbi etiam, quòd nouus ciuis ignorantiam allegare potest, prout præter adductos per eum, voluerunt Curt.Sen. consil.27.nu.18.Ias.in l.1.in 2.lectu. post nu.70. C.de sacro.eccle.Io.de Canib.in tract. execu.vlt. vol.par.vlt.q.penul.in 2.limi.Cur. Iun. consil. 19.viso.post nu.5.

70 Ducentesimus primus.Vt Chrisma † nouum dicatur quod non excedit annum.cap. literis.de conse.distin.3.glo.in versic. de nouo. in cap. generali.de electio.lib.6. sequitur Io.Firma. in dicto tract.Gabel.in 7.p.prin.q.32.nu.55.ver.Idẽ dicit gl.de Chrismate.

71 Ducentesimus secundus.Vt vinum † nouum dicatur infra annum, post annum vetus.l.vetus. accipitur.ff.de vi.triti.& ole.lega. præalle. glo.in dicto c.generali.ac glo.in ver.anni,in fin.in c. 1. 35.quæst.8.& Io.Firma.vbi supra. Hinc inferũt quòd viuo veteri legato, illud venit, quod iam anno ante collectum fuit.l.si quis.in fi.ff. de vi. triti.& ole.lega.

72 Ducentesimustertius.Vt mancipium nouũ,† & pro quo gabella solui debeat, dicatur intra annum: vetus post annum.præalle.l. vlt.col.6.vers. Verum vt ad rem.ff.de ædili.ædi. Cardi.præal. consi.34.post nu.3. versi. ubi mancipium. glo. vlt.in c.1.35.q.8.

73 Ducentesimus quartus.Vt † scholares nouitij infra annum dicantur vt omnes sciũt, & Doctores experti sunt, dum erant in scholis, & ponit Io.Firma.vbi supra.q.32.sequitur Iul. Ferret.in tracta.Gabel.& publica.nu.171.versi.Et nouitij dicuntur.

74 Ducentesimusquintus. Vt noui milites,† seu nouitij, qui anno completo non militarunt, dicantur tirones, quibus propter eorum ignorantiam facilius parciatur, quàm militantibus post annum.ad tex.in l.qui cum anno.§.vlt. & in l.cõmeatus.vers. Tironi.ff.de re mili.Nico.Boe.Dec. 260.post prin.

Ducentesimus sextus. Vt anno vno vacare sufficiat militãtes in tribus scrinijs, adhoc vt priuilegia dignitatis habeant, licet prius requireretur bienninm.l.p biennio.& ibi Luc. de Pen.C. de prox.sacro.scrini.lib.12.

Ducentesimus septimus. Vt militia solutus vnius anni habeat immunitatem post quinque annos.l. sed & si milites. versic. Qui autem post quinquę annos.ff.de excu.tut.gl. in §. Item qui reipub.in versicu.excusantur.1.versi. Aliàs qui intra quinquennium.Inst.eo.

Ducentesimus octauus. Vt anni habeant remissionem, qui inter nocturnos custodes Romę militauerint.dicta l.sed & si milites.ff.de excusa. tutor.

Ducentesimus nonus. Vt trebellianica,& falcidia non detrahantur ex testamento militis, facto in militia, eo intra annum missionis decedẽte.l.si post missionem, quæ est 17. & si miles. quæ est 91.ff.ad leg.falc.

Ducentesimus decimus. Vt militari iure quę fiunt nõ valeant post annum missionis.l.si miles, iuxta pandect.Floren.vel iuxta vulg.lectu.l.nam si miles.ff.de iniu.rup.testa.

Ducentesimus vndecimus. Vt Sueuos Germanorum bellicosissimos Cæsar libro 5. Belli Galli. centum pagos habuisse scribat, ex quib. quotannis singula millia armatorum bellandi causa ex finibus educerent, reliqui, qui domi remansisset se, atque illos alerent : hi rursus anno post in armis essent.illi domini manerẽt: Sic nec agricultura, neque ratio, atq; vsus belli intermittebantur. Simile iuxta vnam interprætationem videtur illud Horatij Odi.24.lib.3. Nec cultura placet longior anno &c.

Ducentesimus duodecimus. Vt noualis
75 † terra proscissa dicatur, quę anno cessat.l.sylua cedua.§.noualis.ff.de verbo.signifi.ca. quod per nouale.vers.licet, vbi postea in alia significatione accipitur.extra.eo.Plyn.inquit Nouale est, quod alternis annis seritur.& Virgil.Alternis item tõsas cessare nouales: Et segnem patiere situ durescere campum.

Ducentesimus decimustertius. Vt nouum
76 † feudum dicatur infra annum, vnde episcopus iurans non infeudare nisi nouum feudum, post annum reuersionis feudi ad ecclesiam infeudare non poterit. Archidiaco.in c.1. 35.q. 8. Cardina. consil.34.circa primum.nu.3. Quod autem proprie dicatur feudum nouum, respondendum est, quòd illud, quod est de nouo acquisitum, & habuit initium in persona istius primi inuestiti. ca. 1.quot testes sint neces.ad proban.inuesti. Bald. pro-

prohe.in ˜vsi.feud.in 3.diuisio.ac Aluaro.in 6.& Ias.num.83.uersic.Nouum autem dicitur.Et dixit Bald.in l.1.in 4.quæst.ff.de re. diui. Feudum nouum quod non prouenit a liena, ˜vel successione progenitorum.sequitur Ias.vbi supra.post numerum 84.Dubium magni momenti fuit pro positum in Rota coram Hieronymo ˜verallo in Parmen. Vallium,an licentia Imperatoris dispo nendi de bonis feudalibus intelligantur solum de feudo nouo? Allegabatur ad id Dec. Matthe. de Affli.lib.3.consti.Regni.in constitu. 34.incipien.˜vt de successionibus.colum.18.versic.Sed iuxta hoc quæro,in hanc partem fuit inclinatum nõ refero argumenta, quia Decisiones huiusmo di sunt apud omnes. & hic studeo breuitati. Hoc tamen non duxi omittendum iuxta magis communem opinio. quòd si princeps in concessione noui feudi apponit clausulam ˜videlicet. Quòd habeat naturam antiqui feudi, illius natu ram assumit.Bald.in capitu.primo.§. hoc quoq; in fin. versicu.Si concessum est. & Aluarot.co lum.2.˜versicu.Nota ex hoc tex. ac præpo. Alexand.colum. 1. ˜vbi feudum pater num. de succes.feu.Crot.qui dicit communem in l.re coniũ cti.colum.antepen.ff.de lega.3.Do. meus consil. 185.num.7.Rui. communem affirmans consil. 45.col.2.lib.1.Ias. asserens magis communem. consi.1.col.3.vers. Secundo principali fundamẽ to.li.3.Paris.consi.5.nu.11.lib.1.

Ducentesimus decimusquartus. Vt liberti ec
77 clesiarum † infra annum professionem facere debeant,& confiteri se esse libertos illarum, & ab earum obsequijs non recessuros.c. longinqui tate.12.quæst.2.& dictum cap.extenditur,quòd cum episcopus defunctus fuerit, ac ei alius substitutus,seu suffectus,liberti ecclesiæ, & ab eo progeniti,substituto pontifici infra annum a tẽpore suæ ordinationis cartulas sua in conspectu ecclesiæ publicare,& renouare debeant.

Centesimus decimusquintus. Vt intercessor, vi
78 sitator, seu commendatarius infra † annum pro uidere debeat,quòd prælatus eligatur.c.constitu tum.7.q.1.Rom.consi.350.nu.23.

Ducentesimus decimussextus. Vt curatum ob
79 tinenti † detur annus ad faciendum se ad sacros ordines promoueri.cap.licet canon. §. & infra annum.cap.cum ex eo.& cap.commissa. de electio.lib.6.Bartho.Cassen.consi.29. Stante promissione.Et a quo tempore incipiat. nume.3. Et quòd currat a die habitæ possessionis, probant dicta iura ˜videlicet.c.commissa.& cap. licet canon.& Docto.vtrobique ac Andr.Tiraque.de ˜vtr.retra.lib.1.§.1.glo.10.num. 113. Aduertendum est ad id,quod dixit Ancha. in alle. cap. licet canon.col.˜vlt.in 5.quæst. post glo. antepen. ibi quòd etiam stante dispositione dicti tex. episcopus potest monere promotum ˜vt ordines su scipiat infra annum,quia illa constitutio venit ad corroborationem iuris antiqui,non ad diminutionem, vide si clericus renuit ordinari quia non vult,ad id compelli poterit appellatione remota per subtractionem beneficij,& officij secundũ glo.ibi.Vide quæ scripsi super Signa.Gratiæ.titu. de Dispen. de non promouen. Ibi dictis addo, quòd infra annum se promoueri non faciens,est ipso iure priuatus nulla præmissa monitione, & propterea elapso anno mora est impurgabilis.vt notat glo.antepenul.in alle.cap. licet canon. quã notat ibi Ancha.colum.1.& colum. vltum.ver sicu. Quarto quæro.& ante ipsum voluit ibi Io. Mona.˜versic.Sed nunquid. Idem voluit Franc. colum.2.Iustè tamen impeditus, & excusandus a pœna erit si episcopus fuisset impeditos, ˜vel non fuerit, qui eum ordinaret? vel episcopus abque causa ordinare,vel licentiam ordinandi con cedeere recusauerit. Et stantibus impedimentis bonum esset protestari se esse paratum ad ordines suscipiendos,vel impetrare rescriptum licen tiæ de non promouendo infra aliquod tempus a sede Apostolica,quod etiam stante impedimẽto iuxta Concil.Triden.concederetur,& per has protestationes euitarentur opiniones Doctor.in similibus traditæ,de quibus per Alex.& Ias.in l.2.§.quod diximus.ff.si quis cautio. & per Fel. in cap.ex transmissa.colum.1.& 3. de præscript. Aduertendum etiam est ad id, quod voluit Ioã. Mon.in alle.c.licet canon,ibi pulchrè distinguẽs dicit,quando quis incurrit irregularitatẽ, ꝑpter quam infra annum promoueri non potest,si sine culpa sua,non priuatur,puta si casu amittat ocu lum,aliàs si culpa propria secus.per tex.in ca.1. de æta.& qual.

Ducentesimus decimusseptimus. Amplio ad præbendas,& dignitates iuxta dispositionem cõ cilij Triden.Sessio.22. cap. 24. videlicet, vt illas detinentes se promoueri faciant ad præsbyteratum,quæ iura limitantur non procedere † in capellanijs sacerdotium requirentibus.Ro.519.no ta,quòd tenens cappellaniam.in anti.Et sciendũ erit, ꝙ scholaris dispensari poterit ab episcopo fauore studij ad septeunium.dicto capit. cum ex eo. Alberi.de Rosa.in tracta.Statutorum.par.2. quæst.183.Abb.consi.63.colum.3.libr.2.Gloss. prag.tit.de colla.in ver.vt liberius.Rebuff.de pri uileg.schol.in 26. priuil. Videre poteris q̃ scripsi super Sign. Grat.tit.de Dispensatio. de non promouen.

Ducentesimus decimusoctauus. Vt idem tem
81 pus statuatur † vicarijs perpetuis parrochiarum ecclesiarum. clemen. vnic. de officio ˜vicari. inn.gloss.in ˜ver.promouendis. cum qua transit cardi. quæst.24.

Ducentesimus decimusnonus. Vt beneficium
72 habens cui annexus sit ordo † nisi infra annum promoueatur ad illum,non habeat vocem in ca pitulo.clem.˜vt hi qui.§.illi verò.de æta.& qual. pro quo ˜vide cap.4.Conci.Triden. Session.22. de Decreto Reformatio. Nec valeret cõsuetudo contraria. prout per Cur.in c.vlt. de consuet.fol. 49. secundum primam impres.

83 Ducentesimus vigesimus. Vt dispensatus † de non faciendo se promoueri ad septennium studendo, ad subdiaconatum tamen infra annum promoueri debeat.c.cum ex eo.de elect.lib.6.

Du-

Ducentesimus vigesimusprimus. Vt idem ad
84 septenniũ dispensatus † lapso septennio infra annum in præsbyterum promoueri debeat.d.c. cum ex eo.in fi.

Ducentesimus vigesimussecundus. Commẽdari solet ad vnum beneficium curatũ, in fauorẽ aliud beneficium incompatibile obtinentis, cum clausula consueta, Ad annum a die habitę pacificę possessionis. In eodem beneficio seintrusit Męuius: quovsque is vixit, Titius commendatarius nullam diligentiam fecit pro habenda possessione, nec commisit causã contra intrusum, propter quam negligentiam Sticus post annum a die cõmendæ beneficium huiusmodi impetrauit. Quęro an beneficium prædictum vacauerit stante tertio possessore contra quẽ (vt p̃misi) commẽdatarius nullam diligentiam fecit, nec possessorem molestauit. Pro opinio. affirmatiua pondero, ꝙ possessionem capere differens, pro possessore habetur, & vt possessor condemnari potest. iuxta tex. in l. j. §. sed & si non possideat. ff. si quis amit. cau. testa. l. etiam. §. Item si quis. ff. de peti. hære. cap. commissa. de electio. lib. 6. Imò negligens petere possessionem videtur illi consentire. gl. in c. 1. de offi. dele. Sequitur Gomes. in Epilo. casuum negligen. casu 45. posito in 28. Regu. de Trien. Insuper me possit alicui negligentia imputari debetis facere quod in se est, quod hic factum non fuit. ad cap. 1. de eo, qui mitti. in posses. cau. rei seruan. c. imputari. de regul. iur. lib. 6. Pro opin. negatiua conclusit Rota in Salamant. paroch. de Palatios Ruinos, coram Marsicano 15. Octobr. 1541. ea ratione, quia de iure quando aliquis est negligens in non faciendo, nisi præfigatur terminus a iure vel ab homine ad illud faciendum, nõ incurrit pœnam priuationis, vt voluerunt Innoc. & Abb. in cap. extirpan. §. quia verò, de præb. Felin. in §. si autem. colum. 2. de rescrip. Gemini. & Fran. in c. Ad Apostolicæ. in glo. ult. de re iudi. li. 6. Et sic cessant contraria, quæ procederent præfixo termino. Et dixit Rota quòd per aliquem stare non dicitur, nisi postquam fuerit monitus, vt in glo. in alle. cap. ad apostolicæ. & adducebatur Alberi. in l. post tres. col. 10. ff. si quis cautio. vbi quòd commendatarius non ammittit ius licet nõ capiat possessionem.

Ducentesimus decimussecundus. Vt ab-
85 batissa † debeat infra annum benedici, computandum a die suæ confirmationis, alioqui a suo iure cadat. clem. attendentes. §. statuimus. & ibi Vitali. num. 7. de sta. mona. Vide Ant. de But. in c. tua. de eta. & qual. ac Abb. in c. meminimus. n. 5. in vlt. not. vbi an Abbatissa de necessitate sit benedicenda, & tunc, ꝙ infra annum debeat benedici. de accusa.

Ducentesimus vigesimustertius. Vt Demonia
86 ci † idest, qui a demonib. arrepti eliduntur, per annum suspendantur ab officiorum suorum ordinibus, & locis. capit. communiter. in fin. 33. distinct.

Ducentesimus vigesimusquartus. Vt † epileptici, idest morbo caduco, vel elegantius, comitiali, vel morbo sacro laborantes, seu morbo Herculeo, quem Plato & Apuleius morbum diuinum nuncuparunt, quòd animi partem rationalem quæ longe sanctissima esse videtur obsideat. De ijs Plynius, Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. Illi a mortuis parum abesse videntur, per annum pariter ab officijs suorum odinum suspendãtur. dicto cap. communiter. 33. dist. iuxta aliquorum intellectum. Et sic, ut defectus præfatorum demoniaci, & epileptici per lapsum anni extinguatur, seu extincti, & sublati præsumantur. Cardi. in c. cum inter canonicos. colum. 2. versic. Dicunt Tancre. & Gosfre. de electio. Alexan. in l. furiosum. colum. 3. in prin. C. qui testa. face. pos. Notabis tu, quòd Domini de Rota tenuerunt morbum caducum non facere aliquem inhabilem ad beneficia. voluerũt tamen regressum illi concessum de hoc morbo mentione non facta ipso iure nullum esse, expressio. n. hæc difficiliorem reddidisset summũ Pontificem ad gratiam huiusmodi concedendã; quæ ratio in gratiosis gratiam ipsam nullam reddit ipso iure. c. ad audientiam. c. super literis. c. in nostra. & c. postulasti. vbi omnes. de rescr. Doct. in c. si motu proprio. de præb. li. 6. Calderi. consi. 11. eo. titu. & in specie est Dec. Guidob. 49. incipiens, voluerunt Domini.

Ducentesimus vigesimusquintus. Vt homicidæ in quibusdam casibus iuxta legem Platonis, anno exulare deberent, prout eiusdem Dialo. 9. de Legibus. Hodie in eisdem casibus per titu. ff. de sica. & per alias leges ciuiles, ac per statuta locorum aliter cautum reperitur.

Ducentesimus vigesimussextus. Vt Blasphemantes, seu publicè Deo maledicentes clerici p Concilium Lateranen. sub Leone x. pro prima vice fructibus beneficiorum vnius anni mulctari debeant. Incipit decretum illud Cõcilij, Quicunque Deo palam, seu publicè maledixerit. Generalius autem quæ sit pœna blasphemantis tracto inter ingratitudines vasalli in dominum, in illa, quæ incipit, Maledicentis Deo, iuxta secundam æditio. ibi dictis addo, quòd pęna blasphemantis ex text. in ca. si quis per capillum. 22. q. 1. præter id, quòd cessare videatur ex nouo decreto dicti Concilij Lateranen. imponentis pœnas de quibus in eo. & voluit Hostien. in sum. de Maledi. §. Blasphemantes. ver. Grauior est pœna canonis antiqui. hodie arbitrariam esse pœnam in clericum blasphemantem. & sic recedit a pœna præalle. c. si quis per capillum, quem Hostien. sequi videntur Io. And. & Abb. in c. 3. de maledi. & ex quorum dictis elicitur, quòd solum data incorrigibilitate, vel consuetudine blasphemandi clericus deponẽdus sit. Sequitur Alex. consi. 72. col. 4. ver. præterea lib. 1. volens non posse propterea clericum deponi, nisi sæpius blasphemare consuetum: subdens, quòd non sufficeret probare, quòd bis, vel ter blasphemauerit, ad hoc vt cõsuetus blasphemare dici possit. citans ad hoc Cy. in l. 2. C. de reb. credi. volens etiam talem consuetudinem blasphemandi probandam esse per te-

stes

stes non singulares, alios ad id citans. Verū Abb. in alle.ca.2.de maledi. dicit, quòd ita graue pōt esse delictum, quod fieret depositio. per tex. in d. c. si quis per capillum. nec requirit consuetudinem blasphemandi, & sic videtur velle, quòd si blaspemia sit grauis, habeat locum pœna dicti canonis antiqui. Alex. verò vbi supra non refert fideliter verba Hostien.

Ducentesimus vigesimusseptimus. Vt hospita
88 larij † semel in anno celebrent in ecclesia interdicta. c. cū & plātare. §. Quòd si tēplarij. depriui.

Ducentesimus vigesimusoctauus. Vt Domino terræ ab ecclesia requisito, vt terram suam ab
89 hæreticis purget infra annum † negligente terra ipsa, catholicis occupanda concedatur. auten. si verò dominus. C. de hæreti. & ibi Bar. dicit, q Papa per illam auten. Concessit regnum Siciliæ Carolo. Illa auten. sumpta fuit a tex. in c. Nos Fede. §. si verò dñs temporalis requisitus, inter cōstitutiones Feder. 2. sub tit. de statu. & consue. contra liber. eccle. ædi. De concessione regni Siciliæ per Papam in fauorem Caroli, loquitur etiā Christo. Port. in §. sed non vsq; colum. 3. vers. Ex quo dixit Bar. Insti. de leg. Et q terra hmōi catholicis occupanda concedatur, tenuit Gomes. post 28. q. Reg. de Trien. in epilogo casuum, Negligētiæ. in 103. casu. incip. Dominus requisitus. Hæc ego, & alia adducebam pro insula Angliæ catholicis occupanda concedenda, verum quia ius solum non sufficit, sed etiam armis opus est, Dominus prouideat, Dominus sit nobiscum in vltionem inimicorum suorum.

Ducentesimus vigesimusnonus. Vt in concu-
90 binatu † per annum censuris neglectis permanens seuere pro qualitate criminis puniendus sit. Conc. Trid. Sessio. 24. c. 8. post medium. in decre. Reform. matrimo.

Ducentesimus trigesimus. Vt excōicatus ob contumaciam, conuentus super crimine, siue ciuiliter, siue criminaliter in excōicatione per annū persistens, conuictus censeatur de eo crimine, super quo accusatus fuerat. c. rursus. 11. q. 3. gl. & Abb. in c. contingit. de dol. & contu. Idem Abb. in c. veritatis. n. 21. & 27. eo. ac Abb. in c. insinuatum. de simo. in c. postulasti. de homic. & in ca. 1. num. 27. de iusti. & ibidem Rip. nu. 77. ac Alciat. nu. 54. qui hanc communem affirmant. gloss. ac Phi. Fran. in c. cum contumacia. de hæreti. lib. 6. Et q anno perseuerans in excommunicatione habeatur pro confessio, & conuicto de crimine, de quo fuerat imputatus, voluerunt Specu. in titu. de Accusa. §. sequitur. in prin. Anto. de Butr. in alle. cap. veritatis. de do. & contu. Rip. hanc communem affirmans in alle. c. 1. nu. 77. vbi plura pro præmisis omnibus. de iudi.

Ducentesimus trigesimusprimus. Vt excōmu
91 nicatus, qui per annum † insorduerit pro hæretico damnetur. l. quicunq; infra annum. 11. q. 3. c. cum contumacia. de hæret. lib. 6. & habemus Regulam Cancel. iuxta ordinem modernum. 76. in fi. super qua scribam.

Et quòd contra anno insordescentem tanquam contra hæresis suspectum concedi possit, cauetur etiam Concil. Triden. Sessio. 25. capi. 3. in fi. de Refor.

Ducentesimus trigesimussecundus. Vt per
92 annum insordescens priuetur beneficijs. c. rursus. 2. q. 3. & prealle. c. quicunque. Roma. Syng. 303. incipien. De hoc heri. Alcia. in c. 1. de iudi. & hęc est communis opin. vt affirmant Feli. in alle. c. 1. num. 8. super glo. in versicu. donec. de iudic. Iul. Clar. senten. lib. 5. q. 73. versic. Item clericus, qui sustinet excommunicationem per annum. Pro quibus videre etiam poteris Rolan. à Valle cōsi. 46. num. 35. lib. 1. & Addit. ad Dec. Cappel. Tholosa. 365. & in Iudici. Inquisit. Vmber. Locat. in ver. suspensus. nu. 2. & nouissimè Pau. Fusc. in singula. in versic. excommunicatus per annum. Aduertendum tamē est, quòd verius videtur, quòd ex hoc solo, quòd quis per annum excommunicatus permanserit, non possit pro hæretico condemnari, licet de hæresi suspectus sit, prout sentire videntur Innocen. Hostien. Io. And. Abb. & alij communiter in c. vlt. de pœnis. Concludendum igitur erit, quòd licet suspitio hæc ad condemnationem non sufficiat, sufficere tamen debeat vt contra talem de hæresi inquiri possit, & indici purgatio, in quasi defecerit, habebitur pro conuicto. c. inter. in fi. de purga. cano. Rationem autem quare hic dicatur de hęresi suspectus, adducit Abb. in dicto. c. vltim. de pœn. & Fran. in c. cum contumacia. de hæreti. lib. 6. quæ est, quòd præsumatur male sentire de sacramentis ecclesię & potestate clauium, videtur enim tāto tempore excommunicationem contempsisse. pro quib. videatur Io. Nic. Arelata. de Hære. nu. 41. & Marant. qui distinguit. de ordi. Iudici. in 2. memb. 6. par. dum de cōtumacia tract. n. 31. in 22. pœna.

Ducentesimus trigesimustertius. Vt ad se purgandum a crimine annus detur. c. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. c. tua nos. de cohabi. cle. Inno. Abb. & cæteri in c. cum P. Manconella. de purga. cano.

Ducentesimus trigesimusquartus. Vt in causa hęresis contumax infra annum a die condemnationis in absentem, audiatur, ne bona publicentur. Iacob. Siman. episco. Ciuitaten. in praxi Hęreseos tit. 45. nu. 17. Post annum verò & si audiri debeat comparens ne ipse damnetur, bona tamē eius nihilominus confiscentur, excepto si de innocentia plenè constiterit, aut iusto aliquo impedimento infra annum comparere nequiuerit. per tex. in l. 1. & l. vlt. ff. de requi. reis. l. 2. C. eo. titu. l. qui commeatus. ff. de re mili. l. 2. ff. si quis cautio. Iacob. Siman. prælle. praxi Hęreseos. tit. 41. in fi. An hodie hoc seruetur vide omnino Garidi. de Male. rub. Quid sit agendum reo absente. nu. 3. & Iul. Clar. senten. lib. 5. §. vlt. q. 44. ver. Sed hodie.

Ducentesimus trigesimusquintus. Vt suspectus de hæresi vocatus ut coram inquisitore de fide respondeat, si carceratus a carceribus aufugerit, & propterea excomm unicatus fuerit, per annum pariter in huiusmodi excommunicatione

ne perstiterit pro conuicto habeatur, ꝟt per tex. in c.excommunicamus.§.qui autem.de hæretic. & per alia iura supra adducta concludit Oldra. consi.65.hic agitur.colum.1.versic.Et ideo talis suspectus de hæresi fugiens excommunicatur,& si per annum &c. Idem voluit Episcop. Balnero regien.in suo Iudicia.Inquisi.in ver. carcer. post nu.16.ver.Ex carceribus fugiens.

Ducentesimus trigesimussextus. Vt suspectus de hæresi si intra annum mortuus fuerit nõ sit damnandus vt hæreticus.Doct.in alle.c.cum contumacia.de hære.li.6.& dictus Iaco. Siman. eo.tit.46.nu.2.ver. vnde patet qđ si illi mortui.

Ducentesimus trigesimusseptimus. Vt excom
93 municato † post annum interdicatur testamenti factio.Gemin.in c.decernimus.col.3.cir. prin. de sent.excõ.lib.6. Subdit tamen, quòd excommunicatus regulariter testari potest. & hæc est communis opinio. Fel. in c.ꝟoluntate. in fi.eo.

Ducentesimus trigesimusoctauus. Vt excom
94 municatus propter † fauores, receptionem, vel defensionem hæreticis præstitos, si infra annum absolutionem petere neglexerit, nõ audiatur postea,& intestabilis, ac infamis perpetuò efficiat̃. auten.credentes.§.excedentes.C.de hęreti. c. excommunicamus.& c.sicut ait.extra eo.titu.Vide Guindisal.de Hæreti.q.15.nu.11.subdentem, ꝙ si recusaret se purgare excommunicandus esset, in qua excommunicatione si per annum persisteret, veluti hæreticus condemnandus esset.

Ducentesimus trigesimusnonus. Vt hic propter fauores &cæt. excommunicatus conueniri
95 † possit,sed non reconuenire probatus ex iuribus adductis.& ex tex.in c. intelleximus. iun.gl.
96 de iudi.Et quòd excommunicatus † reconuenire non possit probatur ex tex.in ca. cum inter.§. vlt.de exceptio.per Rot.453.num.2.in no. Hæc ego adducebam contra quendam magnũ principem. Receptor autem, seu receptator hæretici non dicitur,ex eo quòd vna vice eum hospitatus fuerit,vel si cibum subministrauerit. Gemi.in c. quicunque.nu.8.de hære.li.6.& ibi Apost.dicit, quòd receptator ille est,qui malefactorem abscõdit,non qui potum & cibum ei tradit.per l. 1.§. quod autẽ.de ser.corrup.l.1.§.1.& ibi Bar. ff. de receptat.l.qui vas.§.qui furem.ff.de fur.Bal.Ange.& Saly.in l.j.C.de his,qui latro.occulta.Licet aũt receptator sit nomẽ frequentatiuũ, tamẽ iuxta canones receptator is dr̃,ẽt ꝙ pluries non receptauerit, & quod reum non celauerit, & tanquã receptator punitur. Archidi. in alle. c. quicunq, nu.3.&Io.And.nu.4.Anch.nu.3.ac Gemi. nu.8. de hære,lib.6.Summa Angeli.in ver. hæreticus. ver.quis dicitur.& Summa syluest.in ver. Hæresis.1.ver.Receptator.nu.10.ac Nic. Bello.consil. 78.nu.10.Videatur in Iudic. Inquisito. Vmber. Loca.in ver.Receptator.

Ducentesimus quadragesimus.Vt insordescẽs per annum si obtineat sñiam præuia citatione ad ꝟidendum absolui a censuris infra scriptum instantem ad effectum validitatis sñiæ, itetari terminos &c.concludendum, & audiendũ sñiam, nullitatem commisisse dicatur, nullaq; sit hmõi sñia stante annali insordescentia,non. n. censeris absolutus nisi ab excõicatione ordinaria.Boe. Dec.90.Et si per Reg.Cancel.Papa non vult aliquem censeri absolutũ, multo minus inferiores censeri debent quenquã absoluere voluisse, nisi de hoc specificã mentionẽ fecerint, præter id, ꝑ non facile admitterẽ inferiores a Papa, nisi id sibi specifice demandatũ fuerit, posse absoluere ab excõicatione in casu insordescentiæ. Pro derogatione Regulæ de Insordescentib. etiã in singulis casibus videre etiam poteris per Staphil. super Signa.fol.186.iuxta primam impres.

Ducentesimus quadragesimusprimus. Vt cleri
97 cus per tempus anni † ioculatoriam artem exercẽs ipso iure priuilegium clericale perdat.c.vni. de vi.& hone.cler.lib.6.Abb.in c. perpendimus. nu.7.de sent.excõ. Idem dicendum est de histrionib.seu parasitis, vel hominib.ridiculis(quos buffones uocant)ad tex.in c. decorem.& ibi Doct. de vi.ꝙ hone.cler.c.clericum secularem.46.dist. & de ijs in iure ciuili habemus tex.in l.2.ff.de ijs qui notan.infa.pro illius tex.dicti c.vni.de vi.& hone.cler.declaratione, & ampliatione, vltra Docto.ibi vide Lamber.in trac.Iurispatr.in 26.art.9 q.prin.par.2.lib.nu.3. & seq. Qualiter aũt ij clerici ioculatores, scurræ, seu histriones, ter moniti efficiantur de foro iudicis secularis, vidẽdus erit Bart.Cassen.in consue.Burgun.fol.50.in §.Septimo fallit.

Ducentesimus quadragesimussecundus. Vt veste virgata, aut partita, aut infula, seu pileo publicè vtentes, habẽtes dignitatem, ꝟel curatũ bñficiũ, a pceptione fructuum per annũ suspendãt. cle.2.de ui.& hone.cleri. ver.Dignitatem verò.

Ducentesimus quadragesimustertiu. Vt sacerdotes p idem tp̃s anni inhabiles ad beneficia reddant̃ dictis vestib. pileo, vel infula utentes.d.cle. 2.ver.Cæteri verò. Si clericus vestes ꝓhibitas secretò, & subtus alias vestes ferat, nõ puniet̃, nec ẽt si domi. Zenzel. Anch.& Imol.in d.clem.2.videatur Io.de Anan.super rub.de apostat.ac Cappel.Tholo.Dec.52.Item fuit dubitatum si clericus.cum addi.Steph.Aufr.

Ducentesimus quadragesimusquartus. Vt p
98 annũ suspẽdat̃ ordinarius, vel superior a cõfirmatione, & cõsecratione † cõfirmãs, vel cõsecrãs sine inquisitione an prauitas interuenerit.c.prouida.de electio.li.6.gl.magna in cle. vlt. post prin. ver.Item a consecratione episcoporũ. de pœnit.

Ducẽtesimus quadragesimusquintus. Vt anno
99 laborãs ĩ † cõcilio ꝓ vniuersalis ecclesiæ negocijs p̃feratur alijs, etiã quoad ꝓrogatiuas & antelationes in gratijs, & concessionib. Ludo.Ro. quoad primum.in prin. Quod dictum sequitur Fel.in c.ad hæc.de rescr.col.2.ꝟer.Adde etiam istis, quòd ꝟerbum. Et istud ego adducebam pro R. D. Angelo Massarello familiari plurium summorum Pontificium, ac secretario concilij Trid.qui verè p plures annos laborauit strenuè, sudauit, & alsit, ꝟt nec verbum notatu dignũ annotare omiserit, adeoque egregie legessit, ꝟt offi-

officium huiusmodi Secretarius Cõcilij omniũ consensu quasi præscripsisse censeatur. Et propterea eum in assecutione beneficiorum alijs præferendum asserebam.

Ducentesimus quadragesimussextus. Vt su-
100 brogatio † in ius alterius in Gallia post annum non recipiatur, & ita ibi pluries decisum fuisse testatur Pet. Rebuff. super Concordat. §. declarãtes. titu. de Manda. Apostol. versicu. Nota perpetuo, quòd nisi quis intra annum: quod & an alibi seruetur discutiendum venit super Regu. Cancel. de subrog.

Ducentesimus quadragesimusseptimus. Vt
101 mandatum, † seu procura ad resignandum post annum Cancellaria admittere non soleret, prout per Glo. super Cancel. 43. iuxta ordinem antiquum. tit. de benefi. resign. in cancel. Et in regno Galliæ tale mandatum post annum inualidum redditur, & ita lege regia cautum est, sub titu. de Reforma. prouisionum, & ita iudicatũ fuit prout per Rebuf. praxi benefi. in Regu. de verisi. Glo. 7. ver. Et quia per procuratoria aliquando post decem annos. & per eundem Rebuf. de paci. pos. ante num. 146. ver. Item quando facta. & subdit, quòd bonum esset, quòd ubique seruaretur.

Ducentesimus quadragesimusoctauus. Parua data post annum non extenditur vt inquit Rebuf. in praxi benefi. tit. de parua data. ver. Data in Francia post annum non extendetur: Et Rota cõclusit ex stilo Ro. Cu. paruos consensus, & paruas datas post annum inutiles esse, prout testatur Paleot. Dec. 205. incipien. Quamuis ex decisionibus. in fi. Ego aliquando vidi denegari per Datarium extensionem ante annum, & concedi illam post annum.

Ducentesimus quadragesimusoctauus. Vt licet quolibet temporis momento homines mu-
102 tentur, considerabilis tamen † mutatio annalis sit, iux. tex. in l. proponebatur. in fin. ff. de iudic. Hinc videmus vitam humanam per cursum, vniuscuiusque anni, & de anno in annum supputari.

Ducentesimus quadragesimusnonus. Vt naturalis etiam sit mutatio annalis, prout apud Horat. in poetica: Vt siluæ folijs pronos mutantur in annos, prima cadunt.

Ducentesimus quinquagesimus. Vt quis quã-
103 tumuis senex † anno viuere posse speret. Diuus Hyero. in 2. par. Epist. tit. 3. Epist. 40.

Ducentesimus quinquagesimusprimus. Vt an-
104 no præsumatur durare infirmitas †. Alex. in l. furiosum. col. 3. in prin. C. qui. testa. face. pos. Sarnen. in 9. q. Reh. de infir. quod an sit verum ibidi scutimus. q. 7. Ibi dictis addo videdum esse Galenum de dieb. decretorijs. lib. 2. c. 10. sub ijs verbis, Hæc igitur prima differentia triplex, partim enim morbi diebus, partis mensib. partim annis totis iudicantur.

Ducentesimus quinquagebmussecundus. Vt hinc anniuersaria febris dicatur, quæ singulis annis stato tempore recurrat. prout apud M. Tullium 2. de Natu. Deo. exemplum in Antipatre Sidonio poeta, qui vt refert Val. Max. lib. 4. ca. ... vno die natali tantum corripiebatur febre.

Ducentesimus quinquagesimustertius. Vt de-
105 liberandi † tempus si quis a principe obtineat annale sit. l. vlt. §. & hæc quidem. ibi, Non tamen amplius ab imperiali quidem culmine vno anno. & ibi Bal. C. de iu. delibe. gl. in ver. deliberare. in §. extraneis. Insti. de hære. quali. & diffe. Restau. in trac. de Impera. q. 110. casu 150. vbi et quòd inferiores iudices concedunt tantum menses nouem, prout etiam d. glo. in ver. deliberare. Pro præmissis vide omnino Ludo. Ro. consi. 493. in colum. 1.

Ducentesimus quinquagesimusquartus. Vt annum habens ad deliberandũ iux. tex. in l. cum antiquiorib. C. de iu. delibe. si moriatur anno pẽdente, non transmittat annum integrum ad hæredem, sed solum residuum primi anni. Iacob. de Belais. Nic. de Neap. Aluar. Præpo. & Afflit. in c. 1. quo tempo. mil. Idem Aluarot. in cap. 1. in prin. quæ sit pri. cau. bene. amit. Cur. Iun. in tracta. Feud. in 4. par. in 3. cau. priuat. feud. versicu. Quinto limitando. Iacobi. de San. Geor. in eod. tract. Feud. vers. Quiquidem inuestiti poterunt iuramentum. col. 8. qui alios refert. Lauren. Syl. de feu. recogn. q. 40. ver. Bene facit.

Ducentesimus quinquagesimusquintus. Vt
106 annus detur filio, qui dixerat, nolle adire † hæreditatem matris, ad illam adeundum. l. filius. uers. Filius, qui se nolle. ff. ad Tertul. l. 2. & 3. & ibi gl. & Doc. C. de iu. & fa. ign. Bar. in l. si quis suus. nu. 5. uers. quid de hæreditate materna. ff. de iu. deli. Limitatur nisi alius adiuerit postquam ille dixerat nolle adire, aliàs esset contra text. in l. 2. C. de iur. & fac. ignor.

Ducentesimus quinquagesimus. Vt annus detur a concilio Triden. plura incompatibilia beneficia habenti uno retento, reliqua dimittendi, si non pertineat ad liberam sedis Apostolicæ dispositionem, alioqui dantur sex menses sess. 7. c. 2.

Ducentesimus quinquagesimusseptimus. Vt
107 annus detur patri & liberis ad petendũ † bonorum possessionem. l. 1. ff. de succes. edi. §. largius. l. emancipata. C. qui admit. & Insti de bon. poss. §. liberis. glo. ad fi. in l. si plures. & in uer. accusaret. in l. cum quidam. ff. eo. Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. nu. 4. ubi per illum text. dicit per lapsum anni filio excluso a contra tabulas uenire nepotem, secundum formam traditam in illo tex. Dyn. in tract. præscri. uers. Alia quæ obiicitur filiis emancipatis.

Ducentesimus quinquagesimusoctauus. Vt
108 annus detur eisdẽ liberis † ad petendã bon. posses. etiam si veniant tanquam agnati. l. si hæredi. §. filius. ff. quis ordo in bono. posses. serue. l. 3. ad fin. cum glo. in ver. liberis. ff. de carbo. edi. Et filius etiam bonorum possessionem hæreditatis maternæ infra annum petere debeat. l. filij mater. in fi. ff. ad sena. con. tertul.

Ducentesimus quinquagesimusnonus. Vt carboniana bonorũ possessio infra annũ det. l. 2. ad fin.

fi.& l.4. ver. Nam si confestim.ff.de carbo.edi.
Ducentesimus sexagesimus. Vt annus detur
109 ad conficiendum † inuentarium hæredibus ab
sentibus a locis, vbi sunt res hæreditariæ. l. vlti.
§. sin autem dubius. & §. sin autem a solis. C.
de iu.deli.glo.in §.sed nostra.in versi.hoc Insti.
de hære.quali.& diffe.Dyn.in tract. præscr.vers.
Alia vt fiat inuentarium de rebus existentib. ali-
bi. Pœnam non confecti, inuentarij habemus in
dicta l. vlt.§. si verò postquam.pœnam autem
huiusmodi non habere locum in foro conscien-
tiæ, videntur affirmare Anan. & alij in c.in li
teris.de rapto, Ias.in rubr.ff. de acq.hære.nu.18.
Ducentesimus sexagesimusprimus, Vt ter-
minus legalis adeundi hæreditatem sit triginta
annorum.l.licet.C.de iu.delibe.l.3.& notat gl.
1.quam sequuntur Bart.Bald.Castren. Alexan.
& Ias.ff.de acquiren.hæredi. Iudex tamen pos
sit annum statuere ad adeundum, quo vno lap-
so si hæres non adeat, videatur renuntiare ter-
mino legali.Bald.in l.vlt.in 6.opposi. C. qui ad-
mit.Imol.in l.si quis instituatur.ff.de hæred. in-
stitu.Alex.consi.4.videretur inspectis, colum.3.
versicu.Et ad abundantem cautelam posset etiã
Belda petere a iudice statui terminum vnius an-
ni.lib.2.Affli.in constit.Neapo. Appellationum
tempora.num.3.lib.2.rub.45.titu. de Appellat.
Super ijs, & super omni materia inuentarij, &
termini hæreditatis adeundæ, nunc scribo in fa-
uorem D.Io. Vincentij Cansacchi adolescentis
nobilissimi, omni gratia, venustate, a decore or-
natissimi, & magnæ spei, in causa hæreditatis,
& tutelæ coram D.Prudentio Petrucio, dignissi-
mo Prætore Amerino.
Ducentesimus sexagesimussecundus. Vt
110 infra annum a die scientiæ, quicunq; hæres †
sciens hæreditatem sibi delatam, illa non adita,
neque repudiata, ius deliberandi, & adeundi
transmittat ad quoscunque hæredes, si decedat
infra annum a die dictę suæ scientiæ, vt intra il
lum annum possit quicunque hæres adire. l. cũ
antiquiorib. C.de iu.delibe. Dyn.de præscr.ver.
Alia, quæ obijciatur extraneis hæredib. Quo ca
su quatuor requisita concurrere debent vbi su-
pra bruiter comprehensa, & de quibus latius ibi
per Alexan.num. 5. versicu.Item nota, quod re
quiruntur plura. & per Ias.latissime in 3. nota.
Ducentesimus sexagesimustertius. Vt varia
tio circa hæreditatem paternam infra annum ad
mittatur.l.nonnunquam.in fin.ff.de colla.bono.
l.vlt.C.de repu.hæredi.Dyn.in c.mutare consi-
lium.nu.3.ver.Fallit in filio cui fauetur circa hę
reditatem paternam.de reg.iur. lib. 6.l. si quis
suus.& ibi Bar.num.3.versicu. Quæro ergo.vbi
ampliat ad hæreditatem auitam. ff. de iur. libe.
quæ ampliatio probatur etiam per glo.& Bar.in
alle.l.nonnunquam.Ampliatur etiam ad filium
emancipatum.gl.in alle.l.vlt.C.de repud. hære.
per tex.in l.nonnunquam.vbi etiam Bar.nu.2.ff.
de colla.bono.glo.& Bar.num.4.in alle.l.si quis
suus.ff.de iu.delibe. Amplio etiam ad hæredita
tem matris. vt probaui supra nu.106.

Ducentesimus sexagesimusquartus. Vt mã
datum factum a testatore de construendo mona
sterio, seu ecclesia infra annum a die monitionis
impleri debeat, iuxta tex.in c.nos quidem. de te-
sta. & ibi Hostien.Io.And.Imol.& Abb. Et hanc
communem affirmant, vt etiam voluit Rocc. in
tract.Iurispatro.in versi.Construxit.q.10.Decla
ra, & intellige si ædificium infra annum perfici
potest, alioqui si longiori tempore ad ædifican-
dum opus sit (exemplum in Basilica beati Petri
de Vrbe, pro cuius ędificij perfectione anni, &
anni lapsi sunt, & multi labentur antequam ædi
ficij debitus finis perspici possit) hoc casu annus
datur ad inchoãdum, & ad constituendum hære
dem in negligentia. Ad perficiendum verò iuxta
qualitatem ædificii faciendi remittitur arbitrio
iudicis. Et sic tem pus aptum, & condecens expe
ctandum erit. §. si quis ędificationem.in auten.
de eccles.tit. Abb.post Hostien.in alle. c. nos qui
dem.nu.9. ver.Sed Hostien.de testa. Rocc.in al
le.tract.Iurispatr.in ver.neglexerit.q.10.
Ducenresimus sexagesimusquintus. Vt regu-
111 lariter † hæredes infra annum implere debeãt
ea, quæ a testatore iussa fuerunt, alioqui facultas,
seu potestas faciendi, in episcopum transit.l.nul-
li. C.de epi.& cle.præalle. c. nos quidẽ. de testa.
Lap. Alle.87.Matt.nu.2.Fel. in c. si quis contra.
col.2.de fo. compe. Quod intelligendum est vt
currat annus à die monitionis, seu intimationis
factæ hæredi de obseruanda volũtate testatoris.
auten.hoc amplius. C.de fideic. ubi etiam Bart.
Bal.Saly.Ias.& alij.ac Bar.cons.29. proponitur,
nu.1.Bal.in l.id quod pauperib.nu.11. C.de epi.
& cler. Abb.consi.12.lib.2.& consi.59.lib.1.Bar
bat.cons.8.col.4.lib.1.Iaco.à Canib. in tract.de
Execu.vlt.uolun.2.par.q.3.uu.11.Rocc.de iure
patr.in uer.Construxit q. 10, ꝙ hanc communẽ
testatur Grat.respon.102.viso, nu.9.lib.2.
Ducentesimus sexagesimussextus. Vt hæres gra
uatus à defũcto vt aliquid soluat, seu ut impleat
112 si stet per annum, ꝙ non impleat, priuetur † cõ
modo testamenti, probat tex.in l.nulli.C.de epi.
& cler.in auten.de hære. & falci. §. si quis aũt.&
vult Dec.Neap.105.in cã, post nu.5.concludens,
ꝙ in dicto casu non requiritur bina monitio,
sed sufficit una: uide pro præmissis Ludo.Rom.
consi.493.nu.5.
Ducentesimus sexagesimusseptimus. Amplio
113 ad executorẽ † testamentariũ, ut nisi post mo-
nitionẽ hmõi exequatur, eius ptãs pariter ad eps
denoluatur, ut per supra citatos, & per text. in l.
nulli licere.& tex. cũ ibi nota. in l. si quis ad de-
clinãdã. C. de epi.& cle.in c.si hæres.& c.Iohã.c.
nos quidẽ.& in c.tua nobis.de test. Card.in cle.
post numerum.14.eo. Albert.Brun.de Reb. seu
dispositio.dub.in dubia dispositione, circa tem
pus. versi.cSimile executore testi. Lap.præall.A.
le.87.Matth.nu.3.Rom.cõs.69. viso.nu.4. Fed.
de Sen.consil.129.casus talis est.in 1. dub. Car.
Anch.Imo.& Abb.in alle.c.nos quidem. de test.
Feli.in c.si quis contra.col.2.de fo.cõp.Fallit, n.
si testator alium executorẽ substituerit, ũe.n.nõ
de-

deuolueretur ad episcopum. Bal. in l. si fundum. ff. de lega: 1. Barba. in cap. tua nobis. nu. 14. de testam. Cæpol. caute. 294. incip. quia legimus. Ratio est, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, vt per Catel. Cott. in Memoria. in ver. Executores testamentorum. Sed aduerte ad hanc rationem assignatam, quia non videtur vsquequaque tuta, prouisio. n. hominis facit cessare prouisionem legis specialis, non autem legis communis, iuxta communem sententiam, de qua Curt. Iun. consi. 27. in fin. conclusio verò principalis, seu limitatio in se vera est, & communiter recepta. Notandum autem est, quod licet executor vltimæ voluntatis per annum (vt probatum est) negligens, cadet ab officio exequendi, in eius tamen odium potest episcopus si vult, illum cōpellere ad exequendū. eius. n. negligentia sibi ꝓficua esse non debet. Cardi. in alle. c. Io. de testa. sequitur Hyero. Gig. in tract. pensio. q. 64. post nu. 7. ver. Et dixit Cardi. sciendum item est, ꝙ licet episcopus, qui vt probaui, succedit in locum executoris testamentarij negligentis infra annū exequi, sit satis diuersus, & differens quoad dignitatem, potestatem, professionem, & circa plura alia ab illo executore deputato, tamen quantū attinet ad demādādam executioni voluntatem testatoris, debet seruare eandem formam datam à testatore executori per eum nominato: ita concludit Bal. in l. vlt. C. si manci. ita fue. alie. ne manumit. & voluerunt nonnulli ex supra citatis. Et ratio adduci potest, quia episcopus a iure subrogatur in locum executoris à testatore deputati, ergo circa idem negocium hic subrogatus repræsentat iam deputatum, & succedit regula, subrogatum sapere naturam eius in cuius locum subrogatum est, iuxta tex. in l. 1. §. hæc actio. & ibi Bar. ff. si quis testa. lib. esse iussus fue. & in l. eum §. qui iniuriarum. & ibi glo. Bar. Bal. Ange. Alberi. de Rosa. & alij. ff. si quis cautio. cum simi. An autem annus datus executori testamentario ad exequendum cedat a morte testatoris, an ab hæreditate adita, vide plenè per Lap. Alle. 91. casus est num. 3. & seq. & per alios, quos ibi cito in Apostil. & in practi. papien. in forma libelli, quo agitur Reddi ratio. tute. in gl. an executores, nu. 8. & 9. De executore testamentario, & deputato ad distribuendum, de quo infra proximè, habemus tex. in l. Diuus Pius ab eo, qui annua legata pcipere ad distribuendū iussus erat. iun. gl. 2. ff. si cui plusquam per leg. falci.

Ducentesimus sexagesimusoctauus. Vt eligere habens tot pauperes, quibus testator aliquid dari iussit, habeat annum, post quem eligendi ius ad episcopum pariter transferatur, responderūt Cardin. Imo. & Barba. num. 41. in alle. c. nos quidem. de testam. Bal. in l. cum quidam 2. ff. de lega. 2. & hanc communiorem affirmant Corn. & & Ias. in l. vlt. C. commu. de lega. licet contrariū teneant Bar. in alle. l. cum quidam. ff. de leg. 2. Idē Bar. & Pau. Castren. in l. executorem. C. de exec. rei vendi. & Abb. sequens Bar. in d. c. nos quidem, quod habens declarare non est executor. de testam. Et proximè citati, & nonnulli alij Doctor. volunt eum, cui testator commisit abitriū eligendi pauperes, quibus certa bona distribuerentur, etiam post annum eligere posse excluso episcopo, quia hic elector sit, non executor. Ego præcedentem opin. communem sequor.

Ducentesimus sexagesimusnonus. Vt annus
114 detur matri † secundas contrahenti nuptias ad petendum tutorem filijs, ꝙ si non fecerit ab eorum successione postea repellatur. l. Siue ingenua. §. si mater non petierit. ff. ad tertul. l. omnē matri. C. eo. Corn. consi. 113. circa primum. post principium. volum. 4. & consi. 234. pro decisione. in prin. eo. l. Fulgo. consi. 52. quidam Antonius. Feli. in c. ecclesia S. Mariæ. num. 56. Dum puniunt matrem. de constitu. D. meur in c. ex parte. ad fi. de appel. & consi. 249. requisitus, vbi in fi. limitat, nisi habeat con tutorem, quo casu sufficiat nunciare iudici, & in eius manibus renunciare tutelæ, & reddere rationem contutori. Et præmissa conclusio probatur etiam per text. Institu. de Senatuscon. Tertull. §. vlt. & ibi Angel. num. 3. disputat, an debeat intelligi indistinctè, an quo ad alium in locum remoti. Idem voluit Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. ab inte. par. 2. colum. 7. versic. Quinto principaliter. Ampliatur conclusio præmissa vt idem dicendum sit in curatore petendo. vt per Corn. consil. 204. pro decisione. colum. 2. vol. 4. Syl. Nuptia. lib. 2. titu. Viduæ nō est nubendum. ante num. 53. versic. Ampliat idē esse in curator. Fallit principalis conclusio, seu regula præmissa, si moriatur filius intra annum nō petito tutore, vt voluerunt Ange. con. 166. si testator. Signo. consi. 195. veritas. Bald. consi. 156. quidam. lib. 1. Paul. Castren. cons. 29. lib. 2. Abb. consi. 90. col. vlt. lib. 2. latè Alex. in l. si decesserit. ad fi. ff. qui satis. cogan. Corn. consi. 204. pro decisione. col. 2. vol. 4. ac Bertran. consil. 381. cum vt mihi. lib. 2. nu. 4.

Ducentesimus septuagesimus. Vt sicut mater non petito tutore ad secunda vota transiens filij impuberis successione priuatur, ita etiam priuetur non transiens ad secunda vota, sed inhonestè viuens. per tex. in l. his solis. in fi. & ibi Bar. C. de reuoc. dona. ac per text. in auten. sacramentum. cum glo. 2. C. quan. mul. tute. offic. specu. in titu. de Tuto. §. nunc autem dicendum. versi Item excipitur contra matrem. & uoluit Ancha. in c. ex parte. in 5. quæst. de appel. Abb. in c. uxoratus. in prin. de conuer. coniuga. Pau. Castren. in l. omnem. C. ad senatuscon. tertul. Io. de Garro. super rubr. C. de secund. nupt. in 31. pœna. & in auten. ijsdem. colum. 7. C. eo. Amplio etiam si ad sola præparatoria mulier deuenerit, vt puta ad colloquia, et oscula, seu alios similes actus inhonestos. Nic. Boe. Dec. 338. Grat. consi. 115. colum. 2. libro primo. Et pro præmisis faciunt, quæ in simili dixi supra numero trigesimonono, in pluribus casibus, seu effectibus, qui tamen diuersi sunt casui hic posito, ibi enim quando infra annum luctus tantum, hic quando etiam post annum luctus.

Ducentesimus septuagesimusprimus. Vt indi
stinctè mater nolens acceptare tutelam filij in-
115 tra annum † tutorem petere debeat filio pupil
lo, aliàs illius successione priuetur. l. sciãt omnes
C. de legiti. hære. & §. vlt. Insti. de senatuscon. ter-
tul. l. matres. C. eo. per locum a speciali. & l. fi. C.
si advers. deli. Bald. consil. 284. statuto. volũ. 4.
Corn. consi. 113. volum. 4. pro quo citat l. 2. §. si
mater. ff. ad tertullia. sequitur Syl. nuptia. lib. 2. ti
tu. Viduæ non est nuben. post num. 53. in 5. am-
plia. vbi tamen con. præfatum sub alio numero
citatur Ludo. Roma. singu. 104. incipien.

Secundò quæro si mater non petit tutorem.
Io. de Garro. in auten. ijsdem pœnis. colum. 7. &
sequen. C. de secun. nupt. Nonnulli dixerunt, ꝙ
mater, & auia si confestim, quòd potuerũt pete-
re tutorem non petierunt, amittant ius succeden
di, licet in alijs expectetur lapsus anni. per tex. in
l. 2. §. confestim. ff. ad tertul. vbi Bar. & in l. sciãt
& in l. 2. colum. 6. versic. Sciendum est. ff. qui pe
te. tuto. Contra verò supra conclusum fuit, quòd
imò mater, & auia, & cæteri habeant annum ad
petendum tutorem filio, & nepoti, & ante lapsũ
anni nõ priuentur. vt etiam voluerunt Bal. in l.
præcibus. colum. 6. versic. Non obstat. C. de im-
pube. & in l. matres. colum. 2. versic. Modo quæ-
ro. C. ad tertullia. Angel. Saly. & Corn. in dicta l.
sciant. Abb. in c. ex parte. de appel. vbi Do. meus
hanc communem testatur. Io. Ant. Alexan. cons.
81. Quòd deducantur tempora impedimentorũ
voluerunt Bald. in l. matrem. C. ad tertul. dictus
Ioan. Ant. Alexan. consil. 161. in fin. idem Dom.
meus Phi. Dec. consi. 153. Limito quòd si toto an
nuo non fuit impedimentum, sed infra illũ quis
petere potuerit, mortuo pupillo post annum, ꝙ
priuetur. per tex. in dicta l. 2. §. confestim. ff. ad
tertul. versic. Dummodo non excedat annus. vt
inquit Pau. Castren. cons. 243. in anti. per totum.
Et dicenti, quòd tutor non fuerit petitus incum
bat onus probandi negatiuam, quia sit suę inten
tionis fundamẽtũ. ad tex. iun. ibi nota. in l. illam
de verbo. obliga. Cuma. consi. 115. Saly. & Corn.
in dicta l. sciant. in fi. Sozzi. consi. 353. Vnus qui
dem annus, quòd currat matri, & auiæ adduci-
tur tex. in auten. vt lice. matri & auiæ. Pau. Ca-
stren. in alle. l. sciant. Ancha. consi. 25. Omnia cu-
ra. Ioan. de Anan. consi. 101. Ange. in l. matis pir-
tas qui pet. to. cõtrauero, ꝙ non currat vnus, &
idem annus matri & auiæ tenet Bald. in l. matre
colum. 2. C. ad tertul. & consi. 475. volũ. 4. incip.
Substitutio pupillaris. Capra consi. 67. Alexan.
consi. 81. & vterque testatur hanc communem,
Idem voluerunt Saly. in l. nepotes. C. qui pet. tu
to. Cuma. consi. 115. Calcan. consil. 33. colum. 6.
Nicol. de Vbal. in tracta. de succes. ab inte. 2. par.
prin. colum. 7. in 6. limi. Et hæc videtur magis cõ
munis præmissa principalis conclusio vt mater
intra annum tutorem filio pupillo petere debeat
alioqui illius successione priuetur.

Ampliatur etiam si mater fuisset data tutrix
in testamento, quia nisi petat administrationem
sibi decerni, & inuentariũ fecerit, priuatur hære-
ditate. vt voluit Bar. consi. 215. testamentum. nu
116 mero 2. lib. 1. Quid autem si mater † sit minor
vigintiquinque annis, an si non petierit tutorem
filio infra annum successione filij priuetur? Bal.
in l. præcibus. num. 17. C. de impube. post Spec.
concludit pro negatiua, hanc communem asse-
rens. Idem Bald. & Saly. in alle. l. sciant. Fulgo. di
cto consi. 52. Corn. consi. 40. circa hanc. colum.
2. versicu. Et hoc clarum foret. lib. 3. Idem Corn.
præalle. consi. 234. colum. 1. versic. Et hoc si erat
maior. volum. 4. pro qua etiam concludit Roma.
consilio 279. visis. Ias. in l. minoribus. ad fi. hanc
communem affirmans. & in l. sciendum. §. vltim.
numero vndecimo. ff. qui satisd. cogan. Sozzin.
præalle. consilio 29. Bald. Nouel. in tracta. de Do
te. par. 11. in 3. priui. D. meus in cap. ex parte M.
de appel. ac Grat. respon. 83. principale. nume. 7.
lib. 2. Ampliat Corn. dicto consi. 46. lib. 3. etiam
si mater effecta maior neglexisset petere tutorẽ,
hanc magis communem affirmans. Idem volue-
runt Saly. in alle. l. sciant. C. de legi. hære. colum.
1. & in alle. l. fin. C. si aduer. delict. Alberi. de Ro
sa. in l. omnem. C. ad tertull. Bald. in auten: capti
ui. C. de epis. & cleri. in l. qui contra. C. de ince.
nupt. in l. præcibus. colum. 5. & seq. C. de impu-
be. Roma. consi. 278. visa thematis narratione.
Fulgo. in l. 1. C. ex qui. cau. in inte. resti. Alexan.
in alle. l. sciendum. §. vlt. per illum tex. ff. qui sati.
cogan. Tiraquel. in tracta. cessante causa. in 4. li-
mi. numero 7. Christo. Port. in §. vlt. ad fin. Insti.
ad tertul. Quid autem dicendum erit in muliere
rustica, an excusetur si tutorem infra annum non
petierit, si modo vtiliter administrauit? Affirma-
tiue responderunt Paul. Castren. in l. Clodius
versic. Sed aduerte ad vnum. ff. de acquiren. hæ-
red. Alex. in l. iuris ignorantia. versus fin. versicu.
Ad quod etiam vide. C. qui admit. Lancello. De
cis. in l. 2. & Claud. Seisel. vterque in princ. C. de
in ius vocan. & Bertran. consi. 229. colum. 1. lib.
3. Quod tamen aliqui ex præfatis, ac Castren.
Aret. & Purpurat. in dicta. l. 2. ac Sozzi. consi. 39.
Fulgo. consi. 90. in quæstione Iohan. colum. 4. &
Ias. & alij. in l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iudic.
intelligunt, quando rustica ita distaret a ciuitati-
bus, vel locis insignibus, quòd non posset consu
lere peritiores. Aduerte, quòd petenti, seu instã-
ti matrem priuari hæreditate pupilli ex quo eius
torem non petijsset, non solum, quòd negat, vide
licet tutorem non petijsse, sed etiam eius quali-
tatem videlicet, quod infra annum non petierit
probandi onus incumbit ad obtinendum vt vo
lunt Docto. in l. sciant. C. de legi. hæredi. Bald. in
l. præcibus. colum. 8. versic. Modo quæritur vtrũ
mater. C. de impube. ac consi. 379. lib. 3. & 489.
volum. quinto. Ancha. consilio 230. Corn. con-
silio octuagesimoseptimo. volum. 4. Cur. Sen.
consi. 66. colum. 15. Aimo. consi. 201. nu. 31. &
consi. 205. col. 3. lib. 2.

Ducentesimus septuagesimussecundus. Vt
imò non solum matri (vt dixi) verum om-
117 nibus † succedere volentibus pupillo da-
tur annus ad petendum tutorem. dicta l. sciant
om-

omnes. C. de legi. hæredi. Ancha. consi. 254. omnai iura. nu. 1. Io. de Anan. consil. 101. ante nu. 2. Dy. in tract. prælor. ver. Alia de eo cui imminebat tutoris datio.

Ducentesimus septuagesimustertius. Amplio
118 etiam † si succedere volentes. sint clerici, vt infra annum tutorem petere debeant, & testatoris voluntatem implere. Fely. in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 67. de constitu. Bar. in l. 2. versi. Confestim. in fi. ff. ad Sen. con. tertul. Calcan. consi. 33. col. 6. Signo. de Homod. consi. 168. Corn. consi. 87. circa primum. col. 1. vol. 4. Anch. consi. 104. pro declaratione. num. 3. Nicol. Vbal. in tracta. succes. ab inte. in 2. par. in 3. limi. Areti. consi. 40. præsupponitur. ad fi. ver. Et substitutione autem pupillari. Rom. consi. 12. Barba. consi. 28. col. pe nul. li. 1. Io. Bap. Caccialup. in repet. l. cunctos populos. num. 175. C. de sum. trini. Marian. Sozzi. Iun. consi. 16. col. 1. lib. 2.

Ducentesimus septuagesimusquartus. Amplio vt nec septuagenarij masculi excusentur propter ætatem infra annũ tutorem non petentes, quin successione priuentur. Bal. in l. matres. col. 2. C. ad tertul. Cur. Sen. consi. 67. col. 6. ver. Et adduco quo voluit.

Ducentesimus septuagesimusquintus. Am-
119 plio ad substitutum † vt infra annum tutorem petere debeat. præalle. l. sciant omnes. C. de legi. hæred. Roma. consi. 221. super isto. cir. ptin. ver.
120 Nunc ergo quæritur. An autem qui intra † annum tutorem petere tenentur sub pœna priuationis hæreditatis, possint eum petere vltima die anni? Omissa disputatione, pro affirmatiua concludendum est. per text. in l. si quis dixerit vt intra diem mortis eius aliquid fiat fiat, ipse quoque dies, quo vis mortuus est numeratur. ff. de verb. signi. in l. 1. §. si intra. ff. de successiedi. Oldr. consi. 49. nu. 4. & in terminis nostris Rom. consi. 221. nu. 2.

Ducentesimus septuagesimussextus. Vt pariter sicut non petens tutorem impuberi infra annum excluditur a successione, ita excluditur a legatis sibi factis, siue a fidei commissis, ex identitate rationis. & hanc opin. tenuit Sozzi. consil. 39. col. 5. vbi quòd efficitur incapax hæreditatis, legatorum, siue fideicommissorum supprema voluntate relictorum. lib. 1. Opinionem verò negatiuã tenuerunt gl. & Bal. in 1. q. in l. sciãt. C. de legi. hære. Alberi. de Rosa. Bal. Saly. Corn. Pau. Castren. ante num. 4. ver. Si autem esset substituta per fideicommissariam. in l. omnem. C. ad tertullia. Aret. præalle. consi. 40. versus fin. vers. Circa quartum vbi in specie, quod non perdat legata, neque fideicommissa, & hæc est communis opin. cui non obstat, quòd eadem sit ratio legatorum, ac fideicommissorum, quæ hæreditatis quia imò diuersa, si enim mater non excluderetur ab hæreditate succederet ipsi filio, & per legata, & fideicommissa succedit ipsi testatoris, quo fit vt opinio Sozzi. vera tantum reddi possit in legatis factis de bonis ipsius impuberis vt illis mater priuanda veniat, vt sentiunt supra citati, & Saly. in præalle. l. sciant. colum. 2. de quo in syl. nuptia. in 1. par. in 14. limi.

Ducentesimus septuagesimusseptimus. Vt etiam excludantur a legitima propter tutorem infra annum non petitum ij, qui illum petere tenentur, concludunt Bald. consi. 140. lib. 1. & Barba. consi. 67. col. pen. lib. 3.

Ducentesimus septuagesimusoctauus. Vt leges corrigendi, & interpretandi potestas ad annum data fuerit decemviris a populo Romano. vt est tex. in l. 2. §. 1. ff. de orig. iur. & voluit gl. in §. sine scripto. in versi. institutis. Insti. de iu. nata. gen. & ciui.

Ducensitemus septuagesimusnonus. Vt Pontificatus apud Hebreos videatur, quod annuus esset. Iohan. cap. 11. versus fin. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius. & parum post. Sed cum esset Pontifex anni illius. & cap. 18. Erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Hoc idem forte sensit Plato lib. 34. Dialo. 6. de Legibus. dum inquit, sacerdotium non diururnius sit, quàm annuum, vt intelligat de primario sacerdotio in qualibet ciuitate, seu de primario sacerdote. Hoc clarius elicitur ex verbis eiusdem Platonis Dialo. 12. de legib. dum inquit, Pontifex etia summus singulis annis ex ijs ille sit, qui superiori anno cæteris excelluisse sacerdotib. iudicabitur. Quicquid aliàs esset, & quod non firmo, cum præmissis ponderationibus diuersimode responderi possit, hodie in summo Pontifice omnis cessat difficultas, quum vnus tantum is sit, & qui ad vitam elegitur, non autem ad tempus limitatum vt omnes sciunt, & est text. in cap. vbi periculum. de electio. lib. 6. Pontifex etiam seu episcopus voius cuiusuis ad vitam creatur. cap. cum in cunctis. eod. titu. de electio. & pariter quiuis ad sacerdotum promotus, semper erit sacerdos. toto titu. de æta. & quali. præficien.

Ducentesimus octuagesimus. Vt repetundarum magistratus annuos creandos fore Plato voluerit. Dialo. 12. de Legib.

Ducentesimus octuagesimusprimus. Vt Procax Rex Albanorum Amulio, & Numitori filijs regnum annuis vicibus habẽdum reliquerit, & sic vt alternis vicibus imperarent, sed Amnulius fratri imperium non dedit. vti apud Plyn. nepotem de viris illustribus cap. 1. de Proca. Rege.

Ducentesimus octuagesimussecundus. Vt Atheniensis Respub. annuis magistratibus administraretur post Codrum Regem 17. qui fuit anno mundi 3118. vt scribit Eusebius. de quo et Iustinus lib. 2. Quod etiam supponit Plato ad calcem secundi Dialogi de Legib. lib. 34. vbi prohibet concedi vinum eo anno, quo magistratus funguntur. subdit Gubernatores etiam, atque iudices munus suum obituros, a vino penitus prohiberem, deliberaturos, quoque de rebus non negligendis. Cuius tamen sententiam non probo, etiam tanquam a nemine receptam, nullaque valida ratione fulcitam, & cui vniuersi orbis consuetudo resistit, quod intelli-

go, dummodo magistratus, gubernatores,
iudices, & id genus debitos limites non
transgrediantur: tales enim vinosos, violentos,
& inebriari solitos, etiam si promitterent toto il-
lo anno, seu toto tempore magistratus a vino ab
stinere, reijcerem.

Ducentesimus octuagesimustertius. Vt Impe
121 ria † apud antiquos Romanos annua essent. 1.
Machabeo. cap. 8. Et committunt vni homini
magistratum suum per singulos annos domina-
ri vniuersæ terræ suæ, & omnes obediunt vni.
Salust. in coniura. Catilinæ in narratione. Immu
tato more, imperia, binosq; imperatores &c. Cæ
sar lib. 7. Belli Galli. Quod cum singuli magi-
stratus antiquitus creari, atque regiam potesta-
tem annum obtinere consueuissent.

Ducentesimus octuagesimusquartus. Vt pa-
122 riter consul † anno duraret iuxta tex. in l. pu-
blius Mæuius. ibi, Deinde ex calendis Ianuarijs
consulatum ingressus est. ff. de condi. & demon.
Plutar. proble. 18. incipiente. Quid est, quòd Ro
mani. T. Liuius in prin. li. 2. ab vrbe condi. Quia
annuum (inquit) imperium consulare factum ẽ.
Horat. Ode 9. carmi. lib. 4. Consulq; non vnius
anni, sed quoties bonus, atque fidus iudex hone
stum prætulit.

Ducentesimus octuagesimusquintus. Et de
123 tribunatu plebis † annuo loquitur M. Tullius
in oratione contra Crispum Salustium. Ego (in
quit) fugax Crispe Salusti, furori tribunis plebis
cessi, vtilius duxi fortunam vnius experiri, quã
vniuerso populo Romano ciuilis esse dissensio-
nis causa, qui postquam ille suum annum in Re
pub. perbaccatus est &c. & T. Liuius versus fi.
lib. 2. ab Vrbe condi. inquit, Volucronem ample
xa plebs proximis comitijs tribunum creat in
eum annum.

Ducentesimus octuagesimussextus. Vt muni
cipalium magistratuum officium anno etiam du
taret, glo. vltim. in l. honorarius, quæ est 34. ff. de
actio.

Ducentesimus octuagesimusseptimus. Et ꝙ
124 regulariter apud antiquos Romanos oĩa † of
ficia annua essent. inferunt illa verba Cæsaris 7.
Belli Galli. Cum singuli magistratus antiquitus
creari, atq; regiam potestatem annum obtinere
consueuissent. & probat tex. in l. pars literarum.
ff. de iudi. & in l. 2. §. cum placuisset. ff. de orig.
iur. iu l. pridie. iun. glo. ff. de ferijs. De quo Dec.
Neapolit. capit. 121. in causa officij. nume. 5. Vt
125 † prætores singulis annis creari debeant. l. ne-
minem. & ibi notat Bar. C. de suscepto. & præpo
sit. lib. 10. Nic. Boe. Dec. 144. num. 4. Marti. Lau-
den. in tracta. officialium. q. 92. & 114. & ad tex.
in l. vltim. C. de offi. præto. Et hodie prætores, q
vulgo potestates nuncupantur, licet ad sex men-
ses plerunque creentur, ad alterum tamen seme
stre eorum officium prorogare, seu confirmari
passim solet, & sic regulariter præturam anno, &
non vltra exercent.

Ducentesimus octuagesimusoctauus. Vt Ro
126 mani per annum hodie in vrbe † senatores es
se possint. c. fundamenta. in fin. de electio. lib. 6.
Bar. in tracta. de Tirannia. colum. 6. num. 39. Le-
gatio in prouincijs annalis erat. Plutar. in vita
M. Tullij, Cicero (inquit) per communes amicos
egit, vt legatus Cæsaris in Galliã ꝓficisceretur,
hoc enim Cæsar grate recipiebat, & honorifi-
cum sibi existimabat: Legatio autem illius tribu
natus annua pœnitus frustrabatur.

Ducentesimus octuagesimusnonus. Vt in
chori cantu, qui ex designatis decem cæteros suf
fragio superasset, & comprobatus fuisset, annuo
tempore præesse deberet, iuxta dogma platoni-
cum, de quo lib. 34. Dialogo 6. de Legibus. Simi
liter etiam in Monodia, idest cantu, & oratione
funebri, ac tibicinio ex designatis decẽ cæteros
suffragio superans, & confirmatus anno præesse
debebat.

127 Ducentesimus nonagesimus. Vt † consul, vel
camerarius alicuius artis in vrbe per annum tã-
tum esse possit, qui autem fuerit vno anno, nec
denuo creari possit. in 3. lib. Statu. vrbis. ca. 39.
rub. Quod nullus excedat annum in officium
artium.

Ducentesimus nonagesimusprimus. Vt con-
sul itẽ, uel camerarius alicuius artis eẽ possit, nisi
per annum illam artem, ad quam eligitur, publi-
ce exercuerit Romæ. dicto cap. 39. lib. 3. Statuto-
rum vrbis. Ratio huius primæ par. statuti,
quòd per annum artem publicè exercuisse de-
beat, illa reddi potest, quia non exercens artem
saltem per annum, nouitius, & tiro in illa dici
potest, quam artem verisimiliter ignorare præsu
mitur. argum. tex. in l. qui cum vno. §. vlt. & l. cõ-
meatus. versi. Tironi. ff. de re mili. Hinc dicimus
nouum ciuem, idest, infra annum ignorantiam
allegare posse rerum ciuitatis. Cur. Sen. consilio
27. num. 18. Ias. in l. 1. in 2. lectu. post nume. 70.
C. de sacro. eccle. Boe. Dec. 260. præsuppono. nu.
1. & seq. Non conuenit igitur eum, qui alicuius
artis ignarus est, alijs eiusdem artis præesse, se in
illa verisimiliter peritiorib.

Ducentesimus nonagesimussecundus. Vt me
dicus ægrotantibus indifferenter medeatur quot
annis constitui debeat ex sententia Platonis. lib.
16. qui inscribitur ciuilis, vel de Regno, post
medium. Hoc seruari vidi oppidis non primarijs
ac castris: Romæ enim, Venetis, ac alijs in ciuita
tibus insignibus, non solet ex publico medicus
cõstitui mercede sibi assignata, sed solũ ab aliqui
bus Zenodochijs, hospitalibus, vel alijs pijs lo
cis, vbi autem constituuntur ad annum sub cer-
ta mercede eligi solent, & sic electiones huiusmo
di cum salario ex ære publico erogando ad an-
num admittuntur, & hæ electiones sicut ratio-
ni consonæ, ac piæ iudicandæ sunt, ita pruden-
ter, ac magna deliberatione, ac habita notitia sta-
tus, ac conditionum præficiendorum facienda
erunt, ne præsertim a medico tumido, & in-
flato, ac auri valde cupido, humilis status homi-
nes, pauperes, vel rustici negligantur, & sperni
tur, contra psalm. 106. Et infirmati sunt, nec fui
qui adiuuaret. & Ezechiel. trigesimoquarto. Q
in-

infirmum est non confortatis, & quod ægrotat non corroboratis. Et quia medici plerunque iuuenes, vel inexperti ad oppida non illustria ex publico ære sub certa mercede accedere solent, non immeritò ad annum tantum admittuntur, vt interim eorum opera dignosci possit: lapso anno dimittuntur, nisi prudentes, solliciti, ac pij reperiantur, quòd si tales reperiantur, eos confirmare, & retinere expedit, cum spacio anni verisimiliter naturam, qualitates, ac complexionem omnium, quidue & vniuersis, ac singulis, & profit, & obsit, quidue cœlum illud influat, vnde ægritudines prouenire soleant iam nouisse existimandum sit, quæ maximè a medicis spectanda sunt, iuxta illud M. Tullij Tuscula. q. 3. Vt medici (inquit) causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant &c.

Ducentesimus nonagesimustertius. Vt nauium Gubernator anno quolibet ex Platonis sententia lib. prealle. 16. qui inscribit, ciuilis, vel de regno. post medium constitui debeat.

Ducentesimus nonagesimusquartus. Vt annuum interuallum regni post obitum Romuli (quod interregnum appellatum fuit) plebi Romanæ satis molestum fuerit, vti ex verbis sequentibus percipi potest. Fremere deinde plebs multiplicatam seruitutem, centúq; pro vno dominos factos: nec vltra nisi regem, & ab ipsis creatum videbantur passuri. T. Liuius ab vrbe condi. li. 1. Deinde verò omne spatium regni vacantis, seu vacui, vel sine rege, interregnũ dictum fuit quousque in locum demortui regis alius ordinaretur. Hinc M. Tullius ad Atticum, Nam permagni eius interest, rem ad interregnum nõ venire.

Ducentesimus nonagesimusquintus. Vt aduo
128 cato fisci † anno quolibet in calendis Octobris solutio sexcentorum aureorũ fieri deberet. l. per hanc. §. sexcenti. C. de aduo. diuer. iud.

Ducentesimus nonagesimussextus. Vt testa-
129 mentum † militis in castris factum per annum valeat post missionem honestam, vel causariã. l. quod constitutum. & l. quod dicitur. in princ. cum glo. in ver. missus. & l. testamenta eorum. ff. de mili. testam. ac Insti. eo. §. sed hactenus. vers. post missionem. l. mulieré. ff. de his, qui. vt indig. glo. in ver. veteres. in l. 1. in prin. ff. de bon. poss. sec. tabu. glo. in ver. obijssent. in l. vni. ff. de bon. pos. ex testa. mili. ergo si post annum reditus miles viuat, testamentum huiusmodi inualidũ erit. l. miles. & l. milites ita. ff. de mili. testam. Et generaliter dicimus cum gl. cum qua cõmuniter transeunt in d. §. sed hactenus, quòd nulla priuilegia competunt militi non existenti in expeditione, nisi ꝙ miles filiusfa. uel mutus, seu surdus testari possit. Sed dubitatur, an testamentum iure militari factum, seu pactum, per quod miles hæreditatem dare potest (non auferendo tamen sibi potestatem testandi) subsistat solum quando miles pergit ad discrimen belli, seu in discrimine belli reperitur, an etiã si sit in castris? Pro prima opin. est tex. in l. licet inter priuatos. iun. gl. in ver. Pergentes, & declarat ibi Alex. in fi. C. de pact. Pro secunda opi. concludunt ibi Ange. & Saly. Concordari possent opiniones, ꝙ aliquando castra non longè a mortis periculo, & discrimine belli sunt, & procedat opinio Alex. Quando uero distãt ab inimicis, ita quòd milites bene possint habere copiam notarij, & testium, ad condendum testamentum, & procedat opinio aliorum.

Ducẽtesimus nonagesimusseptimus. Amplio principalem conclusionẽ, quæ fuit, ꝙ testamentum militis in castris factũ per annum, post missionem factum valeat, ut operetur etiam, ut plena legata, idest non detracta aliqua falcidia præstari debeant. l. si post missionẽ. quæ est 17. ff. ad leg. Falcid. Testamentum secundum imperfectũ a milite militia misso infra annum factũ, an rumpat primum testamentum distinguũt. Aut illud primum iure militari fuit scriptum, & censeatur illud primum per subsequẽs imperfectum abrogatum: Aut iure communi ualuit, & illud nõ est rescissum. quod etiam uoluit Gasp. de Perus. de reserua. in 4. quæst.

Ducentesimus nonagesimusoctauus. Vt reuerso detur annus, infra quem petere possit tempus
130 absentiæ de medio submoueri † ad rem uendicandam. l. quod tempore militiæ. C. de resti. milit. & eo, qui reipub. & ibi Salyc. nume. 1. & secundo, examinat, quæ ueriot sit opinio Martini, an Bulgari.

Ducentesimus nonagesimusnonus. Vt annus
131 detur ad præsentandum † rescriptum, ad hoc, ut secundum de primo mentionem non faciens subreptitium dicatur. capit. si autem. & cap. plerunque. de rescri. glo. in cap. cæterũ. in uer. exempta. eo. De quo Guid. Papæ singu. 9. incipien. De materia. l. falso. C. de diuer. rescri. decernens rescripta perpetua esse debere, quæ intelligi, declarari, & limitari debet, nisi elapso anno nouum rescriptum ab aduersario impleretur. ut ibi. & in alleg. cap. plerunque. Doct. notarunt. & Ias. cons. 97. ad fi. lib. 1.

Trecentesimus. Vt annum utilem habeat ad conueniendum aduersarium, uel saltem denun-
132 ciandum, qui testes examinauerit † ad perpetuam rei memoriam, uel aliàs lite nõ contestata: aliàs dicto anno lapso, examen in fraudem præsumatur, & non releuet. cap. quoniam frequẽter. §. Sed si actus, ut li. non contest. & ibi gl. & Bald. Nic. Mil. in reper. in uer. Testes recepti ad æternam rei memoriam ante litis contestationem. Alcia. in tract. præsumptio. par. 2. num. 15. uersi. Ad supradicta etiam facit, quod notat Bald. & c. causam, & effectum examinandi testes ad perpetuam rei memoriam elicit Pau. Castren. ex tex. in l. si contendat. quæ est 29. prout in ipsius summario ad illum tex. ff. de fideius. An autem pro examine ad perpetuam rei memoriam faciendo partis citatio requiratur, pro affirmatiua concluserunt glo. in uer. publicani. & ibi Inno. in princ. ac Hostien. & Abb. in c. Albericus. & idem Inn. Hostien. & Abb. in c. significauit. de testib. authẽ. sed & si quis. & ibi notant Bal. Saly. & Pau. Cast. C. eod. Hyppo. de Marsil. in l. de unoquoque. colum. 31.

lum.31.ff.de re iudi.Bertran.consi.138.lib.2.

133 Trecentesimusprimus. Vt priuilegij † innouatio parte absente, non contumace valeat, si infra annum nuncietur, vel aduersarius conueniatur. Inno.in cap.cum dilecta.ante medium. & Abb. ibi versus fi.vers.Sed quæro,an innouatio.de cõfir.vti.vel.inuti.

Trecentesimussecundus. Vt licet instantia de iure ciuili triennio duret. l. properandum.C.de iudi.Abb.in ca.super eo.2.num.5. de appell. De iure vero canonico perpetua sit. c.penul. de iudi.c.cum literis.cum ibi nota. de in inte.resti.ca. vlt.iun.declaratione Hostien.de probatio. Rapha.Fulgo.consil.168.data sententia. versus fin. vers.secundum vero canones. In casu tamen Regu. Cancel.de Annali, ibi causaque ex tunc infra annum, instantia annalis sit.

Trecentesimustertius. Vt annalis sit etiam instantia in curia Capitolina, prout in nostris statutis Vrbis.lib.Reforma.ca.48.rub.de instantia.

Trecẽtesimusquartus. Vt delegatus Principis annum habeat ad exequendum suam sentẽtiam. c.quærenti.de offi.dele.c.significasti.& ibi Abb. hoc eo.tit. Bar.in l.a diuo Pio.ante numerum 30. ff.de re iudi.& ibidem Alex.ac Abb.consi.8.inci. D.Abbas.nu.2.lib.1.In no.& Io.And. in ca.pro illorum.de præben.Rot.613.dic quod.in antiq. Nic. Mil.in repert. nouus, Executoris potestas durat.vers.Vbi autem.& vers. Iudex delegatus a Principe.Cassado.Dec.3.de do.& contu.in fi. vbi etiam reddit rationem, quare Auditores Rotæ non exequantur, quia sit propter præsentiã Principis. Amplio ad subdelegatum eiusdem Principis, vt ipse etiam infra annum exequi possit,postea uerò minimè. Anto.de But.in alle.c.quærenti.in fin. Vbi supra.in uersic. Iudex delegatus a Principe.

Trecentesimusquintus. Hinc etiam dicimus executorialium virtutem anno durare per tex. in alle.cap.quærenti.& in cap.in literis. de offic. delega. quod qualiter intelligatur videnda erit Decis.Put.20.incipiens, In vna Bononien. libro secundo.

Trecentesimussextus. Testimoniales Apostoli quando appellanti dantur, videlicet, ab honestis personis propter absentiam iudicis, vt per Spec. in tit.de appel.in 4.par.§.sequitur videre. vers. Notandum igitur.& per Bal. ac Angel.in l.2. C. de ijs, qui prop.met.iud.non appel. non incumbit onus infra decem dies causam committere, vt Romæ regulariter causæ appellationum datis reuerentialibus committuntur. Rot.in antiq.604. Dic quod si appellatum. & 485. si Papa.post princ. in no.Bellame.719. Sic etiam incipiens, & quæ est eadẽ.ac Cassad.Dec.4.de appel. Sufficiet habenti testimoniales infra annũ causam committere, vt tenuit Rota coram Io. Paulo 27. Ianuarij 1546.prout in specie est Dec.Puteí 370.inci. In vna Fauentin.Parro.libro 2.aliàs 4.sub titu. de appel.

Trecentesimussextus. Apostolos petenti fuit datus terminus iuris,& redeuati alter terminus iuris, is annum habebit, etiam citatus ad videndum responderi de apostolis, & Iudex dederit reuerentiales, quod qualiter procedat videnda est Dec.Guidobo.38.incipiens, Si Iudex appellanti dederit.

Trecẽtesimusquintus. Vt annus detur ad pro-

134 sequendam † appellationem.authen.ei, qui.C. de tempo.appel.c.penul.& ca.vlt.in prin.2.quæstio.6.cap.cum sit Romana.de appel.c.constitutus.ibi, & quod appellantes appellationem infra annum.& ca.ratione.eo.tit.ubi etiam, quòd ex causa datur biennium.

Trecentesimussextus. Vt anno ad prosequendam appellationem a iure concesso, si aliquis actus iudiciarius fiat, dicatur ex causa, & detur biẽnium,& desertio euitetur. Dub.Fasto.37.incipien. Eodem die dubitatum.quæ Rotæ Dec. ad rem facit a contrario sensu. Et in terminis concludit Cassad.Dec.7.num.8.de appel.

Trecentesimusseptimus. Commissa causa appellationis a sententia de partibus in curia,& obtenta citatione ad partes per appellantem, quæ fuit executa intra annum, non tamen reproducta,nisi post 13.menses.Rota 9.Februarij 1554. conclusit pro non re iudicata, habuit enim pro sufficienti diligẽtia prosecutionis appellationis, quod fuerit obtenta, & executa citatio in primo anno.quo casu indistinctè currit biennium,ut Dec. Cassad.6.de appell.sequitur,& ita Rotam iudicasse testatur Io.Bap.Guidob.Dec.42. incipien. Voluerunt Domini me proponente.

Trecentesimusseptimus. Vt anno dato a iure si appellãs nihil aliud faciat, nisi commissionem præsentare, & terminum seruauerit ad videndũ prorogari fatalia, dubium sit non leue, an causa dicatur deserta? Pro opi. negatiua adducũ potest regula illa, quod interpretatio facienda est talis, ut utrique parti consulatur,uel minus quis lædatur,quàm possibile sit.l.quoties nihil,& ibi ad rẽ nostram D.meus Phil.Dec.ff.de regu.iur. l.1.& ibi Castren.post medium.vers.In tex.ibi, Neutri litigantium.ff.si quis cautio. Cassa.Dec.4. de appel.Ex quibus elicitur, vt interpretatio facienda sit, vt appellationis desertio vitetur. Hinc videmus in Rota pluries conclusum, termino decem dierum ad committẽdum causam appellationis satisfactum fore, si commissio in bãco cursorum etiam non redempta reperiatur infra decendiũ, licèt Auditori præsentata non sit. Super quo etiã habemus Dec.Ptolomei 35.inci.Oscen.Vicariæ. & Dec.Crescen.incipien.commissio causæ, quæ est 317. Opinio affirmatiua verior est, pro qua conclusit maior pars Dominorum Rotæ in causa Valentina Beneficij coram Peregrino Fabio. sub die 26 Octobris 1545.& est Dec.4. sub titu. de appella.aliàs 108. Pro qua opin. affirmatiua citabatur Rot.Fasto.dub.37.ubi, quòd hoc non est aliquid infra annum facere, sed potius velle fatalia prorogare. Idem uoluit Cassado. Decis.6. num.8.de appell.& Achil.de Gras.Dec.11.eod. tit.de appel.incipien.Dubium Fasto. Nec contraria obstant,primum enim argumẽtum, seu ponderatio

deratio procederet in dubio: nos autem sumus in claris. Alterum argumentum non obstat, quia sumus in terminis diuersis, ac dissimilibus, & vltra alia, quia in illis sufficit incipere prosequi, in terminis autem nostris, terminus anni, & ex causa biennij datur ad finiendum, & perficiendum. Vnde ex diuersis illatio fieri non potest. An autem iudex possit statuere terminum ad finiendã causam appellationis, concludunt pro negatiua, & sic, quòd non possit assignare breuiorem terminum ad prosequendam appellationem, quam sit is, qui à iure statutus sit, ea præsertim ratione, quia esset imponere legem superiori. cap. ex insinuatione. & ibi Abb. in princ. ac in 1. not. de appel. Quando autem iudex præfigit terminum ad prosequendam appellationem, non autem ad finiendum, ille terminus subsistet, si interpretemur vt sufficiat in illo termino iter arripere, seu incępere prosequi, non autem causam appellationis terminari facere. cap. personas. & cap. seq. & vtrobique glo. Abb. & alij. de appel. Rot. in no. 12. eo. titu. aliàs 94. quæ incipit, Item si iudex in partibus. Et sic concluditur, quòd annus a iure non solum datur ad prosequendum, sed etiam ad finiendum, & terminandum appellatiouem. ut probatur ex supra adductis. & ex ca. ex ratione. de appell. quo anno eiapso appellationis causa dicitur deserta. *At in termino hominis (vt præmissum est) sufficit itineris arreptio*, & præsentatio sui coram iudice ad quem. cap. propter. & ibi per Doc. 2. q. 6. Quæro item, an statim lapso anno possit fieri executio sententiæ, ex quo allegetur appellationem esse desertam? Tex. in authen. ei, qui. C. de tempo. appel. videtur requirere, quòd sit lapsum biennium, vt sententia per appellationem suspensa firma maneat, ergo ante biennium non potest sententia executioni demandari. vt voluit Bart. in dicta l. ei qui. & in l. 1. in fi. ff. nil noua. appella. penden. ad idem tex. in auth. si tamen. C. de tempo. appel. dicens desertionem appellationis non concludi ex solo lapsu termini, nisi biennium lapsum sit, & refert Io. And. ita tenere. in cap. in pręsentia. de renuntia. quia cum potuerint interueni re impedimenta interim appellatio est dubia, dubitari enim potest, an ad sit desertio, an non, & interim sententia executioni demandari non poterit antequam firma appareat, & sic post biennium. & dicta authen. ei, qui. per quem tex. notat ibi Bar. ad fin. quòd per lapsum anni non confirmatur sententia, nisi sit lapsum biennium. Inno. verò in cap. ex ratione. de appel. videtur tenere, quòd lapso anno executio fieri possit, cũ quo residere videntur ibidem Anto. de But. & Imol. quia prima opin. supra posita dissentire vidétur. Pro hac secunda opin. ponderari etiam potest, ꝙ contra appellantem post annum est præsumptio iuris. clemen. sicut. de appel. Præsumptiones autem iuris sunt liquidissimæ probationes. glos. in l. si tutor. C. de peri. tuto. Romæ euitamus dubia, & disputationes huiusmodi, vt ostẽdo in 23. commiss. executo. in ver. seruatis. versic. effectus. Sciendũ autem est ne quis decipiatur, ꝙ valde controuersum fuit in Rota, à quo tempore incipiat annus prosequẽdæ appellationis, prima fuit, quod a tempore, seu a die appellationis interpositæ. per clem. sicut. de appel. Secunda opin. fuit, quod annus prosequendæ appellationis, seu fatalia currat à die præsentatæ commissionis. Tertia, quòd a die, quo causa potuit committi verisimiliter, per ea, quæ voluit Lanfran. in cap. quoniam contra. in ver. Interlocutoria. colum. vlt. vers. vltimo pro complemento. de appel. & in tract. de cõpromis. colum. 4. uideant Fely. in c. personas. colum. vlt. versicu. Sed ad prosequen. de appel. Dec. Put. 58. incip. Eadem die 151. In una Hispalen. & 154. cum Hispalen. lib. 2. Mihi magis placet opi. quòd a die appellationis interpositæ.

Trecentesimusoctauus. Vt annus detur inter
135 Romanos ad agendum † de nullitate, a die sententiæ latæ numerandus. lib. 1. Statuto. cap. 157. rub. Statuta concernentia capitaneum appellationis. sub ijs verbis. Est additum, quòd decætero de nullitate sententiæ non possit agi post annum a tempore sententiæ numerandum. Amplio statutum istud locum habere etiam, quando nullitas deducitur principaliter, & absque mixtura appellationis. Put. Dec. 192. incipien. Decimaquinta Decemb. lib. 2. Amplio procedere siue nullitas proponatur agendo, siue excipiendo. ad doctri. Pau. Castr. consil. 228. in 2. dub. & clarius in praxi Papien. de execu. senten. in ver. sapiens. colu. 4. vers. Quæro si quod statutum. Et ita super statuto nostro conclusum fuit in Rota, prout Dec. Achil. 2. sub tit. de Nullitate, incipien. statutum, quòd infra certum. Amplio, vt post terminũ huius anni etiam nullitas euidens, & notoria exclusa sit. latè Alex. consil. 105. colum. 2. vers. Nec dicatur. volum. 5. Idem Alexan. consil. 225. volu. 6. ac Sozi. consil. 221. colum. 2. lib. 2. Ias. consil. 20. lib. 2. ac Put. Ddc. 392. incipien. Statutum, quod infra annum. lib. 1. Qui uellet contrariam opin. tenere, quòd post tempus statutum non excludatur notoria nullitas, adducere posset notata in l. vbi pactum. C. de transactio. Pau. Castren. cons. 247. colum. ult. lib. 2. ac Dec. Putei ad fi. sub titu. de consti. 13. incipien. Statutum Vrbis. Minus ẽt tollitur, quia post annum excipi possit de nullitate, ut in præalleg. Dec. Put. 13. in prin. vbi testatur sic in Rota conclusum. Allegabatur pro hac opi. Angel. consil. 260. & Phil. Fran. latè in cap. dilecto. quæst. 54. num. 160. de appel. Nec obstat cõs. Ias. 302. col. vlt. ac D. mei 8. quia loquuntur in statuto sub ijs verbis, Nullo modo dici possit, non autem per verbum, agere. Vide Dec. eiusdem Putei 15. & 23. sub eo. tit. de constitu. & Dec. Achil. 5. & seq. dicto tit. aliàs est Dec. 87. incipiens statutum prohibens agere post annum non compręhendit excipientem. Vide tu Dec. Io. Pau. Ptolo. 187. incip. In eadem dubitatur, an post annum. Amplio etiam principalem cõclusionem ad nullitatem sententiæ interlocutoriæ, ex quo statutũ generaliter loquitur, dum dicit, causa nullitatis. Nec obstat quod appellatione sententiæ veniat diffinitiua, ut per Alexand. in rub. ff. de re iudic.

Sozi.

Sozi.conſ.39.colum.2.verſi.Prætetea, vt inquit. vol.4.& glo.in l.1.§.biduum.ff.quan.appel. ſit.Fely.in rub.de re iudi.quia vbi eſt eadem ratio venit interlocutoria. Nec poteſt conſiderari alia ratio, quàm celeritas expeditionis. Ratio autẽ quando vnica tantum aſſignari poteſt, illa pro expreſſa habetur.l.2. ff.de liber. & poſthum. l. milites agrum.ff.de mili.teſtam. Bald.in l.maximum vitium.colum.3.C.de libe.præte. & in l. quamuis. C.de fideicomm.Abb.conſil.75.num.7. libro 1. Alex.in l.mutum.col.3.verſ.Non obſtat dicta lex omnem.ff.de acqui.hære. Fely. in cap. translato. in fi.de conſtit.Cur. Iun. conſil.6.circa has quatuor.colum.1.in fi.Et præmiſſa ratio, quæ pro expreſſa haberi debet reſpicit publicam vtilitatem l.propera ndum.in princ. C.de iudi. Et abſonum eſſet dare lorgius tempus dicenti de nullitate interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, prout Dec.273. lib.2. An ſtatutum aſſignans terminum ad dicendum de nullitate, excludat etiam poſt terminum nullitatem ex defectu iuriſdictionis procedẽtem? Calcan.ſenſit pro affirmatiua conſi.16.colum.9. verſic.Sic etiam dicunt, iun. verſ.Sed omittens, an faciat ad rem.ac Ruin.conſi.37. colum.penul. volum 5.& Iaſ.conſ.200.colum.1.lib.2.Contrarium tenuerunt Fulgo.conſ.150.quòd lapſus termini a ſtatuto præfixi ad dicendum de nullitate non impediat, quominus nullitas ex defectu iuriſdictionis opponi poſſit.Aret.conſ.75.in fi.Calcan.dicto conſ.16.in fin.& Goza.conſil.72.colu. vlt.Ego primam opin.puto veriorem. An autem ſtatutum huiuſmodi prohibens poſt annum dici de nullitate locum habeat in clericis, & bonis eccleſiaſticis, videtur ita diſtinguendum, videlicet. Aut loquimur in capite incluſiuo, aut excluſiuo: In primo capite includantur: In ſecundo ſecus. Declaro, ſtatuti præmiſſi caput incluſiuum eſt, vt victor poſt annum tutus ſit, ne contra ipſum nullitates allegari poſſint, hoc caput eſt fauorabile comprehendens clericos, eccleſias, & bona eccleſiaſtica. Alterum caput eſt excluſiuum, ne victus poſt annum nullitates allegare poſſit, & hoc eſt odioſum, clericos, & bona eccleſiaſtica non compręhendens. Similem diſtin. ſeu declarationem faciunt Bal.& cęteri in l. uenia. C.de in ius voc. & Corn.conſ.95.volu.5. Et quòd diſpoſitio ſtatuti generaliter loquentis in capite incluſiuo cõpręhendat clericos, & eccleſias, voluerunt Io. Calderi. Anto.de Bur. Abb.colum.vlt.& alij communiter.in cap.eccleſia S.Marię.de conſtitu.Roma. ſingu.442.incipien.capitulum eccleſię. Ancha.in cap.1.colum.7.uerſ.Circa illam tamen doctrinã. de conſti. Alexan.conſil.121.col.vlt.lib.2.& conſil. 122.colum.penul.ac con.ſeq.volu.5. Et hanc opin.communem affirmat idem Alex.conſ.114. lib.2.& Sozi.conſ.241.colum.1.& ſeq. Sic etiam dicimus ſtatuta excludentia fœminas quo ad caput incluſiuum maſculorũ eſſe fauorabilia, quoad excluſiuum odioſa. iuxta communem ſententiam, de qua per Curt.Iun.conſil.7.nume.2. & Grat.reſpõ.43.num.22.par.1. Hinc etiam iuxta receptiorem opin.dicimus ſtatutum in capite incluſiuo tanquam fauorabile mentionem faciens de filijs, comprehendere nepotes. Cur.Iun.conſ. quinto.num.34.& Grat.dicto conſ.43. nume.1. Et quòd clericus poſſit ſtatuti diſpoſitionem pro ſe recipere inquantum eius fauorem concernit, ſi verò contra ſe faciat recipere non teneatur, voluerunt glo.in ver.quicunque.cir.fi. & Abb.nu.23. verſ.gl. . . de iudi.Barba.in dicto c. eccleſia S. Mariæ.colum.4.nu.9. Et quòd clerici vti poſſint ſtatutis, & cõſuetudinibus laicorum, vbi commodum, & fauorem ex illis conſequuntur, eſt tex. & ibi Doct.in ca.1.de no.ope.nuncia. & uoluerunt Bal.in repet.l.de quibus. in 17.quæſt. & Iaſ.nu. 11.ff.de legib.Lap.alle.101.incipien. In ciuitate Florentiæ.Ruin.conſ.143.colum.vlt. uolumi.4. Grat.conſil.162.colum.2.lib.2. Et dixit Abb. in cap.vlt.in 1.nota.de vi.& hone.cleri. quòd clerici uti poſſunt ſtatuto contra laicos, quòd inſtrumenta habeant executionem paratam. Et hęc eſt communis opin.teſte D.meo Phi.Dec.in alleg.c. eccleſia S.Mariæ.num.52.Statutum, conſtitutio,
136 vel lex ſi fiat contra † certam perſouam, vel in odium particularis perſonæ, poteſt grauatus appellare.ut per Bart. & alios in l. omnes populi.ff. de iuſti.& iur.Abb.& omnes in cap.cum omnes. & in cap.vlt.de conſti.D.meus Phil.Dec.in c.conſuluit 3.col.2.de appell. Ampliant etiam ſi verba ſint generalia, ſi mente, & effectu ſit conſtitutio particularis.l.1.in fi.ff.de dol.excep. Bal.in l.tam mandalori.C.de non num.pecu.Et ratio eſt, quia lex eſt commune præceptum.l.1.& 2.& ibi Zaſ. num.10.ff.de legib.cap.erit autem.4.diſtin.Philoſophus 4.Politic.cap.1.& 8. & per omnes ſuper rub.de conſtitu.Non ſolum autem appellari poteſt, ſed etiam per uiam quærelæ reclamari, ut per Abb.& D.meum Phil.Dec. in alleg.cap.cum omnes.de conſtitu.

137 Trecenteſimuſnonus.Vt † quærelandi, ſeu reclamandi facultas pręmiſſa anno tantum duret, & non ultra.per tex.in l.qui grauatos. C.de conſul.lib.11.voluit Bart.in l.ambitioſa. num.31.& ſeq.ff.de decre.ab ordi.faci.Io.Bap.Caccialup.in repet.præalle.l.omnes populi. verſ.Oritur mihi. ff.de iuſti.& iur.ac Fran.Balb.in tracta.præſcri.in 4.par.prin.quæſt.30.num.6. Verum aduertendũ eſt, quòd ille text.in l. qui grauatos. non videtur adduci poſſe ad deciſionem aliorum quæſitorũ, quàm illius particularis, & non perpetui, cum in l.præceden.incipien. omne territorium, probetur illam adæquationem, ſeu peræquationem durare tantum vſque ad futurum cenſum, & ſic in actu de ſe mutabili, & in caſu particulari, vnde non poteſt allegari extra illos terminos.

Trecenteſimuſdecimus.Reſtitutionem in integrum ad petendam annus utilis dabatur, in cuius locum ſucceſſit quadrienniũ, quod eſt continuũ. l.ult.& ibi glo.Bar. Bal.& alij. C.de tempo. in integrum reſti. cap.1. & 2.de in integ.reſtitu.libro ſexto, & ad alia, quæ adduco in cap. primo, num. 15.& ſeq.eo.titu.

Trecenteſimuſdecimus. Vt agrimẽſoris dolo, uel lata culpa ſi quis grauatus fuerit, infra annũ con-

conqueri debeat, voluit Bal.in l.qui bona fide.ff. de dam.infe. Super hoc tamen videantur Abb.in cap.quia indicante.& Fely.de præscri.ac Caccialup.in alle.l.omnes populi.col.68. vers. Videtur mihi circa prædicta.

138 Trecentesimusundecimus. Vt annus detur † inter primum,& secundum decretum. l.si quis emptionem.§.& si quis.C.de præscrip. trigin.anno. cap.cum venissent.ibi, Quòd si vsque ad annum, & diem.de eo,qui mitti.in possess. cau.rei seruan. glo.penul.in l.penul.C.de bon.autho.iudi.possi. Specu.in tit.de pri.decre.§.iam de effectu. in vlt. quæst.num.33. Verior tamen, & magis communis opin. videtur, posthabita hac, & pluribus diuersis opinionibus, de quibus per Bolognet. & alios repetentes in l.si finita.§.Iulianus.ff.de dam. infec.quòd iudicis arbitrio relinquatur, quod sit tempus deueniendi ad secūdum decretum, cum a iure tempus in hoc non sit præfinitum. Nec in his argumentari liceat a simili, nisi par ratio demonstretur. vt uoluit Tiraq.de vtroque retra.§. 2.glo.1.post numerum 18. Et quòd huiusmodi tempus iudicis arbitrio remittendum sit concludunt Bar.in l.a diuo Pio.§.In venditione. in fi.& ibi Alex.num.10.ff.de re iudi. Glo.& Bal.in alle. l.penul.C.de bon.autho.iudi.possi. Hyp.de Marsil.in l.quæstionis modum.num.12. ff.de quæst. Couarru.varia.resolu.li.3.ca.18.ad fi. Bologn.in alle.§.Iulianus.nu.22.

Trecentesimus duodecimus. Vt de proprietate dominus audiatur, vsque ad annum. gl. in l.3.§.genera.in ver. non possessionem, & illā glo.sequuntur ibi Bar, Paul.Castren.Alex.& Ias. ff. de acquir.poss. Pro statuto Florentino, & de transitu ad petitorium infra annum a die factæ tenutæ videri poteris Maria.Soz.Iun.consi.181. num.71.& seq.ac cons.seq.lib.2.

Trecentesimus decimustertius. Vt missus in possessionem ex primo decreto, possit reum infra annum cogere ad recuperandum possessionem, & ad vlteriorem iuris prosecutionem. Roman. singu.406.& an possit prorogari, idem Roman. singu.409.secundum decretum, post annum interponendum esset:communis tamen opinio est, ꝙ est in arbitrio iudicis.Alex.in l.si finita.§.Iulianus.nu.35.ff.de dam.infe.

Trecentesimus decimusquartus. Vt missus in possessionem in reali infra annum efficiatur verus possessor,licet commutabilis, sed post annū fiat incommutabilis, iuxta communem opin. legistarum,prout per gl.in l.3.§.vlt.in ver.non possessionem.& ibi Bar.num.3.& Alexan. ff.de acq. poss. per eundem Bar.in l.si prius.num.7.versic. Possemus etiam dicere, quod infra annum.ff.de nou. ope.nunc.

Trecentesimus decimusquintus. Vt secūdum Canonistas idem missus in reali intra annum fit custos,& statim post annum fit verus possessor, & incommutabilis.Abb.post alios in cap. quoniā frequenter.§.in alijs.nume.11.& 20. vt lit. non contesta.

Trecentesimus decimussextus. Vt misso item creditore in possessionem rei hypothecatæ reus intra annum audiatur de possessione, qui tamē excluderetur si missus vellet probare incontinenti de iure suo.Specu.de contuma.§.sequitur.vers. Sed pone, ꝙ si missio est facta aduersus debitorē. Sequitur pro nota.Bar.in dicta.l.3.§.vlt.in fin.ff. de acquir.poss.& Abb.in alle. cap.quoniam frequenter.§.in aliis.nume.13.Et aduerte ad vnum. vt lit.non contest.

Trecentesimus decimusseptimus. Amplio etiā vt in realibus reus veniens intra annum fructus recuperet.Bart.in l.si finita. §.Iulianus.nume.51. vers.Aut non expressit.ff.de dam.infe.gl.& Abb. in alleg.c.quoniam frequenter.§.in alijs. num.17. vers.Concludo ergo.

Trecentesimus decimusoctauus. Vt adiudicationem bonorum obtinens, post annum molestari non possit,sed solum infra annum ab aliis creditoribus,non autem ab ipso debitore,ex dispositione statuti Florentini.rub.57.lib.2.sub titu.de cogendo debitore ad soluendum ; & de modo,& forma dationis in solutum. Super quo statuto cōsuluit Alex.cons.106.visis,& opportunè. vol.5. concludens præscriptionem illam annalem statutariam non currere contra creditores conditionales,seu agere non valentes,pro quo statuto uide etiam D.meum Philip. Dec. consil.519.numero quinto,& consil.558.ad fin. De adiudicatione bonorum,seu datione in solutum, & quando ad illam deueniendum sit tracto in 72. quæstio. de Inhibitio.post nu.14. iuxta secundam æditio. ibi dictis addo, &c.

Trecentesimus decimusnonus effectus, vt venientes contra venditionem, seu dationem in solutum,uidelicet, qui minores erant tempore venditionis, seu dationis in solutum, annum habeāt postquam maiores fuerint 18.annis.qui verò tūc absentes erant similiter annum postquam reuersi fuerint. Mulieres vero, quæ tunc nuptæ erant annum pariter soluto matrimonio. prout cauetur dicto statuto cap.2.rub.57.ad fi. Addo etiam, ꝙ præscriptio annalis eiusdem statuti interrūpitur si intra annum contra possidentes supplicatum fuerit Principi.per tex.in l.1.& 2. C. quan. libel. Princi.dat.Et super hoc vidi motiua totius Rotę Florentinæ de mense Septembris 1556. sub ijs verbis.Nec obstat agentibus annalis præscriptio statuti,quia nondum erat præteritus annus petitionis : præterea ante petitionem ipsam fuerat ab agentibus mulieribus impetratum rescriptum a Principe contra possidentes super dicta causa, quo casu per solam impetrationem ipsius absque scientia partis, & citatione,interrupta fuit annalis præscriptio.

139 Trecentesimus vigesimus. Vt iudex † ecclesiasticus,qui per gratiam, vel sordes contra iustitiā pronunciat,ab officio per annū suspendi debeat. cap.1.si quis autem.de re iudi.lib.6.

Trecentesimus vigesimusprimus. Vt suspendatur ad annum a collatione beneficiorum,& ab alijs,abbas,vel prior nō habens abbatem propriū, & alij transgressores canonis, ne in agro. de sta. monac.

mona.in clem.vt ibi in §.si quis autem. & per gl. magnam.in cle.vlt.de pœnis.ante medium.vers. Quandoque per annum,& biennium.

140 Trecentesimus vigesimussecundus.Vt† optio
ne rei legatæ commissa tertio, illo intra annum non eligente,electio ad legatarium transferatur.l. l.vlt.§.sed et si quis.C.commu.de lega.Barto.in l.cum quidam.num.8.vers.contra istud oppono. ff.de lega.2.

Trecentesimus vigesimustertius. Vt expensę, quæ petuntur ratione contumaciæ non debeantur post annum,ratio est,quia pœnale dicitur iudicium ex parte contumacis.l.1.§.vltim. l.1.ff.si quis ius dicen.non obtem.Nic.Boe.singu. 6. sub ver.expensæ.

Trecētesimus vigesimusquartus.Vt annus de-
141 tur ad occupandum † bona contumacis, in cau
sa criminali, qui,si uocatus intra annum non veniat,ei incumbit onus purgandi, & innocentiam probandi: Si nerò infra annum redierit, & se crimine purgauerit,integram rem suam habeat.l.1. vers.Sed & literas.l.anni.l.annus. & l. vlt. ff.de requi.reis.ac l.vlt. cum gl.in ver.annotari.C.eo. Aegi.Boss.in sua praxi crimi.tit.de suppli.aduer. rem iudi.nu.6. vbi hæc in annotato procedere inquit:secus in damnato. In illis autem causis criminalibus annotationem huiusmodi procedere affirmat Ange.in alleg.l.1.C.de requi.reis.in quibus fit bonorum publicatio,non in alijs,vbi nō venit publicatio imponenda, tunc enim bona nō sunt ad manum curiæ ponenda, quantumcunq; reus sit contumax: pleriq; tamen iudices moderni aliter facere consueuere, qui pro contumacia in qualibet causa criminali indistinctè bona subhastari faciunt. Et accusato non comparēte quid facere debeat iudex tractat Bar.in l. inter accusatorem.num.9.vers.Vlterius quæro. ff.de publi.iudi. Supplens per statuta Italiæ prouisum elapso tempore banni indistinctè quem haberi pro confesso.

Trecentesimus vigesimusquintus. Vt contumax per annum, secundum Regni Neapolitani
142 constitutionem † foro iudicari possit. Gramm.
in 1.ex duobus suis cōsilijs positis post eius Decisio.incip.incomprehensibilis. colum.5.nu.15.
143 qui † foro iudicatus habetur pro conuicto, &
confesso ex constitutione Regni, ac pro rebelle, & ab omnibus potest impunè occidi,quæ constitutio incipit,pœnam reorum. Et ibi plenè per And.de Iser. vbi hanc pœnam foro iudicationis ponit,& declarat, quòd locum habeat in delictis irrogantibus pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, vel membri abscissionis.Idem And.de Isern. in cap.1.§.si vero violator.vers.Et dispensetur.ad fi.de pace tenen. & Maran. de ordi.iudi. ad fi.2. membri.num.23.in 13.pœna. An autem accusatus de periurio,postea propter contumaciam annalem foro iudicatus,si postea capiatur cōdemnari debeat pœna periurij, videlicet mutilatione manus? Bartho.de Capua concludit, quòd sua contumacia eum punit pœna mortis,singu. 20. incipien.Quæri consueuit in l.quid ergo.Contu-
144 macia † uero in delicto minori, pro quo foro
iudicari non potest ex constitutione Regni Sicilis quis bānitur, & condemnatur ad tertiam partem mobilium,& eius bona annotantur.

Trecentesimus vigesimussextus. Vt lapso anno quis non foro iudicetur,sed omnia bona eius publicentur,reseruato iure liberorum,& si reuertatur se defendere volens, ex vinculis causam dicat.prout cap.Regni 152.incipien.Siue quis.per Iser.vbi supra.ac Maran.etiam ubi supra.nu.34. in 24.pœna.

Trecentesimus vigesimusseptimus.Vt†assertus seruus legitimè citatus per annum cōtumax, domino,qui litem intulit subiugetur.l. 1.§.scientes.C.de assert.tollen.Dy.in tract. præscrip.vers. Alia de proclama.

Trecētesimus vigesimusoctauus.Vt seruus ordinatus inscio domino intra annum repeti possit.§.si uero ignorante. in auth.de sanctis. episco. Et in hoc sensu accipienda videntur verba Dyn. in alleg.tract.de præscri. uers.Alia quæ obijcitur dominis,quando quis de nouo est factus seruus. tex.enim, quem ipse citat,probat quod dixi, non quod ipse.

Trecentesimus vigesimusnonus. Vt carceris
146 † custos ex constitutione Regni teneatur de ne
gligentia,& per annum in carceribus detineri debeat bonis eius publicatis. Et si fraude dimiserit carceratum abire,teneatur pœna capitali.vt in cōstitutione Regni,custodes, quæ corrigit ius commune,per quod negligens tantum remouetur ab officio.l.carceratum.& l.ult.ff.de custo.reo.Paris de Put.in tracta.de sindica. tit.de carcere, & carcera.cap.3.post num.11. vers.De iure uero cōstitutionum.sequitur Gramma. voto 29.numero 2. Et quicunque custos dicens aliquid factum sine sua culpa,id probare debet.Paris.consi.156.colu. 2.volum.4. Hic carceris custos, qui commentariensis ab antiquis nuncupabatur,quòd in commentarijs custodias referret, & ueluti diarium custodiarum conficeret,ut apud Bud.in annot.in Pandect.ex tit.ex quib.cau.maio. nisi summam diligentiam in custodiendis carceratis adhibeat, ea pœna regulariter plecti debet,qua puniendus veniebat carceratus,qui aufugit. l.ad commētariensem.& ibi glo.& Docto.C.de custo.reo. Boe.Decis.217.nu.1. Verum multis in locis legibus municipalibus aliter cauetur,ut supra dixi. Quòd si carceratus fuisset pro debito ciuili,illo aufugiente iustos tenetur creditoribus satisfacere.Bal.consil.177.in ista capturæ.lib.2.& Ias.consi.27.num. primo,lib.3. Nec commentariensis allegans illū debitorem uerum non fuisse audiendus erit.Angel, in l. sed eximendi. §. Item si quis. ff. ne quis eum.Cępol.cons.14.col.3.

Trecentesimus trigesimus.Vt cauponationi illiberali in aliqua arte operam dans, si paternam domum indigno studio maculasse deprehenderetur,in uinculis anno detineretur,ex sentētia Platonis Dialo.11.de Legib. ubi etiam plura in hospites,seu stabularios,& cauponas.

Trecentesimus trigesimusprimus. Vt pariter anno

anno carceratũ detineri iuberet idem Plato Dialo.12.eo.titu.de legib.eum, qui testem, vel eum, qui litigaret venire in iudicium prohiberet. Contra cauponas,& quæstuarios hospitatores, ac tabernarios, qui sunt de genere prædonum videre poteris.tex.in l.1.§.1.ff.nau.caup.stabu.ac Alex. in l.1.ad fi.C.de æden.Niconit. in cap.quoniam contra.nu.27.de proba.ac Bartho. Cassen.in Catalo.Gloriæ mundi.par.11.considera.46.

Trecentesimus trigesimussecundus. Vt ex constitutione Regni, siquis amodo, & sequen.medicinam exercens absque approbatione, & licẽtia anno carceribus mancipetur.ut etiam per D.Pe. Foller.in sua praxi crimi.in 2.par.2.par. in ver. vel carcerentur.post numerum 10. vers.Primò si medicus.

Trecentesimus trigesimustertius. Vt amatoria pocula dans si mors non sequatur, per annum in carceribus detineri debeat iuxta constitutionem eiusdem Regni incipien. Amatoria pocula,& per Foller.vbi supra.De iure autem ciuili si mors non sequatur, pœna dantis poculum amatoriũ,humilioris,est damnatio in metallum, honestioris uerò,in insulã relegatio: Quòd si mors sequatur pęna erit ultimum supplicium. l.si quis aliquid.§.abortionis.ff.de pœnis. Pro quibus, vide omnino Pau.Ghirlan.in trac.de seditio.latè distinguentem.quæst.12.

Trecentesimus trigesimusquartus. Vt carceris item annalis pœna sit ex constitutione Regni, pœnam,& per Foller. vbi supra, proijcientes lapidẽ ex alto, aut ramum, aut se ipsum præcipitantis in cautè, & in loco habitabili si alicuius mors sequatur.

Trecentesimus trigesimusquintus. Vt matricida per annum integrum ecclesiam non ingrediatur:completo uno anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat tantum inter audientes standi,sed nondum communicet.cap.latorem.in princ.33.quæst.2.Quæ procedere puto in matricida occulto,& sic in foro poli: secus in foro fori. Vel si etiam in foro fori,putarem hæc de iure ciuili,& ex forma statutorum non procedere,& de iure ciuili habemus pœnam contra parricidam, & matricidam in l.1.& toto tit.ff.ad leg. Pompe. de parrici.in l.vni.C.de his, qui paren. uel libe. occi.& Insti.de publi.iudi.§.alia deinde. Et licet etiam de iure ciuili hodie non sit in usu illa pœna.l.vni.C.de his qui paren.uel libe. vide prout per Bal.ibi in prin. Tamen ultimi supplicij pęna erit,& in hoc omnes concordant.

Trecentesimus trigesimussextus. Vt accusatus
147 † de crimine post annum honores petere non prohibeatur.l.reus delatus.ff.de mun. & ho.l.Lucius.§.idem respondet per accusatorem.iun.glo. in ver.statutum.in fi.ff.ad munic.Dy.in tract.pręscri.vers.Alia de accusato, qui petebat honorem. Et sicut post annum accusatus, postulatus, vel inquisitus de crimine nouos honores assequi põt: ita intra annum,uel post,seu quandocunq; accusatore desistẽte ad nouos honores assumi potest. iux. tex.in l.rescripto.§.si quis. ff.de mun.& hon. Veteres aũt honores nulla habita distinctione retinebit.l.aufertur.§.si quis.ff. de iu.fisci.

Trecentesimus trigesimusseptimus. Vt agnatis,uel proximioribus,seu rem in cõi habentibus,
143 uel consortibus,annus detur ad † reuocandũ alienata.iuxta tex.in c.cõstitutus.de in inte.resti.Rolan.à Val.cons.3.nu.152.lib.1 Vel ẽt de æquitate iuxta dictũ Bal.in l.2.C.de commu. re.alie.Et hi extraneis præferri debent rem alienatã soluto tantundem recuperãdo.D.meus Phi.Dec.cons.282. viso puncto.col.pen .in fi.& colum.vlt.

Trecentesimus trigesimusoctauus. Vt annus detur Neapoli ex consuetudine ad soluendũ illi,
149 cui competit † ius congrui. Affli.de prothomis. §.vt intra 30.dies.in 1.nota.de iu. prothomis. Et an sic nũcupandũ sit,& de iure cõgrui,uide oĩno And.Tiraq.in pręfa.trac.de vtroque retra. nu.2.
150 Trecẽtesimus trigesimusnonus. Vt vicini † priuilegium per bullam Xisti,quæ est perpetua, seu per decretum Cameræ Apost. ꝗ in domo vẽdenda,seu uendita alijs pręferatur,cũ clausula, ꝗ venditio alteri facta nullius sit roboris, licet aliquem terminũ ad retrahendã rem alienatam non præfixerit,seu ad declarandũ, ꝗ ipse vicinus eã uelit,an no duret a die scientiæ alienationis factæ. Alex.in addit.ad Bart.in l.sicut.C.de pręscrip. 30.vel 40. ann.in ver.quęro certè.cir.mediũ. vers.Et idem per hoc vr̃ dicendum in vicino &c.& consil.63. in causa.in prin.& ad fi.uol.7.Rom.in l.pr̨tor.§. ult.nu.2.ff.de no.ope.nunc.inducens ad statutũ reuocans alienationẽ rei factam in non uiciniorem casum in quo annus iste non currat inuenies apud Put.Dec.52. incip. Fuit resolutum. in vna Roman.Domus lib.2.

Trecentesimus quadragesimus. Depositum in vim bullæ Sixti, ꝗ faciendum sit infra annum, & ꝗ annus nõ currat durãte lite est pariter Deci. Putei 199.incip. in terminis Bullæ Sixtinæ,li.2.

Trecentesimus quadragesimusprimus. Etiam statutis municipalib. plurib. in locis annus detur prædictis cõsanguineis proximioribus, ac illis de agnatione, seu cognatione,uel familia, seu consortibus,& nonnullis alijs retrahendi, recuperandi, uel redimẽdi bona alienata, seu translata in extraneos.De statuto Alexãdriæ loquitur Raph.Fulg. cons.34.inci.tenor. post princ.positũ inter consilia Curt.Sen.De statuto Floren.tractat Ias.in l.cũ dubitat.nu.12.C.de iu.emphy. Anch. cons.370. ante oĩa.& cons.seq.quod dicta.quod est Floria. de S.Pet.De consuetudine ẽt in diuersis locis idẽ annus conceditᷣ eisdem,& alijs idem ius retinendi,seu reuocandi alienata.iux.tex.in alle. c.constitutus.& ibi gl.in uer.consuetudinẽ. de in inte.resti.Vbi ẽt de consuetudine Parosinen. De consuetudine Brianſonij tractat Gui.Papę Dec.257.cauetur.De consuetudine Galliæ, & aliorũ locorũ tractat And.Tiraq.de vt.retra.par.1.§.1.Glos.11. nu.62.uers.Et quoniam etiam uidemus in casib. nostræ consuetudinis.Et de utroque, videlicet,tã ex statuto,quàm consuetudine Saly. in l. ad officiũ.nu.3.C.commu.diui.latè dictus Tiraq.de vt. retra.in pręfa.in prin.Antiquitus idẽ ẽt lege cautum

tum erat, quæ poſtea reuocata fuit, iuxta tex. in l. dudum. C. de contrahen. empt. & in l. falſo. C. de commu. re alie. l. portionem. C. de dona. Ideo cautè faciunt, qui lege municipali id ſtatuunt, vel conſuetudine introducunt, quanquam non deſint, qui velint ſtatutis, vel conſuetudine contra illam l. dudum. diſponi non poſſe, verum communis opin. eſt pro affirmatiua, ſi loquimur de ſtatutis, vel conſuetudine poſt illam l. dudum, prout per Docto. ibi.

Trecenteſimus quadrageſimus. Vt conductio in annum renouata videatur ſub eiſdem pactis, modis, & conditionibus, ſi conductor poſt tempus remaneat in prædio ruſtico. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Ratio eſt, quia fructus per annum capiuntur: quę ratio ceſſat in prædio vrbano, vt in praxi Papien. in for. libel. Ad ficti præſtatio. in ver. inueſtiuit. nume. 6. In vrbano enim quolibet momento percipitur vtilitas: Nec conſideratur quid facere ſolitus ſit locator. Put. Dec. 180. incipien. Locauerat. li. 1. Vide conſ. Rui. 78. ſuper quæſtione. nu. 4. lib. 1.

Trecẽteſimus quadrageſimuſprimus. Amplio ad locationem factam per prælatum, qui bona eccleſiæ locaſſet, puta ad triennium, quinquenniũ, ſeu longiorem terminum, ut finita locatione, ad annum tacitè, nõ autem ad illud triennium, quinquennium, ſeu aliud longius tempus relocatio facta cenſeatur, & ſit locus diſpoſitioni dicti. §. qui impleto. ut per Doct. ibi. & per Bal. & alios in l. legem. & in l. ſi de fundo. C. loca. & per Auguſt. Bero. conſ. 152. ſuper dubijs. num. 12. lib. primo. ac conſ. 212. in præſenti. num. 16. lib. 3. Videas tamen Alex. conſ. 17. colum. 3. verſ. Præterea. Bald. volum. 4. quem ſequitur Fely. in c. 2. de treu. & pace. Vide etiam Iaſ. in l. duobus reis. §. ei, qui. in 15. ſimili. ff. de iureiur. ac Catel. Cot. in ſuis Memoria. in ver. Locaui vineam. verſ. Et notabis ad materiam.

Trecẽteſimus quadrageſimuſſecundus. Vt colonus annuarius, ideſt is cui locatio facta fuit pro vno anno, & poſtea de anno in annũ, & ſtetit per triginta annos in poſſeſſione, ſeu detentatione, ſoluendo mercedem continuò, & ſingulis annis ſoluit vniformiter, puta decimam, tertiam, uel dimidiam fructuum partem, non poterit conueniri actione locati, vt reſtituat rem, quam detinet: non ex eo, quòd contra actionẽ pręſcripſerit, ſed quia probata ſolutione dictæ mercedis per tempus lõgiſſimum, probatum etiam videtur, ꝙ ſit colonus perpetuus, & ideo cõueniri non poteſt reali actione, uel ẽt interdicto uti poſſidetis: quia habet iuſtam cauſam denegandi deponere poſſeſſionem, ex quo eſt colonus perpetuus, prout per Alex. in apoſtill. ad Bart. in l. item §. qui impleto. verſ. Nota etiam. ff. loca. Sequitur Balb. in tracta. præſcrip. 4. par. prin. quæſt. 2. in princ. verſ. Quod declara. Idem concludit Affli. Dec. Neap. 365. nume. 13. Ruin. conſil. 61. num. 75. lib. primo, & conſ. 151. volum. 4. Goza. conſil. 9. num. 7. Io. de Amic. de veneſ. conſ. 150.

Trecenteſimus quadrageſimuſtertius. Vt poſ-
151 ſeſſio† cuiuſcunq; rei in Gallia anno perdatur. Bartho. Caſſen. conſ. 30. viſo proceſſu. nu. 18. & ad tex. in c. olim. 1. §. intelligentes. iun. glo. in ver. cum ſtatum. de reſt. ſpolia.

Trecenteſimus quadrageſimuſquartus. Vt dominia bonorum mobilium (iuxta legem Platonis, quam habemus Dialo. 12. de legib.) ſi quis illis anno integro in vrbe, foro, ſacris, apertè vſus fuiſſet, alicui tanquam ſua repoſcere non liceret. Idẽ etiam cauebatur iure ciuili antiquo, vt vſucapio rerum mobilium anno inter præſentes locum ibi vendicaret. Hodie res mobiies cum titulo, & bona fide triennio vſucapiuntur. l. 1. C. de vſuca. transfe. & Inſti. de uſuca. in prin.

Trecenteſimus quadrageſimuſquintus. Vt an-
152 no † beneficium poſſeſſum impetrans plura ſeruare debeat, prout in Regu. Cancel. de Annali. ſuper qua latiſſimè ſcripſi.

Trecenteſimus quadrageſimuſſextus. Vt tenutam ad reuocandum detur annus, ſatiſdando, & reficiendo expenſas. iuxta tex. in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis non per vim. C. de præſcr. 30. vel 40. ann. cap. quoniam frequenter. §. in aliis. ut li. non conteſt. De tenuta, illiusq; confirmatione, infirmatione, & reuocatione tractant Ancharan. conſ. 92. tria in fauorem. Pau. Caſtren. conſ. 294. in cauſis. col. 2. lib. 1. Imol. conſ. 110. in cauſa. nume. 1. Roma. conſ. 158. circa. & conſ. 292. & ego tractaui, tenutæ, & confirmationis illius formulas ſubijciens in 72. quæſt. tracta. inhibitio. nu. 6. cum aliis ſequ. Ad huiuſmodi etiam materiam videre poteris Bal. conſ. 104. comparuerunt. col. 2. vol. 5. & poſt alios in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infe. Ludo. Bolog. nu. 34. & ſeq. ac Soz. Iun. conſ. 181. nu. 69. & conſ. ſeq.

Trecenteſimus quadrageſimuſſeptimus. Vt fideicommiſſarius hærede non cauente infra annum, ſit uerus poſſeſſor. l. poſtquam. verſ. Et qui obtinuit. ff. vt lega. nomi. caue. iun. ijs, quæ tradit Ludo. Bolog. in repet. dicti §. Iulianus. poſt num. 48. verſ. Sed ſi perſeuerauerit hæres poſt annum bene datur vera poſſeſſio fideicommiſſario. Dũ tamen ſubijcit uerba tex. illius verſ. Et qui obtinuit, aliter quàm legendum ſit, legit.

Trecenteſimus quadrageſimuſoctauus. Vt prę-
153 ſcriptio† contra monaſterium non uẽdicãs bona monialis corruptæ. Vel ſecundum alios non
154 † uendicans bona raptoris monialis, ſollicitantis, ſeu corrumpentis, & criminis participum, antinalis ſit. §. ſi quis rapuerit. in authẽ. de ſanctiſ. epiſco. Contra monialem corruptam, uel huic ſimilem, puto exclamare prophetam dicentem: Deſcẽde, ſede in puluere virgo, filia Babilon, ſede in terra, non eſt ſolium filiæ Chaldæorum, quia vltra non uocaberis mollis, & tenera, cum ijs, quæ ſequuntur. ac Eſaia in cap. 47. Amos item, inquit cap. 5. Virgo Iſrael proiecta eſt in terram ſuam, non eſt, qui ſuſcitet eam. & diuus Hiero. in epiſt. ad Euſtochium. de quo etiam in c. ſi Paulus. 32. quæſt. 5. vbi ſubijcitur, Quid fiet illis, quæ proſtituerunt membra Chriſti, & mutauerunt templ. ſancti ſpiritus in lupanar? Contra raptores virginum

rum quaruncunq; habemus in rub. & in l.vni. C.de rapto.virgi.in l.raptores.C.de epi.& cler. in auten.de rapt. mulie. De iure autem canonico contra huiusmodi raptores aliter cauetur. ca. tria.& c.deniq. 36.q.2.c.de adult.ca.de muliere. vbi Doct.de sponsa.Abb.in c.insinuante.qui.cleri.vel nouen.Paris.consi.170.nu.6.vsque ad fin. con.volum.4.

Trecẽtesimus quadragesimusnonus. Vt præ-
155 scriptio † contra ecclesiam non vendicantẽ bona clerici hæretici in defectũ agnatorum anno duret.in auten.vt cum de appel.cogn.§. si quis. de prædictis.ver. Si verò liberi, & propinqui agnat.& in auten.Idem est de Nestorianis.C.de hæreti.& maniche.& gl.in ver.intra annale.in d. §.si quis de prædictis.Nepos.de Mon.Alb.in tracta.except.col.antepen.art.25.num.30.& Bar.in eo.§.si quis de prædictis.in 2.no.assignat rõnem quare ad annum restringitur ista præscriptio,ea est ratio,quia ecclesia tractat de iure acquirẽdo aliàs secus esset. Annales præscriptiones quãdo vtiles a principio,quando ex post tractat.Castrẽ. in l.nunquam.§.in vsucapionib. ff.de vsucap. Balb.in tract.præscr.in 1.par.4.par.princ.versi. Sextò,& vltimo.post nu.2.

156 Trecentesimus quinquagesimus. Vt † annalis dilatio, seu annale rescriptum per principem concedatur debitori de interim non soluẽdo, & sufficiat iuramentum super vrgenti necessitate si ne fraude absque alia probatione,& in quo differat a quinquennali dilatione. Nico.Boe.latè Dec. 296.incip.princeps põt. An præmissa cautio iuratoria sufficiat disputat. Lud.Ro.cõs.439.ĩ vlt. dub.Et pro rescripto hmõi differẽdæ solutionis, nõ autem tollendæ videatur Ias.in l. vlt.nu. 37. C.de sacro.eccle.

Trecentesimus quinquagesimusprimus. Vt incendiarius resipiscens,per annũ debeat in seruitio Dei esse.c.pessimam.23.q.8.

Trecentesimus quinquagesimussecundus.Vt eps relaxans incendiarij,illud restituat, & per annum ab officio episcopali abstineat.d.c.pessimã. ver.si quis autem.

Trecentesimus quinquagesimusquartus. Vt
157 naufragiũ † passus infra annũ illud ꝓbare debeat corã iudice illius loci,& denũciare.l.2. C.de naufr.li.11.nec requirit† citatio partis ad uidẽdũ iurare testes.Bar.in d.l.2. & ibi Iaco. de Plat. Rom.in l.ũ verò.§. de uiro.ĩ 41. & 54.fallẽ.ff.solu.matr. Sozzi.cons.90.col.3.lib.3.Io.de Ana.in c.excõicatione.col.pen.de rapto.Feli. in c. 2.nu. 19.in 4.lim.de testi.& in c.qm̃ frequẽter. col.6. vt li.nõ cõte.Dec.Tholosa.447.& ibi Apostil. Hyppo.de Marsi.Syng.24.& in l. de vno quoq; in 18.cau.ff.de re iud.& Iaco.de S.Georg.in l.cũ his.§.translactiones.in 1.& 2. lect. ff.de transac.

Trecẽtesimus quinquagesimusquartus.Vt ex
159 ijs,ꝙ † mercatores,q accipiũt pecunias ad parte lucri,dicẽtes se dãnũ substisiuisse furti vel rapinę: vel se incẽdiũ, & similia passus, de hoc infra annũ fidẽ facere debeat.Bar.in d.l.2.in 2.no.eo. tit.C.de naufr.li.11.q. tñ postea in ult.no,dubitatiuè loquitur.Idem uoluit Bar. p illum tex.in l. si negocia.ff.nego.gest.& idem Bar.& Angel.in l. neminem.C.de susceptoribus.lib.10.ac Corse.in suis singu.in uer.mercator.

Trecentesimus quinquagesimusquintus. Vt sociorum rõ annuatim amicabiliter reuideri debeat.Roma.cons.168.circa primum.col.ult.Augu.Bero.cons.191.in causa vertente.li.1.nu.5.& seq.Soz.cons.242.in præsenti.in 1.conclu.ac addi.ad Ias.in §.sequens.nu.42. in ver. annuatim. Instit.de actionibus.

Trecentesimus quinquagesimussextus. Vt ar-
160 bitramentum † comprobare videatur,anno tacens.Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum. post numerum 22.ff.pro soc.

Trecentesimus quinquasimusseptimus. Vt an
161 no expiret† compromissum in tertium collatũ, seu arbitrio iudicis,vel boni viri controuersia cõmissa.arg.tex.ĩ l.vlt.§.sed si quis optionẽ. C.commu.de leg.Bar.in l.si quis arbitratu. nu.8. vers.Si uerò arbitramentũ confertur in tertiũ.ff.de verb. obli.Idẽ Bart.in alleg.l.ult.§.sed & si quis.& ibi Ias.nu.4.C.commu.de leg.cũ Bar.tenuerunt Bal. & Ang.ut refert Ias.ĩ d.l.si quis arbitratu.nu.24. vers.Tertiũ principale.ac Petrasan. sing.27. inci. Libero arbitrio.ad fi.Sed vidẽda sunt, quę scribit Alex.in d.l.si quis arbitratu.nu.16.& 17. Contra opin.Bar.plures tenuerunt nonnulli, ꝙ vltra annum arbitrorum , seu arbitratorũ potestas duret triennio.per tex.in l.properandũ.C.de iudi.Alij, ꝙ quinquennio.Pleriq; ꝙ perpetuò.prout Bal.in l.multa.§.1.ff.de condit.& demon.& in l.ult.C. de contrah.emp.pulchrè Io.de Anan. cons.19.visis instr̃is.col.1.uers.circa primũ dico. Et Ludo. Bologn.ĩ addi.ad ipsum.Pro quibus ẽt videri poterunt idem Bal.in alle. l. si quis arbitratu.& ibidem Ambro.Opiz.in sua repet.nu.78.ff.de uer. obli.Boe.Dec.283.nu.8.& cautelam dant,vt siue simus in arbitro,siue arbitratore, quando nullus terminus appositus est ad arbitrandũ, iudex arbitro,uel arbitratori tempus statuat si de causa sibi liqueat ad compromissum terminandum,& laudum proferendũ.Aliquibus in locis legib. municipalibus cauet quid faciendũ sit termino aliquo arbitris non assignato, prout videre est Florentię, vbi adest statutũ rub.66.li.2.tit.de compromis. in fi.sub ijs verbis,Compromissum quoq;, & arbitrandi potestas ex eo procedens ex alia re, quã de sponsalibus, vel matrimonio, non habens determinatum tps,duret solum p annum,a die compromissi numerãdum. Nonnulli arbitrio iudicis relinquendum esse affirmant quanto tpe præscribatur facultate arbitrandi ex sñia glos.in l.item si unius.§.j.in ver.si multo.ff.de arbi. ubi uult iudicis arbitrio remitti, quod tempus sit illud, post quod arbiter cogi non possit suam sententiam dicere.Idem voluit Bal.in cap.1. §.inter pares.nu. 8.de lege Corra.in usib.feudo.

Trecentesimus quinquagesimusoctauus.Vt an
162 nalis sit petitio emendationis† extimi suorũ bonorum,uel cẽsus,seu catastri.l.qui grauatos. C.de cẽsib.& cẽsi.li.11.Bar.in l.forma.§.ult.ff.de cẽsib.

Trecẽtesimus q̃nquagesimusnonus. Vt annus
163 †excusationis a tutelis det' post reuersionẽ cuicunq;, qui absens fuerit causa militiæ, ꝟel Reip. l. non solum. in princ. & §. 1. & ibi Bald. ff. de excu. tuto. l. tempus vacationis. cum glo. 1. ff. de uaca. & excu. mun. Iste annus ad futuras, nouasque tutelas datur, non ad eas, quæ resumi debẽt. ut in d. l. nõ solũ. subijcit. ver. Annus enim ad futuras.
164 Trecentesimus sexagesimus. Vt rationẽ† quolibet anno mercator pro pecunijs acceptis ad lucrum, & damnum reddere teneatur, & ad id cogi non possit ante annum. l. si quis. C. de naufra. lib. 11. & ibi Bart. num. 8. Idem Bart. in l. neminem. C. de suscepto. Præpo. archa. eo. li. 11. Iaf. in §. sequens. nu. 42. Insti. de actio. Ant. Corse. in suis singu. in uer. mercator.

Trecentesimus sexagesimusprimus. Vt ex statuto Amerino tutor, uel curator anno quolibet post mensem Octobris rationem administrationis tutelæ reddere teneatur, quod statutum ẽ sub rub. 62. de Ratione reddenda per tutorem, & curatorem minorum, & aliorum habentiũ eum &c. quo statuto ita cauetur, statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli tutores, tutrices &c. curatorum minorum &c. teneantur, & debeant quolibet anno recollectis fructibus dicti anni post mensem Octobris ipsius anni absque petitione cuiusquam, & etiam ad petitionem cuiuscunque petentis in fauorem ipsorum pupillorum, & minorum &c. reddere rationem administrationis ipsius tutelæ, vel curæ, & fructuum, & omnium peruentorum ad manus suas, & expensarum factarum per eos dicta de causa &c. Et ad prædicta cogantur, & cogi possint per iudicem cum iuris remedijs &c. Et insuper eos puniat de fraude, & collusione &c. Et cogat eos ad restitutionem defraudatorum per eos &c. Hoc statutũ operatur ultra ius commune, iuxta quod finita tutela, uel cura, tutor, uel curator rationẽ administrationis reddere cõpellitur, & nõ prius. Nisi finita. & l. si adhuc. ff. de tut. & ratio. distra. l. 2. ubi ẽt Doc. notant. & l. rationes. C. de administ. tutę.

Trecentesimus sexagesimussecundus. Vt administratores tam ecclesiastici, quam laici, fabricæ, seu hospitalis, confraternitatis, & similes rationem administrationis annuatim reddere teneantur ordinario, prout concilio Triden. ses. 22. cap. 9. Et sciendum est, quòd iudex potest exequi sententiam contra administratorem loci pij condemnati ad reddendas rationes, non obstante appellatione per eũ interposita, & sic iudex a quo appellatione pendẽte potest illum cogere ad reddendam rationem administrationis, & ita suam exequetur sententiam citra ꝟitium attentati, & contra iuris regulam. vt in rub. & toto titu. ff. nil noua. appel. penden. Vitali. in trac. clausu. in claula, Nil nouari appel. pend. Et dixit D. meus Phi. Dec. cons. 97. in casu. nu. 1. Omnia iura clamare, appellatione pendente nihil esse innouandum. Pro præmissa conclusione adduco Ang. in §. œconomos, in fi. in auth. de sanc. epis. Sequitur Ioan. Firma. in suo repert. in ver. appellatione pendente. ꝟers. 25. incip. Appellatione pendente potest executio. Idem uoluerunt Maran. in suo Spec. in 3. par. 6. par. prin. q. 2. num. 187. & Pet. Duen. Regu. 42. nume. 21.

Trecentesimus sexagesimustertius. Vt statutũ, seu consuetudo fuerit senis (vbi per plures annos nostra ætate monarcã D. Philippũ Dec. audiens, ac deinde cathedrã in iure ciuili obtinens per aliquod tempus legẽs moram traxi) ac aliquib. aliis in locis, q̃ administrator, seu magister hospitalis teneatur uendere tot iugera bonorum immobilium singulis annis, & ea quidem ratione id fieri audiui, ne hospitale, cui in dies bona stabilia relinquuntur, omnium, uel maioris partis bonorũ alicuius territorij dominium assequatur. Quod quidem, vel simile statutũ, seu consuetudo nullatenus subsistit, licet alicubi de facto seruetur, ꝟt uoluerunt Bal. in auth. hoc ius porrectum. col. 3. vers. Et propterea non valet statutum. C. de sacr. eccle. & post Bar. Ioã. Bap. de San. Seuer. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ac D. meus in c. ecclesia. S. Mariæ. nu. 192. ꝟers. Octauo non ualet statutum, quòd ecclesia. de constitu.

Trecentesimus sexagesimusquartus. Vt Imperator anno quolibet sibi significari iuberet a magistro officiorum qũo super omni limite suo numerus limitum se haberet, claustrorumque, ac clausularũ cura. l. pen. C. de off. magi. offi. Restau. Castal. in tract. Imperatoris. q. 110. casu 50.

Trecentesimus sexagesimusquintus. Vt episcopus ex constitutione cõcilij Trid. quolibet anno præsentib. duobus a capitulo, & totidẽ a clero ciuitatis deputatis, rõnem seminarij accipere debeat.

Trecentesimus sexagesimussextus. Vt emphy-
165 teutica† bona ad ecclesiam reuersa, per annũ retenta, de mensa prelati effecta censeantur, vt uoluerunt Archi. in c. 1. 35. q. 8. Bart. in l. si vacantia. nu. 9. C. de bo. uac. li. 10. Cardi. in ca. 2. de feud. ac cons. 34. inci. circa primum. colum. 1. And. Sicu. in suo cons. posito post omnia cons. Alex. volu. 4. inci. Et quidem. nu. 7. ꝟers. Et adduco.

Trecentesimus sexagesimusseptimus. Amplio ad feudũ reuersum ad ecclesiã, ut per annũ ab ecclesia retentũ, de mensa prelati, & inalienabilem effectũ sit. ut per Archi. & alios ubi supra, qui ẽt de feudo loquuntur. prout ẽt D. meus in authen. qui rem. num. 21. C. de sacros. eccles. & Iul. Clar. lib. 4. senten. §. feudum. q. 13. vers. Sed nũquid. affirmans eiusdem opin. fuisse Guid. Papæ q. 154. Verũ aduertendũ est in utroq; casuum prędictorũ, & sic tã quoad feudũ reuersum ad ecclesiam, quã quo ad bona in emphyteusim data, ac reuersa, quo ad tẽpus requisitum, ut de mensa censeri debeant, non apparente alia declaratione, & sic in dubio, dubias, & diuersas fuisse opiniones. Bal. enim in c. 1. nu. 3. de cleri. qui inuesti. facit in vsi. feud. uoluit, quòd eo ipso, quòd ecclesia reperitur in possessione, præsumatur facta incorporatio, & res effecta de mensa. Et sic Bald. non requirit cursum anni, ꝟel longioris temporis. Idem quod Bald. tenuit Ioan. de Lign. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. prout eundẽ pro opinione Bal.

Bald.citant Barba.in cap.ut super.colu.2. de reb. eccle.non alie.Cur.Iun.in tract.feud.par.2. in 5. quæst.prin.nu.3. Qui tamen Barba. & Cur. Iun. ac Roma.cons.70.num.1.& Præposi. in cap.1. episco.vel Abba.a Bal.& Io.de Ligna. dissentiũt: & contra Bal.esse cõmunem opin.testatur Clau. Seysel.in Specu.feudo.tit.qui feud.dare pos.Tertia fuit opin.Barba.in alle.cap.ut super.colum.3. vers.Et ideo videtur mihi.de reb.eccle.non alien. qui requirit cursum decennij, suam tamen opin. non probat,imò eam improbat Cur.Iun.in tract. feudo.par.2.in 5.quæst.prin. nume.6. vers.Sexta fuit. Quam tamen opin. defendit Clau. Seysel. in alle.Spec.feudo.quando aliud cum cursu eius temporis concurrit. Quarta fuit opin.Andr. de Isern.in cap.primo.colum.2. de his, qui feu.da. pos.vt requiratur cursus triginta annorum.Idem uoluit Imol.in alle.cap.ut super.num.7.de rebus eccle.non alie.Marti.Laud.in cap.1.in prin.colu. ult.episco.uel abba.in vlib.feud. ac Clau.Seysel. vbi supra. Redeundo ad primam opin.casui nostro annali inseruientem,quæ fuit Archid.ut pręmisi,cui vt dicunt Guid.Papæ Dec.154.colum. prima.vers.Bar.uerò.Ac Barb.ubi supra aduersatur ipse Bar.in alle.l.si vacantia.num.8.C.de bo. vacan.lib.10.expressius uerò Anchar. cons.156. propter tria.uers.Nec est probabilis opi.quorundam. dicens hanc præscriptionem annalem nec reperiri in iure,nec ratione iuuari. Ab Archidia. etiam dissentiunt Marti.Laud.& Affli.in alleg.capitu.1.episco.vel abba.in prin. Claud. Seysel. in alle.Specu.feudo.titu.qui feud.dare pos. uers.secunda fuit opin.ac Zasius in epito. feudo.par.5. num.50.requirens ad minus spatium triginta annorum.Defendi posset opin.Archid.& sic pro casu nostro annali,cum prælatus iurauit non infeudare,nisi feuda noua.ut per Imol.& Cur.Iun.vbi supra.Vel secundum Seysel.supra citatum,quando præfatus iurauit, non infeudare feudum nouum.

Trecentesimus sexagesimusoctauus. Vt agna-
166 tis † emphyteutæ annus detur,ac etiam alijs facultatem habentibus petendi renouationem emphyteusis per generationem finitæ. per tex.in ca. Titius.si de feud.fue.controu.inter domi.& agn. Roma.super rubr.ff.de arbit.post numerum 45. vers.& scias.Idem in l.prætor.ait.§.vlt. ff.de nou. oper.nunci.ac consil.22.incipien. Propropositæ. nu.6.vers.Illud tamen. & consil.70.visis.colum. tertia.uers.Non obstant nota. per Bar. ac Ias.in l. petens.num.10.C.de pact.& in l.secunda.nu.23. C.de iu.emphyteu.& cons.24.colum.vlt. libr.3. Brun.consil.67.colum.3.Cur.Sen.consil.47.incipien.super post num.10.Grat.respon.49.in causa.num.14.lib.primo.Alexan.in addit. ad Bar.in l.sicut.in uer.quæro certè sic,cir.medium.versic. Et idem in emphyteusi,vel re ecclesiastica.& præceptor meus D.Phil.Dec.consil.131.colum.2.& cons.138.in casu proposito nu.2. Goza. cons.39. incip.prima. vlt.colu.& cons.71 in causa.colu.1. August.Bero.consil.119.in præsenti.num. 5.li.1. Tiraq.de vt.retra.par.1.§.primo. Glo.10.num.4. vers.Et ex hoc inferunt plerique.Io.Ceph.cons. 147.num.22.li.1.Rip.in l.1.nu.11.de priui.cred. Quòd si infra annum nõ petant, & alius interim inuestiatur,ab omni iure suo deijciuntur exclusi. Qui in terminis cons.35.nume.8.libro 1.Rip.in alle.l.1.nu.8.& Ceph.dicto cons.147.nume.23. Maria.Soz Iun.cons.76.in fi.lib.1.

Trecentesimus sexagesimusnonus.Vt inquilino domus in vrbe valde faueatur per decretum Camerale perpetuò valiturum, & in uiridi obseruantia existens,quod est sub die 6. Octob.1470. Pauli 11.anno 7. quod quidem Decretum fuit postea innouatum,& in Camera Apostolica receptum,quod incipit,Raphael episcopus Portuen. decernit, ꝙ nemo curialis inquilinus eijci possit ex cõducta domo,nisi propter factam locatę domus uenditionem , aut dominus domus uolens ipsam domum locatam per seipsum , & non per alium quencunq; inhabitare, & eo casu nisi satis dato prius de inhabitando eiusmodi domũ per seipsum ad minus per unum annum &c. Annalẽ igitur habitationem per proprium dominum requirit hmõi decretum.An aũt huiusmodi Decretum (quod Camerale dicunt) nuncupãdum sit fauorabile,uel odiosum hic non discutio , solũ annuo, ꝙ ex vna parte videtur exorbitans, & restringendum,quippe quod liberis hoĩbus liberam facultatem subtrahat disponendi de rebus suis ad libitum.contra tex.in l.non vsq; adeo.ff.de coniun.cũ eman.libe.l.nec emere.C.de iu.deli.l.2.C. de contrah.emp.& in simili cõcludunt Alex.cõs. 173.col.ult.vers.Vltimus ẽt.vol.6. ac Aym.de anti.temp.par.4.nu.21.uer.Sed aduerte. Ex alia parte vř fauorabile decretũ præfatum,ex quo respiciat publicã utilitatem , & commodũ inquilinorum,ac aliorũ.ad tex.in l.si quis in graui.ibi, Potuerunt propter hoc; quia in cõi utile est. & ibi Bar.ff.ad Syllan.Bar.in l.2. §.exercitus. ff.de his, qui not.infam.& in l.quemadmodũ. nu.4.C.de agri.& cens.li.11. Alex.cõs.34.visis.nu.9.vol.5.D. meus cons.352.viso.nu.1. Hic concludendũ esset uidẽdũ fore an fauor , uel odiũ præponderet, seu præualeat,ut decretũ huiusmodi fauorabile, uel odiosum censeri debeat.ad tex. in l.qui exceptione.& ibi not. ff.de condi.inde.& ad cons. Alexan.197.col.1.vol.7.Decretũ hoc Camerale fuit comprobatũ,declaratũ,innouatum , & ampliatũ per aliud decretum tpe Pauli 111. de quo supra post nu.43.quod incipit, Nuper nobis.tpe Guid. Ascanij Sfortię Camerarij.est sub die Apr.1549.

Trecentesimus septuagesimus.Vt annui redditus beneficij,vel pẽsionis excedẽtis valorẽ 24. duca.auri de Cam. medietas in expeditione lřarum
167 Apostolicarũ soluatur†annata nuncupata, quã Platina in vita Boni.ix. ab eo introductã asserit, prout etiam per Hiero. Gig.de pensio.quæst.26. Prius autem per Iohan.xxII. constitutũ fuerat, ꝙ annata,seu fructus beneficiarij , vel beneficiorum emolumenta, quæ per annũ percipiebantur ex aliquibus ecclesijs cathedralibus ad trienniũ soluerentur, & quod a dicto Iohan.xxII. exactũ fuerat ab aliquibus duntaxat ecclesijs , & tem-

poraliter,& ꝑ neceſſitate, poſtea a Bonifacio IX. præfato in perpetuum, & ad omnes eccleſias extenſum fuit. ut per glo. Pragma.ſanctio. titu.de
168 de Annat.in ver.Annatarum. quæ † annata ex legitima cauſa introducta videtur, videlicet pro ſubſtentatione ſummi Pontificis, & ſedis Apoſtolicæ, ut omnes norunt, & affirmant Barthol. Belenci.de charita.ſubſi.quæſtio.16.verſ.Et idem dico de expenſa facta in promotione. Et Sarnen. in præfa.Regu.de valore.num.6. Et licet præalle. Glo.pragma.ſanctio.dicat annatam introductam fuiſſe contra totius iuris diuini,& humani diſpoſitionem,ut toto titu. 1.quæſtio. 1. & quæſtio.3. tamen nec ibi,nec alibi reperi huiuſmodi prohibitionem. Et in omnem caſum Papæ authoritas omnem ſimoniæ labem purgaret in ijs, quæ prohibita eſſent iure poſitiuo, & eccleſiæ ordinatione,ſecus ſi de iure diuino.glo.in ca. cum pridem. in ver.illicitè.de pac.quam communiter ſequuntur. facit tex.in cap.propoſuit. de conceſ.prębē. & uoluit Archid.in cap.1.12. diſtinct. quam ſequuntur Pau.in clem.1.de ſum.Trini.& Gemin. in cap.ſi Papa.40.diſtinc.& in ca.1. de ſimo.li.6. Fely.in cap.ex parte.1.poſt glo.ibi. num.primo. verſ.Dicunt hic.de offic.dele. Caccialup.de penſio.quæſt.19.per glo.in cap.ſi quis obiecerit.prima,quæſtio.tertia.ac D.meus Phil.Dec. in c.quæ in eccleſiarum.nu.111.de conſt.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſprimus. Vt annata ſoluta in prouiſione beneficij mortuo prouiſo intra annum,in bulla, ſeu literis Apoſtolicis ſucceſſoris ponatur clauſula, Pro annata nihil, quia infra annum. Tria tamen ad hoc concurrere debent,primum,quòd doceatur annatam ſolutā fuiſſe per defunctum.Secūdum,quòd defunctus non perceperit fructus: ſi enim fructus percepiſſet,medietas illorum ſibi integra remanſiſſet, & ſic nullum damnum paſſus fuiſſet. Tertium, ꝙ ſucceſſor in beneficio habeat mandatum ab hæredibus defuncti recuperandi dictam ſolutionē: licèt enim iſte ſit ſucceſſor in beneficio, venit tamen ex nouo iure,quod creat in perſona prouiſi. cap.Moyſes.& cap.ſequen.8.quæſt.1.ca.1.de præben.Ioan.And.in cap.ex parte.de arbit. in cap.ſecundo.vt li.penden. libro 6. & in cap. ſi tibi abſenti.in uer.non acquiras.eod. lib. & ibidem per Io.Monac.Rot.13.de procura.ſi A. conſtituat.in fi.in no.aliàs 171.Mil. in repert. in ver. ſucceſſor in beneficio defuncti.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſſecundus. Vt annalia emolumenta beneficiorum (ſecundum vulgi denominationem) eſſent, quæ per annum per aliquem,cui reſeruata erant integra percipiebantur.extra.ſuſcepti.de electio.Iohan.XXII.per quā extra.hodie fructus huiuſmodi diuiduntur. prout in c.conſtitutione.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſtertius. Vt annata etiam in dominio,ſeu ducatu Mediolani tēpore belli a feudatarijs, ſeu donatarijs ſolui conſueuerit.ut teſtatur Aegid.Boſs. in ſua Praxi crimi.tit.de Principe,& priuile.eius.num.132.verſ. Princeps tempore belli.Et hoc idem alibi ego ſeruari vidi.Decreti verba pro ſoluendis fructibus unius anni a Mediolanenſibus tempore belli, ſūt hæc. Qui habuerūt donationes,a Cæſare nec non a retroactis principibus teneantur &c. & Boſs. ubi ſupra ſubdit nonnullas quęſtiones in materia illa contingentes.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſquartus. Vt an-
169 ni unius redditus dimidium † dandum ſit Imperatori, vel Regi eunti pro ſuſcipienda corona. cap.primo.§.vt autem.de allod. cap.primo. §.ſimiter.ubi etiam Iſern.num.30. & alij,de prohib. feu.alie.per Feder.& per alios, quos cito in meo tracta. περὶ τῆς ἀχαριστίας, ſeu de Ingratitudine.in 39.ingrati.vaſalli ad dominum.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſquintus. Vt feu-
170 dum † guardiæ, ſeu quod datur ratione guardiæ,& cuſtodiæ, vel pro mercede alicuius rei annale ſit,& tranſacto anno iure auferri poſſit, etiā pro eo, pręcio dato, non reſtituto. cap.primo.de feu.guard. vbi tamen videatur Iſern. Verum iſte annus per pactum prorogari poteſt, & tunc potentior erit conuentionalis prouiſio, quàm legalis,qua ceſſante ſibi locū vindicat legalis. l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff.de ædili.edi.Bald.in proœ. feud.in 9. diuiſio. uolens etiam paciſci poſſe, vt nullo tempore auferatur. Sequitur Iaco.de San. Georg.in tracta.feudo.in 9.diuiſio. verſic.In feudum.& Pet.Rebuff.in declarat.feud. diuiſio.undecima.

Trecenteſimus ſeptuagemuſſextus. Vt feuda-
171 tarij † defuncti filius, uel ſucceſſor infra annū, & diem, a Domino inueſtituram petere,& fidelitatem iurare teneatur, alioqui feudo priuetur. capit.1.verſi. Et econuerſo.quæ fue.pri. cau.benef. amit.cap.primo.in prin.de capi.Corra.capit.primo.§.Præterea ſi quis.de prohi.feu.alien.per Feder.& ibi Iſern.declarat.nu.27. Hoſtien. in ſum. de feud.§.qui.mod.feu.amit. verſ.propter iniuriam.Bald.conſil.301.proponitur,quòd Petrus. num.6.& ſequen.lib.primo.iuxta nouàm impreſ.
172 Ratio eſt, quia petere † inueſtituram eſt quaſi quidam conſenſus,ſeu ſpecies recognitionis, & reuerentiæ, quæ domino pręſtari debet, aliàs res cadit in commiſſum,ſecundum And.de Iſer.Bal. & Aluarot.in alle.cap.primo.quæ fue.pri.cau.bene.amit.Gui.Papę Dec.164.num.primo,& ſecundo.ſubdens hanc eſſe ueritatem iuxta diſpoſitionem utriuſque iuris.Grat.reſpon.9.num.62.lib. primo.Et an ipſo iure cadat,an ſententia opus ſit optimè per Cardi.Zaba.conſ.74.Redemptoris. nu.1.uerſ.ad primum.

Trecenteſimus ſeptuageſimuſſeptimus. Vt idē annus currat militi per conſtitutionem Feder.iuxta mentē gl.in c.1. quo tempo. inueſti.pete. de be.in uer.& menſem, quæ dicit illud fortè corrigi per dictam conſtit. Feder. Qui tamen tenere uellet non idem in milite,ponderare poterit,ꝙ ille tex.in c.1.quo tempo.inue.ultra annum ſoliū dat ēt menſem,& ſic miles ad petēdam inueſtituram habet annū,& mēſem. Et ſic euitari pōt opi. dictę gl.pręter id qđ loquitur per uerbum fortè: Et quia maior eſt fauor militis, quòd habeat ul-
tra

tra annum, etiam mensem, cui militi plura alia priuilegia conceduntur, & sentit gl. præfata, dum postea subdit, quòd si dominus post annum, & mensem vasallum militem recepit, talem quasi ingratitudinem remittere uideatur. Et aduertendũ est, quòd si sint plures hæredes uasalli defuncti, & pro parte possideant feudum, insolidum iurare tenentur fidelitatem Domino. ca. 1. §. omnes filij. si de feu. controu. fu. inter domi. & agna. Angel. in l. secunda. §. ex ijs. ff. de verborum obli. & ibidem Aret. colu. secunda. in 2. nota. Sed quid si vasallus infra annum, & diem non petierit inuestituram, sed postea seruitium Domino exhibuerit, vel inuestituram post tempus petierit, & dominus concesserit, an ingratitudo remissa censeatur? Affirmatiuè respondeo, & quòd is tali casu excusetur. ad l. Celsus. vbi glo. ff. de arbi. l. vlt. in fi. ff. de eo, quod cer. loco. glo. in ca. 1. quo tempo. mil. cum qua trãseunt ibi Isern. Bald. Aluarot. ac Præposi. & omnes in cap. primo. quæ fue. pri. cau. bene. amit. Iacobi. de San. Georg. in tract. feudo. in ver. Qui quidem inuestiti. colum. 10. vers. sed iuxta prædicta dubitatur. Alex. cons. 14. num. 15. lib. 2. cons. 79. colum. vlt. lib. 1. cons. 60. colu. secunda. vers. Et non dico. lib. 3. ac cons. 40. viso. num. 10. volum. 6. Rot. 233. Lauren. de Sylua. de feud. cogni. quæst. 80. Quæro an agnatus proximior emens partem antiqui feudi teneatur infra annum, & diem inuestituram petere? Suppono, quòd talis alienatio etiam sine consensu domini ualeat. cap. 1. de alie. feud. pater. cap. primo. §. & si clientulus. de alie. feud. & vtrobique Doct. & Doct. in ca. Titius. si de feu. defun. fue. contro. Iacobi. de San. Georg. in trac. feud. in ver. Et cum pacto de non alienando. colum. 8. vers. In ista materia alienationis feudi debetis etiam scire. & colum. 10. vers. Ex præmissis elicio uobis. Præmissam difficultatem tangit glo. in cap. 1. §. sed si res. in ver. Proximiori. ad fi. per quos fiat inuesti. quæ tamen nihil determinat. Isern. Aluarot. Præposi. Afflic. & alij in dicto §. sed & res, distinguunt. Aut duo fratres, vel agnati fuerunt inuestiti per dominum de eorum partibus, iamq; fidelitatem præstiterant, & hoc casu frater, siue agnatus, qui alterius partem acquisiuit, tenetur petere inuestituram de illa parte acquisita infra annum, & diẽ iuxta dictum ca. 1. a quo tempo. miles. Idem erit secundum prædictos si unus ex eis perdidit partem suam, quæ alteri obuenit, iuxta ea, quæ tradũtur in cap. primo. si vasal. feu. priue. cui defera. Aut unus ex illis fratribus, seu agnatis nondum agnouerat portionẽ suam, uel eam amisit, quia fortè non petierat se inuestiri de parte sua in tempore, iuxta l. Imperialem. §. Præterea si quis infeudauerit. & dicto ca. primo. quo tempo. mil. & hoc casu quoniam alter frater, seu agnatus portionem alterius habet, in iure accrescendi non tenetur pro illa parte, quæ accreuit inuestituram petere. Sufficit enim eum semel inuestitum fuisse de parte sua. Cum idem iudicemus de augumento, quod de eo, cui fit augmentum, seu principali. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. l. etiam. C. de iu. dot. §. si quis autem. in authen. de hære. & Falci. Pro præmissis, vide Lauren. Syluan. in trac. de feu. recogn. q. 90.

Trecentesimus septuagesimusoctauus. Vt in-
173 tra dictum tempus † uasallus domini mortui hæredem adire debeat: inuestituramque petere, ac fidelitatem polliceri: alioqui tanquam ingratus beneficium amittat, est text. clarus in cap. primo. in princip. quæ fue. pri. cau. benef. amit. & in cap. primo, in princip. de capi. Corra. quod & uoluit Anchar. consil. 6. inter cons. Calderi. sub titu. de feud. incipien. an ex iniuria. Grat. respon. 9. nume. 6. lib. primo. Ioan. Bap. Ferret. cons. 87. in præ
174 senti. numero 12. Quid autem † si sint plures hæredes domini defuncti, an omnibus iuramentum fidelitatis præstandum sit? Videtur affirmatiuè respondendum esse per adducta supra. Item quia non militat diuersitatis ratio, quare magis uni, quàm alteri præstetur. Et pro affirmatiua concludit Bald. in l. prima, quæstio. 22. ff. de re. diui. Communis opinio est, quòd vni tantum, quem vasallus eliget iuramentum præstabit. Are. in alleg. l. secunda. §. ex ijs. in 2. not. vers. Sed quæritur quid econtra. ff. de verborum obliga. per gl. in cap. primo. §. omnes filij. si de feu. fue. inter domi. & agna. Sequitur addit. ad D. meum. in l. ea, quæ in partes. ff. de regu. iur. Et communem affirmat, & declarat Iul. Clar. in tract. de feud. q. 49. vers. Quæro nunc.

Trecentesimus septuagesimusnonus. Vt si intra annum, & diem moriatur dominus, uel uasallus excusationi locus sit, nec tempus effluxum in consideratione erit, tum petendi inuestiturã, tum inuestiturã concedendi: illud enim ius cum persona extinguitur. l. 2. ff. de vsufr. pro ijs uide Laur. Syluam de feudi recogni. quæst. 39. & 40.

Trecentesimus octuagesimus. Vt maiori etiã 14. annis currat annus, & dies ad petendam inuestituram ipso iure, quanquam in integrum restituatur tanquam læsus. probatur in c. 1. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Feder. iun. l. interdum. & l. quia propter. ff. de minori. Læsio enim probatur eo ipso, quod inuestituram in tempore nõ petiit. d. l. interdum. quod voluit gl. in d. §. præterea. Sequuntur And. de Isern. Bal. Aluarot. Præposit. & alij in d. §. præterea. Alex. cons. 79. cir. primũ. col. vlt. li. 1. Iacobi. de S. Geor. in trac. feu. in uer. Qui quidem inuestiti præstiterũt. col. 12. vers. sed ponamus. Moder. Taurinen. in trac. præscri. in 6. & vlt. par. 1. par. prin. in 23. casu. vers. Quinto fallit. Cõtra uero vr tex. in terminis in d. §. præterea. vbi expresse diffinitur, quod maior 14. annis per incuriam, aut negligentiã differens infra annũ, & diẽ inuestituram accipere a domino transacto tẽpore feudũ amittet, & ad dominũ redit. Hæc verba intelligẽda sũt cũ effectu. ad l. nomẽ filiarum. §. ult. ff. de uerb. sign. Vide omnino Laurẽ. Sylu. de feu. recogn. q. 53. ubi pro ijs plenè. Annus, & dies petendi inuestituram, an currat mulieri maiori 14. annis, an uerò maiori 12. discutio. in 4. quæst. trac. de æta. mino.

Trecentesimus octuagesimusprimus. Vt inue-

stituræ titulus præsumatur in feudis ex possessione unius anni domino sciente, & non contradicente.tex.est nota.in cap.secundo.ad fin.si de inuesti.inter domi. & uasal. lis oriatur. & ibi notat Bald.sequitur Caccialu.in cap.primo,de feu.cogni.in 21.differen.inter ius ciuile,& feudale. Licet secus dicendum sit in materia annuæ præstationis,ut infra tangam.post num.178.vers.annua præstatio.

Trecentesimus octuagesimussecundus. Vt an-
175 nalis possessio † vasalli sciente domino operetur,quod stetur eius iuramento super inuestitura per se, vel per patrem obtenta. capit.primo. §.si autem aliquis in possessione. si de inuestitu. inter domi.& vasal.ori a.& ibi Isern.Idem Isern.super ca.rubr.circa medium.ibi,Intellige si per annum possedit.& ibi Aluarot.& in dicto §. si autem.capit.2.citat similem tex.in cap.si Titius. in fi.si de feu.fue.controu. qui tamen parum facit,quippe qui in alijs terminis loquitur, videlicet,quando quis vendidit, & sic ibi concurrebat venditionis, seu emptionis titulus, possessio, & patientia domini. Melior tex.ad id est in cap.vlt.de consue.recti feu.cum declaratione Bald. ibi super ver.longa.quam comprobat Ioã.Bap.Caccialup. in cap. primo.de feu.cogni.in 20.differen.iuris ciuilis,& feudalis.

Trecentesimus octuagesimustertius. Vt silen-
176 tium annale præiudicet domino † scienti quo ad redemptionem, seu reuocationem feudi alienati, quo tamen potentior est proximus agnatus si feudum sit paternum.cap.primo.§.porrò.quali.olim pote.feu.alien.& notat Bal. in ver.annale silẽtium habet vim repudiationis,& refutationis. ad quod dicit facere. l.facta. §.si quis bonorum. ff.ad Trebel.& quod not.in l.si ego.ff.nego.gest. Sequitur And. Tiraq.de vt.retra.§.1.Glo.10.nu. 5.vers.Et hæc sententia.par.1.

Trecentesimusoctuagesimusquartus. Vt an-
177 nale silentium a die notitiæ † excludat filium, seu proximum agnatum a reuocatione feudi.c.1. §.Titius.si de feu.contro.inter domi. & agna. & ibi declarat glo.in ver.per annum. Roma.consil. 22.propositæ.num.6.vers.Illud tamen.& consil. 70.visis.colum.3.vers.Non obstant nota. ac Goza cons.39.incipien.prima.colum.vlt.vers.Item & sexto.Et in terminis nostris D.meus Phi. Dec. cons.395.in causa.ad fi.vers.Postremò non videtur.Fely.in cap.quæ in ecclesiarum. ante nu.56. vers.Et hoc ipse intelligit nisi per annum.de con stitu.Ruin.consil.8.num.6.lib.primo. Ias.consil. septimo,colum.1.vers.Item quando.lib.3.Io.Cephal.cons.27.quamuis.num.12. lib.primo.Bald. in l.contra maioris.C.de inoffic.testam.& in l.solemnibus.C.de rei vendi. Limito hoc procedere quando alienatio est facta in agnatum remotiorem, secus si in extraneum, quia tunc talis facultas durat triginta annis.glos.communiter approbata in alleg.cap.1.§.Titius, in ver.per annum. quæ fue.pri.cau.bene.amit. Alexan. cons.25.visis narratis.colum.vlt.volum.5.D.meus præal.consil.395. versus fin. vers. Et hoc procedit quando alienatio. An autem cognatus hoc ius sibi competens cedere possit extraneo, concludunt pro negatiua Roma.consil.107.circa id. & melius consil. 408.hoc quod. Luc.de Pen. in l. curialis. C. de præd.curia.lib.10.allegat l.ad officium. C. commu.diuidun.quando ius ingrediendi auctoritate propria cedi non possit.& l.cum fundus.ff.de vi, & ui arma. Videantur Pau. Castren. cons.1.lib.2. D.meus cons.614.Alexã. & alij in l.prima.§.vlt. ff.de no.ope.nuncia.Cagno.in l.2.num.89.C.de pact.inter empto.& uendit. Quid autem filiæ: Alber.Brun. consil.80. & de vtroque latè Tiraquel.de vtroque retra.lib.primo.Glo.10.post nume.3.& nu.seq.

Trecentesimusoctuagesimusquintus. Vt sicut uasallus infra annum inuestituram non petens feudo priuatur: ita dominus infra annum inuestituram non concedens, sed illã differens proprietate feudi priuari possit, licet Laurẽ.Sylua de feudi recogni.quæst.30.opin. negatiuam defendere conetur, quędam adducens, quę non concludũt: uerior, & communis opin.est pro affirmatiua, quam tenuit glo.in cap.ult.in fi. per quos fiat inuesti. propter æqualitatem seruandam, & quod in uno statuitur, pariter & in altero. iuxta text.in cap.ult.de for.fideli. & in c. domino committẽti. si de feu.fue.contro.inter domi.& agna. in cap.1. quali.domi.proprie.feudi priue. Sed uasallus priuatur suo utili dominio feudi ob talem negligentiam, ergo dominus suo directo: statutum enim in uno correlatiuorũ, in altero censetur inductũ. glo.in cap.1.in fi.in titu. hic finitur lex.ubi quod ex omni delicto ex quo vasallus feudum amittit, pariter dominus proprietatem. & glo.in ca.ii ex forma.22.quęst.5.Aluarot.& alij in ca.1.§.nulla. per quos fiat inuesti. ubi ꝙ petente uasallo inuestituram, si dominus illam facere recusat priuatur proprietate feudi.per dictum cap.1.in fi. de for.fideli.Gui.Papæ Dec.168.sed iuxta, ubi etiã, quòd omnes hanc opi.sequuntur. Et generaliter dicimus correlatiuorum naturam esse, ut dispositum in uno tantum, etiam in altero expressione alia in eo non facta, dispositum esse censeatur.l. ult.& ibi Bar.in ult.not.ff.de acceptilatio.l.1.ubi idem Bart.ff.quod met.cau.l.1.ac Bart.C.de cuipres.lib.11.quem tex. dicit meliorem de iure Ias. in authen.sacramenta puberum.colum.13.C.si aduer.uenditio.l.vlt.& ibidem Bart. C. de indig. vidui.tollen.Rom.cons.167. Antonius. nu.2.& cons.179.amplissimè,nu.3.Hyppo. de Marsi.in l.quis uiduam.colu.5. ff. de quæstio. Et si unum prohibetur,& punitur, reliquum uidetur prohibitum,& puniendum ueniet. Bar.in l. nemo martires.ad fi.C.de sacro.eccle.Et correlatiua quãdo uniformiter se habent, quod est dispositum circa unum ẽt respectu penę, ꝙ extendetᷓ ad reliquum uoluit ẽt Abb.in proę.Decre. Superest ex ijs, quę sup.diximus in hac materia feudorũ, in qua regulariter, quando anni terminus profertur, additur ẽt dies, in aliis uerò materiis cõiter annus tãtum
178 exprimitᷓ, vñ diuersitas hæc? & an † termini isti iter se differãt? Ad hęc aduertit And.Tira.cõcludens

dens nihil differre, annusne simpliciter statuatur, an annus, & dies. cum enim annus simpliciter profertur, intelligitur non computato die termini: & cum annus, & dies exprimuntur, cõputetur dies termini, & sic anno diem adijci ad summouẽdam illam controuersiam, vtrum dies termini computetur in termino, vide per eum de vt.retra.par.prima.§.1.Glo.11.nume.61.seq. ac præceden. An eius opin. seu distinctio sit vera non est hic locus discutiendi. Ego alia distinctione vtor in illo quæsito, an dies termini computetur in termino, videlicet, quòd aut sumus in materia fauorabili, aut odiosa, prout in 18.q.Regu. de infir.nu.7.& seq.

Trecẽtesimus septuagesimussextus. Vt ex quo annuæ præstationes immobilibus æquiparantur. l.iubemus nulli.in prin.cum ibi nota.C.de sacro. eccles.clemen.exiui.§.cumque annui redditus inter immobilia censeantur a iure. de verborum signific. Bartol.& alij in l.sciendum.in princip. ff. qui satisd.cogan.& ad alia, quæ adduximus supra post numerum 34.concludendum sit executionem sententiæ contra annuæ præstationis debitorem fieri posse, non secus, ac rei immobilis debitorem. Bald.in l.etiam.colum.secunda. nume.13.vers.Modo restat.C.de exec. rei iudic. Sequuntur Alexan.& Ias.in l.a diuo Pio. §. sic quoque.ff.de re iudi. Pro quibus, vide etiam And.Tiraq.de vt.retra.§.1.Gl.6.nu.6.

Trecentesimus septuagesimusseptimus. Vt annua præstatio longo tempore continuata faciat præsumi debitum contractum. l.cum de in rem verso, & ibi glo. Alberi.Bar.& Angel. ff.de vsur. l.si certis annis. & ibi Alexand.& Ias. C.de pact. Ludo.Roma.consil.109. in proposita. colum.2. vers.Breuiter est.glo.magna in cap.peruenit. de censib. Cardin.in clemen.eos.in 2.not.de regula. l.litibus.in princ.& ibi Io.de Plat.colum.2. C.de agri.& censi.lib.vndecimo. Quod verum dicit Bartol.si non fundat intentionem suam simpliciter ex præstatione, sed ex promissione, seu titulo, & ad probationem promissionis, & tituli, inducit præstationem diuturnam.in l.solent. §.non verò.post princip.ff.de offic.proconsu. & lega. Fely. in cap.cum Bertholdus.colum.12.de re iudi. Pro quibus videre poteris tracta.de annua præstatione Iaco.Venen.in secunda par.quæstio.10. & sequen. Limitatur dicta conclusio, quæ communiter tenetur, non procedere contra mulierem, vel rusticum, tunc enim non sufficit annua prestatio per decẽnium, sed spacium triginta annorum requiritur, vt uoluerunt Specu.in tit. de cau.poss.& proprie.colum.penult. & in tit. de restitu. spoliato.§.nunc dicamus. colum. etiam penulti. Bald.in alleg.l.solent.§.vltimo.in fi. ff.de off.procon.& lega. Guid.Papæ.Dec.407. Roma. in l.qui in aliena.colum.secunda.ff.de acquir.hære. Ant. de But.distinguens in cap.peruenit.colum.20.& sequen.de censib. Alex.consi.50.col.vlt.volu.5. And.Barba.cons.8.nu.25.lib.2. An autem ius exigendi annuam præstationem transeat ad successorem exigentis: item onus præstandi annuatim transeat ad hæredem præstantis, & an ad successorem singularem, & pro aliis huic spectantibus videri poteris apud eundem Iacob. Venen. de annua præsta. par. 2. quæstio.28. cum pluribus sequen. cuius dicta transplantare nolui, ad ipsum te reijcio.

Trecentesimus septuagesimusoctauus. Vt legatum annuum factum ciuitati, conuentui, ecclesiæ, perpetuum dicatur, ac limitari, & terminari debeat spacio centum annorum. per tex. in l.vlt. C.de sacrosanc.eccles.l.annum.ad fi. l. cum quidam.& l.sequen.iun.glo.ff.de annu.lega.ac iunc. declara. Bart.in l.si vsusfructus.ff.de vsufru.leg. quem sequitur Anchar.in cap.vlt.nume.9. de testam.& in terminis Feder.de Sen.consil. 12. fratres.num.quinto. Io.de Anan.cons.39.Præsupposito.vers.Et hoc præmisso.Barba.cons.20. post princ.vers.Et plus dixit glos.volum.4. Alexand. cons.60.omisso.ubi hanc magis communem testatur.lib.1.Idem Alexã.in l.2.in princ. quem ibi sequitur Claud.Seysel.num.15.ff.solu.matrimo. Ruin.cons.143.viso.nume.11.vers.Quarto saltem.volum.4.D.meus Phil.Dec. cons.378.viso motiuo.versus fi. Aliter senserunt Alberi.de Rosa.in l.an vsusfructus.ff.de vsufr. vbi quòd non finitur cẽtum annis, & ita dicit seruari. ac Barba. dicto consil.20.volum.4.Ias.Parpal.& Rip.in al leg.l.2.in princip.ff.solu.matrimo. ac Iacob. Venen. in dicto tracta. Annuæ præstationis. par.2. quæst.38. vbi hanc opinio. putat veriorem, pro qua citat duas glos. alteram in cap. possessiones. 16.quæst.prima. quæ tamen contra ipsum retorqueri potest: alteram verò in cap.tuam. in fi.de his, quæ fi.a præla.sine consen.cap. Et hanc opi. quam ipse tenet, limitat vt ibi. Eius tamen limitationem non procedit in pia causa, per tradi.per Tiraquel. de pia causa.in 36.priuil.

Trecentesimus septuagesimusnonus. Vt annuis fructibus fundi legatis, vsusfructus fundi legatus censeatur.l.si quis ita. ff.de usufr. l.cum ita legatum.ff.de vsufr.leg.

Trecentesimus octuagesimus. Vt beneficia, licet de iure communi nõ sint temporalia, sed perpetua. Calde.cons.26.an in reseruationibus.post princ.de præben. Cardi.cons.57. ad primum.nu. 6.Cassa.Dec.3.num. 53.& Dec.12.nu.9 de pręb. constitui tamen possit, ut beneficium sit annale. Lap.alle.9.Disputat, an si Papa beneficium annale. Fely.in c.per tuas.num.4.col.2.& 3.de maior. & obedien.

179 Trecentesimus octuagesimusprimus. Vt † officium iudicis anno utili duret. Bar.in l.societatẽ. §.arbitrorum.post numerum 22.ff.pro soc.

Trecentesimus octuagesimussecundus. Vt an-
180 nale sit † edictum, seu interdictum vnde vi, de eo, quod non peruenit ad vim inferentem, aliàs perpetuum.l.de quibus.ff.de interdi.l.1.§.annus. ff.de vi, & vi arm.l.2.C.vnde vi.

Trecentesimus octuagesimus tertius. Vt edicti
181 † pœna annalis sit si quis ius dicenti, non obtemperat.l.vni.in fi.hoc tit. ff.ac Dyn.de pręscr. vers.Alia est si quis ius dicenti.

Trecentesimus octuagesimusquartus. Vt dupli iudiciũ intra annũ detur, in eũ, qui liber esse iussus fuerit, si dolo eius post mortem dñi,& ante aditam hæreditatem furtum, uel damnum in bonis hæreditarijs factum fuerit. l.prima.in princip.ff.si quis in testa.lib.esse ius.fue.

Trecentesimus octuagesimusquintus. Vt re-
182 scissoria † vtilis restitutione habita, seu ad re-
stitutionem in integrum petendam annalis sit. l.
in honorarijs . vers.Sed cum rescissa. iun.glos. in ver.sed redditur. ff.de actio.& oblig. l.ultima. C. ex quib.cau.maio. Et ideo sic loquutus sum alternatiuè, vt vtramque lecturam amplecterer. vt per Bart.& Bald.ibi. Rescissoria annalis, quia contra ius ciuile.gl.in ver.plerunq,.in prin. Insti. de perpe.& tempo.actio.

Trecentesimus octuagesimussextus. Vt actio
183 de calumnia † ad duplum annalis sit.l.prima.
in princ.& l.annus.ff.de calum.

Trecentesimus octuagesimusseptimus. Vt actio de calumniatoribus in factum, videlicet, Titius decem accepit, vt mihi calumniam faceret: vel a me, ne me calumniosè vexaret, ad quadruplum annalis sit.§.quadrupli.cum glo. in ver.de que.Insti.de actio. l. & generaliter.§.ult.ff.de calumniato.

Trecentesimus octuagesimusoctauus. Vt actio competat hæredibus prætoris infra annum defuncti pro integro anni salario.l.diem functo. & ibi communiter Docto.ff.de offi.assesso. Rip. in priuile.contra causam pesti. nu.115. vers. Et eadem ratione si prætor moriatur.

Trecentesimus octuagesimusnonus. Ampliatur ad hæredes assessoris dicta l.diem functo.& ibi omnes.ac Rip.ubi supra.

Trecentesimus nonagesimus. Amplio ad hęredes Aduocati fiscalis, vt illis debeatur salarium integri anni. l. post duos. ff. de aduoca. diuer.iudicio.

Trecentesimus nonagesimusprimus. Amplio ad doctorem conductum ad legendum, vt si infra annum moriatur, illius hæredibus debeatur integrum salarium illius anni, qui casus nunc Pisis accidit, me ibi primam cathedram in iure canonico tenente, obijt enim bo. memoriæ excellens D.Antonius Cophius, dixi illius hæredes de iure consequi debere salarium totius anni, etiam quòd per duos menses tantum legisset. Hæredibus enim infra annum defuncti Doctoris ad legendum conducti, vel ipsi Doctori impedito nõ facto suo, vel non data opera, debetur integrum salarium totius anni.l.prima.§.diuus. & ibi Bart. ff.de var.& extraord.cogni. Innocen. & Imol. affirmans communem canonistarum, & legistarum in cap.propter sterilitatem.de loca.D.meus cons.70. latè Rip. vbi supra hanc communem affirmans. cui addo Grat.etiam communem attestantem respon. 129.num. 5.par.1. Et postquam in Doctores publicè legentes sermo incidit, subdam dubium, quod nunc emergit.

Trecentesimus nonagesimussecundus. Ampliationem prius accommodans ad hæredes medici conducti ab vniuersitate ad plures annos, in principio, uel in medio anni defuncti, ut salariũ totius anni illis debeatur. Capi.Deci. Neap.125. Cepha.cons.70.in facto.& cons.71. In fauorem. vbi plenè.

Trecentesimus nonagesimustertius. Redeo ad dubium occurrens Pisis: dubitari contingit, an collegium Doctorum huius studij de quo sum, teneatur ad taxam per Doctores status Dominij Florentini anno quolibet de mense Maij Proconsuli Florentino, uel alij officiario soluendam, & aliàs, vt in lege anni 1561. sub die 30. Ianuarij. Fui electus a collegio pro tractando, discutiẽdo, ac dirigendo negocio huiusmodi, vnà cum præclaris Doctoribus eiusdem collegij D. Bartholomęo Romuleo, D. Hieronymo Pappono, ac R. Domino Cappono Capponio, scripsi pro causa huiusmodi Florentiæ tractanda: probaui priuilegium Doctorum legentium, ne teneantur ad onera realia, personalia, & mixta, esse insertum in corpore iuris. l.medicos. & ibi glo.Bartol.Ang. & Io.de Plat.C.de profes.& medi.lib.10. Ang.Are. in §.Item Romæ.num.4.Instit.de excu.tuto.Pet. Leuanda.in tracta. priuileg. Docto. par.secunda. §.38. Vnde priuilegium huiusmodi in corpore iuris clausum per quascunq; clausulas generales etiam non obstantibus priuilegijs &c.dixi sublatum non esse: nec illi præiudicium factum.glos. & Bartol.num.quinto.in l.2.§.legatis. ff.de iudi. & authen.qua in prouincia.& ibi glo.& Bald. in tertia quæst.num.4.C.ubi de crimi.agi opor.Bartol.in extrau. ad reprimen. in ver. non obstante colum.3. uers. Nota etiam priuilegium in corpore iuris. Pau.Castren.in l.1.nume.63. ff.de legib. Fely.in cap.sicut Romana.nu.12.& Bero.ante nume.69.de rescri.

Trecentesimus nonagesimustertius. Vt in a-
184 ctione † Aquilia consideretur quanti in anno
homo plurimi fuerit.l.2. uers.Namque aquilia. ff.de priua.delic.l.secunda.in princ.& l.ita vulneratus. vers.Nam qui prior vuulnerauit. ff. ad leg. Aqui.Insti.eo.in prin.ac §.His autem.& Ang.nu. 7.super glo.in ver.in eo anno.

Trecentesimus nonagesimusquartus. Vt actio
185 † in factum contra officiales, uel eius hæredes
ad duplum anno duret.l.datur.& ibi Bart.nu.3. ff.ad leg.Iul.repetun.

Trecentesimus nonagesimusquintus. Vt actio
186 contra publicanum, † vel eius familiam ad du-
plum detur ad annum. l.prima.in princip.ff. de publica.

196 Trecentesimus nonagesimussextus. Vt † actio
ni factum ex edicto de aliena.iudi.mutan.cau.fa. annalis sit.l.uel annus. sub hoc titu. ff. & l. post uenditionem.in fi.& ibi glo.ult.declarat.ff.de aq. plu. arcen.

Trecentesimus octuagesimusseptimus. Vt actio in factum contra falsum tutorem, uel qui dolo malo iurauit, ut falsus tutor daret authoritatẽ pupillo contrahenti anno duret.l.huius actionis §.has in factum.ff.quod fal.tuto.

Trecẽtesimus octuagesimusoctauus. Vt actio ex

188 † ex edicto, quę in frau. creditorū facta sunt, annalis sit. l. ult. C. quę in frau. cre. l. 1. in princ. ff. eo. & l. ait prætor. in prin. & §. annus. ac §. hæc actio post annum.

Trecentesimus octuagesimusnonus. Vt actio ex dolo si possessionis causa deterior facta esse dicatur dolo eius, qui in possession emissus est, annalis sit, & in hæredem non detur. l. prætor ait. in fi. ff. de bon. auth. iudi. possi.

189 Trecentesimus nonagesimus. Vt actio † quanto minoris competens ei, qui vitiosum animal ignorans emit anno finiatur. l. sciendum tamen. §. vltimo. & l. ædiles autem. post princi. ff. de ædili. edi. l. cū proponas. in fi. C. de ædili. actio. gl. . j post prin. in l. in honorarijs. ff. de actio. Angel. Aret. in §. prætorum quoque. Insti. de iu. natu. gen. & ciui. Et contractus rescinditur in totum quando agitur redhibitoria, at in parte quando agitur, quanto minoris. l. redhibere. ff. de ædili. edi. & actor eligit, quam intentare velit. Intellige de prætoria, quòd anno duret, non de quanto minoris ciuili, de qua in l. 2. ff. de acti. empt. quæ perpetuò competit. Azo in sum. de ædili. edic. Nep. de Monte Alba. in tracta. exceptio. colum. antepen. art. 25. num. 29. vers. Item præscriptio eadem. Bald. in l. secunda, quæstio. secunda. C. de rescin. vendi. duplicem inquit esse, quanto minoris prætoriam, duplicemque quanto minoris res est, vel quanto minoris empturus fuisset: subdit Bal. quòd ædiles solum animata considerabant, quæ sunt fragilia, sed ius ciuile inanimata, quæ sunt maioris durationis. quæ distinctio, & ponderatio mihi subsistere non videtur, imò contra tex. in l. ex empto. §. si quis virginem. ff. de actio. empti. & contra ea, quæ voluit Bar. in alle. l. Iulianus. in 2. differē. cuius enim quanto minoris datur, etiam pro rebus fragilibus, & corruptibilibus.

Trecentesimus nonagesimusprimus. Vt emptor rudis ab artifice perito serui laborantis morbo sacro iuxta legem Platonis, de qua Dialo. 11. de legib. infra annum integrum seruum reddere posset.

Trecentesimus nonagesimussecundus. Vt a-
190 ctio † deiecti, uel effusi ubi liber homo perimitur anno terminetur. l. si uerò plures. §. quæ autē. ff. de his, qui deiece. vel effude.

Trecentesimus nonagesimustertius. Vt actio, ne uis fiat ei, qui in possessionem intra annū, post prohibitionem numerandum competit. l. prima. §. vltimo. cum glo. in ver. intra annum. ff. ne vis fiat ei.

Trecentesimus nonagesimusquartus. Vt a-
191 ctio iniuriarū † annalis sit. l. si non conuicij. C. de iniur. cum glos. vlt. quam communiter teneri affirmant Ruin. cons. vigesimoprimo. num. quinto, volum. quarto, & Iul. Clar. senten. lib. quarto. §. iniuriam. vers. Tollitur autem actio. Nep. de Monte Alba. præalle. art. 25. numero 28. colum. antepenult. de exceptio. pro quo videatur glo. in ver. introduxit. in §. sed & lex. Institu. de iniur. gl. prima. ad fin. Instit. de perpet. & tempo. actio. ac Rot. 740. incipien. Pro iniurijs. cum sua additio. in no. Rolan. a Valle cons. 94. numero 28. libro primo. Perpetuatur tamen hæc actio ad triginta annos per rescriptum impetratum a Principe super iniuria illata. Docto. in l. nam posteaquam. §. si is, qui temporali. ff. de iureiuran. Rolan. a Valle dicto consil. 94. numero 27. Quòd autem ille annus sit continuus communem affirmant Rapha. Cuma. cons. 74. quia superius. cir. medium. vers. Circa secundam quæstionem, cum annus. Curt. Iun. in l. prima. in princi. nume. 20. ff. quod quis. iur. Iul. Clar. in dicto §. iniuriam. vers. Scias etiam, quòd iste annus. & prius limitat procedere tantum in actione criminali.

Trecentesimus nonagesimusquintus. Vt actio
192 † ad interesse contra eum, qui ædere tenebatur anno duret. l. vlt. ff. de eden.

Trecentesimus nonagesimussextus. Vt edictū
193 † ne quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat annale sit. l. pen. in fi. ff. hoc tit.

Trecentesimus nonagesimusseptimus. Vt edictum in eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnive quid in ijs rebus dedisset ad quadruplum annale sit, post annum ad simplum. l. prima. in princip. ff. de incen. rui. naufra. glos. in l. quadruplo. & in l. Pomponius tractat. ff. de acquir. re. domi.

Trecentesimus nonagesimusoctauus. Vt actio
194 † quod metus causa in quadruplum annalis sit, post annum in simplum detur. l. si cum exceptione. in princ. & §. post annum. & Barto. in §. si quis in fin. ff. quod met. cau. §. quadrupli. cum glos. secunda. & §. Item actio. Insti. de actio. Dy. in tract. præscri. vers. Alia vt si per metum.

Trecentesimus nonagesimusnonus. Vt actio
195 † vi bonorum raptorum infra annum vtilem competat pariter ad quadruplū. l. si seruus ignorante. C. de noxa. actio. l. vlt. C. vi bono. rapto. ac Insti. eo. in prin. Amplio etiam contra rapientem res sibi obligatas. l. res obligatas. C. eod. Dyn. in tracta. præscriptio. vers. Alia de creditore, qui rapuit.

Amplio etiam contra hæredem donatoris, vt ad quadruplum intra annum competat. l. 2. C. vi bon. rapt. Et quid si in turba. l. 4. uers. Sed & hoc infra annum, & post. hæc autem actio. ff. eodem.

196 Quadringentesimus. Vt actio † de peculio contra alienantem seruum cum peculio annalis sit. l. & ancillarum. §. & si seruus. ff. de pecul. Ias. in l. cum fundus. §. seruum tuum. vbi etiam quando perpetuò duret. columna prima. ff. si certum petatur. Idem Ias. Institu. de actio. §. actiones autem. numero decimoquarto. Et quando actio de peculio sit annalis habemus tex. in l. si tamen. in fi. ff. de exercito. actio. & in l. hęres, quæ est 22. §. seruo suo. iun. glo. in ver. obligationem. ff. de fideiusso. & toto titu. ff. quan. actio. de pecu. est anna. glos. secunda. in l. inter omnes. quæ est 47. ff. de furt.

Quadringentesimusprimus. Vt filiofam. mortuo ab intest. peculiū castrense remaneat apud patrem, qui intra annū utilē debita filij soluere de-

bet inquantum patitur peculium.l. pater, qui castrense.1.respon.ff.de castren. pecu. Quid autem dicendum sit in quasi castrensi peculio hic non discutio, alibi forsan tractabo.

197 Quadringentesimussecundus. Vt mutui † actio quæ datur ei, qui studiorum, aut legationis causa mutuauerit filiofam. pro necessarijs impensis, non obstante Senatus cons. Macedoniano annalis sit.l. Macedoniani. C. ad Senatus cons. Macedonia.

198 Quadringentesimustertius. Vt actio † domino competens ad vindicandum seruum, eo ignorante ad ordinem ecclesiasticum promotum annalis sit.§. si seruus sciente domino. in authen. de sanctiss. episco. cap. si seruus scienti. quinquagesimaquarta distin.

199 Quadringentesimusquartus. Vt actio † reuocatoria, quæ datur contra debitorem liberatum in fraudem, annalis sit.l. vlt. C. de reuocan. ijs, quæ per fraud. alie. sunt.

Quadringentesimusquintus. Vt actio fauiana intra annum detur.l.1.vers. si seruo. ff. si quid in frau. patro.

Quadringentesimussextus. Vt noxalis actio contra dominum annalis sit, l. si seruus, quæ est 43.ff. de furt. Et sic dominus propter culpā non a se, sed a seruo commissam punitur: & sic ex alieno delicto. iuxta text. in l. miles. §. decem. ff. de re iudic. ac Instit. de noxa. actio. in princip. Ex maleficijs seruorum noxales actiones proditæ sunt, per quas a dominis, vel noxam, idest, seruum delinquentem, vel litis extimationem consequamur. Quando autem, & in quibus casibus quis ex alieno delicto, seu culpa puniatur latè tractant Doct. in cap. 2. de constitu. super quo cap. 2. nunc scribo Pisis primam cathedram in iure canonico tenens.

Quadringentesimusseptimus. Vt lex Iulia repetundarum, quas quis in magistratu existens ab aliquo priuato acceperat intra annum competat, etiam cōtra hæredes.l. pen. C. ad leg. Iul. repetun. l.1.& 2.ff. eod.

Quadringentesimusoctauus. Vt fisco infra annum non soluens pecuniam ab illius debitore acceptam, lege Iulia de residuis teneatur. l. sacrilegi. in fi. ff. ad leg. Iul. pecu.

Quadringentesimusnonus. Vt Florentiæ lege ducali sub die 27. Martij 1549. Sancitum fuerit ad reddendos sollicitos magistratus, & rectores ciuitatis, & dominij in exigendis pęnis, & ad summouendas occasiones duplicandorum grauaminum eiusdem pœnæ, pœnas, seu credita huiusmodi ab eisdem infra anni terminum duntaxat exigi posse, computandi a die publicationis, & pronunciationis, cum aliquali illorum participatione: post annum verò solus fiscus illa exigere possit. Respondi aliàs magistratus, & rectores præfatos conqueri non posse, si post annum illis exactio huiusmodi creditorum, ac participatio in illis adunatur: Fiscus enim de iure pœnas exigit, & imbursat, prout per And. de Isern. in ca. 1. quæ sint regal. & per Affli. de iure prothomi. §. quintus nume. vndecimo. Dicebam etiam magistratus, & rectores huiusmodi de iure absque vlla participatione sollicitos esse debere in exigendis creditis ad fiscum spectantibus, alioqui si propter eorum desidiam, ignauiam, vel negligentiā credita euanuerint, ipsi magistratus, & rectores de suo proprio fisco soluere tenentur. iuxta text. in authen. vt defun. seu fune. eo. §. pen. vers. Erit enim cura.

Quadringentesimusdecimus. Vt etiam de iure communi cautum sit, exactorem ex publico deputatum infra annum ostendere debere quid exegerit, & si non exegerit causam denotare, & rationem reddere cur non exegerit, aliàs puniatur. prout in l. siue ex pretoriano. C. de executo. & exacto. li. 12. Hinc etiam apparet, quòd statutum Florentinum præmissum non sit a iure communi dissonum.

Quadringentesimus vndecimus. Vt actiones omnes populares annales sint.l. vlt. ff. de popu. actio. gl. in l. 2. §. hoc interdictum perpetuum. ff. ne quid in lo. publi.

Quadringentesimus duodecimus. Vt actio-
200 nes † denique prætoriæ pro maiori parte annales sint.l. in honorarijs. iun. glo. 1. ff. de act. & obli. l. utiq;. & l. seq. in fi. ff. de libe. cau. l. pœnales, quæ est 32. vers. Honorarię quoque actiones, cum gl. in ver. certum tempus. ff. ad leg. Falcid. §. eas verò. Institu. de perpet. & tempo. actio. & ibi assignatur ratio, quæ est, quia prætor anno durabat. Limito præmissam regulam, illiusque rationem, nisi tractemus de actionibus prætorijs, subrogatis in locum actionum ciuilium perpetuarū: perpetuæ enim erunt, ex quo subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, hinc dicunt rei vindicationem, quæ datur contra eum, qui dolo desijt possidere, quæ secundum unam opin. prætoria est, perpetuam esse, tanquam subrogatam in locum perpetuæ & ciuilis. Faber, Angel. & Ias. in §. sed istæ. Institu. de actio. Sequitur nouissimè Euerar. in suis locis legalibus, loco a subrogationis. colu. 7. vers. 31. ad hoc facit, ꝙ licet rei vindicatio.

Quadringentesimus decimustertius. Vt interdictum ne uis fiat ei, competens, post satisdationem duret anno. l. prætor ait. §. vltimo. & ibi sic summat Paul. Castren. ff. de noui operis nunciatio.

Quadringentesimus decimusquartus. Vt interdictum quod vi, aut clam anno etiam duret. l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi, aut clam. l. Atteius. circa princip. ff. de aqua pluuia arcen. ac glo. vltima. ad fi. in l. post uenditionem. ff. eodem.

Quadringentesimus decimusquintus. Vt Reipub. causa absenti reuerso annus detur agendi interdicto quod vi, aut clam a die reuersionis. præallega. l. semper. §. si quis reipub. ff. quod vi, aut clam. Amplio in facto maiore dum aberat. vbi supra.

Quadringentesimus decimussextus. Vt utile hoc interdictū, qđ vi aut clam infra annum detur

ei, ex

ei,ex cuius fundo vitis tracta, seu deprehensa in fundo alieno coaluit.i.radices fecit, vt illa vitis in fundum illius reducatur,post annum interdictum non competat,imò radices, quæ erant in fundo priori cedant ei,qui vitem traxit.l. vlti. in prin.ff.quod vi,aut clam.

Quadringentesimus decimusseptimus. Vt in terdictum de itinere, actuque priuato detur ei, qui eo hoc anno nec vi,nec clam, nec præcario vsus est.l.j.ff.de iti.actuque priua.Et hoc interdictum proprietatis causam continet.l.2.§.quædã ff.de interd.& sic mixtum interdictum dici põt, ex quo non competit nisi domino,alioqui si cõpeteret circunscripto dominio, possessorium tãtum diceretur.iux.theori. Ang. in l.incerti.ad fi. C.de interdi.sequitur D.meus Phi.Dec.cons.88. post num.6.

Quadringentesimus decimusoctauus. Vt interdictum reficiendi iter,actumq. detur ei, qui iter, & actum acquisiuit, per annum eundo per fundum vicini,non ui,non clam,non præcario,p quod prohibet prætor illi vim fieri,quo minus reficiat, prout sibi ius est .l. vnde etiam . §. ait prætor.ff.de iti.actuq; priua.

Quadringentesimus decimusnonus. Vt interdictum de aqua quotidiana detur ei, qui quicq̃ de alieno duxit per annum,non vi,non clam,nõ præcario,ne in futurum ducere prohibeatur,seu impediatur.l.1.ff.de aqua quoti. & æsti. In quo autem differat hoc interdictum,ab interdicto de aqua æstiua,habes in eadem l.1.§.duo. & §.dein de ait prætor. An autem hoc interdictum dicat mixtum,an merum possessorium continens,iuxta dist.de qua in l.2.§.quædam. ff. de interdi.& per Ange.in l.incerti.C.eo. quem sequitur Do. meus Phi.Dec.in alle.consi.28. ante nu. 7. Menocch.in 6.Remed.retinen.post.nu.164.concludere videtur hoc interdictum causam mixtam habere,quod an sit verum hic non discutio,abeo potius dissentirem,retorquendo,& ponderando contra ipsum ipsa eadem iura, quæ pro opi.sua citat.Pro hac mea opi.videre poteris consil.Rui. 191.nu.5.& cons.230.versus fi.vers.Et vbi etiã dicti homines in simplici possessionem se fundarent.lib.1.

Quadringentesimus vigesimus. Vt interdictum de fonte detur ei,qui hoc anno hausit aquã nec vi,nec clam,neç præcario.Seu vsus est aqua: quo prohibet huic vim fieri quo minus utatur.

Quadringentesimus vigesimusprimus. Vt idẽ cautum esse censeatur quoad lacum,puteũ,vel piscinam.l.vni.ff.de fon te.in prin.

Quadringentesimus vigesimussecundus. Vt idem interdictum detur etiam volenti purgare, vel reficere lacum,puteum,& piscinam,dũmodo is non aliter vtatur,quàm priori anno vsus sit dicta.l.vni.§.deinde ait prætor.ff.de fonte.

Quadringentesimus vigesimustertius. Vt in-
201 terdicta † vt plurimum annalia sint.l.1.in fi. ff.de interdi.præsertim ea,quæ veniunt ex maleficio,aut non continent rei persecutionem. glo. vlt.in dicta l.1.in ver.interdictorum.versi.Sin autem interdicta actionis verbo cõtineãtur. Vlpia.in l.actionis verbo,quæ est 36. ff. de actio.affirmatiue respondet.gl.verò ibidem declarat, ꝙ habeat vim actionis.de quo vide in gl. in ver.nihil aliud.& per Docto.Insti.eo.in prin.

Quadringentesimus vigesimusquartus. Vt si
202 lis infra annum contestata sit † annalis actio perpetuetur,& sic actio, quæ annalis erat,non tantum anno duret vt diximus, sed propter litis contestationem infra annum factam perpetua efficiatur.est tex.in l.ordinata.in prin. ff.de libe. cau.ac gl.in l.in honorarijs,in ver. sed redditur. ver.Sed nisi lis super ea contestatur. ff. de actio. & obli.glo.in ver.finiendam.ad fi.ibi,Sed potest perpetuari litis contestatione.C.de tempo.in inte.resti.gl.vlt.in l.vlt.C.de dolo.Alex.in fi. post nu.11.ver.Nam uidemus, ꝙ rescissoria durat anno.ff.de eo per quem factum erit.

Quadringentesimus vigesimusquintus. Vt
203 annalis † item actio perpetuetur per oblationẽ præcum,& rescriptionem infra annum.l.2.C. quan.libel.prin.dat.And.Tiraq. de vt.retra. §.1.
204 Gl.10.nu.72.& seq.in 13.q. † Retractus tẽpus anni,&diei ex statutis,& consuetudinib.nonnullorum locorum Italiæ,& omnium locorũ Galliæ,an per litis contestationem ad alterum annũ extendatur,an perpetuetur,vide per And.Tiraq. de ut.retra.§.1.Gl.10.nu.81.ꝙ seq.uersic. Et ego quidem.q.13.

Quadringentesimus uigesimussextus. & vltimo annali casu uterer si Plynio crederem, qui li. 29.suæ Natur.Histo.c.4.inter alia admonet, cerebrum gallinæ absorptum optimum esse remedium aduersus canis rabiosi morsum, ꝙ tamen remedium anno tantum durare affirmat. Iste merito connumerandus esset inter alios meos casus annales,annalib.inquam meis casib.ualde cõferens,ut anno saltem immunes essent a rabidis oribus,& a canis morsibus si cerebrum huiusmodi inglutirent. Sufficiat prædicta cumulasse super annali termino,seu super annalib.casibus, quæ spero iuniorib. non iniucunda fore, facile enim quid iura diuina,naturalia, & ciuilia circa spatium vnius anni statuerint inuenient,quib. alios casus(quos numerum iam dierum anni excedentes,ne ultra anni spatium tempus in cumulando annalia consumam, alij uerò in legendo & per scrutando, prætermitto)addere poterunt.

FINIS.

INDEX RERVM ET VOCVM,

Quæ in hoc Tractatu Casuum Annalium continentur.

A

Annus

INDEX

De-

Le-

Re-

INDEX

V.

Z

F I N I S.

5

TRACTATVS
DE AETATE MINORI
CLARISS. IVRISCONSVL. ET IN CVRIA ROMANA
CELEBERRIMI ADVOCATI
D. Quintiliani Mandosij.

In V. Cap. & XXXVI. Quæst. bono ordine distributus:

OMNIBVS, ET PONTIFICII, ET CAESAREI IVRIS studiosis, causarum Patronis, ac iusdicentibus utilis, & necessarius.

Cum summarijs, & indice locupletissimo.

SECVNDA ÆDITIO.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

H

AMPLISSIMO CARDINALI FARNESIO

Quintilianus Mandosius.

CVM Aliàs (Illustrissime Princeps) rescriptis Pontificijs, illorumq́; formulis colores, & quas vocant vmbras adderem, de minori ætate rescriptis huiusmodi, ac iudicijs, alijsq́; negocijs conferente plenè tractare præposuerim, nõ prius id assequi potui, quàm superioribus diebus, quibus Luniani, & nonnullis alijs in locis tuæ latissimæ, ac potentissimæ ditionis non plane ociosus moram traxi, deinde oportuna occasione se se mihi offerente te cõuenio apud insigne Caprarolæ oppidum, amplissimæ, ac mirabilis vrbis formam præseferentis pro sedandis, componendisq́; nonnullis populorum tuorum dissentionibus cum finitimis, hoc consilio, vt hunc de ætate minori libellum tibi potius quàm cuiuis, dicarem, nam vt alias causas omittam, præsertim maiorum meorum erga nobilissimam domum tuam familiaritatem, vltra omnes quos in historijs heroes, & sapientes legimus, aut unquam audiuimus, vnus profecto sis, cuius gesta præclara non solum homines merito laudent, verum etiam admirentur, qui etiam in minori ætate constitutus quæ ad omnium virtutum genera, ac veram religionem pertinerent, non solum sanctè exercuisti, sed etiam alios docuisti: Qui à pueritia Cancellariæ Apostolicæ præfectus magna cum omnium admiratione, & satisfactione iustè, piè, sanctè officiarios omnes Romanos & rexisti, & direxisti. Gymnasium Romanum, scholares, ac Doctores amanter fouisti semper. Ad doctoratus, & magisterij gradus, atque insignia dignos promouisti: Rotæ sacrum, & supremum Auditorium & custodisti, & ornasti: Patriam, tot Romanos ciues, tot populos, tot religiosos, tot præsides, tot reges denique defendisti, protexisti, decorasti: Legationibus regijs, & imperialibus summa cum laude functus es. Non sine te exercitui pontificio præfecto insolentissima, & rebellis Germania debellata est: & hæretici prostrati. Atque vt paucis complectar plurima, altero Alexandro præstantior es, & Hercule fortior, super humeros tuos vt diuino Atlanti auo tuo ferres opem, adhuc adolescens totius orbis pondus diu gestasti, ac sustinuisti. Et hodie senex sacrosancti Car-

dinalium Senatus Decanus omnium, consensu constitutus substines. Verum in ipso aduentu meo dum sacras manus tuas supplex exosculari cupio, nobilium te, ac eruditorum coronam astantem alloqui video, ac sententiam huiusmodi te proferentem audio, musicum mediocrem audire te pati non posse, cogitans verba tua tanquam oracula consideranda, consilium mutare cœperam: cum existimarem ex tua iusta sententia mediocria omnia parum tibi placere posse; qua propter mihi conscius, neque tanti me faciens vt ingenium, & vires meas præstare arbitrarer, libellum hunc, augustum, ac sacrum conspectum tuum adire prohibeo: de cæteris, quæ tunc & locus, & tempus postulabant tantum verba faciens. Postquam verò discessi, omnibus, quæ optabam impetratis, mecum cogitare cœpi, quali humanitate tantus princeps me hominem mediocris fortunæ & audiuisset, & allocutus fuisset, & hospitatus esset: teq; ipsum non solum nobilissimos, & peritissimos, sed etiam mediocres homines pro tua humanitate ad honores præclaros, & ad summos gradus euexisse: sperare sum ausus, quòd si meus hic libellus, qualiscunque sit tuo sub patrocinio in lucem prodeat, non abiectus, neque inglorius habeatur. Fauebis igitur illi, princeps optime: meique tibi perpetuo addicti ne obliuiscaris.

TRACTATVS

DE AETATE MINORI

CLARISSIMI IVRISCONS. ET CELEBERRIMI IN CVRIA ROMANA ADVOCATI.

Quintillani Mandosij.

PROOEMIVM

De ætate minori tractaturus, de qua plenè differere pollicitus fui, dum super iiij Formula commissionum de ea sermo incidit, præmitto, & repeto prout aliàs dicebam, quòd minores in iure tribus modis regulariter accipiuntur, quos inuenies in dicta iiij Formula commissionum, in uer. minores existāt. Distinctè procedendo, omnis minoris ætatis, terminationes consideremus, & quid in illarum quaque cōcedatur, quique effectus ex ijs procedunt perquiramus. Ex omnibus Doctoribus, tàm antiquis, quàm modernis, qui de ijs tractarunt, quæ notabiliora, & digniora sunt in unum conferentes, & naturæ ordinem sequentes, ab ipsa natiuitate accipiamus.

SVMMARIVM.

1 *Homo dicitur ab ipsa natiuitate.*
2 *Homicidiū an cōmittat̄ interfecto existēte ī utero.*
Animæ infusio quando.
Angelus assistēs nobis dat̄ a natiuitate. Partus antequam nascatur portio viscerum matris est.
Sensus homini statim nato inest.
3 *Posthumi natiuitate rumpitur testamentum.*
Vtero existente præterito testamentum a principio valet.
Codicillaris clausula quando operatur posthumo preterito.
4 *Posthumi natiuitate reuocatur donatio.*
5 *Hæres quis proprie dicitur post natiuitatem.*
6 *Suus dicitur post natiuitatem.*
7 *Natus efficitur in potestate patris, non prius.*
8 *Administrator erit pater filij nati.*
9 *Nato in vtero existenti tutor datur.*
10 *Curator ventri datus continuo decedit suo munere quàm infans natus est.*
11 *Natus obstat cæteris remotioribus.*
12 *Nato filio excusatur quis a tutela.*
13 *Personalibus ab omnibus muneribus excusatur quis natis filijs, non ante.*
14 *Natus illico baptizari potest.*
15 *Baptizari pōt habēs caput extra matris vterum.*
16 *Nomen a die natiuitatis imponi potest.*
17 *Octauo die a natiuitate nomen imponi consueuit.*
Circuncisio fiebat octauo die.
18 *Posthumus ex quota parte sit hęres postquam natus fuerit dignoscitur.*
19 *Nascitur quis liber, & ingenuus ex ancilla post moram.*
20 *Ventris nomine possessio finitur nato posthumo.*
21 *Municeps loci, ubi nascitur, qui efficitur.*
22 *Ciuis loci, vbi quis nascitur, efficitur.*
23 *Expositus efficitur ciuis loci vbi exponitur.*
Expositus ingenuus habetur, & an legitimus.
24 *Notarius qui nasci potest.*
25 *Secto uentre in natis an affectus natiuitatis comprobentur.*
26 *Restituendus ut minor an quis sit, computatio fit a momento natiuitatis.*
27 *Aetates hominis septem.*

CAPITVLVM I.

NATIVITATIS primus effectus sit, vt ab ipso natiuitatis initio quis verè, &
1 proprie † homo dicatur & sit, prout probatur Io.ca.16. (Cum autē peperit puerum non meminit præssuræ propter gaudium, quia natus est homo in mūdum) & est tex. in l. cum inter veteres, ibi (Qui adhuc in uentre portaretur, & homo fieri spераretur. C. de fideic. liber. l. in lege falcìdia placuit, in fin. ff. ad leg. falci. ibi, Quia partus nondum ęditus homo non rectè fuisse dicitur. Ex hoc inferunt nonnulli, quòd percutiens prægnantem, si is qui in utero erat mortuus sit, non propterea dici pos
2 sit commissum † homicidium, ex quo non cadit etymologia homicidij. i. hominis cędis, cùm hactenus ille qui in vtero erat homo dici nō potuisset, prout per Signo. de Homode. qui rectè distinguit consi. 1. & per Ludo. Roma. in l. 1. §. occisorum. nu. 3. ff. ad Syllenia. De hoc tamen di

cendum eſt, vt in c. ſicut.2.de homici.per glo.& Bar.in l.diuus.ff. de extra.crimi. & per Guid. de Ludo.ſingu.135.incip.Gl.eſt quòd mulier,cuius tamen litera mendoſa eſt. Omnes in hoc concordant,quòd occidens data opera partum animatũ videlicet, maſculũ poſt quadrageſimũ diem, fœminam verò poſt ſexageſimum, quia tardius animam recipit,homicida habeatur: Et ſic homicidium prius locum habet,videlicet,ante natiuitatem, prius etiam quis videatur dici poſſe homo ab etymologia,de qua per Signo. d.conſ. 1.Breuiter ſtant iſta ſimul, quòd ante natiuitatẽ quis verè,& proprie homo dici non poſſit, & tamen exiſtentem in vtero iam animatum interficiens,homicida vel verus,vel interpretatiuis habeatur,pro quo vide Exod.ca. 21. Prægnantem percutiens,ſi abortum fecerit,ſi adhuc informe fuerit puerperium mulctabitur pecunia: ſi autẽ formatum fuerit reddet animam pro anima.De quo etiam Magiſter ſenten.lib.2.diſtin. 31. verſus fi.vbi etiam ſubdit formatum dici propria anima animatum: & informe,quod non habet animam.

Secundus effectus ſit, vt a natiuitate detur nobis Angelus aſſiſtens,hinc diuus Hyer. dixit: Magna dignitas animarum, vt vnaqueq; habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſuæ, angelum delegatum. Sequitur Magiſt.Senten.lib. 2. diſt. 11.c. 1. & ſeq.& vult quamlibet a natiuitate haberi vnum angelum bonum,alterũ malum. Auguſti.de Angelis tractans lib.11.c.31.angelos ſine difficultate nos adiuuare affirmat,quoniam ſpiritalibus motibus puris, & liberis non laborant.& idem ſoliloquiorum animæ ad Deum.c. 27. inquit,Ideoque magna cura, & vigilanti ſtudio ad ſunt nobis omnib.horis,& locis ſuccurrẽtes,& prouidentes neceſſitatibus noſtris, ſolliciti diſcurrentes inter nos, & te Domine ,gemitus noſtros,atque ſuſpiria referentes ad te,vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem,& referant ad nos deſideratã tuę gratiæ benedictionẽ.Ambulant. n. nobiſcum in oĩb. uijs noſtris,intrant,& exeunt nobiſcum attente cõſiderantes, quàm honeſtè in medio prauæ nationis conuerſemur, quantoq; ſtudio, & deſiderio quæramus regnum Dei &c. In vtero aũt exiſtẽtẽ Angelus matris cuſtodit,vt poſt D.Hyero. affirmat D.Tho.par.1.q.113.art.5.Ad tertium.Si rationem adducere velimus,illam naturalem veram puto,a iureconſulto ẽt iuxta alios terminos excogitatã,vc3, quia partus in utero exiſtẽs pars matris,ſeu eius uiſcerũ ſit,eſt tex.ad literam in l. 1.§.ex hoc reſcripto.ff.de ven.inſpi.l.curator.iũ. gl.ff.de uen.in poſ.mitten.

Tertius effectus, vt affirmamus ſenſum homini ſtatim nato ineſſe ex ſententia ſtoicorum,teſte Plutar.lib.4.de placit.philoſo.c.11. Et hunc ſenſum Zeno comprehenſionem nuncupabat: ſenſumq; ſeu comprehenſionem inter ſcientiã collocabat,author eſt M.Tullius lib. 1. Academ.q. ad fi.Hic ſenſus affectus, ſeu motus, communis eſt hominib.ac beſtijs.Et licet Ariſto.lib.6. Etico.c.3.ſenſum hunc magis beſtijs, quã hominibus tribuat,ego tamen his oculis,ijs inquã oculis vidi homines innumeros, etiam potentes,ſenſui magis cedere, quam belluas, de ijs ſcriptũ ẽ pſal.31.Nolite fieri ſicut equus, & mulus,in quibus non eſt intellectus.

Quartus effectus, cõis oĩb.aĩalibus ſit,vt illis ſtatim natis duæ ſint cupiditates,cibi, potuſque, ad quę cum omne animal ui naturę habeat appetitum, impetu rapitur vt etiam per Platonem Dialo.6.de Legib.

Quintus omnib.animalib.pariter cõis erit,vt oẽ inquam animal ſtatim natum uoce, & clamore vti ſoleat: Hominum genus prę ceteris ad clamorem addit ploratum, ut etiam aduertit Plato Dialo.7.de Legib.

3 Sextus eſt quia † per natiuitatẽ poſthumi rũpitur teſtamentũ,in quo erat præteritus. l. poſthumo.C.de bo.poſ.con.tabu.& toto tit. ff. de libe. & poſthu.ac per Bar.& alios in l.filio præterito. ff.de iniu.teſta.l.1.cum duabus ſeq C.de poſth. hære.inſti.Tiraq.in l.ſi vnquam. in uer. ſuſceperit liberos.C.de reuo.dona. Amplio etiam ſi natus ſtatim moriatur.l.2.& 3.C.eo.D. meus Phil. Dec.conſi.623.in caſu.poſt prin.pro hac ampliatione uide parũ infra ubi limitabo. Amplio ẽt.ſi ſit natus cæſo uentre matris.l. qđ dr̃.ff.de libe.& poſthu.l.j. §. ſed & ſi matris exſecto uentre.ff.ad tertul.D.meus d.conſ.623.nu. 1. Sequitur, ꝙ teſtamentũ p̃terito in utero exiſtente ualet a principio, & uſq; ad ipſius poſthumi natiuitatẽ, ꝓut uoluerũt Bar.in l.1.in 6.q.ff.de iu.codicil. in l.ſi ſtipulatus.§. cum ſtipulamur. & ibi. Alex. ad fi. ff.de uerb.obl.idem Bar.in l.ſi ita eſſet. col. fi.ff. de au.& arnen.leg. Bal.& Imol.in l. ex ea.§.1.ff. de teſta.Pau.Caſtren.in l.1.C.dę poſthu.hæred. inſti.Ang.Aret.Inſtit.de codicil.nu.10.Sequitur ꝙ ſi in utero exiſtens nõ naſcatur, teſtamentũ illius præteritione nõ obſtãte ſubſiſtet.Et ex præmiſſa cõi ſnĩa inferunt præfati, ꝙ ſi in teſtõ hmõi appoſita ſit clauſula codicillaris concepta per uerba præſentis tpis,illa non operabitur: & nato poſthumo illa clauſula non obſtãte teſtamentũ corruet: ſecus ſi per uerba de futuro, puta ſi non valebit iure teſtamenti.prout ultra ſupra citatos uoluerunt Iac.Butrig.in fi.& Io. Fabri etiam in fi.ac Saly.in auten.ex cauſa.col.pen.C. de libe. præte.Io.de Imol.in l.filio præterito.ff. de iniu. teſta.Pariſ.conſ.60.col.2.& ſeq.ac conſ.64.col. 1.lib.2.Nonnulli ex præmiſſis,ac Fran. Aret.cõſi.24.incip.quatuor dubia,poſt prin.& conſ.ult. incip.elegãter.ac Sozzi.conſi.150. in no. diſtingunt,Aut teſtator ignoranter præterijt,Aut ſcienter,ut ibi per eos.

4 Septimus qa p† natiuitatẽ poſthumi reuocat̃ donatio.latè Tiraq.ubi ſup.& nu.146. in uer.ſuſceperit liberos. Amplia ut ſupra dictũ fuit,ẽt ſi filius natus ſtatim obijſſet.Bar.in l.ſi Titia.§.Imperator.& ibidem Bal.ff.de leg.2.Idẽ Bal.in l.1. col. vlt.C.de inof.don.Iaſ.in auth.ex cauſa. col. vlt.C.de libe.præte.Corn.conſi.176. in præſenti.col.fin.verſ.Et dato,quòd dicta lib.2.Lancel.

Galiau.in repet.l. Centario.nu.171.ff.de vulg.& pupil.Aimo.consi.151.col.pen. Bertran.consil. 123.colum.2. lib.1.Limita, quando filius, qui natus est viuere non potest, puta si natus sit in 6.vel 8.mense(fortius dic tu si in quarto) rationem adducunt ex quo non dicatur perfectè natus.Bal.in l.1.col.vlt.C,de inof.dona. Pau. Castren.in l.2.ver.Circa legem. C.de posthu.hęre. insti.Sozzi.consi.126.colum.4.lib.3.Paris. con-56.col.1.lib.2,Rip.in alle.l.si vnquam.in 38.q. C.de reuo.dona.

5 Octauus quia post natiuitatem † quis proprie dicitur hæres.Bald.in l.cum quidam. post prin. C.de insti.& substi.& in auten.ex causa.C.de libe.præte. Tiraq. in dicta l. si vnquam.in ver.susceperit liberos.nu.146.

6 Nonus quia suus dicitur † post natiuitatem.l. penul.§.quamdiu.ff.vnde legi.§.cum autem.Insti.de tute.l.1.§.toties,ibi,Inter suos hæredes. ff. de uen.in pos.mitten.Pau.Castren. consi.80.super.in princ.par.2. iuxta nouam impres.

7 Decimus, natus efficit in potestate † patris,nō ante.l.vlt.ff.de colla.bono.l. ult. ff. de assi.liber. Bal.in l.si filius.§.1.in fin.ff.de libe.& posthum.

Vndecimus,quia filij nati pater erit admini-
8 strator † ad nota.in l.1.C.de bon.mater.Bal.consil.quidam.lib.1.repetito 137.eo.lib.vbi copiosuis tract.Alex.consi.171.uiso col. fi. uers. Non obstat,quòd Iohannes.lib.2. & per And. Tiraq. de ut.retra.§.1.Glo.9.p.1.nu.76.uer.Contrariū quoque uidetur.

9 Duodecimus,ut † nato, non autem in utero existenti tutor dari possit, nisi ut tutor sit eius, qui in utero est,postquam natus fuerit.l. si ut nemo tutorem.§,ult.ff.de testa.tute.l.uentri, ff. de tuto.& cura.dat.ab his.gl.rubr. ff. de tute.Doct. in §.cum autem.Inst.eo.ac Tiraq.ubi supra post num.76.

10 Decimustertius,ut † curator uentri datus continuo suo munere decedat,quàm infans natus ē. l.1.§.tam diu.ff.de uen.in pos.mitten.l.4.§. si curator.ff.de suspe.tuto.Io. Plat. & Ange. Aret.in alle.§.cum autem.Insti.de tute. ac Tiraquel.ubi supra.

11 Decimusquartus, ut † natus obstet cæteris remotioribus.l.penul.§.quandiu.ff.unde legi. l.1. §.si quis proximior.ff.unde cogn. Tiraq. ubi supra.ante nu.78.

12 Decimusquintus ut excusetur quis † a tutela nato sibi filio non autem in utero existente.l.2.§. qui autem in uentre,& ibi etiam glo.in ver. reliquis.ff.de excu.tuto.

Decimussextus ut excusetur quis natis filijs
13 ab omnibus † personalib.munerib.in terminis l. 2.ubi gl.ult.ff.de mino. l.nepotes.iun.gl.2. uers. Itē nati,nō nasciturі.C.de his,qui. num. lib.10.

14 Decimusseptimus, quòd ex tunc † baptizari
15 possit.c.baptizari.distin.5. Amplia quòd † baptizari possit habens caput extra matris vterum, licet alia membra adhuc reclusa sint si de uita baptizandi dubitetur, seu periculum subsit. iuxta communem opin.theologorum,& canonistarum.Et uoluit diuus Th. par.3.q.66.art.7.ad tertium.& q.68.art.11.ad quartum. & nota. in 4.Senten.51.dist.4.q.1. & gl.1. de pœn.distin.j. in c.uulgaris.Ange.in l.uulgaris.ff.de furt.Inno. Io.And.& alij in c.debitū.de baptis.Henr.Boic. in c.maiores.eod.Guid.Laud.& Card.in clem.j. de sum.trini.Ange.Claua. in sum. in uer. Bapti. glo.& Alex.nu.20.in l.3. ff.de acq.pos.Nic.Boe. seu Io.Montan.de Auto.magni.conci.col. 4.nu. 10.Videantur etiam Couarub. in consti. Alma mater.de sent.excom.§.6.nu. 8. & Fran. Marci. Dec.950

Decimusoctauus, ut ab eo die natiuitatis no-
16 men † imponi possit,quod imponitur alicui cū baptizatur,licet mos sit antiquissimus die septi-
17 ma † uel octaua nomē imponi. Et philosophus ad calcem 7.lib.de Natu. anima. nomina septimo die imponi affirmat,tanquam puerorum saluti iam magis credamus. Nomen Domino nostro redemptori impositum fuit die octaua. Lucę c.2.Et postquam consummati sunt dies octo, ut circunderetur puer, uocatum est nomen eius Iesus,quod uocatum est ab Angelo priusquam ī utero cōciperet.Sic pariter iuxta legē antiquā, octauo die natus circūcidebat,iuxta illud,Circūcidet vrum masculinū, & circūdetis carnem pręputij uestri,& erit in signum testamēti inter me, & uos,& puer octo dierum circundetur,& u e strum oē masculinum in progenies uestras.Rursus masculus,qui non circundet carnem pręputij sui octauo die interibit anima illa de genere suo, qui testamentum meum disipauit. & per diuum Augu.de Ciui. Dei.li.26.c.26.& seq.ubi etiam, quòd circuncisio erat signum regenerationis.

Decimusnonus,ut die quinta a natiuitate iuxta morem antiquum solemnia celebrarentur teste Platone li.13.in Theæteto,uel de scientia sub ijs verbis:Post partū verò ut mos ē quintadie ab eius natiuitate solēnia celebrātes.Vide an ista essent similia solemnibus uotis,de quibus loquor inter casus annales post nu.39.an potius ut reor iste dies quintus esset ille,in quo phidromia agebatur,qua manus expurgabant, quæ obstatricis munere fuerant perfunctæ, cursuque ad focum ferebatur puer, mittebaturque a propinquis polypodes ac sepiæ munerum loco, prout in li.12. lectionum antiquarum,refert Ludouicus Coelius Rhodiginus.c.12.

Vigesimus,quia post natiuitatem apparet ex
18 quo patre † sit hæres filius superuiuens patri, qui vxorem prægnantem relinqueret. licet. n.in rerum natura a principio certum sit,an tota hæreditas,an quota pars debeat. l. cū quidā. §.suū hæredem.ff.de acq.hær. Iudex tamen post natiuitatē tantum secundum numerum filiorum, q nascuntur iudicat, seu hæreditatem distribuit. l. antiqui.ff.si pars hære.pet.l.utrunq;in prin.ff.de reb.dub.l.si duob.§.ult.ff.de leg.1. Tiraq.in l. si unquam.in uer.susceperit liberos.nu.146.C.de reuo.dona.

19 Vigesimusprimus, ut quis † nascatur inge-

nuos ex ancilla post moram in terminis. l.vlt.C.
ad sena.con.Orphi.& l.cum syllanianum.versic.
Et partus liber, & ingenuus. C. de his qui. ꝟt
indig.

Vigesimussecundus, vt natiuitatis partus tpe
20 sufficiat matrem † fuisse liberam. Institu. de in-
ge.ver.Sufficit autem.l.& seruorum. §. ingenui.
ff. de sta.hom.
21 Vigesimustertius,quòd ex tunc finiatur † pos
sessio ꝟentris nomine,ex quo mulier non ē am-
plius prægnans.l.j.ad fi.ibi, Quamdiu aut pariat.
ff.de ven.in pos.mit.

Vigesimusquartus vt natus bonorum posses-
sionem vnde liberi petat.l.2.§. seu ver. si quis ex
liberis,dum est in vtero.cum gl.in ver. bonorum
possessionem.ff.ad sena.con.tertul.l.non est.iun.
gl.in ver.venter.ff.de bono.pos.

22 Vigesimusquintus,ꝟt fiat † municeps eius lo-
ci,in quo natus est. l. 1. quæ incipit,municipem
aut natiuitas facit.&gl.in l.eius qui, quæ est 27.
in ver.domicilio.versi. vnde etiam infantes.ff.ad
munic.& l.municipes,quæ est 228.ff. de verbo.
signific.

Vigesimussextus proximo præcedenti similis
(supposito, ꝙ in aliquib.differant ciuis, & muni
ceps,vt per Bar.in alle.l.1.ff. ad munici.) erit ꝟt
23 fiat † ciuis loci natiuitatis. l. ciues quidē origo.
C.de incol.lib.10.l.libertus.§.præscriptio.ibi,po
tior est originis causa.ff.ad muni.& l.assumptio.
§.filius.ff.eo.gl.in l.1.in fi.ff.de tuto.& cura.dat.
ab his.Bal. in auten. & oīno. C. ne vx. pro mari.
ver.Sed hic dubitatur.Aret.consi.77.col.1. Am-
plio ad natum in comitatu,puta Imolen.vt dica-
tur ciuis Imolēsis.l.qui ex vico.& Bar.in l. 1.col.
1.ff.ad munici.ver.Item qui nascitur in comita-
tu.& ibidem Alex.in 2.apostil.ad Bar.in l.in ver.
l.assumptio. Videatur etiam Mar.Sozzi.consilio
288.col.5.Fit etiam quis ciuis ex origine patris.
l.assumptio.§.filius.& ibi nota.ff.ad munici.c.li-
cet.& ibi Doct.de coniu. seruo. Bar.in l.fi.nu.7.
ff.ad munici.Bal.in l.fi.C.de ser.fug.Et qd de na
to in itinere ꝟideas Ias.alios referentem in l.hu
iusmodi.§.legatum est,nu.9.& seq.ff. de lega. 1.
Io.Crot.in l.si is qui pro emptore.num.33.ff.de
vsuca. Amplio vt non solum quis sit ciuis loci
24 natiuitatis,sed etiam loci in quo † ē expositus,
cuius parentes ignorantur.Bar.in l.1.num.21.ff.
ad munici.Ang.in l.hæres absens.§.1.ff.de iudi.
sequitur Hyppo.de Marsy.in l.infans. num. 10.
ff.ad leg.Corn.de Sicar. Sciendum item est, ꝙ in
fauorem istorum expositorum constitutum est,
ꝟt partus expositus ingenuus habeatur,nec ali,
vel ita recipi à susceptore possit vt ei seruus,vel
colonus,aut ascriptuis efficiatur. l.ꝟlt.§. neque
enim.C.de infan.expos.c.1.de infan. & languē.
expo. Legitimi item, & non spurij habentur,&
si eorum natales, ignorentur.Io.de Ana.in alle.
in c.1.quem sequitur doctissimus, & religio-
sissimus Cardinalis Paleot. in tracta. de nothis
spurijsq; fil.c.63. concludens hos expositos ad
sacros ordines promoueri posse. Verum facile
contraria opin. substineri posset, tum quia Ro-
mæ ꝟidemus expositos apud hospitale.S. Spiri-
tus,pro spurijs haberi, nominari, & tractari ab
omnibus.Tum quia non solum ad sacerdotium
imo nec ad primam coronam,seu clericatum ad
mittitur non docto quòd sit legitimus,& de le-
gitimo matrimonio procreatus absque dispen-
satione,prout probo super Signa. Gratiæ.titu.de
Dispensa.super natalib.

Vigesimusseptimus,vt nascať quis notarius,pu
25 ta si cōcedať † alicui priuilegium, vt ipse,& qui
nascentur ex eo sint tabelliones, illico natus erit
tabellio.Bar.in l.1.num.2.C.de mune. & hono.
non continu.lib.10.subdens,quòd officium exer
cere non poterit propter lubricum ætatis.per l.
impuberem.ff.ad leg.falcid.& ibi Dyn.

Vigesimusoctauus,vt a natiuitatis momento,
in quo natus est,fiat computatio ad effectum di
scutiendi an quis sit minor,& restituendus sit.l.
l.3.§.minorem . ff. de minor. An autem effectus
præmissi,& alij in iam natis locum sibi vindicā-
tes,procedant eiam in eo,qui secto matris vtero
æditus sit, de quibus secto matris vtero natis tra
ctat Pli.Historia.lib.9.

Pro opin.negatiua videtur tex.in l.anniculus
amittitur.§.vlt.versic. Falsum est eam peperisse
cui mortuæ filius exsectus est.ff. de verbo.signi.
Idem probare ꝟidetur ex tex.in l. si ego.§. par-
tus.versic.Ex omnibus, vbi exsecto ventre ma-
tris extractus nuncupatur non natus.ff.de publi
ci.in rem actio.Hinc dicit Bal.in l.Arethusa.in
fin.ff.de sta.ho.& Ange.cōsi.51.Simon.col.3.cō
ditionem,si liberos peperit, aut æderit liberos,
non obtinere secto matris vtero. Amplius tunc
negant proprie dici posthumum.glo.& Ange.in
l.posthumus.ff.de inof.testam. Opin.affirma-
tiua verior est, & probatur ex text. in l. Quod
dicitur filium natum rumpere testamentum,
natum accipe, & si ex secto ventre natus sit.
ff. de liber. & posthum. l. posthumus. versi-
ficulo. Item natus. ff. de inof.testa. & l.1.ver-
sic. Sed & si matris exsecto ventre filius ęditus
sit,magis dicendum est hunc quoque ad legiti-
mam hęreditatem admitti.ff.ad sena.con.tertul.
pro quibus vide omnino And.Tiraq.late dissere
tem, & pro hac opi. affirmatiua concludentem;
pro qua etiam alia iura,& Doct. citat in l.si ꝟn-
quam.in ver.susceperit liberos.ver.Quæro item
quid si postquam mulier donauerit.nu.139.cū
alijs seq.C. de reuoc .dona. Nunc de infantia
tractandum esset,verumquia nonnulli infantem
etiam in vtero existentem nuncupauerunt, vt in
fra dum de infantibus tractabimus nu.7.osten-
demus, cogimur more errantium siderum a li-
quando retro gradiri,ordinariumque moré per-
uertere, deinde retrogradatione cōpleta nostrū
institutum,& directum iter prosequemur: vtq;
generalius loquamur,ad ipsius conceptionis ef-
fectus non inanes, & infructuosos deueniemus.
Interim autem præfari necessum esse existimaui
26 † ætates hominum iuxta sententiam doctissimi
Hyppocratis septem esse, ꝟidelicet infantiam vs
que ad septimum annum cōpletum. Pueritiam
à se-

à septimo anno vsque ad decimumquartũ perfectum in masculis, in fœminis verò in duodecimo anno perficitur, post quod tempus incipit adolescentia, quæ ad vigesimumquintum annũ protenditur, quo perfecto incipit iuuentus, vsq; ad trigesimumquintum, deinde curilitas vsque ad quadragesimumoctauum. Senectus ad quinquagesimumsextum: decrepitas tandem vsq; ad vltimum vitæ humanæ. Hæc Hyppocratis opinio mihi verior videtur, non desunt tamen qui aliter ætates hominis diuidant. Glo. videlicet. lib. sexto, Decre. in proœm. in ver. Perfectus. sex hominis ætates constituit, quemadmodum & mundi ætates sex sunt, pro quibus Ant. Iume. in tract. substi. numero 34. Varro in quinque partes. Pythagoras in quatuor instar quatuor anni partiũ, seu temporum distingunt. Seruius Tullius Rex in tres Gellius, Noct. Acti. lib. 10. ca. 28.

SVMMARIVM.

1 *Conceptio quando dicatur.*
2 *Conceptus an sit viuificatus, an non iura distingunt.*
3 *Originalis peccati contractio ab ipsa conceptione.*
4 *Prægnans dicitur mulier in omni dispositione postquam concepit.*
5 *Prægnans nec vltimo supplicio affici, nec quæstioni subijci potest.*
6 *Adulteræ prægnantis accusatio differtur.*
7 *Ali debet mulier, quæ prægnans remansit.*
8 *Venter prægnantis in possessionem mittitur.*
9 *Partum data opera abigens qualiter puniatur?*
10 *Sine liberis decedere non dicitur relicta vxore prægnante. Et vno tantum filio relicto.*
11 *Concepti veniunt appellatione filiorum.*
12 *Suus hæres an dicatur existens in vtero.*
13 *Proximior an quis sit, tempus conceptionis inspici.*
14 *Dignitas patris tempore conceptionis quando inspicienda?*
15 *Spurius, an legitimus sit tempus conceptionis inspici.*
16 *Legitimus ut sit filius tempus conceptionis inspici, licet postea matrimonium sequatur.*
17 *Si decesserit sine liberis, conditionem impleuisse dicurante deportationem concepti.*
18 *Scenicæ filia non dicitur absterfa macula concepta.*
19 *Partus ancillæ furtiuæ conceptio attenditur.*
20 *Conceptionis tempore sufficit matrẽ fuisse liberam.*
21 *Conceptus in seruitute non dicitur cuius mater manumissa fuit per 182. dies ante natiuitatem.*
Nasci ad vitam quo mense quis possit.
Hipocratis, vel Aristotelis opin. quando a Doctoribus nostris impugnari possit.
22 *Concepto delictum patris subsequens non nocet.*
23 *Edictum de coniun. cum eman. libe. habet locum in concepto ante emancipationem.*
24 *Prægnante muliere ab hostibus capta, postea natus postliminium habet.*
25 *Hæres institui potest in vtero existens.*
Seruus in vtero existentis hæres instituitur.
26 *Concepto legari potest.*
27 *Venter in possessionem legatorum mittitur.*
28 *Concepto per fideicommissum libertas relinquitur.*
Fideicommisso in conditionali agnati, & de familia concepti tempore existentis conditionis veniũt.
Sub conditione in substitutione, si domus alienabitur, veniunt descendentes concepti tempore alienationis.
Substitutio facta per verba denotantia tractum tẽporis futuri, comprehendit conceptos post mortem testatoris.
29 *In vtero existenti fideicommitti potest.*
30 *Donari potest in vtero existenti.*
31 *Donari etiam potest nondum concepto.*
32 *Stipulatio in fauorem existentis in vtero valida est.*
33 *Stipulari etiam possumus in fauorem nondum concepti.*
34 *In integrum restitutio paratur in vtero existẽti.*
35 *Collatio etiam cum ventre fit.*
36 *Ventri datur curator.*
37 *Curatorem in vtero existenti mater petere tenetur.*
38 *Vtero existens per matrimonium legitimatur.*
39 *Vtero competit actio negociorum gestorum.*
Ius congrui competit existenti in vtero.
40 *Vterus succedit in ijs quæ sunt dignitatis hæreditariæ.*
41 *Vasallus a ventris curatore inuestituram petere debet.*
42 *Conceptus quo ad commoda pro nato generaliter habetur.*
43 *Mortuus qui nascitur, procreatus non videtur.*
44 *Conceptus non habetur pro nato quo ad commoda aliena.*
45 *Conceptus qualem animam habeat?*
46 *Animæ infusio in masculo, & fœmina quando?*
47 *Homo in potentia, & actu, quando?*
48 *Vtero existentem viuificatum interficiens morte punitur.*
49 *Prægnante vxore relicta infusa anima certum est ex qua parte in vtero existens patri sit hæres.*
50 *Lex semper est certa de eo, quod est.*
51 *Certa est lex de omni eo, de quo potest esse certus homo.*
52 *Prægnans si moriatur postquam partus animam recepit, humari non debet antequam partus excindatur.*

CAP. II.

Onceptionis effectus, & sic ante natiuitatem prouenientes prosequamur.
1 † conceptio tunc dicitur, quando mulier virile semen concipit, etiã antequam partus viuificetur in vtero, de qua conceptione habes Genes. cap. 16. (At illa concepisse se videns despexit dominam suam.) & post (Ecce concepisti, & paries filium.) & cap. 38. (Ad vnum igitur tantum coitum mulier concepit. 2. Reg.

Reg.cap.11. (Et reuersa est domum suam concepto fœtu.) ad Hebr.11. (Fide & ipsa Sarra sterilis virtutem in conceptione seminis accepit). De hac conceptione tractant Philosophorum Princeps lib.2. de Genera.animalium. lib.7. de natu. anima.& alibi.ac medicorũ princeps Hippocrates rub.de Genitura. Et de conceptione habemus text.in l.& seruorum, in l. Imperator, in l. vulgo concepti.ff.de stat.homi.in l.patre furioso. §.1.& sequ.ff.de his qui sunt sui, uel alie. iur. in l.emancipatum.ff.de senato.& in cap.sicut 2.de homici.
2 ubi † distinguitur, an conceptus sit viuificatus. Similis distinctio colligitur ex uerbis l. cum quidam post certum tempus conceptionis euenit.ff. de acquir.hæredit. Effectus autem primus ipsius conceptionis si postea anima infundatur, est con-
3 tractio † originalis peccati.iuxta Psalm. 50. (Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis meis concepit me mater mea.) Iob c.14. (Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nõ ne tu qui solus es?) ad Eph.2. cir.prin. (Et eramus natura filij iræ.) Pro quo, & quòd per baptisma ab hoc peccato liberemur, habemus pulchrum tex.in cap.firmissimè, de consecra.distinct.4. Secundus conceptionis effectus
4 est, quòd eo ipso mulier dicitur † prægnans, & cõprehenditur in omni dispositione de prægnante loquente, iuxta text.in l.quæritur. §.1. ff.de ædili. edi.& colligitur ex verbis Bar.in l.si. colum.pen. versus fi.vers.pone quòd decessit uxore pregnante, cum ijs quæ sequuntur.ff.de condit.insti. Ter-
5 tius, ut mulier quæ † concepit, ante editum partum nec damnata vltimo supplicio affici, nec quęstioni subijci possit.l.prægnãtis. ff.de pœnis.l.Imperator 2.ff.de stat.homi. Quartus, vt si mulier
6 accusetur † de adulterio, accusatio differatur ne fiat præiudicium nascituro.l.si uentris. ff.de ven. in poss.mit.Bar.in l.1.§.fin. vers.quare dic, quòd ibi accusabatur.ff.de carbon.edic. Quintus, ut si mulier prægnans remaneat post obitum viri, ali
7 † debeat per hæredes viri, quousque pariat, etiã si habeat vnde se alat, ex quo alimenta ei qui in vtero est præstari uidentur.l.curator. ff.de ven.in
8 poss.mit. Sextus ut † venter in possessionem mittatur.l.1.in prin.& toto tit. ff.eo. & toto tit. ff.si uen.nomi.mul.l.fi.ff.de colla. bo.glo.1. in fi.in l.
9 posthumo.ff.eo. Septimus, † ut mulier quæ data opera abegerit partum, ad temporale exilium damnetur.l.diuus.iun.glo.ff.de extra.crimin. uel alia pœna extraordinaria iudicis arbitrio. Alberi. in tract.statuto.par.3.quæst.50. Fely.in cap.si aliquis.de homici. Couarru.in clemen.1.eo. par.2. quæst.3.num.1. Intellige si partus non erat viuificatus, alioqui de homicidio teneretur ipsa, uel committens.l.si mulierem. ff.de sicar.l.penul.C. eo.& prout in dicta gl.cap.sicut 2.de homic.pulchrè Signo.de Homod. cons.1. & Gui.de Ludo. singu.135.incipien.Glo.est, quòd mulier. Sozin. cons.16.in princ.lib.1. Octauus ut muliere prægnante relicta decedens eius uir non dicatur dece
10 dere † sine liberis, si modo postea partus uiuus nascatur.l.sed si ad tempus.ff.ad Trebel. l.is cui. ff.quan.dies lega.ced.l.si quis prægnantem. ff.de regu.iur.l.intelligendus. ff.de uerb.signif.ubi intelligendus est mortis tempore, qui in utero relictus est. Et sic amplio tex.in l.pater Seuerinam.§. Ita fideicommisso.quæ est 101. ff.de conditio.& demon.l.non est sine liberis. ff.de uerb.signif.l.1. ubi omnes notant. C.de cond.inser. pro quo Natta consil.200.num.6. Et amplio alia iura similia disponentia non uideri sine liberis decedere, qui vnum tantum filium relinquit. Nonus, ut gene-
11 raliter appellatione filiorum † concepti, & qui in utero sunt, contineantur.l.si quis filiabus.ff.de te sta.tute.l.nomen filiarum.ff.de uerb.sign. Signo. de Homod.prælle.cons.1.colum.1. uers.Præterea antequam partus.

Decimus, ut Angelus matris curam habeat concepti, de quo uidendus erit diuus Hieron.& alij Theologi.

12 Vndecimus, ut iuxta aliquorum opin. † conceptus eo ipso sit suus hæres patri. Et uoluit Paul. Castren.plures citans, & hanc communem affirmans consil.80. Super primo.lib.2. iuxta nouam impress.num.primo, quòd filius, qui fuisset in potestate patris tempore mortis eius, si tunc natus fuisset, cum natus sit post mortem eius transmittat hæreditatem etiam nõ aditam iure suitatis ad quoscunque hæredes extraneos non solum matrem. Nonnulli dixerunt, quòd existens in utero sit suus hæres, non specificantes an statim conceptus, an post animæ infusionem, prout Sozin.in l. prima. post num.25. uers. Secundò, quia non tenet consequentia.& Alex.in l.filius.num.13.uers. Fallit in posthumo.ff.de uulga. Contra uerò, quòd existẽs in utero non dicatur suus, uoluit And.Tiraquel.asserens Alexan.& Sozi.toto cœlo errasse. de ut.retra.par.1.§.primo.Glo.9.post numerum 76. Verum quia hæc altiorem discussionem requirunt, ad alios effectus transeo.

Duodecimus effectus erit, ut conceptionis tẽpus inspiciatur ad cognoscendum an quis sit de
13 cognatis, uel an sit † proximior.l.prima.§.si quis proximior.ff.unde cogna.l.Titius.in fi.cum duabus sequen.ff.de suis, & legi. Signo. de Homod. dicto cons.1.colum.prima, uersic.Præterea si nasciturus.

14 Decimustertius, ut inspiciatur † dignitas patris tempore conceptionis, ad hoc, ut filius consequatur priuilegium ob patris dignitatem. l.emancipatum.§.si quis conceptus.ff.de senato.l.2.§.auo ff.de decurio.

Decimusquartus, ut conceptionis tempus in-
15 spiciatur ad discernendum, an † sit spurius, uel legitimus propter statum patris.l.ex libera.C.de suis, & legi.ca.cum multæ, 15.q.8.

Decimusquintus, ut cõditionis statu inspecto licet post matrimonium separatum filius nasca-
16 tur † legitimus sit.c.2. qui fil. sint legi. pro quo, & alijs casib. similibus, uide omnino Cur.Iun. consil.52.circa controuersiam.num.1. & seq. ubi alios etiam refert.

17 Decimussextus, ut concepti † ante deportationem, conditionem si decesserit sine liberis impleuisse

uisse dicantur, licèt is postea deportatus fuerit.l. ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebell.

18 Decimusseptimus, vt sufficiat matrem † non fuisse turpis conditionis tempore conceptionis, vnde absterså macula concepta, non dicetur scænicæ filia.l.Imperialis.§.is illud.C.de nup.

Decimusoctauus, vt in casu l. si ego.§.partus.

19 ff.de publici. attendatur † conceptio partus ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei emptorem,& l.qui in vtero 2.ibi, Et quod natum fuerit tanquam furtiuum non vsucapitur.ff.de sta.homi.

20 Decimusnonus, vt † conceptionis tēpore suffi ciat matrem fuisse liberam. l.& seruorum. §.vlti. ff.de sta.homi.vers.Et econtrario. Insti.de ingen. & ibi Pet.de Bellapert.ante nume.3.

Vigesimus, iuxta terminos l.intestato. in fin. ꝙ

21 non dicatur in seruitute † conceptus, cuius mater fuit manumissa per 182. dies ante illius natiuitatem.ff.de suis,& legi.Pro cuius tex.intellectu vide Ludo.a Sardis in tract.de natura.libe. §.de ventre concep. nume. 3. Verum aduerte ad illa verba, Sed si diceremus eum esse conceptum ex die animæ infusę, tunc ex die suscepti seminis, vsque ad natiuitatem eius fluxissent 282.dies,& sic natus esset nono mēse, quod impossibile. Ego puto literam esse mendosam,& legendum fore, fluxissent 222.dies, & sic natus esset octauo mense, quod est impossibile. Quoto autem mense natus viuere possit, tracto super Regu.de infir.quęst.7. nu.5.& seq.ibi dictis addo, quòd non defuerunt, qui tenuerint, quē nasci posse ad vitam ante nu. dierum 182. affirmantes tam verba Hyppocratis, quàm etiam Iurisconsulti in alle.l.intestato. §.fi.ff.de suis,& legiti.non loqui per verba importantia necessitatem præcisam, ita quod non possit partus esse vitalis in minori spacio temporis, vnde tam opinio Hyppocratis, quàm ipsius Iuriscons.procedant tantum in hoc, quòd partus vitalis esse possit 182.dierum: An autem in minori spacio ad vitā nasci possit, sub iudice lis sit. Imò opinio Hyppocratis illa, vel quæuis alia, seu etiam Aristotelis a lege non cōprobata in aliqua parte, quo ad illam partem non comprobatam licebit aliud, quàm illi senserint affirmare: eorūq; opinionem non comprobatam melioribus, & efficaciorib. rationibus confutare, prout per Euerard.in sua Centuria in loco ab authoritate. Pro quo adduco illud Platonis de legib. Dialo.9. vbi quòd cæterorum, quàm Legumlatorum scripta probari si legibus consentanea sunt, sin dissona, derideri debent. Hanc opin.quòd in minori dierum numero, quam 182. imò ꝙ in diebus 171. ad vitam quis nasci possit subtiliter defendit doctus Moder. Clau.Giardin. Maceraten.in respō. Ad defensam humani partus dierum 171.

22 Vigesimusprimus, vt † concepto delictum patris subsequens non noceat iuxta terminos l.2.§. filijs.iun.glo.C.de libert.& eo.lib.

Vigesimussecundus, in terminis l.1. §.sed etsi patruus.vers.Sed & si posthumus, attendatur an ille posthumus ex emancipato natus ante emancipationem conceptus fuerit. ff.de coniun.cum

23 eman.libe.vbi ꝙ † in concepto ante emancipationem locum habet illud edictum.

Vigesimustertius, vt capta ab hostibus mulie-

24 re † prægnante postea natus postliminiū habeat l.qui in vtero 2. §. etsi prægnans. ff.de sta.homi. Ludo.a Sardis in alle.tracta.de natura. libe. §.de ventre concep.q.3.nu.9.

Vigesimusquartus, vt manumitti possit. §.vlt. iun.glo.in ver.discrimine. Insti.de liberti.

25 Vigesimusquintus, vt hæres † instituì possit.l. placet.ff.de libe.& posthu.l.vlt.C.de insti.& substi. Tiraqu.in l.si vnquam.in ver. susceperit liberos.post numerum 144.C.de reuoc.dona. An autem necessario hæres institui debeat, in vtero existens ne testamentum eo postea nato rumpatur, respondi affirmatiuè, nisi apposita sit clausula codicillaris, supra dum de natiuitate tractaui. numero tertio.

Vigesimussextus, vt etiam seruus in vtero existens hęres institui possit.§.seruus etiam.Insti.de hære.insti.

26 Vigesimusseptimus, vt † eidem legari possit.l. qui quartam.§.si quis.l.qui filiabus.in prin.& §. si quis ita.ff.de leg.1.l.1.§.ad eos.ibi, Aut qui nōdum natus est.ff.ad leg.Falcid. vbi etiam, quòd tunc lex Falcidia locum habebit. Tiraq.ubi sup. vers.Eique legari.

27 Vigesimusoctauus, ut † in possessionem legatorum uenter mittatur. l.communi.2. §. sed etsi. vers.Ergo etsi duo ventres.ff.commu.diui.

28 Vigesimusnonus, vt † per fideicommissum eidem seruo libertas relinqui possit. l. cum inter. C.de fideicommis. liber. glos.in l. penulti. ff.de manumis.

Trigesimus, ut uocatis agnatis, uel illis de familia ad aliquod fideicommissum, ueniant, qui reperiūtur de familia tempore mortis testatoris. l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de lega.2.Sozin. consil. 10.colum.ult. lib.3. quando autem fideicommissum est cōditionale satis est, ꝙ sint agnati,& de familia, concepti tempore existentis conditionis.Ruin.consil.22.num.2.lib.2. cons.100. num.5.consil.119.num.10.consil.158.num.15. ac cons.223.num.16.eo.li. ubi sub conditione in substitutione si domus alienabitur, ueniūt descendentes nati, uel concepti tempore alienationis,& sic purificatæ conditionis.

Trigesimusprimus, ut substitutio facta per uerba denotantia tractum temporis futuri, compręhendat etiam conceptos,& natos post mortem testatoris. Attenditur enim tempus euenientis conditionis: Et satis est, ꝙ concepti reperiantur tempore quo cedit dies fideicommissi. Ruin.consil. 143.num.10.lib.3.Paris.cons.31. num.41.lib.2. cons.39.num.16.cons.83.num.13. consil.88.colum.penul.in princ.& cons.36. num.decimo, eo. lib.per l.ei quoque.ff.de pecu.lega.Et hanc communem testatur Cephal.consil. 16.nu.63.& cōs. 202.& nu.8. Et magis cōmunem affirmat Rub. Alexā.cons.8.in fi.& cons.28. col.3. ac Cur.Iun. consil.3.nu.19.idem uoluit Sozi.Iun.cons.126. num.53.lib.1.

Trigesi-

29 Trigesimussecundus, vt † in vtero existentis
fidei committi possit.l.prima.§. sciendum. ff.de
lega.tertio.
30 Trigesimustertius, vt illi † donari possit. Gui.
Papæ consil.60.Ad dubia elicita.in 3.dub.& con
sil.176.pro diffinitione.in 4.dub. Tiraq.vbi sup.
vers.Et donari. Amplio, vt non solum conce-
31 pto,sed etiam nondum concepto † donari pos-
sit, puta si in contractu matrimonij fiat pactum,
quòd primus masculus nasciturus succedat in ta-
li domo,vel castro.Guid.Papæ dec.207. Pactum
factum.vbi attestatur ita iudicatum. sequitur D.
meus Phil.Dec.cons.245.in causa.nume.3.Et q
filijs nascituris,sub spe, quòd nascãtur,aliquo ue
rè, uel fictè recipiente donari possit,probat text.
in l.si quis operas.ff.de oper.liber. in l.Paulus.§.
Paulus respondet.ff.de bon.liber.& in l.diui.§.pa
ctis.C.de natur.libe.nota.in cap.1. §.hoc autem.
de succes.feu.per Docto.in l.quod dicitur. ff.de
verborum oblig.per moder.post Bart.in l.seruos
ad custodiam.ff.de alimen.& ciba.lega. & Boer.
Decis.172.
32 Trigesimusquartus, vt eidem † stipulari possit,
And.Tiraqu.de Primogen.quæst.6.num.31.&
vbi supra in ver.Susceperit liberos. post nu.144.
Amplio etiam, vt in fauorem nondum concepti
33 † stipulatio valeat.vt per Gui. Papæ præallega.
Dec.267.& per D.meum dicto consil.245.nu
me.2.& seq.
34 Trigesimusquintus, vt † in vtero existenti in
integrum restitutio paretur. l. etiam. ff.de mino.
quem tex.singu.dicit Bald. super rub.extra de in
integ. restitu.versus fi.& in cap.1. colum.1.vers.
Secundo nota.ubi etiam Fely.colum.2.vers.sub
dit.de præscri.Aret.in l.Pantonius. col.6.versic.
Vnde omnibus.ff.de acquir.hære.& And.Tiraq.
de vtroque retrac.par.1.Glo.9.§.primo.post nu.
77.& in l.si vnquam.in ver.Si susceperit liberos.
post num.144.vers.Et uentri quoque competit.
C.de reuo.dona.
35 Trigesimussextus, vt † cum ventre fiat col-
latio.l.fin.ff.de colla.bon.l.posthumo. C.eo.
36 Trigesimusseptimus, vt † ventri detur cura-
tor.ut l.pen.§.si a prætore.ff.de excu.tut.
37 Trigesimusoctauus, vt † in utero existenti ma
ter curatorem petere teneatur, etsi non fecerit,
æquè puniatur, ac si non petijsset tutorem iam
nato.l.2.§.si mater non petierit tutores.& §.quid
si cum prægnans.ff.ad Sena.cons.Tertul. Bartol.
consil.22.homo num.5. & cons.30. Vannutius.
num.2.Bald.cons.288.quidam decessit.in fi.lib.
2.& cons.297.visis.lib.3. Tiraq. in alleg.l.si un-
quam.in uer.susceperit liberos. ante nume.145.
C.de reuo.dona.
38 Trigesimusnonus, vt in vtero existẽs per † ma-
trimonium legitimetur.l.nuper. C.de natu.libe.
Bal.in l.ult.ff.de his,qui sunt sui, vel alie.iur.Ti-
raquel.in alleg.l.si unquam.in ver.susceperit.an-
te num.145.vers.Isque legiti.
39 Quadragesimus, quòd vtero † competat actio
negociorum gestorum. glos.& Bart. in l.cum pa-
ter.ff.nego.gesto.Tiraqu.de vtroque retra.par.1.
§.1.Glo.9.post numerum 77.
Quadragesimusprimus, quòd vtero competat
beneficium iuris congrui, seu ius redimendi,vel
retrahendi quippiam immobile.Et licet D.meus
Philip.Dec.cons.222.uiso puncto.aliud tenuerit
ea ratione, quòd non iam natus non possit dici
filius,uel consanguineus.l.fi. ff.de colla. bon.ta-
men opi.affirmatiua tenenda est,ut uerior,quàm
etiam tenent And.Tiraquel.de vtroque retrac.
par.1.Glo.9.§.1.num.78.& seq.vers.Quamuis
sciam.Phi.& Iaco.Nouel.in tracta.de iu.protho-
mi.§.14.nu.27.& 62.
40 Quadragesimusprimus, quòd vterus † succe-
dat in ijs, quæ sunt dignitatis hæreditariæ, &
administret per curatorem. Bald. in l.ult.in fin.
C.de mili.testamen.Tiraquel.vbi supra.ante nu-
merum 78.
41 Quadragesimussecundus, ut † ventris a cura-
tore uasallus inuestituram petere debeat, eique
fidelitatem præstare. Cardin.Alexan.in cap.pri-
mo,colum.2.vers.Quid si dominus. tit.quę fue.
pri.cau.bene.amit.& Tiraq.ubi supra.
Quadragesimustertius, & vltimus effectus
42 erit generalis,quo ad omnia cõmoda ipsius † con
cepti,ut pro nato habeatur.præalleg.l.qui in ute
ro.2.ff.de sta.hom.l.quod dicimus, quæ est 231.
ff.de uerborum signi.l.intelligendus.ff.eo.l.cum
inter.C.de fideicom.liber. glos.in uer.in sobole.
vers.Item quia cum de commodis partus. in l.
penul.C.de agri.& censi.li.11.glo.in uer.eius.in
§.seruus etiam.Insti.de hære.insti.
43 Declaro primo id uerum † si uiuus postea na-
scitur, aliàs pro nato non habetur.l.cum pater.
ff.nego.gesto.l.2. C. de posthu. hære.instit.l.qui
mortui nascuntur,neque nati,neque procreati ui
dentur.ff.de uerb.signi.l.1.uers.Sed ubi natus nõ
est.ff unde cogna.Maria.Sozi.Iun.cons.35.uisa.
num.18.lib.2.Rursus declaro,& limito prędicta
procedere tantum quoad commoda ipsius con-
44 cepti † non autem quoad commoda aliena, tũc
enim conceptus,uel qui in utero est, pro nato nõ
habetur.præalle.l.quod dicimus.ff.de uerb.sign.
l.qui in utero 1.ff.de sta.homi. Contra autem in
utero existentem, quòd præscriptio currat.l.etiã
ei,qui priusquam nasceretur.ff.de mino.& illum
tex.sic summat ibi Bal. Ei,qui est in utero currit
præscriptio,sed datur restitutio.Idem uoluerunt
Bald.in cap.1.& Fely.colum.2.uers.subdit Bal.
dicto titu.de præscrip. Vide quæ scribo in cap.1.
num.61.& seq.de in integ.resti. Hæc quæ dixi-
mus maximè procedunt post infusionem animę,
quòd si secundam terminationem nũcupare ma
uis tempus infusionis animæ,supponas, quòd cõ
45 ceptus primo habet † animam uegetabilem, seu
nutritiuam,de qua diuus Th.in 1.par. quęst.76.
art.3.Secundo sensualem,tertio rationabilem.iu
xta sententiam Philosophi lib.2.de Generat.ani-
46 mal.ca.3.Supponas item, q † tempus infusionis
animæ in masculo, est post quadragesimũ diem
ex sententia Philosophi, Medicorum, Iurecons.
& aliorum quorumcunq;, prout etiam per gl.in
l.diuus.ff.de extra.crim.& ibidem per Bar.& per
Plin.

Plin.libro ſeptimo,natur.hiſto. capit.ſexto. In fœmina autem diuerſæ fuerunt opiniones. & Bartol. vbi ſupra,dixit,quòd in ſexageſimo die, remittit autem ſe naturalibus. Plinius verò vbi ſupra nonageſimo die animam in fœmina infundi affirmat. Effectus præcipuus infuſionis animæ iuxta ſententiam Galeni quærentis,vtrũ conceptus in vtero ſit animal, dictu rationale, & ſic homo, vt id contingat ex infuſione animæ, idque probat authoritate Hippocratis. Plato in Cratylo, inquit, Nam animam, & corpus hominem vocamus. & parum poſt, Quòd hæc quoties adeſt corpori cauſa eſt illi viuendi, reſpirandi, & refrigerandi vim exhibens: & cum prius deſierit quod refrigerat, diſſoluitur corpus, & interit. Sequitur, quòd ſi anima, & corpus hominem conſtituunt, ergo anima infuſa homo erit. Ex Hippocratis verò eiuſdem
47 dictis, & aliorum,is † homo dici poteſt in potentia, actu verò cum in lucem prodierit, & ſic opiniones omnium concordantur. Pro quibus, vide etiam Andr.Tiraquel.in l. ſi vnquam. in ver. ſi ſuſceperit liberos.numero centeſimo quadrageſimonono. C. de reuoc. donatio. Alter effectus infuſionis animæ eſt ille, de quo in capitu.Moyſes. & capitulo ſequen. trigeſimaſecunda quæſtione ſecunda.in capitu.ſicut.2. vbi etiam Felyn.de homici. & tetigi in effectu natiuitatis, videlicet, quòd poſtquam diuina prouidentia in humanum corpus iam creatum ani-
48 mum infundit, † qui vtero exiſtentem iam viuificatum interemerit, morte puniendus ſit. de quo etiam vide per Ludou. a Sardis in alleg. tractatu de natura.liber. §.de ventre concep.numero quarto,& ſeq.

Tertius effectus eſt, quia extunc certum eſt
49 qua parte † ſit hæres filius prius natus mortuo patre relicta vxore prægnante, quouſque enim non eſt infuſa anima exiſtenti in vtero mulieris, non eſt certa lex quot naſci poſſint, & conſequenter non eſt certum ex quota parte ſit hæres filius prius natus. ut l.cum quidam.§.ſuum. ff.de acquiren.hæredit. vbi etiam Bart. declarat quomodo procedat ille text. probatur etiam ex l.hæredi cum poſthumo.iun.gloſ.in ver.certum
50 ſit.ff.eodem. Et quòd † lex ſemper ſit certa de eo, quod eſt,non de eo, quod erit,ſeu incertum
51 eſt. Item certa eſt lex † de omni eo,de quo poteſt eſſe certus homo, non de eo, cuius certitudo eſt apud ſolum Deum,puta futuri contingentis, ſeu futuri euentus, cum illa, & ſimilia ſolus Deus ſciat. Pro quibus, & quando lex,uel natura dicatur eſſe certa, vel incerta vide text. & Docto.in l.ſed etſi.§.fin. ff.de iudi. & text.in §. conditiones.iun.glo.in ver.naturam. Inſtitu.de verborum obligatio.& omnino Caſſado.Dec.3. numero nono,de præben.& latius, & magis diſtinctè Dec.21.ſuper regu.incipien.quidam habens,aliàs 1.ſuper regu.de inſinua.& publi. numero octauo.
52 Quartus effectus erit, vt ſi † prægnans moriatur poſtquam partus animam recepit,humari non debeat antequam partus excindatur,ut ſi poteſt,uel ſeruetur,vel videatur in quo ſtatu ſit. l.negat.ff.de mor. infe. Plura alia de conceptis etiam poſt mortem aui videre poteris apud Andre.Tiraquel.de vt.retr.par.1.§.1.Glo.9. nu.76. cum alijs ſequen.De edito ſecto ventre loquemur infra ad calcem effectuum terminationis infantiæ. Poſt conceptionem animæ, infuſionem,ac natiuitatem, de quibus tractauimus,ad noſtrum inſtitutum, ac directum iter redeuntes, ad infantiam deueniamus.

SVMMARIVM.

1 *Infantiæ duos terminos nonnulli conſtituunt.*
Infantia terminatur anno ſeptimo completo.
2 *Somniare quo anno quis incipiat?*
3 *Hæreditatem quo anno quis cum authoritate tutoris adire poſſit?*
Infantiæ proximus quis dicatur?
4 *Infans ius ſuccedendi tranſmittit.*
5 *Infantes glorificaße Deum.*
6 *Scire non poteſt infans.*
7 *Infantium ætas circa quę verſetur?*
8 *Infans an in utero exiſtens dici poſſit?*
9 *Irregularitatem,an incurrat infans?*
10 *Infans vafer de homicidio, an puniri debeat?*
11 *Blaſphemans Deum infans a dęmone raptus.*
12 *Ciuis loci efficitur in eo expoſitus.*
13 *Miles infans eße poteſt.*
14 *Coronari,ut rex poteſt infans.*
15 *Feudo inueſtiri poteſt infans.*
16 *Infans emancipari poteſt.*
Argumentũ de legitimatione ad emancipationẽ.
17 *Adoptari poteſt infans.*
18 *Legitimari poteſt infans.*
19 *Comes Palatinus infantes legitimare non poteſt.*
20 *Comes quando infantem legitimare poſſit?*
21 *Beneficium infanti conferri non poteſt.*
22 *Literę beneficiarię incipiunt, Vitæ, ac morum honeſtus &c.*
23 *Laudabilia tuę infantilis ętatis inditia, exordiuntur literę pro infante.*
24 *Inditia in actis infantium, & puerorum in magna exiſtimatione haberi.*
25 *Nihil fiunt homines cum peccant.*

CAP. III.

1 INfantiæ † duos terminos conſtituũt,videlicet, quando quis fari poteſt,iuxta tex.in l.inter illã conditionem cum fari potuerit.ff.de verb.ſign. Rurſus quando quis intellectum aliquem habet. Aliqui aſſerunt vtrunque accidere poſſe poſt quartum,uel quintum annum,quo tempore teſte Philoſopho 4.de Natu.anima. capit.de-
2 cimo, ad finem. † homo ſomniare incipit, &
3 tunc hęreditatẽ cum † auctoritate tutoris adire poterit.ad tex.in l.potuit. iun.gl.1.& declaratione ibi per Pau. Caſt.poſt hum.3.verſ.Brijs non obſtantibus.

bus . Concordant omnes infantiam terminari
anno septimo completo.ad text.in l. tertia. §.si
pupillus.ff.de tute.in l.seruus. ff.de bono.posses.
§.pupillus.Institu.de inut.stipula.glo.in l.etiam
infantem.ff.de adoptio.gl.in l. prima.§.initium.
ff.de postul.in l.quod infans . ff.de re iudi.cap.
singulis.77.distinctio.capitu.primo.31.quęstio.
secunda.cap.si eo tempore.de rescrip.lib.sexto.
Bartol.Bald.Ias.& alij in l.si infanti.C.de iu.de-
libe.Ex quo igitur infantia durat vsque ad , &
per totum annum septimum , & infans dicitur
non fans,seu non rectè fans, seu loquens , & sic
etiam ex communi sentētia per totum septimũ
annum aliquem non rectè fari affirmamus , &
hanc cōmunem testantur Ias.in l.prima.in prin.
numero vigesimosecundo.& Alcia.numero tri
gesimooctauo.ff.de verborum obligat.Sed be-
ne proximus infantiæ fari posse dicitur.i.in octa
uo anno existens,& sic puer,vt per supra ci-
tatos.& per Docto.in §.pupillus.prælle. Instit.
de inuti.stipulat.ibi,Neque is etiam, qui proxi-
4 mus infantiæ est.& ibi Docto. Et † infans hæ-
reditatem,seu ius succedendi transmittit.l.si in-
fanti.§.primo.C.de iu.deliber. glos. in ver.non
multum.in dicto §.pupillus.Institu.de inuti.sti-
pula.Bald.consilio 419.ad euidentiam.numero
secundo,& consil.sequen.numero secundo, li-
bro tertio,& clarius Paris.consilio 36.statutum.
numero duodecimo,libro tertio. Hæreditatem
paternam non aditā,quòd infans omnino trans-
mittat indistinctè iuxta communem opinio.vo-
luerunt Alexand.Corn.Ias. & alij in l.si infanti.
C.de iur. deliber. & Dominus meus consilio
250.& 335. Nom omittam, quòd nonnulli af-
firmant infantem dici, quamdiu is natus tener
est, & in fascijs astringitur vsque ad biennium,
& deinde supra , vsque ad septennium prout
etiam sensit Plato cir.princip.dialogi.7.de legi-
bus.Alij pariter duos terminos decernunt, pri-
mum quidem ad cognoscendum quid infantes
cupiant,vt nutrices quod illos appetere credunt
illis offerant,& si taceant rectè, si clamēt,fleātq;
non rectè se obtulisse,eis signis conijciunt : Hu-
ius rei tempus triennio minus non esse affirmat
Plato in illo 7.dialo.de legibus.Post triennium a
voce propria affectus percipiuntur. Duos etiam
terminos supra in principio constituimus.In sa-
5 cra pagina infantes † & locutos esse,& intelle-
xisse, & magnificasse gloriam Dei habemus
Iudic.4. Et induerunt se sacerdotes cilicijs, in-
fantes prostrauerunt contra faciem templi Do-
mini &c.Psalm.8. Ex ore infantium, & lactan-
tium perfecisti laudem . Matthæi vigesimopri-
mo.Vtique nunquam legistis:Ex ore infantium
& cæt. Iohan. secundo. Scribo vobis infantes ;
quoniam cognouistis patrem : Licèt ibi infan-
tes aliter accipi possint . Diuus Ioan. Baptista
adhuc infans in Eremo pęnitentiam agebat:Ego
si de propria , vera, & expedita loquela , rursus
& de intellectu propriè sumpto loquamur , an-
te septimum annum hæc omnia cessare verius
puto, idq́ue experientia rerum magistra nos do
cet, nisi miraculum , uel quid supra naturam
supponamus , vel allegoricè , seu metaphoricè
interpretemur , iuxta illud Sapien. 10. in fine.
Quoniam sapientia aperuit os mutorum , &
linguas infantium fecit disertas. Sic & verba illa
Iohan.2.de quibus supra,videlicet.Scribo vobis
infantes &c.idest noui in fide. Nec opi.meam au
ribus,& Doctorum sententia alienam existimo,
pro qua pondero tex.in l.mulier.iun.glo.in ver.
nō pōt.ff.de ver.obli.in l.si infanti.C.de iu.deli.
est etiam pulcher tex.in l.pupillus. versicu. Ne-
6 que enim † scire talis ætas potest non magis, quā
furiosus.ff.de acquiren. posses.& tex.in l.1.ad
fin.iun.gloss.C.de fals.mone. vbi quòd hęc ętas
quod videt ignorat.in § pupillus.ubi etiam glos.
Institu.de inuti.stipu. & gloss.in versic.plenum.
in capit.primo.de regula.libro sexto, cap.literas.
& cap.accessit.de despon.impub.l. impuberem.
ff.de fur.glos.in capitu.primo,in versicu.glandiu
sculis . de deli. pueri. Et quòd infantes insensati
dicantur,habes prouerbio 1.Vsque quo paruuli
diligitis infantiam , & stulti , quæ sunt noxia cu-
piunt.& cap.nono. Relinquite infantiam,& ve
nite, & ambulate per vias prudentiæ.Item sapiē
tiæ cap. duodecimo. versus fin. Iufantum insen-
7 satorum more uiuentes: infantum † ętas circa io
cos,& inania consumitur. iuxta illud Iob. vigesi-
moprimo. Egredientur quasi greges paruuli eo-
rum,& infantes eorum exultant lusibus. Zaccha
riæ 8.in princip. Et plateæ ciuitatis complebun-
tur infantibus,& puellis ludentib.in plateis eius.
De infantibus, vel pueris Horatius in sua poeti-
ca loquens inquit , Reddere qui uoces iam scit
puer, & pede certo signat humum, gestit parib.
colludere,& iram colligit,ac ponit temere,& mu
tatur in horas.& apud Terent. in Hecyra actu 3.
scena 1.pueri inter sese quàm pro leuibus noxis
iras gerunt ? Qua propter ? Quia enim qui eos
8 gubernat animus infirmũ gerunt. Infantes † non
nulli etiam ante natiuitatem dici posse affirmāt?
pro quorum opinione adduco rationem sumptā
ab etimologia dictionis infantis,idest non fantis,
non loquentis . Si anniculus , eoque maior non
fatur, multo minus in utero existens, uterque igi
tur proprie infans nominari poterit.Rursus affe
ro illud sacræ paginæ Genes. trigesimooctauo.
versus fin.Instante autem partu apparuerunt ge-
mini in vtero , atque in ipsa effusione infantum
vnus protulit manum &c. & Lucæ cap. 1. Ecce
enim vt facta est uox salutionis tuæ in auribus
meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.
Pro qua opi.adduci potest tex.in l.cũ pater.in fi.
ibi.Et quod antequam nasceretur infans gessit.ff.
nego.gesto. Qui tamen tex.in contrarium retor-
9 queri posset . Infans an † irregularitatem incur-
rat committens homicidium? Hostien.in cap.pri
mo.de deli. pueri. concludit pro affirmatiua, ad
quem se remittere uidetur Hyppo.de Marsi.in l.
infans.cir.princip.ff.ad leg. Corn. de Sica. Con-
trarium est concludendum per tex. in clemen.1.

iun.glo.in versic.infans. & ibidem Cardin. in l. oppo.de homici. An autem infans vafer, & calli-
10 dus de † homicidio puniri debeat, ac de alijs delictis? videtur respondendum, quòd sic, quia in tali cadere posse videtur dolus, & fraus. ut testatur diuus Gregor.in Dialogis,libro quarto,capi-
11 tulo decimonono. referens † infatem quinque ann. blasphemantem Deum e manib. patris a dęmone raptũ,& transportatũ fuisse.vnde infert in infante cadere dolũ,& malitiã alioqui credẽdum est iustitiã diuinã non permisisse illũ sic rapi.Idẽ referunt,& comprobant Hostien. Ioan. And. & Abb.super glos.prima.numero quarto,capi.primo,de deli.pue. Luc.de Pen. in l.omnes. C.de delato.columna tertia,libro decimo. repert. Inquisi.in ver.Filij hæreticorum. versicu. Circa prædicta, Gregorius.ac Hyppol.de Marsi.in alleg.l.infans.columna secunda.ff.ad legem Corn. de sicar. & numero secundo subdit limitandam esse contrariam opinio. quæ est, quòd infans non puniatur, non procedere in doli capace.numero tertio,versic.Quid dicendum. Idem Marsil.in l.si quis te reum. numero tertio. C.ad legem Corn.de sicar. Vide Iul.Clar.in sua Praxi crimin.§.vltimo. quæstio.60. & latè per Anto. Gomez.,qui plura adducit pro negatiua,quòd regulariter infans non puniatur pro delictis. tomo tertio,capit.primo.De delictis.nume.quinquagesimoseptimo, versicu. Quibus sic visis Ego opinio.affirmatiuam veram puto in foro poli: secus autem in foro fori,& sic quo ad Deum doli capax obligetur, secus in iudicio, etiam apud iudicem ecclesiasticum.& hæc elicies ex verbis diui Thomæ secunda secundæ quæstione octuagesimanona,artic.quinto. Pro quibus vide bonam addit. And.Barba, vel alterius ad Abba.in dicto capitu.primo,de deli. puer. in ver. & circa iuramenta pupillorum. Infans exposi-
12 tus,† quòd efficiatur municeps, seu ciuis loci in quo expositus fuit,voluerunt Bartol. in l.prima,numero vigesimoprimo, versicu.Quæro si est aliquis cuius ignoratur origo. ff.ad municip. & in l.quia semper. ff.de in ius vocan. & alij adducti supra in capitu.primo,de Natiui. numero
13 vigesimoquarto. Infans † item miles esse potest. l.sed & milites. §.Iam autem & militi.ff.de excusa.tuto.l.vltima.C.de milita.testam.Bald.in cap.cum vigesimum.post medium. vers.Non tantum credo. & ibi recentiores. de offic.deleg. Andr.Tiraquel.de Nobili.capi.sexto, nume.28. vers.Nam & uidemus infantem. & de iure primoge.quæst.40.
14 Rursus, vt † rex coronari potest. Bartol.in l. prima.in secundo not.C.de mune.& hono.non conti.lib.decimo. Cuius regnum per tutorem, impuberis vel per curatorem administrari debet.Bartol.in l.quidam consulebant. ante fin.ff. de re iudi. Bald. in l.vltima. & ibi Roma.Alexand.& Ias.C.de mili. testamen. Oldra.consilio quinquagesimosecundo, questio est. Tiraquel. de iure primogenio.quæstio. quadragesima.numero 207.Hippolyt.de Marsil.in l.infans.num. nono.ff.ad legem Cornel. de sicar. Federicus 2. nondum trium annorum vtriusque Siciliæ rex coronatus fuit. prout in compen. Historiarum Regni Neapolitani.lib.quarto. Henricus filius Federici Secundi,septennis coronatus fuit Germaniæ rex. prout eo,lib.quarto. Infanti potest princeps nobilitatem concedere.Bartol.in l.prima,columna nona,versic.Ex prædictis sequitur. & ibi Ioan.Plat. colum.vltima. C.de dignita. lib.duodecimo.Benedi.in repet. capitu.Raynutius.in ver. Adiectæ impuberi. in princ. de testamen.Andr.Tiraquel. de Nobilit.cap.6,numero vigesimoseptimo, versi. Infanti potest princeps.
15 Infans etiam † de feudo inuestiri potest. Bald. in l.eam quam.columna 13. C.de fideicomm.& in l.si quis seruo.C.commu.de manumis. Tiraquel.de Nobili.capitu.sexto.post numerum 28. Marsil. vbi supra.nume. vndecimo. Infans, an
16 † emancipari possit. pro opinio. affirmatiua est tex.in l.iubemus.C.de emancip.libe. tenent Ias. in alleg.l.eam quam.numero nono. C.de fideicomm.Roland.a Valle consi. sexagesimoprimo, multiplici.numero quinto. vbi arguit de emancipatione ad legitimationem.lib. primo.quod argumentum iuxta communem opinio.procedere affirmat. vt etiam uoluit Curt. Senior consilio decimonono, columna secunda, & consilio sexagesimoquinto,columna tertia.ac Ruin. consilio septuagesimoprimo. numero quarto, lib.tertio. Quod autem speciale rescriptum Principis requiratur, ut infans emancipari possit, voluerunt Azzo in sum.de emancip.liber. Bartol. in dicta l.iubemus.C.eodem.& ibidem Bald. & Salycet.
17 Infans † adoptari potest l.etiam infantem. ff.de adoptio.Ias.in dicta l.eam quam.num.septimo.
18 in primo not. Et quòd † legitimari possit concludunt Bart.versic.Et fui interrogatus. Bald. & Salycet.in alleg. l.iubemus. Idem Bartol. in l. ultima.in fi.ibi, nisi sit infans. ff.de his, qui sunt sui,uel alien.iur.Paul.Castren. consilio quadragesimoprimo.Viso testamento. numero primo, libro secundo.Corn.consilio 177. & 245. libro primo.Tiraquel.de nobili.præalleg.capit.sexto.
19 numero vigesimonono. † Legitimatio tamen infantis fieri non poterit absque rescripto Principis,vel nisi per ipsum Principem,quo casu iuxta communem,& veriorem opinio.legitimatio subsistet, ut supponit Bartol.in l.ultima. in vltimis verbis.ff.de his, qui sunt sui, uel alien. iur. Barba.consil.trigesimoquarto, columna prima. & sequen.libro secundo.Ias.consilio decimonono,numero quarto. vbi hanc communem affirmat.volum. quarto. Curt. Iunior consilio decimonono,numero quarto. Tiraquell. de nobilit. dicto capitu.sexto,numero vigesimooctauo.Rosel.in tracta.legitima. in secunda par. sub titulo de cau.mate.legit.numero quarto hanc communem affirmans.Et hæc tenenda est,quicquid sentiat Ludou.Roma. consilio centesimo nonagesimoquarto,columna tertia.Non autem Comes Palati-

Palatinus ex auctoritate legitimandi ſibi conceſſa, infantes legitimare poterit. Bald. in dicta l. iubemus. ad fin. C. de emancip. liber. Anchar. conſilio ducenteſimo quadrageſimoprimo, ex tenore. numero tertio, & ſequen. Barba. præalleg. conſilio trigeſimoquarto, præclarè. columna prima. numero ſecundo, hanc communem aſſerens. libro ſecundo. Angel. & Fulgo. in l. ſecunda, per illum text. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur. Angel. in diſputa. Nobilis quidam genere. columna tertia, verſic. Quantum autem. Martin. Lauden. in tracta. legitimatio. numero centeſimo quadrageſimooctauo, verſicu. Quæro, an baſtardus infans. Præpoſit. in capitulo, per venerabilem. §. quod autem. numero duodecimo. qui fil. ſint legit. Soz. conſilio ducenteſimo nonageſimoquinto. columna penultima, verſ. Sed ad hoc. Franc. Curt. conſil. ſexageſimoquarto, ex ſeriola. Dom. meus conſilio 367. in principio. Ludou. Sard. in tracta. de naturali. libe. titu. de legiti. per reſcriptum. Alciat. conſilio 490. numero decimoſeptimo. Emanuel Coſta in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. par. ſecunda, numero centeſimo decimoquarto. ff. de liber. & poſthum. Syluan. conſilio quadrageſimoquinto, numero 6.7.16. & ſequ. Ratio præcipua, quæ adducitur pro hac communi opinio. ea eſt, quòd legitimatio neceſſariò requirit legitimati conſenſum. §. generaliter. in authen. quibus mod. natur. effic. ſui, quem infans præſtare nequit, quippe qui quod videt ignorat. l. prima. §. quod infans. cum alijs. C. de fal. mone. ille igit defectus ſuppleri debet ab ipſo Principe, vel ab alio, cui a Principe id expreſsè mandetur. In eandem communem ſententiam deuenit Iaſ. in alleg. l. eam quam. numero nono. C. de fideicomm. ac Curt. Senior conſilio quarto, numero quinto. ac conſili. ſexageſimoquinto, colu. tertia. alios ad idem referens. ac Curt. Iun. illam communem atteſtans. conſilio trigeſimotertio. Præſupponitur. numero quarto, & conſil. centeſimo quadrageſimoquinto, in fin. Ruin. conſil. ſeptuageſimoſecundo, columna ſecunda. ac conſilio ſexageſimo. in princ. & conſilio centeſimo. columna octaua, verſ. Ex ijs. libro primo. Pariſ. conſilio ſecundo, columna penultima, & conſil. octuageſimo, columna fi. libro ſecundo. Rolan. a Valle præalleg. conſilio quinquageſimooctauo, libro primo. & Dominus meus Philip. Dec. conſilio quinquageſimoquinto, & pro tenui. in princip. ac conſilio 367. viſo. numero ſecundo. Pariſ. conſilio tertio, numero vigeſimoſecundo, libro ſecundo. Maria. Soz. Iun. conſilio nonageſimoſeptimo. viſo. numero quarto, libro
20 ſecundo. Nonnulli autem tenuerunt † Comitem Palatinum infantem legitimare poſſe, etiam quod ſpecialiter non ſit expreſſum de infante. prout Bald. conſilio 105. primo eſt videndum. & 119. quidam vxoratus. volum. quinto. Barba. præall. conſilio trigeſimoquarto, & conſil. quinquageſimo octauo. in princ. ac columna ſeptima, verſic. Modo in caſu. libro ſecundo. Corn. conſil. decimoſeptimo, egregiè. numero primo, & ſequen. libro primo. Maria. Soz. Iun. præalleg. conſil. 97. numero ſecundo. cum alijs ſequen. libro ſecundo. Paul. Caſtren. conſil. quadrageſimoſecundo. viſo teſtamento. vbi concludit infantem legitimari poſſe. Fulgoſ. conſil. decimoſexto. Caſus talis eſt. columna ſecunda, & conſi. 83. Nicolaus. columna prima. Corn. conſil. 177. columna prima, libro primo. Floria. in diſputa. quæ incipit. Bero. in fi. Iaſ. conſilio 125. colum. quinta, verſ. Sed præmiſſis. & conſilio 156. columna quarta, volum. quarto. Dominus meus conſil. 55. numero ſexto. ac conſilio 157. numero ſeptimo. Soz. Iun. conſilio nonageſimoſeptimo, numero vigeſimoprimo, libro ſecundo, & conſilio 93. numero 63. libro tertio. Et præter id, quòd multi fuerint, qui hanc ſecundam opin. tenuerint, ac graues quidem, & magnæ authoritatis, adducunt etiam rationem pro hac opin. ſatis vrgentia, quæ eſt, quòd legitimatio affert commodum, & honorem legitimato, vt ad ſenſum patet, & ille ex incapace, ad honores, ad hæreditates, & alia capax, ac habilis redditur: ubi autem de ijs fauoribus, ac vtilitatibus agitur, præſumitur, ſeu ſupponitur conſenſus infantis. l. ſi infanti. C. de iu. deliber. Magis communis opin. eſt in contrarium. Hæc tamen ultima opin. in duobus caſibus comprobatur, vt quando ſubſequitur ratificatio illius, qui cum legitimatus fuit, infans erat: vel quod in facultate legitimandi adeſſet clauſula, ſeu facultas legitimandi quoſcunque, prout concludunt Sozi. conſil. tertio, numero vigeſimotertio, libro tertio. Gozad. conſil. ſexto, numero quadrageſimoquinto. & pro vtroq; caſu eſt conſil. Do. mei Philip. Dec. 55. & pro tenui. colum. tertia. ad fi. verſ. Supereſt reſpondere. & colum. 4. ante numerum 7. verſ. Tertio reſpondetur. ac conſilio 316. in caſu. colum. ſecunda, & conſil. 367. viſo. nume. ſecundo, & ſequ. Et in vtroque caſu hanc. eſſe communem opinio. teſtatur Pariſ. conſi. 15. circa. nume. quinquageſimotertio, & in terminis noſtris eſt Dec. Achil. de Graſſis, 3. ſub titu. de legitimatione, incipiens, In eadem fuit etiam tentum. licet magis communis opinio ſit, quòd niſi detur expreſſa facultas infans legitimari nó poſſit, fallit vbi eſſent dicta verba generalia, quoſcunque, quod uerificatur in infantibus, uel adeſſet ratificatio &c. Manumitti etiam poteſt infans, & ei libertas in teſtamento relinqui. l. penultima. ff. de manumiſſio. l. penultima. iun glo. in ver. requirere. C. commu. de manumiſ. Effectus infantiæ plerique erunt ijdem, qui poſt natiuitatem, quæ infantia ab ipſo die natiuitatis uerè, & propriè loquendo incipit, & durat (vt præmiſi) per totum annum ſeptimum. Vnum circa praxim Romanam notabile ſubijciam. Tu
21 ſcis, quòd de iure † beneficium etiam ſimplex infanti conferri non poteſt. gloſ. penult. in cap. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. ſexto. Abb. in cap. ſuper inordinata. in fi. ad fi. de præb. Papa confert beneficium infanti, ſicut literæ conceſſę exiſtēti

in ætate

in ætate legitima incipiunt, † vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia, probitatis, & virtutum merita super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio nos inducuntur, vt tibi reddamur ad gratiam liberales, quam clausulam habes in con. Pet. de Ancha. 241. ex tenore. nu. 3. ver. His præmissis. in cons. And. Barba. 34. præclare. col. 2. ver. Quarto requirit. nu. 9. li. 2. & nouissime apud Pet. Rebuff. in sua praxi beneficiaria, dũ de mãdatis apost. & clausulis tractat, nu. 3. & 5. Qñ Papa beneficiũ simplex isfanti confert, exordium literarũ erit sub ijs verbis:
23 † Laudabilia tuæ infantilis ætatis inditia, ex quibus prout fide dignorũ testimonijs accepimus, verisimiliter concipitur, q succedentib. tibi annis, te in virũ debeas producere virtuosum, nos inducũt &c. De infantis indole, ac spe, ac pro pmissis vide Inno. in c. cum in cunctis. col. 1. ibi Et spes sit, q possit proficere. de electio. Barba. cons. 34. col. 14. lib. 2. Gozza. cons. 48. nu. 12. ver. Quartò dicitur. De qua clausula loquitur et Rebuff. in d. praxi, de clausulis mandatorum. Tu autem non dicas infantilitatis, vt ipse, sed infantilis ætatis. Insuper aduerte dum ipse vult, q vsque ad 14. annum dicatur, laudabilia tuæ infantilis ætatis, quòd post septennium hoc non procedit, tum ex iure, tum ex stylo: secundum enim iura, imò & omnium prudentum sententiam infantia (vt præmisi, & probaui) post septennium non durat, sed completo septennio incipit pueritia, quæ durat vsq; ad 14. annum. Stilus autem Cancellariæ in casu Rebuf. post septimũ annum est, vt dicatur laudabilia pueriis ætatis inditia &c. & tunc quando sumus in beneficio maiorem ætatem septenni requirente. Redeundo ad clausulã, de qua prius tractabam, subdo, quòd pari modo sicut bulla Apostolica ordinaria pro cõstituto in ætate legitima continet hæc verba, videlicet. Nos tibi præmissorum meritorũ tuorum intuitu specialem gratiã facere uolentes &c. ita in literis pro infanti hæc verba subsequi consueuere, videlicet. Nos tibi præmissorũ inditiorum introitu specia-
24 lem gratiam facere volẽtes &c. Et quòd † inditia in actis infantium, & puerorum in magna consideratione, & existimatione haberi debeant, appa ret ex illis verbis 2. Machab. 6. Atq; a puero optimæ cõuersationis actus, & ex ijs, quę scripta fuere de diuo Iohanne Baptista infante, sub ijs verbis, Quis putas erit puer iste? Lucæ c. 1. Pro quo est tex. in c. cum in iuuentute sua, aliàs penul. de præsump. Et pro ætatis puerilis indole, vide etiã T. Liuiũ cir. prin. suæ historiæ. dum de Numitore loquitur: & Horatium de Druso loquentem. Ode 4. lib. 4. Sed diu, lateq; victrices catenæ consulis iuuenis reuictæ sensere quid mens ritè, quid indoles nutrita faustis sub penetralibus posset. Similem rationem habere videntur verba concil. Trident. sessio. 23. cap. 11. Nemo ijs initietur, quem non scientiæ spes maioribus ordinibus dignum ostendat. Indolem bonam describit Plato in suis definitionibus, discendi celeritatem, procreationem naturæ bonæ, virtutem naturalem. Vel indoles describi potest, vt sit in pueris, uel adolescentibus significatio quædam futuræ probitatis. Hinc ego ijs diebus scribebam, Pompeo Piccolomineo optimæ indolis puero, Pompeũ superare potes si cœpta sequare: Triumphos geminos hinc tibi vaticinor. Nec te terruerint & parui, & nomina magni. Fis paruus magnus, maximus ille nihil. Geminos summos honores illi prædicebam, in literis, videlicet, & in armis: rursus triumphum, & gloriam in hac vita, ac in altera. Eundem paruum nuncupabã propter cognomen, seu agnomen, propter ætatem, ac propter nondum perfectè adeptas scientias. Pompeum Magnum ad nihil redactum asserebam propter vitæ exitum infœlicem, iuxta illud Lucani: Percute nunc pede terram &c. & Virgilij in simili: Hic finis Priamo &c. Rursus eundem nihil nuncupaui, quia decesserat in fide reproba, & consequenter peccator obijt: at peccatum, & peccator nihil dicitur. Iohan. 1. Et sine ipso factum est nihil. Inquit Origenes super illum locum: Nihil, & non ens vnum sunt, videtur autem Apostolus non entia praua dicere. & diuus August. super eundem locum ait, Peccatum enim non per ipsum factum est, & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil fa-
25 ciat homines cum peccant. † Has expositiones ultra alias refert etiam ibidem diuus Thomas super illis verbis. Et sine ipso factum est nihil. Hæc recreationis causa dicta sint; Ad rem redeo, aduertens, quòd literis pro infante non conueniant clausulæ illæ, vitæ, ac morũ honestas &c. ac illa, Meritorum tuorum intuitu &c. vt concludunt Ancha. in præalleg. consil. 241. & Barba. cons. 34. lib. 2. Felyn. in cap. quod super his. num. 3. uers. An autem falsa. de fi. instr. ac D. meus cons. 576. Pro ijs ratio est euidens, nam illæ qualitates in infante cadere non possunt, ætas enim illa quod videt ignorat, & quæ nec scire, nec discernere potest. ad l. 1. C. de fal. mone. & l. pupillus. ff. de acq. hære. Hanc infantiæ ætatem demergit obliuio, sicut ætatem primi generis humani deleuit diluuium: quotus enim quisque est, qui suam recordetur infantiam? Hæc sunt verba diui August. ad calcem li. 16. de Ciu. Dei. De infante in alio significatu, videlicet iux. morem Hispanũ, & Lusitanum, idest secundogenito Regis loquor super 4. Formula commiss. in ver. Minores.

SVMMARIVM.

1 *Pueritia incipit post septennium.*
2 *Discretionis ad annos post septennium peruenitur.*
3 *Deum laudare quis tenetur post septennium.*
4 *Tobias senior iuniorem docebat ab omni peccato abstinere.*
5 *Isaac puer a patre imolãdus non aperuit os suum.*
6 *Confiteri quis tenetur post septennium.*
7 *Cap. omnis vniusq; sexus, quo ad eucharistiam, in septenni non seruatur.*
8 *Septennes & mentiuntur, & verum dicunt.*
9 *Septennis inuitis parentibus baptizari potest.*
10 *Baptizari potest vsum rationis habens.*

11 *Sponsalia septennis contrahere potest.*
12 *Prima tonsura septenni conferri potest.*
13 *Beneficium simplex septenni conferri potest.*
14 *Canonicatus in cathedrali septẽni conferri potest.*
15 *Præsentari ad beneficium potest septennis.*
16 *Obtinere verbum generale est.*
17 *Præsentare potest septennis.*
18 *Præsentatus a septenni præfertur præsentato a tutore.*
19 *Septennis in causis beneficiarijs procuratorem constituit.*
20 *Acceptat beneficium septennis.*
21 *Iudicium cum authoritate tutoris septennis suscipere potest.*
22 *Septẽnis ab extraneo in cã liberali defendi nõ põt.*
23 *Legatum usufructus ancillæ septennis ualet.*
24 *Operæ septennis in aliqua consideratione sunt.*
25 *Manumittit septennis auctore prætore.*
26 *Emancipare septennem non potest pater absque eius consensu.*
27 *Ltĩmatio filij septennis eiusdẽ cõsensum requirit.*
28 *Irregularitatem incurrit clericus septennis.*
29 *Septẽnis de delicto teneẽ p̃terquã de lapsu carnis.*
30 *Pœnę quoad minores minuuntur.*
31 *Exponens filium, uel seruum septennem non incidit in pœnam. l. 2. C. de infan. expo.*
32 *Hæreditatem adit septennis authore prętore.*
33 *Hæreditatem restituere potest septennis.*
34 *Septennis cum authoritate tutoris naturaliter, & ciuiliter obligatur.*
35 *Pubertati proximus quando dicatur?*
36 *Doli capax dr̃ post annum decimum cum dimidio.*
Excommunicari, & mulctari potest doli capax.
37 *Dolo tenet quis post annũ decimum cum dimidio.*
Ignorantia iuris, & facti non cadit in minore annis decem cum dimidio.
38 *Furti tenetur maior annis decem cum dimidio.*
39 *Et iniuriarum actione.*
40 *Sepulchri item violati pęna.*
41 *Pęna l. si quis. C. vnde vi. idem tenetur.*
42 *Deierare idem potest.*
43 *De delicto idem generaliter tenetur.*
Iurabant olim per salutem Principis.
44 *Iuramento idem obligatur.*
45 *Iuramentum defert.*
46 *Testis esse potest, vt inditium faciat.*
47 *Actione tributoria tenetur.*
48 *Ingratitudinis causam, ob quam exhęredari possit committere potest.*
49 *Libertus maior annis decem cum dimidio ingratitudinem committere potest.*
50 *Edicta, banna, et denunciationes maior decem cum dimidio intellexisse præsumitur.*
51 *Patientia eidem præiudicat.*
52 *Actione commodati vtili, idem tenetur.*
53 *Naturaliter idem generaliter tenetur.*
54 *Doli capax maior annis 13. cum dimidio dicitur in atrocissimis delictis.*
55 *Excusationem a tutela patri maior annis 13. cum dimidio non præbet.*
56 *Prædecessisse presumitur filius, quàm parentes in 14. anno constitutus.*

CAP. IIII.

1 PVeritia incipit † post septimum annũ, & terminatur anno 14. in mare, in fęmina verò in 12. prout per glo. quæ omnes ætatis describit in proœ. li. 6. in ver. perfectus. & in ca. si eo tempore. de rescri. eo. lib. est tex. in l. pueri appellatio, iun. glo. vlt. de verb. sign. Bar. in l. Mela. in prin. ff. de ali. & ciba. lega. Abb. in c. quod sedem. num. 3. de frigi. & malefi. Alcia. in alle. l. pueri appellatione, glo. in c. de his. 28. distin. dum exponit infantiæ hoc est pueritiæ. Vel melius exponere possumus verba illius tex. A primis infantiæ annis clericatus officio. i. post infantiæ annos, vt a, accipiamus, pro post, vt accipi posse probat Tiraq. in l. si vnquam. in ver. & postea. num. 21. C. de reuo. dona. & in trac. de vt. retra. §. 1. Glo. 21. nu. 52. & seq. Puer a puritate dictus, ꝙ purus sit: & puella quasi pulla, i. paruula. Isido. Ethimolo. lib. 10. cap. 2. de æta. homi.

Primus pueritiæ effectus sit, vt post septimũ
2 annũ quis ad † annos discretionis peruenisse dicatur. c. 1. 30. q. 2. c. omnis vtriusque sexus. iunc. glo. 1. de pœni. & remis. vbi etiam videantur Hostien. & Abb. super d. glo. nu. 9. vbi declarant tres esse gradus annorum discretionis.

3 Secundus effectus, vt extunc Deum † laudare teneatur. iuxta Psal. 50. Laudate pueri dominũ. Cõfundantur illi, qui docent pueros blasphemare, vel impudicè, & irreuerenter loqui. Discamus
4 a Tobia seniore, qui Tobiã † iuniorem docebat timere Deũ, & ab omni peccato abstinere. Tob. cap. 1. & alijs.

Tertius effectus erit, ut extunc Deo inseruire, virtutibus imbui, in virtutibusq; se exercere de
5 beat. Isaac † puer ex pręcepto Dei a patre imolandus obediens non aperuit os suũ. Gene. 2. Ioseph puer accusauit fr̃es suos criminis pessimi. Genes. 37. Samuel puer fuit minister in cõspectu Dñi, vbi erat archa Dei. 1. Reg. ca. 2. Ioram filius Iorã Regis Iuda septennis cũ regnare cępisset fecit qđ bonũ erat corã Dño cunctis dieb. Ioiadę sacerdotis. 2. Paralip. 24. Iosias cũ regnare cœpit octo annorũ, & si auũ, & patrẽ pessimos habuerit, fecit tñ bonũ coram Domino. 4. Reg. 22. Tobias puer ĩ tribu Neptalim nil puerile fecit. Tob. 1. Sidrac, Misac, & Abdenago pueri in camino ignis ardentis, Deũ laudãtes immunes ab igne euaserũt. c. 3. Ecce ego video viros quatuor solutos, & ambulãtes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis est filio Dei.

Quartus effectus est, vt iuxta dogma Platonicum, de quo li. 34. de legibus dialo. 2. extunc primus puerilis musarum chorus toti ciuitati decantaturus ingrediatur ea, de quibus ibi.

Quintus, ut iuxta eiusdem Platonis sententiã dialog. 7. de legib. Puer dici possit omni bestia intractabilior, quippe qui cum prudentiæ fontem perfectum nondum habeat insidiosissimus, acerrimusque, & petulãtissimus omnium bestiarum, ideo multis quasi frenis vinciendus est. Et idem Plato lib. 10. cui titulus Philebus versus fi.

Pueris

Pueris voluptates comparat, inquiens. Quòd si pueri quidam voluptates sint nullius intelligentiæ compotes.

Sextus, ut ex eiusdem Platonis sententia promulgata a Socrate in Axiocho, seu de contemnenda morte (si modo ille liber Platonis est, qui modo superadditus est) ut septennis custodes gymnasticæ, ac magistros ludi habeat.

Septimus, & hic quidem præcipuus, ut post
6 septennium quis † peccata sua cõfiteri teneatur, & ligetur canone, omnis utriusque sexus, quoad
7 confessionem, quo uerò † ad eucharistiam non seruatur ille canon propter reuerentiam tanti sacramenti. prout per Abb. ibi post numerum 9. vers. Et aduerte. pro quo vide omnino conci. Triden. sessio. 13. cano. 9. & sessio. 21. cap. 4. & cano. 4. Et dixit diuus August. in episto. ad Renatum episco
8 pum † septennis ætatis pueri, & mentiri, & uerũ dicere, confiteri, & negare iam possunt. prout per glo. 1. in cap. paruuli. de consec. dist. 4.

Octauus effectus est, ut septennis si uult etiam
9 inuitis parentibus † baptizari possit, & per seipsum respondebit, & simbolum reddet. prout per diuum Thomam secũda secundæ quæst. 10. art.
10 ult. ac par. 3. quæst. 68. art. 10. vbi quòd † habens usum rationis inuitis parentibus baptizari potest. & dicta glo. prima, in cap. paruuli. de consec. distinc. 4. Et consuluit Io. Bap. Ferret. Pueros Hebræorum in 7. anno constitutos posse inuitis parentibus baptizari, eosq; sacramentum recipere. prout eius cons. 76. incipien. quòd puellæ, & intellige sacramentum, scilicet baptismi.

11 Nonus, ut post dictum septennium † sponsalia quis contrahere possit. l. in sponsalibus cõtrahendis ætas. ff. de sponsa. glos. in ver. uiripotentes. in princ. Instit. de nupt. cit. prin. l. si uxor, quę est. 13. §. si minor. iun. glo. in ver. sponsa. ff. de adult. Alberi. de Rosa. in Dictio. in ver. Aetas iusta. cir. prin. 30. quæst. in sum. ca. 1. c. literas. & cap. sequ. de despon. impube. cap. vni. eo. li. 6. Lap. alle. 75. casus talis. ante nu. 5. vers. Hinc est, quòd septennis, qui sponsalia contrahit. Abb. in cap. iuuenis. de sponsa. Aduerte, quòd licet iura velint septennium esse completum. præalleg. cap. literas. & ca. sequen. de despon. impube. gl. communiter recepta in clem. ult. de æta. & qualita. tamen si contrahentes sponsalia sint in ultimo die septennij, sufficit ille dies ultimus cœptus, licet non cõpletus. ad tex. in l. qua ætate. ff. de testa. quem tex. ad hoc notat Abb. in capitu. attestationis. de despons. impuber.

12 Decimus, ut septenni conferri possint † prima tonsura, & ordines minores. ca. ult. iun. gl. in ver. infanti. de tempo. ordi lib. 6. glos. ult. in clem. ult. de æta. & quali. glo. in sum. 77. dist. Cardi. Alex. in cap. de his. 28. distin. Cagno. in l. fœminæ. §. itẽ impuberes. num. 13. vers. Ad primam verò tonsuram. ff. de reg. iur. & Io. Firma. de episco. lib. 2. par. 1. q. 31. post num. 56. vers. Item potest infanti. Meritò hac in ætate diuinæ militiæ quis ascribi posse videtur, in qua etiam legimus, apud Platonem lib. 5. qui inscribitur Alcibiades primus, filios Regis Persarũ ad equestris artis magistro proficisci solitos.

13 Vndecimus, ut illi beneficium simplex † cõferri possit. glo. pen. in c. si eo tempore. de rescr. li. 6. Abb. in c. super inordinata. ad fin. de præben. & Io. Firma. ubi supra. Tu autem aduerte, ꝙ aliter hodie statutum est per conci. Triden. sessio. 23. in Decre. reform. cap. 6. incip. Nullus primæ tonsuræ initiatus.

14 Duodecimus, ut de iure communi † canonicatus in cathedrali, uel collegiata septenni conferri possit. cap. ex eo, vbi glo. & Docto. de elect. lib. 6. glo. in ca. statutum. §. 1. in ver. canonicis. de rescr. eo. lib. D. meus Phil. Dec. in l. 2. §. Impuberes. & ibidem Hieron. Cagno. affirmans hanc cõmunẽ. num. 10. & seq. ff. de reg. iur. & de hoc plenè tractò in 1. q. 18. Regu. Cancel. Verum hodie circa ætatem, & alias qualitates pro canonicatibus cathedralibus, & collegiatæ ecclesiæ obtinendis aliter cautum inuenies per conci. Trid.

15 Decimustertius, ut pariter † septennis pręsentari possit ad beneficium simplex. prout sentit And. Barba. consil. 33. scripsit. colum. 4. ad fin. & colum. seq. lib. 2. licèt in casu suo propter verba testamenti aliud concludat. Cum Barba. residet Roc. de Cur. de iu. patro. in uer. Honorificum. q. quarta. num. 19. de quo latè per Lambert. eo. tracta. de iu. patro. par. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 26. Contrarium hodie cõcludendum est, quòd imò quis ante 14. annum completum præsentari non possit, per generalitatem decreti conc. Triden. supra citati cap. 6. sessio. 23. generaliter prohibentis minorem 14. annis beneficium obtinere posse, uer
16 bum enim † obtinere, generale est, infinita significans iuxta subiectam materiam. prout probo in 13. quæst. 13. Regu. Cancell. & in 5. quæst. 4. Regu. ac super Glo. Facul. §. Sanè. in uer. obtinebat.

17 Decimusquartus, ut septennis † præsentare possit. Anch. cons. 325. visis. uersus fi. Lap. alle. 8. pręsentatus. post num. 2. & alle. 75. casus talis est. ante nu. 5. vers. Hinc est, ꝙ septennis. & ego vtrobique addo, hanc esse cõem opin. ostendens.

18 Decimusquintus, ut si concurrant † præsentatus a patrono septenni, & pręsentatus a tutore, ille præferatur. Ant. de But. cons. 26. visis. post nu. 4. vers. Olim imò in maiore infante.

19 Decimussextus, ut pro causis spiritualib. † procuratorem sibi cum auctoritate episcopi, uel eius officialis constituere possit. c. ult. iun. glos. in uer. maior infante. de iudi. lib. 6.

20 Decimusseptimus, ut beneficium † acceptare possit sine curatore. Milis in suo reper. in uer. Minor 14. annis, maior tamẽ infante. Nunc aliter dicendum esset propter con. Trid. supra citatũ. c. 6. sess. 23. prohibens beneficium obtineri per minorem 14. annis. Nisi dicas, ꝙ si dispensatiuè obtineret, tunc septennis acceptare posset, esto ꝙ super acceptatione dispensatus, seu habilitatus non foret, & ea ratione, quia concesso antecedẽti &c.

21 Decimusoctauus, † ut extunc iudicium authore tutore suscipere possit. l. 1. vers. Pro ijs autem. ff. de admi. tuto.

22 Decimusnonus, vt extunc non possit † quis amplius ab extraneo sine mandato in causa liberali defendi, quod secus fuisset ante præfatam ætaté. l. benignius. ff. de libe. cau.

23 Vigesimus, quòd † legatum vsusfructus ancillæ septennis valeat, uel etiam per ius factum extunc subsistat. tex. est singu. in l. si infantis. ff. de vsufruc. quem text. pro pulchro, & singu. notat Ludo. Rom. sing. 157. incipien. lego tibi vsumfructum ancillæ.

Vigesimusprimus, vt consequenter extunc
24 † operæ alicuius censeantur aliquæ, & in aliqua æstimatione per rationem dictæ l. si infantis. & l. arboribus. §. de illo, ibi, uel infantis, cuius operæ nullæ sunt, a contrario sensu. & iun. glos. in dicto ver. infantis. l. cæterum. ubi etiam glo. 1. ff. de rei vindica.

Vigesimussecundus, vt septennis tutore autho
25 re † manumittere possit. l. penul. iun. glo. 1. ff. de manu. uindi.

Vigesimustertius, ꝙ extunc cesset pater eman
26 cipare † filium absque eius consensu. l. penult. in fi. C. de emanc. liber. Et ita etiam intelligi debet tex. in §. generaliter. vers. Nam si soluere ius patriæ potestatis. in authen. qui. mo. nat. effi. sui.

Vigesimusquartus, vt pariter extunc cõsensus
27 filij in † legitimatione requiratur, saltem subsequens. dicto §. generaliter. & D. meus cons. 55. & pro tenui. post numerum 6. vers. Et licèt consensus. & consil. 338. in casu. numero 9. vers. Hoc expresse.

28 Vigesimusquintus, vt † clericus septennis irregularitatem propter homicidium incurrat. clem. vni. a contrario sensu. iun. gl. in ver. infans. de homici. Abb. in cap. 1. ante num. 5. vbi limitat illum tex. de deli. pue.

29 Vigesimussextus, ut † de quocunque delicto teneatur præterquam de lapsu carnis. argu. tex. in l. 1. §. hæc actio. uers. Cæterum si iam doli capax sit secus erit dicendum. iun. glo. in uer. contra. ff. ne uis fi. ei, qui in posses. §. in summa. Instit. de obli. quæ ex deli. cap. fi. iun. glo. in uer. prouidentia. de despon. impub. Cardin. post Zenzel. in clem. vni. quæst. 4. nu. 6. de homici. & Doc. in c. 1. de delic. pue. Hyppo. de Marsil. in l. si quis te reum. nu. 5. C. ad leg. Corn. de sica. Ratio quare non teneatur impubes etiam pubertati proximus de delicto carnis, & sic ex adulterio, stupro, & similibus, euidens est, ex defectu, & impotentia naturali, cum censeatur incapax illorum delictorũ propter ætatem. iuxta tex. in l. si minor. iun. glos. & ibidem Alberi. & Angel. ff. de adult. ca. 1. & ibi Docto. de deli. pue. Quòd si supponamus aliquem impuberem viripotentem in delicto carnis peccasse, prout illum nouem annorum, qui nutricem suã grauidam reddidit, prout refert diuus Grego. in dialogis, aliud uideretur dicendum, uidelicet, quòd puniri is deberet, prout per Doct. in alleg. l. si minor. ff. de adult. argum. tex. in cap. à nobis. in c. de illis 2. & in cap. fi. de despon. impube. ubi si malitia supplet ætatem matrimonium ualet, licèt aliàs secus. Contrarium tenet Anto. Gomez. in commen. diuer. reso. tomo 3. cap. 1. De delictis. num. 60. per rationes de quibus ibi. cum quo ego resideo, quia eius opin. est humanior, ac benignior. Rursus in illis, & alijs in quauis minori ætate
30 † constitutis pœnæ minuuntur, & circa eos propter ætatem mitius agitur. dicto capitu. 1. & 2. de deli. pue. præalle. l. si quis te reum. & ibi Marsil. l. auxilium. §. in delictis. & ibi per Doct. ff. de mino. Ancharan. consil. 283. iure stricto. ad fi. Anto. Gomez. ubi supra. nume. 62. & seq. Et hæc est consideratio, seu speculatio philosophica, ut si iunior labatur minus peccare videatur iuxta sententiam Platonis. lib. 13. qui inscribitur Theætetus, uel de scientia, cuius uerba sic Latinè profe-rimus. Respondeat autem iunior, nam si labatur minus peccabit, mitius igitur punietur.

Vigesimusseptimus, ut septennem filium, uel
31 seruum † exponens non incidat in pœnam, de qua in l. 2. iunc. glo. in uer. animaduersione. C. de infan. expos. & in cap. uni. de infan. & languen.

Vigesimusoctauus, ut extunc authore tutore
32 † hæreditatem adire possit. l. potuit. C. de iu. delibera. Soz. consi. 153. pulchra. in princip. lib. 2.

Vigesimusnonus, vt pariter septennis authore
33 tutore † hæreditatem restituere possit, non autem ipse tutor solus. l. restituta. §. pupillus. ff. ad Trebellian.

34 Trigesimus, ut generaliter † septennis cum authoritate tutoris naturaliter, & ciuiliter obligetur. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. 1. ff. de iureiuran. l. quod pupillus. iunc. glos. iuxta ult. opin. ff. de condic. indeb. glos. in l. pupillus. ff. de actio. & obliga. glos. ult. in l. prima. ff. de nouatio. uers. Sed tu dic si est infans. iun. uersic. Si autem tutoris authoritate. Pueritiæ terminatio altera post octauum annum constitui posset, si Plinio de Natu. histo. lib. 7. cap. 20. credimus, referenti consulibus existentibus Fonteio, & Vespasiano puerum octo annorum, a meridie, vsque ad noctẽ cucurrisse miliaria septuagintaquinque, quo fit, ut si operæ septennis (vt dixi) sunt in aliqua consideratione, multo magis illius, qui annũ octauum excessit. Alia pueritiæ terminatio constitui potest post decimum annum cũ dimidio in masculo: in fœmina uerò post nonum cum dimidio. Missam facio terminationẽ, quæ elici posset ex uerbis Platonis dial. 7. de legib. dũ inquit: Ad literas ergo decennes pueri proficiscantur, trienioq; insistãt, nec liceat aut patri plus, uel minus in ijs liberos detinere: In alia enim opin. sum cũ Quintil. cir. prin. suæ Institut. ut pater filios literas edoceri curet ab eo die, quo fari incipiunt. Et si ego fuissem Clynius, uel Megillus perijssem à Platone, quid infantes, uel pueri ante illum annũ decimum agent, & in quo se exercebunt, si interim a literis abstinere iubentur? Rursus in eundẽ ijs uerbis insurrexissem, Plato sibi ipsi non constat, quippe qui li. tuo, qui inscribirur Axiochus, de contemnenda morte, in ducis Socratem tuum in hęc verba loquentem. Vbi septennium dehinc expleuerit, multosque labores exhauserit, iam custodes Gymnasticæ, magistri ludi &c.

Præmissæ

Præmissæ anni decimi cum dimidio ętatis pri
35 mus effectus erit, vt quis dicatur† pubertati proximus. l. pupillum, qui proximus pubertati. iunc. glo. 1. ff. de regul. iur. glos. in l. 1. §. vlt. vbi etiam Bart. colum. 2. nume. 6. ff. de nouatio. §. pupillus. Institu. de inuti. stipul. iun. glo. in ver. proximus. & ibi Aret. Sozi. in l. 1. §. adipiscimur. ff. de acqui. poss. §. in summa. cum gl. in ver. proximus pubertati. Insti. de obli. quæ ex delic. nascun. Alberi. de Rosa. in Dictio. in ver. ætas iusta. post princ. vers. Alia dicitur proxima pubertati. vbi opiniones cōtrarias adducit, & hanc communiter seruari testatur Cardin. in clem. vni. in 5. quæst. num. 7. de homici. Ias. in authen. sacramenta puberum. nume. 13. C. si aduer. vendi. Idem Ias. in l. properandum. §. & si quidem. num. 2. in 2. not. C. de iudi. qui, ac D. meus, & Cagno. post numerum 1. in alleg. l. pupillum. circa princ. ff. de regu. iur. communem testantur. Et quòd proximus pubertati dicatur, qui annum decimum cum dimidio expleuit concludunt Bald. Angel. & communiter Doct. in alle. l. properandum. §. Et si quidem. C. de iudic. Abb. in ca. continebatur. in fi. de despon. impub. Calcan. consi. 121. num. 16. Natta consil. 134. ad fi. lib. 2. pro qua opin. adduci solet tex. in §. fi. Institu. qui. ex cau. man. non lice. Cui tex. facilè responderi posset, ibi enim media via electa fuit in fauorem libertatum. Licèt præmissa opin. sit communiter recepta, ab ea tamen tanquam iuribus, & rationibus vrgentibus non comprobata nonnulli recesserunt, prout Saly. in l. impunitas. C. de pœnis. D. meus in alleg. l. pupillum. ff. de regu. iur. Viglius in §. testes autem. nume. 11. Insti. de testa. Secunda fuit opin. glo. & Innoc. in alleg. cap. continebatur. de despon. impube. vbi quòd pubertati proximus dicitur, qui sex mensibus plus minus a pubertate distet, quod etiā uoluerunt Bal. & Igneus in l. excipiuntur. ff. ad Sena. consl. Syllan. & Ias. in authen. sacramēta puberum. num. 15. C. si aduer. vend. qui alios ad idem referunt. Et præcipuum eorum fundamentū est super tex. in l. non tantum. ff. de excu. tuto. nisi dicamus id contigisse in illa facti specie, vnde generalem decisionem inde sumi licere asserēdum non sit. Citantur etiam nonnulli alij tex. qui parum ad rem facere videntur. Tertia fuit opin. Hostien. in alleg. cap. continebatur. de desponſ. impube. illum dici pubertati proximum, qui per tres dies a pubertate distat. Motus fuit Hostien. ex tex. l. tertia. §. penulti. ff. de libe. exhib. vbi dicitur proximum prætextæ haberi, qui puberem ætatem nunc ingressus est. Verum hic text. non probat, licèt enim quis sit proximus prætextæ, quæ decimoquarto anno finito concedebatur, vt dicam infra de Adolescen. post numerum 61. non sequitur, quòd is dicatur proximus pubertati. Melius id probat tex. in cap. ad nostram. de regula. de quo infra, de adolescen. nume. 51. Quarta, & vltima fuit opi. vt iudicis arbitrio relinquatur qua ætate, ante 14. annum, quis pubertati proximus dicatur: Hanc receptam, & veriorem opin. affirmarunt Io. Fab. in alleg. §. pupillus. Institu. de inuti. stipula. Salyc. in l. impunitas. C. de pœnis. Anto. de Butr. in cap. attestationes. de despon. impub. D. meus Philip. Dec. in l. pupillum. ff. de regu. iur. Couarru. in Epito. de sponsa. par. secunda. cap. 5. num. quinto. Idem in clem. si furiosus. in tertia par. num. quinto.

Limito quo ad hunc, & sequentem effectum aliud concludendum esse in criminalibus, præsertim in criminibus acriter puniēdis. notat Bal. in l. excipiuntur. per illum tex. ff. ad Syllania. iun. l. prima. in fi. ff. de libe. exhib. idem Bald. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudi. Sequitur Ias. in alleg. authen. sacramenta puberum. nume. 15. vers. Istud intellige. & num. 22. vers. sed aduerte. Et sic in delictis voluerunt illum dici proximum pubertati, qui parum a pubertate distat: parum autem distare dicatur per medium annum. ad tex. in l. non tantum. ff. de excu. tut. Et in hac opi. fuerunt etiam glos. in cap. continebatur. in ver. proxima. de despon. impube. & ibidem Innocen. Hostien. Ioan. And. & alij. & nouissimè Anto. Gomez. in compen. varia. resolutionum. tomo 3. cap. primo, de delictis. ante nume. 58. vers. Bald. tamen. & hanc opin. dicit veram, & communem, ac tenendam in iudicando, & consulendo, exclusa opin. Saly. in l. impunitas. colu. 1. C. de pœ. qui uolebat relinqui arbitrio iudicis, tanquam à iure hoc decisum non sit. argum. tex. in l. 1. ff. de iu. deliber.

36 Alter effectus erit, vt is dicatur † doli capax. l. hęredibus. iun. glo. in uer. pubertate. ff. de dolo. l. impuberem. cum glo. 1. de furt. Imol. in cle. vni. num. 5. de homici.

Tertius, vt consequenter mulctari, & excommunicari possit. Spec. tit. de contu. §. fi. ad fi. vers. Si verò sit impubes, nec est doli capax, tunc nec ferri debet, nec lata tenet a contrario sensu. Ange. & Ias. nu. 4. in l. neq; impuberes. ff. de in ius voc.

37 Quartus, ut extunc, quis† de dolo teneatur, & obligetur. præall. l. hæredibus. §. itē in causę. ff. de dolo. l. 1. §. hoc edicto. ff. ne uis fi. ei. & Inst. de obl. ex deli. §. penul. iun. glo. in ver. proximis.

Quintus, vt extunc non cadat ignorantia in eo iuris, & facti. l. fi. iun. glo. ff. de iu. & fa. igno.

38 Sextus, vt extunc obligetur pro† furto pręall. l. impuberem. ff. de furt. d. l. pupillum. ff. de regu. iur. cap. 1. de deli. pue. §. in summa. Insti. de obli. quæ ex deli. nasc. Ant. Gomez. in dictis commen. varia. reso. tom. 3. cap. 1. de delic. num. 58.

39 Septimus, vt extunc teneatur† actione iniuriarum. l. illud. ibi, Qui doli mali capax nō est: a contrario sensu. ff. de iniur. & præall. l. pupillum & c. illud. 15. q. 1. iun. gl. in ver. qui doli. & D. meus in l. in eo, quod plus. §. pupillus. post nume. 3. ff. de reg. iur. Anto. Gomez. ubi supra.

40 Octauus, ut extunc teneatur† pœna sepulchri uiolati. l. 3. §. prima verba. iun. glo. in ver. impuberes. ff. de sepul. uio. & iun. l. apud. §. qui in tutore. ff. de excep. doli. quam d. gl. citat, illiusq;. l. rōnē.

41 Nonus, vt teneatur† pœna l. si quis in tantam. C. vn. vi. ut per gl. magnam ibi post prin. in 3. q. & per Bart. col. 3. uers. Quæro quid de pupillo.

42 Decimus, vt † deierare possit, & ex periurio teneatur. c. 1. de deli. pue. Abb. cõs. 39. duo sunt. ante num. 2. vers. Quia sicut peccando, & periurando. lib. primo.

43 Vndecimus, ut extunc † generaliter de delicto teneatur. præal. l. impuberẽ. ff. de furt. l. pupillũ. ff. de reg. iu. D. meus in l. ferè in oĩbus. post num. 1. vers. Secus est si sit. ff. eo. Consequenter ṽr, ꝙ iste incidat in pęnã. l. si duo. §. fi. ff. de iureiur. qđ tamen non puto, quia lex illa rigorosa est, & hodie de iure canonico (quod præualet in materia iurorum) non seruaretur, disponitur enim ibi, ꝙ iurans per Principem si deierat fustibus castigetur. Supponitur, ꝙ antiquitus iuraretur per salutem, seu vitam Principis, prout ẽt in l. 2. C. de reb. cred. & iureiur. sic & per Tiberiũ Imperatorẽ, & per Seianum illi charum Romani iurabant, teste Dione. & diu ante habemus iurm̃ Ioseph per salutem Pharaonis. Genes. c. 42. & per salutem Dauidis, & salutem animæ eiusdem iurauit Vrias 2. Reg. c. 11. De hoc iuramento per salutem Principis intelligendum esse tex. affirmo in l. si quis maior 25. annis. ad fi. C. de transac. Idem etiam colligi posse puto ex tex. in l. 2. ibi, Per Principis venerationem. C. de reb. cred. Et hic mos etiam hodie viget p̃sertim apud Hispanos, & Neapolitanos, qui iurare consueuere per vitam Regis Philippi. Nemo tamen hodie simile iurm̃ non seruans, punitur. Adhoc adduci potest tex. in alleg. l. 2. in fi. C. de reb. credi. qui tamen plurib. modis intelligi potest. Conclusio tamen præmissa, ꝙ pubes, vel pubertati proximus teneatur ex delicto, limitari debet procedere tantum, qñ delictum cõsistit in faciendo, secus autem si in omittendo, vel negligendo; tunc enim puniri non debet. ad tex. in l. 2. C. si aduer. deli. Azo in Sum. eo. ad tex. in l. 1. ver. Impuberes, vbi Cyn. & Saly. C. de sal. mone. Docto. in c. 1. de deli. pue. Ant. Gomez. vbi supra, nu. 59. vers. Item addi. Pro præmissis ṽideantur Augu. in addi. ad Ange. de Malefi. in ver. Sciẽter, & dolosè. post nume. 6. & Clar. in §. fin. q. 60. qui tria requirit, ad hoc, ut impubes de delicto puniri possit: Primum, quòd ille sit doli capax: Secundum, quòd sit proximus pubertati: Tertium, ꝙ deliquerit in cõmittendo. Subdit idem Clar. Sed in omnem casum nunquam debet pupillus pęna capitali affici, pro quocunque graui delicto, sed eius pœna debet esse citra mortem, vel membri mutilationem.

44 Duodecimus, vt ex iuramẽto † obligetur, prout per Bar. Ias. & alios communiter in auth. sacramenta puberũ. C. si aduer. vend. & hanc esse communem Legistarũ, & Canonistarũ testatur Abb. præalleg. cons. 39. ante num. 2. lib. 1. & cons. 108. illud. post num. 8. ṽers. præterea. Hostien. lib. 2. & hanc communem affirmat D. meus in alleg. l. pupillum. ff. de reg. iur. col. 2. vers. Et per istum tex. & Cagno. nume. 10. Et hanc ṽeriorem dicit Alex. in l. qui iurasse. post prin. ff. de iu reiur. Nũc mihi occurrit illud Amilcharis relatum a Plinio nepote de viris illustr. in cap. de Hanibale, inquit enim Hanibal Amilcharis filius 12. annos natus à patre aris admotus odium in Romanos perenne iurauit: hæc ille Amilcar. Igitur hanc ætatẽ 12. annorũ existimauit congruam esse ad iurandum, ita vt postea iuramentum seruandũ sit, prout Hanibal illud vsque ad obitum seruauit.

45 Decimustertius, vt extunc iuramentum † deferre possit. l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. 1. iun. gl. ibi. ff. de iureiur. De quo tamen, vide ibidem Bar. Pau. Castren. Alex. & omnino Ias. num. 10. super glo. in ṽer. pupillus.

46 Decimusquartus, vt extunc † testis esse possit, ad hoc, vt inditium faciat. glo. fi. in fi. in l. inuiti. 2. de testibus.

47 Decimusquintus, vt teneatur actione † tributoria ex gestis per seruum suum. l. 3. §. si seruus. vers. Sed etsi ipsius pupilli dolo. ff. de tributo.

48 Decimussextus, vt extunc causam † ingratitudinis, ex qua exhæredari possit, committere queat. l. si quis in suo. §. legis. C. de inof. testa. iun. declaratione pro illo tex. gl. in §. non solum autem, in ver. substitutũ. vers. Et nota hũc §. Insti. de pupil. substi. Bar. in l. moribus. num. 19. ff. de vulga.

49 Decimusseptimus, ṽt extunc libertus † ex causa ingratitudinis iuxta terminos l. 1. & 2. C. de libert. & eo. libe. in seruitutem redigi possit. l. si arrogati. in prin. iun. gl. in ver. item redigatur. ff. de tute. & § item finitur tutela. iun. glo. in ṽer. redigatur, quam Doc. ibi communiter sequuntur. Insti. qui. mo. tute. fini.

50 Decimusoctauus, ṽt extunc † præsumatur intellexisse edicta, banna, denũciationes. c. vlt. §. vlt. cũ ibi tradi. per gl. & Doc. qui matri. accu. pos.

51 Decimusnonus, vt extunc † alicui patientia prę iudicare possit. l. in eo, quod. §. pupillus. iun. gl. in ver. pupillus. ĩ fi. & ibi per D. meũ post nu. 3. vers. Et prædicta habent locum nisi pupillus sit proximus pubertati. ff. de regu. iur.

52 Vigesimus, vt extunc utili actione † commodati obligari possit. l. 1. §. impuberes. vbi gl. & Bart. ibi. Quia pupillus erat ꝓximus pubertati. ff. cõm.

53 Vigesimusprimus, vt generaliter extunc † naturaliter obligetur. præall. §. impuberes. & ibidẽ gl.
& Bar. & l. 1. in fi. iun. glo. ult. vers. Ad hoc dicunt
quidã si est proximus pubertati, ut quia hẽt decẽ
annos cũ dimidio. ff. de nouatio. gl. in l. pupillus
nec uelle. uers. Pręḋicta aũt uera de eo, qui nõ est
ꝓximus pubertati. & ibi D. meus Phil. Dec. uers.
Si uerò sit proximus pubertati. ff. de reg. iur. Tertia terminatio constitui potest in 13. anno cũ di-
54 midio. in fęmina uerò in 11. cum dimidio. † Hæc
ætas operatur, ut in atrocissimis delictis, ex quib.
uenit imponẽda grauis pœna, extunc, & nõ prius
dicatur quis doli capax, & extũc quis pro tali delicto obligetur. prout uoluerũt Bal. in l. excipiuntur. uers. In gl. ibi in causa. ff. ad Syllania. & Doc.
in auth. sacramenta puberũ. C. si aduer. uendi. &
in l. 1. C. si aduer. deli. Alter effectus erit, ut ex-
55 tunc cesset filius præbere patri † excusationem a
tutela. l. non tantum magnitudo. in princip. ff. de
excusa. tuto. Quarta terminatio constitui posset in calce ipsius 14. anni, & inter alios illius effectus hic notabilis erit, ut usque ad illud tempus,

& retro

& retro semper decedētibus patre, uel matre, &
56 filio, †filius prius decessisse prǣsumat. l. inter socerū. in prin. ff. de pac. dota. l. si mulier. ff. de reb. dub. l. qui duos. §. fi. ff. eo. Apud Arabes alter effectus colligi posset, ut tunc circuncidi debeant, q̄a Ismael Abrahæ filius, quem eorum progenitorē affirmant, in ea ętate circuncisus fuerit. Gen. cap. 17. ad fi. Et Ismael filius suus 13. annos impleuerat tempore circuncisionis suæ.

SVMMARIVM.

1 *Adolescentia quando incipiat, & quando terminetur?*
Impuberes appellantur ante 14. annum cōpletum.
Mulier quare citius pubescat.
Testamenta mulieres citius, quam masculi facere possunt.
Alimenta a testatore relicta citius fœminis debentur.
Matrimonium citius fęmina, quàm masculus contrahit.
2 *Adolescens, vnde denominetur?*
Adolescentię ætas inter omnes aliàs generosior.
Adolescentes plures pręclarissimi recensentur.
3 *Pupillus, seu impubes non dicitur post 14. annum.*
4 *Pubertas plena post 14. annum.*
5 *Habitus hominum post 14. annum mutantur.*
6 *Sensus, & cogitatio humani cordis in malum proni post 14. annum propriissimè dici possunt.*
Diabolus in sacra pagina rex adolescens nuncupatur.
Vox hominis post 14. annum mutatur.
7 *Scientia, & intellectus homini datur post 14. annum.*
8 *Adolescens viam suam elegit, iuxta quam ambulat.*
9 *Iugum ab adolescentia portandum, & quale?*
10 *Romano ciui non esse comparandum quemuis amplissimum ex Gallia.*
11 *Adolescentis via incerta.*
12 *Adolescentes mutabiles.*
13 *Adolescens magnanimus, & victoriæ cupidus.*
14 *Adolescente prius parentes decessisse præsumendum est.*
15 *Pupillaris substitutio post 14. annum expirat.*
16 *Tutela post 14. annum finitur.*
Censum ad patrimonialem a quo tempore quis tenetur?
17 *Testis in causis ciuilibus maior 14. annis esse pōt.*
18 *Testis etiam in criminalibus esse potest, si aliter probatio fieri non potest.*
19 *Testis in maleficijs ex constitutione Marchię maior 14. annis admittitur.*
20 *Accusat idem, & denunciat in criminalibus.*
Accusare etiam potest, vt quilibet de populo.
21 *Controuersia, quòd non sit de liberis, post 14. annum differtur.*
22 *Senatuscon. Macedonianum ex tunc locum habet.*
23 *L. contra iuris. ff. de pact. dispositio tunc cessat.*
24 *L. Nouare. §. pupillus iuris. ff. de nouatio. dispositio tunc cessat.*
25 *Minor 14. annis differt à pupillo in solutione recipienda.*
26 *Idem differt in solutione facienda creditori.*
27 *Item quoad alienationem faciendam.*
28 *Præscriptio 30. ann. contra maiorem 14. currit.*
29 *Stipulationem rem pupilli saluam fore, post 14. annum committitur.*
30 *L. vni. quan. Impe. inter pupil. et iud. dispositio, post 14. annum non durat.*
31 *Curatorem suspectum maior 14. arguere potest.*
32 *Obligari potest naturaliter, & ciuiliter curatorem non habens.*
Iuramentum iurantem facit maiorem.
33 *Fidelitatis iuramentum idem pręstare tenetur.*
34 *Anni terminus ad petendam confirmationem feudi eidem currit.*
Obses minor 14. annis dari non potest.
35 *Conditio, si in tutelam suam peruenerit, post 14. annum completur.*
36 *Venditionem bonorum, post missionem in possessionem pati potest, post 14. annum.*
37 *Notarius creari potest, maior 14. annis.*
38 *Miles item esse potest.*
39 *Honores, & dignitates habere potest.*
Prætextam, post annum 14. Romani sumebant.
40 *Iurare potest in litem.*
41 *Testari potest.*
42 *Restitutio in integrum contra testamentum consultò factum eidem non conceditur.*
43 *Manumittere potest.*
44 *Hęreditatem suo curatori restituere potest.*
45 *Adulterij idem tenetur.*
46 *Pœna contra iterantes baptisma tenetur.*
47 *Pęna c. si quis suadente. 17. quæst. 4. tenetur.*
Maior 14. & minor 25. annis a delicto non excusatur.
Delictum qualificatum non venit sub delicto simpliciter prolato.
Pax ita haberi debet à fęmina, sicut a masculo.
Statutum imponens pęnam pecuniariam pro homicidio doloso inualidum est.
48 *Quęstioni maior 14. annis subijci potest.*
49 *Matrimonium effectualiter contrahit.*
50 *Matrimonium prius contractum, post 14. annum confirmatur.*
Impubes sponsalia contrahens, adueniente pubertate illis contradicere poterit.
Sponsalibus contractis ab impuberibus, primus ad pubertatem perueniens, sponsalibus contradicere poterit.
51 *Religionē effectualiter maior 14. annis ingreditur.*
52 *Professionis tempus ab eo tempore currit.*
53 *Parentibus maiorem 14. annis religiosum facere denegatur.*
Religiosum fieri prohibere non possunt parentes maiorem 14.
54 *Electio & uox in capitulo competit maiori 14.*
55 *Beneficium idem obtinere potest iuxta conc. Trid.*
56 *Dignitatem sine cura, & personatu, idem obtinere potest.*
57 *Renunciare potest beneficio ecclesiastico.*
58 *Beneficiarijs, et spiritualib. in causis admittitur.*

59 *Procuratorem pro eisdem causis cõstituere potest.*

60 *Canonicatum in cathedrali obtinere potest.*

61 *Pupillus commissi pœnam euadit ipso iure, si infra 30. dies soluat.*

Romani militabant post 16. annum.

Togam sumebant Romani deposita prætexta post 16. annum.

62 *Moderata ætas dicitur post 17. annum.*

Plenior pubertas, post annum 17.

63 *Doctorari potest maior 17. annis.*

64 *Aduocatus item esse potest.*

Procurator item ad negocia.

65 *Procurator ad iudicia, an minor esse poßit?*

66 *Executor testamentarius esse potest.*

67 *Subdiaconatus ordinem suscipere potest.*

68 *Vocem habet in capitulo cathedralis, seu collegiatæ ecclesiæ.*

69 *Accusare item potest.*

70 *Plenißima pubertas dicitur post 18. annum.*

71 *Legitima ętas dicitur post 18. annum de iure Longobardo.*

72 *Ius Longobardum in regno Siciliæ seruatur, & pręfertur iuri ciuili Romanorum.*

73 *Curatore liberat maior 18. annis iure Lõgobardo.*

74 *Alimentis vsque ad pubertatem relictis, illa per totum 18. annum debeantur.*

75 *Captum ab hostib. maior 18. annis non redimens, illius hæreditate priuatur.*

76 *Iudex maior 18. annis esse potest.*

Arbiter item iuxta communem opi. Legistarum.

77 *Iurare tenetur maior 18. annis, quòd pacem publicam seruabit.*

78 *Pugnare item tenetur.*

79 *Pueri oblati a parentibus separati a maioribus in conclaui existentes post 18. annum interrogentur an velint in seculo remanere.*

80 *Profitens vbi est religio dura debet esse maior 18. annis.*

Manumittere potest maior 19. annis ex causa.

Vsumfructum in seruo habens maior annis 19. potest consentire eum manumitti.

Seruum pignori sibi obligatum maior 19. annis consentire potest manumitti.

Vigesimũ attingens annum in homicidio, & similibus ex constitutione Marchiæ pro maiore habet.

81 *Genialem vim recepit 20. annis maior.*

Platonis falsa opinio super communione vxorum.

82 *Romani 20. annis maiores, pro maioribus 25. habentur.*

83 *Romanum statutũ minores habilitans validum est.*

84 *Consul 20. annis maior, apud se manumittere põt.*

85 *Senator esse potest maior 20. annis.*

86 *Veniam ætatis consequi potest annũ 20. excedens.*

87 *Rector item vniuersitatis eße potest.*

88 *Iudex item delegatus.*

89 *Arbiter etiam.*

90 *Testis in causis criminalibus.*

Laici nõ admittuntur in criminalib. cõtra clericos.

Testes aliàs non idonei, in subsidiũ idonei reputant.

91 *Accusare potest in criminalibus.*

92 *Vendere se potest ad pręcium participandum.*

93 *Manumittere potest inter viuos.*

Prior non conuentualis esse potest.

94 *Dignitatem, vel personatum sine cura ex dispensatione episcopi obtinere potest.*

95 *Diaconus effici potest 20. annis maior.*

96 *Mulier maior 20. annis curatorem ventri darinõ petens, succedere non potest.*

97 *Vigesimum post annum plura fieri in sacra pagina cautum est.*

98 *Anni vigesimi numerum in sacra pagina non casu expressum fuisse.*

99 *Viri nuncupantur post 20. annos.*

100 *Viginti annis maiores, qui contra Deum murmurauerunt à terra promißionis exclusos legimus.*

101 *Viginti duobus annis maiores ad dignitates, et personatus sine cura iux. conc. Trid. asciscì posse.*

102 *Viginti quatuor annis maior ad præsbyteratum promoueri potest.*

103 *Vigesimumquintum annum attingens ad dignitates curatas promouetur. Abbatiam, & Prioratum conuentualem obtinere potest in 25. anno constitutus.*

104 *Adolescentia finitur cum fine anni 25.*

105 *Maior ætas, post 25. annum.*

106 *Perfecta ætas, post 25. annum.*

107 *Iusta ætas.*

108 *Plena ætas.*

109 *Integra ætas.*

110 *Legitima ætas.*

111 *Matura ætas.*

112 *Robusta ætas.*

113 *Tenera ætas quæq; infirma?*

114 *Legitima ætas, iuxta subiectam materiam diuersimodè consideratur.*

115 *Perfecta, & legitima ætas non semper requirit, seu indicat 25. annum completum.*

CAP. V.

1 ADolescentia † post 14. in fœmina uerò post 12. annum incipit, & durat usque ad calcem 25. anni. gl. in uer. Perfectus. in Proœ. li. 6. minoremq; ætatem terminat. Ante dicta tempora appellantur impuberes. l. fi. C. quan. tut. uel cura. esse desi. §. 1. Insti. qui. mo. tute. fini. Quare autem mulier citius pubescat, quàm masculus, ut in simi. etiam in impetratione ueniæ dicimus per tex. in l. 2. C. de his, qui uen. æta. impe. & ibi glo. rationem assignat. Meliorem autem Bald. adducit in l. qua ętate. in prin. ff. de testa. quia citius in ea completur sagacitas intellectus, & quia minus uiuit, ita ut conueniat eam citius pubescere, quod in plantis etiam uidere licet, quæ enim cito deficiũt, citius crescunt: Hinc citius fœminis, quàm masculis testamenta facere permittitur. præalle. l. qua ætate. ff. de testa. Vtq; citius alimẽta sibi a testatoribus relicta consequãtur. l. Mela. ff. de testa. & ciba. leg. Vtq, citius matrimonium contrahant. Institu. de
2 nup. in prin. c. puberes. de despon. impub. † Adolescens dictus, eo ꝙ sit ad gignendum adultus, siue a crescendo, & augendo. Isido. li. 10. Etymol. c. 2. de ętate homi. De adolescentia tractat Hora.

in Poetica

in poetica, inquiens, Imberbis iuuenis tandem custode remoto, Gaudet equis. cum ijs, quæ sequuntur. Aristoteles etiã mixtim tractat de adolescentibus, & iuuenibus. libr. 2. Rethoric. ad Theodecten. titu. de affectibus, & habitibus iuuenum. De adolescentia, & adolescentibus, illorumque laudibus, & præclaris gestis aliqua subijciemus. Adolescentia inter omnes alias generosior videtur. iuxta nota. per Ange. in l. licet. C. de mili. testam. Dauid, & Salomon eius filius adolescentes uncti reges fuerunt, & sapienter gubernarunt. Hieremiam, & Danielem hac ætate donum prophetię accepisse, a Deoque iudices factos legimus. Hiere. & Daniel. cap. 1. Daniel idem, & tres eius socij legem Dei obseruantes sobriè, iustè, pie vixerunt inter pueros Gentiles. Daniel. d. cap. 1. Fratres illi septem adolescentes miram sapientiam in responsionibus, & patientiam in tribulationibus habuerunt. 2. Machabe. 7. Ioan. Baptista adolescens crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in deserto prædicans. Lucæ cap. 1. Ioan. Euangelista, & Paulus adolescentes, a Deo electi, ad prædicandum cum alijs missi sunt. c. penul. 78. distin. Adolescentes Romulus, & Remus intrepidi delecta pastorum manu Amulium regem interficiunt, Vrbem Romã ijsdem in locis ubi expositi, & educati erant ædificant, ac regnant. prout apud T. Liuiũ cir. prin. suæ Historiæ. M. Tullius in 5. Phili. inquit, At verò inter antiquos Rulli, Decij, Coruini, multique alij, recentiore autem memoria superior Africanus, Titus Flamminius admodum adolescentes consules facti sunt, tales res gesserunt, vt populi Romani imperium auxerint, nomen ornauerint. Idem Cicero pro Lege Manilia. Tanta in eo Reipub. bene gerendæ spes constituebatur, vt duorum consulum munus vnius adolescentis virtuti committeretur. Idem Cice. de se ipso loquens in philippicis, inquit, Defendi rem pub. adolescens, non deseram senex &c. Gn. Martius Coriolanus adolescens, uti apud T. Liuium lib. 2. ab vrbe condi. consilio, & manu promptus inter primores Romanos cum ei a Tribunis dies indictus esset, ac deinde absens condemnatus, Volscos adiẽs eorum dux efficitur, Romam obsidet, pietateque materna victus, omnia sedat: patriæ consulit: nec volscos populos offendit. Adolescens nobilis C. Mutius, cui Scæuolæ a cęde dextrę cognomentum inditum fuit, vt patriam liberaret, scribam pro rege Porsena obtrũcat, dextram accenso ad sacrificium foco comburit, captus ait, Non minus animi sibi esse ad mortem, quàm ad cędem fuit, minas adijciens, patriam terrore coniurationis incepta ab obsessione liberat. T. Liuius lib. 2. ab vrbe condit. Drusus adolescens Rethos, & Vindelicos diu potentes, & victores superauit, aliaque fecit, de quib. Horat. Ode 2. lib. 4. Augustus Cæsar in hac, vel minori ætate (Suetonio teste) auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit. Idem Augustus adolescens adhuc Dalmaticum bellum per se gessit. Sueton. teste in Augusto. Scipionis victoris Hannibalis, Cartaginis domitoris, Romæ, Italiæque liberatoris, vt etiam testatur diuus Augustinus 3. de Ciui. Dei. cap. 21. dum vrbis ingratitudinem erga ipsum Scipionem recenset, adolescentia, & vita describitur Dijs dedita, templisq; nutrita. Plynius secundus 14. annos natus commediam græcam composuit, vt ipse refert lib. 7. episto. ad Pontium. Idem Plyn. adolescentulus dicere in foro cœpit, vt ipse dicit lib. 1. Episto. ad Suetonium. Idemque adolescens prætor, quæstor, & proconsul creatur. Herculem adolescentem aiunt Zenophon in libello, quem scripsit de dictis, & factis memoratu dignis, ac M. Tullius de officijs lib. 1. ac Magnus Basilius, diu secum, multumque dubitasse, quam viam caperet, cum duas videret, vnam videlicet, voluptatis, alteram virtutis. Duæ accesserunt matronę, virtus, & voluptas, quarum altera ornatissima erat, omnium delectationum examen post se trahens omnia ostentabat, multo etiam plura pollicebatur, vt ad se Herculem traheret. Altera verò aspera, dura, seuere loquens, talia contra dixit, polliceri se nec voluptatẽ aliquam, nec quæstum, sed laborem, pericula, sudoresque infinitos terra, marique tolerandos, præmium autem illorum fore Deum fieri. Hanc igitur Hercules secutus dicitur magna verbornm grauitate, ac accusata voluptate. Hæc ex Xenophonte sumpta, per Silui. Italicum ab Hercule in Scipionem translata inuenies eiusdem lib. xv. E nostris Nerua filius in xvii. suæ ætatis anno, aut paulo maiore publice de iure respondit. prout legere est in l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. Celsus Iurecon. ab alijs sæpius adolescens appellatur, eo quòd adolescẽs ius ciuile interprætatus fuisset. prout in l. si seruum. §. sequitur. ff. de ver. oblig. Baldus teste Ange. eius fratre in l. j. §. initium. ff. de postul. in 15. anno repetijt. l. centum capuæ. ff. de eo, ꝙ cer. lo. Ætate nostra eos adolescentes, quos domi, forisque, quos bello, facundia, scientijs, religione plurimum præstasse scimus, cũ otium suppetet commodiori tempore recensebimus. Anno 14. finito (vt præmisi) finitur pueritia, & tunc desinit
3 quis nominari posse† pupillus, seu impubes. l. pueri. iun. glo. fi. ff. de ver. sign. l. fi. C. quan. tute. esse desi. præalle. glo. in ver. perfectus. in prohe. lib. 6. & hic fit adolescentiæ primus effectus.

Secundus effectus fit, vt tunc dicatur † plena pubertas. Insti. qui. mo. tute. fini. post princip. & per glo. in §. minorem. in uer. decem & octo annis, ver. Nam interdum quatuordecim annis. Insti. de adoptio.

5 Tertius, vt ab hac ætate habitus † hominum mutentur vt dicit philosoph. circ. princ. 7. lib. de Historia Animal.

6 Quartus, vt ab eo tempore sensus, † & cogitatio humani cordis in malum proni proprijssimè dici possint. Gene. 8. ad fi. vbi scribitur, sensus. n. & cogitatio humani cordis &c. ac c. omnis ætas ab adolescentia in malum prona est. 17. q. Hinc clamabat Iob. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me uis peccatis adolescentiæ

tiæ meæ.c.13.& c.20. scribitur. Ossa eius imola-
buntur vitio adolescentiæ eius.

Quintus, vt adeo adolescens ad malum ten-
dere præsumatur, ut in sacra pagina rex adole-
scens, & principes sui mane comedent, quæ
verba interpretamus diuus Augusti. libr. 17. de
Ciui. Dei. c. 20. inquit, Adolescentem dixit dia-
bolum propter stultitiam, & superbiam, temeri-
tatem, & petulantiam. &c.

Sextus, vt tunc hominis vox immutetur, qđ
caprire denominant. vt per Aristo. 7. de Natu.
Anima. cap. 1. Fallit in castratis, qui retinent eũ-
dem sonum vocis, vt in cappella Pontificia vide-
re est in nonnullis cantoribus hispanis.

Septimus, ut similiter ab eo tempore detur
7 homini † scientia, & intellectus. Prouerbio. 1. in
prin. Vt detur paruulis astutia, & adolescẽti sciẽ-
tia, & intellectus.

Octauus, vt adolescenti, critici, Geometræ, &
rei militaris præceptores dari debeant. Plato in
Axioco, seu de contemnenda morte.

Nonus, vt homini huius ætatis proprium sit
viam futuræ uitæ, professionis, artis, studij, vel
exercitij eligere, iuxta quam postea versetur, &
in ea pſistat iuxta exẽplũ Herculis, de quo supra,
& prout docet sapiens prou. c. 22. in prin. dũ in-
quit, Prouerb. est, adolescens iuxta viam suam et
cũ senuerit, nõ recedet ab ea. Intellige tu, ut rece-
dere non debeat si via est recta, secura, proficua,
alioqui ab ea recedere expedit, siue loquamur a
deteriori ad bonam, seu a bona ad meliorem. 1.
Reg. 10. Et mutabetis in virum alterum. Sic in-
telligas Senecam de Benefi. dum inquit, Non ẽ
turpe mutare consilium. vide tex. in c. magnæ sa-
pientiæ. 22. quæst. 4. & quæ latè scribo in Glo. Fa-
cul. §. Volentes. in ver. mutatur. Ego plures ex no-
stris Romanis monui, vt ab hac ætate assuescant
9 moneant, impellant, cogant eorum filios † iugũ
portare, iuxta sanctissima verba Hiere. de quib.
Threni, seu mauis lamentatio. cap. 3. Bonum est
uiro cum portauerit iugum ab adolescentia. Iu-
gum imprimis, quod nostros Romanos adole-
scentes portare cupio illud est, de quo Matthe.
cap. 10. ad fi. Tollite iugum meum super vos. &
post, Iugum enim meum suaue est, & onus meũ
leue. & in c. de his, quos voluntas, ibi, leuissimo
Domini iugo subduntur. 28. distin. Alterum iu-
gum est, de quo Ecclesiasti. cap. fin. Siue in ora-
tione Iesu filij Syrac, versus fi. Comparate vobis
sine argento sapientiam, & collum vestrum su-
bijcite iugo eius, & suscipiat anima uestra disci-
plinam. Assuescant & portare iugum pro seruan-
da patria, pro eiusque libertate, immunitate, de-
core, amplitudine, maiestate. Item iugum mili-
tiæ, militarisque disciplinæ, ubi tanta, & talis
obedientia requiritur, vt dixerint, magis obediẽ-
dum esse duci, quàm patri. diuus Tho. secunda
secũdę. art. 8. ad tertium. q. 26. de ijs late tracto.
de Ingratitu. militis erga Ducem. cap. 59. & alijs.
Iugum item suscipere debent vel religionis, seu
sacerdotij, aut matrimonij. Iugum item scientia-
rum, vel artium, liberalium inquam, uel mecha-
nicarum, ne etiã in ijs, vel quouis alio, maximo,
vel minimo cedamus alijs populis, quos huius
ciuitatis proprium est semper ubique, in omnib.
superare, illis præstare, illis iura dare, illos repri-
mere, illos frenare. Hinc dixit M. Tullius in ora-
tione pro M. Fonteio, Quemuis amplissimum
ex Gallia non esse comparandum cum infimo ci-
10 ue † Romano. Romanum nomen populis ter-
rorem incutit idem M. Tullius in Verrem. Acti.
ult. Tanta nominis Romani dignitas apud oẽs
nationes &c. & post, Vt etiam illa vox, & illa im-
ploratio, ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis
in ultimis terris opem inter barbaros, & salutẽ
tulit &c. & scribitur Actuum 16. in fi. Timuerũt
audito, quòd Romani essent, & uenientes depre-
cati sunt eos &c. ac cap. 22. ad fin. Tribunus quo-
que timuit, postquam resciuit, quia ciuis Roma-
nus esset &c. Redeo ad iugum (imò ab eo nun-
quã discessi) suadeo Romanis, quòd olim sua-
debat Horat. Carmi. lib. 3. Ode 2. dum monet
adolescentes instituendos esse, vt assuescant in
labore, in parsimonia, in militia sub dio; mortẽ
contemnere pro patria. (addo ego pro uera fide
& ipso Deo ac propter iustitiam) uirtutem item
omnem exercere: ignauiã fugere: sceleratos eui-
tare. Hæc ille.

Decimus, ut de hac ætate dici possit illud Sa-
lomonis Prouerb. cap. 30. Tria sunt difficilia mi-
hi, quartum penitus ignoro, uiam aquilæ in cœ-
lo: uiam colubris super petram: uiam nauis in
11 medio mari, & † uiam viri in adolescentia. Idẽ
dicit tex. in c. 1. ibi, Nihil incertius, quã uia ado-
lescentinm. 12. q. 1. ad idem est glo. in §. his igi-
tur. in uer. auertit. ver. Vnde Salomon. Instit. de
iu. natu. Si ambiguitas, & difficultas hæc a muta-
tione, & inhabilitate in hac ætate constitutorum
procedebat, non multum ab hac sententia dista-
bunt scripta per philosophum præalle. lib. 2. Re-
thoricorum. ad Theodecten, ubi de iuuenum af-
12 fectibus, & habitibus tractat, in hęc uerba. † Mu-
tabiles sunt in cupiditatibus, citoque fastidien-
tes, & uehementer quidem cupiunt &c. Et Ho-
rat. in poetica, de adolescente loquẽs: inquit, Ce-
reus in vitium flecti &c. Mutantur etiam adole-
scentes de malo in bonum, & corriguntur, pro-
ut de Polemone Pisistrati filio Atheniense ado-
lescente impudico, ac lubrico, & ebrio legitur,
quippe qui ex cõposito Xenocratis irrupit scho-
lam cum sodalibus, quo ille nihil deterritus, eã,
quam cœperat orationem, ardentius quoq; pro-
uexit, erat enim sermo de temperantia, ea illius
oratione sensim impurus adolescẽs se ipsum col-
legit, atque ita, vt industria, & studio cæteros
vinceret, Xenocratiq; in schola regenda succe-
deret, vti apud Diog. Laer. in vita ipsius Polemo-
nis. De hoc apud Horat. Serm. lib. 2. saty. 3. Quę-
ro faciasne, quòd olim Mutatus Palemon. &
apud Val. Max. lib. 6. de varietate casuum, vbi
etiam duos similes iuuenes recenset, videlicet,
Ciceronem, & Themistoclem. Hic adolescens
gloriã sibi parat sub duce Milciade in bello Da-
rij regis, in quo tot victi, fusique sunt. vti apud
Iusti-

Iustinum.lib.2. Quid dicendum de acerrimo verè religionis hoste Saulo adolescente, de quo iã mentionem fecimus, qui nostræ fidei defensor, ac doctor Gētium Dei gratia effectus est. Actuū c.9.&c. displicet.3.q.4.

Vndecimus, vt ab hac ætate vsque ad annum trigesimum decantet chorus ille Platonicus, de quo Dialo.2.de Legib.li.34.

13 Duodecimus, vt in hac ętate existens † magnanimus, ac victoriæ cupidus sit, vt Arist. vbi supra sic inquit, Excellere namque iuuentus cupit, & uictotia quidem excessus est. & post, Magnanimus quoque &c.& ibi (ut pręmisi) mixtim tractat philosophus de adolescentibus, & iuuenib. Nec ab hac sententia discrepant verba. Io.j. c.2. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum.

Decimustertius, vt ex tunc expiret præsumptio, de qua supra ad calcem pueritiæ, imò præsumendum sit patrem, vel matrem prius filio

14 † decessisse.l.qui duos.§.cum in bello.ff.de reb. dub.glo.in ver.infantem.in l. inter socerum.ff.đ pact.dota.Ludo.Roma.consi.29.in causa.uersi. Cum ipse tanquam iunior naturali, ac ciuili ratione suo patruo superuiuere præsumat. Arety. consi.50.copiose. Alcia.in trac.præsump. par.3. reg.1.præsump.43.

15 *Decimusquartus, vt ex tunc † expiret substitutio pupillaris.l.merito.& l.im pupillari, & ibi Bar. optimè declarat.nu.4.ff. de vulga. §. penul. Institu. de pupil.de quo etiam per gl. in ver. pupillaris.ver. Et expirat statim.in c.1.de testamen. lib.6.*

16 Decimusquintus, vt ex tunc † tutela finiatur. l.1.C.quan.tut.esse desi.& Insti. qui.mo.tute.fini.in prin.glo.in ver.compleuit.uersi. Quandoque in duodecimo.in l.1.§.pueritiā.ff. dē postul. Ratio autem quare tutela tunc expiret colligi potest ex verbis Macrob. lib. 1. de somnio Scipionis.cap.6. Post annos autem (inquit) bis septem, ipsa ætas necessitate pubescit: tunc enim moueri incipit uis generationis in masculis, & purgatio fœminarum: ideo & tutela pueris quasi virile iam robur absoluitur:

Decimussextus, vt pariter finiat baliatus post XIIII. annum in regno Neapolitano. vt in cōst. Minoribus.in 2.par.ver.Item qui. rub.17.tit.de Iure ballij.lib.3.& in constitu.Si quando. lib. 2. rub.7.titu.de pœna foro iudi. & ibidem Isern. & Affli. Et quod baliatus tam in masculo, quàm in fœmina finiatur eodem modo post XIIII. annum ibidem concludunt, ac declarant balium dari posse uel in testamento comitis, baronis, vel militis. Et ibidem an solis pupillis, qui succedunt in feudis quaternatis, an etiam in feudis planis.

Decimusseptimus, vt post XIIII. annum adolescenti curator indistinctè dari debeat. Insti. de cura.in prin. M. Antonius Philosophus, primus instituit vt omnes adulti curatores acciperent nō redditis causis, cum antea ex lege Lectoria, uel propter lasciuiam, vel propter dementiam darētur. Author Capitolin.in M. Antonio.

Decimusoctauus, vt ab hac ætate in aliquib. regionibus, prout in Syria quis ad censum patrimonialem teneatur.l.ætate.ff.de censib. Regulariter autem aliter dicendum est, vt ætas ab illo non excuset.l.rescripto.§.sciendum.ff. de mune. & hono.& l.neque tempore ætatis. C.de mune. patri.lib.10.

17 Decimusnonus, vt ex tunc quis † ad testimonia in causis ciuilibus admittatur. l. inuiti. 2.in glo.ff.de testib.& c.testes.4.q.2.Dyn.de præscr. in præscr.XIIII.annorum. Et quòd possit testificari, & consequenter iurare, pro ijs, quæ uidit in pupillari ætate iuxta glo.in l.3.§.lege Iulia. ff.de testib.gl.in §.testes.Insti.de testa.iun.l. iusiurandi.C.de testib. Augu.Bero.consi.128. defuncto. nu.22.lib 3.

18 Vigesimus, ut in causa † criminali testimoniū ferre possit, si aliter probatio fieri non possit.gl. Rota. in l. 2. in versicu. exhiberi. C. de edend. Amanuel. de Clar.aquis syngu.penul. quod est. q.259.

Vigesimusprimus, vt indistinctè ex constitutione, seu Ægidiana lib.4.cap.7.ex tunc siue ma-

19 sculus, siue fœmina † in maleficijs, uel quasi in testem admittatur. Et quod etiam de iure maior XIIII. annis, non autem minor in causa criminali testis esse possit, probat tex.in l.3.§.Lege Iulia.ibi, Qui ue impubes.ff.de testibus. & uoluit M.Ant.Blan.qui alios citat de Inditijs.nu.346.

20 Vigesimussecundus, ut † in criminalibus accusare, denunciare, & se defendere possit etiam sine consensu patris, & curatoris auctoritate, si multum urgentia præcedant inditia contra ipsū prout cauetur in alle.cap.17. lib. 4. consti. Ægidianæ, seu Marchiæ. De iure etiam idem cautum videtur ut maior 14.accusare possit.l.qui accusare.ibi, Vt mulier, uel pupillus, a contrario sensu, seu ab exclusione quorundam. ff. de accusat. gl.in uer.pupillis.uer. In adulto autem. & ibidē Bar.ff.eo.& iuxta opin. Abb.in c. 1. num.10. de accusa.in qua etiam residere uidetur Fely.ibi.nume. 14. Vide apud Iul. Clar.in praxi crimi.§. fin. quæst.14.uers. Sed quid in maiore 14.annis, ubi tandem dicit, quicquid sit de iure, cōsuetudo in distinctè admittit minores ad accusandum, dūmodo 14.annum excesserint.uide infra nu. 61. Maior 14.annus ut quilibet de populo regulariter accusare potest. Dicta consti. Ægydiana clarius, latius, & magis ample disponit quàm iura communia statuant super præmissis.

Vigesimustertius, ut usque ad hanc ætatem

21 differatur † si fiat alicui controuersia, quod non sit de liberis, & tunc agatur, & non prius ei præiudicetur. toto titu.ff.& C.de carbonia.edi.

Vigesimusquartus, ut ex tunc & non prius lo-

22 cum sibi uindicet senatuscon.† Macedoniorum iuxta terminos l. si quis patrem fami. §. fin. ff. ad ma cedo.ubi uideantur etiam gl.& Doct.

23 Vigesimusquintus, ut tunc cesset † dispositio l.contra iuris.ff.de pact.

24 Vigesimussextus, ut cesset † dispositio. l. nouan.

uan.§.pupillus.ff.de nouatio.

25 Vigesimusseptimus, vt † maior 14.differat a pupillo in solutione recipienda ut l. pupillo. ff. de solutio.& l.ait pretor.§.1.iun.gl.magna.vbi etiã de liberatione plena, pleniori,& plenissima. ff.de mino.

16 Vigesimusoctauus, vt etiam differat † in solutione facienda creditori.l.quod si forte.§.fi.ff.de solutio.l.non omnis.§.si pupillus.ff.si cert.pet.& vtrobique per gl.& Doct.& in l. interdum. ff. de condi.inde.

27 Vigesimusnonus vt † differat quoad alienationem faciendam.ut in l.pupillus.ff.de acquir. domi.l.2.§.si a pupillo.ff.pro emptor. vbi etiam an pupillus alienando transferat vsucapiendi cõditionẽ,& an alienatio per eum facta causet publicianum habes, in l.quęcunq.§. qui a pupillo. ff.de publicia.

28 Trigesimus, vt ex tunc currat † præscriptio triginta annorum, sine spe restitutionis. l. sicut. versic. Sed pupillari ætate.C. de præscrip.trigin. anno.Si autem præscriptio incipit a defuncto,& & consumetur in persona minoris,bene competet ei restitutio.tex.est in l.vni.C.si aduer.vsucap.& in l.etiam.ff.de mino. & vtrobique Doctor.communiter.& firmat Franc.Balb.in tract. de præscriptio.in 1.par.6.par.princ. ver.XXIII. casus.

Trigesimusprimus, vt contra maiorem 14. annorũ vsucapio rei immobilis currat, is tamen in integrum restituat iux.text. in alleg.l.vni.C.si ad uer.vsucap. Sed hodie non currit ipso iure. vt l.fin.C.in qui.cau.restitu.in inte. non est necessa.

Trigesimussecundus erit,vt post 14.annum

19 committatur † stipulatio rem pupil.salu.fore.l. 1.in fin. & l. nisi. in fin. ff. de tute. & ratio. distrahen.

30 Trigesimustertius,vt non duret † amplius fauor.l. vni.& ipsius tit.C.quan.impe. inter pupil. & vid.de quo etiam priuilegio vide in glo.fi.in c.1.12.q.1.

31 Trigesimusquartus,vt suum † administratorem. i. curatorem suspectũ arguere possit,prius autem tutorẽ non poterat.l.impuberib.ff. de suspe.tut.& §.Impuberes.Insti.eo.

Trigesimusquintus,vt decimumquartum annum excedens, curatorem non habens naturali-

32 ter,& ciuiliter † obligari possit.l. puberes.ff.de ver.oblig.iuxta illius uerum intellectum, & quẽ pro vero post alios comprobant ibi Pau.Castrẽ. & Ias.Iuxta alium verò intellectum adhuc curatorem habens,etiam absque eo naturaliter obligaretur. Quòd maior 14.annis obligetur iuramẽto dubium non erit, cum probauerimus supra de pueritia.num.44.maiorem annis decem cum dimidio iuramento obligari. Amplio ut maior 14.annis iuramento obligetur etiam stante statuto de contractibus cum minoribus factis, quia statuta laicorum tollere non possint uim iuramenti,nec super iuramento disponere,vel super alia re spirituali.cap.fin.de fo.compe.lib.6. Doctor.in cap.ecclesia.S.Mariæ.& in ca. quæ in ecclesiarum.de constitu.Imol.in c. cum contingat. de iureiu.& in specie Bero.consi.73.quoad caussam.nu.6.lib.3. Et iuramentum, iurantem facit maiorem,& si id potest princeps, minorem videlicet 15. annis maiorem efficere.l.2.C.de his, qui ven.æta.impe.eadem ratione,vel multo magis poterit iuramentum,quod est quid spirituale,& iuris et iam diuini.cap.quanto. cum ibi nota.&.c.& si Christus.de iureiur.Et in spiritualib. vel annexis,quòd maior 14. annis habeatur pro maiore 25.annis probatur ex tex.in cap.si annũ. de iudic. lib. 6.& per gloss. in l. 2. C. de rescin. vendit.

Trigesimussextus, vt pro feudo ad fidelitatẽ

33 teneatur, iuramentumque † fidelitatis præstare debeat, ad quod præstandum prius non tenebatur.c.feu.§.si minori.& seq.& utrobiq; gl.declarant.si de feu.defun.cõtr. sit inter domi.& agna. vasal.

34 Trigesimusseptimus,vt ex tunc † currat tempus anni,& diei, ad petendam confirmationem feudorum.c.1. quo tempo.mil. inuesti.pete. debe.cap.imperialem.§.præterea si quis. de prohi. feu.alie.per Fede.glo.in ca.1.in princip.in versi. petendo: quæ fue.pri.cau.bene.amit. Quid autẽ dicendum erit in fœmina, nunquid annus currere incipiat statim post pubertatem, & sic post 12. annum, an vero post 14. Hoc vltimum tenuit Bald.in alleg.cap.imperialem.§. præterea si quis.num.2.quem omnes sequuntur, vt inquit, Iacob.de feu.num.43.in versi.Quiquidem inuestiti.& Iul.Clar.Senten.lib.4.§. Feudum. quæst. 49.cau.2.versic. Sed quid in fœmina? Ea etiam ratione moti, quia latior fieri debeat interpraetatio vbi agitur, de euitanda pœna priuationis.

Trigesimusoctauus,ut maior 14. annis in casibus permissis ratione pacis inhiendæ, seu conseruandæ,uel ut fiat quod inter partes conuenit. iuxta tex.glo.& Doct.in l.obsides.ff. qui testam. face.pos.in c.ex rescripto. de ireiur. & in ca.de pigno.obses dari possit, & non in minori ætate existens.vt in puncto consuluit Augu. Bero.consil.160.Illustris.nu.15.& in toto illo con.discutit & declarat quando,& qui obsides dari possint. lib.3.Obses autem,vt Festus declarat, is est,qui traditur alicui ea conditione, vt si dator obsidis a fide recedat recipienti sit potestas in corpus, & uitam eius,qui datus est.De obsidib.loquitur M.Tullius Actio.1.in Verrẽ. A nobis multos obsides habet populus Romanus.

Trigesimusnonus, ut ex tunc nonnunquã im

35 pleatur conditio illa † in tutelam suam peruenerit. iuxta text. in l. cum filiofam.ff. de legatis 3.

36 Quadragesimus,ut pati possit † uenditionem bonorum post missionem in possessioné.l.si minor.ff.de bon.aucto.iud.possi.pro cuius text.declaratione vltra Doc.ibi,vide Caro.Rui.cõs.102. uiso processu.post nu.7.col.3.uer.Nec prędictis obstat tex.in l.si minor.uol.5.

Qua-

37 Quadragesimusprimus, vt notarius † creari possit ad tex. in l. impuberem. & ibi Bar. & alij. ff. ad leg. Corn. de fals. Anto. Gomez. in commẽ. varia. Resolu. tomo 3. cap. 1. de Delictis. num. 55. vers. Item minor viginti annorum, maior autem 14. potest esse tabellio. Verum non in pupillari ætate, etiam si addatur, vt pubes postea factus officium exerceat. Bar. post Dyn. in l. impuberem. in princ. ff. de fals. D. meus in l. fœminæ, §. Item impuberes. num. 8. ff. de reg. iur. & Bar. vbi supra sequitur Alex. in l. fin. nu. 3. C. de mil. testam.

38 Quadragesimussecundus, vt ex tunc actu, & effectu † miles esse possit. l. fi. cum ijs, quæ voluerunt ibi Bal. Pau. Castrẽ. Roma. Alex. & D. meus d. tit. C. de mil. testa.

39 Quadragesimustertius, vt habere possit honores, † & dignitates, etiam cum administratione, licet ante hanc ætatem non potuisset. l. fi. §. impuberes. ff. de immuni, & per præfatos Docto. in alle. l. fi. C. de mil. testa.

Quadragesimusquartus, post 14. annum Romani prætextam deponebãt, ut ostẽdit Iurecon. in l. 3. §. penul. ff. de libe. exhi. ubi proximus prætextæ is dicitur, qui puberẽ ætatem nunc ingressus est, & sic completo 14. anno, vt etiam declarat Bud. in Annot. in pandect. ad l. vlt. ff. de Senator. & Ant. Augu. libr. 3. Emend. Iuris. capit. vlt. quam deponebant anno 17. vt infra ostendam post nu. 61.

40 Quadragesimusquintus, vt in litem † iurare possit, licet non impubes. l. 1. in prin. & §. seu versic. Adolescens. ff. de in lit. iuran. Et quòd aduersus illum, qui administrauit eius bona tempore quo quis in pupillari ætate constitutus erat, admittatur ad iurandum in litem, quamuis iuramẽtum huiusmodi subire non cogatur, probat tex. in l. uideamus. in princ. à contrario sensu, quod argumentum in hac specie glo. ibi in ver. Impubes. admittit. ff. de in lit. iuran. Quod iu litem iurare possit supponit etiam Ancha. consi. 316. in causa. colum. 1. versic. Ex quo infertur. Et in terminis voluit Bero. consi. 128. nu. 18. 20. & seq. libro 1.

41 Quadragesimussextus, vt † testari possit, & codicillari. l. qua ætate. ff. de testam. §. cum ergo certus. Insti. qui. ex cau. manumit. non lice. ac §. præterea. Insti. qui. non est permis. face. testa. l. si frater. C. qui testa. fac. pos. l. 2. C. quan. prouo. non est neces. glo. in l. omnis definitio, quæ est 103. ver. Item minor. ff. de reg. iu. Dyn. de præscriptio. in præscr. 14. annorum. Amplio, quòd in ultima die 14. anni cõstitutus, valide testetur dicta l. qua ætate. Et quando dies vltimus anni cœptus habeatur pro completo tracto in 20. q. Reg. de Anna.

Amplio etiam, ut adolescens curatorem habens sine illius auctoritate testari possit. glo. in l. Aurelio. §. Caius. in ver. intra legitimum. ff. de libe. lega.

42 Quadragesimusseptimus, ut si † testamentũ fecerit, ei non concedatur restitutio in integrum contra testamentum factum inconsulto. Bart. in l. prima. §. fuit quæsitum. numero sexto. & ibidem Ange. & Imol. ff. ad trebel. Ratio est, quia habet viam ordinariam, potest enim testamentũ factum arbitrio suo reuocare, & sic non uidetur pati aliquod damnum, propter quod restitutio peti debeat, & coucedenda sit. Docto. ubi supra. & D. meus Phi. Dec. pulchrè cõs. 279. placet. col. 1. ver. Nec ob. huic clarissimo. & post nu. 2. versi. Non obstant quę supra.

43 Quadragesimusoctauus, vt pariter † seruos in vltima volũtate manumittere possit. §. 1. in authẽ. ut sponsa. largi. & gl. in vers. impleuerit. in §. fin. Insti. qui. ex cau. manu. non lice. & ibidẽ Pet. de Bellaper. post numerum 22. vers. Opponitur, dicitur hic. Albe. de Rosa. in Dictio. in ver. Ætas iusta, ante medium. versicu. Alia ætas est 14. annorum.

44 Quadragesimusnonus, † vt hæreditatem suo curatori restituere possit. l. 1. §. fuit quæsitum. & ibi Bar. Imol. & alij rationem differentiæ reddũt inter adolescentem, & impuberem circa hanc restitutionem, & etiam in alijs casibus. ff. ad Trebellia.

45 Quinquagesimus, vt ex tunc de † adulterio teneatur. l. si minor. ff. de adul. c. 1. ubi omnes. de deli. pue.

46 Quinquagesimusprimus, vt ex tunc teneatur † pœna cap. eos, qui contra iterantes baptisma, seu rebaptizatos. de conse. distin. 4. Et hodie ẽt pœna con. Trid. Sessio. 6. c. 10. & Sessio. 24. ca. 2. sub tit. de Baptis.

47 Quinquagesimussecundus, vt ex tunc † incidat in canonem latę sententiæ propter violentã manuum iniectionem in clericum. prout in cap. si quis suadente, 17. quæst. 4. & teneatur adire sedem apostolicam. c. 1. c. quamuis. & c. fi. de sen ten. excom.

Quinquagesimustertius, vt maior 14. licet minor 25. annis a delicto non excusetur, debeat tamen ꝓpter ętatis imbellicitatem mitius puniri arbitrio iudicis. ita colligitur ex tex. in l. auxiliũ. §. in delictis. ff. de mino. & ex communi opin. ut per Gramma. Dec. 23. num. 12. & per Iul. Clar. libro 4. §. fin. quęst. 60. versic. Aut verò est maior. Ego in causis Coranis, & præcipuè in una fratricidij Commissarius generalis ab Illustrissimis Dominis Bruto Gottifredo, ac alijs Almæ urbis conseruatoribus deputatus, cum amplissima potestate, & a successoribus Illustrissimo Domino Hyeronymo Alterio, & socijs cõfirmatus, Petrũ Narducium, qui decimum sextum (vt asserebãt) agens annum fratrem interfecerat, ad triremes per decennium damnaui, non obstante statuto Corana, quòd ꝓ reo adducebat primarius illarum partium Aduocatus Do. Petrus Antonius de Fabritijs, quo quidem statuto cauetur, homicidas morti damnandos, nisi pacem habuęrint ab hæredibus interfecti. Affirmabam statutum non obstare, præsertim quia delictum qualificatum non uenit sub delicto simpliciter prolato. l. 3. C. de episco. audien. Barba. in c. ex literis col. 34.

col.34.de rescrip.Fely.in cap.postulasti. eo.titu. Accedit, quòd delictum huiusmodi proditoriè factum supponebatur simulato amore fraterno, colloquio facto super negocijs cõmunibus, parato statim loco abscondito retro spinas, a quo glande ex archibusio paruo cum rota omnino prohibito immissa, clam, & proditorie frater à fratre interfectus fuerat. quo casu statutum quo uis non includat actum proditorium. pro quo adducitur tex. in l. vlt. C. de debito. fis. lib. 10. cũ ijs, quæ notat ibi Ange. per illum tex. & sequitur Bartho. Cæpol. consi. 34. incip. si vnquam magnifice. num. 6. vbi quòd si statutum dicet, ꝙ bannitus, vel alius pro crimine impune occidi possit, proditoriè occidens dicto statuto iuuari non possit, præter id quod affirmabam prætensũ instrumentum productum non esse instrumentum pacis, quam statutum requirit. Et sicut pacis appellatione non venit concordia a statuto requisitá, vt voluerunt Bar. & Ang. in l. 1. in princ. ff. de pact. Docto. in cap. 1. de treg. & pa. Bar. cõs. 66. ad declarationem. cir. prin. lib. 1. Alex. in l. de fideicommisso. versus fi. C. de transactio. & latè per Ægid. Boss. in sua praxi crimi. tit. de pace. Ita pax a statuto requisita non veniet appellatione remissionis. Insuper dato, & non concesso, qđ pax dici potuisset, non releuasset, tum quia contractus erat inter patrem, & filiũ, tum quia pax patris in fauorem filij, qui censetur eadem persona, tum etiam quia non fuerat habita a matre, quæ erat in eodem gradu: At de iure pax ita haberi debet a fœmina, sicut a mare. prout per Ægid. Boss. præalle. titu. de pace. nu. 8. ac 21. & per Iul. Clar. senten. lib. 5. §. vlt. quæst. 58. versic. Sed quid si inter hęredes. Addebam statutum Coramim huiusmodi ex magis recepta sentẽtia inualidum fore, inquantum pro homicidio doloso, & vt dicunt appensato, imponit pœnam pecuniariam. vt per Cur. in cap. fi. fol. 20. de consue. qui hanc dicit communem, & veriorem. per Ægid. Boss. tit. de Homic. nu. 110. & Iul. Clar. d. li. 5. sent. in §. homicidium. versi. Sed nunquid valet statutum.

48 Quinquagesimustertius, vt ex tunc † quęstioni subijci possit. l. ex minore. & l. ex libero. ff. de quæstio. ac l. 1. §. impubes. ff. ad Syllenia. Minor autem 14. annis torqueri non potest, vt in dictis iuribus, & ibi per omnes. Quod tamen ita solet vsu obseruari, vt licet impuberes iuxta communem opin. non torqueantur præcedentibus inditijs, soleant tamen terreri, & habena, seu ferula, vel virgis cedi. Anani. in c. 1. nu. 10. de deli. pue. Gandi. in tracta. Malefi. rub. An testis possit torqueri. Hyppo. de Marsy. in alle. l. de minore. col. 2. ff. de quęstio. Anto. Gomey. in commen. varia. resolu. capit. 1. de delict. nu. 67. versi. Et aliàs solet hoc in vsu obseruari. Sequitur Iul. Clar. Senten. lib. 5. §. fi. quæstio. 64. ver. Quæro nunquid minores 14. annis. & voluerunt Abb. in ca. cum in contemplatione. de uerb. signifi. & Vmber. in Iudici. Inquisit. in ver. tortura. num. 41. Et ꝙ omnes illæ personæ, quæ torqueri non possunt, possint tamen terreri, voluit Bald. in l. 2. C. quo. appel. non reci. num. 4. quem alij supra adducti sequuntur. & ita concludit Ioan. Igne. in l. 3. num. 49. ff. ad Syllenia. Et idem Igne. in alle. l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan. minorem torqueri posse affirmat. num. 19. in causa læsæ maiestatis in personam principis, quod ego practicari uidi. Nec mirum, quia crimen læsæ maiestatis habet multa specialia. ut patet in toto ti. ff. & C. ad leg. Iul. maie. & in l. 1. C. de fals. mone. Hinc dixit Specu. in titu. de Accu. §. 1. versi. Item repellitur, quia fuit socius, quod socius criminis admittitur contra socium in crimine læsæ maiestatis, licet regulariter in alijs criminibus, repellatur. Subdens uersi. Item, quod est frater. quòd licet frater fratrem accusare non possit de magno crimine capitali, potest tamen in crimine læsæ maiestatis. Sequit. Marsi. in l. de ætate. nu. 3. cum alijs sequen. alia specialia ponens in crimine læsæ maiestatis. ff. de quæstio.

Quinquagesimusquartus, vt post annum 14.
49 † matrimonium effectualiter contrahi dicatur. l. quæsitum. l. in sponsalibus. ubi glo. ff. de sponsa. l. mulierem. ff. de ri. nuptia. l. sancimus. ibi, vel maribus post 14. annum completum. C. de nup. & Insti. eo. in princ. c. impuberes. cap. attestationes. cap. continebatur, c. ex literis. c. 2. de spons. impub. glo. in l. 1. §. pueritiam in uer. compleuit versic. Et in contrahendo. ff. de postul. Alberi. de Rosa. in Dictio. in versic. Ætas iusta. post princ. Dyn. in præalle. tracta. præscriptio. in præscr. & annorum. Huc spectant verba Macrob. in somnio Scipionis lib. 1. cap. 6. Post annos autem bis septem &c. quę posui supra post num. 16. Fœminæ tamen propter votorum festinationem, maturius biennio liberantur. Votorum festinationẽ interpretantur doli capacitatem, & malitiam, ætatem supplẽtem. Hanc differentiam inter masculum, & fœminam ponit idem Macrob. lib. 7. Saturna. cap. 7. Et conferunt quæ scribit Dyn. in præalle. tracta. in præscrip. 12. annorum, vbi ꝙ in ea ætate quis matrimonium contrahere possit, testimonium ferre in causa ciuili, & testamẽtum facere. Intellige in fœmina 12 annorũ, alioqui contra iura loqueretur.

Quinquagesimusquintus, ut post dictum tẽ-
50 pus cõfirmet † matrimonium prius contractũ, superueniente consensu, uel actu consensus demonstratiuo. l. minorem. ff. de ritu nuptia. c. uni. de despon. impube. lib. 6.

Quinquagesimussextus, ut post dictum annum 14. dissentire amplius debeat sponsalibus prius contractis, ut sponsalia dissoluantur, nec antea dissensus admitteretur propter ætatis fragilem constantiam: Cæpe enim impuberes contraherent, ac sæpe a contractibus dissentirent, ut considerant glo. Cardi. & Pręposi. in cap. de illis 1. de despon. impube. Verum dubitarunt aliqui an contractis sponsalibus a duobus impuberib. possit, imò debeat qui primo ad ætatem pubertatis accesserit, statim huic contractui refragari, an uerò expectare debeat alium, qui adhuc impubes

pubes est? Communis sententia est, quòd quis non teneatur expectare, imò statim contradicere possit, ac a sponsalibus recedere. Abb. & Præpo si. in alle. c. de illis. col. 2. licet contrarium teneat ibi gl. de despon. impube.

Quinquagesimusseptimus, vt post 14. annum & non ante quis in vim pacti, vel ex forma statuti quis lucretur dotem, vel partem dotis per tex. in l. penul. §. an etiam in patrem. ff. quod fal. tuto. l. dotis fructus. in prin. ff. de iu. do. Distinguunt aliqui an pactum respiciat principium matrimonij, vt fœmina post 12. annum concubina effici possit. l. 1. in fi. ff. de concubi. Verũ hodie concubinatus omnino prohibitus est, & concubinarij puniuntur, etiam ex decreto cõci. Trid. Sessio. 24. de Refor. c. 8. & 30. pęnas contra concubinarios inuenies apud Rebuf. super con cord. rub. de publi. concubi.

Quinquagesimusoctauus, vt ex tunc quis ef-
51 fectualiter † religionem ingrediatur. c. ad nostrã. de regula. c. 1. eo. lib. 6. Cauetur ibi minorem 14. annis non obligari monesterio, maiorem verò 14. annis per triduum in eadem religione perseuerantem vere dici ingressum religionem: Et sic triduum requiritur vltra illud tempus 14. annorum. Et per hæc iura Hostien. in cap. continebatur. de despon. impu. & cum eo tenen. voluerũt illum proximum pubertati dici, qui per tres dies a pubertate distet. Verum hæc opin. nec ex illis verbis, nec ex alijs probari videtur, vt generaliter regulam sumere possimus, prę sertim affirmatiuè, & negatiue, hoc modo videlicet. Quicunque habet triduum plus, uel minus 14. annis, est proximus pubertate. Opinionem veriorem circa proximos pubertati uidere poteris supra de pueritia. nu. 35.

52 Quinquagesimusnonus, vt ab eo tempore currat tempus professionis. dicto cap. ad nostrã de regula. & prælleg. c. 1. eo. lib. 6. Hodie aliter statutum est per conc. Trid. Sessio. 25. tit. de Regula. & monia. c. 15. Incip. In quacunque religione tam viuorum, quàm mulierum professio non fiat ante 14. annum expletum &c.

53 Sexagesimus vt ex tunc † denegetur parentibus amplius eorum filios religiosos facere, seù religioni offerre, ante. n. possunt, licet illi nõ obligentur. c. 1. 20. q. 2.

Sexagesimusprimus, vt pariter parentes cessent amplius prohibere posse eorum filios religionem ingredi. dicto cap. 1. & cap. puella. 20. quæstio. 2.

54 Sexagesimussecundus, vt ex tunc ad † electionem admittatur, & ad id vocem in capitulo habeat. cap. ex eo. in princip. & cap. indemnitatibus. in prin. iun. glo. in versic. decimum. de electio. lib. 6.

55 Sexagesimustertius, vt nouissimè † post 14. annum beneficium obtinere possit, & non prius iuxta decretum Reform. concil. Triden. Sessio. 23. cap. 6.

56 Sexagesimusquartus, vt possit obtinere † tdignitatem sine cura, & personatum. vt per Anth. de But. num. 3. cuius lectura totius titu. infrà dicendi reperitur posita inter lecturas Abb. in ca. decorē. de æta. ac qual. ac iuxta intellectum, quē sequi videtur Imol. in cap. super inordinata. de præb. Hodie verò per concil. Triden. Sessio. 24. in Decre. Reform. ca. 12. aliter cautum videmus in hæc verba. Ad cæteras autem dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest clerici alioqui idonei, & 22. annis non minores, adsciscantur.

57 Sexagesimusquintus, vt ex tunc † renunciare possit beneficio ecclesiastico, glo. 2. Alberi. & Bar. in prin. in l. ait prætor. ff. de mino. Vnde Rebuf. de paci. posses. num. 177. & in praxi Benefic. tit. Ratione personæ. num. 1. & seq. Vide glo. in cap. ex par. in uersic. quamuis minor. & Doctor. de resti. spol. Quod autem dicendum sit, de resignatione minoris XIIII. annis, eiusdemque ad idem procuratoris constitutione tractabo infra. quæst. 34.

58 Sexagesimussextus, † vt in causis beneficiarijs & alijs spiritualibus, vel dependentibus admittatur ac si esset maior XXV. annis, cap. si annum. de iudi. lib. 6. ac Rot. 46. in not. quæ illum text. ampliat.

Sexagesimusseptimus, vt adolescens pro causis spiritualibus, & dependentibus procuratorē
59 † constituere possit. cap. ex parte. §. quia igitur. de resti. spoli. Mil. in reper. in ver. Minor XXV. annis, maior 14. Et pro illa regula, quòd procuratorem constituere possit, qui in iudicio esse põt, vide infra q. 9. nu. 3.

Sexagesimusoctauus, vt post XIIII. annum
60 † canonicatum in cathedrali obtinere possit, & non prius, iuxta tex. Regu. Cancel. 18. super qua scripsi.

Sexagesimusnonus, ut cesset commissi pœnã
61 euadere infra triginta dies soluendo, † quam pupillus euasisset. iuxta tex. in l. imperator. §. fi. & ibi glo. ac Paul. Castren. ff. de publica. l. si ex casa. §. si in commissum. iun. glo. in uersi. restitutio. ff. de mino. & per Specu. tit. de Loca. seu emphite. §. nunc aliqua. q. 14. post nu. 34. ver. uel ibi loquitur de fiscali canone.

Secunda terminatio fit post 16. annum, post quem, seu in illo anno Romani militabant teste Isidoro Etimolo. lib. 8. ca. 7. Inquit enim, militiæ mos fuit puberes primum exercere armis, nam sextodecimo anno tirones militabant. Vide infra num. sequen. Manlius Capitolinus 16. annorum voluntarium militem pro Repub. se obtulit, triginta septem militaribus donis, a suis ducibus ornatus: vigintiseptem cicatrices in corpore habuit, capta urbe a Gallis capitolium defendit: patronus a ciuibus appellatus, farre etiam donatus fuit, prout apud T. Liuium 1. Deca. lib. 6. Val. Max. lib. 6. cap. 3. Plyn. de viris illustrib. & Plutar. in uita Camilli. Hannibal Amilcaris filius ante hanc ætatem uidelicet, annos 12. post pereme iuramentum odij in Romanos, socius, & miles in castris patri fuit, ut inquit Plyn. secũdus in alle. libello de viris Illustri. cap. de Hannibale.

le. Post eundem annum 16. exuti prætextam Romani togam sumebant. prout per Bud. in l. ult. ff. de Senato. & Reuerendissimum D. Anto. Augusti. Emenda. Iuris lib. 3. cap. vlt. Hinc Seneca inquit, Tenes memoria, quod gaudium cum prętexta deposita sumpsisti virilem togam &c. & Horat. lib. 1. Carmi. Ode 36. Memor actæ non alio rege pueritiæ Mutatæque simul togæ. Verũ Lazar. Baiffus trac. de Re Vestiaria. c. 10. ac Pet. Crinit. de Hone. discipl. lib. 3. c. 7. Plures ad hoc citantes citius quàm ut præmisimus, videlicet, in ipso anno 16. prætextam dimitti consueuisse affirmant, togamque virilem sumi.

Tertia terminatio constitui potest post annum xvii.

Cuius primus effectus erit, vt tunc dicatur
62 † ætas moderata. l. 1. §. pueritiam. ff. de postul.
Et dicatur plenior pubertas. glo. in l. arrogato. in ver. non tantum. ff. de adoptio. & glo. in §. minorem. in ver. decem, & octo annis. Insti. eo. Anto. Gomez. in commen. Diuersarum resolutio. tomo 3. cap. 1. de Delictis. ante num. 64. ver. Tertio confirmatur.

Alter effectus considerari poterat, quòd Tullius Rex Romanorum post 17. annum iuuenes, & militiæ idoneos (cum classes censum faciendi gratia ĩstituerit, existimauerit, prout per A. Gell. lib. 10. c. . & per Alcia. in l. pueri, quæ est 204. num. 7. ff. de verb. signi. Et maior ætas in militiá requiri uidebat, quàm vt supra num. pręcedéte dictum fuit. Hæc secunda opin. ex eo etiam corroboratur, ꝙ in plerisq; milites, & Doctores æquiparantur, in quibus pariter eadem ętas requiritur. Tertius igitur erit effectus, ut post
63 dictum 17. annum ad † doctoratus gradum
quis promoueri possit. Et licet hoc de iure decisum non habeamus, prout dixit Cardi. in prohe. cleme. in ver. Iohannes, volens, quòd in quacunque ætate, dummodo habeat alia requisita, quis doctor effici possit, ex quo iuxta sentẽtiam philosophi Etico. 1. non refert, an quis senex ætate, an moribus sit. Vera opin. est. quòd doctoratus annum 17. completum requirat, & ita concludunt Barto. in l. 1. §. initium. in 2. not. ff. de postul. Cardi. in cle. 2. q. 2. no. 14. de magist. Io. Firma. de episco. lib. 2. q. 31. ante num. 57. ver. item minor 17. Feli. qui in hac opin. residere videtur in cap. cum vigesimum. de offi. deleg. & Io. de Sel. de benefi. par. 3. quæst. 5. no. 30. in secundo casu.

64 Quartus, vt aduocatus † pariter post dictum annum 17. quis esse possit. dicto §. pueritiam. ĩ l. 1. ff. de postu. & Inst. qui. ex cau. manum. non lice. ad fi. & ibi Pet. de Bellaper. ante numerum 23. uers. sicut aduocatus, & post num. 38. & c. infames. uers. Quidam prohibentur. 31. q. 7. ac præalle. glo. in ver. non tantum. in l. arrogato. ff. de adoptio. Dyn. in præscrip. 17. annorum. Alberi. de Rosa. in Dictio. in uers. ætas iusta. cir. medium. vers. Alia ætas est 17. annorum. glo. in ver. defendi. in c. qui generaliter. §. fi. de procu. li. 6.

Quintus effectus erit, ut post 17. annũ quis ꝓ
65 curator ad negocia † esse possit. §. & seruus. iun. glo. in uer. decem, & septem annis. Insti. qui ex cau. manu. non lice. glo. in l. minor. in versicu. compleuit. versi. Sed ad negocia, in alle. l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. & habemus tex. clarum in c. qui generaliter. §. licet autem. de procu. lib. 6. Vide etiam Dida. Couarub. in cap. tua. de testam. num. 4. Et ita intelligi debet Alberi. de Rosa. in Dictio. in dicto versic. Ætas iusta prope mediũ. versic. Alia est ætas 17. annorum. Quo verò ad iudicia, quòd minor procurator esse non possit, probatur ex tex. in l. exigendi. C. de procura. & in alle. cap. qui generaliter. §. fin. de procura. li. 6. & per Docto. supra citatos. Tu autem vltra fallen. datus per Alex. & Ias. in alle. l. exigendi, adde duas alias, vnam quando essemus in causa momentaneæ possessionis. ut per Phi. Fran. in alleg. cap. qui generaliter. §. vlt. Alteram si simus in beneficiarijs. ut per Fran. ubi supra. & Bellam. Dec. 143. & 182. Et conclusum fuit per Rot. in Bononien. cappellaniæ. S. Lazari inter Nicolaum, & Iohannem 29. Maij 1541. Disputabatur an processus factus per minorem esset nullus, Scias ẽt iuxta illam Fallen. quam tradunt Alexan. Ias. & alij in alle. l. exigendi. C. de procu. quòd minor quoad iudicia possit esse procurator pro matre, quod in Rota discussum fuit corã Rainaldo Petrucio 13. Ianuarij 1541. inter Hannibalem & Vrsinum, dato hoc dubio, An ex eo, quòd mater constituerat procuratorem ad lites non seruata forma statuti Vrbis, uidelicet, sine proximioribus, & alijs solemnitatibus, de quibus in statuto, & succubuerat mater, seu dictus procurator, talis constitutio valeret? pro affirmatiuã conclusũ fuit, ex quo mandatũ ad lites de se non est actus lęsiuus, nec uerba statuti ei conueniebant. ad tex. in l. dies cautioni. §. totius, & ibi notat Bar. ff. de dam. infe. infe. cap. indemnitatibus. §. penul. de electio. lib. 6. Alia etiam adducebãtur, ut Decis. Put. 151. incip. Fuit dubitatum in vna Bononiẽ. Cappellanię. S. Lazari lib. 1.

Sextus consequenter, ut seruus, qui manumititur procuratoris habendi gratia non debeat esse minor 17. annis. iuxta tex. in §. eadem. in fi. Insti. qui. ex cau. manu. non lice.

66 Septimus, ut quis † executor testamentarius esse possit, in casibus, in quibus requiritur industria in negocijs extraiudicialibus. Hoc uoluisse uidentur Bal. post Iaco. de Are. in l. id quod. col. 3. in 5. quæst. C. de epi. & cleri. & Cardi. in clem. uni. uum. 21. quęstio. 18. de testam. qui ad id citat præalle. cap. qui generaliter. §. fin. de procur. lib. 6. Et sic Cardi. infert a procuratore ad negocia, ad executorem testamentarium circa negocia. vide late Dida. Couarub. in cap. tua num. 4. de testam.

Octauus, ut post dictum annum 17. quis ad
67 subdiaconatus † ordinem promoueri posset.
clemen. fin. de æta. & quali. licet aliud esset de iure antiquo, prout per Magi. senten. distin. 25. li. 4. & declarat Rebuf. super Reg. 25. de cleri. ad sacros ordi. malè promo. gl. 2. nu. 2.

No-

Nonus consequenter vt post numerum deci-
68 mumseptimum annum possis habere † vocem in capitulo cathedralis, vel collegiatæ ecclesiæ. clemen. vt hi, qui de æta. & qualit. Et supponit Dominus meus Philip. Dec. consilio 522. Decre. in causa. numero decimoquarto. Nouissimè pro ijs habemus Concil. Triden. Sessio. vigesima-secunda. Decre. Reformatio. capitu. 4. incipien. Quæque.

Decimus, vt iuxta opinio. Fran. Aretin. in capitulo primo, colum. vltim. in secunda conclusio. quis vt quilibet de populo ad tuendum ius populi, vel ad vindictam publicam, post annum
69 17. & non ante † accusare possit.

Quarta terminatio est post decimumoctauũ. annum.

70 Cuius primus effectus est ut tũc dicatur † plenissima pubertas. l. arrogato. §. non tantum. & ibi declarat glo. ff. de adoptio. & Institu. eo. §. minorem. iun. glo. in versiculo decimooctano. in fi. & hæc plenissima pubertas decemocto annorum requiritur in illo casu speciali. cap. quia in insulis, prohibentis in illis monasterijs suscipi minores annis 18. de regulari.

Secundus effectus erit ex sententia Platonis, vt ex tunc uir dici possit, vt dialo. 2. de Legibus libro trigesimo. ibi, Antequam viri effecti subire labores incipiant, uim ijs, quæ prius præmiserat quæ nunc subijciemus.

Tertius, vt vsque ad decimũoct. annum pueri vini vsum penitus ignorent iuxta primam legẽ ipsius Platonis vbi supra, monentis eos nõ oportere ignem igni in corpus, atque animam sugge rere, antequam uiri effecti subire labores incipiant,

An hodie hoc seruetur omnes sciunt, scio ego, & in dies video pueros, imò infantes vino assuesci, & abstinere aqua, ut de illis possit, nõ iuxta sententiam illius Philosophi plus olei, quã vini consumpsimus, sed contra plus vini, quam olei, & aquæ consumpsimus, vt quæ vno verbo vitam, & consuetudinem, ac educationem infantium, & puerorum nostra ætate describam, instituti hi solent etiam parentibus assentientibus voraces, ebrij, inhonesti, mendaces, meledici, blasphemi.

Quartus erit de iure longobardo, vt post decimumoctauum annum † dicatur ætas legitima
71 l. 1. in Longobardo. de prohi. alie. mino. libro secundo. Alberic. de Rosa. in Dictio. in versi. ætas iusta. post medium. uer. Et hæc ætas XVIII. annorum.

72 Quintus effectus in Regno Siciliæ † ubi ius Longobardum seruatur, & præfertur iuri ciuili Romanorum. & l. puritatem. de offi. baili. in Impe. consti. ut liberetur quis post 18. annum † a curatore, & sine curatore legitime contrahere possit.

Sextus, per statutum Mediolani, de quo Signo. de Homod. consilio centesimosexagesimoprimo. incipien. Statuto ciuitatis Mediolani maior decemocto. annis in iudicio esse possit. pro quo vide etiam Dom. meum Philip. Dec. super rubr. extra de iudi. in secunda lectura. versic. Et ideo si statutum. & Sebastia. Sapia. super rubr. ff. eod. numero septimo. versicu. Et ex ista resolutione.

Septimns, vt similiter ætas decemocto, annorum iuxta statutum Florentinum rubr. centesimadecimaquinta. intelligatur legitima ætas, & is maior decemocto annis intelligatur legitimæ ætatis, ac si maior esset vigintiquinque annorũ, non tamen quo ad alienationem bonorum immobilium ut per Pau. Castren. in l. eos. per illum tex. C. de his, qui ve. æta. numero primo. & consilio 106. a secundo. numero secundo, lib. secundo. Do. meus. consilio trigesimonono. iuridicam colum. prima. versiculo. Et tamen hoc procedit quòd licet Florentiæ. vide infra num. 82. & hoc tracta. q. 18.

74 Octauus vt relictis † alimentis alicui vsque ad pnbertatem, illa per totum hunc annum decimũocto. masculis, puellis verò per totũ annũ decimumnonum debeantur. l. mela. versic. certè si usque. ff. de ali. & ciba. lega. glo. in l. arrogato. ff. de adoptio. & gloss. in l. prima. §. pueritiam. in uersiculo, compleuit. versicu. Quandoque in decimocta. ff. de postul. glo. fin. in l. pueri appellatio, quę est 204. ff. de verborum significatione. Alberic. de Rosa. in Dictio. in alleg. uersiculo. Aetas iusta. circa medium. versiculo. Alia est ætas annorum decemocto. in masculo, & 19. in fœmina. Anto. Gomez. in Commen. Varia. reso. tomo 3. cap. primo. de delictis. versi. Quarto cõfirmatur. ante numerũ sexagesimumquartum. Ludo. Roma. syngu. 598. incipien. In materia alimentorum. & Fran. Cremen. syngu. 77. incipien. Relicta sunt alimenta. Idem uoluit D. meus in l. 2. numero tertio. C. de carbo. edi. & Rip. in l. j. numero decimoseptimo. ff. de vulga. & pupil. Poli. de substi. compen. nu: 34.

Nonus, ut maior decemocto annis pœnam §. si unum de prædictis. versic. Hanc autem pœnam. in auten. vt cum de appellatio. cogno. & auten. si captiui. C. de episcop. & cleri. & in corpo-
65 re vnde sumitur, incurrat, ut uidelicet † non redimens captum ab hostibus, etiam institutus, illius hæreditate priuetur. Pro qua pœna, illiusque ampliatione uide Pau. Castren. & alios in dicta auten. si captiui. & omnino Cur. Iun. consilio centesimoquadragesimooctauo. circa controuersiam. numero quarto. Vide etiam Bal. Nouel. in tracta. Dotium. in sexagesimoquarto. priuileg. uersiculo. In maiore autem decemocto.

Decimus, ut post hanc ætatem consensu par-
76 tium † iudex esse possit. l. quidam consulebant. ubi glo. & Doct. ff. de re iudi. & l. cum prætor. §. non auten. iun. glo. in uer. & impubes. ff. de iudi. c. cum uigesimum. & ibi declarant Abb. & Feli. colum. 2. de offi. dele. quòd maior 18. annis possit deputari iudex delegatus de consensu partiũ, etiam ab inferiore a principe. Videas apud Euerardum

tardum in loco a iudicijs ad arbitria.col. fi. ver. Quarta singularis differentia.

Vndecimus, vt maior xviii. annis pariter consensu partium arbiter esse possit: At inuitus cogi non possit, & hanc esse communem legistarum affirmat Alexan.in allega.l. quidam con sulebant.colum.prima,ff.de re iudic. Ange.in §. penult. post numerum decimumseptimum.ver sicu.Tertio potest opponi, quòd minor,Institu. de exceptio. de hoc vide infra. nume. nonagesimonono.

77 Duodecimus, vt ex tunc † iurare teneatur, ꝙ pacem publicam seruabit, rectoresque locorum adiuuabit.iuxta tex.in cap. vni.in princip. de pace iura.firman. & titu.de pace constan. in ca. Christi. ad fin. Qui mos iurandi pro seruanda & tenenda pace etiam de iure canonico comprobatur. cap. omne, quod in fœdera pacis. vigesimasecunda, questione prima. Vide etiam Restau. de Impera. quæstione septuagesimatertia, numero vndecimo. Quòd si tu intelligis illum text.cap. vni. prout gloss. tertia.magna in princ. ibi sentire videtur, de eo,qui compleuit xvii.annum, & in xviii. reperitur, hunc effectum collocare poteris inter effectus proxime præcedentis terminationis. Ex verbis, etiam Alberi. de Rosa.in Dictio.in dicto versiculo. Ætas iusta. post medium, colligi potest, nisi litera sit mēdosa, quòd interpretatio facienda sit de illo, ꝗ compleuit dictum xvii. annum; inquit, enim, Est etiam 17.annorum quoad pacem iuramento firmandam.

78 Decimustertius. vt completo 17.anno † quis ad pugnam teneatur. prout voluerunt prællega. gloss. magna. in fin. in dicto capitu. vni. & Bald. numero quarto, versiculo. Demum glo. Et ex illa gloss.notabiliter inferunt Marti. Lauden. quæstione duodecima. de Bello. & Ludo.Roman.syngu. 122. quod si fiat præceptum vt ex qualibet familia vnus eat ad prælium, solum excedens xvii. annum tenebitur, quòd est pulchrum dictum, & in dies accidere potest, sæpe enim hęc edicta emanant, vtinam emanent contra perfidos turchas, & impios hæreticos. Verum aduerte, quòd in eo lib. syngu. Roma.legitur, quòd vigintitriū annorum ire ad prælium tenebitur, hic fuit error impressoris, legendum esse puto 18. ut dixi, prout etiam ita legendum esse comperies ex uerbis Ioan. Firma. in suo Repert. in versicu. Aetas xviii. annorum est apta ad bellum. Aduertendum est circa ea, quæ supra dixi, post 18. annum quem ad bellum aptū censeri, quod aliter in sacra pagina cauetur, prout tangam infra nu. 97.

79 Decimusquartus, vt infantes, † seu pueri oblati a parentibus, seu plurimorum testimonio suscepti, iuxta tex. in cap. vltim. uigesima. quæstio. secunda. separati a maioribus in conclaui existētes, sub custode bonæ opinionis post xviii. annum coram toto clero interogentur an velint in seculo remanere, an uerò in ecclesiastico, seu religioso statu permanere. iuxta text. in cap. de his, quos voluntas parentum. 28. distin. & per glo. 1. in c. 1. 12. q. 1.

80 Decimusquintus, vt ætas † xviii. annorum requiratur in profitente, vbi est religio dura. cap. quia in insulis. de regula.

Decimussextus effectus, in regno Neapolitano, vt post xviii. annum tam masculi, quàm fœminæ dicantur maiores, prout in consti. quæ incipit, Minorum cura. & per Rober. Maran. de ordin. iudici. in 2. actu prin. par. vlt. numero 79. versic. Hodie tamen in Regno est correcta ista ætas.

Decimusseptimus, vt electores imperij vocē habeant, xviii. annorum esse debeant, prout cauetur in bulla Caroli IIII. quam inuenies in tracta. Imperatoris Resta. quæstione octaua. capitulo uigesimonono. sub ijs verbis, Et existentibus eorundem hæredibus masculis primogenitis defectum ętatis patientibus, frater senior eiusdem primogeniti tutor existat, & administrator donec ætas legitima uenerit, quam in principe electore xviii. annos completos taxati. Vide etiam in eo. tracta. quæstio. 73. in fi. Vltimò affirmabimus Romulum, & Remulum iuxta Historias 18. annorum fuisse die ædificationis vrbis Romæ.

Decimusoctauus, vt ætas legitima xviii. annorum de iure Romano sufficiat ad faciendum seu concedendum pacem, & quòd id procedat etiam de iure Lombardo, & seruetur in regno Neapolitano concludit Matthe. de Afflit. in capitulo primo, in glo. 1. col. secunda. de pace iura. firman.

Quarta terminatio post decimum nonum annum, cuius primus effectus erit, vt ex causa manumittere possit seruum. l. iusta, l. si minor annis. cum quatuor legib. sequen. ff. de manum. uindi. & ibi declarant, quæ sint iustæ causæ manumittendi.

Secundus effectus ampliando, ut in tale ætate similiter seruum sibi necessarium hæredem ex causa instituere possit. l. qui potuerint. ff. de manu. testa.

Tertius effectus erit, ut in eadem ætate ancillam manumittere possit causa habendi eam in uxorum. At si ipse non ducat, sed alius eam in uxorem accipiat, non tenet manumissio. l. si collactaneus. §. vltimo. ff. de manumis. uindi. l. matrimonij causa. iunct. glo. in uersicu. a nullo. ff. qui, & aqui. & Institut. qui. ex cau. manumiss. non lice. ibi. Aut ancillam matrimonij habendi causa.

Quartus effectus, habens usumfructum in seruo consentire potest proprietario manumittēti illum seruum. l. 2. ff. de manu. uindi.

Quintus, ut pariter seruum sibi pignori obligatum consentire possit manumitti, ea ratione, quia non tam manumittere is, quā nō impedire manumittentem intelligitur. l. si pater. ad fin. ff. de manu. uindi.

Sextus

Sextus ex consti. Marchiæ. libro quarto, cap. decimoquinto, uersicul. Item quòd nec ætas iunior uigintiquinque. & est constitu. Iulij 2. Operabitur ut uigesimum annum attingens, in homicidio, & similibus delictis pro maiore habeatur.

Quinta terminatio, post xx. annũ uis naturalis
81 se se offert, † vt homo vim genitalem recipiat. Philoloph. de Natur. anima. libro quinto, ca. 14. post prin. inquit, Sed vim genitalem recipit circa annos ter septem. Idem sentit Plyn. eo. tract. cap. primo. ad fin. Moderatum integræ ætatis tempus ad generandum. Plato dialo. 5. de Repub. mulieri quidem annos xx. viro autem triginta esse, & tunc dicuntur esse in flore ætatis. At cauendum est vbi supra idem Plato præmiserat pro habenda generatione optima principes statuere debere quosdam dies festos nuptiarum nuncupatos, vel tu dicas contra nuptias, quibus validiores viri cum mulieribus optimis congrediantur: mendacijs, & fallacijs principum ijs scelestissimis cõmixtionibus venereis fauentibus, adde quod & vxores, & filij communes sint. Reprehendi grauiter meretur ipse Plato, & ab Aristotele iure optimo Politico. lib. secundo, cap. primo. redarguitur. Et mirum ẽ, quòd Plato in tales spurcissimas ac nephãdas cogitationes inciderit, illasque scripserit, & impudenter diuulgauerit.

Secundus effectus est ille, de quo in nostro
82 statuto Romano. libro primo, cap. sexagesimoquinto. sub ijs verbis † Maiores autem xx. annis in quolibet actu, & negocio pro maioribus de cætero reputentur: Rationem huius statuti, quę vnica reddi potest, ergò pro expressa habetur ad l. 2. ff. de libe. & posthu. & l. milites agrum. ff. de mili. testam. posui in 14. quęstio. 18. Regu. Cancel. de Ætate. ante num. 4. Ibi dictis addo, quod glo. in l. 4. cir. princ. in versi. animum possidendi ff. de vsucap. sentit, quòd Romani nascuntur cũ hac qualitate, quòd citius quàm alij, & in ætate immatura plus alijs sapiant, & impuberes; In quantum vero ille glossator siue fuerit Iohãnes, seu Iohannis opinionem sequens, ioci forsan causa in Romanos inuehit, delerat, ac falso loquitur, vnde vel delenda illa glo. vel pro reproba habẽda. Roma enim est caput orbis, Thronus Vicarij Dei, Ciuitas sanctissima, & Deo dicata. Et in medio orbis collocata inuictas habet laudes. vt latius, ostẽdo in Glo. Facul. §. Nec non electioni. in versic. Almæ, & in versic. Romani. Ad rem re-
83 deo, licet † super præmisso statuto minorem habilitante disputatum fuerit an subsistat vt p Bar. in l. non ambigitur. ff. de legibus. & in l. denique. ff. de mino. per Ange. in l. more. ff. de acquiren. hæred. per Ludo. Roma. remissiue loquentem in l. imperium. in 1. not. in fin. ff. de iuris. om. iudi. & per Affli. in cap. vni. quę sint rega. num. 20. Corn. consilio 108. in præsenti. præsertim num. sexto. & sequen. vbi supponit simile statutum validum esse libro tertio. De ijs tractabo latius infra quæstio. 18, quia tamen ratio statuti nostri, de qua in meo commentario dictæ Regu. de Ætate. quæstio. 14. in Romanis vera redditur. Tũ quia statutum nostrum a summo Pontifice com probatum, etiam ex certa scientia, summique Põtifices pro tempore viderunt, intellexerunt, sũt passi passim huiusmodi statutum executioni demandari, iuxta illud pronunciari, ac iuxta illud & rescripserunt, & causas decidi, ac terminari & permiserunt, & mandarunt, de nostro statuto, illiusque firmissima subsistentia, hęsitare nemo poterit. Effectus igitur statuti nostri illeerit, ut ætas legitima vigintiquinque annorum in omnibus redacta sit ad ætatem viginti annorum: Et quòd eadem, quæ facere possunt maiores vigintiquinque annis, & sic in ætate legitima constituti, facere possint maiores xx. annis, prout docet Corn. alle. consi. 108. nu. 6. & 7. li. 3.

84 Tertius effectus est † vt Consul xx. annis maior apud se manumittere possit. l. vni. §. fi. a contrario sensu. ff. de consul.

85 Quartus, vt † Senator esse possit. l. 2. in princ. iun. fi. & ibi gl. penul. de his qui ueni. æta. impe. & per Restau. Castal. de Imperato. q. 73. nu. 39. vbi forte legendum est, senator esse potest maior 20. non autem 22. ut ibi.

86 Quintus, quòd annum xx. excedens veniam † ætatis consequi possit. præalle. l. 2. C. de his, qui veni. æta. impe. & glo. in versic. aut casum. uersi. Item in uenia. in l. 1. §. pueritia. ff. de postul. Alberi. de Rosa. in Dictio. in versic. Aetas iusta. post medium. uersiculo, Alia est ętas viginti annorũ. Sciendum autem est, quòd ut venia huiusmodi suos effectus producat, minor coram Principe ante impetratam ueniam, vel illa impetrata, ac iudici præsentata coram ipso iudice, probare dẽt se maiorem viginti annorum, & se esse idoneum ad administranda, & gubernanda bona sua, prout declarat glo. & Docto. communiter in dicta. l. 2. C. de ijs, qui ue. æta. impe. Iudex visa gratia, & probatione præmissa administrationem decernet. ad tex. in l. ea quæ. & ibi communiter Docto. C. de tempo. in inte. resti. peten. Effectus huius ueniæ erit, ut hic bona sua per se tanquam maior gubernare possit, & eximatur a curatoris ipsius potestate, si illum habeat: & pariter ut amittat beneficium restitutionis in integrum super contractibus per eundem postea gestis, ne illi, qui secum contrahunt, principis auctoritate circumscripti uideantur. Bona tamen immobilia absque decreto alienare non poterit, & si alienet restituetur. l. 1. cum duabus sequen. C. de ijs qui ueni. ætat. impe. & ibi glo. Azzo. in sum. eod. Aduertendum tamen est, quòd si alicui relinquatur legatum, uel fideicommissum, uel promittatur aliquid in tempus legitimæ ætatis, non debebitur huic, qui ueniam ætatis impetrauit antequam naturaliter compleat ætatem legitimam, uidelicet, vigintiquinque annorum, tex. est pulcher in l. secunda. ubi supra. & ibi gloss. ordin. & ibi communiter Doctor. Et ratio est, quia uerba accipi debent uerè, & naturaliter,

non autem ficte. l. 3. §. hæc uerba. cum glos. in uersi. hæreditatem. ff. nego. gesto. Hinc dicimus legatum relictum in tempus filiorum non impleri per filios adoptiuos. l. si ita quis. §. fi. ff. de lega. 2. Idem dicimus in legato quando quis po terit res suas gubernare. l. vlt. ff. de condi. & demonstr.

87 Sextus, vt maior xx. annis † rector vniuersitatis esse possit. Bald. in auten. habita. ante nume. quadragesimumsextum. C. ne fil. pro pat. quem sequitur Ioan. Firma. de Episcop. libro secundo, quæstio. trigesimaprima. ante numerum quinquagesimumseptimum. ver. Item minor xx. annis. Alex. in addi. ad Bar. in l. fin. ff. de colle. illi. in ver. fieri rector.

88 Septimus, vt † iudex delegatus esse possit, & pronunciare cogatur. cap. cum vigesimum. vbi glo. magna distinguit, & declarat, versic. Si verò adultus maior xx. de offic. delg. quod cap. venit ad declarationem. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. vt notat ibi vterque Imol. in princip. glo. in cap. statutum. in versicu. canonicis. & ibi Sarnen. num. 26. vbi quòd sufficit si vigesimũ annum attigerit. de rescrip. lib. 6. Pet. de Bellaper. Insti. qui ex cau. manu. non lice. numer. 38. Lap. Alleg. l. 47. factum ita se habuit. col. penul. post nu. 5.

89 Octauus, vt idem dicamus in arbitro. † l. cum lege. ff. de arbitr. & præalle. glo. magna. Abb. & communiter Docto. in dicto c. cum vigesimum versi. Arbiter enim. Specu. titu. de Arbit. §. 2. versic. Item si minor. & uersic. sequen. Et licet iuxta communem opin. legistarum in l. quidam consulebant, vt ibi etiam per Alex. colum. 1. ff. de re iudi. maior 18. annis arbiter volens esse possit, iuxta tamen communem opin. canonistarum minor xx. annis esse non potest. prout per Abb. & alios in alle. c. cum vigesimum. Hostien. in sum. de arbitr. §. 2. vterque Imol. in alle. l. quidam cõsulebant. Marcus Anto. Blan. de compromis. q. 2. par. 35. num. 22. Anto. Gomez. in Comen. Varia. Resolu. tomo. 3. cap. 1. de delict. post numerum 55. versic. Item minor xxv. annis, maior tamen xx. potest esse arbiter: subdens rationes, & differentias quare maior xviii. annis posset eẽ iudex, non autem arbiter. Pro quib. videre etiã poteris Euerar. loco a iudicijs ad arbitria. colũ. vltim. ver. Sed minor xx. annis. vbi alios ad id citat, vbi subdit èx Spec. quòd etiam si pendente compromisso superueniat ætas xx. annorum nihil operabitur, nisi denuo in eum compromittatur.

Nonus, vt arbiter maior xx. annis compelli possit acceptare, & hæc est communis legistarũ & ita intelligunt tex. in alle. l. cum lege. ff. de arbi & Alex. dicit communem in dicta l. quidam cõsulebant. col. 1. ver. No. quòd ætas. & col. 3. in gl. 1. ff. de re iudi. Idem voluit Ange. in §. penul. Insti. de excep. nu. 17. & in §. vlt. Insti. de fid. tute.

90 Decimus, vt ex tũc † testis esse possit in causis criminalibus. l. in testimonium. cum ibi nota. & glo. in l. præceden. in ver. sed pupillus. ff. de testibus. cap. si testes, vers. In testimonium. ibi, Aut qui minor xx. annis erit. 4. quæst. 2. Limitatur regula hæc, quòd testes in criminalibus debeant esse maiores xx. annis, ut non procedant quãdo aliæ probationes haberi non possunt, verbigratia, si duo minores xx. annis viderunt committi aliquod delictum, quod nulli alij uiderunt, tũc admittantur illi duo minores xx. annis, & sint idonei testes. ut uoluerunt Alberic. & Alexan. in allega. l. in testimonium. ac Ioan. Andr. in Additio. ad Specul. titul. de teste, uersiculo. Item excipitur, quòd est impubes. Et generaliter dicimus, quòd testes aliàs non idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt: quod etiam probatur ex tex. in capitulo veniens. 2. de testib. & in capit. fin. quem ibi notat Abb. in secundo not. de testibus cogen. facit tex. in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. & quod per illum uoluit Bartol. in l. in illa. in fine. ff. de verborum obligatio. glos. in ver. & si tres, in capitulo dilecti. de electio. glos. penultima. in cap. secundo, & ibi Abb. de arbitr. Hinc videmus, quòd licet laici non admittantur in testes in criminalibus contra clericos, cap. decætero, ubi Abb. Aret. & Felyn. de testib. cap. laico. cap. laicos. & cap. laici. cum ibi nota. secunda quæstio. septima, tamen quando non adsunt clerici testes, in defectum admittuntur laici. vt per Docto. modo citatos. Sublimitari, & intelligi debent, proximè dicta, quando ex natura illius actus, uel negocij probandi alij testes actu, uel habitu uerisimiliter haberi non possunt, vt in coniuratione, uel conspiratione, seu hæresi. & similibus, quæ delicta semper solent clam, & in abscondito perpetrari: sed quando potentia potuissent plures testes interuenisse, vt in homicidio, violentia, iniuria, & similibus, licet actu non interuenerint, nisi ille minus idonei: tunc non procedit præmissa conclusio, seu regula, Ita limitant singulariter Anto. de Butr. in capitulo, tertio loco, quod ualde commendat ibi Felyn. in quarto not. de probat. & Franc. Curt. in l. admonendi. colum. vigesimaseptima, & sequen. ff. de iureiur. Idem Anton. consilio 24. incipien. quæstio ista. Sequitur etiam Fely. in alleg. cap. decætero. colu. prima. de testib. dicens non ualere consequentiã hanc, res non potest aliter probari, ergo testis inhabilis efficitur habilis: quia hic intelligi debet cum distinctione de qua supra, ad quod dicit esse meliorem tex. de iure in c. in literis. de testibus. Idem uoluit Hyppo. de Marsil. Syngu. 73. incipien. plures sunt. & in l. infans. colum. ultim. C. ad leg. Corn. de Sica. Ponunt etiam exẽplum quando sumus in causa criminali contra clericum ut supra dictum fuit, ponamus, quòd tantum duo laici interuenerunt qñ casus accidit, cum essemus in loco ubi plures clerici reperiebãtur, puta in ciuitate celebri, & magna, exempli Parmæ ubi sunt infiniti clerici, ponamus, quòd clericus Parmæ, in loco publico uel ante ecclesiam

clesiam cathedralem commiserit homicidium, & duo laici tantum in testes adducti fuerint contra clericum assertum homicidam, an isti sufficiant, & pro idoneis habeantur? præfati concludunt pro negatiua, quia poterant etiam verisimiliter clerici interuenire, licet nõ interuenerint quo casu laici non sunt idonei, sed quando essemus in aliqua villa, in qua nõ reperitur nisi vnus clericus, vel ad summum duo adsunt, tunc quia nec habitu, nec actu, delictum probari posset p alios clericos, tunc laici idonei erunt testes in subsidium. Hæc omnia vltra citatos firmat Ias. allega.l. vlt.num.8. & sequen.C.de his qui.vt indi.

91 Vndecimus vt ex tunc admittatur † ad accusandum in criminalibus. Cyn.in l.2.C.qui.accu.non pos.glo. in ver. pupillus. post medium. in l.2.ff.de accusa.& ibidem Bar. in §. pupillis. num.2.Bald.super rub.C.qui accu. non posses. post num. 5. versic. Quidam propter ætatem. Abb.in cap.1.num.10. vbi hanc communem testatur, licet ipse aliam opinionem teneat, & ibidem nouissimè Augu. Bero. qui hanc communiorem asserit. versic. superest itaque alia, & sic quarta opin.ante num. 51. de accusa. Alex. in l. de pupillo, quam legit cum §.præceden. qui incipit si in publico.num.8.ff.de no. ope. nun. vide supra.nu.20.

92 Duodecimus vt † uendens se, seu vendi patiens ad precium participandum, 20. annis maior sit.l.si ministeriũ. C.de lib. cau.l. cum pacto. ff.eo.l.1.ff.qui ad liber.procla.non lice. glo.in §. item finitur.in ver.redigatur.Insti.qui.mod.tu-te.fini.§.penul.cum glo. in ver. maior. in princ. Insti.de iu.perso.l. liberis.versi. Nisi forte se venundari passi sunt vt participarent præcium. dicto titu.ff.de libe.cau. Alberi.de Rosa.in Dictio. in ver.Ætas iusta.versic.Alia est ętas 20.annorũ. Amplio etiam si minor 20. annis se vendiderit, seu uendi passus sit ad præcium participandum si post 20.annum præcium participatus est. dicta.l.liberis.uersi. Sed si ante quidem se vendit. Amplio ad mulieres, & eos, qui nati sunt eis tempore seruitutis.l.3.præalle.titu.quib.ad liber. p cla.non lice.

Decimustertius, vt maior 20.annis inter vi-93 uos † manumittere possit. §. cum autem Insti. qui.ex cau.manu.non lice.l. si minor, quæ ẽ 66. ff.de verbo.obli.Alberi.de Rosa.in Dictio, in dicto versi. Aetas iusta.post medium, post versicu. Alia est ætas 20.annorum.Et inter viuos iura antiqua seruantur.ut per Pet.de Bellaper.in d.§.cũ autem.ante nu.23.& post nu.37.

Decimusquartus, vt quis possit esse prior nõ conuentualis. iuxta tex. & ibi notatur in cle. ne in agro.§.cæterum, de sta.mona.

Decimusquintus, vt ex dispensatione episco-94 pi possit obtinere † dignitatem, vel personatũ non habentem curam animarum.c.vni.de ęta.& quali.lib.6.

Decimussextus, post dictum 20. annum quis 95 † ad ordinem subdiaconatus promoueri possit. clemen.vlt.eod.Magi.Senten.distinc. 25. ad fin. lib.4.

96 Decimusseptimus † vt mulier 20. annis maior curatorem uentri dari non petens, succedere non possit. Bar.consil.30. incipien. Vanutius. sequitur Tiraq.in l.si vnquam.in versic. susceperit liberos.ante nu.145.C.de reuo. do.

Decimusoctauus in sacra pagina plura post 20. annum fieri cautum sit, videmus enim in fi-97 ne regni Dauid † Leuitas 20.annis, & supra numeratos.1.Paralipome.in prin.Numeratiq. sunt leuitæ a 20.annis, & supra, & inuenti sunt triginta octomillia virorum &c. Ex quibus etiam elicitur, quòd maiores 20. annis viri nuncupabantur. De quibus etiam leuitis habemus 3. Esdræ cap.5.versus fin. Et statuerunt leuitas a 20.annis super opera Domini. Alibi etiam numerũ anni 98 † vigesimi, ac annos 20. non casu positos existimo, prout Nume.cap.1.in princip. Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes, & domos suas, & nomina singulorũ qcquid sexus ẽ masculini a vigesimo anno, & supra omnium virorum fortiũ ex Israel &c.& postea principes, & milites nominant omnes 20.annorum, & supra.& ab hac ætate vt ibi vides, & supra ostendi, viri nuncupantur. Ex præmissis notari potest circa edictum, quòd vnus ex quauis domo † ad militiam procedat, quod iuxta interpretationem Doct. intelligere debemus de maiore XVIII. annorum, vt supra pręmisi.in 3.terminatione, ad calcem 8. effectus ante num. 79.quòd aliter disponi videtur de iure diuino, quod etiam habemus Nume. cap. vigesimosexto. in princ. Numerate omnem summam filiorũ Israel a 20.annis, & supra per domos, & cognationes suas. & parum post. Ad eos, qui erant a 20.annis, & post. Nisi dicas, quòd vita hominis hodie breuior est. Vel nisi dicamus annum hębreorum breuiorem fuisse cum inciperet a Martio.prout Exo. cap. 2. ubi Deus de mense Martio loquens, inquit, Mensis iste primus erit in mensibus anni.sic & Romulus pariter annũ in decem menses distinguens, a Martio principium anni sumpsit, huic Ouid. in princ. lib. Fasto.inqt: Tpa digereret cum conditor urbis, In anno constituit menses quinque bis esse suo. de quo etiam per Macrob.lib.1.Saturna.cap.12.& sequen.& Aul. Gel.Noctium Atticar.lib.3.cap. 16. Quot mensibus annus constaret tracto super casibus Annalibus colum.2. & sequen. Nec frustra etiam expressum fuisse existimo annum illum vigesimum, de quo Leuiti.cap.uigesimoseptimo.in princip. Si fuerit masculus a vigesimo anno. Sic & omnes XX. annis maiores, qui 100 † contra Deum murmurauerunt, seu oblocuti erant, a terra promissionis exclusos legimus. Nume. cap. decimoquarto. & cap. trigesimosecundo. Quibus iuratus iurauit, dicẽs non uidebũt homines isti, qui ascenderunt ex Aegipto, a XX. annis, & supra, terram, quam sibi iuramento pollicitus sum Abraam &cæt. Et in specie, quod tempus belli sit à 20.anno usq.ad sexagesimum

mum adduco legem Platonis, ad calcem 6. Dial. de legibus.

Decimusnonus effectus pro præmissorum cõprobatione, & ad ostendendũ, ꝙ ętas 20. annorũ sit oĩ laude digna, & magni facienda adduco illud Dionis Siculi lib. 1. Rerum antiqua. cap. 3. de Legib. ac iudicijs Ægiptiorum. dum inquit, Aegiptij reges vitam non aliorum regnantium, qui bus voluntas pro lege est, traducebant licentia: sed legum instituta in cogendis pecunijs, quotidianoque victu sequebantur: eorum cultui, ob sequioque nullus deputatus erat, neque emptitius, neque domi genitus seruus, sed nobilium sacerdotum filij, tum vltra 20. annos nati, tum doctrina pro cæteris eruditi: vt horum corporis ministrorum die, noctuque astantium conspectu motus Rex nil turpe committeret.

Sexta terminatio constitui posset post 22. an-
101 num, cuius effectus hodie est, vt ad † dignita
tes, & personatus sine cura quis asciści possit, iuxre Decretum Reformatio. Concil. Triden. Sess. 24. c. 12. ver. Ad cæteras autem dignitates.

Septima terminatio constitui potest post 24.
102 annum, cuius primus effectus erit, ut ad † pręsbiteratum quis promoueri possit. clem. 2. de ęta. & quali.

Alter effectus hodie est: vt 25. annum attin-
103 gens † ad dignitates curatas promoueri, & nõ prius possit. Concil. Triden, Sessio. 24. ca. 12. Et sic seruabitur constitutio. c. cum in cunctis. de electio. ad quam Conc. Triden. se refert.

Tertius effectus erit vt 25. annum attingens ad honores sine administratione admittatur. l. ad rem pub. ff. de mune. & hono.

Quartus effectus erit, vt de iure in abbatia, & prioratu conuentuali requiratur 25. annus incœptus. clem. 1. §. cæterum, de sta. mona. Rebuf. super concor. rub. de Regia ad præla. nomi. faci. §. monasterijs. in ver. viginti trium.

Vltimus effectus erit vt remittatur annũ 25. agenti pœna falsi, de qua in l. Senatus. ff. de fals.

Vltima terminatio minoris ætatis finitur cum fine anni 25. & tunc finitur adolescentia, &
104 † minor ætas. l. 1. versi. Nam post hoc tempus ff. de mino. §. non aliter. versic. Cæterum existimari. ff. de lega. 3. c. in præsentia. ver. Præterea cũ verbum istud minor. & ibi Docto. de prob. Hoc
105 anno 25. † terminato dicitur maior ætas. l. 1. & l. minor 25. annis adito præside. ff. de mino.
106 Item perfecta † ætas. prout in dicta l. minor. & in l. vlt. C. de his qui veni. æta. impe. & in §. vlti. iun. gl. in ver. perfectè, Insti. de fidu. tute. & l. tutela plerunque, iun. gl. in ver. ætatis. ff. de tute. Rur
107 sus post annũ 25. dicitur † iusta ætas. l. cum filiofam. in fin. ff. de lega. 3. l. 2. §. 1. ff. de vaca. mun.
108 Plena item ætas. l. ad rem. §. annus autem vigesimusquintus pro pleno habetur. ff. de mune. & hono. l. cum non solum. ad fi. §. 1. ibi, Si plenę ętatis filius est. iun. glo. in versi. ętais. C. de bon. quæ
109 libe. Integra † item ætas. præalle. l. cum non solum. §. 1. in prin. versi. Siue pater adire filium fami. integræ ætatis compellit. Terent. in Andr. Egregia forma, atque ætate integra, & intelligitur de ea ætate, quæ in flore consistit, in qua robur viuidum, & sanguis integer existit, qui æta-
110 te in senium vergente minuitur. † Legitima ætas. l. cum filiofam. prope fin. ibi vel legitimæ ætatis. ff. de lega. 3. pręalle. l. fin. C. de his, qui veni. ętatis impetra. Bald. in l. cum te. post mediũ,
111 ver. Verbi gratia testator iussit. C. de proba. † Matura ætas. præalle. l. cum filiofam. in fin. ff. de
112 lega. 3. Robusta ætas † l. si maritus. §. Lex iul. ibi, Qui nondum robustæ ætatis est. ff. de adult. l. 1. ad fin. ibi, Nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. iun. glo. quæ exponit cõpleri, idest roborari. ff. de mino. Pro quibus etiã,
113 & quæ dicatur ætas tenera, † quę infirma, videri poterit per Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. in ver. vigesimumquintum. C. de ijs q. ęta. vel profe. se excu.
114 lib. 10. Notandum tamen est, quòd † ętas legitima iuxta subiectam materiam diuersimode consideratur. vt per glo. in titu. de pace tenen. & iuramen. firman. in princ. ac in l. 1. §. initium. ff. de postul. & in §. minorem. Insti. de adopt. & per Dom. meum Phi. Dec. in c. in cunctis. num. secũ-
115 do. de electio. Hinc videmus † hos terminos, & hæc uerba, perfectam ętatem, completam ætatem, iustam ętatem, integram ętatem, legitimam ætatem, maturam ętatem, & plura alia ex pręmissis, seu etiam non expressis, vigesimumquintum annum completum significare, quod tamen nõ semper comprobatur, sed solum quando subiecta materia patitur, alioqui iuxta subiectam materiam diuersæ sequuntur declarationes, interpretationes, conclusiones: quid enim si iusta, vel legitima ętas circa nuptias, seu matrimonia proferantur? Nonne intelligemus post annum 14. in masculo, & 12. in fęmina? iuxta tex. in l. quod Seruius. iun. glo. 1. & ibidem Alex. num. 3. ff. de condi. ob cau. Quod si in materia beneficiaria proferantur hęc verba, Aetas legitima, nunquid sẽper interprætatio facienda erit post 25. annum? certè non. prout per Bald. in alle. l. cum te. post medium, ver. similiter si Papa scribit de aliquo, quòd prouideatur ei de beneficio, si est ętatis legitimæ. C. de proba. Aduertendum item est, ꝙ licet annus 25. ad effectũ vt quis dicatur maior & ad alios effectus, completus esse debeat, quotamen ad honores consequendos, seu obtinendos, quos minor 25. annis nisi ex causa propter inopiam aliorum habere non potest. l. non tantum. §. 1. ff. de decurio. l. ad rempublicam. ff. de mun. & hono. annus 25. cœptus fauoris causa pro cõpleto habetur. Post 25. annos quis habet rerum suarum liberam administrationem, & dispositionem, iuxta tex. in l. in re mandata. C. manda. E[t] omnia potest, quæ minoribus denegantur. Hęc sufficiant pro declaratione minoris ætatis, illiusque terminationum, & effectuum. Aliqua ex præmissis collegi ex quodam libello antiquo manuscripto cuiusdam perusini quem aliàs vidi, & pcurri. De minorũ citationib. tractauimus super declarat. 4. Formulę commiss. in uer. ad legitime comparendum. & Glo. seq. pro quibus ét aliqua sn-

subijciemus infra q. 10. Hic nonnullas quæstiones circa minores, minoremque ætatem, quæ mihi sæpe in causis tractandis occurrerunt, subijciam.

SVMMARIVM.

1 *Minorem ætatem probandi onus cui incumbat.*
2 *Minoris ętatis, & læsionis probatio, an sufficiat pro restitutione in integrum?*

QVÆSTIO I.

1 PRIMO quæro, † cui incumbat onus probandi minorem ætatem? Pro resolutione huius quæsiti videri poterũt quę scripsi in 3. quæst. 18. Regu. Cancel. & inter alia ante nume. 4. concludo, ꝙ fundanti intentionem suam super ætate minori, & hæc est communis opin. vt ibi. Et ꝙ minor ætas probari debeat per petentem. 2 † restitutionem in integrum, ac etiam se læsum dolo aduersarij, vel sui facilitate, eo quòd diligens paterfam. id non fecisset, voluit Rot. 87. in no. & hanc communem affirmat. Cur. Iun. cõsil. 6. colum. 12. num. 20. ver. præmissis tamen. ꝙ etiam voluerunt alij, quos infra citabo. quæst. 4. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Minor, vel maior si quis ex aspectu appareat, cui incumbat onus probandi illum minorem, vel maiorem.*

QVÆSTIO II.

1 SEcundo quæro, † quis ex aspectu apparet minor, vel maior, cui incumbat onus probandi illum maiorem, vel minorem? Respondeo ꝙ in ijs terminis a decisione præcedentis conclusionis recedendum erit, & ille qui ex aspectu minor, vel maior apparebit in aduersarium onus probandi transferet .l. minor x x v. annis adito præside, & gl. in l. de ætate, in versic. probandum, post prin. & ibi Alberi. versic. Aut pręsumptio ex aspectu. ff. de mino. & alij per me citati in 5. q. 18. Reg. Canc. nu. 10. & 12. Et ita ẽt concludit Pet. de Vazo. in pract. artis notariatus, in q. an de contractib. suis teneatur pubes. num. vi. & seq. ver. Et quod dictum est supra. Addo quoad probationem ex aspectu, quod Rota in Illerden. prioratus de anno 1553. coram D. Montis Flascon. conclusit, ꝙ ad probandam ætatem impetrantis beneficium sufficiant testes deponẽtes ex aspectu ad effectum canonizationis prouisionis, vel regressus: licet secus sit ad effectum canonizationis coadiutoriæ ut terminis est Dec. Guidob. 142. videtur. licet etiam rationem limitationis quo ad effectũ coadiutoriæ, vt solidior, & firmior probatio quàm per aspectum requiratur, eam puto esse, quia coadiutoria (dic tu cum futura successione) ẽ potius, a stilo q̃ a iure inuenta vt per Cassa. Dec. 2. nu. 2. de resti. spol. Et odiosæ sunt, ac reprimendæ sunt, ac a Concilio Triden. non comprobatæ per Sessio. 25. de Refor. c. 7. ver. In coadiutoris.

SVMMARIVM.

1 *Minor ętas qualiter probetur.*
2 *Aetas minor per scripturas parentum probari potest.*

QVÆSTIO III.

TErtio quæro, † qualiter probetur minor ætas? Respondeo quòd diuersimode iuxta subiectam materiam, & casuum contingentias, & præcipue per testes, per aspectum, per confessionem partis, & pluribus alijs modis, quos posui in 14. q. & plurib. seq. super reg. 18. de Ætate pro canonico. Et ultra modos probandi de quibus ibi, alios in omni materia inuenies apud Rebuff. super concor. rubr. de Regia ad pręla. nom. faci. §. vltimus, in versic. specie probationis. His, quæ scripsi super dicta Regu. 18. q. 8. vbi quòd 2 † minor ætas probari potest per scripturas parentum, addo videndum esse Mar. Sozzi. Iun. consi. 3. in prin. & nu. 3. & seq. lib. 2. vbi etiam cõprobat con. Cur. Iun. 118. præsupponitur. nu. 8. ante in d. quæ. 8. citatum. Addo etiam quoad probationem ætatis pro habilitate obtinendi beneficia in Aqu. S. Quintij, in Rota petitam, fuisse remissoriam pro probatione facienda, & pro fumo (vt aiunt) examinatos fuisse nonnullos testes, contra quos aliqualiter suspicabatur de falso, fuit suspensa discussio super remissoria cõcedenda, vel deneganda, & mandatum principalẽ, qui erat in curia, deduci præsentem coram singulis Auditoribus domi, vt ex aspectu corporis possent aspectum illius dijudicare, prout Dec. Paleot. 125. incipien. Petebatur.

SVMMARIVM.

1 *Minorem, & læsum se probanti, an concedatur restitutio in integrum.*
2 *Dos ad summam conuenientẽ per restitutionem in integrum reducitur.*
3 *Restitutioni in integrum vt locus sit tria probãda sunt.*

QVÆSTIO IIII.

1 QVarto quæro, an † probans se minorem, & læsum obtinere debeat in iudicio restitutionem in integrum? Pro opin. affirmatia videt̃ tex. iun. glo. in l. si ex cã. §. 1. ff. de mino. vbi mulieri minori habẽti magnũ patrimoniũ, oĩa bona sua in dotẽ danti viro non digno tanta dote, cõce2 ditur restitutio ut † dos ad summam conueniẽ-

tem reducatur. Idem etiam probatur per tex. in l. vni. C. si aduers. dotem, supposito quòd ibi mulier minor dotem dedisset proat per glos. 1. Quod maxime procedit, si fecit pactum de dote, vel parte eius lucranda, vel fecit aliud pactũ quod sibi noceat. est tex. in l. si ex causa. §. in dotis ff. de minor. & ibi glo. Bar. & communi. Docto. & tex. in l. quæro. ff. de iu. dot. Contraria opi. & sit negatiua vera est, quòd non sufficiat simpliciter narrare. & probare minorem, & læsum,
3 sed addendum sit † minorem læsum dolo aduersarij, vel sui facilitate, non quòd diligens paterfa. id non fecisset. Et sic tria necessario deducẽda, & probanda erunt, iuxta tex. in l. quod si minor. §. non semper. ff. de mino. in l. verum. §. sciendum. & sequen. iun. glo. in ver. proponatur. ff. eo. & ibi Bart. num. 2. l. si. & ibidem Bart. ad fin. & Bal. ac Alex. in princ. & Iaco. de S. Georg. nu. 3. & sequen. C. de in inte. resti. mino. Claud. Seisel. in l. ille à quo. §. sed & qui repudiauit. nu. 3. ff. ad Trebel. Io. de Anan. consil. 48. circa præsentem. num. 2. & ibidem Ludo. Bologni. in sua Addit. Et dictum consi. Ananiæ sequitur D. meus Phil. Dec. consi. 436. visa. nu. 5. est bonus tex. in l. nam & postea. §. si minor, & ibi Roma. & Alex. nu. 2. ac Ias. nu. 4. quem. §. legerunt cum l. ait pretor. ff. de mino. Alcia. de præsump. par. 3. præsum. 42. post. num. 8. Et hanc communem testatur Curt. Iun. cons. 6. circa has. nu. 20. ver. præmissis tamẽ non obstan.

SVMMARIVM.

1 *Probare cui incumbat esse, vel non esse intra tempora petendæ restitutionis?*

QVÆSTIO V.

1 QVintò quæro, † cui incumbat onus probãdi, an minori, facto maiori, se esse infra tẽpora petẽdæ restitutionis in integrum, an aduersario illum non esse infra tempora? Breuiter, ꝙ aduersario neganti illum esse infra tempora, videlicet infra quadriennium, iuxta tex. in l. fin. C. de temp. in inte. resti. cap. 1. & 2. de in inte. resti. lib. 9. & pulchre per Ancha. cons. 136. incip. ex consilijs. nu. 3. probat. tex. in l. si minoré, ibi [Et tempora restitutionis præstituta excessisse ab aduersario tuo comprobatum non fuerit] C. de inte. resti, mino. Et ita omnes ibi concludunt. Licet Anto. de But. in cap. constitutus. de in inte. resti. voluerit, & malè, quòd minor probaret se esse infra tempora restitutionis petendę. Pro pręmissa vera, & communi opinion. vide Imol. in capitu. primo. & in dicto capit. constitutus. eod. tit. de in inte. resti. qui opinionem cõtra But. tenet. Contra quem etiam concludant Roma. Alex. & Ias. num. 6. in §. si minor. in l. nam & postea. quam legerunt cum l. ait prætor. ff. de iuteiu. & Ias. ibidem testatur opinionem Anto. de But. communiter reprobari, vide etiam Corn. cõsi. 135. de plurib. nu. 8. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctori minori decepto an in integrum restitutio competat?*
2 *Titulus. ff. de mino. non uendicat sibi locum in doctore.*

QVÆSTIO VI.

1 SExto quæro, an † doctori minori decepto in integrum restitutio competat? Opin. negatiuam tenuerunt glo. in l. professio, per illũ tex. C. de mune. patri. lib. 10. l. 1. & ibi Bar. C. qui & aduer. quos. l. ciuitas. ff. si cer. pet. & ibi not. ac etiam in l. professio. C. de mune. patri. li. 10. Bar. in l. sed & reprobari. nu. 3. ff. de excu. tuto. Sozzi. in l. centurio, post prin. ff. de vulga. Ange. in l. 1. §. pueritiam, vbi etiam quòd doctor allegans se in iure deceptum, allegat se in iure non esse doctorem. Iafred. Dec. 369. restitutio. ubi etiam quòd allegando facilitatem, diceret turpitudinẽ suam. late Boe. Dec. 350. miror. num. 6. vbi hanc communem testatur. Ludo. Montal. in tract. Re pro. senten. Pila. §. & hęc sufficiant. nu. 69. Ex qui
2 bus concludi potest † titulum. ff. de min. & alios similes nõ uendicare sibi locum in doctore. Qui contrariam opinio. tenere vellet, adducere posset tex. in l. 1. ff. de min. vbi ꝙ ét si bene gerãt minores res eorum, non debet committi administratio rerum suarum minori, nec debet ei gradus, & dignitas nocere. per nota. in l. prouidendum. C. de postul. & in l. nemini. C. de aduo. diuer. iudi, in l. medicos, & in l. magistros. C. de ꝓfes. & medi. lib. 10. Si hanc secundam opin. veriorem existimemus, meliorem, & vrgentiorem ꝓbationem læsionis requirere debemus in doctore minore, quàm in alijs, quippe qui non ita facile præsumatur lædi, vt alij. Posset etiam distingui aut læsio, vel deceptio supponitur circa ea quæ sunt iuris, & procedat prima opin. Aut circa ea quæ experientiam, artem, officium, exercitium, vel quid aliud a legali professione alienum, & firmior, ac verior sit secunda opinio, etiam ex ratione, vel mente Bar. seu potius Nico. de Neapo. cuius asseritur esse lectura illa super l. sed & reprobari. ff. de excu. tuto. Pro hac limitatione cõmunis opinionis, & pro ijs quæ ultimo loco dixi, vide præalle. Dec. Boe. 350. post nu. 6. ver. Et ista communis.

SVMMARIVM.

1 *Minori maiorem se asserenti, an competat remedium restitutionis in integrum, vel aliud?*
2 *Romanum statutum solemnitates requirit in contractu minoris.*
3 *Consanguinei si non interuenerunt minor contractum nullum dicet, non obstante l. si alterius, in fi. C. si mi. se maio. dixe.*

QVÆ-

QVAEST. VII.

1 SEptimò quæro, an † minori se maiorem affirmâti, competat remedium restitutionis in integrum, uel aliud? Distinguẽdum ita est. Aut minor dolo se maiorem dixit, & restitutioni locus non sit, cùm talibus minorib. iura non subueniãt, cumq; malitia suppleat ætatem. est tex. in l. 2. & in l. si alterius. 1. respon. C. si min. se maio. dixe. Ange. cons. 161. D. Catherina. nu. 5. Afflic. Decis. Neapo. 393. Hieron. nu. 12. Aut dolo aduersarij se maiorẽ dixit, & tunc restitutioni locus est. præalleg. l. si alterius. 2. respõ. vers. ꝙ si per iniuriam. Aut neutrius dolo, sed per errorem dixit se maiorem, & in integrum restitutio peti poterit. l. 2. & d. l. si alterius, vers. Aditus itaq;. C. si mino. se maio. Aut uerbo iurauit se maiorem, & si per instrumenta probauerit se fuisse minorem, restituetur hoc iuramento non obstante. Si per testes probauerit, non restituetur, eadem l. si alterius, vers. Si tamen instrumento. Aut corporaliter iurauit se minorem, & tunc etiam si per instrumenta probauerit, se minorem, in integrum restitui non poterit. d. l. si alterius. in fi. & præall. dec. Neap. Affl. 393. nu. 12. Aut hoc vltimo casu quærimus, an alia uia huic minori succurri possit, quàm per beneficium restitutionis in integrũ, & tunc cõiter concludunt Doct. ꝙ non excludatur uia dicendi contractum nullum, puta rõne solennitatis requisitæ per statuta in infinitis locis existentia in contractu minoris non seruatæ, & sic etiam in termi
2 nis nostri † statuti Romani sub ti. de pact. & dona. non vali. c. 23. li. 4. & in nouis reforma. c. 19. prout per Io. And. in addi. ad Spec. de sent. §. vt aũt, in uer. procedendum. vers. Non obstat ẽt l. si alterius. Pulchrè Lud. Rom. cons. 12. viso facto. nu. 5. vers. respondendum. Cremen. Singu. 162. statuto cau etur. Soz. cons. 66. frustra. num. 28 lib. 1. Cur. Iun. cons. 118. prę supponitur. nu. 9. ver. Nec præmissis. & cons. seq. & nouissimè Maria. Soz. Iun. cons. 3. visa. præsertim nu. 26. & seq. ubi ponit intellectum ad dictam l. si alterius. li. 2. Ex prę missis sequitur, ꝙ in uim statuti vrbis, & similiũ minor iurans se maiorem ad sancta Dei euangelia tactis scripturis, si in obligatione minoris nõ interuenerunt consanguinei non obstan. prælle.
3 l. si alterius. in fi. C. si mi. se maio. minor † poterit cõtractum nullum dicere. Et hæc est magis communis opin. vt etiam per Petr. de Beninten. Decis. 47. asserentem ita conclusum fuisse per Rotam Bononien. Pro præmissis uideatur quæstio familiaris 43. August. Bero. quę incipit, Quidam in contractu. præsertim. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Romano statuto an ligetur minor ad compromittendum?*
2 *Minores ligantur statuto generaliter loquente.*

QVAEST. VIII.

1 OCtauo quæro, † an minor ligetur statuto vrbis, & similibus disponẽtibus compromitti debere inter consanguineos? Pars affirmatina est vera, & communis. Bal. in l. fin. num. 3. vers. Et ideo facit. Pau. Castr. nume. 4. Saly. nu. 1. Alex. num. 7. Iaco. de S. Geor. nu. 8. C. de in integ. rest. mino. Ange. Pau. Cast. & Alex. in l. si plures. ff. de pact. Bal. cons. 358. super eod. num. 2. lib. 3. Alexan. consil. 119. quoniam. num. 35. & consil. vlt. num. 4. uol. 6. quicquid dicat Bartol. in quodam suo consil. cui præfati respondent. Andr. Barba. consil. 44. illud afferam. colum. penul. in fi. lib. 3. Tiraq. de vtr. retrac. par. 1. §. 1. Glo. 13. ante num. 14. versi. Ex eoque passim, in versi. finis. num. 54. & sequ. Et ita conclusit Rota Bononien. prout per Pet. de Beninten. Decis. 20. nu. 11. & sequ. Et hanc communem testatur Cur. in cap. fin. de consuet. fol. 76. colum. 2. iuxta primam impress.
2 Et in locis supra adductis concludunt † minorem etiam ligari statuto generaliter loquente, quod etiam uoluit Roma. Singu. vlt. inci. item audisti, ubi limitat, nisi statutum puniat aliquid de iure communi non punibile.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra procuratorem minoris cum iuramento constitutum an substineri possit.*
2 *Pupillus sicut sine tutore, vel curatore in iudicio stare non potest, ita nec procuratorem constituere.*
3 *Procuratorem constituere potest qui in iudicio stare potest.*
4 *Minoris in fauorem valet processus cum eo habitus, & sententia, secus si contra eum.*
5 *Auth. sacramenta puberum habet etiam locum in proximo pubertati.*

QVAEST. IX.

1 NOno quæro, an † ex mandato in actis facto per minorẽ 14. annis cum iuramento, substineri possit iudicium, & sententia contra eundem minorem lata non deputato eidem curatore? Hoc dubium discussum fuit in Rota coram bo. mem. Guidobono in causa Reatina beneficij Collasecati. Desiderius mouit litem contra Antonium de Turano constituto procuratore apud acta, fuit lata sententia contra Desiderium in spolio super dicto beneficio: In secunda uerò instantia Desiderius probauit se minorem 14. annis, ante latam sententiam, dubitabatur an sententia, & processus facti cum dicto procuratore essent nulli? Pro nullitate plura adducebantur, & inter alia quòd pupillus non plus poterat in constitutione procuratoris ad iudicia, quàm posset in prosecu
2 tione iudicij, ideo † sicut non poterat sine tutore, uel curatore stare in iudicio, ita nec poterat procuratorem constituere. l. neque, & l. non eo minus. C. de procu. l. cum & minores, & ibi gl. & Bal. in 3. not. ubi uult idem iudicari de tutore, & curatore in iudicio, quod de procuratore legitimè ordinato. C. si aduer. rem iud. Et regulare est,
3 quòd quis † procuratorem constituere possit in

casibus

caſibus in quibus poteſt in iudicio eſſe. eſt text. clarus in c.ſi annum., ibi (per te, aut procuratorem.) de iud.lib.6.& voluit Cardin. in clement. religioſus.in 7.oppo.de procur.videri etiam poterunt quæ diſcutiam infra quæſt.34. ſuper quadam Rotæ modernæ Deciſione. Et quòd pupillus abſq; curatore, licèt ſuper ſpolio validè agat, ſuper eo tamen,& ſuper alijs inualidè abſque curatore conuenitur.l.fi.C.qui legi.perſo. Regulare item eſt, quòd proceſſus habitus cū † minore,
4 & ſententia ſequuta,valeant in fauorem minoris, ſecus ſi contra eum.præalle.l.nō eo minus. C.de procur. Latè Anto. Corſet. in ſuis ſingu. in ver. pupillus. Pro contraria opinio. dicebam attento,quòd cauſa erat ſuper ſpolio, minor æquiparabatur maiori.præalleg.l.fi. C.qui legi.perſo. ita quòd ſi ſuccumbebat minor, nō competebat ſibi reſtitutio in integrum ratione minoris ętatis. Bal.in d.l.fi.num.6.Inſuper ſupponebatur, Deſiderius proximus pubertati dum in iudicio procuratorem conſtituit,& iurauit ratum habere,vnde contrauenire non poterat, authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi. Barto.in l.minor 25.annis.ff.de mino.Iaſ.in d.authen.ſacramenta puberum,num.76.& ſeq. Et aſſerebam non obſtare,quòd authen. ſacramenta puberum.habeat locum in pubere,vt ibi in tex.& per gl.1.per Cy. quæſt.8. per Ang.in l.qui iuraſſe.in prin. ff.de iureiur.per Cardi.conſ.92.colum.penul. in fi.vbi quòd iuramentū impuberis non confirmat eius contractum: imò iuramentum per impuberem præſtitum nedum non operatur quoad ipſum, ſed etiam facit, vt pubes iurans habens cauſam communem cum ipſo impubere non aſtringatur iuramento. vt voluit Curt.Iun.conſil. 53.col.2. ex quo ſecundùm opinio. canoniſtarum habet ēt
5 † locum in proximo pubertati.per tex. in c.ex literis.2.de ſponſa.Abb.conſ.39. duo ſunt.lib.1. Corn.conſ.240.lib.1.Alexan. in l.qui iuraſſe. in prin.ff.de iureiur.D.meus Phi.Dec.in l.pupillū, nu.3.qui hanc communem aſſerit. ff. de reg.iur. Pro hac opinio.contra minorem concluſum fuit in prælleg. cauſa 20. Iunij 1550., prout etiam annotauit bo.me.Nouatus.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus maior infante an poſſit ſolus validè citari, & an citatio de eo ſolo facta ſufficiat ad interrumpendam præſcriptionem, regu.de Triennali?*
2 *Pupillus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.*
3 *Citari debent tutores pupilli ſi exiſtant,aliàs conſanguinei,uel alij defenſores.*
4 *Præſcriptio non interrumpitur ex citatione inualida.*
5 *Pupillus infante maior validè citatur.*
6 *Regulæ de triennali præſcriptio per citationem interrumpitur.*
7 *Lis per citationem pendet.*
8 *Præſcriptio per citationem interrumpitur.*
9 *Romani ſtatuti præſcriptionem citatione interrūpi.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro,an † in cauſa beneficiaria pupillus ſolus validè citari poſſit, & citatio de eo ſolo facta ſufficiat ad interrumpēdam præſcriptionem Regu.de Trien.? Pro opin.negatiua ad-
2 duco l.1.&l.fin.C.qui legi.perſo. ubi quòd † pupillus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.Et cùm in d.l.fi.conſideretur initiū nullum iurgij incępti abſq; legitima perſona, cuius quidem iurgij initium eſt citatio.§.fi. Inſti.de pęna teme.liti.l.1.cum l.4.in princ.ibi,vel infantes. ff.de in ius vocan.Ex præalle.l.fin. ſuaderi poteſt citationem pupilli ſolius nullam eſſe,ut etiam dicta iura declarantur per Saly.poſt gl. in l.cum & maiores.colum.pen.verſ.quæro cum glo. quid ſi in prin.& uerſ.Ex prædictis poſſumus concludere.& verſ.Aut nō fuit defenſus in principio, ſed poſtea ſic.C.ſi aduer.rem iudi.ubi uoluit glo.per dictam l.fi.nullum eſſe iudicium ſi in litis conteſtatione non affuit tutor, etiam ſi adeſſet poſtea minorem defendendo. Idem uoluit Bald. in c.1. colum.1.de mili.vaſal.qui contu.eſt. Pau.Caſtr. in l.2.ad fi.ibi,ſecus in pupillo. ff.de condi.furti. vbi ſentit in pupillo quaſi non habente legitimā perſonam omnia acta eſſe nulla, ſi ſine tutore citatus fuit, vel abſque clauſula, vt compareat cum tutore.Inſuper tex.in l.1.§.1.ff.de adminiſt.tuto. uult in ſuſcipiendo iudicio tutorem auctoritatē præſtare debere. & gloſ. ibi in ver.auctoritatem ſentit excedentem infantis ætatem tutore auctore,uel ipſum tutorem citādum eſſe. Quod etiam uoluit glo.in l.quique.in ver.infantes, & Ang.in l.fin.ff.de in ius vocan.Et ita ſeruari aſſerit.Idem voluit etiam Roma.conſ.454.in 1.dub. vbi pri-
3 mum decretum voluit eſſe nullum non † citatis tutoribus pupilli ſi extant, aliàs conſanguineis, vel alijs defenſionem veriſimiliter ſubituris. Qđ tanto magis verum eſſe dixit in 2.dub. quo ad ſecundum decretum, & alios actus præiudiciales. Ita etiam conſuluit ſuper eodem caſu Abb. conſil.43.in 1.& 2.dub.lib.2. Idemque voluit Alex. in l.contra pupillum,colum.pen.& fi.verſ.Quęrit Imol.hic.ff.de re iudi.vbi poſt Imol. uoluit citandos eſſe tutores,coniunctos,& amicos,ſecundùm Spec.Io.And.Bar.Bal. & alios per eum citatos.Idem Alexā.in l.ſi ex legati cauſa, nume.7.& ſeq. verſi.Extra glo.collige. ff.de verbo.oblig.vbi etiam uult idem eſſe in pupillo quod in infante, vt nulla ſit citatio abſque tutore, ſiue habeant, ſiue non.& ibidem addi. Aretin. ac Iaſ. colu.3.Et hanc magis communem aſſerit Alex. in l.neque. num.3.ff.de in ius vocan.quicquid dixerit Bart. in l.1.§.ſufficit.ff.de admi.tuto. Idem etiā uoluit Iaſ.in l.2.in fin.prin. verſ.vltimo no. ff. de in ius vocan.Eandem opin.tenuerunt etiam Benedi.de Barzis in tract.Guarentigiæ in 3.q.in prin.in 1. par.& Barba.in cap.Rainutius, col.33. verſ.no. ibi filios,& poſt num.25.de teſta.& Mar. Soz.in tracta.citatio.art.5.q.19.aſſerit Bar.in alle.§.ſufficit,intelligendum eſſe iuxta opin. præmiſſam.

Nec

Nec Affli.Dec.262. à præmissa opinione discrepat, intelligendo eum, si citatio fiat cum auctoritate tutoris, & agnatorum, vel cognatorum. Ex præmissis infertur ad secundam partem dubij, si enim citatio pupilli non subsistit, citatio inualida præscriptionem interrumpere nõ poterit. Bal. in l.cum notissimi.§.immo, num.5.vers.Et do tibi regulam, quòd ubi ad interruptionem præscriptionis sufficit citatio, oportet quòd illa sit ualida, aliàs non fit † interruptio. C.de præscrip.30. anno.& in l.& post edictum §.1.vers.Et ita quęro, ff.de iudi.& ad ea quæ cumulat Fely.in cap.illud.colum.3.versic.dum subdit Abb. & col. seq. de præscri.per Alex.& Ias.in l.fi. ff.eo.per quem fac.erit.Fran.Balb.in 5.q.prin.par.6.num.27.in 6.limi.in tract.præscr.Sarnen.qõ.45.de Anna.in prin.vbi infert etiam ad regulam de Trien.& colum.3.vers.Breuiter hæc materia.& quæstio.34. de Trien.vbi dicit Rotã ita conclusisse. Pro opi.

5 verò affirmatiua, ꝙ immo † pupillus infante maior validè citetur absque tutore, vel curatore, & tunc citatus intelligatur ad legitimè comparendum, voluerunt Ioan.And.in addit.ad Spec.tit. de Reo.§.1.in ver.auctoritate. Bartol.Pau.Castr. Imol.& Alexan.in l.contra pupillum. ff.de re iudi.Idem Bar.in l.1.§.sufficit. ff.de admin.tuto.& in l.qui habet.§.si pupillus 1.ff.de tute.Bald.in l. non eo minus.& in l.fin.C.de procu.gl.in l.si minor,& Alex.in addi.ad Bar.ibi.ff.de bo.autho.iudi.possi.Maria.Soz.in c.1.num.135.& seq.quęst. 6.& seq.de libel.obla.& de citatio. art.6.nu.43. quæst.19.& art.20.q.19.nu.49.Phi.Fran.post alios in ca.fi.de iudi.li.6.Ias.in l.2. num.11.in vlt. not.ff.de in ius vocan.Affli.præall. Dec.Neapol. 262.fuit in consilio, quem sequitur D.meus Phi. Dec.cons.549.requisitus. Si igitur valet citatio in personam pupilli, sequitur resolutio secundæ par. dubij, quòd interrupta fuerit præscriptio

6 † Regu.de Trien.ad glo.& Doct. in c.illud.de

7 præscrip.† per citationem enim lis pendet. c.pro posuisti.de fo.compet.cap.gratum.& cap.relatum.de offi.deleg.clem.2.vt li.penden. Rota in no.279.Rui.cons.61.num.2. vol.5.Affli.Decis. 220.num.13.Rolan.a Valle cons.31. nu.18.li.2.

8 Et quòd per citationem interrumpatur † præscriptio probat tex.in l. sicut, iun.glos.in ver.per executorem, & gl.in l.cum notissimi.§.imò, in ver. innouata.C.de præscr.tri.uel quadr. anno. Bart. in l.2.§.si rem alienam.ff.pro empto. & in l.naturaliter.in 2.colum.ff.de vsucap.Abb.& alij in cap.illud.de præscr.Alex.Ias.& Iaco. de S.Geor. in l.fi.ff.de eo per quem fac.er. Et hæc est vera in terminis nostris, ex quo præscriptio Regulæ de Trien.est odiosa, introducta contra negligentes, prout per Sarnẽ.q.22. super dicta Reg.de Triẽ. & per Paris.cons.81.volu.4. Hinc etiam dicimus

9 statuti nostri Romani † cap.101.de credi.negli. lib.1.& cap.18.de præscrip.li.4.& similium, præscriptionem interrũpi per solã citationem, quia currit ex sola negligentia. prout per Bar.in d.l.2. §.si rem alienam.num.20.ff.pro empto.Anto.de But.in cap.illud.col.pen.de præscr.Mil.in reper. in ver.præscriptio statutaria.Insuper cum pacifica possessio sit principalis substantia illius Regulæ, vt per Sarnen.& Paris.ubi supra. & idem Paris.num.3.& 6.pacificum possessorem eum dicat cui molestia nulla iudicialis, vel extraiudicialis mota fuit, negari non potest quin propter citationẽ præmissam quis desinat esse pacificus possessor, cùm pacificus dici non possit qui de iure, vel de facto molestatur.clem.Gratiæ. ubi gl.Cardin.nu.8.Imol.& alij.de rescr.Rot.61.sufficit in addi.in no.Gemin.consil.78.colu.3. & alij quos refero in 26.quæst.Reg.de Anna.Dubia pręmissa, super quibus scripsi, pluries discussa fuerunt in Rota coram R.P.D.Anto.Augustino in causa Segobien.Archipręsb.inter Guindisaluũ, & Ferdinandum.& die 16.Decembris 1547.prout annotauit, bo.me.Nouatus.Rota non resoluit, volens melius informari, tamen cœptum est inclinari in opinionem, quòd interrumpatur possessio triennalis. Die verò 27.Ianuarij 1548.Rota resoluit videndum esse, vtrum ille pupillus haberet tutorem, & casu quo non haberet citationem ualuisse, & sic interruptam præscriptionem triennalem. Et pro hac opi.est Dec. Achil.de Geras.1. sub titu.de citatio. quæ incipit, citatio de pupillo etiam sine tutore.alias est 41. Ad omne dubium tollendum, circa citationes pupillorum, & adultorum uidere poteris quæ scripsi super 4. Form. commis.in ver.ad legitimè comparen. & in clausulis sequen.

SVMMARIVM.

1 *Minori in beneficialibus, an detur restitutio in integrum?*

2 *Restitutio in integrum ei qui tractat de damno vitando concedi debet.*

3 *De beneficio acquirendo tractans, de lucro certat.*

QVAEST. XI.

1 Vndecimo quæro, † an in beneficialibus concedatur restitutio in integrum? Negatiua

2 videtur amplectenda, † restitutio enim in integrũ ei qui de damno vitando, non ei qui de lucro captando tractat, cõcedi debet. ad tex. in l.sciendũ. ff.qui.ex cau.maio.Bar.in l.1.in 1.q. C. de anna. excep.in l.etiam 2.ad fi.ff.de mino.& in l.fin.versus fi.C.in qui.cau.resti. in inte.non est neces.D. meus Phil.Dec.cons.261.superiorib.colum.5. in prin.Ripa in l. quod te.nu.49.ff.si cert.pet.Fulg. cons.61.D.Catherina.col.pen. vers.Ad l.planè. Tiraqu.de vtr.retr.par.1.§.35.Glo.2.nu.7.versi.

3 Et hæc maximè. † De beneficio quærendo tractans, de lucro captando certat.c.dudum, colum. pen.ibi.quæ in hoc casu, vbi de lucro. de præbẽ. lib.6.& ibi not.Gemin.colum.2.num.2. & Fran. in 10.not.Tiraq.in d.trac.de vtr.retra.§.1. gl.11. q.122.vers.Quod & hac ratione.Et ꝙ non detur restitutio in integrum in beneficialibus uoluerũt glo.2.in l.ait prætor.ff.de mino. Abb.in c.ex parte.nu.14.de resti.spol.Mil.in reper.in ver.Minor.

Præmissa

Præmissa uera sunt, nonnunquam tamen etiam in beneficiarijs restitutio in integrum cōceditur, præsertim re integra, vt videre poteris Dec. Putei 3. & 5. de in integ. resti. latè per Tiraq. præall. tract. vtr. retra. glo. 2. §. 35. nu. 9. & seq. vbi etiam de minoris restitutione ad lucrum, vers. Et hæc quidem. Et de restitutione in integrum in beneficiarijs, seu ecclesiasticis, vide omnino Lap. alleg. 52. oportet. ad fin. & Boe. Dec. 350. minor. ac Rebuff. in praxi benefici. dum ratione personæ, & rei, resignationem vitiari docet. num. primo, & seq. pag. 382.

SVMMARIVM.

1 *Minor in solutione canonis ratione emphyteusis cessans, an illa priuetur?*

2 *Minori non currit tempus c. potuit. de loca, & l. 2. C. de iu. emphy.*

QVAEST. XII.

1 DVodecimo quæro, † an minor cessans in so-
lutione canonis ratione emphyteusis, quam
ab ecclesia habet, illa priuetur? Vbertus tenuit
partem affirmatiuam. arg. tex. in l. si tutoris. C. de
admi. tut. dicens tamen, ꝙ minor restituetur, prę
sertim ubi administrator, seu tutor non esset sol-
uendo. l. si ex causa. §. pen. ff. de mino. cap. cōstitu-
tus. de in integ. restitu. & hoc si sine dolo soluere
cessauerit: si enim dolo, vel fraude, restitutioni
locus esse non deberet. Marti. verò de Fano vo-
luit tale tempus, scilicet biennium iuxta tex. in c.
potuit, loca. vel triennium iuxta tex. in l. 2. C. de
2 iu. emphy. non currere † minori, & consequēter,
quòd non perderet rem propter canonem nō so-
lutum per l. 2. C. de fun. patri. lib. 11. & l. fin.
C. in qui. cau. in integ. rest. non est neces. Has opi
nio. refert Specu. tit. de emphyt. §. nunc aliqua, q.
14. num. 24. & Bald. in addi. col. 3. versi. An bien-
nium, vel triennium, sicco pede transit, allegans
solùm l. si damnum. C. de admin. tut. uoluit cita-
re. l. si tutoris. cum gl. in ver. damnū. Et quia opi.
Mart. de Fano est vltima relata per Spec. tenen-
da erit, ad l. qui filium. §. Sabinus, cum gl. in ver.
& aliæ. versus fi. ff. ad Trebel. Bart. in l. bona filij.
num. 2. ff. depo. Bald. in authen. ex testamento.
col. 2. C. de colla. & Bald. in d. l. si tutoris. in sum.
iuxta illam glos. vult tempus soluendi canonem
ipso iure minoribus non currere. Et Bald. refert,
nec eius dictum improbat Ias. in l. 2. post nu. 48.
vers. Quamuis Bal. C. de iu. emphyt. Hanc opin.
Marti. glo. Specul. & Bald. veriorem, & æquio-
rem assero, vide nouissimè per Gigan. respon.
14. de pensio. vbi infert ad non soluentem pen-
sionem.

SVMMARIVM.

1 *Mater minor 25. infra annum filio tutorem non petens, an illius hæreditate priuetur?*

QVÆSTIO XIII.

1 DEcimotertio quæro, † an mr̄ minor 25. annis non petens tutorem filio infra annū, successione filij priuetur? q. cquid dicat Bald. Nouel. in tract. dotis par. 11. ad fi. membri 13. versic. Et sic videtur; negatiua opin. est vera, & magis communis, quam communem affirmat Bal. in l. preci bus, num. 17. C. de impub. Ias. post alios in l. minoribus. versus fi. qui magis communem asserit. C. de his, qui. vt indi. Idem uoluerunt Roma. consil. 279. visis. & Ias. sequens Bal. in l. sciendum. §. vlt. num. 11. ff. qui satisdi. cogan. Maria. Soz. Iun. consil. 8. in præsenti. num. 15. lib. 1. Grat. respon. 82. principale. num. 7. lib. secundo, & in specie est text. in l. fin. C. si aduer. delict. & ibi glos. Bald. & alij.

SVMMARIVM.

2 *Mater maior 18. annis, quæ ex forma statuti habetur pro maiore, an excusetur si infra annum non petierit tutorem filijs dari.*

2 *Statutum recipit interpretationem a iure communi.*

QVÆSTIO XIIII.

1 DEcimoquarto quæro, an mater † maior 18.
annis, quæ ex forma statuti pro maiore ha-
betur, excusetur si infra annum tutorem dari fi-
lijs non petierit? Hoc quæsitum in specie ponit
D. meus Phil. Dec. in c. ex parte. ult. nu. 35. & seq.
de appel. Loquens super statuto Florentino, qđ
est sub rub. 115. lib. 2. de Aetate legiti. & de obli-
ga. mino. Ipse Dec. concludit pro negatiua, quia
maior reputatur quoad istam pœnam, ex quo sta
2 tutum † recipit interpretationem a iure commu-
ni. l. ut gradatim. vers. Et si lege municipali. ff. de
mune. & hono. glo. in l. ult. §. in computatione. in
ver. non hæ. in fi. C. de iu. deli. cap. cum dilectus.
vers. Cæterum cum supradictum statutum, ꝙ ab
sentes non percipiant, a iuribus declarātibus ab-
sentes pro præsentibus haberi interpretationem
recepit. de cleri. non resi. Sic statutum disponens
maiorem 18. annis haberi pro maiore 25. inter-
pretationem, recipiat a iure communi, quādo ma
ior excusetur, vel ne. pro sua opin. adducit idem
D. meus dictum Bal. in authen. si captiui. ver. Sed
iuxta hoc. C. de epi. & cler. Contrarium tenuerūt
Cagnol. in l. si quis maior. nume. 40. C. de tran-
sactio. & Alciat. in l. sciendum. num. 7. in ver. qua
ratione. ff. de lega. primo. Et quia pœna imposita
est a iure contra matrem maiorem 25. annis non
petentem tutorem filijs, extra illum casum ex-
pressum non debet extendi. l. 3. in fi. ff. de præua-
rica. in authen. de non eligen. secun. nuben. §. cū
igitur, ibi, Nec quælibet est lex aliquid tale dicēs.
gl. in uer. in eisdem. in cle. 2. de æta. & quali. Ro-
ma. cons. 129. licet. col. 1. ibi, Dum tamen non sit
pœnalis. Hæc opi. contra Dec. æquior est, similis
huic erit quęst. infra 29.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Annus, & dies petendi inuestiturã, an currat mulieri maiori 14. an 12.*

2 *Annorum numerus non consideratur in petenda inuestitura.*

QVÆSTIO XV.

1 Decimoquinto quæro, † utrum annus, & dies petendi inuestituram currat mulieri quatuordecim annis maiori, an verò 12? Pro primo membro est text. qui pedem figit super 14. anno. in §. præterea. de prohi. feu. alie. per Federi. & ita ibi concludunt Docto. Contra verò subtiliter ponderant Lauren. Sylua de feu. cogni. quęst. 61. quòd tex. in c. si minori. si de feu. contro. inter domi. & agna. requirat tantum maiorem ætatem, & doli capacitatem, vt minor inuestituram
2 petere cogatur, non autem certum † annorum numerũ, videatur dicendum, quòd in muliere tempus 12. annorum requiratur, ĩ qua ætate maior, & doli capax consideratur. l. qua ætate. ff. de testa. & Insti. qui. mo. tute. fini. in princ. Respondet ad dictum §. præterea, quòd loquatur in ætate masculi. Ego primam opin. tanquam æquiorem, ac muliebri sexui fauorabiliorem sequor: Pręsertim quia tractatur de damno vitando, & de non incurrendo in pœnam, seu priuationem. Et illum §. præterea. indistinctè loquentem, indistinctè intelligendum esse censeo. ad l. Imperator. ff. de postula. l. 3. ff. de offic. præsid. l. de pręcio. & ita ibi summat Bartol. ff. de publica. cap. quia circa. de priuileg.

SVMMARIVM.

1 *Maiori 14. an currat annus, & dies petendę inuestituræ ipso iure.*

QVAESTIO XVI.

1 Decimosexto quæro, † an maiori 14. annis currat annus, & dies petendæ inuestituræ ipso iure, quanquam in integrum restituatur tanquam læsus: hanc quæstionem tracto inter casus annales, post numerum 174. vide quæ ibi scripsi.

SVMMARIVM.

1 *Minori, qui pacem, & remissionem cencesserat; an danda sit restitutio in integrum?*

2 *Restitutionem in integrum non dari in executionem pœnarum.*

QVÆST. XVII.

1 Decimoseptimo quæro, an minor, qui † pacem, & remissionem concesserat, in integrũ restituendus sit? Hoc disputauit Luc. de Pen. in l. vni. C. ut public. læti. uel consu. lib. 12. vbi concludit, quòd si petatur per minorem restitutio in integrum in uindictam, & necem alterius, semper denegetur. per tex. in l. auxilium in integrum restitutionis in executionibus pœnarum paratũ
2 non est. ff. de mino. † Pro quo etiam adduci potest tex. in l. sepulchri violati crimen. in fi. ff. de sepul. vio. Si uerò restitutio petatur aduersus damna, uel interesse tunc non denegetur. per nota. in dicta l. auxilium. in princ. & per tex. in l. fin. §. ult. C. de bon. vacan. Hanc Lucæ de Pen. distin. seu decisionem, nulla de eo mẽtione facta tenet Matthæ. de Afflict. in cap. 1. §. Iniuria punitur. col. 10. de pace iura. firman. Ego propter statutum Romanum lib. 4. cap. 23. de pact. non vali. & in lib. Refor. cap. 19. sub eo. titu. cui statutum simile est Florentiæ, & plerisque alijs in locis, consulerem in obtinenda pace, & remissione a minoribus, in eorum consensu adhibendos esse proximiores, rursus, & iudicis decreti interpositionem requirerem.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Florentinum, & similia, quò maior 18 annis pro maiore 25. reputari debeat an ualeat?*

2 *Aetatis venia impetrari non potest per minorem 20. annis.*

3 *Maior 18. annis, quòd pro maiore 25. habeatur per statutum disponi validè potest.*

4 *Statutum in ijs, quæ sunt iuris verè potest quem maiorem facere.*

5 *Statutnm est ius ciuile.*

QVAEST. XVIII.

1 Decimooctauo quæro, † an statutum Florentinum, Pisanum, & similia disponentia maiorem 18. annis, pro maiore 25. reputari debere, valeat? Supra de adolescentia. nume. 83. plures Docto. recensui hoc disputantes, nunc ad partes discutiam. Pro opin. negatiua arguo a rescripto,
2 ad statutum, sicut per rescriptum venia † ætatis impetrari non potest per masculum minorem 20. annis, & per fœminam minorem 18. l. 2. C. de his, qui veni. æta. impe. ita nec per statutum dari possit talis uenia ante annos præmissos, seu per statutum disponi, quòd legitima ætas dicatur ante illos annos. id uoluit Bero. consil. 49. tria mihi. post num. 18. lib. 1. & consi. seq. nu. 30. ac sequ. loquens de statuto Pisano. Secundo arguo ab absurdo. 1. ad Corint. 15. l. nam absurdum. ff. de bon. liber. l. fin. post princ. C. de vsur. rei iudi. Alexan. consil. 83. num. 5. lib. 2. D. meus Philip. Dec. consi. 19. Si concederemus, ꝙ statutum de minore 20. annis maiorem 25. efficere posset, sequeretur etiam, quòd disponere posset minorem 15. vel 10. annis reputari debere pro maiore 25. arg. eorum, quæ notat glo. in cap. pia. in ver. octo dierũ. vers. Sed quæres quare. de excep. li. 6. Non potest enim assignari ratio quare magis in 18. anno, quàm alio quis pro maiore habendus esset, & sic infi-

infinita iura subuerterentur,& ius ipsum naturale,non dans plenum intellectum in illa tenera ætate,ac imbecilli. Tertio pro illa opi. negatiua arguitur.Legitima ætas est 25.annorū.toto tit.C. de his qui ven.æta.impe.& toto titu.ff.de mino. 25.ann.ergo non pauciorum. Aetas legitima debet intelligi secundum ius cōe, non iuxta ius speciale.Bero.cōs.28.nu.57.li.3.ergo indistinctè sumenda est ætas legitima 25.anno.Plura alia pro præmissa,& pro contraria opin. adduci possent; quorum aliqua(ut præmisi) posui supra de adolescen.post num.83.ac nume.73. Communis,& verior sententia est pro affirmatiua, & vltra iam citatos eandem affirmatiuam tenuerunt Salyc.in l.2.C.de his,qui ven.æta. Aret.in l.more.col.3. ff.de acqui.hęre.Bal.Nou.in trac.Dotium.par.6.
3 in 63.priu.vers.In † maiore aūt 18.annorū.Paul. Castren.in l.momentaneæ.num.3.vers.Sed hoc deciditur.C.qui legi.perso. D.meus in c. ex parte.vlt.nu.36.de appel.Bero.cons.21.nu.62.li.2. Et ratio est,quia in ijs,quæ sunt iuris,prout in declaratione ætatis maioris statutum verè potest fa
4 cere talem † Bar.in l.si maritus.§.legis Iuliæ. ff.de adult.in l. si ijs qui pro emptore.ff.de vsuc.Corn. cons.108.col.2.lib.3.Cum ergo statuta hmōi loquantur vniuersaliter, in quolibet actu,& negocio omnia compręhendēt.vulga. l.Iulianus.ff.de leg.3.c.solitæ.de maio.& obed. & sic per passiuā interpręationem.Videatur Caccialu. in repeti.l. omnes populi.in 5.q.prin. ff.de iusti.& iur. Non ob.primum argumentum,quia non est generale, quòd per ius ciui. fieri non possit, per statutum
5 non fit.Insuper statutum † est ius ciuile,& ius ciuile tollere,seu limitare potest. l.ius ciuile.cum materia,& l.omnes populi.ff.de iust.& iu.§.Ius autē ciuile.Insti.de iure nat.gen.& ciui. c.ius ciuile.1. distin.& sic cum ius ciuile limitauerit ætatem minorem,vsq; ad annum 25.potest,& statutum ad aliud tempus maius,vel minus limitare. cū (vt præmisi) sit ius ciuile,& eiusdem potentiæ. vt ēt per Aret.in l.more.ff.de acqu.hære.Ad secundū respondetur, ꝙ non posset sequi absurdum quando statutum limitaret ætatem maiorem, vel minorem,ratione naturali,uel alia suadente: At si irrationabiliter lex,vel statutum emanaret, seu disponeret,nec statutum valeret,nec ipsa lex admitti deberet.c.erit autem lex.dist.4.Quid.n.si statutum,uel lex disponeret, ꝙ maior 8.vel 10. annis haberetur pro maiore 25. certè repugnaret rationi naturali contra dictum tex.in c.erit autem lex. iun.gl.in ver.secundum naturam.At in quibusdam locis, ꝙ maior 18. vel 20. annis pro maiore habeatur hoc non inconuenit, per rationem etiam dicti c.erit autem lex. ibi, loco,temporeq; conueniens.& toto illo c.aliter se Orientalium.distin.31.& conferunt, quæ scripsi supra de adolescen.post nume.82. Ad tertium respondetur ex præmissis,quòd statutum est ius uniuersale loci, ubi viget.

SVMMARIVM.

1 *Aetas 18.annorum iuxta statutum Florentinum, & similia,an sufficiat ad assumendam tutelam?*
2 *Mater maior 18.non petens tutorem filijs, quando non excusetur.*
3 *Negocij appellatione quid ueniat?*

QVÆSTIO XIX.

1 DEcimonono quæro,† an ætas 18. annorum iuxta statutum Florentinum,& similia sufficiat ad assumendam tutelam? Similem huic posui supra q.14.Bal.in specie disputat consil.105. quæritur vol.4.iuxta nouā impressionem, tandē pro negatiua cōcludit,ea præsertim ratione,quia tutela non est contractus,non negocium, non iudiciū,sed ius, ac potestas in capite libero ad tuendum eum,qui se propter ætatem tueri nō potest. Insti.de tute.in prin. Posset facilè opin. contraria substineri,pro qua sentire visus fuit Sozi.consi. 20.visis.num.6.iun.nu.11.li.1. Prius enim concluserat mulierē minorē 25. annis non posse esse tutricem filiorum, postea verò num.11.limitat, nisi adsit statutum, prout Florentiæ, quòd 18.annis maior in omnibus contractibus, iudicijs, negocijs, & causis pro maiore habeatur. quod vltra alios dicit tenuisse Ancha.in repet.cap.canonum statuta.de constitu.in 14.q.princ.Et idem uoluit D.meus in cap.ex parte,ult.nu.35.& seq.de appel.loquens de statuto Florentino,iuxta quod cō
2 cludit nō excusari † matrem maiorem 18. annis non petentem tutorem filijs infra annum: Cuius sententia mihi uera videtur,licet eam impugnare conentur Cagn.in l.si quis maior.nu.40.C.de transac.& Alcia.in l.sciendum.num.7.in ver.qua
3 ratione.ff.de leg.1.Et ꝙ sub illo ver. † negocijs, de quo in statuto Florentino, omne factum tam iudiciale,quàm extraiudiciale compręhendatur, quippe quod generalissimum sit probatur Deuteron.1.Non ualeo solus negocia vestra substinere,& pondus,& iurgia.& uoluit Isido.Ethymol. lib.19.cap.2.est tex.in c.forus. §.negocium multā significat.de uerb.signif.& ad alia, quæ adduco in Glos.Facult.§.considerantes.in ver.negociorum.

SVMMARIVM.

1 *Aetas 20.annorum iuxta statutum Romanū, uel 18.iuxta Florentinum,seu aliud simile, an sufficiat pro alienatione bonorum?*
2 *L.penult.C.de his,qui veni.ęta.impe. limitatur.*

QVAEST. XX.

1 VIgesimoquæro, an † ætas 20.annorum iuxta statutum Romanum,uel 18.iuxta Florentinum,uel aliud simile, ꝙ quis habeatur pro maiore 25.annis sufficiat pro alienatione bonorū immobilium? Supra de adolescen.ante numerū 87. vers.Bona tamen immobilia. conclusimus in terminis l.1.cum duabus sequē. C.de his, qui veni. æta.impe.pro negatiua,pro qua etiam glo.in d.l. prima,& Azo.in sum. Idem uoluerunt Castren. consil.271.aliàs iuxta nouam impres.106.quod incipit

incipit a secundo.num.2.lib.2.ac D.meus consi. 39.iuridicam.num.4. Opin.negatiuam in terminis dictorum statutorum veriorem puto, quam etiam tenuerunt Bal.cons.376.lib.1.Pau.Castrē. sibiipsi contrarius in l.2.num.9. C.de his, qui veni.æta.Corn.consil.108.lib.3. vbi etiam, quòd sufficiat hæc ætas ad procuratorem diuisionis. In hanc sententiam affirmatiuam inclinat Bal. Nouel.in tract.dot.in 63.priui. versus fin.vers.Imò fortè posset dictus minor solus alienare bona sua. Et expresse hoc tenuit Aret.in l.more.col.3. ff.de acqui.hære.vers.Prima conclusio, statutum validans contractum factum a minore, videtur permittere, ut possit alienare rem immobilem, vel obligare, licèt venia ætatis concessa a Princi-
2 pe hoc non operetur. & est magna limitatio † & noua ad l.penultimā.C.de his, qui veni.æta.impe. Ex ijs vltimis verbis elici potest solutio ad cōtraria, & conciliatio opinionū, ut prima opin.negatiua procedat in minore per rescriptum, vel priuilegium habilitato, & iuxta terminos dictę l.2.C.de ijs, qui veni.ęta. Secunda verò opinio affirmatiua in terminis statutorum limitantium ætatem maiorem, ac tollentium; seu limitantantium ius commune, quod quidem statutum facere potest, ut probaui supra quæstio.18. num. quinto. Pro præmissis, videantur etiam Bald.consilio 147.statutum.in fi.li.primo.iuxta nouam impress.Cagno.in l.si librarius.nu.45. & sequ.ff.de reg.iu.Goza.cons.16.nu.14.Alcia.in c.cum contingat.nu.153.& seq.de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Minoris 20.iuxta statutum Romanum, vel 18.iuxta Floren.in fauorem gesta, an ualeant?*
2 *Fauorem in alicuius inducta non debent in odium retorqueri.*
3 *Iudicium cum pupillo absque tutore nullum esse.*
4 *Pupilli ad vtilitatem valet sententia absque tutore.*
5 *Statutum Romanum super cōtractibus mulierum cum interuentu consanguineorum, non obstat, quando in vtilitatem mulierum.*

QVÆSTIO XXI.

1 Vigesimoprimo quæro, † an gesta in fauorē minoris, solemnitatibus nō seruatis valeāt? omissa disputatione pro affirmatiua concluden-
2 dum est, ne inducta in fauorem † in odium retorqueantur.iuxta tex.in l.quod fauore.C.de legib. In specie notat Ange.in l.2.ff.de acceptila. & Roma.cons.453.latè Corset.in ver. Pupillus, in suis singu. Et cessat ratio statutorum, quæ est ne lędatur
3 minor. Sic etiam videmus † iudicium agitatum cum pupillo absque tutore nullum esse. l. cum & minores. & ibi Bald.C.si aduer.rem iudi.l.1.C.qui legi.perso.habe.stan.in iudi.l.clarū. C.de aucto.præstan. Secus dicendum est, quādo
4 tendit ad utilitatem, † quia tunc valet, puta si feratur sententia in fauorem pupilli. tex. est, & ibi Bald.& Moder.in l.non eo minus.C.de procura. voluerunt Bar.& Bal.in l.si tutor.C.in quib.cau. in integ.resti.non est neces. Ratio est, quia in actibus concernentibus fauorem pupilli, is legitimā personam habere dicitur. secundum Bal. & Ias. in l.contra iuris.in prin.ff.de pact.per tex. Instit. de autho.tuto.in prin. Videri poterunt quæ scribam infra quæst.29. Sic etiam dicimus in statuto
5 nostro Romano † lib.4.de pact.& dona.non vali.ca.23.ac in lib.reforma.c.19.disponen.mulieres contrahere non posse absque consensu cōsanguineorum, & de statuto Florentino, ꝙ non possint contrahere absque munualdo, & pro similibus statutis, & quòd procedant in contractibus damnosis mulieribus, secus dicendum sit in contractibus vtilibus illis. ita Bald. in l.neque.C.de contrah.& commit.stipu.Ang.& Imol.in l.mutuum.§.fi.ff.de acqui.hære.Ias.in §.omnium.numc.41.Insti.de actio. Amplio, ut dispositio præalleg.l.non eo minus, ꝙ sententia lata in fauorem minoris teneat, procedat etiam si non interuenerit consensus minoris. post Ias.in d.l.non eo minus.nu.1.vers.2.extende Put.Dec.157.incipien. fuit dictum.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Minori habilitato, an competat in integrum restitutio?*
2 *Maiori repręsentato auferri beneficium in integrum restitutionis.*

QVAEST. XXII.

1 Vigesimosecundo quæro, † an si minor a lege, vel statuto habilitetur, vt maior, perdat beneficium restitutionis in integrum si lædatur? Affirmatiuè respondendum videtur, si enim, vt maior admittitur, & in integrum restitutio nō concedatur, nisi minori.l.3.§.sed virum. ff.de mino.l.vlt.& ibi Bartol.ad fi.Bal.ac Alex. in prin.ac Iacobi.de San.Geor.num.3.& seq. C.de in integ.resti.mino. hic, qui non minor, sed maior habetur, restitui nullo modo debebit. Et quod re-
2 præsentato maiori auferatur beneficium † restitutionis in integrum uoluit glo.in l.2.in ver. iudicis.C.de rescin.vendi.quæ loquitur in repręsentato maiore propter iuramentum præstitum, & in terminis repręsentati maioris per iuramentū communem affirmat Curt. Iun. consil.47.nu.2. Et ꝙ minor habilitatus, ut maior, perdat beneficium restitutionis in integrum concludit Sozin. cons.299.num.6.lib.1. Quod maximè uidetur dicendum in habilitato per statutum vrbis, & similia: vbi adsunt verba generalia, ac vniuersalia, quòd in quolibet actu, ac negocio sic habilitati pro maioribus habeantur. Qui opin.negatiuam tenere uellet, adducere posset glos. in l. vni. C.si de momen.posses.ac Bald.in authen.si capti ui.C.de epis.& cler. Rursus pro hac opin.negatiua, ac pro responsione ad contraria respondere potest, ꝙ l.ult.C.si aduer.rē iudi.& alia iura simpliciter

pliciter mandant restitui minorem læsum, ergo etiam si vt maior habilitatus sit: Aliud enim est esse talem, aliud haberi pro tali.l.si maritus. §.legis Iuliæ,& ibi Bart.ff.ad leg. Iul. de adult.l.non distinguemus.§.cum quidam. iunc.glos. ff.de arbitr.Bart. & cæteri in l. si is qui pro emptore. ff.de vsucap.

SVMMARIVM.

1 *Pensio infanti reseruata, qui ex dispẽsatione Apostolica fuerat factus clericus, mentione ætatis in pensionis constitutione nõ facta, nec eo aliter dispensato an sit nulla?*
2 *Pensio non assignatur non septenni.*
3 *Dispensatus ad vnum actum, non censetur dispensatus ad alium separatum.*

QVÆST. XXIII.

1 VIgesimotertio quæro, an † pensio infanti reseruata, qui ex dispẽsatione Apostolica clericus factus fuerat, mentione ætatis in constitutione pensionis nõ facta, nec secum aliter dispensato sit nulla? Hoc dubium discussum fuit in Rota in vna Adrien. pension. coram Decano inter Cardinalem S.Clementis, & Alphonsum de Sylua, & fuit tentum in casu ibi proposito, ꝙ pẽsio, quę reseruata fuerat Aloysio infanti, in 4. anno constituto, qui cum dispensatione Apostolica ante fuerat factus clericus, esset nulla, quia in huiusmodi reseruatione non fuit facta mentio ætatis, nec cum eo desuper dispẽsatum, præsertim quia literæ erant pro eo expeditæ veluti pro maiore, non autem, vt Cancellaria solet pro infante, de quib. literis pro infante tractauimus supra ca.3. de Infantia.num.23.vers.Laudabilia tuæ infantilis ætatis inditia.

Quinimò eidem concedebatur ob nõ solutionem pensionis regressus ad parrochialem ecclesiam, siue ad beneficium curatum. Et illa pensio reseruabatur postquam clericali charactere fuerit insignitus: Et sic Papa intellexit illam velle dare clerico, non laico, & sic post ætatem septem annorum, cum quis ante septennium non possit promoueri ad clericatum, vt probaui supra c.4. de pueritia.nu.2. Et ante illam ætatem non pos-
2 sit assignari pensio sine dispensatione. vt dicunt Hyero.Gig.de pensio.quæst.13.& Io. de Selua. de benefi.3.par.q.5.ad nota. super c. inordinata. de præb. & ibi Abb.& idem Gig. q.18.dicit, dispensatum ad beneficia curata, & simplicia, non censeri dispensatum ad pensionem. Cum igitur tempore reseruationis pensionis Aloysius non esset ætatis legitimæ, & Papa non intellexerit ei ante legitimam ætatem dare pensionem, gratia, & pensio est nulla.c.si eo tempore. de rescr.li.6. Quinimò dando illi regressum in euentum non solutionis, intellexit illum maiorem 25.annis.c. cum in cunctis.§.inferiora.de elect. Et sicut subreptio uitiat literas ad beneficia, eodẽ modo ad pensionem, Gig.de pensio.q.100.num.13. Et dispensatio ad clericatum, non inducit dispensationem ad beneficia, vel pensiones.argu.tex.in cap.
3 vlt.de fil.presby.lib.6. Quia dispensatus † ad unum, non censetur dispensatus ad alium separatum, ad nota.per Felyn. in cap. at si clerici. §.de adult.de iudi.& per eundem Felyn.in cap.postulasti.colum.12.& sequen. post Abb. de rescri. Hæc inuenies in Dec.Guidobo.138.incipien. in vna Adrien.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahens cum minore 12.annorũ an beneficio priuetur?*

QVAEST. XXIIII.

1 VIgesimoquarto quæro, † an beneficiatus cõtrahens matrimonium cum minore 12.annorum per verba de præsenti, non sequuta copula perdat beneficium? Argumẽta pro utraque parte ponuntur per Rot.103. Nota ꝙ ubi clericus.sub titu.de sponsa.in antiq. Videbatur dicendum, ꝙ non perderet clericus beneficium suum nisi adueniente legitima ætate in muliere, & matrimonium sic contractum ratificaretur modis illis, de quibus per tex.glo.& Docto. in cap.vni. de despon.impube.lib.6. At contraria opi.quòd beneficium amittat iuxta thema prædictum pro ueriori tenta fuit, prout in præalle.Dec.

SVMMARIVM.

1 *Confessioni puellæ cum iuramento in 11.anno constitutæ sed à uiro cognitæ, an stetur.*
2 *Authen.sacramenta puberum.habet etiam locum in proximo pubertati.*

QVÆSTIO XXV.

1 VIgesimoquinto quæro, † an stetur confessioni puellæ in iudicio cum iuramento in 11. anno existenti, ꝙ fuerit carnaliter cognita ab eo, cum quo matrimonium contraxit? Pro opin.affirmatiua arguo sic, Qui potest actum facere, potest & actum confiteri, hinc dicimus septennẽ posse delinquere, posse mentiri, posse verum dicere, posse & confiteri, ac negare. ut per diuum August.in epist.ad Renatum episcopum. & per glo.1.in cap.paruuli.de consecra.distin.4. Secundo in minore proximo pubertati habet etiam lo-
2 cum † authen.sacramenta puberum. C.si aduer. vendi.vt per Bart.ibi.nume.9. & tam ipse, quam alij ibidem hanc communem affirmant, prout etiam Abb.in consil.39. lib.1. Corn.consil.240. lib.1. Alex.post Castren.in l.qui iurasse.in princ. ff.de iureiur.D.meus in l.pupillum. num.3.ff.de regu.iur.

Tertiò habemus, quòd mulier in duodecimo anno cognosci potest.vt in cap. continebatur. de despon.impube. Contrarium decisum fuit in Hispalen. Matrimonij, & sic pro opin. negatiua, videlicet,

delicet, quòd non stetur tali iuramento, seu confessioni iuratæ. prout Dec. Put. 1. sub tit. de confess. incipien. confessio mulieris. ac Dec. eiusdem 67. lib. 1. incipien. Die 26. & 28. Nouemb. 1543.

Non obstat primum, & vltimum argumentum, quia etsi in alijs materijs proximus pubertati, vel etiam non proximus, vbi tamen malitia supplet ætatem, pro pubere, ac pro delinquente plerunque habeatur. In peccato tamen carnis hæc non procedunt: Nec in matrimonialibus proximus pubertati is dicitur, qui aliàs in alia materia talis diceretur, vt omnia hæc probātur per dictum capit. continebantur. & ibi per Abb. & alios. de despon. impube. Et licet non negetur quin puella in illa ætate cognosci possit, tamen si de hoc non apparet aliàs quàm per huiusmodi confessionem iuratā hoc non præiudicat: Imò præsumptio iuris est in contrarium, cum non præsumatur potentia naturalis in illa ætate. c. 1. de deli. pue. cap. 1. cap. puberes. & cap. vlt. de despon. impube. & per Docto. in dicto cap. continebantur.

Ad secundum, quòd authen. sacramenta puberum. habeat locū in proximo pubertati, respondetur, vt supra, quòd proximus pubertati non dicitur in materia matrimonij, qui distat per sex menses a pubertate. vt per Doct. in dicto capit. continebatur.

SVMMARIVM.

1 *Expressio in gratia super beneficio motu proprio, quòd quis esset in duodecimo anno, licet esset in decimo, an illam subreptitiam reddat?*
2 *Ignoratia excusat.*
3 *Impetrans narrata in gratia probare debet.*
4 *Motu proprio, licèt dicatur fieri gratia, plerunque tamen fit ad partis instantiam.*
5 *Motus proprius non se extendit ad incognita, & ad ea, de quibus Papa non est bene instructus.*
6 *Ignorantia crassa non excusat.*

QVÆSTIO XXVI.

Vigesimosexto fuerat impetrata gratia motu proprio super præceptoria Tarraconen. quæ erat dignitas per procuratorem M. absentis: in supplicatione, seu literis aderat clausula, Quique, vt asseris, in duodecimo anno existis: probatum fuit, quòd M. tempore gratiæ, in decimo suę ætatis anno constitutus erat: quærebatur in Rota
1 coram Thanis, an † gratia huiusmodi subreptitia esset.

Pro opin. negatiua ponderari potest, quòd gratia impetrata erat per procuratorem, qui verisimiliter ignorabat ætatem, & alias qualitates sui clientis, & ipse M. absens pariter ignorare debebat, qualiter supplicatio conficienda esset, & quid in ea narrare oporteret, quidve eius procurator facturus, & expressurus esset: ignorantia
2 † autem excusare debet. l. quicunque. C. de seru. fugi. l. prima. ff. de recepta. latè Bald. in l. error. in 2. quæstio. C. de iur. & fac. ignor. & vbi adest ignorantia cessat dolus: & impetrans excusatur. cap. gratia. & ibi Archid. & Ioan. And. in ver. ignorari. de rescrip. lib. 6. Idem Ioan. And. super regula ignorantia. eo. lib. 6. Lap. alleg. 89. num. 3. versic. Vbi enim est ignorantia. Insuper gratia facta motu proprio excludit subreptionem. capit. si motu proprio. de præben. li. 6. clem. si Romanus. eod. titu. Contrarium fuit conclusum, & sic pro affirmatiua, & considerabatur, quòd gratia haberet duas partes, vna erat ad supplicationem partis, ibi, Qui vt asseris in duodecimo anno consti
3 tutus existis, † impetrans igitur probare tenebatur narrata per se. Ioan. And. in cap. primo, de lit. contest. lib. 6. Fely. in cap. constitutus. in fi. de rescrip. Dec. consil. 403. quamuis in casu. num. 17. ac consil. 541. visa. num. 16. & Paris. consil. 138. post princip. volum. 4.

Præterea, licèt gratia dicatur fieri motu pro-
4 prio † fit tamen sæpissimè ad petitionem, & instantiam partis. glo. penult. in l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Cardin. cons. 142. Punctus. ante fin. D. meus Phil. Dec. in cap. ex parte. in 2. not. de rescr. & hoc apud nos est indubitabile, quippe qui id fieri in dies videmus.

Amplio, dato quòd dici potuisset verus, & ge
5 nuinus motus proprius, tamen † ille non se extenderet ad incognita, & ad ea, de quibus Papa non est plenè instructus. Bald. in l. vlt. C. de crimi. sacrile. vers. Sed in ijs, in quibus Princeps. sequitur Felyn. in cap. causam quæ. 2. num. 7. in 4. not. de rescrip. Non solùm hæc ætas incognita poterat esse Papæ, imò credere debuit, quòd M. in duodecimo anno (prout sibi suggestum fuerat) constitutus esset, licèt veritas se aliter haberet.

Nec obstat illud de absentia M. principalis, quia nec eiusdem, nec eius procuratoris ignorantia aliqua probabilis, & excusabilis concipi pōt: ille enim, vel pro eo agentes debuerunt ueram omnium requisitorum pro impetranda præmissa gratia instructionem transmittere, procuratoremq; de omnibus necessarijs certiorem reddere: ipseque procurator pro instructione vera habenda undique perquirere, & diligens esse: imò alter, uel vterq; eorum summum Pontificem decipere tentauit, ac decepit, quo fit, vt dolus, & fraus talibus prodesse non debeat. c. super literis. ibi, Insitæ peruersitaris pœnam. de rescr. c. in nostra. post medium. ibi, Nisi dolo, uel fraude. de sepult. c. auaritiæ. de electio. lib. 6. Insuper supina,
6 & crassa † fuisset hæc ignorantia, quæ non excusat. Angel. & Castren. in l. si duo. ff. de acqu. hęre. Anto. de But. in ca. 2. colum. penul. de consti. Cardin. in clem. 1. in 5. quæst. de cōsan. & affi. Gemi. in c. memoriam. col. 2. distin. 19.

Nec etiam excusat in ijs, quę quis inquirere tenetur. capit. u. ad falsariorum. de crimi. falsi. Nec quando ignorantia est circa illud, quod quis facilè scire potuisset. glo. in l. locus. ff. de acquiren. possess. Calcan. consil. 24. colum. quarta. Rip. respon. 12. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Commendata præceptoria in fauorem impuberis cum clausula, quamprimum 14. annum compleueris tenearis professionem emittere, quãdo commendatarius ad id teneatur?*
2 *Quamprimum, & mox, cum certo temporis spatio intelliguntur.*
3 *Actus pro ualiditate in dubio præsumitur.*
4 *Diei aduentus constituit in mora.*
5 *Interpellatio insurgens ex lapsu diei appositi efficacior est, quàm interpellatio expressa facto hominis inducta.*
6 *Correlatiuorum in uno dispositum, & in altero dispositum censetur.*
7 *Papa rescribendo videtur se iuri communi confrontare.*
8 *Rescriptorum interpretatio a iure sumenda.*

QVAEST. XXVII.

VIgesimoseptimo quæro, fuit commendata præceptoria S. Antonij Aretin. impuberi cũ clausula; Quamprimum 14. annum compleueris tenearis emittere professionem, alioqui præceptoria vacare censeatur. Commendatarius post 35. dies completo 14. anno resignauerat præstimonio, reseruato sibi regressu, quærebatur in Ro
1 ta, an † regressus huiusmodi subsisteret, & quando commendatarius teneretur professionẽ emittere? Pro regressu dicebatur, quòd licet illa ver-
2 ba, † Quamprimum 14. annum compleueris, haberent varias interpretationes, vt per glo. in ver. diuertit, per Bartol. numero nono, ac Ias. colum. secunda, vers. Aliquando mox intelligitur quàm primum, in l. fructus. ff. solu. matrimo. tamen intelligenda essent cum aliquo temperamento, ac temporis spacio. iuxta tex. in l. ratum autem habere dominus debet mox cum primum certior factus est, sed hoc cum certo temporis spatio accipi debet. ff. de solutio. & in l. quo enim. §. Iulianus ait. ff. rem rat. habe. l. diuortio. ff. nego. gesto. l. quod dicimus. ff. de solutio. glo. in ver. restitui. in l. Æmilius. ff. de mino. Et istud procedit, siue tempus sit a lege; siue ab homine appositum. Bald. in capit. primo, colum. secunda. de no. for. fideli. Roma. consilio 27. in fi. Purpurat. in l. vinum. columna secunda. ff. si certum petatur. Et sic iuxta subiectam materiam interpretatio facienda erit, quale temporis spatium concedi debeat, & regulariter iudicis arbitrio remittetur. Vnde cum hic supponatur trigintaquinque dies lapsi post completum 14. annum non videtur nimium tempus, vt per Docto. in locis supra citatis. Et videmus, quòd debitores fisci ad quærendas pecunias expectari debent per tres, vel duos menses. l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iu. fisci. Et hæc opinio mihi, aliàs visa fuit benignior, &
3 tenenda, præsertim pro validitate † actus, quæ præsumptio ĩ dubio omnes alias vincit. ad l. quoties. ff. de reb. dub. Fely. in cap. pastoralis. colu. 3. de rescrip. capit. quoniam Abb. & ibi Do. meus de offic. deleg. Idem Dec. consil. 344. applaudet. in fi. Et hæc opinio confirmabitur ex tertia opin. quam infra subijciam. Contrà, regressum dicebatur nullum fuisse (& sic prosequor secundã opinio.) ratio nullitatis allegabatur, ex quo resignans nullum ius haberet, cum præceptoria iam vacasset non emissa statim professione quamprimum completus fuit annus 14. nihil igitur remansit penes commendatarium, ergo nihil alteri dare potuit ex illa tritissima regula, nemo dat quod non habet. Et stante dicta clausula; Quamprimum &c. poterat dici adiecta certa dies, videlicet, annus 14. completus: Et licet interpellatio hominis non constituat aliquem in mora taliter, quin requiratur aliquod temporis interuallum. ut in alleg. l. quod dicimus. ff. de solutio. & in l. ratum. ff. eod. tamen, ubi est expressus dies,
4 aduentus illius diei † statuit, & constituit in mora absque aliquo temporis interuallo. l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipulatio. l. secunda. C. de iu. emphyteu. cap. potuit. de loca. glo. in clemen. quia contingit. in §. vt authen. in ver. singulis annis. de relig. domi. Bart. in l. quarta. §. hoc autem iudicium in prima oppo. ff. de dam. infec. Ancharan. consil. 65. in fin. Do. meus consil. 452.
5 nume. 9. Imò efficacior est † interpellatio insurgẽs ex lapsu diei appositi, quàm interpellatio expressa facto hominis inducta. Bald. in l. verum. columna sexta, versic. Item quando vult probare moram hæredis. ff. si certum petatur. Ias. in l. si ex legati causa. colum. 3. in 1. amplia. ff. de verb. obligat. & in l. si mora. numero 21. ff. solu. matrimo. Dominus meus in l. quod te. colum. vlt. ff. si cer. pet. Item hic fiebat executio ipso iure, quo casu non admittitur purgatio moræ. ut in cap. licet canon. & ibi gl. in ver. priuatur. de elec. lib. 6. & l. si insulam. & ibi Doct. ff. de verb. oblig. Insuper casus noster est clarus, ut quamprimum excessisset 14. annũ, profiteretur, quod facere potuisset, & debuisset Papa id mandante, & sic cessant contraria, quæ loquuntur quando essemus in dubio, quo casu locus esse potuisset arbitrio iudicis: at iste cum non paruerit mandato Papæ; cui statim parere poterat finito 14. anno se promoueri faciendo. iuxta tex. in c. ad Apostolicam. de regula. & ca. non solum. eo. lib. 6. iun. ijs, quæ circa prin. præmittit ibi Geminia, videlicet, quòd illi anno probationis possunt ingrediens, & recipiens renunciare. Et in casu nostro videtur, quòd Papa necessitatem imponat renunciando illi anno probationis, cum dixerit: Quamprimum &c. Et hic cadere posset discussio, an sicut Papa vult, ꝙ statim hic commendatarius finito 14. anno se promoueri faciat: ita etiam velit, quòd abbas teneat tunc illum admittere ad professionem, ac recipere non expectato anno probationis ex vi, & potentia correlatiuorum, prout dicimus in præcepto, vel prohibitione factis emptori, an afficiant uenditorem, & contra, & etiã circa alia correlatiua: Abbas enim, & monacus; recipiens, & receptus sub correlatiuis veniunt: vnde dispositum

6 tum † in vno ex correlatiuis, & in altero dispositum esse censeri debeat, etiam in materia pœnali. Bartol. in authen. qui semel. C. quomodo & quan. iud. Bald. in l. nemo. C. de sacrosan. eccles. Abb. in cap. quia clerici. de iu. patron. in cap. vlt. de Iudæ. in cap. cum contingat. colum. 8. de iureiuran. Raph. Cuman. consil. 35. Roma. cons. 180. Geminia. in capit. primo. in 3. not. in 2. fallen. de tempo. ordin. lib. 6. Fateor, quòd pœna non erit proportionata vtrique, ad ea, quæ notant Doct. modo citati. Hæc opin. in puncto iuris videretur tenenda.

Tertia opin. erat, vt annus integer post finitum 14. expectandus esset, & sic totus 15. probationis annus. cap. Gonzaldus. decimasexta quæst. secunda. præalleg. cap. ad Apostolicam. de regula. ac capit. non solum. eodem titu. lib. 6. Et cum hæc sit uia ordinaria, & regularis, & solita, iuxta illam interpretatio facienda est. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edic. Innocent. in capit. olim. de verborum significat. numero secundo. Abb. in capitulo certificari. numero secundo. de sepult. Sozin. consil. 53. viso instrumento. nume. octauo, uolum. quarto, D. meus consil. 441. Præsens consultatio. nume. duodecimo, & sequen. Et cum de iure probationis annus expectetur, Pa

7 pa † rescribendo videtur illi iuri communi se confrontasse, & sic intellexisse, quamprimum 14. annum compleuerit subsecuta postea probatione ordinaria, solita, a sanctis patribus, & a sacris

8 canonibus instituta: Interpretatio enim † rescriptorum a iure sumenda est. l. rescripta. & l. nec damnosa. C. de preci. impe. offer. l. si quando. in princip. C. de inoffic. testam. cap. causam quæ. de rescrip. Io. And. in cap. cum dilectus. colum. prima, vers. Cum enim rescripta. de iu. patron. Bal. in l. bonorum. C. qui admit. D. meus consil. 114. & pro tenui, numero tertio. Proposito dubio præmisso in Rota nihil resolutum fuit, quia uoxta fuerunt diuisa. ut Dec. Put. 268. incipien. fuit commendata. lib. primo. Si quid postea in eadem causa conclusum fuerit nondum percepi. Hodie super materia huiusmodi aliter rescriptum signaretur, ac aliter interpretatio facienda esset stante decreto concil. Triden. sessio. 25. sub titu. de Regula. capit. 15. incipien. In quacunque religione tam virorum, quàm mulierum hodie professio nõ fiat ante decimumsextum annum expletum, nec qui minore tempore quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur, professio autem ante facta sic nulla &c.

SVMMARIVM.

1 *Aetatem narrans in prouisione, an eam probare teneatur?*

2 *Narrata in gratia probari debent.*

QVAEST. XXVIII.

1 Vigesimooctauo quæro, an † narrans ætatem in sua prouisione eam probare teneatur? Puta minor petens sibi prouideri de aliqua dignitate, uel beneficio ecclesiastico curato uacante per resignationem, narrat se in 18. suæ ætatis anno constitutum, & in literis dicitur, Tibi, qui in 18. tuæ ætatis anno, vt asseris, constitutus ex istis & cæter. quærebatur in Rota, an ipsi resignatario onus sibi probandi dictam ætatem incumberet, ex quo instabat pro absolutoria, an verò agenti, qui ueniebat ex alio iure, & petebat ius suum canonizari, & opponebat contra resignationem, videlicet, quia tempore resignationis ille non esset in ea ætate, quam expressit. Domini de Rota sic distinguebant, Aut ambo veniebant ex eadem uacatione, puta unus ex resignatione, & alius ex eadem vacatione alio titulo, & tunc resignatarius, dato, quòd instaret pro absolutoria tenetur probare ætatem narratam, & etiam a-

2 lia narrata † in gratia iuxta dictum nota. Ioan. And. in capit. primo. de lit. contest. lib. sexto. quẽ alij ibi sequuntur, & Abb. in capitu. constitutus. in penulti. not. num. quarto. de rescrip. & ad tex. in l. ei qui dicit. ff. de probatio. & capit. ultimo. 6. quæstio. quinta. quæ maximè procedunt quando talia sunt narrata, quæ Papam faciliorem reddere potuerunt ad concedendam gratiam huiusmodi. Dominus meus Philip. Dec. consi. 403. quamuis in casu. numero 17. 541. visa. numero 16. & consil. 695. visa. numero 24. ac Paris. consi. 138. post princip. volum. quarto. Aut ambo non veniebant ex eadem vacatione, sed secundus impetrauerat certo modo, & prætendebat, quòd beneficium uacaret ex quo non expresserat veram ætatem, & tunc certo modo impetrans tenetur probare illum non fuisse in ea ætate. ad tradi. per Mil. in suo repert. in ver. Gratia si dicitur subreptitia. Rot. 3. nota reus. sub titu. de probatio. in antiqu. Felyn. in cap. in præsentia. colum. secunda, vers. glos. in ver. eodem titulo. de proba. vbi ét quòd impugnanti electionem ex defectu ætatis incumbit onus probandi. Alexand. cons. 149. colum. vlt. volu. 5. Et ita conclusit Rota vlt. Martij 1542. prout Dec. Put. 303. incipien. Licet dubitatum. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Infantis ad utilitatem sententia cum illius procuratore, seu actore illegitimè constituto, an valeat?*

2 *Ecclesia, & minor æquiparantur.*

3 *L. non eo minus. C. de procur. extenditur ad ecclesiam.*

4 *Contractus cum ecclesia factus, ex defectu solemnitatum non potest allegari nullus ecclesia illi stare volente.*

5 *Eadem l. non eo minus. procedit in minore habente intellectum.*

QVÆSTIO XXIX.

1 Vigesimonono quæro, an † sententia ad vtilitatem infantis cum eius procuratore, seu

actore illegitimè constituto valeat, & sic an dispositio text. in l. non eo minus. C. de procur. de minore loquens procedat etiam in infante? Pro affirmatiua faciunt tex. in l. 1. C. de aucto. præstã. & adducta supra q. 21. vbi probauimus sententiam ad vtilitatem pupilli absque tutore latam valere, licèt regulariter iudicium cum pupillo absque tutore inualidum sit. l. 1. C. qui legi. perso. habe. stan. in iudi. sic in casu nostro dicendum videtur, licèt infans nihil absque tutore agere, vel pro eo agi possit: tamen ad eius fauorem, in eiusq; utilitatem actus omnes substinentur. Pro-
2 ut etiam dicimus in ecclesia, quæ † & minor æqui parantur. cap. 1. de in integ. restitu. glo. & Docto. in l. Imperatores. ff. de re iudi. Specu. in titu. de lo ca. in §. 6. vers. 14. & sequ. Et quòd dicta l. non eo
3 minus. extendatur † ad ecclesiam concludit ibi Ias. post alios. post princ. in 4. extensione. Quod etiam uoluerunt Imol. & Abb. & D. meus Phil. Dec. num. 40. & seq. in c. causam quæ. de iudi. Et pro hac opi. adducitur ratio, ac regula generalis, quæ est, quòd ecclesia, & minor in ijs, quæ ad eorum utilitatem tendunt non egeant solemnitatibus, auctoritate, consensu, vt per D. meum in dicto cap. causam quæ. num. 42. versi. Non obstat, quòd dicitur de auctoritate requisita, & per alios supra citatos. Et quòd contractus cum ecclesia fa
4 ctus ex defectu solemnitatum † contra ecclesiã si ecclesia illi contractui stare voluerit non possit allegari nullus, voluit Ias. in l. cum hi. §. cum autem transactionem. ff. de transactio. & in l. 2. in nota. C. de iu. emphyt. ac D. meus in cap. quæ in ecclesiarum. in 5. not. de constitu. Et ita conclusit Rota in Burgen. administration. seruitij pro monialibus de villa maiori, corã Aquen. 24. Aprilis 1542. prout Dec. Put. 313. incipien. Vbi quando quis. lib. 1.

Pro opin. negatiua, & sic quòd dispositio tex. in alle. l. non eo minus. non procedat in infante, sed tãtum in minore, & pupillo, ea ratione, quia infans intellectu careat, ut limitat ibi Ias. ac declarat in 2. extensione. & Bar. in l. furioso. cir. princ. vers. Ad l. non eo minus. dic, quòd aliud in mi-
5 nore † qui habet intellectum. & ibi clarius Alexan. & Iacobi. de S. Geor. ff. de re iudi. & pro hac opin. negatiua conclusit Rota coram Capizucco in Roman. Alimentorum, & status sub die 16. Nouemb. 1552. prout Dec. Guidob. 73. inci. Fuit tentum coram Capizucco.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio in fauorem minoris reseruatis fructibus &c. an & quando ualeat?*
2 *Minor absque consensu potest facere conditionem suam meliorem.*
3 *Asserere nostrum non facit, quòd aliquid sit uerum, uel falsum.*
4 *Marito agente tanquam procuratore mandato nõ apparente, non ualet iudicium tanquam a coniuncta persona agitatum.*

QVAEST. XXX.

Trigesimo quæro, A. constituit procuratorẽ ad resignandum in fauorem B. impuberis, reseruatis sibi ualidè infrascriptis, & nõ aliàs &c. videlicet, fructibus, regressu, & cæteris: cum derogatione Regulæ de præstando consensu, attento, quòd resignatio fit in fauorem minoris. B. resignatarius cõstituit procuratorem ad acceptandum, ac consentiendum reseruationibus huiusmodi, asserens ipse impubes in mandato, quòd hoc faciebat in præsentia, ac auctoritate, & licentia Calfurnij, quem suum legitimum curatorem auctoritate ordinaria deputatum affirma-
1 bat, an † resignatio huiusmodi cum illis reseruationibus, aliter non constito de deputatione Calphurnij in curatorem, valida fuerit. Dixi-
2 mus in proxima præceden. quæstio. quòd † minor etiam sine consensu tutoris, vel curatoris potest facere conditionem suam meliorem, iuxta tex. in l. prima. C. de aucto. præstan. Institu. de aucto. tut. circa princip. ac §. pupillus. Instit. de inutil. stipulat. l. Iulianus. §. si quis a pupillo sine tutoris auctoritate emerit, ex uno latere constat cõtractus, nam qui emit obligatus est pupillo. ff. de actio. emptio. & l. neque. C. de contrahen. & committen. stipulat. & ibi Bal. Sozin. consil. 80. volu. quarto. Tiraquel. de legib. connub. glo. 8. nume. 56. cum aliis seq.

Hic agitur de commodo, honore, ac fauore minoris, cum resignatio beneficij quoad resignatarium dicatur fauorabilis, & propterea in supplicatione dicitur, Resignat in fauorem N. Ergo dato, quòd illa simplex assertio, quòd Calphurnius, qui consensit constitutioni procuratoris esset constitutus procurator non probet, seu non
3 releuet: † nostrum enim asserere non facit, quòd aliquid uerum sit, uel falsum. Aristo. 2. Periherminiæ, seu de interpretatione. l. inter omnes. §. recté. ff. de furt. l. ultima. in fi. ff. de crimi. expi. hære. Bart. & Bald. in l. Marcellus. ff. rem. rat. habe. Tamen quia absque tutore, uel curatore actus isti ad commodum minoris subsistebant, non est curandum curator ille esset, vel non. Insuper resignans noluit stare soli cõsensui, sed obtinuit clausulam præmissam derogatoriam Regulæ de præstan. consensu, aliter resignare non intendens, vt supra. Si igitur Papa uoluit non esse necessarium consensum, igitur resignatio ob causam non præstiti legitimi consensus impugnari non poterat, prout aliàs decisum fuerat in Rota 4. Maij 1554 in Acherontin. coram D. Oradino. Verum obstare videtur, quòd cum rebus minori vtilibus, coniunctum videbatur onus: ad l. primã. §. ultimo. ff. de rebus eo. Gozadin. consilio decimosexto. numero octauo. Ad quod respondetur, id procedere vbi ante ius quæsitum esset minori: & sic intellexit Gozadi. dicto consilio 16. Verum quocunque onere considerato, videlicet, regressu, reseruatione fructuum, & alijs, adhuc minor agit de lucro, saltem ratione spei: vt verisimile

mile enim est omne commodum minorem consecuturum, vel id sperari, uel credi potest. Aliud etiam obstare videtur præmissæ opinioni, quòd scilicet minor elegisse visus fuerit viam authoritatis, & consensus ipsius curatoris, vnde succedit theoria Ludo.Roma.consil.466. primus propo-
4 sitæ.colum.prima.vbi quòd si † maritus agat tanquam procurator uxoris, deinde repertum fuerit eum non habere mandatum, quòd non valeat iudicium tanquam agitatum a coniuncta persona.glos.in uer.potes, cum duabus præceden.C. si quis alte.uel sibi.in cap.cum super. de offi.dele. Ias.in l.exigendi ante numerum 10.versicu. Et consuluit Ludo.C.de procur.Huic oppositioni respondetur, quòd minor non potuit se illi formæ astringere, quæ ei necessaria non erat, & Papa derogauerat Regulæ.de præstan.consensu, ut præmissum est. & ita conclusit Rota in Carthaginen.Archidiaconatus, prout Dec. Paleot.226. incip.Aegidius Senior.

SVMMARIVM.

1 *Citatio per proclama, an sufficiat etiam ad sententiam contra minorem, non principaliter, sed secundario interesse habentem?*

2 *Proclama sufficit contra habentem interesse secundario.*

3 *Interesse habentes secundario ad hoc, ut sententia afficiat requiritur sententia generalis.*

QVÆSTIO XXXI.

1 TRigesimoprimo quæro, an † citatio per proclama etiam quoad sententiam sufficiat cõtra minorem, non principaliter, sed secundario interesse habentem? Quando maior habet interesse, non principaliter, sed secundario, per proclama ualidè citatur, & sic non requiritur specia-
2 lis citatio, sed sufficit hæc, † quæ generalis dicitur.l.si eo tempore.C.de remis.pigno. Barto.in l. decem.post numerum 4. vers. Sed aduerte, quia in proposito puto, quòd sufficiat citatio generalis.ff.de verborum obliga. & in extrauag. ad reprimen.in ver.per prędictum. Bal.in l.2.colum. ult.C.quan.fisc.uel priua. Angel.in l. si per lusorio.ff.de appel.Fely.in cap.vlt.colum.2.de maio. & obedien.Ias.in l.nequicquam. §. ubi decretũ. num.36.ff.de offi.procon.& lega. Et ex pręmissis, & ex ijs, quæ uoluerunt Bald.in l.ab eo.in fin. C.quomo.& quan.iud.Paul.Castren.in l.si patroni.§.vlt.ad fi.ff.ad Trebel.ac in alleg. l.decem. colum.penul. ff.de verb.obli.& Alexand.in l.de unoquoque. columna vltima.ff.de re iudi.con-
3 cluditur, quòd ad hoc, vt sententia afficiat † interesse habentes secundariò, requiratur huiusmodi citatio generalis, seu per proclama, quod etiã uoluerunt Roma.in l.peregrè.§.quibus.ff.de acquiren.possessio. Alexand.consilio 86.colum.prima, lib.secundo.& in allega.l.decem.columna quarta.ff.de verborum obligatio. consil.84.columna ultima, libro tertio.ac consil.85. columna penultima.uolum.6.Ioan. Fab. in §.licet.Institu. de adoptio.Soz.consil.282.columna tertia, & sequen.lib.secundo.Cępol.consil.62.Felyn.in capito.ultimo, columna penultima. de præscrip.& in cap.ad petitionem.colum. quinta. de accusat. Dec.Neapol.Afflict.396. Nicel. in 52.concord. Glo.in 9.fallen. In maiore. Rota conclusit dubio pluries discusso, citationem per proclama sufficere etiam ex eo, quia idem quod operatur citatio particularis in habente interesse principaliter, debet operari proclama quoad habentem interesse secundariò. At quoad minorem (& sic ad rem nostram) non sufficere proclama generale, sed requiri specialem citationem, ad hoc, vt sententia minorem afficiat, prout Dec. Achil. de Gras. 43. aliàs 3.incipien. Citationem per proclama. & Dec.seq.sub titu.de citatio. Et sic principale nostrum quæsitum propositum in partem negatiuam resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Commenda pręceptoriæ facta vsque ad ętatem legitimam, an intelligatur vsque ad annum 25. vel 14.*

2 *Legitima ętas iuxta subiectam materiam diuersimodè accipitur.*

QVÆST. XXXII.

1 TRigesimosecũdo quæro, † commenda præceptoriæ omnis humiliatorum facta, vsque ad ætatem legitimam profitendi ordinem, an intelligatur, vsque ad annum vigesimumquintum, an verò 14.

Pro prima opinio. quòd interpretatio facienda sit de anno 25. facit, quia tunc dicitur legitima ætas. l.cum filiofam.propè fin. ibi, uel legitimæ ætatis.ff.de leg.3.l.ultima.C.de his, qui ueni.ęta. impe.Bald.in l.cum te.post medium. vers.Verbi gratia testator iussit.C.de probat. Insuper supponebatur præceptoriam huiusmodi esse dignitatem curatam, in qua ætas legitima 25. annorum requirebatur.cap.cum in cunctis. §.inferiora. & ibi Abb.& D.meus, vterque in 2. not. Abb.in capitu.super inordinata.de præben. Geminia. in cap.si eo tempore.in glos.penultima. de præben. libro sexto.

Pro secunda opinio. conclusit Rota in Caurien.de Priola. prout Dec.Put.407. libro primo, incipien. Fuit resolutum commune, & sic quòd intelligatur vsque ad annum decimumquartum. per tex.in cap.primo, & secundo. de regu.lib.6. Et dixit non obstare, quòd esset dignitas curata, & propterea requiretur 25. annus, quia Papa prouidebat etiam non obstante defectu facta professione posset præceptoriam retinere.

Nec etiam obstat, ꝙ legitima ætas dicatur 25.
2 annorum: nam iuxta subiectam materiam † legitima ætas diuersimodè accipitur. ut per glos.in titu.de pace tenen.& iuran.firman. in prin. in l.1. §.initium.

§.initium.ff.de postula.in §.minorem. Institu.de adoptio.& per D.meum in alleg.cap.cum in cunctis.num.secundo.de electio. Hodie iuxta termi nos propositi quæsiti aliter accipienda esset, iuxta concil.Tridenti.sessio.25.sub titu.de Regula. cap.15.incipien.In quacunque religione tam virorum, quàm mulierum professio non facit ante 16.annum expletum &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores insolidum obligati cum minore cum iuramento an obligeutur?*
2 *Accessorium naturam principalis sequitur, non contra.*
3 *Principali annullato, constitutum, & clausulæ in eo annullantur.*
4 *Principaliter hodie fideiussores se obligant.*

QVAEST. XXXIII.

1 TRigesimotertio quæro, an † fideiussores insolidum obligati cum minore in fauorem ipsius minoris etiam cum iuramento obligētur, licèt obligatio quoad minorem non teneat? Pro opin. negatiua pondero, quòd isti fideiussores gaudere debeāt beneficio fideiussionis, ita quod si is, qui est principalis (pro quo se obligarunt) non tenetur, ita neque ipsi fideiussores, qui sunt
2 accessorij, teneantur, cum † accessorium regulatur secundum naturam principalis, non contra. l.cum principalis.& l.nihil doli. §.cum principalis.ff.de regu.iur.cap.accessorium.eo.lib.6.glo.in l.vni.C.de lati.liber.tollen.in ver.imaginem. in fi.Et dixit Bald.in l.petens.num.39.vers.Ad secundam quæstionem. C. de pact. quòd accessorium vestitur à principali, non econtra. Hinc
3 etiam dicimus, quod annullato † principali annullantur omnia accessoria, etiam constitutum, precarium,& aliæ clausulæ in principali contentæ.glo.in l.si patronus.§.patronum.in ver.Fauianam. ff. si quid in frau.patron.cap.2.cum glo.in ver.pœna.de precar.glo.vlt.in cap. significantibus.cir.medium.de offic.deleg.Bartol.in l.sicut. §.superuacuum.ff.quib.mod.pign.uel hypo.solui.Bald.in cap.1.in fi.de feu.dat. in vim leg.commis.& in l.ex testamento. ante fin. C. de fideicomm.Ludou.Roma.consil.171.Pro decisione. post numerum 4.vers.Ex qua consecutiuè.Ias.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus. post nume.48. ff.de verborum oblig.Et pro opinio. negatiua est tex.in §. fideiussores obligari non possunt, vt plus debeant dare, quàm debeat dare is pro quo obligātur, nam eorum obligatio accessio est principalis obligationis &c. Institu.de fideiuss.ergo si principalis nihil debet, vel nulla fuit eius obligatio, nihil debebunt fideiussores. Pro opin.affirmatiua fuit conclusum in Rota Placentina pecuniaria coram Ptolomeo, prout Dec.Mohed.193. aliàs 223.seu prima, sub titu.de fideius.incipien. Placentin. pecu. Voluerunt enim Domini proposito dicto dubio, quòd fideiussores tenerentur tam propter iuramentum, quod confirmat contractum iuxta nota.per Alexand.cons.32. penul. colum.versic.Tertio principaliter. volum.4. Et quia quando accedunt obligationi iuramento vallatæ, si non valet obligatio, ut agitur, valet, vt melius valere potest, iuxta text.in l. cum pater.§. filius.ff.de leg.secundo. Hyppol.de Marsi.super rub.de fideius. Tum etiam, quia hic supponitur obligatio fideiussorum, ut passim hodie fieri so-
4 let, videlicet, se obligarunt † principaliter, ac vt principales, & insolidum, quo casu omnes, etiā fideiussores principales sunt iudicandi. Alexan. consil.38.colum.penult.volum.4.Ias.consil.58. lib.3.Gualden.caute.30.nume.secundo.in tit.de legat. Quæ etiam clausula, se principaliter obligauit, operatur alios effectus notabiles,& inter alios, ut non sit locus beneficio discussionis. Bald. in l.1.colum.penul.C.de conue.fisci.debi.li.10. Alexand.consil.31. colum. vltima. libro tertio. Bocr.Decis.222.numero 13.Grat.consil.87.col. vlt.lib.primo.

SVMMARIVM.

1 *Minor 14.annis an sine curatore beneficium resignare possit, & ad resignandum procuratorem constituere?*
2 *Princeps inhabili aliquid scienter concedens, illum habilitat.*
3 *Promouens inferior a principe inhabilem, nisi cā cognita non uidetur dispensare.*
4 *Permutatione non additur, nec amittitur beneficium, sed vnum loco alterius subrogatur.*

QVAEST. XXXIIII.

1 TRigesimoquarto quæro, † an minor 14.annis possit sine curatore beneficium resignare, vel ad resignandum procuratorem constituere? Hoc dubium datum fuit in Rota 20. Octob. 1544.in Segobien. portion. integræ coram Domino Prospero, nūc Illustrissimo, ac meritissimo Cardinali de Sancta Cruce, prout Dec.Put.161. lib.secundo.

Pro affirmatiua allegabatur, q minor 14.annorum possit resignare in manibus superioris sine curatore ex authoritate Nico.Mil.in reper.in ver.Minor 14.annis, maior tamen infante potest beneficium acceptare sine curatore, sed infans non. (subijcit idem Mil.) Et sicut minor potest beneficium sine curatore acceptare, ita & illi renunciare, subdit Dec.præmissa Put.Ergo poterit procuratorem constituere, citans Dec. quandam Nic.Boe.puto q citanda fuisset Dec.302.in 2.parte.Et q is possit procuratorem ad aliquem actum constituere, qui illum actum per se facere potest, probat tex.in capitu.si annum. ibi, Patre, aut procuratorem tuum, de iudic.lib.6. & voluit Cardin.in clement.religiosus. in 7.oppo. de procur. Insuper supponebatur in supplicatione expressum fuisse illum esse minorem quatuordecim annis: & sic Papa visus est illum minorem

rem ad omnia expressa habilitare. † Pro quo adduco text. & ibi Bartol. in secundo not. & alios in l.quidam consulebant. ff. de re iudic.in l.Imperiales. §.similes . & ibi Bald. in princip. vers. Ex isto collige.& ad finem . versicul. Nota etiam argumentum.C.de nupt. glos.prima . in capitu. eam te.de æta.& quali.Oldr.cons.329.col. 1.& seq.& cõs.seq.col.2.vers.Super articulis.Io.And. in c.vlt.col.2.vers. vel secundum. de iudi.in 6. Idem voluit Fely.in c.præterea. col.3. de except. vers.Tertio scias.de testib.cogen.& in c.cũ inter. col.1.vers.Sed contrarium.vbi hanc opin.tenendam esse inquit, ac esse mente Rotę.& vers.Tamẽ non est recedendum.Et licet in inferiore a princi
3 pe plerique requirant causæ cognitionem, vt† per promotionem inhabilis habilitas inducatur, secus autem affirmant dicendum esse in Principe supremo, in quo non requiritur causæ cognitio. Oldr.præall.cons.330.colu.vlt.vers.Non obstat. Anan.in c.2.col.1.vers.Ipse tamen.ac Abb.col.2. vers.Sed pro concordia.de scisma.idem Abb. in c.præterea.post num.11.vers.Quod habeo pro indubitato quoad Principem promouentem:sed quoad inferiorem distinguerem &c. de testib.cogen.Et hanc distin. pro magis cõi refert Ias. in l. Barbarius.nu.14. vers. Paucis concludendo.ff. de offic.præto. Accedebat in casu Rotæ, ꝙ non erat simplex resignatio, successio, sed permutatio,& sic nullum damnum pupilli supponi pote
4 rat, quia per permutationem † non datur vera vacatio,nec additur, vel amittitur beneficium, sed vnum loco alterius subrogatur. Fede.de Sen.consil.62.videtur.col.2. vers.Illud autẽ tempus vacationis est momẽtaneum,& postea vers. Quod autem dixi supra.& cons.73. factum tale est. & in tract.permuta.eiusdem quęst.18.ubi etiam,ꝙ non additur beneficium, sed unum loco alterius subrogatur,sequitur Cardi.in c.quæsitum.in 19. quæst.nu.15.de rer.permu.& Nic.Mil.in suo Repert.in ver.Gratiam beneficij impetrans ex causa permutationis.Gasp.de Perus. in trac. reserua.in quæst.quis sit effectus reseruationis . fol.7.nu.4. Et faciunt alia, quę scripsi super Regu.Cãcel.19. de Infir.q.18.Considerabant etiam in casu Rotę, ꝙ permutatio erat sat fauorabilis ipsi pupillo, quippe qui dimittebat beneficium, ac ius fructus erant alteri reseruati ad illius vitam, capiebat autem beneficium annui redditus 40. ducatorum, cuius beneficij nulli fructus erant alteri reseruati, & sic locus erat illi notissimo adagio glo. Ad præsen.oua &c.Et sic propter euidentem vtilitatem pupilli omnino resignatio hæc ex causa permutationis valida censeri debebat.ad ea quæ diximus supra q.30.nu.2.Et consequenter etiam valuit mandatum præmissum absq; solemnitatibus prædictis. Contrarium conclusit Rota, & sic pro opi.negatiua, retorquendo imprimis conclusionem Nico.Mil. vbi supra, supponendo, ꝙ post illa verba (quæ supra retuli) videlicet. Ita & illi renunciare, adsint hæc videlicet, Sed renunciatio fiat in manibus superioris, & cum causæ cognitione, aliàs secus. Et sic dicebant Do.de Rota, quòd verum erat, quòd iste pupillus poterat cũ solemnitatibus requisitis renunciare: igitur & pariter cum eisdem solemnitatibus procuratorem constituere. Vtrunque igitur, videlicet, vt minor renunciare possit validè, vel vt ad renuntiandũ procuratorem cõstituere ualeat requirit superioris authoritatem,& causæ cognitionem, & consequẽter in facti specie proposita, nec renunciationem ualere potuisse, nec procuratoris cõstitutionem affirmemus. Et sic conclusit Rota, quòd minor 14.annis sine solemnitate nõ poterat procuratorem ad resignandum constituere. Non obstat, quòd Princeps sciens ætatem minorem visus fuerit eundem minorem habilitare, quia iuxta opin.plurium non sufficit promotio inhabilis per supremum Principem absque clausula, Ex certa scientia. vt uoluerunt glos. in cap. statutum. in ver.literarum. in fi. de rescri. lib.6. ac glo. vlt.in clem.2. eo.titu. Oldra. consil.328.colum. penulti. uers.Item articuli. Bald. in l.impetrata. colum.1. vers. Aut rescriptum. C.senten. rescin. non pos.& in capit.1.colum.1.vers.Et accedit de facto.pro quo fi.inuesti. Verum esto, quòd fateter hodie magis communem opin.esse in contrarium, quòd imò idem dicendum esset in summo Principe absque illa clausula ex certa scientia.Hodie videretur concludendum, quòd non solum sine illa clausula, Ex certa scientia, promotio huiusmodi, seu concessio non suffragetur, imò nec etiam cũ illa clausula, Ex certa scientia, iuxta opi. Oldra.consil.325.colu.1.& cons.sequen. ac consil.332.& Calderi.consil.8.sub titu.de rescrip.& consil.22.sub titu.de regula. Vbi volunt requiri expressam dispensationem, nec sufficere certam scientiam.Et hanc opin.vt veriorem amplecti videtur stylus Romanæ Curiæ.Verum in omnem casum ex suppositis in præallega.Rotæ Dec.non colligitur, quòd ex verbis narratis Papæ explicitè,& clarè inhabilitas intellecta fuerit,& tunc cõcordarentur opiniones, quòd hoc casu non fuerit inducta sufficiens dispensatio, aliàs secus, vt per Fely.in cap.nonnulli.colu.18. vers. Ad idem optimè facit.& in cap. si quando.colum.5.versi. Considera tertio.de rescrip.Et in casu proposito ponderabat Rota, quòd Papa non habuisset certam notitiam, an minor per se, vel procuratorem fecisset, cum solemnitate legitima, videlicet, cum consensu superioris,& causa cognita.

Non ob. quòd esset permutatio, & valdè utilis minori, Rota enim dicebat, quòd hæc requirebant altiorem indaginem, cum fortè minori magis expediuisset expectare mortem reseruatarij, cum beneficium illud esset simplex, & valoris 300.ducatorum,& beneficium, quod recipiebat erat curatum,& valoris (vt præmissum est) 40. ducatorum.& sic quòd permutatio hæc minori non esset utilis, & consequenter (vt dictum fuit) quòd sine dicta solemnitate procurator ad resignandum constitui non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Minor decem annorum cum dimidio an sine auctoritate tutoris possit acquirere possessionem canonicatus, & prębendæ?*

2 *Intellectum plenum quando pupillus habere dicatur?*

QVÆSTIO XXXV.

1 TRigesimoquinto quæro,† an minor decem annorum cũ dimidio possit sine tutoris auctoritate possessionem canonicatus, & præbẽdæ acquirere? Opinio negatiua probari videtur ex distinctione Bart. in l. 1. §. adipiscimur autem. ad fi. ff. de acquir. pos. dum vult, ꝙ pupillus, qui est perfecti intellectus possit absq; tutotis auctoritate possessionem acquirere, quod etiam ibidem in ultimis verbis repetit, dum dicit, secundo casu 2 aut habet plenum intellectum:† Intellectum autem plenũ habere dicitur, qui est doli capax, & sic proximus pubertati, & sic habens annos decem cum dimidio. gl. in l. sequitur. §. pupillus. in ver. animum. ff. de vsuca. gl. 1. in §. pupillus. Insti. de inut. stipul. l. pupillum, qui proximus pubertati. iun. gl. 1. ff. de reg. iur. gl. in l. 1. §. vlt. ubi etiam Bar. nu. 6. ff. de nouat. Ante dictum annum decimum cum dimidio, ut sentit Bar. in d. §. adipiscimur, pupillus absque tutore possessionem acquirere non poterit. Et idem quod Bar. ibi tenet Iò. de Imol. Pro opin. uerò affirmatiua, & sic quòd minor annorum decem cum dimidio pupillus absque tutore possessionem adipisci possit reprobatis Barto. & Imol. concludunt in d. §. adipiscimur. Cuma. Roma. Alex. ac Ias. num. 18. & sequ. Et in ꝓprijs terminis nostri quæsiti pro hac opi. affirmatiua conclusit Rota 12. Nouembr. 1543. coram Puteo. prout eiusdem Dec. 48. incip. Eadem die in una canonicatus. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an detur minori aduersus lapsum temporis, propter quod ex nõ publicatione perdiderat ius ad beneficium?*

2 *In beneficialibus generaliter in integrũ restitutio denegatur.*

QVAEST. XXXVI.

1 TRigesimosexto quæro,† an in integrũ restitutio detur minori aduersus lapsum tẽporis propter quod ex nõ publicatione perdiderat ius ad beneficium? Pro opin. affirmatiua videtur rẽspondẽdum, ꝙ minorem .n. & læsum se probanti in integrum restitutio competit. l. si ex causa. §. 1. iun. glo. ff. de mino. ubi de reductione dotis ad summam competentem in fauorem mulieris minoris. l. si ex causa. §. in dotis, & ibi per gl. Bart. & communiter Doct. ff. eo. Pro opi. negatiua conclusum fuit in Rota in causa Compostellan. de fecla, prout Dec. Achil. de Gras. 301. inci. Restitutionem minori denegauerunt Domini, tum quia 2 generaliter in beneficialibus † restitutio in integrum denegari consueuit. glo. 2. in l. ait prætor. ff. de min. & ad alia, quæ adduxi supra in 11. quęst. Nec obstat, quòd probari supponimus illa duo, videlicet, se minorem, & læsum, quia tertium etiã requisitum concurrere debet, prout probaui supra quæst. 4. num. 3.

FINIS.

INDEX RERVM ET VERBORVM,

Quæ in hoc Tractatu Aetatis Minoris continentur.

A

B

C

Cita-

D

E

Ne

Pro-

Q.

R

S

Sen-

Vi-

FINIS.

DE INHIBITIONIBVS D. QVINTILIANI MANDOSII IVRISCONS. ROMANI,

IN STVDIO PISANO PRIMARII, IN IVRE Pontificio professoris.

TRACTATVS.

OMNIBVS, ET PONTIFICII, ET CAESAREI IVRIS studiosis; causarum patronis, ac ius dicentibus utilis, & necessarius.

TERTIA ÆDITIO.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

SERENISSIMO AVGVSTISSIMOQVE FRANCISCO MEDICES

Magno Duci Etruriæ.

Quintilianus Mandosius.

P*RVDENTISSIMVS ille paterfamilias fructus suæ vineæ tempore debito requirere solet, ne forte illa collapsa labruscam productura sit: Ego, qui à te maxime Ducum in hunc fertilissimum agrum Pisanum, omni optimorum fructuum copia refertum destinatus fui, ne vacuus accederem, nonnullos surculos, nonnullos malleolos Romanos: Romana item semina nonnulla, quæ meliora inueueni, mecum tuli, præuidens loci huius, cœli, aeris, regionis, situs naturam, cum Romana conformem. Expecto in dies, horasque, rationem villicationis à me requiri debere ab altero, vel vtroque huic fertili, pulcherrimæ, ac dilectæ vineæ, huic almo studio Pisano, toto terrarum orbe celeberrimo præpositorum, omnium horarum virorum illustrium Ioannis Baptistæ Concini, ac Ioannis Tonsii. Qui quæ (mea quidem sententia) inter hæroes connumerandi sunt, & quibus inquam, & ipsorum cuilibet nullum adeo magnum, ponderosum, ac arduum negocium hactenus occurrit, quod non prudentissime, ac fœlicissime, & tractatum, & terminatum fuerit: nullumque occurrere posset, quod non fortunatum, ac optatum exitum habiturum omnino sperandum foret. Quorum quidem sano iudicio, quorum censuræ demandatum facile crediderim, indicandi, qualia fuerint mea studia Pisana: quale auditorium: quales interpretationes, qui fructus, qui congressus, quæ disputationes cum primarijs, ac præclarissimis Iurisconsultis Tuscis. Hæc mea studia scriptis mandaui; ne tamen ordinem peruerterem, quæ prius Florentiæ scripseram, prius imprimi curaui: ea hæc sunt, in quibus de interdictionibus, seu inhibitionibus latissimè tracto, quarum vsus à mundi constitutione in toto orbe frequens est, & quæ in iure nostro cum ciuili, tum pontifi-*

cio nullum propriam sedem, vel peculiarem titulum habent. Hunc meum libellum de interdictionibus tibi omnibus ex causis dicaui, unus enim is es, qui in hoc potentissimo, & gloriosissimo regno Etruriæ omnibus sub tua amplissima, ac fælicissima ditione existentibus interdicis, inhibes, imperas: & cuius maximæ potestatis me in Rota tua Florentina existentē, & hæc scribentē alacri, ac benigno animo participem fecisti. Mox apparebunt elucubrationes Pisanæ. Quæ omnia si comprobaueris, egoque tandem laborum meorum æquum æstimatorem reperiā, cuius beneficientia quod reliquum est vitæ meæ tranquillius reddatur, Summo Deo: Summo Duci gratias immortales referam. Viue diu fœlicissime, meiq; non immemor.

TRACTATVS DE INHIBITIONIBVS D. QVINTILIANI MANDOSII IVRISCONS. ROMANI,

VETERVM AC RECENTIVM DOCTORVM Theoricas cum praxi coniunctas referens, & vt facilius in publicam prodiret vtilitatem in CXXXII. Quæstio. distributus.

PROOEMIVM.

POLLICITVS aliàs fueram de Inhibitionibus plene tractare, quod quidem hactenus executioni demandare, & fidẽ implere non potui, Romanæ curiæ causarum mole grauatus, ac Aduocationis officio, clientumque vtilitati incumbens. Deinde ferijs consuetudinarijs, quas generales vocant, Romę indictis, a nobili ciuitate Amerina vocatus pro finium cum finitimis controuersijs vnà cum doctissimis viris Dominis Marco Vetio, ac Antonio Canale, aduocatus, & defensor creatus, succisiuis horis, & dum mihi aliquid otij suppetebat, promissa explere statuens, tractatum hunc de Inhibitionibus pluribus refertum quæstionibus composueram, quem in Rota Florentina existens ampliaui, & ditaui.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere, & inhibitio quid sit? & nu. 3.*
2 *Inhibitio in genere sumpta definitur.*

QVÆSTIO I.

1 PRIMO quæro, † quid sit inhibere, & quid inhibitio? Respondeo, inhibere, ẽ prohibere, vetare, impedire, interdicete. Sic accipitur in l. 2. vers. Nisi principali iussione specialiter prorogatio fuerit inhibita. ff. de iud. & in l. 1. ff. de nou. ope. nunc. vbi inhibere, & prohibere pro eodem ponuntur. l. cõmodis. ibi condemnato placuit interdici. ff. de re iud. in c. dilectus. 2. de rescr. ibi (Ne in cõmisso sibi procedant negocio inhibetis.) c. Romana. §. si uero, & §. seq. de appel. lib. 6. Et propriè inhibere est rem cęptam, & ne quis vltra progrediatur impedire, & interdicere ne q̃d fiat, seu ne q̃s aliquare vtat. Sic accepit Liuius. 1. Belli Maced. (Et ad populum (inquit) & in Senatu magnis cõtentionib. certatum est, & imperia inhibita vltro, citroque) sic apud Virgil. 12. Æneid. Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini. & ad tex. in c. non solum. de appel. lib. 6. sic & per metaphorã, inhibere remos, est in re aliqua cępta desistere, & vltra non progredi. Quintil. in præfa. lib. 12. (Verum modo in illa vastitate canere videmus M. Tullium, qui tamen ipse quamuis tanta, tãq; instructa naui hoc mare ingressus contrahit ve-
2 la, inhibetq. remos. † Inhibitio in genere sumpta ita definiri potest, vt sit præceptum negatiuum, & sic conuersio fiet, est præceptum negatiuum pro conseruatione præmissa, ergo & inhibitio. Item negatiue. Non est præceptũ negatiuum pro dicta conseruatione, ergo non est inhibitio. & quod bonum est, ita interdicitur quod malum, sen indecẽs est, prout per D. Tho. 2. 2. q. 16. art. j. ver. Pręterea eiusdem rationis est p̃cipere actum virtutis, & eo. art. Ad tertium. & q. 33. art. 2. in cõ
3 clu. Vel ꝑpius ad rẽ accedẽdo sic definiamus. † inhibitio ẽ ꝓhibitio, vel interdictio a maiorem potestatem habente iudici, vel parti, seu vtrique facta, ne quid faciat, vel cœptum prosequatur ad

iurisdictionem,& iura partium præsertim cõseruandum ad tex.in l.omnium, ibi, ne post sñiam nostrã inhibitum videatur cõmutationis arbitriũ C.de testa, in c.ex transmissa. & ibi doct. de for. comp.in e.venerabili,ibi (auctoritate nostra districtius inter dicens)& ad Rot.569. Iudici delegato.in antiq.per Specu.de citatio.§.d.de citatione 7.ver.porrò quandoque.Rot.307.nota,quòd audientia,in antiq.per Nico.Boer.Dec.124.Florentinus.nu.2.& ad alia quæ in diuersis locis huius tractatus citabimus.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio quotuplex sit.*
2 *Inhibitio a lege diuina emanat.*
3 *Præcepta negatiua quæ?*
4 *Inhibitio à lege humana.*
5 *Inhibitio a lege diuina & humana.*
6 *Facere alteri quod sibi nolit,omni lege prohibetur.*
7 *Inhibetur ab æquitate,seu ex ęquitate.*
8 *Inhibitio ab homine emanans, quotuplex sit.*
9 *In uirtute sanctæ obedientię, ac sub in terminatione maledictionis.*

QVÆSTIO II.

2 SEcundo quæro † quotuplex sit inhibitio? respondeo,quòd multiplex.Alia est inhibitio, quæ a lege emanat,alia quæ ab homine.Item illa quæ a lege,aut emanauit a l ege diuina, aut a lege
2 humana. † Inhibitio a iure diuino emanans potest dici oẽ præceptum negatiuum,quod semper & ad semper obligat.diuus Tho.2.2.q.33. art.2.
3 in conclu. † Præcepta negatiua vt omnes sciunt, vel scire debent, sunt illa in Decalogo contenta. Non habebis Deos alienos coram me. Nõ facies tibi sculptilè.Non adorabis ea, neque coles.Non assumes nomen Dei tui in vanum.Non occides. Non furaberis &c. quę pro maiori parte negatiua sunt,prout Exod.ca.20. Et per D.Tho.2.2.q. 122.art.2. & nonnullis seq. Et non solum Deus inhibet hominibus, vt in locis supra adductis,& Genes.2.vbi inquit Deus. De ligno autem sciẽtię boni,& mali ne comedas. Quod etiam perpendens Eua respondit serpenti eam tentãti. De fructu vero ligni,quod est in medio Paradisi præcipit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud ne forte moriamur.Genel.3.sed etiam omnibus animantibus,etiam inferis.Iob.c.2. vbi inhibet Sathan.inquiens.Tantum ne in eum,extendas manum tuam. Elementis etiam inhibet iuxta illud.Et legem ponebat aquis,ne transirent fines suos.Et Pli.de nat.hist.li.2.c.5.tit. de Quatuor elemen.inquit.Cuius vi suspensam cũ quarto aquarum elemento librari medios, aeris tellurem ita mutuo cõplexu diuersitatis effici nexum & leuia ponderibus inhiberi quo minus euolẽt contraq.gratia ne ruant,suspendi leuibus in sublime tendentib.Sic Iosue annuente Deo inhibet Soli,& Lunæ ne moueantur.Iosuæ c.10. Sol contra Gabaon ne mouearis &c.Inhibitio pariter a lege humana comprehendit oĩa præcepta legis humanæ negatiua,vel prohibitiua,puta. Ne res minorum sine decreto alienentur.vt.ff.de reb.eo.l.1.similiter,Ne res ecclesiasticę alienentur.l.iubemus 2.C.de sacros.eccl.Ne ineantur pacta super hæreditate viuentis,vel aliàs contra bonos mores.l.fi. C.de pac.& per gl.in l.pacisci, ver.concedo ergo. ff.eo.Inhibet.l.fi.C.de vsur.rei iudi. ver.Si.n.nouatur,&c.post sñiam cursum vsurarum anterioris contractus.Inhibet.l.fi.C.ad leg-iul.maie.alienationem ei,qui incidit in eam legem; & debitoribus ne illis soluant,vt etiã per gl.in l.furiosi,q̃ est 41.ver.Dic.s.cui est interdictum bonis a lege. ff.de reg.iur.lex 12.tabu. & lex Attilia inhibet vscapionem rerum furtiuarum.Et lex Iulia, & Plautia inhibent vsucapionem rerum ui possessarum. §.furtiuę quoq.Insti.de vsuca.Interdicunt ẽt iura actionem vbi alienus seruus noxam alicui cõmiserit in cuius ptãte is postea esse cœperit.§.si seruus.Insti.de noxa.actio.Inhibent etiã leges & in infinitis alijs casib. Non minus.n. legis virtus. consistit in prohibendo,vel vetando,quàm in imperando.l.legis virtus. ff. de legib. Interdicit lex etiam alio non interdicente,& ita vetat, vt pro vniuersa ciuitate interdicere semper, & interdictum esse videatur.Ita Plato Dialo.9. de Legib. dũ de pœnis homicidæ tractat.Et hoc modo loquendi,quòd ius inhibet vtuntur Doct. vt Rot. 391.Nota quòd Auditor. in antiq.Paul.Castr.in l.3.C.de appel.sequitur Ias.consi.187. Circa primum,col.6.ver.Quarto accedat,li. 2. Ac Rolan. à Valle,cons.77.viso,nu.3.li.2.Et hac ratione inhibitioni cõtrauenien s, vel aliàs attentans dr̃ etiã ius contemnere.c.cordi.de appell.l.6.Rot.2. fuit dubitatum de rest.spol.alias 14.in no. Et magis ad rem nostram ius absq; facto hominis inhibet, vt in Rub.& toto tit.lit.pend. nihil iuno.& ff.uil noua.appel.penden. Inhibet Concilium.c.quod olim,de iudę.ubi quòd Concilium Lateranen.inhibuit ne portaretur merces prohibitæ sarracenis.Inhibuit Concilium Turonen. diuisionẽ præbendarum,vt in c.vacante,de præb.Inhibet Concil.Trid.matrimonij libertatem violari.Sessi.24. In Decre.Refor.matrim.c.9. & infinita alia a Cõcilijs interdicuntur.Et ius canonicum inhibet toto tit.de reb.eccle.non alie.in tit.ne cleri.uel mona.ne lit.pend.& alibi, & nonnunquam lex ꝓhibendo aliquid hoc termino,inhibeo,vtitur, ꝓut in l.oratio,ibi(Quasdam nuptias in persona senatorum inhibuit.ff.de sponsa.in auth.nunc inhibetũr diminutio.C.de dona.prop.nupt.l.ubi lex inhibet. ff. de vsuca. Hanc inhibitionem a lege humana, inhibitionem iuris nuncupare possumus prout sic eam nuncupat Lap.Alle.46. factum ita post num.5.ibi.Vbi non obstaret prohibitio iuris facta mendicantib.de non recipiendo infra annũ probationis. & post ibi. Nã contra inhibitionem iuris impediuerunt ipsi iuuenẽ. Et hæc inhibitio iuris poterit esse à iure ciuili iuxta plura exempla supra posita, & in l.quadraginta. C.de ferijs.ibi Oĩs cognitio inhibeatur criminalium causarum. Item à iure canonico prout in c.non debet.versi.

Cum

Cum ergo inhibitiones. de consan.& affi.c.cappellanus.cir.med.de ferijs.c.cum inhibitio. de clande.despon.c.generali.cum glo.in uer. inhibemus de electio.lib.6.& alijs in locis. Nonnunquam pa
5 riter quid † lege diuina, pariter & humana, ac ratione ,phibetur, seu inhibetur: Exemplum habes in illis sex præceptis vltimis negatiuis Decalogi, quæ ad id tendunt vt nulli nocumentum inferatur, vt per diuum Tho.2.2.q.122.art.6.ad primum. sic & omnia alia nocumenta hominib. inferri prohibita, sub illis sex præceptis negatiuis continentur, vt per D.Tho.dicto arti.6. Ad secundum, & quod id etiam disponatur à iure cōmuni, & iure gentium, apparet, ex quo (vt præmisi) tam illa præcepta negatiua Decalogi, quàm et alia affirmatiua ponuntur vt prima, ac communia, & notissima principia. Et videmus vtraq; le-
6 ge † prohiberi aliquem facere alteri, quod sibi fieri nolit. Tobię.c.4. Lucæ 6.ad Galath.c.5.c.humanum genus. distin.1. Et huc tendit titulus. illeff. quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse
7 eodem iure vtatur. Inhibetur etiam † ab æquitate, seu ex æquitate iuxta tex.in l.illicitè.in fi. vbi iuxta Pand.Floren.legitur, eaque soluta vindicatio prædij ex æquitate inhibetur.ff.de reb.eo. Inhibet seu prohibet lex, vel Senatus, seu constitutio hæreditatem capere.l.non est ambiguum. ff. de bon.possess. Inhibet prætor ei qui ex causa fideicommissi manumittit imponenti seruo donū munus, opera, iuxta tex.in l.campanus, quæ est. 47.ff.de ope.libert. Interdicit prætor tutorib.administrationem, prout in l.quod si forte, quę est.
8 14.§. sunt quidam.ff.de solut.† Inhibitio autem quæ ab homine emanat, aut emanat a principe, & tunc aut a principe Romano, quæ alijs inhibitionibus potentior est, quippe quæ a supremam potestatem habente, & ab eo qui omnes iudicat, & a nemine iudicatur, omnibus potestatibus in toto orbe præcipit, ac Imperatori, & regibus mādat, & inhibet: & cui nemo dicere pōt, cur ita facis: & factum a Papa a Deo factum censetur. ca. cuncta per mundū.1.& 2.9.q.3.c. solitæ.de mal. & obedien.cap.proposuit.de conces. præben.ca. quanto, de translat.prælat.clem. 2.de re iudi. Et in terminis nostræ inhibitionis est tex.in ca. tuā. in fi.ibi (Si forte ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec iam dicta causa natalium Apostolico iudicio finem acceperit, patienter expectes,) de ordi.cogni. & hęc inhibitio Papæ formi
9 midabilior esse consueuit, puta sub ijs verbis. † In virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis ęternę, c.1.in prin.de sepul. lib.6. Aut Imperator, vel Rex inhibet, seu alius dominus tp̄alis, prout.1.Esdræ.c.4. ad fi. Prohibete viros illos &c. Ad principem pertinet etiam ordinare de ijs, quę veniunt in litigium, de volūtarijs contractibus, & de omnibus ad populi cōmodum spectantibus, ac illius regimen. D. Tho. 1.2.q.104.artic.1.Ad primum. Aut Dux belli inhibet, vel prohibet aliquid militibus, qui si inobedientes sint, capite puniuntur.l. desertorem.§. in bello.ff.de re mili. Aut inhibet iudex, & hæc erit propria materia nostra, & tunc aut inhibet ordinarius ordinario. Aut delegatus ordinario. Aut delegatus delegato. Aut quilibet ex præmissis parti tantum. Aut parti. & alicui ex præmissis quæ qualiter accidere possint, ex quæstionib.infra subijciendis apparebit. Rursus aut inhibitio est pro Romana curia tantum. Aut extra curiā tātum. Aut pro curia, & extra eam. Amplius aut inhibitio emanat sine, aut cum causæcognitione, quæ pariter, & alia (aliàs diuisiones quas omittimus, concernentia) ex infra suis locis dicendis clarissima, & notissima fient.

SVMAMRIVM.

1 *Inhibere an iudex possit extra curiam, si commissio id non exprimat.*
2 *Inhibitio iuxta commissionem, & signaturam regulanda est.*
3 *Citare, & inhibere potest auditor extra curiam hoc in commissione non expresso.*
4 *Inhibitiones extra curiam nonnunquam denegantur, licet in curia concedantur.*

QVÆSTIO III.

Tertio quæro, in commmissione causæ Romæ cognoscendæ, & decidendæ contine-
1 tur, quòd iudex citare, & inhibere possit.† an extra Rom.cu.citare, & inhibire poterit? Pro opin. negatiua arguo sic, rescripta sunt stricti iuris, c.eāte.iuxta vnum intellectum. de rescript.c.P.& G. de offi.dele.Innocen.Ioan.And.& Compostel.in c.super literis.de rescrip. Rot.396. si committatur.nu.3.in nou.Rom.consi.388.in casu, post numerum quartum.versi.breuiter dicendum. Insu-
2 per † inhibitio iuxta commissionem, ac signaturum, regulanda, & interpraetanda est, nec ultra extendi potest, & quod vltra fit nullum est, argum. tex.in cap.cum delicta.de rescr. & per D. meum Phi.Dec.consi.33. viso puncto, post num.6.& p Paris.consil.39.non possunt.num.9.lib.1. Breuiter cautela est, & Rom. cu. stilus habet, quòd in commissione dicatur (cum potestate citandi, & inhibendi tam in Curia, quàm extra eam, & in partibus.) & ita qui sapiunt, rescripta concipiunt, prout videre poteris in mea prima formula commissionum. Si tamē illa verba (In curia, & extra) omitterētur, defendi posset, quòd Auditor etiam
3 † extra curiam citare, & inhibere posset.ad Rot. 1.de procur.aliàs.19.in no.& clarius post Card. Alexan.per Cassad. Dec. 4. de rescrip. præsertim quando potestas committentis est vniformis sine testrictione locorum, vt si Papa committat causam spiritualem: committens enim est vniuersalis psinceps iurisdictionem spiritualem habens generaliter per totum orbem. ca pitu. cuncta per mundum 9.quæstione tertia. Et hanc opinio. tenuisse etiam signaturam testatur Sarnen. in 2. q. proœ.Regu.nu.8.ver.propter quā rōnē. Sciēdū tamen est, quòd licet regulariter extra curiam vt præmissum est, decernantur, & exequantur in q-

busdam casibus, licet in curia Romana concedã tur, extra eam tamen denegantur, pro vt quando Rota concessisset mandatum de manutenendo alteri litigantium, si pars aduersa petat inhiberi in curia, & extra curiam, ex quo ex tali inhibitione extra curiam concipi posset, q; per inhibitionem mandatum huiusmodi impediretur, conceditur pro curia Romana, & denegatur extra eam prout resolutum fuit in Rota, in Burgen. Decimarum 17. Iunij 1553. prout Dec. Caputaqué, 303, incip. Licet inhibitiones. li. 1. Ex Dec. Putei 59. lib. 1. incip. in vna Vlixbonen. sub die 19. Nouembris 1530, generalem regulam sumere possumus, q; vbicunq; suspitio fraudis concipi potest deneganda sit inhibitio ad partes, licet pro Ro. curia concedatur. In casu Putei post tres sententias erant decretæ executoriales, ex aduerso prætendebat illarum decretum nullum, seu inualidũ fuisse, & sup nullitate cõmissa fuerat cã, petebat inhibitio in curia, & extra, q̃ passim cõcedi solet; fuit denegata ad partes, propter hmõdi suspitionem. Nec mirum, fraudibus enim iura occurrũt l. si cui. ibi per medias vias. ff. de seruitut. l. in fundo. vbi glo. dat coucordan. ff. de rei vind.

SVMMARIVM.

1 *Qui & quibus, inhibere possint.*
2 *Minor maiori, & par pari inhibere non possunt; fallit nu. 5*
3 *Minor in maiorem non habet imperium.*
4 *Nec par in parem.*
6 *Consuetudo iurisdictionem dat.*
7 *Beneuenti asserunt Vicarium Archiepiscopi, Gubernatori inhibere posse.*
8 *Et quòd a Gubernatore ad Vicarium appelletur.*
9 *Minor in maiorem iurisdictionem habere non potest.*
10 *Prophetæ, & sacerdotes se non intromittebant in causis seculi.*
11 *Delegatum successiue datum priori inhibere posse.*
12 *Rotæ auditor coadiutori inhibet.*
13 *Cadinali nemo inhibet, nec Cardinalis Cardinali. nu. 14*
15 *Intimatio commissionis non æquipollet inhibitioni.*
16 *Iudex ad quem potest esse minor iudice a quo in quibusdam.*

QVÆSTIO IIII.

1 QVartò quæro, † qui iudices, & quibus inhibere possint? Respondeo distinguendum esse, vt infra: Aut enim loquimur de ordinarijs alijs ordinarijs inhibentib. Aut delegatis similiter delegatis inhibentibus: Aut de ordinarijs inhibentibus delegatis: aut de delegatis inhibentiqus ordinarijs. Circa primum membrum dico,
2 q; † neque minor maiori, neque par pari inhibere potest, neq, ẽt par parem citare. gl. 1. in c. causa, ver. Item qualiter possunt duo citare tertium cum sit par illis? de offi. deleg. & quod ille qui inhibet debeat esse superior illi cui inhibet, voluerunt Bal. in l. 1. ad fi. C. quomo. & quan. iudi. Afflic. Dec. Neap. 30. nu. 3. & Hyppo. de Marsy.
3 Syngu. 490. † minor enim in maiorem, neque
4 † par in parem habet imperium. l. 3. in fi. & l. magistratus, & ibi glo. in ver. imperio. ff. de arbit. l. ille. §, tempestiuum, & ibi glo. in versic. imperium. ff. ad trebel. c. innotuit. ante medium. de electio. c. studeat. & ibi Gemi. in 4. not. 50. distin. glo. in c. cum causa. de offi. dele. Hinc dicimus delegatum non posse exercere iurisdictionem in collegam vt not. Bar. in l. 1. §. is videtur. in fi. quę sequitur ibi Ias. etiam in fi. ff. si quis iusdi. non obtem. & D. meus in c. quæsitum. num. 86. de offic. dele. Sic etiam dicimus canonicos non posse citare alios canonicos, & pares, alios pares, sed bene rogare vt certo termino adsint. Innoc. in ca. cum nobis. de electio. glo. 1. & Abb. ac D. meus in allega. c. cum causa. nu. 23. de offi. dele. Roma. sing.
5 454. Papa imponit. Fallit † nisi per statutum, aut consuetudinem aliud introductum fuerit, quo casu ille minor, aut par, maior quoad illum actum habetur: pulchrè Barba. in repet. rub. extra de fi. instr. Et quòd † consuetudo iurisdictio-
6 nem det, augeat, vel minuat. probat text. in cap. cum contingat. de fo. compe. De quo etiam per glo. in cap. Romana. in versi, consuetudine. de appel. lib. 6. glo. in ver. non ab alio, in fin. in c. de persona. 11. q. 1. pro quib. videre poteris quæ scripsi in 4. q. 31. Reg. nu. 19. exemplum poni potest
7 † Beneuenti, vbi Vicarius Archiepiscopi in causis ciuilibus, & quibusdam etiam criminalib. inhibere (vt aiunt) solitus est præsidi, quem gubernatorem nuncupant, quod tamen ego bis Beneuenti Gubernator non admittebam: & respondere solitus eram, non decere Vicarium, qui Archiepiscopi personam repræsentat, inhibere posse Gubernatori, qui locum summi Pontificis, & sedis apostolicæ ibi tenet: ostendebam facultates meas amplissimas, & sic, & alijs vijs iurisdictionem meam latissimam, nec in minimo quidem diminui, & turbari permittebam: ostendens etiã consuetudinem, quam ibi prętendebant, q; à Gu-
8 bernatore ad Vicarium Archiepiscopi † appelletur, & sic a maiore ad minorem, irrationabilẽ nulliusque roboris esse, imo contra substantiam
9 ipsius appellationis, vt † minor videlicet in maiorem iurisdictionem habeat. Archid. in cap. inferior. 21. distin. & not. in c. irrefragabili, in prin. de offi. dele. Barba. in repet. rub. de fi. instru. col. 34. & per D. meum super rub. de appel. nu. 4. versic. & ex ista conclusione. Et adducebam text. in c. nos si competenter. §. sed notandum. 2. q. 7. vbi
10 q; in † causis seculi sacerdotes, & prophetę se nõ intromittebant, & quòd quo ad illas seculum potestatem habens maius habetur. Et pro mea opi. & quòd consuetudine introduci non poterat, vt a maiori habeatur recursus, seu appelletur ad minorem, adducebam etiam glo. in c. 2. in versi. officiali, ver. Sed falsum est. de consue. lib. 6. tex. & Abb. in cap. exposuit. nu. 5. de dilatio. ubi distinguit, an ad minorem, an ad parem, & pulchrũ consi. Ancha. 132. in primo, nu. 4. Iuxta secundũ mem-

11 membrum concludo quemcũque † delegatũ postea datũ, priori delegato inhibere posse, siue simus in prima, siue vlteriori instantia, sic & † Rotæ Auditor coadiutori inhibet. Rot. 710. de stilo. & Dec. seq. in fi. in antiqu. ac 138. si appelletur in nou. & Auditor Cameræ delegatus Rotæ etiã Auditori inhibet, prout ostendam infra q. 25. Sic & delegatus delegatum monet. gl. 1. in alle. cap. cum causam. vers. ad hoc dicas, quod citare nõ possunt. de off. deleg. & par parem requirit. clem. 1. §. duco. iun. glo. in ver. requisiuerint. de hæreti.
12

13 Cardinali † autem, nec Rotæ Auditor, nec alius inhibet propter reuerentiã Cardinalis. Rot. 658. & est sciendum. in anti. per Sarnen. super signat. post nume. 48. in 6. priuilegio. Imò nec etiam
14 † Cardinalis Cardinali inhibet, sed solum insinuat cõmissionem sibi factam ex antiquo stilo, vt per Aegid. Bellame. cons. 18. incip. quod facta, colum. 1. vers. Quod non possit, & præall. Dec. 711. not. quod quando, in anti. & per Sarnen. vbi supra in 8. priuile. Verum quo ad hoc vltimum, contrarium supponit Gemin. cons. 24. quia diffuse, post num. 12. vers. Quia ille Cardinalis habita intimatione vltimæ commissionis, & etiam accepta prohibitione per vltimum Cardinalem facta, dixit quod erat contentus, quod ipse solus intimans, & inhibens de causa cognosceret &c. Respondere possumus, quod Gemin. ubi supra illam intimationem, seu insinuationem primo Cardinali per secundũ factam (quæ inhibitioni æquipollet) inhibitionẽ nuncupauerit. Quòd autem dixi intimationem, seu denunciationem præmissam æquipollere inhibitioni, limito quo ad Cardinales tantum, so-
15 la enim intimatio † præmissa non ligat alias manus procedere volẽtis, vt per Rot. 29. & est sciendum. de do. & contum. aliàs 659. in anti. & Bella. Dec. 322. item quod intimatio. vide tamen quæ scribit Rui. cons. 62. in lite. nu. 6. colum. 5. vbi quod iudex laicus, eo ipso quod scit causam pendere coram ecclesiastico debet supersedere, & quòd sufficit intimatio inferiori facta. Vide etiam Ludo. Rom. cõs. 330. circa col. 2. vers. Quoad secundũ. Tertium & quartum membrũ explicabo in duabus seq. quæst. Nõ tamen negauerim quin iudex
16 ad quem possit esse minor † & inferior iudice a quo, in quibusdam, sed quantum ad actum deuolutionis debet esse maior, vt ostendunt Io. And. & Gemin. in cap. Romana. de appell. li. 6. Philip. Fran. super rub. de appel. col. 4. & Io. Fran. a Rip. tit. de diuer. rescri. respon. 181. aliàs 13. incipien. Allobrogum Dux. num. 6. vers. Tum quia potest esse, quòd iudex ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius an delegato inhibeat?*
2 *Delegatus maior est ordinario.*
3 *Legati à latere delegatos procedere prohibent.*

QVAEST. V.

1 Qvinto quæro, † an ordinarius delegato inhibeat? respondeo negatiuè, ea præsertim ra-
2 tione, quia † delegatus quo ad causam sibi commissam maior est quouis ordinario. ca. sanè. 2. de off. dele. c. studuisti. de off. lega. & delegatus Papæ est maior episcopo. Alex. cons. 79. circa primum, col. 3. vers. Quis igitur li. 1. & delegatus episcopi maior illius vicario. Rom. sing. 458. tu habes tit.
3 Gui. Papæ Dec. 278. Iudex. est verum, quod † legati à latere, hi præsertim qui aliquibus præsunt prouincijs, etiam eorũ amplissimis facultatibus freti plerunque, vel delegatis inhibent, vel alia via, etiam indirecta illos in aliqua causa, uel aliquo articulo procedere prohibent, vel impediunt, allegantes se personam Papæ immediatè repræsentare: illiusq; ibi generaliter vices gerere. ad text. in cap. cum venerabilis, ante medium, ibi (Quæ vices nostras &c.) de consue. ad glos. in cap. quæ de causa. 2. q. 4. per gl. magnam in ca. quod translationem, post medium. de off. lega. & per And. Barba. qui plura cumulat in tract. Card. lega. a late. Dicuntq; iurisdictionem amplissimam sibi datam alijs rescriptis subuerti non posse, quàm propria manu ipsius summi Pontificis signatis.

SVMMARIVM.

1 *Delegati, an ordinarijs inhibeant?*
2 *Adiunctus ordinario, uel delegato inhibet.*
3 *Commissione iudici presentata statim recipit iurisdictionem actu.*

QVAEST. VI.

1 Sexto quæro, † an delegati ordinarijs inhibeãt? Respondeo affirmatiuè, sunt enim, vt dixi ordinarijs digniores, & potentiores: Amplio, vt
2 etiam † adiunctus datus ordinario, uel etiam delegato præsertim ad uniuersitatem causarum illis inhibere possit, ne quid absque eo in causa, ad quam adiunctus datus est, faciant, seu ad aliquẽ actum procedant, prout per Staphil. super Signatu. fol. 178. vers. Pro commissionibus iustitiæ decretum irritãs, ubi subdit, quod talis adiunctus con
3 iudicibus statim inhibere potest, ex quo † statim præsentata commissione recipit iurisdictionem actu: ad c. super eo. 2. de appel. & ad glo. in cle. 1. in ver. exceptis. de procu. Rom. consil. 353. quo ad primum, nu. 8. Rot. 459. circa tertium. nu. 5. & seq. in nou. Gui. Papæ dec. 276. iudex delegatus. Et in eo, quòd adiunctus adiuncto inhibet, limitatur illa regula, par in parem non habet imperium. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebell. Cessabit etiam limitatio illa, quam pono in c. 1. post nume. 49. de offic. delega. videlicet, si impediens iurisdictionem sit collega, ut per Bart. in l. prima. §. is uidetur, nume. 7. vers. Sed quæro, quid si duo sint collegæ, & ibidem Ias. ad fin. ff. si quis ius di. non obtem.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus, an episcopo inhibere poßit?*
2 *Ordinarius propriè dicitur episcopus.*

Deman-

3 *Demandato aliquo, omnia concessa videntur, quæ illius executioni conferunt.*
4 *Seruo hæredi instituto libertatem datam censeri.*
5 *Episcopalem dignitatem sub quacunque generali dispositione non comprehendi.*
6 *Episcopos Papa magnifacit.*

QVÆSTIO VII.

1 Septimo quæro, † an delegatus episcopo, uel archiepiscopo inhibere possit? Pro opin. affirmatiua pondero, quod † ordinarius propriè dicitur episcopus cap. omnes basilicæ. & cap. seq. 16. q. 7. ca. de persona, ibi. Doceant prius. 11. q. 1. cap. primo, de offi. ordin. & ad alia quæ adduco in 26. q. Regu. cancel. num. 3. Delegatus autem maior est, & dignior quocunque ordinario. cap. sanè. 2. de offic. deleg. gl. rub. eo. tit. c. studuisti. de offi. lega. & in specie quod delegatus sit maior episcopo tradit Alex. cons. supra citato. 79 circa primum, colum. 3. vers. Quis igitur. li. 1. Delegatus igitur tanquam maior, & dignior episcopo, aut archiepiscopo illis ordinarijs inhibere potuit in causa sibi commissa. Insuper, † cui aliquid demandatur omnia illa concessa videntur, quæ expeditioni, vel executioni rei commissæ conferunt, vulga. l. oratio. ff. de spõsa. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. l. illud. ff. de acquir. hæred. Huc spectat illud quod dicimus, † seruo hæredi instituto libertatem datam censeri. l. penult. C. de neces. seru. hær. insti. §. & seruus. Insti. de hære. insti.
5 Pro opi. verò negatiua adduci potest, quòd † episcopalis dignitas sub quacunque etiam generali dispositione, nisi de illa specialis mentio fiat, non comprehenditur. c. si compromissarius. §. huiusmodi. de elect. lib. 6. cap. primo. de off. deleg. eod. lib. cap. quia periculosum. de senten. excommu. dicto lib. 6. Io. And. in cap. cui licet. de reg. iur. eo. lib. quem sequi videtur Bal. in l. digna vox. C. de legi. & tanti facit episcopos summus Pontifex,
6 ut illos † coepiscopos, & fratres nuncupare soleat. cap. cum olim frater episcope. de præscript. cap. ex parte. 1. in prin. & postea ibi; (Aliàs ad te frater Eboracen.) de offi. deleg. cap. quàm graui. de crim. falsi. uers. cum scire debeas, & ipse summus Pontifex se episcopum nuncupat, pro quo videre poteris quæ scripsi in Glos. Facult. in superscriptio. Paulus episcopus, & videmus, quòd quando Papa episcopos in sua constitutione, vel dispositione comprehendi vult, illos nominare solitus est, prout in extrauag. Detestandæ. versus fi. ibi, (Etiam si Pontificali dignitate præfulgeat) de sepul. inter commu. & alibi sæpe. Qui sapiũt, dum commissiones fabricãt circa facultatem inhibendi apponere consueuerunt illas clausulas (Ac quibus, & quoties, quacunque etiam dignitate episcopali, archiepiscopali, vel alia quauis & c. fulgentibus inhibendi.) Quas clausulas inuenies in mea. 1. Formu. commissionum.

SVMMARIVM.

1 *Par pari, an inhibere posit.*
2 *Remittere quid significet.*
Contradictores compescendo, clausula.
3 *Correcta lex, uel abrogata pro decisione causarum allegari non potest.*
4 *Stilus, pro obseruantia consueta alicuius tribunalis.*

QVÆSTIO VIII.

1 Octauo quæro, † an par pari inhiberi possit? videtur responderi debere affirmatiuè. Sic enim antiquitus factum perspicimus ex verbis M. Tullij Antoniana 11. (Flauo collegæ Flamini Martiali mulctã dixit, si à sacris discessisset, quã mulctam populus Romanus remisit.) si collegæ inhibitum fuit, ne discederet a sacris collega, ergo par pari inhibuit. Si populus, quia non paritũ fuerat inhibitioni a collega collegæ factæ, mulctam remisit, ergo inhibitio iure emanauerat, cũ pœna, seu mulcta incursa fuisset, & quòd incursa, & legitimè incursa constat, quia a populo remissa, & condonata, uel relaxata, & populus de mulcta gratiam fecit, uel Flacum a mulcta incursa absoluit, seu liberauit. Id enim † verbum remit- 2
to, infert, ac significat iuxta tex. in l. si uno. §. vbicunque tamen remissionis ratio habetur. ff. loca. l. quamuis, ibi (& actionem remittat) ff. de in ius vocan. l. non erit. §. fin. & l. remittit iusiurandum. ff. de iureiur. l. quidam. versi. Nemo enim ius publicum remittere potest. ff. de admin. tuto. l. quæ sub conditione. §. de hoc iureiurando remittendo. ff. de condit. instit. l. quæritur, versicu. Remittẽtibus enim actiones suas. ff. de ædil. edi. Idque etiam quod par pari inhibere possit, antiquitus cautum videmus ex illis verbis (Magistratus nec obedientem, & nocuũ ciuem mulcta, vinculis, verberibusve coercento, ni par, maiorve potestas prohibessit.) prout etiam per Gui. Bud. super l. 2. ff. de iudi. Corroboro præmissa, & sic opin. affirmatiuam ex antiquissimo stilo Romano, iuxta quem in dies videmus Rotę auditorem coadiutori inhibere. Rot. 710. de stilo. & Dec. sequen. in fi. in antiq. ac. 138. si appelletur, in no. & sic par pari inhibet. Contrarium concludendum est iuxta terminos inhibitionis iudiciariæ, de qua tractamus, ex regula iuris, quòd par in parem non habet imperium vt l. 3. in fin. & l. nam magistratus, cum glo. in ver. imperio. ff. de arbitr. & ad alia, quæ adduxi supra quæst. 4. num. 2. cum aliis sequen. ubi in 1. membro, num. 5. posui vnam fallen. Vide etiam in 6. quæst. nume. 2. quòd adiunctus, cui adiungitur inhibere possit. Et dicũt omnes delegatum non habere potestatem in collegam apposita etiam, uel subintellecta illa clausula, Contradictores per censuram ecclesiasticam auctoritate Apostolica compescentes: licèt enim delegatus possit exercere iurisdictionem contra omnes turbantes, seu impedientes non solum si
sint

sint partes: sed etiam alij, qui de facto, & iniustè contradicant. cap. pro illorum, iun. gl. in ver. contradictores, & ibi Abb. de præb. Rui. cons. 27. nume. 10. vol. 5. Cagno. in l. factum suum. §. non videtur. ff. de reg. iur. & per glo. fi. in cap. 1. de offi. deleg. Fallit nisi turbans, seu impediens sit collega, prout per Felyn. in d. cap. 1. post num. 14. & D. meus Phil. Dec. num. 86. de offi. dele. Quo ad verba M. Tullij, de quibus supra, vltra alias responsiones, illa dari potest, ꝙ ex verbis præcedentibus colligatur, quòd non par, sed maior inhibuit, legitur enim ibi (Crassus cõsul Pontifex Maximus Flacco collegæ &c.) Non secus ac si hodie diceremus, summus Pontifex inhibuit coepiscopis fratribus. Sic & illa verba per Bud. vbi sup. relata, videlicet (Ni par maiorve potestas prohibessit.) etiam si conuenirent casui nostræ inhibitionis, de qua loquimur, interpetratio facięda esset, quando ille par aliqua ratione quo ad illum actum maior habetur, vt supra quæst. 4. nume. 5. & seq. Insuper illa verba, de quib. supra per Bud.
3 relata legis antiquæ † correctæ, vel abrogatę pro decisione, causarum allegari non possent. l. vnic. §. huic igitur, & ibi not. gl. in ver. imaginem. C. de lati. liber. tollen. Fely. in cap. 1. num. 19. de consti. & in cap. fraternitatis, num. 2. super glo. 1. de hæret. Ad vltimum de inhibitione, quæ emanat ab Auditore coadiutori, respondeo quòd essemus in inhibitione delegati secundi, facta primo delegato, & sic iuxta terminos mẽbri secundi, de quo supra. q. 4. nu. 11. delegatus successiuè datus priori delegato inhibet. Insuper id euenit, quia Auditori inhibenti in rescripto supponitur data facultas inhibendi coadiutori: Inhibitio autem iuxta signaturam regulanda est, prout probaui supra quæst. 3. num. 2. Verum dato, & non concesso, ꝙ Auditor Rotæ ex stilo sui tribunalis tantum, coadiutori, & sic par pari inhibere possit, non tam spectandum est quid in Rota, vel quid Romę factum est, quàm quid fieri debeat, iuxta optimũ
4 tex. in l. sed licet. ff. de offi. præsi. Insuper si † stilũ Rotæ, de quo supra, accipiemus pro obseruantia consueta in aliquo tribunali, prout declarat Cy. in l. 2. num. 7. C. quæ sit longa consuet. Ange. in l. 1. ff. de off. asses. Ias. in l. 1. col. 2. ante nu. 9. C. de sacros. eccle. Georg. Natta in cle. sæpè. §. ante omnia. col. 2. de verbo. signi. ille stilus in illo tantum tribunali seruetur.

SVMMARIVM.

1 *Maior minori, an indistinctè inhibere possit?*
2 *Inferiorum facta superiorum censuris obnoxia sunt.*
3 *Inferiorum prælatorum processus per episcopum perturbari non debent.*

QVAEST. IX.

1 Nono quæro, an † maior minori indistinctè inhibere possit? Pro opi. affirmatiua adduco tex. in l. 3. §. fi. & in l. seq. ff. de arbi. a contrario sensu, vbi quòd minor magistratus non cogit maiorem, seu maiori non imperat. Maior igitur imperabit, & inhibebit minori. Et ad Hebr. ca. 7. vbi (Quòd minor, a maiore benedicetur) & probo ex tex. in cap. inferior. & cap. denique. dist. 21.
2 vbi quòd † Inferiorum facta superiorum censuris obnoxia sunt. & probat tex. in cap. de persona. 11. q. 1. quòd ad ordinarium superiorem spectat inferiores iudicare. Nec iustitia aliqua suadet, quòd maior seruiat, ac obediat minori, sed minor maiori, vt est tex. in ca. est ordo naturalis. 15. q. 5. Pro opin. uerò negatiua est tex. in c. cum
3 ab ecclesiarum. de offic. ordin. vbi quòd † processus, & sententiæ inferiorum prelatorum in subditos per episcopum perturbari non debent, imò episcopus illas inuiolabiliter obseruari facere debet. Nulla autem via aptior est ad perturbandos processus, impediendumq. sententias, illarũque executiones, quàm similibus inhibere, episcopus ergo illis inhibere non debet: & in terminis nostris pro hac opin. negatiua concludit Gasp. Calder. alio themate proposito. consil. 236. inhærendo. in fi. vers. Quare concludo dictam inhibitionem de iure non posse fieri, cum etiam superior non posset inhibere inferiori ne sua iurisdictione vtatur, pro quo citat dictum capi. cum ab ecclesiarum. quod cons. Calde. inuenies inter illa Pet. de Ancha. Ego existimo optimum fore, superiorem quemlibet a talibus inhibitionib. decernendis abstinere, nisi illas cum causa concedat. Verum etsi absque causa superior inhibeat, inhibitioni huiusmodi omnino parendum fore censeo: Idque annuere videtur glos. fin. in alleg. cap. cum ab ecclesiarum, versic. sed pone quòd episcopus relaxet, &c. Vtique cum sit superior, & ordinarius, &c. de offi. ordin.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus iudex, an & quando seculari inhibere possit.*
2 *Ecclesiasticus seculari inhibere potest ne procedat super principali donec spirituale incidens coram eo pendet.*
3 *Inhibitiones ecclesiasticorum quando iudici laici curare non debeant?*

QVAEST. X.

1 Decimo quæro, † an & quando ecclesiasticus iudex sęculari inhibere possit? Respondeo, quòd plures sunt casus, quorum aliquos infra recensebimus, in quibus ecclesiasticus seculari inhibere põt, generaliter autem asseramus, iudicem
2 † ecclesiasticum seculari inhibere posse, ne se de ecclesiasticis personis, vel rebus intromittat. c. seculares. de fo. competen. li. 6. Nic. Boer. dec. 114. Florentinus. num. 2. Et licet subdat hoc non seruari in regno Galliæ, supponit de iure etiam ibi seruari debere. Item concludamus, ecclesiasticũ etiam inhibere posse seculari, ne in principali causa procedat, quando coram ecclesiastico deductũ

esset

esset aliquod incidens spirituale, donec incidens spirituale huiusmodi indecisum durat. ca. lator. qui fil. sint legi. cap. tuam. & ibi Anto. de Butr. num. 9. in 7. not. ac Abb. in ult. not. & nume. 11. de ordi. cogni. Rober. Maran. de ord. iudic. in 11. distin. iudicij, nume. 30. in 22. casu. Quando autem iudex secularis procedere incępit super nõnullis, in quibus tam ipse, quàm ecclesiasticus procedete potest, quæ inuenies declarata per Felyn. in cap. cum sit. in 1. & alijs declaratio. de for. compet. ipse ecclesiasticus seculari inhibere non debet, prout etiam pulchrè per Gaspa. Calder. in er consil. Ancharan. consil. 236. inhærendo. Si tamen ecclesiasticus ubi non deberet, inhibet, inhibitio præsertim propter censuras timeri, & seruari debebit, put de stilo, ità seruatur, & hoc sentit Fely. in alleg. cap. cum sit, ante num. 2. de foro compet. dum inquit. Hodie tamen curia episcopalis per inhibitionem cum censura, multum obuiat talibus practicis, sed non semper iustè. Ad hoc videre poteris verba Bart. Soz. ad fin. consil. 99. incipien. serenis. quæ sunt secundũ, quòd omnis censura emanata contra comitem Galeatium fuit inualida, & non affecit, quia incępit a monitorio ipso iure inualido, ut probatum est. consulo tamen illust. Galeatium, ut omni cura, conatu, & diligentia operam det, quòd a præfatis censuris liberetur quatenus opus esset, quia in ijs quæ salutem animæ concernunt tutior pars est eligenda, ut inquit summus Pontifex in ca. iuuenis. de sponsa. Hactenus Sozi. Aduertendum tamen est ad unum valde generale in fauorem laicorum, videlicet, quòd iudices seculares non debeant† cu-
3 rare inhibitiones ecclesiasticorum, quando iurisdictionem ab eis non habent cognoscendi. Bald. in l. 1. in fi. C. quo. & quan. iud. Soz. præalleg. consil. 99. num. 21. versi. Unum tamen non omitto quòd licet iudices ecclesiastici inhibeant iudicibus secularibus. l. b. 3 i Matth. de Affli. Dec. Neap. 30. fuit dubitatum si iudex laicus. colum. 2. nu. 3. vers. Imo dicebat Bal. Hyppol. de Mars. sing. 490. incipien. Mos iudicum est accuratè manutenere suam iurisdictionem. Qui Marsil. postea limitat, nisi unus iudex uellet occupare iurisdictionem alterius, ut puta si laicus uellet procedere contra clericum, nam isto casu, licet iudex laicus non habeat iurisdictionem a iudice ecclesiastico tamen inhibere poterit laico. toto tit. de fo. competen. maximè per ea quæ habentur in capitu. 2. eod. titu. lib. 6. & in capit. iudex laicus, de senten. excom. eo. li. Et quando inhibitoria ecclesiastici possit per iudices laicos euitari, vide per Ferrat. caut. 53. post Cępol. 250.

SUMMARIUM.

1 *Inhibere an possit iudex ecclesiasticus, a quo petitur absolutio a iuramento, super contractu usurario prestito, ne iudex secularis, ad illius executionem procedat.*

2 *Inhibitio decerni non potest, nisi ratione causæ coram eo, qui inhibet introducta.*

QUÆSTIO XI.

1 VNdecimo quæro, † an iudex ecclesiasticus porrecta sibi petitione per debitorem pro absolutione obtinenda a iuramento super contractu usurario interposito, iudici seculari inhibere possit, ne ad executionem instrumenti procedat? Pro opin. negatiua concludit Fede. de Sen. cons. 290. cum super instrumento non pendeat lis corã ecclesiastico, sed an absolutio a iuramen-
2 to concedi debeat. † Inhibitio autem concedi nõ potest, nisi ratione causæ coram eo, qui inhibet, introductæ, prout probat tex. in cap. Romana. §. si uerò, & §. quod si obijciatur, ubi etiam Innoc. in ver. minus legitima, de appel. lib. 6. & Lauren. de Rodulph. de usui. quæst. 131. nu. 19. vers. Probatur hoc etiam, & ad alia quæ adducam infra quæstio. 17. nu. secundo. In hac opi. residet idem Lauren. de Rodulph. in alle. tract. vusura. q. 129. nu. 14. vide omnino Dec. Neapol. Matth. de Afsli. 30. fuit dubitatum.

SUMMARIUM.

1 *Inhibere an possit ecclesiasticus, coram quo simul instatur pro absolutione a iuramento, ac super rescissione contractus.*

2 *Animæ dispendio cuiusque, ecclesia præcauere debet.*

QUÆSTIO XII.

1 DVodecimo quæro, † an ecclesiasticus, coram quo simul instatur pro obtinenda absolutione a iuramento super cõtractu usurario interposito, ac super rescissione contractus, inhibere possit? Laur. de Rodulph. in alleg. tract. usur. qõ. 129. num. 15. pro opi. negatiua ponderat debitorem non posse petere secundum, nisi obtineat in primo, & nisi primo expedito non potest super secundo lis pendere. Non potest igitur ecclesiasticus inhibere quod non pendet in suo foro ecclesiastico. Ipse subdit contrarium practicari, & esse æquius, quando ecclesiasticus verisimiliter conijcit, contractum esse usurarium, & dubitari potest aliquid innouari in dispendium animæ
2 creditoris, cui ex officio † ecclesia præcauere debet. cap. ipsa pietas, versi. Item si per potestatem. 23. quæst. 4. cap. ex litteris. 2. iunc. glo. in ver. compellas, vers. Ecclesia non solum peccata commissa. de sponsa. Add. tex. in ca. exceptionem. de exceptio. & in cap. pia. in fi. eod. tit. lib. 6. vbi Iudex debet repellere excommunicatum agentem etiã si non petatur fauore animæ ipsius excommunicati, ut rubore confusus aliquando redeat ad gremium ecclesię: facit in simili tex. in cap. cum inhibitio. de clande. despon. Adduco etiam tex. in ca. cum nobis. de elect. ubi quia vertitur periculum animæ, si indigni electio confirmetur inquirere potest confirmator ex officio de idoneitate electi. Ad idem est tex. in ca. quid nostram. 2. & ibi probat

probat Innocen. de iureiu. ꝙ iudex ecclesiasticus possit ex officio inquirere contra usurarios ad vsurarum restitutionem, quia vertitur periculum animæ & est bona glo. in cap. quia frustra. de vsur. Subdit idem Laur. maximè id procedere, si is creditor est talis, qui similes cõtractus inire cõ sueuit. Prædictis autem cessantibus, veriorem, & æquiorem esse primam opi. Præmissis item concurrentibus limitat secundam opin. procedere solũ si iudex ecclesiasticus ex officio inhibeat, & sic excludit debitorem instare posse pro obtinenda inhibitione. Ego Romæ præsertim coram vicario vrbis, & extra vrbem coram ordinarijs in omnibus casibus præmissis inhiberi vidi, & sæpe obtinui. & huc spectant verba Fely. in cap. cum sit, ante num. 2. in similibus terminis pro lata, de for. comp. inquit enim, hodie tamen curia episcopalis per inhibitionem cum censura multum obuiat talibus practicis, sed non semper iustè.

SVMAMRIVM.

1 *Ecclesiasticus, an solum ratione promißionis vltra sortem, sed etiam ratione eorum quæ sunt vera sors inhibere poßit?*

QVÆSTIO XIII.

1 Decimotertio quæro, † an iudex ecclesiasticus occasione mutui in centum facta obligationi in fauorem Mæuij, quod cc. ei Titius restituere teneatur, & propterea Mæuius instabat pro cc. iuxta formam obligationis Titium condemnari, generaliter inhibere possit, ne vigore talis instrumenti nedum super dictis c. vltra sortem, sed etiam in alijs quæ sunt vera sors, ad capturã, vel ad aliquem alium actum procedatur? Hoc quæsitum ad partes discutit Laur. de Rodulph. in alleg. tract. vsura. quæst. 135. num. 28. & seq. præmittens de consuetudine generaliter inhiberi solere, ego hanc consuetudinem semper seruari vidi, quæ consuetudo similis est illi, de qua supra locutus sum, videre poteris Fel. in alleg. cap. cum sit, ante num. 2. de fo. compe. Si argumenta pro vtraque parte scire vis, vide dictam. q. Lauren. 135. nu. 29. cum alijs seq.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus propter exceptionem usurarum post præceptum in confessum an iudici seculari inhibeat?*

QVÆSTIO XIIII.

1 Decimoquarto quæro, † an iudex ecclesiasticus propter exceptionem vsurarum possit post præceptum in confessum iudici seculari inhibere? Pet. de Ancharan. ad partes discutit consil. 234. casus talis, qui pro opin. negatiua conclu dit. Quod consi. citare uoluerunt illud sequentes Alex. in l. imperium, in ver. ad septimum. ubi allegat consil. Anchar. 214. debuit allegare. 234. Ias. in l. nec quicquam. post nume. 30. vers. contrarium est verius. Idem Ias. in repet. l. admonendi, ante num. 328. Aymo Crauet. consil. 75. accusatur. post nu. 9. & cons. 171. magister, ante nu. 8. videri poterunt quę scribam infra quæst. 72. Ecclesiasticus, an inhibere possit seculari ad impediẽdam executionem instrumenti si opponatur de vsura plenè tractat Bero. quęst. familia. 77. incipien. Vtrum inhibitio.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio de per se, an cum citatione, & qualiter expediatur.*
2 *Inhibitio sub pœnis pecuniarijs.*
3 *Inhibitio sub censuris.*

QVAEST. XV.

1 Decimoquinto quero, † an inhibitio expediatur seorsum, & de per se, an cum citatione, & qualiter? Respondeo, quòd inhibitio per se stare, & sola decerni potest, tam pro Roma. cu. quàm extra eam transmittenda. Nonnunquam simul cum citatione obtinetur, ac utroque casu tam uia ordinaria, quàm in vim specialis rescripti. Ac denique utroque casu sub sigillo expedi-
2 tur: & regulariter † sub pęnis pecuniarijs iuxta verba M. Tullij Antoniana. 11. (Flacco collegæ flamini Martiali mulctam dixit, si a sacris discessisset &c.) & ad tex. in l. vnic. & ibi glo. & Docto. ff. si quis ius dicen. non obtem. Quando verò
3 a persona ecclesiastica † inhibitio decernitur, emanare consueuit nõ solum sub pœnis pecuniarijs, sed etiam sub censuris ecclesiasticis, prout etiam supponit Fely. in cap. cum sit, ante nu. 2. vers. Hodie tamẽ curia episcopalis per inhibitionem sub censura multum obuiat talibus practicis &c. de fo. compe. & hæ censuræ hodie in subsidium apponi, seu addi deberent iuxta conc. Trid. sess. 25. cap. 3. in Decreto reformatio.

SVMMARIVM.

1 *Inhibeatur qualiter iudici, qualiter parti, qualiter vtrique?*
2 *Substantia inhibitionis in quo consistat.*

QVAEST. XVI.

1 Decimosexto quæro, † qualiter inhibeatur iudici, qualiter parti, & qualiter vtrique? Respondeo videndum esse Specu. in formula inhibitionis quæ fit iudici, & alterius quæ fit parti, sub titu. de citatio. §. fin. num. 7. vers. Porrò quandoque Auditor. & §. de officio, colu. 2. de appel. Melioribus, & tutioribus formulis tam in prima, quàm in alijs instantijs hodie vtimur, de quibus
2 in formularijs notariorum † substantia utriusque inhibitionis in hoc consistit, vt mandetur iudici

ne in

ne in tali articulo procedat,& parti ne quid innouet,prout per Feder.de Sen. consil.300.factū tale est.colum.1.vers.vnde videtur. Hodie regulariter, & indistinctè inhibitio tam contra iudicem,quàm aduersarium obtineri, decerni,ac executioni demandari consueuit. Vide etiam infra quæst.71.vbi etiam de inhibitione quoad personam,& quo ad bona.

SVMMARIVM.

1 *Pars,an parti inhibere posit?*
2 *Prohibitio impedit actionem mandati.*
3 *Prohibitiones plures fiunt a parte parti.*
4 *Interlocutoria sententia dicitur inhibitio.*

QVAEST. XVII.

1 DEcimoseptimo quæro,† an pars parti inhibere possit, & hæc inhibitio idem operetur,quod inhibitio iudicis? Pro opin.affirmatiua est tex.in l.si eo.in princip. ibi, inhibeo opus tuum.ff.si serui.uendi.in l.an unus,vbi de prohibitione socij socio,ne is ædificet. ff.eo.in l.hęres in fundo.in fi.ubi de prohibitione quæ fit per vsufructuarium hæredi.ff.de vsufruct.lega.& in l.
2 si pro se.ff.manda.ubi† prohibitio impedit actionem mandati.quem tex.singu.dicit Angel.Aret. in §.actionum.colum.15. Instit.de actio.concludens ex illo tex.prohibente domino gestoré non habere actionem,etiam vtilem,& de pluribus
3 prohibitionibus † a patre parti faciendis validis, vel inualidis,est tex in l.iniuriarum.§.si quis me prohibeat in mari piscari.ff.de iniur.Et idem supponit regula,de qua in l. Sabinus. ff.commu.diuidun.ubi quòd potior est conditio prohibētis. Breuiter iuxta terminos nostri tractatus pars parti inhibere non potest,sed solus iudex.Nec priuati exercere possunt quæ sunt iurisdictionis,ad no
4 ta.in l.3.ff.de testa. Et inhibitio dicitur esse quędam sententia interlocutoria. Feder.de Sen.consil.96.Aret.consl.75.diligenter.colu.4. versi. His præmissis.Fran.in cap.cum cessante. num.46.de appell.Non nego tamen, prout & iura prædicta, & plura alia probant,quin aliquis,aliquem,circa aliqua prohibere possit,nūciando etiam, & uetādo ne quid faciat absque iudicis aditione, l.1.§. nunciatio.& toto illo titu.& ibi Doct. ff. de nou. ope.nunc.Et tantæ est potentiæ hæc noui operis nunciatio, vt si quid contra fiat, id omne uia attentatorum reuocandum veniat secundum Bal. consil.343.proponitur,num.2.lib.2. verum hęc inhibitio non minus partis,quàm legis dici posse videtur,ex quo a lege inuenta.prælle.l.1.per nunciationem inhibetur.ff.de no.ope.nuncia. Et de inhibitione,quam facere potest ecclesia parochialis hæredi,seu fideicommissario, ne portionē sibi debitam soluat ecclesiæ,sepulturæ,seu fratribus,habemus glo.in clem. dudum. §. in quibus. in ver.largiri.de sepul.quam nota. affirmat Abb. in cap.de his, versus fi. vers.Hodie habetis glo. no.in clemen.dudum.eo. pro inhibitione episcopi contra hæredes defuncti ne soluant tertio,sed suam quartam reseruent, vide Lap.alleg.29.consilium fuit.versus fin. vers.sed potest episcopus. Videri poterit, quæ infra latius tractabo quæstio. 80.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, an concedi possit antequam pars sit citata?*
2 *Inhibitio supponit litem pendere.*
3 *Inhibetur statim præsentata commissione.*
4 *Clausula in inhibitione,& quia lite coram nobis sic pendente &c.*
5 *Iudex ex officio ab inhibitione incipere potest.*
6 *Io.Bap.Ferret.stilus subuertitur.*
7 *Citationem non requiri pro inhibitione, ne seruetur statutum contra libertatem ecclesiasticam.*
8 *Furioso quando administratio interdicitur citatio non requiritur.*
9 *Prodigo quando administratio interdicitur, an citatio requiratur.*
10 *Prodigo,vel furioso administrationem uon interdici causa non cognita.*

QVAEST. XVIII.

1 DEcimooctauo quæro,an † inhibitio concedi possit ante quam pars sit citata? Pro
2 opin.negatiua pondero, † quòd iudex inhibere non potest,nisi coram eo lis pendeat:ante citationem executam non pendet lis,ergo &c. Maiorem probo per tex.in cap.lator.& in c.causam.2.qui filij sint legiti.iun.tamen suppletione, seu declaratione Staph.super signat.fol.178.vers.in commissionibus iustitiæ, ibi (Quia ad hoc,vt possit inhibere,oportet coram iudice inhibente pendere litem,vt probatur &c.)Illa tamen iura per eū adducta hoc bene nō probant. Hoc argumento, quòd inhibitio litis pendentiam necessariò requirat,utitur Feder.de Sen.consil.300. factum tale. post num.1.& Lau.de Rod.in repe.capit.consuluit.quæst.131.de vsu.Ias.in l.ne quicquam.post num.30.ff.de offic.procon. Alex.cons.9.præstantissimi.num.2.volum.4.Minor probatur ex tex. in l.& quia.iun.glo.penult.ff.de iurisd.omn.iud. in cap.proposuisti.de fo.competen.in clemen.2. vt lit.penden.& per Ias.in 1.2.colum.1.vers.Tu tamen. C.eod.& quòd inhibitio, quæ fit etiam a iudice ecclesiastico iudici seculari parte non citata,inualida sit, voluerunt ex stilo palatij Ro.615. Nota licet inhibitio.& 825. Nota die.in antiqu. Et in inhibitione decernenda necessariam esse citationem partis tenuerunt Compostel.in ca.dilectus.in fi.vers.Item nunquid.de rescrip.Petr.de Anchar.consil.234.But.& Imol.in cap. debitores.de iureiur. Maria.Sozin. in cap.proposuisti. colum.11.de fo.competen.Abb.in cap. tuam.colum.penul.de ordi.cogni. & Fede. de Sen.dicto consil.300.Laur.de Rodul.in tracta.de vsura.q. 131.Spec.in titu.de appel.§.de officio.colum.3. vers.Sed nunquid.Nicel.in 52.concor.glos.in 8. fallen.

fallen.Bero.q.77.idem Bero.conſ.65.dicam bre
uiter.nu.22.lib.3.Maran.de ordi.iudi. in 3.par.
6.par.prin.quæſt.2.num.196. Pariſ.conſ.172.in
cauſa.nu.15.vol.4.Rol.à Valle conſ.77. viſo.nu.
24.& ſeq.li.1.& hæc eſt magis communis opi.vt
per Alex.in l. Titia.in fi.ff.ſolu.matri. & per eun
dem Alex.conſ.91.ꝛviſis actis.nu.3.lib.2.conſil.
9.præſtantiſſimè.vol.4.Fran. Aret.cóſ.20.in quæ
ſtione.num.4.& conſ.33.col.3. & hanc opi.com
munem dicit Iaſ.in l.ſi opus,num.6.ꝛverſ.primo
addo.ff.de no.ope.nuncia.idem Iaſ.in l.ne quic-
quam.poſt nu.30.verſ.contrarium eſt verius, &
contrariam praxim improbat.ff.de off.procon.&
in repet.l.admonendi.col.pe.ff.de iureiu. Ferrat.
caute.28.& hanc communem teſtatur Rui.conſ.
61.in lite.nu.28.vol.5. Hanc opi. etiam tenet aſ-
ſerens communem,& eſſe de ſtilo Rom.Cur.Io.
Bapt.Ferret.conſ.118.in cauſa appellationis.nu
me.3.vbi etiam adducit Rot. Biſig.not.licet inhi
bitio.in anti.Breuiter contrarium ſeruatur,& vl-
tra eos qui tenuerunt opin.affirmatiuam,per Iaſ.
in d.l.nequicquam.relatos,adduco Abb.conſ.5.
in quæſtione.nu.1.lib.2.& Stepha.Aufre.de po-
te.eccle.ſuper laicos.colum.2.poſt nu.8.verſ.No
no poteſt iudex eccleſiaſticus ſine cauſæ cogni-
tione inhibere iudici ſeculari,prout etiá per An-
to.de But.in cap.tuam.in 7.not. de ordi.cognit.
qui ad hoc Lap.citare debebat Alle.60.viſis.an-
te nume.7.verſ.Et licèt alij iudices. Pet.Gerar.de
Petraſan.ſingu.96.Notant Bart.verſ.Et maximè
hoc procederet ſi eſſet facta inhibitio per ipſum
eccleſiaſticum.Idem voluit Didac.Couarr.Epit.
par.2.cap.8.§.12.nu.4.& ante. Et vltra rationes
per eos adductas,cum hoc iure vtamur,diſputa-
tioni locus amplius non eſt, & videmus paſſim
tam in tribunali Auditoris Cameræ,ſiue via ordi
naria,ſiue ſummaria,& executiua,ſiue in vim re-
ſcripti,ſtatim cum ipſamet citatione, ꝛvel ſine ea
inhiberi tam iudicibus ſecularibus, quàm alijs
eccleſiaſticis. Quam etiam in Rota idem ſeruari
3 videmus,† vt præſentata commiſſione ſimul, &
ſemel ad decretum citationis,& inhibitionis de-
ueniatur,vt ſupponit etiam Specu.§.vlt.de citat.
nu.7.verſ.porrò quandoque Auditor, & Rota.
11.fuit dubitatum.in nou.Fely.poſt Abb.in cap.
dilectus.2.poſt nu.14.in 4.lim.de reſcri.& quili
bet alius Romanus iudex idem ſeruat,vt etiá te-
ſtatur Staph.vbi ſup.fol.178.ad fi.ꝛverſ.Nihilo-
minus non obſtante,iuxta primá impreſs.Roma
næ praxis hmói meliorem rónem eſſe puto, quia
tam Rotæ Auditores, quàm alij iudices dum in-
hibent ex officio,procedere vidétur,quod oſten-
dunt illa ꝛverba in inhibitionibus inſeri ſolita, vi
4 delicet,† Et quia lite corá nobis ſic pendente nó
debet in hac cauſa per aliquem procedi, vel per
quemuis aliquid attétari,vel innouari, ideo man
damus ne lite hmói coram nobis pendente ad vl
teriora procedere,vel aliquid attentare,uel inno-
uare p̃ſumatis &c.& aliàs,prout in formulis inhi
bitionú,in notarioró formularijs deſcriptis, quæ
(vt præmiſi) meliores,& validiores ſunt,quàm il-
læ Spe.poſitæ in §.fi.nu.7.ſub ti.de citat. verſ.por
rò quandoque.Et quatenus eſſemus in dubio,an
inhibitio céſeretur decreta ex officio,an ad inſtan
tiam partis,pro ualiditate actus facienda eſſet in-
terpretatio,arg.tex.in l.quoties. ff.de reb. dub.&
per Fely.in ca.paſtoralis.col.3.de reſc.& ſic ꝙ ex
officio, vel ſaltem non minus ex officio quam ad
5 inſtantiam partis. Quo caſu† quando ex officio,
nemo dubitat quin ab inhibitione iudex incipe-
re poſſit iuxta pulchram diſt.Fede.de Sen.præal.
conſ.300.factum tale eſt,debitor promiſit. ꝛvbi
plures ad hoc citat,quem ſequitur Rui.alle.cóſ.
6 61.nu.28.vol.5.† Non ob.ſtilus Cu.contrarius,
per Io.Bap.Ferre.d.conſ.118.citatus:quia illum
ſtilum ipſe fundat ſuper illa Rotæ Dec. quam al
legat:illa aút Dec.non dicit illud, quod Io.Bap.
ſupponit:& ipſe (vt puto) ex ſummario Dec.il-
lius deceptus fuit,melius ſummariú eſt illud,de
quo ſuper eadem Dec. iuxta alium ordinem ſub
tit.de do.& contu.24.quòd recentius ſummariú
dicit: Inhibitio licet fieri poſſit parte non vocata
in appellatione iudiciali, ſecus ſi extra iudicium
appellatum fuerit,& d.Dec.& per Io.Bap.citata,
licèt contineat quædam verba ſuperflua, ꝛvideli-
cet,quandoq; tamen dicta inhibitio habet locú,
ſupponit de iure etiam iuxta opin.Io.And.& Ar
chid.abſque citatione partis inhiberi poſſe, &
Dec.huiuſmodi iuxta vtramq; impreſſionem, re
mittit ſe ad aliam Dec. quæ loquitur de appella-
tione extraiudiciali, iuxta quam ſecundum pri-
mam opin. non uidetur poſſe inhibere iudex ad
quem,niſi poſt terminum ad impugnandum, at
iuxta ſecundam opin. quæ eſt Io. Monaci ſtatim
inhibere poteſt,& illa Dec.quæ eſt 44.not. quòd
per Auditorem,etiam in anti. remittit ſe ad alias
Dec.quas Io.Bap.ut puto non uidit,& propterea
aſſeruit illú ſtilum, qui tamen nec tempore ſuo,
nec núc ſeruatur,ſed ille quem præmiſi, vt iudex
ſtatim validè inhibere poſſit.Et maximè conclu-
ſio procedit,quòd abſque partis citatione inhibi
tio fuit, quando illa eſt fundata ſuper iure com-
muni,prout in exemplo ſupra adducto. Et quia
lite coram nobis pendente &c. & quando iudex
ad quem,iudici à quo eſt appellatum a diffiniti-
ua inhibet ne aliquid innouet pendente appella-
tione, quia in tali præcepto,ſeu inhibitione fa-
cienda non requiritur partis citatio, ex quo eſt
fundata ſuper iure communi, vt toto titu.nil no-
ua.appel.penden.& in cap.venientes. de iureiur.
7 Addo etiam,quòd omnes admittunt † iudicem
eccleſiaſticum nemine citato inhibere poſſe, ne
quis ſeruet ſtatutum,uel conſtitutionem,ſeu de-
cretum contra libertatem eccleſiaſticam, prout
Archid.in cap.quæ Lotharius, verſus fin.1.q.1.
ſequuntur Bal.in l.presbyteri,quæ eſt 8.ante nu-
me.12.verſic.Si autem aliquod factum eſt noto-
rium. C.de epiſco.& cler.Ludou.Roma.in l. ſi
finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.Felyn.in cap.ec
cleſia S. Mariæ.poſt num.46. verſ.& adde quòd
epiſcopus.de conſtit. Iaſ.in l.nequicquam.§.vbi
decretum.num.30.in 8.fallen. ff.de offi.procon.
& lega.Similiter uoluit Bart.Caſſen.conſ.1.nu
me.105. vbicunque immineat peccatum poſſe
inhiberi

inhiberi absque alicuius citatione, sciendum etiã
est quòd citatio pariter non requiritur quando
interdicitur, seu inhibetur administratio furio-
8 so; † & sibi curator datur, prout voluerunt Bal.
& Ang. Imol. versus fin. & Ludo. Roma. Alex.
Ias. & alij cõiter in l. si is cui bonis. ff. de ver. obl.
Ratio quia non iudex, sed lex defert administra
tionẽ. l. 1. in prin. & ibi gl. ff. de cura. furio. Alex.
in l. de vnoquoq; nu. 15. ver. itẽ fallit qñ interdr̃
ministratio. & ibidem Hyppo. de Marsy. colum.
28. in 7. limi. ff. de re iudic. & hoc communiter
tenent, vt etiam per D. meum consi. 274. in fi. &
per Nicol. in 52. concor. Glos. ĩ 12. & 13. Fallen.
requiritur tamen causæ cognitio, ad hoc vt con
stet de furore. Alex. consi. 86. col. 2. lib. 2. An au-
9 tem idem dicendum sit quando prodigo interdi
citur, & sibi curator datur, ut nec etiam citatio
requiratur? Ange. tenuit quòd requiratur in alle.
l. si is cui bonis. versic. An autem. ff. de verb. obli.
idem etiam uoluerunt ibidem Pau. Castr. Imol.
Alex. ac Rip. num. 26. attestans de communi ex
Staphil. Bertrau. consil. 222. incipien. olim, lib. 3.
Alij dicunt, quòd communis, & verior opinio
est contra Angel. prodigus enim furioso æquipe
ratur præal. l. si is cui, & quia prodigus nõ põt im
pedire interdictionẽ administratiõis: ergo citatio
nõ requirat. l. 3. §. illud. ff. de fidei. libe. c. qui põt.
de regu. iur. lib. 6. Oldr. consi. 95. ad fin. & in ter-
minis nostris concludit D. meus Phi. Dec. consi.
274. viso decreto, versus fin. Verum nemo de-
10 cipiatur, vt credat prætextu † furoris, vel prodi
galitatis admistrationem alicui prohiberi posse
causa non cognita, est enim contra iuris regulas
ingenuis hominibus non esse liberam rerum sua
rum administrationem, ac alienationem. l. non
vsque. ff. si quis à paren. fue. manumiss. Et pro-
pterea iudici permissum nõ esse alicui rerum sua
rum administrationem interdicere causa vel fu-
roris, vel prodigalitatis, nisi cum plenissima cau-
sæ cognitione, nec plena sufficeret, cum sit de for
ma solemni iuris communis, vt in l. obseruare. ff.
de cura. furio. iun. l. cum hi. §. si prætor. ff. de tran
sactio. Et est ratio quia sæpe collusio fieri, & fin-
gi furor, dementia, vel prodigalitas posset, quæ
non esset dicta. l. obseruare. & pulchrè per Aug.
Bero. q. familia. 24. incip. in statuto Bonon. col. 2.
ver. Comprobatur prædicta conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Prohibens quem procedere, an illum iudicandi mu-
nere priuet?*
2 *Lite non contestata, ad causæ decisionem deueniri
non potest.*
3 *Antecedentis, & consequentis ad positionem, vel
destructionem vnius venit positio, vel destructio
alterius.*
4 *Prohibito aliquo, omne quod ex eo sequi potest, p̃-
bitum censetur.*
5 *Prohibito vno ex pluribus, cætera concessa uiden
tur.*
6 *Prohibitum ad tempus, post tempus permissum
censetur,*

QVÆSTIO XIX.

1 DEcimonono quæro, † an si princeps, vel
alius interdicendi ius habens prohibeat ne
inferior procedat, illum remouere, vel iudicandi
munere priuare censeatur? sic distinguendum es
se puto. Aut circa vnum articulum tantum inhi
bet, ne quis procedat. Aut generaliter in sola cã,
seu pro toto negocio. Circa primum menbrum
subdistinguo. Aut ille articulus est vti præam-
bulum, seu necessarium antecedens ad totam cau
sam, vel negotium: puta si princeps rescribat iudi
2 ci ne permittat litem cõtestari † sine qua quidem
litis contestatione, vel illi æquipollenti non põt
deueniri ad cognitionem, & causæ decisionem.
l. 1. cum auth. offeratur. C. de lit. cont. & litis con
test. dicitur lapis angularis totius iudicij, cuius
omissio vitiat processum, secundum Bald. in d. c.
1. colum. 1. de lit. contest. gl. & Bar. in l. prolatam
C. de sent. Card. in clem. sæpe, in princ. 4. oppo.
de verb. sign. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne. col. 14. ff. de acqui. pos. Ripa super rubr. extra.
de iudi. num. 46. in casu prædicto perinde erit, ac
si p̃hibuisset ne in causa procedatur: & de hoc
3 infra tractabimus, † ad positionem enim, &
destructionem vnius pręmissorum videlicet, an-
tecedentis necessarij, & consequentis, venit alte-
rius positio, vel destructio. l. 2. vbi omnes. ff. de iu
ris. om. iudi. l. illud. ff. de acquiren. hęre. Felin. in
c. præterea. num. 4. de offi. deleg. Albe. Brun. de
augmen. conclu. 1. post num. 5. versicu. Quæ-
dam se habent vt antecedentia, & consequentia.
4 † Et cum quid prohibetur, prohibentur omnia
quæ sequuntur ex illo. c. pastoralis officij, in fin.
de appel. c. qualiter. in fin. de electio. clemen. vni.
de immu. eccle. pastoralis, in fi. de re iudi. c. cum
quid prohibetur. de reg. iur. lib. 6. Aut ille articu
lus, qui prohibetur, est ab alijs separatus, & di-
stinctus, & expeditionis causæ principalis impe-
ditiuus non est, puta si inhibeat ne Meuius vt su
spectus, vel infamis in testem admittatur, vel ne
cuidam apocæ fides plena adhibeatur, seu ne die
bus quibusdam procedatur, vel quid simile in-
5 terdicatur, & tunc † omnia alia non prohibita,
fieri, & exerceri poterunt, argum. tex. in cap. qua
lis. ver. Quod autem de vno negatur, consequẽs
intellectus patet, quia de quibusdam conceditur
distin. 25. vulga, l. cum prætor. 1. respon. de iudi.
l. ex eo. ff. de testi. arguendo à personis ad res, & e
contra. l. qui furere. ff. de stat. hom. l. si quis inqui
linos. §. si ita legatum. ff. de leg. 2. Bart. in l. miles
ita. §. 1. ff. de mili. testa. D. meus consl. 344. applau
dent. colum. fin. versi. Tertius est casus. Quoad
secundum membrum principale, quando super
toto negocio fit prohibitio, & tunc subdistinguo:
Aut per aliquod tempus, aut vsque ad aliquod
6 tempus fit interdictio, & tunc † quoties emmus.
extra tempus prohibitionis, inhibitio non obsta
bit, & actus omnes valide fient. ad tex. in l. impe
rator. & ibi Bar. & Bal. ff. de postul. l. pater filium
§. fundum, & ibi Alber. & Bar. ff. de leg. 3. si mi-
nor,

nor,& ibi Ias.in fi.ff.de ver.obl.c.pe. de cle.percus.And.Tiraq.de vt.retra.par.2.§.1. glo.2.nu.46.qui plures alios ad idem citat. Aut ꝓhibitio erit indistincta,indeterminata, uel gńalis, & tūc prohibitione,aliquis iudicet, idem operabit qđ remotio a iudicando, seu iudicandi munere ad tex.ī l.hæ enim.§.fi.iun.sum. Bar.ff.de suspe.tu.

SVMMARIVM.

1 *Attentata,non cognito,an inhibitio emanata fuerit canonica, an reuocanda sint.*

2 *Inhibitio siue iusta,siue iniusta timenda est.*

QVAEST. XX.

1 Vigesimo quæro,†an attentata non cognito an inhibitio emanata fuerit canonica , seu iusta,reuocanda sint? Pro opin.negatiua vr̃ tex. in c.Romana.§.quod si obijciat, & in c.non solum.cum ibi not.de appel.li.6.Adduci etiam potest Rot.Bella.236.in causa D. Gui. in anti.356. no. quod attentata,& in nou.312. no.si appelletur.Fely.in c.super quæstionum.in fi. de off.deleg.Hæc opi.ꝰltra quod in iure probetur,& bonis rationibus fulciatur,est etiam æqua. Partem affirmatiuam tenet Rota moderna, prout Dec. 53.Accoramb.incip.Rota decis.412. & sic attestatur decisum fuisse in una Legionen. coram M.Ant.vt prius reuocarent attentata, postea verò de iustitia inhibitionis disputaretur. Potissima,& concludens rō huius modernę decisionis est,ne iudices,vel alij sub clypeo,an inhibitio,iustè,seu canonicè emanauerit,uel nō inhibitiones huiusmodi contemnant: & dum litigaretur, an inhibitio esset iusta,uel iniusta,interim pars grauata laboribus,& expensis fatigaretur, & adducere etiam possumus Ro.in anti.306. no.quod
2 vbi Audientia.ad fi.vbi ꝙ † inhibitio, siue iusta, siue iniusta timenda est.Dec.Putei 391.inci.Inhibitio siue iusta.li.2. Sic & in dubio parendū est nunciationi noui operis.gl.in l.de pupillo.§.sextus Pędius.in ver.fecit.in fi.ff.de nou.ope.nunc. Quę diximus intelligenda,& limitanda sunt ꝓcedere solum in inhibitione Rotali, secus in alijs inhibitionibus rñdendū erit, quæ non erunt regulandæ iuxta dictum stylum Rotæ, sed iuxta ius cōe,& consequenter iuxta alle. Soc.cū ibi nota.in c.non solum.de appel.li.6.& Rot. Bellam. 239.& alias supra citatas. Vnde si inhibitū supponamus.in ꝰiam commissionis appellationis, de qua apparere possit & cōsequenter inhibitio erit nulla,vel friuola,quo casu non ligabit de iure,vt dicam infra quæst.28.nu.2.& sic iuxta stylum modernū Rotæ inhibitio afficit, secus quo ad aliqua tribunalia extra Rotam.Aduerte tñ,ꝙ ēt si extra Rotam cōmittatur causa prætensæ appellationis præmissæ,& insuper nullitatis,& nullitatum,quo casu facta expressa mentione nullitatum æquè principaliter , ac cumulatiuè ꝰenit causa nullitatis.Bar.in l.si expressim,nu.3.& seq. ff.de appel.Alex.cons.2.consideratis. col.3.& seq.vbi vers.Et certe,hanc opi.veriorem,& communem dicit.li.3.Phi.Fran.in c.dilecto.q.43.de appel.D.meus in d.c.dilecto.ante nu.8. qui hāc opi.veriorē,& magis cōem affirmat.vnde respectu nullitatis cōmissæ inhibitio substineret, vt ēt censuit Rota corā Ant.Aug.9.Martij. 1554. ꝰt in Dec.Caputaquen.par.1.124.inci.licet Nōnulla alia huc pertinentia,scribam infra quæst. 82.

SVMMARIVM.

1 *Attentasse,an dicatur , qui post inhibitionem à Rota obtentam iuit ad regium consilium pro manutenenda possessione.*

QVAEST. XXI.

1 Vigesimoprimo quæro,†an attentasse dicatur, qui post inhibitionem à Rota obtentam iuit ad regium consilium ad effectum obtinendi mandatum pro manutenenda sua possessione? Respondeo negatiuè,per ea quæ scripsi in 14.commissionis formula attentatorum.glo.vlt. in 4.q.Ibi dictis adde pro comprobatione illius Dec. Rotæ, ꝙ in simili videmus licere iudici à quo appellatum extitit,absq; attemptatorum vi
2 tio confirmare possessionē † parti, quæ in ea turbat: & prouidere ne possessor interim in sua possessione turbaretur appellatione in suo statu permanente,iuxta tex.in c.cum teneamur,& ibi per oēs.de appel.Pro quo ēt Sozi.cōs.45.col.3.in fi. li.1.& Staph.de expecta.§.citatio personalis,vbi ꝙ iudex possessionē reformans attemptare non dicitur.Idē uoluit Pet.Duen.Reg.42.in 16.fallē.

SVMMARIVM.

1 *Captura,uel pignoratio ante inhibitionem facta, an reuocari debeat?*

2 *Gratia ad vacatura comprehendit iam vacantia beneficia.*

3 *Confirmatio statutorum futurorum comprehendit iam facta.*

4 *Inhibitio conseruat iura partium, & omnia in eo statu,in quo sunt tempore quo emanant.*

QVÆSTIO XXII.

1 Vigesimosecundo quæro, inhibitione facta debitore † capto,vel pignorato , an captura,ꝰel pignoratio reuocari debeat? Pro opin.affirmatiua ꝰidetur concludendum,ex quo vide-
2 mus,ꝙ† si Papa prouideri mandat de beneficio ꝰacaturo si beneficium tunc ꝰacat, de illo tūc vacante prouideri debet.glo.& Gemin. in cap.si postquā.de pręben.li.6.idem Gemin.in c.si propter tua debita.col.vlt.de rescr.eodem lib.Imol. in l.si ita legatum esset.ff.de cond.& demō.& in
3 l.Titius.§.1.ff.de lib.& posth.Sic ēt † confirmatio statutorum futurorum,iam factorum confirmationē inducere vr̃.Lud.Ro.sing.797.inci.cōfirmatio futurorū.Huic opi.conferunt alia, quæ adduco in 3.q.reg.de impe.ben.vacā.per obi.fami.Cardi.num.2.& seq.Amplius arguendo à rationis identitate,ad l.si postulauerit.§.ratio.ff.de adult.l.1.§.hoc interdictū eādē, & ibi notat Bar. ff.de fonte.l.illud.ubi gl.magrā, q̄ dat concordari.ī ver.ęstimari.ff.ad leg.Aq. eadē.rō reuocatio-

 nis,

nis,& irritationis vr̃ eſſe circa ea, quæ præcedebant inhibitionem,& quæ illã ſubſequebantur. Poſtremò, vbi hẽmus verba clara interpretationi alicui locus eſſe nõ debet.l.ille aut ille.ibi,Cũ in verbis nulla ſit ambiguitas,&l. non aliter. in prin.ff. de leg.3.Bal.in l.vni.§.finaũt ad deficientis.C.de cad.tol.latè D.meus Phi.Dec.cõſ.89.viſo.num.2.verba aũt inhibitionis inter alia inſeri cõſueta ſunt hęc. Et ſi aliquid hactenus attentatũ eſt in priſtinum ſtatum reducetis &c.Cõtrariam,& ſic negatiuam,ac veriorem opi. tenet in proprijs terminis noſtris poſt Fede.de Sen.cõſ. 290.in prin.Laurẽ.de Rodulph. in tract. vſura. q.130.nu.16.ponderans ẽt inhibitionis formulã in futurũ cauere.Ex quorũ dictis,& Spe.in ti.de
4 cita.§.dicto de citatione.nu.71.colligit ẽt ꝙ†inhibitio cõſeruat iura partium, & oĩa in eo ſtatu, in quo ſunt tpe quo emanat. Vide infra q.70.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsionem continuans poſt inhibitionem an attentet?*
2 *Attentare non dicitur poſſeßionem continuans.*
3 *Ampliatur etiam ſi contra poſſeſſorem ſententia lata ſit.*
4 *Ampliatur adhuc vbi poſſidens ciuiliter lite pendente poſſeßionem naturalem cepiſſet.*
5 *Continuare dicitur poſſeſſionem incontinenti recuperans.*
6 *Incontinenti quomodo quis dicatur recuperare poſſeſſionem?*
7 *Articuli formula ſuper recuperatione poſſeßionis incontinenti.*
8 *Attentare dicitur,qui prohibet ne quis ſuam poſſeſſionem continuet.*
9 *Conſtituti vigore continuans poſſeſſionem excuſatur ab attentatis.*
10 *Continuatio poſſeſſionis cum mutatione perſonæ, an excuſet ab attentatis?*
11 *Hæres vniuerſalis poſſeßionem bonorum defuncti lite pendente apprehendere poteſt.*
12 *Inſtantia tranſit in hęredem.*
13 *Inſtrumentalis poſſeſſio præcedens, an excuſet ab attentatis?*
14 *Continuationis poſſeſſionem ad inducẽdam ſufficit ad excludendum attentata preſumpta pręcedens poſſeſſio.*

QVÆSTIO XXIII.

1 VIgeſimotertio quæro,an† poſſeſſionẽ continuans poſt inhibitionem ſibi factã attentare dicat̃?Pro negatiua rñdi in cauſa Amerin. Finiũ contra Lunianen.in qua excellẽs D. Io.Bap. Garganus cõmiſſarius Apoſto.habito nuncio ſe conſulem Romanũ renunciatum litigatorib. interdixit,ne in præiudicium litis corã eo pendentis aliquid circa poſſeſſionẽ, vel aliud innouaret ſub grauiſſimis pęnis, ꝓbaui Amerinos,eorũq; ſubditos inhibitione non obſtante potuiſſe,& poſſe ſuam priorem poſſeſſionem,ſeu quaſi continuare,ẽt colendo,ligna incidendo,ac animalia Lunianen.damna facientia capiẽdo, ac retinendo,ac pignorando, & alios ſimiles actus poſſeſſorios,& iuriſdõnales ꝓut prius faciendo,& exercendo.Pro mea opi.negatiua plura in mediũ af-
2 ferebã,& imprimis,ꝙ † attentare non dicit̃, qui poſſeſſionem cõtinuat.c.cũ teneamur, de appel. c.1.ubi Abb.nu.1.& 4.vt lit.pen.gl.ult.poſt mediũ.in c.non ſolũ.de appel.li.6. & ibidem Fran. nu.1.gl.in cle.2.in ver.innouari, & ibi Cardi.in 2.opp.ac Imol.ſuper gl.in 1.oppo.vt li.penden. Inn.& Abb.in c.venerabilis.de cenſib. Saly.in c. dilecti.col.vlt.de ma.& obe.Rot.89.nota ꝙ vbi poſt appellationem,cir.med.ĩ anti. Caſſad.Dec. ꝯlt.nu.14.de cau.poſ.& propr.Phi.Fran.in c.cũ perſonas.§.ſi verò,col.1.de priui.li.6. Bertr.cõſ. 28.col.2.li.1.in primis.D.meus conſ.193.in cauſa poſſeſſionis.colu.1.verſ. ſed tunc inſurgit. Et huic regulę ſimilis eſt alia ꝓpoſitio, ꝙ cõtinuãs poſſeſſionem non ſpoliet.Rot.259.ſi rector. in no.aliàs 11.ſub t it.de reſti.ſpol.& D.meus cõſi.
3 460.viſo.nu.20.Amplio etiã ſi contra†poſſidentem ſnĩa lata ſit,à qua ipſe appellauerit. Alberi. in l.1.ff.nil nou.appel.pend.in prin.Ange.in l.ſi cuius.ff.de appe.reci.Io.An.in c.non ſolũ.de appel.lib.6.Iafre.Dec.447.incip. poſſidens contra quem,Pariſ.conſ.39.non pñt.nu.3.& ſeq.lib.1. Io.de Neuiz.cõſ.82.nu.27.poſt alios,quos citat. Et ita reſolutũ fuit in Rota in Bonon. Attentato-
4 rum coram Cotta 16.Ian.1570.†Amplio ſecundo,vbi poſſidens ciuiliter lite pẽdente poſſeſſionem naturalem cępiſſet.c.cũ veniſſent,ubi Abb. in vlt.not.de reſti.ſpol. Alex.cõſ.99.nu.5.vol.5. latè Sozi.conſ.82.col.3.in 5.concl.li.3. ac Pariſ. conſ.172.aliàs ult.nu.10.& ſeq.uol.4. Amplio tertio ẽt ſi poſſeſſio ſit contra ius & cõpetat rõne priuilegij,ut in alle.c.pſonæ.de priuil.li.6.& ibi Gemin.in §.ꝙ ſi talis,in 4.not.& Franc.in 2.not. Idem Frã.in c.cũ teneamur.col.2.de appel.Amplio quarto,vt in ſua poſſeſsione q̃s a iudice conſeruandus,ſeu manutenendus ſit, ẽt ſi iniuſta p̃ſumeretur,etiam ex eo,ꝙ poſſeſſori ius cõe reſiſtat.uoluit etiã Abb.in alle.c.1.nu.4.ꝯt li.pend. ac Aug.Bero.conſ.118.nu.2.& ſeq.li.3.Amplio quinto,ut etiã repellere poſſit aliũ occupantem propria auctoritate.ut per Bart.in l.1.§.neceſſariè.ff.ſi mul.uen.nomi.& in l.j.§.hoc interdictũ. ff.vti poſs.ac in l.1.C.unde vi.& Nic.Mil.in ſuo reper.in uer.poſseſsor põt illum.Amplio ſextò, etiam ſi talis cõtinuatio fieret per modum recuperationis,cõtinuare.n.dicit̃, qui poſseſſionem
5 incontinenti recuperat,† & conſequenter attentare non dr̃.Rot.Faſto.cauſa 20. in 1,dub.& D. meus conſ.460.viſo,nu.20. ac Pariſ. conſ.1.nu. 143.& cõſ.41.nu.38.& ſeq.li.1.De quo etiã per Fely.in c.vigilanti.nu.8.de præſcr.ubi etiã quantum tp̃s detur ad recuperandũ.Et poſseſſionem incontinenti recuperatã eſſe an teq̃ ad actus extraneos diuertat̃ dixit Bar.in l.3.§.eũ qui, ff.de vi & vi ar.p tex.in l.cõtinuus. ff.de ver. obli. in l. duos.§.ꝯlt.ff.de duo.reis,ac in l.qđ ait.§.ꝯlt.ff. de adult. Altera fuit opi.incontinenti dici,i.quã primum poterit,per tex.in l.2.§.confeſtim.ff.ad
6 Sena.conſ.Tertul.†Concludi aũt ſolet, quòd arbitrio

bitrio iudicis remittatur quantum tempus detur ad recuperandum, ut dixerunt Bar. in d.l.3. §.eum igitur.ff.de vi,& vi arm. Ang. in disputa. inci.renouata guerra,col.4.Bal.in l.vlt.C.de his, qui a non domi. Alex.in l.si de eo. §.si fortè, nu. 6.ff.de acq.pos.Rui.cons.130.nu.6.li.1.Hippo. de Marsi.in l.quæstionis,nu.42.ff.de qō.Bertrā. cons.139.nu.3.in nouis,lib.3.And.Tiraq.in l.si unquam.in ver.omnia,uel partē,nu.31. C.de re uo.dona.& uoluit Paris. cons.24. præsupponit. nu.16.& seq.li.1. Et circa præparamenta ante recuperationē facienda, & ꝙ considerari debeat qualitas rei,& personarum actiuè,& passiuè,notat Rui.cons.42.quoniam scio.nu.16.& seq.vo-

7 lum.3.†Articulus aūt super hac recuperatione, ac præparamentis ita concipi debet, vt habui in facto in causa Romana status de Columna, in qua per 30. annos fui Aduocatus,& adhuc sub iudice lis est.Itē,quòd Prosper Columna de Cauis cognita per eum occupatione, eiectione,& intrusione prædictis, quamprimū potuit arma parauit,ac consangnineos,amicos, & vasallos, & quamplures stipendiarios,capitaneos, milites,ac armigeros conduxit,& cōuocauit,& semper,& continuò in continuatione, & præparamentis institit,ac perseuerauit, castraq; illa de quibus ipse, uel eiusdem officiales eiecti fuerūt illicò recuperauit, & recuperare visus fuit palā, & publicè,& sic fuit,& est verum.

Septimò amplio ad causam matrimonialem, etiamsi in altero coniugū immineat periculum peccati.c.2.& ibi Abb.in 1.not.vt li.penden.

Octauò amplio, vt non solū continuatio non

8 sit attentata,imò attētare dicatur, qui prohibet, uel impedit ne quis suā possessionem cōtinuet gl.in c.non solum.de appel.li.6. Mil.in reper.in ver.innouare.& in ver.lite penden.Paris.consi. ult.nu.14.vol.4.ubi glo.illam communiter approbari affirmat Bertr.cons.51.num.3.& consi. 253.nu.1.li.2.in primis,ac Aug.Bero.cons.119. in causa.num.2.& num.10.lib.3.

Nonò amplio, ad continuationem possessio-

9 nis etiam vigore † clausulæ constituti, & sic ad non veram,& actualem possessionem,ut excuset ab attentatis,ut sensit Paris.cons.172. in causa, nu.12.uol.4.Quod intelligendum est, nisi lis esset super validitate, & inualiditate contractus,in quo appositum sit constitutū. Lite enim sic pendente,& post inhibitionē attentaret. vt Dec.168. inter recollectas Cottæ,& conclusit. Rota in Fulginaten.Bonorum,& Spolij attentati coram caputaquen.11.Februarij. & 20. Iunij 1558. in qua dubitabatur, an donatarius, qui commissa causa super validitate donationis,& lata sententia ī eius fauorē, & interposita ex aduerso appellatione possessionē est ingressus,diceret attētasse & allegaretur, ꝙ vigore clausulæ constituti, per quam,& ciuilē, & naturalē habebat possessionē ingrediendo,videtur potius continuasse, quàm de nouo acquisiuisse conclusum fuit, ꝙ ex quo causa erat super validitate donationis,talis possessio attentata esset.per cons.Soci.78.post nu.7. vers.Confirmatur ista opin. li.3.

Decimò amplio,ad cōtinuationem possessionis factam non solum ab eadem persona, sed ēt

10 si fiat cum † mutatione personæ repræsentantis illum,de cuius possessionis continuatione tracta

11 tur, vnde † hæres vniuersalis possessionem bonorum defuncti lite pendente absq; attentatorū uitio apprehendit.iuxta tex.in auth.de litigiosis. in prin.vers.Et hoc adijciendum est, ex quo tex. sumpta est auth.nunc si hæres. C.de litig. & ibi Bal.ad hoc notat.col.1.vers.Nota istam. Instātia

12 †enim cum toto iure defuncti trāsit in hæredē, prout erat penes defunctum.l.hæres absens.& l. si petitor.ff.de iudi.l.eum hominem. ff. de fideius.l.si rē.2.ff.de rei vindic.c.quia G.& ibi Abb. Fely.& alij.de iudi.Hinc Rota in Messanen. Baroniæ coram Oradino cōclusit, non constare de attentatis,ob id,quòd quis vti hæres in casu illo possessionem cęperat, diceretur possessionem defuncti continuare,non aūt attentare.Et habemus in iure actiones competentes defuncto,uel in defectum actiuas,& passiuas transire in hęredem.toto tit.ut actio.ab hærede, & contra hęte. inci.& Insti.de inu.stipu.§.post mortem.Generaliter dicimus etiam hæredem, & successorem affici,astringi,& iuuari eisdē iuribus, & uinculis, quibus eius author.ad l.hæredem. quæ est 60.& l.ī omnibus officijs, aliàs, in ijs,quæ officij,quę est 135.§.non debet.ff.de reg.iu. Aret.consi.36. casus talis nu.3.vers.Secundo dico.& cons.112. considerans,col.2.vers.De successore. Sozi.consil.82.de quæstionibus,nu.3.li.3.Imò hæres censetur eadem persona cū defuncto,ut dicit tex.in auth.de iureiur.a mor.pręsti.cir.prin.& declarat Bar.in l.2.§.1.col.2.ff.de præto.stipula.Et dixit Bal.in l.1.C.quo.lega.quòd noīato Titio, vī etiā noīatus eius hæres.ita quòd cessat illa exceptio, seu excusatio,tu non es nominatus in instrumento,& ibi cōiter sequuntur, & declarant Sozi.consil.141.li.2.& D.meus cons.162.col.2.& Ias.consil.217.per totum.lib.2.

13 Vndecimò amplio, vt † instrumentalis possessio præcedens excuset ab attentatis actus possessorios factos postea lite pendente, tanquam factos in continuationē possessionis, si per talē instrumētalem fuit acquisita possessio, vt uoluerūt Dñi de Rota in Illerden.Sacristię corā Fantutio 9.Decemb.1555.videlicet, ꝙ possessio instr̄alis, quæ supponebatur esset bona,& alia capta illinc ad nonnullos annos esset continuatiua.Idē dixerunt in Vrbeuetan.castri Ficuli corā Accorābono. sub die Maij 1557. Cardinalis.n. Crispus ante litē motā vigore sui regressus acceperat instrumētalē possessionē, deinde lite mota præten debatur eundem pp electionem Fœlicis cappellani aduersarij,& propter nonnullos alios actus factos attentasse: Allegabatur pro Cardinale, ꝙ illos actus fecerat per modū continuationis,conclusum fuit, quòd si per illam instr̄alem Cardinalis acquisiuit possessionem, tunc cessent attentata. Aliàs si eo tēpore fœlix fuisset in possessione,ita vt alio possidente per instr̄alem nihil ac-

quisiuisset, vel etiam quia non esset locus regressui, tunc fuerunt pro attentatis. Quæ aũt dicat possessio instrumentalis hẽmus tex. in cap. cum olim. post prin. vbi eps̃ inuestiuit P. de archidiaconatu per anulũ. de re iudi. & in c. ex ore. cũ gl. in ver. anulo, & in ver. mandato, de ijs, quæ fi. a ma. par. capi. per Rot. 301. Nota, per traditionẽ anuli. & 716. Dic. si aliq̃s. in antiq. de qua ego latè tracto in 22. q. 16. Reg. cãcel. iuxta 2. æditio. & in 19. q. Reg. de Anna. nu. 3. & vtrobiq; probo instrumentalem possessionem alio non existente in possessione captam esse considerabilem, & releuãtem, secus alio existente in vera possessione, & sic pro distinctione, quam fecit Rota, vbi sup.

Duodecimò ampliatur, vt ad inducendam
14 † continuationem possessionis pro excludendis attentatis sufficiat præsumpta pręcedens possessio, seu quasi, de iure cõi, pro quo ego dũ Gubernationi Beneuentanæ præpositus essem, adducebam pro Archiep̃o cõtra ep̃m Boianen. pro causa iurisdictionis Rot. 10. nota quòd de appella. aliàs 89. vers. Et ratio, ibi, Quia vbi de iure cõi præsumitur possidere non vr̃ attentare. in antiq. Et sic postea decisum fuisse audiui sub die 21. Iunij 1555. in eadẽ causa Boianen. iurisdictionis coram Capizucco inter eosdem, licèt dictus ep̃s prætenderet se exemptum a iurisdictione dicti Archiep̃i, & desuper causam iactationis commisisset, qua pendente visitator censuras fulminauerat in impedientes visitationem, & ep̃s illas attentatas prætenderet, quia tamen non docuerat se esse in quasi possessione libertatis, & metropolitanus, vt dixi, præsumebatur de iure cõi esse in quasi possessione visitãdi, Rota dixit non constare de attentatis. Et cum exemptio dicatur iurisdictionis priuatio, ac libertatis concessio ex mente Gemin. in ca. 1. in 1. not. de priuil. debet ostendi priuilegiũ, aliàs in contrarium est præsumptio. Abb. in c. 1. num. 13. de offi. ordi. In proprijs terminis nostris, quòd post inhibitionem possessionem suam continuans nõn attentet, nihilque ei propterea imputari possit, est tex. in c. 1. vt li. pend. & concludit D. meus Phi. Dec. præal. consil. 103. nu. 1. vers. sed tamen insurgit. ac Paris. dictis, cons. 39. nu. 8. & seq. l. 1. & 172. nu. 14. vol. 4. ac Bertrãn. cons. 4. colum. 1. & sequ. in secundis. & cons. 31. col. 1. vol. 4. in primis. Io. Neuiz. cons. 82. pro Hieronymo. nu. 35. iun. ijs, quę ibidem ponit, num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis iudex, an inhibeat?*
2 *Nullitatis prætextu non impeditur executio rei iudicatę.*

QVÆST. XXIIII.

1 VIgesimoquarto quæro, an † iudex meræ nullitatis inhibere possit? pro opi. negatiua est tex. in cle. 1. de re iudi. vbi deciditur, q̃ nulli-
2 tatis † prætextu non debet impediri executio rei iudicatæ: si non potest impediri executio, ergo inhibitio, quæ executionem impedire posset denegari debet. Pro quo adducitur Inn. in ca. cũ in iure peritus. de off. deleg. super ver. de mandato. Bal. in l. 1. C. ne lice. tertio prouo. & in l. vlt. C. de ordi. cogni. vtrõq; Imol. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Ad idem cito Rot. 281. licèt p viã. & 346. si appelletur. in fi. ĩ no. ac Nic. Mil. in suo repert. in ver. Iudex meræ nullitatis non potest inhibere ne fiat executio sñiæ. Pro quo vide etiã Staphi. super signa. fol. 151. vers. Ad prędicta facit maximè. Idem voluit Phil. Franc. qui alios ad id citat in c. dilecto. nu. 38. dicens, q̃ q̃ñ nullitas est principaliter proposita per inhibitionem subsecutam, non impedit executio. Quod etiã affirmat Anto. de Canar. in trac. Guarentigiæ. q. 51. & Ioan. Bap. Ferret. cons. 46. incip. Fuit dubitatũm. nu. 4. lib. 1. Amplio præmissa procedere ẽt in causa attentatorum, ut executio retardari nõ possit, ẽt si nullitas opponatur. Rot. 113. tres sententiæ in no. in fin. præmissa limitari possent in inhibitione quoad personam tm̃, vt uoluit Pau. Castren. in alle. l. 4. §. condemnatum. post nu. 3. ff. de re iudi. vers. Item prædicta vera in executione retractabili, vt quando fit in bonis. Si aũt fieri petatur in personam per capturã, tũc quia ex illa infertur quædã iniuria, quæ non pót aboleri, indistinctè impeditur executio pẽdente causa nullitatis, etiam per viam exceptionis, etiam si non offeratur probatio in promptu, pro quo Castren. citat Bal. in l. vni. C. in integ. resti. postu. nihil fie. Et Pau. ibi sequitur Alex. ac Ias. nu. 21. & seq. & ita idem Castrẽ. in auth. quæ supplicatio. post num. 3. vers. Aut incipitur a nullitate. C. de preci. impe. offe. At in illa obseruantia Florentina non distinguit Pau. Castren. inter inhibitionẽ quo ad personam, & quo ad bona, ergo indistinctè quo ad vtrumq; idem concludendum esse vr̃, nisi dicamus, q̃ in d. §. condemnatum. distinguere uisus fuerit. De inhibitione quoad personam tantum, præmissam limitationem veram, & iuridicam puto, & illã in theoria, & praxi procedere affirmat Iurisconsultorum Etruscorum facilè princeps nobilis D. Dominicus Bonsius, p̃ illa plura valida fundamenta adducens. Pro ijs, quæ dixit Pau. Castr. addo videndos esse Soz. cons. 78. licet nu. 4. vers. Secundo principaliter. libro 3. & Nattam cum Castren. tenentẽ cõs. 217. incip. ægrotaui. ad fi. li. 1. Qui quoad principale quæsitum nostrum contrariam opi. tenere vellet, quòd imò nullitatis iudex ẽt principaliter deductæ inhibere validè possit, & cõsequenter executio retardari debeat, adducere poterit pro hac opin. D. meum Phili. Dec. cons. 103. in causa, in prin. & Nattam in præalle. cons. 217. nu. 7. vers. Tertio respõdeo, li. 1. Et hanc opi. si nullitas constet ex actis, uel incontinenti probari possit puto veriorem. Casum, in quo post rem iudicatã, censuras, ac interdicta, denegata fuit inhibitio extra curiam committenti causam nullitatis, videre poteris in Dec. Putei 22. lib. 1. incipien. In vna Burgen. Cappellaniæ del corporal.

SVM-

SUMMARIUM.

1 *Inhibere sine causæ cognitione an Auditor Cameræ Rotæ potuerit, stante clausula in commissione, quod constito sibi, quòd causa criminalis &c.*

2 *Inhibitio absque causæ cognitione nullius est momenti.*

3 *Clausula, constito sibi, quòd causa criminalis non præiudicet ciuili.*

4 *Clausula, constito, requirit citationem illius, de cuius interesse tractatur.*

5 *Inhiberi statim potest præsentata commissione, etiã clausula, constito, uel præfixo termino.*

QUAEST. XXV.

Vigesimoquinto, Auditori Cameræ commissum fuerat, per speciale rescriptum, quòd constito sibi, quòd criminalis causa præiudicaret
1 ciuili, inhiberet Rotæ. Quæro an † Rota parere debuerit huic inhibitioni absque causæ cognitione decretæ? Pro opin. negatiua moueor, quia de
2 iure † inhibitio absque cãæ cognitione emanata nullius ẽ momẽti, ad tex. in l. 2. in l. iudex. & in l. vlt. C. commi. vel episto. & ad tex. in auten. in medio lit. sacras iussio. non fie. voluerunt Aret. consi. 75. diligenter. col. 4. Alex. consi. 69. col. 2. vol. 7. Fel. in c. dilectus filius 2. col. vlt. de rescrip. Phi. Fran. in cap. 1. nu. 14. de appella. Bero. consi. 117. ex vltima, nu. 4. lib. 3. Rolan. a Valle cõsi. 77. viso, nu. 24. lib. 2. & voluit Lap. Alle. 60. visis literis apostolicis, col. vlt. vers. non obstat huic inhibitioni decretũ, nõ solum, ante nu. 6. Pau. Castrẽ. Roma. & alij in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de no. ope. nun. Vitali. de clausu. in clausu. Nil noua. appel. pend. nu. 23. Couaru. pract. q. ca. 24. nu. 2. Stepha. Bertran. consi. 61. viso processu causæ recursalis, nu. 1. & consi. 114. inhibitio, quam fecisse dicitur. nu. 1. in primis, par. 1. Et voluit Phil. Fran. in c. 1. nu. 14. de appellatio. quòd si prætermissa causæ cognitione iudex deueniat ad inhibitionem, sit iusta causa appellandi: & talis inhibitio tanquam de facto facta etiam de facto reuocari deberet, vt per Rolan. a Valle, qui alios citat in præall. consi. 77. nu. 24. li. 2. Insuper propter clau-
3 sulam in rescripto contentam, † Constito sibi, ꝙ criminalis causa non præiudicet ciuili, infert nullitas inhibitionis ex duplici capite, tum quia non seruata forma rescripti, quæ ad vnguẽ seruari debet. c. cum dilecta. de rescrip. Anto. de But. in ca. ex parte 2. in gl. 7. de fo. comp. D. meus Phil. Dec. consi. 33. viso puncto. col. 2. ante medium. versi. 1. ex quo constat de mente Pontificis. Tum quia clausula illa, constito sibi, quòd causa criminalis &c. conditionem facit, argu. tex. in l. a testatore. ff. condit. & demou. in l. fideicommissum. §. cum esset. & ibi Bar. ff. de leg. 3. D. meus consi. 383. viso puncto. col. 2. post medium, ver. in casu isto. Nõ prius igit̃, vel non aliter inhibitioni locus esse põt quàm probationi, conditioni, modo vel formæ per rescriptũ requisitis satisfiat. ad cõs. Anch. 297 incip. efficacib. col. 1. ver. Secundo dicitur nullũ. & col. 2. ver. Et super hoc aduertendũ. Et quòd si prius non constet, de quo cõstare debebat, inhibitio, præceptũ, monitorium, & alia ruant, & pœnitus inualida sint voluerunt Oldr. cons. 51. incip. Breuiter videtur. in prin. Rot. Ægid. Bellam. 68. incip. si executor. Idem etiam concludit Alex. cõsi. 218. incip. visis verbis, nu. 1. lib. 2. ac Fel. in c. si constiterit, nu. 5. de accusatio. Et iuxta subiectam materiam stante hac clausula, constito, seu si constiterit, aliquando plena, seu euidens probatio requiritur, aliquando sufficiunt probationes præsumptiuæ, seu coniecturæ legitimæ. glo. in cle. cõiecturæ legitimæ gl. in cle. constitutionem. de electio. Alexan. in l. lucius. ff. de condi. & demon. Iaco. de Are. Bar. & alij in l. licet imperator. in prin. ff. de leg. 1. & declarat Ægid. Boss. in prin. suæ praxis crimi. de delicto tractans, quòd prius constare debeat de corpore delicti, nu. 10. & seq. & in materia monitorij cum hac clausula. Paris. consi. 41. ex ijs. nu. 21. & cons. 45. Ruit. nu. 1. vol. 4. Et illa
4 clausula, constito: vel si constiterit, † quòd requirat etiam citationem illius de cuius interesse tractatur, voluerunt glo. magna in clem. vni. de offic. deleg. & in clem. 1. in versic. inquisitionem. de concess. præben. ac in cle. 2. in versi. constiterit. de pœn. & Augu. Bero. in c. conquerente, nu. 11. & seq. de resti. spol. Et quòd si non constet, iudices procedere non possint, & in euentum quòd clausula huiusmodi non faciat conditionem, ad minus det formam, qua non seruata actus corruat voluit Sozzi. consi. 99. nu. 10. & 21. li. 3. Insuper hic cessat ratio illa de qua ad fi. 21. præced. q. pręsertim cum Auditori cameræ esset data forma, quomodo, & qualiter ad inhibitionem procedere deberet. Plura alia pro hac opin. adducere possem, uerum quia præmissa satis urgent, illis contẽtus ero, nec iuxta terminos iuris ab hac opi. receoendum esset. Præmissis tamen non obstantibus, Rota in causa Toletan. Matrimonij, coram vestano die 14. Martij 1547. in casu præmisso dixit, quòd licet Auditor cameræ non potuisset hoc casu inhibere sine causæ cognitione propter illam clausulam (constito &c.) parendum tamen erat inhibitioni propter facilitatem reformandi commissionem, prout habemus in Dec. dicti Vestani 22. sub tit. de iudi. aliàs est Decisio eiusdem Peregri. 23. lib. 1. incipiens, quia fuerat inhibitum per Auditorem Cameræ, & per Gubernatorem sub rubri. de pręscrip. & inhibitio. & de resolutione prædicta fit etiam mentio in quibusdam nouissimis Additionib. ad Rotæ Dec. in nou. super Dec.
5 2. de reser. nu. 26. Et quod † indistincte statim inhibendum sit, etiam si commissio contineat clausulã (cõstito) & clausulã præfixionis termini ad uerificandũ purificationẽ condõnis, & quòd inhibitio hmõi etiam de rigore afficiat, quicquid vóluerit D. meus consi. 33. & Paris. in quodã consil. lib. 1. conclusit Rota in causa Gennen. parro. & attentatorum coram Prospero. 15. Iunij. 1546. vt in annotatio. Card. Putei in eius Dec. 13. inhibendum est statim ẽt si commissio dicat, constito, ꝙ

pensio sit conditionalis, & præfixo termino ad
verificandũ purificationem cõditionis. Et quan-
do aliàs iudex secundus ante causæ cognitionẽ
inhibeat primo, vide Lap. dicta alle. 61. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio per assertum procuratorem obtentat cũ promissione de rato, an sufficiat?*
2 *Inhibitio emanata à iudice carente iurisdictione antequam id sit certum afficit.*
3 *Gesta per assertum procuratorem sunt ipso iure nulla.*
4 *Ratihabitio in præiudicium non retrotrahitur.*
5 *Ratificatio sequens non facit possessionem iniustam.*
6 *Ratihabitio retrotrahitur in præiudicium eius qui ratum habet.*

QVAEST. XXVI.

1 VIgesimosexto quæro, an † inhibitio per as-
serrtum procuratorem obtenta cum pro-
missione de rato afficiat? Simile quæsitum posui
super comm. 14. gl. fi. q. 3. Ibi dictis addo, ꝙ in il
la causa Taruisin. Pẽsionis inter Cardinalem Pi
sanum, & Camillum de Rubeis coram Peregri-
no, sub die 18. Iunij 1548. conclusum fuit inhi-
bitionem hmõi afficere, in specie habemus Dec.
Put. 143. li. 3. incipien. in vna Taruisin. pension.
vbi ꝙ attentata dicuntur facta post inhibitionẽ
obtentam ab asserto procuratore admisso cum
cautione de rato. Et fuit cõsideratum, ꝙ ille, cui
fuit facta inhibitio in partibus scire non poterat
an adesset mandatum, vel non. Et quòd inhibi-
tus debebat supersedere, & contradicere illi ad-
missioni procuratoris, & quia non contradixit,
non potuerit inhibitioni contrauenire. Et pro
hac parte citabatur etiam Dec. Aegid. 592. &
allegabatur etiam aliàs resolutum fuisse in causa
Datiarum castri Gustalde pro Zambella, contra
2 M. Antonium Zambellam, ꝙ † inhibitio affície-
bat emanata à iudice carente iurisdictione ante-
quam sit certum eum non habere iurisdictionẽ.
argum. tex. in l. inter quos. §. alieno nomine. ff. de
dam. infec. per Ias. in l. licet. colum. 2. vers. fallit,
nisi procurator. C. de procu. Verum cõtra Rotæ
Romanæ decretum adduci posse videtur quòd
3 gesta per † assertum procuratorem sint ipso iu-
re nulla. d. l. licet. C. de procura. Alex. cons. 60.
col. 1. vol. 4. concludendum igitur videtur ꝙ in-
hibitio per assertum procuratorem obtenta ope
rari non potuerit, nisi post ratificationem secu-
tam. Verum si post inhibitionem, & antequam
ratificatio superueniat possessio sit apprehensa,
vel aliud factum sit per illum cui inhibitũ fue-
rat, talis possessio, vel alius actus non poterit di
4 ci attemptatus †. ratificatio. n. non trahitur retro
in præiudiciũ illius, cui medio tempore ius est
quæsitum. l. bonorum. ff. rem rat. habe. glo. nota.
in c. ratihabitionẽ, de reg. iu. li. 6. Ant. de But. &
Abb. in c. cum venissent, de resti. spol. Alex. con-
sil. 110. visis, nu. 3. li. 1. & in l. quod meo, col. 3. ff.
de acqu. pos. D. meus cons. 226. magister. col. 2.
nume. 6. Et in terminis quòd ratificatio sequens
5 † non faciat possessionem captã ante ratificatio-
nem esse iniustam uoluit Rot. 150. licèt amicus.
in no. & Bellam. 379. ac Cassa. 8. de cau. posses. &
propr. Grat. cons. 36. nume. 36. & seq. li. 1. Goza.
6 cons. 14. li. 2. nu. 6. & seq. † Et quòd ratihabitio
retrotrahatur in præiudiciũ eius qui ratum hẽt,
non aũt in præiudicium tertij probatur arg. tex.
in l. si partem. §. fi. ff. quemad. seru. amit. l. vni. §. si
quis filium. ff. si tabu. testa. nullæ exta. glos. in l. si
indebitum. §. procurator, in ver. committi, & ibi
Bar. in ver. in contrarium. ff. rem rat. habe. Nic.
Mil. in suo reper. in ver. Ratificatio non trahitur
retro in prçiudicium iuris alteri medio tempore
quæsiti. Paris. cons. 12. in isto. nu. 17. vol. 4. Quę
interprętatio maximè facienda videtur ad exclu
dendum inobedientiam, ac attemptata, & sic de-
lictum, quòd non debet præsumi, & quando po
test, excludi debet. per regulam. l. meritò. ff. pro
so. Bal. in l. prçcib. col. 5. vers. Excusat ergo. C. de
impub. & alijs subst. Aym. cons. 18. col. fi. vers. Et
si dicas, An autem inhibitio obtenta per procura
torẽ gñalem subsistat tractabo, infra quæst. 66.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio obtenta in vim commissionis literis non expeditis an afficiat?*
2 *Iurisdictio ex commißione resolubili.*
3 *Conditione in contractu apposita deficiente perinde est ac si contractus factus non fuisset.*

QVÆSTIO XXVII.

1 VIgesimoseptimo quæro, an † inhibitio obtẽ
ta in vim commissionis literis non expedi-
tis afficiat? Pro opi. affirmatiua faciunt adducta
in præceden. quæstionibus, ubi quòd inhibitio
emanata à iudice carente iurisdictione, & a pro-
curatore non vero afficit. Insuper commissio hu
iusmodi non est conditionalis, sed resolubilis, &
interim suum operatur effectum, & iudex habet
2 † iurisdictionem, licèt elidibilem. arg. text. in l. 2.
cum gl. magna, quæ cõiter tenetur. ff. de in diem
adiec. & ad alia quæ adduco in 17. q. 32. Regu.
nu. 17. & seq. Pars negatiua tenenda videtur. Ex
quo inhibitio obtenta in vim cõmissionis super
beneficio literis nõ expeditis censetur inualida,
cũ iurisdictio esset data sub conditione, qua defi
ciente nõ aderat iurisdictio, vt in specie est. dec.
Putei 14. sub tit. ut lit. pend. sub ijs verbis: At-
tentata stante lite introducta per commissionẽ
literis non expeditis, etiam post inhibitionem
executam non ueniunt reuocanda ex quo iuris-
dictio erat data sub conditione, qua deficiente
non erat iurisdictio, & per consequens nec lis,
nec attentata ita in causa Hiporigien. Ministra-
tus coram Thoma 30. Aprilis 1545. &c. Et quòd
perinde iudicandũ sit data iurisdictione sub con
ditione, illa deficiẽte, ac si nunq̃ iurisdõ data fuis
set. Probatur in l. necessario. ff. de peri. & cõm. rei
ven. & ĩ l. pecunia. ibi perinde est em̃, ac si nulla
stipulatio

stipulatio.ff.si cer.peta.vbi Ias.in 5.no.num.4.cō
3 cludit quòd si † conditio apposita in contractu deficiat habetur, perinde ac si nunquam contractus ille conditionalis factus fuisset. Idem dixit Curt.Sen.consi.8.col.vlt.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio virtute commissionis appellationis quãdo processum fuerat ad declarationem vigore obligationis in forma Cameræ an afficiat?*

2 *Inhibitio nulla seu friuola non ligat.*

QVAEST. XXVIII.

1 Vigesimooctauo quæro, an † inhibitio emanata virtute commissionis appellationis à diffinitiua, seu vim diffinitiuæ habente, quando processum fuerat ad declaratoriam vigore obligationis in forma Cameræ, an afficiat? In cã Lucan.coram Puteo.7.Octob.1545.prout ipse annotauit, conclusum fuit pro negatiua, & talis inhibitio habita fuit pro calumniosa, cum igitur
2 inhibitio † nulla, seu friuola fuerit, neminem ligare potuit.ad c.ne captandæ, ad fin.vbi Gemin. in vlt.no.de præben.lib.6.Rot. Bellame. 239. in causa D.Gui.& in anti.356.not.quòd attentata. Paris.consi.108.de bono.num. 10. & 12. lib. 1. Rot.38.sub tit.de appell.in no.Phi.Fran.in c. ne captandæ.super glo.fi.de con.præben.li.6. Abb. in ca.2.in 4.not.de inte.resti.Boer.Dec.61.incip. Margarita.nu.4

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vim commissionis appellationis a tertia sententia an afficiat.*

2 *Tertiò prouocare non licet, & quare.*

3 *Amplio ad interlocutoriam.*

4 *Sententia super tertia appellatione an ipso iure sit nulla?*

5 *Rei iudicatæ mentione non facta, rescriptũ nullum.*

6 *Inhibendum non est in casibus prohibitis.*

7 *Inhibitio siue iusta, siue iniusta timenda.*

8 *Dubium si sit quis possideat, quicquid attentatum est, reuocari debet.*

QVAESTIO XXIX.

Vigesimonono latis duabus sentētijs, in partibus, & tertia in Rota, appellatur, appellãti datur terminus iuris, qui causam appellationis
1 committi obtinet, an inhiberi, Quæro an † inhibitio huiusmodi afficiat, & operetur, quòd quicquid postea fit, attentatum dicatur? Pro opin. negatiua vtra deducta in præceden.& alijs.q. pon-
2 dero, quòd † non licebat tertio prouocare. C.ne lice.ter.prouo.in rub.& nigro.c.tua nobis.de appel.Sozzi.Regu.328.incipien.prouocare tertio. Rationem quare non liceat tertio prouocare, adducit Diuus Tho.2.2.quæst. 69. artic. 3. ad tertium, quia non est probabile toties iudices à recto iudicio declinare. Et tertium iudicium finem imponere affirmauit Plato lib.4.de legib.Dialo.
3 6.Amplio † etiam ad appellationem ab interlocutoria, vt non liceat nisi bis prouocare ad gloss. in clem.fin.in versi.super ea.ad fi.quam ibi sing. dicunt Card.& alij, de appel. Ant.de But.in c.fraternitatis, de frigi.& male. Alex.in l. quod iussit. nu.11.in 2.fallen.ff. de re iudi. & Coset. in suis
4 sing.in versic.appellatio.3. Et an † sententia lata super tertia appellatione sit ipso iure nulla, quærit Bald.distinguens in alleg.c.tua nobis.num.2. de appel. Vide Rui.consi.114.visa facti.nu. 17.
5 & seq.vol.5.Insuper † de re iudicata mentio fieri debet, aliàs rescriptum nullum redditur.c.exposita, & ibi Docto.de arbit.l. causas. & ibi Ias. nu. 4.cum seq.C.de transactio.Cardi.consi.65. Thema tale est plebs.nu.10. ver. ad secundum. Feli. in c.super literis, nu.14.de rescr.in 7.Reg.Paris.
6 consil.1.num.53.vol.4.Item † in casibus prohibitis non est inhibendum.Rot.11. fuit dubitatũ, & 280.licet per viam, in nou. Partem affirmatiuam tenuerunt D.mei de Rota in causa Brixien. matrimonij corã Ptolomeo 19.Februarij.1546. omnia post præfatam inhibitionem facta dixerunt fuisse attentata, & adducebatur præalleg. Dec.11.in nou.glo.in cap.si eo tempore, de electio.lib.6.& Fel.in c.dilectus.in 2. colum.de re-
7 scrip.Et (vt aliàs dixi) ex quo inhibitum erat, † inhibitio siue iusta, siue iniusta, timeri debebat. Rota.306.nota, quòd vbi audientia, ad fin.in antiq.
8 sic etiam dicimus † vbi erat dubium quis possideret, quicquid attentatum est, reuocari debet Alex.post Inno.consi.99.visis.nu.6. vol. 5.& D. meus consi.103.in causa versus fi.Idem etiam in facti specie, de qua supra, & in eadem causa Brixien.conclusum affirmat Put.Dec.395.lib.2.incipien.Inhibitio iusta, vel iniusta timenda est. & in alia causa videlicet Valentin.dela puebla.in simili casu idem conclusum fuisse testatur Achil. de Grassis Dec.27.aliàs 7.sub titu.de Attenta.in incip.Attentata.ex stilo Rotæ. iuxta quem stilũ dicit tantum fuisse attentata post inhibitionem emanatam virtute commissionis, in qua nõ esset narratum de tribus sententijs latis, non obstante quòd appellatio non fuisset iustificata, licet contrarium esset de iure prout in c. nõ solum.in ver. canonicè.de appel. lib. 6. & quod tradit Rota 412.Et non obstante, quòd post tres sententias instaretur pro executione. Et rationem stili huius affirmat esse Achil.in d.Dec.est, quòd si simus in inhibitione in curia exequenda, facile adrie principem pro remedio. Dic tu reformando commissionẽ, cuius uigore inhibitio huiusmodi decreta fuit, vel aliterstatim prouidendo. Si uero in partibus intimanda, seu præsentanda sit inhibitio, tũc non sit aperienda uia inferiorib. iudicandi super inhibitionib. a Ro. Cu. emanatis, quia facile negligerentur,

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vim commissionis cum clausula, quatenus causa nõ sit instructa, si erat instructa, quicquid fit postea an dicatur attentatum?*

2 *Attentatorum in materia primo cõtemptus iudicis consideratur.*

3 *Dummodo, dictio exigit vt existat illud cui adiungitur.*

QVÆSTIO XXX.

1 TRigesimo quæro,†an inhibitio a Rota emanata vigore commissionis habentis clausulam (Quatenus causa non sit instructa) si causa tūc instructa erat, quicquid post inhibitionis intimationem factum fuerit dicatur attentatum?
2 Pro opi. affirmatiua pondero, ꝙ † in materia attentatorum, primò, & præcipuè contemptus iudicis cōsideratur, Rot. Bisign. 1. col. fi. vers. Quia talia attentata, vt li. pend. in antiqu. & 433. nota nūquid in anti. nu. 5. ac in nou. 14. fuit dubitatū. colu. 1. vers. Et est ratio, quia plus offenditur iudex &c. Aene. de Falco. de reseruatio. q. 4. in 11. effectu, post nu. 2. vers. Intellige prædicta, fol. 35. Aret. & Rip. in l. naturaliter. §. nihil cōe. nu. 67. ff. de acq. pos. Phil. Frā. in c. bonæ. col. 4. de appel. Paris. cons. 41. nu. 38. li. 1. Cum igitur in spretum inhibitionis rotalis in partib. corā ordinario processum fuisse supponat, meritò debet quicquid coram eo factū est, tanquam in contemptū tanti tribunalis factum, via attētatorum reuocari. Partem negatiuam tenuit Rota, ꝙ immò nullum attentatum prætēdi possit propter illā conditionē in commissione appositam, videlicet, (Dūmodo
3 do causa non sit instructa,) quæ† dictio, dummodo, exigit, vt omnino existat illud cui adiungitur alioqui actus effectum non sortiatur. Io. And. in c. ex tuarum. de autho. & vsu pal. Alex. in l. 1. in prin. ff. ad leg. Falci. Inhibitio igitur in vno casu concessa, in altero denegata esse censetur, & econtra. arg. tex. in l. cum prætor. de iudi. cū vulg. Insuper non censetur contra mentē Papæ processū, vel contra Rotæ intentionem, vnde secundum vtriusq; voluntatem, vt ex dicta clausula conditionali apparet. Nec potest dici iudicem offendere, qui illius imperio aliquid facit, uel legi sibi datæ obtemperat. Pro non attentatis conclusum fuisse annotauit Hiero. Noua. sub die Lunę 6. Nouemb. 1550. in Algaren. beneficij S. Antonij corā Fabio, inter Iacobū Pons. & Antoniū Scales.

SVMAMRIVM.

1 *Inhibitionis tempore si causa erat instructa, sed nō tempore commissionis obtentæ, processus post inhibitionem, an dicatur attentatus.*
2 *Fraudibus iura occurrunt.*
3 *Quatenus causa non sit instructa, clausula, in instanti operatur.*

QVAEST. XXXI.

1 TRigesimoprimo, iuxta thema, de quo in proxima præceden. quæstio, quæro, †an si tempore commissionis obtentę causa non erat instructa, sed bene tpe inhibitionis præsentatæ, processus factus post inhibitionem dicatur attentatus? Pro opin. negatiua vltra supra adducta considero, ꝙ si sufficeret causam non esse instructam tpe impetrationis rescripti, facile fraus cōmitti pos-
2 set, † cui iura occurrunt. l. si cui. ff. de seruit. l. in fraude. ubi gl. dat concordan. ff. de rei uendi. c. fi. in prin. cum gl. 1. de postu. Fraus autem committi potest differendo p̄sentationem inhibitionis, & in calculo ferendæ sententiæ illam præsentari faciendo, & sic iudicem, & partem eludendo. Pro contraria opin. & sic pro affirmatiua est in terminis Dec. Achil. 4. sub tit. de cōmiss. in hæc verba. Commissio causæ cum auocatione quatenus nō sit instructa, intelligitur tēpore auocationis, quia illo tempore attenditur subreptio, & sic licet tempore inhibitionis causa esset instructa, debet iudex supersedere, aliòqui attentat, quia iam vidit causam bene fuisse auocatam, & ideo sententia lata contra talem inhibitionem fuit nulla iudicata coram me, in una Cęsaragustana Primitiarum de Penna flor. 7. Nouemb. 1548. Facit consi. Gemin. 47. & cons. Bero. 114. quod incipit circa. nume. 6. volum. 3. Idem etiam annotauit Cardinalis Puteus conclusum fuisse in Eluen. beneficij S. Catherinæ, coram Anto. Augustino 28. Martij 1547. Aduertendum etiam est, quòd illa clau-
3 sula. † (Quatenus causa non sit instructa) nihil suspēdit, sed statim tenet, & operatur in illo instanti ex tex. in l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. habet enim se ad esse, & non esse. Aut enim tunc est instructa, aut non, vt declarant Ias. in d. l. cum ad præsens. in secundo nota. num. 4. & Rip. in l. Stichum qui meus. nu. 3. & seq. ff. de leg. 1.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio vigore commissionis auocatorię cū clausula, quatenus instructa non sit, terminis malè seruatis, an impediat primum iudicem ne pronunciare possit?*
2 *Non esse factum, uel non idoneè, paria sunt.*
3 *Nullum, & inefficax, pro nihilo haberi.*
4 *Contestata lite uerè lis pendet.*
5 *Instructa causa quando dicatur.*
6 *Instructum quid plurib. modis quando dici possit.*

QVÆSTIO XXXII.

TRigesimosecundo quæro, quid si Papa auocet causam dummodo instructa non sit, & tempore auocationis fuissent iura producta, &
1 termini omnes seruati, licèt malè, & nulliter, † an inhibitione, a iudice, cui causa auocata commissa erat, emanata non obstante, primus iudex pronuntiare potuerit? Pro opin. negatiua respondendum uidetur, ex quo termini malè, & nulliter seruati supponuntur, vnde perinde est, ac si seruati
2 non fuissent, cum paria sint † factum aliquid nō esse, vel non idoneè ad l. quoties. ff. qui satisd. cogan. l. quarta. §. condemnatum. ff. de reiudi. l. prima. §. & quidem non esse. ff. quod cuius. vniuer. c. inter corporalia. §. sed neque. de translat. episco.
3 sic etiam dicimus, † nullum, & inefficax pro nihilo haberi ad l. primā. in fi. ff. quod quis. iur. l. secunda. §. primo. ff. quemadmodum testa. aper. cle. secunda. §. fi. de re iudi. At si termini substantiales

tiales nullo modo seruati fuissent, causa instructa dici non potuisset, immo nec lis verè penderet,
4 quum † verè lis pendet, a tempore contestationis. l. placuit. C. de peda. iudi. l. nemo. C. de iurisd. om. iud. glo. penulti. in l. & quia, in princ. ff. eo. §. omnem, & §. si verò. in Auth. de litigio. cap. super quæstionum. §. 1. & ibi Abb. col. 5. de off. deleg. Et iudicium dicitur uerè lite contestata. Bald. & Abb. in ca. 1. de lit. contest. Et ante litem contestatam iudicium dicitur inchoatum, sed nondum formatum. Rip. super rubr. extra de iudic. nu. 47. Pari modo si malè, & nulliter seruati sint. Contrarium conclusit Rota, & sic pro opin. affirmatiua coram D. Piccolomineo, prout per Crescen. Dec. 113. sub tit. de iudi. quod non obstante inhibitione primus iudex pronũciare potuerit, ex quo
5 causa satis dici poterat instructa, † cum tempore vocationis potuerit pronuntiari iuxta tex. in ca. cupientes. §. si verò. inn. glos. in ver. duæ, & in ver. instrui, quæ supplet, ita quòd diffiniri possit. de electio. lib. 6. sic & fundum instructum dicimus habentem instrumenta fructus quærendi, cogendi, conseruandi gratia parata. l. sicut. l.
6 instrumenta. & toto tit. ff. de fun. instru. † Et omnia quæ sunt parata, ordinata, & apta ad aliquid operandum, seu ad finem suum deducendum instructa nuncupamus. Sic & milites instructos armis dicimus. 1. Paralipom. cap. 12. versus fin. (Et stabãt in acie instructi armis bellicis.) & post (Et cum eis instructi clypeo, & hasta triginta & septem milia.) Ezech. 23. (Et uenient super te instructi curru, & tota multitudo populorum.) & Cic. de Nat. Deo. Instructam etiam dicimus aciẽ prout. 2. Reg. cap. 10. (Et instruxit aciem contra Syrum.) Cice. pro Murena. (Tu actionem instituis, ille aciem instruit,) sic & nauem instruere. Columel. libr. 5. Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consumata perinde instruunt armamentis, ministrisque.

SVMMARIVM.

1 *Inhibito primo iudici ante ratificationem iuramenti perhorrescentiæ ab asserto procuratore præstiti, an gesta post inhibitionem subsistant.*
2 *Ratihabitio mandato æquiparatur, & retrotrahitur.*
3 *Amplio ad requirentia speciale mandatum.*

QVAEST. XXXIII.

Trigesimotertio quæro, procurator assertus iurauit de perhorrescentia, ante ratificatio-
1 nem, fuit inhibitum primo iudici, † an gesta corã illo post inhibitionem, & ante ratificationem dicti iuramenti subsistant? Pro notitia huius iuramenti perhorrescentiæ, ultra ea, quę hic subdã, videant iuniores quæ scripsi super 7. form. commissionum in gl. in ver. prout qñcunque, in primis quatuor quæstio. Quo ad propositum quęsitum negatiuè rñdendum esse vr̃, & sic quod non subsistant, & consequenter quod tanquam attentata, & contra inhibitionem facta reuocanda veniant, cum enim supponamus a iudice inhibitũ, non refert, quod nõ adsit ratificatio, ex quo sicut in quacunque parte iudicij perhorrescentiæ iurm̃ præstari potest, ut in bulla Innoc. cauetur, & tetigi super 7. formula commissionum. in 2. q. & Rota interpretatur vsq; ad brachium seculare, & interim nõ est quid non iuranti imputari possit. arg. tex. in c. commissa. de elec. lib. 6. cum aliis. ita nihil imputari potest non ratificanti, & sicut vsque ad brachium seculare iurm̃ huiusmodi præstari posset, ita & vsq; ad brachium seculare ratificatio subsequi posse videtur. Nec propterea ante præstitum iuramentum, vel ante subsecutam ratificationem licere debet primo iudici ad aliquem actum procedere. Et consequenter, si ad aliquos actus præsertim post inhibitionem processit, malè fecit, & omnia per viam attentatorum reuocanda uenirent. ad c. bonæ. de appel. c.
2 non solum eo. li. 6. cum alijs. Insuper † ratificatio retrotrahitur, ac mandato æquiparatur. l. fi. C. ad
3 Macedo. c. cum quis. de senten. excom. li. 6. † Amplio, vt regula hæc procedat in requirentibus speciale mandatum. l. quod si de speciali. C. manda. & ad alia quæ adduco in 9. q. Reg. de impe. bene. viuen. q. 9. nume. 5. Perinde igitur est, ac si principalis ipse ante inhibitionem iurasset, vel ante inhibitionem speciale mandatum pro iuramento prædicto dedisset. Postremo inhibitio, vt aliàs dixi, siue iusta, siue iniusta, siue simus in dubio, timenda est. Rot. 306. not. quod ubi audientia, ad fin. in antiq. Contrarium conclusum fuit per Dominos de Rota, prout Dec. Putei 26. de iudici. in hæc verba. Iuramentum perhorrescentiæ potest ratificari, si pręstitum sit per assertum procuratorem. Tamen facta ante ratificationem per iudicem, cui fuit inhibitum, tenent, nec tãquam attentata sunt reuocanda. Ita in causa Messanen. Baroniæ coram Aquen. 19. Februarij 1543. Amplius corã eodem Puteo. 19. Octobr. tentum est valere gesta in partibus, etiam post ratificationẽ vsquequo ratificatio huiusmodi intimata fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitione præsentata, ordinarius, an testes senes, vel infirmos recipere possit?*
2 *Testes de quorum morte, vel impedimento dubitatur, possunt per ordinarium lite in curia pendente recipi.*
3 *Iudex à quo, pendente appellatione testes senes, & valetudinarios examinare potest.*

QVAEST. XXXIIII.

1 Trigesimoquarto quæro, † an inhibitione a Rom. Cu. emanata, ordinario præsentata, possit ipse ordinarius testes senes, uel infirmos recipere, & examinare? Pro opin. affirmatiua adduci potest Rot. 109. no. quod causa pendente in cu-
2 ria. ubi quod † testes, de quorũ morte, uel impedimẽto dubitaẽ, possunt per ordinariũ causa in curia pendente

pend ente recipi.in anti.& facit tex.in cap.quoniã frequenter, cum glo.in versicu.nisi forte, ibi (Ne veritas occultetur permittitur examinari.) vt li.
3 non conte. Et videmus, quòd † iudex a quo pendente appellatione testes senes,& valetudinarios examinare potest,& non dicitur innouare, vt ét voluerunt Matth. de Afflit. in constitut. probationum incursibus.colum.2.in fin.lib.2. rub.32. Pet.Duenna.nu.42.in 23.& ult.fallen.& Rober. Maran.de ordi.iudici.in 2.actu. princ. vlt. part. in 22.limi.num.195.Idem etiam voluit Rolan. a Valle,consi.23.incipien.& testibus. num. 19.libro 3. Pro ijs vide etiam infra q.58. num.3. vbi quòd iudex a quo generaliter omnia intentare potest, quæ ad faciliorem causę appellationis exitum tendunt. Ampliari possunt proxime dicta ét si iudex ad quem inhibuisset canonicè iudici à quo, prout per Fran.in cap.cum teneamur.versi. Secundus intellectus,colum. fin. ibi,& haberent locum prædicta, etiam si iudex ad quem, canonicè inhibuisset, de appel. Contrarium concludendum est, quòd immo ordinarius, vel quiuis alius post inhibitionem , nec ad talem receptionem, nec ad aliquem alium actum procedere possit, & hoc supponit Dec. Putei. 5. de dilatio. vbi ꝙ pro huiusmodi testibus recipiendis in causa beneficiaria in prima instantia fuit concessa remissoria in causa Callaguritana Dimidiæ portionis corã Io. Paulo Ptolomeo. sub die 7. Octobris 1545. in qua per Rotam iam inhibitum fuerat. Et sic limitari debent Dec. prædicta. 109. in anti.& omnia , quæ pro contraria opinio. adduci possent procedere ante inhibitionem , secus si inhibitum sit.

SUMMARIUM.

1 *Executor literarum apostolicarum an statim, & ad quid inhibeat?*

QVÆSTIO XXXV.

1 TRigesimo quinto quæro † an executor literarum apostolicarũ statim inhibere possit,& quem effectum? Lap. Alleg. 60. visis literis Apostolicis.ad fi. concludit pro affirmatiua : & quòd inhibitio fit ad effectum ne collatores conferant mense durante. Vide quę ibi addo ad Lap. in mea apostil.in ver.inhibet.

SUMMARIUM.

1 *Inhibitio, & decretum legati an ligent ignorantes?*
2 *Decretum irritans Papę ligat etiam ignorantes.*
3 *Decretum irritans Legati à latere quoad scientes annullat quicquid in contrarium fiat.*
4 *Decretum Legati non ligat ignorantes.*
5 *Legatus non potest contra ius facere.*
6 *Ignorantes quod ligarentur esset contra ius.*
7 *Inhibitio in suo esse perfecto quæ dicatur?*
8 *Scienter, vel ignoranter verba legati, de facto ponunt in reseruationib.*
9 *Inhibitionis intimatio an requiratur, vel sufficiat notitia aliunde habita.*
10 *Notitia alicuius quãdo requiritur ad hoc vt quid faciat, vel non faciat, intimatio sibi fieri debet.*
11 *Emptor debet venditori nunciare vt veniat ad cũ defendendum.*
12 *Venditori de euictione obligato qualiter fieri debet nunciatio.*

QVÆSTIO XXXVI.

1 TRigesimosexto † cum Lapo de Castel. Quæro an inhibitio, & decretum irritans legati ligent, & afficiant ignorantes? Ipse concludit pro affirmatiua Alle. 14. incip. conclusio prima. num. 3. versic. Tertia quòd inhibitio, & decretum legati ligat ignorantem. Idem quod Lap. sentire videtur.glo.in c.1.in versi. acceptare.de con.præben.lib.6.& Hostien.in sum. tit. de pręben.§.Et a quo.colum.1.versic.Aut est mãdatum. Idem etiam quòd Lap. tenent Inno. Io. And.& Io.de Ligna.relati per Gemini.idem concludit. hanc opin. affirmatiuam communem testatur Cardin.in clem.1.in 6.not.de concess.præben.& ibidem Boni. Vitali.num.34. Lapum ét refert,& sequi videtur Gasp.de Perus. in tractat. Reserua.dum de effectu reseruationis legati tractat.num.2.versi. An autem decretum Legati cũ Lapo tenet etiam Marti.Lauden.in tracta.de priuileg.& rescr.quæstio. 64.& Ioan. Baptist.Ferre. consi.188.Legatus Papę.in princ.pro qua opin. adducitur etiam tex.in cap.cum dilectus.ibi, Et si Archidiaconus præfatum G.de iur.patro. Accedit, quòd hodie sumus in claris, cum Legatus apponat prout Papa clausulam, scienter,& ignoranter contigerit attemptari, vt per Cardina. in allega.clemen.1.in 6.not.de conces. præben. Et hanc esse communem,& in practica seruari testatur Collecta.in c.ecclesia.in 25.q.de fortile. Nos distinctè, & clare procedentes, ac ad praxim omnia reducẽtes, caueamus ne in adagium illud incidamus, ouium vna saltante omnes saltãt. Pro
2 dilucidatione præmissorum præmittimus † decretum irritans Papæ, ligare etiam ignorantes, vt probatur in cap.si eo tempore.iun.glo.in versi. ignoranter.de electio.lib.6.in cap.1.& in capi.si soli.de con.præben.eo.lib. Zenzel.in extra. Execrabilis.Ioan.22.§.quæ omnia.in glo.in versi.irritum, sub titu.de præben. Anto.de But.& Imo. in cap.2.& ibidem Felin.nume. 13. de constitu. Rui.consi.70.quia id.num.8.volũ.5. Cassa.Dec. 3.de Decre.in reserua. in prin.Io.Mona.in cap.tibi qui.num.2.& ibi prob.nu.1.de rescrip. lib.6. Archid.in cap.si apostolicę.versic. prior sententia.de præben eo.lib. Præpo. in ca.super eod.in vlt.not.de appel.Roma.consi.350.colum.3.& hoc in Rom.Cur.est omnibus notissimum. Præ-
3 mittimus etiam † decretum irritans Legati à Latere quoad scientes annullare quicquid in contrarium fiat, prout per omnes supra citatos:& hanc communem,& indubitatam opin.affirma-

Cuind

Guind.Villadie.de legato.q.9.nume.67.Tertio præmitto, quòd licèt plures ex supra citatis voluerint decretum irritans legati ligare etiã† ignorantes, verior tamen, & magis communis opi.se habet in contrarium, & sic pro opinione negatiua: ea præsertim ratione, quia nullus inferior, et
4
5 †legatus potest contra ius facere, seu disponere. cap.cum inferior.de maio. & obed.ca.penult.&
6 fi.de fi.presb.si † ignorans ligaretur esset contra ius.l.fi.ff.de decre.ad ord.facien. l.si ignorans.ff. loca.l.non potest videri improbus.ff.de reg.iur. l.in testamento ita quidam. vers.Sin autem voluntates eius ignorantur.ff.de condi. & demon. extra. Suscepti regiminis Ioan.xxij. iunc.glos.in ver.postquam sciuerint.de elect.& Lap.alle.89. num.3.Hanc posteriorem sententiam, & sic negatiuam amplexi sunt glo. in c.si eo tempore.in ver.ignoranter. de electio.lib.6.Compostel.in c. capitulum.col.penult. vers. Princeps ideo dixi. de rescr.Archid.& Zenzel.in ca. si Apostolicæ, de præben.lib.6. Et eandem opin. tenuisse Lap. Abb.in c.statutum.eo.tit.& lib.affirmat Gemin. in dicto ca.si Apostolicæ.nu.8. Idem uoluerunt Pau.de Eleaza.in cle.1.de conc.præb. Ancha.in c.si beneficia.in 7.not.de præb.li.6. Archi.vers. sed nunquid legati decretum.Io.And.& Philip. Franc.in d.c.si Apostolicæ, qui Fran.aliter inducit Io.And.quam Lap. in d. alleg.14. affirmans dictus Fran.negatiuam ueriorem, in qua etiam residet Gemin.sibi contrarius in c.1. §.fi.in fi.de conc.præb.idem Gemin.in c. tibi qui, vers.Sed contra istud.de rescr.eo.lib. Anto.de But.in c.2. col.4.& Imol.nu.16.de in inte.resti. Pro qua ẽt adduco Fede.de Sen.cons.290.quia in pręsenti. col.2.ad fin.vers.Imo plus,& cons.297.Legatus concessit.colu.2.vers. An uerò liget ignorantes. Barba.in cle.1.nu.28.& seq.de elect. Alex.cons. 90.vol.7.vbi hanc magis cõem affirmat. Et pro hac opi.pronunciatũ fuit in Rota corã Io. clerici in quadam causa Nullius . anno 1535. prout Dec.Ludo.Gomel.6.inci. Decretũ irritans põt. li.1.Et idem prius fuerat conclusum corã Martino Spinosa. put Dec.Simonet.13. ubi post Frã. & Sozi.hanc pro cõi sequitur.Hanc etiam opin. negatiuam tenuerunt Collectan. in c. cũ dilecti, de præb.Guindisal.Villadie.in alle.trac.de legato in 9.q.1.par.col.21.vers.Sed quęro,an decretum.Fely.in c.per tuas.in 2.no.de Simo.gl.Prag ma.de elec.c.licet.in ver.impediri.col.2.vers.Est verũ in reseruatione legati, quę minus afficit. & Prob.in addi.nu.2. vers.Etiam notat Bart.Sozi. cons.112.ꝙ collatio.nu.2. & seq. subdens hanc sibi videri cõem opi.li.3.Aene.de Falco.in trac. reserua.in 4.quęst.prin.dum de effectib.reseruationis legati tractat.respondens ad pręall.c.cum dilectus.de iu.patr.vt ibi per eũ.Et pro hac opi. concluserunt R.Do.de Rota, vt per Cassa. Dec. 3.de Decre.reseruat. Et hæc est verior, & magis cõis. Quantũ verò attinet ad inhibitionem eiusdem legati non vr̃ dubitationi locus esse, quicquid dixerit Lap.dicta alle.14. Nam aut.supponimus
7 † inhibitionem in suo esse perfecto, potiori, & firmiori accipi debere, argum. tex.in l.prima.§.fin.ff.si ager vectig.vel emphy.peta. Bald. in l.cum mota.nume.4. vers. vlterius oppono. C.de transac.& in cap.non liceat.in fi.de præscr. Sozi.consil.vlt.lib.2.colum.1. vers.Tertia,& ultima ratio ubi subdit, quòd pater vtrinque coniunctus dicitur in potiori significatu.Do.meus Phil.Dec.in l.semper in obscuris. nume.7.ff.de reg.iur.& cons.522.In causa.num.1. & illa dicetur vera, perfecta ac plenior, & firmior inhibitio quæ continebit quatuor requisita, quæ etiam in citatione concurrere debere ostendimus in 35. quæst.Reg.de Anna.nu.2.& seq.videlicet, partis instantiam, seu petitionem: decretum iudicis, intimationis, seu executionis, vel præsentationis per nuncium, seu cursorem: Demum ipsius nuncij relationem se intimasse, vel notificasse. Si hęc requisita adsint, nulli dubium, ꝙ inhibitio ligabit, & afficiet scientes, & sic non cadet dubium, an liget ignorantes. Aut supponimus inhibitionem decretam, seu in reseruatione, vel alio actu appositam, sed nulli intimatam, & tunc dicetur inhibitio manca, inualida, & non habens sua requisita, vnde contra neminem operari debebit, & pro nulla habenda erit.argum. tex.in l.1.in fi.ff.quod quis.iur.l.2.§.1.ff.quemad.testa. aperian.clem.2. §.fin. de re iudi. Et in terminis nostris voluit Aene.de Falco.vbi supra.nu.3.vers. concludo ergo breuiter.Rursus si decretum irritans legati, quod fortius, aut validius est continens etiam clausulam comprehendentem ignorantes, illos non ligat† ex quo non de iure, sed de
8
facto illa verba, ꝙ ignorantes ligentur apponunt prout per Collecta.in alle.c.dilecti.col.2.ver.Idẽ & decretũ, in fi.& vers.Sed nunquid alius.de pręben.Aene.de Falco.in d.4.q.prin.ante nu. 2.ver. Quibus adde Collecta.ante nu.3.vers.Et quamuis hodie, vt dñt Doct. pari rõne inhibitio ignorantes, & sic nõ intimata ligare non debet. Et ꝙ iuxta terminos nostros plus operetur decretum, quàm inhibitio, & inter alia, quia illud nõ requirit aliquam declaratoriã ordinario contrauenien te decreto, secus si contraueniat inhibitioni ad tex.in c.1.de homic.li.6.Gasp.de Perus.in alleg. trac.reserua.col.pe. vers.Sed pone ꝙ legatus inhibuerit absq; decreto, & Aen.de Falco.vbi sup. nu.5.considerari posset casus, ꝙ absq; intimatione
9 † inhibitio pmissa operari posset, videlicet, si aliunde quàm per nunciũ publicum notitia inhibitionis legati iam decretæ, seu appositæ in aliquo actu ad notitiam ordinarij, vel aliorũ quorũ interesset pueniret, certioratus.n.certiorari nõ debet ad l.1.ff.de act.emp.l.1.§.aiunt. & §.si intelligat.ff.de ædil.edi.c.eũ qui certus . de reg.iu. li.6.cũ vulg.Et ꝙ sufficiat scire hanc inhibitionẽ alia via, q̃ intimationis, seu notificationis uoluerunt Gemi.in alle.c.si Apostolicæ. col.pen.vers. Ex ijs oĩbus.de pręb.lib.6.hanc opi. cõem affirmans.Et idẽ uoluit ibi Phi. Frã. & Lancel.Dec.ĩ l.j.ĩ fi.ff.de leg.1.Rñderi põt duob.modis, primo ꝙ si ordinarium, & alios pro legitimè certioratis q̃s supponat, erimus extra dubiũ, an illa inhibitio

tio ignorātes afficiat: Scire.n.& ignorare opposita sunt. Altero modo respondere possumus, quòd hæc certioratio sit informis & vaga & non afficiat: imò quòd requiratur intimatio præcisa per ipsum met nuncium, seu alium officiarium ad id deputatum: quod etiā sensit Aene. de Falco. vbi supra. post num. 3. ver. Nihilominus reputo dubitabile, quia talis notitia debet dari per ministros ad hoc deputatos: de quo dicit videnda multa similia quæ cumulat Hyppo. de Marsi. in l. si quis nec quæstio. colum. 13. & sequen. ff. de quæstio. & Rot. in no. 168. si in causa. Insuper adduco pulchram theoricam Bar. in l. denunciasse. in prin. ff. de adul. quam legit sub l. qui vxori. §. quid ergo.
10 vbi vult, quòd quando † requiritur notitia alicuius non solum ut sciat, sed ut aliquid faciat, uel nō faciat debeat ei fieri intimatio, etiam si aliunde
11 sciat. Hinc est, quòd † emptor debet uenditori denunciare, quòd ueniat ad eum defendendum: nec sufficiat scientia aliunde habita, ad tex. in l. 1. C. de peri. & commo. rei vendi. & per Felin. in ca. cum contingat. colum. 3. in 4. conclu. de rescrip.
12 Imò plus videmus, quòd † emptor uenditori sibi de euictione obligato, denunciando sibi litem motam, tenetur etiam ostendere, & dimittere copiam citationis, & libelli ipsi emptori dati, prout uoluerunt Bar. in l. empti. C. de euictio. Ange. & Imol. in l. in executione. §. insolidum. ff. de uerborum obliga. & Cardina. in clem. causam. in fi. per illum text. quem ad hoc multum extollit, inferens ex eo, quòd omnis intimatio, quæ obligat ad aliquod præiudiciale fieri debeat in dicta forma.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in reseruatione legati quid operetur.*

2 *Inhibitio in reseruatione legati annullat collationē ordinarij, & possessionem discolorat.*

QVAEST. XXXVII.

Trigesimoseptimo quæro † quid operetur inhibitio in reseruatione legati? Respōdeo
2 quòd † collectio facta per ordinarium nulla erit, item possessio discoloratur. cap. cum dilectus. ubi etiam gloss. & Doctor. de iur. patron. & cap. presenti. respon. prima. de offi. lega. libro sexto. gloss. magna in cap. si soli. colum. 3. uersicu. Et si contra illam inhibitionem. de conces. præben. eod. libro sexto. Lap. siue Anto. de But. in Addit. Allega. 16. An ualeat collatio præbendæ post numerum secundum, uersi. Ex quo concludit, quòd non habet possessionem coloratam. Gasp. de Perus. in tracta. Reserua. col. antepen. uers. sequitur nunc uidere de effectu reseruationis legati. in 7. prælu. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Decretum in reseruatione legati, an aliquid vltra inhib. operetur?*

2 *Declaratoria non requiritur quando ad est decretū irritans.*

QVÆST. XXXVIII.

1 Trigesimooctauo quæro, an † aliquid, & qd operetur decretum ultra inhibitionem in præalleg. reseruatione legati? Si enim (ut in precedenti quęst. præmisi) inhibitio inualidam reddit collationem ordinarij, & possessionem incoloratam ad quid apponitur decretum? Respondeo ut etiam dixi supra quęstio. 36. num. 8. quòd inhibitio absque decreto declaratoriam requirebat, uidelicet, quòd factum ordinarij non ualuerit: & si decretum irritans addatur non requiri-
2 tur alia † declaratoria. cap. pro humani. de homici. libro sexto. gloss. in cap. si eo tempore. in uersi. prouisionem. in fin. de electio. eod. lib. & supponit Lap. Alleg. 14. incipien. conclusio prima est, num. 3. uer. tertia quòd inhibitio, & decretum legati ligat ignorantem, & per eundem Lap. Al eg. 16. incipien. An ualeat collatio. post numerum 2. uer. Idem dicit in collatione illius. sequitur Io. Bap. Ferre. consi. 188. Legatus Papæ, post num. 2. ver. Item ut nulla sit ipso iure collatio sua. Et de hoc tracto in addi. ad Lap. in d. Alle. 16. in uer. illa & in uer. decretum.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an expiret si secundus iudex, qui primo inhibuerat, ad primum iudicem remittat?*

2 *Inhibitionis reuocatio, & declaratio, per primum bene pronuntiatum æquipolleut.*

QVAEST. XXXIX.

1 Trigesimonono quæro, † si secundus iudex inhibuit primo, & negocio postea melius discusso, comperto quòd friuole appellatum fuerat, ad primum iudicem causam remittat, an tollatur, uel expiret huiusmodi inhibitio, vel eius effectus? Pro opin. affirmatiua concludit Rota. 138. si appelletur. in no. Rationem adducit, ex quo enim remissa fuit causa cessare debebat effectus. capit. cum cessante. de appellat. cum vulgar. Idem etiam sentit Rota 412. si appelletur, ad fin. etiam in no. ubi etiam hæc tria æquiparantur, uel quod secundus iudex non inhibeat. Vel si inhi-
2 buerit, † inhibitionem reuocet: uel quod pronūciet bene pronunciatum per primum iudicem, & male appellatum. Idem etiam concluditur in nouissimis Annotatio. ad Dec. 1. num. 3. de offi. deleg. in no. quæ Papazoni adscribuntur. Vide etiam eiusdem Annotationem super Dec. 10. eo. tit. de offi. dele. in no. videri poterit Dida. Couarub. pract. q. c. 24. nu. 3. ver. Quinto idem erit.

SVMAMRIVM.

1 *Inhibitio an euanuerit remißa causa ad cancellariam.*

2 *Remittere causam ad cancellariam quid sit.*
3 *Iurisdictio expirat per remissionem causæ ad superiorem.*
4 *Iurisdictioni nemo renunciare potest nisi in manib. superioris.*
5 *Commissiones quæ fiunt Auditoribus sunt quædam distributiones.*
5 *Actus iudiciarij non expirant cum iurisdictione.*

QVAEST. XXXX.

QVadragesimo, Auditor Rotæ causam corã se pendentem postquam inhibuerat, ad cãcellariam remisit, quę causa alteri commissa fuit,
1 quæro † an inhibitio euanuerit, vel adhuc operetur? opin. affirmatiua, quod euanuerit, probari videtur, ex adductis in proxima præceden. q. & in terminis nostris per Rot. 622. si aliquis Auditor. 718. dic quòd iurisdictio. in antiq. & 362. si com-
2 mittatur, in fin. in nou. vbi probatur: quòd † remittere causam ad cancellariam, est remittere ad concistorium Papæ, seu ad ipsum Papam, prout etiam voluit Sarnen. in 1. q. Præce. Reg. num. 22. ver. Hinc est quod quando Auditor remittit cãm ad cancellariam. Item probatur, ꝙ per talem cãę
3 ad cancellariam, seu superiorem † remissionem omnis iurisdictio expiret: & quod per remissionẽ causæ ad principem omnis iurisdictio expiret, ꝓbat tex. in l. ex illo, iun. glo. in versi. relata. C. de appel. in l. ad imperatorem. ff. eo. & in c. licet tranẽ. ibi (Et ea ad nostræ deliberationis examen transtulerat.) de offi. lega. per glo. fin. in cap. literis. de offi. deleg. ver. Item si iudex remittit causam superiori. & Specul. de iudi. deleg. §. restat videre. post num. 8. ver. Item per remissionem, ac per Nic. Mil. in Reper. in ver. Iudex auditor, si causã sibi commissam remittat ad cancellariam desinit in illa causa totaliter esse iudex. Et hinc mos remittendi causas ad principem, vel ad Senatum fuit etiam apud antiquos nostros Romanos, ꝓut per Tacitum lib. 3. Igitur paucis, inquit, familiarium adhibitis minus accusantium, & hinc præces audit, integramque causam ad Senatum remittit. Nec absque hac remissione ad principẽ seu cancellariam, vel alio simili remedio quis iurisdictionem à se abdicare posset: Nemo enim iurisdictioni renunciare potest nisi in manibus superioris. l. penul. & ibi glo. Bar. & Bal. in summa. ff. de offic. præsi. Sequitur, quòd si omnis iurisdictio illius Auditoris expirat, quòd etiam tollatur inhibitio, quæ est vnum ex signis, seu effectibus, vel accessorijs iurisdictionis ipsius. Qui cõtrariam opin. amplecti vellet, ponderare posset, quod inter Rotæ Auditores maxima est conformitas, & coniunctio, quippe qui se ipsos coadiutores nuncupant, dubia inter se conferunt, sentẽtias vnus ex his absque omnium consensu non profert, nec subscribit. Imo superstes defuncti sententiam nondum subscriptam firmare, seu subscribere potest, prout ostendo in 13. Formula
4 commissionum. glo. 1. Et † cõmissiones quæ fiũt Auditoribus, sunt quædam distributiones. Ro. 135. commissio impetrata post prin. 362. si committatur. post prin. 329. si in causa. in fi. 430. fuit dubitatum. cir. medium. in nou. Bellame. 730. cõmissio impetrata, ad fin. & Felin. super rub. de rescrip. col. 2. versi. Et ratio in Auditore est. vnde videtur, qu òd parum referat, quis ex Auditoribus inhibuerit, quasi inhibitio vnius, sit etiam alterius inhibitio, vel dicatur semper inhibitio à Rota emanata, & sic inhibitio huiusmodi semper subsistat. Insuper licet per remissionem ad superiorem expiret iurisdictio, non sequitur ꝙ
5 † expirent actus iudiciarij iam facti. Imò quod non expirent, probatur argum. tex. in ca. audita. §. 1. de restit. spol. & per Specu. tit. de remissio. §. quæ autem in remissione facienda, num. 3. versi. tamen totus processus delegati ante reuocationẽ commissionis habitus, ratus erit. Rursus quando Papa committit has causas ad cancellariam remissas, alijs Auditoribus illas committit in statu & terminis, in quibus prius coram illis remittentibus reperiebantur: sed hæc causa, de qua locuti sumus, reperiebatur etiam cum inhibitione emanata & executa, ergo & cum illa remanere debet. De qua clausula (in statu, & terminus) & illius effectib. tractaui super 9. q. commis. in uer. in statu, & terminis.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio inhibitionis quid operetur, & in quo differat à reuocatione.*
2 *Inhibendum non est quo ad articulum diuersum.*
3 *Inhibendum est solum existentibus in lite, vel liti præiudicare valentib.*
4 *Inhibitio quo ad vnam causam aliam impedire nõ debet.*
5 *Iudex à quo in una causa appellatur, poterit in alia procedere.*
6 *Moderandum, uel reuocandum quando sit mandatum, vel pręceptum.*

QVAEST. LXI.

1 QVadragesimoprimo quæro, † quid operetur moderatio inhibitionis, & in quo differat inhibitionis moderatio, a reuocatione? Moderatio quid significet, & quòd diminutionem, seu reductionem designet, declaraui super 2. commis. in ver. moderandis. pro quo etiam adduco tex. in l. 1. ibi. Moderandi gratia. ff. de bon. liberto. Iudex qui inhibuit, si viderit quo ad aliquem articulum expedire per primum iudicem procedi, inhibitionem moderari poterit, idest declarare, seu mandare, ne quo ad illum articulum inhibitio se extendat, puta quia articulus ille separatus sit, nec quo ad articulum separatum, seu di-
2 uersum † inhibendum fuisset, ad tex. in cap. super eod. 1. & ibi per But. & Abb. de appel. per Bellame. Dec. 529. si Titius. per D. meum Phi. Dec. consi. 33.

cons.33.viso puncto.nu.4.& per Paris.cons.39. non possunt,nu.28.li.1.& cons.172.in causa. in fi.vol.4.ac Bero.cons.85.dicam breuiter.nu.20. & cons.113.visa nu.1.ac nu.4.& per totū con sil.lib.3.& per Anto.Galles. in trac. Ad form. Cam.in 3.par.prin.quæst.5.ca. de vi instru. nu. 26.Rursus moderatio contingere potest quo ad vnam ex personis,cui inhibitū fuerat: uerbi gratia,si extraneo,vel in lite mota nullum interesse habenti inhibitum etiam fuisset,ne aliquid face

3 ret,† solum enim existentibus in lite,uel his,qui liti præiudicare possunt,inhibendum est, nec alios inhibitio huiusmodi afficere debet, ad text. in l.creditor mandatorem.in prin.iun. gl.in ver. posse.ff.mand.ca.Romana.§.in alium.de appel. lib.6.Staphi.super signa.fol.181.vers.signatura autem dictæ commissionis.Paris.dicto cons.39. post num.9.li.1.Moderatio item contingere po-

4 test respectu unius ex causis motis, † inhibitio enim quo ad unam causam,aliam impedire, seu ad aliam trahi non debet: unde dicimus, quòd

5 †iudex à quo in una causa appellatur, poterit in alia causa procedere,nec in alia impediri debet. c.ad hæc.& c.proposuit.de appel.Phi.Fran. in al leg.cap.super.eo.1.eo.& per D. meum prælleg. cons.33.col.3.vers.Et ad hoc etiam facit,quia iudex a quo in una causa appellatur,&c.Differētia inter reuocationem,& moderationem erit, quia illa inhibitionem quoad omnes sui partes remouebit,& tollet ac efficiet,ut perinde sit,ac si inhibitio nulla emanasset: Moderatio verò,uel non omnem inhibitionem, uel non quoad oēs illius partes,seu non ab integro, uel non ita efficaciter auferet,uel elidet.Est uerùm, quòd nonnunquā moderationem inhibitionis ꝑ reuocatione usurpamus honestiori quodam uocabulo, ne iudex penitus sibi ipsi non cōstare, vel actui præceden

6 ti aduersari videatur.Tūc autem † moderationi, seu reuocationi inhibitionis locum esse affirmabimus,vel alterius mandati,seu præcepti,quando apparebit horum aliquod illicitum, improbum,iniustum,irrationabile,iniquū esse.ad text. in cap.quintauallis, vers.Quocirca mandamus. de iureiur.glo.pen.in cap.fi.vers.Et iniquū man datum moderandum est,de verb.sign.Moderari etiam inhibitiones ex pluribus causis contingere potest, quas omnes hic referre impossibile esset.Gesta igitur post reuocatam, vel moderatam inhibitionem attentata dici non poterunt, cessante enim, seu sublata inhibitione cessant & ipsa attentata,vt uoluit etiam Rot.138.si appelletur,aliàs 1.de off.deleg.inno.Casum referam, qui accidit in Rota circa inhibitionis moderationem in Cęsaraguftan.erectionis cappellę, collegium societatis Iesu cęperat ædificare ecclesiā distantem 200.cannis, vel circa ab ecclesia fratrum S.Augustini,isti fratres prætendentes habere priuilegium Clemen.4.ne liceret religiosis ædificare intra spatium 300.cannarum, aliquam ecclesiam propè eorum monasteriū, inhibuerūt illis coram asserto suo conseruatore ne ædificarent: & societas,quæ etiam prætendebat habere suum conseruatorem in partibus,inhiberi curauit fratribus S.Augustini, ut cessarent a molestijs,ex qua occasione sequutæ fuerunt hinc inde censuræ,& plures aliæ controuersiæ. Deinde societas commisit causam iactationum hic in curia,postea fratres S. Augustini prætendentes in partibus societatem attentasse,causam attentatorum commiserunt cum inhibitione coram Chisan.in cuius locum subrogatus fuit Paleot. Societas verò vigore alterius commissionis obtinuit illis pręfigi terminum ad docendum de prętensis attentatis.Fratres quęrebant probare fuisse attentatum,contra inhibitionem sui conseruatoris,ac ipsius Rotæ: Societas verò producebat priuilegia amplissima a Paulo III. sibi concessa,& ostendebat inhibitionē de partibus ne ædificarent fuisse sublatam, fratresq; non probasse, constareq; de bono iure societatis non solum in causa attentatorum, sed & in negocio principali:Rota mandauit moderari inhibitionem illam de partibus.De conseruatoribus, de quibus supra loquuti fuimus habemus tex.in c.1. et in ca. 2.& in cap.vlt.de offi.delega. lib.6.& de his latè tracto super signa.Gratiæ sub titu. de conseruatoria.Et de conseruatorib. hodie habemus con. Trid.sess.14.cap.5.ubi in pluribus restringitur eorum facultas,vnde facilè cōcipi potest, quòd prædicti cōseruatoris inhibitio a Rota in parua cōsideratione habita fuerit,& sic meritò fuit locus illi moderationi. Et quia tractauimus de inhibitionis reuocatione,ac moderatione, infra q. 128. tractabimus de inhibitionis declaratione per iudicem,qui inhibeat facienda,uel non.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio inhibitionis, an requirat citationem, & causę cognitionem.*

2 *Dilationum moderatio citationem,et causę cognitionem requirit.*

3 *Citari debet qui lędi potest.*

4 *Citatio partis non requiritur, quando probatio iudici tantum facienda est.*

QVAEST. XLII.

1 QVadragesimosecundo quæro, † an citatio partis,causæ cognitio,& expressio causæ moderationis in ipsa moderatione inhibitionis requirantur?Pro opi.affirmatiua, quòd omnia hæc requirantur,supponere videtur In-

2 nocen.in simi.moderatione, videlicet † in moderatione dilationum,in cap. ad petitionē,vers. prudenter autem faciet iudex si in moderatione prædictarum dilationum quando faciet, inferat iustam causam moderationis,cum ijs quæ subijcit.de accusa.quæ omnia refert ibidem ad verbum Ioan.An.colum.2.ad fi.vers.prudenter autem faciet.Et Inn.ibi sequuntur Anch.& Card. vterque,nu.14.Insuper videmus in moderatione,

ne, seu restrictione concessionis factæ per principem, citationem partis requiri, vt voluerunt Innocen. Hostien. Ioan. And. & Abb. in c. olim de verb. signi. Rui. consi. 229. colum. 3. lib. 1. Pari vel maiori ratione requiri debet citatio in moderatione inferioris concessionis a se factæ. Nisi respondeas quòd diuersi sint termini, & diuersa ratio. Insuper iure cauetur † quem in omni
3 actu iudiciario citandũ qui lædi posset l. de uno quoque. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. 1. §. denunciare igitur. & §. denunciare autem oportet. ff. de uen. inspi. l. si quando, & ibi Bal. C. de testi. c. ecclesia, S. Mariæ, in fi. de consti. c. inter quatuor, de maio. & obed. c. 1. de cau. pos. & propri. cle. pastoralis de re iud. Amplio etiam si actus non inferat læsionem magnam, vel præiudicium graue, ut quis citandus sic. puta cum altera partium absoluitur ab obseruatione (velut in Tuscia dicunt) ab instantia iudicij. Inno. in c. consuluit. de offi. deleg. Bar. in l. titia. col. 3. ver. quæro vtrum quando. ff. de accusa. & in l. & post edictum. versic. Sed quando vellet ab soluere ab instantia tota. ff. de iudi. & in auten. qui semel. colum. 5. versic. Vlterius venio. C. quo mo. & quan. iudi. Bald. in l. 2. ante numerum 3. versic. Et ibi reus. C. de anna. excep. & in capi. 1. colum. 1. de mili. vasal. qui contu. Roma. singu. 414. sententia, sed ille qui munitus, & tutus erat inhibitione, si illa relaxatur, reuocetur, tollatur, euanescat, vel illam moderari contingat, turbari propterea, & inquietari poterit, illumq; ꝓpterea lędi continget, ergo & is citandus erit Breuiter stilus Romanus est, ꝗ pars citet ad uidẽdũ moderari seu reuocari inhibitionẽ, & nisi quid releuãs pro inhibitionis subsistentia, & firmitate, is, qui eam obtinuit, summarie, & incontinenti adducat, reuocationi, vel moderationi locus erit. Cõtra vero, si inhibitio iure, vel ratione fulciatur, il læsa permanebit, & subsistet. Causę autem cognitio verbalis potius, & summaria erit, quàm in actis redacta & iure ordinatio decisa. Aliquãdo absque alia partis uocatione inhibitiones moderari uidi, docto etiam extraiudicialiter, vel apparenter de inhibitonis iniustitia, errore aliquo præiudicio nimio, inconuenienti, absurdo, vel litis inuolucro, quod facile subsequi posset. Et tũc
4 quia † iudici tantum probatio concludere debet seu iudex tantum instruendus venit, non erit necessario pars citanda. Bald. in l. certum. col. 2. ver. Item oppono, quòd immo differant. C. vnde legi. Idem Bald. in l. si qua per calumniam. versic. sed si pone quod isti. C. de epi. & cle. Idem dici quando in commissione sibi facta quis inquirere debet ad sui informationem, uel instructionẽ vt nulla requiratur citatio etiam stante clausula si sibi constiterit, prout solemniter dixit Bald. in l. non dubium, nu. 13. C. de legib. quam sequitur Fel. in c. si constiterit, nu. 4. de accus. Idem voluit Cardin. in cle. 1. q. 12. de offi. deleg. & Nicel. in concordan. glo. 52. in 15. fallen. Rursus vt iam dixi, inhibitiones communiter, & passim conceduntur parte non citata ad videndum inhiberi:

eodem ergo modo, & tolli, & remoueri, & moderari poterit inhibitio huiusmodi absque alia citatione: nil enim tam naturale est, quàm eodem genere quodque dissolui, quo colligatum est, vulga. l. nihil. ff. de reg. iu. cum alijs. Quãtum ad causæ, seu rationis moderationis moderationis huiusmodi expressionem, expressim, & specifice eã non fieri vidi, nec desuper sententiam ferri, sed simplex decretum super ea emanare consueuit, quod notarius scribere consueuit hoc modo videlicet. Die, &c. R. P. D. Iu. Oradinus moderatus est inhibitionem, die tali decretam, ne. s. operetur seu afficiat extra Ro. Cu. sed in ea duntaxat, vel vt solum quoad talem causam, seu ad tales personas se extendat. Vel simpliciter inhibitio reuocabitur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis super moderatione an stãdum sit Auditoris assertioni.*
2 *Acta iudicij in scriptis apparere debent.*
3 *Iudici non creditur de pertinentibus ad causam coram ipso.*
4 *Amplia etiam si lite coram se pendente testificari velit.*
5 *Amplia etiam si sint duo iudices.*
6 *Iudex testificari potest quando non reportat laudem, vel infamiam.*

QVAEST. LXII.

Quadragesimotertio Rotæ Auditor inhibuerat canonicis, & capitulo Eugubino, corã quibus pendebat lis super præpositura Eugubina, idem Auditor moderatus est postea inhibitionem, de qua moderatione apud acta non constabat, capitulum, & canonici, ad ulteriora processerunt, commissa fuit in Rota causa attentatorum. Duo Auditores fidem faciebant de mode-
1 ratione per coadiutorem facta, quæro † an attestationi huiusmodi standum sit? Effectus est magnus, si enim attestatio subsistit, attentatum nullum prætendi potest. Quòd si secus, omnia per capitulum, & canonicos prędictos post inhibitionem facta, attentata erunt. Pro opin. negatiua põ
2 dero quòd † acta iudicij apparere debent in scriptis, & per scripturã probari. Bart. in l. ne arbitrorum. nu. 3. C. de arbitr. quicquid dixerit Bald. in l. gesta. nu. 13. dum quærit, an acta iudicij per testes probari possint. C. de re iudi. cuius opinio teste Fel. in c. cum a nobis, ante num. 13. de testib. communiter reprobatur. De quo vide eundem Felin. in c. quoniam contra, num. 45. in q. 9. vbi alios refert, de probat. & Alex. consi. 74. viso, numero 9. lib. 1. quod maxime procedere vult in loco insigni, vbi extat notariorum copia, prout Mutinæ, vt ipse dicit. Quid dixisset, si Romæ? Item
3 † iudici non creditur de pertinentibus ad causã quæ coram ipso fuit. c. quoniam contra. de probat. glo. in c. post cessionem. eo. Et hæc est communis regula de qua per Hostien. & alios, in ca.

cum

cum a nobis. de testi. per Cy. Iaco. But. Bart. & alios in l. ne in arbitris. C. de arbitr. Abb. in cap. 1.
4 in 5. not. vt eccle. bene. Quæ regula † ampliatur etiam si iudex testificari vellet lite pendente coràm se, ne duplici fungatur officio. Bar. in alle. l. ne in arbitris. num. 6. in 1. membro suæ dist. Bal. in l. iubemus. 2. ante num. 4. C. de sacr. eccl. Feli. in alle. cap. cum a nobis, nu. 6. ver. Item procedit
5 indubitanter. de test. & postea ampliat † etiam si sint duo iudices, vt in casu nostro. Prout etiã voluit Bald. in cap. quoniam contra. num. 51. versic. Restant aliqua, de proba. Contrarium conclusum fuit in casu præmisso, prout annotauit Hiero. Nouatus in causa Eugubina præpositurae coram Puteo inter Lodouicum Beccatellum, & Galeatium de Benis, dato dubio infrascripto. An ꝓbetur per literas productas quod fuerit moderata inhibitio. Die veneris. 12. Octobris. 1548. Rota dixit moderationem probari saltem vt excusentur attentata, & sic dolus, & die 19. eiusdem mensis Rota idem conclusit. Pro decreto Rotæ li prædicto adduci potest Rot. in nou. 89. Iudex. & in casu præmisso tanto magis hæc procedunt cum huiusmodi attestatio, seu fides non tendat ad comprobationem, seu ualiditatem actus facti per Rotam, seu fuerit circa processum factũ per capitulum, & canonicos, an fuerit factus pendente inhibitione, an verò illa moderata, seu reuoca-
6 ta. Et quando † iudex deponit super actu, ex quo non reportat laudem, vel infamiam testificari potest, prout per omnes in alle. c. cum a nobis, & præsertim per Fel. num. 12. in 8. fallen. per Atet. in c. insuper. colum. fi. vers. Nec ob. de testi. per omnes in alle. l. ne in arbitris. C. de arbit. & per Caro. Rui. cons. 16. circa illud. nu. 4. volum. 5. Quod si hæc procedunt in alijs iudicibus, quanto magis idem dicemus in Rotæ Auditoribus, qui omnes alios orbis iudices præstant? Eandem Dec. inuenies in lib. 3. Putei, quæ est 157. incipiens, In causa Eugubina præposituræ. Mihi autem adhuc sat dubitabilis videtur quæstio hæc, licet reperiatur in Rota rursus comprobata prout Dec. eiusdem Putei 163. pariter incipien. In vna Eugubina. eo. lib. 3. in primo respon.

SVMMARIVM.

4 *Inhibitioni non parens, an pœnam incurrat, & quam?*
2 *Nullitas actus causatur ex contrauentione inhibitioni legis.*
4 *Canonis inhibitioni contrauenïens qua pęna puniatur.*
4 *Contemnens grauius punitur.*

QVAEST. XLIIII.

1 QVadragesimoquarto quæro † an, inhibitioni non parens pœnam incurrat, & quam? Respondeo, distinctione opus esse. Aut enim inhibet lex, aut homo, si lex (vt aliàs dixi) aut diuina, aut humana, si diuina, aut expressa pœna vna, vel plures, & illa vna, vel illę plures incurritur, seu incurruntur. si verò nulla pœna expressa est, & tunc vltra iritationem, & nullitatem actus qui in contrarium fit (de qua infra loquimur) peccatum incurritur. Et cõseq uenter etiam pœna in alio seculo plerunque iudicanda. si de lege humana loquamur, pariter asseremus pœnas expressas incurri, & vindicari, prout videmus in non parente inhibitioni Ducis, qui capite punitur. l. desertorem. §. in bello. ff. de re milit. Quòd
2 si nulla pœna expressa sit, † nullitas actus inhibitioni contrarij omnino causabitur. l. non dubiũ. C. de legi. l. pacta quæ contra. C. de pac. l. contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur, & l. pacisci, cum glo. versic. Concedo ergo, quòd contra id quod lex iubet, vel prohibet pactum interponi, ꝙ pacisci non licet. ff. eo. Et an nullatio actus huiusmodi saltem largo modo pœna dici potest. l. senatus. C. de contrahen. emptio. & ad alia quæ adduco in 6. q. 15. Reg. cancel. num. 2. si homo inhibet, pœnis similiter expressis locus erit. Quod si expressæ non sint, vltra nullitaté actus cõtrarij iuxta supra adducta, & ad tex. in l. si creditores. §. fi. ff. de priu. cred. in l. de pollicitationib. in fin. ff. de polli. Pau. Castré. consi. 76. in facto illorum. versus fin. versic. constat autem quod inhibitio iudicis cõpetẽtis reddit actum postea factum & contra eum nullum. li. 1. & ad tex. in l. consensisse, versi. Nisi principali iussione, a contrario sensu. ff. de iudi. vbi consentientibus iudice ad tempus dato, & litigatoribus, tempora prorogari possunt, nisi delegatus inhibuerit: ergo si inhibitum sit, prorogatio inualida erit, inobediens mulctari poterit iuxta tex. in l. vni. & ibi glo. & Docto. ff. si quis ius dicens. non obtem. & ad uerba legis antiquæ per Bud. relata ad fi. l. 2. ff. de iudic. Magistraaus nec obedientem & nociuum ciuem mulcta, vinculis, verberibus
3 coercento. Addo quòd inhibitioni † canonis, seu canoni, aut Papę prohibitioni contrauueniens, aut credit Rom. ecclesiam non habere potestatem condendi canones, & de tali transgressione punitur vt hæreticus. cap. nulli fas. 19. dist. Aut credit Rom. ecclesiam potestatem habere sed cõtrariũ facit, quia sic sibi placet, & pœna erit depositionis. 4. distin. §. vlt. glo. no. in cap. generari in versi. inhibemus. de elect. lib. 6. quam sequitur Cardi. Imo. in cle. 1. de æta. & quali. Gemini. in cap. si Papa. colum. pen. 40. distin. & Pet. de Ancha. in repe. cap. canonum. colum. 40. ver. sed quæro vltra pœnam. de constan. Io. de Ligna. & Imo. in præal leg. c. canonum declarant quando quis canones
4 ex contemptu transgredi dicatur. † Et contemnere est mandatum non curare. capit. excellentissimus. 11. quæstio. 111. Cardin. in clemen. 1. num. 3. uot. de sepult. Et ubi maior est contemptus, maius est peccatum. gloss. in cap. homo. 40. distinct. Et peccatum ueniale ex contemptu mortale efficitur, & lex consilij propter contemptum efficitur præcepti gloss. in §. nimis. in uerbo. plus 25. distin.

distin.& gl.in c.quis autem,10.distin.& ita in c. nam concupiscentiam,de consti.Ioan. And.in c. sacros.quod met.cau.col.fi.Fel.in c.2.colum.fin. de maio.& obe.facit tex.in c.fi.de cleri. excom. mini,ibi, Dummodo non incontemptum.Abb. in cap.1.colum.3.ver. No. hoc dictum,de ui.& hone.cleri.

SVMMARIVM.

1 *Quis actus requiratur incursa pœna obnon paritionem inhibitioni.*

2 *Declaratoria requiritur post contrauentionem inhibitioni.*

3 *Citandus qualiter sit quis,vt contra eum declaratoria feratur.*

4 *Declaratoria & citatio huiusmodi quando non requiratur.*

QVAEST. XLV.

1 Quadragesimoquinto quæro, an † aliquis actus,& quis post incursam pœnamob non paritionem inhibitioni requiratur? Respondeo iuxta Dec. Putei 12. de iudi.ꝙ declarabitur eũ,qui inhibitioni contrauenit, incidisse in pœnas in inhibitione cõtentas,& illa Dec. loquitur contra iudicem non parentem inhibitioni. Addo ꝙ ultra pœnas declarabitur etiam incidisse in censuras ecclesiasticas, qñ inhibitio ab ecclesiastico emanauit sub pœnis, & prout communiter inhibitiones,quæ a Rom.cu.emanant,sic decer-
2 nuntur.Et ꝙ† post contrauentionem requiratur declaratoria,probatur in simi.ex tex.in c.cum secundum,cir.fi.& ibi per Gemi.de hære.lib. 6. & latè per Fel.in c.Rodulphus.post nu.34.in uers.
3 sed declaratoria sententia.de rescrip.Citabitur † igitur ad videndum se declarari incurrisse pœnas,& censuras in inhibitione contentas. Vel citabitur ad deducendum, & allegandum causas quare declarari non debeat incurrisse pœnas, & censuras in inhibitione contentas. Vel ad faciendum suas defensiones, ad not. per Bar. in l. vni. nu.6.ff.si quis ius di.non obtem. & iuxta ea quæ in simi.uoluit Cassa.Dec.6.post nu.10.ver.Et declaretur, si non potuerit, aut se legitime excusauerit, incurrisse excõmunicationis pœnam &c. de cau.pos.& propri.Et quòd citatio requiratur in declaratione facienda incursus pœnæ impositæ à lege,vel canone,est tex.in l.licet.2. ad fin.de præb.lib.6.& hanc dicunt cõem Doct.in c.2. de spon.ubi latè Feli.a nu.1.vsque ad nu.6.fallit qñ
4 delictum est notorium:tunc.n. nec † declaratoria requiritur,nec consequenter citatio.vt uoluerunt Abb.in c.peruenit.1.de appel. Fel. in dicto. c.2.de sponsa.in 3.limi.D. meus in c.cum nõ ab homine.nu.73.& ibi.Alcia.Cautela autem est vt declaretur factum esse notoriũ,ut monent Abb. in c.ad nostram.3.de iureiur.Card.in cle. pastoralis in 17.not.de re iud.idem Dec. in c.si quãdo col.2.de offi.deleg.& in c.consuluit.de appel.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem beneficij an quis continuare possit nõ obstante executoris inhibitione.*

2 *Executio immissionis in possessionem absque causæ cognitione fieri potest.*

3 *Possessione sua nemo priuari debet ordine iudiciario prætermisso.*

QVAEST. XLVI.

Quadragesimosexto quæro, executor literarum apostolicarum prouisionis beneficij in fauorem A.absque causæ cognitione inhibet. B.possessori ne accedat amplius ad ecclesiam, seu beneficiũ de quo prouisus est A. nec aliquos actus possessorios,uel quasi in spiritualibus, vel temporalibus exerceat,sub excõicationis,& alijs
1 pœnis † an possessor continuans ut prius attemptare dicatur, vel aliter actum prohibitum facere? Videre poteris quæ scripsi supra q.23.quo vero ad nostrum præsens quæsitum pro affirmatiua concludendum videtur ex duplici capite,primo quia talis executor inter alia potestatem habet(vt ex forma litterarum, & processus fulminati colligitur) immittendi in possessionẽ,immissum defendendi,& manutenendi. ac illitum detentorem amouendi.ad c.pro illarum. & ibi glo. & Doct.de præb. & ad ea, quæ adduco in q.31.
2 Regu.Quòd commis.cau. nu. 9. sed † executio immissionis in possessionem absq; aliqua causæ cognitione fieri potest.Rot.392. not. quòd si in forma communi.cir.med.in anti.uer.Tamen ille stilus non est obseruandus.& Rot.369. si in forma.in no.quam sequuntur Fel.in c.fi. nu. 22. in 2.conclu.de præsumptio. & Staphi.super signa. fol.42.ad finem iuxta primam impres.uer. Qui autem,& quales. Et quòd in processu executoris gratiæ non requiratur citatio voluerunt Calca. cons.77.col.1.Rui.consi.68.col.3.li.1. & consil. 70.col.penul.vol.5.Gozza.consi.2.col.3.& seq. Alterum est, ꝙ si essemus in dubio an inhibitio hmõi subsisteret,uel iusta,& ualida esset. timenda,& seruanda esset.Rot.in anti. 306. not. quod ubi in fi.Pro opi.nnegatiua, quæ verior est,pondero quòd possessionem continuans etiam post inhibitionem non dr̃ attemptare, vel delinque-
3 re ut conclusi supra q. 22. Et quòd nemo sua † possessione priuari debeat,etiam facto iudicum, vel p̃rescriptũ principis, nisi ordine iudicio prę misso, & seruatis seruandis,probant tex. in l. extat.ff.quod met.cau.in l. meminerint in l. si quis in tantam.C.vnde ui.in l.fi. C. si per uim, vel alio modo.in cap.1.& fi.ut lit.penden.in c.volumus.decimasexta quęstione quarta.Amplio etiã si possessor sit iniustus.l.2.1.respon.C.ut ne.priua.titu.l.1.§.qui a me ui. ff. de ui.& ui arma.c.licet eṕs de præb.li.6.Raph.Fulgo.cons.2.Petrus tenetur in fi.Ludo.Rom.sing.766.incip. possessio etiam iniusta D.meus Phi.Dec.consi.400. viso,nu.6.Amplio ẽt si possessor sit priuatus bene

ficio, ꝙ non sit amouendus a sua possessione nisi iuris ordine seruato, Cassa. Dec. 4. num. 2. de seq. posses. Et iuxta proprios terminos nostros, ꝙ nõ dicatur indebitè facere possessor, qui ad mandatum executoris sine causæ cognitione beneficij possessionem dimittere non vult concludunt Gemi. post Inno. in c. 1. col. 3. & Fran. de conces. preben. li. 6. Oldr. consi. 227. de toto col. 2. versi. Alia est solutio ꝙ si merus executor. Cald. cõsi. 4. tit. de dilatio. Cardi. consi. 54. & 75. Fel. in c. dudum, nu. 24. ver. Fallit secundo nisi vellet dare possessionem. de præsumptio. & Paris. consil. 49. ad primum, nu. 17, volum. 4. Ex præmissis colligitur solutio ad contraria adducta pro prima opin. affirmatiua: cum enim inhibitioni locus esse non potuerit, & ex abrupto illa processerit, & fuerit nulla, vel saltem iniusta, in nulla consideratione haberi debebat, Nec sumus in dubio, sed in claris: Et quia apparebat oppositor, & contradictor, iudiciarius ordo seruari debebat, vt etiam sentit Rot. 7. de rescr. Bisigne. in antiquio. col. fin. ver. Quia illud incidenter si apparet oppositor, vel contradictor. & dato ꝙ iste executor non teneretur, vel etiam non posset partes iudicis assumere, ex hoc non sequitur, ꝙ possessor cogeretur permittere indebite: & ordine iudiciario non seruato, prætextu inanis, & indebitę inhibitionis possessione spoliari.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an possit Papa, vel eius delegatus iudici seculari circa temporalia in terris non subiectis in temporalibus.*

2 *Ecclesiasticarum personarum iudex debet esse ecclesiasticus.*

Hæreditas iacẽs complet usucapionem a defuncto inchoatam.

4 *Iuramenti relaxatio ex causa periurij ad ecclesiasticum spectet.*

5 *Princeps præsumitur motus aliqua iusta causa.*

6 *Papa nõ se intromittit ĩ iurisdictione Imperatoris.*

7 *Papa præscribere potest iurisdictionem in terris imperij.*

QVÆST. XLVII.

1 QVinquagesimoseptimo quæro † an Papa, vel eius delegatus possit valide inhibere iudici seculari circa temporalia in terris non subiectis Papæ in temporalibus? Hanc quęstionem in partem negatiuam tanquam in iure clarã decidit Mar. Sozz. Iun. consi. 47. visis primo. vol. 4. Et eius motiua ibi videre poteris. Hoc quæsitum iuxta factum suppositum a Mar. Sozzi. posui, ne quis incautus, eius sententiæ nulla distinctione eius facta acquiescat. Hic plura considerari possunt, & primo iuxta terminos thematis ipsius Sozzi. quod cum ageretur super hæreditate iacẽte epi q. Laurentij de Puccis, & super restitutione in integrum aduersus fideiussionem factam in fauorem cuiusdam Cardinalis per eundem q. Laurentium tunc minorem, & quæ hæreditas Cardinalis soluendo non erat, licet res super quibus agebatur prophanæ essent: tamen personæ ipsę de quarum hæreditatib. tractabatur ecclesiasticæ erant: vnde sicut † ecclesiasticarum personarum inter se litigantium iudex esse debet ecclesiasticus. c. inolita. & c. seq. 11. q. j. & c. si diligenti de fo. comp. Ampliat Ludo. Roma. sing. 414. inci p. Sed an põt. At sicut illę personę ecclesiasticę si vixissent litigare debebant coram ecclesiastico, sic & illa hæreditas q. epi iacens, & forsan etiã altera q. Cardinalis iacebat, cum non soluendo supponeretur, coram ecclesiastico litigare debebat † iacens. n. hæreditas repræsentat personam defuncti, & in multis idem potest, quod poterat defunctus, prout videmus, quia vsucapionem per defunctum cœptam complet. l. cœptam vsucapionem à defuncto l. nonnunquam. §. si defunctus, & l. fi. iun. gl. fi. ff. de vsuc. l. Pomponius. §. non autem. & ibi Doct. ff. de acq. pos. l. cum miles. versi. & plerunque, & ibi gl. in ver. quasi coniunctim. ver. tu dicas. ff. ex qui. cau. maio. Ergo cum hæ causæ coram ecclesiastio iudice cognoscendæ essent, merito seculari iudici inhibitum fuit, uel saltem negari non potest, quod dubium esse poterat, an causæ coram ecclesiastico cognoscendæ essent, uel non, & consequenter an inhibitio emanata subsisteret, in dubio aũt inhibitio timẽda est. Rot. 306. no. ꝙ ubi in fi. in anti. Insup vti idem Mar. Sozzi. in d. consi. nu. 10. & seq. supponit in instrõ fideiussionis aduersus quam in integrum restitutio petebatur interuenerat iurm: & sic discutiendũ ueniebat, an iurm seruari posset, & deberet, an non: & periurium pretendi posset, uel iurm esset relaxandum † Hæc ad ecclesiasticum iudicẽ spectant; prout per gl. in uer. malefactores. ver. Item crimen, ibi periurij, in c. cũ sit, de fo. comp. & ibi. Feli. col. fi. in 3. limi. Idem. Fel. in c. 1. col. 7. versi. Posset tñ detineri. Amplius ex suppositis per dictum Mar. Sozzi. dubitari ẽt poterat, an ea quæ hæreditatis asserebãt eẽnt bona ecclesiastica, vel ex bonis ecclesiasticis acquisita, & consequenter iudex ecclesiasticus cognoscere poterat, & valide inhibere. Defuncto n. prælato Ecclesia Romana, seu Camera Apost. succedit. Rot. Bisigne. uni. de solutio. in antiquio. q̃ est eadẽ in anti. 855. de quo ẽt D. meus Philip. Dec. consi. 157. quæritur, ante nu. 2. & 3. Imo ẽt in dubio pro spolijs, & bonis ecclesiasticis iudicãdum ẽst. c. 1. & 3. de pecu. cler. Lap. Alle. 113. nume. 1. & per alios quos cito super signa: Grat. dũ de spolijs tracto. Igit cã poterat eẽ ecclesiastica: & sic iudex ecclesiasticus valide inhibuisset. Nõ tacebo ẽt ꝙ in pluribus casib. ẽt super reb. prophanis, & inter psonas laicas, & terrarum sibi nõ immediate subiectarũ sũmus Pontifex, vel ab eo delegatus cognoscit, ad eumq. ritè appellat, ꝙ cgd dicat Mar. Sozz. d. cõsi. 47. nu. 2. & ante; pro quibus, & alijs huc spectantib. videri poterunt quæ scripsi super 4. form. cõmis. in uer. deuolutæ, & Glos. seq. cõcludo cõtra Sozzi. ꝙ inhibitio hmõi uel valida erat, vel (vt pmisi) in dubio seruãda, & timẽda erat. Tanto magis, q a ẽt ĩ dubio psumi † dẽt ꝙ Princeps aliqua iusta, & rõnabili cã motus.

tus sit,licet eam non exprimat Cyn.& Bal.in l.re scripta in 3.q.C.de prec.impe.offe. But.& Imo. in c.cum iter.de renun. Abb.in c. cum olim. nu. 23.ver.Fauor tamen.de re iud.Ias.in repet.l.quo minus.nu.5. ff. de flumi. Quantum ad nostrum principale quæsitum attinet omissis themate,ac suppositis Mar.Sozzi.non nego, ꝙ Papa ordinarie in causa mere prophana,& inter personas ꝓphanas terrarum sibi immediate non subiectarũ iudicib.secularib.inhibete,vel inhiberi facere nõ consueuerit: nec in causis huiusmodi se intromittat,præterquam in casibus, quos prosequor supprealle.com.4.& similib.cum distinctæ sint iu-
6 risdictiones: nec † Papa se intromittit in iurisdictione Imperatoris.c.cum ad verum.96. distin. c.nouit.de iud.c. si duobus. & ibi D.meus Phil. Dec.post nu.5.de appel. si tamen se intromittit, vel dicamus, ꝙ possit tanquam in casib. à cõib.
7 regulis diuersis,& separatis. Vel quia Papa † prescripserit iurisdictionem in terris imperij,quod põt Bal.in l.2.C.de serui.& aqua.Io.Bap.Caccia lup.in repe.l.imperium.post nu.43.ff. de iurisd. om.iudi. Vel præsumenda sit (vt præmisi) causa aliqua pro summo Pontifice, etiam ꝙ non sit expressa. Vel (vt etiã dixi) eius inhibitio, vel ipsius mandato emanata in dubio timenda,ac non paruifacienda sit. Remedium autem eius cõtra quẽ inhibitio huiusmodi emanauerit, erit recurrere ad ipsum summum Pontificem, qui vel viua voce,vel per rescriptum si iustæ causæ adducentur ꝙ inhibitioni locus esse nõ debuerit illam moderabitur,vel tollet: seu illam moderari, vel tolli iubebit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in fauorem debitoris an prosit fideiussori.*

2 *Appellatio vnius ex consortibus alteri prodest.*

3 *Appellatione interposita per unum ex pluribus condemnatis illa pendente non potest fieri executio contra alios, qui non appellauerunt.*

QVAEST. LVII.

1 QVadragesimo octauo quero † an inhibitio à iudice ecclesiastico emanata in fauorem debitoris ne iudex secularis procedat contra ipsum in fauorem debitoris vigore instrumenti crediti, ꝙ asseritur usurarium, prosit etiam fideiussori nominato in petitione inhibitonis, seu in instãtia, facta pro illa obtinenda, sed non in ipsa inhibitione? Pro opi.affirmatiua pondero tex. in l.1. C.de diuer.rescr. Vnde quia causa est cõis,& pro vtroq; petita fuit inhibitio, & agatur de paruo præiudicio, ergo inhibitio vtrique prosit. Vide-
2 mus etiã † appellationem interpositam per vnũ ex consortib. alteri non appellanti prodesse, ꝓut voluit Lanfran.de Oria.in tract.de interlocu.& appel.nu.137.alias est repetitio.c. quoniam contra.de prob.Et appellatione interposita per vnũ ex plurib.condemnatis, illa pendẽte nõ põt fieri
3 † executio contra alios qui non appellauerunt Bar.in l.quoties.C.si plur. vna senten. & in l. vlt.C. si unus ex plur.Io.de Imo.in l.qui separatim.§.vlt.ff.de appel.& per alios citatos per Firma.in suo Reper.in vet. appellatione pendente. ver.15. Et voluerunt Domini de Rota prout in recollectis Tho.de Than.Dec.22.incip.Procurator, ꝙ sicut appellatione interposita per vnum ex consortibus eiusdem litis iuuat consortem, ita & prorogatio fatalium facta per vnum ex consortib.iuuat consortem ad excusandum eum a desertione.Idem etiam voluit Put.Dec. 470. incip.In vna Abulen. Bonorum, coram Dom. Prospero,lib.2.in quib. autem casibus litis ꝓ consorte comparere possit, & quis dicatur litis consors tracto in c.cum M.Ferrarien.num.68. & seq.ac nu.79.& 84.de consti.Insuper annexa,& coniuncta est causa fideiussorum, & principalium: rei igitur, seu causæ continentiæ, diuidi non debent. l.nulli. C. de iudi. & ad alia quæ adduco in 10. formu.cõmis.in 2.q.&negari non põt,quin principalium intersit fideiussores non molestari: si fideiussores.n.molestarentur, regressum, seu recursum haberent contra principales. & C.de fideius.Opi.negatiua tenenda est,quam iuxta terminos nostros tenuerunt Bal.in præalleg.l.1.nu. 3.ver.Iuxta hæc.& Ias.nu.2.ver.circa istam legẽ. C.de diuer.rescrip.& Bal.sequitur Phi.Fran.in c cum teneamur.ver.& adde, ꝙ sicut inhibitio,de appell.ac D.meus Phi. Dec.consi.33.viso pũcto post prin.& col.3.ver.Vnde sub ista consideratione,sequitur etiam Bero.q.fam.77.num. 8.ubi ꝙ inhibitio ad instantiam principalis non prodest fideiussoribus,pro quibus videatur Hyppo. de Marsi.in repet.rub.ff.de fideius.nu.380. & sing. 398.ponit regulam,quòd pendente iudicio contra fideiussorem, potest fieri executio cõtra principalem,& hanc regulam quatuor modis limitat ut ibi. Nec aliquem inuéni contrarium tenere. ꝓ qua cõi,& uera opi.ponderant tex.iun. glo. in l. creditor.in uer.posse,ibi. Hoc uerum inter ipsos litigantes: at hic alius conuenitur. ff. de manda. Pro illa gl.quam omnes sequuntur, & pro illius extensione,& illatione ad plura vltra Ias. vbi supra,uide Ant. Corset.in suis sing.in uer.clausula 1.Cæs.Lamber.de iu.patr.art.9.q.1.par.3.lib.2. post nu.11.ver.In quantum Bar.allegat. gl.in l. creditor.in uer.posse.& Sarnen.in 41.quæst.Regu.de Trien. nu. 3. Quæsitum aliud non multũ dissimile à nostro inuenies in alle.consi.Dec.33. Vide infra q.68.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis cui commissa est causa nullitatis instrumenti in forma cameræ,an impediat executionem.*

2 *Executio sententiæ,& instrumentum in forma cameræ a pari procedunt.*

3 *Argumentum ab executione rei iudicatę ad executionem instrumenti ualidum est.*

4 *Cle.1.de re iudi.non procedit in nullitate manifesta.*

5 *Nullitas ex inspectione retardat executionem obligationis guarentigię.*

6 *Executio instrumenti retardanda si in fauorem debitoris præuentum,& inhibitum fuit.*

QVAEST. XLIX.

1 QVadragesimonono quæro, † an inhibitio
emanata a iudice cui commissa est causa
nullitatis instrumenti guarentigiati, seu in for-
ma Cameræ facta Auditori cameræ, vel alteri iu
dici,ordinario executori, impediat executionem
ipsius obligationis? Hanc qōnē ponunt Anto.de
Canar.in tract.executio.instrum.q.52.nu.91.&
Ant.Gallef.in tract.Ad for.Camera.tit.de ui.in-
stru.oblig.came.nu.26.ver.Imo & si obligatus.
pro opi.negatiua,pro qua citant pręcipue Inno.
in c.cum in iure.in uer.de mādato (dic tu primo)
de off.dele. Verum quia Inno. loquitur in nulli-
tate snīæ, & non loquitur qn̄ est inhibitum, put
Ant.de Cana,& alter Ant. ideo iunioribus præ-
2 mitto,ꝙ isti supponunt idem esse retardare † exe
cutionem snīæ,ꝙ retardare executionem obliga
tionis instrumenti guarentigiæ,vel in forma Ca-
meræ,vel dic cuiusuis alterius instrumenti habē
tis executionem paratam: & hanc æquiparatio-
nē a prænominatis suppositam clarius videre po
ris per Ang.in l.1.C.quan.prouo.non est neces.
dicentem id,ꝙ in snīæ executione dicendum esse
in executione laudi arbitramentalis, vel instrumē
ti guarentigiati: & Phi.Fran.in c.dilecto.col.11.
vers.intellige.Insuper vterque Ant.Cana.& Gal-
les.supponit (vt præmisi) idem esse commissam
esse causam super nullitate principaliter, & de p
se alteri iudici quàm ordinario executionis hu-
iusmodi instrumenti absque eo, ꝙ ab eodēema-
nauerit inhibitio cōtra ordinarium,& creditorē,
vel pariter commissam esse: & inhibitum fuisse:
Alioqui frustra citaretur ad hoc Inno.vbi supra
qui non loquitur (vt dixi) quādo inhibitum fuit.
Pro quo etiam videas Rot.a præmissis citatam.
280.licet per viam.post nu.2.in no.& Phi.Fran.
in alle.c.dilecto.de appel.col.13.ver.sed certe di
cendum,vbi ꝙ iudex nullitatis non pōt inhibere
ēt inferiori iudici ne interim exequatur,& inhi-
bitio nihil operatur,& in locis prælle.rn̄dent
ad contraria.Præmissa opi.clarior reddetur sup-
posito, ꝙ in simili obligatione debitor renuncia
re possit inhitioni futuræ, & ꝙ talis clausula re-
nunciationis adesset, quā clausulā inuenit practi
cus præfatus Ant.Massa. Galles. in suo pulchro
tract.Ad for.cam, dum suam formulam obliga-
tionis ponit sub ijs verbis. Promisitque dictam
summam soluere tpib.& modis suprascriptis: &
si cessauerit &c. promittit in cōtrarium aliquam
moratoriam,saluum conductum,inhibitionem,
significationem,priuilegium, vel gratiam quācū
que non impetrare: neq; illis, aut illorum, vel il-
larum aliqua, seu aliquo ēt motu proprio princ
pis, seu aliàs qualitercunque concessis vti. Hanc
opi.quæ cōis est,limitarem non procedere com-
missa causa nullitatis huiusmodi pet signaturam
narratis per debitorem talib.quæ ex inspectione
asserti instrumenti illud oīno nullum reddant,
quo casu vigore solitæ clausulæ cum ptāte citan-
di, & inhibendi,etiam sub pœnis,& censuris &c.
putarem delegatum cuicunque ordinario execu
tori similium obligationum, ac ipsi creditori iux
ta oē ius,& solitum stilum inhibere potuisse,&
inhibitionem affecisse,ac timendam, & seruan
dam esse: Quod etiam ad oēm aliam facultatem
inhibendi habentem extendere possumus,dum-
3 modo præueniat antequā executio cępta sit † ar-
guendo similiter ab executione rei iudicatę, etiā
trium conformium, ad executionem instrumēti
habentis executionem paratam, ꝙ argumentum
vatidum est,vt supra probaui,videmus.n. cle.1.
de re iud. quæ executionem trium conformium
retardari non vult per oppositionem, vel exce-
4 ptionem nullitatū cōiter † limitari,nisi ex inspe-
ctione actorum nullitas manifesta appareat.Ol-
dra.consi.106.ꝙ litera executoria.nu.4.Bal.in l.
j.cir.prin.C.ne lice. in una eademque cau.qui ta
men de Oldr.nullam mentionem fecit.Lud.Ro
ma.in l.si uero.§.de uiro.in 32.fallen.nu.61.ff.so
matr.& in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de no.ope.
nunc.Alex.& cęteri in l.4.§.condemnatum.ff.de
re iud.Idem Alex.consi.77.in causa,nu.11.& cō
si.186.visis.nu.13.li.2.Sozzi.reg.121.incip.Ex-
ceptio nullitatis.in 2.fallen.Hyero.Grat.respon.
13.viso processu.nu.35.lib.2.And. Alcia.in tra-
cta.de ver.sig.(si is tractatus eius est) li.1.nu.89.
Paris.cons.107.non obstat num. 10.vol.4.Mar.
Sozz.Iun.cons.45.in præsenti.nu.20.li.1. Et in
5 terminis instrumenti guarentigiati,ꝙ † nullitas
ex inspectione,seu notoria, illius executionē oī-
no retardet uoluerunt cōiter Doct. prout Bal.in
l.absentis.ad fi.C.si cer.pet.& in l. si ex testamen
to.C.de fideic.Io.Bapt.in tract. de arbit.7.c.11.
ver.Secunda regu.Lud.Rom.cons.42.uisis.per
totum cons.Andr. Barba. consi. 52. viso celebri
col.3.vol.4.D.meus Phi.Dec.in c.pterea.col.pe
nul.de offi.dele.Fel.super rub.de exceptio.col.j.
& in c.ex parte.2.de offi. deleg. Ant. de Cana.in
pręalle.tracta.executio. instru.q.11.nu.21.Mul-
to magis igitur præmissa nostra lim.procedet cō
currente inhibitione in uim specialis rescripti,
vel aliàs ab eo qui inhibendi facultatem habet
emanata antequam executio cępta sit. Et quia in
fauorem debitoris præuentum fuit: rursus & in-
6 hibitum † executio oīno retardanda erit,iuxta di
stinctionem, & interpretationem Pau. Castren.
in auten.quę supplicatio.post nu.3.ver. sed quæ
ritur,quid in cā nullitatis. C.de præci. imp.offe.
Io.Fran.à Ripa in alle.l.§.cōdemnatum,post nu.
28.ver. Tu cōsidera quomodo illud.ff.de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Instantia an currat durante inhibitione.*

QVÆ-

QVÆSTIO L.

QVinquagesimo quæro, pendente lite in curia Capitolina, iudex ecclesiasticus inhibet eo prætextu φ instrumentum cuius uigore agitur usuram sapiat, vel ex alia simili causa iuxta
1 † tex.& ibi nota.in c.tuam.de ordin.cogni. † an durante inhibitione currat instantia? Pro opi.negatiua adducit tex.in l.intra utile. ff.de mino. Et in terminis nostris concludit Abb.in c.venerabilis.post nu. 10. vers. ex hoc arguo ad quęstionē quotidianam.de iudi. qui loquitur tam instātia à iure inducta, quàm a statuto, & sic ad rem nostram.sequitur Rober. Maran. de ordi. iudici.in 5 par.prin.dum tractat in quo differant iudiciū lis, instantia, & causa, nu. 39. in 16. limi. & facit in simi.quod voluit Bar.in l.sicum ipse.nu.2.ff. de excu.tuto. φ causa ex forma statuti infra tres menses terminanda, si detur dilatio illud tempus excedens poterit postee decidi.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere iudex super quibus possit.*
2 *Delegatus inhibet iuxta formam rescripti.*
3 *Incidentia præiudicialia causa quę tractatur ne quis impediat, tam delegatus, quàm ordinarius inhibere potest.*
4 *Domum suam nequis exeat tam ordinarius, quā delegatus prohibere potest.*
Et ne quis transeat ante domum, vel per uiam inimici.nu.5.
6 *Dñi ę ad locum ne quis accedat iudex inhibere pōt.*
7 *Vim sibi inferri timens inhibitionem obtinere pōt.*
8 *Inhibitionem obtinebit in omni casu in quo quis grauari timet.*

QVAEST. LI.

1 QVinquagesimoprimo generaliter quæro † super quibus iudex inhibere possit? Respondeo, φ ex plurib. quæstionib. supra positis præsens quæsitum decidi potest: ut autem generalius id percipi possit distinguo vt infra. Aut loquimur in delegato, aut in ordinario. Quoad de
2 legatum responderem eum † inhibere posse iuxta formam rescripti, quod sibi iurisdictionem tribuit: & ad unguem illius formam seruandam esse. præterea, & l. diligenter.ff.man. c. cum dilecta.de rescr.cum alijs. Rursus eundem delegatum, & pariter ordinariū inhibere posse ne quis impediat illa quæ ab eis tractantur, vel tractanda veniant, seu eorum iurisdictionis sunt, vel ab eis dependentia, & incidentia, vel ea quoquo modo
3 tangentia † præiudicialia causæ, quæ tractatur, vel negocio super quo agitur: vel super illis se intromittat prout arg.tex.in c. tuam. de ord.cogn. & in c.lator.qui fil.sint legi. concludit Lap.Alle. 60.visis literis nu.7. ver. Tamen quando cā tractatur. Ordinarius itē, ac delegatus in omni materia a iurisdictione sua non aliena ubicunque ratio ē, seu iusta cā præsertim scandali, & periculi vitandi & conseruationis pacis, & quietis, arbitrio suo inhibebit. Hinc videmus, φ licet iudicari possit species seruitutis, prohibere alicui ne in ꝓpria ciuitate permaneat, ēt pro bono pacis: & si-
4 militer ne quis † domū suam exeat prout ꝑ Bal. in c.quintauallis coi.2.in prin. de iureiur. tamē aliter disponit tex.in l.fi.ff. de interd. & releg.& cōior, & verior sñia in contrariū se habet pro eodem bono pacis, & ad vitanda scandala, pericula, & rixas, prout per gl.Bar.Alex.Ias.num.19. & Io.Fran.a Ripa in l. quod iussit. ff. de re iudi. Sic & iudex pp hмōi, vel similes causas, inhibe-
5 bit ne quis † transeat ante domum, seu per uiam eius inimici. De quo ēt per Ias.in l.fi.n.8. & seq. ff.de offi.procura. Cæsa.per Fran. à Ripa in tracta.de peste.tit.de Reme.ad curan. pestem. par. vlt.post prin.nu.6. uer. Bene facit, quia si iudex videat duos non posse sine discrimine vitæ. in Reper.Inquisi.in uer.inimicus vers.Iudex potest præcipere. Regulariter autem contrarium dicendum esset: per itinera enim publica quilibet ire pōt.l.1.§.summa.ff.de his qui deie.uel effu.l.2.§ ait prætor.iun.§.Idem Labeo scribit.ff. ne quid. in lo.publi. Affli.in const.defensas.infra citanda, in 3.no.post nu.9.l.per agrum.in fi.C. de seruit. l.quoties nec hominum.ff.eo. ubi quis prohiberi non pōt ne transeat per agrum suum, vel ne in eo consistat, nec super ijs seruitus imponi, prout nec etiam ne quis introeat domum suam, vel domi ꝑsistere possit, nisi in quibusdam casib.& qñ alterius interest, vbi ēt per Bal.in l.fi.ad fin.C.de pact.inter empto.& vend.per And.de Isern.& Matth.de Affl.in 4.no.col.4.rub.15.lib.1.tit.de defen.impon.in const.defensas. Itē inhibebit ne
6 quis accedat † ad locum differentia, seu ad prędium super quo est lis, prout per Doct.supracitatos per Inno.in c. ī præsentia.de proba. per Bar.ī l.ordinarij.C.de rei vendi. per Bar. in l. ęquissimum.ff.de vsufru.per Bal.in l.fi.col.1.& 2.C.de edi.di.Adri.tollen. Augu.Bero.consi. 46.in causa.nu.5.& cons.116.pendente.nu.3.lib.3. & per
7 Ias.in alle.l.fi.nu.11.ff.de offi.proc.Cęsa.sic & † timens sibi uim inferri, seu possessionem suam inuadi obtinere poterit desuper inhibitionem ne uis fiat ei.l.fi.in prin. & ibi Bar.ff.quod met.cau. Bal.& Alex.in l.super possessione.C.de transact. Fel.super rub.de tre.& pace.versus fi.Pro quib. & alijs similib. videatur ēt Matth. de Afflict.in prohe.const.Regni.nu.38.& seq. Quinimò etiā in obligationib.in forma cameræ vbi cōpeteret reo aliqua exceptio releuans, Vt quia nondum venisset dies, seu non extitisset, aut defecisset cōditio, aut quid simile formidaret, ne creditor iniuste, atque indebitè possessionē ingrederetur, locum eē inhibitioni, deducebat in quadam causa excellentissimus Dominus Dominicus Bonsius Iuriscon.Floren.ex auctoritate Gallef.in suo tractatu in sexta oblig.cam. vlt.par.nu.42. Et in summa in omni casu in quo quis indebite grauari ti-
8 met, obtinebit † inhibitionem, iudicis officiū ad hoc implorando iux. tex. in l. si pater, quem ibi ad hoc singularē dicit Bal.nu.3.ver. Deinde valde no.tex.C.qui bon.cede.poss. sequitur Fel.super dicta rub.de treg.& pace, nu.12.in vlt.decla.

SVMMARIVM.

1 *Auocata causa à Romana curia qualiter iudici Romano inhibendum erit.*

QVAEST. LII.

1 Quinquagesimosecundo quæro † auocata causa a Ro.cu.& in partib. commissa per speciale rescriptum per breue, qualiter inhibendum erit iudici Romano, puta Rotæ Auditori, Auditori cameræ, vel cuiuis iudici ordinario, seu plato in Ro.cu.respōdeo seruandā eē formā Decreti, qđ posui ad calcē 22. cōmissionis p breue.

SVMMARIVM.

1 *Areæ dominus non habens uentum nisi ab uno latere, an iuste inhibeat vicino ab illa parte ædificare uolenti.*

2 *Ædificare in suo quilibet ad sui libitum potest.*

QVÆST. LIII.

1 Quinquagesimotertio quæro † an dominus areæ non habens uentum nisi ab vno latere iuste inhiberi facere possit vicino ab illa parte ædificare volenti? Pro opi. negatiua ponderari potest vltra q rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, iure caueť q in suo non debēte seruitutē 2 ad sui libitum † ædificare, & altius tollere quis possit ēt q vicinis circa lumina præiudiciū fiat, iuxta tex. in l. cū eo. l. imperatores, & in l. cuius ædificium. ff. de serui. vrba prædi. l. altius, & in l. ædibus. C. de seru. & aqua. l. proculus. ff. de dam. infec. Ias. post alios in l. ex hoc iure colū. 2. ff. de iusti. & iur. & latius in repet. l. quo minus. col. 5. ver. Secundo ad idē. ff. de flum. Hyppo. de Mars. singu. 154. incip. cuilibet licitum. Sozzi. Reg. 101. Barth. Cæpol. in tract. seru. vrba. prædi. q. 39. tit. de Area. Pro opi. affirmatiua habemus tex. in terminis in l. fi. §. fi. C. de seru. & aqua. & ibi. ad hoc no. glo. Bar. Bal. Saly. & alij. Idem voluit Ang. in al. e. l. imperatores. ff. de serui. rust. prēd. Bart. Cæpol. di serui. rusti. præd. c. 43. nu. 7. versi. Si quis habet aream & in alle. c. 39. de seru. urba. præd. ante nu. 4. in 8. fallen. Nic. Mil. in Reper. in vers. seruitus q̄nq; imponiť per legem ipso iure. Nic. Boe. dec. 322. & p̄suppono, nu. 12. & hęc inhibitio non solum partis, vel iudicis, sed & ipsius legis nuncupari potest.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio absque partis instantia an decerni, & executioni demandari possit.*

2 *Prætor suum officium non interponit nisi petatur*

3 *Expensarum condemnationem omittens excusať si id a parte non fuit petitum.*

Statutum Florentinū q Auditor teneatur infra 20. dies causas terminare, intelligitur si fuerint quisitus.

QVAESTIO LIIII.

1 Quinquagesimoquarto quæro † an inhibitio absq; partis instantia decerni & executioni demandari possit? Pro opi. negatiua cōis ē 2 regula q † p̄tor, vel iudex officiū suū non interponit nisi id petať. l. 1. ver. Ait prætor, si tp̄s ad deliberandū petet. ff. de iu. delibe. l. vni. & ibi Bart. & alij. C. vt q̄ desunt a duo. par. l. 4. §. in hoc aūt iudicium. ubi idem Bar. & ibi oēs. ff. eo. gl. in verbo eum, ubi Ias. nu. 6. & Rip. nu. 18. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nun. Sozz. Reg. 197. incip. Iudex petitus, & Reg. 200. incip. Iudex ex officio suo ad priuatam vtilitatem. Et in iure canonico est tex. in c. constitutus. 2. & in c. oblatę de appell. in c. 1. de conuer. coniuga. in c. in literis, & ibi. Abb. post nu. 2. ver. Nam ad vtilitatē priuatam iudex non supplet. de rest. spo. Ex quo 3 ēt infert gl. 3. cir. med. in c. fi. de rescrip. q † iudex qui ad expensas condemnare debet, excusetur nisi a parte condēnatio, seu taxatio petatur. sequitur Anto. Corset. in suis singu. in uer. Iudex non condemnans partem in expensis. Hinc ego dum essem Rotæ Florentinæ Auditor, dicebam statutum, seu decretum, q Auditor teneretur infra viginti dies causas terminare. Intelligi debere si fuerit requisitus secundū Ant. de But. & Abb. in c. venerabilis. de iud. Abb. in c. vlt. de rescr. Dald. cons. 3. rub. de pœnis. Paul. Castren. in l. properandum. in prin. C. de iudi. Phil. Fran. in c. ex ratione ad fi. de appel. Rip. in alle. l. dies cautioni. §. hoc aūt iudicium. nu. 6. ver. Quartō infertur, vbi plura alia similia egregie ponit. & ēt Catel. Cot. in suis Memoria. in uer. Statuto Mediolani cautum est, q appellans. Sic etiam videmus sn̄iam absq; partis instantia latam nullam esse, ut per Hypp. de Mars. in l. de unoquoq; nu. 113. de re iud. Et q inhibitio, seu prohibitio parte petente fieri debeat coucludendū est. Hæc vera sunt, & procedunt in qōnib. per nos supra discussis. Nonnunquā vero ratione publicæ vtilitatis, aliud dicendū est. Hinc videmus, q iudex ad utilitatem publicam in criminalib. in quibus publica vtilitas uertitur, lege, ita vulneratus. ad fi. ff. leg. Aqui. c. vt famæ, de sent. excō. ex mero suo officio illo etiam non implorato inquirere, & procedere pōt. c. qualiter, & q̄ñ. 2. de accusa. Bar. in extrauag. Ad reprim. in uer. Inquisitione. Hinc voluit Io. And. in c. cum venissent. de insti. iudicem ex suo mero officio posse cognoscere de lesione ecclesiæ, ac ecclesiæ restitutione, vt p̄bari vr̄ ex tex. ibi. Vel ad petitionem ecclesiæ, vel per nos ipsos. Quod dictum Io. And. pro sing. refert Rom. sing. 456. incip. q iudex motu p̄prio. & licet Rom. ibi subdat hoc dictum sibi non placere, ex quo iure non probatur in contrarium, & tex. in d. c. cū venissent. loquať solū de Papa, & nō de alio inferiore, tn̄ satis cōgruē defendi vr̄. Ioan. And. vbi supra, Augu. Bero. q. familia. 40. incip. Vtrū ecclesia, post nu. 2. ver. sed ijs ñ aduersātib. Imoetiam quod simus circa priuatam vtilitatem quia tractatur de honore iudicis, quo casu ipse iudex absque partis alicuius instantia, & petitione inhibebit, argumen. tex. in l. si cui. §. sed si inter, de vsufru. l. quos prohibet. ff. de postul. cum simi. & in proxima subsequen. quæst. ostendemus. Inhibet etiam ex officio ne aliqua partium accedat ad possessionem, puta super qua erat contentio, quia vterque se possidere affirmabat ut supra. q. 51. num. 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhiberi an possit, ne officium Aduocati, uel Procuratoris quis exerceat?*
2 *Aduocationibus, & foro etiam nemine instante ex causa interdicitur.*
Procuratori exercitium interdicitur pēdente eius accusatione.
3 *Aduocatis duobus de causis eorum officium exercere interdicitur.*
4 *Iudicis maiestas in hoc præsertim consistit, in faciēdo loqui, vel silere aduocatum.*

QVAEST. LV.

1 QVinquagesimoquinto quæro, an † præses prouinciæ, Gubernator, seu prætor iure inhibere possit ne quidam officium aduocati, procuratoris, sollicitatoris, notarij, vel simile exerceat? Imperiosa, furibunda, & sæpe dolosa videretur esse hæc interdictio, si in arbitrio cuiusuis Gubernatoris, prætoris, vel iudicis esset hæc facultas ex motu sui animi sic iubendi, & prohibendi, & similia pręcepta parum subsistunt, & spetni possūt ad tex. in l. 1. & in l. interlocutio. C. cōmi. vel episto. Hinc dixit Paris de Put. de Sindica. sub rub. de excess. Baro. num. 16. etiam subditos non teneri obedire mandatis indiscretis. Respondi tamen ego affirmatiue, etiam nemine accusante, instante
2 petente, dummodo † subsit legitima causa. & sic tolluntur, seu cessant omnia contraria si subsistat legitima causa. iux. tex. not. in l. moris est aduocationibus quoque pręsidis interdicere. l. aut damnum. cir. prin. & l. ult. ff. de pœnis, & in l. 1. ver. fi. ibi. Et aduocationibus, & foro, & ad tempus & in perpetuum interdicere poterit. ff. de offi. præfe. vrbis. l. generaliter. ff. de decurio. l. ult. cum gl. vlt. ff. de iniur. Paris de Put. de Syndica. in uersi. interdictio capite vni. post nu. 2. ibi, Quia multoties interdicitur ꝓcuratio. Rober. Maran. in suo Specu. in 6. & vlt. par. in 3. modo, dum de Inquisitione tractat, in uer. & peruenitur aliquando per uiam Inquisitionis, num. 182. in 44. casu, versic. Quadragesimoquarto inquirit iudex contra aduocatos, & procuratores calumniosos, & tumultuosus & male se uersantes in eorum officio, uel si sint infames. Vtinam hodie hęc fierent præsertim Romæ. Et in aliquibus casibus non solum prætor inhibere poterit, sed ipsa lex itm inhibuit prout uidere est in l. 1. §. remouet autē. ff. de postul. Et Romæ sæpius foro interdici uidi, pendente ēt Inquisitione, seu accusatione alicuius illi interdicitur procurationis exercitium. l. reum. C. de procur. & ibi Bald. Vital. in tract. Clausul. Nil noua. accus. penden. nu. 5. Aduertendum tamen est, ꝙ duab.
3 de causis, & fat quidem diuersis † aduocatis, & procuratoribus eorum officia exercere interdicitur? Vel propter crimen commissum. ad ea quæ supra adducta sunt, & ad text. in l. Imperator. ff. de postul. Vel quia sint † verbosi, quo casu iudex silentium indicere poterit, vel prohibere illos: & indistincte cuilibet Aduocato mandare vt sileat, vel eum remouere. rursusq. admittere iuxta tex. in l. proximè ver. Priscianus dixit. iun. glo. in ver. remotis. ff. de his quæ in testa. delen. gl. & Doct. in l. 1. ff. de offi. asses. Roma. syngu. 780. incip. Animis uerbosi. Paris. de Put. in tract. Sindica. in ver. Assessor, & rubri. de exces. Aduoca. post nu. 3. ver. Et propterea iudex finem imponit aduocato. Ego dum hanc secundam æditionem compono excellssæ Rotæ Florentinæ Decanus, Dominis coadiutoribus meis sæpe purgatas aures persono: In hoc præsertim consistere iudicis maiestatem in faciēdo loqui, vel silere aduocatos, & causarum patronos. Pro præmissis omnibus videre poteris Iacob. de Nigris in repet. d. l. prima. ff. de off. Asses. num. 4. & seq. Et si (vt probauimus) possunt, & debent iudices interdicere ne quis amplius loquatur, quod tamen contra philosophicam libertatē esse vr̄, vt percipitur ex Platone lib. 13. qui inscribitur Theotetus, vel de scientia ante mediū, quāto magis probandum erit vt iudices possint, quin & teneantur inhibere magis opportunè ijs de quibus infra, iuxta sententiam eiusdē Platonis cuius verba subijcio. Prohibere illi, qui iustitiæ vires in animis iudicum in contrarium vertere conatus fuerit, aut pręter utilitatem multa litigia mouet, vel mouentib. adest, si ambitiosa contentione id fecerit, ipsi iudices tempus præscribant, in quo neque pro se, neque pro alio ullam agat, dicatve causam. Hæc habemus apud Platonem in ultimis Dialogi 11. de legib.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio quanto tempore duret.*
2 *Inhibitio ne lite pendente aliquid innouetur iuri conformis est.*
3 *Inhibitio potest esse perpetua.*
4 *Inhiberi potest ad tempus.*
5 *Pręsidis, uel Gubernatoris inhibitio durat tempore quo ipse regit.*

QVÆSTIO LVI.

1 QVinquagesimosexto quęro † quanto tempore duret inhibitio? Distinguo, aut loquimur de inhibitione ordinaria, quæ emanat a iudice coram quo lis introducta est: & respondeo, quòd ex uerbis inhibitionis clare colligitur, quòd durante lite coram ipso inhibente. Verba enim inhibitionis sunt hęc: inhibentes insuper ne lite huiusmodi coram nobis pendente aliquid attemptare, uel innouare præsumant in præiudicium li
2 tis huiusmodi, & hoc conforme est iuri † communi prout toto titu. C. ut lit. penden. nihil inno. & extra eo. etiam lib. 6. ac in clemen. & in cap. cum M. Ferratien. cum glo. penul. de constit. Vel minus durabit si superuenerit reuocatio, uel moderatio ipsius inhibitionis. Aut sumus in casibus ꝓxime præceden. quæst. uel similibus, & nonnulli
3 dixerūt posse † in perpetuum interdici iuxta tex. in l. 1. §. fin. ibi. Et aduocationibus, & foro ad tempus, & in perpetuum interdicere poterit. ff. de offic. præfec. vrb. in l. moris. in princip. ff. de pœnis. & in l. 1. C. de postu. Si igitur inhibitum sit in perpetuum aduocatus, procurator, notarius, vel artē

aliquam exercens nunquam amplius suum officium, artem, vel exercitium exercere poterit. Alij
4 dicunt ad tẽpus super his † inhiberi solere, præalleg. l. 1. §. fin. ff. de offi. præfe. urb. & dicta. l. moris. in princip. ibi, Nonnunquam ad tempus, vt ad annum metiuntur. Plures affirmant præsidem prouinciæ, uel Gubernatorem alicuius ciuitatis, tempore quo prouinciam, seu ciuitatem regit
5 † inhibere posse, & inhibito absque alia specificatione ita interpretationem faciendam fore. per tex. in alle. l. moris. in prin. ibi. vel etiam tempore quo prouinciam regunt, & in l. si. etiam ibi vltra administrationis suæ tempus. ff. de pœnis. in l. puto. ff. de postul. Quod maxime dicendũ est iuxta terminos nostros, cum inhibitiones non decernantur cum solemnitatibus, & causa cognita iuxta ea, quæ voluit Paris de Put. in tracta. Sindica. in ver. Interdicto. cap. uni. circa prin. & in nonnullis ex locis supra adductis glossæ distinguunt, & concordant opin. & etiam Bar. in alle. l. fin. ff. de pœnis. affirmans perpetuam interdictionem, seu inhibitionem requirere causæ cognitionem. Idẽ voluit Bar. post glo. in alleg. l. 1. in 1. oppo. C. de postul. Paris de Put. in dicto versic. Interdictio, vbi in terminis suis vt sit perpetua requiruntur causæ cognitio, solemnitates, ac diffinitiua sententia. Et sic quoad terminos nostræ inhibitionis magis congruunt secunda, & tertia opin. De inhibitione ad beneplacitum tractabo infra q. 76. Regulariter autem vt voluit Philip. Fran. in cap. ut debitus, num. 47. de appel. inhibitio quasi concomitatur litem, & appellationem, vt suspendat solum donec pendet causa, & articulus inhibitionis, & propterea expedito articulo appellationis, absque eo quod iudex ad quem, remittat causam ad iudicem a quo, potest inhibitione nõ obstante procedere in negocio principali quasi inhibitio sit extincta, vt etiam per eundem Frã. in cap. cum cessante. num. 16. eod. titu. de appell. An autem attentata reuocari peti possint post litem contestatam in causa principali tracto super 14. Formu. commis. Attenta in uer. Inprimis, & ante omnia. in 2. q. & an inhibitio fieri possit, & solebat, ac operetur post conclusionem in causa, tractabo infra q. 108.

SVMMARIVM.

1 *Inhiberi quibus poterit vigore clausulæ in rescripto ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi.*
2 *Episcopi non ueniunt sub generali dispositione.*
3 *Clausulæ quæ in rescriptis pro inhibitione facienda episcopis obtineri debeant.*

QVAEST. LVII.

1 QVinquagesimoseptimo quæro † vigore clausulæ in rescripto apponi consuetæ, videlicet. Ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi, quibus inhiberi poterit? Respondeo quod nõ solum partibus litigantibus, sed etiam impedientibus iurisdictionem delegati, ac omnibus alijs etiam non comprehensis in c. 1. de offic. delega. Quòd si inhibendum sit episcopis, archiepisco-
2 pis, & in magna dignitate constitutis † qui non ueniunt sub generali dispositione, nisi de illis specialis mentio fiat ad c. quia periculosum. de senten. excommu. lib. 6. 1. cap. si cõpromissarius.
3 §. huiusmodi. de electio. eod. lib. aliàs † clausulas in rescriptis obtinere necesse est prout late tracto super 2. Formula commission. in uersi. quacunq. etiam dignitate, & in in versic. Vel alia quauis. Ibi dictis addo quod Iurecon. ad omne dubium tollendum expressam mentionem fecit de illis, qui sunt in magna dignitate, uel auctoritate in l. sed & qui magna præditus est dignitate, uel auctoritate, harenarij, uel eius mulieres quæ corporis quæstum fecerit hæreditatem restituere cogetur. ff. ad trebel.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo an possit in causa matrimoniali inhibere ne asserti coniuges nubant.*
2 *Appellationem post interpositam, facta uia attemptarum reuocantur.*
3 *Iudex a quo potest omnia intentare, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis.*

QVAEST. LVIII.

1 QVinquagesimo octauo quæro † an iudex à quo possit in causa matrimoniali inhibere ne asserti coniuges nubant? Pro opi. negatiua est iuris regula. ff. de re iudi. l. iudex postquam. Item altera iuris regula. ff. nil noua. appel. penden. Et eo ipso quòd quis superiorem iudicem appellat, inferioris iudicis iurisdictio suspenditur. cap. ve-
2 niens, de iureiur. Et quæ † post appellationem interpositam facta sunt via attemptatorum illico reuocanda sunt. l. appellatione. C. de appel. c. non solum. eo. li. 6. Rot. 185. si pars. in no. Opin. affirmatiua verior est, pro qua est tex. in c. 2. iun. glos. in versi. districtius. de matrim. contra. interdi. eccle. contra. & ratio assignatur ibidem per Abb. num. 4. & in cap. cum teneamur. in 1. not. de appel. per Felin. consi. 13. nume. 3. Idem voluit Pet. Duenna. Regu. 42. in 17. fallen. Ea est ratio, quia
3 † iudex a quo generaliter omnia intentare potest quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis, iuxta tex. in alle. cap. cum teneamur, & ibi Fran. in 2. not. de appel. vbi qnod iudex a quo appellatione pendente inhibendo prouidere potest ne quis in sua possessione turbetur. ut post alios ab eo citatos declarat August. Bero. consi. 45. in causa, num. 2. lib. 3. & voluit Abb. in c. sacro. post nu. 8. de senten. excom. Non tamen cognoscendo de iuribus appellationis, & per hæc cessant contraria.

SVMMARIVM.

1 *Executio vigore Aegidianæ facienda, an retardari debeat propter Inhibitionem emanatam à iudice ad*

ad quem, in vim commissionis appellationis sibi præsentatæ.
2 *Aegidiana constitutio, quid disponat.*
3 *Est conformis iuri ciuili, illiusque comprobatoria.*
4 *Appellare a sententia super possessorio de iure ciuili non permittitur.*
Appellatio in possessorio de iure canonico admittitur.
5 *Aegidiana tollit disputationem iuris canonici.*
6 *Appellatio iuris adminiculo carens executionem impedire non potest.*
7 *Sententia iniqua, & iniusta non debet executioni demandari.*
Notorium grauamen operatur, ut appellatio aliàs prohibita admittatur.
8 *Inhibitio post sententiam in possessorio triplici via impediri potest.*

QVÆSTIO LIX.

1 Qvinquagesimonono quæro, † an executio vigore Aegidianæ faciẽda retardari debeat propter inhibitionem emanatã à iudice ad quẽ in vim commissionis appellationis sibi præsentatæ? His qui Romanorum tribunalium inexpertes sunt præmitto, quòd emanauit constitutio
2 † Aegidiana ab Aegidio Cardinale Episcopo Sabinen. tunc Prouinciæ Marchiæ Legato, quam descriptam inuenient in cap. 2. lib. 6. consti. Marchiæ, quæ constitutio licet sit localis, & sic in dicta prouincia Marchiæ dũtaxat seruanda. §. sed ius quidem ciuile. Insti. de iu. natu. gent. & ciui. cap. 2. §. statuto, de consti. lib. 6. & quia hæc constitutio a Papa confirmata fuit pro Marchia Anchonitana (vt præmisi) ac pro ducatu Spoletano, hæc inclusio erit aliorum locorum exclusio. Ias. in l. 1. versus fin. ff. de eo quod cer. loco. Cassad. Dec. 4. de rescri. tamen ex declaratione, & comprobatione saltem tacita summorum Pontificum, & consuetudine firmissima, cõstitutio huiusmodi tam in Rom. Cu. quàm in omnibus terris ecclesiæ inconcussè seruatur, ex quo militat eadem ratio, & sumus in materia fauorabili (vt infra ostendam) ad ea quæ volunt omnes in auth. sacramenta puberum, C. si aduer. vendi. Et quantum ad nostrum quęsitum attinet constitutio Aegidiana disponit, neminem in causa momentaneæ possessionis appellare posse, nisi notoriè constaret de grauamine: & si secus fuerit attemptatum iudex ad quem, appellationem aliqualiter non recipiat: & iudex à quo, in aliquo non deferat: quin potius contra appellantes huiusmodi in causa in qua fuerit appellatum impunè possit procedere, suamque sententiam, & processum, & decretum a quo, seu a qua extiterit appellatum perinde executioni debitæ demandare, ac si talis appellatio interposita non fuisset.
3 † Prædicta constitutio est iuri ciuili conformis, illiusq; comprobatoria, aliquid etiam illi addendo, reducimur enim per eam ad ius commune.
4 De iure enim ciuili † appellare a sententia lata super possessorio non permittitur. l. 1. C. si de momen. poss. fue. appel. l. quisquis. C. quæ appel. non reci. cap. fi. §. de possession. 2. quæst. 6. Et hęc est communis opi. vt per D. meum Phil. Dec. consi. 28. colum. 2. & 3. in fi. & cons. 49. col. fin. Quòd etiam dixerunt Innoc. in cap. significantibus. de no. ope. nunc. Spec. in titu. de appel. §. in quibus in 6. casu. Angel. consi. 46. Fede. de Sen. cons. 76. Ange. Aret. qui dicit communem in l. fin. §. pen. ad fi. ff. de appel. Fulgo. cons. 145. quoniam plurimę, colum. 2. ad secundum dubium. Corn. consil. 10. præsupposito. vol. 4. Calcan. consil. 82. colum. 1. & seq. Dec. Tholo. 500. & ibi apostil. Boe. sing. 22. in ver. appellatio. Grat. cons. 165. col. 1. lib. 2. Paris. cons. 108. colum. 4. lib. 1. Et conferũt ea, quæ scribunt Rui. consil. 195. num. 10. vol. 5. & Tiraq. in l. si vnquam. in ver. libertis. num. 49. C. de reuoc. dona. Quæ regula locum habet in omni possessorio, siue adipiscendæ, siue retinendæ, seu recuperandæ, ad nota. in l. quisquis. C. quo. appel. non reci. Bar. in l. 2. num. 3. de appel. reci. Et hanc communem affirmant Augu. Bero. quæst. 52. num. 8. & Pet. Duenna Regu. 44. circa prin. Et prælle. l. 1. C. si de momen. posses. prohibentem appellationem procedere in omni possessione communiter tenuerunt Docto. & comprobarunt Domini de Rota in Roma. Domus, coram Caputaquen. vt in eiusdem recollectis tomo. 1. Dec. 222. incipiẽ. Aegidiana. Ad executionem igitur de iure ciuili procedi poterit, siue simus infra tempus ad appellandum citra uitium attentatorum quicquid dixerit Grat. cons. 163. requisitus, nu. 51. lib. 2. quod enim præmisimus verius est, vt per Paris. post alios, quos refert consil. 108. de bono. num. 23. lib. 1. & voluerunt Domini de Rota in Auximan. Tenimenti, coram Iunio. 29. Nouẽbris 1557. siue loquamur post appellationem interpositam, vt per supra citatos. De iure vero canonico regulariter in possessorio tam ad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum appellatio permittitur. cap. 1. de cau. poss. & proprie. cap. cum ad sedem. & ibi gl. Io. And. Ancha. Abb. Fely. & communiter Doct. de resti. spol. Spec. in tit. de appel. §. in quibus. in 6. casu. Bal. in l. 1. & ibi Saly. communem affirmans. C. si de momen. posses. idem Bald. cons. 379. col. 2. lib. 1. Fede. de Sen. cons. 56. Cardin. in cle. 1. per illum tex. in 1. oppo. de seque. pos. & fruc. pract. Papien. in for. libel. in causa spoliatio. posses. in ver. per nostram diffinitiuam. num. 3. Gui. Papæ sing. 357. Dec. Tholos. 500. & ibi apostil. Angel. Aretin. in l. vlt. §. iussus, colum. pen. ff. de appel. Alex. communem affirmans, consil. 99. col. 1. volum. 5. D. meus in l. 1. colum. 2. C. de bon. poss. secun. tab. & cons. 28. colum. 3. Affli. etiam communem asserens Dec. Neapol. 269. nume. 2. su-
5 peruenit. † Aegidiana tollens dispositionem iuris canonici, vt in simili statuto concludit Paris. cons. 108. colum. 3. num. 15. lib. 1. Ant. de Fan. in tract. de Pign. in 8. par. in prin. num. 3. vbi fortius dicit procedere, quòd non possit appellari etiam in casibus in quibus de iure communi admittitur, post Bal. in l. 2. C. de appel. & Aret. consil. 105.

sil.105.in fin. His præmissis ad propositum dubium deuenio,& pro opi.negatiua pondero verba,& mentem dictæ constitutionis Aegidianæ, quæ eo tendunt,quòd ad postposita, nisi notoriè constet de grauamine.si supponimus nõ constare notoriè de grauamine nulli dubium quin exactioni locus esse debeat. Et sic cum habeamus verba clara,& mentem ipsius constitutionis,præsertim ibi (In causa in qua fuerit appellatum impunè possit procedere: suamq; sententiam a qua fuerit appellatum perinde debitę executioni mandare possit, ac si talis appellatio interposita non fuisset.) non est interprętationi locus.l.ille,aut ille,& l.non aliter. in prin.ff.de lega.3.& ad alia quæ adduco in 13.quæst. Reg.de
6 infir.num.6.& seq. Et cum † appellatio huiusmodi omni careat iuris adminiculo, tũ iuris ciuilis, cum nostræ constitutionis,ergo nullo modo executionem impedire potest.l.quisquis.C.quo.appel.non reci.glo.in ver.casibus.in c.non solum. de appel.lib.6.Bal.in c.pastoralis. §.præterea.de offi.deleg.Rolan.a Val.cons.77.nume.18.lib.2. Præmissa valde vrgent, tamen quia dari posset casus q̃ à tali sententia super possessorio appellari liceret,tum ex verbis huiusmodi constitutionis,tum quia sententia iniqua, & iniusta,non
7 debet † executioni demandari etiam appellatione sublata, uel prohibita: perinde enim est ac si sententia lata non fuisset.l.4. §.condemnatum.ff. de re iudi.c.cum Bertholdus. & ibi Imol.extra. eo.& alter Imol.in l.ex diuerso.§.1.ff.sol.matri. nec iniustè, & sine causa possessio ab aliquo auferri debet.ca.inter cætera.de re iudi.glo.in cap. ex conquęstione. in ver. post appellationem.de restit.spol.& ibidem Abb.nu.5.Idem Abb.consil.55.lib.2.Bald.in l.1. C.si de momen.posses. Alex.cons.33.nu.8.lib.1.Pet. Duenna. Reg.44. fallen.vlt.& in proprijs terminis exceptionis huius constitutionis,quòd appellari possit quando notoriè constat de grauamine concludit Corn. consil.10. præsupposito statuto ciuitatis Firmanæ.colu.2.vers.Nisi fortè diceretur, quòd notoriè constaret de grauamine, quo casu dicta constitutio prouidet excipiendo,&c. volu.4. prout etiam propter notorium grauamen,vbi aliàs a iure appellatio non admitteretur, admittitur,ad c. inter cæteras.de re iudi.glo.in l.1.§.penult.ff.de tabu.exhib.glo.in cap.ex conquæstione, de resti. spol.D.meus Phil.Dec.consi.49.præstantissimi, num.2. vers.Quinto, & vlt. Amplio etiam si ex actis notoriè non constet de grauamine in promptu tamen in causa momentaneæ possessionis sit ratio appellationis prout per Bal.in l.consentaneum.col.4.vers.quæro. nunquid a tali missione.C.quom.& quan.iud.post Gui.de Cu. in l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de min. & in Dec. vlt.Tholo.Stepha.Ausre.in additio. Vel saltem in dubium refricari posset, an inhibitio iusta esset, vel ne,quo casu siue iusta, siue iniusta seruanda esset,vt probaui supra quæst.20.num.2.Item quia commissio appellationis continere posset clausulas. Quam,& quas. Rursus ac cum toto negocio principali, de quibus tracto in 17. formula commiss.appel.in ver. Vna cum toto negocio principali,& postea quęst.2.quarum clausularum uigore iurisdictio firma, & ualida consistere posset apud iudicem ad quem,propterea
8 ego † occurrente casu triplici via usus sum: vel statim lata sententia produci feci cõsti. Aegidianam coram iudice,qui pronunciauit, & obtinui sententiam executioni illico demandari: uel dũ ex aduerso appellabatur producta etiam prius dicta constit. Aegidiana obtinui responderi de Apostolis refutatorijs, & pariter ad executionẽ sententiæ deueniri: vel & tertio commissa causa appellationis per aduersarium antequam decerneretur aliqua inhibitio insteti, & protestatus fui non inhiberi, attento quòd Aegidianę locus esset,& nihil fieri,nisi desuper informato, & articulo huiusmodi plenè discusso, quo casu retardari consueuit inhibitionis decretum, & discuti an inhibitioni locus sit,seu inhibendum sit, vel ne. In hoc vltimo membro posset iuxta distinctionem quam faciunt (licet in alijs terminis) gl. in ver.casibus,& Io.And.post Gar. in cap. non solum.de appel.lib.6.distingui hoc modo. Aut impedire volens inhibitionis huiusmodi decretum incontinenti ostendere vult non esse inhibendum: Aut dilationes,ad id quærit, seu petit: primo casu audiatur,secundo vero non.Postquã sermo incidit quando locus esse debeat Aegidianę,subijciam pulchrum dubium in Rota Romana discussum in Anagnina castri Scruuile corã Io.Paulo Ptolomeo.A.quærebat restitui ad possessionem dicti castri,in qua eius pater fuerat,& de qua fuerat spoliatus: pro parte B. aduersarij fuit oppositum,q̃ A. erat spurius, & ideo actio spolij tanquam illegitimo non competebat,probatum autem fuit per A. quòd erat legitimus, pronunciatumque fuit per Pighinum, eundem A. vt legitimum restituendum esse ad possessionem dicti castri de mense Maij 1545.fuit dubitatum, an isto casu locum haberet Aegidiana? Pro negatiua dicebatur, quòd quãdo causa possessorij connexam habet causam proprietatis appellari potest, non obstante dispositione l. vni. C.si de momen.posses.ad cons.Bald.142.in fi.& 278.cir.fi.lib.1.Ange.in l.si incerti.cir.fin.C.de interdi.Sozi.Regu.24.fallen.20. Gui. Papæ singu.357.ac Ias.consil.187.col.1. lib.2. sed in dicto casu erat annexæ causa proprietatis,quia discussum fuerat super illegitimitate,ergo &c.Contrarium conclusum fuit per omnes. prout Dec. Putei 277.incipien.in una Anagnin. lib.2.ea ratione, quia in possessorio quantumcunque summario prius persona comparentis legitimari debeat iuxta tex.in l.2.C.de edi. diui Adri. tollen. & ibi Bart.col.vlt.ac Saly.Fulgo.Alexand.& Ias. Idem Bar.in extra.ad reprimen.in uer.figura.& in l.vlt.ff.pro suo.Bald.in l.3.§.idem.ff.ad exhiben.Et in causa spolij idem concludunt Doct.in l.naturaliter.§.nihil commune. & ibi Anto.de Matthe.hanc communem affirmat. num.48.in 15.fallen.ff.de acquiren. posses. & voluit Sigismun.

mun.Loffred.consil.45. Magnificus. nume.20. Amplio etiam ad causam attentatorum ex identitatis ratione.Io.Neuiza.consil.18. ac Grat.consil.140.quoniam.nume.39.lib.1. Non obstante igitur tali legitimatione appellari non potuit in mero possessorio. per text. in l.quisquis.C.quo. appel.non reci. Et licet deducta fuerit causa illegitimitatis pro hac causa. non fuit factus, locus appellationi, ad quod per Rotam citabatur Bal. in alle.l.vni.C. si de momen.posses.cons.2.& Dec.in l.1.colum.2.C.de bono.posses.vers.sed retenta. Pro simili dubio, & quando interdictũ non potest competere, nisi domino, & quando limitate, seu incidenter dominium deducitur, & in quibusdam similibus casibus, an sit locus Aegidianę, vide Dec. eiusdem Put.eo.lib.2.291.incipien.In causa Placen.castri. Et quòd Aegidianę sit locus etiã quando sententia fertur contra spoliatum, vide Dec.Putei eo.lib.2.313.inci.In vna Assassinaten.Bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio competit re sua vti prohibito.*

QVAEST. LX.

SExagesimoquæro A.inhiberi obtinuit, seu ipse prohibuit.B.enim domum, vel prædium, quæ ipsius B.existunt, & per eundẽ pacifice possidentur intret, seu illis, & sic rebus proprijs vtatur, statimq; veritate comperta iudex inhibitionem reuocauit: vel si ipse A. absque iudice prohibuit ipsi B. iudicem adiuit, vt de opportuno
1 remedio sibi prouiderũt, quæro† an B.competat iniuriarum actio contra A. concludo pro affirmatiua esse tex.in l. iniuriarũ actio. §. si quis me prohibeat. versi.Aut si quis re mea vti non permittat, & ibi glo.dat concordan.& in fi. dictæ l. & l.seq.ff.de iniur.& in l.qui pendentem.in fi.& ibi Doct.ff.de actio.emp. Et quòd generaliter re sua vti prohibitus vltra alias actiones sibi competentes habeat actionem iniuriarum voluit Sebast.Montic.Vincentin.in comment.in tit.Insti. de actio.§.Aeque si agat quis. nu.55. vers.Nam non debet prohiberi, & August. Bero.cons.146. in causa, num.64.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ne quis immutet, an princeps, vel alius inhibere possit?*
2 *Testandi facultas libera eße debet.*
3 *Testatoris uoluntas ambulatoria vsque ad vltimum vitæ exitum.*
4 *Testandi facultate nemo priuari debet.*
5 *Testari aliquem compellens criminaliter punitur.*
6 *Prohibenti ne aliquis testetur hęreditas aufertur.*

QVÆSTIO LXI.

1 SExagesimoprimo quæro, an† princeps vel alius possit interdicere, seu inhibere testatori ne suum testamentum immutet? Pro opin.affirmatiua est singulare dictum Archid.in cap.vltima voluntas.13.quæst.4.sequitur Bart.Belenci. olim Rotæ Auditor peritissimus in additio. ad Abb.in cap.cum Martha.in 6.not.de cele.missa. quod etiam sentire uidetur Do.meus Phil. Dec. in cap.cum accessissent.col.12.de consti. Pro hac opi.pondero ꝙ non solum Principi id licere debeat propter maiorem authoritatẽ, & quia semper in eo causa præsumitur iusta, licet non exprimatur. Cyn.& Bal.in l.rescripta.in 3.quęst.C.de pręci.Impe.offe.But.& Imol. in cap. cum inter. de renun.Abb.in cap.cum olim. num.23.vers. Fateor tamẽ.de re iudi.Ias.in repet.l.quominus. num.5.ff.de flumi.sed etiam datur via, vt personæ priuatæ concedatur de iure canonico ligare sibi ipsi manus, ne primum testamentũ, per subsequens reuocare possit, videlicet, quòd ipse testator iuret testamentum non reuocare, quod quidem iuramẽtum seruandum erit, quippe qđ seruari potest absque interitu salutis æternæ, vt voluit Spec.titu.de instr.æditio.§.compendiosè. vers.Quid siquis iurauerit.ac Oldra. cons. 127. viso instrumento pacti. quod et uoluit Iacob. Butr.ut refert Bald.in cap. item sacramenta.col. 5.vers.Quæritur si faciens testamentum, de pa. iura.firman.Opin.negatiua verior, & omni iu
2 ri conformior est. Libera enim† debet esse testandi facultas.l.ex facto.ff.de vulga.& pupil.ibi. Et enim iniquum &c.l.illa institutio.ff.de hære.insti.l.cum duobus.§.Idem respondit.ff.pro soc.l. pactum quod dotali.C.de pact.& l.fin. ac C.de inuti.stipu.l.ex eo.& l.stipulatio hoc modo concepta, ubi omnes.ff.de uerb.obli. Ampliant ibidem etiam si iuramentum interueniat. De quo etiam per D.meum Phil.Dec.cons.488. nu.19. Curt.Iun.cons.15.num.2.& 3.consi.25.nu.7. inferentem ad pactum de futura successione et iuratum, quòd non ualeat, hanc communem affirmantem.l.1.C.de sacro.eccl.& clara est regu-
3 la † testatoris voluntatem ambulatoriam esse vsq; ad vltimum vitæ exitum.ad tex. in l.3.ff.de adim.lega.l.cum hic status.vers.ait. ff.de donat. int.vir.& vxo.præalleg.cap.cum Marthæ. de celeb.missa.& est contra bonos mores aliquem pri
4 uari † testandi facultate. l. stipulatio hoc modo concepta, & ibi Doct. ff.de verborum obligat.& sic patet responsum ad id quod in contrariũ ponderabat, quòd magis licere debebat principi interdicere posse reuocationem primi testamenti, cum ipsi priuato liceat, & detur modus faciendi irreuocabile suum testamentum per iuramenti appositionem: tum quia hæc consequentia non teneret, tum etiam quia communis, & vera opi. est, quòd testamentum in quo aderat iuramentum, per secundum testamentum reuocetur, vt concludunt Bart.Bald, Floria.& alij in l.si quis inquilinos.§.vlt.ff.de lega.1.& alij per me citati super rubr.de proba.post num.64. Item com-
5 pellens aliquem † testari, criminaliter punitur.l. prima.C.de his qui, vt indign.& ibi glo.in ver. crimen.ac Bar.Alexan.& Iacobi. de San.Georg.

art.4.

art.4.qui diſtinguunt, Aut armis vis fuit illata, & tunc pœna ſit legis Iul.de ui publica: Aut ſine armis, & tunc pœna legis Iuliæ de vi priuata veniat. Aut ſolus metus interceſſit, & tunc pœna iudicis arbitrio remittatur. Et hanc diſtinct. comprobant Aegid.Boſs.in praxi crimi. rub. de his,qui prohi.aliquem teſta: ac Iul. Clar.lib.5. ſenten.iuris.§.fi.quæſt.83.verſ.compellens. pro ijs etiam Corn.conſi.210.licet prohibens.vol.4. Et quia hodie vis publica videlicet, quæ armis fit,& priuata,quæ ſcilicet ſine armis.§.ſed ex conſtitutionibus.Inſti.de interdi.& §.itē lex Iulia.inſti.de iudi.pub.iudicis arbitrio puniūtur uti atteſtantur Doct.in Enchirid.rerum crimin.c.100. rub.de vi priua. poſt num.9.verſ.verum ſi hic.& Iul.Clar.in alleg.lib.5. ſenten.iuris. §.fin. q.83. verſ.Vim publicam,pœna criminalis huiuſmodi arbitraria erit,pœna autem ciuilis frequētior
6 erit,ut ei qui† prohibuit ne aliquis teſtaretur, vt indigno hæreditas auferatur, præal. l.1.& Corn. conſil.150.incipien.Circa præſentem lib.2. pœna autem ciuilis variè conſtitui poterit iuxta caſuum contingentiam. pro quibus vltra Doct.in tit.ff.& C.ſi quis ali.teſta.prohi.& in locis ſup. adductis videri poterunt Anch.conſil.337. de efficacia.col.3.verſ.Ex quibus liquidè. Corn.cōſil.84.& conſ.219.lib.2.Pariſ.conſi.67.nu.48. lib.3.ac Boſs.in praxi crimin.titu.de ijs, qui teſta.prohi. ſciendum item eſt, quòd prohibitiones,uel impedimenta huiuſmodi debent clarè, & apertè probari,pręſumptiones enim,uel ſubobſcuræ probationes non ſufficerent.Corn.conſ. 56.videtur primo.col.2.lib.1.Pariſ.conſ.67.nume.67.lib.3.Maria.Soz.Iun.conſ.148.num.11. & 36.lib.2. Nec ſufficeret leuis motus, ſed talis eſſe debuit,qui in conſtantem virum cadere potuiſſet.Pariſ.dicto conſ.87.num.4.li.3. Et dolus requiritur,vt pœnis locus ſit Pariſ.præalleg.conſil.67.num.70.li.3.& Soz.Iun. dicto conſ. 148. num.34.& 39.li.2. Ad illud autem maximè aduertendum eſt,quòd ad hoc,vt ſit locus conſtitutioni,ſi quis aliquem teſta.prohi.conſtare debet ipſum teſtari voluiſſe, vel voluiſſe teſtamentum iam expeditum reuocare,ac tempore quo prohibitus fuit,aliàs prohibens teſtari,uel teſtamentū reuocari non puniretur,ut probatur ex tex. in l. prima.in prin.ibi.Volente eo facere teſtamentū. ff.ſi quis ali.teſta.prohi.& dixit Bar.in l.fin.nume.13.ff.eo.Corn.conſ.209.col.pen. verſ.concurrerunt etiam.lib.2.Sozin.conſ.148.nu.13.& 46.lib.2.Pariſ.conſ.67.nu.33.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Principes,& domini temporalis,an inhibere poſſint ſubditis,venari,aucupari,piſcari.*
2 *Piſcandi,& id genus inter regalia connumerantur.*
3 *Inueſtiturę, ſeu priuilegij tenor inſpiciendus.*
4 *Venatio clericis interdicitur.*
5 *Venatores pro reprobis in iure diuino accipi.*
6 *Principibus ius acquiritur ex pręſcriptione accedente conſenſu populi.*
7 *Principum edictis quando ſubditi contradicere debeant.*
Imperator mundi dominus.
8 *Venandi, piſcandi, & aucupandi ius omnibus competit.*

QVAEST. LXII.

1 SExageſimoſecundo quæro,† an principes,& domini temporales poſſint inhibere ſubditis ſuis uenari,aucupari,piſcari? Iſtam quæſt. latius tractat quem alij excellens Doctor Romul. Florentin.in repet.l.1.num.21.ff.de acqu.poſſeſ.inferens ad principes Germanos. & pro opin.affir
2 matiua arguit,quòd † hæc inter regalia cōnumerantur.cap.1.quæ ſint regal.in ver.piſcationum. Addo.l.inter publica.ff.de verborum ſigni.vbi Alcia.inquit,quod in huiuſmodi dicitur eſſe monopolium principis:& nulli cōpetit ius, niſi ijs qui à principe habuerunt: prout etiam ita in terminis reſpondet D.meus Phi. Dec. in facto vertentę in Hiſpanijs conſ.271.nume.10. Et ut declarat Afflic.in dicto cap.primo.in ver.piſcationum.illi qui a principe tale ius piſcandi obtinēt poſſunt illud,ſeu piſcandi licentiam alijs uendere,ſeu concedere:& talis licentia vocatur redditus piſcationum.Et licet tex.in d.cap.1. quę ſint regal.de piſcatione dumtaxat mētionem faciat, extendi tamen debet ſecūdum Aluarot.& alios ad venationem,& aucupia.argu. tex.in l.ſi fundi.§.aucupiorum.de vſufr.Secundo arguit,quia ſi non iure communi, ſaltem ob inueſtituras,
3 † quas a ſupremo principe obtinuerunt, in quibus cauetur,quòd hæc iura illis competant,& admonet Iacob.de S.Georg.in tract. Feud.§.Et cum uenationibus.num.9.In inueſtituris feudorum ea verba addi ſolere, videlicet,& cum venationibus,&c.vnde dicimus priuilegij,conceſſionis,& inueſtituræ tenorem inſpici debere, c.porrò.& ca.petiſtis.de priuil.c.accepimus. & c.ſeq. de fi.inſtrum.Fely.in cap.1.colum.6.verſ.conſidera etiam,de reſcr.Nec de poteſtate ſupremi principis eſt diſputādum,cum ſit ſupra ius.Tertiò adducitur tex.in cap.1.§.nemo retia.de pace tenen.ubi expreſsè interdicitur nequis poſſit tendere retia,aut laqueos ad capiendas feras,pręter vrſos,ac lupos,&c. ergo prohibētur venationes, ut ibi And.de Iſer.& Aluarot. inferunt quod ſæpe principes ſolent prohibere ne ſubditi capiant perdices,&c.Quarto probatur ex l.uni.C.de uena.fera.lib.11.vbi conceditur licentia occidendi leones:ergo cætera animalia occidi,ſeu capi prohibentur:ſeu prohibita cenſeri debent. argumē. tex.in l.cum prætor.ff.de iudi.& in ca.nonne.de præſumptio. Quintò ſicut ſummus Pontifex cle
4 ricis,epiſcopis & religioſis† venationem interdicit 34.diſtin.cap.1.& c.2.ne cleri.uel noua.& c.an putatis.86.diſt.ſic & Imperator, & Rex videtur prohibere poſſe venationem laicis. Sextò principes, & domini temporales ſupponunt
6 †vigore præſcriptionis accedente conſenſu ſubditorum

ditorum habere ius acquisitum: nã ex quo prohibuerunt venari, & non reclamauerunt, vel contradixerunt subditi principibus, seu dominis, sibi præiudicarunt, & ex hoc potest princeps, seu dominus illud ius acquisitum retinere, & tueri, inobedientesq; punire etiam ad pœnam mortis, vt uoluerunt Hostien. Ioan. And. Ant. de But. & Cardin. in cap. non est. de deci. vbi admonent
7 † subditos, quòd quãdo huiusmodi edicta emanant principibus contradicant, ne acquirãt ius. Alias si paruerint, erit acquisitum ius principib. ex illorum consensu: & penes principes erit summum ius, vt non possint postea contradicere. Hinc Iaco. de S. Georg. in tract. feud. in ver. venationem. hoc consilium principibus tradebat, vt si vellent hoc ius prohibitiuum habere, vt prohiberent subditis venari: qui si non contradicant firmum erit postea ius prohibendi. argum. tex. in l. 1. & 2. C. de serui. & aqua. Bar. in l. item lapilli. in 5. conclu. ff. de rer. diuis. Quod etiam voluit Bald. in tract. præscrip. in 4. par. prin. quæstio. 5. quem Moder. Ticinen. sequũtur in l. 2. ff. de flumi. nu. 13?. vers. Et ideo subditi prohibiti. Idem Rip. in cap. cum ecclesia. num. 50. de cau. pos. & propr. D. meus consi. 167. in causa. col. 2. Aymo. num. 99. in tracta. de antiq. temp. 4. parte. 4. par. princi. Pro qua sententia videtur esse tex. in l. si quisquam. ff. de diuer. & tempo. præscri. vbi si quis sit in quasi possessione piscãdi, potest alium prohibere; Idem voluerunt Balb. in tract. præscriptio. in 4. part. 5. par. princi. quæst. 5. in fi. & Couarru. in c. possessor. in 2. par. §. 4. no. 6. Septimo facit quia principes, & alij domini tẽporales hodie sunt in quasi possessione prohibendi, vnde videntur titulum acquisiuisse, dicta l. hoc iure. §. ductus aquę. Octauò sic arguitur, si priuatis dominis licet venari in suis agris. l. diuus. ff. de seru. rusti. prædi. quanto magis supremo principi, vel alijs dominis a supremo principe ius habẽtibus? ad l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. bene à Zenone. §. sed sancimus. C. de quadri. præscr. l. si duas. §. Grammati, ibi. Vniuerso autem orbi conueniens est. ff. de excu. tuto. l. 1. C. de rapto. virg. ibi. Nostri orbis regiones. Cyn. Bar. Bald. Saly. & communiter Docto. in l. 1. ubi etiam Ias. in 1. lectu. num. 6. & 8. & in 2. lect. 1. num. 2. C. de sacr. eccle. Vltimò si omnibus esset licitum uenari, piscari, aucupari, facilè homines diuerterentur ab agrorum cultura, & etiam a militia: & sicut spiritualibus militibus hæc (vt præmisi) prohibentur, ea præsertim ratione ne abstrahantur à diuinis. cap. 1. & 2. ne cler. uel mon. ita prohiberi debet militibus ad tex. etiam in l. milites. C. loca. & alijs qui in ocio esse non debent, uenatio, & alia huiusmodi ne abstrahantur ab illorum officijs & exercitijs, quæ quidem in damnum Reipub. vergerent. Et quia hoc iure vtimur, generalisque est consuetudo per totum orbem, vt omnia hæc à dominis temporalibus prohiberi cõsueuerint: prohibitionesq; effectum sortiantur, in hac opi. resideo. Et licet Do. Romul. præfatus, vbi supra subtiliter per plura media, quæ videri poterunt, conetur præfatis argumentis respõdere: pluraq; pro contraria opin. & sic pro negatiua adducat, quorum quidem nonnulla non multũ stringũt: non puto recedendum à præfata opin. affirmatiua comprobata etiam ab vniuersali quotidiano vsu. Fateor tamẽ (quod & sensit Doct. Romul.) melius facere principes, & dominos tẽporales, qui prohibitiones huiusmodi sub pœnis pecuniarijs, quàm qui sub pœnis corporalibus, & vltimi supplicij faciunt. Durum quippe videtur q
8 cum ius † venandi, aucupandi, piscandi cuilibet ab omni iure concessum sit. Deus enim homini dominari dedit, piscibus maris, volatilibus cęli, atque vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Gene. cap. 1. Leuit. cap. 11. hæc enim sunt quę gignuntur in aquis, & uesci licitum est, & ca. 17. Quicunque venatione, atque aucupio cœperit feram, uel auem quibus vesci licet, fundat sanguinem eius: & operiat sanguinem illum in terra. l. 1. ff. de acqui. re. domi. l. 1. ff. de acquir. poss. §. feræ igitur bestiæ. Insti. de re. diui. c. ius naturale. 1. dist. l. 2. §. si quis in maritum. ibi nota. ff. ne quid in lo. publi. Et impedire venationem est iniuriam inferre. Hostien. & Ant. de But. in c. non est. de deci. Præpo. in cap. 1. colum. pen. quę sint rega. Cumque animalia huiusmodi in bonis nullius sint, meritò occupanti conceduntur. Durum inquam, & inhumanum (pace omnium sit dictum) videtur, quòd quis in corpore luat, eo quòd leporem, perdicem, vel aliquot pisces pro vsu proprio cœperit: licebit ne cuiuis principi, uel domino temporali subditis suis instar Dei dicere. Quacunque hora de hoc comederitis moriemini? Imò ultra progrediuntur nonnulli principes interdicẽdo omnem penitus venationem, omne aucupium, omnem piscationem omnibus subditis sub pœna suspensionis, vel alterius vltimi supplicij. Pro præmissis videre etiam poteris Gui. Papæ Dec. 514; Affli. in consti. Regni. scire uolumus. Gui. de Benedi. in c. Raynutius, in uer. & uxorem nomine Adelasiam. de testa. Gramm. Dec. 67. orta lite. nume. 9. & seq. Aug. Bero. consil. 81. uiso amplissimo, nu. 30. & seq. lib. 1. Do. meum Phil. Dec. cons. 197. Schurpffium consil. 1. lib. 3. Vdalr. Zas. in §. æque. no. 24. Insti. de act. consil. 6. lib. secundo, colum. fin. & nouissimè in hac materia scripsit D. Fran. Zannet. Bononien. tractatumque edidit de Duplici uenatione generali, & Germanica.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio p verba, si possim inhibere, an subsistat?*
2 *Actus legitimi non recipiunt conditionem.*
3 *Hæreditatis aditio sub conditione, si soluendo est, inualida existit.*

QVÆSTIO LXIII.

1 Sexagesimotertio quæro, iudex inhibet † per hæc uerba uidelicet, Inhibeo si possum inhibere, an inhibitio huiusmodi subsistat? Pro opin. negatiua

negatiua, facit, quia actus legitimi non recipiunt conditionem. l. actus. ff. de reg. iu. cap. actus eo.
3 lib. 6. sic etiam dicimus† hæreditatis aditionem sub conditione si soluendo est, inualidam esse. l. eum qui. §. fin. ff. de acquir. hæred. Pro quibus uideantur glo. 1. in c. pastoralis. 7. q. 1. Io. Fabri. in §. conditiones Insti. de verb. obli. Ias. in l. cum ad præsens. num. 5. ff. si cer. peta. & D. meus Philip. Dec. in alleg. l. actus. ff. de reg. iur. Quantum ad quæsitum nostrum attinet videndus erit Matth. de Afflic. in constit. Regni, lib. 1. rub. 15. titu. de Defen. impo. nume. 8. & seq. post And. de Isern. vbi distinguit. Aut illud præceptum prohibitorium erat indubitanter iustum & tunc valeat: Aut erat dubium, & tunc parte non opponente, sit etiam validum: parte verò opponente inualidum: ibique plura adducit, quæ præsenti quæsito inseruiunt. Videatur Fely. in cap. cum contingat, num. 11. de off. deleg. Et quòd hæc clausula, vel similis operetur, prout in appellatione, & quolibet alio actu, vt admissa videatur si de iure sit admittenda, aliòqui contra probatur in cap. constitutus, de appel. per Bart. in l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. per Roma. super rub. ff. de arbi. vers. Decimo quarto, & per Bero. cons. 74. incip. post consilium. num. 14. lib. 3. Et quòd inhibitio intelligenda sit si de iure fieri potest voluit idem Bero. consil. 85. dicam breuiter. nume. 23. libro tertio. Et pro inhibitione per verba, Inhibeo si de iure inhibere debeo, videatur cons. Pau. Castren. 3. in causa. col. 2. cir. medium li. 1. in nouis. ac cons. 5. & 22. eo. lib.

SVMMARIVM.

1 *Domum superiorem habens, an inhibere possit habenti inferiorem, ne fumum faciat qui ei noceat?*

2 *Fumum contra immittentem quando iniuriarum actio detur.*

QVÆSTIO LXIIII.

1 SExagesimoquarto quæro, †an domum superiorem habens inhibere possit habenti inferiorem ne fumum faciat, qui ei noceat? Affirmatiuè respōdendum est, impeditur enim commodè in suo habitare, & sibi præiudiciū fit. l. sicut. §. aristo. ff. de serui. vendi. vbi conceditur tantum immissio seruitute constituta. pro quo. §. Aristo. videatur cons. Soz. 139. lib. 1. & Cagno. post addi. ad D. meum Phi. Dec. in l. nullus videtur. quę est. 55. nu. 4. & seq. ff. de regu. iur. l. si quis fumo.
2 ff. ad leg. Aquil. Imò† etiam iniuriarum actio eidem competeret, quando, videlicet iniuriādi causa id fieret. l. penult. ff. de iniur. glo. in alle. l. sicut autem. §. Aristo, in ver. fumus. ff. de serui. vendi. & pro hac opin. concludunt etiam Barthol. Veronen. in tracta. serui. vrba. prædi. rub. de fumo, capit. 3. & Matthe. de Afflic. in consti. Iuris gentium, lib. 1. rubr. 15. num. 12. ubi etiam quòd pariter interdici potest habenti domum superiorem ne proijciat aquam in domum inferiorem descendentem.

SVMMARIVM.

1 *Inhibito vsufructu patri, an ipse possit impedire administrationem gubernatori per matrem, vel extraneum concessam.*

2 *Vsumfructum bonorum feudalium per matrem filio relictorum patri acquiri iura prohibent.*

3 *Inhibitio hominis durior est, quàm illa legis.*

QVAEST. LXV.

1 SExagesimoquinto quæro, an inhibito† vsufructu patris super bonis per matrem, vel extraneum filio relictis, ipse pater impedire possit administrationem gubernatori concessam? Distinguendum est hoc modo, videlicet, quòd aut inhibitio emanauit a lege: aut ab homine. Quoad primum membrum pono exemplum, quando mater reliquit feudum, seu bona feudalia filio, administrationemque bonorum feudalium gubernatori alicui demandat: iura feudalia prohi-
2 bent† vsumfructum super illis bonis feudalibus maternis patri acquiri. prout per And. Isern. in cap. 1. colum. 4. de his qui feu. da. pos. & per eundem And. ac per Matthe. de Afflic. nume. 10. & seq. in consti. Minoribus, lib. 3. rub. 27. tit. de Iulij. Hoc casu prohibere potest pater gubernatorem, & administratorem, quòd non administraret, ut per Iser. vbi supra. & per Afflic. in eadem consti. Minoribus, post nu. 10. Iuxta secundum verò membrum, quando mater, vel alius expressè inhibuisset administrationem patri, pater non poterit interdicere administrationem gubernatori in testamento relicto, ea ratione, quia
3 durius agitur quando† inhibitio usus fructus fit ab homine, quàm quando a lege per tex. in l. Celsus. ff. de arbit. & ita, & bene distinguunt, & concludunt Isern. & Afflic. ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio obtenta per procuratorem generalem, an subsistat?*

2 *Procurator ad recipiendum mutuum non potest confiteri simpliciter recepisse.*

3 *Procurator ad solutionem recipiendam quietare non potest.*

4 *Procurator ad exigendum obligationem nouare non potest.*

5 *Procurator facere potest solita fieri per principalem.*

QVAEST. LXVI.

1 SExagesimosexto quæro, an † inhibitio obtenta per procuratorem generalē subsistat? Negatiuè respondendum videtur, ex quo mandatū est strictè interpretandum, vt non comprehen-
2 dat, nisi expressa. Hinc dicimus †, procuratorem consti-

constitutum ad recipiendum mutuum non posse confiteri simpliciter recepisse. Bar. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. & in l. si debitorem. ff. de nouatio. Ant. de Butr. & Abb. in ca. si cautio. de
3 fide instrum. sic & † procurator ad solutionem recipiendam, quietare non poterit, nisi id etiam sit sibi demandatum. Rom. consi. 352. quæritur primo, nume. 3. per text. in l. non abstulit. C. de
4 nouatio. & † procurator ad exigendum, obligationem nouare non potest Abb. in alle. c. si cautio. vbi etiam nonnullæ additiones in ver. si cōsti. de fid. instrum. D. meus Phil. Dec. consi. 146. & pro tenui. col. pen. vers. Tertiò non obstat: & consil. 543. in casu. num. 12. Pro qua etiam opin. negatiua adduci potest tex. in l. procurator totorum. ff. de procur. vbi procurator totorum bonorum, cui res administrandæ mandatæ sunt, nisi cum libera, vel speciali mandato, prohibetur res domini vendere. Et in terminis ferè nostris idem videtur tenere And. de Isern. in const. si quis in posterum. lib. 1. rub. 17. de Defen. imp. & cont. col. 1. Breuiter quicquid sentiat Isern. vbi supra, cōcludendum est pro affirmatiua, pro qua adduci potest tex. in l. prohiberi. in princip. ff. quod vi, aut clam. vbi procurator perinde ac dominus prohibere potest: nec Iurecons. ibi requirit, vel exprimit speciale mandatum. Ad idem adduci potest text. in l. si hominem. in princip. ff. manda. vbi supponitur quòd procurator prohibere possit. Generalis item consuetudo est quòd ad obtinendam inhibitionem sufficiat generale mandatum, nec ad hoc domini speciale mandatum facere consueuerint, vnde hoc suf-
5 ficere debet † etiam quoad domino præiudicialia, & etiam si per hoc principalis in pœnam incideret argum. text. in l. solutam. §. fi. cum l. seq. ff. de pigno. actio. l. qui semissis. §. quæsitum. ff. de vsur. per Bart. in l. si procurator. ff. de iu. fisci. Angel. in l. bene à Zenone. per illum text. C. de quadrien. præscr. Alex. in l. 3. §. si procurator, nu. 9. ff. quod quis. iur. Roma. singul. 11. quod incipit, an sicut habens mandatum generale. Et in terminis similibus nostris pro affirmatiua concludit Afflict. in alleg. constitut. si quis in posterum, num. 11.

SUMMARIUM.

1 *Inhibitio an personaliter præsentari debeat?*
2 *Personalis citatio, intimatio, seu denunciatio, non requiritur in causis ciuilibus.*
3 *Personaliter citandus est qui reperiri potest.*
4 *Reperiri quis quando posse dicatur.*
5 *Defensæ impositio non potest fieri domi.*
6 *Defensæ impositionis formula.*
7 *Defensæ impositio parum ab inhibitione differt.*
8 *Excommunicandus personaliter citandus est.*
9 *Domi citatio facta sufficit quando citandus maliotiosè se absentat.*
10 *Scientia citationis licet minus validè executæ sufficit.*
11 *Citatio, vel inhibitio domi exequi poterit, id statuto, vel consuetudine disponente.*
12 *Item si per rescriptum id concedatur.*

QUAEST. LXVII.

1 Sexagesimo septimo quæro, † an inhibitio personaliter intimari debeat? an verò sufficiat domi illius executio facta? Hoc quæsitum in dies practicatur, ideo diligenter examinandū venit: & omissis superfluis, instar aliarum citationum, denunciationum, & intimationum videtur dicendum, quòd si simus in causis ciuili-
2 bus † personalis citatio, seu denunciatio non requiratur, iuxta text. in l. 1. §. permittitur. ff. de agno. lib. l. aut qui aliter. §. si fortè. ff. quod vi, aut clam. Innoc. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in pos. cau. rei seruan. Bal. in l. perfectius, colum. 2. super glo. in ver. domicilium. C. de anna. excep. & ad alia quæ adduco in tracta. Monito. quæst. 26. num. 2. Possemus etiam in hoc latissimo, & ancipiti articulo, iuxta veriorem, & magis communem opin. distinguere hoc modo, videlicet.
3 Aut † quis personaliter reperiri potuit, aut nō. Primo casu requiratur personalis: secundo verò sufficiat intimatio, seu executio facta domi, iuxta distin. Bart. in l. 4. §. prætor, quam ibi Alexan. num. 2. magis communem affirmat. de dam. infect. Et hanc Bart. distin. sequuntur etiam Abb. in c. causam, nu. 5. de dol. & contum. Mil. in Reper. in ver. citatio prima debet fieri personaliter. Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. citationes quæst. 3. num. 3. de proba. Quando autem
4 † quis dicatur non posse reperiri est duplex opi. vna tenentium quòd tunc quando citandus non est in ciuitate, nec in prouincia. Altera fuit ex mente Innoc. in c. penul. de eo qui mit. in poss. & hæc opin. videtur verior, vt per Abb. vbi supra num. 6. vers. In casibus autem non desiderantibus celeritatem, cum ijs quæ postea subdit. Et ille text. in c. causam, & Innoc. & Abb. vbi supra loquuntur etiam in sententia ferenda. In terminis ferè nostris. Andr. de Isern. in const. Iurisgentium. lib. 1. rub. 15. titu. de defen. impon. voluit quòd licet in iure cautū reperiatur quòd quando quis non reperitur in ciuitate citatio do-
5 mi fieri possit. † Defensæ tamen impositio non reperitur in iure quòd domi fieri possit, si illi cui defensa est imponenda non reperitur in ci-
6 uitate. Cuius † defensæ formula hæc est, ego. N. fidelis ex parte catholicę Maiestatis Regis nostri Ferdinandi, prohibeo te Męuium, atque requiro, vt hinc in antea non præsumas me offendere in persona, vel in bonis stabilibus, vel mobilibus. Hæc habemus in præalleg. const. Iurisgentium, & ibidem per glo. & Docto. & alibi sæpè. Cum Isern. vbi supra residere videtur
7 Afflict. nu. 22. Hæc † defensæ impositio à nostra inhibitione parū differt. Tum quo ad potentiam, seu præstantiam illius sub cuius nomine fit. Tum quo ad effectum. Tum quo ad pœnæ impositionem, tam in defensa, quàm in inhibitione apponi solitæ. Imò potentior, & effi-

efficacior, & formidabilior videtur inhibitio quæ à Iudice Romanæ Curiæ emanare conſueuit,& à nuncio, ſeu notario publico præſentari, quàm defenſæ huiuſmodi impoſitio,quæ à parte parti fit,ac minori cum ſolemnitate. Rurſus eadem eſt ratio defenſę ſpretæ, & inhibitionis contemptæ. Quo ad illam defenſam arguunt Iſer.& Afflict.vbi ſupra,quòd non ſufficiat domi illam fieri, quia in tanto crimine ſpretæ defenſæ non ſit vagandum,iuxta text.in l.item exigit.ff.de dolo mal. Verum hæc multò magis,& rationabilius procedent, & erimus abſque dubio, ſi loquemur in inhibitionibus,quę à Romana Curia emanant. Tum propter maiorem potentiam,& authoritatem eius,ſub cuius nomine cóceduntur,& in vulgus exeunt, videlicet Summi Pontificis, cui (vt omnibus notum eſt) nec par aliquis,nec eo maior toto in orbe datur. Ipſiuſque decreta tanquam emanata à ſedente in ſupremo iuſtitię throno à nemine redargui poſſunt: nec ab alio quam ab ipſo Deo iudicantur. c.ſi Papa 40.diſtin. Et qui reges, & Imperatorem deponit.c.ad Apoſtolicæ,de re iudi.lib.6.c. aliorum & ſeq.9. quæſt.3. tum etiam propter cenſuras eccleſiaſticas (vltra pœnas pecuniarias) in huiuſmodi inhibitionibus à Roma.Cur. obtentis,apponi,& comminari ſolitas. Quantum enim ad ſententias excommunicationum
8 † ferendas,verius eſt in iure citationem perſonalem requiri,nec ſufficere citationem domi factam,& hoc propter grauitatem præiudicij, qđ propter excommunicationem infertur Innocē. Collecta.& Abb.col.fin.in c.fi.de eo qui mit.in poſ.Io.Fab.in §.fi.Inſt.de pœna time.liti.Rom. conſi.482.in caſu, num.2.Caſtren. in l.4.§.prętor ait, col.1.ff.de dam.infe. Bal. in l.cum perfectius.col.2.verſ. Dicit etiam.Innoc.C.de anna. excep.Præpoſi.in c.caueant.contra gloſſ.ibi.3.q. 9.Fely.in c.cum ſit Romana,num.13.& ſeq. de appell.Tiraq.de vt.retra.lib.1.§.9.glo.2. num.4. limitant,& bene Iſern.& Afflic.ubi ſupra:niſi is cui perſonalis notificatio facienda eſt data opera ſe abſentaſſet ad impediendum,ne ſibi perſonalis intimatio,vel denunciatio fieri poſſet: tūc enim ſufficit executio citationis, ſeu intimatio
9 facta † domi. iuxta text. in l. ſi ideo.in fin. ff. de quæſtio. Bart.in l.1.§. ſed & Ariſto. ff. quod vi, aut clam.Bal.in alle.l.vt perfectius.col.2.verſ.& dicit Innoc.C.de anna.excep.cap. quoniam frequenter.§.porro,& ibi glo.in ver. impedit.vt li. non conteſt.clem.2.vt lit. penden. Innoc. & alij in c.fi.de eo qui mit.in poſ.Matthe.de Matheſ. not.133.Tiraq.in alleg.tracta.vt. retta. §.9. glo. 2.num.7. limitari etiam poſſunt præmiſſa videlicet, niſi citatio, uel intimatio facta domi, uel
10 aliter minus legitimè uerisimiliter † peruenerit ad notitiam eius cui inhibitio facienda erat,uel qui excommunicandus erat, iuxta text. in clem. cauſam,in fi.de elect.Rot.271.ſi de mandato,in princ.in no.Roman.conſi.410,ut clarior, nu.2. verſ. Secundo quòd quamuis erratum. Cum quo tranſit Alex. in Addit. ad Bart. in l,1.§. denunciari. in addi. magna verſus fin. uerſ. Scias etiam quod licet peccatū.ff.de uen.inſpi.Hypp. de Marſi.ſuper rubr.C.de proba.nu.37.& ſing. 259.Felyn.in c.cum contingat.num.8. de reſcr.
11 Limita tertio niſi adſit ſtatutum, † vel conſuetudo, quòd ſufficiat citatio, vel intimatio facta domi.prout per Bart.in l.4.§. prætor, num.15. verſ. Quæro quid ſi ſtatutum.ff.de dam.infec. ſequuntur Ant.de Butr.in c. cauſam.de dolo & contum.Abb.in c.paſtoralis.in 2.not.verſ. Nam facit,quòd ſi ſtatutum.de appell. D. meus Phil. Dec.conſi.502.ex duobus.num.6.& in terminis noſtris clarius quàm alij concludit Rapha. Fulgoſ.conſil.76.factum ſuper quo. col.2. verſ. In oppoſitam partem. Quarto limito quoad inhibitionem è Rom.Cur. emanatam in vim reſcri-
12 pti,in quo conceſſum fuerit quòd † citatio, & inhibitio etiam domi intimata, vel executa ſufficiat perinde ac ſi perſonaliter præſentata, ſeu intimata fuiſſet. Et ſignatura reſpondet,citet, & inhibeat, vt petitur, niſi ad ſit caſſatio omnia in reſcripto petita conceſſa videntur. Rot.377. not.quòd ſi petatur.732.ſi aliqua commiſſio,& 787.ſciendum eſt,in antiq. Cuius reſcripti,& ſignaturę forma omnino ſeruanda eſt. c.cum dilecta. de reſcr. cum alijs. ego ſimile reſcriptum aliàs obtinui pro D. Iacoba Capranica contra Dominos de Zambecharijs.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facta per iudicem ſuperiorem iudici inferiori ſuper cauſa mota contra principalem, an comprehendat etiam fideiuſſorem.*
2 *Fideiuſſorem an afficiat factum rei.*
3 *Reſcripta ſunt ſtricti iuris.*
4 *Nec ad alias perſonas vel res extenduntur.*
5 *Fideiuſſor ex perſona rei poteſt exceptionem opponere.*
6 *Dilatio data reo competit etiam fideiuſſori.*
7 *Fideiuſſor ſi cogitur, ipſe principalis cogi videtur.*
8 *Fideiuſſorem de iudicio ſiſti iuuat inhibitio, & appellatio principalis.*

QVÆSTIO LXVIII.

SExageſimo octauo quæritur à me Rotæ Flo
1 rentinæ ad præſens Auditore † an inhibitio facta per ſuperiorem iudici inferiori ſuper cauſa mota contra principalem, comprehendat etiam fideiuſſorem? reſpondi me hæc tractaſſe ſuper quæſt. 48. ab hac non multum diſſimili: verum vt enixè id à me petentibus morem gererem dixi pro opi. negatiua adduci poſſe regulam illam.l.cum prætor. ff.de iudi.l.ex eo. ff. de teſtib.c.qualis.25.diſtin. c.nonne.de præſumpt. inhibitio igitur hæc non tuebitur fideiuſſorem, ſed tantum reum,illiuſque perſonam, bona, &
2 res. Inſuper habemus quòd † factum rei non afficit fideiuſſorem:nec illi prodeſt,l.3. §. ſi is p quo ſpopondiſti,ff.quo quis.iur. l. & fideiuſſor. ff.de

ff.de re iudi.l.si reos,& ibi Bal.& Salyc.in l.fi.C. de fideiuss.& pro hac opin. faciunt etiam quæ adduxi supra præalleg. quæst. 48. sic contrariū factum fideiussoris nō obest principali: hinc dicimus interruptionem præscriptionis contra fideiussorem, non nocere conta principalē, quod facit, ad statutum nostrum Vrbis.de præscr.16. ann. licet enim in duobus reis,interruptio contra vnum prosit contra alium. iux. text.in l. vlt. C. de duob. reis. in reo, & fideiussore secus est per ea, quæ voluit Bal.in tract.præscript. not. 3.§.1.in 4.q.comprehendens, quòd interruptio facta contra vnū non nocet fideiussori, & econtra:subdens ibi post Bart.in l.eum quis.§.si quis pro reo.ff.de solutio.duas rōnes:prima est,quia reus, & fideiussor tenētur diuersa specie obligationis. secunda est,quia vna est principalis,altera accessoria. Pro quibus videnda erit.Dec.Put. 521.incipiens, Eadem die 10. Ian.1547.lib.2. vbi etiam respondetur ad contraria. Contrariū verò verius esse, quòd imò inhibitio huiusmodi prosit etiam fideiussori affirmaui propter communioinem, quę est inter principalem, & fideiussorem,per rationem tex.in l.1.C.de diuer.rescr.Matthes.sing.95. incip. nota mirabilem.Fel. super rub.de rescr.ante num.4.† & licet non ex-
4 tendatur ad alias personas, seu res.c.P.& G. de offi.deleg.c.eam te.iuxta vnum intellectum. de resc.Rot.103.si A.impetret.in no.gl.in c. cum in multis.in ver.quorum.in fi.de rescr.lib.6.Rom. consi.388. in casu.post nu.4. Insuper videmus † quòd fideiussor potest opponere exceptionem
5 ex persona rei,etiam eo inuito.l.si stipulatus,quę
6 est.16.ff.de fideiuss. Rursus † dilatio quæ datur reo competit etiam fideiussori.l.fi. & ibi Bar.C. de vsur.rei iud.sic & fideiussor etiam iudicij liberatur per metum illatū reo.l.si cum exceptione.§.si quis per vim.& ibi Bal.nu.1. ff.quod me. cau.item inhibitione præmissa stante, si cogeretur † fideiussor, ipse principalis cogi videretur:
7 & regressus habitus cōtra fideiussorem, videtur habitus contra principalem,quia per obliquum læditur principalis.l.Titius.76. & ibi Bart.ff.de procu. sic & processus rei opitulatur fideiussori sicut sententia.l.fi.C.de duo.reis. & in proprijs terminis nostris,quòd fideiussor non possit molestari concludit Bal.in alle.l.Titius post. nu.2. vers. & per hoc dicebam in quæstione de facto. ff.de procur.Idem Bal.in l.aduersus sententiam, vers. Extra induco hanc legem ad quæstionem. ff.de arbitr. solutio ad contraria elici poterit ex præmissis,& ex glos.& Bal.in l.3.§.si is pro quo. nu.3.ff.quod quis.iur.ex tex.cum gl.in l.fi. ff. de pact.& ex Bald.in alle.l.aduersus sententiam.de arbit.& sic etiam non obstabit cons.Dec.33. supra in alleg.quæst.48. per me citatum, imò retorqueri poterit in contrarium per ea quæ præmiserat pro hac opin. Rursus per responsiones, quas dat ad contraria,quòd iuxta terminos suos una causa non habebat dependētiam ab altera, seu connexitatem, imò una causa ab altera erat penitus separata, quo casu inhibitoria in vna causa concessa non vendicat sibi locum quo ad alteram. Vltimo in fi.dicti cons. distinguit idē Do. meus quo ad iudicem à quo, qui suspectus esse potest: & iudicem non suspectum. Verum quia causa hęc,& huiusmodi quęstio adhuc sub iudice est,vltra non procedo: Hoc autem scias,
8 quòd in fideiussore iudicij regula est,quòd † inhibitio principalis fideiussorem de iudicio sisti iuuet, & appellatio principalis prodest fideiussori iudicij.Bald.in addi. ad Spec. in tit. de app. in addi.magna.col.6. vers. Quidam promisit representare.Franc.in c.cum teneamur, nu.18. eo.tit.de app.& in c.1.nu.5. de iniu. & dam.da. lib.6.ac Hypp.de Marsi. super rubr.de fideiuss. q.52.num.362.& seq.ac Natta,cons.345. Constantin.in princ. lib.2. An autem & qn̄ dilatio, seu priuilegiū concessa,uel concessum principali, prosit fideiussori latè tractant Bart. Imol. & Alex.in l.cum filius.49.§. si stipulatus.ff.de ver. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus an inhibere possit iudici laico ne in causa contra laicos,& clericum mota procedat?*
2 *Consequitur quis ex alterius persona quod ex propria non posset.*
3 *Clericus,& laicus corā ecclesiastico conueniendi.*
4 *Diuidua est obligatio rem restitui.*
5 *Clerici priuilegium in diuiduis ad eius socios non extenditur.*

QVAEST. LXIX.

1 SExagesimo nono quæro, † an si coram iudice laico conueniantur plures,inter quos adsit vnus clericus, possit illi iudici iudex ecclesiasticus inhibere? & consequenter causa omnium sit per iudicem laicum ad ecclesiasticum remittenda? Distinguendum est ita, Aut sumus in indiuiduis,& affirmatiuè respondendū est:pp pri-
2 uilegiū clerici, vt quis † ex persona alterius consequatur,quod ex propria nō posset. l.Aristo.in fi.ff.quæ res pig.obli.pos.l.si quis duos. ff.de lib. leg.l.si cōem.ff.quemadmo.serui.amit.vbi Paul. Cast.infert quòd si clericus, & laicus sint obligatione indiuidua obligati,ambo possint corā episcopo conueniri per illū tex.per quē etiam dixit Ant.de Prato vete. ꝙ si plures inquisiti sint à iudice laico,inter quos sit vnus clericus,oēs sint ad ecclesiasticum iudicē remittendi,& pro hac opi. affirmatiua concludunt Bart.in l. præcipimus.§. eodem.& ibi Pau.Castr.& Alex.in addi.ad eundem Bar.C.de app. Sequitur Hyppo. de Mars. sing.180.incip.plura. Et uoluerunt præmissi, & Matthe.Matthesi.sing.144.quòd si in cā indiui-
3 dua aliquis conuenire velit † clericum, & laicū, vterq; conueniendus sit in foro ecclesiastico: dignius enim trahit ad se minus dignum: Et ita in pręmissis concludit Fely.in c.1.col.3.& latius col.4. vbi plura ad rem nostram cumulat, quæ videri possunt. Aut sumus in indiuiduis, puta si agat contra plures possessores ad restōnem portionis

tionis hæreditariæ per quemlibet eorum possessæ, inter quos vnus sit clericus, causa non est ad ecclesiasticũ remittenda: nec ecclesiasticus inhibere poterit: obligatio enim rem restitui † diuidua est, prout voluerunt Bar. & alij in l. 4. §. cato & in l. stipulationes non diuiduntur in 8. oppo. ff. de verb. oblig. cum quilibet pro sua parte, quã possidet teneatur. l. pro hæreditarijs, & ibi Docto. C. de hæred. actio. l. pacto. C. de pact. vnde in diuiduis † priuilegium clerici non extenditur ad eius socios, vel consortes, secundum Bart. in l. iurisperitus oriundus. in 1. lectu. ff. de excu. tut. Castren. in dicta l. si communem. in fi. ff. quemadmo. serui. amit. Et consequenter non possunt laici clipeo clericalis priuilegij à iudice seculari se tueri: nec illius manus per inhibitionem ecclesiastici ligare: & ad ecclesiasticum forum conuolare, & omnia quæ in contrarium adduci possent tolluntur, procederent enim in indiuiduis, à quibus ad diuidua tanquam penitus separata argui, vel inferri non posset, vulga. l. Papinianus exuli. ff. de mino. & ita respondet Felyn. in dicto c. 1. de præscr.

4

5

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non operatur, vt carceratus pro debito relaxari debeat.*

2 *Inhibitoria non trahitur ad præterita.*

3 *Carceratus ut supra fideiußorib. relaxari poterit.*

4 *Captura notoriè nulla absq; disputatione tolli pót.*

QVAEST. LXX.

Septuagesimo conclusimus supra quæst. 22. quòd † inhibitio non operetur, vt carceratus pro debito relaxari debeat, † inhibitoria enim non trahitur ad præterita, prout in terminis conclusit Fede. de Sen. consi. 300. factum tale est debitor. num. 1. vbi quòd inhibitio quantumcunque canonicè facta nunquam respicit præterita, sed futura per text. in c. 1. de nou. ope. nun. & in c. non solum. 2. respon. de appel. lib. 6. Nunc vero ponamus, quòd vltra inhibitionem iudex ad quem, vel alius superior mandet, & præcipiat expresè quod carceratus à carceribus liberetur, an ei in hoc parendum sit? Ex tradi. per Bart. post gl. in l. ab executione, vers. ex quo no. quòd si aliquis capitur propter debitum. C. quo appell. non reci. præsens quæsitum in partẽ negatiuam resoluitur, vult enim Bart. vbi supra, quòd etiam si appellatum sit ab huiusmodi captura, non tamen statim carceratus relaxari debeat, sed appellatione pendente detineatur, vt prius. Hæc opinio redditur dubia ex ijs quæ scribunt Spec. tit. de appella. §. restat, & Bald. in addi. ad ipsum, in uer. à grauamine. & idem Bal. in l. 2. post num. 6. vers. Sed incidenter quæro quãdo appellatur à captura, & alijs quæ ibi subijcit. C. de episco. audien. Nonnulli dixerunt q † carceratus, vt supra, fideiussoribus datis relaxari possit, & præceptum huiusmodi vt primus iudex fideiussoribus datis illum relaxet subsistat, prout voluerunt Ang. in dicta l. ab executione, & ita sæpè practicari uidi. Nonnulli vero id non admittunt, nisi † captura fuerit nulla, & de hoc notoriè appareat: quo casu captura notoriè calumniosa per superiorem ex officio proprio reuocari, tolli, seu improbari debet absque alia disputatione, prout in simili concludit post Innoc. in c. 1. de offi. deleg. Bald. in l. 1. nu. 9. vers. Potest tamen iudex ex officio. C. quomo. & quan. iud.

1

2

3

4

SVMMARIVM.

1 *Inhibitiones an concedi consueuerint indistinctè, an verò cum expressione contra personam, vel bona?*

2 *Formula inhibitionis à Rota Romana emanari solitæ.*

3 *Genus continet sub se omnes suas species.*

4 *Genere prohibito omnes eius species prohibitæ censentur.*

5 *Inhibitionum à Rom. Cur. emanare solitarum, & earum quæ in Tuscia decernuntur quorsum hæc differentia.*

6 *Effectu habito non est curandum de modo.*

7 *Prouincia qualibet suo sensu abundat.*

8 *Ratio de omnibus reddi debet.*

Persona dignior rebus.

9 *Mercatores inter non attendi apices iuris.*

10 *Guarentigiata instrumenta habent executionem paratam.*

Statutum Florentinum super guarentigia.

Statutum alterum super scripta priuata.

Genuæ, & nonnullis alijs in locis apodissę mercatorum habent executionem paratam.

Citationem non requiri in executione instrumenti guarentigiati.

Defensio licet per statutum tolli non possit, defensionis tamen modus variari potest.

Formula inhibitionis Auditoris Cameræ Senatori vrbis.

11 *Iudex litem suam facit reuocans interlocutoriã absque causa.*

12 *Pœnitentiæ locum esse ante contractum confectũ, si partes in scriptis contrahere intellexerunt.*

13 *Dolus quando dicatur dare causam contractui?*

14 *Sine spe vlterioris prorogationis clausula quid operetur?*

Inhibitio rarò conceditur quo ad bona.

Inhibitioni non parendum quando ius illi resistit.

15 *Mobilia nonnulla pro executione capi prohibentur.*

16 *Vestes, cubile, & similia in hypothecam non transeunt.*

17 *Super armis, & equis militum executio fieri non debet.*

18 *Super libris scholaris, vel doctoris, non fit executio.*

19 *Mulieres honestæ carcerari non possunt.*

20 *Viduæ dicuntur miserabiles personę.*

21 *Minores carcerari non possunt pro debito.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXI.

Septuagesimo primo, applicando materiam inhibitionum ad stilum, & consuetudinem Thusciæ, vbi nunc moram traho, & ad praxim, quæ hic frequentior est, præsens thema subijcio. Philippus de Mazinghis ciuis Florentinus venditor cuiusdam prædij in curia Mercantiæ sub die 4. Nouembris. 1574. protestationem, & requisitionem porrexit contra Artium, & Medicinæ Doctorem magistrum Iohannem de Fidelibus emptorem, per quam eundem interpellabat, & requirebat, vt scriptam priuatam inter eos super venditione confectam, impleret, executionique demandaret, pro parte sua: ipseque magister Iohannes præcium conuentum 1450. florenorum auri sibi exbursaret, contractuique faciendo iuxta formã scripturæ huiusmodi assisteret: eidemque instrumento conficiundo assensum præstaret, & aliàs prout in dicta protestatione, & requisitione: protestando etiam de damnis, & interesse, & dictus magister Iohannes petijt à me Rotæ Florentinæ Decano, & obtinuit inhibitionem, ne dictus Philippus aliquid faciat, vel attemptet contra personam, vel bona ipsius magistri Iohannis vigore dictarum intimationis, & requisitionis, & protestationis, sub decreto annullatiuo, pœnis & præiudicijs, & alijs de iure cautis, seu consuetis etiam secundũ formam statutorum, & ordinamentorum Florentiæ. Philippus verò intimata, & præsentata sibi huiusmodi inhibitione coram me comparuit, & allegauit huiusmodi inhibitionem de facto, ac non præcedente citatione & sine causæ cognitione emanasse, instans illam reuocari, attento quòd requisitio fuit iure facta, & vigore iurium exequibilium, & executionem merentium: & asserta inhibitio concessa fuerit non cognitis iuribus partium. & contra iura habentia executionem paratam ex forma iuris, ac statutorum ciuitatis Florentiæ: & contrario imperio inhibitionem huiusmodi reuocari petijt, & ex pluribus alijs rationibus, & causis suis loco, & tempore proponendis, saluo sibi & c. Deducens & c. ego visis citatione facta in personam dicti magistri Iohannis, comparatione, contradictione, & omnibus alijs supradictis, reuocaui, & annullaui dictam inhibitionem iam decretam, quo ad bona tantum: quo verò ad personam, eam in suo robore remanare volui, quam reuocationẽ mandaui intimari, & notificari dicto magistro Iohanni. Successiuè instante dicto magistro Iohanne, ac dicto Philippo citato declaraui, & mandaui præmissam inhibitionis reuocationem intelligi debere quoad bona immobilia tantum: quo verò ad alia bona mobilia, & se mouentia reuocationem prædictam eam non comprehendere: sed inhibitoriam primo loco concessam dicto magistro Iohanni quo ad dicta bona mobilia, & se mouentia in suo robore, & firmitate per 15. dies proximè futuros, cum facultate prorogandi remanere debere, prout remanet quo ad personã ipsius magistri Iohannis. Tandẽ prorogaui præmissam inhibitionem ad alios 15. dies proximè futuros, cũ clausula: Sine spe vlterioris prorogationis. Ex pręmisso themate nonnullæ quæstiones elici possunt, & inter alias hæc, an
1 † inhibitiones, quæ vbique locorum conceduntur dari soleant in genere & in distinctè, an verò cum illa expressione, videlicet contra personam, vel bona? si à Ro. Cu. normam sumamus, respõdere coacti erimus iuxta primum membrum, & sic quòd absque illa expressione in personam, vel bona conceduntur, quod apparebit ex formulis positis per Specul. sub tit. de citatio. §. fin. nu. 7. & sub tit. de appell. §. de offi. col. 2. & melius ex infrascripta nouissima formula, quæ à di
2 cta Ro. Cur. emanauit † huiusmodi sub tenore. Cæsar de Grassis Iur. Vtri. Docto. & Sanctissimi D. N. Papæ Capellanus, & ipsius Sacri palatij Apostolici causarum, & huiusmodi causę Auditor, & c. Vniuersis, & singulis dominis Abbatibus, prioribus, & c. per ciuitatem, & diœcesim Florentinam, ac aliàs vbilibet constitutis, & c. Noueritis, quòd nuper Sanctissimus in Christo Pater & D. Noster D. Gregorius diuina prouidentia Papa XIII. quandam commissionis, siue supplicationis appellationis cedulam nobis per certum suum cursorem præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus huiusmodi sub tenore. Beatissime Pater, exponitur S. V. pro parte deuoti illius Oratoris Bartholomæi de Petreis ciuis Florentini, quòd lite, & causa in partibus coram Vicario Archiepiscopi Florẽtini inter dictum Oratorem ex vna, & quendam Bernardinum de Magnanis rectorem parrochialis Ecclesiæ plebis nuncupatæ S. Hyppoliti Villæ Zepi Florentinæ diœcesis aduersarium, de, & super nullitate cõtractuum, & restitutione in integrum, ac successiuè dimissione bonorum valorem quingentorum exceden. & c. dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum & c. alicui ex Sacri vestri Palatij Apostolici causarũ Auditoribus audien. & c. committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi & c. De mandato D. N. Papæ audiat magister Cæsar & c. cuius quidem commissionis, & c. & insuper attendentes, quòd lite, & causa, seu causis huiusmodi sic vt præmittitur coram nobis in Ro. Cur. indecisis pendentibus, nihil sit in partibus innouandum per quęcunque, seu attemptandũ, idcirco vobis omnibus, & singulis suprascriptis, quibus nostræ literæ diriguntur, & cuilibet eorũ auctoritate Apostolica modo, & forma præmissis tenore præsentium cõmittimus, & mandamus, quatenus post legitimã dictæ citationis executionem Reuerendissimo in Christo patri Domino, D. Dei, & Apostolicę sedis gratia Archiepiscopo Florentino sub interdicto ingressus ecclesiæ: eiusque in spiritualibus, & temporalibus Vicario, seu officiali generali: cæterisq; officialibus generalibus, iudicibus, cõmissarijs, delegatis, subdelegatis, ordi-

narijs, extraordinarijs quibuscunque per ciuitatem, & diœcesim Florentinam, ac aliàs vbilibet constitutis, & præsertim cuidam Bernardino de Magnanis ex aduerso principali, omnibusque alijs, & singulis quorum interest, intererit, aut interesse poterit, quomodolibet in futurū, quibuscunque nominibus censeantur: aut quacunque dignitate præfulgeant, & quibus pro parte D. Bartholomæi Petrei ciuis Florentini principalis vigore præsentium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus sub excommunicationis, suspensionis, & similis interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, etiam mille duc. aur. de Camera, pro vna ipsi Cameræ Apostolicæ, & pro alia medietatibus parti applicandis, pœnis, quas ferimus in his scriptis: quasque quemlibet huiusmodi nostræ inhibitioni contrauenientem incurrere volumus ipso facto inhibeatis, quibus nos etiā, & eorum cuilibet tenore præsentium sub eisdem censuris, & pœnis inhibemus ne ipsi, seu eorum alter in causa, & causis huiusmodi per se, vel alium, seu alios publicè, vel occultè, directè vel indirectè, quouis quæsito colore, vel ingenio, in litis pendentiæ, & iurisdictionis nostræ, immo verius Apostolicæ Sedis vilipendium, & cōtemptum, dictique D. Bartholomæi principalis, iurisque sui præiudicium, & grauamen lite, & causa, seu causis huiusmodi sic coram nobis indecisis pendentibus quicquam innouare præsumant, seu præsumat. Quod si secus factum fuerit id totum reuocare, & ad statum pristinū reducere, ac dictarum sententiarum, & pœnarū declarationem, earumq; aggrauationem, reaggrauationem, interdictique ecclesiastici appositionem, & auxilij brachij secularis inuocationē procedere curabimus iustitia mediante. Absolutionem verò &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in ædibus nostris. Anno à Natiuitate 1525. mensis Decembris. Constat ex præinserta inhibitionis formula quòd solum interdicitur omnibus præsertim aduersario, ne in contemptum iudicis, & eius qui inhiberi obtinuit, eiusdemque iuris præiudicium lite pendente innouetur, & sic sub illis verbis, & illa generali prohibitione comprehendi debent, persona ipsa, bona, & res, quibus præiudicium inferri
3 posset lite pendente. † Genus enim omnes species sub se continet indifferenter. l. si cui seruos omnes. ff. de lega. 1. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. testa. vnde quælibet species grauaminis prohibita censeri debet: & sic tam personalis, quam realis, & omnis alia, quæ considerari potest, & quòd pro-
4 hibito, † seu remoto genere omnes species remotæ, & prohibitæ censeri debeant probat. text. in cap. deliberatione. §. prohibemus, cum gloss. in ver. specie. & Geminian. in 1. not. de offic. legat. libro 6. Bald. in l. omnes populi, colum. 2. versic. præterea, à quo remouetur. ff. de iust. & iur. Aimo consf. 118. in hac nu. 13. inferēs ad consuetudinem prohibentem retentionem bonorum donatorum in genere, quòd illa censeatur prohibere omnem speciem ipsius retentionis, & sic retentionem vsusfructus. Quor-
5 sum autem hæc differentia † inter inhibitiones à Rom. Cur. emanatas, & eas, quæ in Tuscia cōceduntur, & quæ sit huiusmodi differentiæ ratio? Responderi posset, quòd cum effectus inhibitionum, quæ in Tuscia decernuntur, & earum
6 quæ Romæ idem sit † effectū habito de modo curandum non sit. l. si mulier. ff. de condic. cau. da. l. Iulianus ait. iun. glo. ff. de condi. & demon. l. si mater. cum gl. fi. C. de insti. & substi. Insuper etiam quòd adesset non solum verborum, sed etiam effectus diuersitas in ijs ab illis inhibitionibus, non per hoc absurdum aliquod, vel quid
7 indecens considerari posset, cū † prouincia quælibet suo sensu abundet, vt scripsit diuus Hieronymus Lucillo, & de quo est text. in c. penul. 66. distinct. & in c. certificari. vers. Non tale, de sepul. & per Ang. cons. 100. punctus. col. 2. post
8 princ. Verum quando potest, de omnibus † ratio præcisa reddi debet. l. dotem. cum glo. ff. sol. matr. c. si quando. §. 1. & ibi notat gl. de rescri. c. Nabuchdonosor. iun. gl. in ver. rationem, & ibi Archid. num. 4. 23. quæst. 4. eam puto esse differentiæ præmissæ rationem, quòd circa inhibitiones quæ à Cur. Rom. emanant rarò consideretur quòd persona offendi possit immediatè: secus circa inhibitiones quæ in hoc dominio decernuntur? Declaro, ne in tenebris ambulemus, si consideremus causas spirituales, vel beneficiarias, seu alias ecclesiasticas super quibus frequētius à Ro. Cur. inhibitiones ad omnes Christiani orbis partes procedunt: illæ enim sunt propriæ causæ sedis Apostolicæ, & in Rom. Cu. cognoscendæ, & terminandæ: siue per viam appellationis, seu aliàs prout super 3. commissionum formula declaro super ver. deuolutæ, & super ver. de sui notura: Constat quòd remedium inhibitionis super illis causis, solum respicit, & in hoc prouidet, ne in sprętum, & vilipendium iurisdictionis, aciurium ipsius principalis lite pendente aliquid attemptetur: circa autem personam ipsius litigantis non est opus adeo enixè, & speciatim prospicere, & cauere, vt apparet ex formula inhibitionis à Roma. Cur. obtentæ supra positæ. At iuxta terminos inhibitionum, quæ in Tuscia, & alijs in locis frequentiores sūt, præcipuè circa personas ipsorū litigantiū ne lite pendente carceribus mācipentur, & alijs modis litigantes in ipsis personis vexentur, maximè cauendum est. ex captura enim personæ infertur infamia, & præiudiciū irretractabile, vt per Pau. Castr. & Alex. in l. 4. §. condemnatū, nu. 29. ff. de re iud. Hinc voluit Ang. in l. si sic. ff. de leg. 1. statutum quòd sententiæ de facto etiam incipiendo à captura executioni demandentur, non tollere causæ cognitionem, de quo etiam per Sozz. consi. 96. nu. 8. & seq. vol. 4. vtque omnib. patet persona, & homo dignior, & præstātior est ipsis rebus, quæ ipsius hominis causa factæ sunt iuxta uerba diuina: Omnia subiecisti sub pedibus eius.

eius.l.iustissimè.in princ.ff.de ædili. edi.§.fi. Insti. & iur.natur,gent.& ciui.l.2.ff.de sta. homi. Hinc dixit Horat.episto.lib.1.ad Mecenatem,& mihi res, non me rebus submittere conor. Ad idem est tex.in l.sancimus. C.de sacrof. eccle.& in c.præcipimus.12.quęst.1. Hinc dicimus tutorem principaliter personæ, secundario bonis dari.l.in copulandis.C.de nupt.l. cum plures.§. in primis.ff.de admini.tuto.& ad nota.in §. 1. Insti.de tute.& per gl.magistram,in §.certè. Instit.qui dat.tut.poss. In Tuscia iudicia ferè omnia summaria sunt,etiam ex forma statutorum. Rursus indistinctè agi solet super iuribus exequibilibus, non minus contra personas, quàm contra res, puta inter mercatores,inter quos nō
9 † attenduntur apices iuris,sed æquitas: & inter eos executiuè proceditur.Bart. in l. si fideiussor. §.quędam.& in l. Quintus.ff.manda. Boer.Dec. 314.num.4.Rip.in l. si insulam, num.24. ff. de verb.oblig.Ias.in l.alienam.col.21.vers.Hinc infertur in specie quòd cum in curia mercatorū. C. de procurat. & nouissimè Stracca in tractat. Quomo.proce.in cau.mercato. num. 1. & alijs. Item vt plurimum proceditur vigore instrumen
10 torum † guarentigiatorum,quę ex forma statutorum Tusciæ habent executionem paratam,nō secus ac sententia,& res iudicata. Bart.in l.cum vnus.in fi.prin.ff.de bon.aucto.iudi.possi.Idem Bart.in l.si & iure in fi.ff.qui potio.in pigno.habe.Bal.in l.consentaneum.post num.33.C.quomo.& quan.iud. Alex.in l.à diuo pio.§.super rebus.col.6.ff.de re iudi.Bart.in l.error.col.2.ver. & eodem modo dico in instrumentis guarentigiatis.C.de repu.vel absti.hære. Idem Bald. in l.2.num.7.C.de exe.rei iudi.Sozzi.consi.79.nu.49.vol.4.Bened.de Barzis in tract.Guarentigię. quæst.18.Negusan.de pigno.& hypote. ad fi.3. membri. 3.par. princ. Et quòd instrumentum guarentigiatum habeat executionem sicut sententia, & probet etiam inter personas suspectas quia pro ueritate habetur, voluit post Bal.Soz. consi.122.post num.7. lib.3. Statutum Florentinum super Guarentigia est. lib.2.rubr.42. sub titu.de præcepto guarentigiæ,de quo per Ange. consi.234.Roma. consi.76. in causa nobilis per totum,& consi.373.in casu. An autem guarentigiæ præceptum sine causa factum sit exequibile, videre poteris per Imol.in l.fi.col.7.ff.qui, & à qui. appell.poss.per Felyn.in c. si cautio.nu. 15.in 10.fallen.per D.meum Phil.Dec. consilio 682.num.4.per Ant.de Cana.quæst.26.per Bene.de Barzis in 10.quæst.2.par.princ.Guarentigiata instrumenta, quòd etiam de iure communi paratam executionē habeant voluerunt Cyn. & Io.Fab.in l. si certum.C.famil.hercisc. Angel. in l.4.§.condemnatum. ff.de re iudic. latè Boer. Dec.295.incipien. Et primo præsuppono.nu.6. vbi etiam quòd Guarentigia nihil aliud est nisi quoddam præceptum, quod fit per notarium, instrumento rogatum parti roganti, vt obseruet incontinenti in instrumento contenta, de quo etiam Sozzi.consi.97.num.49.& 55.vol.4.qui etiam explicat quæ concurrere debeant, vt guarentigia hæc adhiberi possit. Sæpè etiam Florentiæ proceditur vigore scriptæ priuaturæ,quæ nō secus ac instrumentum guarentigiatum executionem meretur ex statuto Florentino rub. 41. de executione scripturæ priuatæ.li.2.de quo statuto loquitur D.meus consi.73. præstantissime Doctor.circa princ. & sic talis scriptura priuata executioni demandari debet in omnibus, & per omnia,& modis, & forma quibus instrumentū guarentigiæ. Nonnunquam etiam proceditur vigore apodissarum à mercatoribus scriptarum, quibus tam Florentiæ, quàm Genuæ, rursus & Romæ,& Venetijs,& alibi ex antiqua consuetudine plena fides prestatur,illæque eo ipso executioni demandantur, non secus ac publica instrūmenta prout etiam aduertit Bald. de simili consuetudine loquens consil. mihi 149. proponitur.ad fi. lib.1. Quoad præmissum statutum Florentinum, de guarentigia, per quòd absque alia citatione ad executionem deuenitur, quod quidem per statutum disponi potest: variatur enim defendendi modus:sed per hoc non tollitur defensio. Ita declarat super hoc statuto Angel.in l.si sic,colum.fin.quem sequitur ibi Imol. num.3.Alexinum.18.& Cur. Sen.ibidem in additio.ad Alex.& ipse Alex.consi.145. viso processu,num.1.vol.5. Barbat. in addit.ad Bald.in vers.per diuersas.num.10.in ver. Aduerte tamen. C. manda.vbi Bald.idem sensit: & limitat hoc statutum.& Sozzin. consil.96. considerata, num.8.& seq.vol.4.Felyn.in c.qualiter,& quando.2.§.debet,col.2. vers. Et vide Ange. de accusa. Idem Fely.in c.dilecti filij, num.7. de excep. Ruin.consi.64.super primo,colum.fi.lib.1. Boer. Dec.10. Et quòd modus inhibendi tam circa personas, quam res & sic specificè non sit nouus,& exorbitans,monstrabo etiam id Romę fieri alijs in causis quàm ecclesiasticis, & spiritualibus: pręsertim super iuribus exequibilibus: ac etiam inter mercatores, & curiales ex infra scripta formula inhibitionis ab Auditore Cameræ Senatori vrbis factæ, videlicet, Alexander Riarius & c. Illu.almæ vrbis,eiusque, & curiæ capitolij locū tenenti,collateralibus, iudicibus, & c.ac omnibus,& singulis officialibus eiusdem vrbis præsentibus, & futuris, & eorum cuilibet in solidum,salutem in Domino & c. Quoniam ex fide dignorum accepimus testimonio discretum virum N.Curialem,& Rom.cur. sequentē & in eadem lites habentem, ea propter nostræ iurisdictioni subiectū. Nos qui de suis causis tā ciuilibus, quā criminalibus cognoscere habeamus,iccirco vobis omnibus,& singulis supradictis, & uestrū cuilibet virtute sanctæ obedientię & c.tenore præsentiū inhibemus,ne vos,aut aliquis vestrū præsumatis, aut præsumat in nostræ iurisdictionis,immo verius Apostolicæ vilipendium, & contemptum,contra dictum N.procedere,aut ipsum aliàs tam in persona q̃ rebus, & bonis suis quomodolibet molestare vexare, aut perturbare,& c.sed ipsum N. in omnibus causis

ſuis motis,& mouendis ad nos tanquam eius iudicem ordinarium remittere curetis &c. Dixi, ſupra quòd comparente Philippo, & citato magiſtro Iohanne, reuocaui inhibitionem quo ad bona tantum: quo verò ad perſonam illam in ſuo robore remanere iuſſi: petet aliquis quare ita diuersè decreuerim? Aut enim inhibitio ritè,& rectè emanauerat, & reuocari non debebat. Aut ſecus,& in totum reuocanda veniebat contrario imperio, iuxta text. in l. quod iuſſit, vetuitve prætor.ff.de re iudi.& in c. cum ceſſante, de appell. Reſpondeo quòd dummodo adſit cauſa reuocandi decreta ſimilia, & interlocutorias, reuocationi locus eſſe poterit. At ſine cauſa reuocatio fieri nõ debet. Alioqui iudex de
11 inconſtantia notari poſſet: litemque † ſuam faceret. Innoc.in cap.ſacro.de ſentent.excom. Io. And.& Ant.de Butr.in alleg.cap. cum ceſſante, Bald.in l.poſt ſententiam, num.13.verſ. Item intellige cum cauſa,non ſine cauſa.C.de ſenten. & interlo. Alex.in præalleg.l.quod iuſſit,nu.13. ff.de re iud. ex ſtilo, & inueterata conſuetudine Tuſciæ ſeruatur,quòd paſſim quo ad perſonam conceditur inhibitio:rarò verò quo ad bona, & tunc ex cauſa probabili.& quando non litigatur ſuper habentibus executionem paratam. Et quando conceditur etiam quo ad bona, regulariter datur ad tempus,& ſæpè cum clauſula.Cũ facultate quandocunque illam reuocandi. Verum quia in caſu propoſito ſentiebam materiã eſſe exequabilem, & attentis ijs, quæ adducebantur pro parte Philippi (vt ſupra) reuocandam putaui inhibitionem quo ad bona; & ſic contrario imperio reuocaui. Deinde pro parte magiſtri Iohannis fuit mihi oſtẽſa ſcriptura, ſuper venditione confecta, in qua inter alia cauebatur, quòd deſuper contractus fieri deberet, quaſi partes voluerint in ſcriptis contrahere: vnde prætendebat magiſter Iohannes ante contra-
12 ctus cõfectionem locum † eſſe pœnitentiæ,iuxta text.in l.contractus,& ibi Paul. Caſtr. & alij. C.de fide inſtrum.deciſ.Neapol.Afflict.39.quę incipit,per binas,num.4.Maran.de ordi. Iudic. par.4.diſtinct.9. num.204. Allegabatur etiam pro parte magiſtri Iohannis quòd ipſe requiſiuerat, & interpellauerat venditorem, vt faceret ſibi inſtrumentum liberum, & validum,& aliàs iuxta conuentionem, & promiſſionem de quibus in dicta apoca continentè etiam quòd de euictione ꝓmittere deberet generaliter, & quoties res euinceretur.ad text. in l.1. cum ibi nota. ff.de euictio. Cautio autem, ſeu promiſſio euictionis præſtita fuerat per unũ ex pluribus venditoribus,& pro rata tantum, cum tamen quilibet ex pluribus venditoribus inſolidum teneatur.iuxta text.& illius rationem in l.cum ex cauſa duplæ.ff.de verbo,oblig.& per omnes in l.4. §.cato.ff.eo.Sozzin.conſi.200.nu.3.verſ. Conmatio præmiſſa. lib.2. Et ſic dictus venditor ante præmiſſorum omnium implementum agere non poterat,per text.in l.nimis properè.C.de exe.rei iudi.& in contractu vltro,citroque obligatorio non poteſt effectualiter agi niſi quis totum contractum ex parte ſua impleuerit.l.Iulianus.§.offerri.cum alijs.ff.de actio. empt. Tandem pro parte eiuſdem magiſtri Iohannis adducebatur, & probabatur etiam per oſtenſionem teſtamenti in publica,& auctentica forma, Philippum poſſeſſorem, & venditorem prædij ſibi iam in teſtamento relicti, per quod fideicõmiſſum inductum fuerat, hæc ſciuiſſe, plenamq; notitiam habuiſſe iuxta text. cum ibi nota. in l. cum hæres.ff.de libe.lega.per Bart. & omnes in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbor.obligat. Cum igitur venditor certiorem non reddiderit emptorem quòd prædium huiuſmodi fideicõmiſſo ſubiectum erat in dolo fuiſſe videbatur. l. quæro.ff.de actio.empt. Alex.conſi.14.vol.5.
13 Et tunc dicimus † dolum dare cauſam contractui, quando emptor per dolũ ducitur ad emendum, quùm aliàs non eſſet empturus. gloſ. in l. quod venditor. ff.de dolo. Alber. de Roſa. in l. & eleganter.in princ.& cæteri.ff.eo. Ruin.conſi. 147.lib.1. Præmiſſis rationibus attentis mandaui dictam inhibitionis reuocationem intelligi, & ſtare debere quo ad bona immobilia tantum. Poſtremò ne in infinitum præmiſſa inhibitio protraheretur, quum apud me enixè inſtaret dictus D. Iohannes pro huiuſmodi inhibitionis prorogatione, prorogaui illam ad xv. alios
14 dies proximè futuros, cum † clauſula ſine ſpe vlterioris prorogationis, vt omnem futurã prorogationem excluderem, argum. text. in l.ſi vnus in princ.ff.famil.herc. & ad alia quæ adduco ſuper ſigna.Gratiæ, titu.de prorog. Concluſi ſupra quòd in Tuſcia inhibitio quo ad perſonam ſæpiſſimè concedi conſueuit, conceſſaque rarò reuocatur. Quò verò ad bona rarò conceditur, conceſſaque facilè reuocatur: quando enim ſumus in executione habente grauamen reparabile, qualis eſt illa quæ fit nõ attingens perſonam, ſed res ipſas, etiam quando penderet nullitas inter ipſoſmet obligatos, non retardaretur propter iudicium nullitatis pendens ipſa executio, prout voluit Innoc. quem communiter ſequuntur Doct.in c.cum in iure.de offi.deleg. Ioan.de Imol.& Alex.in l.4.§.cõdemnatum.ff.de re iud. Bal.in l.1.C.ne lice.ter.prouo.Angel.in l.fi. C.ſi ex fal.cau.Phil.Franc.in c.dilecto in 10.q.princ. in 3. limit. de appell. vbi etiam dicit, quòd ſi per iudicem eccleſiaſticum inhiberetur ne executio fieret, non eſſet parendum tali inhibitioni, quia vbi ius reſiſtit non poteſt iudex ſuperior inhibere: ex præmiſſis colligitur ratio differẽtię quare magis concedi cõſueuerit inhibitio quo ad perſonam, quàm quo ad bona, quæ etiam clarius colligitur ex verbis Pau.Caſtr.in alle.l.4.§.condemnatum.ante nu.4.ver.Item prędicta vera.ff. de re iud.& hanc differentiã à Pau.Caſtr.vbi ſupra traditam ponit,& refert D. meus Phil.Dec. conſ.73.præſtantiſſimè.in prin.licet poſtea eam ſubuertere conetur, cuius autem opin. verior ſit infra videbimus. Interim annuo, quòd etiam in indulgentia, vel gratia, ſi non ſit facta expreſſio

etiam

etiam quo ad bona, illa trahitur tantum ad personas, ad l. 2. C. de senten. pass. & per Nic. Boss. in sua praxi crimi. titu. de Remedijs, ex sola clemen. princ. in princ. Quo vero ad bona mobilia nonnunquam inhibitio conceditur, & concessa non absque causa reuocatur, ea etiam ratione, quia mobilia, & distrahi, & perdi, & commutari, & deteriora effici facile possint.
15 Rursus quia † inter mobilia plura contineri possunt, quæ etiam in executionem sententiarũ regulariter capi prohibeantur, & quæ in hypo-
16 thecam non transeant, puta † vestes, cubile, & similia ad vsum necessarium destinata. l. l. obligatione generali. & ibi Angel. in 2. not. & l. seq. ff. de pigno. Matthesil. singul. 138. Aret. in §. item seruiana, col. 1. Instit. de actio. Guid. Papæ sing. 588. Anto. Negusan. in tract. de pigno. & Hypo. in 2. memb. 2. par. num. 36. & seq. Bart. Bald. & alij in l. 1. C. quæ res pign. obli. poss. Idem Bar. & cæteri in l. penult. ff. de cessio. bono. vbi etiam quòd hæc bonis cedenti relinquuntur. & Maran. in 3. & vlt. actu sui tracta. ordi. iudici. quæst. 1. num. 28. & seq. & in casu proposito conside-
17 rabam quòd sicut † in armis, & equis militum executio fieri non debet. l. miles, ubi glo. & Docto. ff. de re iud. glo. in l. nepos proculo. in versi. dignitate. ff. de verbo. signifi. Ias. in §. item seruiana num. 66. Instit. de actio. Petr. Rebuff. de priuil. Schola. priui. 113. Duenna in regula 275. limit. 3. ita nec in libris, & mula dicti excellentis Philosophi, & Phisici, & id genus executio fieri debebat. Et non solum contra doctorem, quod omnes affirmant, imò nec etiam contra schola-
18 rem † super libris executio fieri permittitur. gl. in alleg. l. nepos proculo. in ver. dignitate, & ibi Alcia. ff. de verbor. signifi. Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. & in §. fi. num. 6. instit. de actio. Rebuff. in tract. de priuileg. schola. priuil. 19. Idem voluerunt Alber. de Rosa. in dictio. in ver. scholaris. & Bald. in margar. eo. ver. Maran. de ordi. iudic. par. 6. actu. 3. nu. 46. Non amittam annuere, quòd faciliores esse debeant iudices in decernendis inhibitorijs etiam quoad bona in fauorem mulierum, tum propter sexus fragilitatem: tum quia inhibitionibus quo ad personas illis non est opus: pro debito enim
19 ciuili, vel etiam pro leui delicto † mulieres honestæ carcerari non possunt authen. hodie. C. de custo. reo. Bart. in tracta. carcerum, ca. 1. num. 3. Paul. Ghirlan. de relaxa. carcer. titu. de fideiuss. reo. post nu. 2. Quæ tanto magis procederent
20 in virginibus vel viduis † quę miserabiles personæ dicuntur: & illis in dubio fauendum est: scribitur enim Exod. cap. 22. Viduæ, & pupillo non nocebitis; & Esaiæ. c. 5. Defendite viduam, indicate pupillo: pro quibus videre poteris quę scripsi in quarta formula commis. in ver. De
21 sui natura. Amplio ad quoscunque † minores, qui etiam contumaces pro debito carcerari non possunt. Angel. in repet. l. nemo carcerem. C. de exactio. tribu. lib. 10. Alex. in l. 4. §. condemnatum. ante num. 30. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 Iudex ecclesiasticus an post tenutam confirmatam, & brachium militare decretum, à quo petitur declarari creditum mutui usurarium inhibere potuerit iudici laico?
Absolutio ab obseruatione instantiæ, seu iudicij, an, & quando concedenda?
2 Vsuræ cognitio ad ecclesiasticum propriè spectat.
Vsurarius an puniri possit, & à quo?
3 Episcopi, seu superioris præceptis parendum.
4 Precepto iniusto parendum non est.
Iudex secularis sententiam ecclesiastici nullam, vel iniustam exequi non tenetur.
5 Et si sit dubium an preceptum sit iustum, vel ne, illi parere debet.
6 Tenuta, & tenutæ confirmatio, quæ, & qualis.
Citatio non requiritur in tenuta.
Capturam non est necesse quod citatio præcedat stante statuto quòd infra triduum iustificetur.
7 Missus in possessionem in actione hypothecaria ante annum efficitur possessor reuocabiliter.
8 Libellus non est necessarius ad possessionem ex primo decreto.
9 Formulæ tenutæ vigore sententiæ.
10 Formula altera tenutæ vigore instrumenti publici.
11 Formula confirmationis tenutæ.
12 Quinque pro centum, & vltra de iure &c. clausula ad quid ponatur?
13 Mercari, vel negociari solito, interesse dãni emergentis, & lucri cessantis debetur, & nu. 14.
Adiudicationi quando sit locus.
Melioramentis pro factis datur retentio super prædio.
15 Formula brachij militaris.
16 De brachio militari iura loquuntur.
17 Brachio seculari quando locus sit?
18 Rotæ Florentinæ Auditores sex.
19 Actor forum rei sequitur.
20 Rotę Florentinę Auditores sententiarum rationes in scriptis reddunt.
Motiua Rotæ Florentinę quare sic appellentur?
Sententia diffinitiua mutari, vel corrigi non potest.
Declarare, & interpretari potest iudex sententiã suam.
21 Motiuorum Rotæ Florentinę magna auctoritas.
22 Motiua Rotę Florentinę nõ necessariò sequenda.
23 Rotę Romanę decisiones quando sequendę?
Motiua magistratus solum maiores conficiunt.
24 Declarare suas sentẽtias ad solos magistratus maiores spectat.
25 Sententię duę Florentinę faciunt rem iudicatam.
26 Sic etiam Romæ, & Senis.
27 Executioni sententiæ demandantur secundum statuta loci.

QVÆSTIO LXXII.

1 SEptaugeſimo ſecundo q̃ro, † an iudex eccleſiaſticus coram quo, poſt tenutam confirmatam,& brachium militare decretum à Iudice Quarteriorum, ſi ab eo petatur declarari creditum mutui vſurarium, dicto Iudici Quarteriorum inhibere poſſit? ſupra quæſt.14.& alijs præcedentibus poſuimus quæſtiones aliquas ab hac non diſſimiles. Verum hic contingentiam facti,& quod Florentiæ occurrit,eiuſq; deciſionem,deciſioniſq; rationes ſubijciam: & nonnullos terminos alibi parum notos declarabo: & ſicuti plura abſtruſa, & arcana Rotæ Romanæ meis in ſcriptis populis alijs patefeci: decens eſt vt etiam meis Romanis, & alijs aliqua, quæ occurrunt in hac excelſa Rota Florẽtina (in qua exiſtens hanc ſecundam æditionem tractatus inhibitionum ſucciſſiuis horis compono) communicem. Obtenta fuit aliàs tenutæ confirmatio contra N.in eius bonis pro quadam ſumma occaſione mutui, & brachium militare, qui N. coram iudice eccleſiaſtico petijt declarari creditum mutui fuiſſe vſurarium: & in fraudem vſurarum, & Iudex eccleſiaſticus inhibuit Iudici Quarteriorum, ne in cauſa brachij militaris procederet cauſa vſuraria coram ſe pendente, ſub pœna & c. Primus iudex pronunciauit in dicta cauſa non eſſe procedendum ad vlteriora; & ſic ſuſpendit brachium militare: & abſoluit ab expenſis, ſecundus iudex abſoluit ab obſeruatione iudicij, quæ abſolutio ab inſtantia, ſeu obſeruatione iudicij nonnullis Rotæ huius iudicibus aliquando vſui fuit: ego autem ab illa abhorrui, tanquam à legibus municipalibus interdicta, litigantibus diſpendioſa: liteſq; in longum protrahente: ac ipſius iudicis inſcitiam, negligentiam, vel vecordiam, demonſtrante, ſeu detegente. Non tamen negauerim quin aliquãdo illa à iudice aliquo conceſſa ſit, ex quo ſibi de cauſa non liqueret facto ipſarum partium, vel earum procuratorum, quæ tunc non eſſet iuri diſſona. illam enim iudex concedere poteſt quando dubius remanet, præſertim circa difficultates erga probationes, prout voluerunt glo. fi.iuxta vltimum intellectum, ac Bald.& clarius Salyc.in l.hi qui.C.de adult.Grammat.voto.31. in cauſa eiuſdem.num. 22. Pro qua etiam citatio requiritur.Innoc.in c.conſuluit.de offi. lega. Roma.ſing.414.incipien. ſententia abſolutoria. de qua abſolutoria ab obſeruatione iudicij loquemur etiam infra quæſt. 114. Tres item iudices (vt ad rem redeamus) pronunciauerunt per primum iudicem bene fuiſſe, & eſſe proceſſum, & male appellatum. Moti fuerunt dicti
2 tres, quia † vſuræ cognitio,& omnis alia ſpiritualis cauſa ad iudicem eccleſiaſticum proprie ſpectat.c.cauſam.1.& c.lator.qui fil.ſint legi. ca. tuam.cum glo.fin.& ibi Docto.de ordi. cogni.l. omni innouatione.C.de ſacroſan.eccleſ. Bart.in l.quoties. C.de iudic. quem ibi ſequuntur Alex. & Iaſ. colum.2. & ſeq. hanc communem affirmantes,& omnes in l.Titia.ff.ſolu. matr. Et licet magna ſit contentio an vſurarius criminaliter puniri poſſit, quod quidem negarunt Bal. & Salyc.in l.improbum. C.ex quib.cau.infa.irro.Iaſ.conſi.153.colum.fin. lib.3.latè D. meus, conſi.170.Aimo.conſil.6.101.& ſequen. Grat. reſpon.39.num.2.lib.2.Maria.Sozzi.Iun.conſi. 83.colum.2.lib.2. Alij verò,& magis communiter contrarium affirment, prout Iaco. Butr.in alleg.l.improbum, quem ſequuntur Ioan. Bap. de S.Seue.in repet.l.cũctos populos.C.de ſum. trini.dicentes ſaltem puniri debere crimine ſtellionatus: & appellatur crimẽ vſurarium, quod eſt contra Deum, contra canones, contra naturam, & contra bonos mores: & quod vſurarius dici poſſit legalis latro: quaſi latro à legibus toleratus. Idem voluerunt Corn. conſil.19. vbi late,& conſil.159.lib.3.Ioan.Ant.Rub.conſilio 65. in fin. In hoc tamen omnes concordant q̃ ſolus iudex eccleſiaſticus punire poſſit vſurarium, vt per Corn.Dec.& Ioan.Anto. Rub.vbi ſupra, ac per Grat.dicto conſi.39.lib.2.per Soz. conſil.200.& per Iaſ. poſt Alexan. in l. quoties, nu.6.vbi hanc communem, & ſeruari affirmat.
3 C.de iudi. ſequitur igitur quòd epiſcopi, † ſeu ſuperioris præceptis obediendum ſit. ca.ſi quis teneat,& c.omnes.de maior.& obed.c.nouit.de indi.c.1.de maior. & obed.& toto tit. ff. ſi quis iuſdicen. non obtemp. & qui non obedit ſuperiori poteſt dici rebellis. Abb.in c.ſanè quia.de
4 offic.deleg. Nec dicatur, inhibitioni, ſeu † præcepto iniuſto parendum non eſt. ca. ſi dominus & c.ſe.11.quæſt.111. Hinc dicunt iudicem ſecularem, ſententiam, ſeu præceptum iudicis eccleſiaſtici exequi non teneri, vbi ſibi de illius iniuſtitia, iniquitate, ſeu nullitate conſtat. c. ſollicitudinem, uerſ.ſi uerò,& ibi Philip.Franc.de appell.Card.in clem.2.in fi.princip.de pœni.& remiſ.Io.Andr.in c. cum in iure peritus.de offi. deleg.& in c.1.de offi.ordi. Pet.de Anch.conſi. 382.retento, ante num.8. verſ. & hoc pro vero. Amplio vt nec etiam principi ſeculari, vel eccleſiaſtico, eiuſque præceptis parendum ſit quando ſcandala, vel mala ſequi poſſent. ca.1. diſtin.9.cap.1.diſtin.10.c.paſtoralis.§.fi.de offi. deleg.c.qui ſcandalizauerit de reg. iur. Gemin. poſt Vgo.in ca.ſi epiſcopus, & ibidem Cardin. Alexan.18.diſtin.Innoc.in c.inquiſitioni, de ſenten.excom.& Abb.in c.cum parati, colum.2.de appell. Quia reſpondetur, quòd præceptum nõ fuit iniuſtum, ex quo cognitio ſpiritualium ad eccleſiaſticum ſpectat, vt ſupra probaui: & cauſa brachij militaris ſit præiudicialis cauſæ, ſuper qua inhibitum fuit, vndè meritò inhibitio ſubſiſtebat: & illi parendum erat donec reuocaretur,
5 etiam ſi dubium fuiſſet, an † pręceptum eſſet iuſtum, vel non, propter bonum obedientiæ. iux. gl.fi.in c.2.de maio.& obed.c. quid culpatur cũ gl.fi.23.quæſt. c. Angel.in l.4.§.condemnatum: ubi alij ſequuntur. ff. de re iudic. ego quicquid hæc Rota Florentina aliàs ſenſerit, huius ſum ſenten-

sententiæ, videlicet, quòd per quamcunque similem inhibitionem non possit, nec debeat executio huiusmodi impediri: quòd si ecclesiasticus super vsura cognoscere vult: id faciat, & cognoscat post executionem, & hanc opin. tenuerunt in indiuiduo duo magni, & in iure canonico primarij, Anch. videlicet, consi. 234. incip. casus talis est, post præceptum, & Fely. in c. ex administrationis, nu. 12. ver. Adde etiam aliud remediũ de iureiur. Ancha. etiam sequitur Afflict. Dec. Neapo. 30. incip. fuit dubitatum an si, ante num. 2. qui illud consi. 234. citare voluit. Reliquum ē, vt nonnullos terminos, de quibus supra non omnibus notos declaremus: & quædam præmissa (more nostro) oculis omnium subijciamus: locuti fuimus de tenuta, illiusque confirmatione, super

6 qua † tenuta habemus statutum Florentinũ, sup quo consuluit D. meus Phi. Dec. consi. 558. Et tenuta, quæ frequentissima est Florentiæ, uocari potest immissio ex primo decreto, & præparatio ad secundum decretum, quæ conceditur possessoribus non citatis, & sic contra regulas iuris. ad tex. in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & ad alia quæ adduxi supra q. 42. num. 3. & contra id quod in terminis voluerunt Ancha. consi. 133. satis inaduertenter. & consi. 292. videtur prima. Alex. consil. quinto. libro 2. & in terminis tenutæ, quòd citatio requiratur, voluit Grat. respon. 75. num. 5. & seq. lib. 2. Vide Negusan. de pigno. & hypote. in 2. memb. 3. par. post nume. 158. de immissione in possessionem absque citatione, vide Bero. in cap. quoniam contra. num. 97. de probatio. & ibi ego nu. 101. ex commu. sententia affirmo credendum esse nuncio, cui commissum erat, vt Meuium in possessionem bonorum Titij immitteret, non solum super immissionem, sed etiam super eo, quòd sint bona Titij. Pro defensione statuti, & stili Florentini non requirentis citationem in tenuta decernẽda hoc ineuitabile, & solidum fundamentum adduco, quòd ubi ius, vel statutum exigit iustificationem actus gesti, & quod actus, qui fieri conceditur, postea iustificetur, non est necessaria citatio in actu conficiendo prout uidere est in statuto quòd captura debitoris infra triduum iustificari debeat, tunc citatio capturam de necessitate præcedere non debet, ꝑ ut concludunt Mar. Sozz. in tract. citatio. colum. 53. in 9. casu. Hyppo. de Marsi. in l. de unoquoq. colum. 39. in 34. limi. Nicel. in 52. concor. glos. fallen. 95. In casu autem nostro post ipsam tenutam, vt ad illius cõfirmationem deueniatur, pars citanda est: & tenuta iustificanda ut ex dispositione statutorum Florentinorum colligitur, & ita se habet stylus, & obseruantia, & ad oculum percipere poterit quilibet ex infra subijcienda formula confirmationis tenutæ, post num. 11. vbi visa quadam comparatione, & dictæ tenutæ, & præceptorum iustificatione, & parum post, ibi. Ac dictæ tenutæ, & præceptorum iustificatione. Et tenuta huiusmodi est reuocabilis: si autem non reuocetur confirmabitur post annum: & in quo differat tenuta in reali, a personali, & de primo, & secundo decreto, & pro alijs præmissis, vide doct. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dã. infe. Alex. consi. 5. lib. 2. & in l. 3. §. fi. num. 12. & ante num. 2. ff. de acqui. pos. Anto. Negusan. latè supra in 2. memb. 3. par. Et voluerunt Alex. in dicto §. fi. num. 7. & Negusan. vbi supra, num. 8. &

7 memb. 3. par. 3. nu. 3. † immissum in actione hypothecaria ante annum effeci possessorem reuocabiliter: post annum verò irreuocabiliter. Nõ omitto etiam, ꝙ in immissione in possessionem

8 ex primo decreto non est necessarius † libellus. l. pręsenti. §. cum autem monitus. C. de his quiad eccle. confu. Ioan. Andr. in c. 1. de libel. obla. Bar. in alle. l. si finita. §. Iulianus. & ibi omnes. ff. de dã. infe. Intellige tamen, vt aliqua petitione opus sit, vt per vtrunque Imo. in dicto. §. Iuliaaus. Nunc duas formulas tenutarum subijciam, quarum prima erit vigore sententiæ, huius tenoris. † Nos Quintilianus Mandosius Romanus Iu. Vt. Doct. vnus ex sex ducibus consilij ciuitatis Florentiæ, necnon ad præsens Iudex, Auditor, cognitor, & decisor causarum, & quæstionum ciuiliũ, & mixtarum primarum instantiarum Quarteriorum S. Spiritus, & S. Crucis, ciuitatis, comitatus, & districtus Florẽtiæ pro tribunali sedentes, ad nostrum solitum iuris bancum pro iure reddendo, ut moris est, & nostræ curiæ, visa quadã senten tia, & pronunciatione lata, & data die &c. Quæ quidem sententia cum omnibus in ea contentis coram nobis, & nostra curia producta, ostẽsa, & allegata fuit, Dei nomine repetito pronunciamus &c. dandam fuisse, & esse, & dari debere, & posse pro iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ, Iu. Vt. Doct. D. Carolo Campano ciue Florentino procuratore N. & N. dictis nominibus, eamque damus, & concedimus dictis principalibus dicti D. Caroli licet absentibus, & dicto D. Carolo procuratori ipsorum præsenti, recipienti, & acceptanti in bonis, de bonis, & super bonis &c. pro iuribus, rationibus, causis, summis, & quantitatibus &c. & quinque pro centinario decurrẽdis. & pro expensis legitimè factis, & faciendis: & vltra de iure, & secundum formam statutorũ, & ordinamentorum communis Florentiæ: & cõmittimus, imponimus, & mandamus M. Nuncio publico, & cuilibet alij Nuncio publico dicti communis Florentiæ insolidum, quatenus vadat, & ex nostri, nostræque curiæ parte, commissione, & mandato, ad petitionem, & instantiam dicti D. Caroli dictis nominibus quærat, & inquirat, & perquirat, inueniat, & inuestiget bona, & de bonis prædictis, & ipsis bonis sic inuentis, & repertis in eis, & eorum tenuta, & actuali, & corporali possessione dictorum bonorum ponat immittat, & inducat: ac inductum manuteneat, & defendat dictum D. Carolum dictis nominibus, & dictos eius principales, & quemlibet alium, eorum legitimum procuratorem pro eis in tenutam, & corporalem possessionem dictorum bonorum pro iuribus, rationibus, causis, summis, & quantitatib. suprascriptis. & de quib. fit

fit mentio: quinque pro centinario: & pro expensis legitime factis, & faciendis & vltra de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ &c. Altera
10 † formula tenutæ vigore instrumenti publici est hęc videlicet. Nos Quintilianus Mandosius &c. Viso quodam publico instrumento venditionis & emptionis &c. seu adiudicationis bonorum, fideiussionis, promissionis, obligationis, renunciationis, & guarentigiæ publice scripto, rogato, publicato manu &c. in quo, & per quod &c. continetur, constat, & apparet qualiter de anno, &c. A. ciuis Florentinus per se, & per suos hæredes dedit, & vendidit, seu adiudicauit insolutum B. præsenti, & pro se, & suis hæredibus recipiente vnum prædium cum domo &c. pro precio &c. Cum promissione defensionis generalis. Et pro maiori securitate dicti emptoris C. & D. & quilibet eorum insolidum assecuratio nem præmissorum &c. Quæ quidem publica instrumenta emptionum, venditionum, adiudicationis bonorum &c. coram nobis, & nostra curia producta, ostensa, & executioni demandari petita fuerunt per Do. Antonium Molinellum Iur. Vt. Doct. ciuem Florentinum procuratorē &c. Dei nomine repetito pro tribunali sedentes &c. pronunciamus &c. tenutam, & corporalem possessionem, dictorum bonorum dandam fuisse, & esse, & dari debere, & posse Do. Antonio Molinello dicto nomine de iure, & secundum formam statutorum communis Florentiæ. Et cōcedimus dicto D. Antonio Molinello dicto no-
11 mine, & alias, vt in præcedenti formula. † Formula vero confirmationis tenutæ hæc erit. In Dei nomine Amen. Nos Quintilianus Mandosius &c. Visa quadam sententia, & pronunciatione tenutæ, & commissione de immittendo in tenutam lata per nos, seu per nostrum proximè præcessorem suo die &c. in fauorem Iur. Vtr. Doct. D. Francisci Mercati ciuis Florentini, procuratoris, & eo nomine N. eo in bonis, & super bonis, & pro iuribus, actionibus, &c. de quib. in dicta pronunciatione tenutæ fit mentio, & omnibus in ea contentis: Visa immissione in tenutam &c. Visa relaxione immissionis in tenutam postea factæ, per Nuncium publicum communis Florentiæ &c. visis præceptis de disgrombrando factis &c. visa quadam comparatione, & dictæ tenutæ, & præceptorum iustificatione &c. Dei nomine repetito pronunciamus dictam sententiam, & pronunciationem tenutæ, ac cōmissionem de immittendo in tenutā, & dictam immissionem & eius relationem, & dicta præcepta de disgombrando, & eorum commissionem & relationem: ac dictæ tenutæ, & præceptorū iustificationem, & cætera omnia alia, & singula acta, & actitata, facta, & gesta in prædictis, & circa prædicta in fauorem, seu ad petitionem, & instantiam dicti Dom. Francisci Mercati dicto nomine valuisse, & tenuisse, valere, & tenere, & confirmanda fuisse, & esse, ac confirmari debere, & posse de iure, & secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ: eaq; hac nostra pręsenti sententia confirmamus, & approbamus pro iuribus, rationibus, & causis, summis, & quantitatibus, in dicta pronuntiatione tenutę contentis deductis, & petitis. & pro expensis legitimè factis, & faciendis, quinque pro centinario, & vltra de iure, & secundum formam statutorum: & ordinamentorum communis Florētiæ: & dictis præceptis de disgombrando fuisse, esse parendum, & pareri debere per dictos omnes, quibus dicta præcepta de disgombrando facta fuerunt: Et ita eos, & quemlibet eorum condemnamus ad parendum præceptis prædictis, & ad dimittendum, & relaxandum bona prædicta dicto Dom. Francisco Mercato dicto nomine libera, vacua, & expedita, & victos &c. Ne illam
12 clausulam supra pluries repetitam † videlicet. (Quinque pro centenario, & vltra de iure, & secundum formam statutorum &c. in cassum, uel temere appositam quis existimet, annuo quòd per statuta Florentina in pluribus casibus propter moram non soluentis, vel rem non tradentis, seu dimittentis: rursus in fauorem obtinentis confirmationem tenutæ, cauetur pro interesse dāda, seu computanda esse quinque pro centum, vsque ad integram satisfactionem, seu rei consignationem. Quod quidem statutum, consuetudo, seu iudicis decretum, q missus in possessionē lucretur fructus ad rationem tot pro centum uæ let: ratio pręcipua est, in pœnam contumacis, & in fauorem creditorū maximè negociari, & mercari solitorum, nec propterea vsura cadere poterit, prout colligitur ex glo. in ver. seruandi, ver. Sed nunquid fructus, in §. si vero. in authen. de exhi. reis. & ibidem Ange. & ex ijs quæ voluerunt Bal. in l. 2. col. 4. ff. si ex noxa, cau. aga. Lud. Roma. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. infec. Lauren. de Rodulf. in tract. vsura. quæst. 64. Bal. in c. consultationib. & ibi plenius Feli. nume. 10. versic. Vos teneatis indistinctè, quòd statutum valet. de offi. dele. Et propterea hæc clausula apponi consueuit prout per Anto. Negusan. virum doctum, & huius Rotæ Florentinæ Auditorem in suo tracta. de pigno. & hypote. in 2. membr. 3. par. & ideo adduntur illa verba. Et vltra de iure, & secundum formam statutorum, quia per aliquod statutum interesse pinguius peti posset: & etiam ex dispositione iuris præsertim Florentię, quæ mercatoribus plena est. De statuto, & consuetudine in alia materia videlicet, de dandis quinque pro centum mulieri vsque ad solutionem dotis tractat Curt. in cap. fin. de consue. fol. 12. affirmans seruari communiter. At cuicunq;
13 † mercari, vel negociari solito debetur interesse
14 damni emergentis: imo etiam † lucri cessantis. l. curabit, & ibi Doc. C. de actio. empt. l. si commissa. ff. rem rat. habe. l. atqui natura. §. non tantum. ff. nego. gesto. cap. peruenit. & ca. sequen. de fideiuss. Innocen. in cap. sacro. de senten. excom. Cyn. in authen. ad hæc C. de vsur. Bar. & Iason l. 3. §. fin. ff. de eo quod cer. loco. Doct. omnes in l. vni. C. de senten. quæ pro eo quod inte. Ancha. consi. 148.

conſ.148.apud.versus fin. Alexan. conſil.191. visa ſcriptura.colum, fin.verſic.præterea intentio.lib.2.D.meus Philip.Dec. conſ.322. nu.5. & conſi.442.ante num.14. vbi communem affirmat.Afflic.Dec.Neapo.20.Rui.conſi.103.num.4.lib.1.Abb.in cap.conqueſtus. de vſur. Natta conſi. 370. Quòd autem fructus, ſeu redditus ad quinque pro centum condecens, proportionabilis, & à iuribus comprobatus ſit,probo ſuper ſign.Gratiæ tit.ſi in euidentem, ver.Et quod quinque pro centum, & ibi dictis addo iuſtam penſionem etiam dici quinque pro centum,quæ per viginti annos collecta cōtinet veram rei æſtimationem,vt per ibi adducta,pro quibus etiam no.Anto. Natta conſi.497.quædam nobilis.nu.11.Quomodo autem contingere potuerit,quòd Dionyſio Syracuſas tenente Syracuſani quinque annorum ſpacio cunctas facultates ſuas in ſoluēdis tributis conſumpſiſſent,qui ſcire voluerit videat in Politi.Ariſto.lib.5. cap.11. Non omitto declarare,quòd quando executio non fit, ſuper eadem re,ſed in alia,puta quis condemnatur ad centum,ſeu tenuta facta fuit ſuper bonis alicuius pro centum,& bona debitoris ſubaſtantur, emptor autem non reperitur, alia via conſulendum eſt creditori, vt bona videlicet extimentur, & creditori pro iuſto precio,& pro cōcurrenti quātitate adiudicentur. iuxta tex. in l.à diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi.& ibi per omnes.l.ordo.C. de exe.rei iudi.Sozzi.conſi.37.colum. 3. & ſeq. volum.4.Dec.Neapo.358.Capit.Dec. 41. Rober.Maran.in ſuo Specu.in vlt.actu prin.nu.14.&18. Addere ſoleo adiudicationibus, quæ hic Florentiæ coram me fiunt,clauſulam hanc, Declarantes tamen,ꝙ omne reſiduum,quod ſupereſſet de extimatione facta ſatisfactis prædictis actoribus deponi debeat penes idoneum depoſitarium pro ſoluendo creditoribus anterioribus, &potioribus ſecundum prærogatiuam ipſorum. Et ſciendum eſt, ꝙ datio inſolutum æquipollet uenditioni.l.ſequitur.§.de illo,in fi.ff. de uſuca.l. fin.ff.qui.ex cau.in poſ.ea. Fab.de Monte.l.ſi prædium.C.de euictio.Iaſ.in l. à diuo pio. §. ſi pign. num.7.ff.de re iudi.de emptio. & uendi. in 2.q. princip.poſt num.31.verſic. Item quòd permutatio,& inſolutum datio. De annali præſcriptione ſtatutaria ſuper adiudicatione bonorū locutus ſum dum caſus annales recenſeo ante num. 139.Nonnunquam in ſententia, uel alio decreto reſeruatur,ſeu datur ius retinendi prædium, ſeu domum,puta ob melioramenta facta, donec illi de præcio melioramentorum ſatisfiat.l. paulus reſpondet.ff.de do.excep.l. ſi horrea.ff.de cōdi.indeb. argum.l.in reb.§. poſſunt. ff. commo. notat Bar.in l.ſi non inducto.in qui. caſi. pigno. vel hypo.Idem Bar.in l.ſi non ſortem.§.ſi centū. ff.de condi.indeb. Caſtren.in l.nihil.§. vlt. ff.de lega.1.& late Couarub.Varia.reſolu.lib.2.c.15. Et finita locatione conductor habet ius retinendi quoſuſque ſi de melioramentis ſatisfiat.l.colonus.& l.cum fundum.& utrobique glo. ff. de ui & ui arma.& per Menoc.latè in 11.remed.recuperan. num. 6. & ſequen. ex qua retentione ſibi tributa in re donec præcium ſoluatur quis fructus lucrabitur.l.fi.ad fi.ff.de ſun.dota.l. curabit. C.de actio.emp.Bar.& Alex.in addi. ad ipſum, ac Sali.in l.Iulianus.§.offerri.ff.eo.ubi quòd etiā de iure canonico fructus huiuſmodi retineri poſſunt, prout etiam dicimus,finita emphiteuſi ratione melioramentorum integram rem emphiteuticam retineri poſſe.ad tradi. per omnes in l. 1.& 2.C.de iu.emphi.& in auten.qui rem.C.de ſacro.eccle.& voluit D. meus Philip. Dec.conſi. 518. & circa retentionem pro melioramentis pulchre diſtinguit Saly.in l.domum.colum.pen. & fi.cap.de rei uend.eſt tex.in §. certe illud, & ibi omnes.Inſti.de re.diu. pro quibus videri poterit Neguſan.de pigno.& Hyppo.in 4.membr. 5.par.num.10.& ante.& num.ſequen. Et eundē Neguſan.ac Pau.Caſtren.ac Neguſan.citatum,citat etiam Put.Dec.471.incipien. die 11. Octob. 1546.li.2. in qua Dec. pulchre tractatur quādo melioramenta ſunt illiquida,an, & quando per dationem cautionis prouideri poſſit, & de impetranda deſuper commiſſione. Videatur etiam Dec.Accoramb.8.incipiens,voluit Dec. libro 2. Pro melioramentis etiam ſimplici colono,etiam contra eccleſiam, etiam in executione datur retentio donec fuerit ſatisfactum de precio, ſumptibus,& labore.l.intra vtile.in fi.ff. de minor.l. penul.ff.loca.c.1.& ibi Innoc. ac Abb.colum.2. verſ.Et in hoc nota bene tex. de inte.reſti.& ibi de hoc tracto.num.32.Supra etiam mentionem fecimus brachij militaris,cuius hic formulam ſubijcio,quæ eſt. † Ad petitionem, & inſtantiam Iu.Vt.Doct.D.Gherij Gherardacij ciuis Florentinis,procuratoris, & eo nomine N. ſupradictus D. Iudex conſilij iuſtitiæ ciuitatis Florentiæ cognitor,& deciſor cauſarum,& quæſtionum ciuilium primarum inſtantiarum Quarteriorum S. Iohannis, & S. Mariæ nouellæ,pro tribunali &c. viſa quadam ſententia, & pronunciatione cum expenſarum condemnatione lata, & data ſub die &c.per excellentiſſimum Iu. Vtr. Doct. Dom. Iulium Iuſtinianum Genuenſem tunc Iudicem,& Auditorem,cognitorem,& deciſorem cauſarum,& quæſtionum primarum inſtantiarū Quarteriorum S.Iohannis,& S.Mariæ Nouellæ ciuitatis Florentiæ in quadam cauſa, & quæſtione tenutæ, & præceptorum tunc coram eo,aut eius curia uertente inter dictum Dom. Gerium dicto nomine agentem ex una &c. Dei nomine repetito pro tribunali &c. in his ſcriptis cū cauſæ cognitione, & omni meliori modo quo poſſumus,& debemus,pronunciamus &c. dictam tenutam, & pronunciationem tenutæ, & commiſſionem de immittendo, & tenutam, & dictam immiſſione in tenutam,& eius relationem,& cōmiſſionem præceptorum de diſgombrando, & dictorum præceptorum relationem, & dictæ tenutæ.& præceptorum iuſtificationem, & cætera omnia alia acta,& actitata,facta,& geſta in dicta cauſa,& cauſis pro parte, & in fauorem, ſeu ad petitionem dicti Dom. Gerij dicto nomine ualuiſſe,

fuisse,& tenuisse,& valere,& tenere,& confirmãda fuisse,& esse,& confirmari debere,& possede iure,& secundum formam statutorum , & ordinamentorum communis Florentiæ:eaq; oïa had nña præsenti sententia confirmamus & approbamus pro iuribus,& rationibus,& causis,de quibus in dicta sententia,& pronunciatione tenutæ fit mentio, & ibidem contentis , & deductis pro summa flor. 3000 & pro quinque pro centenario eidem Dom. Gerio dicto nomine debitis, & debendis à die pronunciæ tenutæ,& pro expẽsis legitimè factis, & faciendis, & pro non facto, & pro damnis,expensis,& interesse passis.& supportandis ex causa euictionis &c. & dictis præceptis de disgombrando fuisse,& esse parendum & pareri debere, & posse de iure, & secundum formam statutorum , & ordinamentorum communis Florentiæ per dictos omnes , & singulos, quibus,& ad quos dicta præcepta facta fuerunt: & ita eos, & quemlibet eorum ad parendum pręceptis prædictis condemnamus : & ad euacuandum, & disgombandrum, & pacificè , & quiete dimittendum,& relaxandum dicto Dom. Gerio dicto nomine contenta, & confinata, libera,vacua,& expedita. Dictosque conuentos,& quemlibet eorum victos dicto Dom. Gerio dicto nomine victori in expensis condemnamus,quas tamen volumus dictum Dom. Gerium dicto nomine consequi posse super dictis bonis,quarum expensarum taxationem &c. Et prædictam sentẽtiam pronunciationem &c. Visa quadam alia sententia,& pronunciatione lata, & data sub die &cæt. per iudicem primarum appellationum ciuitatis Florentiæ in causa primæ appellationis interpositæ tenoris &c. per quam declarabatur bene fuisse & esse iudicatum: & dictos N. & N. & alios quoscunque detentores, & occupatores dictorum bonorum teneri ad dimittendum , & relaxandum dicta bona secundum quod condẽnati fuerũt p prædictas sententias ut supra latas: & propterea maxime dicti Dom. Gerij dicto nomine interfuisse,& interesse habere, & consequi tenutam,& corporalem possessionem dictorum bonorum,& prædicta,& infrascripta fieri,& dictos supra nominatos, & eorum respectiue vxores,filios,& familias, & quemlibet eorum cogi, & compelli omnibus iuris , & statutorum remedijs quantumuis ad dimittendum, & relaxandũ bona,& eorum tenutam,ac corporalem possessionem dicto D. Gerio Gherardacio dicto nomine, & eos manu, & brachio militari expelli de dictis bonis: & ipsis sic expulsis dictum Dom. Gerium dicto nomine,seu quemlibet alium &c. & inductum manutenendi,& defendendi: & dari,& cõcedi licentiam militibus,socijs,stipendiarijs &c. vel alijs ad executionem deputatis,vel in futurũ deputandis , & cuilibet eorum insolidum eundi ad dicta bona, & de dictis bonis expellendi manu, & brachio militari per vim supra nominatos per dictam sententiam condemnatos, & quoscũque alios illicitos occupatores, & detentores dictorum bonorum: & ipsis expulsis in eis , & eorum tenuta,& corporali possessione ponendi,& immittendi dictum D. Gerium dicto nomine,& eius principalem. Et alia faciendi ad effectum habendi,& consequendi dictum brachium militare. Visa forma iuris statutorum,& ordinamentorum,communis Florẽtiæ,& quæ videnda fuerunt omni meliori modo quo potuit, & potest commisit, imposuit,& mandauit nuncio &c. ꝙ notificat &c. dictis N. & N. condemnatis, & quibuscunque alijs occupatoribus, & detentoribus dictorum bonorum, ac cuilibet eorum sentẽtentias, ac pronunciationes de quibus supra fit mentio &c. ne vllam de prædictis, vel infrascriptis ignorantiæ causam prætendere, vel allegare possit quomodolibet. Ipsosque omnes supra nominatos,& comprehensos,& quemlibet eorũ citet,& requiret quatenus infra secundam diem iuridicam proxime futuram à die , & post diem huiusmodi notificationis,protestationis, citationis,& requisitionis,relaxent dicta bona secundũ quod uti supra condemnati fuerunt: & eisdem, & cuilibet denunciet, & protestetur, ꝙ de cætero modo aliquo non intrent, stent, morentur in dictis bonis,de quibus in dictis sententijs supra fit mentio: nec in aliqua eorum parte aliquam molestiam inferant,nec inferri faciant dicto Domino Gerio dicto nomine. Nec in eis aliquod vtile,vel inutile faciant per se , vel alios aliquo modo,sed dicta bona de quibus supra, & in dictis snījs fit mentio,dimittant,& relaxent,vacua, libera & expedita dict. D. Gerio dicto noïe: Aliàs sub comminatione. quòd si secus, aut contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerint, vel aliquis ipsorum fecerit, dictus D. Gerius dicto nomine reuocabit,& reputabit,& ex nunc sibi reuocat, & reputat ad iniuriam,& molestatam, & turbatam possessionem: & consequenter eos accusabit de turbata, & molestata tenuta vel possessione dictorum bonorum: & contra eos: & quemlibet eorum aget, & prosequetur iura sua ciuiliter & criminaliter, ordinarie, & extraordinarie. De
16 † brachio, seu manu, uel auxilio militari Tuscię frequentissimo, habemus text. in l. qui restituere iussus. ff. de rei vendi. & in l. si quis missus, ff. ne ui s fin. ei qui in poss. mis. est. in l. 2. ibi. Vt per militarem manum correpti,& parum post, militare auxilium postulauerit. Iterum si adminiculum militare præbere soluerint. rursus, Militare auxilium rector prouinciæ à tribuno, vel à primatib. numeri faciet dari , si ciuilia non posse sufficere perspexerit. C. de his qui l. 2. latro. occul. Et per similia verba loquitur iureconst. in l. si aliquem. ff. de off. proconsl. ibi. Ministeria quoque militum si opus fuerit ad curatores iuuãdos. in l. 1. & ibi gl. vel manu. ff. simul. ven. nomi. De quo ẽt Paris. de Put. in tract. sindica. in uersi. bracchium. Alexan. consi. 106. Magnifice. colum. penul. versi. Nec obstat, ꝙ nos. lib. 3. ubi etiam quod dicitur remediũ iudiciale. Et quod decernatur contra detentorẽ post confirmatam tenutam, voluit etiam Neguslan. in alleg. trac. de pigno. & hypothe. in 2. mẽb. 3. par. num. 13. Romæ (nisi loquamur de tribunali

nali capitolino) nunquam tractatur de brachio
17 militari, sed sæpissimè de † brachio seculari, de quo habemus tex. in ca. cum non ab homine. in fi. de iudi. in cap. 1. & ibi per Doct. de offic. ordi. de hoc tractaui in 2. formu. commiss. in uer. Auxilumque brachij secularis. Ibi citatis addo Oldr. consi. 89. incipien. Episcopus inuocat brachium seculare. ubi concludit, quòd potuit. Rursus vult principem, seu iudicem secularem tunc debere exequi decretum, seu sententiam iudicis ecclesiastici, quando videt illud, seu illam, iustum, seu iustam, prout etiam per Abb, & Felin. num. 2. in cap. significasti. de offi. celeg. pro quibus vide tu omnino Rober. Maran. in 1. sua quæst. quam super ijs nuperis ædidit, hanc materiam ad partes discutiens, & concilians opiniones omnium. De auxilio brachij secularis, & quòd brachium seculare differat à brachio militari, & brachium seculare ordinarij, ab illo delegati, & quando decernatur vide Lanfran. de Oria. in clem. dispendiosam. super gl. in uersic. cohercere. de iudi. Supra etiam locuti fuimus de Iudicibus Quarteriorum, rursus de tribus iudicibus Rotę Florentinę igitur currenti calamo, qui isti, & omnes iudices huius Rotæ sint explicabimus: Suppono parum
18 Florentiæ versatis, sex esse iudices, seu † Rotæ Florentinæ Auditores, quorum duo fuimus, et Auditores, seu iudices Quarteriorum, uidelicet excellentissimus D. Iulius ex nobili familia Iustiniana Genuen. & ego, ille ad præsens Quarteriorum S. Iohannis, & S. Matię Nouellæ, ego Quarteriorum S. Spiritus, & S. Crucis, qui sumus iudices ordinarij primarum instantiarum ciuitatis Florentinæ, prout etiam cauetur statutorum libro 2. rub. 1. in illo cap. in quo tractatur de iudice competenti, sub ijs uerbis, & quilibet agere volens, seu petēs teneatur adire iudicē sui Quarterij, videlicet, in quo habitat: & si plures fuerint creditores, siue personæ diuersorum Quarteriorum simul agere volentes ex eisdem, uel diuersis causis possint agere in quocunque Quarterio voluerint: Forenses uero, vel non descripti sub certo quarterio possint agere sub iudice cuiuscū que quarterij voluerint, quod tamen statuti caput in 1. membro iuri communi aduersarij vide
19 tur, † actor enim forum rei sequi debet, non contra. l. iuris ordinem, & l. in criminali. C. de iurisd. om. iudi. l. fi. C. ubi in rem actio. c. si clericus laicum, & cap. cum sit generale, de fo. compe. ca. experientiæ, & cap. sequen. 1. quæst. 1. Est bene verum, quòd quolibet semestri iudices ij mutant quarteria: sumus item iudices ordinarij causarū appellationum in toto dominio, seu territorio Florentino. Tertius iudex appellationum nuncupatur à sententijs, videlicet, à iudicibus Quarteriorum inter Florentinos, vel Florentiæ degentes latis. Tres item iudices sunt, qui cognitionē, & decisionem habent omnium causarum appellationum interpositarum, à iudicibus Quarteriorum, vel a dicto iudice appellationum nūcupato, & sic sumus sex Rotæ Auditores, seu iudices. Nonnunquam per speciale rescriptum magni Ducis committuntur causæ Auditoribus seu iudicibus Rotæ Florentinæ sub ijs verbis. Audiat Rota Florentina, & tunc nisi dicatur: audi Rota, intelligitur de quinque iudicibus prędictis, videlicet illis duobus quarteriorum, & illis tribus, & hoc iure vtimur. Idem etiam dicendum est quando aliquis magistratus Florētinus consuluit Rotam, seu ab ipsa postulat qualiter pronunciandum sit: Nos enim quinque negocio inter nos, discusso, & plene examinato, referimus quod iuris, & qualiter causa pro iustitia termi-
20 nanda veniat. † Et omnes nos sex Auditores rationem nostrarum sententiarum in scriptis reddimus infra 20. dies post sententias prolatas, seu post relationes factas alijs tibunalibus nos consulentibus: & has sententiarum, seu relationum rationes in scriptis redditas, & per nos rescriptas motiua vocant, eo quòd contineant rationes, iura, & argumenta, quibus ad ita pronunciandum seu referendum moti fuerimus, sic & antiqui Iureconsu. & legum conditores mouebantur ad respondendum affirmatiue, vel negatiuè prout videre est in l. qui fide alterius, ibi. Nec me mouet. ff. manda. in auten. de tempo. non solu. pecu. super dote. §. generaliter. ibi Quod nos ad præsentem legem mouit. l. qui filium. ibi Motus ex ęquitate rei. ff. ad trebel. in l. conditionibus pupillus. quæ est 5. ibi Nec quenquam moueri, quod expleta conditione &c. ff. de condit. & demonstra. Idem inferunt illa verba Vlpiani in l. si vsusfructus. ibi argumentum Iulianus pro sententia sua affert tale &c. ff. quan. di. lega. ced. Meritò ēt, & præcipuè in sententijs prolatis à tota nostra Rota motiua appellamus, quippe qui ex diuersis animi moribus in vnum consensimus, idest in vnam sententiam decurrimus, iuxta text. in l. 1. ver. Nam sicut. ff. de pact. Et de motu animi Imperatoris à cęlesti arbitrio sumpto habemus. tex. in l. prima. ad fin. ibi Post etiam motus animi nostri, quē ex cœlesti arbitrio sumpserimus vltione plectendos. De motu ex cōsensu gentium, loquitur Plin. lib. 2. Natu. histo. c. 4. quærens cur dicatur mundus, inquiens. Equidem & consensu gentium moueor, namque cosmoci græci nomine ornamenti appellauerunt eum, &c. Quæ motiua per publicum officiarium in libros, & uolumina rediguntur, & in loco ad id deputato maxima cura, & solertia custodiuntur, quorum motiuorum exemplaria a dicto officiario partibus litigantibus, vel alijs etiam cum ipsius propria subscriptione plerunque iudicibus ostendēda, vel producenda dantur. & inter alia commoda, quæ ex motiuis huiusmodi eliciuntur illud vnum est, quòd uerba ambigua sententiæ, seu iudicis intentio, & mens declarantur ueluti a sua causa. argum. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de lega. 2. Sozzi. consi. 108. casus ser Francisci, col. 2. versic. septima ratio, lib. 3. & consi. 24. aliunde, colum. 2. versic. Ad idem volum. 4. & in terminis motiuorum quando iudices illa ex forma statutorum conficere tenentur, quòd declarent sententias latas, concludit Mar. Sozzi. Iun. cōl. 181.

de

de duobus,numero.79. & sequen. libr. 2. quod
etiam de iure procedit, vt per iudicem fiat talis
declaratio: licet enim iudex sententiam diffiniti-
uam mutare, aut corrigere, vel emendare non
possit.l.iudex postquam, & ibi Alex.num. 12.
de re iudi.l.dicere,in fi.ff.de arbitr.l. si vt propo
nis,1.cum glo.fi.& ibi Bar. C. quomo. & quan.
iud.§.His itaque,cum glo.in versic.errorem.35.
quæst.9.Innocen.& cæteri in c.literis, de offi.de-
lega.Rui.consi.142.num.1.volum.4.Tiraq.in l.
boues.§.hoc sermone.in 1.limita.num. 49.ff.de
uerbo.signifi.Bellon.liqro 3.supputa. iuris. cap.
18.nvm.1.Et illum tex.in l.iudex postquam.pro
cedere potius in ordinario quàm in delegaro sen
tire videtur ibi.Bar.num.3. & nonnulli ex supra
citatis. Quod autem idem dicendum sit in dele
gatis a principe,etiam ad vniuersitatem causarũ
supponunt præfati,ac Nic.Boer. & per eum re
lati,Decisio.6.& incip.& videtur. nu. 1.cum
sequen. limitant præfati, si sententia lata, fuisset
nulla,tunc enim denuo cognoscere,& pronun
ciare posset tam ordinarius,quàm delegatus, vt
late tracto in cap.literis,num. 22. cum alijs seq.
de offi.deleg.Illam tamen declarare,seu interprę
tari potest glo.in uersic.subscriptionibus in fin.
in l.ea quæ.C.commi.episto.glo.in l. sedet si ex
vtriusqne,in uersi.& sic,ff.de euictio.Ioan.And.
in addi.ad Specu.in titu.de testam.§.nunc uiden
dum.versic.hoc etiam nota.Ioan.Fab.in l.1.ver-
sus fin.C.senten.rescin.non pos.Bar.in l.ab exe-
cutore,col.2.in 2.quæstio.ff.de appellat. Idem
Bar.in l.hæredes palam.§.si quid,colum.2.vers.
Quæro an iudex & ibidem Bald. in §. sed si no-
tam.& Imol.colum.1. versic. Item quod iudex.
ff.de testam.Idem Bald.ad fi.& Saly in l.ne inar-
bitris.C.de arbitr.Abb.& alij,in c. cum a nobis.
de testamen.Et quòd iudex sententiam diffiniti-
uam a se latam declarare, seu interpretari possit
concludunt Anton.de But.Cardi. Abb. Ioan.de
Ana.& Maria.Sozzi.in ca. qualiter.1. de accusa.
D.meus Philip.Dec.consi.43. & pro tenui,colũ.
fin.versic.Ad propositum dicit.Alex.in l.2.colũ
fin.versi.sed videtur.ff.de libe. & posth. & in l.
actorum.uersic.Sed ubi essent.ff.de re iud.& cõ-
silio 3.viso instrumento colum.fin.versic.super
alio quæsito,lib.1.Calcan.consilio 69. colum.2.
versic.Quarto,quia Lanfran.in repet. cap. quo-
niam contra.in versicu.interlocutoria,colum.5.
versi.Vlterius dubitatur.de probatio. Prob.præ
alleg.glo.in uersic.errorem, in §. His itaque.35.
quæstio.9.Rebuff.in l.quod iussit, num. 153.&
155.ff.de re indic.illum articulum an iudex sen
tentiam suam mutare, vel declarare possit latius
tracto super cap.in literis,num.11.& seq. de offi.
deleg.Pro ampliationibus quando mutare pos-
sit,& limitationibus, videri etiam poterunt Præ
posi.in cap.cum cessante,colum.17. & sequen.de
appel.Felin.in alle.cap.qualiter.1. colum.13.cũ
alijs sequen.de acccusa.& Ioan.Franc. a Ripa in
l.quod iussit,num.50.& sequen. ff. de re iudi.&
21 † horum motiuorum,seu decisionum Rotę Flo
rentinæ magna est authoritas,quippe quę vt plu
rimum a doctis uiris, & magno sudore elabora-
ta.In hac enim Rota omni tempestate fuerunt,
& floruerunt celeberrimi, & primarij in vtrobi-
que iure consultissimi,quorum magnorum viro
rum exemplis cæteri discunt,iuxta id quod legi-
tur prouerbio.cap.24.versus fin.Quæ tanto ma
gis magnifacienda sunt, quanto à pluribus ema
narunt,seu compilata sunt,iuxta tex.in l.fi. ad fi.
C.de fideicom.c. extra conscientiam. 64. distin.
& cap.prudentiam.1.respon.in fi. de offi.deleg.
licet autem (vt dixi) motiua huiusmodi plurimũ
apud omnes authoritatis habeant,non tamen ne
22 cessario † sequenda sunt,& secundum ea iudicã
dum.Dom.meus Phil.Dec.consi.40. in princ.&
post numerum 9.de his motiuis loquens.Regu-
lariter enim non exemplis, sed legibus, & ratio-
nibus iudicandum est.l.sed licet.ff.de offi.præsi.
l.singuli,C.de accusa.l.nemo iudex.C.de senten.
& interlocuto.Et idem de ijs motiuis dicam, ꝙ
23 aliàs scripsi de † Rotæ Romanæ decisionib.vi
delicet illas sequendas fore,quando in contrariũ
non apparẽt validiores rationes,non enim ęqui
polleut legib.vt concludit Gemini.consi. 34. su-
per præmissio,num. 5.versic.Nec debent audito
res moderni.idem in cap.ex duobus,num. 9. cũ
quo transit ibi Phi.Franc,ante num.11.de rescr.
lib.6.Idem Gemi.in cap.neque.9. distinct. Feli.
in cap.ex parte, in versic. diuersorum librorum.
eo.titu.Paui.in prælud.extraua.in uersic.Decisio
nes Rotæ Augu.Bero.consi.18.in causa matrimo
nij,num. 116. id communiter teneri affirmans,
libro 3.Et ipse met R.D.Iac. Put. Rotæ Roma-
næ Auditor præclarissimus,aperta fronte impro
bare videtur motiua Rotæ facta super denega-
tione sequenti contra mentem Io. And.ea ratio-
ne, quod resolutio facta esset absque studio, &
sine informatore,vt per ipsum Put.latius in 150.
Dec.incip.D.Prospero proponente.ad fi. lib.2.
& huc spectat adagium illud. Quandoque bo-
nus dormittat Homerus. Sed postquam sermo
incidit super motiuis, & laboro ostendere quæ,
& qualia sint, quorsum tendant,& quæ sit eo-
rum vtilitas, existimare etiam quilibet poterit,
quòd in proferendis sententijs hic Florẽtiæ,rur-
sus in fabricandis his motiuis diebus statutis ma
gnus sit labor,vnde Rotæ huius Florentinæ Au-
ditores carmine illo vti possumus.Finiunt,reno
uant,pariterque labores,& si a sillaba caderemus
à toto caderemus. At contra quam magistratus
Rotæ hic sit supremus,ad quem tota Tuscia cõ-
fluit, quia & exteræ gentes iudicio huius Rotæ
sponte se subijciunt,non putaui sub silentio præ
tereundum fore, quòd huiusmodi motiua soli
Rotæ conueniant, non autem inferioribus magi
stratibus, seu iudicib. præsertim in ea parte quæ
spectat ad sententiarum diffinitiuarum promul
gatarum daclarationem,& interpræationem,&
hoc iure vtimur, quod etiam iuri communi nõ
est dissimile: quicquid enim voluerint Ioan.de
Anan.Maria.Sozzi.& Feli.ad fin.in 1.limita.an-
te num.25.in c.qualiter,& quando.1.de accusa.
24 crebrior tamen sententia est † sententias suas so
lum

lum maiores magistratus declarare,& interpretari posse.glo.in l.si vt proponis, & ibidem Bald. versic.Modo quæro.C.de execu.rei iudi. gl.in l. 2.in versi.corrigendi, & ibidem Ange.C.de senten.ex breui. reci.glo.fin.in c.sicut 11. quæst.1. Bar.in l.ab executore, colum.2. uersic. & hoc est verum. ff. de appel.Bal.in cap.1.colum.5.vers. An autem iudex.& ibi D.meus colum.6. versic. Tertia est species.ff.de post.ptæla.Henri.Boic.in cap.literis,colum.fin.versic.si quæris.de offic.de leg.Abb.in c.ex parte.3.ad fi.de uerbo. signi.Rebuff.in alleg.l.quod iussit.num.161. ff. de re iudi.Verum si inferiores magistratus Tusci similia motiua fabricare vellent, & sibi hoc liceret, eis carmen illud conueniret,Quis leget hæc? min. tu istud ais?Nemo Herculè, nemo, vel dico,vel tres. Nouum dubium mihi occurrit an si Rotæ Florentinæ Auditor infra terminum 20.dierum datum ad producenda motiua officium finierit, possit,& debeat motiua sententiarum ante finē officij latarum præsentare?Pro opinio.negatiua respondendum videtur.ex quo enim vt præmisi eorum præcipua uis, & virtus in hoc consistit, vt per ea sententiæ ab eisdem auditorib.promulgatæ declarentur, habemus quòd iudex durante tantum officio suo sententiam suam declarare potest,non autem eo finito.vt in simi.concludūt Bald.in l.ea quæ. versic. Quærit glo. C. commi. episto.in l.1.versus fin.ver.Item quòd rescriptū. ff.de consti.princ.in l.leges sacratissimæ.in 3.no. C.de legib.Ioan.And.in cap.ex parte.3. versicu. Nec puto, quòd iudex.& Abb. colum. fi. super glo.in versi. interpretatione.de uerbo.sign.Idem Abb.in cap.cum olim, colum. 1. versic.& argumento huius tex.de arbitr.qui etiam volunt statutorum conditores illa declarare, & interprætari posse eorum tantum officio durante, prout cōcludit Bar.in l.omnes populi.ff de ius. & iur.in 6.quæst.princip.uersic. Veritas est secundū omnes quòd populus,seu cōsilium interpretabitur, cum illi sapiētes statutarij sint functi officio suo, nec amplius habent imperium, & sic non habēt ius interpræstandi.Fel.in ca.per tuas.1.in 2.not. num.160.&172.Ego contrarium iuxta terminos nostros concludo:tum quia non ea sola est ratio motiuorum conficiendorum,sed etiam alia quæ est,ut litigantes ipsi,ipsorumque aduocati,&causarum patroni proprijs oculis perspicere possint quib.rōnib. Quibusq; legib.ac doctorum authoritatibus sententiæ promulgatæ fulciantur.Item ut ipsi iudices non solum tempore sindicatus, quo omnes iudices mundi rationem suarum sententiarum,decretorum,& actionum omnium exquisitam reddere tenentur, vt omnes experiuntur:ultra tradi.per Pari.de Put.in suo tract. sindica.& voluerunt Bald.in l.quæ fortuitis,num. 15.& alij communiter.C.de pign.actio. sed die quolibet,& hora qualibet meditentur, cogitent, præuideant, caueant qualiter sententias suas proferāt, qualiter illarum defensiones oculis omniū subijciendas propalent,impugnandas certo certius a maleuolis, & detractoribus contra quos scribit psalmista inquiens.Detrahētem proximo suo hunc persequebar.& Iohan. cap. 3. Qui detrahit patri suo homicida est: impugnandas itē, & ab altera saltem ipsarum partium,illarumque patronis,& fautoribus,concludo auditorem hūc habentē terminū 20. dierū sibi præfixūnō posse redargui, vel damnari si intra illum terminum motiua non præsentauit argumen.tex.in fortioribus terminis quando quis se facto suo arctauit in c.commissa.in prin.de electio.lib.6. proferat tamen motiua etiam finito officio dnmmodo intra illos 20.dies qui currere cœperunt durante officio,& sic non liberabitur finito officio ab exhibitione motiuornm sententiarum prius officio durante promulgatarum. Qui mecum sentiunt existimabunt melius esse præuenire,quàm præueniri, & semper nocuit differre paratis. Tandem circa motiua sciendum est,quòd altero modo considerari possunt, videlicet, vt ea dicamus dubia,quæ a iudicibus excitantur, & aduocatis partium traduntur,vt illis respondeant,seu illa iuribus dissoluant,de ijs sensit D.meus Phil. Dec. consi. 259. in fin. Supponendum item est
25 quòd Florentiæ † duæ sententiæ faciunt rem iudicatam statuto id cauente, quod tamen stricte interprætandum est,est enim contra ius commune quod bis appellare concedit,ut in rub. & in l. vni.C.ne lice ter.prouo. c. dilectæ nobis, de appel.Dom.meus Phil.Dec.consi.49. præstantissimè, in prin. loquens de statuto Senensi huic simili,& consilio 386. iuridicam.simile etiam sta-
26 tutum habemus † Romæ libro primo, cap. 167.sub titu. de appella. & lib. Reforma. capit. 47.sub titu.Ne lice.secun.prouo. pro statutis huiusmodi,& quòd illa alicui iuri conformia sint adduco text. in auten. si quis litigantium.C. de episc.audien.ubi ab episcopo in casu de quo ibi appellatur semel tantum.sic & in l.1.ibi, Cuius, & ipsius iudicium.iun.glos. in versic. deducetur iuxta primum intellectum.C.de asser.tollen.Postremò quia in præmissa formula brachij militaris vltimo loco dictum fuit,visa forma iuris,statutorum,& ordinamentorum communis Florētiæ,&c. videndum est quorsum dicta uerba tēdant,& quod quoad decernendum bracchium militare huiusmodi,illudq; vlterioriexecutioni demandandum seruanda erit forma iuris, quę omnibus nota est,& de qua per omnes in l. a diuo pio,ff. de re iudi.& latissime per Rober. Maran.in suo Spec.de ordi.iudici.in 3.& ultim. actu.quæ tamen intelligenda sunt nisi aliter a statutis loci in quo executio committenda, seu fa-
27 cienda est aliter disponatur tunc † enim statuta loci seruari debent,prout per Ias. in l. cum quædam puella,colum.fi. ff. de iurisd. omn. iudic.& per Maran.ubi supra in ult. actu. in 1.q.princip. num.10.

SUMMARIUM.

1 *Inhibitioni quoad personam tantum,an per tactū contra uentum sit?*

2 *Ta-*

2 *Tactus an dicatur executio in perſonam?*
3 *Tactus capturæ æquiparatur.*
4 *Potentia propinqua actui pro actu habetur.*
5 *Florentini decoctos, & ceſſantes abhorrent.*
6 *Regionis conſuetudo attendenda.*
7 *In alternatiuis eſt electio debitoris, ſeu grauati.*

QVAEST. LXXIII.

1 SEptuageſimotertio quæro † an ſtante inhibi
tione quoad perſonam tantum, dicatur illi
contrauentum per actum Florentiæ vſitatum?
2 Quæſitum hoc ab altero pendet, videlicet, an †
tactus dicatur executio in perſonam? D. meus cõ
ſil. 72. incipien. præſtantiſſimè doctor, pro opin.
negatiua concludit, verſi. Secundo poteſt reſpon
deri. vbi vult non poſſe inferri de captura ad
tactum perſonæ, in captura enim violentia in-
fertur perſonæ, ad quod citat. l. plerique. ff. de
in ius. vocan. ca. vt famæ. §. fin. de ſenten. excom.
pro quo etiam eſt tex. in l. nemo de domo. ff. de
regu. iur. At in tactu iſta violentia non occurrit:
non enim capitur perſona, ſed leuiter tangitur,
vt poſtea ſubijcit, & concludit tactum potius
æquiparari executioni in bonis, quàm in perſo-
na. ſicut enim per executionem in bonis detegi-
tur debitorem non poſſe, vel nolle ſoluere, ita
per tactum. Et ſicut executio in bonis dicitur
retractabilis, ita & quando fit tactus. Et re-
ſpondet ad tradi. per Pau. Caſtren. in l. 4. §. con-
demnatum, colum. fi. ff. de re iud. & ſic ex dictis,
& ponderatis per Dominum meum vbi ſupra
reſoluitur principale quæſitum in partem nega
tiuam, quòd inhibitioni quoad perſonam tan-
tum conceſſæ contrauentum dici non poſſit per
tactum huiuſmodi. Licet opinioni tanti viri,
& præceptoris mei acquieſcere poſſem, contra
rium in vtroque quæſito ſubſtineri poſſe puto,
quòd imò tactus dicatur, & ſit verè perſonalis
executio, & per eum contrauentum fuerit di
ctæ inhibitioni, & licet hactenus ita Florentiæ
obſeruatum fuiſſe audierim, vnde ſat eſſet dicere
mutanda non eſſe, quæ diu certam interpræta-
tionem receperunt. l. minime. ff. de legibus. ad-
3 huc, opin. meam corroboro. Suppono ꝙ † ta-
ctus pro captura habeatur, ſeu capturæ æquipa
retur, quantum ad rem noſtram attinet, prout ét
ſupponebat ille iudex cuius opinionem ſubuer-
tere conabatur, Dec. in præalleg. conſi. 72. prout
poſt princip. ibi, & talis videtur caſus noſter.
Vnde cum tactus ad hoc tendat, & ad hoc Flo-
rentiæ inſtitutus fuerit vt debitor à nuncio ad
hoc deputato (quem tactorem nuncupant) ſic
tactus olim baculo, vel virga infra biduum vel
ſoluat, vel ſponte carceres adeat, alioqui & no-
lens ad illos ducatur, & fugitiuus, ac ceſſans ab
omnibus habeatur, & haberi pro fugitiuo, & ceſ
ſante maxima ſit iniuria, vt declarat Roma. cõſi.
208. numero tertio. & ſequen. Et ſubtiliter ꝓ
babat in quadam cauſa Tractus, & ceſſationis
optimus, & periſſimus Aduocatus D. Domini-
cus Bonſius nobilis Florẽtinus, ad præſens vnus
ex clariſſimis conſiliarijs: rurſus ex ampliſſimo
ordine octo virorum, non uideo quomodo hic
tactus etiam in propria perſona à carcerato pro
debito differat, & ſi non ſoluens ſtatim carcerá-
dus eſt, pro carcerato haberi debet. iuxta illud
Philoſophi, Quod parum deeſt, quaſi nihil de
eſſe videtur, & per diuum Thomam prima ſecũ
dæ quæſt. 65. artic. 1. Ad ſecundum, & vulga. l.
4 penul. ff. de mili. teſta. & ibi Bal. not. quòd † potẽ
tia propinqua actui habetur pro actu. pro quo
l. qui in utero. ff. de ſta. homi. & ut præmiſi, quia
perſona tangitur, perſona immediate vexatur,
perſonę ipſi per tactum fit offenſa, nemini dubiũ
quin per tactum contrauentum ſit perſonali in-
hibitioni, quæ perſonam tantum, non autem il-
lius bona, & res protegebat. Imò non ab re eſſet
tenere. quòd imò maior iniuria, & honoris de-
preſſio fiat hic Florẽtiæ perſonæ per huiuſmodi
tactum, quàm alibi per capturam pro debito pe
cuniario, & quòd magis irreparabile ſit præiudi-
cium, quod hic infertur per tactum, quàm ille,
qui alibi per capturam: & cum hic tactus Floren
5 tiæ, vbi vt plurimum ſunt mercatores qui † deco
ctos, & ceſſantes abhorrent, decoctioque, & ceſ-
ſatio huiuſmodi infamię notam indelebilem
irroget, adeo quòd nota hæc ut quælibet alia gra
uiſſima exiſtimanda ſit, nondubium quin dete-
rior, & deteſtabilior habenda ſit quacunque ca-
ptura alibi pro debito ciuili contingente. Vſus
igitur, & conſuetudo huius ciuitatis, huius pro-
uinciæ, huius Regni Tuſci in ijs, & alijs attendi,
6 & ſeruari debebit † ſic conſuetudinem Græcorũ
quòd eſſent mendaces notabat M. Tullius in ora
tione pro L. Flacc. & Plau. in Aulularia, inquiẽs,
cætera, quę volumus uti græca mercamur fide.
Pœnos idem Plautus infames, & ſubdolos ſigni-
ficabat per illa verba. Nemo ome, pœnus eſt.
Contra vero Capuæ M. Tullius in oratio. poſt
reditum in Senatu, quondam ſuperbiæ domici-
lium fuiſſe affirmat. Arabes Herodotus lib. 3. ſer
uantes fidem inter homines inquit. Iuſtinus lib.
2. Scitas iuſtitia celebrat. Strabo Abias Thaciæ
populus. ſic & iureconſulti regnorum, & regio-
num mores magnifaciendos, & quibusuis conſti
tutionibus pręferendos, nos inſtruunt iuxta tex.
in l. cum de lanionis. §. aſinam molendinariam
verſic. optimum ergo eſſe. ff. de fun. inſtru. in l. la
beo. ff. de ſuppelle. lega. in l. librorum. §. quod ta-
men Caſſius, verſi. Nemo enim. ff. de lega. 3. Idẽ
iure canonico cauetur prout in cap. quanquam.
2. quæſt. 7. in cap. quamuis, & ibi not. Alb. de ver
bo. ſign. & diuus Hyero, Lucillo ſcribens inquit,
vnaquæq; prouincia in ſuo ſenſu abũdat, de quo
in cap. penulti. 6. diſtinct. & in cap. certificantes,
verſicu. Nos tale, de ſepult. Hanc opinio. contra
Dom. meum veriorem puto, qui autem primam
opin. cum Dec. tenere uellet vltra illius argumen
ta, hoc etiam adducere poſſet, quòd effectus ta-
ctus ſit, alternatiuus videlicet, ut infra duos dies
ſoluat, vel ad carcerem accedat, &c. in alternati-
7 uis autem † debitoris, ſeu grauati eſt electio. l. ...

he-

plures.ff.de cond.insti.§.si plures cõditiones.In
sti.de hær.insti.l.si quis ita.& ibi Alexã. & alij.ff.
de uer.obli.Imputet igitur sibi debitor si in ter-
mino sibi assignato non soluit,uel cum creditore
non concordauit:& per hoc mitior, & lenior sit
uia tactus,quam capturæ.

SVMMARIVM.

1 *An ab inhibitoria appelletur?*
2 *Inhibitoria dicitur sententia interlocutoria.*
3 *Ab interlocutoria de iure ciuili, non appellatur.*
4 *Secus de iure canonico.*
5 *Appellatio de iure ciuili extinguit iudicatum.*
6 *Appellatio de iure canonico suspendit.*
7 *Appellatio ab interlocutoria an extinguat?*
8 *Appellatio ab interlocutoria quando non liget manus iudicis?*
9 *Appellatio ab interlocutoria admittenda quando præiudicium est irreparabile,*
10 *Iudici de facto resisti potest si præiudicium est irreparabile.*
11 *Præiudicium quando est irreparabile sentẽtiæ executio differtur.*
12 *Præiudicium quando est irreparabile recedimus à regulis iuris.*

QVAEST. LXXVI.

1 SEptuagesimo quarto quæro, an † ab interlo-
cutoria appelletur,& appellatio tollat inhi
2 bitionis effectus? Supponendum est,quòd † in-
3 hibitoria dicitur sententia interlocutoria,vt not.
Philip.Fran.in cap.cum cessante, col.15. de ap-
pel. De iure ciuili ab interlocutoria, quæ nõ ha-
beat vim diffinitiuę,& sic ante sententiam diffi-
nitiuam appellari non potest.l. ante sententiam.
ff.de appel.recipien.& hanc communẽ affirmat.
Ioan.de Ami.de Venaf.cons.128.nu.2.De iure
uero canonico ante sñiam non solum ab interlo
4 cutoria,sed à quolibet † grauamine appellari po
test.Io.And.Henr.Boic.& cõiter Docto.in c.ue-
nerabilis.de iudi.c.ut debitus,ubi oẽs,& Abb.in
c.super 2.nu.3.in 2.regu.de appella. Sequitur ꝙ
de iure ciuili, & ubi ius ciuile seruatur appella-
tio huiusmodi ab inhibitoria interposita operari
regulariter non poterit. Suppono etiam ꝙ iure
5 ciuili † appellatio à diffinitiua extinguit iudica-
tum,& eius effectus, & operatur ac si iudicatum
non esset.l.2.uersi. Cæterum si prouocet nondũ
damnatus uidetur.ff.de pœnis.l.1.in fi.ff. ad tur-
pil.l.si quis filio.§.hi autem.ff.de iniu.testa.l.fur-
ti.ff.de his qui notan.infa.l.qui a latronibus.§.si
quis.ff.de testa.latè Ias.in l.2.nu.9.ff. de re iudi.
6 de iure canonico † suspendit inspecto futuro
euentu uires sententiæ.c.veniens.c.pastoralis.§.
præterea.de offic.deleg.Lap.Alleg.2.num.3.&
post nu.6.Ias.in dicta l.2.num.9.ff.de re iudic.
ubi num.10.subdit quòd episcopus per sentẽtiã
depositus ab episcopatu si appellet integer rema
nebit in officio,& honore suo,& fingitur non dã
natus,& pendente appellatione excommunica-
re poterit subditum. pro quibus etiam uideatur
Sozzi.cons.76.visa facti.num.4. Non ita dicen-
dum est in appellatione ab interlocutoria, per ꝗ
non aufertur iurisdictio iudici à quo, eo enim
ipso quòd appellatur à sententia diffinitiua,iu-
dex qui functus est officio suo iudicando ad l.iu
dex postquam.ff.de re iudi. non potest ãplius in
causa se intromittere,neque etiam mandare sen
tentiam executioni,quæ suspensa, seu extincta ẽ
per appellationem. At quando iudex interlocu-
toriam protulit remanet iudex quoad negocium
principale,nec eius iurisdictio extincta est,etiam
quo ad interlocutoriam, quam reuocare potest.
iuxta tex.in l.quod iussit. ff.de re iud.Ideo appel
latio ab interlocutoria non ita inficit, seu opera-
tur,sicut appellatio à diffinitiua. Hinc Bartol.in
l.furt.§.1.in fin.ff.de his qui notan.infam.quærit
utrum sicut per appellationem à diffinitiua extin
7 guitur pronunciatum,ita & per † appellationem
ab interlocutoria?& primò dicit uideri quòd sic
per l.intra utile.ff.de mino.In contrarium addu
cit tex.in c.non solum.de appel. lib.6.& remittit
ad dicta per se in dict.l.intra utile,ubi ad fi.dicit,
quòd iudex à cuius interlocutoria appellatur re
manet iudex,& potest procedere in causa,nisi ab
eo sit ablata iurisdictio, ex eo quòd ipse detulis-
set appellationi, vel fuisset sibi inhibitum per iu-
dicem ad quem,iuxta text. in c. appellationibus.
lib.6.Et quæ fierent pendente appellatione reuo
cabuntur,uel confirmabuntur, secundum quod
pronunciabitur per iudicem appellationis.Et sic
vult, quòd ista appellatio ab interlocutoria non
pareat effectus, quos diffinitiua. Pone ꝙ iudex
interlocutus fuit se esse iudicem competentem,
& fuerit appellatum ab ista interlocutoria,di-
cemus ne quòd iudex procedere non possit,qua
si non sit competens? certe non, imò procedere
poterit iudex,ut notat Bald.in authen.habita.C.
ne fil.pro patre.& in cap. significantibus.de offi.
deleg. Item si pronuncietur procedendum esse
in causa,& appelletur,iudex tamen appellatione
pendenti procedet,& si pronunciabitur malè ap
pellatum,omnia firma erunt:si bene appellatum
omnia reuocabuntur per uiam attemptati.c.nõ
8 solum.de appel.lib.6.Illa igitur appellatio † non
ligat manus iudicis,neque tollit effectus senten-
tiæ,prout uoluit Alex.in l.si causa cognita. C.de
transactio.asserens hanc communem,quòd ante
quam sit inhibitum iudici à quo per iudicem ad
quem non suspenditur effectus sententiæ, interlo
cutoriæ,per dictũ c.non solum. Idem uoluit An
ge.in l.tale pactum. §. quod prouocauit.colũ.3.
uer.Et prædicta uera.ff.de pact.Pro præmissis vi
dere ẽt poteris Feli.super rub.de appel.col.2. &
seq.Ex præmissis concludo, ꝙ ab inhibitoria,uel
appellare non licebit,uel quatenus liceat inhibi
tionis effectus durabit donec illa reuocetur, & il
le in cuius fauorem fuit inhibitum, etiã ab ea in-
terposita appellatione, tutus erit donec illa reuo
cata non fuerit. Limitarem præmissa nisi damnũ
esset irreparabile,tunc enim tam iuxta iura cano

eeeeee nica,

9 nica, quam ciuilia † appellationem ab interlocutoria admittendam, censerem, & effectum consequi debere, esto quòd aliàs admittenda non veret, nec operari posset. l. 2. ff. de appel. reci. Sozzi. Regu. 33. in 1. fallen. Angel. in l. harum. ff. si seru. vendi. & in l. creditor. §. iussus. ff. de appell. Cuma. in alle. l. 2. num. 21. vbi hanc communem affirmat. ff. de appel. recipi. Augu. Bero. in c. super eo. 2. nu. 4. de appel. & consi. 110. nu. 4. lib. 3. Menoch. ad remed. 4. adipiscendæ. nu. 817. Imò quã
10 do † præiudicium est irreparabile, potest quis iudici de facto resistere, vt dixit Bar. in l. si alius. §. bellissime. ff. quod ui aut clam. sic & quando
11 præiudicium est irreparabile † sententiæ executio differtur, seu suspenditur, vt voluerunt Bald. in l. eum qui duas cir. medium. C. de adult. Pau. Castren. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Et generaliter dicimus, quòd vbi præiu-
12 dicium est † irreparabile recedimus è regulis iuris communis. l. Senatusconf. ff. de offi. pręsi. cap. licet. de ferijs. Felin. in cap. cum M. ferrarien. de constitut.

SVMMARIVM.

1 *Repositione iudicis à quo stante, an inhibitio iudicis ad quem obstet ne coram primo procedi possit.*
2 *Grauamen reuocans remanet iudex.*
3 *Repositio reponit ad pristinum statum.*
4 *Inhibitionis præsentationis tempus attenditur.*
5 *Delatio appellationi ęquiparatur inhibitioni.*
6 *Delatio aufert iurisdictionem.*
7 *Admitto appellationem si & in quantum, non dicitur admissa si de iure non uenit admittenda.*
8 *Inhibitio facit illicitum, quod ante licuisset.*

QVÆSTIO LXXV.

1 SEptuagesimoquinto quæro, † an stante repositione iudicis à quo super grauamine inhibitio iudicis à quo emanata obstet ne coram primo iudice procedi possit? Considerari possunt plures casus. Primus sit, iudex antequam ap-
2 pellaretur à grauamine, illud reuocauit, vnde remanet iudex, ac si non grauasset. l. quod iussit. ff. de re iudicata, c. cum cessante. de appell. nec appellare potuisset à iudice, qui reuocauerat grauamen, vt etiam per Maran. de ordi. iudici. dum de appellatione tractat. nu. 264. Secundus casus sit, iudex à quo antequam aliqua inhibitio decerneretur à iudice ad quem, reposuit appellantem à
3 grauamine, † & quia repositio (vt etiam verbũ sonat) reponit in pristinum statum, in quo is, qui appellauit ante grauamen illicitum reperiebatur prout iuribus supradictis, est tex. in cap. si à iudice. de appel. li. 6. & voluit Rot. Bellame. 51. & in nou. 392. Philip. Fran. in alle. c. cum cessãte. in 6. not. & Do. meus in 3. not. de appel. Pro qua repositione videatur etiam Io. Bapt. Ferret. consi. 301. Vnde nullum grauamen amplius supponi potest: & pariter inde secuta cessare debent, & erit ac si grauamen aliquod illatum nõ fuisset, appellatioque non emanasset. Et hic est antiquus Ro. Cur. stilus, & si altera pars per appellationem aduersarij se grauatum dicat, poterit à repositione appellare, & pariter si iudici videbitur reponetur, vt per dictam Rot. 392. in no. & in Recollect. caputaquen. par. 1. Dec. 265. incip. iudex reposuit. Effectus huius repositionis magnus erit: nam si post appellationem appellans iudicẽ impetrauit, processus factus sit, nullus, & irritus erit, prout voluit Nic. Boe. Decis. 256. post prin. & Doct. in alle. c. cum cessante. Amplio ad arbitrum, vt pariter reponere possit, vt per Ioan. Bapt. Generum Bar. in tracta. de Arbi. lib. 9. cap. 15. num. 14. Tertium dubium erit, an post decretam inhibitionem, impediatur idem iudex a quo quin procedere possit in causa principali? & pariter concludendum est negatiue, quia non attenditur tempus decretæ inhibitionis, sed præsentationis, vt voluerunt Spec. tit. de appel. §. quis sit effectus appellationis. col. 2. ibi vel priusquam ad illam. Bald. in l. 1. C. vt lit. penden. Cardi. cõs. 45. in fi. Gui. Papæ cons. 69. nu. 10. in 8. q. Felin. in c. cæternm. colum. 4. versi. Bdde pro regula. de rescr. Quartus casus est si repositio facta fuerit post inhibitionis p̃sentationem, & plura hinc inde adduci possunt. Aliqui concludunt etiam in hoc casu idem dicendum fore per rationem pręsertim de qua in dicto cap. si à iudice. in fin. vbi fingitur non appellatum stante repositione, de quo etiam per Boe. Dec. 256. pariter etiam fingi debebit, secundum eos, non inhibitum, & sic inhibitio amplius considerabilis non erit. Sunt qui contrarium teneant, quòd imo inhibitio operetur, ne ad reuocationem interlocutoriæ deueniri possit, & consequenter, quòd quis reponi non debeat: Et id etiam colligi posse videtur ex verbis Bar. in l. eius, qui. post nu. 5. ff. de appel. recipi ibi. Aut non detulit appellationi, & potest procedere in causa donec sibi inhibeatur per superiorem: ergo inhibitus ibi non poterit procedere, & consequenter non poterit interlocutoriam reuocare, seu reponere, pro quo Bar. citat tex. in c. hõ solum. de appel. lib. 6. Nisi respondeas, quòd reuocare grauamen non sit procedere ad vlteriora.
8 Verum ex §. illa vero in dicto c. non solum colligunt Docto. quòd quicquid post inhibitionem huiusmodi innouatum sit per iudicem appellationis, ante omnia in pristinum statum reducendum sit: Quod etiam voluit Sozzi. con. 45. visa. num. 8. lib. 1. Tenendo opin. quòd emanata, & executa legitima, ac valida inhibitione iudex à quo non possit reuocare suam interlocutoriam, & sic reponere partem appellantem, quod in specie tractabimus infra q. 83. amplio idem esse etiã si non sit inhibitum, sed ipse iudex à quo appella-
5 tioni interpositæ detulerit, quæ appellationi † delatio operatur quoad suspendendam iurisdictionem, & reuocandam ab eo, qui detulit, sicut inhibitio, & dicit sibi manus ligasse, vt voluit Bart. in l. eius qui. numeroquinto. de appel. recipi. ver. iudex detulit appellationi, & suspensa è eius iurisdictio.

ditio, ut in cap. cum appellationibus, de appella. lib. 6. Rolan. à Valle. consi. 77. viso nu. 2. lib. 2.
6 Et quòd per delationem † iudex censeatur abdicasse à se omnem iurisdictionem, & in superiorem transfundisse, probatur ex text. in c. cum appellationib. de appel. lib. 6. & voluerunt Io. And. in c. cum cessante, ac Fran. & alij per eum ibi citati, nu. 14. in 5. limi. eo. tit. de appel. & voluit Paris. cons. 106. Bonifacius. nu. 7. & 25. vol. 4. dicẽs etiam, q̃ iurisdictionem non recuperat, & iudex à quo, si grauamen, & interlocutoriam reuocaret quod etiam nouissime voluit Osasc. in decis. pedamon. 1. 1. incip. decreto. nu. 10. Quod tamen limitari posset procedere tantum quando delatio fuisset facta simpliciter, secus si vt communiter facere solent iudices extra Ro. Cu. subijs verbis videlicet. † Admisit si & inquantum: & fortius si dictum fuisset. Non admisit nisi, si, & in quantum. Si enim de iure deferendum non erat non videretur delatum. Ange. consi. 207. colum. 3. versi. Non obstat. Rom. cons. 501. col. 2. Sozzi. cons. 18. col. penul. lib. 1. Fel. in c. cum contingat. col. 3. de offi. deleg. Rui. cons. 61. in lite. num. 27. vol. 5. Maran. in suo Spec. in 2. q. 3. par. 6. par. prin. nu. 200. Alcia. cons. 406. num. 3. Grat. cons. 26. nu. 211. li. 2. Rolan. à Valle. præalle. cons. 77. viso nu. 18. lib. 2. & Dec. pedamon. 5. quę incipit certante nu. 6. vet. Non obstat clausula, vbi alij citantur idem concludentes. Nec mirum videri debet, cum † inhibitio faciat illicitum, & impediat fieri, quod ante licuisset, prout videmus in iudice dato cum clausula, appellatione remota, à quo si appelletur de facto, is tamen poterit pẽdente appellatione suam sententiam exequi, nisi sit sibi inhibitum, vt per omnes, in cap. pastoralis, de appel. Lanfran. in cap. quoniam contra, in ver. interlocutoria. de probatio. Misinger. centu. 2. dec. 3. incip. quando commissa. Sic & iudex a quo friuole appellatum fuit, potest in causa ꝓcedere, non tamen si fuerit inhibitus. Cardin. in cle. 1. q. 8. versus fi. de re iud. Hinc etiam dicimus quòd licet processus iudicis, à cuius interlocutoria appellatum extitit valeat. c. non solum, de appel. lib. 6. Quod procedit etiam post appellationem ab ipsa interlocutoria. Gui. Papæ Dec. 436. verum si emanauerit inhibitio, processus omnino nullus, & irritus efficitur, ac illicitus, & attentatus. Lanfran. Dec. 459. incip. appellatione. Dominus Phil. Dec. in c, bonæ. nu. 2. de confir. vti. vel inut. Sozzi. cons. 45. visa, nu. 8. lib. 1.

7

8

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ad beneplacitum an expiret iudice defuncto, vel remoto ab officio?*
2 *Beneplacitum morte expirare,*
3 *Beneplacitum an per remotionem ab officio expiret?*

QVAEST. LXXVI.

1 SEptuagesimo sexto † quæro an si inhibitum sit ad beneplacitum ipsius iudicis inhibẽtis, eo defuncto, seu remoto ab officio inhibitio expiret? In primo membro affirmatiue respondendum est, per tex. in l. 4. ff. loca, & in c. si gratiosè.
2 de rescrip. li. 6. vbi quod morte expirat † beneplacitum, voluerunt Specu. in tit. de Loca. §. nũc aliqua. q. 150. ver. Quid si D. Papa, & ver. seq. & in tit. de Actie. §. super petitionib. uersic. Item si Papa, ac Io. And. in Addi. in eundem. Bald. in l. post dotem, col. penult. ver. Et prędicta faciunt. ff. solu. matri. in l. vlt. col. 4. in 6. q. C. de contra. emptio. ac in l. 1. col. 1. in fi. ver. Nam ubicunque ponuntur. C. de postulan. Ang. cons. 217, col. penul. ver. Ad quartum vero. Idẽ Ange. in l. & quia. col. 2. vers. sed tunc quærendum est. ff. de iurisd. om. iudi. Corn. cons. 92. col. 1. versi. Et quod hoc sit verum. lib. 2. D. meus consi. 106. col. 1. ver. Sed in tertio anno. Gozza. consil. 22. colum. 1. versic. Et pro ista parte. Rot. 580. in anti. Augu. Bero. q. familia. 103. incip. Facta fuit suspensio. nu. 5. ac Maria. Sozzi. Iun. consi. 89. nu. 7. lib. 1. Quoad secundum membrum cum quadam distinctione
3 supponuntur non reuocari † beneplacitum per remotionem ab officio, & sic aliter, quàm per mortem naturalem. Calderi. consil. 3. de rescrip. Gemin. in allega. c. si gratiosè. col. 2. uer. Sed pone rector. de rescrip. li. 6. Contrarium voluerunt beneplacitum videlicet per remotionem ab officio reuocari. Bar. in l. cẽtesimis. §. vlt. col. vlt. ver. Quęro quid si iudex. ff. de verb. oblig. & clarius Bald. in 1. consti. ff. §. Hæc autem tria. versic. Sed quid si rector Marchiæ Anchonæ, & in l. 1. ver. Nam ubicunque ponuntur hæc uerba. C. de postul. De inhibitione ad tempus tractaui etiam supra quæst. 56.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis ad quem an expiret ꝓpter lapsũ fatalium.*
2 *Deserta causa negocium principale reuolat ad iudicem à quo,*

QVAEST. LXXVII.

1 SEptuagesimo septimo quæro an † inhibitio iudicis ad quem expiret per lapsum fataliũ? Videri poterunt similes quæstiones supra 39. & 40. & quæ scripsi super 13. commissio. executo. in versi. Ob non prosecutionem. Et concludendum est pro opin. affirmatiua, effectus enim inhibitionis vnà cum causa appellationis durat, & illa deserta finitur effectus inhibitionis, prout per Doct. in cap. ut debitus. in glo. penul. de appella. cap. Romana. §. si uero. eo. titu. lib. 6. Cardi. cõsi. 105. colum. 4. versi. Si enim iudex. Pro hac opin. concludit Aug. Bero. in sua quæst. familia. 120. incipien. Apertissimi iuris est, nu. 1. ver. Nec inhibitio iudici à quo facta. Verum dum Bar. ubi supra. num. 2. cum alijs idem concludit commissa causa appellationis in Curia Romana cum toto negocio principali, ac nullitatis, & attentatorum tam coniunctim, quam diuisim, vt ẽr inhibitio

non obstet, nec sit necessaria remissio causæ, ex quo ipso iure negocium principale reuolet, & reuertatur ad iudicem à quo propter desertionē
2 † ad nota.in cap.cum appellationibus,& ibi Gemini.& alij,de appell.,lib.6. & per Imo. in cle. sicut appellationem.eo.Et stilus Rom. Cur. videatur contra conclusionem Bero.licet ipse conetur illi respondere.hodie ex uerbis, quæ ponderaui in dicta commissione.33.in ver.ob non prosecutionem,ad fin.cessare videntur difficultates quæ oriuntur ex decisionibus, & ex dicta q. Bero.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommißarius conditionalis, an inhiberi facere poßit hæredi ne alienet?*
2 *Conditionalis dispositio per euentum conditionis effectum sortitur.*
3 *Fideicommissarius siue purus, siue conditione impleta agere poterit contra emptores bonorum fideicommisso subiectorum.*
4 *Fideicommissa subiecta scienter ementes illa perdunt.*

Q V AEST. LXXVIII.

1 SEptuagesimooctauo quæro an fideicommissarius † conditionalis inhiberi petere possit hæredi ne alienet? Pro opin. negatiua cōcludit Bertran.consi.108.lib.1.in primis,quia pendente cōditione substitutionis hæres impediri nō debet,quo minus bonis hæreditarijs vtatur, illaq; tamquam dominus teneat, ac de illis disponat, saltem post præstitam satisdationem: substitutus enim in bonis huiusmodi ante euentum conditionis nullum ius habet. Hinc dicimus conditionalis debiti nec executionem, imò nec petitionē dari iuxta communem sententiam, de qua Grat. respon.18.numero 19.lib. 2. sic etiam dicimus conditionale fideicommissum non comprehendi sub renunciatione facta de bonis, & hæreditate alicuius,iuxta communem opin. de qua per
2 Cur. Iun.consi.16.num.10. Et quòd † conditionalis dispositio per euentum conditionis effectū sortiatur,& non ante probat tex.in l.pecuniam. ff.si cer.pet.in l.cedere diem, ff. de verbo. signi. in l.legata,& in l.qui hæredi.§.vlt. ff.de condit. & demon,voluerunt Oldra. consil. 175.num.1. Alexan.consi.78. visis quam eleganter. versus fin. vbi quòd donatio sub conditione non operatur antequam sit purificata,vol.4.& Grat.respon.26.& si causa. num. 22.& respon.81.viso legato.num.79.lib.2.Alienatio igitur interim facta,hoc est pendente conditione substitutionis, seu fideicommissi,de iure valebit,quamuis conditione postea adueniente resoluatur, & habeatur perinde ac si facta non fuisset. l. vltim.§.sed quia,& §.fin autem,& ibi omnes.C.commu.de
3 lega. & ibi concludunt quòd † fideicommissarij siue puri, siue sub conditione,conditione impleta agere poterunt etiam contra emptores bonorum fideicommisso subiectorum, quod etiā voluit glo.Instit.de fideicom.hæredi. in §. sed quia in versi.restituetur,ac glo.& Doct.in l.penul.C. ad trebel.Alex.consi.178.Attentis verbis. col.2. vers.Ea verò,quæ ab inde supra fuerunt alienata. volum.5.ac D.meus Phil.Dec.cons.236.non paria.colum.5.versi. Circa septimum.Cōcedit idē Bertran.quòd fiat proclama generale, per quòd significetur substitutio, seu fideicōmissum,imò etiam præsenteturtestamentum emere volentib.
4 bona enim † fideicommisso subiecta scienter emētes illa perdunt,secus si ignoranter.l. vlt.§.vlt.& auten.res quæ.C.commu.de leg.& per Bar.in l. qui Romæ.in 11.& 12.quæst.ff.de verbo.oblig. Cagno.in l.1.C.de senten. quæ pro eo,quod inter.nu.70.dat cautelam, q fiat intimatio emere volentibus rem fideicommisso subiectam:quam ego puto sufficere, vltra quam etiam curarent obtinere inhibitionem ad maiorem cautelam,tā contra hæredem ne alienet, quàm contra emere volentes,ne emant.

S V M M A R I V M.

1 *Artem fœtentem exercenti an vicinus inhiberi facere poßit ne ibi talem artem exerceat?*
2 *Odor malus causat aerem immundum.*

Q V Æ S T I O LXXIX.

1 SEptuagesimonono quæro an † vicinus inhiberi facere possit artem fœtentem exercenti, ne ibi illam exerceat? Exemplum poni potest in sulpharijs, pelliparijs, qui immittunt malos odores in uicinas domos,& id genus. Affirmatiue respondendum est per tex.in l.2.§.idem ait si odore.iun.glo.ibi in versic.odore.Et in uer.hoc interdictum.ff. ne quid in loco publi per quem text. ita conclusit Bar.Cępol.in tract.Rusti.serui.sub titu. de aggerib. sequitur Rip. in l.1. num.128. versi.Hinc est, quod sulpharij.ff.solut.matrimo. Idem Rip.in tracta.de Remed. præseruati.con.
2 pest.cap.4.num.86.& alijs, ea ratione quia malus † odor obest omnibus,& causat aerem immūdum,& pestem ipsam.cum l.ædiles.§. vltim.& ibi glo.ff.de uia publici.refici.& in l.2.§.proinde ff.ne quid in loco publi.ac §. ne quis insuper.l.2 §.si quando,& §.vlt.ff.si serui.vendi.l. fistulas.in prin.ff.de seru.vrba.prædi. l. ęquissimum.§.si tamen.ff.de vsufru.& ibi Alber.de Rosa.ac Floria. cōcludunt, quòd dominus proprietatis prohibere potest usufructuario ne faciat candelas, vel pelliparíam, aliamve artem fœtentem in domo sua,pro quibus videatur in Praxi Papien, in forma libelli quo agitur pro hæred. vel re sing. diui.in ver.Et in futurum,ac Cępo.in tit.de Aqueductu.in 8.q.prin.& in tit.de Aere,ac in plurib. alijs titulis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an per partem aduersario ostensa afficiat vt attentatum dici possit.*
2 *Scientia simplex, an idem operetur, quod denunciatio.*
3 *Appellationis intimatio non refert à quo fiat.*
4 *Citatio illegitime executa ligat subsecuta postea ipsius notitia.*
5 *Citatus minus illegitime an ire debeat ad iudiciũ, & post nu. 11.*
6 *Credulus nimis, reprehenditur.*
7 *Scientia simplex non sufficit quando requiritur notitia alicuius ad effectum ut aliquid faciat, uel non faciat.*
8 *Iudiciarij actus fieri debent, per iudicis ministros.*
Notitia quando debeat dari per ministros ad hoc deputatos.
9 *Argumentum à speciali.*
10 *Consuetudo quamlibet dispositionem interpretatur.*
11 *Procurator reuocatur per cõstitutionem secundi, & alijs modis.*

QVAEST. LXXX.

OCtuagesimo propositum fuisse dubium in Rota, & non decisum audiui in Romana Fornacis coram Iunio 10. Martij 1557. an
1 † inhibitio per iudicem decreta, & non percursorem, aut nuncium publicum, sed tantum per partem aduersario ostẽsa faciat possessionem postea attentatam? seu ita afficiat vt executio contra eam facta dicatur attentata? Pro opin. affirmatiua adducitur theo. Bar. in l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hæredi. ad hoc vt idem opere
2 tur simplex † scientia, quod denunciatio, nec referat à quo denunciatio fiat. Ad idem adduco tex. in l. hæres in fundo. in fin. vbi de prohibitione, quæ fit per vsufructuarium hæredi. ff. de usufru. lega. Et faciunt alia, quæ ad idẽ in simili quęsito adduxi supra in 17. quæstione numero secundo, & sequen. Secundo arguendo à simi
3 li videmus, quòd intimatio † appellationis valet per quemcunque fiat. Rot. 127. valet intimatio in no. Bellame. 59. intimatio circa medium, & tota Dec. Imò Felin. in cap. cum contingat. numero vigesimosecundo, versicu. Limita nisi ille, qui intimat, de rescrip. videtur sentire, quòd ipsemet principalis possit appellationem intima
4 re. Tertium fundamentum erat, quod sicut † citatio illegitimè executa ligat, subsecuta postea illius notitia, perinde ac si à principio legitimè executa fuisset, & notitia vera, seu præsumpta citationis, seu intimationis idem operatur, quod ipsa citationis executio. cle. causam. §. verum. & §. intimatio, & Cardin. in eo. §. intimatio. in 5. quæstio. de electio. Archidiac. in c. proposuisti. numero 4. versic. Sed pone 82. distin. Bot. 281. si de mandato. in no. Roma. consi. 360. circa propositum num. 4. & consi. 410. vt clarior. num. 2. Abb. in cap. bonæ. 1. nume. 17. de electio. Iafre. Dec. 504. citatus præsumitur. Felin. in alleg. cap. cum contingat, num. 8. de rescrip. & in cap. gratum, colum. 2. versi. Sed nota vbi agitur, de offic. deleg. Rui. consi. 61. in lite, num. 33. vol. 5. Hyppo. de Marsi. super rub. C. de probatio. nu. 371. Quartum erat illud, quod in simili post Castrẽ. ponit idem Fel. in d. c. cum contingat, nume. 21. de reuocatione procuratoris, quam is vndecunq; sciat satis esse dicitur. Quintum, quòd sicut ostẽdendo appellato instrumentum publicum appellationis, appellatio dicitur deuoluta, ut per Feli. ubi supra, nu. 22. vers. Item ostendendo ipsi appellato, ita ostendendo instrumentum publicum inhibitionis, debeat aduersarium afficere. Sextũ, & ultimum fundamentum est, quod sicut in du
5 bio quando quis est † citatus minus legitime ire tenetur ad iudicium l. si quis ex aliena. ff. de iud. c. cum parati, de appel. Specu. in tit. de citatio. §. sequitur, post nu. 2. ubi de citatione facta per partem: sic in dubio inhibitus ob inhibentis reuerentiam abstinere debeat ab innouando. Pro opinione negatiua adducitur, quòd non tenetur quis credere aduersario affirmanti inhibitum fuisse,
6 cum nemo debeat esse nimis credulus † iuxta dictum sapientis, qui nimis cito credit leuis est corde, & ad tex. in l. 3. §. sed si sic accipit. ff. de in rem ver. ac in l. 1. ver. Quamuis quidam. ff. de eo, per quem fac erit. l. 2. ff. quod cum fal. tut. Et quid de nimis credulo, vel penitus incredulo senserit in exordio fragmentorum, quæ habemus sublimis ille autor palephatus pireneus, vel (vt alij volunt partius) qui floruit tempore Artaxersis, & græca lingua scripsit hic subijcio. Hęc (inquit ille) de incredibilibus scripsi, plerique hominum sunt, qui dictis omnium fidem præstant tanquam insipientes, & inscij. Quidam natura rudes pluribus in rebus versati nihil horum credunt: Mihi autem quęcunque dicentur fieri posse videtur, non solum enim materia facta sunt: sermo autẽ de ipsis nullus fuit, sed prius opera, & sic de ipsis postea sermo, cum ijs quæ sequuntur. Et quòd nec quis teneatur credere aduersario dicenti iudicem mandasse eum in iudicium venire: neque dicenti se contra eum appellasse, apparet quia sæpe hæc, uel similia simulantur. Specu. in titu. de citatio. §. sequitur, numero secundo, & sequen. ac Felin. in cap. cum contingat. numero vndecimo. de rescrip. Quæ tanto magis procedere debent quando tractatur vt quis pœnam incurrat, prout est attentans, tunc enim scientiam concludenter, non autem præsumptiue probanda est. ad nota. per Rot. 771. in antiq. & per Rui. cõsilio 66. numero 13. lib. 3. & si respondeatur, vt per Specu. vbi supra, quod instrumento publico credere debeat, dum ille subdit. Nisi instrumentum appellationis ostendat, quod pariter Feli. in alle. c. cum contingat sentire vr̃ respõdeo, quod in dubio præmisso a Rota dato non ade-

rat hocsuppositũ, quòd aduersario ostenderetur instrm̃ publicũ. Verum supposita etiam ostensione instrumenti publici appellationis, non ex hoc infertur ad instrumentum publicum inhibitionis propter diuersitatem terminorum, & rationi differentiam, vt infra. Et data etiam rationis idẽtitate ostensio instrumenti publici per aduersarium non sufficeret, quia instrumentum adhoc vt afficiat in iudicio producendum est, & pars citari debet ad dicendum contra, illudque recognosci debet, ante hæc autem illud considerabile erit. ad consil. Oldra. 1. & ex stilo Rom. Cu. quod notissimum est. Insuper quando requirit notitia, seu scientia alicuius ad effectum vt aliquid faciat, vel non faciat, tunc non sufficit sim
7 plex scientia † Bar. in l. qui vxori. §. quid ergo. ff. de adulte. Hinc dicimus emptorem debere venditori denunciare, quòd veniat ad eum defendẽdum, nec sufficiat notitia aliunde habita iuxta in l. 1. C. de peri. & commo. rei vendi. & per Felin. in cap. cum contingat in 4. conclu. de rescri. Et præmissa comprobari possunt ex distinctione eiusdem Bar. in l. pro contraria opin. citata, item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hæredi. per rationem, & considerationem de qua ibi. Cũ quo ibidem Alex. in Addi. ad eundem Bar. & sic responsum erit primo argumento pro contraria opin. retorquendo dictum Bar. Tertio pro opi.
8 negatiua adduci potest, quòd actus † iudiciarij fieri, & exerceri debeant per suos ministros, & officiarios. l. is cuius. §. missus in possessionem, i. mitti iussus, vt declarat ibi glo. ff. vt in posses. lega. & per Bal. per istum tex. in auten. & omnino, num. 14. C. ne uxo. pro mari. Et hæc, & alia iudiciaria sunt partibus, seu litigantibus ipsi prohibita. Et quòd notitia huiusmodi dari debeat per ministros ad hoc deputatos, probatur etiam ex multis similibus adductis per Hyppo. de Mars. in l. quis nec quæstio. colum. 13. & sequen. ff. de quæstio. quem sequitur Æne. de Falco. in tracta. Reserua. in 4. quæstio. princip. post num. 3. versi. Quibus hoc asserentibus. pro quo etiam citat Rotam 168. si in causa. min. Hinc dicimus, quòd si creditor habeat rem iudicatam, & absque nuncio, seu executore iudicis, bona debitoris distraxerit, furti tenebitur, & actione bonorum raptorum conueniri poterit. l. miles. §. qui iudicate. & ibi per glo. & Doct. ff. de re iudi. Et qui obtinuit sententiam non potest propria auctoritate possessionem apprehendere. Feli. in cap. de cætero, num. 15. de re iudi. Imò obtentis executorialibus si propria auctoritate possessio capiatur attentata erit, vt per Sarnen. in 44. q. Regu. de Anna, num. 7. Quarto si inspiciamus formulas inhibitionum, quas posui supra quæst. 71. nu. 2. & post nu. 10. omne dubium cessabit: iudici enim committitur, quòd inhibeat si est delegatus, ut patet in meis formulis commissionum, in clausula cum potestate inhibendi sub pœnis, &c. si vero est ordinarius ipse iure suo inhibet. Delegatus committit Abbatibus, prioribus, tabellionibus &c. quòd nomine ipsius, imo sedis Apostolicæ inhibeant, & ipsorum quilibet requisitus inhibeat. Nec delegatus Apostolicus, de quo loquimur, nec alius delegatus, nec etiam ordinarius cõmittit vnquam ipsi parti, quòd inhibeat: vnde pars ipsa, seu ipse principalis ex se ipso hãc facultatem inhibendi, seu interdicendi non habet, nisi in quibusdam casibus specialibus, de quibus loquutus sum supra, quæstio. decimasep-
9 ptima, arguendo † a speciali, ad l. quod uerò. & l. ius singulare. ff. de legib. l. 1. ff. ad munici. cap. quod alicui. cap. in argumentum, & cap. quæ a iure communi. de regu. iur. li. 6. generaliter pars ipsa inhibere non poterit, vt probaui supra quæst. decimaseptima, nec inhibitionem exequi, seu intimare, sed iudex ipse duntaxat, vel cursor, seu nuncius, vel ille Abbas, ille prior, vel alius ex nominatis in formula inhibitionis. Et hoc iure utimur, & hæc est consuetudo ubiq; vigens, & hic est stilus inconcusse obseruatus tam in Roman. Cur. quàm vbique locorum. Hoc igitur quæ-
10 situm, & quælibet dispositio a consuetudine † interprætationem recipere debet, prout uoluit Innocen. in cap. olim. de uerbo. signi. sequuntur Abb. in cap. certificari, in princip. de sepult. Ancha. in repet. cap. si propter tua debita, in 4. oppositio. de rescrip. lib. 6. Rui. consilio 160. colum. 3. libro primo. Sozzi. consi. 111. incipien. abunde. versic. Nec in tali, lib. 1. Dominus meus Philip. Dec. alios citans in l. semper in stipulationibus, nu. 12. ff. de regu. iur. Ex formula inhibitionum, ex stilo, ex consuetudine, de quibus supra, tolluntur argumenta in contrarium facta. Specifice autem quo ad primum responsum fuit num. 7. ad fin. primi argumenti pro opin. negatiua induct. Ad secũdum respondetur negundo, quòd principalis possit valide appellationem intimare, nõ data sibi hac facultate. Et quatenus posset, non sequeretur ergo potest inhibitionem intimare, ad supra deducta, & arguendo a speciali, & quia ex diuersis non fit illatio, argum. tex. in l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi glo. ff. de acquiren. pos. cum vulga. Ad tertium, quòd notitia uera, vel præsumpta citationis sufficiat, est ex dispositione iuris, & ex mente Docto. hoc non habemus in materia inhibitionis, in qua aliter respondendũ prout ẽt aliter rñ̃dẽdũ fuisset in materia citationis si id decisum in iure non fuisset quod statutum non fuit in materia inhibitionum, nec est par ratio, & ad, diuersos fines tendunt inhibitio, illiusque præsentatio, seu intimatio, ac citatio vt ex se patet, Præter id, quod ut dixi, & probaui, sola ostensio instrumenti non releuat. Ad quartum argumentum respondeo pariter, quòd diuersi sunt termini inductionis reuocationis mandati, ab inhibitionis intimatione. Insuper
11 considero, quòd facile admittitur † procuratoris reuocatio, etiam tacite, puta per constitutionem secundi, non apposita clausula, Citra reuocationem procuratorum hactenus constitutorũ, &c. l. si quis cum procuratorio, §. vlt. cum ibi nota. ff. de procura. cap. non iniustẽ. extra. eod. Abb. in cap. uolentes. post numerum. ff. de offic. lega.

ga.Imo ex præsumpta, seu verisimili noua causa, seu mutatione in deterius, inducitur reuocatio procuratoris, quę idem operatur, quòd expressa, puta si procurator constitutus improbus, vel inimicus efficiatur. cap. si quem. de procura. lib. 6. l. cum quis. in prin. ff. eo. l. si cum Cornelius. ff. de solutio. Cyn. & Bar. in l. falsus. C. de fur. Bal. in l. mandatum, & in l. cum mandati. C. manda. Idē Bald. & Imo. in l. qui ita. §. qui sibi. ff. de verbo. oblig. Ias. in l. sancimus, nu. 4. C. de testa. & in l. procuratoribus, nu. 3. C. de procu. Ad quintum de causæ deuolutione per ostensionem instrumēti, præter id, quod hæc decisio negari posset, pariformiter hic nulla cadit similitudo, & probaui quòd sola ostensio instrumenti in specie facti propositi non sufficit, & aliter, & diuersis modis inducitur deuolutio quęuis, de qua tracto, & illius diuersis speciebus in 90. quæst. Regu. de Anna. & super 4. Formula commis. in glo. deuolutæ, quàm inhibitio, seu inhibitionis intimatio. Ad sextum, & ultimum, quòd minus legitime citatus venire debeat ad iudicium, id etiam negari potest, & in terminis nostris, quòd citatus per aduersarium non arctetur ad comparendum post plura hinc inde adducta firmat tanquam verius, Specu. in titu. de citatio. §. sequitur. num, 2. ver. Sed primum verius. Rursus diuersi sum fines inhibitionis, & citationis, illa enim fit ad effectū uetandi, prohibendi, seu interdicendi vt plurib. in locis ostendimus: hæc vero ad finem comparationis. Ioan. And. in ca. vlt. num. 4. versi. Item cum effectus vocationis. de electio. lib. 6. Cum quo Ioan. Andr. tenet Bal. super rub. ff. de in ius vocan. quod etiam voluit ibi Saly. num. 2. argu. tex. ib. l. 1. in fi. ff. de actio. empt. ac Lud. Roma. in l. 1. col. 2. nu. 7. de arbit.

SVMMARIVM.

1 *Executio inhibitionis, & contrauentio inhibitioni facta si concurrant, in dubio præsumi debet executionem subsecutam esse.*

2 *Attentata illicita sunt, & sonant in delictum.*

3 *Actus ille præcedere debebat quòd præsumatur præcessisse pro validitate actus, & ad excludendum delictum.*

QVAEST. LXXXI.

1 Octuagesimoprimo quæro † eodem die apparet executa inhibitio, & aliquid contra eam factum, si non cōstet quid præcesserit, quid prius factum præsumi debeat? Simile quæsitum posui in tract. Monitoriorum. q. 27. vbi probo, & concludo præsumendum esse pro non attentatis, videri poterunt, quæ ibi scripsi. Et cum at-
2 tentata † regulariter illicita esse dicantur, & sonent in delictum. glos. magistra. in cap. non solum. in versicu. reducendum. versic. Dici tamen. de appel. libro 6. Aegid. Bellame. dec. 18. incipi. oneratio. Et attentans eodem tempore ius, iudicem, & partem offendere dicitur. ad nota. in c. cordi. de appellatio. libro sexto. per Phi. Franc. in cap. bonæ, num. 14. & 39. eod. titu. præsumē-
3 dum erit in dubio illum actum † pręcedere, qui præcedere debebat pro validitate actus, ac ad excludendum delictum. Alex. in l. 2. §. prius, colum. 2. versic. Quod ubi alius. ff. de vulg. & pupil. Felin. in c. super literis, colum. 8. in 1. limi. & in c. pastoralis, colum. 4. de rescri. Cassado. Dec. 21. de præb. Et pro hac exclusione attentatorum faciunt nonnulla alia, quæ in præmissa quæstio. 27. posui.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in uim commissionis signatæ prout de iure, an extra terminos iuris operari possit?*

2 *Rescripto principis iudex omnino parere debet.*

3 *Rescripta iustitiæ ad hoc emanant ut iustitia ministretur.*

QVAEST. LXXXII.

1 Octuagesimosecundo quęro † an inhibitio emanata in vim commissionis signatæ prout de iure iuxta illam clausulam ita regulanda sit, vt extra terminos iuris nihil operari possit? Si loquimur extra Rotam nulli dubium videri poterit, quòd inhibitio prodesse non debeat in casibus, in quibus ius commune non assistit, vel potius resistit, & sic vel friuole, vel non canonicē inhibitum sit, quo casu iura non attendunt, seu considerant inhibitiones iuxta tex. clarum in c. non solum, & ibi omnes, de appel. libro 6. Rot. Bellame. 239. in causa, & ad alia posita supra q. 20. Cum enim tales inhibitiones de iure operari non debeant, & rescriptum supponatur signatū prout de iure, nihil vigore huiusmodi rescripti concedi poterit, quod non sapiat ius, seu iuri cō-
2 forme sit: Iudex enim rescripto † omino parere debebit: illiusque formam ad vnguem seruare. c. cum dilecta. de rescrip. But. in cap. ex parte 2. super glo. 1. de fo. comp. D. meus, consi. 32. viso puncto, col. 2. ver. Primò quòd ex quo cōstat.
3 Et rescripta † iustitiæ, illorumquè signaturæ ad hoc emanare consueuerunt, vt iustitia ministretur: nec aliud quàm iustitiam continere deberēt. Et commissio dicitur iustitia mera. l. falso. C. de rescrip. Fel. in cap. postulasti etiam de rescrip. gl. super rub. eo. & ibi omnes. li. 6. Bar. in repe. l. Cæsar. ante nu. 24. ff. de publica. Gemin. & Franc. in 1. de consti. lib. 6. Dom. meus in cap. prudentiā. §. sexta. in 2. not. num. 2. de offi. dele. ac cons. 209 in casu proposito, ante nu. 5. Inhibitio igitur, & quodcunque aliud uigore illius commissionis concedendum, regulari deberet iuxta cōmissionem, & signaturam: nec ulterius progredi poterit, alioqui nullitatis uitio subiacebit. Paris. consilio 39. non possunt, num. 9. lib. 1. Et inhibitio in vim huiusmodi commissionis, seu supplicationis recipiet omnes cōditiones, quas supplicatio. Aimo consi. 108. num. 5. Ponamus igitur, quòd

eeeeee 4 quis

quis appellauerit tertio, quod non licet de iure. C. ne lice. ter. prouo. in rub. & nigro. cap. tria nobis, de appella. fuerit tamen commissa causa Auditori cameræ, uel extra curiam Romanam Archiepiscopo Pisano prout de iure, cuius vigore fuerit inhibitum, respondi hanc inhibitionem non esse attendendã. Et regulare est etiam absq; alio rescripto, uel signatura hmõi, ꝙ si decernatur inhibitio, quę de iure concedi non debuisset, tanquam illius conditio defecerit, quę est ut sub intelligatur ipsa conditio, si de iure fieri potest, illi parendum non sit. vt post Pau. Castrẽ. voluit Bero. consi. 85. incip. dicam breuiter, num. 23. li. 3. Verũ si loquamur de inhibitione a Rota emanata in casu proposito contrarium concludendẽ dum videtur, prout conclusi etiam ex ipsius Rotę decreto supra q. 29. ex stilo moderno eiusdem Rotæ, & ex ea ratione, quod inhibitio siue iusta siue iniusta temenda, & obseruanda sit. Ego in dubio proposito putarem etiam inhibitionẽ Rotæ stante commissione signata, prout de iure, considerabilem non esse, nec attendendum esse stilũ modernum Rotæ, cum expresse constet de mente principis signantis commissionem prout de iure, quę mens, & eius mandatum seruari debet pręalle. cap. cum dilecta. ubi omnes. de rescrip. & dicto consi. Dec. 33. versi. primo, quòd ex quo constat de mente summi Pontificis &c. Paris. cõsilio 39. non possunt. num. 9. lib. 1. Et sic stante hac signatura prout de iure cesset modernus stilus Rotę. Imo modernus stilus Rotæ hoc idem suadet, vt stilo hoc casu cessante, cesset Rotalis inhibitionis virtus, & effectus, & sic decisum audio in Cęsaragustan. Fructum coram Aldrobandino, ea pręsertim ratione, quia commissio, & cõsequenter inhibitio habeant prout de iure, & nõ intrabat hoc casu stilus modernus Rotę. Hęc addenda erunt q. 20. supra positę.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an operetur ne interlocutoria reuocari possit?*
2 *Interlocutoria à iudice, qui eam tulit quandocunque reuocari potest.*
3 *Appellari ab interlocutoria debet infra decendium.*

QVAEST. LXXXIII.

1 Octuagesimotertio quæro, an † inhibitio operetur ne interlocutoria reuocari pos-
2 sit? Suppono, quòd iudex interlocutoriam † a se latam quandocunque reuocare potest, tam expresse, quàm tacitè. l. quod iussit. & ibi omnes. ff. de re iudi. cap. cum cessante. & ibi glo. magna. versicu. potest dici, quòd licet transeat in rem iudicatam. de appel. glo. vlt. in l. 1. ff. de præto. stipu. glo. in versicu. dies. in cap. significauerunt. de testib. glo. in cap. venerabilibus. in versic. decendium. de senten. excommun. libro 6. late Vincen. Hercul. Perusin. in alleg. l. quod iussit. colum. 10. uersicu. Nunc assumo tertiam. Modo pars contra quam interlocutoria lata erat appellauerat,
3 & intra decendium, † aliàs inualide appellasset cap. significauerunt. ibi, & propter hoc intra decem dies post interlocutoriam. de testibus. glo. in uersic. absoluere. in cap. querelam. de procur. præalleg. cap. venerabilibus. §. sed si iudex. & ibi glo. in uer. decendium. de senten. excommunica. libro sexto. præalleg. cap. cum cessante, cum glos. magna circa medium, de appellat. Post huiusmodi appellationem interpositam fuit obtenta inhibitio a iudice, ad quem, & præsentata iudici à quo, qui successiue sententiam suam interlocutoriam reuocat, quod secundum Hostien. in dicto cap. cum cessante. facere non poterit. Abb. ibidem numero decimosexto, versic. septimus in ordine, dubitat de dicto Hostien. ac etiam Dominus meus Philip. Dec. numero 53. qui potius videtur inclinare contra Hostien. & uterque rationes hinc inde adducit, ac citat cap. si a iudice. eo. tit. lib. 6. Mihi magis placet opin. Hostien. etiam per ea, quæ considerat ibi Phi. Fran. ac Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra. in uersic. interlocutoriam. colum. antepen. versi. Sed pro discutiendo. & Maran. in suo Specu. 3. par. 6. par. princip. quæstio. 2. numero 196. & Capit. Dec. Neapo. 1. numero trigesimo. ubi etiam limitant, & sic supponunt conclusionem Hostien. subsistere. Idem voluit Lanfran. Dec. 459. incip. appellatione. Nonnulla alia argumenta pro hac opi. videri poterunt supra. q. 75

SVMMARIVM.

1 *Arbiter an inhibere possit?*
2 *Arbitria instar iudiciorum redacta sunt.*
3 *Iurisdictio requiritur vt quis inhibere possit.*

QVAEST. LXXXIIII.

1 Octuagesimo quarto quæro an † arbiter inhibere possit? affirmatiue respondendũ
2 esse videtur, arbitria † enim instar iudiciorum redacta sunt: & dispositum in iudicibus, & in arbitris dispositum censeri debet, nisi contrarium expsesse caueatur. tex. est in l. 1. iun. glos. 1. ff. de arbit. & in l. penult. §. penult. C. eod. ac in l. rem nõ nouam. ibi. Vel qui ex recepto, idest compromisso, quod iudicium imitatur &c. C. de iudic. auten. offeratur ei, qui vocatur ad iudicium libellus, iun. glo. in uersic. ad iudicium, quæ supplet idem si ad arbitrium. & sic illum tex. qui requirit oblationem libelli faciendam citato ad iudicium, ampliat ad citatum ad arbitrium, ut idẽ dicendum sit in arbitro, quod in iudice, & est text. in capitu. a iudicibus. secunda quæstione sexta. ubi arbitri veniunt appellatione iudicum. & voluerunt Specu. in titu. de Arbitr. §. differt, & Abb. consilio trigesimotertio. quod incipit quinque, numero 5. libr. 2. Pro opin. nega-
3 tiua illud adduci potest, † iurisdictionem non habens inhibere non põt. ad not. in l. iubere cau re.

re.ff.de iurisd.omn.iud.& in l.1. ff.si quis iudicem.non obtem.c.cum tuam.de ord.cogni.Soz. consi.119.lib.3.& Aug.Bero.consil.117. incip. ex vltima,nu.2. lib.3. Arbiter voluntarius non habet iurisdictionem, sed notionem. l.ait prætor.iunct.glo.in ver. non habent. ff. de re iudi. Concludendum est,quòd arbiter ex causa inhibere possit. Hinc dixerunt Iaco. de Are. & Alberi.quos refert, & sequitur Ias. in l.curatores, num.9.& seq.ff.de offi.procur. Cæsa. quòd arbiter potest si partes sint inuicem inimicæ inhibere,ne quis transeat per contratam alterius. At si loquamur in arbitro necessario vigore statuti assumendo, is ob statuti authoritatem non differt a iudice secundum Blanc.in tractatu de cõpromis.in 6.par.in princ. Vnde prout quilibet iudex inhibere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis instrumentum præsentatum an faciat attentata si careat die, & anno, nec in eo sit narratus tenor commissionis?*
2 *Prothocollo non habenti requisita non datur fides.*
3 *Solemnia instrumenti quæ?*
4 *Instrumentum sine solemnitatibus habetur suspectum de falso.*

QVÆSTIO LXXXV.

1 Octuagesimoquinto quæro, † an stante quòd instrumentum prætensæ inhibitionis careat pontificatu, indictione, die, mense, & anno, & quòd in ea non fuerit insertus, nec etiam narratus tenor cõmissionis, inhibitio fuerit adeo nulla, vt quis non dictatur attentasse. Hoc dubium in Rota propositum fuisse audio, in Meten. parrochialis de Racuria coram Chisanen. 18.Iunij 1555.nunc Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali S.Crucis, & cõclusum fuisse pro attentatis. Licet authoritas Rotæ penes me, imò penes omnes maxima sit, nec credi possit absque optimis rationibus, seu validis argumentis motam fuisse, ne tamen inertiæ, seu ignauiæ crimen mihi ascribi possit (a quo semper abhorrui) si sicco pede pertranseam, quid super proposito dubio sentiam (iuxta institutũ meum) libere proferam. Suppono, quòd in matrice, seu prothocollo præmissa, quæ in instrumento inhibitionis deerant annotata, & descripta essent, alioqui essemus in casu indubitabili.
2 Aliàs enim nulla fides præstari debuisset, † prothocollo enim seu imbreuiaturæ non habenti præmissa sua requisita, & substantialia instrumenti nulla fides adhiberi debet. Ioan. Andr. in Addi.ad Spec.in tit.de instru.æditio. §.nunc videndum.num.4. super ver. Sed Nicolaus contradicens. Abb.& alij in c.cum P.num.3.de fide instrum. Alex.cons.153.videtur primò,nu.12. vers.Nota tertio,lib.2. Nunc ad dictum instrumentum inhibitionis redeundo, cõsidero, quòd in quolibet instrumẽto hæc necessariò, vt instrumentum dici possit requiruntur, videlicet solemnia, substãtialia, & naturalia. Solemnia † vocant illa, quæ versantur circa appositionem temporis, loci, testium, subscriptionis propriæ, vel ipsorum testium, & cætera, quæ explicat glo. in l.generali.C.de tabula.lib.10. & latius Aimon consil.116.col.1.si ostendatur, vel producatur
4 assertum instrumentum † absque solemnitatibus suspectum de falso habebitur. Bart. in l.si librarius, post num.7.& ibi D.meus, & Cagnol.ff. de reg.iur. Ang.in l.iubemus. C.de testa. Felyn. in c.ex literis, num.4.de fide instrum. Lanfran.in c.quoniam contra.in uer. instrumentorum productiones, nu.29.de proba. Assertum igitur instrumentum tanquam nullum, nulliusque considerationis, & efficaciæ nullum effectum parere potuit, nec inhibitum affecit, prout etiam dicimus citationem nullam non afficere citatum, etiam vt comparere teneatur. iuxta glo.magnã in fi.in c.placita.15.q.4. & voluit Archid. in c. non ita.post princ.2.quæst.6. Et generaliter dicimus, quòd nullum, seu inualidum inconsiderabile est, & pro nihilo habetur.l.2.cum duabus sequen.ff.de optio.lega.c.illud.de iur.patr. Insuper sicut circa citationes consideramus quatuor requisita, vt plenè ostendo in 35. quæstio. Reg.de Anna.nu.2.cum alijs sequen. sic & quo ad inhibitionem. videlicet partis instantiam pro decernenda inhibitione: iudicis decretum illam concedentis: nuncij executionem. Demum nuncij relationem, se illum intimasse, vel inhibuisse: quilibet actuum præmissorum debet esse in suo esse perfecto vt releuet. Quando quis petit inhiberi, petere debet vel iuxta formam commissionis in causa delegata: vel in ordinaria iuxta formam iuris, vel statutorum, seu facultatum, & semper iuxta formam solitam, & validã. Quando iudex inhibitionem decernit, illam pariter iuxta solitum, & consuetum modum inhibendi inhibet, inhibitionemque decernit, illum, illiusque instrumẽtum intimari mandat, ac executioni demandat, executionique demandari præcipit, & de legitima intimatione, ac executione sibi postea fidem fieri mandat. Nuncius, qui exequitur cũ suo instrumento publico inhibitionis accedere debet, & præsentare documenta valida, & in se perfecta, illorumque copiam dare, & talem, vt inhibitus percipere possit vnde, & qualiter, & qua iurisdictione suffulta emanauerit iurisdictio huiusmodi. Et in relatione executionis annotare debet notarius, vel nũcius, quòd die tali coram talibus præsentauit inhibitionis instrumentum à tali; sub die tali decretæ via ordinaria concessæ, seu in vim commissionis insertæ, vel saltem talis continentiæ, vel substantiæ, si hæc deficiant non video quomodo præsentatio similis prætensi instrumenti, seu assertę inhibitionis afficere possit, ac attentata inducere. Nec iste sic inhibitus credere tenebatur scripturæ non aucthenticæ, præsertim non visa commissione inserta, cuius vigore dicebatur emanasse inhibitio, alioqui vitio nimis creduli notari poterat,

poterat, ad text. in l. 2. ff. quod cum fal. tuto. & ad alia supra adducta quæst. 80. num. 6. Et cum inhibitio iuxta commissionem, & signaturam regulanda sit, nec ultra extendi possit, & quod ultra fit nullum sit, argum. text. in c. cum dilecta, de rescript. & voluit D. meus consi. 33. viso puncto, post num. 6. ac Paris. cons. 39. non possunt, nume. 9. lib. 1. In terminis nostris nec apparere de commissione, nec de illius tenore supponitur, quomodo ergo inhibitus existimare potest sibi legitimè inhibitum fuisse? Præsertim cum ex stilo Rom. Cur. inhibitiones aliter ab ea, & cum omnibus suis requisitis, & in forma probanti, ac commissione inserta exire, & ad partes transmitti soleant: vnde suspitio etiam falsi facilè conijci posset, ad cap. quam graui. cum alijs. de crimi. fals.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis ad quem, iudici à quo, dato cum clausula appellatione remota an faciat attentata?*

2 *Clausula appellatione remota etiam hodie suos operatur effectus.*

3 *Et tollit effectus proficiscentes ab appellatione.*

QVAEST. LXXXVI.

1 Octuagesimo sexto quæro, † an inhibitio facta per iudicem ad quem, iudici à quo dato cum clausula appellatione remota faciat attentata? Pro opinione negatiua supponendũ est iuxta communem opinio. quòd etiam hodie
2 clausula † appellatione remota, operetur suos effectus, reiecta opinione gl. in c. ad Romanam. 2. quæst. 6. ac glo. & Innoc. in ca. pastoralis, & in c. vt debitus, de appell. Archid. enim in alleg. c. Romanam, ac Abb. & alij communiter in dicto c. pastoralis. & in cap. vt debitus. concludunt, quòd imò etiam hodie operetur multos, & diuersos effectus, prout prius, quos ibi referunt, & decem & septem effectus recenset Phil. Franc. in alleg. c. pastoralis, de iure canonico: postea quos de iure ciuili. Pro quibus etiam effectibus vltra Doctor. vbi supra, videri poterit Vitali. de Gamba. in tract. clausula, in clausu. Appellatione remota. Fateor tamen, quòd clausula huiusmodi in rescriptis, quæ per officium contradictarum extra. Rom. Cur. transmittuntur, puta in rescripto Conquestus ex stilo quodam & sine aliqua causæ cognitione parum, vel nihil operetur, sed tantum tollat appellationes friuolas, seu frustratorias. Pro quo faciunt Dec. Put. 328. incipiens in vna Hispalen. lib. 2. ac quæ voluit Bal. in c. pastoralis. §. præterea. in princ. in 1. oppos. de offi. deleg. & Imol. in alleg. c. vt debitus. post num. 9. si igitur concludimus causam inappellabiliter commissam fuisse propter di-
3 ctam clausulam † tam deuolutiuus, quàm suspensiuus iurisdictionis, & omnes alij effectus ab appellatione proficiscentes, de quibus Doct. super rubr. de appellat. censentur sublati, vt per Abb. Phil. Franc. & Phil. Dec. in alleg. c. pastoralis. num. 35. & præfatus Dec. post alios in alleg. c. vt debitus, nu. 31. quod nouissimè voluit Por. Imolen. cons. 59. ex facto. num. 2. lib. 2. ac cons. 120. quæritur, nume. 2. lib. 3. Cum igitur non sit deuoluta appellationis causa ad iudicem ad quem, & ipse iudex à quo quacunque appellatione pendente possit propter clausulam præmissam sententiam executioni demandare. c. pastoralis. §. præterea de offic. deleg. Iuxta terminos nostri quæsiti stante inhibitione iudicis ad quem, contrarium tenendum est, & sic pro opi. affirmatiua, ac pro attentatis concludo per text. cum ibi nota. in ca. non solum, de appellat. lib. 6. quod etiam voluerunt Imol. & alij in alleg. ca. pastoralis. §. præterea, de offi. deleg. Lanfranc. in cap. quoniam contra. in ver. interlocutoriæ, de probat. Aufre. in Addi. ad Dec. Tolosan. 500. q. vlt. circa medium, ac nouissimè Minsinger. centu. 1. Dec. 3. incipien. quando commissa. Et voluit Cardin. in clem. 1. quæst. 8. versus fi. quòd si appelletur in casu à iure, vel ab homine prohibito, & superior admittat appellationem, & inhibeat, executio facta, sit irrita, & attentata, si supponamus per commissionem causæ appellationis, & successiuè per inhibitionem postea decretam admissam saltem tacitè appellationem iam interpositam, huiusmodi dictum Cardin. etiam ad rem nostram faceret.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata à iudice carente iurisdictione an faciat attentata?*

2 *Auditor Cameræ in beneficialibus iurisdictionem non habet.*

QVÆSTIO LXXXVII.

1 Octuagesimo septimo quæro, † an inhibitio emanata à iudice carente iurisdictione faciat attentata? Pro opin. negatiua moueor, quia vt quis inhibere possit necessariò requiritur, quòd habeat iurisdictionem, ad nota. in l. iubere cauere. ff. de iuris. om. iud. & in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obten. & per citatos supra q. 84. num. 3. ac ad nota. per Docto. in rub. & nigro. C. si à non compe. iudi. Hinc ego dicebam, quòd non obstante inhibitione ab Auditore Cameræ via ordinaria obtenta in quadam causa beneficiaria processus postea factus coram Reuerendissimo D. Io. Antonio Lazzaro moderno Episcopo Amerino, viro integerrimo, ac Praxis Ro. Cur. peritissimo nõ poterat supponi attentatus,
2 quia † Auditor Cameræ quantumuis magnam, & amplam auctoritatem, potestatem, ac facultatem habeat in beneficialibus, tamen iurisdictionem non habet. Bellamer. Dec. 210. in causa. & 305. in causa mea. Rot. in no. 336. si à iudice, & ad ea, quæ scripsi in 4. q. 31. Reg. Cancel. Quòd commis. causa. num. 2. & seq. Contrarium decisum

sum fuit, & sic pro parte affirmatiua, sub hoc tamen moderamine, quod gesta per iudicem carentem iurisdictione, ante tamen quàm sit certum eum non habere iurisdictionem sint attentata, ex quo inhibitio huiusmodi afficiebat reuocanda sint, vt conclusit Rota in causa Datiarũ castri Gastaldi, de qua resolutione mentionem feci supra quęst. 20. in princ. & est Dec. Putei 25. incipiens. Inhibitio obtenta per assertum procuratorem cum promissione de rato, sub tit. vt lit. penden. Et sic distinguendum est, aut inhibitio emanauit à iudice iurisdictione carente, & id iudex, & pars sciebant, vel scire debebant, quę paria sunt. l. quod te. ff. si cer. pet. prout in exemplo dato in inhibitione Auditoris Cameræ in causa beneficiaria absque speciali rescripto. Aut supponimus incertum, vel incognitum esse iudicem non habere iurisdictionem, & interim eius inhibitio causabit attentata.

SVMMARIVM.

1 *Tenuta nulliter data quia post inhibitionem, an debeat confirmari, constito, quòd si data nõ fuisset, denuo esset danda?*
2 *Tenuta nulla, aliàs rectè concessa confirmanda venit.*

QVÆST. LXXXVIII.

1 Octuagesimo octauo quæro, † an tenuta nulliter data, quia post inhibitionem debeat confirmari, constito, quòd si data non fuisset denuo danda esset? Pro opin. affirmatiua, quam veriorem, & magis communem puto con-
2 sidero, quòd † tenuta nulla, sed aliàs rectè concessa conseruanda, seu confirmanda veniat, vt voluerunt Alex. post alios consil. 67. vol. 6. & Curt. Iun. consi. 127. num. 5. hanc veriorem, & magis communem affirmans. Verum opin. negatiuam, & quòd tenuta huiusmodi quia attentata, & quia est læsa maiestatis iudicis reuocanda sit, non autem confirmanda, tenuit Rota in Tiburtina liquidationis fructuum coram Antonio Augustino de mense Nouembris 1554. prout Dec. caput acquen. 127. incipien. licet vbi tenuta. par. 1. De tenuta, illiusque confirmatione tractauimus supra quęst. 72. illarumque formulas posuimus.

SVMMARIVM.

1 *Translatio de vna ecclesia ad aliam facta post inhibitionem, postquam fuerit taliter iustificata, vt si non esset facta veniret denuo facienda an tanquam attentata reuocanda veniat?*
2 *Translatio quid sit?*
3 *Translationes non nisi ex magna causa fieri.*

QVAEST. LXXXIX.

1 Octuagesimo nono quæro, an † translatio de vna ecclesia ad aliam facta post inhibitionem, post quam fuerit taliter iustificata, vt si non esset facta, veniret denuo facienda, tanquam attentata reuocanda veniat? Translatio
2 huiusmodi est † de vna ecclesia, seu beneficio ad aliam, seu aliud mutatio, iuxta tex. in c. mutationes. in princ. 7. quæst. 1. vbi de translatione diui Petri ab ecclesia Antiochena, ad Romanam. ca. rogamus. 24. quæst. 1. Roma. consi. 352. quæritur. num. 17. & seq. ac Paris. consi. 45. Ruit post nu. 6. vol. 4. & translatus penitus liberatur à prima ecclesia, & obligatur illi ad quam trãsfertur. c. in apibus. §. excep. 7. q. 1. c. si quis iam translatus. 21. q. 2. D. meus Phil. Dec. in l. 1. §. vlt. ad fi. ff. de offic. eius. & in l. non vult. ff. de reg. iur. ac in c. translato. de consti. Ego transferri vidi episcopum Tilesinum, ad episcopatum S. Agathæ, & ijs diebus meritissimum, & nunquam satis laudatum Reuerendissimum D. Ioan. Antoniũ Facchinettum episcopum Neoeastren. ad ecclesiam Patriarchalem Hyerosolimitanum. His pro intelligentia nostri quæsiti suppositis, & altero, quod magis ad rem facit, videlicet, quòd
3 tam translationes † personarum ecclesiasticarum, quàm ipsarum ecclesiarum non nisi ex magna, & euidenti causa fieri soleant: causæ autem tres adducuntur à text. in c. tribus ex causis. de consecra. distin. 1. & latè tracto super signa. Gratiæ tit. de Translationibus. Supponamus, quòd post huiusmodi inhibitionem probetur aliqua vrgens causa translationis, adeo quòd si facta non fuisset fieri deberet? videtur dicendum, quod magis attendi deberet euidens vtilitas, seu necessitas, ac cultus diuinus, populorum salus, & ecclesiarum conseruatio, diuinique cultus augmentum, quàm iste rigor iudiciarius. Pro attentatis conclusit Rota in Calaguritana Translanis coram Sarmiento.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium secundum lite pendente, & post inhibitionem contractum, an dicatur attentatũ, & pœnæ alicui locus sit?*
2 *Animarum saluti maximè prospiciendum esse.*
3 *Sequestranda quando sit mulier existente lite super matrimonio?*

QVAESTIO XC.

1 Nonagesimo quæro, an † matrimonium secundum contractum lite pendente super validitate primi, ac etiam post inhibitionem emanatam dicatur attentatum, & consequenter pœnæ alicui locus sit? Pro opinio. affirmatiua pondero, quòd si iura omnia inhibent lite pendente aliquid innouari, fortius procedere debẽt in spiritualibus, vel in ijs, quæ sacramenta, vel
2 animas illarumque salutem concernunt † quarum saluti, ac vtilitati maximè prospiciendum est. c. vlt. 14. distin. c. consilium. post medium. de obserua. ieiu. c. iuuenis. de sponsa. Innoc. in c. ad audientiam. de homic. glo. vlt. in c. vlt. de scruti. in ordi.

inordi.faci.glo.vlt.in c.consulti.de regula.Abb. in c.vlt.in 2.not.de his, qui fil.occide. D.meus in c.in præsentia. num.15. vers. Postremò notandum.de probat.Luc. de Pen.in l.quoties. col.9. C.de digni.lib.12. vbi dixit, quòd animæ periculum facit etiam cessare cõsuetudinem, & multa alia. Et probat Cassen.consi.63. nu.12.animæ vtilitatem semper præferendam esse. Et tanto magis hæc procedere debent stante inhibitione de qua supra, & sic lædatur etiam maiestas iudicis. Et videmus, quòd sic contrahens non remanet impunitus, iuxta tex.in c.tua, & ibi notat Abb. num.3. de despon. duo. Pro opin. negatiua facit, quòd matrimonium secundum huiusmodi lite pendente super primo, & etiam post inhibitionem non dicitur attentatum, nec inualidum, vt probat tex.in c.cum in apostolica. de sponsa.& in ca.2.de matri.contra interdi. eccle.contra.& post Rofr.& Archid. decidit Bald. in l.Deo nobis.col.3. vers. Sed pone, quòd est quæstio, an valeant sponsalia. C.de epis.& cleri. Andr.Barbat.consil.46.col.2. num.5. lib.2. Et hæc opinio negatiua comprobatur ex decisione Rotæ Cresc.n. 285. quæ incipit, sequestranda est mulier, sub titu.de seque.possess.declarando,
3 vt ibi, quòd mulier sit † sequestranda post con. Gemin.76.& D.mei Phil. Dec.163.quod etiam voluit Ioan.de Imol.consi.125. Limito nisi matrimonium esset iam contractum, & consumatum, & vir esset in mulieris possessione, vt Dec. 7.Putei incipien. Sequestranda non est mulier, & Achil. 1. incipien. Sequestrationi mulieris, sub tit.de spons. Non incurritur tamen pœna propter attentata commissa, cum nulla supponantur. Et si primum matrimonium declararetur validum, secundum consequenter irritum esset, non ex quo contractum lite pendente, seu post inhibitionem, sed quia vno, & eodem tempore quis duas vxores habere non possit. Et si primum matrimonium declaretur nullum valebit secundum, non tamen impunè ad secundũ lite pendente transire licuit.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus notorius, cui non est facta inhibitio a iudice an validè contrahat, ac testetur?*
2 *Notorium, & sententia æquiperantur.*
3 *Prodigo quando interdicitur bonorum administratio quæ obseruanda?*
4 *Prodigus cui interdicendum est, an sit citandus.*

QVAEST. XCI.

1 NOnagesimo primo quæro, † prodigo notorio, & immoderato cui nõ est facta interdictio à iudice an validè is contrahat, testetur vel codicilletur? Pro opin. negatiua pondero, quòd lex 12. tabul. interdixit illi administrationem rerum suarum. l.is cui lege. ff. de testa. l.1. in princ. ff. de cura. furio. Et licet subdat text. quòd solent hodie prætores, vel præsides curatorem ei dare, non per hoc cessat, quin stante prouisione legis, illa non sufficiat. Amplius hic non secus ac pupillus, vel furiosus habendus est quibus æquiparatur. ff.& C.de cura. furio. Et ratio quare furiosus interdicitur, prout in l.in negocijs.ff.de reg. iur. militat etiá in prodigis: ambo enim iudicio rationis, & intellectus carent. l.interdum.ff.de condi. inde. prodigalitas enim est species amentiæ, vt dixit Bart. in l.ex facto.in 4.quæst.ff.de vulga.& pupill. & notat Bald.in Sum. dictæ l.1. ff. de cura. furio. quòd prodigus dicitur procul à regimine. ergo sicut furiosus ante aliquam inhibitionem iudicis præmissa facere non potest, ita nec prodigus.
2 Tertiò † notorium, & sententia æquiparantur. l.emptorem. ff.de act. empt. l.si verò pro condemnato.§.1.ff.qui satis.cogan.c.vlt.de cohab. cleri.& mulie. si igitur est notoriè prodigus, frustra requiritur iudicis inhibitio, vel sententia. Quartò qui emit ab eo, quem scit statim pecuniam, seu precium consumpturũ in malum, & deprauatum vsum, non est in bona fide, nec habet eum obligatum. l.si quis cum sciret.in fin.ff. pro empto.quod etiam voluit glo.1.in fi. in l.is cui lege.ff.de testam.& Doctor.in l. is cui bonis. ff.de verb.oblig.opin.negatiua verior est, quòd imò notoriè prodigus possit contrahere, testari, & alia facere, quæ quilibet sanæ mentis facere potest antequá sibi bonis interdicatur, ad quod ponderari solet text.in l.Iulianus.ff.de cura.bono.ibi. Quibus per prætorem interdictum non est transferre potuerunt bona sua. In qua interdictione hæc obseruanda erunt † videlicet,
3 quòd adhibeatur causæ cognitio de dilapidatione: quòd detur sibi curator: quòd iudex interdicat sibi bonorum suorum administrationem. Item quòd iudex faciat publicè præconizare, vt nemo secum de cætero contrahat. Hæc probantur ex text.in alleg.l.1.& per totum illum tit. ff. de cura.furio.in l.1.& toto tit. C.eo.per text. in alleg.l.is cui lege.ff.de testa.& volunt glo.& Doctor. communiter in allega. l.is cui bonis. ff.de verb.oblig. Et licet in illo dubio, an † citatio ip-
4 sius prodigi requiratur quando ad huiusmodi interdictionem deueniendum est, pro vtraque parte adducuntur contrariæ opiniones, & quidem communes hinc inde, quas retuli supra q. 18.num.9.& seq.tutior mihi videtur opin.affirmatiua, cum ante interdictionem prodigus sit libera persona, legitimusquè administrator bonorum suorum, & tractatur de suo maximo præiudicio, & honore, per regulam generalem text. in l.nam ita diuus.ff.de adoptio.& post Ang.& sequaces per Rip.in dicta l.is cui bonis. nu.26. ff.de verb.oblig.adducentem etiam validum argumentum, quod est, adhibenda est plena causæ cognitio.l.obseruare.ff.de cura.furio. quæ adhiberi non potest nisi parte præsente, vel vocata. l.in causæ.§.causa cognita.ff.de mino. Non obstant adducta supra in contrarium, & primò, quod à lege iam sit interdictũ, quia gl. & communiter Docto.in dicta l.is cui bonis.ff.de verbor.oblig.

expo-

exponunt,est interdictum à lege, idest per iudicem auctoritate legis: illud enim à lege fieri dicitur, quod fit à ministro legis ita fieri iubentis. Et pro communi intellectu huiusmodi, & pro conclusione nostra, in partem affirmatiuam adducitur bonus text. in l. patri pro filio. ibi. Vel eius vitæ sit, vt ei meritò debeat bonis interdici.ff.de mino. Non obstat secundũ, quòd æquiparentur prodigus,& furiosus,quia fateor post interdictionem factam,antea verò non: Et ita loquuntur iura supra in contrarium adducta,& Imol.ac alij in alleg.l.is cui bonis. ff.de verbor. oblig.ponderant,quòd furioso est interdicta administratio à lege,& ipso iure, non sic in prodigo. Et in furioso interdictio iudicis nil noui inducit,sed declarat,non sic in prodigo. Non obstat tertium,quòd notorium,& sententia æquiperentur,quia id verùm quo ad faciendam rem certam, non tamen quo ad iuris effectum. Ita Bald.in l.is cui lege. ff.de testam. sequitur Ias.in dicte l.is cui bonis.ff.de verb.obliga.col.4.versi. Vel secundo potes respondere. Nec obstat quartum,quia ille text. in l.si quis cum sciret. ff. pro empto.procedit quando quis scienter contrahit cum aliquo, quem scit statim consumpturum in certum malum vsum determinatum. Exemplũ vt si quis mutuauit pecuniam lusori existenti in ludo. vel adolescenti causa libidinis, vt daret meretrici.tunc enim videtur sua culpa perdere: & alium ad malos mores inducere, imò impellere,vt ibi declarant illum tex.Bart.Imol.& alij. Est etiam text.in l.si verò non remunerandi, §.si adolescens.ff.manda.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitione decreta,& executa contra A.beneficiatum,an dicantur attentata, quæ fiunt contra inhibitionem huiusmodi per B. illius in beneficio successorem?*

2 *Successor in beneficio eodem iure vtitur,quo præcessor,seu prædecessor.*

3 *Successor particularis afficitur, & iuuatur eisdẽ iuribus,quibus eius auctor.*

4 *Successor ignorantiam prætendere potest.*

5 *Acta edi, & ostendi debent omnibus quorum interest.*

6 *Decretum irritans ligat ignorantes,sed non in penalibus.num.9.*

7 *Successor in beneficio non imitatur iura præcessoris,seu prędecessoris.*

8 *Successor in beneficio à conferente ius acquirit.*

QVÆSTIO XCII.

1 NOnagesimo secundo quæro, an † inhibitione decreta,& executa contra A. beneficiatum dicantur attentata, quæ fiunt contra inhibitionem huiusmodi per B.illius in beneficio successorem? Pro opin.affirmatiua moueor,
2 quia † successor in beneficio eodem iure vti debet,quo prædecessor, seu præcessor vti poterat. Rot.411.si lite pendente.num.3.in no.Felyn.in
3 c.olim.col.pe.in 1.lim.in fin.de rescr.& † quod successor particularis afficitur, astringitur, & iuuatur eisdem probationibus, vinculis, & iuribus, quibus eius auctor, est text.in l.in omnibus officijs.§.non debeo melioris conditionis esse, quá author meus,à quo ius in me transit, & l.qui in ius alterius.§.vlt.ff.de reg.iur.c.is qui in ius. eo. tit.lib.6. Aret.consi.36.casus talis est.nu.3.vers. Secundo dico,quòd iste.& consil.112. considerans.col.2.vers. De successore. Sozzi.consi.82. super quæstionibus. num.3.vers. Secunda conclusio.lib.3.latè Aimo.de Antiq. tempo. par.1. num.78.vers. Quæ autem dicta. Et voluerunt Rot.1.aliàs 3.Nota,quòd successor, vt lit. penden. in antiq. successorem etiam in beneficio conueniri ex eisdem actis,& causa in eodem statu permanente,sicut conueniri poterat ipse principalis defunctus:inter alia autem acta causæ est etiam inhibitio, ergo si illi contraueniat, debet occasione dictę inhibitionis conueniri posse.In-
4 super esto, quòd successor † ignorantiam dictæ inhibitionis prætendere posset ad text. in l.vlt. in fi.ff.pro suo.in l.qui in alterius. ff. de reg.iur. Bart.in l.non ab re.in fin.C.vnde vi,poterit tamen tacitè de omnibus informari,& certior fieri
5 successor iste videndo acta, quę omnibus † quorum interest ædi,& ostendi debent. l. in fraudẽ. §.neque instrumenta,neq; acta, arguendo à speciali. ff.de iur. fisci.l.is apud quem.C.de ędendo. c.quoniam contra.vers. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur,de probat.Bart.in l.1.§.ęditiones.num.3.& Ias.num.7.ff.de æden.Et si non vidit,acta sibi,ac suæ negligentiæ,& ignauiæ imputet:paria enim sunt, quòd viderit, vel videre potuerit,seu debuerit,argum.text.in l. quod te. ff.si cert.pet. cum alijs. Accedit, quòd etiam, quòd verè, & probabiliter hic successor ignorasset, vel irreprehensibiliter, seu impunè ignorare potuisset,adhuc attentasset,& attentata sibi nocerent, ex quo inhibitio dicitur in se habere
6 implicitum decretum irritans, † quod quidem decretum etiam ignorantes ligat. c.1.vers. Adijciebatur insuper.de concess.præben.c.si eo tempore,& ibi glo.in ver.ignoranter.de elect. lib.6. c.quodam.vers.prima enim collatio,de præben. lib.6.c.tibi qui.§.quinimò,& ibi glo.in ver. decretum. de rescr. Pro opin.negatiua arguo sic,
7 † successor in beneficio non imitatur iura præcessoris,seu prædecessoris, cum in beneficijs nõ detur successio instar hæreditatis. c.1. de præb. Io.Andr.in c.2.vt lit.penden.lib.6.& in c. si tibi absenti.in ver.non acquiras, eo. & in cap. ex parte.de arbit.sed illud ius extinguitur, & nouũ in persona successoris incipit,& creatur. Lap.alleg.86.ante nu.12.Rot.13. de procur.si A. constituat, in fin.aliàs 171.in no. Mil.in Reper.in
8 vers.successor in beneficio. Et quòd † successor in beneficio à conferente ius acquirat, non autẽ à defuncto,vel cedente,seu alio, est text.in c.frequentibus, de institut.in c.1. vbi Abb. in 2.not. de præb. & voluerunt Guid. de Monte Laud. in

extrá.

extra. Suscepti regiminis. in vers. vacantium. col.2.vers. Nec in beneficialibus aliquid de iure mortui.sub tit.ne se.vacan. & in extra. execrabilis.in ver.quæ aliàs.col.2.de præben.Ant.de But. in c.si diligenti,de præscript. Aret. in l.Pomponius.§.cum quis.col.3.ff.de acquir.posses.Vital. in clem.1.num.42.vt lit.penden. glo. Pragma. sub tit.de paci.possess.in vers.possedit.col.2.ver. Item in beneficialibus nulla datur successio. Insuper dato etiam, quòd aliqua ratione successor dici posset,non tamen haberi debebit vti hæres, vel similis, ad supra adducta, & sic non erit in terminis: vt acta, seu gesta per auctorem successorem in beneficio omnino afficiant, & quòd ipse teneatur omnia adamussim scire, quæ per eius præcessorem,seu prædecessorem facta fuerunt. Præter id, quòd multa fieri, & accidere potuerunt,quæ ipsum successorem verisimiliter latere possent,præsertim ea,quæ in actis non essent, etiam si per testes in futurum probari possent. Et stat regula,de qua supra, quòd successor potest rerum gestarum per auctorem ignorantiam prætendere. Et facilè est respondere fundamento cõtrario de decreto irritante,quod ignorantes liget,dato, quòd in inhibitione illud supponi posset (quod non facilè admitto) tamẽ responderi posset, quòd in materia pœnali in
9 qua essemus,etiam decretum† irritans propriũ, & naturale,ac validum non ligaret.c.si beneficia,& ibi Anchar.in 2.not. de præb.lib.6.glo.in clem.nolentes.in ver.ex tunc.de hæret.Io.And. in c.tibi qui.cir.fi.& Gemin.col.vlt. vers.uel dic, & melius,ac proba. num.18.de rescr.lib.6.Ant. de Butr.in c.cognoscentes. col.4. in 2. fallen. & ibi Imol.col.2.etiam in 2.fallen.& Fely.col.9.in 4.limit.de constit.Gemin.in c.si Apostolicę.col. pen.vers. Sed hodie,de præb.lib.6.& cons.33. col.6.vers. Nam qua ratione.Sarnen. in tractat. Manda.de proui.num.137.

SVMMARIVM.

1 *Auditoris Cameræ processus in vim obligationis cameralis factus post inhibitionẽ Rotalem emanatam vigore rescripti, huiusmodi obligationis mentione non facta an dicatur attentatus?*
2 *Priuilegij tenor inspiciendus.*
3 *Consuetudo dat iurisdictionem.*
4 *Etiam personæ priuatæ.*
5 *Iudicium in vno loco cœptum potest in alio finiri ex clausula in obligatione in forma cameræ.*

QVAEST. XCIII.

1 NOnagesimo tertio quæro, † an processus Auditoris camerę in vim obligationis cameralis factus post inhibitionẽ Rotalem emanatam vigore rescripti, huiusmodi obligationis mentione non facta dicatur attentatus? Licet hoc quæsitum pendere videatur ex facultatibus,
2 & priuilegijs† concessis Auditori cameræ super eius iurisdictione ad c.porrò, & cap.petistis,de priuileg.c.accepimus, & c.seq. de fide instrum. Felyn.in cap.1.colum.6.uers. Considera etiam aliud,de rescr.Cassa.Dec.3.in fi.de priuileg. tamen quia facultates non semper sunt eædẽ, imò in aliquibus mutantur,ampliantur, limitantur, reformantur,nõ potest dari certa, & indubitata responsio,ac determinata regula: à communiter tamen accidentibus,& iuxta communem obseruantiam concessionum huiusmodi facultatum, consideratis etiam infra dicendis,cõstitui potest quasi ineuitabilis conclusio pro opin.negatiua, princeps enim supremus, qui penes se habet iurisdictionem, & potestatẽ,communicat causas, quas vult,cũ suis magistratibus eo modo, quo sibi videtur,vt per Bart.in l.imperium, col.4.ff. de iurisd.omn.iud.per Bal.in l.1.num.24. ff.de offi.eius, quæ communicatio taliter fit,ne liceat vni magistratui falcem in messem alienam immittere, quod etiam à iure diuino factum videmus,quo sacerdotes, & prophetæ non se intromittebant in causis seculi.vt probo supra quæst. 4.nu.10. In quibus autem causis pluribus magistratibus super illis iurisdictionem habẽtibus locus est præuentioni. In obligationibus in ampliori forma cameræ summus Pontifex constituit proprium iudicem ipsum Auditorem cameræ, ac illorum obligationum executorem,nõ obstantibus rescriptis, per quæ causę committuntur alijs iudicib. de camerali obligatione mentionẽ non facientibus, prout in facultatibus Auditori cameræ pro tempore concessis videre est: apposito etiam decreto irritanti,& clausulis derogatorijs, & alijs. Et ita per omnes iudicari mandat ipse summus Pontifex. Non est igitur recedendum a mandato principis.cà. cum dilecta.de rescr.cum vulga. Secundo hæc est antiquissima consuetudo, & indistinctè seruari solita, quòd Auditor cameræ executioni demandet huiusmodi obligationes in forma cameræ nullis impedimentis, seu subterfugijs attentis. † Cõ-
3 suetudo autem dat iurisdictionem. c. cum contingat.de for.comp.c.1.vers. Nisi amplius, de pœn.lib.6.glo.in c.Romana.in ver. consuetudine,de appell.eo.lib. Rom.consi.243.ad prædictorum,& consi.300.in casu proposito,num.1. Amplio,quòd etiam personæ priuatæ † per cõ-
4 suetudinem iurisdictio tribuatur. Archid.in ca. conquęstus. 9. quæst.3. pro quo adduco text.in l.si quisquam.ff.de diuer.& tempo. præscrip.& in l. venditor.ff.commu.prædio. Et iurisdictio inquit Cardin.in clem. auditor, de rescrip.ante num.7.plus in facto, quam in iure consistit. Et generaliter dicimus,quòd in interpretatione cuiuscunque dispositionis consuetudo sequenda sit,etiam,quòd subtilitas iuris, vel verba aliud inferant.l.vnic. C.de nudo iu. quiri. & ibi notat Bald.in vers. In text. ibi nudum nomen. Innoc. in ca.olim,num.2.vers. Excipiunt quandoque interpretationem.de verb.signif. Abb.in c.certificari,de sepult. Aret.consi.11. procedendum, colum.3.vers. Ex ijs infertur.& uers.Sed tamen ex suprabundanti. latè Felyn. in c. cum M. Ferrarien.

Ferrarien.col.3.de const.& D.meus, consi.441.
præsens consultatio, num.12. & seq. Tertio in
obligatione in forma cameræ, seu eius extensio-
5 ne apponitur clausula, † quòd iudicium in vno
loco, seu coram vno iudice cœptum possit in
alio loco, seu coram alio iudice prosequi, & fi-
niri. Et possit debitor ad libitum creditoris in
omnibus locis conueniri, arrestari, & c.cum non
obstantijs necessarijs, & sic derogatur. l. vbi ac-
ceptum est iudicium. ff. de iud. & alijs iuribus
prout ex formularijs apparet, præsertim ex for-
mulis Anto.Gallesij in tract. ad formam came-
ræ, in princ. & in formula nuper per eum inuen-
ta, & addita. Et sic virtualiter adesse videtur
renunciatio attentatorum ex consensu ipsarum
partium, quę renunciatio, an, & quando, & qua-
liter fieri possit, & subsistat, tractabimus in alia
quæst. In vno casu concluderem pro attentatis
post inhibitionem Rotalem, quando, videlicet
dubium oriretur, an locus esse deberet obliga-
tioni camerali, an non; prout sic conclusum pro
attentatis audiui in causa Hispalen. Ponsion. &
Attentatorum coram R.D.Saraphino.

SVMMARIVM.

1 *Si quid circa inhibitionem cognoscendum sit, quis*
cognoscere debebit? & num.2.

QVÆST. XCIIII.

1 NOnagesimo quarto quæro, † si quid circa
inhibitionem sit cognoscendum, quis co-
gnoscere debeat? Aug. Bero. consi.114.num.7.
lib.3. alios ad id citans, vult, quòd cognoscere
debeat iudex, qui inhibuit, non autem iudex in-
ferior, pro qua conclusione faciunt, quæ in simi-
li quæsito uolunt Doct. in l. ex quacunque.ff.si
quis in ius uoca. uidelicet si dubium sit an iu-
risdictio spectet ad iudicem ecclesiasticum, uel
secularem, maior præferatur, & sic ecclesiasti-
cus, ut post alios, quos refert concludit ibi Ias.
nu.19.subdens postea plures limitationes. Sic
in casu nostro iudex, qui inhibuit, qui maior est
decidere debebit. Mihi non displicet aptando
casui nostro opinio Bart. in Repetio. dictæ l. ex
quacunque.post num.3. ibi uel superior cogno-
2 scere. † ff. si quis in ius voca. per text. in l.ult.
C.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Attentare an dicatur possessionem beneficij nomi-*
ne cameræ captam, accipiens post inhibitionem
sibi factam?
2 *Cameræ Apostolicæ hodie debentur fructus be-*
neficij vacantis.
3 *Attentata, & spolium prætendi non possunt stan-*
te licentia principis.

QVAESTIO XCV.

NOnagesimo quinto Cameræ Apostolicæ
nomine capitur possessio beneficij vacan-
tis per obitum, impetratur idem beneficium sic
per obitum vacans, per A.& B. cõmittit causam
idem B.super beneficio huiusmodi cõtra A. cui
etiam inhiberi facit, idem A. suffectus quo ad
possessionem in locum camerę Apostolicę illam
assequitur, seu (vt asserit) continuat, quæritur
1 an † attentare dicatur? attentataque reuocanda
veniant? Supponendum est, quòd vacante be-
2 neficio † fructus illius de iure communi reser-
uabantur futuro successori in illo beneficio, iux-
ta text.in c.præsenti, de offic.ordi. lib.6. Hodie
verò fructus huiusmodi esse dicuntur, & sunt
cameræ Apostolicæ, & per ipsius commissarios
capiuntur, & præter stilum notorium habemus
in specie Dec.855.cum camera.in antiq. quæ est
eadem Bisigne. vni. sub titul. de solutio. in anti-
quio. Solent nonnulli beneficia impetrantes
cameræ Apostolicæ adhærentes, vt citius, faci-
lius, tutius, & minori cum impensa, ac fauorabi-
lius possessionem beneficij assequi possint, præ-
textu, seu spe fructuum recuperãdorum vel alio
obtemptu ab eadem sede Apostolica impetrare,
vt nomine cameræ possessionem statim assequi
possint absque aliquo impedimento, possessio-
nemque sibi tradi per aliquem cameræ Aposto-
licæ commissariũ sibi tradi instant. Si interim,
& ante traditionem possessionis huiusmodi illi
impetranti factam, inhibitio præmissa emanaue-
rit, possessio huiusmodi impetrantis, & omnia
alia subsecuta erunt, & reuocanda, prout con-
clusit Rota in Parmen. Parro. S. Siluestri, de mẽ-
se April. 1556. coram Iunio, licet possessor se ex-
cusaret, quòd continuasset possessionem aliàs
nomine cameræ Apostolicæ captam. Et licet
etiam post inhibitionem possit quis licitè suam
possessionem continuare, per text. in l. 1. vt lit.
penden. & probaui supra quæst.23. hic tamen
considerabatur mutatio personæ. Et diuerso
iure iste vtebatur possessione huiusmodi, & ad
alium finem, quàm camera Apostolica, ad text.
à contrario sensu in c.cum teneamur. de appell.
& ibi Franc.& alij, vbi quòd non attentat, qui
vtitur eo modo, quo ante litem vtebatur. Limi-
to præmissa in possessionem huiusmodi capien-
te vigore breuis sine vitio spolij, & attentatorũ,
quod nonnunquam alicui benemerito, seu fami
liari concedi solet, quo casu etiam præcedente
3 inhibitione nec spolium, nec attentatum † præ-
tendi poterit ex principis licentia, seu authori-
tate. Cyn. in l. meminerint. C. vnde vi. Oldr. con-
si.1. Rot.310. si reus, post num.3. vers. Non po-
test etiam dici aliquod innouatum. in no. & ad
alia, quæ adduco in 23. quæst. iuxta nouam ædi-
tio. num.34. Reg.16. cancel. ac in 8. quæst. nu.6.
de subrog. colli. Non multum ab hac quæst. di-
stat conclusio altera Rotæ 26. Maij 1546. facta
in causa Fulginaten. parro. vallis Zopinæ: con-

clusum

clusum enim fuit, si commissarius citatus, & inhibitus possessiones postea tradat, resultare spolium attētatum, quia licet breue dicat, quòd commissarius capiat possessionem & Męuio expeditis literis tradat, lis tamē ad instantiā Męuij impedit, dicta. Dec. 244. incipien. Fulginaten. parro.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio decreta, non tamen executa, & reproducta, an faciat attentata?*
2 *Pœnitere an possit inhibitionem, vel citationem obtinens ante illius executionem?*
3 *Pœnitentibus iustè subuenitur.*
4 *Citationis decreto obtento commissa causa per actorem, iam lis quo ad eum pendet.*
5 *Attentata dicuntur facta post commissionem causæ, & decretum citationis.*
6 *Voluntatis mutatio non pręsumitur.*

QVAEST. XCVI.

NOnagesimo sexto fuit decreta inhibitio in
fauorem Męuij contra Titium, quæ tamen non fuit reproducta apud acta, imò nec
1 executa, quæro si Męuius contraueniat † inhibitioni, an dicatur attentasse? Pro opin. negatiua videtur in terminis cons. Guid. Papæ 66. In facto præsupponitur, quòd vere, post num. 4. vers. Quia non fuerunt dictæ literæ inhibitorię executæ contra dictos Coyretos, nisi die &c. & postea vers. Nam sola concessio literarum inhibitoriarum nihil operari debet, nisi a tempore executionis eiusdem. Idem etiam habetur in consi. eiusdem 69. incipien. pro declaratione articuli, num. 8. versi. Ad octauum, ibi. Ad quod dicendum est, ipsas literas inhibitorias aut executionem ipsarum nullum effectū habuisse &c. Idem etiam voluit Sozzin. consil. 45. visa, nu. 7. & seq. lib. 1. Contra Męuium inhibitio non fuit
2 executa, ergo eum non afficit. Insuper pœnitere potuit inhibitionem obtinens ante illius executionem: prout in simili dicimus de obtinente citationem de pedem retrahente. l. in criminali. iun. glo. in ver. inuestito. C. de iurisd. omn. iud. l. 1. iunct. glo. ult. & l. quamuis. & ibi Bal. ac Alexand. num. 4. & seq. ff. de in ius uocan. Paul. Castren. in l. si quis maior. C. de transact. Et facit ratio text. in l. si quis libellos. C. de appell. uidelicet, ne iustè pœnitentibus † humanitas am-
3 putetur. c. ult. §. si quis libellos 2. quæst. 6. Host. in cap. 2. col. 2. uers. Quid ergo si aliquis appellauerit, de crimi. fal. Rot. 402. si actor, post nu. 2. vers. Præterea supposito, quòd reum fecisset citari & c. in no. Ægid. Bellam. Dec. 406. aliàs 456. si P. versus fi. & Dec. 462. pro quo est etiam Dec. Achil. de Grass. 9. aliàs 66. incipiens commissa causa, & decreta citatione nondum executa, sub tit. de commissio. Pro opinio. affirmatiua, quæ mihi verior videtur, ęquiparando in hoc inhibibitionem citationi, habemus, quòd commissa
4 causa, & obtento decreto citationis † per aliquem, iam lis quo ad eum pendere dicitur. Rot. Bisigne. 2. de app. in antiquio. & 456. nota clem. in antiq. & 75. quod dicitur, in no. Aegid. Bellame. Dec. 380. si faciens committi. ac 545. si pendente. in fi. Rom. consi. 330. cir. primum, col. 1. vers. Illud autem. Felyn. in c. super literis, nu. 13. vers. Dicitur autem, de rescr. Sarnen. in compen. vt. signa. num. 65. vbi testatur in Rota decisum. Idem voluerunt D. meus Phil. Dec. in c. 1. num. 13. vers. Imò in præiudicium citantis, de rescr. & in c. vt debitus, ante nume. 15. vers. Imò in præiudicium, de appell. Afflict. Dec. Neap. 220. in causa, post num. 13. ac Paris. consil. 45. Ruit. num. 32. volum. 4. Ex præmissis etiam infertur,
5 quòd † attentata dicantur facta post commissionem causæ, & decretum citationis, licet nondū executæ, & reuocanda veniant, quod etiam senserunt Domini de Rota, prout testatur Cassan. Dec. 6. super Reg. Cancel. in princ. sequitur Sarnen. quæst. 56. nnm. 4. ac quæst. 61. post nu. 19. de trien. Ex præmissis soluuntur contraria, quæ procederent in reo nōdum sibi facta intimatione inhibitionis. Nec cadit disputatio pœnitentiæ, cum de illa non possit dici constare, nec prę-
6 sumatur, voluntatis † enim mutatio non pręsumitur. l. 3. & l. eum, qui voluntatem. ff. de proba. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. l. Lucius. 1. ff. de lega. 2. c. maiores. §. vlt. cum glo. in ver. non timore. quod met. cau. Amplio etiam si voluntas tenderet ad malum. Capra consil. 145. post princ. præter id quod decretum inhibitionis nō ab eo solo, qui obtinuit, sed ab eo, & iudice, qui decreuit: imò etiā ab eisdem, ac aduersario pendeat: cum decretum illud in actis redactum censeatur effectum commune: Voluntatis autem mutatio admittenda non est, cum ab ipso solo non pendeat. l. sicut. C. de actio. & l. sicut. C. de actio. empt. Quod amplio etiam rebus non sic stantibus. l. Lucius. ff. de euict. Caderet etiam difficultas, an ille potuisset renunciare decreto inhibitionis obtentæ.

SVMMARIVM.

1 *Criminalibus in causis an inhititio retardet executionem?*
2 *Executio an retardanda, si simus in confesso, & conuicto.*

QVÆSTIO XCVII.

1 NOnagesimo septimo quæro, † an inhibitio in criminalibus retardet executionem? Affirmatiuè respondendum est: imò non solum prout in causis ciuilibus, sed multo magis cum tractetur de maiori periculo, ac præiudicio. Et quòd differatur executio probat text. in l. non tantum. ff. de appell. cum ijs, quæ notat Bal. in l. qui vltimo. ff. de pœn. Et quòd bonus iudex in criminalibus omni conatu debeat executionem differre aduertit Vitali. de clausul. in versic. Nil nona.

noua. appel. pendente, nu. 19. vers. Item etiam dicit. Et quòd si sit inhibitum sententiæ executio supersederi debeat concludit Guid. Papæ, Dec. 74. in causis, in vltimis verbis, & voluit Aufre. in Addi. ad Dec. Tholos. 176. ibi vel nisi superior inhibeat. Intelligêda sunt hæc nisi simus
2 in confesso, † & conuicto. prout per Guid. Papę, vbi supra, & per eundem in tract. de Appella. q. 120. col. 5. vers. Sed aduertas. Et licet in hoc vltimo loco loquatur de appellatione, non retardante executionem, si quis esset confessus, & conuictus, tamen in loco prius citato loquitur expressè post inhibitionem. Et quòd communi obseruantia non requiratur vtrumque, sed sufficit sola confessio. affirmat Iul. Clar. in sua praxi crimi. quæst. 94. col. 1. & seq. Hodie in statu ecclesiastico quando inhibetur iudici a quo in vim specialis rescripti, vel quia Papa viuæ vocis oraculo mandauerit causam iterum cognosci, & interim inhiberi, non est dubitandũ quin supersedendum sit in executione, etiam concurrente vtraque qualitate, videlicet, quòd sit confessus, ac etiam conuictus, & ita pluries seruari vidi. Imò Aufr. & Clar. vbi supra sentire videntur inhibitioni parandũ esse, ēt si simus in confesso, & conuicto. Et hæc esset æquior, & benignior opi.

SVMMARIVM.

1 *Præfixio, & lapsus termini ad docendum de pretensis attentatis etiam post inhibitionem an illa excludat?*

2 *Termini præfixi lapsus circa exclusionem spolij, & aliorum operatur.*

QVAEST. XCVIII.

1 NOnagesimo octauo quæro, an † inhibitio non reuocata, nec moderata faciat attententata si post eam sit præfixus, & lapsus terminus ad docendum de quibusvis prætensis attentatis, & innouatis? Ex ijs, quæ scripsi super formula commissionis attentatorum exclusiuæ, dubium propositum in partem negatiuam deciditur, præsertim auctoritate Rotæ, vt Dec. Cassa. vlt. de dilatio. num. 5. Et similis commissio non-
2 nullis immutatis prodesset etiam † ad excludendum spolium, seu remedium recuperandæ, prout docet Abb. in c. vlt. post nu. 6. de ordi. cogni. vbi inquit: Nam huic malitiæ poterit obuiari secundum Inno. videlicet, vt præfigatur terminus agenti, uel petenti restitutionem, infra quem si non probauerit, quod intendit, ex tunc procedetur in petitione alterius. pro quo adducit idem Abb. c. lator. qui fil. sint legit. Pondero etiam in terminis nostris, & similibus, quòd qui terminũ sibi ad aliquid probandũ, seu docendum, vel faciendum præfixũ labi permittit, renunciare censetur, nec potest agendo, vel excipiendo postea audiri: prout de præfixione ad docendum de nullitate loquens tradit Io. Cæphal. consil. 201. existimo, nu. 4. & consi. seq. num. 18. lib. 2. Et in simili habemus Dec. Put. 7. sub tit. de in integr. restit. in hæc verba, Restitutione concessa prout de iure retardâda est executio donec cognoscatur an sit danda restitutio, sed si præfixus sit terminus, & non sit doctum de causa restitutionis, tunc fit executio. Et quòd lapso huiusmodi termino valide procedatur in negocio principali probatur etiam ex Dec. Cottæ 200. prout in suis collectis. Huc spectant, quæ in simili voluerunt Fede. de Sen. consi. 17. aliàs 27. Rot. 452. Nota si iudex in partibus, in anti. ac 155. si certus, nu. 3. in ult. add. in no. ubi dicitur, quòd inualuit consuetudo per iudices, à quib. appellatur, assignandi terminum ad fidem faciẽdam de prosecutione appellationis, ut impune, & sine nota reprehensionis possint suas sententias exequi si non constat eis de prosecutione appellationis facta, & est pulchrum sing. Roma, incipiens. Hoc nesciunt legistæ. Pro quibusdam Mil. in Reper. in ver. executio sententiæ nõ impeditur. Lanfrã. Dec. 50. si appellãs, & nouissimè Misinger. sing. obseruation. cent. 2. Dec. 85. quæ pariter incipit si appellans, quicquid dixerit Gui. Papę in trac. de appell. q. 14. ad fin, uers. Sed si appellans.

SVMMARIVM.

1 *Attentatis an renunciari validè poßit.*

2 *Futurus dolus remitti non potest.*

3 *Pacta de non patendo restitutionem aduersus spolium valent.*

4 *Tacitę renunciationis attentatorum exemplum.*

5 *Sententia secunda contra primam, quæ in rẽ transiuerat iudicatam quando valeat?*

6 *Plus, & minus non faciunt differre specie.*

7 *Attentata etiam reuocantur ex puro, & mero officio.*

8 *Prætoris maiestas per attentatorum reuocationẽ vindicatur.*

QVÆST. XCIX.

1 NOnagesimo nono quæro, an † attentatis validè renunciari possit? Hic plures distinctiones cadunt, uidelicet. Aut loquimur de renunciatione ante prætensa attentata facta. Aut post. Secundo aut loquimur de renunciatione expressa. Aut tacita. Tertiò, aut supponimus ēt interuentum inhibitionis, aut non. Circa primũ membrum distinctionis, si loquamur de renunciatione facta ante prætensa attentata, uidetur negatiuè respondendum, prout in simili considerat Abb. in materia renunciationis agendi spolio, & cum in hoc non adsit differentia specifica a iure, uel doctoribus constituta, potuit argui de spolio ad attentata, & econtra. Dicit Abb. in ca. 2. nu. 16. de restit. spol. Et intellige quando fuit factum, scilicet pactum post spoliationem, secus si ante, quia tunc daretur materia delinquendi
2 † & dolus futurus remitti non potest. l. si vnus. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact. & ad nota. in c. quemadmodum, de iureiur. Et quòd attentata

sapiant dolum, & delictum sentit Aegid. Bellame. Dec. 18. incipien. oneratio. Pro opin. affirmatiua, quæ videtur verior retorquetur præalle. text. in l. si vnus. §. pacta, quæ turpem. negando attentata propriè, & verè dici posse continere turpem causam. Rursus pondero vers. sequen. Item ne experiar interdictis vnde vi, quatenus publicam causam contingit pacisci non possumus. Hic non supponimus publicam causam, ergo pactum tam de præsenti, quam de futuro
3 valere debet. Et, quòd † pactum de non petendo restitutionem, & similia valeant etiã præcedentia spolium, vel attentata (non data specifica differentia inter hæc) colligitur ex glo. in c. ex insinuatione, de procur. & per Abb. ibidem, colum. 2. & voluerunt Innoc. in c. super hoc. colum. 2. de renun. Spec. in tit. de petitio. & posses. §. 1. in 15. casu. Rot. in no. 393. si A. nu. 4. ac 401. si agenti. cappel. Tholos. Dec. 259. Sozzi. consil. 59. colum. 1. lib. 3. & in l. rem, quæ nobis, col. vlt. ff. de acquir. poss. ac in Reg. 378. fallen. 3. Alex. consi. 93. num. 5. vol. 5. Paris. consi. 113. num. 6. ac consi. 151. lib. 1. Io. Cæphal. cõsi. 235. Petrus, num. 27. lib. 2. Quæ maximè procedunt si pactum sit iuratum, vt per Rot. 16. aliàs 18. de restit. spol. in no. Abb. in alleg. c. 2. ad fi. eo. Sozzin. in alleg. l. rem, quæ nobis, num. 20. & per plures alios ex supra citatis. Et voluit Corset. in Reg. Spoliatus. in 11. limit. ac Paris. consil. 1. nu. 151. lib. 1. Et facit, quòd pacta, & iuramenta, quæ seruari possunt sine interitu salutis æternæ, seruanda sunt. l. 1. ff. de pact. c. cum contingat, de iureiur. Iuxta secundum membrum respondeo, quòd siue simus in renunciatione expressa, siue tacita, affirmatiua verior erit. Et quòd consensus partium excuset à vitio attentatorum, & alio quocunque simili post Innoc. voluerunt Cardi. & Abb. in cap. constitutus. de appell. qui consensus partium regulariter videtur reddere licitum, & validum, quod aliàs illicitum esset ac inualidũ, vt in testium dictis non ritè examinatorum, aut post didicita testificata productorum consensu partium accedente ponit post alios, Ias. in l. 1. nume. 16. & seq. ff. de ferijs. Exemplum etiam ponere possumus quando attentans fuisset admissus ad probandum de suo bono iure in negocio principali, illudque probauerit, vt per hoc
4 videatur † tacitè priuilegio attentatorum renunciasse ad supra adducta: Non secus ac in eo, qui obtinuit sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, si patiatur de iuribus primæ sententiæ discuti, non opponens exceptionem rei iudicatæ
5 censebitur sibi præiudicasse, vt si feratur † sententia contra eum, illa valeat, non obstante re iudicata, etiam si lata sit ab eodem iudice. Inno. in c. cum dilecta. in glo. in vers. & furtiui. versus fi. de rescr. Roma. consil. 174. amplissimè, ad fin. Rot. Bellame. 84. incipien. Executoria impetrata. Aret. consi. 73. diligenter. col. 2. vers. Præterea ex quo Ioannes, ac Fel. in c. inter monasterium, num. 29. & seq. in 8. limit. de re iudic. vbi plura exempla ponit in diuersis materijs, quando patienti præiudicium inferatur. Quoad tertium membrum supposita inhibitione post, vel ante renunciationem huiusmodi affirmatiuè responderem, tum ex præmissis deductis, tũ quia atẽtata post inhibitionem non videntur plus attentata, vel peioris qualitatis, seu conditionis quàm
6 alia, nec diuersæ speciei † etiam si in aliquo per plus, & minus differrent. l. vlt. ibi. Et enim in mediocritate, non in genere differt, & ibi Bart. post princ. ff. de fun. instru. l. scapham. ff. de euictio. Hinc dicimus, quòd triangulus nullus, altero triangulo magis triangulus dicitur: namq; horum vterque rationem similiter capit trianguli. Bart. in l. ita stipulatus. col. 2. vers. Sed contra istam lecturam. ff. de verb. oblig. & in tracta. de Alueo, col. 5. num. 2. in vers. Quæro si supra; vers. Et ideo dicimus, quòd plus, & minus. In vtramque sententiam adduci potest illud Auerrois. 4. Metaph. text. commen. 18. dum inquit; Quòd non similiter mentitur, qui dicit quatuor esse quinque, sicut qui dicit quatuor esse mille. Tum etiam in hanc sententiam affirmatiuã deuenio ex decreto Rotæ facto, vt audiui coram Oradino in Ouiten. Nullitatis inter capitulum, & Pizzarum. Voluerunt enim Domini atten-
7 tatam non dici executionem factam post concordiam, seu transactionem cum clausula: Quòd brachium seculare, & executio remaneat in suo robore, ac alijs clausulis tacitam renunciationẽ attentatorum inferẽtibus, commissa postea causa per reum super nullitate concordiæ, ac emanata, & executa contra actorem inhibitione in vim commissionis huiusmodi: Et hoc ex præcedente pacto, ac renunciatione attẽtatorum (vt præmisi) saltem tacita, ad supra adducta. Limitarem prædicta, præsertim supposita inhibitione, non procedere quando iudex ex suo officio
8 nobili, ac puro, & mero attentata † reuocare vellet, quod potest, & nonnunquam facit, vt per Rot. 433. nota nunquid. num. 5. in anti. quæ est eadem Bisigne. 1. vt li. penden. & in no. 14. fuit dubitatum cir. medium. Phil. Franc. in c. bonæ. num. 15. de appel. Cassa. Dec. 3. incipien. Petrus. nu. 6. de restit. spol. Et sic per reuocationem at-
8 tentatorum huiusmodi † prætoris maiestas contempta, seu læsa per attentata commissa. c. sollicitudinem, & ibi Franc. num. 3. de appel. Natta consi. 568. quidam, nu. 4. lib. 3. quæ prætoris maiestas in honore consistit, vt declarat Bero. cons. 165. in proposito, num. 19. lib. 3. vindicatur, ad nota. in c. cordi. de appel. lib. 6. & per Phil. Fran. in c. bonę. nu. 14. & 39. eo. & per Oldr. cons. 206. in causa Carnocen. post princ.

S V M M A R I V M.

1 *Quę sit maioris potentiæ inhibitio, an auocatio causę?*
2 *Auocationis descriptio.*
3 *Inhibens in quibusdam potest esse minor illo cui inhibet.*
4 *Doctoratus à Papa, vel Imperatore alijs prçcedit.*

5 No-

5 *Nostris, imò verò Apostolicis firmiter obedire mãdatis, clausula.*
6 *Appellatio friuola, seu iniusta non facit attẽtatà.*
7 *Attentata post inhibitionem a Rota mandat reuocari non discusso prius an inhibitio sit iusta.*
8 *Aequalia, quę vni tertio sunt, & inter se erunt ęqualia.*
9 *Inhibitio ęquiualet decreto irritanti.*
10 *Auocatio ęquiualet decreto irritanti.*
11 *Auocatio impedit possessorem lite pendente sua possessione vti.*

QVÆSTIO C.

1 Centesimo quæro † quæ sit maioris potentiæ inhibitio, an auocatio causæ? Si absolutè loquamur videtur dicendum, quòd maioris potẽtiæ, & efficaciæ sit auocatio causæ, quippe quæ à maiorem potestatem habente emanare soleat: Princeps enim, vel in magna dignitate, potestate, ac auctoritate constitutus causas auocat prout colligitur ex auocationis descriptione,
2 † quam litis pendentis coram inferiore ad principem, vel alium superiorem absque prouocatione facta translationem dicunt, iuxta text. in c. ecclesia 2. ibi. Postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negociũ reuocauit, vt li. penden. in c. vt nostrum, ibi. Per quod totius cognitionem negocij ad nostrum iudicium reuocauimus, & ibi per omnes, de appell. per Rebuff. qui eam reuocationem appellat in tract. de euocatio. queſt. 2. super leges regias tomo 1. ac per Couarub. pract. quæstio quæst. 9. num. 1. Inhibitio verò regulariter emanare solet à iudicibus, vel ordinarijs, vel delegatis, & sic minoribus, & inferioribus à principe, ac superiorem recognoscentibus, dummodo sint maiores illis, quibus inhibent, alioqui in pares, vel maiores iurisdictionẽ exercere non possent ad text. in l. nam magistratus. ff. de arbitr. c. cum inferior, de maio. & obe.
3 Et nonnunquam videmus quòd iudex † ad quẽ (& consequenter ille, qui inhibere potest) in quibusdam potest esse minor, seu inferior iudice à quo, & sic illo, cui inhibetur, vt declarant Io. Andr. & Gemin. in c. Romana, de appella. lib. 6. & Phil. Franc. super rub. de appellat. col. 4. ac Io. Franc. Rip. respon. 181. aliàs 13. incipien. Allobrogum Dux, nu. 6. vers. Tum quia potest esse, quòd iudex ad quem, sub tit. de diuer. rescri. Hęc nõ accidunt in auocante causam, ut per Doctor. in alleg. c. vt nostrum. Sic etiam uidemus, quòd adiunctus cõiudicibus inhibere potest, ut ostendi supra quæst. 6. num. 2. at ridiculum esset dicere, quòd adiunctus à conudicibus causam auocare posset. Sic & Cardinali nemo inhibet etiam Cardinalis propter illius reuerentiã. Rot. 712. no. quod quando. in anti. Bellame. cons. 18. ecce quòd facta. col. 1. uers. Quòd non possit. Causæ autem etiam à Cardinalibus auocantur, uel propter faciliorem, seu breuiorem expeditionem, vel vt expensis parcatur, seu quia causa nõ sit magni ponderis, aut ex alia rationabili causa. Sequitur ex præmissis, quòd authoritas, seu potestas a maiore procedens, maior, fortior, ac prçstantior haberi debeat. Prout in simili dicimus,
4 quòd † doctoratus a Papa, vel Imperatore debeat p̃cedere doctoratis ab inferiore, ad text. in l. 2. ff. de albo scriben. per tuas. & ibidem Abb. de maio. & obed. Mart. Laud. in tract. Dignit. §. 20. Roma. in l. si verò. §. de viro. in 45. fallen. ff. sol. matr. Ias. in l. si quis maior. nu. 31. C. de transactio, vbi (& bene) limitat, ac declarat procedere, quando est doctoratus cum rigore examinis, qđ rarò fit. Qui tenere vellet auocationẽ, & inhibitionem, de quibus tractamus, parem auctoritatẽ, ac potestatem habere, considerare posset (& sic omnibus præmissis respondetur) quòd imò & lex, & princeps inhibet, ac inhibere potest, vt ostendimus supra quæst. 2. & nu. 9. affirmo Papã inhibere solere in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione salutis æternæ, iuxta text. in c. 1. in princ. de sepul. lib. 6. Hac pœna nulla grauior, nec similis reperiri potest, animæ enim salus vnicuique rei præponenda est, vt ex se patet, & probatur ex text. in c. vlt. 14. dist. & ex alijs adductis supra quæst. 90. nu. 2. & ex eo, quod habemus in sacra pagina. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò detrimentum patiatur? Hæc, vel similis pœna, seu comminatio non solet in auocationibus apponi, quo fit vt hæ inter se pares habeantur, vel hæc inhibitio quo ad hanc pœnã potentior, seu formidabilior censeri debeat. Vel iuxta opin. Ioan. in alijs terminis prout per gl. 1. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. hæ duæ, de quibus loquimur, nec vt paria, nec vt opposita, nec vt pars, & totum se habeant: & ideo neque remotiuè, vel positiuè sequatur vnum ad aliud: sed habeant se vt excedentia, & excessa. Ad id, quod dicebã, quòd auocans causam maior esse solebat, quàm inhibens, responsum hactenus fuit uno modo, quòd imò idem, qui auocare, & inhibere etiam potest. Altero modo respondeo, quòd maioritas consideranda est respectu illius à quo causa auocatur, & cui inhibetur, & sic sufficit, quòd inhibens in illa causa sit maior eo, cui inhibet, ut volunt Doct. supra per me citati. nu. 3. Responderi etiam potest, quòd non referat an auocans plerunque maiorem auctoritatem habeat, vel dignitatem, seu potestatem, aut potentiam inhibente: Non per hoc enim constituitur specifica differentia per plus, & minus. l. vlt. ibi. Etenim in mediocritate, non in genere differt, & ibi Bart. in princ. ff. de fun. instru. l. scapham. ff. de euictio. nec homo altior, vel forrior altero, est magis homo altero, & ad alia adducta in proxima præceden. quæst. num. 6. Respondere etiam possum, quòd plerique illorum, qui inhibent auctoritate pontificia, vel imperiali, regia, vel simili iuxta solitam clausulam in inhibitionibus Rotalibus, vel aliorum delega-
5 torum apponi solitam, videlicet. Et nostris† imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis: Hæ igitur inhibitiones apostolicę, seu Pontificię

dici poterunt. Omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. l. 1. C. de vete. iu. enucle. c. si Apostolicæ, & c. hi qui, de præb. lib. 6. & in simi. notat Lap. Alleg. 133. cum Matthæus, post nu. 2. vers. At cum prædicti vices Papæ gerunt. Et hunc stilum clausulæ, Et nostris, &c. comprobat Abb. in c. cum in iure peritus, in 3. nota. de offi. deleg. Et ad indiuiduũ descendendo, quòd quo ad causandum, & inducendum attentata, & innouata faciliori via, quã ordinaria, puta per, seu post appellationem, procedatur, quando commissa sunt post causæ auo-
6 cationem, seu inhibitionem probatur, quia † appellatio friuola, seu iniusta non facit attentata. c. cum appellationibus friuolis, de appellat. lib. 6. Spec. eo. tit. §. nunc dicamus, num. 8. vers. Item appellatione pendente. Abb. in c. cõsuluit. 3. eo. Guid. Papæ Dec. 13. statuta. nu. 6. & in tract. de Appella. quæst. 12. Rot. 356. nota quòd, in anti. Bellame. 239. in causa. Paris. consi. 49. ad primũ. num. 21. vol. 4. Maran. in Spec. 3. par. 6. par. prin. quæst. 2. num. 171. In inhibitione autem non disputamus, si illa à Rota procedat, an fuerit friuola, an iniusta, parendum enim illi omnino est. Rot. 306. nota, quòd vbi, ad fi. in antiq. Et uoluit Rota attentata post inhibitionem non discusso an inhibitio esset iusta, an non, ante omnia reuo-
7 cari, † vt Dec. 27. Achil. de Grass. incipien. Attentata ex stilo, sub tit. de Attenta. sic & Auocatio principis attentata inducit, ac iurisdictionem suspendit, non discusso an iustè emanauerit, an non, sufficit enim constare de voluntate auocantis. c. pastoralis, de offi. deleg. c. ut nostrum, & ibi Bal. Barba. Præpos. in 2. not. & D. meus, de appel. c. constitutus. eo. Innoc. in c. cum M. Ferrarien. col. 3. de constit. Et sic in hoc pares sunt inhibitio, & auocatio. Auocatio, & inhibitio pares etiam inter se erunt, si hoc arguamus ex commu-
8 ni conceptione per Euclidem. Quæ † vni tertio sunt æqualia, & inter se erunt æqualia. Inhi-
9 bitio † æquiualet decreto irritanti, vt probatur ex text. in c. cum dilectus, vbi etiam gl. & Doct. de iure patro. & in c. præsenti. respon. 1. de offi. lega. lib. 6. per Lap. Alleg. 16. an valeat. post nu. 2. & ibi addo in vers. ille. & voluit Cassad. Dec. 2. num. 7. quæ incipit, Dec. 3. de restitut. spoliat.
10 † Auocatio, seu manus Papæ appositio æquiualet pariter decreto irritanti, seu annullatiuo, vt nouissimè voluit Menoc. consi. 83. respondebo, num. 31. lib. 1. ergo inter se æquales erunt dictæ inhibitio, & auocatio. In pluribus alijs etiã æqualitas inter eas considerari potest: Verum in nõnullis potiorem existimo auocationem, præsertim quando Papa ad hoc auocat causam, vt ipse idem illam cognoscat, & decidat: Et limitarẽ conclusionem illam, quam firmaui supra quæst. 23. vbi tenui continuantem possessionem suam etiam post inhibitionem non attentare, amplian do etiam, vt ibi, putarem aliud dicendum fore in
11 continuante possessionem † post auocationem causæ, & totius negocij à principe factam: Auocatio enim impedit (quod quidem mirabile, & contra iuris regulas videtur) possessorem lite illa pendente vti sua possessione, vt voluit Inno. circ. fi. & glo. in vers. cum plus, in c. vt nostrum, & post Rot. 76. in no. & post Franc. in eo. cap. vt nostrum, num. 5. col. 4. vers. in eadem glo. in fin. de appell. concludit Paris. consil. 39. incip. non possunt, num. 7. & 12. lib. 1. Quod tamen declarandum, & sublimitãdum venit, vt facit Rebuff. in l. quod iussit. in 2. not. nume. 130. versic. Vndecimo quicquid sit. ff. de re iud. videlicet, id locum habere quando per continuationem possessionis fieret præiudicium negocio principali, aliàs secus.

SUMMARIUM.

1 *Si pro Apostolis non rediens causam committi fecerit, ac inhibitionem obtinuerit, an causa dicatur deserta, & attentata dicantur, facta post inhibitionem?*
2 *Terminus iuris est 30. dierum.*
3 *Pro apostolis si non redeatur, appellatio dicitur deserta.*

QVAEST. CI.

1 CEntesimo primo quæro, † an pro apostolis non rediens, si causam infra 30. dies commiserit, & inhiberi obtinuerit, causa dicatur deserta; vel potius gesta contra inhibitionem huiusmodi dicantur attentata? Supponendum est, quòd quando appellanti datur terminus iuris
2 † qui est 30. dierum. l. vni. iun. gl. in ver. sufficit. ff. de libel. dimisso. l. iudicibus. C. de appell. c. ab eo. eod. titul. libro 6. clemen. 2. versic. Similiter si iudex. eo. & vtrobique Doctor. si in dicto ter-
3 mino quis † pro apostolis non redierit, causa dicitur deserta. dicto c. ab eo. & clemen. quamuis. ac clemen. appellationem. iunct. glo. in versi. per negligentiam. eod. titul. Rot. 347. in nou. si igitur desertionem supponimus, inhibitio huiusmodi nihil operari poterit, & consequenter non aderunt attentata. Rota nouissimè in Nucerin. Attentatorum coram Lancellotto conclusit pro non desertione, ex quo causa in tempore, seu termino præfato commissa fuit, vnde non teneretur amplius causam interim cõmittens pro apostolis redire. Ego autem monere solebam, quòd in rescripto commissionis causæ appellationis apponeretur clausula a Signatura iustitiæ concedi solita: videlicet, Termino iuris pro apostolis forsan dato, ita quòd pro illis vlterius redire non teneatur, stilo palatij &c. proutin mea formula commission. 18. sub illis verbis. Concluserunt pariter Domini de Rota executionem factam post præfatam inhibitionem fuisse attentatam etiam impetrato rescripto speciali super prætensa re iudicata, & hæc sub die 17. Maij 1568.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an possit iudex a quo appellatione pendente ne quis in sua possessione turbetur?*
2 *Sine iurisdictione, & superioritate inhiberi non potest.*
3 *Officialis non debet se intromittere de officio alterius.*
4 *Appellatione pendente nihil esse innouandum omnia iura clamant.*
5 *Vniuersalis negatiua omnes casus, & omnes personas comprehendit.*
6 *Negatiua locutio maiorem vim habet, quàm affirmatiua.*
7 *Appellatione pendẽte iudex a quo facere potest, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*

QVÆSTIO CII.

1 CEntesimo secundo quæro, an iudex a quo appellatione pendente inhibere † possit ne quis in sua possessione turbetur? Pro opin. negatiua adduco tex. in l. iudex postquam semel dixit sententiam, postea iudex esse desinit, & parum post, siue malè, siue bene functus est officio. ff. de re iud. & text. intelligunt ibi Docto. loqui tam de ordinario, quàm delegato. Adduco etiam text. in l. cum quærebatur. ff. eo. vbi, quòd iudex malè iudicans, non potest iterum iudicare. Ratio est, quia non potest amplius in illa causa se impedire: Si igitur iudex esse hic desinit, nec in eadem causa potest se amplius impedire, sequitur, quòd inhibitionem huiusmodi decernere non poterit: Tum quia si non est iudex, non erit qui inhibeat: nec aderit iurisdictio,
2 & superioritas, sine quibus † inhibitio, vel quæuis interlocutoria, vel iudiciale decretum emanare non poterit, ad nota. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obten. cap. tuam. de ordi. cognit. Aug. Bero. consi. 117. ex vltima num. 2. lib. 3. Rursus qui fuerat iudex, postquam pronunciauit in eadem causa se impedire, & intromittere omnino abstinere debebit, ac ab omni actu iudiciali, uel extraiudiciali, alioqui in legem ciuilem, & canonicam committet, quæ prohibent immiscere se rei ad se non pertinenti, secus facientes culpa non carere decernentes. l. culpa est immiscere. ff. de reg. iur. & c. non est fine culpa. eo. lib. 6. & notauit Bart. in l. in prouincijs. C. de numera. actua. & cartu. libro 12. per illum text. quem sequitur
3 Barba. consi. 45. col. 3. lib. 3. quòd vnus † officialis non debet se intromittere de officio alterius. Quomodo igitur iste non amplius iudex in illa causa, prohibitus item à iure, in eadem causa se intromittere, iurisdictionemque alterius vsurpare ad huiusmodi inhibitionis decretum, impunè deuenire poterit? Rursus quomodo appellatione pendente absque vitio attentatorum, innouanorum, huiusmodi inhibitionem concedere, vel alium similem, vel dissimilem actum facere, exercere, vel admittere debebit? & contra regulam rubr. & totius tit. nil noua. appella. penden. Et dixit D. meus Phil. Dec. consil. 97.
4 in casu, num. 1. Omnia iura clamare † appellatione pendente nihil esse innouandum, & cons. 200. in causa. in princ. Sequitur Bero. cons. 116. pendente, num. 10. lib. 3. Alex. & Apostolla, ad eum, consi. 99. visis, nu. 3. vol. 5. Grat. consi. 103. in præsenti, nu. 9. liq. 1. Et cum verba rubr. Nil
5 noua. appel. penden. faciant † vniuersalem negatiuam, de proprietate sermonis omnes casus, & personæ sub illis comprehenduntur. vt ponderat D. meus, cons. 3. & diligenter, nu. 4. ac Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. in 7. limit. nu. 4. ff. de verb. signif. vbi probat semper maiorem vim lo-
6 cutionem negatiuam, † & prohibitiuam habere, quàm affirmatiuam, ac D. meus consi. 364. visis, col. vlt. post medium. est text. in l. hoc genus. & ibi glo. ff. de condi. & demon. quod & voluerunt Aimon cons. 146. num. 4. ac consil. 294. num. 6. Rub. consil. 51. num. 4. & Alcia. consil. 6. multa, num. 17. vol. 4. Contrarium in casu proposito communiter tenetur per text. in c. cũ teneamur, & ibi Franc. in 2. not. de appell. vbi quòd iu-
7 dex a quo † appellatione pendente inhibendo prouidere potest, ne quis turbetur in sua possessione: quod etiam probatur ex text. iun. gl. & per Abb. post Io. Andr. in c. 2. de matri. contra interdi. eccle. contra. & in specie voluit August. Bero. consi. 45. in causa, num. 2. lib. 3. Et pro hoc faciunt tradi. per Pet. Duen. in Reg. 42. lim. 17. adducentem rationem, per quam omnia contraria tolluntur, quæ est, quòd regula illa, nil noua. appell. penden. limitetur non procedere in ijs, quæ tendunt in faciliorem exitũ appellationis, prout affirmant esse in terminis nostris, & sic ea non dicantur attentata, cum circa ea exequenda non censeatur suspensa iurisdictio iudicis à quo, per iura supra adducta: & per Doctor. etiam supra relatos.

SVMMARIVM.

1 *Accusatione, vel inquisitione pendente an interdici possit administratio, & exercitium iurisdictionis?*
2 *Exemptiones lite criminali pendente propter sæuitiam concedi debent subditis.*

QVAEST. CIII.

1 CEntesimo tertio quæro, an † accusatione, vel inquisitione pendente iudex inhibere possit domino habenti iurisdictionem, & subditos, ne iurisdictionẽ exerceat, seu administret? Pro opin. affirmatiua ad hoc vt super quærelis, seu inquisitione absque metu procedi possit, & ne subditi metu retrahantur a prosecutione causæ criminalis, ac a patefaciendo domini delicta, & a testimonium veritatis reddendo, interdictio huiusmodi concedi debet, vt per plura per eum adducta concludit Thom. Gramma. consi. 10. incipien. per sindicos Vrsi. Marsi. per totum

illud con. Et hæ interdictiones, inhibitiones, seu
2 exemptiones a iurisdictione † superioris conce-
di solent, & debent lite pendente, ac durante, ne
superior propter litem sæuiat: aut contra subdi-
tos aliquid iniuriosè agat, per rationem text. &
ibi per Doct. in c. ex parte. & in c. olim. de accus.
glo. Host. & Abb. in c. dilectus, in 9. casu, vers. Et
per hoc dicit. de seque. possess. Et pro hac opin.
facient nonnulla, quæ proximè deducam.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere an possit iudex in causis ciuilibus administratiouem iurisdictionis lite pendente?*
2 *Lite pendente nihil innouandum esse iuris est regula.*
3 *Criminalis causa a ciuili valde differt.*
4 *Criminalibus in causis instar ciuilium proceditur.*
5 *Eximendi subditi sunt propter nimiam sæuitiam.*

QVÆST. CIIII.

1 CEntesimo quarto quæro, an † in causis ciui-
libus iudex interdicere possit administra-
tionem iurisdictionis, vel superioritatis lite pen-
dente? Pro opin. negatiua habemus iuris regulá
in rub. & toto titul. ff. & C. in Decreta. in 6. & in
clemen. vt lit. penden. nihil inno. Et cum rubricę
sint conceptæ negatiuè, regulariter nihil debet
innouari lite pendente, iuxta glo. in rub. extra ut
lit. pend. vers. & aduerte. Stante igitur lite, quic-
quid ea pendente fiet attentatum erit, vt etiam
per Cassa. Dec. 6. nu. 2. incipien. voluerunt Do-
mini, super Reg. Cancel. Et in specie, quòd sua
possessione, seu quasi in qua quis existit lite pen
dente priuari non debeat, etiam facto iudicis,
etiam per rescriptum principis, nisi ordine iudi-
ciario præmisso probant text. in l. extat. ff. quod
met. cau. & alia iura per me adducta supra q. 46.
num. 3. Insuper arguendo a speciali, ac a ratio-
ne cessante, si in proxima præceden. quæst. con-
clusimus id licere in causa criminali, hoc nega-
bimus in causa ciuili, nisi in iure id expressum
ostenderetur: præsertim quia cessare videtur ra-
tio metus, quæ considerabatur in causa accusa-
tionis, vel inquisitionis: & consequenter cessare
videntur argumenta facta per Tho. Gramma.
in alleg. cons. 10. Et quòd causa † criminalis à
3 ciuili ualde differat, & una alteram excludat,
probatur ex text. in l. interdum, ubi Bar. in prin.
ff. de public. iudi. in l. vni. C. quan. ciui. actio. vbi
omnes, gl. in sum. 11. quæst. 1. ad quam se remit-
tit Abb. in c. decernimus, num. 3. de iudi. idem
Bart. in l. 1. post num. 3. ff. ad Turpil. latè Bal. in
l. qui crimen, colum. 4. C. de accusa. & latissimè
Hyppo. de Mars. in praxi crimi. in ver. expedi-
ta, num. 63. cum pluribus seq. vbi tractat in qui-
bus differunt causæ ciuiles, & criminales, ac etiá
Maran. in suo Spec. in princip. 4. par. vbi plura
exempla ponit causarum ciuilium, ac crimina-
lium, & num. 33. & sequen. prosequitur illarum
differentias, & vtilitates ex illarũ differentiarum
cognitione. In contrarium faciunt con. prædi-
ctum Grammat. 10. rationes, ac consideratio-
nes, de quibus in proxima pręceden. quęst. Sup-
posito etiam, quòd vbi non affertur specifica
differentia inter causam ciuilem, & criminalem,
quod de vna dicendum, & iudicandum est, &
4 de altera. Et in causis † criminalibus (nisi aliud
cautum sit) instar ciuilium proceditur. l. absen-
tem. ff. de pœn. l. interdũ. §. qui furem. ff. de furt.
Bald. in l. qui crimen. colum. 3. nume. 26. C. qui
accusa. Ego sic distinguerem. Aut loquimur
in iudice ordinario, & subsistente causa, præ-
sertim, quòd quis in subditos suos nimium sæ-
5 uiat, & dicere subditos † eximendos esse lite qua-
cunque, siue ciuili, siue criminali pendente: in-
hibendumque fore domino temporali, vel ec-
clesiastico, seu cuicunque prælato, vel cuiuis su-
periori, ne iurisdictionem, vel superioritatem
exerceat in eos, contra quos sæuire incœpit, vel
verisimiliter credendũ est, quòd sæuire debeat,
ad text. in simili, & per illius rationem in l. 1. §.
quod dicimus. ff. de offi. præfe. vrb. & ad nota.
per Io. Fab. in §. sed hoc semper, versus fin. per
illum text. & alia iura, quæ citat Instit. de his, qui
sunt sui, vel alie. iur. Aut loquimur in eisdem
iudicibus ordinarijs, vel etiam delegatis, & gra-
tiam exemptionis per rescriptum gratiæ, addita
per signaturam clausula solita, videlicet, duran-
te lite, obtentam esse supponimus, & forma, ac
tenor rescripti seruari debebit, ad text. in c. cum
dilecta, de rescr. c. venerabili, de offi. deleg. in c.
Pisanis, de restit. spoliat. Aut loquimur in iudi-
ce delegato, cui commissa est causa simpliciter
iuxta stilum ordinarium per signaturam iusti-
tię, & nihil dictum est de exemptione conceden
da, seu de interdicenda administratione, vel vsu,
seu exercitio iurisdictionis in subditos, & nega-
tiue responderem, & sic, quòd delegatus etiam
principis præmissa concedere non possit, rescri-
pta enim sunt stricti, & limitati. iuris Innoc. Io.
And. & compostel. in c. super literis, de rescript.
Rot. 396. si committatur, nume. 3. in no. Mil. in
reper. in ver. Rescripta sunt stricti iuris. Rom.
consi. 39. in casu post nu. 4. Sarnen. in 15. quæst.
Reg. de Anna. post num. 4. Limitarem nisi tur-
baretur, vel impediretur delegati ipsius princi-
pis iurisdictio, ad text. in cap. 1. & ad ea, quæ ibi
scripsi, num. 49. de offi. deleg. Aut delegato per
signaturam committitur causa cum illa clausu-
la. Quod constito de sæuitia eximat, admini-
strationemque iurisdictionis interdicat, & tunc
ante omnia constare debebit de sæuitia, seu ma-
la tractatione propter illam conditionem adie-
ctam, seu modum datum in procedendo. c. si ti-
bi constiterit. & ibi Felyn. post alios, num. 5. de
accus. Paris. consi. 41. ex ijs, num. 14. & 21. vol. 4.
Et hæc non solum procedent in dominos tem-
porales, sed & ecclesiasticos, ac in quoscunque
superiores, & in fauorem cuiuscumque, qui à
suo superiore durius grauetur, quod possit ad
sæuitiam existimari, vt per Io. Fabri. vbi supra.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo, cuius cõscientia onerata erat, an post inhibitionem ad executionem procedere possit?*
2 *Conscientiam, quòd iuxta suam quis pronunciet causa est commissa, an appellatio concedatur, & an suspendat, an deuoluat?*
3 *Appellari non posse quo ad effectum suspensiuum, sed bene deuolutiuum, quando pronunciatum est secundum conscientiam.*

QVAEST. CV.

1 CEntesimo quinto quæro, an † iudex a quo, cuius cõscientia onerata erat vel ex dispositione iuris communis, vel ex forma rescripti, post inhibitionem ad executionem procedere possit? Magna est inter Doct. controuersia, an
2 † quando est commissa causa cũ clausula, quòd iuxta conscientiam suam pronunciare possit, si pronunciet, & ab eo appelletur, iudicis a quo iurisdictio suspendatur, & causa appellationis ad superiorem deuoluatur? vt per Imol. & Gemin. in ca. statutum. §. assessorem, de rescript. lib. 6. qui tenuerunt, nec quo ad effectum suspensiuum, nec quo ad deuolutiuum appellari posse a sententia lata secundum conscientiam iudicis, sed solum permitti per viam gratiæ misericorditer officium iudicis implorare, vt illam emẽdet, ne erronea conscientia obsit parti. Nonnulli indistinctè loquentes dixerunt appellari non licere, non declarantes an quo ad effectum suspensiuum an deuolutiuum. vt Rot. 443. fuit dubitatum, num. 3. & seq. in no. glo. & Cardi. quæst. 16. in clem. 1. de iur. patr. Franc. in alleg. §. assessorem, Roma. consi. 27. viso, post princ. ubi alios citat, & consi. 261. super eo ad fi. Felyn. in ca. 1. col. 20. vers. Et si dicatur conscientiæ tuæ. vbi latè de constit. Cæphal. consi. 89. affatim, nu. 14. lib. 1. Magis communis, & uerior opin. videtur,
3 quòd † appellari nõ possit, quo ad effectum suspensiuum, sed bene quo ad deuolutiuum: & sic gesta post appellationem à sententia huiusmodi iudicis interpositam, non reuocabuntur per viã attentatorum; sed solum via ordinaria iniustitiæ, vt in specie est Dec. Aegid. Bellame. 18. quæ incipit oneratio cõscientiæ, & declarat Nic. Mil. in suo Reper. in ver. Appellari non potest. Ad rem redeo, & concludo cum Cardi. in alleg. cle. 1. de iur. patr. quęst. 16. circa medium, post Lauren. qui dicit, properabit assignare portionem (de qua ibi) antequam fiat inhibitio per superiorem. sentiens, quòd iudex sub præmissa forma datus postquam inhibitus fuerit non possit vltra procedere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo, inhibitus an possit expensas taxare?*
2 *Taxatio expensarum an post appellationem fieri possit.*
3 *Expensarum taxatio non est nisi quædam declaratio condemnationis præcedentis.*

QVAESTIO CVI.

1 CEntesimo sexto quæro, † an iudex a quo inhibitus possit expensas taxare? Ante inhibitionem, & post appellationem, quòd ta-
2 xatio † fieri possit, ea ratione, quòd taxatio hu-
3 iusmodi non sit nisi quædam declaratio † condemnationis præcedentis, vt conclusit primus, quem viderim Lap. Alleg. 82. incipiente. In causa matrimoniali, num. 7. vers. Vnde licet de iure post appellationem à diffinitiua sint ligatæ manus iudicis, & iurisdictio in superiorẽ transfusa, tamen hoc non obstante possunt taxari expensæ, &c. Idem de rigore iuris voluit Rot. in antiq. 90. Guid. Papæ sing. 349. incipien. appellatio non impedit. Præpos. in c. pastoralis. §. verum. col. vlt. vers. vltimo per istam literam, & ibidem D. meus. num. 29. vers. Postremo non omitto, dicit hoc dictum Lapi. nota. de appella. Idem voluerunt Fel. in c. significauerunt, col. 6. vers. Quibus adde Rotam, de exceptio. quod & voluerunt Addentes ad Nic. Mil. in Reper. in vers. Appellatio manifestè friuola, & ad Dec. 465. cappel. Tholos. vbi Aufre. ita practicari in nõnullis curijs affirmat. Rebuff. item in l. quod iussit, in 2. no. nu. 155. ff. de re iud. Maran. in suo Spec. in 3. par. 6. par. prin. q. 2. nu. 186. Pet. Duen. in Reg. 42. nu. 18. Contrarium voluerunt Ant. de But. in alle. c. pastoralis. §. verum, nu. 16. vers. vltimo per hanc decre. de appella. volens Lap. citare, dicit text. a Lapo citatum non bene facere, & ibidem D. meus, nu. 29. reassumens dictum Lapi impugnat, ac defendit, in vltimis tamen verbis post num. 33. contra Lap. residet, si ita vt puto legendum sit, videlicet. Et ita videtur, ꝙ pendente appellatione a sententia condemnationis expensarum, quòd taxatio fieri nõ possit, in libro meo legitur (& malè) a sententia excommunicationis. Idem, & sic cõtra Lap. voluit Rot. 43. de re iud. aliàs 635. si dominus, in antiq. vbi quòd pendente appellatione a diffinitiua etiam si iudex (vt passim fieri solet) reseruauit sibi taxationem expensarum, illam tamen facere non potest, nisi causa ad eum reducatur, & quòd ita seruat palatium. Est etiam Dec. 46. Nota dic, quòd si feratur etiam de re iud. aliàs 831. in antiq. vbi quòd taxatio huiusmodi reuocaretur ꝑ viam attentati. Et Rot. supra 90. in anti. in contrarium citata, solum de rigore iuris id procedere affirmat, subdens tutius esse non taxare. Et voluit Rot. Bellame. 382. quæ incipit, si succumbens. expensas huiusmodi taxari non debere, nisi post finitam causam appellationis, ratio est, quia semel fuit sententia appellationis suspensa. In hac opinionum varietate præter rationes, ac cõsiderationes adductas, & factas per Doct. supra relatos in specie nostri quæsiti, taxationem fieri non posse, quando inhibitum fuisset, concludit uouissimè (cuius sententiæ assentio) Prosper Carauit. Ritu 298. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio à iudice causæ restitutionis in integrum an impediat executionem?*

2 *Restitutio in integrum, & appellatio, magnam inter se conformitatem habent.*

3 *Lite pendente super restitutione in integrum non fit executio.*

4 *Idem si non sit decisum an restitutio concedenda, vel deneganda veniat.*

5 *Executionis simplex petitio an excludat restitutionem in integrum?*

QVAEST. CVII.

1 Centesimo septimo quæro, an † inhibitio à iudice causæ restitutionis in integrum impediat executionem? Remedio restitutionis in integrum hominibus vel lapsis, vel circunuentis subuenitur, vt exorditur Vlpia. in l.1. ff. de in integ. restit. Magnamque conformitatem, ac
2 similitudinem inter se habent † restitutio in integrum, & appellatio, præsertim quo ad effectũ, vt omnia remaneant in veteri, seu priori statu. vt post Bald. in aucten. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer. voluit Vital. in tract. de clausul. in clausu. Nil noua. resti. in integr. pendente, nu. 7. Et sicut appellatio, ita in integrum restitutio executionem impedit. Soz. consi. 109. præstantissime, nu. 2. vol. 4. Et vt dixit Bal. in tit. quan. mil. inuesti. pete. deb. in c. sancimus, num. 2. vers. Et nota, quòd tria. vbi vult tria hæc, videlicet appellationem, relationem, & restitutionem in integrum habere effectum suspensiuum. Et quòd restitutio suspendat sententiam voluit idem Bal. in l. si causa cognita. C. de transact. ac Vital. vbi supra, num. 8. & habemus iuris regulam in rub. & nigro. C. de in integ. restit. ne quid no. fiat. in l. defendente, & ibi Bart. ff. de autho. tutor. Ad propositum quæsitum redeo, & sic distingao.
3 Aut supponimus pendere litem † super restitutione in integrum, & tunc absque alia inhibitione prohibetur fieri executio, uel aliquid attentari, vt uoluit Hostien. in Sum. de in integ. rest. §. an executio. sequitur Vital. in dicta clausula. Nil noua. restit. in integ. penden. num. 2. & per illum text. in l. unic. C. de in integr. restitu. postu. Abb. consil. 87. dico vnum. lib. 1. versus fin. vers. Nec debet interim dum tractatur hæc restitutionis causa sententia executioni mandari. Ias. in l. 4. §. condemnatum, num. 27. Io. Franc. a Ripa. num. 30. ff. de re iud. Ruin. cons. 34. iustis, num. 5. uers. solum ergo. uol. 5. Maran. in suo Spec. in 3. part. 6. par. princ. in 7. actu, dum tractat de in integr. restitutione, num. 96. alios ad idem citans, ac Io. Cephal. cons. 189. incipien. anno. num. 20. lib. 2. ac Didac. Couarru. pract. quæst. cap. 25. num. 7. uers. Duodecimo licet, quicquid dixerit Aug. Bero. consi. 119. in casu, colum. 1. uers. Secundo nunquam, lib. 3. uolés, quòd nunquam nullitas, seu in integrum restitutio principaliter petita executionem impediat, subdens (& malè) ita cõmuniter teneri. Et quòd regulariter restitutio in integrum impediat executionem, fuit per omnes Dominos Rotæ resolutum coram Ioan. Paulo Prolo. 12. Martij. 1544. ut in recollectis Mohed. Dec. 177. incipien. in causa, sub rub. de rest. in integ. Aut supponimus restitutionem in integrum petitam fuisse, sed nondum decisum an
4 concedenda, uel denegãda sit, an † interim dum discutitur sit concedenda, uel deneganda, dubitari potest an ab executione abstinendum sit, & quòd interim abstinendum sit voluit glo. in alleg. l. uni. quæ in uer. postulata. supplet, sed non concessa hic, nec denegata. C. de in integr. restit. post. Idem voluit Guid. Papæ Dec. 215. an executio, num. 6. ac Bened. de Bars. in tract. de Guaranti. in 3. par. quæst. 24. circa medium. Et in specie est Dec. Put. sub tit. de in integ. resti. 7. incipiens, restitutione concessa prout de iure retardanda est executio donec cognoscat an sit danda restitutio. intellige tu restitutione concessa, id est signata commissione restitutionis in integrũ prout de iure. Alioqui si iam concessa fuerit restitutio, seu quis iam admissus fuisset ad restitutionem in integrum, nulli dubium quin executio retardanda non esset. Aut supponimus ante postulationem restitutionis in integrum, pe-
5 titam fuisse executionem, † & sic petitioné executionis præcessisse, & iuxta vnam opinio. hæc simplex petitio excludit restitutionem in integrum, secus si ante postulata fuisset restitutio. Bened. de Barsis in alleg. tracta. de Guarentig. in 3. par. quæst. 21. Anto. de Cana. de executio. instrumen. quæst. 21. in princ. Alex. post Bal. cons. 62. egregiè. num. 4. repetitio. 223. volum. 6. Rip. in alleg. l. 4. §. condemnatum. post num. 30. ff. de re iudi. ac Ioan. Cæphal. consi. 263. D. Marcus, colum. vlt. num. 38. lib. 2. Et idem cauetur Dec. Put. 10. sub tit. de in integ. restit. sub ijs verbis. Restitutio non datur quando executio est petita ante petitionem restitutionis, nisi in certis casibus. ita in Oxomen. pensionis & c. Nonnulli verò vt sensisse videtur Fulg. consil. 183. requirũt, quòd ante postulatam restitutionem in integrũ non solum fuerit petita executio, sed obtenta, imò facta iam realis executio, vel saltem fuerit cępta fieri: & huc spectat, & hic cadit nostra quęstio, quòd si petita sit iam executio, seu cœpta fieri, & superueniat inhibitio in vim commissionis, non poterit procedi ad vlteriorem executionem realem: nec cœpta executio etiã realis perfici poterit, nisi prius moderetur inhibitio. vt decidit Mil. in suo Reper. in vers. executio sententiæ contra, in fin. & nuper conclusum fuit in Rota in Benauentana Bonorum 29. Nouemb. 1557. coram Iunio. Pro hac quæst. videre etiam poteris quæ scribam infra quæst. 126.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an fieri possit, & soleat post conclusum in causa?*

2 Con-

2 *Conclusio in causa operatur vt quis renunciare videatur probationibus, & iuribus deducendis.*
3 *Conclusio in causa, & sententia æquiparantur.*
4 *Personalis constitutio quæ.*
5 *Localis constitutio quæ?*

QVÆSTIO CVIII.

1 CEntesimooctauo quæro † an inhibitio fieri possit, & soleat post conclusionem in causa? Pro opin. negatiua adduco Rot. 86. Nota quando in aliquo. de appel. aliàs 674 in antiq. quæ loquitur tam in causa spirituali, quàm prophana, ad idem est Dec. 710. de stilo. & 747. nota, quòd si aliquis. etiam in anti. Et adduci potest
2 ratio quæ est, quòd per † conclusionem in causa quis videatur renunciare probationibus, & iuribus non deductis. Et quando conclusum est in causa, nihil dici, proponi, vel opponi potest. l. nec causa. vbi Bald. & alij. C. de appel. l. 2. C. de relatio. Bald. in l. error. colum. 5. C. de iur. & fa. igno. idem Bald. in l. iudices, & in auten. iubemus. ac Ange. & Saly. C. de iudi. c. auditis, & ibi Doct. de procura. c. auditis, de in inte. restitu. cap. pastoralis. vbi Innoc. & alij. de cau. pos. & pri. cap. dilectus. vbi etiam Innocen. num. 2. &
3 alij de fi. instru. imò conclusio † in causa, & sententia æquiperantur, seu a pari procedunt. Innoc. in alleg. cap. pastoralis. & in cap. auditis. de procura. Cyn. in l. alia. C. de his, qui. vt indi. Ias. in l. licet. num. 3. C. de procura. & in reper. l. admonendi, num. 50. & 55. ac in 1. lectu. num. 49. ff. de iureiur. Et conclusio in causa non dicitur amplius iudicium. Abb. in cap. 1. num. 13. de mut. petitio. Concludendum est, quòd de stilo Rotæ procedat opin. negaitua præmissa: si autem essemus extra tribunal Rotæ aliud dicendum esset, etiam supposito stilo inuariabili, & fixo, imò etiam si supponeremus constitutionem personalem, vel
4 localem, personalem † dico intuitu Rotæ Auditorum, quę tamen personas non egerederetur, nec in consequentiam trahi posset iuxta tex. in l. 1. ff. de constitu. & §. sed quod principi, vers. Sed plane. Inst. de iu. natu. gen. vel ciui. Exemplum in constitutione personali habemus in c. cum lõge. 63. distin. vbi Archiepiscopo Toletano tantum datur potestas confirmandi, & ordinãdi in quibuslibet prouincijs episcopos a rege electos.
5 Localem † vero nuncupo, quæ certum locum concernens, illum non egreditur, cuius exemplũ poni potest in tex. supra adducto, vbi ratione loci conceditur dicta confirmatio propter distãtiã loci, est etiam tex. in cap. nihil est de electio. vbi quòd ratione distantiæ loci prælati extra Italiam cõstituti, etiam ante confirmationem administrare possint. De locali etiam constitutione prohibitiua habemus tex. in l. penul. iun. glo. in versic. Orientis. C. de fun. patrimo. & saltuen. lib. 11. Imò (licet id fieri non consueuerit) si Rotæ Auditori post conclusionem in causa inhiberet, inhibitionem illam afficere putarem, & attentata post inhibitionem reuocanda essent, & ipsa sententia subsecuta via attentatorum reuocanda veniret: quod etiam probatur Dec. 29. incip. stilo. de do. & contu. aliàs in anti.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an præstanda post inhibitionem?*
2 *Attentatorum cognitio omnem aliam suspendit.*
3 *Celeritas vbi desideratur omnis dilatio prohibetur.*
4 *Alimentorum prȩteritorum, uel futurorum circa prȩstationem, magna est differentia.*

QVAEST. CIX.

CEntesimonono, executio facta fuit pro alimentis post inhibitionem præsentatam, deinde fuit commissa causa attentatorum, quia
1 talis executio dicebatur attẽtata, quæro an † ista cognitio attentatornm taliter suspendant, quòd ea pendente non sint vltra alimenta præstanda? Pro opin. affirmatiua, quòd suspendant, concludendum videtur, ex illa generali regula, quod at-
2 tentatorum † cognitio omnem aliam cognitionem suspendat, & impediat. cap. non solum. in fi. ibi. Ante omnia, vbi omnes. de appel. lib. 6. Oldra. consi. 299. Rot. 447. nota, quòd fatalia. ver. Imo inductum est sibi a lege, quòd super attentatis ante omnia audiatur, in anti. Fran. in cap. dilecti. in 2. quæst. de appel. & in disputatio. petito. in 2. dub. num. 13. versi. Sed secundum eum. Cassad. Dec. 4. num. 3. de Dilatio. Afflict. Decis. Neapo. 98. pulchrum. num. 5. secundo alimentorum causa, & causa pensionis a pari procedere videntur, cum pensio in esse deducta, partim ex solita clausula videlicet, Vt melius substentari valeat; censetur pro alimentis seu causa alimentorum constituta. Ludo. Roma. consi. 388. in casu propositi thematis, num. 3, & 5. Hyeron. Gig. de Pensio. quæst. 51. & sequen. Causa attentatorum fuit iudicata magis priuilegiata, & fauorabilior, quam causa pensionis, etiam habentis clausulã sine retardatione &c. in Tarui sina pension. corã Prospero, prout Dec. Achil. 4. sub titu. de Attent. incip. Attentatorum causa fuit iudicata, si igitur fauorabilior est causa attentatorum causa pensionis, & consequenter causa alimentorum: Hæc igitur attentatorum causa illas suspendet, & impediet. Tertio causa attentatorum celerem expeditionem requirit, prælleg. c. non solum, de appel. lib. 6. vbi etiam Ioan. Mona. in ver. ante omnia, exponit, non expectato fine litis, subdens, & dic ante omnia videlicet, causæ cognitionem
3 habentia. In ijs autem in quibus celeritas † desideratur, & in quibus mora præiudicium afferre posset, omne subterfugium, omnis dilatio, omne impedimentum prohibetur. Specu. in titu. de Appellatio. §. In quibus, num. 10. Ias. in l. 1. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs. Maran. de ordi. iudici. in 3. part. 6. part. princip. nume. 319. in 4. limita.

Quarto

Quarto parendum omnino erit inhibitioni siue iusta, siue iniusta fuisset, ad Rot. 306. nota, quod vbi. ad fin. in anti. præsertim si supponimus huiusmodi inhibitionem à Rotæ tribunali emanasse, ad ea, quæ scripsi supra quæst. 20. Iuxta propositum thema Rota 4. Maij. 1565. in Legionen. Decimarum, coram Grato conclusit inhibitione Rotali non obstante, & pendentia litis super attentatis huiusmodi, congruam portionem iam taxatam, & sic alimenta quibusdam rectoribus soluenda esse. Nec propterea retardaretur solutio dictæ portionis, & alimẽtorum: pro quo Rotę Decreto, multum facit tota Dec. Afflict. 152. incipiens dubitatum, ubi de alimentis pstandis vxori per virum appellatione super matrimonio pendente, licet in prima instantia maritus illa nõ præstitisset. Et idem Afflict. Dec. Neapol. 93. si fuit actum, voluit, quòd vsufructu in prima instantia petito, si feratur sententia pro eo, a quo appellatum sit, cogatur reus appellatione pendẽte illum præstare. Distinguere possumus hoc modo, aut loquimur de recuperatione alimentorũ præteritorum, & procedat prima opin. Aut loquimur de præsentibus, seu futuris, & seruandũ
4 erit Rotæ decretum præmissum, quippe quæ † dilationem non patiantur, nec momento aliquo retardari debeant, ne quis fame pereat, quæ ratio cessat in alimentis præteritis. Alberi. in l. cum hi in prin. ff. de transactio. Bar. in l. de alimentis. hi 2. lectu. C. eo. Ancha. in clem. 1. de iu. patro. Iasõ in l. 1. num. 7. in 4. not. ff. de ferijs. Et notandum est, quod futura etiam alimenta dicuntur, quæ debentur à die motæ litis, vt in Dec. Caputaquẽ. 116. incipien. licet Priuilegium, in eius Recollectis. par. 1. & per Natt. consi. 108. incipien. Quoniam. post prin. li. 1. similier distinctionem circa collectas impositas occasione onerum præteritorum, quòd executio fieri non possit lite pendente super illis, secus circa impositas ratione onerũ præsentium, & futurorum, in quibus lite, vel appellatione pendente fieri debeat executio, habemus in Dec. Pedamon. Octa. Cachera. 86. incip. Quæsitum fuit an collecta.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio post appellationem a sententia super alimentis præstandis, an impedire habeat executioeem sententiæ?*

2 *Appellatio de iure prohibita non impedit executionem, nec suspendit iurisdictionem.*

3 *Appellatio super alimentis futuris, prohibita est.*

4 *Appellatione prohibita, suspensiuus, deuolutiuus, & alij effectus sublati sunt.*

QVAEST. CX.

Centesimo decimo, à sententia super alimentis de futuro præstandis appellatur, & subsequitur inhibitio iudicis ad quem, Quæro an
1 † inhibitio huiusmodi impedire habeat executionem sententię? Licet hęc quęstio similis videatur proximè positæ, diuersa tamen est, diuersamque decisionem requirit, hanc in specie posuit, & discussit (quam paucis additis referam) Ioan. Fran. à Ripa respon. 165. aliàs 3. sub tit. de appell. incipit. Cum appellatio de iure, vbi pro negatiua sic
2 arguit † Appellatio de iure prohibita non impedit executionem, neque suspendit iurisdictioné iudicis à quo. ca. non solum. in prin. ibi. Exceptis casibus in quibus iura post sententiam prohibẽt appellari, de appel. lib. 6. A sententia super alimẽ
3 tis de futuro prohibita est † appellatio. l. vlt. & ibi Bar. nu. 1. ff. de appel. recipi. quod etiam voluit idem Bar. in l. vela post numerum quintum. ff. de ali. & ciba. lega. & vtrobique Alex. in Additio. prohibita igitur appellatio non impedit exectionem, vt voluit Oldrad. in simi. consi. 18. in 3.
4 dub. Et quòd quando † appellatio est prohibita tam suspensiuus, quàm deuolutiuus, & omnes alij effectus sublati censeantur voluerunt Imol. Fran. & Abb. in ca p. pastoralis, de appel. nouissimè Misinger. centu. 1. Dec. 3. incip. quando commissa, & in specie Port. Imol. consi. 59. ex facto, num. 2. lib. 2. & consi. 120. quæritur. num. 2. lib. tertio. In contrarium postea arguit idem Rip. quia iudex ad quem, fit iudex in cognoscendo an appellatio sit recipienda, vel reicienda, esto quòd iudex a quo illam reiecisset, iuxta gl. magnam in fin. in clemen. vni. de do. & contum. unde iudex a quo inhibere potuit ne fieret executio donec cognouerit an talis appellatio esset de iure prohibita, & consequenter reijcienda, an potius admittenda: pro qua decisione dicit esse casum ad literam in ca. Romana. §. si autem, de appel. lib. 6. Postea idem Rip. sic distinguit, Aut iudex ad quem inhibuit, postquàm incœpit cognoscere, an sit appellans in casu à iure prohibito, & tunc executio impediatur: Aut inhibuit ante, & non tenet talis inhibitio, & consequenter non ligantur manus iudicis a quo. Et hæc duo videlicet, hanc distin. probari affirmat in dicto. §. si autem. quam distin. procedere subdit, quando dubitari potest, an appellatio interposita fuerit in casu prohibito, uel ne, q si notoriè constet appellationẽ fuisse interpositam in casu prohibito, tunc nec appellatio, nec inhibitio impediret executionem c. cum debitus, &c. Romana, de appel. Et hanc dicit fuisse declarationem Gemin. in dicto. §. si autem. Ex eiusdem Gemin. sententia in alle. c. non solum. super gl. in ver. exceptis casibus, si sit facta executio & appellans instet illam tanquam attentatam appellatione pendente reuocari, appellatus respondebit, seu excipiet non esse reuocandam, seu retardandam, quia appellatio, & inhibitio sunt à iure prohibitæ, quod in continenti se probaturũ offert, & sic impedietur prætensorum attentatorum reuocatio: & hic cadit consideratio de qua supra, q appellatione expresse prohibita cessant effectus suspensiuus, deuolutiuus, & alij: ergo appellatio, & subsecuta in nulla consideratione erunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Innouata per tertium inhibitum an reuocanda ueniant uia attentatorum?*

2 *Tertius iuxta terminos iuris quis dicatur?*

3 *Tertius non attentat, nec contra eum attentatur.*

QVÆSTIO CXI.

1 CEntesimo vndecimo quæro † an innouata p tertium inhibitum reuocanda ueniant via attentorum? Ante omnia videndum erit quis iuxta terminos iuris dicatur tertius, ne per
2 termiuos incognitos procedamus. † Tertius vere, & propriè dicetur in illis terminis quando sũt electi duo arbitri, & illis non concordantibus, a partibus, seu ab ipsis arbitris assumitur, vel à iudice tertius: de hoc tertio loquuntur Bart. & alij in l. si dominium rei. ff. de furt. & Specu. in titu. Arbitr. §. vlt. ver. Sed nunquid iste tertius: & hic uere dicitur tertius, cum primi essent duo. Tertius etiam iuxta alios terminos, & magis ad rem nostram dicetur ueniens ad causam pro suo interesse, iuxta terminos. cap. veniens. 2. de testib. uel iuxta terminos. l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. & in similibus alijs casibus: & hic compa rens poterit etiam dici tertius, quia duo prius litigabant actor uidelicet, & reus, superuenit iste pro suo interesse, ergo si bene dinumeramus erit tertius, & licet in ea causa possint esse plures actores, uel plures rei, quia saltem duo requiruntur, vt litem constituant, videlicet actor, & reus, iuxta tex. in cap. forus, de uerbo. signi. si cœpto iudicio superueniat aliquis pro suo interesse dicetur tertius. Sic etiam sæpe dubitari, & disputari cõtingit, an de iure tertij dari possit, an illud clarum esse debeat, quod ultimum voluit Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. Sic etiam disputamus an supplicatio sola sufficiat addocendum de iure tertij vt per Paris. consi. 12. in isto, num. 23. uolum. 4. per Casad. Dec. 2. num. 4. & sequen. de re iudi. Sic etiam dicimus tertium venientem pro interesse, posse uti appellatione ab alio interposita, si ea utatur infra tempus, infra quod appellare potuisset, ex doctrina Bar. in l. si perlusorio. ff. de appel. post glos. in cap. ut circa, in uersi. adhærentes, de electio. lib. 6. sequitur Florian. in l. 1. ff. de appel. & alij ibidem. Et de tertio adhærente appellationi alterius, & quòd nihil petere possit, sed solum causam defendere. Pro quibus videri poterit Ioan. Fran. à Ripa respon. 166. incip. Tertius pro interesse, alias 4. sub tit. de appel. In omnibus præmissis, & alijs cusibus, qui infiniti referri possent, tertius nuncupatur ultra actorem, & reum in lite existentes. Nec ex eo, quia in lite interueniat necessario etiam iudex iuxta dictum cap. forus. de uerbo. signi. propterea dici debebit qnartus, iste pro interesse ueniens, seu interesse pretendens, quia quoad interesse pretendentes tres tantum (vt præmisi) dinumerantur videlicet actor, reus, & hic pro interesse ueniens, non autem iudex, qui interesse in causa nullum prætẽdere potest: imo si prætendere posset, suspectus esset, & recusari deberet. Verum si loquamur iuxta terminos propositi quæsiti, concludendo paucis, tertium vocabimus omnem alium excepto iudice coram quo causa pendet, vel a quo ẽ appellatum, & exceptis actore, & reo, & sic iste, de quo loquimur, non tertius, sed potius quartus dici poterit, si bene connumeremus. Isti enim tres, videlicet iudex, actor, & reus possunt attentare, & contra eos attentari potest. Si supponimus alium innouantem (ut in nostro themate) semper, & omni respectu is dicetur quartus. Verum quia vulgo hunc tertium nuncupant & im mutanda non sunt, quæ diu certam interpretationem habuerunt. l. minimè. ff. de legib. l. quia assidua. ff. de ædili. ædi. D. meus consi. 429. licet in causa. num. 7. & 469. visa inquisitione. nume. 13. Nec res nouæ nisi ex magna causa constituẽdæ sunt. l. penul. ff. de constit. prin. imò reprehendi merentur nouitates inducentes. cap. ulti. in fin. 11. distinctio. cap. hæc autem scripsimus 30. distin. nos etiam tertium iuxta terminos nostri quęsiti omnem vocabimus, exceptis (vt præmisi) dictis iudice, actore, & reo, & hęc ex infra dicendis clariora reddentur. Supponamus igitur ordinarium, beneficium lite inter quosdam super eo pẽdente, Męuio contulisse contra dispositionem. c. si hi contra quos, vt li. penden. lib. 6. ac clemen. 1. eo. titu. & Dec. Cassad. 5. super Regu. Cancel. nu. primo. tam ille ordinarius, qui non est in lite, nec coram eo litigatur, quàm Męuius, intrusus lite inter alios pendente sub tertij appellatione veniet, prout etiam in c. cum teneamur. iuxta uerũ intellectum. de appel. Ponamus, quòd idem Męuius alterum ex litigantibus spoliet, quo casu ipse dicetur tertius, qui nec in lite erat, nec aliquem citari fecerat, nec ipse citatus fuerat, quomodo procedi poterit contra eundem Męuium sic spoliantem? Respondeo, quòd non poterit p cedi uia attentatorum, & innouatorum, sed via ordinaria, & coram iudice ordinario. cap. Romana. §. in alium. de appel. lib. 6. Fran. in cap. bonæ. colum. 2. versic. Secundus intellectus, & in c. cũ teneamur, numero 15. & sequen. eod. titu. Vera igitur, & communis conclusio erit, quòd tertius (sic iuxta ultimam interpretationem nuncupatus) non attentet, nec contra eum attentetur, vt contra eum, uel pro eo remedio, & uia atentatorum procedi possit. Et ultra Fran. vbi supra, habemus Rot. 2. ut li. penden. aliàs 68. Nota, quòd ubi Auditor. in anti. & Dec. Neape. Aflict. 354. in causa. numero 26. versic. Et dicunt Docto. etiã in alle. cap. Romana. §. in alium. de appel. libr. 6. Et in specie Dec. Achil. de Grass. 1. sub titu. de tertio, sub ijs verbis, Tertius non attentat, & contra tertium non attentatur: potest tamen ab eo auocari possessio. Sarnen. questio. 4. super Regu. de Trien. Est & alia Dec. eiusdem Achil. 6. sub titu. de Attentatis. sub ijs uerbis, Attentata uoluerũt Domini nunquam purganda esse, quando essent

facta

facta per tertium, quia respectu tertij nec attentatur, nec artentat in vna Conchen. Cappellaniarum coram Reumano, vt per Rot.411.& 417.in no. Et ideo licet attentatũ fuisset cõtra patronum nõ potest præsentatus agens postea causuper beneficio petere reuocari illa attentata. Et ex præalleg. cap. Romana. §. in alium. & ibi Docto. ac ex dictis Phil. Fran. vbi supra colligitur, quòd inhibitione etiam non obstante tertius nõ dicitur attentare, adeo quòd innouata per eum via attentatorum reuocanda veniant, licet aliàs vt plurimum inhibitio operari soleat, quòd actus, qui simpliciter lite, vel appellatione pendente factus non fuisset attentatus, si tamen interuenerit inhibitio transit in attentatum, vt probaui supra quæst. 75. num. 8. Quo vero ad tertium in lite existentem, quòd ipse attentet, & contra eum attentatur nulli dubium est, prout etiam aduerto infra quæstio. 115. præsertim in fin.

SUMMARIUM.

1 *Canonici creati ab episcopo, commissa postea causa a capitulo contra episcopum, eidemque inhibito in possessionem, ab eodem episcopo postea immissi, an attentaße dicantur.*

2 *Inhibitionem post emanatam gesta, ut attentata reuocanda ueniunt.*

QVAEST. CXII.

Centesimoduodecimo epũs creauit duos canonicos, contra quem capitulum causam in Romana Curia committi fecit, illique inhiberi: post inhibitionem huiusmodi episcopus dictos canonicos creatos in possessionem immisit,
1 quæsitum fuit † an possessio huiusmodi uia attẽtatorum reuocanda veniat? Quantum attinet ad episcopum clarum est, quòd ipse attentauerit immittendo in possessionem post inhibitionem, vnde (quantum ad ipsum attinet) facta post in-
2 hibitionem † sunt attentata, & ex priuilegio attentatorum imprimis, & ante omnia reuocanda cap. non solum. in fin. & ca. Romana. §. quod si obijciatur, de appel. lib. 6. Rot. 130. si post inhibitionem, & 193. si ab excommunicatione, in no. Et quòd quiquid factum sit post inhibitionem reuocandum sit tanquam atteutatum pro regula posuit D. meus Philip. Dec. consi. 103. in princ. & ante ipsum Roma. consi. 330. circa primum. colum. 2. ver. Quoad secundum, & nouissime Osasc. in Dec. Pedamon. 5. certa die. num. 1. & hæc tritissima sunt. Quo vero ad dictos canonicos creatos, si memoria tenemus, quę modo diximus in proxima præced. quæst. vbi conclusimus tartium non attentare, nec contra tertium attentari, videretur pariter hic concludendum esse attentata, vt reuocari debeant, nullo modo prætendi posse: & ultra adducta in præceden. q. habemus Dec. Mohed. 284. aliàs 314. incip. Lite pendente super Hispalen. Cantoriæ, vbi dicitur,

Et fuit tentum, R. P. D. Puteo causam proponẽte per omnes, quòd Cardinalis non attentauerit: quia tertius, qui non est in lite capiens possessionem vacantem, etiam pendente lite inter alios non attentat, vt Dec. 11. ut lit. penden. in no. ad fin. Et idem est si capiat de manu tertij, ratio huius est, quia nihil interest collitigantium, nec in aliquo sibi præiudicatur, quod principaliter attenditur in hac materia, vt in dicta. dec. 11. & in Dec. 749. Aegid. Bellame. Contrarium, & sic, ꝙ possessio huiusmodi vt attentata reuocanda veniat iuxta terminos nostros conclusum esse audiui in causa Camerinen. Aggregation. coram Iunio. 29. Martij 1557. illi enim duo canonici per actum immissionis in possessionem videtur vnà cum parte attentasse, præsertim quia in facto supponi dicebatur, quòd illi canonici sustinuerunt etiam litem in Roma. Cu. super huiusmodi attentatis. Et pro hac Rotæ conclusione illud adduco, quòd quando tertius non existens in lite una cum existente in lite innouat, attentare dicitur. Rot. 4. Bisigne. in antiquio. Felin. in c. cum super, colum. penult. de re iudi. Et quando tertius ab aliquo ex collitigantibus causam habet dicitur attentare. glo. magna, in c. non solum de appel. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigiosę perempta instantia etiam si iudex in causa iuhibuisset an valeat?*

2 *Alienatio omnis lite pendente prohibita.*

3 *Litigioso beneficio in fauorem alterius, quam collitigantibus cedi non poteSt.*

4 *Dummodo in potentiorem, clausula in cessionibus addi solita.*

5 *Attento, quod non eSt cedente potentior, altera clausula in cessionib.*

6 *Potentioribus pares esse non possumus.*

7 *Litigiosi vitium an duret etiam perempta inStantia?*

8 *Inhibitio certis terminis cobarctari, & litem concomitari videtur.*

9 *InStantia perempta lis non pendet.*

10 *Inhibitio ceßat cessate appellatione.*

QVAESTIO CXIII.

1 Centesimo decimotertio quęro, an † alienatio rei litigiosæ, perempta instantia valeat etiam si iudex in causa inhibuisset? Supponendũ
2 est, quòd omnis † alienatio lite pendente prohibita sit. In prophanis habemus in rub. & nigro ff. C. & in auten. de litigio. habemus etiam tex. in l. alienationes. C. fami. hercisun. in l. diuus & ibi nota. ff. de peti. hæredi. & per Fabia. de Mon. de emptio. & vendi. in 4. quæst. princ. quæst. 13. num. 15. Circa beneficia litigiosa etiã
3 idem obseruamus, hinc dicimus † beneficio litigioso in fauorem alterius, quam collitigantis cedi, seu renunciari non posse, nisi de lite mentio facta. cap. inter monasterium, de re iudic. c. 2. vt lit.

lit.penden.lib.6.Rot.428. nota nunquid si mortuo,in anti. Mil. in reper. in versi. gratia si est impetrata pendente lite. Lap. Alle. 136. curiosè, numero 3. Rebuf. in praxi benefi. in 2. par. Sign. vbi tractat de clausula, Litigiosum, cuius litis status, &c. & in 3. par. Signa. num. 1. in versi. Quatenus litigiosum. Duas præcipuas rationes alienationum huiusmodi lite pendente adduci posse existimo, una est, quia cessio plerumque fieret in potentiorem, & sic colliganti durior sufficeretur aduersarius, quod iura nolunt. l. cum miles, & toto titu. ff. & C. de alie. iudi. mutan. cau. fa. Et in beneficiarijs habemus illam optimam clausulã per signaturam in cessionibus addi soli tam, vide
4 licet, † Dummodo non in potentiorem: uel attẽ-
5 to † quòd non est cedente potentior: Potentio-
6 ribus enim pares esse non possumus inquit tex. in l. quia etiam. in princip. dicto tit. ff. de alien. iudic. mutan. cau. fa. & in auten. ut omn. obed. iudi. prouin. §. si uero. uersic. Nec latet vt nec tutum sit contra tales negocium suscipere simplici clerico fauoribus impari. pro quo adduco pulchra uerba tex. in l. qui cum uno. §. Non omnis, qui litem habuit, & ideo militauerit exautorari iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit, vt sub obtentu militię præcisiorem se aduersario faceret. Exponit ibi Bud. præciosiorem, idest duriorem, & intractabiliorem. ff. de re milita. Pro quibus etiam adduco rub. & l. 1. & 2. C. ne. lice. potentio. Alteram rationem puto esse, quia aliàs nunquã, vel raro rem meam petendo consequi possem, conueniendo enim Mæuium possessorem, is in Calphurniũ resignaret, Calphurnius in Titiũ, is in Seium, & sic in infinitum, prout in alijs terminis considerat Lapus centesimum auctorem in solemni illa Alleg. 89. super qua late scribo, vnde rem meam, uel mihi debitam, uel nunquam, vel tardè, & tunc cum immoderabilibus expensis cõsequerer, propter dolum malitiam, & fraudes aduersarij, quibus iura omnia, quoad fieri potest, occurrunt. l. si cui. ibi per medias vias. ff. de seruitu. l. in fundo. vbi glos. dat concordan. ff. de rei uindica. cap. vlt. cum glo. 1. de postul. cũ alijs. In hos, qui protrahuntur in litibus, & litium expensis fatigantur (vt sępe accidit) adduci possunt carmina illa Martialis, lib. 7. Ah miser, & demẽs viginti litigat annos, Quisquam, vt uinci Gargaliane licet. Sequitur, quòd alienatio prohibetur lite pendente, ea finita, seu perempta instantia (& sic ad rem nostram) prohibita non possit dici, & sic pro opi. affirmatiua, quòd alienatio valeat, & non possit consequenter dici attẽtata, licet enim dubitent Docto. an duret uitium litigiosi perempta instantia, alienatio tamen valida erit, vt ex infra dicendis ostendetur. Quantum enim attinet
7 ad illam discussionem an † vitium litigiosi etiã perempta instantia duret, ex pluribus opinionib. illi adhæreo, quam tenuit nouissimè Rota coram Chisanen. prout in eius recollectis Decis. 82. vbi ita annotauit, vitium litigiosi an duret etiam perempta instantia, fuit dictum, quòd si quærimus quo ad pręscriptionem, & durat. Aut quo ad alienationem, & extinguitur. ita Bar. in l. 1. ff. de litigio. Ias. & Dec. in l. 2. C. de ædẽ. Et quamuis Rip. ibidem teneat contrarium, placuit tamen Rotæ Bar. opinio. Hactenus Chisanen. Valida igitur igitur erit alienatio, & sic nulla attentata, & cõsequenter non reuocanda. Verum obstare videt, inhibitio, quæ siue iusta, siue iniusta timenda, & seruãda est. Rot. 307. nota, quod audientia. in fi. in anti. Et facit illicitum, quod aliàs fuisset licitũ, vt probaui supra q. 75. num. 8. Responderi tamẽ
8 posset, quòd ipsa † inhibitio certis terminis coarctari, & litem concomitari videtur, & eo vsque durare, quousque causa, vel appellationis articulus pendet, ut dixit Fran. in cap. vt debitus, numero 47. de appell. quod ego probo etiam ex formula inhibitionis supra in 74. quæst. dum põdero illa uerba, Inhibemus ne lite coram nobis pendente aliquid in nouetis, si est perempta
9 instantia † non pendet amplius, nec lis dicitur. Saly. in l. properandum. §. & si quidem, num. 15. de iudi. Rip. in l. 2. num. 28. C. de æden. ergo inhibitio nil amplius operari poterit: lite igitur cessante cessabit inhibitio, prout in simili etiam dixit Fran. in c. cum cessante, num. 16. de appel. versic. Tertio ad idem, quòd appellatione † cessante cesset inhibitio. Hinc uoluit Rota in Bracharen. monasterij inter Cardinalem de S. Flora, ac Petrum Ferdinandi coram Iunio, sub die 14. Martij 1658. in qua pro parte Cardinalis commissa erat causa appellationis, & nullitatis sententiæ, & commissionis huiusmodi uigore facta inhibitio, deinde deserta appellatione Petrus vellet ad ulteriorem sententię executionem procedere & dubitaretur an non moderata dicta inhibitione attentare diceretur. Domini inclinauerunt moderationem huiusmodi nõ esse necessariam, ex quo inhibitio operatur in causa principali appellationis, non in nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Iudex absoluens ab obseruatione iudicij, an videatur suam inhibitionem tollere, ita ut postea non dicatur attentata?*

2 *Absoluens ab obseruatione iudicij non perdit iurisdictionem.*

3 *Sententia ab obseruatione iudicij dicitur interlocutoria.*

4 *Lis nõ finitur per interlocutoriam, nisi quãdo quis pronunciat se iudicem incompetentem.*

5 *Attentatis plus considerari contemptum iudicis quàm partis præiudicium.*

6 *Reuocatio etiam tacita inhibitionis, illius vim, & effectum eneruat.*

QVAEST. CXIIII.

1 Centesimo decimoquarto quæro, † an iudex absoluens ab obseruatione iudicij, videat suam inhibitione tollere, ita quòd postea facta non dicantur attentata? Quòd sint attentata, & consequenter reuocanda, probatur, quia per absolutoriam

solutoriam ab obseruatione iudicij, iudex siue sit ordinarius, siue delegatus non perdit iurisdictio
2 nem † ut uoluit Innocen. in cap. consuluit, num. 2. de offi. delega. nec per huiusmodi sententiam res desinit esse litigiosa. Mil. in Reper. in versicu.
3 beneficium litigiosum. Et † sententia ab obseruatione iudicij dicitur esse interlocutoria, non diffinitiua, quia non absolutoria a causa, ut per Barto. in l. admonendi, post numerum 13. ff. de iureiur. sequitur Abb. in cap. ult. post num. 6. ibi. Et sequeretur absolutio ab obseruatione iudicij, extra eo. Et quòd sit interlocutoria uoluit Felin. in cap. examinata, numero 21. de iudic. Per interlocutoriam autem lis non finitur, nisi loquamur de interlocutoria, per quam quis pronunciat se
4 iudicem incompetentem † ut supponit Ancha. consil. 16. viso processu facto, post numerum secundum, versic. In contrarium, licet ipse contrarium teneat in casu suo, ex quo pronunciatio (ut ipse subijcit) subiacebat uitio nullitatis. Idem uoluit Feli. in cap. cæterum, colum. 2. in 2. limita. de rescrip. Pondero etiam, quòd quia iudex remanet, & cum iurisdictione post dictam absolutoriam ab obseruatione iudicij, ergo contemptus iudicis, eiusque iurisdictionis adhuc in conside-
5 ratione erit: in attentante autem † plus considera tur contemptus iudicis, quàm partis ius, seu præiudicium, ut dixit Aegid. Bellame. Dec. 49. incipien. Agens. & Oldr. consi. 199. pro fundamento post princip. ac cons. 206. in causa Carnocen. colum. 1. affirmans, quòd per hanc attentatorum reuocationem contempta prætoris maiestas vindicatur. Concurrere etiam uerisimile poterit partis præiudicium, quòd etiam operatur attentatorum reuocationem. Rot. 310. si reus, versic. Sed posito, numero 3. in no. Bellame. Dec. 749. licet, circa medium. Innocen. in cap. dudum, numero 13. versicu. Sicut enim, de electio. Ioan. Baptist. Ferret. consilio 229. Reueren. numero secundo. & sequen. libro secundo. Contrariã opin. sequor. Iudex enim proferens sententiam ab obseruatione iudicij, absoluendo videtur etiã quo ad suam inhibitionem partes absoluere, ac tacite inhibitionem reuocare, quæ tacita reuocatio
6 † vim, & effectum inhibitionis eneruat, vt supponit Rot. 461. si appelletur, in anti. & 138. si appelletur, in no. ac Dec. 461. si appelletur, etiam in no. Et diximus in proxima præceden. quæstio. etiam inhibitio videtur certis terminis coarctari: & ultra causam, seu iudicium non se extendit.

SUMMARIUM.

1 *Tertio existente in lite, possessio canonicatus per capitulum data ei, qui obtinuerat monitorium pro eius conseruanda possessione, cum inhibitione ne alteri illa daretur an dicatur attentata?*
2 *Præcepto superioris parendum est.*
3 *Inobedientia damnabilis, & punienda.*
4 *Attentata dolum supponunt.*
5 *Dolum requirunt delicta ut puniri possint.*

QVAEST. CXV.

CEntesimo decimoquinto quæro, fuit obtentum monitorium ab ordinario per prouisum de canonicatu contra capitulum; omnesq; alios, vt sibi possessionem illius traderent, cum inhibitione ne alicui alteri possessionem tradere capitulum auderet, præterquam eidem instanti, reproducto monitorio comparet procurator capituli, & tertius pro suo interesse vigore clau-
1 sulæ, omnesque alios, si capitulum † illi, qui obtinuerat monitorium cum dicta inhibitione possessionem tradiderit, an possessio huiusmodi dicatur attentata? Pro opin. negatiua pondero, quod dicta possessio erat conformis monitorio, & inhibitioni, & dum capitulum possessionem tradidit
2 paruit præcepto superioris, cui parendum † erat toto titu. ff. si quis iusdicen. non obtem. ca. si quis & cap. omnes, de maior. & obedien. ca. nouit, de iudi. Et tanti Deus ipse facit, & tantum amat obediétiam, vt scriptum sit, Mens iusti meditabitur obedientiam. Prouerb. 15. & capit. 20. ad fin. vir obediens loquetur victoriam, rursus melior est obedientia, quàm victima. 1. Regu. 15. Ecclesiastes 4. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ. cap. sciendum, versi. Obedientia victimis iure præponitur. 8. quæst. 1. cap. 1. de maior. & obedien. glo. in extra. 1. Ioan. 22. in ver. signific. Ratio huius ultimi dicti est, quia per uictimas aliena raro, per obedientiam vero ꝓpria
3 voluntas mactatur. Et sicut † inobedientia teterrima, damnabilis, ac punienda venit, hinc inobedientia primorum parentum, de qua Genes. cap. 28. causa fuit amissionis iustitię originalis, & fuit principium omnium ęrumnarum nostrarum, ac continuę vexationis super terram, dicente Iob, cap. 6. Et sicut dies mercennarij dies eius. Hinc vir Dei, Deo non obediens, sed in domo alterius prophetæ contra præceptum comedens a leone occisus fuit. 3. Regu. ca. 15. Quæ obedientia laudabilis, & commendabilis, impunibilisque omnino erit, & consequenter tam capitulum præfatum obediens mandato superioris, quàm is, qui mandatum obtinuit, impune mandata, & concessa adimpleuerunt, & commendandi videntur, & sic non erunt in dolo obedientiam exhibentes,
4 quem dolum † attentata præsupponere videntur. Rot. 5. de resti. spoli. aliàs 25. in no. ac Anto. August. Dec. 11. lib. 2. Augu. Bero. cons. 120. concludo. num. 33. lib. Hinc dixit Paris. consi. 138. dico in causa, num. 28. volum. 4. quòd alienatio facta lite pendente præsupponitur dolo facta. Et attentata esse illicita, & sonare in delictum voluit glo. magistra. in c. non solum, in uer. reducendum, versic. Dic tamen, de appel. lib. 6. Bellame. Dec. 18. incipien. oneratio. Et omnia delicta
5 † vt puniri possint dolum requirunt, vt concludunt Bar. in l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. lib. esse iuf. fue. Bald. in l. non ideo minus, col. 3. C. de accusa. Qui partem affirmatiuam tenere vellet, asserere posset possessionem huiusmodi re-

respectu tertij ad causam venientis attentatam esse, eoque in lite existente nihil innouari potuisse ex iuris regula rub. & toto tit. ff. C. in decret. in 6. & cle. vt lit. pēdēte nihil inno. tam igitur possessio data, quam omnia alia lite pendente in nouata attentata erunt, vt etiam per Cassad. Decis. 6. num. 2. incipien. voluerunt Domini. super Regul. Cancella. Nec dolus cessare videtur ex quo capitulum tradendo possessionem huiusmodi existente in lite illo tertio, quo ad illum faciebat actum illicitum, & a iure prohibitum, quem ordinarius etiam si voluisset, (quod non est præsumendum) permittere non potuisset. Et consequenter non potest fundamentum fieri super obedientia, cum inobedientia manifesta appareat erga omnia iura prohibentia (vt præmisi) lite pendente innouari, cū innouatum sit contra illum tertium in lite existentem. Hæc duo vltima verba posui, quia si tertius non esset in lite nec contra ipsum attentaretur, nec ipse attentaret, & vt probaui supra quæstio. 11.

SVMMARIVM.

1 *Possessor instrumentalis Seium moneri facit ad euacuandum, & super restitutione fructuum, Seio illi huius litis occasione inhiberi faciente, an actus per illum instrumentalem possessorē postea facti dicantur attentati?*

2 *Instrumentalis possessio alio existente in possessione inconsiderabilis.*

3 *Possessor instrumentalis alio non existente in possessione, iudicem adiens tanquam meticulosus possessionem amisisse dicitur.*

QVAESTIO CXVI.

Centesimo decimosexto Mæuius capta possessione instrumentali adit iudicem, & obtinet, ac exequi facit monitorium contra Seiū ad euacuandum, & super restitutione fructuū, Seius huius litis occasione Mæuio inhiberi facit
1 quæro, † an actus per Mæuium postea facti dicā tur attentati, & uia attentatorum possessionem suam continuans excusandus sit, nec attentasse dici possit? Imprimis distinguendum omnino erit. Aut enim loquimur de instrumētali possessione alio existente in possessione capta, & tūc
2 † illa instrumentalis erit inconsiderabilis. Et talis instrumentalis possessor non dicitur verus, & proprius, sed fictus possessor. cap. per tuas, cum glo. in ver. possessione, vbi quòd per tales inuestituras quis non adipiscitur possessionem. de donat. Rot. 301. Nota per traditionem anuli, & 719. Dic si aliquis, in anti. Afflī. super Feud. cap. Quid sit inuestitura, nu. 3. & seq. vbi, quòd est signum traditionis, seu licentia possessionem apprehendendi, non autem vera traditio. Et cum tractemus de continuatione possessionis non cadit continuatio super possessione non capta, non vera, sed ficta. Et sic nulli dubium quin omnia sint attentata. Aut loquimur de possessione instrumentali alio non existente in possessione capta, & tunc quia est continuatiua, vt ostendimus supra q. 23. nu. 13. in 11. amplia. vbi probauimus instrumentalem possessionem præcedentem, excusare possessionem realem capientem lite pendente, ac post inhibitionem ab attentatis, & tunc licet per ea, quæ ibi adduximus, & conclusimus, videretur dicendum, quòd etiam iuxta terminos præsentis quæsiti excusandus veniret, ex alio tamen capite, & ex alia ratione, seu cō sideratione contrarium cōcludendum erit, quòd imò ea, quæ fecit attentata sint, attentatorumq; via reuocanda veniant. Ratio est, quia possessor
3 hic instrumentalis † adeundo simpliciter iudicē tanquam meticulosus, non autem quia vellet vrbanius agere, visus fuit illam possessionem instrumentalem amisisse, & se pro eiecto habere, iuxta tex. in l. 1. §. in operis. & ibi glo. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. ope. nun. in l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. pos. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. eo. Ias. in l. 2. post num. 115. versic. pro nunc posset. C. de iu. emphy. quæ quidem possessionis amissio excludit continuationem. l. naturaliter. ff. de vsucap. & consequenter cum non possidens lite pendente, præsertim inhibitus circa possessionem, illamque concernentia institerit, & innouauerit, attentata omnino reuocanda venient.

SVMMARIVM.

1 *Moderari inhibitionem petens coram secundo iudice, an censeatur in illius iurisdictionem consentire, & ita vt non possit dare de attentatis?*

2 *Consensus etiam tacitus, excusat ab attentatis.*

3 *Protestatio non repetita in iudicialibus non operatur.*

QVAEST. CXVII.

1 Centesimo decimoseptimo quæro an † comparens coram secundo iudice, & petens ab eo inhibitionem moderari, præmissa protestatione sine præiudicio litis pendentiæ coram primo censeatur in illius iurisdictionem consentire, ita ut posit dare de attentatis? In specie habemus Rotæ Dec. in Sabinen. Decursus aquarum, & attentatorum. coram Oradino, sub die 19. Martij 1561. Dubitabatur an gesta corā Camerario (lite prius corā Auditore cameræ pendente) dicerent attentata. Domini sic concluserunt, q̄ gesta postquam ille coram Camerario comparuit, & petijt inhibitionem moderari non sint reuocanda, q. per hunc actum positiuum consensit in iurisdictionem camerarij, & sic non pōt dare de attentatis. Ratio huius decreti Rotalis videtur præcipua esse, q̄ per consensum expresū, vel tacitum, resultantē ex comparatione coram secundo iudice cessent attentata, quæ prætendebantur per illum

illum comparentem, & in iudicem consentientē, instantem postea ꝑ attentatorum reuocatione:
2 Et quòd consensus etiam † tacitus excuset ab attentatorum reuocatione probatur ex Dec. Crescen. 17. alias vni. sub titu. de Atten. seu sub titu. vt li. penden. de qua loquutus sum super 14. formu. cōmis. in ver. reuocandi. q. 2. ver. Negatiuam tenuerunt: vbi etiam pro illa Dec. & pro hoc nostro supposito, quòd tacitus consensus sufficiat nonnulla adduco, & faciunt, quæ scripsi supra q. 99. Nec protestatio præmissa sufficiebat, tum
3 quia non repetita † in singulis actibus, quod ut in iudicialib. operetur requiri tur, iuxta dictum Imol. in c. cumana, de electio. & doctri. Alex. in l. non solum. §. morte, uer. Vnde dici potest. ff. de no. ope. nun. quam opin. Alex. pro communi tenuerunt Domini de Rota in Placen. Castri, corā Io. Paulo Prolo. 26. Ianuarij 1546. & habemus Dec. Put. pro eadem opin. 41. incip. licet ꝓcessus & 44 processus licet reddatur nullus, sub tit. de iudi. Insuper protestatio præmissa solum operari potuisset, ne lite coram primo iudice pendente renunciatum videri possit, non autem, quòd comparens coram secundo iudice videatur illum consentire, cuius consensus ratione ut præmissi excusantur prætensa attentata. In protestatione autem debebat dici. Citra consensum in iurisdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Duobus se possidere contendentibus quid facere, & an inhibere, & cui debeat iudex?*
2 *Mandatum de manutenendo quando decernendum?*
3 *Possessoria remedia pro necessario antecedenti possessionem requirunt.*
4 *Inhibere non possidenti ne possessorem molestet, iudex potest.*
5 *Possessionem ad se auocare, & utrique parti inhibere potest, & debet iudex ad scandalum remouendum.*
6 *Inhibitio etiā decernitur in possessorio summario, seu præparatorio.*
7 *Possessorium summarium, & plenum quod sit.*
8 *Regula de non tollen. iu. quæsi. non habet locum in possessorio summario.*

QVÆSTIO CXVIII.

1 Centesimo decimooctauo quæro, duo cōtendunt † se possidere, quid facere iudex, & an inhibere, & cui debeat? Respondeo, aut iudici cōstat, vel constare poterit quis possideat, & tunc
2 decernere poterit † mandatum de manutenendo in possessione illum, quem esse in possessione sibi constiterit, & hæc remedia possessoria † pro
3 necessario antecedente possessionem requirunt Bar. in l. 1. §. interdictum. num. 5. ff. vti possi. & in l. 1. num. 3. C. eo. Ange. Aret. in §. quadrupli. nu. 48. & seq. Insti. de actio. & in specie circa mandatum de manutenendo Guid. Papæ Dec. 552. nume. 7. & consi. 91. circa processum, post nume. 1. ibi, Manutenendo verò præsupponit quem esse in possessione, iuxta. §. retinendę. cum ibi nota. Instit. de interdi. cum simi. Alteri verò non possessori se possessorem prætendenti iudex rectène alium in sua possessione molestet inhibebit. Pau. Castren. consi. 3. in causa, quæ vertitur, lib. 2. Io. Neuiza. consil. 8. incip. Benedictus, num. 7. Non
4 autem vtrique inhibebit. † Nec hoc casu possessionem ad se auocabit, prout voluerunt Lanfran. Dec. 9. incip. duobus, ac Augu. Bero. consil. 45. in causa, colum. 1. & seq. ac consi. 46. in causa illorum, num. 5. lib. 3. & late Natta consi. 121. in causa possessorij, num. 2. lib. 1. Si autem non facile constare possit quis possideat, & scandali suspitio immineat, poterit, imò debebit iudex possessionem ad se auocare, & utrique parti inhibe-
5 re † iuxta Dec. Gui. Papæ. 578. si agatur, ac Dec. Fran. Marc. in q. Delphi. 1198. nume. 3. & Dec. Bononien. Pet. de Beninten. 63. orta, num. 5. & per totam, ac Mising. sing. obserua. centu. 2. Dec. 96. incip. quando, & consi. 112. Decad. in presenti. num. 46. & consi. Alcia. 87. requisitus, uol. 6. per totum. Et quòd prætor, seu iudex remedia similia adhibere debeat ad tollenda scandala & ne partes veniant ad arma probatur in l. æquissimum, cum ibi nota. ff. de vsufru. quæ procedūt etiam lite pendente auocando ad se possessionē seu illam sequestrando, late Bero. consi. 116. pendente, in prin. & per totum, lib. 3. Ex præmissis eli-
6 citur, quòd non solum † in petitorio, vel possessorio ordinario inhibitio decernenda venit, sed etiam in possessorio summario, & præparato-
7 rio, quod autem † dicatur possessorium summarium, quòd verò ordinariū, & plenum, omnino declarandum venit, possessorium summarium, & velut præparatorium, & paruum præiudicium afferens dicitur istud, de quo hic tractabimus, videlicet, quod principaliter ordinatur ad possessorium ordinarium, quando scilicet duo prætendunt eandem rem, eodem tempore possidere, & neuter vult partes actoris sustinere, & sic interim, quòd deuenitur ad decisionem petitorij, vel plenarij possessorij partes ad arma veniunt, se inuicem turbando, ensem pro libello ostendendo, vt dixit Bal. in l. quisquis. ff. quo. appel. & vt sciatur quis actor, & quis reus esse debeat. l. ordinarij. cum ibi nota. C. de rei uendica. In hoc possessorio summario, vt præmissi inhibēdum erit, vt supra. Et dicitur summarium, quia natura negocij exigit, vt summariè procedatur, & cognoscatur, & ordinetur. Et solum affert præiudicium lite pendente, & donec plenius fuerit cognitum, vel aliter ordinatum, illudque tanquam præparatorium existimatur, ad finem alterius iudicij institutum, & aptitudine momentaneum dicitur, in quo non requiritur plena probatio, summaria sufficit, nec libellum, nec litis contestationem, nec sententiam diffinitiuam requirens, vt declarant Bal. & Pau. Castren. in alle. l. ordinarij. C. de rei vindi. col. penul. Rot. 437. in no.
8 D. meus consi. 302. Et in hac possessione † summaria

maria non habet locum regula de non tollen.iu. quæsi.prout post Fel. concludit Sarnen.super re gu.prædicta,q.5.post nu.9.versi.Primo quia dictum.sequitur Cagn.præmissa omnia declarãs in l.in Pari.q.171.num.ff.de reg.iur.& Doct.ubi su pra præsertim Cagn.num.7. declarant quod sit possessorium plenum,seu plenarium.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitus ne ædificet pendente lite super castris, uel domo, an possit castrum, vel domum reficere, seu reædificare?*
2 *Præiudicium si immineat irretractabile receditur a regulis iuris.*
3 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
4 *Nisi immmineat præiudicium irretractabile.*
5 *Reficere diuersum est a facere, seu ædificare.*
6 *Reficiens ædificium penitus destructum, dicit ædificare.*

QVAEST. CXIX.

1 Centesimo decimonono, Quæro, † an inhibitus ne ædificet, seu ne aliquid innouet pẽdente lite super castris, vel domo possit castrum vel domum reficere, seu reædificare? Pro opi.negatiua considero, quod inhibitio operatur, vt omnia remanere debeant in eodem statu, in quo erant tempore, quo emanauit, & sic præseruantur iura partium. Fede. de Sen.consi.290.& dixi supra q.22.nu.4.sed tempore præsentatæ inhibitionis dirutum supponitur ædificium, ergo cõseruari, seu potius remanere debet in eodem statu, in quo reperitur, non autem reædificari, seu refici. Insuper supponimus castrum, quod reficiendũ esset aliàs dum in priore forma erat fuisse in expugnabile, & si nunc reficeretur eandem qualitatem in expugnabilitatis reassumeret, quo fit ut affirmemus, quod si hodie castrum huiusmodi esset in suo
2 priori esse propter irretractabile † præiudicium quod imminere posset ne postea irreparabile redderetur, recedendum esset a uijs ordinarijs, & a regulis iuris communis inter quas illa est, quod prius cognoscatur causa possessorij, quàm dominij seu proprietatis, & quod spoliatus † ante omnia
3 restitui debeat. l. si de possessione. C. unde ui. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de ui publi. c. in literis, & c. conquerente, de resti. spolia. c. nullus. 2. q. 2. cum alijs. Tamen si immineat (vt præmisi) præiudicium irretractabile, admittetur quæstio, seu cognitio dominij, prout si ageretur, vt dixi de
4 recuperando fortilitio, seu castro difficilis expugnationis, prout voluerunt Pau. Castren. & Ias. in l. 2. C. de edi. di. Adri. tollen. & alij, quos cito in 14. formu. cõmis. in uer. imprimis. q. 4. iuxta nouam impressio. ubi etiam ostendo idem dicendum esse in attentatis, quod in possessorio, cum hoc casu non sit constituta differentia inter remedium possessorium, & attentatorum. Melius est igitur occurrere in tempore, & sic statim facta inhibitione cesset omnis refectio, & omnis munitio: & præiudicio alicui irretractabili locus esse non poterit. In contrarium, quòd imò refectioni seu reædificationi locus esse possit, probatur, quia siue dicamus inhibitum ne ædificet, non per hoc
5 censeri debet inhibitum ne reficiat. Hæc enim inter se longe differunt, iuxta tex. in l. 3. §. reficere. ff. de iti. actuque priua. §. reficere. in l. 1. §. pen. de mort. infe. l. 4. C. de ope. publi. l. 1. §. si quis ædificium, & ibi Ias. post alios. nu. 1. & seq. ff. de no. ope. nun. Idem Ias. in l. ius ciuile, numero undecimo, cum sequen. ff. de iusti. & iur. gl. vlt. & Docto. & ibi D. meus numero 96. & sequen. in cap. cum accessissent, de consti. idem Dec. & Cagno. in l. domum suam. ff. de regu. iur. Et cum reficere non sit aliquid de nouo facere, nec innouare, idẽ dicendum erit, vt etiam si ĩ inhibitione non dicatur expresè, quòd non possit ædificare, sed solum ne aliquid attentet, nec attentabit, nec innouabit reficiendo. Hac autem distinctione vtendũ erit vt cessent, & tollantur omnia contraria videlicet, Aut supponimus ædificia non esse penitus diruta, vel solo æquata, quo casu procederet prima
6 opin. negatiua, tunc enim † reficiens rem penitus destructam diceretur facere, & ædificare. c. consuluis, & ibi Abb. & Feli. post alios, de iudi. Host. in sum. de eccle. ædifi. in fi. Et dixit glo. in c. 3. de iu. patro. quòd reficiens ecclesiam funditus destructam, dicitur de nouo facere, & acquirit ius patronatus antiquis exclusis. Et quòd similis refectio sit noua constructio, probant Modern. Asten. in tracta. de Refectio. Ias. & alij supra citati. Idem Ias. in l. quominus. colum. penult. ff. de flumi. Nec mirum si hoc casu refectio prohiberetur, quia esset nouum ædificium, quod (vt præmisimus) interdictum fuit. Aut loquimur in vera, & propria refectione, & procedat secunda opinio. & sic cessabunt omnia, quæ in contrariũ adducta fuerunt, & adduci possent. Nec illud argumentum, quòd si castrum prius inexpugnabile ad eandem formam reduceretur, in qua prius erat, parare posset præiudicium irreparabile, in magna cõsideratione esse potest: Tum quia nulli iniuria fieret per refectionem, & reductionem ad eandem priorem formam, quo casu præalle. tex. ibi. Dum non officiat inuito, & ibi declarant. ff. de regu. iur. & per alios ubi supra. Tum quia non esset præsentis speculationis considerare quale præiudicium afferri posset per refectionem, dummodo (ut præmisi) non excederetur addendo, vel minuendo, & circa alia, de quibus Angel. & Ias. numero nono. & seq. in alleg. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Et pro hac opin. quòd post præceptum sibi factum reficiens non dicatur innouare consuluit in causa propria Alciat. consilio 100. incipien. Alciati in causa, nume. 8. volum. 5.

SVMMARIVM.

1 *Castri, uel prelature possessor, an lite pendente possit cogere debitores ad sibi soluendum?*
2 *Iudicia vniuersalia an faciant silere particularia?*

QVAEST. CXX.

1 CEntesimo vigesimo quæro an † possessor castri, seu prælaturæ possit lite pendente super iurisdictione castri, vel ipsa prælatura cogere debitores ad sibi soluendum: Pro opi. affirmatiua fuit in similibus terminis conclusum per Dominos de Rota, prout Dec. Gamba. 41. incip. Mantuan. & sic euitabimus illam arduam dispu-
2 tationem, an iudicia † uniuersalia tanquam præiudicialia faciunt silere particularia, de quo per Bar. in l. si quis libertatem num. 15. ff. de petitio. hæredi. post Innoc. in cap. quia in cunctis, de cõ cess. præben. est etiam tex. & ibidem idem Bar. in l. bonæ fidei. ff. eo. & licet tex. ille, & Bar. idem loquãtur quando essemus circa res, quæ essent tẽpore perituræ, tamen ex præfata Dec. Gamba. & ex illius rationib. generalius inferre poterimus etiam circa res non tempore perituras. Et pro ijs faciunt tradi. per Bald. in l. emptorem. colum. 3. versic. Pone quidam tanquam prælatus. C. loca. & Ias. in §. præiudiciales, num. 5. & sequen. ff. de actio. Secus autem dicẽdum esset (& sic quæsitũ huiusmodi inseruiet tractatui nostro de Inhibitio.) si sit interdicta administratio illis sup castro, vel prælatura litigantibus, uel inhibitum fuit debitoribus ne soluant, quo casu inhibitio suos solitos effectus operabitur ultra litis pendentiam: facit enim illicitũ, quod aliàs, seu ante licitum fuisset, vt probo supra in 75. q. nu. 8. Nec limitatio hæc discrepabit, uel aliena erit a dicta Decis. Gamba. nec a tradi. per Bart. & Bald. ubi supra, ab ac ijs, quæ uoluit Ias. in alle. §. præiudiciales. nu. 8. insti. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Processus secundi iudicis an valeat non obstante pendentia litis super eadem re coram primo iudice, stante etiam inhibitione dicti primi iudicis?*
2 *Iudicium ubi cœptum est ibi terminari debet.*
3 *Necessitatis causa iudicium cœptum, coram uno iudice, coram alio perficitur.*
4 *Iudicem sibi eligendi facultas quid operetur?*
5 *Processus coram secundo iudice factus ante allegationem litis pendentię coram primo, subsistit.*
6 *Executiuis non obstante litis pendentia coram primo alius iudex adiri potest.*
7 *Negligente primo iudice in iustitia administranda secundus adiri potest.*
8 *Secularis adiri potest iudice ecclesiastico negligente.*
9 *Processus secundi iudicis valet, non obstante litis pendentia coram alio, ex communi regula canonistarum.*

QVAEST. CXXI.

1 CEntesimo vigesimoprimo quæro, an † processus secundi iudicis valeat non obstante pendentia litis super eadem re coram primo iudice, stante etiam inhibitione dicti primi iudicis? Hic duæ conclusiones discutiendæ veniunt, quarum prima est, nulla habita ratione inhibitionis, & regula iuris est, quòd iudicium vbi cœptũ
2 est † ibi terminari debeat, vulga. l. ubi cœptum. ff. de iudi. & §. quoniam. in auten. de testib. Lap. Allega. 78. vacauerat. nu. 10. vbi ego in Addi. in versi. diuersis, amplio ad ea, quæ sunt voluntarię iurisdictionis. Quæ etiã regula ampliatur in iudicibus delegatis, vt pendente lite coram vno, non possit procedi coram alio. c. ex tenore, de rescrip. vbi Ancha. Abb. & Feli. ac D. meus col. vlt. adducunt alias ampliationes.
3 Limitatur dicta regula, nisi adsit † causa necessitatis, tunc enim iudicium cœptum coram vno iudice, coram alio perficitur, iuxta tex. in l. sed & si restituatur. §. sed & si dies. ff. de iudic. & ibi gl. & Bar. ac Bar. in dicta. l. vbi ampliat, seu declarat, siue necessitas illa insit a principio, siue proueniat ex post facto, quod etiam voluerũt ibidem Ange. & Pau. Castren. in fi. ac Bal. & Ange. in alle. l. sed & si restituatur. §. ædium nomine. Fel. in alle. cap. ex tenore. col. 9. in 5. fallen. de rescrip. Corset. in suis singu. in ver. iudicium, ac Brun. consi. 54. col. 2.
4 Secundo limitatur, in eo, qui ex priuilegio habet facultatem † eligendi vnum ex pluribus iudicibus, citatus enim potest illius forum coram quo citatur declinare, & alium sibi iudicem eligere, auten. habita. C. ne fil. pro pãtr. Bar. & Ang. in alle. l. vbi cœptum. Sozzi. consi. 94. col. 1. lib. 3. Feli. in d. c. ex tenore. col. 9. in 6. fallen.
5 Tertio limitatur, vt ante allegationem, seu oppositionem litis pendentiæ coram primo iudice, † processus coram secundo factus subsistat, post oppositionem verò nullus erit. Inno. in c. cũ M. Ferrar. in fi. & Anto. de But. nu. 59. Abb. col. vlti. Fel. col. 12. & D. meus col. vlt. de cõsti. Bar. in l. se pulchri. in fi. ff. de sepul. viol. Bal. in l. 1. in prin. ff. de off. con su. & in c. pastoralis. col. vlt. de rescr. ac in l. nulli. in fi. C. de iudi. Ange. in l. si is a quo. ff. de rei uindi. & in l. penul. cir. prin. ff. de peti. hær. Anchar. in c. quamdiu. col. 1. de appel. Imo. in l. cũ procura. §. dñus. col. vl. ff. de no. ope. nun. & in c. cęterũ. in fi. de rescr. Phi. Fran. in c. ut debitus, col. pen. nu. 51. ver. Tertia & vltima conclusio de appel. Alex. consi. 11. col. 2. lib. 1. Dec. Neapo. Affli. 353. in c. nu. 3. vbi etiam an post litem contestatam opponi possit. Rui. consi. 61. col. 13. vol. 5. Lancel. Dec. in alle. l. vbi cœptum. col. 1. Sozzi. consi. 38. pro decisione. nu. 7. lib. 1. Rot. 4. postquam, de testib. aliàs 76. in no.

Quartò

6 Quartò limitatur nisi simus in † executiuis, in quibus pendente executione coram uno iudice, pro eadem executione alius adiri potest, & pro eadem re possunt plura, & diuersa remedia intentari: nec potest opponi de litis pendentia. ita Ias. consi. 9. in 2. respon. admotiua vicarij, & consi. 28. col. vlt. lib. 1. sequitur. Io. de Neuiza. cõsi. 4. incip. De vultu. col. vlt. nu. 13.

7 Quintò limitatur vbi primus iudex est † negligens in iustitia administrãda, tunc enim alius adiri potest litis pendentia coram primo non obstante. Barto. Angel. Roma. & vterque Imol. in l. quamuis. ff. de dam. infe. Ancha. consil. 196. Magnifice, numero octauo, ubi loquitur in fortioribus terminis, ꝙ iudex † secularis sua iurisdictio

8 ne vti possit ecclesiastico negligente, & sic ecclesiastico relicto, qui prius aditus fuerat, aditur secularis, adducit tex. in c. significante, de offi. ordi. in c. complures. de offi. deleg. lib. 6. ac in c. si duo de procura. eo. lib. Abb. in cap. dilecti, colum. penul. de foro competen. Corset. in suis singu. in versicu. iudicium, in fin. Si simus in terminis alicuius ex præmissis limitationibus, vel alijs adductis per Docto. in alle. l. vbi cœptum. de iudi. in cap. ex tenore, de rescrip. & alijs in locis supra citatis, semota inhibitione à iudice priore emanata, concludendum erit pro affirmatiua, ac pro validitate processus. Idem tenendum erit si consti-

9 tuamus regulam, quòd † processus secundi iudicis valeat, non obstante litis pendentia corã alio, quam ponunt Anto. de But. post Inno. & Compostel. in alleg. cap. cum M. Ferrarien. numero quinquagesimonono. & communiter canonistę, de constitu. per text. in l. si pariter. ff. de libe. cau. in l. 3. ff. de qui. reb. ad eun. iudi. ea. in alle. l. si is à quo. ff. de rei vindi. Rot. 76. postquam littera, in additio. in no. Supposita vero inhibitione à primo iudice emanata in omnibus casibus præmissis, siue simus in regula à canonistis posita, proximè relatã, siue in limitationibus datis ad dictam l. vbi cœptum. & alijs, de quibus supra, processus secundi iudicis nullus erit, ac attentatus, tum ex illa propositione, qua sæpe usi fuimus, quòd actus aliàs licitus propter inhibitionem illicitus redditur, ad ea quæ scripsimus supra in septuagesimaquinta quæstione, numero octauo. & ita in specie, quòd processus huiusmodi post præfatam inhibitionẽ sit nullus, & attentatus, conclusit Rota, prout in Recollectis caput Aquen. par. 2. Dec. 51.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita per unum ex litis consortibus, subsecuta inhibitione, an adeo suspendat iurisdictionem iudicis a quo, quo ad alios litis cõsortes, vt si cõparuerint corã dicto iudice a quo & quasi nouum iudiciũ instituerint, talis processus sit attentatus?*

QVÆSTIO CXXII.

1 Centesimo vigesimosecundo quæro, an † appellatio interposita per vnum ex litis cõsortibus subsecuta inhibitione adeo suspẽdat iurisdictionem iudicis à quo, quoad alios litis consortes, vt si comparuerint coram dicto iudice a quo, & quasi nouum iudicium instituerint, talis processus sit attentatus? Hoc quæsitum in partem affirmatiuam nouissimè decidit Mising. cõsil. 8. Decad. 1. incip. Ad decisionem, num. 15. cũ alijs sequen. cum eo residuo. Et licet in proxima præceden. q. firmauerim regulam, quòd processus secundi iudicis etiam super eadem re, & inter easdem personas valeat, tamen quia hic supponitur etiam inhibitio, (prout & ibi) inhibitio operari debet vt actus aliàs forte licitus, illicitus reddatur, vt ibidem, & alibi sæpe ponderaui. Et quòd appellatio, & alius actus iudiciarius vnius ex consortibus alteri prosit, vel noceat est tex. in l. 1. & 2. C. si unus ex pluribus. voluit glo. in c. Romana. de præscr. & probaui supra in 48. q. nu. 2. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an inhibere possit subditis ne in sui præiudicium coram alio litigent.*

2 *Barones incidunt in crimen læsę maiestatis, facientes ne subditi eant in iurisdictionem Regis.*

3 *Ecclesiasticus dicitur iudex competens, etiam inter laicos ratione iuramenti.*

4 *Prorogare iurisdictionem etiam iudicis extranei partes absque licentia possunt.*

5 *Prępar antis causę iudex, debet esse pręparatę.*

QVAEST. CXXIII.

1 Centesimo vigesimotertio, Quæro an † feudi dominus inhibere possit suis subditis ne in sui præiudicium coram alio litigent? Pro opinione negatiua concludendum esse videtur, si consideremus, ꝙ per similes inhibitiones † Barones cẽ-

2 sentur incidere in crimen lęsę maiestatis, vt post Luc. de Pen. scribit Paris. de Put. in tractatu. sindica. titu. de excess. Baro. erga subdi. capit. 2. circa princip. Ponens exemplum in barone faciente, ne subditi eant in iurisdictionem Regis. Quæ opinio negatiua tanto magis procedere videtur, si supponamus, quòd inhibitio emanet, ne eius vasallus litiget coram Iudice ecclesiastico, puta ab eo obtenta absolutione a iuramento, successiue super rescissione ipsius contractus, cũ iudex † ec-

3 clesiasticus dicatur competens etiam inter laicos ratione iuramenti in contractu appositi, quod addit forum foro, ca. vlt. & ibi Doct. de fo. cõp. c. licet. de iureiu. li. 6. Accedit, ꝙ in contractib. apponi solet clausula, quòd contrahentes se submittunt quibusuis curijs, etiam ecclesiasticis: &

4 sic prorogant † iurisdictionem ecclesiasticam, quod facere possunt partes, etiam erga iudicem

extraneum. l. si ex consensu. C. de episco. audien. & ibi omnes. Bar. in l. 1. & 2. ff. de iudi. & in l. j. §. & post operis, num. 2. & ibi Ias. ponens regulam in prorogatione iurisdictionis non requiri licentiam; quod etiam probatur in iure canonico, ex tex. in c. Romana. iun. glo. in ver. clericorũ. de fo. compet. libr. 6. vbi quòd præterquam in clericis, regulariter potest fieri prorogatio alterius iudicis sine licentia sui proprij iudicis. Insu
5 per iudex causę preparantis debet esse iudex cãę præparatæ. l. ordinarij. C. de rei uindica. & ibi glo. in versi. exhibiti. Fel. in cap. cum sit generale, colum. 7. de fo. comp. Pet. Girar. sing. 88. Hinc Bald. in alle. l. ordinarij. in 2. not. per illum tex. infert, quòd si dicturus instrumentum simulatum vel vsurarium, accedat ad episcopum pro absolutione à iuramento contento in instrumento. quòd episcopus debet etiam postea esse iudex in causa principali simulationis, sequitur Paul. Castren. in l. 2. nu. 3. C. ubi & apud quem in integ. resti. Alex. consi. 58. in fi. lib. 1. Est tex. in simi. in l. minor. in fi. prin. ff. de euictio. & voluerunt Alex. & Ias. nu. 3. & seq. in l. quoties. C. de iud. Opi. affirmatiuam, quæ verior est, tenuerunt Paris, de Put. de syndica. præalle. c. 2. in princ. rub. de Excess. Barto. qui postea distinguendo respõdet ad primum motiuum supra factum pro opi. negatiua: si enim feudatarius prohiberet in derogationem regiæ dignitatis, vel eius iurisdictionis tunc contrarium procederet, & baro incideret in pœnas de quibus supra; si tamen haberet merum, & mixtum imperium in terris, vel cognitionem causarum ciuilium, & criminalium saltẽ in prima instantia, prout barones communiter habent, tunc prohibere posset ne vasallus in derogationem suæ iurisdictionis, & suorum priuilegiorum iret ad curiam regiam, vel ad aliud tribunal seculare, vel ecclesiasticum. Et pro hac opinione est tex. in cap. ex transmissa, de fo. cõpe. pro hac etiam opi. affirmatiua concludit Nicol. Boe. Dec. 114. incip. Florentinus, aut Ianuen. nũ 2. versic. Secundo præsuppono iudicem posse ꝓhibere subditis suis. Et nouissimè idem voluit Osa de. Dec. Pedamon. 78. Cum subditus uasalli nu. 12. & per totam. & ibidem respondet ad alia fundamenta supra adducta pro contraria opin. & illo, nu. 12. constituit differentiam (quoad rem nostram) inter habentem aliquem ratione nudi exercitij iurisdictionis, vel non nudi exercitij iurisdictionis, sed alia ratione subiectum, puta ratione fidelitatis, vt sunt subditi vasallorum, & sic ad rem nostram: pro quo adducit Hostien. in Sum. de foro compe. Roma. in l. 1. §. præalleg. Et post operis. in fi. ff. de no. ope. nunci. & alios de quib. ibi. In hac etiam opi. affirmatiua residet Didac. Couaru. lib. 1. varia. resolu. c. 4. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Processus per Gubernatorem Bononiæ etiam delegatum Papæ post inhibitionem Auditoris cameræ factus an censeatur attentatus?*

2 *Attentata, & delicta non præsumenda.*

QVAEST. CXXIIII.

1 CEntesimo vigesimoquarto quæro an † processus per Gubernatorem Bononiæ etiam delegatum summi Pontificis post inhibitionem Auditoris cameræ factus censeatur attentatus. pro opin. affirmatiua adduci potest, quòd circa Auditorem cameræ plures sunt casus, in quibus non solum in subditos immediatè, quin & neutro modo subditos, idem procedere possit, etiam nonnunquam auocando causas, ab ordinarijs, vel delegatis, etiam in uim specialis rescripti vt ex illius facultatib. apparet, & ad ea, quæ adduco in 11. formula commis. in uer. validitat. Præter id quod in multis ex stilo, vel consuetudine Auditor cameræ habet latissimam, & amplissimam iurisdictionem, etiam quibusuis iudicib. inhibẽdi, quę quidem cõsuetudo dat, ampliat, ac declarat iurisdõnẽ. c. contingat, de fo. cõpe. c. 1. ver. Nisi amplius. de pœnis, lib. 6. Archi. in c. conquestus 9. q. 3. l. si quisquam. ff. de diuer. & tempo. præsc. Ludo. Roma. consi. 243. ad prædictorum, & cõs. 300. in casu proposito, nu. 2. Vnde vel quia esset clarum, ꝙ inhibitio Auditoris cameræ afficeret, vel saltem esset dubium an Gubernator ille illi parere deberet, saltem supersedere debebat, alioqui processus videtur attentatus. Hoc dubium in partem negatiuã decidit And. Alcia. consi. 48. incip. Hac in attentatorum causa, nu. 5. & seq. li. 6. Ponderans, ꝙ cum Gubernator posset procedere tam ex iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata, tamquam delegatus processisse censeri debeat pro validitate actus iuxta regulam l. quoties. ff. de reb. dub. & ad alia, quæ adduco in 24. quæst. Regu. de Non iud. iuxt. for. sup. iuxta. 2. editio. nu. 8. vbi probo hanc præsumptionem pro validitate actus validam esse, ac plerisque alijs præsumptionib. præferendam. Insuper in
2 dubio præsumendum semper est pro non † attẽtatis, & pro non delicto, argum. tex. in l. meritò. ff. pro socio, in l. item apud labeonem. iun. glo. in ver. si cum iure. ff. de iniur. Bar. in l. non solum. §. sed ut probari, num. 3. ff. de no. ope. nunc. & in l. gerit, col. 6. ff. de acq. hær. Rot. Bellame. 699. supposito, ꝙ causa quæ est etiam, in nou. 469. & per Feli. in c. super literis, ante nu. 13. de rescrip. Mouetur etiam Alcia. ea ratione, quia Auditor cameræ non possit inhibere delegato põtificis, seu se intromittere de causis extra Romanam curiã ad Papam deuolutis, nisi habeat super hoc speciale rescriptum, pro quib. citat Rot. 336. in no. quę incipit, si a iudice. Pro opi. eiusdem Alcia. potest etiam adduci Rot. 727. nota, quòd Auditor Cameræ in anti. ac Aegid. Bellame. 210. in causa D. Simonis, vbi in fi. dicitur, quòd officium suũ est causas curialium audire. Idem Bellam. Decis. 508. conclusio, ꝙ Auditor cameræ non põt citare extra curiam, & ꝙ curia est sibi pro territorio. Quę cõclusio ampliatẽ ẽt si q̃s subijciat se came-
rę,

ræ, licet enim in curia repertus conueniri possit; non tamen extra eam citari poterit per Cameræ Auditorem, vt in curia respondeat. Ego Alciato valde assentior, quoad propositum quæsitum. Quantum verò attinet ad iurisdictionem ipsius Auditoris Cameræ, non solum quoad curiales, & in Curia Romana tantum, per Rotæ antiquæ Decisiones coarctatam, aliter hodie respondendum esse censeo, cum illius iurisdictio vt præmissi, ampliata fuerit, prout in facultatibus Auditorum Cameræ apparet. Tenor igitur ipsarum facultatum, seu priuilegij ante omnia inspiciendus est. cap. accepimus. & cap. sequen. de fid. instrum. capitu. cum plantare. versus fin. & capitu. porrò. & c. petistis. de priuileg. Cassad. Dec. 3. in fin. eo. Feli. in. capit. 1. colum. 6. versic. Considera etiam aliud. de rescrip. Videri poterunt circa iurisdictionem Auditoris Cameræ, & quoad præfatas Rotæ Decision. supra citatas, quæ scripsi in Glo. Facul. §. Sitque, in uersic. generalis. ordinarius autem an delegato inhibeat, tractaui supra q. 5. Ad deducta in contrarium, & sic pro opin. affirmatiua, solutio ex præmissis elicitur: præsertim negando, quòd simus in aliquo casuum, in quibus liceat Auditori Cameræ, iudici, præsertim delegato inhibere.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria ob non paritionem incursus pœnarũ, & censurarum ab Auditore Rotæ post inhibitionem ab altero Auditore emanatam, an reuocanda ueniat?*
2 *Declaratoria non affert aliquid noui.*
3 *Termino lapso qui non potest aliquid facere, potest tamen declarare.*
4 *Declaratio inest actui declarãdo, & retrotrahitur.*
5 *Declaratoria de qua hic, non est actus, qui obstat liti pendenti.*
6 *Princeps declarando, vel alium actum faciendo non attentat.*
7 *Declarare eius est, qui actum fecit.*
8 *Declarare non potest alius a disponente.*

QVAEST. CXXV.

Centesimo vigesimoquinto quæro † an declaratoria ob non paritionem incursus pœnarum, & censurarum ab Auditore Rotæ post inhibitionem ab altero Auditore emanatam via attentatorum reuocanda ueniat? Pro opin. nega-
2 tiua pondero, quòd declaratoria † pœnarum, & censurarum nihil noui affert, ad tex. in l. hæredes palam. §. Sed & si notam. ff. de testa. ubi datur regula, eum, qui declarat, nihil de nouo facere. & ibi Pau. Castren. & alij dant exemplum in eo, qui executit granum de spicis, qui non facit granũ, sed aperit, & demonstrat granum, quod occultũ erat, & sic factum aperit. Ad idem est text. in l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. re. domin. in l. vnum ex familia. §. si falcidia. ff. de lega. 2. in clemen. 1. in princip. de iur. patro. ubi pro diuersis ponuntur, declarare, & addere. & in clemen. exiui. versic. Locum autem. de uerbo. signi. glo. in c. per tuas. in uersic. de nouo. de donatio. Bar. in l. ab executore. colum. 2. versicu. Quæro secundo. ff. de appel. Roma. in l. 1. §. si quis simpliciter. colum. 2. ff. de verbo. obliga. Et dixerunt Bald. in l. cum testamentum. ad fin. C. de manumis. testam. & Dom. meus in l. ædita. nume. 47. C. de æden. ꝙ qui declarat, non disponit, sed quod actum sit in præteritum, ostendit. Hinc etiam dicimus, quod
3 qui non potest post terminum facere, † potest factum declarare. Bald. in alle. l. hæredes. palam. §. Sed & si notam. uersic. Item est argumentum. ff. de testa. & in l. tres denunciationes. in fin. C. quomo. & quando iud. Ioan. Andr. in Addi. ad Specul. in ti tu. de teste. §. Nunc uidendum. col. penu. versi. Hoc etiam nota. Saly. in l. qui fundum. uer. Et faciunt prædicta. ff. de contra. emptio. Anton. de But. in cap. licet causam. col. 3. uersi. Ex ijs deciditur. de proba. Feli. in c. pastoralis. colum. ante pen. versi. Declarari potest. de exceptio. Declaratio item inest actui declarato, & retrotrahitur
4 † ad tempus principalis dispositionis. Io. Andr. in c. licet causam. col. 3. & Anto. de But. etiam colum. 3. ner. Ex ijs deciditur. de prob. Pau. Castr. in alle. l. hæredes palam, §. si quid. col. 1. vers. Itẽ nota. vbi etiam Aret. in 3. no. ff. de testa. Feder. de Sen. consi. 112. col. 1. ver. Circa quod. Gemi. cõs. 33. versus fi. Roma. cons. 45. in prin. & consi. 65. col. 2. ver. Hæc enim declaratoria. Affl. super cõsti. Regni. in tit. de excep. dilat. nu. 8. Rui. præalle. consi. 225. col. vlt. ver. Sicut quælibet. lib. 1. Secũ
5 do considero, quòd † declaratoria huiusmodi nõ potest dici actus, qui obstet liti pendenti. Quod etiam ex eo colligi potest, cum videamus ordinarium non posse se intromittere in causis in Romana curia pendentib. vel in ijs super quib. Papa aliàs manum apposuit. c. vt nostrũ. & ibi vterque Phili. Fran. videlicet & Dec. ac alij. de appel. potest tamen ordinarius declarare violantem sequestrum, in Cu. Ro. decretum a iure suo cecidisse. glo. in cle. 1. in ver. cecidisse. & ibi Imo. col. 8. ver. Gl. cecidisse. gl. ac Card. in 8. q. ver. Si qui sau tem. de seque. pos. & fruct. Et ꝙ non solum declaratiua non sic actus obstatiuus liti, ut probaui, imò nec sit iudiciarius, vel iudiciũ, seu litem concernens, etiam comprobari uidetur, quia licet iudex perempta instantia non possit iudicare. Bar. in l. properandum, nu. 6. ver. Quero quid si sententia sit lata post triennium. C. de iudi. Feli. in c. penult. extra. eo. & in cap. de offi. dele. Alexan. consil. 39. colum. 1. volum. quinto. poterit tamen instantia perempta declarare reum absoluendum fore ab instantia iudicij, etiam cum expensarum condemnatione. glo. in l. si præses. C. quomo. & quan. iudi. Inno. in cap. vltim. de iureiuran. Rot. 153. in no. Roma. syngu. 788. Alexan. consilio 137. colum. 1. libro secundo. ac Dominus meus consilio 34. versus fin. Tertio in specie, quòd declaratoria fieri possit lite coram alio pendente firmant Aegid. Bellame. consi. 19. in causa. col. 2. versic. Nunc quæritur. iun. versic.

Alia verò pars. Et ad rem nostram est. Dec.in no.59. Item si a diffinitiua.in addi. incip. ex eodem facto insurrexit.sub tit.de appel. Habemus pro contraria opin.Dec.Nouati, quam hic ad literam subijciam (quippe quæ non circunfertur per manus omnium, vt Decisiones aliorum) declaratoria censurarum lata post inhibitionem per alterum Auditorem factam, fuit reuocata p viam attentatorum.non obstante quòd Dec.89. (dic tu 59.) de appell.in no. aliàs 426. in addi. incipien. Ex eodem facto, videatur sentire contrarium, quia illa Dec.loquitur in ordinario, qui ad nudum factum non habens iuris ministeriũ post excommunicationem procedit, puta ad denunciationem, & alios actus, non habentis iuris ministerium. prout dicunt Docto. in c.pastoralis.§. verum. de appell. secus erat in casu nostro, in quo in declaratoria ob non paritionẽ requirebatur iuris ministeriũ, discutere an paruisset, an non, & requirebatur citatio. Et vide Dec. 379. in nou.quæ videtur velle, quòd possit per viam attentati reuocari. Hactenus Nouatus. Qui huic Dec. quam puto pro parte affirmatiua factam fuisse in causa Calaguritan. Canonicatus de Longrono coram Fabio 14. Ianuarij 1547. illam enim annotatam reperio post quandam aliam Dec.in dicta causa Calaguritan. inhærere vult, ex eadem colliget responsiones ad contraria, ac ex ijs, quæ subijcit Bellame. dicto consil. 19. videlicet quando declaratio esset cõsona verbis, in quo casu nos non sumus, secus ergo quando verbis declaratio non conuenit. Angel.in l.si quis intentione ambigua. vers. vltimo scias. ff.de iudi.Bar.in l.ab executore. post numerum septimum.vers. Quandoque interpretatio ponitur pro congrua verbi, vel orationis expositione. Loquitur etiã ipse Bellame.de declaratione per principem facta, & sic non in terminis nostræ
6 declaratoriæ. At princeps † vel declarando, vel alium actum faciendo, etiam lite inter alios pendente non dicitur attẽtare, cum sit supra ius. Cy.in l.meminerint.C.vnde vi. Alber.de Rosa. in l.si de vi.col.vlt.ff.de iudic. Rot. 310. si reus. post numerum 3. vers. Non potest etiam dici aliquid attentatum.in no.Rot. Bellame.749. licet per appellationem.versus fin.ibi, facit, quòd princeps non attentat, cum sit supra ius. Afflict. Dec.Neapol.302. Aliud dubium.nu.2.ibi quia Regis auctoritate intrauit, & sic non potest dici spolium.Paris.consi.99. Adriano agenti. num. 18.& seq. vol.4. Contraria etiam nonnulla tolli videntur, quippe quę loquantur quando idem
7 met, qui fecit, seu disposuit declarat. † iuxta tex. il l.ex facto.& ibi Bal.col.1.versic. In text.ibi interpretari.Alex.& Ias.ibidem in 2.not.ff.de vulgar.& pupil.l.Neratius.ff.de reg.iur.l.vlt. C.de legib.c.inter alia.§.vt igitur.& ibi glo.in ver. interpretatio.de senten.excom. gl.in c.vlt. de concess.præb.lib.6.Bald.in l.leges sacratissimæ. per illum tex.C.de legib.Fely.in c.per tuas.1. etiam per illum text.in 2.not.de simo. Nos autem (ut præmissum est) sumus in declaratoria ab alio facta, quàm ab eo, qui excommunicauit, seu pœnas inflixit, uel ad pœnam condemnauit. Et re-
8 gulare est, quòd alius a disponente † declarare nnn possit. Declarare enim, & interpretari, personæ cohæret. Bart.in l.ædita.col.4.uers. Quandoque uolo.C.de æden. Bald.in l.ult.in ult. not. C.de legib.Ias.in l.inter stipulantem.§.si Stichũ. col.4.uers.Glo.in uer.actori. ff.de uerb.obligat. D.meus Phil.Dec.in c.cum uenissent. nu.14. de iud. Pro præmissa resolutione uide etiam Dec. Put. 177. incipien. Declaratoria censurarum, lib. 2. in qua idem concluditur in Cartaginen. liquidatione Fructuum coram R.D. Antonio Augustino.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio vigore commissionis restitutionis in integrum prout de iure an operetur, vt iudex tertiæ instantiæ ad executionem procedens dicatur attentare?*

2 *Executio trium sententiarum impediri nõ debet.*

QVAEST. CXXVI.

Centesimo vigesimo sexto quæro, inhibitio vigore commissionis restitutionis in inte-
1 grum signata prout de iure, an † operetur, vt iudex tertiæ instantiæ procedens ad executionem dicatur attentare? Videri poterunt quæ scripsi supra quæst.107. nunc quo ad propositum dubium respondendo videtur dicẽdum, quòd saltem dubium, seu ambiguum censeri posset, an inhibitioni locus esse posset, vel non, quo casu inhibitioni, etiam causa non cognita decreti pareri debet.vt voluerunt Doct.in c.non solum.de appellat. lib.6. Et est stilus Rotæ, quòd inhibitioni pareatur si non appareat aperta calumnia, uel iniustitia. Sic etiam dicimus, inhibitionem a carente iurisdictione emanatam ualere, & operari antequam appareat illum non habere iurisdictionem.arg.text.& ibi glo.in l.inter quos.§. alieno nomine.ff.de dam.infect.& per ea, quæ scripsi supra quæst.26. post prin. Pro contraria opin.& sic, quòd non sit locus attentatis considero, quòd commissio sit signata, prout de iure, poterat iudex solum inhibere in hac causa restitutionis in integrum, si de iure inhibendũ erat. Verum quia de iure post tres sententias conformes nec inhibitioni locus esse potest, nec impe-
2 dimento alicui, quin † executio trium sententiarum statim fieri debeat. iuxta text.in clem.1. de re iud. ergo inhibitio nullius erat momẽti, inefficax, inconsiderabilis, & cõsequenter non aderant attentata. Ex dixit Phil.Franc.in c.dilecto in 10.quæst.princip.in 3.limi.de appell. quòd si iudex inhibeat ne executio fiat, si iura resistant non sit parendum illi inhibitioni. Et in specie pro hac parte concluserunt Domini de Rota in Placentin.crediti pro Pasqualibus, contra Arcellos coram Puteo 29. Aprilis 1541. prout Dec. eiusdem Put. 129. incipien. uoluerunt Domini in

in una Placentin. Et quia a principio constabat, seu constare poterat, quòd inhibitio huiusmodi erat iniusta, & calumniosa, locus erat præalleg. c.non solum.de appell.lib.6. Nec obstant contraria, quæ eò tendunt, quòd adesset dubium an locus esset inhibitioni, uerum quia in casu nostro a principio patebat illam esse iniustam, & calumniosam, nulla ratio de illa haberi debeat. Et sic non eramus in dubio. Et sic soluuntur contraria, ut latius in Dec. Putei 120. incipien. uoluerunt Domini.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis registrata in processu de partibus, ac instrumentum originale inhibitionis, in quo erat inserta cõmissio causæ appellationis, an probent commissionem?*
2 *Officiario publico creditur.*
3 *Liber Baccodi, & similium non probat.*
4 *Desertio appellationis, vt vitietur, in dubio iudicandum est.*
5 *Singula quę non prosuut, multa iuuare.*

QVÆSTIO CXXVII.

1 Centesimo vigesimo septimo quæro, † an inhibitio Rotalis registrata in processu de partibus, rursus instrumentum originale inhibitionis, in quo erat inserta commissio causæ appellationis probent ipsam commissionem concurrentibus etiam alijs adminiculis? Propositum fuit hoc dubium in Rota coram Do. Fabio Accorambono 4. Februarij 1547. prout Dec. 15.peregr.incipien. In causa Salamantin. Portion. commissio originalis erat deperdita, nec reperiebatur registrata, registrum enim confectum non erat, reperiebatur etiam in libro Bacchodi annotata cõmissio causæ Salamantin. portion.inter Bertrandum Nobiles, & Didacũ Flores inter quos erat in partibus litigatum Simonettæ distributa, conclusum fuit commissionem prædictam non probari, & sic dubium in partem negatiuam resolutum fuit. Et annotationem in libro Bacchodi dixerunt Domini nõ facere fidem, quia non erat deputatus ad scribendum, sed pro sua memoria librum tenebat, & fuisset in potestate vnius copistæ, qui scriberet in illo libro apponere distributam esse commissionem: Præter id quod non apparebat, ꝙ esset commissio appellationis, prout requirebatur. Verum quo ad primam responsionẽ Dominorum de Rota, non paruum dubium facere videtur communis vsus, & reputatio huius curiæ Romanæ, quòd detur fides libro Baccodi, vel alterius similis, qui circa annotationem distributionum huiusmodi commissionum erat
2 officiarius publicus, cui † creditur circa spectantia ad officium suum.l.magis puto. ff.de reb. eo. l.si quis decurio.C.de fals.& ibi glo. vlt. Bart.in l.si librarius.num.4.ff.de reg.iur.Lap.Alleg.77. Tabellio publicus.num.6.Ruin. consi.76. circa illud.num.4.vol.5.Aimo consil.141. num.18. & consi. 186. num.9. Hinc voluit Rota fidem rescribendarij, & sociorum probare expeditionem prout Dec.Mohed.141.sic & fidem summistæ probare sensit Rota in Salamantin. de los sanctos.prout Dec. Paleot.339. incipien. Quia literæ.& Dec.365. Dubium fuit cui incumbat. Verum cum Rota tenendum est, quòd in simi-
3 libus liber Baccodi, † & similium non probet, vt etiam in specie habemus Dec.Put.16. sub tit. de appell.& est altera eiusdem Put. Dec.12. sub tit.de fi.instru.dicens, Libri Baccodi, & similes non faciunt fidem. Altera ponderatio, quòd non appareret, quòd esset commissio appellationis, prout requirebatur, dubia videtur, Tum quia multiplicatio commissionum, seu actuum non pręsumitur. l. omnium.cum glo.in ver.comprobatur.C.de testam.quam gl.communiter teneri affirmat Curt.Iun.consi.162.nu.8.& in fi. cons. & est glo.magna cir.medium in l.eum qui. §.popularibus.ff.de iureiur.ac text.in c.in pręsentia. §.verum.2.vbi Anto.de But.& Abb. ad hoc notant.de probat. Insuper si tenemus illam commissionem fuisse appellationis, euitabimus rem iudicatam, si super alia re impetratã afferamus, desertio inducetur, interpretatio autem facien-
4 da est, vt desertio vitetur. † Paul.Castren. in l. 1. post medium.ff.si quis cautio. Cassad. Dec.4. in fi.de appell.D.meus Phil.Dec.in l.quoties nihil.ff.de reg.iur. Responderi potest, quòd non apparebat quæ commissio esset, an appellationis, an super alia re, sup qua non releuasset, quia extra rem, & cum non credatur libro Baccodi, nec etiam consequenter contentis in huiusmodi libro. Vnde pariter non cadit altera ponderatio, quòd in dubio iudicandum sit pro non desertione, non enim sumus in hoc dubio. Concurrebat etiam in themate præmisso, quòd cõmissio prædicta reperiebatur (vt præmisi) registrata in processu de partibus, vbi cœperat lis super dicta portione in quadam inhibitione emanata a Simonetta vigore illius commissionis. Vnde videbatur, quòd acta, & processus de partibus fidem facerent.ad text. cum materia in ca. quoniam contra.de proba. Fuit dictum non sufficere, ex quo processus ille de partibus esset nullus ex defectu iurisdictionis, & ideo registrata in eo fidem non facerent, tanquam non registrata apud acta. Rursus reperiebatur hæc commissio in quadam causa spolij, inter Thomam, & Didacum præfatum inserta in quadam inhibitione emanata vigore dictæ commissionis a Dominis Simonetta, ac Crescentio cognitoribus huius causæ, & extabat instrumentum originale istius inhibitionis, in quo erat inserta commissio, & hæc etiam dixerunt non sufficere, quia inserta non probant.l.2.ff.de fid.instru. l.Pomponius scribit. vers.plerumque enim.ff.famil.herciscun.& in authen. si quis in aliquo.ubi omnes. C. de æden. Quod tamen compilatori huius Decision. durum videbatur, cum habeamus, sententiam insertam in executorialibus fidem

dem facere.ad Dec.732.in antiq. Et est Dec. Paleot.124.in Lugdonen.parto. quæ incipit,originale sententiæ latæ. de quo etiam Dec. Io. Paul. Ptolo.220.incip.Segobien. Liquidation. Aliud etiam adminiculum concurrebat, reperiebatur enim in manuali notarij coram Do. Simonetta decretam executionem ; vnde dici poterat,
5 Et quæ non prosunt singula † multa iuuant.l.nō epistolis.& l.non nudis.C.de probat. Et dixit, Quintil.lib.5.cap.de vsu argumentorum, vtique si non possunt valere, quia magna non sunt, valebunt quia multa sunt. pro qua regula congruè Barbat.consi.7.lib.2. Domini de Rota dicebant, quòd cum singula non prodessent, nec omnia simul coadunata coadiuuabunt: pro qua responsione adduci potest limitatio illa dictæ Reg. videlicet, quòd procedat tantum quando vnumquodque de per se est perfectum. vt notat Bal. in l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de æden. Idem Bal.in l.Spadonem. ff. de excu.tut.& in l. iurisiurandi. C.de testib. Aduertendum est ad vnum, quod colligi potest ex fine dictæ Decision.vbi dicitur,adducta in contrarium non procedere in terminis nostris, vbi tractabatur de probanda commissione ad effectum faciédi beneficium litigiosum,quod valde odiosum erat, si igitur in illo casu speciali propter illud odium resultans ex effectu faciendi beneficium litigiosum,probatio commissionis illius non admittebatur, infertur, quòd in alijs casibus non sic odiosis aliter dicendum, & decidendum fuisset. Videri etiam poterit pro præmissis Dec. Putei 347.lib.2. quæ incipit, In causa Roman. spolij domus.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionem a se concessam an iudex declarare possit,& debeat?*
5 *Sequestrum decernitur in causis beneficiarijs latæ lata prima sententia, tam temporalium, quàm spiritualium.*
3 *Locales constitutiones quę?*
4 *Localis constitutio quando alia loca cōprehendat?*
5 *Florentina in Rota pręcipuę tractantur materię substitutionum,& fideicommißorum.*
6 *Bononia docet, Roma autem docet Bononiam, & orbem.*

QVÆSTIO CXXVIII.

Centesimo vigesimo octauo, supra quæst. 41.& seq.tractauimus de inhibitionis moderatione, verum parum ab illa differre videtur declaratio ipsius inhibitionis per iudicem, qui eam decreuit, facienda, vel non, quæro an iudex
1 possit, & debeat † inhibitionem a se concessam declarare? Anceps, ac non minus periculosa videri posset discussio hæc, si latissimum campum intraremus, vt discutiendum esset de qua declarationis specie intelligendum esset, rursus in quibus casibus hæc declaratio cōtingere posset. Et si concederemus, passim, & a quibuscunque iudicibus, ac in quibuscunque casibus huiusmodi declarationes fieri posse, vel debere, vel contra: si concluderemus rarò tantum, & a quibusdam iudicibus duntaxat, & non nisi in quibusdam casibus locum esse huiusmodi declarationibus, magna parari possent litigantibus incommoda, & præiudicia. Ego fretus clipeo adamantino (quo aliquando Rota Romana vlá est) distinctionem sumam a Rotę præmissæ decreto in facti specie, de qua infra in causa Crotonien. Archidiaconatus, lata sententia, ac decreto sequestro in fauorem Hieronymi, iuxta formam videlicet cle.ad compescendas.de sequest. poss.& fruct. Lata enim prima sententia in causa beneficiaria fiunt † sequestra non solum tem-
2 poralium, sed & spiritualium. Oldra.consi.161. quem sequitur Aufre.in addit. ad Dec. Tholos. 477.in fi. Addit. Rotæ 11.aliàs 340. Nota quòd si feratur.de senten.& re iud.in antiq.Mil.in ver. sequestrum Afflict. Dec.152. Fuit dubitatum. num.6. Cassad.Dec.5.de sequest.poss.& fruct. Commissa deinde causa appellationis, Paleotto pro parte aduersarij, & iuxta morem inhibito tam in curia, quàm extra, vel extra tantum, Hieronymus petebat, vt Auditor declararet per inhibitionem huiusmodi non præiudicari sequestro aliàs apposito: consulta Rota respondit hāc declarationem fieri posse, cum in partibus plerumque ignorari contingat ius, potentia, ac virtus, & effectus inhibitionis. Ad tollendas controuersiarum occasiones placuit, vt hoc concederetur, cum per illud nemini pręiudicium fiat: Hæc inuenies in Dec.Paleot.193.incipien. Lata sententia. Illa ratio, seu causa, quæ mouebat Rotam ad concedendam illam, vel similem declarationem, ex quo in partibus plerumque ignorari soleat vis inhibitionum, non ita generalis constituenda erit, vt omnes regiones, ac ciuitates orbis Christiani comprehendat: Nec ita arctanda ueniet, vt solum in loco Crotonien. in Calabria, vel etiam in tota ipsa Calabria tantum hoc Rotæ decretum locum sibi vendicet, vt in Scyllam incidam, dum Caribdim vitare cupio: scio
3 aliquas esse constitutiones locales, † quæ locum aliquem tantum designāt, seu comprehendunt, nec locum illum ęgrediuntur, vt in text.ca.cum longè.63.distin. vbi Archiepiscopo Toletano tantum dabatur potestas confirmandi, & ordinandi Episcopos in quibuscunque prouincijs a Rege electos. Localem etiam constitutionem habemus in l.penul.iun.gl.in ver.orientis.C.de fun.patr.mo.& saltu.lib.11.vbi prohibitio facta de non alienandis fundis patrimonialibus, idest ipsius principis proprijs, in oriēte existentibus, non extendebatur ad bona patrimonialia alibi existentia. Illa lex parum, imò nihil hodie operatur, vtinam aliquando operetur, nunc enim loca illa ab immanissimo Turcarum Rege occupata detinentur. Lex item localis erat illa, de qua in c.nihil est. de elect.ubi quòd ratione distantiæ loci prælati extra Italiam cōstituti etiam

ante

ante confirmationem administrare poterant. Hodie etiam hæc constitutio localis cessat propter regulas reseruatorias cathedralium, & dignitatum maiorũ, videlicet. 2. & 3. super quibus scripsi. ac propter extra. iniunctæ. de elect. inter commu. Absit autem vt ego affirmem Calabriæ tantum regionem comprehendi in illo decreto Rotali. Absit etiam vt ego existimem omnes Italiæ, & aliorum locorum oppida, ac vrbes notari inscitia, ac ignorãtia iurium, & potentię harum inhibitionum, vt vel non esse locale decretum illud Rotale affirmem, sed generale ad omnia loca extra Rom. Cur. vel si locale, suadente rationis idẽtitate omnia loca generaliter, & vbicunque pariter respiciat. iuxta text. in auctent. Cassa. ibi, per totam Italiam vbi etiam glo. & Doctor. C. de sacrosan. eccles. in cap. 1. iun. glo. in vers. Franciæ. de immu. eccle. lib. 6. & in cap. 1. cum glo. in vers. Italiæ. de tempo. ordi. eo. lib.

5 Dicet ne quisquam in † Rota Florentina (vbi hæc scribo, & vbi plura didici circa inhibitiones quo ad personam, & quo ad bona, & vbi sunt Iureconsulti primarij) non intelligi vim, ac potentiam inhibitionum? & vbi materiæ subtilissimæ, ac ancipites substitutionum, ac fideicommissorum præcipue in dies tractantur. Verum si quis mihi in causa propria (vt aiunt) loquenti in hoc fidem plenam non præstet, dicet ne Bononiæ ignorari naturas, qualitates, effectus inhibitionum? quippe quæ ipsa Bononia alios do-

6 cet, † docent etiam alios Pisę, Perusium, Patauiũ, Salamanca, Parisius, & tot aliæ illustres vrbes. Et licet ipsa Roma doceat Bononiam ipsam, Pisas, Perusium, Patauium, Salamancam, ac alias vrbes, orbemque totum Christianum, non tamẽ negari potest, quin similes declarationes quotquot acciderint circa inhibitiones, & alia in pręfatis, & alijs præclaris locis intrepidè fieri possint, & debeant. In locis verò inferioribus, & vbi non habetur copia iurisperitorum seruandum præcise esse decretum prædictum Rotæ summa ratione emanatum, vt ignorantiæ, ac dubitationibus obuietur, iudices verò, de quibus proximè loquuti fuimus abstineant a similibus declarationibus, alioqui faba (vt in prouerbijs) supra eorum caput cudetur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus inhibitus absque capitulo procedens, an attentet stante Bulla Innocen.*

2 *Consilium in c. nouit. & in cap. quanto. de his quæ fi. a præla. sine con. capi. an capi debeat pro consensu?*

3 *Consensus nedum consilium capituli in corrigendis criminibus quòd requiratur.*

4 *Consilium, quòd requiratur in corrigendis criminibus, qui Doctor. tenuerunt?*

5 *Consilium, quòd pro consensu capiatur, rationes adducuntur.*

6 *Rubrica debet esse index eorum, quę in nigro tractantur.*

QVÆST. CXXIX.

Centesimo vigesimo nono, Episcopus Burgen. iuxta Bullam Innocen. debebat procedere cum consensu capituli cõtra canonicos, & alios clericos ecclesiæ super criminibus, commissa causa in Rota super correctione, super exemptione, rebusque alijs &c. ac inhibito Episcopo, idem episcopus carcerari fecit canonicũ castello, & quosdam alios beneficiatos, dubita-

1 batur, an † esset locus attentis? In Dec. Paleot. 265. incipien. Extabat in actis bulla Innocen. adducendo argumẽta, & rationes hincinde, cõclusum fuisse dicitur pro affirmatiua. Et ibi supponi videbatur, quòd dicta bulla esset cõformis iuri communi, cum non liceat in ijs, vel similibus absque capitulo procedere. Innoc. & Archi. in cap. non est. de consuet. lib. 6. Felyn. in ca. irrefragabili. de offi. ordi. Tu autem aduerte, quòd Felyn. ibi citat plures Doctor. qui non probant id, ad quod citantur, non enim declarant an cõsensus capituli requiratur, vel nõ, nisi dicamus, quòd Doct. qui affirmant requiri consilium capituli, intelligi debeant iuxta tradi. per Imol. in cap. nouit. de ijs quæ fi. a prælat. qui vult, quòd quando consilium requiritur a lege, quòd tunc consilium capitur pro consensu. vt per Bart. in l. impuberibus. ff. de excus. tuto. & in l. Titium, & Mæuium. de admini. tuto. Verumtamen opinio Docto. in dicto cap. nouit. & in cap. quanto. est, quòd ibi consilium propriè capiatur, non autem

2 pro consensu, vt ibi voluerunt Innocent. Hostien. Ioan. Andr. collecta. Anton. de Butr. & Abba. in cap. nouit. Anchar. in cap. quanto. in princip. ab eo citati, eod. titul. Et aduertendum est, quòd in casu Bartol. supra adducti. & in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. in sua distin. adsunt particulares rationes. Ad fin. eiusdem Dec. dicitur, Hæc autem omnia firmata sunt circumscripto capite, si Episcopus ante Innocentianam fuisset in quasi possessione procedendi sine capitulo.

Subijcitur item, Præterea an ius cõmune omnino assistat episcopo, aut contra, non fuit omnino firmatum, sed ita obiter dictum. Verum quia in dicta Dec. Paleot. ac in Decis. Achil. 1. sub titul. de Episcop. incipien. Episcopus solus habet iurisdictionem de per se fundatam, etiam corrigendi in causis criminalibus &c. non deciditur clarè, neque etiam per Doctor. in locis supra adductis, an præmissis, & similibus alijs arduis requiratur consilium tantum capituli, uel consensus, vel absque consensu, seu consilio possit ipse Episcopus præmissa, & alia facere, libuit hic subijcere iura, auctoritates, ac rationes, quæ quæsito huic inseruire possunt. Quòd in corrigendis, seu puniendis criminalibus, & in

3 rebus arduis requiratur † ne dum consilium, sed etiam consensus capituli, est text. in capit. ea noscitur.

noscitur.de ijs,quæ fi.a prælat. sine con.capi. Et hanc opini. tenuerunt expresè in istis terminis omnes infrascripti Doct. videlicet Innocen. in cap.nouit.in allega.titul.de ijs,quæ fi.a prælat.sine con.capi. Secūdus fuit Glossator in cap. cum nos.eodem titul. Tertius Glossator in cap. episcopus sine cons.distinct.24. Quartus Ioan. Andr.in sum.dict.cap.nouit. Quintus Ioan.de Imol.in eod.cap.nouit.in sum. Et refert ita sentire Florian. qui erit sextus in hac opinio.& septimus erit Pet.ab eodē Imol.citatus, qui Imol. latè hæc prosequitur. numero duodecimo, versicul. Aduerte tamen. Octauus fuit Gemini. in cap.1. in princip. de hæret. libro sexto. Nonus Anto.de Butr.in cap.cum olim. vbi latè.de arbitr. Decimus Abb.in capit.primo,.de exces. prælat. Vndecimus Anchara.in sum. dicti cap. nouit. Duodecimus Archid.in cap.si quid hoc. distinct.86. Decimustertius Felyn. in cap.irrefragabili.de offic.ordin.qui glossas omnes, & plura iura, quæ non clarè loquuntur, interpretatur pro consensu. Decimus quartus Ioan. de Turrecrema.in cap.episcopus nullus.25. quæst. 7. vbi ait ꝙ ita fuit iudicatum. Decimus quintus Iacobat. de Concilio, libro tertio, colum.2. art.1. Iura, & Doctor.requirentes
4 † consilium. sed non absolutè loquentes,an consilium capiatur pro consensu,sunt text.in cap.episcopus.15. quæst.6.qui loquitur de præsentia. & text. in c. quanto.& in cap.nouit.præalleg.titul.de ijs,quę fi.a præla.qui loquuntur de consilio. Doctores verò sunt infrascripti,primus Oldra. consi.251. incipien. Nos,qui loquitur de consilio,vel consensu.& in consilio 195. vbi dicit, sine capitulo episcopum priuare non posse. Secundus Glo. in cap.episcopus præalleg.15. quæst.7. loquens in præsentia, & videtur potius sentire de consilio. Tertius Glo.in cap.si quid verò.86. distin. loquens pariter per verba dubia, quæ possunt significare consilium, & assensum. Quartus Glo.in dicta sum.15.quæstio.7.loquens de præsentia suorum clericorum. Quintus Gloss. in cap.pœnitentibus.distinc.50. dicens episcopum sine clericis non posse audire causas criminales. Sextus Innocen.in cap.graue. versi. Item secus. de probat.qui dicit episcopum cum clericis suis posse agere contra criminosos. Septimus, Anchar.in cap.non est.de consue.libro sexto,numero secundo, remanet dubius, an consilium pro assensu capiatur. Octauus, Io.Firma.in tracta. de Episcopo. libro 4. in 3.part. in 7.quæst. Doctores autem qui requirunt expresè consilium tantum, & non consensum,sunt admodum pauci, & fortè nullus,vbi tractatur de correctione canonicorum, quorum correctio causa grauissima reputatur. Rationes autem Doctor. ad
5 tenendum, quòd consilium † capiatur pro consensu sunt infrascriptæ. Prima principalis,quia vbi lex requirit consilium eius, qui est particeps administrationis, tunc semper capiatur consilium pro consensu. iuxta tradi. pro Bartol. in l. prima.§.si plures.ff.de exercito.Bartol.in capit. ex parte episcopi. in fin. de rescript. Per quam rationem, quæ validissima videtur,Io. de Imol. in capit.nouit. (vt præmisi) firmat hanc opinio. contra Anton. de Butr. ibi. Secunda ratio est, quia iura multa (quorum nonnulla supra adduximus) requirunt præsentiam capituli. At præsentia intelligitur cum auctoritate, quando is, qui debet esse præsens talis est,qui præbere possit assensum. vt per Felyn.in cap.non potest.de re iudic. Tertia ratio est,quia præalleg.cap.nouit.& cap.quanto.posita sunt sub rubr.quę consensum requirere videtur, videlicet de ijs, quæ
6 fiunt a prælat. sine consen. capi. Rubrica † autem iudex esse debet eorum quæ in nigro traduntur: & rubrum, & nigrum correspondere debent.gloss. in versic.retractare.ante medium. in l.vni.C.ne lice.in vna eademque cau.Abb.super rubr. de constitut. ac D. meus & alij super rubr.ff.si certum petatur. Quarta,quia episcopus sine consensu capituli,non potest canonicatus,& præbendas in cathedrali conferre. c.cum ecclesia Sutrina.& ibi Abb. & alij. de electio. cap.a collatore.& ibi Franc.de appellat. libro 6. quod ideo euenit, quia canonici reputantur qd maius cæteris clericis beneficiatis. vt etiam in cap.statutum. de rescript.libro sexto,vbi causæ committuntur canonicis cathedralis, non autem alijs clericis, ergo eadem ratione cum in reliquos clericos episcopus possit criminaliter procedere absque consensu, tamen de consilio tantum,secus est in canonicos per supradicta. Quinta,quia causæ criminales reputantur causæ magnæ, in tantum vt quælibet causa criminalis æquiperetur cuicunque causæ ciuili maximæ.Bart.in l.prima,§.vlt. ff.de pœn. Propterea licet in causis non grauibus videatur requiri solum consilium, in arduis tamen requiri debet assensus, prout dixi supra num.3.

SVMMARIVM.

1 *Si alter Rotę Auditor pręueniat in pręsentatione rescripti, alter verò in citando, & inhibendo, an si coram primo procedatur, attentetur? Et quatenus sic, quod remedium dari poßit, vt coram pręueniente in pręsentatione procedi poßit.*

Citans, & inhibens prius, pręuenisse dicitur, licet alter pręuenißet in præsentatione rescripti.

QVÆSTIO CXXX.

CEntesimo trigesimo, lata sententia in Rota in fauorem A. super reuocatione attentatorum, a qua appellatum fuit pro parte B. attentantis, & quia nulliter pronunciatum dubitabatur

tabatur per Io.Paul.Ptolo.pro parte dicti A.impetratur,& præsentatur rescriptum, quòd idem Auditor de nouo pronunciet. Deinde pro parte B.præsentatur commissio appellationis a sententia super prætensis attentatis, & præsentatur Io. Clerici alteri Auditori cum potestate citandi, & inhibendi, citatur A. illisque inhibetur, & sic præuenerat in præsentatione, B. verò præue-
1 nit in citando,& inhibendo, quæro, † an si pro parte A.processum fuisset coram dicto Io. Paulo ante, & in statutum vt de nouo pronunciaret, attentatum fuisset. Et quatenus sic, qua via succurri poterat eidem A. Quo ad primum respondeo, quòd licet Auditor Rotæ cui præsentatur prius rescriptum iurisdictionem retineat prout cauetur in bulla Innocent. in princip. & voluit Rota 653. nota quòd quando causa committitur.ac 802.Memoriale sit.in antiq. Tamen quia Ioan.Clerici ad instantiam B. prius citauerat,& inhibuerat, ipse verius præuenisse diceba-
2 tur,† siue loquamur in delegato, siue ordinario. cap.gratum.& cap.licet.de offic. deleg.cap.proposuisti.de foro compet. Feder.de Sen. consilio 97.incipien. Quoniam vbi.ac Cassad. Dec.5. de rescript. Vnde Io. Paulus, & A. præsentata inhibitione ab omni actu abstinere debeant, vt in fortioribus terminis post Lauren. concludit Cardin.Zabbarel.in clemen. prima, quæst. 16. circa medium. de iure patro. Et sic prima pars quæsiti in partem affirmatiuam resoluitur. Videantur, quæ in seq.quæst. subijciam. Modo ad secundam partem deueniendo, concludo impetrandam esse nouam commissionem præmissa exprimentem, cum clausula etiam; Non obstante prætensa inhibitione, prout ostẽdo in 22.formula commissionũ, quæ est reformatoria, quòd etiam pronunciet de nouo Auditor, non obstante inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia D. Auditoris, cui primo loco fuit facta præsentatio commissionis, ipseque prius citauit,& processit, an sit nulla, & attentata, non obstante inhibitione Auditoris, cui prius facta fuit presentatio alterius commissionis super eadem causa, etiam quòd pro parte primi presentantis non fuerit oppositum, quod non proceдatur?*

2 *Preuentum in Rota dicitur per priorem rescriptorum præsentationem.*

3 *Preuenisse dicitur primo citans, licet sit secundus in presentatione rescripti.*

QVÆSTIO CXXXI.

Centesimo primo hic subnectenda est facti species non multum a posita in præcedenti quæst.dissimilis. Fuit præsentatum rescriptũ A. Rotæ Auditori pro parte B. Deinde super eadem causa fuit alterum præsentatum D.etiam Auditori pro parte D. & C. cui secundo facta fuit præsentatio: prius citauit, & processit in causa etiam vsque ad sententiam inclusiuè nulla facta protestatione, vel oppositione per B. quæ-
1 ro an † stante prima præsentatione commissionis, & subsecuta inhibitione illius vigore processus,& sententia in fauorem D. sint attentati? Pro opi.negatiua videtur concludendum, quia licet in Rota per solam præsentationem Auditori factam primo loco dicatur is præuenisse, prout concludit Rot. 653. Nota quòd quando causa committitur duobus Dominis Auditori-
2 bus, quòd ille, † cui prius præsentata est commissio, cognoscit de causa. & 802. Memoriale sit.in antiq. Quod etiam cauetur ex Bulla Innocen.Romæ passim recepta, quicquid aliàs diceremus de iure communi, & sic quoad alia tribunalia, in quibus primo citans licet sit secundus quoad præsentationem rescripti præuenisse dicatur.cap.gratum.& cap.licet. de offic. delegat. cap.proposuisti. de foro compet. & per citatos in proxima pręceden. quæst. Declaratur tamen id procedere parte opponente, quod hic non fuit. ergo processus factus bonus, & legitimus iudicandus est, & sic nulla attentata prætendi possunt. Pro parte affirmatiua conclusum fuit in Rota in casu præmisso, ea ratione, quia inhibitio prædicta est loco oppositionis, & protestationis, qua stante, ille, cui secũdo commissio pręsentata fuit, procedere non potuit. prout Dec. Put. 470. incipien. In vna Barchionen. coram D. Fabio libro 2. Visi tamen fuerunt Domini de Rota hoc temperamento, seu benignitate, vt sententia non annullaretur, sed videretur de bono iure per productionem iurium.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio inferiori ne eligat sub pœna excommunicationis, vel inhabilitatis, an electio postea subsecuta subsistat?*

3 *Electio ne fiat qualiter à principio inhiberi possit.*

QVÆST. CXXXII.

1 Centesimo trigesimo secũdo & vltimo quęro, an si † superior inhibeat inferiori ne eligat sub pœna excommunicationis, vel inhabilitatis, electio postea subsecuta subsistat? Hoc quæsitum ponitur in terminis per Pau.Castren. Dubium erat, Cardinales tempore Petri de Luna, qui appellabatur Papa in partibus vltramontanis, volebant eligere alium in summum Pontificem: vel volebant Concilium congregare: Papa illis inhibuit ne inciperent alium eligere, vel tractare sub pœna excommunicationis, vel inhabilitatis. Quicquid postea Cardinales fecissent, nullum, & inualidum fuisset. Respondet Paul.Castren.in l.filiusfam.§.diuus Seuerus. ff.de legat. 1. vers.pro primò membro, num.8. pro quo citat text.in l.interdum, ibi, Nam incipiente

piente proprietario manumittere, extinguetur
2 vsusfructus.ff.quib.mod.vsusfruct.amit.† At si superior inhabilitet (subdit idem Castren.) si elegerunt, tunc electio valeret, sed efficerentur inhabiles ad aliàs electiones. Hæc dicta Paul. Castren.reassumunt Bartho.Cæpol. cauté.206. incipient. Quando superior, ac Catel. Cott. in suis Memoria, in ver. Concilium quomodo possit iudicare, vers. Sed pro Pontifice est nota, cautela, & vterque extollit hoc dictum Pau. Castr. Et ipse Cotta hac cautela vsum fuisse inquit Iul. ij. contra Cardinales prætendentes se velle congregare Concilium, anno 1511. Hanc discussionem ego non prosequor, tum quia requireret altiorem indaginem. Tum quia mei instituti est similia dubia decidenda relinquere Sanctæ sedi Apostolicæ, cuius iudicio, & potestati me, meaq; omnia semper subieci.

F I N I S.

INDEX

RERVM VERBORVM ET SENTENTIARVM SELECTIORVM,

Quæ in hoc tractatu Inhibitionum continentur.

A

B

C

Ci-

INDEX

INDEX

L

M

Me-

Q

R

S

Sen-

FINIS.

TRACTATVS DE MONITORIIS

CLARISS. IVRISCONSVLTI ET CELEBERRIMI IN CVRIA ROMANA ADVOCATI

Quintiliani Mandosij.

Omnibus Pontificij, & Cęsarei Iuris studiosis, Causar. Patronis, & Iusdicentibus maxime vtilis & necessarius.

Ac ab eodem Auctore, Iterum recognitus, & ampliatus,

Cum Summarijs, & Indice locupletissimo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO HIERONYMO MATTHAEIO CAMERAE APOSTOLICAE AVDITORI.

Quintilianus Mandosius.

CVM tuum sit, Amplissime Praesul, proprium officium, atq; munus, omnes prorsus, quantumuis sublimis, & excelsae potestatis, ac auctoritatis in toto orbis christiani ambitu monere: eaq;, quae monitoria vocant, ad omnes regiones transmittere: Ego, qui tui, ac domus tuae praeclarissimae obseruantissimus semper fui: ac in tuo supereminenti tribunali iam diu versatus: & in quo libentissimè, & maxima cum alacritate ego, caeteriq; omnes versamur, allecti etiam probitate, & affabilitate tui dignissimi, ac integerrimi locumtenentis R. P. D. Dionysij Rattae Iurisconsulti celeberrimi: & nobilitate generis, ingenuisq; animi dotibus clarissimi, quiq; instar alterius inuicti Herculis humeros tantae moli supereminentis tui officij subijciens, te alterum fortissimum Atlantem non modicum subleuat: quippe qui grauissimum hoc pondus pro communi omnium vtilitate indefessè portat: nulloq; temporis spacio vacuus, & ociosus reperitur. Libellum hunc meum Monitoriorū praxim, ac theoriam continentem: opus inquam vtilissimum: at perdifficilè: & hactenus à nemine tentatum, tibi iamdiu meo patrono omnibus ex causis dicandum censui. Tuum erit pro summa animi praestantia, ac ineffabili humanitate: & illi, & mihi fauere. Viue diu faelicissimè Romanorum decus, ac splendor.

QVAESTIONES HVIVS TRACT. MONITORIORVM.

1 MONITORIVM vnde dicatur, & an monitorium, monitum,& monitio differant?
2 Monitorium in quo differat a mandato, seu præcepto.
3 Monitoriorum genera, quæ Romæ expediuntur quot sint?
4 Monitoria ad comparendum personaliter quando decerni possint?
5 Monitus vt conspectui Papæ se præsentet, an personaliter comparere debeat.
6 Monitorij effectus quis præcipuus sit?
7 Monitorium vnde originem habuerit?
8 Arresti formula quæ sit? & an arrestum sit iuri, & rationi consonum?
9 Arrestatus, illicentiatus recedens, an possit illico excommunicari?
10 Arrestato qualiter consulatur.
11 In quo differant monitoria cum clausula, si quis senserit, & sine.
12 Auditor Cameræ an uia ordinaria, seu alia in causis beneficiarijs procedere possit.
13 Auditor Cameræ an monere possit, vt quis beneficij possessionem dimittat.
14 Auditor Cameræ an monere possit super fructib. occasione decimarum.
15 Romani an coram Aud. Cameræ conueniri possint.
16 Priuatio beneficiorum non debet apponi in monitorio.
17 Attentare an dicatur spolians post monitorium de non molestando.
18 Regestorum super solutione quis, quem, & ad cuius instantiam monere possit.
19 Procuratori an consuli possit, ut regesti solutione immunis sit.
20 Post lapsum termini monitorij executi super solutione regesti coram quo & qualiter procedatur.
21 Procurator substituens an pro regesto teneatur.
22 Monitorium contra aliquos non nominatos an cum processu subsistat.
23 An ualide procedatur contra successorem in beneficio literis pensionis nō expeditis.
24 Hæres, vel successor absque noua monitione an excommunicari possit.
25 Possessio capta vigore monitorij an sit bona, & restituibilis.
26 Monitorium an personaliter intimari debeat.
27 Monitorium prius executum an censeatur, quàmquem in Rota citatum?
28 Monito N. ad docendū se paruisse litteris si actor instet declarari rogressui locum esse, an procuratori moniti danda sit dilatio.
29 Monitus pro solutione mille, in quingentis debitor, an totum negare possit.

30 Con-

57 Ap-

75 Exe-

75 Executorialibus in Rota decretis, ac in partibus intimatis, an Aud. Cameræ executor sententiarum in Curia latarum ad declaratoriam monitorio non præcedente nulliter procedat?

76 Monitorium pro pensione soluenda an suppleat intimationem literarum?

Monitus vt accedat ad residendum in beneficio, appellat, seu reclamat, si episcopus appellatione, vel reclamatione pendente vicarium deputet, de fructibus beneficii nutriendum, an sit locus attentatis?

TRACTATVS

DE MONITORIIS CLARISS. IVRISCONS. ET IN CVRIA ROMANA

Celeberrimi Aduocati

Quintiliani Mandosij.

PROOEMIVM.

DE Monitorijs tractaturus, quorum materia perutilis est, & Romæ frequentissima, moneo videnda esse, quæ scripsi super gl. facultatum. §. & proprium, in vers. monitorijs. Et ne per terminos ignotos procedamus, primo ad cognitionem huius termini monitorium deueniamus. Et sciendum est, quòd monitorium etiam ædictum in iure denominatur. Hinc veteres dicebant ędicto admonere, prout in l. diui fratres ædicto admonuerunt, ne iustæ sepulturæ traditum corpus inquietetur, & est l. 39. ff. de reli. & sumpti. fun. Alia loca in iure de ædicto monitorio loquentia recitabimus infra quæst. 1. ante nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium unde dicatur?*
2 *Senior, & prudentior inexpertem monere consueuit.*
3 *Monere, idest uocare.*
4 *Monere, idest præcipere.*
5 *Monere, idest prædicere.*
6 *Monere, idest docere, seu aduertere.*
7 *Monitio, & monitum idem, quod documentum, uel cōsilium.*
8 *Monitio in iure sumitur pro citatione ab ipso iudice.*
9 *Monitio, a monitorio differt.*
10 *Monitio proprio ore iudicis fit.*
11 *Monitionis iudicis formula.*
12 *Monitiones in alio significatu.*
13 *Monitio de qua in authen. hoc amplius. C. de fideicom. quid sit, & quid operetur?*
14 *Monitio quando præcedere debeat, ut quis moneri possit?*
15 *Monitio requiritur, ut grauatus a testatore aliquid facere, priuetur hæreditate.*
16 *Monitio iudicis ut quis agat, seu excipiat.*
17 *Monitio, quæ suspensionis, uel excommunicationis sententiam præcedere debet.*
18 *Monitio ad effectum, ut quis perdat priuilegium clericale.*

QVAESTIO. I.

1 PRIMO quęro † unde deriuetur, seu denominetur monitorium, & an monitorium,
monitum, & monitio inter se differāt? Moneo
uerbum (a quo monitorium) idem significat, qđ
suadeo, hortor, prędico, memorē facio, aduerto, doceo. In hoc signficatu accipimus illud Iudic. cap. 1.
Quam pergentem in itinere monuit uir suus, ut pe-
2 teret a patre suo agrum, elicitur etiam, ꝙ † senior,
prudentior, & magis expertus iuniorem, & inexpertem monere consueuit, vt Tobię capitulo primo,
& decimo. Parentes Sarę uxoris Tobię iunioris monuerunt eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Actuum capi. vigesimo. Recessurus Paulus de Asia dixit maioribus natu. Non cessaui die, ac nocte cum lacrimis monens unumquemque uestrum. & apud Plaut. in pen. Ad hoc uolo monere te, monendus ne moneas. 1. ad Corin. 4. Nō ut confundam uos hęc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo. Quę etiam percipimus ex uerbis M. Tulij Famili. lib. 4. M. Marcello.: neque monere te audeo pręstante prudentia uirū nec confirmare maximi animi hominem, virumque fortissimum &c. Nonnunquam par parem, amicus amicum monet, prout legere est apud M. Tullium in libro de claris oratoribus, qui dicitur Brutus cir. prin. sed contra (inquit) semper alter ab altero adiutus, & cōicando, & fauendo, & monendo. Monere nonnunquam exponimus. i. recensere. Hora. Ode. 7. Carminum. li. 3. Et peccare docētes fallax historias.
3 monet. Monere. i. † inuitare, seu uocare. Teren. in Heaut. Monere me oportet hunc vicinū Phaniā ad cę-

nam ut ueniat. Et monere pro uocare.l.absente.uer.
quid igitur.ff.de pœnis.l.dies cautioni.§.toties autē.
ibi, Fieri autem potest, vt ita monitus defensor exi-
stat.ff.de damn.infect.l.de quibus,quę est 57. ff. de
verb. signifi.l.pręsenti.§.cum autem monitus.C.de
hĩs,qui ad eccle.confu. Monere aliquando præcipe-
4 re † significat,ita accipi debere puto Deutero.c.21.
versus fin. Filius noster iste proteruus,& contumax
monita nostra audire contemnit.l.1.§.si magistrati-
bus,uersicul.sed ita demum tenentur, si moniti non
dent.iunct.glo.in versi.moniti,quę supplet,per ius-
sum.ff.de magi.conueni.c.pen.ibi, Cuius exemplo
monemur,ne ad proferendam sentiam pręcipites si
mus.2.quęst.prima.c.sic enim, post prin.& versic.
Quia neque id,quod monet Apostolus. §.si autem.
28.q.1.l.monente,& ibi Luc.de Pen.in princ. C.de
delato.lib.10.Idem Luc.in l.2.in ver. commoneat.
C.de cano.largi.eo.lib.10.Monitoria,quę decernun
tur,potius mandatorum, & pręceptorum instar ha-
bent, quam simplicium monitionum,licet aliàs in-
ter pręcipere,seu cogere, ac monere maxima sit dif-
5 ferentia.ca.inquisiuit.de sponsa.Monere† idest prę-
dicere Aeneid.2. Pieque omnibus vnum prędicam,
& repetens iterumque monebo. rursus,Helenus cũ
multa horrenda moneret, hos mihi prędixit luctus
6 non dira Celeno. Monere † idest aduertere,instrue-
re,seu docere. Horat. epist.ad Ful.Flac.lib.j. Moni-
tus,multumque monendus, qui non profecit adhuc
l.sed & si.ad fi.ff.ad leg.Aquil.ibi. Sed monendi.
M.Varro de re rusti.in prefatio.Quid fieri oporteat
ut te moneam. Virg.3.Aenei.Hęc sunt,quę nostra li
ceat te voce monere. Monere.i.hortari.Familia.lib.
5.epist.2. Quamquam tuis monitis, pręceptisque
omnis est abijciendus dolor, iun.ijs,quę ibidem su-
bijciuntur videlicet,Itaque vt mones,quantumcũ-
quę potero, me ab omnibus molestijs,& angoribus
abducam. Proprie autē monemus filios, hortamur
amicos. Cice.Planco, sic moneo vt filium:sic hor-
tor ut & proprium,& amicissimum. Et quòd moni-
tio regulariter non obliget,probat tex.iun.glo.in l.si
liusfam.ad fi.ff.de tute.& glos.in l.si negocium,in
versi.gestorum.C.neg.gest.Monere pro reprehen-
dere,vel redarguere, habes apud Terent.cir.princ.
Heauntontimerumenon,sub ijs verbis, facit vt te
audacter moneam,&familiar ite r.Ibi enim Cremes
reprehendit Menedemum.Monitiones premissæ li-
cet licita, & honesta respicere soleant, vt in locis
pręallegatis, quandoque tamen ad inhonesta trahũ
tur,pro ut apud Teren.in prin.Hecyrę.Ergo propte
rea te sedulò & moneo,& hortor,ne cuiusquam
te miserat,quin spolies,mutiles,laceres quenque na-
cta sis. Pessima monitio erat hęc Sirę olim meretri-
cis,tunc vetulę, & lenę erga Philotem iuuenem,
& inexpertem meretriculam, etiam ex eiusdē Phi-
lotis responsione,ac assertione,dum inquit. Tamen
eandem pol esse omnibus iniurium est. Nisi respon-
deamus, ꝙ licet turpe sit aliquam exercere artem me
retriciam,non tamen est turpe eam accipere iux.tex.
in l.4.ff.de condi.ob tur.causa.Et quia illius artis ꝑ-
cipuum pręceptum videbatur esse, occurrere captio
nibus, & dolis,ac blanditijs amantium,ideo nõ de
bet absonum uideri,ut illa vetula lena instrueret in-
expertem,& insciam meretriculam. A verbo,moneo.
deriuantur monitio,monitum,monitor, & monito-
7 rium.† Monitio seu monitum idem erit , quod do-
cumentum,consilium,uel sollicitatio ad faciendum
bonum. Sic Tobię c.1.Et monita salutis dabat eis.
Virgil.6.Aeneid.Discite iustitiam moniti, & non tē-
nere diuos. Cice.officio.lib.3.Habenda ratio,& dili
gentia est,primò ut monitio acerbitate, deinde ob-
iurgatio contumelia careat.Idem 4.de finibus.Itaq;
quę sunt eorum cõsultationes,quę cohortationes, q
etiam monita a consilio scriptas ad summos viros.
Horat.de arte poetica, Lectorem delecando,pariter
què monendo, & parum post,ut scriptor si peccat,
idem librarius usque: Quamuis est monitus,uenia
caret. Monitio,seu admonitio ut per Plato.ad calcē
suarum definitionum, est sermo,cum obiurgatione
ex animo factus,uel est sermo,peccati aduertendi cã
institutus. Monitor dicitur,qui alicuius rei aliquem
monet.Horat.epist.ad Lollium. lib.1. Protinus, ut
moneam,si quid monitoris eges tu. Monitores in a-
lio significatu habes in l.instrumenta fundi,aliàs iux
ta pandect.Floren.instrumento fundi.ibi.Quorum
in numero sunt villici,& monitores. Columel.lib.1.
de re rusti.c.vlt.inquit,& in turbas,& sub monitore
uinitor opus facere debet. Monitorio (de quo loqui-
mur) & quod parum a monitione, seu monito dif-
fert,omnes pręmissę significationes congruunt: ma-
gis tamen illę duę videlicet,quod monere sit citare,
rursus pręcipere. De edicto monitorio habemus in
superscriptione ad l.sciendum, quę est 57.ff.de act.
& obli.in hęc uerba. Callistratus,lib.1.Edicti moni-
torij. & in superscript.l.quamuis. quę est.13.ff.ut
in possel.lega.in superscrip.l.nec demum,quę est 8.
ff.de ope.lib.ac in superscrip. l.solidum,quę est 85.
8 ff.de solutio.Monitio† in iure capitur pro citatione
ab ipso iudice apud acta facta, seu pro quodam mã
dato, uel pręcepto ut quis compareat,quod citatio-
ni ęquippollet: de qua monitione habemus tex. in l.
2.& ibi per Bald.col.2.uersi.4. ꝙ hic iudex tn facie
monuit reum uel actorem pręfatum.C.quomod.&
quan.iud.in ca.2.de testib.in c.consuluit.iun.glo.in
uers.terminum,de offi.deleg.per eundem Bal.in l.vt
perfectius.col.2.uersi.10.ꝙ si citatio potest fieri per
iudicem admonētem.C.de anna.excep.& per Alex.
in l.contumacia.nu.6.in 7.fall.ff.de re iudi. Ioan.de
Imol.consil. 126.in casu, ante nu.2.Maria Sozzi de
citatio.art.27. nu.55. & in locis prędictis probatur
etiam, ꝙ monitio per iudicem pro tribunali sedentē
facta , est maioris efficacię, quàm citatio nuncij,seu
cursoris, quia sola monitio uim habet peremptorij,
& trinę citationis,ut etiam per Maran. de ordi.iudi.
ad fi.3.dub.6.par. ubi quęrit per quem fieri debeat
citatio. nu.43. uersi.potest etiam & ipsemet iudex.
monitio tamen , & citatio ut diuersa ponuntur in c.
si capitulo,in fin.de con.preb.lib.6.prout etiam per
glo.in c.1.de offi.deleg.uers.item qualiter,ubi quòd
par parem monet,sed non citat, & per Marian.Soz
9 zi,de citatio.articu.primo,num.3. † monitio huius-
modi

modi à monitorio in aliquibus differre videtur, in
hoc præsertim, quòd monitorij non apud acta, nec
per iudicem executio fit; monitoriumque magis ac-
cedit citationi, quàm monitio. Monitio enim, & ci-
tatio, seu vocatio ut diuersæ ponuntur iux. prçalleg.
tex. in c. si capitulo. §. ulti. ibi sine alia capituli voca-
tione, uel monitione, de con. præb. lib. 6. vbi et Ge-
mi. nu. 7. versi. quæ sit differentia inter monitionẽ, &
citationem. & subdit, quandoque vtrumque com-
10 miscetur. Et ꝙ monitio † ea sit, quę proprio ore iu-
dicis fit, probat tex. in l. 2. C. quomo. & quan. iud. &
vult glo. in l. post edictum, in vers. debet. ibi, Sed per
suam, ubi etiam Ang. & Iacobi. de S. Georg. nu. 8. ff.
de iud. Lanfranc. de citatio. nu. 11. uersi. tertio dici-
tur citatio peremptoria admonitio iudicis. Foller.
in praxi. crimi. in 1. part. 2. part. 1. uersi. uel eos ver-
baliter citari faciat, num. 20. Et ꝙ monitio iudicis se
dentis pro tribunali habeat uim citationis, & perem
ptorii præter supra adductos, uoluerunt glo. Bart. &
Bal. in alleg. l. 2. C. quomo. & quan. iud. idem Bal. in
c. consuluit, col. 1. de offi. deleg. Fel. in c. pastoralis, in
prin. de iud. Iaś. super rub. C. de in ius uoc. uer. adde
ꝙ ista. D. meus in c. ecclesia S. Marię, nu. 78. de const.
Pro præmissis omnibus uideatur Maria. Sozzi. in d.
tract. de citatio. art. 1. num. 3. ac art. 27. prçall. nu. 55.
11 *Monitionis* † huiusmodi formula hęc est, ꝙ scribat
notarius apud acta causę, D. Iudex monuit N. alterũ
ex litigantibus pręsentem, vel monuit ambas partes
pręsentes, ut compareat, uel compareant prima, uel
alia die iuridica corã ipso iudice monente ad audiẽ-
dam sententiam diffinitiuam, seu aliquam interlo-
cutoriam per ipsum iudicem ferendam, uel ad ali-
quem alium actum iudiciarium, pro qua monitione
& formula præmissa uide Rober. Maran. de ordin.
iud. par. 6. dum de citatione tractat. nu. 48. & seq. uer
sic. potest etiam ipsemet iudex pro tribunali sedens
monere, uel citare partem. Hæc monitio raro in Ro
ta: nonnunquam in tribunali Auditoris Cameræ:
frequentius uerò in tribunalibus Vicarij Papę, &
Gubernatoris, ac in curia capitolina, & tribunalibus
extra Rom. Cu. fieri consueuit, altero pręsertim ex
12 collitigantib. id petente. † Monitiones in alio signi
ficatu, videlicet, quæ committuntur antequam ferũ-
tur, seu fulminentur excommunicationes, ad finem
reuelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus
habes. c. 4. Decreti sub forma Concil. Triden. sessio.
25. cir. princ. Et licet accusatione non instituta iudex
non possit cogere scientes ad indicandum, seu reue-
landum delicta, ad glo. in l. 4. §. si ob iudicium. ff. de
cond. ob tur. cau. iux. dist. Bar. ibi, quia nos sumus in
delictis, uel causis, seu negocijs in quibus iudex põt
procedere per inquisitionem, quia ad exonerationẽ
conscientiarum detinentium, uel occupatium res
alienas, & ut quis quod suum est consequi possit, hę
monitiones, & quæ illas concernunt, & sequũtur, ui
dentur iure fieri posse, ut in simi. per Cyn. C. de his,
qui ad eccle. confu. & Rip. in l. dies. §. hoc autem, nu.
8. de dam. infe. De ijs, & alijs huiusmodi monitiões
seu monitorias concernentibus tractabo infra q. 47.
Rursus in alio significatu eo. c. 4. Conc. Trid. Sessio.
25. uersus fin. accipitur, uers. excommunicatus uerò
quicunque si post legitimas monitiones non resipue
13 rit &c. Monitio de qua in auth. hoc amplius. C. de
fideicommi. quę sit, & qualiter fieri debeat, & quid
operetur uide per Doctor. ibi. & per Paris. consi. 19.
num. 208. & 212. lib. 2. per Andr. Barb. consil. 32. il-
14 lud, lib. 3. De † monitione, quę pręcedere debet ut
quis puniri possit si lex negatiuè loquatur. Puta si
quis aliquid non fecerit, puniatur in centum. Vel si
non resideat in ecclesia, uel beneficio: Aut si non cõ-
stituat Vicarium se priuatum sciat. uide Inno. in ca.
extirpandę. c. quia uero. in uersi. priuatum. uer. item
hęc habent ubi est pœna adiecta alicui negatiuè. Ho
stien. Ioan. Anto. de Butr. Imol. & Abb. de pręb. Ge-
mi. in ca. licet canon. §. 1. de electio. lib. 6. Alex. in l. si
ita stipulatus, col. 5. ff. de verb. oblig. Fely. in c. 2. nu.
4. de magi. secus quando constitutio affirmatiuè lo-
quitur, puta si quis percusserit clericum: uel ad mo-
niales accesserit sit excommunicatus: quo casu nõ re
quiritur monitio. Inno. & alij ubi supra. Archi. in c.
propter. 18. dist. Bald. in l. & si post tres. col. vlti. ff. si
quis cautio. & in prçalle. aucten. hoc amplius, col. 3.
C. de fideicom. Card. consi. 56. ueneran. Tho. Gram.
17 Dec. 114. Magnificus. nu. 22. & seq. De † monitione
requisita ut grauatus à testatore aliquid facere, hęre
ditate priuetur, uide tex. in auth. de eccle. tit. vers. si
autem, qui hoc facere iussi sunt. Bart. in §. & hoc qui
dem, num. 2. in auth. de hęre. & Falci. in alle. authen.
hoc amplius. C. de fideicom. Dec. Neapo. ca. 205. in
16 causa, nu. 1. & seq. De † monitione iudicis adhoc
ut actor infra aliquem terminum agat: uel reus ex-
cipiat, aliàs priuetur ille actione, hic exceptione, ui-
de tex. in l. diffamari, & ibi per scriptores pręsertim
per Do. Cęsarem Contard. qui pulchrè super illa. l.
scripsit. C. de inge. manumis. tex. in l. mancipatorum
ff. de optio. lega. in l. Titia. ff. de accusa. Dy. in c. indu
ctum. nu. 11. ff. de reg. iur. lib. 6. ac prçalle. Dec. Nea-
17 po. c. 205. post nu. 3. De monitione, quę suspensio-
nis, uel excommunicationis sententiam pręcedere
debet, uide tex. in c. reprehensibilis, de appel. Et qua
liter an indistinctè hoc procedat ultra glos. & Doct.
ibi uide Rot. 138. nota ꝙ excommunicatio. & 558.
vtrum excommunicatus, in anti. Abb. in sua praxi iu
diciaria. cap. 22. num. 2. & omnino Fely. in cap. cum
non ab homine. colum. penul. uersicul. limita igitur
hoc esse uerum. de iudi. Vide etiam infra. q. 31. nu.
18 7. De † monitione ad effectum ut ingerens se enor
mitatib. perdat priuilegium clericale habemus tex.
in c. contingit 2. & c. in audien. de senten. excommu.
de quo etiam per Abb. in cap. cum non ab homine.
num. 27. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium in quo differat a mandato, seu præcepto.*

2 *Mandata, seu pręcepta causa cognita decernuntur.*

QVAESTIO II.

1 SECVNDO quæro † in quo differat monitorium a mandato, seu præcepto? Respondeo, quòd in hoc præsertim, quia monitoria communiter concedi solent absque causæ cognitione, ex abrupto: & cum illa clausula, si senseris te grauatum, quod monitoriũ cũ hac clausula per simplicẽ cõparitionẽ debilitatur, & ad naturã simplicis citationis reducitur, vt
2 † ostendam infra q. 17. Mandata vero; seu pcepta causa cognita decernuntur, vt per Cyn. in l. quoties, C. de fideicom. per Bar. in l. si filiusfa. §. diui. in fi. & ibi Ias. in 1. lectu. nu. 115. & in 2. lectu. nu. 5. & 157. ff. de lega. 1. & per alios, quos cito in glo. facul. §. & proprium. in vers. mandatis. Bertran. consi. 247. vniuersitas, num. 3. lib. 2. & cõs. 64. egregie. colum. 3. in primis.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriorum genera, quæ Romæ expediuntur quot sint?*
2 *Monitoria aliqua in ciuilibus.*
3 *Monitoria quedam via ordinaria decernuntur.*
4 *Constito de assertis, clausula.*
Constare etiam dicitur per legitimas coniecturas.
5 *Personalis comparitio in criminalibus.*

QVAESTIO. III.

1 TERTIO quæro † quot sint monitoriorũ genera, quæ ab Auditore Cameræ, vel aliis Romanis iudicibus decerni consueuere? Respondeo, ꝙ duo, al-
2 terum videlicet, in † ciuilib. de quo tractat Ancha. consil. 297. efficacibus, per totum. ac Paris. consi. 113. monitorium emanatum, vol. 4. Mari. Sozzi. de citatio. artic. 21. vbi hęc monitoria, literas executoriales vocat. Alterum verò in criminalibus. Rursus tam ciuiliũ, quàm criminaliũ monitoriorũ duæ sunt species, eorum videlicet, quæ (vt pręmisi)
3 † via ordinaria decernuntur, de quibus per Pari. præalle. consil. 119. vol. 4. Item eorum, quæ in vim specialis rescripti, seu commissionis, ut per Anchar. pręalle. cons. 297. & per Paris. consi. 195. Ruit monitorium, vol. 4. Et eorum, quæ in vim rescripti. Amplius tam illorum ciuilium, vel criminalium, quæ via ordinaria, quam quæ in uim rescriptorum dercenũtur, aliqua emanant pro Romania Curia, aliqua vero contra existentes extra eam: vsus tamen monitoriorum criminalium extra vrbem executioni demandandorum frequentior est: Romæ enim in causis criminalibus, vel a captura præuiis inditijs Iudices incipere solent, uel quis citatur ad informandum curiã, seu ad comparendum personaliter; & subijciendum se examini instante fisco. Monitoriorum item in vim rescriptorum aliqua simpliciter, & statim, nullaque præcedente probatione decernuntur; nonnulla verò non prius, sed non aliter, quàm probationi, conditioni; modo, vel formæ per rescriptum requisitis satis-
4 fiat, puta si in commissione dicatur. † Constito de assertis, seu constito de pmissis, monitorium decernat. ut pulchrè per Anch. d. cons. 297. colum. 1. ver. Secundo dicitur nullum, & col. 2. ver. Et super hoc aduertendum. & per Paris. alle. consi. 45. Ruit monitorium, vol. 4. Et aduertendum est ad illã clausulã, Constito de præmissis, ꝙ etiam per coniecturas legitimas constare dicetur euidenter, euidenterq. apparere dicemus, quod apparet ex coniecturis, ad tex. in l. siquis locuples. §. vlt. ff. de manu. test. Quod etiam voluerunt Iaco. de Aret. Bar. & alij in l. licet imperator, in princ. ff. de lega. 1. vbi Ias. hoc firmat septem alijs conclusionibus, nu. 5. & alijs seq. & canonistæ tractant in c. 1. de inte. resti. Aduertẽdum tamen est ad duas conclusiones, quas Ias. vbi supra subdit, nu. 13. & seq. Regulariter autem constare dicimus, quando quid verificatur uera probatione, non autem præsumptiua, iuxta gl. in cle. cõstitutionem. de electionẽ per Alex. in l. Lucius. ff. de cond. & demo. Fel. super rub. de proba. colum. j. & Ias. in l. magistratibus, col. 2. ff. de iuris. omn. iudi. Verum etiam aduertendum est, quòd iuxta subiectam materiam stante huiusmodi clausula, vel simili, aliquando plena, seu euidens probatio requiritur: aliquando verò sufficit præsumptiua, vt declarat Aegid. Boss. in prin. suę praxis crimin. de delicto tractans, super illo axiomate, vt in initio processus criminalis prius constare debeat delictum esse commissum, seu (vt vulgo dicunt) prius constare debeat de corpore delicti, nu. 10. cum nonnullis seq. Insuper sciendum est, ꝙ ad hoc vt de aliquo constare dici possit, requiritur citatio partis, & cãæ cognitio, vt in c. j. de cau. pos. & propri. & in l. in causæ. §. cã cognita. ff. de min. Hinc dicebã in 23. cõmissione. in ver. citatione pcedente, executionẽ sñiæ fieri non posse absq; noua citatione, ac causæ cognitione, ẽt ꝙ fatalia lapsa sint, non. n. sequitur, fatalia lapsa sunt, ergo cõstat de disertiõe, seu de re iudicata vt ibi. Postremò monitoriorũ criminaliũ aliqua monẽt, seu citant ad comparendum legitimè: Alia verò (quorum frequentior vsus est) ad comparendũ
5 † personaliter, in illis psertim casibus, in quibus si ea, quæ obijciuntur vera redderentur, pœna corporis afflictiua imponenda veniret, uel esset crimen capitale, seu crimen publici iudicij. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. seruum quoque. §. publicè, vbi Bald. distinguit. ff. de procura. c. cum dilecti. & ibi Docto. de do. & contu. Guid. Pap. q. Delphi. 338. Aliquis accusatur. Contra Illust. D. Petrum Lucam Fliscum (quem ego ab obiectis defendi) fuit decretum, & executum monitorium super deuolutione feudorum ob non solutionem annui census, & sup prætensis delictis, cum clausula. Quod quoad crimina & delicta personaliter compareret: quò uerò ad alia legitimè. De qua citatione personaliter, & legitimè, Rot. in nu. 271. si de mandato, in prin. Ego verò viam inueni, qua ipsum personaliter non comparentẽ, & innocentem ostendi, & absoluendum fore pronũciari obtinui. Rebus autem iudiciarijs in tuto cõstitutis, armis potius, quàm legibus castra sup quib.

contentio,& lis erat defendi oportere intellexi. Præmissę distinctiones sufficiant omissis alijs, pręsertim quòd aut monitoria decernuntur pro casibus beneficiarijs, aut prophanis, aut pro mixtis, hęc infra tractabimus. Et quòd aut decernuntur pro curialib. cõtra curiales: pro mercatoribus contra mercatores: pro curialibus, seu mercatoribus contra non curiales, uel non mercatores,& econuerso. Omissisque alijs, quę a quouis uix in praxi aliqualiter uersato tractari,& disci poterunt. Monitorium generale in forma malefactorum, habes apud Bertran. cõs. 118. oppositio. in prin. lib. 2. in secundis.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria ad comparendum personaliter quando decerni possint?*
2 *Procurator interuenire potest in causa criminali ciuiliter intentata.*
3 *Personaliter ad comparendum ex pluribus causis monere potest iudex.*
4 *Personaliter an quis in dubio comparere debeat?*
5 *Personaliter an comparere debeat aliquem ad ita cõparendum citari faciens:*
6 *Actoris, & rei eadem conditio.*
7 *Correlatiuorum stante diuersitate rationis, dispositum in uno, non censetur dispositum in altero.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quęro † quando decerni debeãt uel possint monitoria ad comparendum personaliter? Respondeo, ut ꝓxime dixi in causis super criminibus, dic tu criminaliter intentatis, si enim
2 de crimine agatur ciuiliter, per † procuratorem quis comparere potest. c. super his, in fi. de accu. c. tuæ. de procura. c. 1. cum gl. in uer. criminalis. de iudi. lib. 6. Rot. 420. si committatur, ante num. 2. in no. Item ad
3 † personaliter comparendum monere debet iudex ubicunque enormitas criminis, uel scandali id suadeat,& ad terrorem aliorum ne similia perpetrent, uel quando de aliquo facto, uel ueritate apparere nõ põt,& ex alijs causis, de quib. in c. 1. in fi. de iud. lib. 6.& per Rot. 272. licet contra, in no. n dubio uerò,
4 seu si quis simpliciter uocatus sit, an † personaliter comparere debeat uidetur affirmatiue respondendũ per tex. in l. sciendum. uersi. quid enim si morbo implicitus, Alexandriam iussus fuit adire? iun. gloss. in uersi. adire, quę supplet, personaliter.& sic simpliciter iussus uenire, seu ire personaliter uenire, seu ire debet. ff. ad Treb. Responderi potest ad illum tex.& glo. quòd diuersa est materia a nostra,& diuersa rõ. Rursus declaratio sumi debet ad illum tex.& gloss. iuxta intellectum Imol. ibi, uidelicet, si erat expressũ ut personaliter iret, alioqui aliud sentit. Vnde cõcludamus, ꝙ quis non teneatur personaliter cõparere, nisi expressũ sit, ut personaliter cõpareat. Vel subiecta materia id suadeat. Personaliter autem quis cõparere non cogitur in causis pecuniarijs, nisi subsistente causa iusta. l. ult. C. de procur. Io. Anto. Rubir in tracta. de pote. procura.& defens. in cau. crimi. in 2. par. q. incip. quantę sit utilitatis. Adhuc dubitari posset, an si quis moneri, uel citari fecerit aliquẽ ad
5 personaliter comparendum, etiam † ipse personaliter comparere teneatur? Affirmatiua uidetur uerior ex regula. Non debet actori licere, quod reo nõ
6 permittitur. ff. de reg. iur. Et quòd † actoris,& rei eadem sit conditio,& prouisio circa unum, procedat quoad alterum, probatur ex tex. in l. ulti. C. de fruct.& lit. expen.& uoluerunt gl. in l. per interuallum. ff. de iudi. Crot. qui alios citat in repe. l. omnes populi, num. 114. uersi. hinc est, quòd lex. ff. de iusti.& iure. immo fauorabiliores sunt rei, quàm actores. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. cap. 1. ut ecclesia. bene. quod procedit tam in criminalibus, quàm in ciuilib. l. qui accusare. C. de eden. ubi etiam glo.& in terminis nostris, quòd actor, qui obtinuit ut reus personaliter compareret, etiam ipse personaliter comparere debeat, tenuerunt Rota. Bisigne. 2. de don.& contu. in antiquio. Gem. in c. 1. col. 1. uersi. quid si actor. eod. tit. de do.& contu. lib. 6. Fel. super rub. de rescri. col. 1. uersi.& adde Rot.& ibidem D. meus col. 1. uer.& ideo, quod dicitur. idem Fely. in c. 2. in prin. de mut. petitio.& in prohe. Decre. in uersi. Gregorius, col. 2. uersi. unde dixit, ac Rebuff. in tractat. Nominatio. in 19. q. prin. num. 14. uersi. ultimo dico, pręmissa opi. affirmatiua ut subsistere possit, ualde restringenda erit, uidelicet, ut solum procedat, quando is, qui procurauit ut aduersarius personaliter compareret, id obtinuit in casibus a iure non permissis, alioqui ipse personaliter comparere non tenebitur, nisi aduersarius ex alia simili causa hoc idem pretenderet, ut declarat Maria. Sozzi. in tract. citatio. art. 20. q. 15. col. 4. uers. sed quęro circa pręd icta. Insuper, quia sumus in materia correlatiuorum declaranda est pręmissa conclusio, quòd non procedat data diuersitate rõnis
7 in actore,& reo, † prout declarant,& limitant Bart. in l. legem Iuliam, quę est ult. C. de indi. uidu. tollen. uersi. prędicta uera nisi diuersa sit ratio.& ibidẽ Ange. in ultimis uerbis. Saly. in princ.& Ias. col. 3. in 3. concl. Nell. de Bannit. in 2. par. 2. temp. q. 40. Capra consi. 1. col. 2. Aret. in c. iurauit, uersi.& per hoc patet. de proba. Fel. in prohe. Decre. in uers. Gregorius, col. 3. in 2. limit. Ruin. consi. 174. col. 4. uers. sed istis non obstantibus, lib. 1. Curt. Iun. consi. 6. nu. 8. Rip. super Rubr. ff. de acquir. poss. num. 7. Ioan. Crot. in repet. l. omnes populi, num. 115. uersi. limitatur hęc conclusio, quando est eadem ratio in utroque correlatiuorum. Episcopus autem quòd moneri, aut citari non possit ad personaliter comparendum, nisi ex causa, ex qua deponendus, siue priuandus ueniret, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, denuntiationem, accusationem, siue aliquo modo procedatur. Quod hodie cauetur in Concil. Triden. cap. sexto. de reformatio. incipien. Quoniam uero. sessio. 13.

SVMMARIVM.

1 *Monitus ut conspectui Papæ se præsentet, an personaliter comparere dedeat?*
2 *Conspectus præsentiam supponit.*
3 *Presens dicitur, qui præbetur sensibus corporir.*

QVAESTIO V.

1 QVINTO quæro † an sit Papa, uel Auditor Cameræ moneat aliquē, ut pro aliqua causa eius conspectui se presentet, teneatur sic monitus personaliter comparere? Pro opin. affirmatiua pondero, ꝙ hic sunt duo uerba, quorum utrumq; personalem pre-
2 sentiam requirit. † De primo est illud Virgilianum. Et in conspectu, Tenedos. De secundo habemus tex. in l. 1. in princ. ff. de verb. obli. in clem. dudum. §. ac deinde. iun. glo. in versic. presentari, quam ibi com-
3 muniter sequuntur, ubi † quòd presens dicitur, qui prebetur sensibus corporis. de sepult. Abb. in cap. ea noscitur, in 2. not. ubi quòd non dicitur presentari, nisi exhibeat se sensibus corporis illius cui fit presentatio. de iis, que fi. a prela. Roc. de Cur. in tracta. Iurispatro. post prin. q. 3. num. 4. Plura alia pro premissis adducere possem. In casu tamen præmisso cōtrarium, & sic pro negatiua concludendum est. Pro qua opin. negatiua est tex. in terminis in c. pen. ibi, Vt pro ipsa causa nostro se conspectui presentaret, iun. ibi, tardi. per Abb. in 2. not. de iure calum.

SVMMARIVM.

1 *Monitorij effectus quis præcipuus sit?*
2 *Vindictam, uel condemnationem præcedere debet monitio.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quero † quis sit precipuus, & peculiaris effectus monitorij? Respondeo, quòd ille est, ut monitio, uel quid equipollēs precedere de-
2 beat † uindictam, supple tu, uel condemnationem ciuilem, seu criminalem, spiritualem, uel aliam, ut tam ex dictis in precedentibus questionibus, quàm ex stylo Romane curie, quàm etiam ex nunc citandis elici potest. Pro quibus adduco tex. in c. petimus. ibi, Vsque hodie commonitus &c. 11. q. 1. c. digne. iun. glo. in ver. admonitio. 12. q. 2. c. ex literis. iun. gl. in uer. admonitio. 12. q. 2. c. ex literis. iun. glo. in uers. eum moneas. de sponsa.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium unde originem habuerit?*
2 *Formula monitorij.*
3 *Monitorium a curia Rom. iam diu inuentum ad reddēdum lites breuiores.*

QVAESTIO. VII.

1 SEptimo quero † unde originem habuerit monitorium, de quo tractamus? & que sit monitorii formula; presertim pro Ro. Cu. Rn̄deo, ꝙ monitorii huius usus antiquus est: potuit fortè originē habuisse a tex. iun. gl. vlt. inc. ex par-
2 te 1. de uerb. signi. ubi habemus † formulam monitorij, uidelicet, quando iudex precipit alicui ut infra tantum soluat: aut compareat sub excommunicationis pena, ut etiam per Abb. ibi post nume. 8. in 3. not. qui gl. illam notabilem dicit pro praxi Romana: & per eundem Abb. in ca. 1. post num. 6. de caus. pos. & propri. ac per eundem in sua praxi ca. 22. nu. 3. per Anton. Corset. in singu. suis in uer. citatio, per Maria. Sozzi. de citatio. art. 21. & per Paris. consilio 113. uol. 4. Formulam monitorij elicere possumus ex tex. in c. peruenit. de fideius. ibi, Moneatis eosdem ut memorato R, pecuniam, quam pro eis soluit, restituant: ipsumque seruent indemnem, alioqui de redditibus eorum præscripta debita faciatis exolui: & damna etiam, quæ propter hoc pertulit resarciri &c. Rursus alia formula super decimis persoluendis habetur in clem. dispendiosam. ibi, Ad eas præmoniti censura ecclesiastica coerceri. iun. glo. in ver. præmoniti, de iudi. & Lanfran. de Oria. in repet. dictæ cle. recenset praxim, & formulam Laud. in hæc uerba. Monemus uos, quatenus infra decem dies ꝑ primo. Decem pro secundo, & decem pro tertio, & peremptorio termino soluere debeatis decimas de fructibus talium possessionum rectori talis parrochiæ: Alioqui ex nunc, prout ex tunc, vos in iis scriptis sententia excommunicationis innodamus. Formula monitorij moderni hæc est. De mandato R. P. D. Auditores Cameræ, & ad instantiam A. peremptoriè moneatur B. sub excommunicationis, & 25. seu 100. non numquam 500. ducatorum auri de camera pena, qualiter infra tres dies debeat realiter, & cum effectu restituisse, & soluisse A. ducatos 100. sibi gratis, & amore aliàs mutuatos: vel causam quare ad id non teneatur allegasse, & probasse. Alioqui &c. Et si senserit se grauatum compareat, &c. Nouissimè autem quia Concil. Triden. abhorret, ac prohibet passim excommunicationes, etiam pro rebus minimis concedi, & infligi, ac censuras fulminari prout Sessio. 25. in Decre. Refor. ca. 3. incip. Quamuis excommunicationis gladius, aliter hodie monitoria regulantur, illaque cum clausulis magis limitatis concedūtur. Et meritò Concilium desuper prouidit, cum excommunicatione nulla sit maior pena ut dicit tex. in c. corripiantur. 24. q. 3. & Rot. Cassad. Dec. 5. nu. 5. de constit. Ex stylo Rom. Cu. nuper reperto, post illa verba, peremptoriè moneatur B. dicitur sub mandati executiui, & in subsidium sub excōicationis, & 25. duc. penis, quatenus, &c. Pena itē pecuniaria hodie applicari solet locis pijs tā ex forma Conc. Trid. quàm ex iis, quæ habentur in c. cęterū. & uoluerunt. ubi Host. Abb. & alii. de offi. ordi. & per Abb. in c. de causis, ult. no. de off. deleg. Formulā monitorij ext. Ro. Cu. exequēdi inuenies inf. q. 44. ubi

vbi etiam declarabimus clausulam illam: Et nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire mãdatis. Quòd monitorium de quo loquimur, (quod infra citandi præceptum vocant) a cu. Rom. iamdiu
3 ad effectum † lites breuiores reddendi inuentum fuerit, affirmat post Ioan. Mona. in c. vlt. de hæret. lib. 6. Ioan. de Ami. de Vena. consil. 133. facti series. num. 3. Aliquando in monitorio contra existentes in Roma. Cu. apponitur etiam arrestum, de quo nunc tractabimus.

SVMMARIVM.

1 *Arresti formula quæ sit, & an arrestum sit iuri, & rationi consonum?*
2 *Arrestum decernitur contra eos, qui recessuri sunt.*
3 *Sequestratio personarum, & rerum prohibita est.*
Captura personæ in se habet iniuriam.
4 *Arrestum personę quomodo fiat?*
Arrestum non concedendum cõtra eum, qui est soluendo.
Fideiussorem dare non tenetur existens soluendo.
5 *Arrestum conceditur ex causa rationabili.*
6 *Arrestorum duo genera.*
7 *Arrestari, uel carcerari, quòd quis possit, pactum an ualeat?*
8 *Cedere bonis, quòd quis non possit, pactum non valet.*
9 *Arrestum, quando quis in carceribus recomandatur.*
10 *Statutum, quòd pro rebus ciuilibus in executione sententię incipiatur a captura, non excludit causę cognitionem.*

QVAESTIO VIII.

1 OCTAVO quæro, † quæ sit formula arresti, de quo in proximè præceden. quæst. & an huiusmodi arrestum sit iuri, & rationi consonum? Quoad primum respondeo, quòd arresti formula in monitorio hęc est, videlicet. Et interim donec soluat: uel donec se examini subiiciat. Donec respondeat positionibus, uel articulis: uel respondeat preparatorijs, putat an sit hęres, & pro quota parte &c. vel donec quid aliud, super quo monetur faciat, arrestetur, ne a Roma. Curia absque ipsius iudicis monentis expressa licentia discedat, sub pęnis, & censuris &c. Hanc arresti formam iuxta Rom. Cu. praxim con-
2 tra eos, † qui recessuri sunt, ponit Rom. 394. si suspenso. in no. ubi pulcherrima decisio pro arresto contra actorem non respondentem positionibus super petitorio, illo iam suspenso. Eandemque praxim de quo supra, habes apud Card. num. 5. in tertia op po. ac Imol. num. 5. & Boni. Vital. in clemen. prima, num. 22. in no. not. de hęreti. & Cardi. sequitur Mil. in suo Reperto. in uer. arrestare. Quoad secundum
3 videtur negatiuè respondendum, si enim † sequestratio pecuniarum, seu bonorum, & rerum prohibita est. l. uni. C. de prohi. seque. per rationem de qua ibi in text. & in pract. Papien. titu. de forma seque. & per Franc. Curt. Sen. in tract. de seque. seu in repet. dictę. l. uni. in secundo not. num. 6. ubi notat sequestrationem omni iure prohibitam esse; & probatur in capit. 2. de seque. poss. & ibi per omnes. & per Guid. Papę Dec. Delphi. 210. in princip. Fortius igitur prohibita censeri debet sequestratio personę. argum. text. in l. in seruorum. §. vlt. ff. de pęn. l. 2. ff. de sta. homi. Bal. in l. per diuersas. in decima quęst. C. manda. ubi quòd non facta liquidatione contra hęredem, sicut res capi non potest, ita nec persona, sequitur Alexan. consil. 188. colum. 1. lib. 2. & Fel. in cap. quia G. num. 4. de iudi. & adducitur ratio, quia captura personę in se habet iniuriam, ut etiam uoluit Rolan. à Valle pręfatos citans, & sequens consi. 21. in pręsenti, num. 10. lib. 1. Hinc dicimus debitorem captum indebitè, vel iniustè, tamquam spoliatum ante omnia suę pristinę libertati restituendum esse nulla exceptione obstante. l. 2. C. si per uim, uel alio mod. l. si quis liberum. ff. de proba. l. ius eius. C. eo. Et vulgatum est illud, carcerem esse malam mãsionem, ad tex. & glo. in l. si hominem. ff. depo. Hinc notatur in alleg. l. in seruorum. maiorem pęnam esse morari in carcere, quàm laborare in agro, vel alio opere publico. Et carcerem speciem esse tormentorum inquit Bald. in l. si clericus. C. de episco. audien. & nota. in clem. prima. de hęret. Hinc est, quòd a captura personę appellari potest, etiam de iure ciuili, sicut a a tortura, secundum Bal. in alle. l. si clericus. C. de episc. audien. dicentem singulariter, quòd licet aliàs a grauamine, uel ab interlocutoria sit necesse appellare infra decem dies, & postea nõ possit, quia facit ius quantum ad partem, & transit in rem iudicatam. glo. in l. 2. ff. de appel. recipi, & est tex. in cap. concertationi, de appel. lib. sexto. & in ca. cum dilectus. de electio. Tamen etiam si infra decem dies a die decretę capturę, uel a die carcerationis non appellasset, posset quandocunque appellare, quia de pręsenti, & successiuè semper grauatur secundum Bald. in alle. l. si clericus. quando enim grauamen est successiuum, & habet causam continuam, numquam currit tempus decem dierum ad appellandum, & semper quis dicitur esse infra decem dies, pro quo adduco tex. in l. prima. in fi. ff. de usufruc. accrescen.
4 Distinguere possumus, quod † aut arrestum personę fit, ut in quadam domo, seu in quodam palatio assertus debitor maneat, & hęc esset species, uel similitudo carceris, prout per Docto. in alleg. clem. 1. de hęreti. Vel etiam arrestum fit ut pręmisi, ne quis ab urbe discedat, & absque rationabili causa, & procedant quę supradicta sunt. Nec arrestum concedi deberet contra eum, qui est soluendo, prout etiam nec is fideiussorem dare tenetur, etiam si ex lege uel statuto fideiussoria cautio requireretur. Roma. consil. 67. colum. 2. uersi. & hoc ipso re. Ias. post alios in l. 1. num. 16. ff. qui sat. cogan. & in fortioribus terminis est Dec. Afflit. 178. maximè si constat, quòd mobilia possideat. l. fundum. in princ. ff. qui sat. cogan. etiam si dicta bona essent extra locum iudicii, Ias. in dicta l. sciendum. D. meus consil. 75. colum. 2. uersi.

ctauo, & ultimo,uſque in fi. Minus etiam concedi
debet contra aliquem ex debito non liquido. Idem
Dec.in prꝗalleg.conſi.75.colum.2.uerſi.ſuadetur.
Nec ſtylum contrarium tanquam contra ius Rota
comprobauit,prout Dec.Caput aquen.114. par.2.
5 † Aut arreſtum conceditur ex rationabili cauſa,pu
ta , propter dilapidationis ſuſpitionem, uel propter
ſuſpitionem fugę, uel ex aliis ſimilibus,ſeu vrgenti-
bus rationib. & tunc arreſtum huiuſmodi licitum,
iuri conſonum, & rationabile cenſendum ſit, prout
per omnes ſupra citatos,maximè ſi illa quatuor con
currant,prout per Gui.Papę Dec.Delphi.346. inci-
pien. Iudex non debet. Immo creditor fugientem
debitorem iure inſequi poteſt, & ab eo pecuniam
ſibi debitam extorquere,iuxta tex.in l.ait pretor.§.ſi
debitorem. ff.de his, quę in frau.credi.pro quibus,
& quòd arreſtum fieri poſſit etiam lite pendente:
& quòd non impediat,uel retardet negocium prin-
cipale uide Rip.reſpon.116.incipien.quia arbitror,
ſub titu.de excep.& reſpon.ſequen. Vt arreſtorum
6 pleniorem notitiam habeas,ſcias quòd arreſtorum
† duo ſunt genera, alterum eſt legis,alterum homi-
nis,de arreſto hominis hactenus loquuti ſumus. De
arreſto autem legis habes text.in l.uni.cir.princ. ubi
cauetur, quòd iudices, tam ciuiles, quàm militares
debeant per quinquaginta dies poſt depoſitam ad-
miniſtrationem, remanere in locis ubi adminiſtra-
runt,nec interim inde diſcedere.C.ut omn.iud.tam
ciui. Idem etiam cauetur in l.conſiliarios.quę am-
pliat pręmiſſam diſpoſitionem ad cancellarios iudi
cum,& alios domeſticos.C.de aſſeſſo. Et de utroq;
arreſto Oldr.conſi.65.Hic agitur,in prin.ubi etiam
arguit de uno arreſto ad alterum:ſubdens,quòd rũ-
pens arreſtum comparatur rumpenti carcerem.Ho-
die per ſtatuta locorum tempus remanendi in loco
geſti officii ſolet reſtringi ad dies 15.uel circa,ne of-
7 ficiarii depoſito officio uacui diu remaneant: & ex-
penſis inſopportabilibus uexentur,† pactum,quòd
quis arreſtari, ſeu carcerari poſſit ſine miniſterio iu
dicis,quòd non ualeat,ſecus ſi cum iudicis miniſte-
rio,uide p Bart.Ang.utrumque Imol.Rom.& alios
in l.alia. §.eleganter.ff.ſolu.matrimo.per Ange.in l.
ſi unus.§.pacta.ff.de pact. & in aucten. ut non fiant
pigno.in fin.Et ꝙ per pactum non poſſit quis ſe ob
ligare ad carceres,uoluit ſingu.Ange.in l.nemo po-
teſt,colum.1.per illum tex.ff.de leg.primo. An per
clauſulam de communi ſtylo per tabelliones in in
ſtrumentis inſeri ſolitam, uidelicet, quòd creditor
poſſit propria auctoritate,uel iudicis capere debito-
rem:deueniri poſſit ad dictam capturam abſque iu
dicis miniſterio,uideatur Ange.in dicta l.nemo po-
teſt,ubi inquit.Nam ſuperfluo occupat membranas
ſtylus ille tabellionum. Quod dictum pro ſingul.
commendat,& ſequitur Alex.in alleg.l.alia cauſa.§.
primo.ff.ſolu.matrimo.colum.4.uerſi. in hoc ergo.
& ibidem addit ſingulare dictum Inno. ac Hoſti. &
glo.in cap.P.& G.de offi.delega. ubi uolunt,clauſu-
lam non ualere,quòd ſi in termino debitor non ſol-
uerit poſſit excommunicari,citatione, & contuma-
cia non pręcedente,& ſic non ſeruata forma,cap.ſa-
cro.de ſenten.excommu.& conſuluit Bald.conſilio
80.incipien.clericus,lib.ſecundo.clericum non poſ-
ſe per pactum obligare ad perſonalem detẽtionem
8 iudicis ſecularis. Prout etiam, † quòd quis bonis
cedere non poſſit pactum nõ ualeat,uoluerunt Pau.
Caſt.in l.Titio centum.ff.de condi.& dem.Alexan.
conſi.37.uiſo,& opportunè.colum.2.uerſi.tertio vi
detur, quòd dato.lib.ſecundo, de quo per Catell.
Cott.in ſuis Memoria.in uer.ſolui non poteſt aliud.
uerſi.ex iſta regula dicebam poſſe inferri.& per An
to.Galleſ.q.4. & 6. parte ſecunda,ad tertia par.ob-
liga.Camera Apoſtoli. etiam ſi in pacto, uel obliga-
tione oppoſitum ſit iuramentum.Bald.in aucten. ſa
cramenta puberum. C.ſi aduerſ.uendi.Alex.in pręal
leg.§.eleganter. & hanc teſtatur communem Alciat.
in cap.cum contingat, num.69.de iuraiurando. In
pacto, ſeu conuentione, quòd debitor capi poſsit
(non dico per ipſum creditorem, ſed per curiam,
ſeu ſatellites) aliquando apponuntur uerba hęc, vi-
delicet,unica tantum citatione,ſeu monitione pręce
dente: Aliquando uero. Nulla monitione,uel cita-
tione pręcedente: in iis caſibus ſumus in claris quã-
do citatio requiratur,ſeu monitio,uel non. Conuen
tio enim ſeruanda erit.l.prima.ff.de pact.cap.1.de
treg. & pa. At ſi ſimus in dubio quia nil expreſſum
ſit,niſi quòd debitor capi poſsit,uideretur dicendũ,
quòd id quod reo fauorabilius, ſeu minus damno-
ſum,& iniurioſum eſt, ſequi deberemus, argumen.
tex.in l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur. & in l.ſem-
per in ſtipulationibus.eodem tit.& ſic quòd captu-
ram pręcedere deberet citatio, uel monitio, quia
etiam urbanius hoc eſſet,& hoc multi ſeruant.Mul-
ti uerò contrarium affirmant, & ſępe contrarium
ſeruari uidi. Vrgens ratio pro hac ſecunda opin. &
obſeruantia eſt, quia aliàs ludibrio eſſent uerba illa,
ac licentia de capiendo debitorem,&nihil operare-
tur,contra text.in l.ſi quando.ff.de lega.1.nam ſi re-
quireretur citatio pro tali captura,eſſet inſtruere de
bitorem ad fugam parandam.Et quòd non requira
tur citatio uoluit Bald.in l.cunctos populos. C.de
ſum.Trin. per tex.in l.ſi hac.§.prętor ait.ff.de in ius
uocan.& ibi per Modern. Hinc dicunt docto.in l.ſi
ſic. ff.de legat.1.quòd ſi ſecundum formam ſtatuti
debitor poteſt capi ad uoluntatem creditoris haben
tis inſtrumentum guarentigiatum, ſeu confeſſiona-
tum,tunc nõ requiritur,quòd præcedat citati. Nec
tunc uidetur tolli defenſio, ſed præpoſterari cogni-
tio,& ſic ipſa defenſio.Et ita obſeruaui ſuper ſtatu-
to Florentino dum eſſem Rotæ Florentinæ Audi-
9 tor. Aliud etiam † arreſtum hominis,Romæ,& alibi
frequentiſſimum eſt,quando quis carceratus fuit ad
unius inſtantiam ex una cauſa, & ad alterius inſtã-
tiam recommendatur, ſeu confirmatur in eiſdem
carceribus ex alia cauſa, qui quodammodo ſeque-
ſtratur,de quo per Bart.in l.ſecunda.ad finem. ff.de
cuſto.& exhi.reo.& in quæſtione incipi.Lapus. De
arreſto hominis poſt monitorium, ſeu præceptum,
& poſt contumaciam, & quòd ſit iuri conſonum,ui
de Ioan.de Ami.de Vena. in præalle. conſil.154.fa-
cti ſeries, poſt nu.3.uerſi. Igitur potuerunt arreſta-
ri.

ri. Non tamen omittam aduertere, quòd adeo inhumanum uidetur pro rebus ciuilibus a personæ cap-
10 tura incipere, ut statutum illud, † quòd sententiæ de facto, etiam incipiendo a captura personæ, executioni demandentur, non excludat causæ cognitionē, ut uoluit Ang. in l. si sic. ff. de leg. 1. Vide etiam Sozzi. consi. 66. nu. 8. & seq. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Arrestatus illicentiatus recedens, an possit illico excommunicari absque alia citatione.*
2 *Excommunicatio sub conditione propter appellationē suspenditur.*
3 *Lex animata, & inanimata, eiusdem sunt potentiæ.*
4 *Arrestari a lege.*
5 *Arrestari a principe.*
6 *Arrestum frangens, carcerem fregiße uidetur.*

QVAESTIO. IX.

1 NONO quero. † Arrestatus in Roma. Cu. illicentiatus recedit, an possit illico excommunicari: Vel excommuuicatus declarari absq; alia citatione? Opin. affirmatiua comprobari uidetur ex formula arresti, de qua in princ. proximæ præced. quæst. ubi quis arrestatur sub excommunicationis pœna ne discedat a Roma. Cu. nisi prius responderit positioni, uel aliud fecerit: eo igitur ipso, quòd contrauenit, ipso facto excommunicatus est: ergo alia citatio, uel monitio requiri non debet. iuxta tex. in c. reprehensibilis. ibi, Nisi fortè talis sit culpa, quæ ipso iure ingereret suspensionem, &c. de appel. & ibidem glo. in uersi. ipso, ac Ioan. Andr. & alii. Pro hac opin. uidetur etiam text. in cap. præterea. 2.
2 eod. titu. de appel. ubi sententia † excommunicationis sub conditione suspenditur; si ante conditionis euentum fuerit appellatum, ergo si non appelletur, prout in casu nostro, aliud dicendum erit, & sic statim, uel elapso termino, uel impleta conditione, uel constito de contrauentione, quis excommunicatus est, iuxta communem sententiam, prout per Lap. Alle. 73. per Dom. meum Phil. Dec. 145. consil. incipien. quæritur, num. 2. & sequen. & alios, quos addo
3 ad dictam alle. Lapi. 73. Amplius † lex animata, & inanimata eiusdem sunt potentiæ. §. ultimo. in auth. de Consul. Oldr. consi. 65. Hic agitur. circa prin. ubi arguit de arresto legis, ad arrestum principis: sed arrestati a lege habentur pro confessis, seu conuictis.
4 † l. consiliarios. C. de assesso. §. si uero semel. & ibi gl. in uersic. factum, ponderat illum tex. contra famulos fugientes. in authen. de exhiben. & introdu. reis.
5 Sic † & arrestati a principe, uel eius ministro pro cōfessis pariter haberi debent. At contra confessos nullæ sunt partes iudicis nisi in exequendo. l. prima, & toto titu. ff. de confes. cap. secundo, eod. titu. lib. 6.
6 Et † arrestum frangens, carcerem fregisse uidetur, qui pariter pro confesso habetur, & puniri debet. l. in eos. ff. de custo. reo. & Oldra. ubi supra, ubi plura ad rem nostram. Videatur etiam Ioan. And. in addi. magna. in fin. ad Specu. in titu. de præsumptio. §. species. & Nicel. in 52. cōcor. gl. in 98. fall. plura alia pro hac opin. affirmatiua adducere possem, quæ breuitati studens, missa facio. Concludo ueriorem, tutiorem, & humaniorem esse sententiam pro opin. negatiua, quam in terminis nostris tenuit Rot. 822. sciendum est, quòd quādo aliquis. in anti. ubi quòd requiritur citatio per audientiam contradictarum. Et pro hac opin. vide quæ latè scribit Barth. Sozzi. in suo cons. quod est. 20. inter consil. Curt. Sen. post num. 17. uersic. sed infra facillimam, & ibidem aliis in locis.

SVMMARIVM.

1 *Arrestato qualiter consulatur?*
2 *Personæ qualitas considerari debet.*
3 *Sequestrum data fideiussione reuocatur.*

QVAESTIO X.

1 DECIMO quero † arrestato qualiter consulatur? Respondeo, quòd neget monitorium, procuratorem constituat, de arrestariq; instet. Quod obtinebit in terris ecclesiæ, si is bona in dictis terris ecclesiæ possideat. Vel sit persona ecclesiastica, quæ ratione beneficiorum ad urbem quandocunque reuocari, uel saltem uexari possit: uel si aliàs persona bonæ conditionis, opinionis, famæ, dignitatis, & existimationis, argum. tex. in l. testium fides. uersi. tu magis scire potes. ff. de testib. in l. fortissimis. ubi glo. & Barto. C. de mili. testib. lib. 12. & per Corset.
2 in suis singu. in uersi. conditio personæ. ubi † quòd semper considerari debet conditio, & qualitas personæ. Ex iis, & aliis, quæ adducebam, de arrestari aliàs obtinui Reuerendissimum Dominum Franciscum Pisaurum Patriarcham Constantinopolitanum, ad instantiam cuiusdam Aloisii Nigri eiusdem Dom. Patriarchę negociorum gestoris, prætextu prætensę mercedis arrestatum. Et pro eodem Dom. Patriarcha, quod etiam non teneretur fideiussorem præstare, seu aliàs cauere occasione litis, dicebam esse tex. in terminis in §. si quis uerò, uersi. pro omnibus autem causis. in auctēn. de sanctissi. episco. Aliud etiam remedium sese offert, ut arrestatus aliquem breuem terminum aduersario statui faciat ad probandum quicquid vult, & potest, quo lapso, & non docto quòd de arrestationi, & liberationi locus fit: qui sic de arrestatus immunis, & in sua priori libertate, & potestate erit eundi, quo uoluerit. Aduersario enim imputandum erit, si tempus sibi præfixum labi passus sit, ad tex. in l. sed & si per prætorem. uersi. sed & si dum decreto. & ibi gloss. in uersi. decreto. ff. qui. ex cau. maio. Vel denique si omne aliud remedium cessauerit,

3 fauerit, instet reuocationem sequestri, seu arresti data fideiussione obtinere, vt per Cyn. Bald. & alios in allega. l. uni. C. de prohi. seque. ac per canonistas in cap. secundo, eo. in praxi Papien. de forma sequestri, num. quinto, versic. deinde quæritur an hæc sequestratio. per Iasre. Dec. 240. incipien. sequestrum regulariter, & ad hæc Doctor. citat, & hanc communem esse testatur. Dic igitur, arrestatus si aliter liberari non possit, cautionem præstabit de stando iuri, & iudicatum soluendo, statimque arrestum tolletur. Hæc tamen limitabis, nisi is, qui dearrestari petit, obstinatè, uel calumniosè differat, uel subterfugiat iusto ac rationabili iudicis mandato parere. Vnde propter denegationem, subterfugium, uel etiam dilationem, posset facilè causæ, uel negocio alicui detrimentum, uel quid sinistri parari: puta si quis arrestatus fuerit ex quo materias, seu articulos medio iuro specificare recusauerit (hoc tamē rarò eueniet, alia enim uia prouidetur, videlicet ne admittantur articuli nisi specificatis materiis, & ne testes recipiātur) vel iuramentum calumniæ subire noluerit: seu positionibus per verbum, credit, uel non credit respondere: uel in aliqua causa examini se subiicere. Aut in aliquo ex infinitis casibus, in quibus alicuius præsentia, uel actio requiratur: Tunc nullo modo dearrestabitur; immo contra ipsum iuxta facti contingentiam procedetur, iura enim quoad fieri potest fraudibus, malitiis, calumniis, & contumaciis occurrunt. ad l. si cui. ibi, per medias uias. ff. de seruitu. l. in fundo. ubi gloss. dat concordan. ff. de rei vendi. c. 1. de iudi. Card. in clem. 1. in 3. not. de re. permu. c. calumniam, de pęn. cum vulga. Limitari etiam potest quod diximus, sequestrum rei, vel personæ tolli præstita fideiussione, non procedere quando sequestratio personæ, uel rerum emanasset causa cognita, non ad effectū ut debitor satisdaret, sed ut solueret, tunc illa reuocari non debet per præstationem fideiussionis, sed per realem solutionem, per regulam. l. si pecuniæ. in fin. ff. ut in possess. lega. quem text. ad hoc multum commendat Barto. in l. consentaneum. post num. 15. versic. ideo enim facta est missio. C. quomo. & quan. iud. & in specie ita concludit Bero. in c. quoniam contra, num. 158. uersic. quando uerò sequestratio bonorum, & personę, de proba. Quatuor limitationes, quando sequestrum data cautione reuocati non debeat, ponit Ias. in l. fideiussor. §. vltimo post num. 17. ff. qui satis. cogan. Et Felyn. quinque in c. examinata, col. 7. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differentia sit inter monitoria sine clausula, si quis senserit, & in quibus sunt comminatæ censuræ, Ex nunc, &c. & monitoria cum dicta clausula, Et ferendæ sententiæ.*

QVAESTIO XI.

1 VNDECIMO quæro † quæ differentia sit inter monitoria sine clausula, si quis senserit se grauatum compareat &c. & in quibus sint comminatæ censuræ ex nunc, prout ex tunc: & sic latæ sententię excommunicationis: ac monitoria ferendę sententiæ, ac cum clausula, si quis? Respondeo regulariter (ut tangam infra quæst. 17.) cum illa clausula decerni solent monitoria præsertim Romæ, & sic sine causæ cognitione, quando videlicet apponitur clausula, si quis, quo casu Rota (prout Dec. Achi. sub titu. de Monito. in causa Egitanen. de mense Octob. 1549.) conclusit non esse necessariam monitorii reintegrationem, sed sufficere obseruationem quatuor terminorum contra sic monitum. Pro quatuor terminis similibus uidere poteris Fely. in cap. ad probandum. post num. sextū. de re iudi. & Cassa. Dec. 6. num. decimo, de cau. posses. & proprie. & postea deueniri debere ad declarationem: secus verò dixerunt in causa Albricen. pension. ut Dec. sequen. dicti Achil. eodem titu. in monitorijs in curia, quæ fiunt sub pęna excommunicationis ferendæ sententiæ: quo casu necessaria est citatio ad videndum se excommunicari, quia non paruit monitorio.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ an uia monitorij, uel alia in causis beneficiarijs procedere possit?*

2 *Auditor Cameræ non habet iurisdictionem in causis beneficiarijs, & spiritualibus.*

QVAESTIO XII.

1 DVODECIMO quæro † an auditor Cameræ via monitorij, uel alia in causis beneficiariis procedere possit? Respondeo negatiuè. Auditor † enim came-
2 ræ non habet iurisdictionem in causis beneficiariis, & spiritualibus. Rot. Bellame. 210. in causa. & 305. incipien. in causa mea. Rot. in no. 336. & ad alia, quæ adduco in quarta quæst. 31. Reg. cancel. num. secundo, & seq. & apparebit ex infra dicendis. Verum hodie in facultatibus Aud. Camerę inter alia adsunt hęc verba. Nec non omnes, & singulas spirituales, & ecclesiasticas, & prophanas: unde argui posset pro affirmatiua, pręsertim ponderatis illis uerbis, omnes, & singulas, omnia includentibus, & nihil prętermittentibus, ad gloss. in cap. ut circa. §. vltimo, in versic. omnia, & singula. de electio. lib. 6. Bald. in l. si cui. §. si filio. ff. de leg. primo. Alex. consi. 17. lib. 3. & per alios, quos citat in secunda quæstio. 31. Reg. Cancell. nu. 2. subsisto igitur, nec quid sentiam hic declaro. Ab hac discussione pendet dubium illud, de quo infra quęst. 68. videlicet: An attentata dicantur innouata post monitorium Auditoris Camerę, super causa beneficiaria?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Auditor cameræ an monitorium decernere possit, ut quis possessionem beneficij dimittat, uel de titulo doceat.*
2 *Turbatores qualiter reprimi possint?*
3 *Rex possessorium in beneficialibus cognoscere potest.*

QVAESTIO XIII.

1 TERTIODECIMO quæro † an auditor Cameræ monitorium contra aliquem decernere possit, ut possessionem beneficij dimittat, vel de suo titulo doceat? Distinguerem sic. Aut monet alienæ possessio-
2 nis turbatorem, & affirmatiuè responderem † contra prædones enim, aut turbatores quilibet procedere, illosque reprimere potest. l. in re communi diuidunda. §. inter prædones. ff. commu. diui. per quem tex. & alia iura, quæ adducit, uoluit Bald. consi. 337. statutum quo. post princ. versic. sed est considerandum. uolum. 5. statutum in fauorem possessoris non prodesse turbatori. Aut monet possessorem, & Bald. in dicto consil. 337. num. secundo, & consi. seq. quęrit, an valeat præceptum iudicis factum alicui, quòd dimittat possessionem, uel doceat de titulo: considerari potest, quòd non solum auditor Came-
3 re, immo etiam † rex, vel iudex secularis procedere potest super ecclesiasticis in concernentibus factum & in possessoriis. Bald. in l. omni. ubi etiam Alexan. in apostil. in versi. in fine. ad finem, versi. & ideo in possessoriis secularis se intromittit. C. de sacro. eccle. & in l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. Angel. in disputatione. Astensis miles. Fede. de Sen. consi. 97. facta est lex. Bart. in l. quoties, & ibidem Ias. nume. 6. C. de iudi. Idem Bart. in l. Titia. ff. solu. matrimo. in lectu. antiqua. Abb. in cap. cum sit generale. colum. 6. ubi hanc magis communem putat, de fo. compe. Alexan. in præalleg. l. Titia. colum. 4. ff. solut. matrimo. Paul. de Eleaza. in clemen. 1. de vsur. Anto. de But. & Cardi. in cap. tuam. de ordi. cogni. Abb. in cap. litteras, colum. 3. ad fin. de iura. calum. Gui. Papæ Dec. 1. & 71. ac 85. Anto. de Butr. Cardin. & Fely. in cap. cum sit, colum. 3. de foro compe. Capi. Dec. Neapo. 7. in causa. num. 2. Afflit. Dec. 2. & Dec. 24. num. 9. Iafre. Dec. 274. incipien. quęstio nudi, & meri possessorij. Rip. respon. 35. aliàs vlti. de rescri. ubi ad id alios citat. & num. 2. hanc communem dicit, lib. secundo. Idem Rip. super rub. de iudic. num. 90. & in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 19. ff. de acquirenda possessione. Boer. Dec. 70. nume. 13. Gramma. Dec. 70. Igneus in l. necessarins. in §. non alias, in secunda parte. ff. ad syllania. Guig. Bellame. in cap. Rainutius. in ver. & vxorem nomine Adelasiam; num. 9. de testam. Et uidemus passim Reges, Duces, & dominos quoscunque temporales, uel seculares circa possessionem beneficiorum concernentia se intromittere. Ego plura olim adducebam pro contraria opinio. quam tenuerunt idem Barto. in l. Titia. ff. solut. matrimo. qui variauit: & Bald. qui etiam uarius fuit in l. quoties. C. de iudic. idem etiam uidetur sentire. idem Bald. consil. 169. per statutum terræ Gualdi. colum. 1. uersi. quæ exceptio usuraria contra hæbreum, lib. secundo. Verum ne quis decipiatur, limitanda sunt præmissa, ut non procedant quando causa possessorii, seu mera ipsa possessio, vel merum factum, videnda, seu tractanda, vel videndum, seu tractandum sit inter clericos: tunc enim laicus nullo modo se intromittere potest. Anto. de Butr. Abb. & alij communiter in c. litteras. de iura. calum. & nouissimè Aegid. Boss. in sua praxi crimi. titu. de principe, num. 211. sed quia ut mihi relatum fuit, causa super qua scripsi, adhuc pendet, vltra non procedo: alibi forsan hęc plenius tractabo. Interim scias, quòd quoad ius, & proprietatem rei spiritualis, & ecclesiasticæ laicus nullo modo se intromittit, nec principaliter, nec incidenter. cap. tuam. de ordi. cogni. Abb. colum. 3. in præalleg. cap. litteras. versic. mere spiritualis. Boss. ubi supra, num. 210. Quod Audito. Cameræ hodie possit indistinctè monere, & procedere, concludo per ea, quæ alibi dixi, præsertim ex amplissimus suis facultatib.

SVMMARIVM.

1 *Auditor cameræ monitorium an decernere posit super fructibus occasione decimarum?*
2 *Prophanæ causæ quæ dicantur.*
3 *Decimarum causa, quòd sit spiritualis.*

QVAESTIO XIIII.

DEcimoquarto Auditor Cameræ processit via monitorij in fauorem A. rectoris Ecclesiæ B. decreti contra C. rectorem ecclesiæ D. in Rom. Cu. degentem super restitutione fructuum perceptorum ratione decimarum prouenientium in termino de Montagna, quas vterque ad se ratio
1 ne suæ ecclesiæ spectare asserebat † quęro an monitorium decernere potuerit, ita vt validè procesśu fuerit? Pro parte affirmatiua duo ponderari possunt, quorum alterum est, quòd hæc causa erat prophana, quia agebatur super fructibus occasione de-
2 cimarum prouenientibus, † & illæ dicuntur causę prophanæ, quę in clemen. dispendiosam. de iudi. expressę non sunt, vt per Cassad. Dec. 1. eodem titul. Alterum est; quòd monitus erat in Rom. Cu. Romę autem quilibet moneri, uel citari potest, quippe quæ communis sit patria, iuxta text. in l. Roma communis patria. ff. ad municip. in l. secunda, §. omnes, & ibi Docto. ff. de iudi. & in cap. vltimo, de foro compet. Contrarium concluserunt Domini de Rota in Cochen. decimarum inter Martinum Ximenez, & Marcum de Parada. Considerarunt enim in casu, de quo supra actorem fructus decimarum petere non potuisse, nisi quia decimę debeantur suę ecclesię, & sic, quòd agebatur non ratione personarum, & debitorum, ac creditorum ipsorum litigantium:

sed

sed ratione suarum ecclesiarum, quibus pretendi tur decimas deberi, quę ecclesię sub iurisdictione auditoris Camerę non erant, & sic potuisset per rectores ita agentes perpetuum pręiudicium ecclesiis suis inferri: & propterea Domini fuerunt pro nullitate. prout Dec. Ptolo. 114. incipien. Conchen. Decimarum,
3 † causa autem decimarum, quòd sit spiritualis, & in allega. clementi. dispendiosam comprehensa si inter ecclesias, vel personas ecclesiasticas agatur, ꝓbat Rot. 433. fuit dubitatum vtrum si agatur in no. Hodie habemus facultates, ac priuilegia audi. Camerę, & illorum tenorem seruare debemus. cap. accepimus, & ca. sequen. de fid. instrum. c. cum plantare. versus fin. cap. porrò &c. petistis, de priuile. Rota. Cassa. 1. in fin. eod. Verba autem priuilegiorum sunt quę posui supra ad fi. quęst. 12. quòd possit cognoscere omnes, & singulas causas spirituales, ecclesiasticas, & prophanas,

SVMMARIVM.

1 *Romani an coram Auditore Cameræ conueniri possint?*
2 *Romani ab alio, quàm Cæsare iudicari non possunt.*
3 *Romanos laicos trahi non debere ad curiam ecclesiasticam.*

QVAESTIO XV.

1 DECIMOQVINTO quęro † an auditor Camerę via monitorii, vel alia, contra Romanos procedere possit? Pro opinio. affirmatiuâ concludendum uidetur. Nam sicut prius omnis huius vrbis potestas & iurisdictio in Imperatorem translata erat. l. vni. ff. de offi. pręfe. pręto. ad Imperatoremque spe
2 ctabat, † ac Romani ab alio, quàm Cęsare iudicari non poterant, prout tam ex historiis notissimis, quā ex ipsis legibus, ac ex sacra pagina videre est in persona diui Pauli, prout actuum cap. 12. ad finem. Dic mihi si tu Romanus es &c. & 25. Dixit autem Paulus ad tribunal Cęsaris sto, ibi me oportet iudicari, & postea. Tunc Festus cum consilio loquutus. Respondit Cęsarem appellas, ad Cęsarem ibis, cum iis, quę sequuntur. & per diuum Thomam. 2. 2. q. 69. artic. 3. de quo etiam per Oldr. consi. 89. Episcopus, post nu. 3. Hodie Roma, & Romę iurisdictio omnis ad summum Pontificem spectat, ut omnes norunt. & Boni. VIII. interlocutus est, nullum Romę pręter Papam iurisdictionem ordinariam habere, ut refert Archidia. in cap. experientię versus fin. 11. quęst. secunda. Et Papa nuncupari etiam potest Imperator Apostolicus. ca. Constantinus. 1. & 2. 96. distin. Hostien. in cap. per venerabilem, colum. 8. in versi. imperio. qui fil. sint legi. Bald. in l. prima, col. 1. versic. tertio dico. C. de sum. Trini. Auditor Camerę, Auditor est generalis ipsius Papę, ut ex ipsius facultatibus apparet: sequitur, quòd sicut Papa cognoscit inter Romanos, ita ipsius Auditor generalis cognoscere possit. In contrarium est veritas, quòd immo ipse Auditor causas Romanorum audire, & terminare non possit, prout concludit etiam Gemi. consi. 149. primo circa num. primo, ubi etiam, quòd
3 Papa sępe declarauit nolle † ciues Romanos laicos trahi ad curiam ecclesiasticam, cum sit seorsum senator positus per eum in vrbe pro causis laicorum. De cuius Senatoris officio tractatur in primo libro statutorum vrbis. Et habemus motum proprium in fauorē Romanorum. Et in dies citari uidemus subuertere tētantes iurisdictionem capitolinā, ad dicendum contra motum proprium populo Romano cōcessum: & illius vigore videndum reassumi causam in curia capitolina, & inhiberi &c. Fallit nisi procedatur in vim obligationis in forma Camerę. De quo tamen, & quando, & quomodo hoc procedat alibi tractandum erit. Interim in hoc resideo, & hoc iure vtimur, quòd si expresse, vel tacitè partes coram ipso Audito. Camerę consentiant validus sit processus: quòd si Romanus monitus, vel citatus ad curiam capitolinam recurrat, causamque reassumi faciat, cesset Audito. Camerę iurisdictio.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio beneficiorum non debet apponi in monitorio.*
2 *Vacatio de iure, & de facto requiritur, ut impetratio sit bona.*
3 *Priuatio uera quando dicatur?*
4 *Excommunicationis sententia non transit in rem iudicatam.*

QVAESTIO XVI.

DEcimo sexto Auditor Camerę instante fisco ordinaria auctoritate, & vigore Bullę in Cœna Domini monitorium decreuerat sub sententiis, censuris, & pęnis, ac priuatione beneficiorum, contra Petrum Lotesos ad comparendum personaliter ad se purgandum de nonnullis excessibus, & delictis: contra quem non comparentem procurator fiscalis procedi per audientiam contradictarum, & deinde pronunciari obtinuit, ac declarari dictum Petrum incidisse in sententias, censuras, & pęnas in dicto monitorio contentas: quę sententia nulla prouocationes suspensa in rem transiuit iudicatam. Ioannes Morales impetrauit hoc beneficium, illud per priuationem vacare pretendens: comparuit deinde Petrus coram dicto Dom. Auditore Camerę, ut se expurgaret, & citato fisco obtinuit se absolui a sententiis, censuris, & pęnis in dicto
1 monitorio contentis. Quęro † an Petrus absolutus suum beneficium recuperare debuerit? Hic plura discutienda uenirent, uerum quia casus iste in facto Rotę Auditorio (me etiam pro Petro interueniente, & plura pro eo in iure adducente) propositus, & decisus fuit, ipsum Rotę decretum hic subiiciendū putaui. In annotationibus bonę me. Hiero. Nouari. hęc sunt Decisionis uerba. Die veneris 9. Martii. 1548.

1548. Rota resoluit nullam rationem habendã esse dictæ prouisionis impetratæ per priuationem ex allegatis, & quia monitorium non debet fieri sub pœna priuationis beneficiorum. Et R.D. Decanus mandauit dicta uerba priuationis beneficiorum semper esse delenda de monitorijs. Bon. mem. Achilles de Grassis hoc modo annotauit. Dixerunt Domini in vna Barchionen. coram Nouato, ꝙ absolutus debet recuperare suum beneficium: tum quia sententia incidisse in pœnas priuationis non bene priuat. per Felin. in c. inquisitionis, ante nu. 8. de accu. & Bisigne. Dec. vlt. de re iudi. Item quia talis absolutio declarauerat omnia esse nulla. Dixerunt etiam Domini esse multum aduertendum, quòd licet quandoque declaremus aliquem incidisse in pœnas cõtentas in monitorio, deberemus cancellare pœnam priuationis.

Contra impetrationem Ioan. Morales dicebam, ꝙ
2 ad hoc vt impetratio beneficij esset bona † requirebatur uacatio de iure, & de facto, vel saltem de iure, vt latè tractat Staph. super signa. fol. 77. & seq. ac fo. 166. & seq. iuxta primam impre. Rebuff. super Concor. de Regia ad præla. nomina. §. monasterijs, in versic. uacantibus. At in casu præmisso afferebam nõ esse incursam priuationem per sententiam iudicis, quia solum declarabat Petrum incidisse in pœnas priuationis, non autem priuabat expresè. & adducebam Inno. in c. qualiter. 2. col. 3. verf. Credendum
3 tamen, ante nu. 11. de accusa. vbi quòd † tunc est vera priuatio, quando expresè dicitur, depono talem, priuo, uel perpetuò eum a sua ecclesia amoueo, & tanto magis inconsiderabilem dicebam esse prætensam probationem quia sententia erat lata in contumaciam non parentis monitorio, nõ autem quia crimen esset probatum. Insuper ponderabam. Quòd
4 † sententia excommunicationis, & interdicti lata cõtra Petrum etiam nulla prouocatione suspensa, numquam in rem transibat iudicatam, semperque reuocari poterat, constito de illius iniustitia. ca. ad reprimendum, de offic. ordin. c. sacro. de sent. excom. c. licet, eo. titu. lib. 6. Abb. in c. consan. nu. 9. de re iudic. Phi. Fran. in cap. qua fronte, in 8. not. de appel. Cum igitur sententia contra Petrum esset indiuidua. l. in hoc iudicio. ff. fam. herci. quandocunque poterat re uocari, constito de illius iniustitia, prout factum fuit Hodie in monitorijs, de quibus loquimur de stilo (vt audio) etiam pœna priuationis beneficiorum apponi consueuit, quod etiam de iure procedere puto. vt alibi tractabo. Nec ipsa. Rota sẽp abhorruit huiusmodi monendi modum sub pœna priuationis beneficiorum, vt uidere est in illa Cõpostellã. cano. & p̃b. inter Aluarũ Mendoza, & Franciscum Gutture & prout Dec. Io. Bap. Guidob. 32. inci. Die. 17. Septembris 1552.

SVMMMARIVM.

1 *Attentare an dicatur spolians post monitiorium de nõ molestando.*

2 *Monitorium per comparitionem resoluitur in simplicem citationem.*

3 *Monitorium sapit comminationem, non inhibitionem.*

4 *Monitorium vim citationis habet.*

5 *Si senseris te grauatum, clausula.*

6 *Præceptum absque clausula, si senseris &c. est iniustum, & nullum.*

7 *Præceptum absque clausula, si senseris &c. quando subsistat?*

8 *Præceptum cum clausula, si senseris, quando operari deberet.*

QVAESTIO XVII.

1 Decimoseptimo quæro † an monitus ab Auditore Cameræ (supposita valida iurisdictione) ne molestet B. in sua possessione, sub censuris ecclesiasticis; si postea Bernardum spoliauerit attẽtasse dicatur? Pro opin. affirmatiua facit totus tit. vt lit. pend. nihil inno. in rub. & nig. ff. & C. in Decr. in 6. & in Clem. Et cum huiusmodi rubricæ sint cõceptæ negatiuè, regulariter nihil debet innouari lite pendente. iuxta glo. in rub. præfat. ut lit. pend. in Decreta. verf. Et aduerte. Lite igitur introducta ex præsentatione monitorij, quicquid ea pendente fit, attentatum erit. Cassad. Dec. 6. incip. voluerunt Domini, super Regu. Cancel. Et huc spectant ea, q̃ adduco super 14. formula commis. in uer. Attentatorum. in 1. priuile. vbi, quòd duobus probatis uidelicet innouatione, & ꝙ lite pendente semper attentatis, illorumque reuocationi locus esse debet. Hic innouatũ supponitur; item lis, videlicet (vt præmisi) monitorio intimato, ergo &c. Et quòd monitorio intimato dicatur lis; probo arguendo a pari, seu ab æquiparatis, supposito, quòd citata parte lis pendere dicatur. ca. proposuit. de fo. comp. & ad ea, quę adduco in 11. q. Regu. de subrogan. num. 2. ita & executo, seu intimato manitorio lis pẽdet; cum monitorium ęquiperetur citationi, ut tetigi supra in 1. q. & probatur ex ijs, quæ volunt Docto. dicentes, quòd per compari-
2 tionem † moniti, monitorium resoluitur in simplicem citationem. Bar. in l. 1. num. 3. C. de exec. rei iudi. Bald. super rub. C. commi. uel epi. post nu. 4. ibi. Aut citatus comparet, & resoluitur in simplicẽ citationem. Innoc. in c. tua, nume. 8. de cohabi. cleri. sequitur Bal. in l. officio. §. ius alimentorum. circ. medium. ff. vbi pupil. edu. debe. Idem Bald. consi. 177. ad euidentiam. in princ. lib. 3. & consi. 463. quatuor, nume. 3. vol. 4. iuxta uouam impres. vbi loquitur de p̃cepto cum illa clausula, si senseris &c. Ancha. consi. 297. efficacibus. colum. 1. verf. Quinto dicitur. Abb. in c. ex parte, colum. ult. in 3. not. de uer. signific. practi. Papien. in for. libelli in Actione noui operis, in ver. nouum opus. ante nu. 4. Ange. in §. curare. post nume. 10. uersiculo, sed Bar. in l. 1. Instit. de action. Corset. in suis singu. in uersi. citatio. Angel. qui dicit curiam Romanam introduxisse formam hanc citandi. Alexan. numero 3. & sequen. Rip. numero 19. & seq. & Ias. in l. de pupillo. §. meminisse, post nume. 8. ff. de no. ope. nunc. Idem Ias. in l. nec vnquam, nu. 6. vbi

* vbi hanc magis communem dicit.ff.de offi.procõ. Rui.cons.19.ante nu.6.volum.5.Bertran.cons.61. viso, numero 3.libr.1.in primis.Pari.cons.113.Monitorium emanatum.in princip.volum.4.Ioan.de Ami.de Venaf.cons.35.Magnifice, vbi hanc communem dicit,num.1.Felin.consil.5.venerabilis, numero 8.versic.Secundò aliud cõsidero.Pro opi. verò negatiua in casu præmisso concluserunt Domini de Rota prout annotauit Reuerendiss. Put. Dec.17.sub.titu.de restitut.spoliator.in hæc uerba. Post monitorium Auditoris Cameræ de non molestando possessorem sua possessione sub censuris, si quis spoliat aliquem, non dicitur attentare, licet dicatur spoliare. Dum rationem huius Decreti Rotalis inuestigarem, reperi aliam eiusdem Put. Dec.
3 quæ rationem reddit, videlicet,† quòd monitoriũ sapiat quandam comminationem tantum, non inhibitionem, nisi fieret per uiam inhibitionis, quasi Rota inferre velit, monitorium huiusmodi veram litis pendentiam non inducere: nec instar citationum arctare, sed monitorium simile esse comminationibus de quibus in toto tit.C.commina. uel episto.& ibi per Bar. super l.iudex.& per Bal.& alios super rubri. Ego (licet Rotæ obseruantissimus sim) priorem opin.affirmatiuam veriorem puto. Nec ratio.prædicta (mea quidem sententia) multum stringit: supposita, prout etiam Rota supponebat iurisdictionẽ in Auditore Cameræ monitorium decernente. Nec monitoria huiusmodi debiliora, & minus valida citationibus ipsis existimo: & ultra stilum nototorium probaui supra † monitorium huiusmodi citationis uim habere. Immo etiam citatio verè dici potest, si aduertamus subtilius intuentes ad id, quod dicit Bald.in dicta rub.C.commi.vel episto.ibi, Aut est validum, & tunc refert. Aut citatus comparet, & resoluitur in simplicem citationem, quia alternatiuum: & altera pars uera est, quia cõparuit. Mẽs Bal.est, quòd tale monitorium, seu præceptum alternatiuum sit, duo in se continens, videlicet ꝙ quis faciat illud, quod sibi præcipitur? vel si illud facere nolit, compareat: & sic etiam citatur ad comparendum. Et hæc etiam supponit, & ita intelligi debet Cardi.in c.1.ad fin.de cau.poss.& propri.Et quòd sit citatio voluit Paris.cons.116.circa resolutionẽ. numero 23.& sequen.libro 1.præsertim ibi. Tale mandatum, citatio, & instantia iam perijt: & tamen ibi nulla alia citatio supponitur, nisi monitorij, vel mandati præsentatio, & moniti comparitio. Est verum, quòd si Rota non supposuisset iurisdictionẽ in Auditore Cameræ monitorium decernente; vel si asseremus monitorium huiusmodi fuisse circa nõ spectantia ad Auditoris Cameræ officium: prout considerat Saly.in l.1.in princip.& quæst.2.ver.tũc distingue aut vtrumque spectat &c. C. commi. vel epist.aliud fortè dicendum esset. Rotæ etiam decretum subsisteret si supponeremus monitorium
5 huiusmodi esse sine clausula, † Si senserit se grauatum veniat responsurus, seu compareat infra triduũ iustitiæ complementum recepturus. De qua clausula vide per supra citatos super gloss.vltim.in cap.ex parte.§.vlt.de uerb.signifi.per Bar.in l.1.numero 5. C.de excep.rei iudic.per eũdem Bar.in l.defendente.ff.de aucto.tuto.per Bar.& Bald.in l.2.colum.2. C.de episco.audien.per Bart.in l.ea quidem, versus fi.C.si manci.ita fue.alie.& in l.1.§.1.in fin.ff.de iu.deli.Bald.& Saly.in l.de minore.colum.2.C.de transactio.Imol.in l.cum ab initio, colum.j.in fin.ff. quemad.testa.aperi.Ang.in l.nonunquam.ff.de iudi.Nicel.in 52.concor.glo.fallen.num.112.per glo. & Docto.in præalle.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de no.oper.nunci.per Ange.in §.curare.Insti.de actio post num.10. versic. Quod dicendum de eo, quod iudices.Card.in cle.1.ad fin.de celebra.missa.& omnino per Cels. Vgo. inter clausulas iudiciorum.in clausula, si senseris te grauatum. Et hęc clausula iustum, & firmum reddit iudicis mandatum, seu monitorium. Et iudex mandando aliquid cum dicta clausula, dicitur bene iustificare se ipsum: & in nihilo partem grauat. Abb.in alle.c.ex parte.de uerbo.sign. Et hæc theorica, & praxis est totius mundi, ac curiæ Romanæ, prout inquiunt Pau. Castren. in alle.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de nou.ope.nunci.Ioan.de Ami.de Venaf.cons.35.Magnifice.num. 2.& seq.& post Laud.& Cardin.in clem.dispendio sam.Lanfran.de Oria.colum.2.super glo.in uer.prę moniti.uer.subijcit D.Floren.hanc formam esse bonam, sed debere adijci una clausula, uidelicet, Saluo si quis sentiat se grauatum &c. de iudi. Idem Lanf. in c.quoniam contra.in uersic.citationes, colum.4. uersic.Hęc uera sunt, ꝙ non potest incipere a præcepto, nisi in præcepto inseratur clausula iustificatiua, si senseris te grauatum compareas. de probat. Aliàs sine dicta clausula fateor, quòd huiusmodi monitorium comminationem potius, quàm citationem saperet, inhibitionem uerò nullo modo. Et ta-
6 le † præceptum, seu monitorium absque illa clausula emanatum, iniustum, inconsideratum, exorbitans & nullum plerunque habetur.ad pręalle.con. Anchar.297.colum.1.uoluit Bar.in l.1.C.de exe.rei iu dic. Abb.in dicto c.ex parte, de uerb.signifi.Ias. qui
* hanc opin.magis communem dicit in l.ne quicquã, numero 6.ff.de offic.procon. Bertran. communem dicens consil.247.uniuersitas, num.3.lib.2, in primis, & etiam magis communem dicit consi.64.egregie, uolum.3.in primis, num.1.& per alios supra adductos. Et quod clausula, si senseris, operetur iuxta communem sententiam, quòd si in termino non cõpareatur, præceptum cum ista clausula habeat uim citationis, ponit Ioan.de Ami.de Venaf.consil.153. numero 2. Dum autem dico pręceptum decretum sine clausula, si quis senserit, esse nullum, & iniustum, intelligo de præcepto decreto absque causę cogni-
7 tione, & ex abrupto, alioqui cum † causę cognitione ualidum, & iustum assero, ad ea, quę uolunt distinguentes Bal.super rub.C.commi.uel episto.& Abb.in c.ex parte 1.numero 7. & sequen.de uerborum significat. Et isto secundo modo, puto loqui Rot.340. utrum pręceptum de soluendo in anti. Valebit etiam, seu subsistet monitorium uel pręceptum, illique in dubio parendum erit, si nõ afferat

rat plenum præiudicium, uel sit super eo, in quo non requiratur causæ cognitio, prout per Paul. Castren. in alleg. §. meminisse, post numer. 5. versiculo si verò non affert, & per eundem Ioan. de Venaf. alleg. consilio 35. numero duodecimo, puta in materia nunciationis. Verum in quantum dixi monitorium vim citationis habere, id videtur contra tex. in cap. peruenit, de fideiuss. ibi, Vel aliàs legitimè vobis rem ita se habere constiterit, moneatis ipsum, ut memorato R. pecuniam quam pro eis soluit, restituant &c. & sic diuersa erit citatio a monitorio: & illa hoc præcedere debebat, ut supponere subtili cõsideratione debemus ex illa dictione, constito, quæ requirit citationem illius, de cuius interesse tractatur, vt per gloss. magnam in clemen. vni. de offi. deleg. & in clem. 1. in versiculo, inquisitionem. de con. præben. ac in clem. 2. in uersiculo constiterit. de pœ. & voluit Bero. in capit. conquerente, numero 11. de restitutione spoliat. vtrumque requiri, vnum prius, alterum successiue. Responderi pot, ꝙ monitio de qua ibi, alterius erat speciei, quã monitorij, de quo tractamus; & hæc inter se differũt, vt declarauimus supra in 1. quæstio. Rursus retorqueri potest argumentum arguendo a speciali, ut in illo casu præcedere deberet citatio: regulariter autem secus dicendum sit: cum ut probauimus idẽ operari soleat monitorium, quod citatio. Sed aduertendum est, quod Bald. in alleg. l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. colum. 5. versiculo. Istam glo. videtur tenere præceptum huiusmodi cum hac clausula, si senseris, non valere nisi in certis casibus, ut est quando esset fundatum in iure communi, ut in casu præalle. §. meminisse. Nam etiam ipsa pars nunciando, & sic prohibendo nouum opus fieri, facit ut nullius sit momenti quicquid postea ædificatũ fuerit, ut habetur in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nunci. non mirum si etiam ipse iudex ad petitionem partis possit incipere a tali præcepto: vnde videtur velle ibi Bald. quòd illa verba, si senseris, postea apposita in pręcepto, potius ex urbanitate iudicis, quàm ex necessitate ĩ terminis dicti. §. meminisse. apponatur: ex quo præceptum huiusmodi super iure communi fundatum est. In alijs uerò casibus super iure cõmuni non fundatis tale pręceptum cum clausula, ꝑmissa, si senseris, nullo modo subsistere videtur, etiã quoad effectum ut per comparitionem resoluatur in simplicem citationem: quia ex quo illud præceptum non ualet, nõ grauat, & ideo sequens clausula, nihil operetur. Pro hoc faciunt nota. per Inno. in c. tua. de cohabit. cleric. & mulie. ubi dicit, quod pręcepta inualida a principio, nõ possunt resolui in simplicem citationem. Hanc opin. sequitur Ioan. And. in addi. ad Specul. in titu. de Aduocato. circa princ. quia esset pręposterare ordinem, & ponere currum ante boues. Quidquid fit, de consuetudine hodie passim in quacunque materia, quæcunque præcepta ac monitoria cum præmissa clausula concedi con-
8 sueuere, etiam nulli iuri conformia. † Verior tamen, æquior, ac magis rationi consona mihi videtur hæc opin. cõtra communem obseruantiam, præsertim, quia illa clausula, de comparendo est limitata videlicet, super ex grauatione, & reuocatione grauaminis, ergo limitatum parere debet effectum, & sic solum ille dicatur citatus super reuocatione grauaminis, nòn autem super facto principali: argum. tex. in l. cancellauerat. ff. de ijs, quæ in testa. delen. & in l. cum tale. §. vltim. ff. de condit. & demonst. & faciunt, quę habentur in c. si a iudice. de appel. libr. 6. Præmissa igitur vniuersalis praxis solum toleranda esset in terminis illius edicti de nou. oper. nun. & similibus, non autem in alijs fundatis in iure communi. ut per Io. And. vbi supra, & in eisdem addi. ad Specul. titu. de senten. proban. §. species, in uersicu. quæstionem habeo. Vide etiam Bald. in l. præscr. C. si con. ius, vel uti. publi.

SUMMMARIUM.

1 *Regestorum super solutione, quis, quem, & ad cuius instantiam monere possit?*
2 *Regesta, & non registra nuncupari debent.*
3 *Monitorium pro regesto coram se fabricato quilibet iudex decernit.*
4 *Delegato omnia commissa uidentur sine quibus ad expeditionem causæ deueniri non potest.*
5 *Procurator ad solutionem regesti obligatur.*
6 *Ad exigendum speciale mandatum requiritur.*
7 *Monitorij pro solutione regesti formula.*
8 *Solui quid debeat si incertum sit, executioni locus nõ est.*

QVAESTIO XVIII.

1 DEcimo octauo quæro † quis, quem, & ad cuius instantiam monere poterit super solutione regestorum, & quæ sit huius monitorij formula? Hæc † regesta voco, non registra, ut vulgus solet corrupto vocabulo, vt docet Bud. in Annotat. in pandect. super l. Herennius Modestinus. ff. de decurio. Ad primum respondeo, quòd antiquo tempore, Auditor Cameræ (vt ab antiquis audiui) monebat pro huiusmodi solutione regestorum corã quocunque penderet causa principalis: præsertim si coram aliquo Rotæ Auditore. Hodie idemmet iu-
3 dex siue ordinarius, siue delegatus † huiusmodi monitorium decernit pro regestis coram se fabricatis, qui stilus hodiernus omni iuri, & rationi consonus videtur: tum in iudice ordinario quouis; circa quem nulla cadere potest hęsitatio, cum hæc, & alia causas coram se pendentes concernentia ad suam spectent iurisdictionem: & ius dicentis officium latissimum sit. l. 1. vbi omnes. ff. de iurisd. om. iudi. Paris. cons. 168. & si iudicis. in princ. volum. 4. Tum ẽt
4 in delegato: † cui omnia censentur commissa sine quibus ad causæ congruam expeditionem deueniri non potest. l. 2. ff. de iurisd. om. iudic. c. 1. de offi. deleg. ac argum. l. oratio. ff. de sponsa. & l. ad legatũ. ff. de proc. Rursus vltra alias clausulas, in rescriptis passim apponi solitas, illa etiam inseritur, uidelicet.

Cæ-

Ceteraq; faciendi, dicendi, & exercendi in præmissis & circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna, de qua clausula, eiusque effectu tracto super 1. Formula commis. ad fin. Ad secundum respondeo, ꝙ monere poterit principalem de iure: & de stilo Ro-
5 ma. Cur. etiam † procuratorem, qui pro principale suo absente obligatur ad solutionem regesti: & ad satisfaciendum notarijs de eorum salarijs. Rotę. 503. licet procurator. in no. Mil. in suo reper. in uers. procurator constitutus ad causam tenetur satisdare notarijs. & Cassad. Dec. 1. numero secundo, de procur. Ad tertium respondeo, quòd tam ad instantiã principalis, quàm procuratoris monitorium huiusmodi decerni poterit: Magis tamen expedit instante procuratore monere, nisi ad instantiam principalis, quis ad id monitus fuerit, dubitari postea contingat, an procurator pecuniam depositam pro regesto aduersarium tangente absque speciali mandato exi-
6 gere possit † speciale enim mandatum ed exigendũ requiritur. l. non solum, cum ibi nota ff. solut. matr. So c. consil. 260. in causa, post numerũ decimũoctauum, versiculo, Amplius etiam non poterat pensiones exigere. libro secundo. Ad quartum dicitur, ꝙ
7 formula hæc erit. † De mandato R.P.D.N. &c. ad instantiam A. principalis, seu B. procuratoris peremptorie moneatur. C. ex aduerso principalis, seu D. eius procurator, ac principalis respectiue, quatenus infra tres dies proximè sequentes debeat partem suam regesti hactenus facti, & in futurum satisfecisse de parte sua regesti faciendi &c. Aliqui dicũt, infra tres dies soluisse debeat partem suam regesti tam facti, quàm faciendi. Hæc secunda formula, forsan notarijs communior est, quo ad eius secundam partem mihi non videtur tuta. Quo modo enim quis moneri, seu cogi potest vt infra triduum soluat partem suam regesti, post triduum, vel forte post menses conficiendi, cum propter incertitudinẽ nesciat quid soluere debeat: & sic ante opus factũ ad aliquam solutionem cogi posset, immo stante obligatione præcisa; uel etiam promissione de sol-
8 uendo † si incertum sit quid solui debeat, licet ex post certificari possit; ante certificationem alicui executioni locus non erit. l. 1. vbi omnes. ff. de legat. 2. Cur. Iun. cons. 36. habita diligenti, post numerũ 8. Defendi posset stilus notariorum interpretando. Quam faciendi infra tres dies; id est postquã regestũ facieudum factum fuerit, intra tres dies soluere debeat. Et hæc fuit mens, & intentio notarij vt solutio fiat intra tres dies, postquã (ut dixi) regestum faciendũ, fecerit. Vnde magis attendere debemus ad mentem, & intentionem, quàm ad verba, vt docet Plato. li. 13. qui inscribitur Theetus, seu de sciẽtia, inquiẽs. Non nos sermonibus, sed nobis sermones seruiant. Et quòd intensio sola cõsiderari debeat, est tex. in c. intelligen. de uerb. sig. voluit D. meus super rub. de proba. col. 2. vers. prædicta saluatio. Paris. consi. 20. Gratia. præsens. nu. 2. vol. 4. Hinc dicimus, ꝙ verba impropriari debẽt vt inseruiant intentioni. c. is autẽ in fi. 22. quæst. 2.

SVMMARIVM.

1 *Procuratori an aliqua via consuli possit, vt a regesti solutione immunis sit.*

2 *Habitare quilibet præsumitur in patria sua.*

QVAESTIO XIX.

1 DEcimonono q̃ro † an procuratori (vt proximè diximus) monito aliqua via cõsuli possit, vt a regesti solutione immunis sit? Concludendum est, quòd si tempore monitionis huiusmodi in personam procuratoris factę, principalis Romæ pꝛæsens sit, ꝓcurator eiusdem principalis præsentiam allegando a solutione regesti eximitur ex notorio stilo Cur. Romanę. Cuius stili rationẽ puto esse, quia cum sit pręter, & fortè contra ius, quòd procurator teneat ad expẽsas regesti & ad salariũ notarij: & hoc vt pręmisi a cõsuetudine introductum fuerit, ea pꝛæsertim ratione, ne causæ prosecutio impediatur, vel forsan ne fraudetur notarius in suis salarijs stante, principalis absentia, prout per pręalleg. Dec. 303. in no. per Nic. Mil. in Reper. in uersic. procurator constitutus. ac Cassad. dec. 1. numero secundo. de procura. Si ergo principalis pręsens sit, cessat causa, seu ratio stili pręmissi, & sic procurator excusabitur a solutione, dummodo pręsentiam principalis infra terminum monitorij, alleget. Alioqui si non alleget, etiam ipse procurator ad solutionem huiusmodi faciendam compelli poterit, vt passim seruari videmus. Quare autem oporteat principalis pręsentiam allegare: eam puto rationem esse, ꝙ quilibet
2 † præsumatur cõmorari, seu habitare in patria sua. l. cum quidam magna. ff. de lega. 2. l. prædia. §. affini. suo versiculo. hæc testatrix, & ibi notat Barto. ff. de fun. instru. Idem Bartol. in l. potest. numero 17. versiculo, Aliquando ille, & ibidem Alex. colum. 4. & Ias. ff. de acqu. hær. Aret. cons. 135. classirimè. D. Collateralis, colum. prima, & secunda. Caro. Rui. consi. 61. in lite, numero 20. sequen. versic. ad quintum volum. 5.

SVMMARIVM.

1 *Post lapsum tempus monitorij executi super solutione regesti, coram quo, & qualiter procedatur.*

2 *Negociorum gestorum actio cõpetit soluenti pro alio absque mandato.*

3 *Depositi actio fauorabilis est executionem paratam habens.*

QVAESTIO. XX.

1 VIgesimo quæro † corã quo, & qualiter ꝓcedat post lapsum termini monitorij executi super solutione regesti? Respõdeo, quòd executo monitorio, triduo lapso, coram notario causæ depositũ fieri consueuit in

su tanta summa, in quanta principalis, seu procurator aduersarius pro parte regesti eum tangente debitor apparet. Idemque notarius soluenti cedulam, seu quitantiam conficit, ac tradit. Procurator uerò, seu principalis, qui soluerat monitorium iam executum, ac schedulam solutionis prædictę alicui ex notarijs Auditoris Cameræ præsentat, principalem aduersarium, seu eius procuratorem coram dicto Auditore Camerę citari faciens, ad dicendum contra iura producta, & repetita, & videndum iurare testes super recognitione quatenus opus sit, soluendum iuxta formam cedulæ depositi, aliàs & videndum decerni, & tradi mandatum executiuum. Et si monitorium sit decretum, & executum contra procuratorem, in citatione dicitur. Citetur Meuius ex aduerso principalis, non autem ex aduerso procurator: licet is sit procurator causæ principalis, & in omnibus actis citetur aliàs ut procurator, non autem ut principalis. Ratio differentiæ est, quia licet iste respectu causæ principalis verè sit procurator: ratione autem obligationis de soluendo regestum dicitur, & est principalis, quia (ut pręmisi) ex stilo antiquissimo cogi potest ad solutionem ipsius regesti: cum igitur possit inuitus ad id cogi, ergo debitor est, & principalis. l. debitor intelligitur. ff. de verb. signi. Quare autē coram Auditore Cameræ, & qua actione conueniatur hic procurator, vel principalis pro solutione regesti respondeo, quòd supponendum est ex stylo Roman. Cur. transacto tempore, seu termino trium dierum, de quibus in monitorio, de quo tractamus pro solutione regesti collitiganti pręfixo, si is nō soluat partem regesti sibi tangentem, vel aliàs nō concordauerit notarium, alterum ex collitigantibus, seu procuratorem posse, & solere facere depositū pecuniarum pro solutione regesti tangente partem aduersam, & ad rigorem, super qua solutione, ac quietatione notarius dat schedulam, quam is qui soluit deinde coram Auditore Camerę producit pro recuperanda pęcunia soluta pro alio. Et licet pro alio absq;
2 mandato soluenti regulariter † competat actio negociorum gestorum pro eo, quod utiliter exposuit. l. 2. ff. nego. gest. ac Insti. de obliga. quę ex quasi contra. nascun. §. primo, & per Rofre. Beneuen. in suis libellis rub. de contra. actio. nego. gesto. tamen ex stylo curię Romanę ad maiorem fauorem solutionis mercedum notariorum, solutionumque factarum recupe-
3 rationem, datur † actio depositi, quę fauorabilior est: & executionem paratam habet toto tit. ff. & C. depo. Coram autem Auditore Camerę fieri solent huiusmodi exactiones, tum ex illius facultatibus: tum ex stylo inueterato.

SVMMARIVM.

1 *Procurator substituens an pro regresto teneatur?*
2 *Procurator substituēs ad hoc ne ipse citari possit, qua cautela uti debeat?*
3 *Instrumentum mandati absque protestatione recipiēs, acceptat mandatum.*

QVÆSTIO XXI.

1 Vigesimoptimo quęro † procurator constitutus acceptat tantum ad effectum substituendi: substitutus postquam plura egit in causa, & plures actus fecit, decessit, uel à Roma. Cu. recessit, an qui substituit validè moneri possit pro solutione regesti? Pro pręmissorum maiori declaratione suppono, ꝙ siquis absens constituatur procurator cum potestate substituēdi, si duntaxat substituere vult, non autem inten-
2 dit onus procuræ indistinctè acceptare, & † ipse in causa citari posse, aduertat, ꝙ dum substituere vult, hac cautela utatur uidelicet, ut scribi faciat à notario causę. Constitutus Cornelius Garaldinus habens notitiam de quodam mandato apud acta super tali causa ut dr̄ producto, in quo asseritur se procuratorē ab N. principale constitutum esse cum potestate substituendi &c. acceptauit onus mādati huiusmodi ad effectum substituendi duntaxat, & non aliàs, aliter, nec alio modo: & ex tunc substituit, & loco sui posuit &c. Vidi plures, qui produxerunt mandata cōstitutionū huiusmodi apud acta, & protestati sunt nō
3 acceptare, nisi ad effectū substituendi, ignorantes † ꝑ solam receptionem instrorum, vel literarum, in quibus procuratores constituuntur, eos mandata acceptare, nisi statim protestantur nolle acceptare, iuxta tex. in clem. 1. de procu. unde monui instrum, & literas huiusmodi per tertiam personam apud acta produci debere, ad hoc ut protestatio præmissa suffragari possit. Redeo ad principale quæsitum, & rn̄deo, ꝙ iuxta praxim Romanā prout seruari uidi: & ab antiquis ita seruatum fuisse audiui, pars affirmatiua comprobata fuit præmissa protestatione, ꝙ acceptabat ad effectum substituendi duntaxat, non obstante. Rō styli huiusmodi supposito altero stylo de quo supra q. 17. nu. 5. ꝙ procurator in Rom. Cu. teneatur ad solutionem regesti, & ad satisfaciendum notarijs de eorum salarijs, ꝙ si contrarium teneremus absente, uel defuncto substituto prędicto, principaliquè absente, id quod inductum fuit in fauorem notariorū, ne debilis solutionibus defraudarentur, illusorium redderetur: quo fit ut ille procurator cum dicta potestate substituendi constitutus, licet potestatus fuisset, ꝙ acceptabat ad effectum dumtaxat substituendi: & propter huiusmodi protestationem euaserit alia onera procuratoribus incumbentia: hoc tamen circa solutionem regestorum euitare non potuit, stante obitu, uel abseutia substituti, seu principalis. Et in terminis nostris ita fuit decisum ut per Rot. 23. de procur. aliàs 303. in no. ut etiam uoluit Nico. Mil. in suo Reper. in uersi. procurator constitutus ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium contra aliquos non nominatos an cū processu subsistat?*
2 *Citandi nomen, & cognomen specificari debet.*
3 *In vim clausulæ. Quosdam alios, quatuor citari possunt.*
4 *Vigore clausulę, omnesq; alios, vltra quatuor citari possunt.*

QVÆSTIO XXII.

1 Vigesimo secundo quæro † decernitur monitorium contra aliquos non nominatos, an illud, & processus illius uigore subsistant? Distinguendi sunt plures casus: primus sit, decernitur monitorium contra N. postea præsentatur Titio, qui semper successiuè nominatim citatur, † & licet nomen citandi,
2 & cognomen certum esse debeat. argu. tex. in l. idem Pomp. in fin. & in l. seq. ff. de rei uen. & ad trad. per Maria. Sozzi. de citatio. art. 20. nu. 14. in 9. q. prin. tñ quia nesciebatur nomen, & cognomen, alio remedio utendum erat. ad tex. in l. si in rē. 1. ff. de rei ueu. unde vr sufficere, q̄ nuncius, seu notarius in ipsa citationis relatione, uel præsentationis monitorij expresserit nomen, & cognomē citati, uel moniti: & sic subsequens declaratio sufficiat: tanto magis, quia iudiciū ut premisi, factum fuit cum eodem Titio, qui monitus erat. Pro, & contra ponderari possunt. Rot. 419. si impetretur, & Cassa. 2. de do. & contu. Verior tamē vr premissa opin. prout per prealle. Mar. Sozzi. de citatio. art. 5. post nu. 17. uers. si ergo citator vult plenè, & bene officio suo fungi, debet sine alia inquisitione interrogationis citare illos, quos impetrator sibi dixerit nominandos. & postea uersi. Nec forte mireris secundum Inn. q̄ dictum sit, q̄ ad nutum impetratoris debent omnes citari, quos declarauerit &c. quę tā to magis procederent, si ille Titius se defendebat, & in iudicio litigabat. arg. tex. in l. si in iudicis nomine. ff. de iudi. & per eundem Mari. Sozzi. de citatio. in d. arti. 20. nu. 5. secundus casus erit, si decernitur monitorium contra N. Geraldinum, & postea fiat relatio p cursorem, q̄ monitorium presentauit Cornelio Geraldino, eadem, & maiori ratione dicemus monitorium, & subsecuta subsistere: de agnomine. n. seu cognomine iam constat: quis uerò sit ille N. postea declaratum fuit: vnde perinde censeri debet ac si à principio nomē declaratum, uel expressum fuisset. ad ea, quę in sim. uoluerunt Bal. consi. 150. casus talis Vgno lus. in prin. lib. 1. Anch. consi. 127. ad dubia. Boe. contra Cassen. Dec. 274. an ualeat. & Anto. Galles. ad fo. came. q. 2. par. 2. & q. 1. nu. 7. & seq. ad 5. par. obliga. camera. Tertius casus erit si decernitur monitorium contra Cornelium, Geraldinum, & N. & N. presentatur monitorium eidem Cornelio, Geraldino, ac Calphurnio, & Nicolao Mādosijs, & contra omnes tres successiuè nominatim citatos validè proceditur, prę alle. Dec. 419. aliàs 18. de do. & contu. Cassa. Dec. 2. eo. tit. ad alia supra adducta. Quartus casus poni potest, si monitorium decernatur contra Fatium picciolum, & quosdam alios, seu nonnullos alios nominan
3 dos. Et tūc distinguere possumus, † q̄ aut postea quatuor ultra Fatium nominantur, & omnia subsistant; aut nominantur octo, uel decem; & tunc obstabit. c. 2. de refer. lib. 6. Pro quibus uide Maria. Sozzi. de citatio, art. 5. nu. 63. Quintus, & vltimus sit, si apponatur clausula † contra Fatium omnesquè alios, tunc
4 ultra quatuor citari poterunt: & cessabit dispositio dicti. c. 2. de rescr. li. 6. quod nō loquitur per uerba uniuersalia, ut ibi ponderant Io. And. nu. 3. & Gem. post nu. 9. quos sequitur Maria. Sozzi. in alle. tracta. de citatio. art. 5. post nu. 63. uers. secus si diceretur in literis. Verum circa omnes premissos casus potissimè cō suetudo inspici debebit. Pro aliquibus ex premissis uidere poteris, quę scripsi in 36. q. Regu. de Anna.

SVMMARIVM.

1 *An ualide procedatur contra successorem in beneficio literis pensionis non expeditis?*

2 *Successor ignorantiam prætendere potest.*

QVÆSTIO XXIII.

1 Vigesimotertio quęro † monetur successor in beneficio onerato ut pensionem soluat: & literę reseruationis pensionis sibi non intimantur, an ualidè contra sic monitum procedi possit? Pro opi. negatiua facit, q̄ † successor ignorantiam prętendere
2 potest gestorum per decessorem, seu prædecessorem, puta an ille consenserit alicui pensioni: uel an illud quod petitur ex illius causa, vel facto debeatur, ad tex. in l. vlt. in fin. ff. pro suo. in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. Bar. in l. nō ab re. in fi. C. unde ui. Pro opi. affirmatiua, quæ uerior est habemus Dec. Cassa. 12. de rescri. uide rationes, & iura de quibus ibi. & quæ adduco in 4. formula commis. in uersi. prænominatos hæredes. Et ad contra, quæ adduci possunt, responde tu ex mente Cassa. ubi supra. & Dec. 2. sub tit. de pensio. ad fi. uersi. Intimatio uerò, q̄ illa quandoque procederent, quando ageretur ad pœnam priuationis beneficij: seu ad incursum censurarum: non autem quādo duntaxat ad solutionem pēsionum decursarum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, uel successor absque noua monitione an excommunicari possit?*

Instantia transit ad hæredes.

2 *Hæredis in personam pęnam committi.*

3 *Periurium incurrendi, ac iuramenti effectus an transeat in hæredes?*

Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.

4 *Hæres eisdem iuribus astringitur, quibus eius autor.*

5 *Hæres citandus, stante statuto, quòd executio fiat contra hæredem.*

QVÆSTIO XXIIII.

1 Vigesimoquarto quæro † an hęres, uel successor ex processu facto contra defunctum monitū, sine noua monitione excōicari possit? Pro opi. affirmatiua adduci pōt, q̄ instantia transeat in hęredes. l. eū hoiem. ff. de fideiuss. l. si rē. 2. ff. de rei vend. & per Alex. in l. si cōstante. §. bona. ff. sol. mat. Magis autem
2 rē dici pōt, q̄ † hęres, uel successor tenetur ex contractu defuncti, & pęna cōmittitur in personam hæredis l. ult. de nauti. fœno. l. ad diē. ff. de uerb. obli. Et actiones cōpetentes defuncto actiuæ, & passiuæ transeūt in hęredes. ut toto tit. C. ut actio. ab hær. & cōtra hær. inci. & insti. de inuti. stip. §. per mortē. Secundo uidemus iurm defuncti (iux. opi. aliquorum) quoad effectus obseruantiæ contractus, excepto reatu periurij, afficere hæredes: ad hęredesquè transire tam actiuè, quam passiuè. Inn. in c. ueritatis, de iureiu. Bal. in l. et. in fi. ff. eo. Et oīa iura tam ciuilia, quā canonica interpretanda

prętanda sint, quòd vinculum iuramenti, & periurij liget tantum iurantem, & ipse contraueniens sit periurus, non alius. At effectus, & virtus iuramenti transeat etiam in hæredes, prout etiam concludunt Bar. in l. si quis pro eo. col. 3. & ibi Pau. Cast. nu. 5. ff. de fideiuss. Bal. in auth. sacramenta puberum, col. ult. C. si aduer. vendi. & ibi Saly. colum. pen. Paul. Castr. num. 3. & Corn. num. 140. in repet. Bald. in l. vlt. nu. 16. C. de pact. & in l. si quis. §. illud. C. de inoff. testa. Anto. de But. in c. cum contingat, num. 5. & Abb. nu. 18. de iureiur. Cassad. Dec. 2. nu. 10. eo. tit. Paris. consil. 75. pro resolutione num. 23. lib. 3. Pau. Cast. in l. si grege. nu. 5. ff. de lega. 1. præsertim si defunctus, qui iurauit promisit pro hæredibus. Et non minus hæres ciuiliter accusari poterit de incursa pœna, propter inobseruãtiam eius, quod defunctus iurauit, ex qua ipse, qui iurauit accusari potuisset. Barto. in l. cum quis decedẽs. §. codicillis. nu. 10. ff. de leg. 3. Affli. Dec. Neapo. 381. quædam Hyppolita. ad fi. Fede. de Sen. cõs. 267. per c. veritatis. de iureiur. And. de Iser. in const. eos, qui scienter. Capit. Dec. Neap. 75. Vel etiam iuxta opin. aliorum effectum † etiam incurrendi periu-
3 rium transire ad hæredes, prout voluerunt Ang. de Perus. consi. 326. in themate, ante num. 2. versi. Quia si tenor. Sozzi. consi. 38. in causa, post prin. versi. Et si uideatur, lib. 3. Felyn. in c. cum sit generale, col. 6. de fo. compe. Mar. Anto. Bauer. de Virtu. iuramen. post num. 62. consil. 45. uersi. sed si essemus in iuramento confirmatorio. ubi alios ad id citat. pro præmissis uide Fed. de Sen. cons. 281. statuto cauetur. Bald. in authen. sacramenta puberum. ad fi. C. si aduer. uend. & ibidem Pau. Castr. colum. j. idem Pau. consi. 77. uisis, & consideratis, lib. 2. Thom. Parpal. qui hoc seruari affirmat. in l. si quis maior. quæstio. 5. in 3. casu. C. de transactio. Alex. consi. 7. uolum. 6. colum. 2. & consi. 26. in fi. uolum. 7. quod etiam inuenies inter consil. Sozzi. lib. j. post consi. 78. uide etiam Cor. cons. 112. & cons. 287. colum. j. uolum. 4. Guid. Papæ sing. 345. §. Iuramentum non transit in hæredem, quo ad periculum animæ. & Dec. 414. incip. Iuramentum est quid personale. Ancha. in alle. c. ueritatis, de iureiur. Ias. cons. 76. colum. j. lib. j. Brun. cons. 12. col. 7. Cepo. cons. 36. colum. 3. & consil. 66. col. 7. Bartho. Cassen. cons. 47. col. 7. Fely. in c. cum sit generale, num. 9. de fo. compe. Rui. consi. 195. col. pen. lib. j. Gramm. con. ciui. 100. colum. 8. D. meum Phi. Dec. consi. 639. Loffre. consi. 23. colum. 2. Et opiniones hoc modo concordantur, quòd contractus iuratus, & eius virtus, ac effectus transeant ad hæredes tam actiuè quàm passiuè: iuramentum enim in contractu appositum ipsum confirmat: & sicut contractus de sui natura est perpetuus & transitorius ad hæredes, etiam de illis mentione non facta, est text. clarus in l. si pactum. de proba. & sic uirtus, & effectus iuramenti in eo appositi transit ad hæredes, & contra hęredes, ut supra dixi. Et ratio præcipua quare hæres teneatur seruare iuramentum à defuncto pręstitum illa adduci põt, quia hęres tenetur exonerare defuncti conscientiã, & pro eo satisfacere. est tex. in c. vlt. de sepult. in c. literis, de rapto. in c. ecclesia. §. item peccato Israelitarũ. uers. ueluti si quispiam, & ibi gl. in uers. conquisita. j. q. 4. Quod etiam uoluerunt Roma. consi. 149. cõclusionem, num. 4. Abb. in c. cum sit generale. num. 22. de fo. compe. Rui. consi. 20. num. 2. uol. 4. Sozzi. consil. 203. capiendo. num. 2. lib. 2. Cur. Iun. cons. 181. pręsupponitur, uersus fin. D. meus consi. 282. viso processu, num. 6. & consil. 303. in casu, nu. 6. Alcia. in l. 2. §. & harum. nu. 33. ff. de uerb. obli. Et quòd hæres teneatur ad interesse pro delicto defuncti etiam de iure canonico singulariter uoluerunt Bal. in l. j. col. ult. versic. Tertio autem casu. C. ne ex deli. defun. & in l. furti actione. C. de fur. Bar. Ang. ac Pau. Cast. in l. postulanti. in prin. per illum tex. ff. ad Treb. vbi quod si statutum disponat, quod instrumentum mittatur executioni contra debitorem in eo descriptum, possit etiam executio fieri contra eius hęredem, licet non sit nominatus, prout etiam notat Ias. in l. si cui legetur. §. vlt. in 3. no. ff. de leg. i. & consi. 217. communitas, col. 2. li. 2. pulchrè Catel. Cott. in suis Memoria. in versi. Hæres censetur. Et generaliter dicimus hęredem, &
4 † successorem affici, astringi, & iuuari, eisdem iurib. & vinculis quibus eius author. ad l. hęredem, quæ est 60. & l. in omnibus officijs, aliàs in ijs, quæ officij. quæ est 135. §. nõ debet. ff. de reg. iur. quod & uoluit Aret. consi. 36. casus talis est, num. 3. versi. Secundo dico, & consi. 112. considerans, col. 2. versic. De successore. Sozzi. cons. 82. super quæstionibus. nu. 3. lib. 3. Imò hęres censetur eadem persona cũ defuncto, vt dicit tex. in auth. de iureiur. à mor. pręsti. cir. prin. & declarat Bar. in l. 2. §. j. col. 2. ff. de pręto. stipula. Hinc dixit Bal. in l. j. C. quo. lega. quod nominato Titio, credatur et nominatus eius hęres, ita quod cessat contra hęredem illa excusatio, Tu non es nominatus in instrũo: quem ibi communiter sequuntur, & declarat Sozzi. consi. 141. lib. 2. ac D. meus cons. 162. col. 2. & Ias. consi. 217. pro totum. lib. 2. An autem si in contractu ponatur dictio taxatiua, duntaxat, solum, & similis trãseat obligatio actiuè, & passiuè, puta: Ego tantum, ego duntaxat promitto tibi decem, transit ad hęredes passiuè. Vel si Męuius dicat, promitto tibi soli, tibi tantũ, uel tibi duntaxat, obligatio transeat ad hęredes creditoris actiuè. Vide Bal. in l. vlt. C. de actio. empt. col. vlt. nu. 5. vbi et quod illa dictio taxatiua censetur apposita ad excludendum extraneos, non autem hęredes, per ea, quę ibi adducit. Verum magis communis opi. vr in contrarium, quod eo casu quo apposita sit dictio taxatiua non transeat obligatio ad hęredes actiuè, vel passiuè: quia censetur esse pactum personale, arg. tex. in l. nõ solum. §. tale. ff. de lib. leg. & in l. idem in duobus. §. j. ff. de pact. & uoluerunt Bar. Ang. Pau. Castr. & cõiter alij in l. qui in futurum. ff. de pact. Alij et sequuntur hanc opi. quos citat, hanc magis cõem affirmans Anton. Gomez. in tract. uaria. reso. tit. de quali. contract. nu. 13. uersi. Dubium tamen. Ex pręmissis colligi vr, quod fortius hęres, uel successor ex processu iã cum illius authore fabricato absq; noua monitione, censuris, & quibus uis alijs vijs uexari possit. Contrariam opi. & bene tenuit Rota prout Dec. 337. nota quod ex processu. in anti. per tex. in l. seruus. ff. de his, qui notan. infa. Et quia excõicatio fertur in contumacem, ad ea, quę adduxi super 2. formu. commis. in uersi. non paritionis. At contumacia in hęrede, vel successore cadere verisimiliter non potest. Et quia excõmunicatio in aliquem nõ citatum personaliter,

ſeu non monitum fieri non poteſt, prout probabo in
fra q. 26. poterit contra hęredem, vel ſucceſſorem
monitum, ſeu citatum procedi via mandati execu-
tiui, uel etiam uia excommunicationis, & cenſurarũ,
iuxta theo. Anto. de Butr. in c. licet, quam Abb. ibi in
fi. ſequitur. de voto. Et quòd ex contumacia defun-
cti non excommunicetur hęres, voluerunt Areti. &
Alex. in l. grege legato. ff. de leg. j. & Hyero. Cagno.
in l. hęredem. quę eſt 60. nu. 14. ff. de reg. iur. Quòd
abſque noua citatione, vel monitione hęres, uel ſuc
ceſſor excommunicari non poſſit, habemus text. in c.
à nobis. 2. in fi. vbi hęres debitoris defuncti excom
municari poſſit monendus eſt. de ſenten. excom. Et
uoluit Bal. in l. per diuerſas. in 10. q. C. manda. quòd
ſi ſtatutum diſponat executionem fieri debere cõtra
5 hæredem, † hęres citari debeat, ad hoc vt conſtet ip
ſum eſſe hęredem, & talis contra quem executio,
de qua loquitur ſtatutum fieri poſſit, ſequuntur Fel.
in c. quia G. num. 4. & D. meus col. 7. de iudi. Ruin.
conſi. 152. col. 2. & 5. uol. 4. & conſ. 88. col. 3. ac conſ.
102. col. j. uol. 5. & Boe. Dec. 295. nu. 15. Florentię ad
eſt ſtatutum. li. 2. rub. 29. de hęredib. & hęreditate de
bitoris conuenien. pro quo videri poterunt Angel.
conſi. 386. ſtatuto Floren. Pau. Caſt. in l. ſi ſeruum. §.
ult. in fi. ff. de acq. hęr. in l. qui iure familiaritatis. ff. de
acq. poſ. in l. j. C. de repu. hęr. & cõſi. 55. lib. j. in nou.
6 † Corn. conſi. 91. col. 4. uſq; in fi. Sozzi. conſi. 60. col.
3. lib. j. & 133. vol. 4. Nonnulla huc ſpectantia, ac ad
rem noſtram facientia inuenies apud Aug. Bero. eius
quęſt. familia. 57. incip. ſtatuto cauetur, ut contra de-
bitores. Pro pręmiſſorum corroboratione illud etiã
adduci poteſt, quòd iuramentum adeo ſit perſonale.
c. veniens, d. iureiur. vt licet iurans poſſit cogi ad
factum iuxta gl. ſingu. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob
7 cau. tamen eius hęres † ad factum cogi non poterit,
ut concludit Bal. in pręlud. feud. col. 7. Nec hęres iu-
rantis efficitur de foro eccleſię, ut notat Bald. in l. j.
verſ. Extra quęro. C. de reb. credi. & in auth. ſacra-
menta puberum. C. ſi aduer. uend. Amplio ut ſicut
iuramentum non tranſit in hęredes ita nec facultas
8 iurandi † Bal. in l. 2. C. de condi. inde. Et pro decla-
rione huius ampliationis uidendę ſunt quatuor am-
pliationes, quas ponit M. Anton. Bauer. in tracta. de
virtu. iura.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta uigore monitorij an ſit bona, & reſti-
tuibilis.*
2 *Diſtinctione contrarietas tollitur.*

QVÆSTIO XXV.

VIgeſimoquinto q̄ro † an monitorij uigore capta
poſſeſſio ſit bona, & reſtituibilis? Supponen-
da eſt extra. Pau. 3. ꝓhibẽs cũ decreto irritãti poſſeſ-
ſionem capi uia mandati, dic tu uel etiam monitorij,
ut infra oſtendã, per tranſumpta ſupplicationum, de
qua extra, ſeu regula perpetuò ualitura loquor ĩ 4. q.
32. Reg. nu. 13. Iuxta thema pręmiſſum. Rota in Ca
laguritan. de la puebla coram Capizucca inter Petrũ
de Montoio, & Martinum Perez, in qua ego ſcripſi,
diſtinguebat hoc modo uidelicet. Aut ſupplica-
tio, ſeu ſupplicationis tranſumptum inſerta erat in
monitorio, & quia tunc in loco beneficij datur poſ-
ſeſſio timore monitorij, & ordinarius veriſimiliter
credere poteſt, ꝙ propter illam inſertionẽ debet tra-
di poſſeſſio, quo caſu Regulę, ſeu extraua. prodictę
locus eſt, & conſequenter poſſeſſio non fuiſſet bona.
Aut quis poſſeſſionem capit cum monitorio, & poſt
modum habuit ſupplicationem, tamen quia iudex
de partibus potuiſſet poſſeſſionem denegare cum ſo
la ſupplicatione. Et ſic non eſt eadem ratio: & hoc
caſu uoluerunt Domini bonam eſſe poſſeſſionem ca
ptam, & reſtituibilem uigore ſupplicationis: neque
eſſe infectam per decretum Regulę, & propterea il-
la non obſtante in pręfata cauſa poſſeſſionem eſſe re
ſtituibilẽ decreuerunt. Hęc ferè ad literam deſcripta
ſunt in Dec. Achil. de conſti. Et ſic etiam Rota ſuppo
nit extra. illam nõ ſolum procedere in mandatis, ſed
etiam in monitorijs. Sed quomodo defendam alterã
Dec. quam poſui in alleg. q. 4. Reg. 31. nu. 13. quę vult
extra. huiuimodi non habere locum in monitorijs.
2 † Ad euitandam contrarietatem diſtinctione opus
eſt. ad l. inter ſtipulantem. ff. de verb. obli. Bar. in j. cõ-
ſti. C. nu. 13. uerſ. Nota, quòd contrarietas. & p Cur.
Iun. conſil. 147. contra ea, nu. 4. & 6. Diſtinguo igitur
ſic. Aut loquimur in monitorijs, cum clauſula, ſiquis
ſenſerit &c. quæ per comparitionem reſoluitur in
ſimplicem citationem. prout per Abb. in c. j. poſt nu.
6. de cau. poſ. & proprie. & per Pariſ. conſi. 113. moni
torium ruti. in princ. uol. 4. & procedant quę dixi in
d. q. 31. Regu. Aut loquimur in monitorijs abſque il
la clauſula: & quę monitoria per comparationem nõ
reſoluuntur in ſimplicem citationem, & procedat
Dec. Achil. pręmiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium an perſonaliter intimari debeat?*
2 *Citatio perſonalis non requiritur in cauſis ciuili-
bus.*
3 *Excommunicandus perſonaliter citari debet.*
4 *Perſonalis citatio quando non requiratur?*

QVÆSTIO XXVI.

VIgeſimo ſexto quęro † an monitorium perſo-
nalem intimationem, ſeu executionem requi-
rat? Stante æquiparatione citationis, & monitorij
2 ut ſupra, videtur negatiuè reſpondendum: † citatio
enim perſonalis non neceſſario in cauſis, præſertim
ciuilibus requiritur. l. j. §. permittitur. ff. de agno. lib.
l. aut qui aliter. §. ſi fortè. ff. quod vi, aut clam. l. ſcire
oportet. §. oportet. ff. de exec. tut. l. 4. §. p̄tor. & ibi per
oẽs. ff. de dam. infec. cap. cauſam, ante fin. ubi quòd
etiam contra non perſonaliter citatum ad ſenten-
tiam procedi poteſt. de dol. & contu. Ex ſententia ue
ro Innocen. & Hoſtien. in capitu. vltimo, de eo, qui
mitti. in poſſeſſ. cau. rei ſeruan. eliciunt omnes, quòd
3 excommunicandus † perſonaliter citandus ueniat
propter grauitatem pręiudicij, quod per excom-
municationem infertur. Idem dixerunt Abbas
columna vltima, ac Collecta. in dicto capitulo
vlt.

ult.de eo, qui mitti.in possess.Pau.Cast.in alle.l.4.§. pretor ait.col.j.ff.de dam.infec.ꝑposi.in ca.caueant, contra gl.ibi.3.q.9.And.Tiraq de ut.retra. lib.j.§.9. gl.nu.4.Fel.in c.cum sit Romana, num. 13.& seq.de appel.Bald.in l.ut perfectius.C.de anna.excep.col.2. & in l.in actionibus.in lect.antiqua in fi.ff.de in lit.iu ran.Io.Fab.in §.ult.Insti.de pœna teme.liti.Roman. consi.482.in casu.nu.2.Rot.313.nota ꝙ lite.& 337. nota ꝙ ex processu.uers.Vnde antequam aliquis excommunicetur oportet, ꝙ personaliter moneatur.in antiq.Ca isa.Dec.12.de rescr.& Dec.2.de pensio.Lāfran.de citatio.nu.16.uersi.Vnde non omittes. Monitorium autem decernitur sub pœna excommunicationis: ergo personaliter intimari debet.In Reperto.etiam Inquisitio.in uers.citatio, notatur, ꝙ citatio personalis requiritur ad sententiam excommunicationis.Et generaliter, ꝙ quando inferri potest magna iactura, & graue preiudicium, non sufficiat citatio facta domi, uel aliàs non personalis: quo casu sic citatus dicitur fictus contumax: & ex tali citatione elicit presumpta scientia, non autem vera; & sic non sufficit.prout præter predictos voluerunt Bar.in l.vlt.ff. de in inte.resti.Alex.in l.plerique, col.2.versi. Nota ex hac lege.ff.de in ius uocan.ꝑceptor meus cons.34. nu.4.Phi.Fran.in c.concertationi.ad fi.uersic.Et per hoc dicit Rota.de appel.li.6. Et dixit Ang. cons.186. in prin. ꝙ statutum loquens in contumace nō habet locum in citato ad domum, nisi probetur ipsum habuisse ueram scientiam: & respondet ad illud, ꝙ presumatur à familia certificatus de citatione. Quid tenēdum? Infinita pro utraque parte adduci possent. Ego breuitati studens concluderem in omnibus casib.in quibus citatio personalis quo ad causas ciuiles requiritur, personalem intimationem monitorij faciendam esse, multo magis ubi petitur quem excom-
4 municari.† In quibusdam autem casib. puta si quis malitiosè se absentet, ne intimatio ad eū perueniat, & in aliquibus casibus infra dicendis, etiam aliquo personaliter non monito potest ad excommunicationē, & monitorij redintegrationem procedi, de qua infra tractabimus. Et antequam ad distinctiones ipsas deueniam, ostendo, ꝙ etiam ex mente Rotę quis non personaliter citatus excommunicari possit. Pro quo adduco in terminis Rot.Bellame.188.incip.Vt citatus excommunicetur. Vbi quòd ad hoc ut citatus per edictum excommunicari possit, vltra affixionē edicti in partibus vicinis, verisimilis notitia excōmunicandi de citatione huiusmodi probari debet. Ergo etiā ex mēte Rotę non procedit absolutè, ꝙ excommunicationis ad fulminationem parte personaliter non citata peruenire non possit. Et ꝙ citatio personalis contra excommunicandum fraudulentur se absentantem, seu latitantem, non requiratur, uoluit Innoc.& alij in cap.si aduersarius. de eo qui mitti.in possess.cau.rei seruan. sequuntur Ang. in l.ut perfectius.C.de anna.excep.& Lanfran.de Oria.in c.quoniam contra.in uersi.citationes, col.4.uer. Vnde non omittes singularissimam.de proba. Quantum verò ad dubium illud latissimum, & anceps attinet, an citatio domi, vel per edictum facta sufficiat, an uerò personalis citatio requiratur, uerior, & magis communis opin.est: Quòd aut quis personaliter reperiri potest. Aut non. Primo casu requiratur personalis: secundo sufficiat executio facta domi: uel per edictū pro omnibus actibus iudiciarijs, iuxta dist. Barto. & Pau.Castr.in l.4.§.pretor.ff.de dam.infect.quam ibi Alex.nu.2.dicit magis communem: sequitur Abb.in alleg.c.causam, nu.5.de do.& contu. Mil.in repet. in uersi.citatio prima debet fieri personaliter. Lanfran. in prealleg.tract.de citatione, seu in repe.c.quoniam contra.in uers.citatio.de proba.post nu.16.uersi.Qđ est uerum nisi iste se absentet fraudulentur, ut ad eū non perueniat citatio. Idem uoluerunt Inn.& alij iu alleg.c.ulti.de eo qui mitti.in pos.Matthe. Matthesi. not.133.& Tiraq.in allega.tracta.de vt.retra.lib.j.§. 9.gl.2.nu.7. & in prealle. Repert.Inquisito.in uersi. citatio.versic. Quod verum nisi citandus se absentet.Pro quibus uideantur ea, quę scripsi in 71.q.Regu.de Anna.nu.5.& seq. Et in aliquibus casibus ibi, & in locis supra adductis contentis, puta siquis latitet, vel malitiosè, & fraudulenter se absentauerit, uel si propter aduersarij potentiam, uel iustum metum nemo ad illum citandum accedere audeat, seu monitorij qualitercunque executi notitiam habere presumatur, puto, ꝙ etiam si quis personaliter citatus non fuerit excommunicari possit. Et ꝙ sufficiat monitorium, seu citationem peruenire ad citandi notitiam, habemus regulam, eū qui certus.li.6.facit tex. in cle.causam.de electio.in fi.ubi ꝙ citatio illegitima cum notitia subsecuta, ita ligat sicut citatio ab initio legitima.Rom.consi.410.Hyppo.de Marsi.super rubri.C.de probatio.num.371.& sing. 259.Tiraq. ubi supra, num.16.Et in terminis citationis male executę, puta ad domum (ubi personaliter facienda erat) quòd sufficiat notitia malè citati concludit Fely. in c. cum sit Romana. col.5.de appel. ubi etiam aliam limitationem adducit, uidelicet, quòd non requiratur citatio personalis, quando agitur de reintrudendo in eandem excommunicationem malè absolutum. Postremò, quòd etiam in sententia declaratoria quem incidisse in censuras, seu pœnas ipso facto, requiratur citatio (licet nonnulli contrarium affirmauerint) tenuit gloss.in clem.presenti, in versicu.constiterit, de censibus.quam omnes sequuntur.ut dicit Sozzi.con sil.20.post nu.16. Rip.in l.is cui bonis. nu.27. ff.de uerb.oblig.D.meus Phil. Dec.in c.reprensibilis, post num.2.de appell.Iul.Clar.senten.lib.5. §.vlt. q.31, num.3.uersi.Item adde.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium prius executum an censeatur, quàm quę in Rota citatum ad exclusionem attentatorum?*
2 *Citans primo, præuenire dicitur.*
3 *Ordinaria uia fauorabilior.*
4 *Citatio plenam causæ certitudinem continens plus operatur.*
5 *Delegatus maior, & dignior est quocunque ordinario.*
6 *Rota loquente cætera tribunalia obmutescunt.*

QVÆSTIO XXVII.

VIgeſimoſeptimo q̃ro. Eadẽ die reperiebatur pſentata cõmiſſio, & citata pars coram Rotę Auditore ad dicendum contra commiſſionem: & quoddam monitorium executum contra actorem pro parte rei coram Auditore Camerę ſuper eadem re.
1 † Quęritur an monitorij executio huiuſmodi ſit attentata, & cuius horum tribunalium iuriſdictio in caſu propoſito pręualeat? Quo ad primum quęſitũ, inueni in terminis Dec. Creſcen. in tit. de cau. poſ. & propri. 100. aliàs 53. in qua continetur, ꝙ in Caſalen. beneficij corã Paulo Capizucca concluſũ fuit pro nõ attentatis, ex quo non apperebat, quis horum actuũ pręceſſiſſet. Et pręſumendum erat monitorium executũ tempore licito ne pręſumeretur delictum. arg. tex. in l. meritò. ff. pro ſocio, & ſic ante citationẽ executam, ad dicendum contra commiſſionem ad Rot. Bellame. 699. ſuppoſito, ꝙ cauſa, quę eſt etiam in no. 469. per Fel. in c. ſuper literis, ante nu. 13. uerſ. Limita primo, de reſcrip. pro quibus etiam adduci poteſt text. in l. item apud Labeonem. §. ſi communem. iun. gl. in uerſi. ſi cum iure. ff. de iniur. Bar. in l. non ſolum §. ſed ut probari, nu. 3. ff. de no. op. nun. & per eundẽ in l. gerit, col. 6. ff. de acq. hęred. ſic etiam dicimus, ꝙ actus ille pręcedere pręſumitur (quando ſumus in dubio) qui pręcedere debebat pro ualiditate actus. Alex. in l. 2. §. prius, col. 2. uerſi. Quod ubi aliàs. ff. de vulg. & pup. conſil. 112. uol. 5. Caſſa. Dec. 21. de pręb. Fely. in c. paſtoralis, col. 4. de reſcri. Quoad ſecundũ dubium, ꝙ Auditoris Camerę iuriſdictio pręualeat, probatur, ex quo (ut pręmiſi) pręſumptio eſt monitorium prius executum fuiſſe. Vnde Auditor Camerę
2 † pręuenit prius citando. c. gratum, & c. licet. de offi. deleg. c. propoſuiſti, de fo. comp. tracto ſuper 10. Formula commiſſion. Audiat, qui pręuenit. Secundo
3 uia monitorij eſt † ordinaria, ergo fauorabilior, & magis attendenda, ad l. ſeio. §. medico. & ibi Barto. ff. de ann. lega. ca. licet. de offic. ordi. Sozzi. in l. qui Romę. §. Callimacus. col. 5. ff. de uer. obl. Et ꝙ ſit firmior iuriſdictio ordinarij, quã delegati, uoluerunt Archi. in c. ſi quis epiſcopus. 2. q. 6. Alex. & communiter Doct. ſuper rub. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdi. Tertio monitorium, quod intimatur ſpecificat omnia, & certiorem reddit eum cum pręſentatur ſuper omnibus, quę ab ipſo petuntur: non ſic citatio ad dicendum contra commiſſionem, quę nec plenè, nec ſemiplenè inſtruit aduerſarium, ſuper quib. quo iure, & qua cauſa conueniatur, ſeu in iudiciũ euocetur. Immo citatio huiuſmodi non ſpecificat quid
4 ipſa commiſſio contineat, quo caſu † minus attenditur, & minus operatur hæc citatio, quàm illa, quę plenam cauſę certitudinem continet. pręalleg. Dec. 469. ſuppoſito, quòd cauſa, pręſertim in fi. in nouiſ. Bellam. 699. & Fel. in alleg. c. ſuper literis. nu. 13. in j. limi. uerſi. Niſi appareat, quòd citatio plena pręceſſerit impetrationem. de reſcrip. In contrarium autem
5 facit, quia Auditor Rotæ eſt delegatus, † delegatus autem quilibet maior, digniorque eſt quocunque ordinatio. c. ſanè. 2. de offi. deleg. glo. ſuper rub. eo tit. c. ſtuduiſti. de offi. leg. c. paſtoralis. §. pręterea, de of. ordi. Ang. in l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iud. Doc. ſuper rubr. de offi. deleg. ſuper qua etiam ego ſcribo. Inſuper Rotę tribunal omnibus alijs, quęcunque ſint pponi debet, † & ea loquente cętera ſileant, non ſecus ac (ut antiqui Gentiles aſſerebant) oraculo Delphico loquente cętera obmutuiſſent. Ad contraria 6
reſponderi poſſet, & primo ad primum, quòd non obſtet illa pręſumptio, quia procederet ſolum ad illum effectum excludendi delictum: & ſic limitata cauſa limitatum debet producere effectum. vulga. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. l. cancellauerat. ff. de ijs, quę in teſtam. delen. l. militis codicillis. §. j. ff. de mili. teſta. Ad ſecundum de facultate ordinaria reſponderi poteſt, quòd adducta loquantur in terminis ſat diuerſis: & nunc tractamus quę poteſtas ordinarij, an delegati ſit potentior, ualidior, & pręſtantior. In Rotę Auditore utraque qualitas conſiderari poteſt, videlicet quòd dicatur ordinarius in cognoſcendo: & delegatus in pronunciando, ad gl. j. in clem. Auditor, de reſcr. Ad tertium reſpondet Fely. in alleg. c. ſuper literis, poſt nu. 13. uer. ſed primus caſus non uidetur procedere in citatione facta per curſorem in Rom. Cur. licet dicta Dec. etiam de illa expreſsè loquatur, quia ibi poteſt citatus (ſi vult) facilè habere copiam commiſſionis, & ex contentis in ea ſe inſtruere. Tertia opin. excogitari, & ſubſtineri poſſet, ut neutra harum executionum, monitorij, uidelicet ac citationis ſubſiſtat, propter dubium, ſeu incertitudinẽ, quę illarum pręceſſerit. argum. tex. in l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tute. l. ſi fuerit legatum relictum. & l. ſi quis de pluribus. ff. de reb. dub. & ad alia, quę adduco in 4. q. 3. Reg. Cancel. nu. 2. cum pluribus. ſeq. Quid tenendum? Quid ego ſentiam, aperiam ſuper illa Regu. prohibente concedi mandata a iudicibus Roman. Cur. pro adipiſcenda poſſeſſione beneficiorum ante literarum expeditionem, de qua loquor in 4. q. Reg. Quòd commiſſio. in cauſa num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Monito N. ad docendum ſe paruiſſe literis, ſi actor inſtet declarari locum eſſe regreſſui, an procuratori moniti danda ſit dilatio?*
2 *Pæna priuationis, uel caducitatis non incurritur ante partis declarationem.*
3 *Penſionem ſolui inſtans caducitatem remiſiſſe videt.*
4 *Dilatio conceditur propter ius nouum.*

QVÆSTIO XXVIII.

VIgeſimo octauo q̃ro † monito N. ad docendũ ſe paruiſſe literis Apoſt. in quib. cõſtituta erat penſio, & ob non ſolutionem conceſſus erat regreſſus, ſi poſtea ſolutione non probata actor petat declarari locum fuiſſe regreſſui ob non ſolutionem, & procurator moniti petat dilationes ad partes conſulendum eius principalem, an dilatio huiuſmodi concedi debeat? Pro opin. affirmatiua conſidero, quòd principalis intentio actoris uidetur eſſe, ut aſſequatur pecunias pro penſionibus nõ ſolutis ſibi debitas: monitusque ad alterum duorum tenetur: uel docere ſe ſoluiſſe: uel ſi non ſoluerit tempore debito, ſaltem dum

dum interpellatur, etiam purgando moram, soluere, cum antequam pars aduersa declaret se pœnam consequi velle: vel instare, seu profiteri aduersarium
2 priuatum esse † pena priuationis caducitatis, seu alia similis nondum dicitur incursa. prout per omnes in l.2.C.de iu.emphy.& in c.potuit.de loca. Et faciunt, quę uoluit in simi.D.meus consil.138.& diligenter. nu.6. Immo cũ moneat aduersarium ad docendum se paruisse literis, quæ literæ illum obligant ad solutionem pensionum, nihil aliud uelle uidetur, quàm
3 ut soluat, & cum instet pro solutione, † omnem caducitatem, & priuationis pœnam remittere uidetur. iuxta ueriorem, & magis communem opin. de qua per Ias.in alle.l.2.num.224.ac 128.uers.secundo quęro, & est pulchra questio. ubi alios refert. C.de iu.emph. Cassad.Dec.2.de loca. post num.3. Si igitur † actor
4 aliam uiam, seu aliud ius, quàm prius tentare visus esset, nunc tentat, procuratori ad desuper suum principalem consulendum, dilationem omnino concedendam fore dicimus: cum noua requiratur instructio: nec quis instructus uenisse censeri debet, nisi respectu iuris, quod aduersarius intentauerat. ad Rot. 320.licet in causis.in nou.& Cassa.Dec.2.de dilatio. nu.4. Contrarium in casu prędicto concluserunt Domini de Rota in Toletan. Pension. coram Camillo. prout Dec.Crescen.97.aliàs 9.sub tit.de Dilatio.incip. Monitus ad docendum. rationem adducit, quæ est, ꝙ in monitorio ad docendum de solutione ueniebat regressus ob non solutionem accessoriè, de quo monitus certioratus poterat procuratoré mittere ad se defendendum.

SVMMARIVM.

1 *Monitus pro solutione mille, in quingentis debitor, an totum negare possit?*

2 *Positio in parte falsa, an tota negari possit?*

QVÆSTIO XXIX.

1 Vigesimo nono quæro, † monitus ut soluat mille, si in quingentis tantum sit debitor, an citra calumniam totum negare possit? Pro affirmatiua adduco tex.in l.qui solidum.in fi. prin.a contrario sensu, & ibi Bar. Pau.Cast.Imol.& Sal.ff.de leg.2.in l.properandum. §.sin autem alterutra.ubi etiam Ias.nu.12.C.de iud. Spec.in tit.de lit.conte.§.2.uersi. Si autem copulatiuè.gl.in c.2.in uer.rationabili causa.uersi.uel poterit simpliciter positionem negare. & ibidem Geminia. colum.3.uersic. Ibi sigillatim. de confes.lib.6.glo.in ca.præsentium.in uersi.sigillatim.de testib. eo.lib.6. Bal.in l.2.§.quæ obseruari.col.2.uer. Sed quid si positiò.C.de iura.calum.& in l.ea quę.q.9. C.de cond. inde.Idem Bal.in c.dudum 2.nu.30.uersi.Quero pone.de electio. Alberi.in l.ꝙ sæpe. in §.ueneni, ubi dicit ita obtinuisse.ff.de contra.empt.Pract.Pap.in forma position.actoris.in gl.ponens.D.meus Phi. Dec. in l.non potest. col.2.uersi.Et ideo. ubi hanc uerioré dicit.ff.de reg.iur.ubi uideat ét Hier. Cag. qui alios citat nu.4.& seq.Aret.i l.ptęrea.in 2.no.ff.mād.Ang. Aret.in §.si quis agés.post nu.17.uer. Quid si actor plus petit.Insti.de actio.Alex.cons.183.uiso puncto quæstionis.col.2. vers. Præterea etiam considero, ꝙ dicta positio.uol.5. Lanfran.in repe.c.quoniam contra.in uers.responsiones, in 9.reg.de proba. Io.Crot in rep.l.1.§.Si stipulanti.post num.5.uersic.Contrariam tamen opinio. ubi respondet rationi in contrarium adductę per Imol.dicens, ꝙ qui ponit mutuasse centum, censetur affirmare, quòd illam quantitatem, & non minorem ipse mutuauit. Idem voluit Alciat.ibidem nu.48. hanc magis communem affirmás ff.de uerb.obli. Pro negatiua concludunt Cyn. Bart. Alex.Areti.Ias.& alij, hanc communem, & communiorem testantes in alle.l.j.§.si stipulanti.ff.dę verb. oblig.Bart.in l.si is qui ducenta.§.utrum.col.ult.uer. Venio ad uersi.perinde.ff.de reb.dub.Io.And. in ca. præsentium.col.2. uersi.in gl.quia positio. de testib. lib.6.Bald.in l.1.col.2.& seq.in 6.& 7.q. C.Et dixit Bal.in l.1.col.9.C.de furt. ꝙ negans contractum, perdit illius beneficium.Abb.in ca.1.num.15.& Maria. Sozzi.in 10.& 11.q.de plus petitio. Anto.de Butr.in c.j.col.pen.uersi.Sed est dubium, ubi hanc communé affirmat.de lit.conte.Barba.consl.283.col.2. lib.3. & alij relati in Apostil.ad Dec.in alle.l.non potest.in uersi.in totum.ff.de reg.iur.Idem concludit post Anto.de Butr.& Imol.Felyn.in c.concupiscentiam. col. vlt.de constit. Et ratio adducitur, quæ est, quòd admitti debeat pars vera, petens enim totum non videtur excludere partem. Et idem uoluit, concludens subditos denegare posse charitatiuum subsidium episcopo, solum in eo, in quo excedit taxam Belenci.de charita.subsi.quęst.46. Et Doct.ubi supra adducunt diuersas cautelas, & Aduocatorum practicas. Ego opin. pręceptoris mei pro affirmatiua in praxi quoad propositum quęsitum seruari uidi, & in dies, &
1 passim similia monitoria simpliciter negantur. In curia uerò capitolina, & alibi extra Rom.Cu.respondetur libello, monitorio, uel pręcepto hoc modó videlicet. Negauit narrata prout narrantur, uera fuisse, & esse. In responsione uerò positionibus, si contineant uera, & falsa, tam Romæ, quàm alibi dicitur. Non credit ut ponitur. Aduertendum tamen est, quòd dictum Bar.& cõmunis opin.uidetur potissimè fundari in illis tribus glossis.c.2.de confes.lib.6.& in cap. pręsentium.de testi.eo.lib. Aret.in l.j.§. si stipulante. ff.de uerb.oblig.col.4.uersi. Et etiam hoc potest inferri, dicit illas glo.uideri uelle oppositum, ꝙ ratione partis falsę totum possit negari. Postea idem Areti. dum subdit illud exemplum, pono, ꝙ possedi per annos, & tu negasti positionem, possim postea ponere, ꝙ possedi decem annis, & tu respondere tenearis, concludit ipse cum Ioan. de Imol. pro negatiua, ꝙ non tenearis respondere. Successiuè idem Aret.negat illud assumptum, seu suppositum, quòd qui interrogat super toto, uideatur interrogare super qualibet eius parte.citans tex.in l.non alienum.in princ. ff. de interroga.actio. ubi quòd qui vult sibi responderi de parte, debeat interrogare de toto, & de parte ipsius: & hoc facto ille qui negat simpliciter, uidetur negare totum, & partem. Ipse tandem Areti.ubi supra fatetur magis communem opin.esse cum Bar. Corroboro opinioné meã cõtra Bar. in qua ego resideo, p ea, quę adducit Hyp.de Marsi.super rub.ff.de fideiusso.nu.339.uer.fallit nisi ab ipso fideiussore pe

tatur plus debito: vbi ponit regulam generalem, quòd licitum sit negare totum propter partem plus petitam, pro quo etiam citat illas duas glo. de quibus supra, & plures hanc opinionem tenentes recenset idem Marsy. affirmans hanc esse communem opinio. Tu autem hanc teneas, vel tamquam hodie magis communem, & in praxi, ac in iudicijs receptam, & tamquam æquiorem, & rationi consonam.

SVMMARIVM.

1 *Contra alterum ex monitis sub pœnis &c. non reproducentem testes suspectos, qualiter, & ad quos actus procedendum sit?*

Testes ad concordiam reducendi.

2 *Instrumentum suspectum de falso quis reproducere tenetur.*

3 *Testes suspectos de falso quis reproducere tenetur.*

4 *Sub pœna amissionis causæ, & priuationis, verba quid operentur?*

QVÆSTIO XXX.

1 Trigesimo quæro † monentur partes litigantes instante fisco, in causa ciuili pendente interesse habente, quòd debeant intra tot dies reproduxisse testes suspectos de falso, sub pœna amissionis causæ priuationis iurium, & alijs: vna parte reproducente, & altera non, qualiter, & ad quos actus procedendum sit? Respondeo, quòd antequam deueniatur ad decretum huiusmodi monitorij officium iudicis est bene perscrutari, & oculis (vt aiunt) linceis discernere, ac diligétissimè perquirere, an testes, qui videantur inter se discordes, uel sibi ipsis non constare seu contrarij, possint ad concordiam reduci, ut dixit Bal. per illum tex. in l. item videndum. ff. de peti. hæred. ac in §. quibus, in j. consti. C. de pace Constan. in uersi. die lunæ, & Bart. in l. Gallus. §. ille casus ff. de lib. & posth. quam concordiam iudex omni conatu quærere debet, ac omni subtilitate: etiam per impropriam verborum significationem, subauditionem, extensionem, geminationem actuum, & per plures alios modos, de quibus per Roma. in l. j. in j. lectu. col. 4. & in 2. lect. ff. si cer. pet. per eundem in l. 1. col. 2. ff. de no. ope. nun. Fely. in prohe. Decreta. in uersic. Rex pacificus, col. 2. & seq. & cōem regulam esse dixit D. meus Phil. Dec. consil. 105. num. 2. sufficere conuenire testes in facto principali. Et licet essent contrarij in quibusdam accessorijs non refert. Bal. in l. eos, colum. 2. ff. de fals. & in l. 1. uersus fin. C. de transactio. Ang. consi. 284. ex themate, col. 7. Spec. in tit. de testib. §. 7. uersi. item quòd de suo. Immo etiam in facto principali modica falsitas, seu contrarietas non curatur secundum Ant. de Butr. in c. 2. de regula. Refert Alex. consi. 5. in causa inquisitionis, lib. j. Verum si testes concordari non possunt conclu-
2 do, quòd † sicut quis tenetur reproducere instrumétum suspectum de falso. l. vlt. C. de fid. instr. & per in-
3 fra modo citandos, ita † etiam testes suspectos de falso. Bal. post Nic. de Mattharel. in d. l. vlt. quod dictū pro nota. refert, & sequitur Fel. in c. per tuas, post nu.
4 6. uer. vltimo post alios adde. de test. Illa † autem uerba, sub pœna amissionis causæ, & priuationis iurium, operantur, q͂ contrafaciens, seu non implens, quæ sibi mandatur, causam amittat, & priuandus veniat suis iuribus. ad c. j. & ibi Abb. de loca. c. uni. & ibi gl. communiter comprobata, de sagitta. c. uni. de eo, qui ord. furti. susce. Seruatis igitur quatuor terminis, ad docendum, se repręsentasse testes, ac paruisse monitorio, de stilo seruari solitis, ad declaratoriam amissionis causæ & priuationis iurium deuenietur, quæ declaratoria in similibus necessaria est. c. cum secundum. cir. fi. de hære. lib. 6. ubi etiam Gemi. & Ant. de But. in c. cum causam. col. pen. uers. quæro quid si. de iura. calum. Fel. in c. Rodulphus, uers. sed declaratoria sententia requiritur. & in c. causam quæ. in j. limi. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Monitorij ad reintegrationem, quando, & qualiter deueniatur?*

2 *Pragmatici Romani formulas norunt, illarum autem causas, originem, principia ac rationes ignorant.*

3 *Contumacia in non parendo, uel non comparendo, & num. 5.*

4 *Contumax absque noua citatione mulctari non debet.*

6 *Terminus trium dierum, quare in monitorio apponatur?*

7 *Excommunicationis sententiam præcedere debet trina monitio.*

8 *Triduum terminus competens, eorum, quæ incontinenti fieri, uel probari debent.*

9 *Nisi infra tres, clausula.*

10 *Nisi, quot modis sumatur?*

11 *Nisi, conditinem facit suspensiuam, in sententia, seu præcepto iudicis.*

12 *Redintegrare monitorium quid sit?*

Animæ periculum ubi uersatur, delictum in dubio præsumendum.

13 *Redintegrare potius, quàm reintegrare.*

QVÆSTIO XXXI.

1 Trigesimo primo quæro † quando, & quomodo deueniatur ad monitorij redintegrationem, & quid sit, & quid operetur redintegratio huiusmodi? Hic plura circa praxim Romanę curiæ tangam, quæ, & nonnulla ex præmissis, præsertim qua ratione instituta sint, pleris que pragmaticis Romanis incognita hactenus (vt puto) fuerunt: quibus illud Philosophi ad fin. 6. lib. Ethico. conuenit. Atque ut robusto (inquit) fit in corpore oculis se mouente, errat enim vehementer, ex eo, quia non habet uisum &c. sic etiam
2 † pragmatici isti obseruationes, & formulas norunt, illarum autem causas, origines, principia, ac rationes ignorant. Supponendum est imprimis stylus proce-
3 dendi uia monitorij. † Illo enim executo, si monitus infra terminum pręfixum sibi, non paruit monitorio uel non comparet; proceditur contra eum ut contu-
4 macem. Et licet dubium sit apud Docto. † an contumax absque noua citatione mulctari possit: uerior tamen

tamen opin. est, quòd noua citatio requiratur. ad tex. in l. 2. ibi, Ex causa à competenti iudice mulcta pro iurisdictione iudicis damnabitur, & ibi per Bartol. in 1. lectur. numero 17. ff. si quis in ius vocat. non ier. per Docto. in l. secunda. ff. si quis ius dicen. non obtẽpe. per Maria. Sozzi. in c. ueniens, nu. 9. in vlt. not. de accus. & per omnes can. in c. 1. de iudi. præsertim per Aret. num. 61. & Rip. num. 80. in 2. colum. vbi hanc communem opin. dicunt. Iuxta hanc opin. Romanus stilus habet, ut contumax denuò citetur, & nõ tantum semel, sed & pluries, ut infra ostendam, ea potissimum ratione, quòd non solũ agamus de mulcta, seu pœna contra cõtumacem: sed & de fulminandis ecclesiasticis censuris, etiam hodie in subsidium. Ad quarum censurarum fulminationem non nisi ex magna causa deueniendum est. cap. sacr. de sent. excom. & per Doctor. in dicto capit. primo, de iudic. Monitus Romę quatenus infra tres dies debeat satisfecisse Męuio de aliqua pecuniarum summa, post illos tres dies citabitur ad videndum decerni mandatum executiuum (& si in subsidium hodie) ad uidendum se excommunicari, quia non paruit monitorio. Actorque monitorio reproducto, mandatum executiuum, contra contumacem obtinebit, vel in subsidium, eundem contumacem excommunicari faciet nisi ad primam diem, vel nisi infra tres dies, & regulariter cum intimatione. Excommunicari etiam, quòd quis possit propter contumaciam, probaui in prima formula

5 commission. in ver. Non paritionis. † Contumacia autem propter quam sic monitus excommunicatur duobus modis considerari potest: vel quia contumacia sit in non comparendo, vt in cap. quoniam frequenter. ad fin. vt lit. non conte. versicu. Vel in contumacem est ecclesiastica sententia ferenda. capi. ex parte. prima, ibi, Ad intelligendam, de verborum significat. cap. venerabilibus. §. porrò. de senten. excommun. libro sexto, & per Rip. in alleg. cap. primo, de iudi. numero 29. in prima. ampliat. Vel quia contumacia sit in non parendo, vel contraueniendo pręcepto facto. dicto cap. ex parte ibi, Quia videlicet iussus noluit maleficium emendare. capit. excellentissimus, ad fin. 11. quæstione 3. & per Rip. vbi supra. Et quòd quælibet contumacia non solum in non parendo, sed & in non comparendo digna sit excommunicatione, concludit glossa penulti. in uersic. duo sunt. 96. distinct. & notatur in c. accedens, vt li. non conte.

6 † Quare autem in monitorio, quod Romæ executioni demandatur indifferenter apponi soleat terminus trium dierum? responderent aliqui, quòd ea ratione

7 fiat, † quia excommunicationis sententiam præcedere debeat trina monitio, vel vna pro omnibus. quod probare possumus argumen. text. in l. ad peremptorium. cum pluribus sequen. ff. de iudi. & in l. consentaneum. C. quomo. & quan. iudic. in cap. de illicita. §. de conuentione. 24. quæstione 3. & in proprijs terminis est text. in cap. sacro. iun. declaratione glos. in ver. competenti. de sent. excom. cap. statuimus. in glo. in uersi. monitionem, & in capit. constitutionem. vbi etiam pulchra gloss. in versic. vna pro omnib. eodem titu. libro sexto. vide Abb. in sua praxi capit. 12. numero quarto, versiculo. Et debet monitio habere temporis interualla competentia. Vide etiam supra quæstione 1. numero decimoseptimo. Et ibi dictis addo, quòd licet excommunicationẽ pręcedere debeat monitio, seu citatio, sine illis tamen lata subsistere uidetur, & valida esse. cap. sacro. & ibi glo. & Doctor. de senten. excommun. Ioan. Andr. in cap. qua fronte. de appel. Augu. Bero. consi. 50. Francisca mulier, numero 61. versicu. similiter excommunicatio.

8 libro primo. Et iste terminus trium dierum † in materia nostra rationibilis est, stilusque huiusmodi rationi consonus. Id enim sonant verba pręmissa. Nisi infra tres, scilicet dies satisfecerit, vel probauerit seu deduxerit, vel allegauerit quamobrem satisfecere nõ teneatur: Aliqui interpretantur illa verba, nisi ad primam, vel nisi infra tres scilicet aliquid releuans deduxerit, suppletur, & probauerit. Tolo. Dec. 123. incipien. Roman. attent. Et si dicatur, nisi infra tres cũ intimatione (vt plerunque solet) terminus ante intimationem non currit, prout etiam Dec. Put. 175. incipien. Fuit dictum in vna Romana pecuniaria: qui terminus trium dierum in ijs, quæ incontinenti fieri, vel probari debent, congruus, & iuri consonus uidetur, exemplo tex. in l. vlt. C. de erro. aduo. vbi triduũ ponitur pro termino incontenenti. Et ubi iudex præcipit rem illicò restitui, intelligitur infra triduũ. l. vlt. C. de iudic. vbi Bald. infert eum incontinenti probare qui intra tres dies probat. sequuntur Felin. in cap. veniens. secunda, colum. 5. de testibus. & Rip. in l. 4. §. condemnatum. uersus fi. ff. de re iudi. Quid autem

9 inseruiant illa verba. † Nisi ad primam, vel Nisi infra tres, habemus text. in pręalle. c. pręterea. 2. de appel. à quo elicitur, quòd si appellatio interim non interponatur, lapso termino quis excommunicatur. Idem uoluit Ioan. And. in cap. P. & G. colum. j. uersicu. Sed contra si lata sit excommunicationis senten. de offic. deleg. sequitur Lap. Alleg. 73. prælatus regularis, col. 2. versicu. Vnde si petatur sententia excommunicationis contra aliquem, nisi infra terminum soluat. Et hæc est communis opin. vt per D. meum consil. 245. quæritur. colum. 2. numero secundo, versicu. si enim

10 iudex dicat: Nisi satisfeceris infra decem dies. † De natura verò illius dictionis nisi, & quot modis accipiatur, & qualiter quando hanc dictionem præcedit affirmatiua, & quando negatiua, vide per Dyn. in regula, peccatum. libro sexto, per Barb. consilio 6. lib. j. colum. 13. post numerũ vigesimũ. Vitali. in cle. 2. numero sexto. de procur. Bar. & Cur. Iun. in l. actionem. C. de transactio. per D. meum consilio 386. numero secundo. & vide duas Apostil. ad Abb. in alle. c. præterea 2. in versiculo materia. de appel. & alios, quos referam. infra terminum igitur præfixum hic contumax in non parendo excommunicatus non erit pro-

11 pter naturam dictionis † nisi, quę conditionem suspẽsiuam facit in sententia, seu pręcepto iudicis. dicto c. præterea 2. de appel. & ibi D. meus in princip. & per Bald. in l. quibus diebus. §. quidam Titio. versiculo. Quæro quædam sententia. Rot. 19. de do. & contu. aliàs 444. incipien. extra Rotam in fin. & per Sozzin. in dicto. §. quidam Titio. numero nono, versiculo. Et prædicta inducit. ff. de condi. & demonst. An venditio sit pura vel conditionalis facta sub illis verbis. Ille fundus centum esto tibi venditus, nisi quis intra calendas Ianuarias meliorem conditionem fecerit. vi

de

de text. in l.j.& 2.& ibi glo.& Doct.ff.de.in di.adiectio. De conditione suspensiua, & resolutiua uidere poteris Sozzi. consilio ultim. libro terzo, colum. 1. in fine. Paris.consilio quinto, numero duodecimo.volu.quarto, & Tiraquel.de ut.retra.§.2. Glos. ulti. numero 74. & sequen. De natura etiam dictæ dictionis, nisi, & quòd affirmatiue ponatur quando præcedit oratio negatiua ultra citatos vide tu Canonista Genes.cap.28. Nec dimittum, nisi compleuero uniuersa quæ dixi. Tu autem legista habes tex. in l. unic.in fine.ff.de officio præfe. prętor. in l. prima. §. quod autem.ff. de offici. pręfe. urb.in l. illud. ff. de offi.præsi.in l.2.§.quòd ad magistratus. uersic. neue possit in caput ciuis Romani.ff. de ius.& iur.ac §. cũ autem.ibi, nisi causa cognita. Instit.de action.& per Pet. de Bellaper. Insti. eodem in princip. numero 3. De quo etiam uide Bartol.in l.si econtra.§.qui.num. sexto,& decimo. ff. si quis cautio.& Corn.consil.80. In decisiuis,numero 3.libro primo.si verò affirmatiua pręcedat, dictio nisi negat. l. actione, in 2. & ibi Bartol.num. primo,& alij.C.de transactio. D. meus consilio 532.pro vera.numero primo, consilio 539. Inclita,numero septimo,ac consilio 595.pro resolutione, numero secundo. Ratio autem differentiæ, quare nonnunquam dictio nisi affirmet,nonnunquã neget,est,quia eius natura est aduersari præcedentib. prout per eundem Dec.in cap.præterea 2. post prin. versicu. Et natura huius dictionis, nisi,de appel.pro quibus uide etiam modern. Bononien. in cap. quod autem,numero trigesimosexto,de iur. patron.& in c. nauigantes,numero decimooctauo,de usur.Et quòd dictio nisi, contrarium inferat,seu limitet,probat et tex.in l.si duo.ad fin.ff.de arbit. Et latissime de natura huius dictionis nisi post negatiuam,uel affirmatiuam,seu in principio orationis. Et quid si dictũ sit, Non habeo aliam in uxorem, nisi te,an sit contractũ matrimonium,an sponsalia? Et quid si quis promittat non uendere equum,nisi Titio? Quid si quis promittat non alienare nisi in familia? Quid si Rex Philippus paomittat non gerere hoc anno bellum, nisi contra Turchas? & alia similia exempla,&quomodo accipiantur,& declarentur, & quòd idem sit dicerę. Nulli alij,nisi mihi uendere promisit. Vel nulli alij, quam mihi, vide latissimè per Didac. Couarub. in epito.in quarto libro Decret. parte secunda, capit. 4. §.primo,numero sexto, cum alijs sequen. ubi iura citat,& declarat,ac alios pro præmissis refert. Expositiuè autem, non exceptiue ponitur in l. penult. prout per glo.ibi in uersiculo,nisi.ff.de libe. homi. exhibẽ. Redeo ad stilum, de quo supra,& dico,quòd facta intimatione excommunicationis præmissę,& lapso termino,citato aliàs monito ad uidendum se declarari, & litteras decerni,ac tradi mandari, Auditor Camerę declarat,ac litteras decernit, nisi ad primam diem cum intimatione. Et aliquando etiam literas tradi mandat. Nonnunquam pro traditione literarum aliã citationem requirit. Successiuè publicantur literæ huiusmodi,& postea deuenitur ad aggrauationẽ, & reaggrauationem, una cum inuocatione bracchij secularis,intermedio tempore decem dierum. De hoc stilo denunciandi aliquem excommunicatum,loquitur Paul.Castren. iuxta nouam impressio. consilio 321.visis actis. uersicul. Inquantum autem dicta captura. parte prima. De aggrauatoria, & reaggrauatoria tractaui super secunda formula commission. in versiculo aggrauandi. Ex præmisso stilo dicitur, q monitus ut infra tres dies soluat, si intra illos non soluat, non per hoc excommunicatus fit ante declaratoriam. Ego in foro poli non multum considerem in hoc stilo,quia tex.in pręalle. c. præterea. de appel. & in cap.nobis.de sentent.excommun. aliud suadet,uidelicet quòd lapso termino præfixo, si in termino, quod præcipiebatur factum non fuerit, quod quidẽ præceptum fuerat sub pœna excommunicationis, excommunicatio iam incursa sit, quod etiam aduertit And.Gamba.in sua dec.28.incipien.die 26. Maij. in fin. vnde consulo, quòd qui animam suam diligit huic periculo non se exponat. Bonarum enim est mẽtium timere etiam ubi non est culpa. cap. ulti. ad fin. distinctio. 5. Maria.Sozzi.in cap.ad audientiam. col. 3.ad fin.de homic. Et quando animę periculum uersatur, delictum in dubio præsumendum est,& uia saluti animę consulens eligenda est.cap. vltim. 14.distinct.cap.consilium.post medium.de obser.ieiun.Et animę periculum facit consuetudinem, & multa alia cessare.ut dixit Luc.de Pen.in l.quoties.colum.9.C. de dignita. libro duodecimo. Si vero quis in Ro. Curi.monitus comparet, & monitorium negat,per quam comparitionem vt dixi supra in alijs quęstio. monitorium resolutum fuit in simplicem citationem actor per scripturas,vel testes,seu aliàs, intentionem suam probabit,qua probatione facta, citato aduersario ad videndum reintegrari monitorium, & mandatum executiuum decerni, seu in subsidium se excõmunicari, vel si citetur procurator dicetur, principalem suum exeommunicari. Auditor Cameræ reintegrat monitorium, decernit mandatum executiuũ, uel in subsidium iuxta decretum Concilij Tridenti. conuentum, seu monitum excommunicat,nisi ad primam diem, vel nisi infra tres dies,&c. & postea de-
12 uenitur ad reliquos actus de quibus supra. † Reintegratio monitorij erit illius instauratio, ac innouatio,& reductio adprimęuum statum,& sic ad statum in quo erat antequam negaretur. pro quo pondero tex.in l.si mulier.ibi, Reintegrato matrimonio expirat iudicium,& omnia in statu pristino manent.ff.solut.matrimonio, sic & reintegratio possessionis.idest, restitutio,quę vbi petitur proceditur summarie, de plano, sine strepitu,& figura iudicij ex constitutione Marchię libro quinto,capit.octauo.Et habemus tex. in capit. reintegranda sunt omnia expoliatis,&c.seq. 3. q. 1. Reintagratio etiam vocari poterit suscitatio, seu resurrectio. iuxta tex.in l.propter.§. neptis.ibi.Integrato iure debiti.iun.gloss.in versi.integrato, quæ notat actionem extinctam suscitari.ff.ad sillani.l.sed & si manente.ibi. Vt soluta iam causa pręcarij non redintegretur.iun.gloss.in uersiculo, redintegretur,ibi. Esset nouum pręcarium omnino,non primum verè, vel pręsumptiuè redintegrum,uel resuscitatum.ff.de pręcar. De redintegratione legati, vel fideicommissi habemus tex.in l.quod si iterum.ff.de adimen. lega. De actione non redintegranda habemus tex.in l.deducta,quę est 18.ff.ad trebel. Cum per probationes factas uera reddita sint in monitorio,& apud acta pe

tita

tita, consequens est ut monitorium validum reddatur, executionique demandetur, cum monitus satisfacere recusauerit. Ego potius dicerem† redintegrare,
13 licet passim reintegrare usurpent: Pro Illorum opinione, & pro solito more loquendi adduco tex. in l. quid ad certũ. in fi. ibi Vt locatio reintegretur. ff. loc. & in l. reintegrato matrimonio. ff. solut. matrim. ubi etiam glo. vtroque modo legi posse vult. pro opin. mea cito Cęsarem libro primo. belli ciui. Rursus (inquit) instaurare, & pręlium redintegrare cœperunt. Idem etiam libro septimo, eiusdem Belli inquit, semper, videlicet hostibus spes victorię redintegraretur. Iterum, Diminutę copię redintegrarentur. Plin. item in Paneg. Hominis ne istud (inquit) est hominis potestas renouare gaudia, redintegrare lętitiam. & prudẽtissimè Terent. in Andria. actu. 3. scęna 2. amantium iras, seu effectus, uel affectus describens dixit: Amãtium irę amoris redintegratio est. Sic & diuus Augustinus de fide catholica hoc uerbo vsus est inquiens, Nisi ante finem vitę catholicus fuerit incorporatus, & redintegratus ecclesię. Causa redintegratur, res redintegratur quid significent, vide Isido. Etimolo. li. quarto, capit. 26. de Rebus. in fin. pro ijs etiam uidere poteris tex. in l. cum duę. quę est 14. in fin. ff. de capti. & postli. reuer. & in l. statu liberum. in fi. ff. de sta. libe. circa ea, quę tractaui supra numero tertio, cum alijs sequen. de processu contra contumacem, uide quę subijciam ad calcem proximę subsequen. quęstionis.

SVMMARIVM.

1 *Monito contumaci, an & quando consuli possit?*
2 *Contumaci ante expensarum refectionem audientia deneganda,*

QVÆSTIO XXXII.

1 TRigesimo secundo quęro, † monito contumaci, an & quando consuli possit? Respondeo, quod is refectis expensis contumacialibus negabit monitorium, & si in contumaciam excommunicatus fuit absoluetur. Et hic est stilus Romanę Curię, iuri communi etiam cõ
2 sonus, contumaci † enim iurisdictio, & audientia denegari debet, donec actualiter expensas soluat. l. contumacia. ff. de re iudic. l. sancimus. C. de iudi. áuten. qui semel. §. vltim. vbi etiã Bald. numero 24. C. quomo. & quan. iud. Specul. in titu. de expen. §. vltim. ante num. 6. Nonnunquam ultra refectionem expensarum satisdatio requiritur de stando iuri, & iudicatũ soluendo, iuxta tex. in auten. de exhiben. reis. §. si verò semel. in fin. cum glo. in uersicu. fideiussorem. ca. primo, de dolo & contum. libro sexto. Ias. in alleg. l. sancimus. numero primo, versiculo. Adde, quòd etiam si vellet resarcire. C. de iudic. Excipiuntur ab hac cautionis pręstatione in terris ecclesię bona immobilia possidentes, contra quos de facili executio fieri potest. Pro qua praxi, & exceptione adducere possumus tex. in l. sciendum. ff. qui satis. cogan. & in §. sed hodie. iun. summa. & ibi Aret. Institut. de satisdatio. & per Sozzi. in tract. Fallen. regu. 45. Excipiuntur itẽ beneficiati vbicũque degentes, qui foro ecclesiastico subijciuntur. toto titu. de for. competen. Postquam hęc scripseram superuenit reformatio Pij V. de anno 1570. prohibens sic in futurum procedi contra contumaces, nouam dans formam contra illos procedendi, ad illam te reijcio.

SVMMARIVM.

1 *Monito in causa criminali, qui in termino non comparuit, an aliqua uia consuli possit.*
Procurator in criminalibus non admittitur.
3 *Excusator admittitur ad allegandum, & probandum causas necessarij impedimenti.*

QVÆSTIO XXXIII.

1 TRigesimotertio quęro † monito in causa criminali in termino non comparenti an aliqua via consuli possit? supponamus Bononiensem in sua patria existentem monitum ab Auditore Camerę ad personaliter comparendum infra 15. dies ad expurgandum se super nonnullis delictis, illis, vel illorum aliquibus specificatis, seu etiam non specificatis; hic in illo termino nõ comparuit sibi assignato, nec illius procurator; qui
2 † procurator etiam si comparuisset in causis criminalibus admissus non fuisset, sed requirebatur personalis comparitio. l. penult. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. seruum quoque. §. publicè, vbi docto. ff. de procur. cap. dilecti. de dolo & contum. Areti. & Mar. Sozzi. in c. veniens, de accusa. vbi numero decimo, subdit rationes, quare in causa criminali interuenire non potest. alter Sozzi. super fallen. Regu. 322. Aegid. Boss. in praxi crimi. titu. an in crimi. iudi. quis poss. pro absen. interue. imò etiam si ipse monitus personaliter comparuisset apud notarium, uel etiam apud Iudicẽ expensasque contumaciales refecisset, negasset monitorium, cauissetque de stando iuri, & iudicatum soluendo iux. stilum de quo in proxima præcedenti q. ac procuratorem constituisset, & postea aufugisset, uel latitasset, adhuc contra ipsum, prout prius, procederetur & sic quoad ipsum cessant deducta in pręcedenti q. In proposito quęsito considerandi sunt tres casus. Primus sit, quando quis in causa criminali monitus ad personaliter comparendum, in termino sibi pręfixo non comparuit, sed postea personaliter comparet, uolens innocentiam suam ostendere, & refectis expensis contumacialibus ex uinculis ius sibi dicitur. Secundus casus erit, quando sic monitus erat infirmus, seu carceratus, uel aliter ad tempus impedi
3 tus, & tunc admittitur † excusator ad deducendum, & probandum causas necessariorum impedimentorum facti, & quilibet tunc admittetur, etiam mulier, vel minor ac infamis, ut nota. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. & Bartol. in l. penult. §. ad crimen, & ibid. Bald. & Imol. ff. de publi. iud. Inno. Io. And. Anto. de But. in ca. ueniens, & ibid. Mar. Sozzi. numero 46. de accusa. ubi subdit hanc esse communem opiniò. Aegid. Boss. pręalleg. titu. an in crimi. iudic. quis pos. pro absen. numero decimo, quę si per iudicem legitimæ declarentur, expectabitur tempus,

quo

quo impedimenta tollantur, vel admittetur procurator, præsertim si causa non sit capitalis: si uero excusationes vt uanas, & calumniosas reiecerit, ad ulteriora procedet. Tertius erit, si impedimenta, quę allegantur, sint perpetua, illaque per iudicem legitima declarentur; tunc uel remittetur causa huiusmodi ordinario loci, vel ordinario uiciniori, uel deputabitur commissarius cum amplissima facultate ad locũ vbi degit monitus impeditus destinandus, vel si Romę causa tractari debeat, admittetur procurator, & cautela erit quòd pendente processu huiusmodi in Rom. Cur. ille monitus impeditus in partib. custodiatur, vel carceribus mancipetur, seu propria domus, vel alter locus pro carcere sibi assignetur, additis si videatur cautionibus de tuto carcere, vel de non discendendo, & similibus.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria, seu suspensio à diuinis; & redintegratoria monitorij, an sint contrariæ?*
2 *Suspensio à diuinis in quo differat ab excommunicatione.*

QVÆSTIO XXXIIII.

1 TRigesimo quarto quęro † an sententia declaratoria, seu suspendẽs à diuinis, item, redintegratoria monitorij sint contrariæ? Pro opinione affirmatiua subdo Rotæ decretum in causa Abricen. pensio. inter Cardinales de Carpo, & Annabault coram Vestano die Veneris 25. Octob. 1549. Rot. (prout bon. mem. Nouatus annotauit) dixit sententiam contrariã in quantum declarauit, item reintegrauit monitoriũ, pro cuius Dec. intellectu supponendum est, quòd citato procuratore Annabault, ad videndum reiterari quattuor terminos in negócio declarationis seruari solitos in vim Innocentianę, & ad sententiam declaratoriam, siue principalem suum suspendi à diuinis, quia non paruit monitorio, siue reintegrari monitorium, procurator de Carpo obtinuit dictos terminos iterari, ac sententiam ferri, sententia sub scripta fuit sup redintegratione monitorij, & declaratione incursus in censuras in monitorio contentas ob non paritionem. Hęc inter se contraria, & repugnantia sunt, vt apparet ex stilo, de quo supra: si enim quis non cõparet, proceditur ad excommunicationem ob non paritionem monitorij, nec redintegrationi monitorij huiusmodi locus esse potest monito non comparente; si uero negatum fuit monitorium, tunc ad illius redintegrationem probationibus, ut pręmisi, factis deueniendum est, alioqui probationibus debitis non factis monitorium iustificatum, seu comprobatum dici non poterit, sed vanum; & inane redderetur, ad consili. Pari. 45. Ruit monitorium, numero duodecimo, uersiculo tertiò posito, uolum. quarto. Et sic Rota voluit non posse simul procedi ad suspensionẽ à diuinis, suspensionisque declarationem, ob non paritionem monitorij, & ad eiusdem monitorij redintegrationem. Amplio idem dicendum esse in excommunicatione, licet pręmissa Rotę decisio sit in casu suspensionis à diuinis, quę quantum ad rem no-
2 stram attinet, in hoc solum differt † ab excommunicatione, quia hęc in clericis, & laicis procedit, suspensio uerò in solis clericis, ad text. in c. quęrenti, de uer. signific. per Ioan. de Ligna. in tracta. censu. eccles. per Hostien. in sum. de senten. excommun. & per Lamber. de iur. patron. parte prima, libro secundo, articulo nono, numero tertio. Quot autem sint suspensionum genera, latè prosequitur, & declarat gloss. in cle. cupientes, in uersiculo suspensi, de pœnis. Et de multiplici suspensione à diuinis tractat Sozzi. in cap. ad audientiam. numero 23. uersiculo, tu dic, de homici. & Syluestri. in ver. suspensio.

SVMMARIVM.

1 *An appelletur a redintegratione monitorij.*
2 *Appellatur de iure canonico ab omni grauamine.*
3 *Appellationibus non obstantibus redintegrationes monitoriorum suos consequuntur effectus.*
4 *Appellans repositus conqueri non potest.*
5 *Termino iuris pendente non attentat iudex procedens.*

QVÆSTIO XXXV.

1 TRigesimoquinto quęro, † an a redintegratione monitorij appellare liceat? Respondendum é, affirmatiuè, cum de iure canonico non solum à sen-
2 tentia, uel uim diffinitiuę habente, † sed & ab omni grauamine appellare liceat. capit. super eo. & capit. vt debitus, de appel. cap. cordi, eod. titu. libro sexto, cum vulga. & si licet appellate a monitorio, put supponit Rota facto. dub. 15. causa. 5. in positione casus, ac Pet. de Anchar. consilio 297. efficacibus, post numerũ tertiũ, versiculo, vnde quia fuit postea à tempore scientię appellatum infra decem dies &c. Et sic legendum est ibi non autem oppositum à monitorio, vt passim legitur. Et quòd legendum sit appellatum, colligitur etiam ex ijs quę ibi subijciuntur. Igitur eadem ratione ab illius redintegratione. Verũ communis stilus Auditoris Camerę semper se ha-
3 buit, † quòd non obstantibus quibusuis appellationibus, monitoriorum redintegrationes suos vlteriores consequantur effectus, quo modo autem id procedat, paucis ostẽdam; postquam monitorium redintegratum est, si pars non appellat, expeditum est, ꝙ si appellet, iudex altero de duobus modis, vt ad vlteriora appellatione non obstante procedere possit, tutus
4 erit: uel enim † reponit appellãtem, & sic asserto grauamine sublato is conqueri non poterit. ad l. quod iussit. ff. de re iudic. & c. cum cessante. de appel. Et de hoc modo reponendi intelligi debet Rot. Bellem. si. admissio articulorum. Aduersarius à repositione successiue appellabit, idemque reponetur, & inter has, & alias repositionum uicissitudines ad ulteriores, & postremas deuenietur executiones. Altero modo cautum erit iudici monitorium redintegranti, si is appel
5 lanti terminum iuris assignet, † quo pendente, citra periculum attentandi, iudex à quo procedere poterit Rot. 405. not. quòd si iudex, in antiq. quę est eadẽ in nou. 128. si iudex. Bellame. Dec. 622. Cappel. Tholo. 323. Boe. qui hanc commnnem affirmat Dec. 256. in fin.

fin. Natta in clem. sæpe. colum. 58. in 6. limit. Et hęc opin. tenenda est, licet contrarium senserint. Bald. in l. appellat. C. de appel. & Philip. Franci. in capit. personas, colum. penultim. uersiculo, sed dubitatur. de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Monitorio executo declaratoriæ quem in censuras, & pœnas incurrisse, non in monitorio, sed in literis contẽtas, an subsistat?*
2 *Quattuor termini ad docendum se paruisse, &c.*

QVÆSTIO XXXVI.

1 Trigesimosexto quæro, † decreto monitorio cũ insertione bullarum pensionis reseruatæ in forma, & monita parte, ac seruatis quatuor terminis, ad docendum se paruisse monitorio, aduersarius negauit monitorium, fuit obtenta comissio, quòd Auditor seruatis quatuor terminis procederet ad diffinitiuam, uel declaratoriam, † De quibus quatuor terminis habemus in simili per Felyn. in cap. ad probandũ de re iudic. post numerũ sextũ, & per Cassa. decisio. 6. numero decimo, de causa posse. & propri. Et Auditor, non redintegrato monitorio, processit ad declaratoriam, ob non paritionem literarum, declarando illum incidisse in censuras, & pœnas non in monitorio, sed in literis contentas. Quæro an declaratoria huiusmodi subsistat? in causa Segobien. reseruation. fructuum coram Puteo inter Ludouicum Mendozza, & Petrum Gundisalui, ac Hieronymum de Silua, sub die 12. Decembris 1544. pro opinione affirmatiua conclusum fuit, prout supposito casu premisso annotauit Cardinalis Puteus decisi. 54. de iud. subdens quòd ex quo monitorium continebat in se litteras. & easdem cen. de quibus in litteris, quòd terminus ad docẽdum paruisse monitorio seruiebat, ac si dictum fuisset ad docendum, se paruisse litteris. Item dictum fuit, quòd monitorium non erat resolutum per negationem, attenta forma commissionis, & ꝙ aliud est, quando decernitur de auctoritate ordinaria, quia tũc ponitur clausula (Si senseris &c.) De qua clausula (Si senseris.) locutus sum sup. q. 13. & de redintegratione monitorij tractaui sup. q. 25.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium sub censuris an afficiat inopem uel impotentem.*
2 *Pauper non appellans excusatur.*
3 *Pauperi non prosequenti appellationem, concedi biennium.*
4 *Pauperes non cogendi, ad solutionem collectarum.*
5 *Pauperi remissio facta per officialem subsistit.*
6 *Charitatiuum subsidium a pauperibus exigi non debet.*
7 *Pauper generaliter excusatur a cautione præstanda.*
8 *Excommunicationis sententia contra inopem notorium est nulla.*
9 *Excommunicationis sententia fertur propter contumaciam.*
10 *Absoluendus ab excommunicatione satisfacere non valens.*

QVÆSTIO XXXVII.

1 Trigesimoseptimo quæro † an monitorium sub censuris, afficiat inopem, uel impotentem, & excommunicatio contra eum postea lata sit valida?
2 Videmus in simili † pauperem non appellantem, vel appellationem non prosequentem excusari l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. cap. non iniuste, vbi omnes. de procura. glo. in l. inuitus. C. eod. titu. auten. de ijs qui ingre. ad appel. in prin. glo. fi. in l. minoribus. C. de ijs qui. ut indi. Bald. in cap. secundo, colum. 4. ut lit. pend. idem Bald. in cap. si qui testium. ac Felin. de testib. late Hippo. de Marsi. alios referens, & ad plura inducens consi. crimin. 10. casus dubitatiuus. numero 37. & sequen. libro primo. Cassa. dec. 6. de appellatio. ubi in princip. alios ad idem citat. Et voluerunt Innocen. & alij in cap. ex ratione, de apel.
3 pauperi † non prosequenti appellationem concedi biennium, quod etiam affirmant Bal. in l. 2. §. si quis in iudicio, quæstione vltim. ff. si quis cautio. & Felin. in cap. significantibus, de offi. deleg. numero quinto.
4 Videmus etiam pauperes cogi non posse ad solutiones collectarum l. 3. §. inopes. ff. de mune. & hono. c. licet, & c. cum Apostolus. §. fin. versic. In pauperibus autem locis, de censi. & dixit Bald. in authen. defuncti, colum. 3. C. ad Tertull. quòd ad collectę præstationem non tenentur pauperes, qui si scripti sint in æstimo, cancellari debent, quorum opera vix suffi-
5 cit alimentis. Hinc inferunt † pauperi remissionem collectæ factam per officialem subsistere, gloss. fin. in l. omnes pensitare. quam sequuntur ibi Bart. & Luc. de Pen. C. de anno. & tribu. Roma. consilio 50. idem in præfata. colum. 2. versiculo. Et primum illorum. Bald. in l. etiam. C. de execut. rei iudi. Iafre. Dec. 436.
6 exactor publicus, sic etiam dicimus † charitatiuum subsidium à pauperibus exigendum non esse, argu. tex. in l. placuit. versic. si uerò aut paupertas. 1. q. 2. cap. statutum. §. insuper. de rescrip. libro sexto. Barto. Bellenci. latè quæstione 30. & quęstione 47. numero octauo. Pauper item immunis esse debet à solutione notario facienda pro confectione instrumenti, iuxta tex. in l. tam dementis. ad fin. cum glo. fin. C. de episc. audien. cap. charitatem. 12. quęstione secunda, Ias. in §. tripli. colum. penult. Instit. de actio. Quandó paupertas prosit, uel noceat ponit Alex. consilio 40. vol. 4. Felin. in c. ex ratione. appellat. Cagnol. in proœ. ff.
7 numero 162. sic etiam dicimus † pauperẽ generaliter excusari à cautione præstanda, ut sentit glo. in uersicu. dubitetur, versicu. Aut vult excusari tamquam pauper, in l. si verò. ff. qui satisd. cogan. authen. generaliter autem. versicu. vel fideiussorem dare non ualeat. C. de episcop. & cleric. gloss. Bartol. & alij in l. 4. C. de usufruct. glo. & docto. in cap. qua fronte, de appellat. docto. in l. j. ff. qui satisd. cogan. intelligendo tamen ut per Roman. consilio 439. numero decimo, per Ias. in l. 1. numero decimo. C. de procur. Gui. Papæ Dec. 189. circa ubi bona additio. & per alios relatos

tos per Tiraquel. de utr. retra. parte prima. §. 1. gl. 18. numero 49. Verum in proprijs terminis nostri quæsiti Docto. in cap. P. & G. de offic. deleg. distinguunt, vt ibi uideri potest. Anton. de But. concordans opi.
8 antiquorum, & concludit † ꝙ si inopia sit notoria, sẽtentia excõmunicationis in eum lata sit nulla, uelut lata contra notorium, puta si sit lata contra eum, qui ritè, & rectè admissus iam fuerat ad cessionem bonorum, seu ad beneficium. cap. Odoardus, de solutio. vbi uide Abb. versiculo, glo. quæ est in versiculo, nõ valente, uel cap. peruenit, de fideiu. Et est ratio, quia
9 cessat † contumacia, propter quam excommunicatio fertur. Mil. in reper. in uersiculo, excommunicari nõ põt. Si uerò inopia nõ sit notoria excõicationis sñia valeat, sed probata inopia excommunicationis sententia sit retractanda, & excommunicatio sine difficultate relaxanda, ad cap. à nobis, de sent. excommu. & cap. peccatum, de regu. iur. libro sexto, & per Cardin. post glo. in clemen. 2. §. primo, de hæret. pro præmissis vide Dom. meum Philip. Dec. pulchrè distinguentem in alleg. cap. P. & G. colum. 2. & 3. de offic. deleg. quem etiam nouissimè sequitur Galle. ad for. Camera, quæstione 3. ad 4. par. obli. Cam. numero secundo, & in 3. par. in quæstione, processus. numero 24. uersiculo, an autem proferenda sit sententia. Non solum autem pauperes non sunt excommunicandi, sed si forte excommunicati essent, constito de paupertate, & inopia, ac de impossibilitate satisfaciendi,
10 † ab excommunicatione absoluendi erunt, argumen. tex. in cap. à nobis 2. ibi. Quem non contemptus religionis sed necessitatis articulus impediuit, de sent. excommunic. & in clemen. 1. §. penult. in fine. ibi, Et tunc satisfactione præmissa, iunct. glo. penult. Ioan. Andr. quæ dicit, & hoc intelligo, si facultas est satisfaciendi, & clemen. seq. iun. glo. in ver. satisfacerit. quæ supplet, si habeat unde, aliàs paupertas excusat, &c. de hæret.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium, uel præceptum an æquipolleat libello, ita quòd alius libellus non requiratur.*
2 *Aequipollens non sufficit ubi aliquid pro forma requiritur.*
3 *Libellus in qualibet causa, & coram quocunque iudice regulariter requiritur.*
4 *Libellus quando non requiratur.*

QVÆSTIO XXXVIII.

1 TRigesimooctauo quæro, † an monitorium, seu præceptum æquipolleat libello, ita ut libellus non requiratur, ubi monitorium, seu præceptum præcessit? Pro opin. negatiua arguit, & concludit Ioan. Baptista de Castel. in loco. infra citando, cuius argumentum ita reduco, ubi aliquid requiritur pro forma, non potest
2 adimpleri per † æquipollens, Docto. in l. j. ff. de libe. & posthum. & in l. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss. Bald. in l. minoribus, numero quarto, uersi. sed in appellatione. C. de his qui. ut indi. Angel. in l. vbi autem. §. illud. ff. de uerbor. obl. Fel. in proœ. decretal. uersiculo, item. numero trigesimosecundo. Rebuff. in tract. nomin. quæstione 14. nume. trigesimo quarto, & sequen. & super concord. in §. teneantur. sub rub. de collatio. in uersiculo cognomina, in fin. Dec. in l. certum. numero tertio, & sequen. ff. si cer. pe
3 ta. † libellus in qualibet causa regulariter requiritur à lege, & coram quocunque iudice. auten. offeratur. C. de litis contesta. ubi in fin. additur decretum irritans. per Barto. & alios in l. edita. C. de eden. per Can. in titul. de libel. obla. per Specul. de libell. concep. Et quia ut præmisi, in dicta auth. offeratur. adiecta fuit nullitas aduersus non obseruantiam illius dispositionis, inducta fuit forma substantialis, Bal. Ange. Imo. Alexand. & Iason in l. j. ff. de libe. & posthum. Rom. consilio 66. viso. numero secundo. Alexand. in l. hac consultissima, post numerum quartum, versiculo, & si statutum. C. qui testam. fac. poss. patet quòd per æquipollens, & sic per præceptum, seu monitorium non poterit suppleri oblatio libelli, sed libellus ipse requiretur, prout coram quocunque iudice, & in quibuscunqne causis (ut præmisi) requiritur. Et in terminis præcepti (ut præmisi) Ioan. Baptista de Castel. pro hac opin. negatiua concludit in quibusdam suis allegatio. positis post syngu. Fran. Crem. colum. 21. versiculo, nec dicatur quòd isto casu præceptum fungitur vice libelli, quia istud est falsum: nam ubicunque aliquid requiritur in aliquo actu pro forma, illud non potest adimpleri per æquipollens &c. Opinio affirmatiua uerior est, & seruatur ut absque alio libello procedatur ad pœnas in mandato, uel præcepto, seu monitorio contentas, ad decretum mandati executiui, ad censurarum ecclesiasticarum fulminationem, ad redintegrationem ipsius monitorij, prout supra latè quæstione 31. Immo ipsemet Ioan. Baptista de Castello ubi supra colum. 26. pro hac opin. affirmatiua sentire uidetur, dum inquit. Licet enim libellus, si illud præceptum loco libelli potest esse generalis, & obscurus, &c. Et quia præcepta & monitoria huiusmodi decernuntur à Iudicibus, qui procedere possunt summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij: uel conceduntur pro causis sic cognoscendis, & terminandis, non solum erunt etiã
4 vice libellorum, † imò libelli nullo modo requirentur, est tex. clarus in clem. sæpe, ubi omnes, de uerbo. signi. Bart. in extraua. ad reprimendum, in uer. & figura. uer. item an requiratur petitio. Cardi. & alij in clem. dispendiosam. de iudi. Oldra. consilio 244. ad obiectus. post prin. vbi quòd in causis, in quibus proceditur summariè, & de plano, ab articulis incipi potest, nulla præcedente petitione. Rot. 33. quando committitur, circa medium, ibi. omisso termino ad libellandum, in nou. Io. de Amicis de Vena. consi. 153. facti series, nu. 3. ubi ꝙ hic modus incipiendi processũ à præcepto (supple tu uel monitorio) inuentus fuit à Cur. Rom.

SVMMARIVM.

1 *Absens a beneficio ut priuari possit quid requiratur?*
2 *Moneri debet absens à beneficio, quòd residcat, adhoc ut priuari possit.*

3 De-

3 *Declaratoria requiritur in priuatione.*

QVÆSTIO XXXIX.

1 TRigesimonono quęro † quid requiratur ut absens à beneficio priuari possit? Supponendum est, quòd beneficia omnia residentiam requirunt. prout probo in 13. quæstione prima. Regul. Cancel. nume. quinto, & amplio numero sexto, iuxta 2. editio. Rursus quòd beneficia simplicia ex ecclesię consuetudine residentiam nõ requirunt, vbi supra, numero octauo. si igitur loquimur de beneficijs residẽtiam requirentibus: aut qui est priuilegiatus à iure ne residere teneatur: prout in casibus, quos recenseo super signa. Gratię tit. de Indulto ꝑcipiendi fructus in absentia. cir. prin. Vel ẽt q̃s impetrauit rescriptũ ꝙ fructus in absentia ꝑcipere possit, prout in formula supplicationis facultatis ꝑcipiendi fructus in absentia, quam vbi supra subijcio: & tunc priuilegiatus à iure communi, uel ex indulgentia sedis Apostolicę a nemine molestari poterit. Aut loquimur in non priuilegiato, & ad residendum obligato de iure, consuetudine,
2 uel aliàs. & tunc † moneri debebit absens à beneficio vt infra aliquod congruum tempus personaliter accedat ad suum beneficium, & ad residendum in eo, & debita seruitia pręstandum, sub pœna priuationis in euentum non paritionis; ad tex. in cap. ex tuę. & in cap. fin. de cleri. non resi. cap. fin. & ibi glo. & Docto. de rescrip. libro sexto. glo. in versiculo, adiuuantur, in princip. in §. 1. & ibi Docto. Insti. de mili. testa. Oldrad. consilio nonagesimoquinto, articuli. Gasp. Cal. consilio decimoseptimo, quod est inter consil. Anch. & incipit super primo. Dec. Neapo. Affli. 229. serenissimè. Rip. in cap. primo, in 9. not. nume. 28. de iudic. Post monitionen huiusmodi, & lapsum termini præfixi ad residendum cautela erit eundem citare in loco beneficij seu alibi iuxta facti contingentiam ad docẽdum se paruisse primò pro prima, scilicet dilatione, secundo pro secunda: tertio pro tertia. Et quarto pro quarta, & ex superabundanti. Non docto ex aduerso quòd paritum, sit deueniendum erit ad declaratoriam priuationis. ad Rot. 5. in antiq. & Cassa. Dec. 6. de caus. possess. & propri. numero decimo. Et huius-
3 modi † declaratoria necessaria est, prout in simili ꝓbatur ex tex. in cap. cum secundum, cir. fi. de hæret. libro 6. & ibi per Io. And. & Gemini. Bal. Alex. & Ias. nu. 25. in l. si quis maior. C. de transactio. latè Feli. in cap. Rodul. uer. sed declaratoria sñia requirit, de resc

SVMMARIVM.

1 *Rescripto obtẽto cũ clausula: ꝙ monitoriũ decernatur cõstito de assertis, an si noncõstet monitoriũ subsistat?*
2 *Constito de assertis, clausula quid operetur.*

QVÆSTIO XL.

QVadragesimo in rescripto narratur A. prouisam a Papa de beneficio reseruato, & quòd idem A. impeditur a B. ne gratiam huiusmodi effectui demandari facere, ac possessionem assequi possit: Papa mandat Auditori Camerę, vel alteri tũ dici vt constito sibi de reseruatione, & collatione ꝑmissis moneat B. sub pœnis, & censuris ad relaxandum huiusmodi beneficium. Auditor Camerę, vel alius iudex de pręmissis non constito monitorium decernit:
1 quęro an † illud subsistat? Pro opin. affirmatiua videtur concludendum ex ijs quę in simili diximus in tracta. Inhibitio. quęstione uigesimaquinta, vbi conclusimus etiam propter Rotæ decreta, inhibitionem vigore commissionis habentis clausulam, constito de assertis, de illis non constito emanatam subsistere, & afficere. Idem dicamus in monitorio. Insuper iuxta thema pręmissum pro opinio. affirmatiua concludit Pet. de Anchar. consilio 297. efficacibus, numero septimo, versiculo. Ego credo contrarium ponderans, & probans hunc Auditorem dici merum executorẽ, vel saltem mixtum: vnde is non teneatur aliquem iuris ordinem seruare: sed simpliciter puram gratiam executioni demandare, sicut executor sententię, per tex. in l. executorem. ff. de exec. rei iudi. Et Pet. de Anchar. in dicto consi. 297. quod citare voluit, sequitur Sozzi. consilio 99. serenissimus, post nume. decimo. ibi, Et ita consuluit Pet. de Anchar. libro tertio. Opinionem negatiuam veram puto, per ea quę adduco in alleg. quęstione 25. numero tertio in tracta. Inhibitionum: & per rationes, & ponderationes, quas facit idem Pet. de Anchà. pro ratione dubitandi, seu ꝓ hac opin. negatiua, & Sozzi. dicto consilio 99. qui in hac opin. negatiua residet. Et rationes potiores sunt
2 quia dicta clausula, † Constito, conditionem facit: ante conditionem igitur impletam iudex nõ habuit iurisdictionem, nec iudex dici poterat. per text. in capitulum . ab excommunicato . cum ibi nota . de rescrip. Ergo monitorium, & inde secuta nulliter processerunt. Amplius dato, & non concesso, quòd conditio non induceretur: uel non obstaret: cum data sit forma in rescripto, illa omnino seruari debet: qua nõ seruata ruũt oĩa ꝑ tex. in l. diligenter, & l. pręceden. ff. manda. & in cap. cum dilecta, de rescr. cum vulga. Non obstant Rotę decreta, de quibus ad calcem pręalleg. q. 25. de Inhibitio. quia sunt diuersi termini à pręsenti quęsito. Immo semoto stilo, & Rotę obseruantia aliter dicendum fuisset: ille aũt singularis stilus, & obseruantia non se extendit ad casum nostrum diuersum. Quo ad cons. Ancha. respondeo, ꝙ non caret dubio. Et pręponderare videntur rationes, quas pręmiserat contra monitoriũ. Et quatenus opi. Anch. subsisteret, limitanda esset in illis terminis suis quando monitorium decernitur a mero executore. Vel ad plus a mixto. Vltra quod ipse Anchar. videtur variare thema, cum prius supposuerit non constitisse de illis, de quibus constare debebat: postea uerò supponit, ꝙ ex litteris, & ex actis cõstaret de assertis. Insuper videtur se restringere circa solam executionẽ gratię purè factę. Nec obst. quòd Sozzi. con. Anch. sequatur: quia sequitur quo ad rationes, quas ꝑmiserat: & sic in opi. nostra (vt pręmisi) residet, plura ad rem adducendo. Generaliter igitur concludamus, monitorium nulliter emanasse stante clausula constito de assertis, antequam de illis constet, prout etiam in terminis nostris probat, & concludit Pari. consi. 45. fuit monitorium. nu. 3. vol. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monitus ut infra decem dies aliquid faciat si interim efficiatur alterius fori an excommunicationis sententiam incurrat?*
2 *Excommunicatio prælati non ligat nisi subditum.*
3 *Excommunicatio sub conditione, uel die, quando afficiat?*

QVÆSTIO XLI.

Quadragesimoprimo quero Episcopus Amerinus monet A. eius subditum vt infra decem dies aliquid faciat sub pœna excommunicationis etiã ipso facto incurrendæ, dictus A. termino huiusmo-
1 di pendente efficitur fori episcopi Narnien. an † adueniente termino incurrat sententiam excommunicationis si non fecerit id, ad quod faciendum monitus erat? Pro opin. negatiua uidetur tex. in cap. Romana.
2 respon. 2. de senten. excom. lib. 6. vbi † ꝙ excommuni-
3 catio prelati non ligat nisi subditum. † Excommunicatio autem sub conditione, vel die non afficit eum, in quem fertur nisi dies, vel conditio ueniat: nec prius lata, uel inflicta censetur: nec trahitur retro. iuxta tex. cum ibi nota. & communiter Doctor. in c. preterea 2. de appel. Ancha. consi. 158. ex narratis nu. 20. ver. Cõtrarium credo uerum. At dum excommunicatio effectum suum sortiri debebat: excommunicandus effectus fuerat alterius fori, ergo ipsum afficere non poterat. Pro opi. uero affirmatiua concludere videtur Fede. de sen. consi. 97. quoniam vbi, num. 4. per tex. in c. proposuisti, de fo. cõp. Et pro hac opi. in sentẽtia excommunicationis sub conditione concludit Barthol. Brixien. q. Veneria 42. in princip. esto quòd sententia excõmunicationis. Hanc q. in terminis post Archid. & Damas. posuit Io. And. in regula, cum sunt iura partium. colum. penult. versi. Tertium quęstionis membrum, ex cuius dictis versiculo. Posset autem ista opi. Archid. hęc vera, & communis distinctio elici potest videlicet, Aut non cessauit causa excommunicationis, & vera sit opin. affirmatiua quòd excommunicationem incurrat. Aut cessauit causa excommunicationis puta excommunicatus erat si infra mensem non faceret residentiam in beneficio: vel illius rõne non reciperet ordines: infra tempus contraxit matrimonium: vel primo beneficio dimisso translatus est ad alterum & opinio negatiua procedat. Ad Io. And. vbi supra se remittunt. Fede. de sen. d. consil. 97. & Lap. Alex. 47. magister hospitalis, nu. 4. ver. Alia regula est ꝙ sententia excommunicationis lata in diem, vel sub conditione, Gemini. in c. 2. post nu. 27. in 3. q. de const. li. 6. Abba. in c pen. nu. 10. de fo. comp. Et ad Io. And. & Lap. se remittit And. Tiraq. de ut. retr. in uer. De dans l'an. par. 1. §. 1. Glo. 10. nu. 51. ver. Adeo autem lędit,

SVMMARIVM.

1 *Decimarum pro exactione an requiratur monitorium, seu monitio,*
2 *Decimæ spontè soluendæ sunt.*
3 *Decimæ statim soluendæ sunt expensis non deductis.*

QVÆSTIO XLII.

1 Quadragesimosecundo quæro † an pro exactione decimarum requiratur monitorium, seu monitio? Pro opi. affirmatiua adduco text. in cap. omnes decimę. 16. q. 7. ver. Sed quia modo multi inueniũtur decimas date nolentes, statuimus vt secundum Domini preceptum admoneantur semel &c. in c. peruenit, ibi, Mandamus quatenus parochianos vestros monere curetis & c. de dec. Pro opi. verò negatiua põdero verba Exo. c. 20. Decimas, & primitias non tardabis offerre, & 2. Paralipo. 31. vbi ꝙ filij Israel, & Iuda
2 obtulerunt decimas; & sic spontè † decimæ soluendę sunt. Immo si tardius dentur peccatum est. c. decimę. ver. sed si tardius date. 16. q. 1. Et dicit tex. in c. cũ homines, de deci. (contra eos qui ante decimarum solutionem satisfaciebant seruientibus, & mercenarijs ꝓ debito totius anni, & de residuo decimam soluere postea volebant.) Mandamus quatenus eos cogatis, vt
3 decimas statim fructibus collectis persoluant. † Et sic non deductis expensis. prout etiam voluit Anto. Corset. alios ad id citans in suis singu. in uer. integrè. Nonnulli distingunt. Aut loquimur in decimis ꝑdialibus, & monitio requiratur. Aut in personalibus; & cum ꝓ illis soluendis non sit prestitutum certum tempus, & monitio nõ requiratur: quam distinctionem cõtenẽdam non esse asserit Pet. Rebuf. in tract. Decimarum q. 12. in fi. Altera distinctio est. Aut loquimur quoad munus, seu officiũ soluere debẽtis decimas, & ve rior sit opin. negatiua, ꝙ absque aliqua interpellatione, citatione, vel monitione illas soluere teneatur: & malè faciat, & in mora sit, si illas statim non soluat. Aut loquimur ad hoc ut non soluens condemnari iuris temedijs cogi, & excommunicari possit: & hoc casu dicamus, seu monitionem requiri; prout etiam per dictum Petr. Rebuff. pręalleg. quęstione 12. in tract. de Decimis,

SVMMARIVM.

1 *Monitorij decernendi à iudice compulsore quis effectus erit.*
2 *Compulsor an habeat facultatem monendi ad exhibendum, & procedendi contra non exhibentes.*
3 *Transumptari faciendi auctoritas ad ordinarium spectat.*

QVÆSTIO XLIII.

Quadragesimotertio impetratur rescriptũ pro compulsorialibus specialibus decernendis iuxta formulam XXVI. commissionis quam posui in 2. Aeditio. cum hac clausula (cum potestate D. Iudici compulsori cõmittendi, & mandandi ut dictos N. & N. etiam sub pęnis & censuris ecclesiasticis, ac pecuniarijs arbitrio suo moderandis monendi, & requirendi, ac moneri, & requiri faciendi, quod infra aliquem breuem peremptorium terminum iura, & munimẽta designata seu

designanda coram eo apud acta notarij exhibeat, transumptanda &c. Et in euentum non paritionis
1 seruatis quatuor terminis &c. quæro † quis erit finis, & effectus monitorij huiusmodi? Respondeo Iudex compulsor hac via faciet iura exhiberi testib. qui illa recognoscant, iuramenta deferet, testisque non super negocio principali, sed super recognitione scripturarum tantum recipiet, iuxta formulam huiusmodi compulsorialium. Et iuxta Dec. Paleot. 267. incipiẽs, dubitatum fuit an absolutiones. post princ. & transumptari, idem compulsor faciet, ac transumptata ad Rom. Cur. transmittet suo sub sigillo clausa. Vel non obtemperantes monitorio huiusmodi, & litteris compulsorialibus contumaces, & inobedientes reputabit, contra eosque ꝓcedet tam uia censurarum, quàm pœnarum, vel in litteris compulsorialibus contentarum. vel ab ipso compulsore comminatarum seruatis, & aliàs iuxta formam, & tenorem prææalle. commissionis xx. Expedit obtinere in rescripto hanc facultatem monendi: & ad pœnas, & censuras ecclesiasticas proceden
2 di: quia non defuerunt negantes iudicem † compulsorem habere huinsmodi, vel similem potestatẽ, & facultatem: prout inter alios voluit Compilator Decisionum in nou. 1. sub titu. de fide instrumento. aliàs 10. iuxta alium ordinem, quæ incipit, fuit, dubitatum vtrum instrumenta exemplata, colum. 2. ver. Cũ ipsi habeant duntaxat requirere habentes, & tenentes instrumenta ad causam necessaria ad tradendum parti petenti sub pœnis, & censuris per eos fulminãdis &c. Similiter compilator, Dec. 389. nota instrumenta. in anti. voluit compulsorem non habere auctoritatem citandi, sed merum executorem. Et de transumptis in uim compulsoriæ loquitur Gemini. consil. 15. Reueren. post numero decimũseptimũ, versiculo, Quia supplet tantum defectus præsentia partis, vel non factorum transumptorum in vim compulsoriæ. Et sciendum est, ꝙ si-
3 milis auctoritas † transumpti faciendi, & compellẽdi ad exhibendum iura ad ordinarium spectat. cap. cum tabellio. & cap. fin. de fide instrumentorum. l. argentarius, post princip. iun. glo. in uersiculo, ideo absimiles. ff. de æden. Bar. in l. fin. numero 4. ff. de tabu. ex hi. Quod intelligendum, & limitandum est, quando nulla lis pendet: vel si sit lis, pendeat coram ipso ordinario. Alioqui si lis pẽdeat coram Rotę Auditore, vel alio Iudice Romano, tunc, præsertim ex stilo obseruatur, quòd etiam quò d iura cum solemnitatibus transumptarẽtur, eis fides non adibeatur nisi iura extracta, uel ad transumptata si in uim cõpulsoriæ ab Auditore Rotæ, vel alio iudice Romano decretæ, corãm quo pendet lis, prout per Barto. Belenci. olim Rotæ Auditorem præstantissimum in tracta. de charita. subsid. quæstione centesimaquadragesim secunda, numero quarto, versiculo. Quod intelligo, & per Sarnen. etiam Rotæ Auditorem in cap. statutum, numero 60. de rescript. libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Formula monitorij extra Rom. Cu. exequendi. Vniuersis, & singulis, uerba sunt collectiua, & distributiua.*

2 *Clausula, Et nostris, imo uero Apostolicis, &c. ad quid ponatur?*

3 *Auditor cameræ an sit ordinarius in omnibus causis.*

4 *Idem iudicandem de eo cui sedes Apostolica committit, quod de ipsa sede Apostolica.*

5 *Factumc aliuius de mandato sedis Apostolieæ, sedis eiusdem factum censetur.*

QVÆSTIO XLIIII.

Quadragesimoquarto, quia supra quæst. 7. tradidimus formulam monitorij pro Ro. Cur.
1 quæro, quæ † erit formula monitorij via ordinaria decernendi, & extra Rom. Cur. exequendi: & ad quid apponatur clausula illa. Et nostris, imò verius Apostolicis, &c. Monitorij huiusmodi formula hæc est: Alexander Riarius, &c. Sanctissimi D. N. Papæ, eiusque Camerarij, necnon causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generalis Auditor: Romanęq; Curiæ Iudex ordinarius, &c. Vniuersis & singulis D. Abbatibus, Prioribus, &c. notarijs, & tabellionibus publicis quibuscunque per ciuitatem, & diœcesim Viterbien. & aliàs vbilibet constitutis, &c. Ac illi, vel illis ad quem, vel ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, seu præsentabuntur salutem in Domino. Et nostris, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Pro parte, & ad instantiam. A. requisiti, discretioni vestræ, & cuilibet vestrum tenore præsentium committimus: ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet, trium tamen dierum canonica monitione præcedente, ferimus in ijs scriptis, nisi feceritis ea, quæ mandamus: districtè præcipientes quatenus statim receptis præsentibus, uos, vel quicunque vestrum fuerit requiritus per vos, uel alium, seu alios ex parte nostra moneatis primo, secundo, tertio, & peremptoriè, B. & requiratis, eique nihilominus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub mandati executiui, & in subsidium sub excommunicationis pœnis districtè præcipiatis, & mandetis quibus nos etiam tenore præsentiũ præcipimus, mandamus, ac requirimus, & monemus quatenus infra sex dierum spacium à die monitionis huiusmodi per vos, uel alterum vestrum ei factæ immediatè seq. quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies ei pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, & uos assignetis eidem, detsoluat, & restituat eidem A. vel eius legitimo procuratori ad hoc mandatum sufficiens habenti ducatos auri in auro quinquaginta boni, & iusti põderis in quib. sibi occasione amicabilis mutui in Ro. Cu. facti dr̃ fore obligatus. Aut interim se cũ eodẽ A.

aut eius procuratore prædicto amicabiliter compo
nat, & concordet. Alioqui prænominatum B. ſi in
præmiſſis ſe fore grauatum ſenſerit modo, & for-
ma præmiſſis peremptorie citare curetis: prout &
nos citamus eundem quatenus decima die poſt ci-
tationem veſtram huiuſmodi immediatè ſequẽti, ſi
dies ipſa iuridica fuerit.&c.alioqui prima die iuri-
dica ex tunc immediatè ſeq.qua nos,aut ſubrogan-
dum,&c.ſedere contigerit,compareat in iudicio co
ram nobis,uel ſubrogando Auditore prædicto,per
ſe,vel procuratorẽ, ſeu procuratores ſuos idoneos,
cauſam ſui grauaminis allegaturi, aliàs dicturi, fa-
cturi, oſtenſuri,& recepturi q̃d iuſtitia ſuadebit:&
ordo dictauerit rationis.Certificantes nihilominus
dictum ſic citatum, ꝙ ſiue in dicto citationis termi-
no,ut præmiſſum eſt cõparere iurauerit,ſiue non,ni
hilominus tamen nos,vel ſubrogandus prædictus
ad mandati executiui præmiſſi decretum illiusq́.
relaxationem, vel in ſubſidium ad declarationem
dictæ ſententiæ excommunicationis & alias ad gra-
uiora procedemus,ſeu procedet dictorum monito-
rum & citatorum abſentia, ſeu contumacia in ali-
quo non obſtante.Diem verò monitionis,& citatio
nis uṙarũ huiuſmodi,&c.curetis.Abſolutionẽ, &c.
Vniuerſis, & ſingulis Abbatib, &c. Per hãc clauſu-
lam patet, quòd præceptum fuit collectiue, & di-
ſtributiuè ad ea quę uoluerunt Corn.conſilio 211.
numero quarto, volum. quarto, & Feli.in c. ſigni
ficaſti.colum.prima,de for. compe. Tenebatur igi-
tur ad executionem huiuſmodi omnes uniuerſita-
tes ciuitatis,& diœceſis Viterbien.uidelicet uniuer
ſitas,vel collegiũ in dignitate eccleſiaſtica conſtitu-
torum ſeu p̃sbiterorum,ac clericorum,necnon no-
tariorum,& quidem collectiuè:vnde inferri poſſet,
quòd ſi non ſit ſufficiens vnus abbas, vnus cleri-
cus, vnus notarius, collectiuè omnes conuenire
poſſent, & deberent ad hanc executionem præce-
ptorum,ac mandatorum apoſtolicorum,& ſic reſi-
ſteretur potentiæ, ac temeritati cuiuſuis potentis,
contumacis,& rebellis, contra quos inquit Apoſto
lus paratus ſum ulciſci omnem inobedientiam.ſc.
de excommunicationis.verſiculo, cum paulus. 24.
quæſt.3.cap.ſciſmatici.verſ.Etiam huic abſurdè.23
quæſtione 6.ſinguli etiam, & ſic quilibet de per ſe
tenebuntur,adeò quòd vnus alterum expectare non
debebit vt expreſſe uidebis in uerbis ſubſeq. Et cũ
ſubijciãtur hic alia verba poſt illa, per ciuitatem,&
diœceſim Viterbien.videlicet,Et aliàs ubilibet cõſti
tutis,colligo, quòd non ſolum notarij, & ſimiles in
ciuitate,ac diœceſi huiuſmodi,ſed & oẽs exequi ſpo
terunt ea,de quibus hic cuiuſuis nationis ſint,quip
pe qui mandata ſummi Pontificis exequi poſſunt,
& debẽt.c.1.22.diſtin.c.ſi qui ſunt præſbiteri. in fi.
81.diſtin.ca.omnes.c.illud.& toto tit. de maior. &
obe.Ex ijs cautela elicietur,quòd ſi citandus ſit po-
tens,uel ſatellitib. circundatus,uel alius terribilis,
ſeu minabundus,quo ſit ut notarij loci ad illum ac
cedere timent, adhibeat notarius forẽſis qui im ꝓ
uiſus ad ſit,citet uel exequat,& executio erit bona.
Nec aliæ uiæ deſunt ut alibi diximus. Quantum
2 ad illam † clauſulam,Et noſtris,immo uerius Apo
3 ſtolicis firmiter obedire mandatis,ſiue † Auditorẽ
Cameræ ordinarium dicamus in omnibus cauſis,
prout uoluerunt Hoſtien.in ſum.ſub titu. de offic.
ordi.poſt princ.& Spec.eodem titu.§.1.num.3.,uer
ſic.Quid de auditoribus.lib.1.gloſ.in clem.ne Ro
mani.§.eo tamen in uerſi.expirare.de electio.& ſic
iuriſdictionem ſuo iure habere dicatur,tamen ne-
gari non poteſt quin eam habeat beneficio princi-
pis.ad l.more maiorum.iun.glo.in uerſi.ſuo iure.&
l.ſequen.ff.de iuris.omnium iudi. Hoſti.ubi ſupra
in ſum.de offi.ordi.in princ. meritò igitur cum be-
neficio Papæ, ac Sedis Apoſtolicæ iuriſdictionem
habeat,hac clauſula utitur: eius enim mandatum,
mandatum Sedis Apoſtolicæ uideri debet.ſiue etiã
ut delegatus in aliqua cauſa monitorium decernit,
eandem clauſulam apponet: & Sedis Apoſtolicæ
quæ eum delegauit:& cuius uices gerit iuriſdictio-
ne utetur ad text.in l.prima.§.qui mandatum.ff.de
offic.eius.l.fin.uerſi.Sed ne quæſita.C.ubi,& apud
quem. Et cum ut præmiſſum eſt Auditor Cameræ
gerat uices Papæ,& Sedis Apoſtolicæ:eodem iure,
eiſdem facultatibus,& clauſulis uti debebit,quibus
Papa,& Sedes Apoſtolica, & idem de eo iudicari
4 debet † prout de eadem Sede Apoſtolica quam re
præſentat.c.præcipimus.93.diſtin.Alex.ſuper rub.
ff.de offi.eius.num. 1.Dom.meus Phi. Dec.in c.ſa-
ne.de off.deleg.Ang.Aret.ſuper rub.Inſt.de excep.
num.5.Effectus autem clauſulæ præmiſſæ magnus
erit:nemo enim tam duræ ceruicis: tam ſuprema
dignitate præditus: tam temerarius erit, qui mo-
nitionibus,& mandatis ipſius Sedis Apoſtolicæ cõ
trauenire: uel ſe opponere: ſeu non parere præſu-
mat:quòd ſi dæmoniaco inſtinctu aliter fecerit, &
in hoc, & in alio ſæculo grauiſſimas ſe ſubiturum
5 pœnas ſciat.Et quòd † factum alicuius de mandato
Sedis Apoſtolicæ ſibi commiſſum, factum Sedis
Apoſtolicæ cenſeri debeat: ac ualidius,& firmius,
ac præſtantius haberi debeat,quàm actus factus ab
alio, uel eodem,non auctoritate Sedis Apoſtolicæ
probatur ex tex. in c.cum aliquibus.de reſcript.lib.
ſexto.c.ſi eum.& c.ſi Apoſtolicæ.de præb.eo.lib.6.
& ubique Doct.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium contra teſtificari recuſantem.*
2 *Teſtis diffugiens ſe examini ſubijcere pignorabitur, vel mulctabitur.*
3 *Teſtis examen diffugiens qualiter a iudice eccleſiaſtico moneatur?*

QVÆSTIO XLV.

1 QVadrageſimoquinto quæro,† qualiter proce
dendum erit contra monitum recuſantem te
ſtificari in aliqua cauſa? Diſtinguo,aut ſumus co-
ram iudice ſæculari, qui poterit monere teſtem no
minatum ad ſubijciendum ſe examini, ſub aliqua
pœna pecuniaria,ſeu mulcta,& illo non parente iu
2 dicis mandato † procedet ad pignorationem, ſeu
pœnæ pecuniariæ exactionem, iuxta text. in l. lo-
cum

cum, uersiculo. Et si fortè non obtemperent. ff. de tabu. exhi. iunct. gl. in uersi. coherceri, quæ supplet captis pignoribus, uel mulctis. l. cum ab initio. & ibi glo. ff. quemad. testa. ape. l. si quando inuitos testes. C. de testib. In nonnullis locis adsunt statuta disponentia qualiter contra hos diffugientes se examini subijcere procedendum sit. Aut loquimur in causis
3 coram iudicibus ecclesiasticis, & tunc monetur † testis qualiter infra tot dies testificari debeat sub ecclesiasticis censuris, ac pœnis pecuniarijs, iuxta tex. in c. statutum. iun. gloss. in uer. ad testimonium. 2. q. 6. in c. 1. in fin. ac c. 2. & toto tit. de testib. cogen. c. ex parte, in fin. uersic. testes autem. de testib. quòd si cessante causa iusta, recusauerit quis se examini subijcere censuris afficietur, ac mulctabitur.

SVMMARIVM.

1 *Positionibus contra monitum respondere recusante, qualiter procedi debeat?*
2 *Positionibus respondere quis non cogitur nisi ad id accedat iudicis iussus.*
3 *Formula monitorij, ad respondendum positionibus.*
4 *Mora respondendi positionibus ut sit impurgabilis cautela.*

QVÆSTIO XLVI.

1 QVadragesimosexto quæro, qualiter procedi debeat contra † recusantem respondere per uerbum credit, uel non credit positionibus? Pro resolutione huius quæsiti plura supponenda ueniũt, quæ quiuis uidere poterit in mea repet. c. quoniam contra. de proba. nu. 192. cum alijs seq. & inter alia quòd licet in principio positionum apponantur illa verba uidelicet. Quibus singulariter singulis ex aduerso medio iuramento per uerbum credit, uel non credit sufficienter responderi petit, ut per gloss. & Docto. in c. 1. de confess. li. 6. Non tamen cogitur aduersarius respondere positionib. licet pars diuer-
2 sa illum ad id interpellet, nisi accedat etiam † iussus ipsius iudicis. Innoc. in cap. prout. de do. & cont. in præalle. cap. 1. iun. prin. cum ibi nota. per gl. de confes. libro sexto, per Bal. in l. fi. §. quòd si actor. C. de iura. calum. per Franc. Cur. in tracta. positio. & interrogatio. vbi etiam subdit nonnullas limitationes, ac per Augu. Bero. q. 78. incipien. Interrogatus, in prin. Modo ad praxim deuenio, & primo dico posse procedi via monitorii, seu præcepti, & sic iudex coram quo productæ sunt positiones monebit partem, contra quam positiones productæ fuerunt, ut illis respondeat infra biduum, uel infra tres, alioqui illæ pro confessis, seu confessatis habeantur, quo termino lapso pro talibus habebuntur, per tex. in ca. 2. de confes. lib. 6. & ibi glo. in uer. pro confessis, post medium, dicit, quòd hodie ipso iure, ꝙ etiam affirmat ibidem Gemini. Non negauerim tamen quin alia uia quàm monitorij ad idem, ad eundemque effectum procedi possit, videlicet per uiam citationis, uel monitionis iudicis oretenus factæ ut quis positionib. respondeat, cum comminatione, quòd si infra tempus sibi assignatum non respondeat, illę pro confessis, seu confessatis habebuntur. Et in istis terminis loquit, & sic intelligi debet Rober. Maran. de ordin. iu. par. 6. sub titu. de contum. numero decimooctauo, versiculo octaua pœna est. Alio etiam modo, & aliàs mulctando, cohercendo, uel grauando procedi poterit, & per iudicem ecclesiasticum excommunicando nisi quis respondeat. Hodie formula monitorii, ut quis positionib. respondeat si-
3 milis huic esse † solet, uidelicet, De mandato &c. & ad instantiam Meuij, moneatur Titius, ex aduerso principalis quatenus infra triduum proximum sub 200. duc. au. pœna locis pijs per nos eligendis applicanda, ac pro illa mandatum executiuum, & in iuris subsidium, & quatenus opus erit, excommunicationis, positionib. & articulis in actis infrascripti notarij datis, medio iuramento per uerbum credit, vel non credit singulariter singulis sufficienter respondisse. Et si in præmissis senserit se grauatum com-
4 pareat &c. Expedit (mea quidem sententia) † ut instetur per iudicem pronunciari illum, qui non respondit haberi pro confesso, seu positiones ipsas ꝓ confessis haberi, ad hoc ne disputationi locus remaneat, an mora non respondentis purgari possit. ad ea, quæ tractant Cy. in l. 2. §. ꝙ si actor. C. de iura. calum. Bal. in cap. 3. de milit. vasal. qui contu. est. Ang. & Imol. in l. si insultum. ff. de uerb. obli. & ibi Alex. post alios, nu. 36. ibi nisi iudex pronuntiasset eum haberi pro confesso.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriarum formula.*
2 *Excommunicari quis debet ex re non vulgari.*
3 *Monitoriæ ab episcopis concedi solitæ.*
4 *Reuelatio delinquentis parte instante an fieri debeat?*
5 *Furem reuelare quando quis teneatur de iure canonico.*
6 *Officio nobili procedere dicitur index licet pars accusat,*

QVÆSTIO XLVII.

1 QVadragesimo septimo quæro, † quæ sit formula monitoriarum de quibus loquutus sũ supra quæst. 1. numero 12. ad quid inuentæ sint; & qualiter in illis procedatur? Circa primum respondeo, quòd plures formulæ dari possent, hæc tamen quam subijciam frequentior, & uberior mihi uisa fuit sub ijs uerbis. Alexander Riarius & c. Venerabilib. & circumspectis uiris Vicarijs: seu officialib. &c. ac uniuersis, & singulis parochialium ecclesiarum rectoribus, cappellanis, curatis, & non curatis ciuitatum &c. nec non conuentuũ fratrum Prædicatorum minorum Augustinen. & Carmelitarũ prioribus, & guardianis, ac fratribus per prędictas ciuitates, & earum diœceses, & alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum, ac illi, uel illis ad quem, uel ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Noueritis, ꝙ nuper pro parte

nobilis viri N. instanter requisiti discretioni vestrę, & ciuilibet vestrum tenore præsentium cõmittimus, & sub excõicationis pœna, quam canonica monitione præmissa in vos, & vestrũ quemlibet ferimus in ijs scriptis nisi feceritis, quæ mãdamus, districtè præcipientes quatenus receptis præsentibus uos, & quicunque vestrum qui super hoc fuerit requisitus per vos, vel alium, seu alios ex parte nostra vos Domini Vicarij, & officiales dum causarum audientias tenebitis, vosque priores, guardiani, & fratres in uestris sermonibus publicis dum uerbũ Dei fideli populo ibidem astanti prædicabitis, ac uos rectores, cappellani curati, & non curati in vestris ecclesijs dum missarum celebrabuntur solemnia, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audientium. moneatis primo, secundo, tertio, & peremptoriè, publicè, alta, & intelligibili voce oẽs, & singulas personas vtriusq, sexus exemptas, & non exemptas, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quas, & earum quamlibet nos ẽt tenore præsentium monemus, eisq. nihilominus in virtute sanctæ obediẽtiæ, & sub excõicationis pœna, quam canonica monitione præmissa in eas, & earum quamlibet ex nunc ferimus in ijs scriptis: nisi mandatis, & monitionib. nr̃is huiusmodi paruerint cum effectu districtè ꝑcipimus, & mandamus, quibus, & eorum cuilibet vos ẽt præcipiatis & mandetis eisdem, quatenus si sit earum aliqua, quæ clam, furtiuè, latenter, occultè, indebitè, & iniustè habuerit, receperit, leuauerit, occultauerit, occupauerit, retinuerit, & sibi indebitè appropriauerit, quouis quęsito colore, aut titulo: aut sciat habẽtes, detinentes, occultantes, celantes, usurpantes, rapientes, sibi indebitè apꝓpriantes aliqua debonis mobilib. & immobilib. dicti N. sicuti aurum, argentum monetatum, & non monetatũ, cuiuscũq. formæ pateras, sciphos, coclearia, uirgas, anulos auri, & alia q̃cunq. vasa aurea, argentea, ærea, stannea, perlas, lapides pretiosos, literas, chartas, cedulas, instrumenta publica, testamenta, legata, relicta, donationes, protocolla, obligationes, quitantias, cõtractus, recognitiones, libros rationum, redditũum, censuũ, & aliorum debitorum, ac alias scripturas tam publicas, quã priuatas, lectos, culcitras, linteamina, mappas, &c. uestimenta, pannos, lineos, & laneos, & alia corporis uestimenta, & quæcunque domus vtensilia, vina, vasa, frumentum, legumina &c. domos vineas &c. boues, equos &c. & alia quæcunque animalia, & bona ad dictum N. spectantia, & pertinentia tum rone ꝑsonæ suæ, & successionis hæreditariç, &c. in quibuscunq. locis, seu rebus consistant. Aut sciant, seu sciat aliquẽ, uel aliquos dicta bona, vel ex ipsis aliqua habuisse, uel habere, detinere, occupare, & sibi indebitè appropriare &c. ipsæ personæ, quas ꝓrsus ignorat, dicta bona, aut ex ipsis aliqua habentes detinentes, occupantes, & sibi indebitè approprian tes, reddant, restituant realiter, & cum effectu infra x. dierum spacium à die monitionis sic factæ in antea proximè computandorum, seu postquam huiusmodi monitio ad ipsorum notitiam deuenerit &c. scientes verò dicta bona, aut ex ipsis aliqua habentes, detinentes, occupantes, usurpantes, & sibi indebitè appropriantes reuelent, & significent eidem N. aut alicui alteri ꝑsonæ idoneæ, & fideli, per quã, seu mediante qua possit eidem N. fieri restitutio, seu condigna satisfactio de bonis, & rebus supradictis: aut aliter conueniant, & concordent amicabiliter cum eodem. Alioqui lapso dictæ monitionis termino omnes, & singulas personas sic monìtas dicta bona, aut ex ipsis aliqua habentes, detinentes, occupantes, & non restituentes, scientesque, & nõ reuelantes, quas, & earum quamlibet ob hanc causam in ijs scriptis excommunicamus, vosque tandiu in uestris ecclesijs singulis diebus dominicis, & festiuis dum missarum celebrantur solemnia, & fidelium populus ibidem conuenerit ad diuina officia audiendum, pulsatis campanis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram proiectis, sic excommunicatos ob dictam causam publicè nuncietis, seu nunciare faciatis, donec aliud a nobis, uel superiori nostro super hoc habueritis in mandatis. Et si huiusmodi excommunicationis sententiam post denunciationem huiusmodi per uos, seu alterum uestrum sic factam, per 15. dies animis (quod absit) sustinuerint induratis, nec de prẽmissis satisfacere, & ad gremium sanctæ matris Ecclsiæ redire curauerint. Nos tunc attendentes, quòd eorum crescente contumacia, & inobedientia, meritò crescere debeat & pœna, in ipsas omnes, & singulas personas prædictas sic excommunicatas, & denunciatas sentẽtiam ipsam excommunicationis ex nunc, prout ex tunc duximus aggrauandam, & tenore præsentium aggrauamus &c. Præmissæ formulæ hucusque locus fuit, quid autem futurum sit stante nouissimo Concilio Tridentino meum non est decidere. Concilium inquam Tridentinum in Decre. Refor. sessio. 25. c. 3. sic loquitur. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmissis ad finem reuelationis (vt aiũt) aut pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent a nemine prorsus, præterquam ab
2 episcopo decernantur, & tunc non aliàs, quàm † ex re non vulgari, causaque diligenter, & magna maturitate per episcopum examinata &c. Hæc verba. Ex re non vulgari, causaque cognita &c. cum iure antiquo maximam conformitatem habent. iuxta tex. in cap. episcopi si sacerdotali. in cap. nemo episcoporum, & cap. sequen. 11. quæst. 3. in cap. sacro.
3 de senten. excommu. Monitoriæ † quæ ab episcopis super præmissis concedũtur breuiores esse consueuere, eiusdem tamen substantiæ, & effectus. sciẽdum est, ꝙ episcopus, seu eius vicarius cuicunque petenti has monitorias generales contra detinentes res suas, vel scientes quis eas obtineat, ut nisi restituant, uel reuelẽt infra certum tempus excõmunicati sint concedere potest. glo. Bar. & Alexan. in apostil. ad ipsum. Bar. Ange. Albe. Saly. Pau. Castr. & Floria. in l. inciuile est. C. de furt. Bald. in c. si sacerdos. uersi. Item si aliquis fecit furtum. ff. de offic. ordin. Aret. in c. nouit. col. penul. uer. Circa ultimũ de iudic. Rot. 444. quæ incipit extra Rotam in no. glo. in uersiculo, præmoniti iun. tradi. ibi per Anch. Cardin. & Imol. de iudi. Ioan. de Ligna, in tractat. de censu. ecclesi. §. restat uidere ex quibus causis. uersiculo, 12. & §. seq. uer. 21. Ex præmissis, & infra di-

dicendis patebit solutio ad quęsita supra in princ. In principio præmissæ formulæ dictum fuit. Pro parte N. Hinc uidetur oriri maxima contentio inter legistas in alle. l. in ciuile. C. de furt. & in l. 3. §. si tibi. ff. de cōdi. obtur. cau. & canonistas in c. qui cū fure. de fur. & alijs in locis: uidentur enim legistæ com-
4 muniter concludere, quòd † reuelatio delinquentis ad instantiā partis fieri non debeat, sed ad instantiā iudicis ex officio, faciendo inquisitionē generalē vt purget prouinciā suā malis hominib. ad l. congruit. ff. de offi. præsi. qui legistæ ēt affirmāt, ēt de iure canonico, quē non teneri instante parte furem indicare. Hinc Ange. & Flori. in d. §. si tibi inditium. Idem Ang. in l. qui uas. §. qui furem. & §. qui ex uoluntate. ff. de fur. Ioan. de Ana. in alle. c. qui cum fure. eod. colum. penul. & Afflit. consti. Neapo. In quæstionibus. colum. 3. referunt exemplum diui Francisci, qui interrogatus si homicida inde transiuerat, uerbis usus æquiuocis, immittens manus in manicas
5 respondit. Hac non trāsiuit. Canonistæ vero † pręsertim antiqui concludere videbantur, ꝙ ēt ad instantiam partis quis cogi posset ēt sub censuris ad propalandum, & indicandum furē, & vbi sint, seu quo transportatæ fuerint res subtractæ. ut per gl. in alle. c. qui cum fure. & per Alber. & Ias. in d. l. 3. §. si tibi inditium, in 1. fallen. ff. de condi. ob tur. cau. Abb. in c. dilectus. in j. not. de exces. prǽla. Et hoc iure utimur, ꝙ etiam ad instantiam partis monitoriæ huiusmodi generales decernantur, & concedantur vt præmissum est. Et in istis monitorijs ratione peccati officium iudicis maximè exuberat. Cardin. in clem. dispendiosam. q. 23. de iudi. Et licet pars instet, accuset, denunciet, adhuc dici debet iudicem
6 procedere † ex mero officio nobili. Et accusans dicitur stimulus instigans iudicem: vt uoluerunt Caccialup. Lancellot. & Claud. in l. imperium, col. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. pro quibus, & omnibus alijs, quæ hic desiderari possunt, & pro alijs quæstionib. huc pertinentibus, uide omnino Ioan. Neuiz. in sua syl. nupt. li. 3. in uer. monitoriæ, nu. 28. cum plurib. seq. Pet. Foller. in sua praxi crim. canoni. par. 2. Iudiciaria, in uer. Testibusq; diligenter examina. nu. 27. & seq. ac Iul. Clar. senten. li. 5. §. ult. praxi. crimi. quæst. 27.

SVMMARIVM.

1 *Monitus an velit uti scriptura, quam de falso quis redarguere vult, qualiter respondere debeat?*
2 *Instrumento uti uolo, quatenus sit bonum, responsio.*
3 *Instrumento falso utens non punitur pœna ordinaria.*

QVÆSTIO XLVIII.

1 QVadragesimooctauo quæro, qualiter † respōdere debeat monitus, an uti uelit scriptura, p eum producta, quam quis moneri faciens de falso redarguere vult? Respondent cōiter Docto. ꝙ respōdendum sit, uolo vti cum protestatione, si, & quatenus ueritatem contineat. Vel sic, volo uti hoc instrō, quatenus illud appareat verum, & non si appareat verum profiteor illo me non usurum, uel sic uolo uti dicto instrō si non adducantur suspitiones falsitatis. Seu uolo uti pro bono, & legali, si, & quatenus de iure sit, & non aliàs. Hanc responsionem, & praxim comprobant Gui. de Suzza. in authen. si quis in aliquo. C. de æden. Spec. in tit. de instr. æditio. §. videndum restat. in prin. ver. Quòd si velis. & Bal. in l. si aduersarius. in fi. C. de fi. instru. Cyn. Ange. & Saly. in l. si falsos. C. de fal. Feli. in c. ꝑsentiū. nu. 12. de testi. pract. Pap. in forma productionis instrumētorum. in uer. appareant. Io. Fran. Rip. in c. cum M. Ferra. post nu. 100. uer. bene facit. de consti. Hanc
2 praxim, & rñsionē, uidelicet, Volo uti instrō † quatenus sit bonū, uel si nō adducantur suspitiones falsitatis cōprobauit Rota corā Capizucca in causa Portuen. Castri Riani pro filijs Aloysij de Gaddis, contra fratres S. Pauli. In contrarium, quòd imò talis rñsio admitti non debeat, sed requirat ꝑcisa, & clara rñsio vñr voluisse, & pro hac opi. citantur idē Cyn. in alie. l. falsos. C. de fal. Bar. in l. diuus. 2. ff. eo. Lap. Alle. 119. quæro pone. in prin. Ful. consil. 177. Bal. consi. 96. lib. primo. Aret. in c. præsentium col. 6. de testi. Cępol. caute. 54. & Feli. in dicto c. præsentium. col. 4. Et hanc. opi. contra cautelas prædictas iuxta præalle. consi. Fulg. 177. comprobauit cōsilium Neapolitanum, intelligens cautellas procedere tantū parte non opponente, prout testatur Afflict. Dec. Neap. 189. incip. facta publicatione. quas etiam cautelas impugnat Aegid. Boss. in tracta. cau. crim. tit. de Fals. nu. 155. Et opin. Bar. & Lap. secuti fuerunt Anto. de But. in c. imputari. ad fi. de fi. instr. Augu. de Arimi. in Addi. ad Ange. de Malefi. in ver. falsario. post nu. 44. uersi. Tu autem in hac materia adde, ꝙ Docto. moderni. ac Io. Bap. Ferre. consi. 88. incipien. super puncto. ubi ad fi. hanc opi. Bar. & Lapi. veriorem affirmat. In harum opin. contrarietate sic distinguerem. Aut ille, qui moneri fecit aduersarium, ut declaret, anuti uelit instrumento, quod ipse de falso redarguere vult, & ille qui produxit respōdit ut supra, & qui moneri eum fecit amplius non insistit, seu acquiescit responsioni datæ, & essem pro prima opi. aut responsione data non obstante instat adhuc idem, qui moneri fecit præcise, & clare respōderi debere, & opinionem Bartol. Lap. Fulgo. & sequacium ueriorem putarem. per ea, quæ ipsi adducunt. Quam opinionem Bartol. & cum eo tenentium tanto magis procedere affirmarem, quando ad instantiam interrogantis, seu instantis statueretur terminus aduersario ad deliberatè, ac præcise respondendum, uelit uti, uel ne, uel ipse monitus terminum huiusmodi petijsset, prout per Barto. & Lap. supra citatos. per Aret. in c. præsentium. col. 6. de testib. & per Matth. Affli. Dec. 189. Aliter etiam distingui posset uidelicet. Aut simpliciter quis interrogatur, an uelit uti instrumento: Aut specificè exprimendo partem scripturæ quam intendit de falso redarguere, & sic monet, uel interrogat, an uelit uti instrumento in tali parte, in qua sic dicitur. In hoc secundo membro interrogatus, seu monitus ꝑcise respondere tenetur absque alia protestatione ut uoluerunt Saly. in l. si falsis. C. de fals. Cardi. Alex. in c. in memoria. 19. distin. & Rip. in cap. cum M. Ferrarien.

rarien.post numerũ 100.versiculo. Secundum remedium. Aliàs si in genere quis moneat, seu interroget hac specificatione non facta procedat prima opi. prout volunt Docto.pro illa citati. Et expresse hoc voluerunt Archid.in alleg.cap.in memoriam. & Ange.Aret.in §.appellantur.col.5. versicu. Sed pone.insti.de actio. Non tamen annuere omittam,
3 quòd vtens instrumento falso † non punitur pęna ordinaria legis Corneliæ de fals.prout qui falsum fabricauit,sed alia mitiori,vt voluerunt Cyn.in l. 2.colum.1.versiculo.Quæritur circa,& ibi Ange. qui dicunt hoc casu imponendam esse pænam relegationis ad tempus.& ibidem Saly.in 2.oppositio. hanc communem affirmat.C.de fide instrumento. Idem uoluerunt Io. Fabri in §.Item lex Cornelia. in fi.insti.de publi.iudi.Io.de Anan.in cap.ad falsariorum.colum.1.de crimi.fals.practi.Papien.in for. libel.ad rescinden.senten.in glo.in uersiculo, dolose.numero tertio. Hyppo. de Marsil. consilio quadragesimoseptimo,numero 5.Afflict.Dec. Neapo. ult.nu.18.

SVMMARIVM.

1 *Moneri an quis possit, an uti uelit depositionibus testium,quas de falso aduersarius redarguere vult,& qualis responsio danda sit per monitum?*

2 *Probatio per testes, & per scripturam æquiperantur.*

3 *Testes falsos producens etiam si postea dicat eorum attestationibus vti nolle, nihilominus de falso puniendus erit.*

QVÆSTIO XLIX.

QVadragesimonono quæro,an ille modus monendi & respondendi de quo in proxima pceden.quæstione,procedat etiam in attestationibus
1 vt quis moneri † debeat ut declaret an velit uti attestationibus,vel testium depositionibus,quas aduersarius de falso redarguere vult?Pro opin. affir-
2 matiua facit,quòd sicut æquiparatur † probatio p testes probationi per scripturas,iuxta tex. in l.pactũ quod bona fide.C.de pact.l.in exercendis. C. de fi. instru.& per D.meum consilio 169. colum.1.in fi. Sic etiam circa reprobationem, ac circa illis vti volentes,idem modus seruari debeat,idemq.ius statutum esse censeri debeat. Secundo idem dicendum videtur arguendo ab identitate rationis, ad tex. in l.si postulauerit.§.ratio.ff.de adult.l.1. §. hoc interdictum eandem.& ibi notat Bar.ff.de fonte. l. illud cum gl.magistra in uer.ęstimari, quæ dat concord. ff.ad leg.aqui.cap.translato.cum glo.fin. de constit. Non minor,nec differens ratio militare conspicitur in monendo producentem testes,quàm scripturas, & in respondendo an quis velit uti scripturis suspectis de falso,quàm attestationibus pariter suspectis. Tertio in indiuiduo,quòd idem modus monendi, interrogandi,ac respondendi in utroque casu procedat elicitur ex Bar.in l.diuus 2.post numerũ secũdũ,ver.Quòd dixi de instrumento,idem dico de attestationib.ff.ad leg.Corn. de fals. & Bar. sequitur Lap.Alle.119.incip.quæro pone.ante num.5.Et ꝙ idem de attestationib. quod de scripturis in terminis nostris respondẽdum sit,apparet ex con. Raph. Fulg. 177. incip. publicato processu, ubi concludit idem quod in scripturis dicendum esse in depositionibus testium, videlicet, ꝙ interrogari quis debeat an uti uelit attestationibus, seu depositionibus,& tunc sufficiat respondere,quòd eis vtitur inquantũ veritatem contineant,aliàs non. In contrarium, ꝙ immo aliud dicẽdũ sit circa attestationes, quàm cir
3 ca scripturas in terminis nostris, probatur,quia† pducens falsos testes etiam si postea dicat illis,seu eorum depositionibus, vti nolle,nihilominus de falso puniendus erit, ex quo scienter falsum cõmisisse uidetur,prout uolunt Bar.in l.si falsos.C.de fals.Pau. Castren.In l.2.C.de fi.instru.Ange. Aret. in tracta. de Malefi.in uer.Falsario.nu.42.uer.Et scias.Ruin. consi.86.nu.6.uer.Et ita etiam,uol.4.Ego sic distinguerem. Aut quis produxit falsum articulum,& super eo testes examinari fecit, seu aliàs testes falsos induxit. & procedat secunda opin. & erimus in diuersis terminis ab illis,de quibus in proxima præceden.q.per nunc adducta,& Rip.in cap. cum M. Ferrarien.ante nu.101.de consti.uer.Tertio intellige,quòd præmissa protestatio.Et sic sumus in casu, in quo quis fabricauit,& uti uoluit,unde ut præmi si pœnam falsi non euitabit,ut per supra relatos, & dicta l.fallos,& ibi Bal.Ang.& Saly. C.de fals.quãtum enim in se fuit egit,ac falsum commisit: quod etiam uoluit Ruin.alle.consi.86.nu.3.uol.4. Aut non fuit peccatum in datione articulorum, neque opera,uel facto,seu malis artib.testes inducentis illi falsum in principalis fauorem deposuerunt,&tũc quia is falsum non fabricauit,sed solum eo iam fabricato uti uelle uidebatur, ei renuncians falsi pœnam euitat,prælle.l.si falsos.C.de fal.& si dicat se errasse in formando articulos, uel ꝙ putasset testes uera dixisse,audietur.ita Feli.in c. præsentium, nu. 11.de testib. sicque intelligendum affirmat Bald. in l.j.colum.fin.C.si ex fals.instrum. Et in ijs terminis idem dicerem quòd de pducente scripturas, & monitorio huiusmodi locum esse affirmarem, interrogationibusque ac responsionibus, de quibus in prę ceden.proxima quæst.uel illis similibus iuxta subiectas materias.

SVMMARIVM.

1 *Releuari se indemnem uolens qualiter procedere debeat?*

2 *Fideiußoribus actiones,& remedia competunt ante, & post damna paßa.*

3 *Fideiußor antequam soluat quando agere poßit?*

4 *Diu stetiße in obligatione, quando quis dicatur?*

QVÆSTIO L.

1 QVinquagesimo quæro,fideiussor † uolens se indemnẽ releuari qualiter pcedere debeat? Inter alias uias breues,illã eligere poterit,ut uia monito.

nitorij, infrascripti tenoris agat. De mandato A. C. &c ad instantiam N. moneatur O. quatenus infra tres dies proximè futuros debeat sub excõmunicationis pœna & c. dictum N. eius fideiussorem iuxta formam instrumenti obligationis indẽnem realiter, & cũ effectu reuelasse. Et nihilominus sub eadẽ pœna arrestetur dictus O. ne a Ro. Cu. recedat, & omnia bona sua mobilia, præsertim equus, & 20. salmę grani in domo P. existentes, ne alicui tradantur, aut extra dictam domum ducantur, vel exportentur, nisi prius dictum N. realiter, & cum effectu de summa centum aureorum, pro quib. se in bãco de Ceulis pro dicto O. obligauit releuauerit. Et si senserit se grauatum & c. Iura fideiussoribus
2 † actiones, ac remedia pararunt & ante, & post damna passa. iuxta tex. in l. ex mandato. §. fideiussor. & l. si mandato meo. §. fideiu. ff. mand. ac §. si quid. Insti. de fideius. & toto tit. ff. & C. eo. Quatuor casus, in
3 quibus fideiussor antequam † soluat agere põt habemus per tex. iun. gl. in l. si pro ea. C. manda. per glo. in uer. soluerit. in alle. §. si quid. Insti. de fideiu. alios. et addunt ibi Ang. & alij, & ille est præcipuus quando diu fideiussor stetit in obligatione. iuxta tex. in l. Lucius. §. fideiussor. ff. manda. Et hoc an fideiussor
4 dicatur diu stetisse in obligatione relinquitur arbitrio iudicis prout per gl. in d. §. fideiussor. ac glos. in ver. feceris. in l. si pro ea. C. manda. Doct. cõiter in §. si quid autem. Insti. de fideiu. ac gl. magna in c. fi. extra eo. de fideiu. & hãc magis communem affirmat Iaf. in l. si fundum. nu. 11. ver. sed intelligitur arbitrio iudicis. ff. de leg. 1. Romæ habemus statutum c. 104. li. 1. disponens, q̃ fideiussores, aut expromissores, qui se pro aliquo obligauerint, possint compellere principalem, vt eos extrahat de fideiussionibus, vt dentur fideiussores de conseruando eos indẽnes, & hoc antequam fideiussores condemnentur, vel diu non stetissent in obligatione, vel etiam si principalis non dilapidet bona sua. De arresto personæ, & bonorum, de quibus hic, tractaui latè supra quęstione 8. & seq.

SVMMARIVM.

1 Excommunicatus, & declaratus quia non paruit monitorio super solutione quingentorum, an si soluat summam petitam, & expensas taxatas indigeat absolutione ab excommunicatione huiusmodi?
2 Solutio, & liberatio idem sonant.

QVÆSTIO LI.

1 QVinquagesimo primo quæro, an † excommunicatus, & declaratus, quia non paruit monitorio, continẽti quòd is soluat ducatos quingentos, si postea ille soluat summam petitam, ac expensas taxatas, indigeat absolutione ab excommunicatione huiusmodi? Pro opin. negatiua est regula iuris, vt cessante causa cesset effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patr. c. cum cessante, de appel. Excõicatio infligebatur pp solutionẽ nõ factã, facta igit̃ solutione cessare dẽt excõicatio, ac effectus monitorij, & excõicationis. Secundo habemus, q̃ solutio
2 ne † eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. Insti. qui. mod. tollit. oblig. in princ. Et eo ipso, quòd quis soluit est liberatus, solutionisq. & liberationis nomẽ idẽ designat. l. solutionis uerbum. ff. de solutio. l. liberationis verbum, quæ est 47. & l. solutionis verbo. quæ est 176. ff. de ver. signi. & ad ea, quæ notat glo. super rub. ff. de solutio. Tertio sublato principali tollitur accessorium, iuxta q̃ principale regulatur, ampliatur, & restringitur. l. prædijs. in princi. ff. de lega. 2. c. accessorium. de reg. iur. li. 6. cum vulg. Quarto videtur tex. in terminis pro hac opi. in ca. primo. de deci. li. 6. ibi, Ecclesijs emendam non fecerint competentem, sint, & tandiu maneãt ab officijs administrationibus, & beneficijs suis suspẽsi, donec destiterint, & satisfecerint. Et sic suspensio durat vsque ad satisfactionem. Et ex ijs, quæ postea subijciũtur vñr equiperari suspensio, & excõicatio, seu excõicatio sufficit quibusdam in casibus in locum suspẽsionis. Idem igitur videtur dicendum, quòd pariformiter quis excommunicatus remanere debeat donec satisfecerit, seu vsque ad satisfactionem, & non ultra. Præmissis subtilibus, & coloratis argumentis non obstantibus contrariũ decisum videmus in eod. c. primo, de deci. li. 6. ibi, Ante satisfactionem huiusmodi nullatenus absoluẽdi. Et sic duo requiruntur: primum est, ut satisfiat condigne: Alterum ut post satisfactionem condignam subsequatur absolutio ab ipsa excommunicatione. Et est ibi glo. seu Addi. Ioan. And. in uer. donec, quæ dicit. In excommunicato uerò necessaria est absolutio post satisfactionem. Cum igitur habeamus casum legis, seu canonis, amplius disputationi, seu responsioni contrarijs adductis locus esse non debet. l. ancillæ. vbi Bal. & alij. C. de furt. l. illam. C. de collatio. D. meus Philip. Dec. cõsil. 452. visa. col. vlt. ante nu. 27.

SVMMARIVM.

1 Monitorium cum inhibitione obtinenti ab ordinario, contra capitulum pro obtinenda possessione canonicatus tertio ad litem admisso, an possessio per capitulum tradita sit attentata, & inualida?
2 Interesse prætendens, de eo docto ad causam admittitur.

QVÆSTIO LII.

QVinquagesimo secundo quæro, Monitorio cũ inhibitione obtento ab ordinario cõtra capitulum pro assequenda possessione canonicatus,
1 tertio ad litem admisso † an possessio per capitulũ tradita censenda sit attentata, & inualida? Hoc quæsitum posui in meo tractat. Inhibit. quæstione 115. vbi ad partes arguens ostendo primo, quòd cum paritum sit monitorio, nullus dolus considerari posse videbatur, & consequentet nec attentatum, nec delictum, quod sine dolo non procedit. Imò suppositã obedientia, actus huiusmodi validi, & laudabiles censeri debebãt. Et q̃ mẽbris principalib. sedis Apostolicæ, ac prælatis obediendum sit probatur ex tex. in c. omnes, in c. illud, & toto titu. de maior. & obe. Et diuus Bernar. super illis verbis. Beati mites inquit

subiecta sit Deo, scilicet anima, & ijs pariter, quib. vice eius habet obedire prælatis. Diuus Thomas secunda secundæ. q. 104. art. 4. & 5. Tam igitur qui monitorium huiusmodi à superiore, ac possessioné illius vigore à capitulo obtinuit immunis esse uidetur ab omni dolo, & culpa, quàm ipsum capitulum, præsertim quia in monitorio iuxta consuetum pœna apposita censeri debet. Dixi aliam opin. contrariam facile sustineri posse, per ea, quæ ibi adduco; cum. n. capitulum possessionem tradiderit existente illo tertio in lite actum prohibitum faciebat, ac attentabat, cum. n. ille tertius in uim clausulæ cótra N. omnesq; alios interesse putátes &c. in monitorio poni solitæ, ꝓ suo interesse admissus fuerit ad causam vt supposuimus, imò etiam si nó adesset dicta clausula, quia coram ordinario causa pendebat,
2 poterat † interesse prætendens coram illo comparens de dicto interesse docto, se ad causam admitti facere, c. vt hi contra quos, ut lit. penden. li. 6. Inno. in c. veniens. 1. in versi. restiterit. de sponsa. Rot. 103. ver. si C. impetret. ver. Tertiò uero superueniente ꝓ suo interesse. in nou. Et de ueniente ad causam pro suo interesse tá in uim dictæ clausulæ, omnesq. alios interesse putantes, quàm clausula non apposita, & tam corá ordinario, quàm delegato tractant Abb. Fel. & alij in c. veniés. 2. de testi. & ego in 9. formula commi. Admissionis pro interesse, in j. glo. Ex quib. concluditur, quòd iste tertius iam erat in lite, & in eius præiudicium citra vitium attentati nihil fieri poterat, & consequenter quoad eum illa possessio ꝑ capitulú tradita lite pendente vitiosa, & attentata fuit, & per illam possessionis traditionem præiudicium inferri potuisset illi tertio, dando sibi duriorem aduersarium, ad text. in l. qui cum vno. §. non omnis. iun. declara. Budei super ver. præciosiorem, qui exponit, idest duriorem. ff. de re mili. seu ex alia causa sibi preiudicari poterat. Et sic sumus in terminis tit. ut lit. pend. nihil inn. ff. & C. & in iure cano.

SVMMARIVM.

1 *Possessor instrumentalis Seium moneri facit ad euacuandum, & super restitutione fructuum, Seio illi huius occasione inhiberi faciente, an actus per illum instrumentalem possessorem postea facti dicantur attentati.*
2 *Instrumentalis possessio præcedens operatur ut actus facti subsequenter, tamquam facti in continuationé possessionis, non dicantur attentati.*
3 *Possessionem via facti recuperare potens, si iudicem adeat, ad uiam facti amplius recurrere non potest.*

QVÆSTIO LIII.

Qvinquagesimo tertio quæro. Possessor instrumentalis moneri facit Seium ad euacuandum, & super restitutione fructuú:
1 Seio illi huius litis occasione inhiberi faciente † an actus per illum instrumentalé possessorem postea facti dicantur attentati? Hæc tractauimus in 116. q. de Inhibitio. vbi discussa re ad partes, conclusimus pro attentatis, ibi videri poterit. Considerabam, ꝙ
2 licèt † instrumentalis possessio præcedens capta nemine existente in possessione, & consequenter bona & considerabilis operaretur, ut actus subsequentes tamquam facti in continuationem possessionis, non possent dici prohibiti, & artentati, ut per Pari. cons. 172. col. 1. in fi. & col. seq. vol. 4. & voluerunt Domini d. eRota in Illerden. sacristiæ coram Fantucio. 9. Decembris 1555. dicentes possessionem captá post instrumentalem illinc ad nonnullos annos fuisse cótinuatiuam, pro quo faciunt quæ scripsi in 23. q. de Inhibitio. & ibidem nu. 13. loquor de hac possessione instrumétali capta, altera postea subsecuta. Verú in casu nostro propter aditionem ad iudicem, hic possessor instrumentalis, tanquam meticulosus possessionem amisisse dicitur, & propterea non potest supponi amplius continuatio prioris possessionis, vnde consequenter attentasse dicatur. In simili ét
3 dicimus, ꝙ qui via facti potest † possessionem recuperare, si iudicem adeat ad viam facti amplius recurrere nó possit. Bal. in l. 2. col. 5. q. 10. C. de serui. & aqua. & in l. 1. cir. prin. ver. Item nota, ibi, Quia ubi assumitur via. C. de execu. rei iudi. & in l. ædem. col. 3. in 3. q. C. loca. D. meus in l. vlt. nu. 31. ver. Et ratio videtur. C. de ædi. di. Adri. tollen. Aret. in l. clá possidere. nu. 13. ff. de acq. pos. Rip. in l. de pupil. §. meminisse. nu. 7. ff. de no. ope. nun. Rui. consil. 127. nu. 12. ver. Et quia eligendo. nu. 55. Hyer. Grat. cós. 90. nu. 3. li. 1. Imputet igitur sibi, qui tutiorem viá habens, iudicem adeundo sibi ipsi præiudicium intulit.

SVMMARIVM.

1 *Arrestatus appellans, & iter arripiens, an puniri debeat.*
2 *Arripiens iter ad superiorem, interim est sub eius protectione.*

QVÆSTIO LIIII.

Qvinquagesimo quarto quæro, in monitorio contra Titium decreto, & executo pro solutione centum, appositum etiam erat arrestú, & sic idem Titius arrestatus fuerat, qui ab arresto huiusmodi tanquam illegitimo, & iniusto ad sedem Apo
1 stolicam appellat: ad superioremq. iter arripit † an tanquam arresti uiolator puniri debeat? pro opi. affirmatiua faciunt ea, quæ scripsi sup. q. 9. præsertim dum æquiperando frangentem arrestum, frangenti carcerem pari pœna vtrunque puniri debere videbatur. Et facit illud cons. Oldr. 65. Hac igitur. circa prin. Pro opi. negatiua cóclusit iuxta terminos nřos Gui. Pap. Dec. 436. incip. cum materia. post nu. 105. post Bar. in l. de pupil. §. si quis ipsi prætori. nu. 28. ff. de no. ope. nunci. & ibi volunt tam Bar. quàm alij
2 arripientem † iter appellantem, vel protestanté, ad superioré, interim esse sub eius protectione. Et subdit Gui. Pap. vbi sup. ꝙ ita seruat Curia parlamenti. Idem etiam voluit Gui. Pap. in tract. de appel. q. 87. alios ad idem citans. Hæc igitur via consuletur etiá arrestato, præter eas, quas posui sup. q. 10.

SUMMARIUM.

1 *Aduocatus, uel procurator an moneri possit sub pœnis, quòd causam aliquam suscipiat?*
2 *Pauperi difficile est litigare.*
3 *Potentioribus pares esse non possumus.*
4 *Inuitus ad aliquid faciendum nemo cogi potest.*
5 *Agere de iure suo nemo cogi potest.*
6 *Notarius cogitur acta recipere, & instrumenta conficere.*
7 *Notarius dicitur persona publica, & seruus publicus.*
8 *Aduocatus & procurator quãdo teneantur causas, & lites acceptare?*
9 *Doctor cogi potest ad consulendum.*
10 *Officium, uel exercitium suum exercere quando quis cogi possit?*

QVÆSTIO LV.

1 QVinquagesimo quinto quęro, an † monitorium, vel pręceptum per iudicem decerni possit, quòd Aduocatus, uel procurator compelli possit, aduocationis, vel procurę in aliqua causa officium exercere: sub pœnis, etiam priuationis ab officio? Hoc quęsitum in dies accidit, infiniti.n. & in ciuilibus, & in criminalibus in defensi remanent, uel propter paupertatem † & impotentiã
2 litigandi ad tex. in l. si procuratorem. §. si ignorãtes. ibi. Quid tamen si paupertas eis non permisit, excusata est eorum inopia. ff. manda. Doct. omnes in cap. ex ratione. de appel. Bald. in l. secunda. §. si quis iudicio. ff. si quis cautio. Cassad. Dec. 6. de appella. Paris. consil. 102. quod sententia. volum. 4. vel propter potentiam, seu fauores alterius partis, seu
3 collitigantis, uel aduersarij: Potentioribus † enim pares esse non possumus, vt dicit etiam text. in l. quia etiam. in princ. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. & in authen. ut omnes obe. iudi. prouincia. §. si verò. versic. Nec latebat. nec tutum sit. Et in l. quia cum uno. §. non omnis. vbi etiam Bud. versic. pręcisiorem, qui exponit idest duriorem. ff. de re milit. Quo fit ut impotens, vel indefensus ad iudicem recurrat, petens sibi de aduocato, ac procuratore prouideri, sub pœna priuationis ab officio, seu exer
4 citio, & sub alijs pœnis. Pro opin. negatiua arguo sic. Nemo inuitus † cogi potest ad aliquid faciendum. l. si uerò. §. vltimo. ff. solu. matrimo. l. sicut. in princ. C. de actio. & obli. l. nec emere. C. de iu. deli. l. neque ab initio. C. de nup. Barto. in l. talis scriptura. in primo respon. post num. secundũ versic. Item ubicunque tractat de aliquo obligando contra suã uoluntatem. ff. de leg. primo. D. meus in l. diem functo. colum. pen. super glo. in uersi. ex tempore. vers.
5 Sed ista responsio. ff. de offi. assesso. Secundo † agere de iure suo nemo cogi potest. C. ut nemo inui. in rub. & nig. l. vltima. C. de usur. pupill. l. creditor. C.
6 de pigno. Tertio arguendo à speciali. † Notarius requisitus cogitur recipere, & conficere acta, & instrumenta, & ad id genus, alioqui punitur. l. prouidendum. §. primo. C. de postil. Hostien. in sum. de fi. instrumen. §. ex quibus. Bal. super rub. C. eo. Rip.
7 in l. 1. nu. 23. C. de ædeu. † Et propterea notarius dr persona publica, & seruus publicus. l. secunda in fi. ibi seruum publicum apud pretorem stipulari debere. ff. rem pupil. sal. fo. l. orphanotrophos. ibi. Et pręsentibus publicis personis idest tabularijs. & ibi glo. C. de episco. & cleri. Specu. in tit. de fid. instrum. §. tertio. ca. quoniam contra. & ibi Abb. & cęteri, ubi etiam & ego de ijs tracto. de proba. Abb. in ca. sicut. in fin. ne cleri. uel mona. Si igitur ex iure speciali, & quia personę publicę, & serui publici notarij dicantur, ad exercendum officium suum notariatus cogi possunt, ergo nõ alij ad exercendum aliquod officium. Quartò videmus, quòd quis receptis literis, uel instrumento, in quibus ipse procurator constituitur absque protestatione, quòd non intendit acceptare, cogitur officium procuratoris exercere. clemen. prima. de procura. ergo ante aliquam receptionem, uel facta protestatione minime cogi poterit. Quinto, quòd procurator inuitus dari non possit habemus tex. in l. filiusfam. quę est. 8. ff. de procura. & in l. inuitus. C. eo. ac in l. inuitus. in princ. ff. de reg. iur. sequitur, quòd cogi non possit ad acceptãdum, & pari rõe nec aduocatus, quippe qui procuratori similis est, ubi inter eos nõ reperit in iure differentia constituta. Cõtrarium passim seruatur tam Romę, quàm ubique locorum, ut aduocatus, & procuratot palatij, uel in palatio versantes, qui soliti sunt (vt vulgo inquiunt) suas operas locare, & quascunque lites, & causas indifferen-
8 ter † acceptare, ad id cogi, & iuris, & facti remedijs possint, & debeant: & hoc iure vtimur. Quod ẽt uoluerunt Raph. Pau. Castr. & Ias. in princ. in alle. l. inuitus. C. de procura. ac Imol. in l. damni. i. §. si is qui. ff. de dam. infect. Et in contrarium adducta nõ loquuntur in solitis indifferenter patrocinium pręstare (& sic cessant, & tolluntur omnia contraria.)
9 Et de aduocato, † & Doctore quòd teneatur & consulere, & patrocinium pręstare, probatur in l. j. §. ait pretor. j. ff. de postul. in l. prouidendum. uersi. si quis uerò monitus. C. eo. in l. in sacris. ubi glos. & Barto. C. de praxi. sacro. scrinio. lib. 12. Idem Bar. in l. proximè. in prin. ff. de ijs, quę in testa. delen. Saly. in l. sancimus. C. de aduo. diuer. iud. Anto. de Butr. in cap. pro debilitate, de offic. deleg. colum. 4. Et q
10 Aduocati, procuratores, notarij, artifices, ac cęteri, qui suũ † officium, uel exercitium, publicè & apertè, ac ex professio exercent, ratione sui officij, vel exercitij ad illud exercendum cogi possint, uoluerunt etiam Ang. in l. prima. §. ultimo, per illum tex. ff. de fur. aduer. naut. Dom. meus, & Cagnol. in alle. l. nemo inuitus, quę est. 199. ff. de regu. iur. Quod profitebatur M. Tullius nemini ad eum confugienti patrocinium denegans, inuehens etiam in Iuuentium Lateranen. officium suum pręstare denegantem, ut in oratio. pro Cu. Plancio. Aduocati, qui clarissima eloquentię lumina ab Imperatore uocantur in l. restituendę. C. de aduo. diuer. iud. dedignari non debent, etiam pauperibus, imbecillibus, ac à fauoribns aduersariorum potentum oppressis consilium, & auxilium pręstare, illis fauere, illos fouere, illos seruare, iuxta pręceptum Diuinum Ecclesiasti. cap. 4. Congregationi pauperum affabilem te facito.

cito.& ca.7.Pauperi porrige manum tuam.& Iob. cap.2. Pater eram pauperum. Et Horat.de Asinio Pollione loquens lib.2. Ode.1.inquit. Insigne mœstis præsidium.

SVMMARIVM.

1 *Monitorio, seu præcepto pro decernendo, an citatio requiraur?*
2 *Lædi ubi quis in iudicio potest citatio requirirur.*
3 *Inhibitio citationem an requirat?*
4 *Citatio an præceptum præcedere debeat?*

QVÆSTIO LVI.

1 QVinquagesimo sexto quæro † an pro monitorio, seu præcepto decernendo, necessaria sit citatio, ad videndum decerni monitorium, seu præceptum? Pro opin.affirmatiua arguo sic, vbicunque quis lædi potest in aliquo actu iudiciario
2 † citari debet.l.de unoquoq;.ff.de re iud.l.nã ita diuus.ff.de adoptio.l.prima. §.denũciare igitur. & §.denunciare autem oportet. ff. de vent.inspici. l.si quando,& ibi Bal.C.de testib.sed p monitoriũ, vel præceptum deueniri posset ad executionem realem, vel personalem, & plerumque (saltem in subsidium) ad incursum in censuras, seu alias pœnas: ergo euidens læsio inferri paratur. Secundo videmus in simili, quòd pro decernenda inhibitione
3 † regulariter citatio requiritur. vt voluerunt Cõpostel.in cap.dilectus,ad finem, versic.Item nunquid,de rescript. Rot.24. de dolo & contum.aliàs 615. Nota licet,& 26.eodem titu.aliàs 825. Nota dic.in antiq. Idem uoluit Ias.in l.nequicquam, num.3.affirmans communem.ff.de offi.procons.& lega.Dom.meus consi.460.num.20.Paris. consilio 272.in causa,num.15.Dida.Couarub.practi. quæstio.cap.24.num.3.Maran.de ordi.iudicio. in tertia part.6.princ. quæst.secunda,num.196.& nouissimè Rolan.à Valle.consil.77.viso,num.24.& seq. lib.secundo. Tertio, quòd in præceptis,& id genus
4 requiritur † citatio voluerunt Bald.in allegat. l. nequicquam.§.ubi decretum,colum.secunda.ff.de offic.procon.ac Ludoui.Rom.in l.de pupillo.§.meminisse.ff.de nou.oper.nunc.dicens Ioan.And. idẽ tenuisse in quadam Addit.ad Spec.in tit.de Aduoca. vbi quòd affirmet a præcepto inchoari nõ posse,nisi in casu, in quo si pars esset præsens,tẽ inuita ad id cogi posset. Quam tamen Additionem ego inuenire non potui. Idem voluit Ange.Aret.in §. curare,colum.pen. Insti.de actio. Contrarium seruatur in præcepto,ac monitorio cum clausula solita,ac iuri,& rationi consona,si senseris te grauatum, vel si senserit se grauatum.glo.ult.in cap.ex parte. §.vlt.& ibi Abb.de verborum signifi.Barto.in l.1. num.3.C.de except.rei iudi. & per alios, quos cito supra quæst.17.num.quinto.Et pro hac opin.negatiua pondero, quòd monitorium, seu præceptum cum dicta clausula si quis & c.æquiparatur citationi, uel citationis vim habet, seu citatio etiam dici potest,prout per Paris.consi.116.incipien.circa resolutionem,num.23.& seq.lib.primo,& ad ea, quę adduxi supra quæst.17.num.4. Vnde si citatio est ipsum monitorium,uel præceptum cum dicta clausula iustificatiua, seu citationis uim habet, frustra requireretur alia citatio:non secus ac si quis citandus esset ad videndum se citari.Et in specie, quòd citatio non requiratur pro decreto monitorij, vel præcepti cum dicta clausula,immo, quòd à præcepto, seu monitorio huiusmodi incipi possit, uoluerunt glo.in præalleg.l.de pupillo.§.meminisse. & ibi Angel.Imol.Paul.Castren.Roma.& Ias.ff.de nou.ope. nunc.Bal.in l.actione, ac Saly.uterque colum.2.C. de transactio.glo.ult.in alleg.cap.ex parte.1.de uerborum significa.Barto.in l.prima.C.de excep.rei iudi.in l.prima. colum.2. C.de episco.audien. in l.ea quidem.circa finem. C.si manci. ita fue.alie.& in l. 1.§.1.in fi.ff.de iu.delibe.Bald.super rubr. C.commina.uel episto.colum.2.& ibidem Saly.Imol.in l. cum ab initio, colum.prima, ff. quemadmo. testa. ape.Ang.in l.nonnunquam.ff.de iudi. Maria. Sozzi. de citatio.col.60.in 22.casu.Lanfran.de Oria.in ca.quoniam contra,colum.14.de probat. Nicel.52. concordan.glo.in fallen.112. Ex præmissis soluuntur omnia contraria, quæ procederent in præcepto sine illa clausula iustificatiua. Magis tamen in specie, ad primum respondetur, quòd nullum præiudicium infertur si adsit clausula, si senseris, quia per comparitionem monitorium, vel præceptum resoluitur in simplicem citationem.Barto.in allega.l.prima,nu.3.C.de execu.rei iudi. Bal.super dicta rub.C.commina.vel episto.nu.quarto,uers. Aut citatus comparet, & per alios citatos supra in 17.quæst. num.secundo. Ad secundum negatur similitudo inter monitorium,seu præceptum,ac inhibitionem. Præter id,quòd inhibitio passim decernitur,præsertim in Roma. Cu.absque citatione, & ab inhibitione iudicium inchoari potest. Abb. consi.5.In quæstione.Stepha.Aufre.de pote.eccle. super laic.post num.octauũ. uers. Nono potest iudex.& per alios, quos refero in 18.quæstio.de inhibitio.post nu.secundum. versi. Breuiter contrariũ seruatur. Insuper in inhibitione non apponitur dicta clausula,si senseris & c. Ad tertium de præceptis, respondeo,quòd loquor de præceptis cum præmissa clausula,non de præceptis sine illa,quæ regulariter nisi causa cognita, & sic parte citata decernantur nõ apposita clausula illa iustificatiua, inconsiderata, exhorbitantia,ac iniusta, & inualida habebuntur. Anchar.consil.297.colum.1.Abb.in ca.ex parte.1.de verbo.signifi.& probatur supra in 17.q. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Appellare, an liceat à monitorio pro solutione decimarum?*
2 *Decimæ sunt de iure diuino.*
3 *Remedio ordinario cõpetente non est recurrendum ad extraordinarium.*
4 *Viam quam quis elegit sibi pateat.*
5 *Aequiparatio quando non procedat?*

QVÆ-

QVÆSTIO LVII.

QVinquagesimo septimo, Vicarius, seu officialis Archiepiscopi Valentini monuit incolas de Beuagaular Valentinæ diocesis ad instantiā Decani, ut eidem Decano soluerent decimas in fructibus, quod monitorium publicatum fuit à rectore, seu plebano dictæ Villæ: Quidam incolæ appellant ab huiusmodi monitorio, sed non fuerunt postea legitimè prosecuti appellationem: fuit commissum Rotæ Auditori, ut constito, quòd monitorium huiusmodi aliàs in partibus decretum in rem transiuisset iudicatam, daretur illi executio. Plura dubia hic exoriri poterant, prout distinctè procedendo plures desuper quæstiones non inutiles ex facti huiusmodi serie extractas subijciam. Et supposito quòd Decanus intenderet condemnari facere incolas, ac iuris remedijs cogi nō dātes decimas in fructibus, meritò fecit illos moneri iuxta opinio. Rebuff. in tracta. Decima. quæst. duodecima, ad fi. & tractauimus supra quæst. 42. ad finem. Quæro
1 igitur an † appellare licuerit à monitorio præmisso pro soluendis decimis huiusmodi decreto? Et vi-
2 detur negatiuè respondendum, quia decimæ † sunt de iure diuino. Exod. cap. 22. & cap. seq. ac Concil. Triden. Sessio. 25. de Decret. Refor. cap. 12. & cap. j. de deci. Et in signum vniuersalis domini j reseruatæ ut per Docto. ibi. Nec differri, impediri, vel aliquibus artibus subtrahi debent huiusmodi decimæ. cap. decimæ. versi. sed si tardius. 16. quæst. j. ca. decimas. cum sequen. ea. cau. quæst. septima. ca. parrochiano. ca. parrochianos. cap. ex transmissa. & ca. tua. de deci. Immo talia facientes excommunicari debent. dicto cano. Triden. cap. 12. ea. Sessio. 25. sed appellatio retardat, vel impedit. toto tit. ff. & C. ac extra de appel. ergo appellatio admittenda non est.
3 Secundo cum competat remedium † ordinarium non est recurrendum ad extraordinarium. l. in causæ. 2. ff. de mino. l. quidam. in princ. ff. de æden. l. cū fine. in princ. ff. de Carbo. edi. Rot. 446. si lata. col. j. uersic. habet enim hoc remedium, non est sibi concedendum extraordinarium. in no. ordinarium autem, & solitum remedium est, comparere, & negare monitorium, per quam comparitionem monitorium reducitur in vim simplicis citationis. Bart. in l. prima, nume. 3. C. de exe. rei iudi. Ruin. consi. 19. ante num. 6. volum. quinto. Paris. consi. 113. uol. 4. Et sic non solet interponi, nec locus esse debet huic uel simili appellationi.

Tertio (ut probaui supra quæst. 17. num. 4.) citatio, & monitorium æquiperantur, & monitorium vim citationis habet: sicut igitur non appellatur à citatione ut omnes sciunt: ita nec à monitorio. Qui contrariam opinionem tenere vellet, quòd immo ab huiusmodi monitorio, & alijs appellare liceat, adducere posset generalem illam regulam, quod de iure canonico ab omni grauamine appellari potest cap. vt debitus. de appella. c. cordi. eodem tit. lib. 6. Cum igitur per monitorium quis grauetur, seu grauari possit, ergo appellare poterit. Et in specie, quod à monitorio appellari liceat supponit Rot. Fasto. dub. 15. causa. 5. in positione casus. Quod & expresè uoluit Ancha. consi. 297. efficacibus. post num. 3. versi. Vnde quia fuit postea tempore scientiæ appellatum intra decem dies: Non legas oppositum à monitorio, prout communiter legitur, quia nec lectura illa sensum haberet, nec concordaret cum ij s, quæ ibi subijciuntur. Non obstat primum, quòd decimæ sint de iure diuino, & non retinendæ, seu retardandæ: id enim non negatur, nec super hoc contenditur, sed (vt in themate supponitur) an in fructibus dari debeant: & cum præsupponeretur pro parte incolarum adesse conuentionem de soluendo decimas in pecunia, talis conuentio, seu compositio super uno modo, vel alio soluendi decimas à iure non improbatur, ut elicitur ex text. in cap. ex multiplici. & alijs. de decim. Immo etiam in certis casibus potest princeps alicui concedere ex causa exemptionem à solutione decimarum. in cap. ex parte. & in cap. ad audientiam. eodem tit. de deci. cum simil. Ad secundum responderi potest ordinaria uia appellandi à monitorio, quàm negandi illud. Ad Rot. Fasto. & consil. Ancha. ubi supra. Et cum plures uiæ competant, illam quis eligere potest quam vult, † & illa sibi parere debet. l. qđ
4 in hęredem. §. eligere. ff. de tributo. l. vltima. C. de codicil. Innoc. in cap. cum ex officij. uersic. Item ex hoc. de præscr. Bartò. in l. si societatem. §. in arbitrorum. colum. 3. uersic. dicit Innocen. ff. de in inte. resti. Alexan. consi. 105. Magnifice prætor. nu. 25. post Bald. & alios per eum citatos. libro 3. Ias. in l. 2. nu. 114. C. de iure emphy. Non obstat tertium, negatur enim quòd citatio, & monitorium in omnib. ęquiparentur: Et † ęquiparationis argumentum nō pro
5 cedit nisi in casibus omnino similibus, & per uiam regulæ. l. prima. §. quòd si nemo. cum gloss. in uers. pro eo. uersic. sed cum pupillus. ff. quod cuius. uniuer. Ruin. consil. 114. uisa facti. & consil. 124. super eo. nu. secundo, volum. quinto. Hinc dixit Menoch. in 15. remed. & recuperan. possession. ęquiparationem nō esse bonā, cum in puncto, de quo agitur ad sit differentia: si enim concederemus, quòd à citatione non posset appellari, & supra probauimus à monitorio posse appellari cessabit, æquiparatio, uel saltem in hoc puncto æquiparationem non erit bona.

SVMMARIVM.

1 *Executio monitorij, seu citationis in partibus, de qua notarius fidem faciebat per instrumentum celebratum coram tribus testibus, quorum duo noluerunt dare nomina, an sit legitima?*
2 *Nomina, & cognomina testium, partibus nota esse debent.*
3 *Nuncius non tenetur apponere testes in executione citationis.*
4 *Acta iudicij absque testibus fidem faciunt.*

QVÆSTIO. LVIII.

QVinquagesimooctauo executio monitorij, seu citationis fuit facta in pattibus, de qua notarius facie-

faciebat fidem per instrumentum celebratum coram tribus testibus, quorum duo noluerunt dare
1 nomina sua, quæro † an executio fuerit legitime facta? In specie fuit discussum, ac decisum dubiũ hoc in Rota, in Corduben. præstimonij, corã Mohed. 4. Februarij. 1547. prout Dec. 16. peregri. lib. primo, incipien. In una Corduben. Et licet tractaretur de executione citationis, idem etiam dicendum est de executione monitoriorum, de quibus nos tractamus, æquipollent enim citationibus, seu illorum uim habent prout dixi supra quæstio. 17. num. quarto. & alibi Domini de Rota concluserunt æquiparationem non esse legitimè factam, & quod instrumentum fidem non faceret, quia si pars uoluisset reprobari testes, non potuisset, ignorans
2 illorum † nomina, & cognomina, quæ necessario partibus cognita esse debent, ad hoc vt personarum cognitio habeatur, nisi aliunde cognitio haberi possit. l. si in nomine. C. de testam. §. si quis in nomine. Insti. de lega. Et quòd nomina, ac cognomina testium, partibus nota esse debeant, probatur ex dictis Docto. in cap. secundo, de testib. ubi Abb. ante num. 9. adducit, rationem, ut perueniri possit ad cognitionem personarum. & etiam probatur arguendo à speciali per tex. in cap. ultimo. de hęret. lib. sexto, ubi in causa hæredis propter timorem scãdali futuri subticentur nomina, & cognomina testium. Quod etiam comprobat Abb. in c. præterea. 2. post numerum 7. versicu. Secundum quod dictum suum nomine non publicatur. & postea uersi. sed pro, & contra. de sponsa. subijciebatur in dicta Dec. pereg. quòd licet diceretur credendum esse relationi notarij, ad nota. per Bald. in rub. C. de fid. instrumen. illud esse uerum in nuncio, & cursore ad hoc deputato, cuius officium est talia facere. ut declaro super 6. Reg. referua. quæst. secunda, nu. quinto, & quæst. seq. dum de cursoribus, & nuncijs
3 tracto, † qui quidem in executione citationum non tenentur apponere testes, nec tenentur ad alia requisita per glo. in l. generaliter. C. de Tabellio. & per Fel. in ca. primo, colum. 3. num. secundo, de fid.
4 instrumentorum. Et licet † acta iudicij fidem faciant absque testibus descriptis à notario, l. in donationibus. C. de dona. & ibi Bart. sic summat, in actibus iudiciarijs non sunt necessarij testes. Quod etiam uoluerunt Specu. in tit. de instru. æditio. §. restat. uersi. sed cum literis. Bal. in l. gesta. uersi. quęro numquid acta. C. de re iudi. cap. quoniam contia. ubi Bald. Anto. de But. ac Abb. post numerum 7. & Fely. num. 12. de fid. instrumentorum. Domini de Rota dicebant hoc esse extraiudicialiter factum, & sic remanserunt executionem non esse legitimè factam.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ an ubique monere possit occasione salarij in Rom. Cu. de seruiti, & qualiter reo consuli possit ne executiuè procedatur.*

2 *Salarij, & mercedis materia est executiua.*

3 *Salarium non conuentum, non debetur.*

QVÆSTIO LIX.

1 QVinquagesimonono quęro † an Auditor Cameræ possit ubique monere occasione salarij in Roma. Cur. de seruiti, & qualiter reo consuli possit ne executiuè procedat? Quoad præsentes in Ro. Cu. uel in terris ecclesię, pro affirmatiua concludendum est, ut ex Illustrissimi Dom. Auditoris Cameræ facultatibus apparet. Quo uerò ad degentes in terris immediatè, uel mediatè non subiectis uidenda erunt, quæ scripsi super undecima, formula commissionis confirmatorię iurisdictionis, in uer
2 sic. validitate. Quoad secundam partem dubij, uidetur, quòd ex quo materia salarij, & mercedis est executiua, & in ea executiuè procedi debeat. l. j. ff. de uar. & extra. cogn. l. penul. §. illo. C. de neces. ser. hære. cap. caritatem. ad finem. 12. quæst. 2. gloss. in clemen. dudum. §. uirum. de sepult. Cardi. in clemen. vlt. quæst. 13. de præben. Quod clarius elici uidetur ex lege diuina, prout Deute. cap. 24. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui. & parum post, sed eadem die des ei præcium laboris sui ante solis occasum. Leuiti. 19. Non morabitur opus mercennarij tui apud te usque mane. Tobiæ 4. Quicunque tibi aliquid operatus fuerit statim ei mercedem restitue: & merces mercennarij tui apud te omnino non remaneat. Matth. c. 20. Voca operarios, & redde illis mercedem. Nota quòd imperatiue loquitur, & non per uiam consilij. Et dicit uoca illos, & sic non debet quis expectare ut operarius ad se, uel suum procuratorem pluries ueniat, pluriesquè non admissus discedat, tépusquè in exigendo conterat, multoquè minus vt solutio citationibus, & litigijs, ac minis, & repulsis differatur. Rursus nota, quòd dicit redde illis, non autem dona illis. Hinc scribitur Lucæ cap. decimo. Dignus est enim mercennarius mercede sua. Hinc dignoscere licet quàm commendandus sit stylus ille tribunalis gubernatoris huius almæ urbis, ubi citata parte ad respondendum petitioni, ac soluendum, seu faciendum depositum attenta causa mercedis, aliàs uidendum decerni, & relaxari mandatum executiuum ad primam diem: Nisi aduersarius illa die compareat, ac soluat, uel facto reali deposito pœnes notarium causæ neget petitioné, & procuratorem apud acta constituat: illico mandatum executiuum contra ipsum decernitur, & relaxabitur, ac executioni demandabitur. Quòd si depositũ fiat, procurator cõstituatur: petitio negetur; si aliqualis probatio fiat pro actore iuxta casuũ ac factorum contingentias breui manu, manuquè regia causæ huiusmodi breuiores expedientur, executioniquè debitè demandabuntur. Nonnulli tamen sunt casus, in quibus reo conuento facilè consuli poterit ne uia executiua uexetur: puta si ab eo petatur salarium non conuentum in summa non minima, præsertim si reus conuentus sit successor
3 eius, cui, operæ, seu seruitia præstita sint, † salarium enim non conuentum non deberetur, nisi probatis duobus extremis, uidelicet, quòd actor esset solitus operas locare, & reus operas conducere, ut per Feder.

der.de Sen.consil.218.quem sequitur Alex.consil. 109.volum.6.& Do.meus Phi.Dec.consil.132. & conclusit Rota die 5. ac 12. Nouembris 1543. in Zamorren.pecuniaria prout Dec.Put.45.incip. Die 5.Nouembris.& Dec.seq.lib.secundo. Videatur etiam Dec. Putei prima incipiens'. In vna Zamoren. libro tertio, ubi an deberetur salarium non conuentum uicario etiam quòd . . . . præstitis salarium autem non conuentum aduocato soluendum uenit ad nota. in l. prima. ff. de uar. & extra. cogni. §.aduocatos.'& Rota conclusit prout Dec.Put.undecim. lib.3. incipien. in causa Zamorran.inter Gūdisaluum. Ego aliàs dum quidam procurator uel potius sollicitatur in quadā cā ad Ren. canonicatus patrociniū per plures annos præstitisset, & ut mihi à meo cliente asserebatur, ab ipso meo cliente plures illi pecuniæ traditæ fuissent, cliēte prædicto ab illo procuratore nimis auaro declinaute secutum est; ut idem procurator eundem clientem coram Auditore Cameræ conuenerit, petieritquè ab eo via monitorij, ac executiua summam 300.ducatorum pro patrocinio præstito: cōsului, quòd formaretur, & signanda porrigeretur commissio, quòd constito de notorio Roma. Cur. stylo, more, ac consuetudine inueterata, quòd procuratoribus, ac sollicitatoribus sine aliqua scriptura, ac remotis arbitris, & absque aliqua cautela solutiones diuersis uicibus ratione salarij, ac patrocinij fieri consueuere: attenta ēt notabili summa super qua agitur: ac attenta verisimilitudine quòd aduersarius per tot annos causam absque aliqua solutione tractasset. Et quia non constat, nec constare potest de salario conueniente, eidem Do. Auditori Cameræ committeretur (prout commissum fuit) quòd in causa huiusmodi prout in summarijs, & beneficialibus, prout iuris fuerit procedatur partibus iustitiam ministrando.

SVMMARIVM.

1 *Formula monitorij, mandati, seu præcepti de capienda possessione nomine Cameræ &c. beneficij reseruati, vacantis per obitum, quæ sit, quos effectus operetur, & an per simplicem comparitionem reducatur ad uiam iuris, uel resoluatur in uim simplicis citationis?*

2 *Serenissimus quis nuncupari possit?*

3 *Catholica fides idest vera, & uniuersalis.*

4 *Dominus quis appellari possit.*

5 *Hispaniarum laudes.*

6 *Hierosolimitana ecclesia erat mater omnium.*

7 *Regi Hispaniarum omnia prospera optare debemus.*

Toletum sub eodem Polo 42. sub quo Roma.

8 *Vicarij qui uocantur in multis locis, in alijs officiales.*

9 *Officialis pro Vicario.*

10 *Abbatia est caput beneficiorum regularium.*

11 *Abbates generalis qui?*

12 *Auditor Cameræ, an sit auditor Papæ, an Camerarij.*

13 *Bellameræ Decisiones nonnullæ de auditore Cameræ loquentes hodie cessant.*

14 *Auditor Cameræ est iudex ordinarius.*

15 *Auditor Cameræ quomodo possit censurarum per alios fulminatarum incursum declarare?*

16 *Executor merus si vult, partes iudicis assumere potest.*

17 *Merus executor patres iudicis assumere non cogitur.*

18 *Delegatus Principis maior est quocumque ordinario.*

19 *Par in parem non habet imperium.*

20 *Delegatus non potest exercere iurisdictionem in collegam.*

21 *Canonicos non posse concanonicos citare.*

22 *Executor non uisis literis suæ facultatis non recipit iurisdictionem.*

23 *Et nostris, imō uerius Apostolicis firmiter obedire mādatis, clausulæ effectus.*

24 *Imò, dictio correctiue ponitur.*

25 *Comparatiuum supponit positiuum.*

26 *Verius pro verè.*

27 *Episcopus in capitulo tanquam canonicus.*

28 *Dignitas non conferens ad actum non attenditur.*

29 *Interesse non habentes audiri non debent in iudicio.*

30 *Breue, & litteræ expeditæ per Cameram æquiparantur.*

31 *Anulus signatorius quis?*

32 *Præstimonium an uerè sit beneficium?*

33 *Beneficium ne patiatur detrimendum prouidendum est.*

34 *Dos patri restituitur perdita filia.*

35 *Executor non dicitur datus sub conditione per clausulas, si inuenias, si est idoneus, & similes.*

36 *Constito clausula, quid in executore requirat?*

37 *Executores non expellentes intrusos, & non dantes possessionem præsentanti breue inexcusabiles erunt.*

38 *Amotis quibuscunque detentoribus clausula operatur, vt ordo iudiciarius requiratur in executore.*

39 *Resignàns beneficium nullum ius postea super eo habet.*

40 *Intrusi qui, & quot modis dicantur?*

41 *Nuncius Apostolicus non habet aathoritatem conferendi beneficia.*

42 *Cameram habent Principes, & plures ciuitates.*

43 *Papa, Imperator, uel Rex non spoliat.*

44 *Sicquè per quoscunque iudices iudicari debere &c. clausula magnæ est potentiæ.*

45 *Decretum irritans plures parit effectus.*

46 *Ignorantes ligari mirabile est.*

47 *Decretum irritans non ligat ignorantes respectu pœnæ.*

48 *Eo ipso, importat ipso iure, pœnitus, vel omnino.*

49 *Omnino teneatur, uerba, præcisè compellunt ad obseruantiam.*

50 *Teneatur, uerbum præceptum & necessitatem denotat.*

51 *Alioqui ipsis sex mensibus &c. clausula inducit decretum irritans.*

52 *Præ-*

52 *Præsentatio litterarũ requiritur antequam executor gratiæ facultatibus sibi concessis uti poßit.*
53 *Mandatum pro præcepto.*
54 *Citanda est pars ad dicendum contra articulos facto datos.*
55 *Interogatoria ad dandum pars citanda.*
56 *Citatur pars personaliter, uel domi.*
57 *Executor immitendo in poßessionem non tenetur suscipere partes iudicis.*
58 *Hortans, uel suadens non præcipit.*
59 *Compescendi contradictores auctoritas.*
60 *Præceptum, necessitatem semper infert.*
61 *Mandatum, & iussus quando pro eadem ponantur.*
62 *Absolutione m uerò &c. clausula est ordinaria, & iuri consona.*
63 *Articulo mortis imminente, alius qui non ligauit absoluere possit.*
64 *Supposita ut locum habere possint dispositio interpretanda est.*
65 *Conditionalis dispositio non operatur conditione non impleta.*

QVÆSTIO. LX.

1 SExagesimo quæro † quæ sit formula monitorij, mandati, seu præcepti decapienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, eiusque commissarij beneficij reseruati per obitum vacantis ad instantiam ipsius commissarij, ac Francisci Gusman prouisi: quos effectus operetur: & an per simplicem comparitionem reducatur ad viam iuris? Vtile, ac quotidianum erit quæsitum huiusmodi, ideo plenè, distinctè, ac clarè pertractandum erit: In primis formulam moderniorem subijciam, deinde Glossas quasdam ponam, successiuè.

FORMVLA AVTEM hæc erit.

SERENISSIMO, *a* & Catholico *b* Principe *c* & Domino *d* Domino Philippo ab Austria *e* Dei gratia *f* Hispaniarum, *g* vtriusque Siciliæ citra, & vltra pharum, Hierusalem *h* &c. Fœlicis prosperitatis augmentum. *i* Nec non Reuerendissimis Dominis Toletano k Archiepiscopo, *l* & Conchen. Episcopo, eorumquè cuiuslibet Vicarijs, seu officialibus generalibus, & eorum cuilibet insolidum. Vniuersis *m* quoque, & & singulis Dominis Abbatibus, *n* prioribus, præpositis, Archidiaconis &c. Nec non Illustribus Dominis Ducibus, Comitibus &c. Et præsertim Reuerendis Dominis Francisco de Mandoza Decano, & Petro Apham de Alarcon maiori Cappellano, vtrisque etiam canonicis ecclesiæ Conchensis, & alijs, ad quos præsentes nostræ literæ peruenerint, & eorum cuilibet insolidum. HIERONIMVS *o* MATTHÆIVS Prothonotarius Sanctissimi Domini Nostri Papæ, eiusque Camerarij, nec non Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ generalis *p* Auditor: Romanæquè Curiæ iudex ordinarius: *q* sententiarum quoque, & censurarum *r* tam in eadem Romana Curia, quã extra eam latarum: ac quarumcunque *s* literarum Apostolicarum vniuersalis, ac merus executor, ab eodemque Sanctissimo Domino nostro Papa specialiter deputatus salutem in Domino, & nostris huiusmodi, immo uerò Apostolicis firmiter obedire mandans. *t* NOVERIT, *u* pro parte, & ad instantiam Magnifici Domini Rodulphi Bonfilij Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reueren. Cameræ Apostolicæ generalis commissarij, ac Reueren. Domini Francisci Gusman principalis pro suo interesse, fuisse coram nobis comparitum, & præsentatas quasdam literas Apostolicas in forma breuis, sub anulo Piscatoris debitè ut moris est clausas & sigillatas nobis, & dictis nostris collegis directas huiusmodi sub tenore, videlicet ab extra, dilectis filijs causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori, & Francisco de Mendoza Decano, ac Petro Alfan de Alar con maiori Cappellano, vtrisque etiam canonicis ecclesiæ Conchen. & eorum cuilibet, intus verò: GREGORIVS PAPA XIII. *a* Dilecti filij, *b* Salutem, & Apostolicam benedictionem. *c* Alias præstimonio, seu præstimoniali portione, *d* aut perpetuo simplici beneficio ecclesiastico in ecclesia oppidi, seu loci de Harzazo Toletanæ diocesis, certo tunc expresso modo vacante, ne illud, seu illam sic vacans, vel vacantem, quod Gaspari de Prado clerico Conchen. dilecti filij nostri Flauij ecclesiæ Sanctæ Priscæ præsbiteri Cardinalis Vrsini, nuncupati, familiari, continuo commensali auctoritate Apostolica contulimus, & de illo, seu illa etiam prouidimus: Ne autem dum litteræ *e* Apostolicæ sub plumbo expedirentur præstimonium, seu portio, aut beneficium huiusmodi aliqua in spiritualibus, ac temporalibus detrimenta substineat, certis personis per alias nostras dedimus in mandatis, quatenus possessionem prestimonij, seu portionis, aut beneficij huiusmodi nostro, & Cameræ Apostolicæ nominibus apprehenderent, illamquè dicto Gaspari post quam literas Apostolicas eis præsentasset postmodum consignarent, aliaquè facerent prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem postmodum dictus Gaspar literis Apostolicis sub plumbo expeditis, morte tamen illum præueniente, possessione eiusdem præstimonij, seu portionis, aut beneficij huiusmodi sibi per easdem personas, quib. negocium huiusmodi fuerat demandatum non cõsignata, extra Roma. Cu. de mense Martij proximè præterito clauserit extremum: Nosquè præstimonium, seu portionem, aut beneficium huiusmodi per obitum dicti Gasparis vacans, seu vacantem, & antea dispositioni Apostolicæ reseruatum, seu reseruatam dilecto filio Francisco Gusman præsbitero dictæ diocesis, eiusdem Flauij *f* Cardinalis familiari, continuo commensali contulimus, prout in literis Apostolicis etiam sub plumbo propediem expediendis latius explicabitur. Quo circa nedum literæ ipsæ sub plumbo ad fauorem dicti Frãcisci expediuntur, prestimonium, seu portio, aut beneficium huiusmodi aliqua in spiritualibus, & temporalibns detrimenta patiatur, uobis per præsentes com-

committimus & mandamus, vt uos, aut duo, vel
g vnus vestrum, per uos, g vel alium, seu alios, con
stito vobis de vacatione præstimonij seu portio-
nis, aut beneficij huiusmodi ex persona Gasparis
præfati, quòdque ipse Gaspar dum viueret fami-
liaris, & continuus commensalis eiusdem Flauij
Cardinals fuerit, quòd possessio dictæ Cameræ no-
mine, quæ eidem Gaspari postmodum literis sub
plumbo per ipsum expeditis consignari debebat ap
prehensa extiterit, eandem corporalem possessionē
eiusdem præstimonij, seu portionis, aut beneficij,
ac illi forsan an nexorum, iuriumquè, & pertinen-
tiarum quorumcunque, sic per dictas personas de
mandato nostro apprehensam, uobis simili modo,
& Cameræ prædictæ nominibus, omni mora, & di
latione postpositis consignari omnino procuretis
seu illam eisdem nominibus apprehendatis, amo-
h tis h inde, & expulsis quibuscunq: detentoribus, &
i intrusis nisi per nostrū, i & Apostolicę sedis in par
tibus illis existentem nuncium quatenus fructus,
redditus & prouentus præstimonij, seu portionis,
aut beneficij huiusmodi 24. ducatorum auri de
Camera secundum communem existimationem
ualorem annuum non excedunt, non tamen per
nos prouisis, quos detentores, & intrusos nos au-
thoritate præsentium amouemus, & amotos denun
k ciamus, ac oēs, & quoscunque fructus, k redditus
& prouentus præstimonij, seu portionis, aut benefi
cij, & annexorum eorundem ex die uacationis di
cti beneficij, cum illud pręfato Gaspari contulimus
decursos, pœnes quoscunque existent, quàm futu-
ros percipiatis, & exigatis, eosdemquè integros præ
fato Francisco postquam ipse litteras Apostolicas
uobis præsentauerit unà cum dicta possessione con
signetis. Detentores, & intrusos, nec non contra-
dictores quoslibet, & rebelles, ac eis consilium, au
xilium, uel fauorem publicè, uel occultè, directè,
vel indirectè quomodolibet, pręstantes, cuiuscun-
que dignitatis, gradus, conditionis, & ordinis fue-
rint, per pœnas pecuniarias, & priuiationis suorū
beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, ac
inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda,
& deinde per censuras ecclesiasticas, aliaquè oppor
tuna iuris, & facti remedia appellatione post posi-
l ta compescendo, l legitimisq; super ijs habendis
seruatis processibus, pœnas, & censuras ipsas etiam
iteratis uicibus aggrauando. Inuocato etiam ad-
m hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. m De
n cernentes uos, n aut præfatum Franciscum quē-
quam propterea stante reseruatione huiusmodi mi
nime spoliare, neque id dici, aut censeri, seu super
spolio, aut unde ui agere; amotisquè, & expulsis
actionem spolij competere posse: neque collatio-
nes, prouisiones, aut alias depositiones de pręstimo
nio, portiones, aut beneficio huiusmodi factas ad
colorandum huiusmodi spolium prodesse, sicque
o o per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos
& causarum palatij Apostolici Auditores sublata
eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & in
terpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & dif-
p finiri debere. Nec non irritum p &c. Non obstan
q tibus. Boni q Papę VIII. prædecessoris nostri
r de una &c. Nec non inhibitionibus, r etiam à
causarum palatij Apostolici Auditoribus, eorum-
uè aliquo, seu aliquibus, uigore quarumcunque cō
missionum Apostolicarum iam forsan decretis, nō
tamen executioni demandatis, aut posthac deman
dandis, contrarijs quibuscunque. Seu si detentori-
bus, & intrusis prædictis, uel quibusuis alijs, com-
muniter, uel diuisum ab eadem sit sede indultum,
quòd interdici &c. Volumus autem, quòd infra
sex menses à data præsentium computādos, dictus
Franciscus literas prædictas expedire, & iura dictę
s s Camerę, & alijs propterea debita persoluere om
nino teneatur: Alioqui ipsis sex mensibus elap-
t sis præstimonium, seu portio, aut beneficium hu-
iusmodi nacare censeatur eo ipso, t Datum u &c.
u Cæsar Glorierius, x POST QVARVM
x quidem preinsertarum literarum Apostolicarum
y præsentationem y nobis, & per nos ut pręmit-
titur factam fuimus pro eiusdem Magnifici Dom.
Commissarij, & Do. Francisci principalis pro suo
interesse parte, instanter requisiti, quatenus ad di-
ctarum præinsertarum executionem procedere-
z mus, & procedendo nostras mandati literas de im-
mittendo in possessionem z iuxta dictarum lit-
terarum Apostolicarum formam concederemus.
Nos tunc Hieronymus Auditor iudex, & executor
præfatus uolentes mandata Apostolica nobis con-
cessa reuerenter ut tenemur exequi, ad eorundem
Dom. Commissarij, ac Francisci Gusman instantiā
omnib. & singulis sua desuper quomodolibet inter
a esse putantes a ad uidendū, & audiendum nonnul-
los testes, super dictarū præinsertarum litterarum
Apostolicarum uerificatione iurare, & summariè
examinari, & illorum iuramenta & examen infra-
scripto notario committi per edictum publicum
ut moris est hic in curia in locis solitis, & consue
tis affixum, & publicatum legitimè citatis, & per
nos pro contumacibus reputatum, & in eorum
contumaciam inductis coram nobis nonnullis te-
stibus fide dignis, illisquè per notarium nostrum
infra scriptum nostro de mandato super uerificatio
ne dictarum literarum Apostolicarum præuio iu-
ramento examinatis, & ex eorum dictis, & deposi-
tionibus constito nobis quantum sufficere uisum
fuit de uacatione pręstimonij, seu pręstimonialis
portionis, aut perpetui simplicis beneficij, de quo
in dictis literis per obitum dicti quondam Gaspa-
ris de Prado: & quòd dictus Gaspar dum uiueret
erat familiaris, & continuus commensalis Illustris-
simi & Reuerendissimi Cardinalis Vrsini, nostras
mandati literas præpetitas decernendas, & con-
cedendas fore & esse duximus, prout decernimus,
& concedimus per pręsentes. Qua propter nos
Serenissimum, & Catholicum Principem, & Re-
gem prædictum, aliosque Dominos temporales re
quirimus, & hortamur: vobis uerò alijs supra di-
ctis, & uestrum cuilibet in solidum tenore præsen-
tium committimus, & in uirtute sanctæ obedien-
tiæ, & sub mille ducatorum, & in iuris subsidium
suspensionis à diuinis interdicti, & excommunica-
tionis respectiuè, alijsque ecclesiasticis sententijs,
censuris, & pœnis arbitrio imponendis, moderan-
dis,

dis, & applicandis pœnis, quatenus statim visis & receptis præsentibus, & post quàm illarum vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus per uos, uel alium, seu alios, omnes, & quoscunque in dicto præstimonio, seu præstimoniali portione, aut ppetuo simplici've beneficio ecclesiastico intrusos, & intrudendos, ac illius occupatores, & detẽtores etiam à Nuncio Apostolico in istis partibus quatenus fructus eiusdem præstimonij summam ducatorum 24. excedant: non tamen à Sanctissimo Domino Nostro Papa prouisos, eijciatis, & expellatis, eijcique, & expelli mandetis, & faciatis. Dictiq; pręstimonij, seu præstimonialis portionis, & illi annexorum, iuriumquè, & pertinentiarum omnium eiusdem possessionem realem, corporalem, & actualem vnà cum fructibus, redditibus, & prouentib. tam ex die uacationis dicti beneficij, quando dicto Gaspari collatum fuit, quatenus illa ab alijs personis quàm dictæ Reueren. Cameræ, & Sanctissimi Domini Nostri Papę nominibus capta fuerit dictis Reuerendis Dominis Decano, & Cappellano nostris in hac parte collegis, & eorum cuilibet, & deputandis ab eis, uel eorum altero, omni mora, & dilatione postposita consignari, ac tradi curetis, & faciatis. Quatenus verò possessio beneficij modo prædicto apprehensa non fuerit, possessionem eandem eisdem collegis nostris, seu eorum alteri tradatis, ac consignetis: ac de fructibus præfatis respondeatis, ac responderi faciatis. Vosque Reuerendi Domini Decanus, & Cappellanus maior collegę nostri præfati per uos, uel alium, seu alios possessionem ipsam Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ac Cameræ Apostolicæ nominibus capiatis, & apprehendatis: captamquè, & apprehensam retineatis, & conseruetis, fructusquè prædictos tam à die vacationis præstimonij præfati, & illi annexorum, & debitos, ac debendos, & decurrendos pœnes quoscunque existentes colligatis, & percipiatis, exigatis, ac recuperetis, & fideliter conseruetis, & conseruari faciatis: possessionemquè ipsam vnà cum fructibus præfatis eidem Reuerendo Domi. Francisco Gusman cũ primum litteras Apostolicas prouisionis huiusmodi sub plumbo, & aliàs more solito expeditas vobis præsentauerit, iuxta dictarum literarum præsentatarum formam tradatis, & consignetis integrè, & sine aliqua diminutione, dictasq; præinsertas Apostolicas, & præsentes nostras litteras, & contenta in eis in omnibus, & per omnia adimpleatis. Et insuper uos Reuerendi Domini Abbates, & alij superius nominati, ad quos spectat moneatis, & requiratis primo, secundo, tertio, ac peremptoriè omnes, & singulos ad quos dicti præstimonij possessionis traditio spectat, & pertinet, nec non colonos, laboratores, arrendatarios, affictuarios, responsores, partiarios, nec non etiam in dicto præstimonio intrusos, & intrudendos, non tamen modo quo supra prouisos in executione præsentium nominandos, & cognominandos, eisquè præcipiatis, & mandetis: prout & nos præcipimus, & mandamus eisdem, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino hac monitione canonica assignamus eisdem sub eisdẽ superius expressis pœnis debeant, & quilibet debeat prout ad eos respectiuè spectat, & pertinet ab intrusione, detentione, & occupatione præfatis, ac omnibus molestijs, & impedimentis eisdem collegis nostris super præmissis illatis, & inferendis in futurum cessasse, destitisse, & abstinuisse ac de fructibus præfatis respondisse, & possessionem eisdem respectiuè dimisisse, relaxasse, & tradidisse, præinsertisquè literis Apostolicis, & pręsentibus nostris monitorialibus paruisse. ET NIHILOMINVS modo, & forma præmissis, & sub pœnis, & censuris præfatis inhibeatis, *c* & inhibendo expresse præcipiatis, & mandetis, prout nos tenore præsentium inhibemus, & inhibendo expressè præcipimus, & mandamus uniuersis, & singulis intrusis, & intrudendis, occupatoribusque, detentoribus, molestatoribus, cæterisquè prædictis: nec non quibuscunque Dominis iudicib. & commissarijs, ordinarijs, & extraordinarijs, ac delegatis, subdelegatis, & alijs quacunque dignitate, & auctoritate fungentibus, & functuris, alijsque in executione pręsentium nominandis, ne dictos collegas nostros, & deputandos, in præfatos & super præmissis, & illorum occasione in prædictarum Apostolicarum, & pręsentium nostrarum litterarum omnimoda executione molestare, inquietare, perturbare, nec impedire, nec eiusdem pręstimonij fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, obuentionibus, & emolumentis, uniuersis alio pręterquam dictis collegis, aut deputandis præfatis respondere, nec in præmissis se se quomodolibet ingerere, intromittere, nec immiscere audeát, seu præsumant: nec eorum aliquis audeat, seu pręsumat, contra formam, & tenorem pręinsertarum Apostolicarum litterarum quouis prętextu, & quęsito colore eisdem Dominis collegis nostris, & ab eis deputandis in præmissis, omnibus, & singulis fauere, & assistere debeant, & quilibet eorum debeant, realiter, & cum effectu. Quod si secus factum fuerit, id totum reuocare, & in pristinum statum reducere curabimus. ALIOQVI vobis omnibus & singulis sic monitis *c* & inhibitis, si præmissa facere neglexeritis, vel distuleritis iuxta formam præmissam citare curetis, & citetis, prout nos tenore præsentium citamus *c* eosdem quatenus sexagesima die post citationem huiusmodi eis factam, si dies ipsa iuridica fuerit, alioqui prima die iuridica ex tunc proximè, & immediatè sequenti compareatis Romæ in iudicio coram nobis vel nostro in ciuilibus Locumtenente per se, vel procuratorem, seu procuratores suos idoneos, ad videndum, & audiendum se se sententias, censuras, & pœnas præfatas incidisse, & incurrisse, per nos declarari, & ad alia etiam grauiora iuris, & facti remedia procedi, vel dicendum & causam si quam habeat rationabilem quare præmissa minimè fieri debeant allegandum *c* CERTIFICANTES eosdem sic monitos, *c* inhibitos, & citatos, quòd siue in dicto citationis termino comparuerint, siue non, nihilominus nos, vel Locumtenens noster præfatus ad præmissa omnia, & singula procedemus,

mus, uel procederet iustitia mediante, eorum contumaciæ, uel absentia non obstante. Absolutione verò eorum, qui snias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrerint, nobis, uel superiori nostro tantummodo reseruamus. IN QVORVM omnium, & singulorum præmissorum fidem præsentes per infrascriptum notarium &c.

a **Serenissimo** a Qui tantum nominari deberet Imperator
2 uel Princeps supremus.† iux.tex.in l. pen.C.de do. inter ui.& ux.In l.omnia priuilegia.ibi.A nostra serenitate.C.de epi.& cleri.in l.ult.ibi. Contra prouidum nostræ serenitatis decretum.C.de postul.& in l.j.C.de aduo.diuer.iudi.

b **Catholico** b Rex Hispaniarũ dr̃ Catholicus, Catholica fides
3 dr̃ uera, & uniuersalis.† ut in rub.& in c.j. & utrobique gl.& Doct.de sum.Trini.& fi.Catho. Archi. & Gem.in c.fundamenta.de electio.li.6. & in rub. & nigro.C.eo.de sum.Tri.& ibi Doct. Athanaricus qui creatus fuit rex anno 343.ac Alaricus, & Aralphus primi Reges Hispaniarum fuerunt Christiani, de quibus tractant Mosten Didacus de Valera, abbreuiator Cronicę Hispan. Alphonsus Renesus fol.102. Petrus Marenus fol.6. Auton. Rentes.fol. 283. Hieronymus Ebuilenus.fol.14. Fräciscus Zanfa.fol.85.ac Infortunius, fol.j.ac Vascus fol.20.quorum authorum plures sunt Galli, nonnulli Itali. Reges Hispaniarum octingentis annis pro religione Christi tuẽda, & amplianda cum Mauris, & alijs Christiani nominis hostib. continuò pugnarunt: Hostes suos, imò & Christi debellarunt, fidẽ Christianam auxerunt, augentq; indies, vnde meritò Reges illi primi nomen Catholicorum sibi proprium, & peculiarem acquisiuere, uerèque Philippus (de quo hic) ueræ religionis assertor nomen illud gloriosum Catholici custodiuit, seruauit, auxit, decorauit. Vnde non absque ratione aliàs affirmabã carmen illud Virgilianum, Super & Garamantas, & Indos proferet Imperium: in ipso uerum reddi.

c **Principi** c Imperator, & Rex dr̃ Princeps supremus,† ut in rub.& nigro.ff.de consti.princi.in l.uerum.uers.uel hi, qui sunt circa Principem occupati, ut in consiliarij Menandri persona est indultum. ff. de mino. in l.iuris peritos, qui tutelam gerere cœperunt, in consilium Principum assumptos.ff.de execu.& tempo.ea.cle. uni.de Baptis.ubi ꝙ Reges, & Principes domi filios baptizari facere possint. Est bene uerum, ꝙ gl. ibi in d.cle.uni. Principes uocat ibi post Regas, vt Principem Achaiæ, & hodie uocamus Principem Sulmonæ, Principem Melphi.ut ẽt per Cardi.in d. cle.uni.in 6.q. Et pro hac opi.est ẽt text.in c.fundamẽta.§.prouide, ibi, uel rex, Princeps, Marchio.&c. de electio.li.6. Ita etiam accepit Bald.in l. uni.§.an autem.nu.16. C.de cad.toll. ubi quærit an compaternitas per procuratorem contrahi possit. Hic (ut præmisi) Principem in proprio, & potiori significato accipere debemus.§.ad l.3.§.hæc uerba. cũ gl.in uersic.hæreditati.ff.neg.gest.l.heredes quandocunque.iun.gl.& ibi Bart.ff.de acq.hæred.l.j.§. qui in perpetuum.ff si ag.uecti.cum alijs.

d **Domino** d domino. Hæc iteratio, seu geminatio dictionis magnam uim, efficaciam, energiam, & affectum ostendit, vt scribitur ad fi.Psal.40. Benedictus Deus Israel a seculo, & in seculũ, fiat, fiat.ac Psal.71.in fi. & Iudith c.10.ad fi.& c.13.etiam in fi. Cardi.consi.88.capitulum Ciuitaten. post num.4. uersic.immo primo facta fuit in concilio prouinciali, clamantibus omnibus fiat, fiat. Et latè per Euerar.in loco a ui geminationis. Maximè autem dici debebat Domino Domino ei, qui uerè est dominus tot regnorum, & in dies dilatat fimbrias suas, & hæc est una ex causis quæ adduci poterat, quòd alios reges præcedere deberet, quam etiam elicio ex uerbis prouerbio. c. 14.in fin. In multitudine populi dignitas Regis. Et uerius hic, quàm Agamenon ille se maximum regũ nuncupare poterit, de quo Agamenone habemus apud Homerum, ac in Æneida, & Metamorphi. & Horentius sermonum lib. 2. inquit. Maxime regum, dij sibi dent capta classem deducere Troia. Alia ratione dicere possumus hic repetitum fuisse idem verbum, puta ꝙ uno modo accipiendum sit dum primo, altero dum secundo pronunciatur,
4 videlicet ut dominum † aliquem appellamus tanquam omni honore dignum: Hinc patet quàm absonum sit aliquẽ Mechanicum, & uilis conditionis, ac abiectæ professionis dominum uocare (prout hodie passim fit) vnde doctrina, & nomen Domini blasphematur, iuxta illud ad Thimo.cap.6.in prin. Immo paucis conueuit hoc nomen Domini, immo est unum ex præcipuis denominationib. ipsius Dei. prout Iudith. 9. est dominus nomen tibi Esaiæ 42. Ego dominus, hoc est nomen meum. Daniel.2. surget uerò Rex fortis, & Dominus. Ioan.12. Vos uocatis me Magister, & Dom. Rursus dictum verbum uel primo, uel secundo loco expressum diuersum significare, puta ut dominus nomen sit potestatis, cuius Thomas q.13.artic.7.ad primum. par. 1. Dominus etiam is dicitur, qui aliquam superioritatem habet.l.liber homo.2.in fi.princ. ff.de uerbo.oblig.l.duo fratres.in fi.de acquir.hære.Bal. in c.1.col. ult.de postu.præla. Dominus etiam dicitur habens præterminentiam in subditos. cle.grauis.iun.glo.de senten.excom. Bart.in l.cum si exhibuissent.§.quod ait.ff.de publica.Bal.in l.proprietatis.col.2.C.de proba.Capit.Dec.Neapoli.27.in 8. dub.num.31.& seq. ubi quot modis quis dominus uocari possit. Dominus etiam dicitur, qui habet dominium ratione personæ, ac ratione feudi.c.tibi domino.cum gl.j 63.distin.& per Lauren.Syluam de feud.cogni. q.109.num. 10.uersic. Et dicitur tibi B. Domino. Et dixit Oldra.cons.158.ex præsenti.post nu. 6. uerbum domini ualde latum esse, & in quacunque modica superioritate comprobari. Ratione etiam iurisdictionis, ac protectionis quis dominus etiam nuncupatur. prout per gl.j.in uersi.sanctionem. in prohe. & per Ias.in prælud. feud. post nu.12.uers. Ad contraria respondet.

e **Philippo** ab Austria. e De hoc melius est tacere, quàm pauca loqui: hic est super ęthera notus: Nec Philippus ille Macedo ẽt & ius filius, quorum nomina nunqu deficiẽt

D tan-

tantum operati fuere acquirendo, & debellãdo am
bitione, ac gloria impulsi, quantum hic Philippus,
& eius pater à uera religione excitati. Hi religionis
Christianæ defensores: hi hæreticorum, ac infideliũ
omnium acerrimi insectatoris: Hi tandem Christi
hostium, ac sceleſtorum omnium debellatores.
Hæc antiquissima familia ab Austria Reges, & Im-
peratores parere solita originem traxit (ut memini
me legisse) à Pharamondo primo Rege Francorum
qui regnare cœpit anno 419. ut acitatis supra in 2.
gl. refertur.

f **Dei gratia** *f* quæ est illa, quæ regna-
re facit, & omnia bona di-
rigit, disponit, & perficit. Hinc scribit ur prouerbio.
ca. 8. per me Reges regnant, & legum conditores
iusta decernunt: per me Principes impetrant, & po
tentes decernunt iustitiam. Et scribitur psal. 32.
Non saluabitur rex per multam uirtutem. Quod
etiam habemus in l. j. C. de uete. iu. enu. in hæc uer-
ba, Deo authore nostrum gubernante imperium,
quod nobis à cœlesti maiestate traditum est. cum
ijs, quæ sequuntur. & in capi. si Imperator. 96. di-
stin. Sauli (dum is gratiam Dei habuit) omnia pro-
spere successerunt, de quo scribitur. j. Reg. cap. 9. in
prin. Erat ei filius uocatus Saul electus, & bonus, &
non erat uir de filijs Israel melior illo. Postquam
autem gratia Dei se se indignum reddidit, omnia si
bi sinistra euenerunt. prout cap. 13 Reg. dicto lib. j.
ubi legitur, stulte egisti, nec custodisti mandata Do
mini &c. ac cap. 15. Factum est autem verbum Do
mini ad Samuel dicens, pęnitet me, q̃ constituerim
Saul regem, quoniam dereliquit me, & verba mea
opere non impleuit &c. & postea, Pro eo, q̃ abieci
sti sermonem domini, abiecit te Dominus, ne sis rex
&c. & c. 16. spiritus autem Domini recessit à Saul, &
exagitabat eum spiritus nequam à Domino. Simi-
lis Hieroboam, & hic roboam reges, ac plures a-
lij, qui alieni à gratia Dei pessimè segesserunt, unde
Deus illorum oblitus fuit. prout Reg. 3. c. 12. & alijs.
& Ecclesiastici. c. 47. ad fi. Fœlicitates, ac prosperita-
tes, quas Christus concedit principibus secum sen
tientibus recenset Diuus Augu. de Ciui. Dei lib. 5.
c. 24. & c. seq. Tandem quantũ operetur Dei gratia
percipi potest ex uerbis Apostoli dicentis, Dei gra
tia sum id quod sum.

g **Hispaniarum** *g* vꝫ superioris, &
inferioris: superior
dr̃ Castella, inferior uerò Valẽtia, seu Tarracon. ut
ẽt p Sarnẽ. in 9. q. Reg. de Valor. nu. 29. Apud Clau.
Ptolo. lib. 2. Quadripar. ca. 3. col. 2. legere est, post
comprobatam ragionum diuersitatem, q̃ Europa
inter Septentrionem, & Occidentem collocata, cu-
ius triplicitatis sunt domini Iupiter, & mars, in
5 qua consistunt Hispania, † & aliç prouinciæ ibi no
minatæ, habent homines, qui non humilientur, sed
libertatem appetent, & armant, concupiscant, labo-
rent, & sint bellicosi, nec imperiti regiminis, nitidi
sint, ac mundi, & magnanimi. Hispanos homines,
hispanas mulieres, hispanos equos multum extollit
Iustinus in sua Historia. Et hodie uidemus Hispa-
nos in omnibus scientijs, in gubernationibus, in ar-
mis, & tandem in omnibus quibus operam dant
ualde excellere. De Hispania sic cecinit Claudia-
nus ille poeta optimus. Quid dignum memorare
tuis Hispa....

h **Hierusalem &c.** *h* Sozomen.
lib. 9. cap. 14.
6 Historiæ Tripartitç, Hierosolimitanam † ecclesiam
iam matrem omnium nuncupat. De Hierusalem
scribitur Exod. 19. Et uos eritis mihi in regnum sa-
cerdotale, & gens sancta. ac Deutero. 4. En popu-
lus sapiens, & intelligens, gens magna, nec est alia
natio tam grandis, quç habeat Deos apropriantes
sibi, sicut Deus adest cunctis obsecrationibus no-
stris, quæ enim est alia gens sic inclita ut habeat ce-
remonias, iustaquè iudicia, & uniuersam legem &c.
Deutero. 7. Aras eorum subuertite, & confringite
statuas, lucosquè succidite, & scultilia comburite,
quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te ele-
git Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris
de cunctis populis, qui sunt super terram. & ca. 14.
Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo.
ac c. 27. ad fi. Et faciet te excellentiorem cunctis po
pulis, quos creauit in laudem, & nomen, & glo-
riam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei
tui. psal. 32. Beata gens cuius est Dominus eius po-
pulus, quem elegit in hæreditatem sibi. Quum Rex
Philippus sit etiam Rex Hierusalem, hac etiam ra-
tione alijs regibus præferendus uidetur ut alibi la-
tè tracto.

i **Fœlicis** prosperitatis augmentũ. *i* Hęc
optima, lætissima, ac decens salu-
tatio, ac tanto Principi conueniens, quippè qui non
sua tantum curat: non sibi ipsi tantum uiuit: ac reli
gionem Christianam protegit, ac auget, ut illi meri
tò omnia prospera optare debeamus, ac ut eius ui-
7 res, regna, & potentia † augeantur † iuxta nota per
glo. in uersicu. Augustus, in superscriptione. ff. & ibi
Doctor. ac omnes in superscriptione Institu. & ali-
bi. Et pro fidelibus principibus Christianis, ac illo-
rum salute, conseruatione, & prosperitate etiam ec
clesia ipsa in suis Litanijs præces ad Deum effun-
dit. Quam igitur stulti, scelesti, ac impij habendi
sunt, supremo huic Principi detrahentes, de eo ob
loquentes, in eum machinantes, contra illud Eccle-
siasti. decimo, ad fin. In cogitatione tua Regi non
detrahis.

K **Nec non Reuerendiss.**
Dominis Toletan. Archiepiscopo, & Conchen. Epi
scopo. In Hispania, ac Castella Archiepiscopa-
tus Toletanus principalis est habens sub se plures
suffraganeos, inter quos hunc Episcopum Con-
chen. hic nominatum, prout etiam in lib. prouin-
ciale nuncupato omnium ecclesiarum, dum de pro
uincia ecclesiarum ecclesijs tractatur. Toletum ma-
gnam cum hac urbe conformitatem morum habe-
re uidetur, nec mirum (ut multa prætercam) quia
est sub eodem Polo 42. urbs est celebris & religio-
sissima. Et in sexto con. Toletano circa Hispania-
niarum Regem ac fidem nostram sic cautum, & de
cretum fuit, canone. 3. Si quis succedẽtium tempo-
rum regni sortitus fuerit apicem, non antea cõscen
dat regiam sedem, quàm inter reliqua conditio-
num

tionum sacramenta, pollicitus fuerit, nullum non Catholicum permittere in suo Regno degere: si verò postquam ad regni gubernacula accesserit, ipse temerator huius extiterit promissi, sit anathema maranatha in conspectu sempiterni DEI, & pabulum efficiatur ignis æterni, similiter & omnis, qui cum eo consenserunt. Huiusmodi decretum in Hispanijs plenè custoditur, ut iam dixi.

l **Eorumq;** cuiuslibet Vicarijs, *l* seu officialibus generalibus.

8 Qui vocantur † Vicarij in Italia, Vngaria, Dalmatia, Epiro vulgo Albania, Sclauonia, Cipro, & Creta, in Hispanijs, Gallia, Gormania, Polonia, & alijs in locis vltra montes Alpinos nuncupantur officiales prout notatur in libro practicæ Cancell. folio 54. in 2. parte principali, versicul. In salutatione non ponitur ordo, &cæt. Et de Vicario

9 Archiepiscopi sub hoc nomine † officiali loquitur text. in capitu. dilecte. de appellatio. in cap. primo. §. vltimo, de offic. ordin. libro sexto. Et an officialis, & Vicarius in omnibus sint ijdem, idemquè possint, ponit Feder. de Sen. consilio 302. Reuerende pater. numero quarto. Ioan. Firman. in tracta. de episco. in 7. par. 4. lib. sub rubr. de Vicarijs episco.

m **Vniuersis** quoque & singulis Domi nis Abbatibus &c. *m* Ab-

10 batia est † caput omnium beneficiorum regularium, totaquè potestas monasteriorum ab Abbatibus pendet. capitul. nullam potestatem. 18. quæstione secunda, capitu. cum ad monasterium. uersicul. prior autem. & versicul. Abbas uerò cui omnes in omnibus reuerenter obediant. de statu mona. Abb. in capit. ea noscitur. colum. prima, numero quarto, versicu. sed ego non uideo. de ijs, quę fi. à præla. fi. con. capi. latè Io. de Sel. in tracta. de Benefic. parte prima. quæstione secunda, numero 49. dum de primo beneficio regulari tractat. Aduertendum tamen est ne quis decipiatur, quòd dum iura, seu Doctor. adæquant Abbates Episcopis in potestate, ac authoritate, & nonnullis alijs, non de quibuscunque Abbatibus, seu de Abbatibus in differenter intelligunt, sed solum de Abbatibus habentibus Episcopalem iurisdictionem, qui dicun-

11 tur magni Abbates, seu Abbates generales. † & de ijs loquitur text. in capitu. Adrianus, secundo, ubi quod Episcopi, & Abbates in illo concilio interuenerunt. sexagesimatertia distinctione, & in capitul. conuenientibus. in principio. ubi Abb. tenuit locum Papæ in Concilio. prima quæstione septima, pulchrè per Abb. in prima Dispu. seu quæstio. incip. Episcopus. ante nu. vigesimumnonum, uersicul. Idem de inferioribus prælatis habentibus episcopalem iurisdictionem, vt sunt magni Abbates.

n **Hieronymus** *n* Matthæus prototarius Apostolicus. Hic ē ex nobilissima familia Matthæia, & prothonotarius Apostolicus, non intelligas de numero participantium, qui omnes elegantius notarij Sedis Apostolicæ dicuntur. de omnibus istis tracto super signat. Gratiæ, sub titul. de prothono. & accoli. & sunt tam participes, quàm non participes in magna dignitate. & sciendum est quòd Auditoratus Cameræ, prout etiam Almę urbis Gubernator non constituitur nisi sit in dignitate ecclesiastica, & propterea, dum quis nominatur, seu renunciatur Cameræ Auditor, seu Gubernator, si prius non erat in alia dignitate huiusmodi, efficitur etiam prothonotarius.

o **Sanctiss.** Domini nostri Papæ, eiusquè Camerarij &c. Apponuntur omnia hæc uerba ad remouendum illud dubium

12 an † sit Auditor ipsius Papæ, an uerò ipsius Camerarij, de quo per gloss. in clemen. ne Romani. §. eo tamen. in uersicul. Camerarium, ibi. Et Auditorem habet, cum qua transit ibi Cardina. Zabba. quæstione secunda, de electio. & per Felyn. in cap. personas. numero tertio, de appella. Videri poterunt quæ scripsi in tertia quæstione prima. Regu. Reseruatoriæ numero tertio, & sequentibus, ac numero 7.

p **Generalis Auditor.** *p* Ex ijs verbis, quæ etiam sunt in ipsius Auditoris facultati

13 bus cessant hodie † Decisiones Ægid. Bellame. ducentesimadecimanona. In causa Domini Cimonis, ubi quòd Auditor Cameræ, seu Camerarij erat, sed non generalis Auditor Papæ, & in antiquit. septingentesimauigesimaseptima, not. quòd Auditor, ubi quòd non habebat potestatem nisi in Curiales Romæ existentes. Pro ijs uideri poterunt quæ scripsi in gloss. facul. in §. sitque. in uersic. generalis.

q **Romanæque** Curiæ iudex ordinarius. *q* Etiam sic

14 iure ordinario, † vel beneficio Principis causas, & lites cognoscit, & decidit, iurisdictionemquè suo iure habet. iuxta tex. in l. maiorum. cum gloss. in uersicu. suo iure. & in l. sequen. ff. de iuris. omnium iudicum. Hostien. in sum. de offic. ordin. in principio. Delegatus autem propriam iurisdictionem non habet. l. prima. §. qui mandatum. ff. de offic. eius. l. ultima, uersicul. Sed ne quis ita. ibi propriam iurisdictionem non habent. C. ubi, & apud quem.

r **Sententiarum quoque** & censurarum *r* &cæt. Auditor Cameræ potest executioni demandare sententias per Rotam latas: & si per eandem Rotam, uel alium iudicem sint fulminatæ censuræ, potest procedere ad illarum de

15 clarationem: Intellige tu per ipsum † Auditorem Cameræ prius monito, uel citato eo, contra quem sententia lata fuit, censuræ fulminatæ, uel executoriales decretæ fuerunt per Rotam, uel aliũ iudicem, si vult ualidè procedere is qui ab Auditore Cameræ præmissa obtinere vult, & quòd prius monere debeat partes ut coram eo compareant, uoluit Rota prout probabo infra quæstio. septuagesimanona.

Ac quarumcunq; litterarum Apostolicarum vniuersalis, ac merus executor &c. Vniuersalis, respectu locorum, ac si dictum fuisset ubique: & respectu materiarum, super quibus Apostolicæ concessæ fuerint: Et respectu personarum quarumcumque, & contra quas litteræ concedantur. Et cum hic dicatur merus † executor, poterit si volet partes iudicis assumere. Innocen. in cap. vltimo. de præsumpt. quem sequuntur omnes vt ibi dicit Felyn. num. 16. uersicu. prima conclusio. Quod etiam voluit Lauren. Calcan. consilio 78. factum tale est, in positione casus ante finem consi. versicul. Et per consequens dicta uerba rescripti. Non tamen cogitur merus executor † partes iudicis suscipere si noluit ad text. in l. non quicquid. ff. de iudi. glo. in versic. repererint. in clemen. uni. de offic. delegat. Rota. 369. in nou. In no. in allegat. cap. vltimo, num. secundo, versic. Item super huiusmodi, ac Fely. num. 22. versic. secunda conclusio, de præsumptio. Et quòd merus executor non teneatur partem citare, quippe qui aliqua causæ cognitione exequitur. uoluit Rota in no. 15. Item si executor. sub titul. de dona. & contra. aliàs 355. Geminia. in cap. statutum. § in nullo. colum. prima, versi. Quæro vlterius. de rescrip. libro sexto. Felyn. in cap. exhibita. colum. secunda. de iudi. & in cap. de cætero, colum. ult. de re iudi. & uoluit Rota in Tibu. casticorum Puteo, prout Dec. Accoram. 7. incipien. Merus executor. lib. secundo. Amplio etiam si partem citari fecerit ex vrbanitate vel ex abundanti ad iustificandam eius executioné, ut non propterea videatur facere, tanquam mixtus executor. Cardina. consil. 75. Reu. pater nu. 4. post Innocen. in cap. vltimo, de præsumpt. & sequitur Felyn. ubi supra. Et dum hic subijcitur post verba, merus executor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter deputatus, intellige tu, vigore breuis inserti, quod incipit Gregorius &cæt.

16 (margin, beside "ræ concedantur")

Et nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Imprimis Auditor Cameræ executor omnes præmissos salutat: postea illis mandat, seu præcipit vt mandatis suis pareant. Non est mirum, quòd Auditor Cameræ Archiepiscopo Toletano, ac Episcopo Conchen. eorum Vicarijs, Abbatibus, & alijs hic nominatis mandat, & præcipiat, quippe qui cum sit etiam specialiter in ijs deputatus, & sic delega-
18 tus Principis † maior est quocunque ordinario, & alijs. c. sanè 2. circa princ. ibi. Vnde in causa illa superior est. de offic. delega. ca. studuisti. de offic. lega. c. pastoralis. de offic. ordin. uers. Ad quod dicimus, quòd cum delegatus quantum ad illud sit maior ordinario. ac gloss. & Docto. super rub. de offi. eius. Alexan. consi. 70. circa primum. colum. 3. versi. quis igitur. lib. 1. Mirum autem, & inauditum uidetur quòd Auditor Cameræ præcipiat suis collegis per illa uerba videlicet. Et præsertim Reuerendis Dominis Francisco de Mendoza Decano, & Petro Alphan de Alarcon maiori Cappellano vtrisque etiam Canonicis ecclesiæ Conchen. qui sunt duo collegæ Auditoris Cameræ in hoc negocio, quibus tribus dirigitur breue in solidum, & sic isti tres
19 sunt pares quo ad eis commissa. † par autem in parem non habet imperium, nec pari præcipere potest. l. 3. in fin. & l. magistratus. & ibi glo. in uersi. imperium. ff. ad Trebel. ca. innotuit. ante medium. de electio. c. studeat. & ibi Geminia. in 40. not. 50. dist. glo. in c. cum causa. de offic. deleg. Et quòd delega-
20 tus † non possit exercere iurisdictionem in collegam notat Bartol. in l. 1. §. is uidetur. in fin. quem etiam in fin. sequitur ibi Ias. ff. si quis ius dicen. non obtem. & Dom. meus in cap. quæsitum. numero
21 86. de offic. delegat. sic etiam dicimus † canonicos non posse citare alios canonicos, & alios pares, sed bene rogare ut certo termino adsint. Inn. in cap. cum nobis. de electio. gloss. 1. & Abb. ac Dom. meus in alle. cap. cum causa. num. 23. de offi. deleg. ac Roma. singu. 494. incipien. Papa imponit: Et sic non uideo quomodo, qua lege, qua relatione Auditor Cameræ ualide præcipere potuerit collegis suis & præsertim, & primo, seu principaliter illis collegis hoc in negocio in omnibus, & per omnia paribus, ac æqualitas, ut supra ponderaui. Subtilius considerando cogitabam an fortè responderi posset, quòd cum hic per breue dentur tres executores in solidum, & pars præsentauerit breue duntaxat Dom. Auditori Cameræ, & sic in ipsum tantum consensum sit, non in reliquos, ipse Auditor Cameræ tantum receperit iurisdictionem, & nemo alius non facta alijs litterarum Apostolicarum, uel bre-
22 uis præsentatione, † executor enim seu delegatus non receptis, & uisis literis suæ facultatis non recipit iurisdictionem. c. super eo. 2. de appell. Archi. in ca. si is cui. in princ. ibi sumpto argumento à contrario. de offic. deleg. lib. sexto, & in c. is qui. in prin. de procu. eodem lib. glo. in clem. prima, in versic. receptis. eo. titu. de procu. Bart. in l. multum. nume. secundo. ff. de condit. & demon. Bald. in l. falsus. num. 17. uersic. sed pone quod causa. C. de furt. in l. mandatum. post numerum 19. C. manda. & in l. eius qui in prouincia. colum. 3. uersi. sed si dubitatur. ff. si cert. pet. Rot. in no. 442. uersic. Delegatus enim. ac 487. Maria. Sozzi. in tractat. citatio ait. 20. in 6. quæst. in princ. versic. Et delegatus. Lap. Alle. 81. incipien. non valuit. num. 6. & ibi in addit. mea in versi. super eo, alios ad idem cito, & hanc communem probo.

Secundo responderem, quòd per clausulam hic positam. Et nostris, immo verius Apostolicis &c.
23 † tollatur omnis difficultas, dictio enim, immo
24 † præsertim ab homine prolata correctiuè ponitur, & sic in terminis nostris excluduntur mandata Auditoris Cameræ de quibus præmissum erat, & remanent tantum mandata Apostolica, est text. in specie si rectè aduertamus in l. si ita scriptum fuerit Titius, immo Seius hæres esto, solum Seium hæredem fore, & illum tex. sic sumant Bart. & Imol. videlicet, dictio immo est correctiua. ff. de here. insti. Ad idé est text. in l. Sticus, imò Pamphilus, liber esto, Pamphilum liberum futurum respondi, quodammodo enim emendasse errorem suum testatorem:

rem: sic dicamus hic, D. Auditor Cameræ præceperat etiam collegis, quòd suis mandatis obedirent, videns fortè, quòd non tenerentur, se incontinenti corrigit, subdens, quòd ipsi collegę pareant mandatis Apostolicis, cui autem dubium est, quòd mandatis Apostolicis illi, & omnes alij parere debuissent? pro pręmissis facit dist. Barto. in l. 1. num. 16. uer. Oppono hic dicitur immo. C. de no. Cod. faci.

Circa hoc tamen replicari posset, quòd cum hic dicatur. Et nostris, immo verius Apostolicis: vt sensus sit, uerè mandata hæc sunt Auditoris Cameræ, & uerè illis per collegas, & alios obediendũ est: verius autem est, quòd sint etiam Apostolica, & sic Apostolicis mandatis, etiam, uel potius, vel verius parendum sit, & sic comparatiuum verius, supponat † suum positiuum verum, vel uerè, vt docet Aristo. Topico. lib. 2. in 42. loco, inquiens. Rursus si quid maius, & minus dicitur, & simpliciter inest, quod enim bonum, aut album non est, neque magis, neque minus bonum, vel album dicitur. & in specie est text. in l. ubi autem. versiculo. cum id, quod bono melius est, ipsum quoque bonũ sit. ff. de uerb. oblig. in l. cum filius. §. pater. ubi Bart. ff. de lega. 2. Abb. in c. quæsitum. post nu. 5. in vlt. not. de re permu. D. meus Phi. Dec. consil. 541. visa nu. 20. Responderi posset, ꝙ illa dictio (verius) stet pro
25

26 verè, & sic comparatiuũ † pro positiuo. vt in l. vni. ff. de offi. præfe. præto. cum glo. in vers. pleniore. in l. benignius. ff. de legib. in l. Gallus. §. quid si is. cum glo. in vers. melius. ff. de lib. & posth. in l. filius. §. iustius. ubi etiam glo. ff. de vulg.

Tertiò considerabam, quòd Auditor Cameræ non præceperat præfatis tanquam collegis, cum hoc in loco non vocet eos collegas, prout alibi uidelicet super infrascripta clausula. Noueritis nuper, ibi. Et dictis nostris collegis directas, & alijs in locis, sed tãquam ambobus canonicis ecclesię Conchen. pro vt eos sic canonicos uocat: Nec inconuenit, ꝙ eundem diuersimodè consideremus, idem. n. potest gerere uices plurium personarum, & idem qui sit episcopus in vna ecclesia, & in altera canonicus, potest interesse in capitulo vt canonicus, non considerata ibi persona Episcopi: Idem dicendum erit si Episcopatui habeat quis canonicatum annexum, vt possit
27 † interesse in capitulo tanquam canonicus. c. postulastis. ubi Abb. & alij. de const. præb. ca. ex literis. de proba. ubi Anto. de But. Imol. & Fely. col. 1. Saly. super rub. de maio. & obed. Et vbi supra concludunt etiam gl. & Doc. in c. collocatione. de appel. lib. 6. ꝙ
28 dignitas † non conferens ad actum, seu ad collegiũ non attendatur. Hinc uidemus in Cu. Ro. clericum Cameræ Apostolicæ in collegio si sit Episcopus nõ præcedere alios propter illam qualitatem, nec ibi consideratur dignitas Episcopalis per ea, quę voluit Dom. meus Philip. Dec. in l. j. nu. 90. C. qui admit.

u **Noueritis** *u* **nuper pro**

parte, & ad instantiam &c. Duo hic comparent corã Auditore Cameræ, uidelicet D. Camerę Apostolicæ Commissarius generalis. Ac D. Franc. Gusman principalis, & quia nemo in iudicio audiri debet
29 interesse † non habens. c. veniens. 2. de testib. ca. 2. ad fi. vt lit. pen. lib. 6. Rot. Bisigne. 1. de rescr. in anti. Tiraq. de const. par. 3. limi. 13. nu. 14. propterea hic exprimitur, Cõmissarius generalis comparet, quia beneficium huiusmodi est reseruatum, & nomine Cameræ petitur immissio in possessionem: Franciscus uerò comparet pro suo interesse, quia de beneficio hoc prouisus fuerat à Sede Apostolica, & in possessionem se immitti instat.

Quasdam literas in for-

x **ma breuis.** *x* Breue, & literas per Cameram expe
30 ditas æquiperari † affirmant Sarnen. in tract. Breuiũ. sequitur Rota Decis. Putei li. j. 155. incip. Decima sexta Mai. 154. & Rebuff. in praxi. Benefi. ad fi. dum de breui Apostolico tractat. Et ꝙ breue eandẽ vim habeat quàm Bulla Apostolica supponit Goza. consi. 1. post num. 42. Verum, ꝙ breue non ęquiperetur Bullis infra ostenditur, cum requirantur Bullæ expeditæ vt infra, vers. Ne autem dum literæ. & ibi. Infra sex menses Franciscus literas prædictas expedire teneatur. & alibi. quę expeditio literarum vana esset, & frustatoria, si breue sufficeret, & si idem operaretur breue, quod litterę Apostolicæ, quod admittendum non est. arg. tex. in l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. in c. si Romanorum 19. distin. in c. solitæ. cum gl. in vers. tanquam. post med. de maio. & obed.

y **Sub anulo.** *y* **Intellige**

de signatorio. De quo etiam habemus Hester. 3. Tulit ergo Rex anulum &c. & post. Et literæ signatæ ipsius anulo missæ sunt. ac 3. Reg. 21. Scripsit igitur literas ex nomine Achab, & signauit eas anulo
31 eius. † de quo est tex. in l. signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur. ff. de verbo. sign. & l. si vnus. C. de testa. in l. ad testium. §. si ab ipso. & §. signum. ff. de testa. De anulo signatorio, & non signatorio latè tracto super gl. facul. §. Ac quibus. in vers. anuli.

z **Piscatoris.** *z* **Additur**

Piscatoris ad differentiam aliorum anulorũ signatoriorum. Hic anulus habet imaginem nauiculæ in qua Petrus insistit, de hoc anulo Piscatoris loquitᷣ D. meus Phi. Dec. cons. 175. In causa falsitatis. præsertim col. 3. vers. Quarta falsitas. ac Rebuff. in praxi. Benifi. rub. vlt. de Breui Aposto. Et ego de hoc tractaui ĩ gl. facul. §. ac quibusuis. in ver. Piscatoris.

a **Gregorius** *a* **Papa XIII.**

Hæc est superscriptio breuis Apostolici, q̃ non fit nomine proprio, quo vocabatur Papatum, sed vt hic, ut etiam in literis Apostolicis, seu Bullis. vt per Alberi. de Rosa. super prore. ff. & per Fely. in ca. 2. ante. nu. 18. vers. & dicit Abb. de rescr. pro quibus & ꝙ Papa alijs scribens nomen suũ præponat probo in gloss. facul. in superscriptione, in uersicul.
b Paulus.

Dilecti filij. Papa oẽs Christi fideles ꝑter Epos filios vocat. tã masculos, quàm fœminas, etiam Principes, & ipsũ Imperatorem. c. si Imperator. in princ. 96. distin. & in superscriptione Epistolæ. Inter claras. C. de sum.

Trini.& fid.Cathol.cap.lotharius Rex.circa medium.31. quæſtione ſecunda, & ad hæc quę adduco in gloſſ.facul.§.volentes,in verſicu.dilectus filius.

Salutē & Apoſtolicam

c benedictionem. c De ſimili ſalutatione habemus in prohe.Grego.& in prohe.lib.6.& alibi ſæpè.[b]De Philippo Rege illud etiam dici poteſt vt ad vnguem ſeruauerit monita Leonus Magni in ipſius Epiſt.75. ad Leonem Auguſtum ſub ijs verbis, debes incutanter aduertere regiam poteſtatem ſibi non ſolum ad mundi regimen, ſed maximè eccleſiæ præſidium eſſe collatam,ut auſus nefarios comprehendo,& quæ bene ſunt ſtatuta defendas,& veram pacem ijs, quæ ſunt turbata reſtituas.Nō omitto (ut mihi relatum fuit) hunc potentiſſimum Principem olim ſpontè publicè manibus Reuer.Ferdinandi Valdeſij Archiepiſcopi Hiſpalen. generalis Inquiſitoris Hiſpaniæ iuraſſe ſe non permiſſurū hęreticos ne ſuis Regnis viuere,ſeque fauorem Inquiſitoribus ad eorum

Alias præſtimonio, ſeu

præſtimoniali portione &c. Præſtimonia,ſeu præſtimoniales portiones à principio inſtitutas aurem pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles. Hic additur, ſeu beneficio, ad tollendum dubium
32 illud an præſtimonium † verè ſit beneficium? pro affirmatiua uidebatur tex.in c.ult. vbi præſtimonia inter beneficia communerantur. & uoluit Hoſti. in c.poſtulaſti.colum.2.uerſi.Vnde & electio.de reſcri.ſequitur Oldra.conſi.81.quod proceſſus.uerſi. Nam præſtimonia ſunt beneficia.& conſi.140. In eccleſia Calaguritana.in prin.& col.2.uerſi.Nemo enim.Geminia.conſi.89.vacante. nu.2.uerſi.Quoad ultimum dubium.Mil.in Reper.in verſi.Beneficij appellatione contineatur præſtimonia.Io.Fran. Paui.in tract.de offic.& pote.c.ſe.uacan.in j.q.2. par.prin.nu.5.uerſic.Et idem dicendum eſt de pręſtimonijs, & præſtimonialibus portionibus, quia ſunt beneficia eccleſiaſtica, & perpetua &c. Fuit hic additum, Aut perpetuo ſimplici beneficio,ad cautelam,& quia ex dictis Oldra.in allega.conſ.81. & 140.ac Io.And.in c.uni.nu.3.de re.permu.lib.6. Gemi.dicto conſ.89.Rebuff.de paci.poſſeſ. nu.90. uerſi.Decimo ſeptimo etiam procedit in præſtimonijs. poſſet colligi diſtinctio uidelicet: Aut loquimur in præſtimonijs, quæ in titulum dantur, & habent annexum aliquod ſeruitum ſpirituale, & procedant prius dicta. Aut loquimur in præſtimonijs in ſola temporalitate conſiſtentibus, & quæ non dantur in titulum, & quorum laici ſunt capaces, & procedat opin. contraria, ut hæc præſtimonia non veniant appellatione beneficiorum: & ſic bonum fuit addere,ſeu beneficio. Eſt uerum, ꝙ hodie præſtimonia omnia, pręſertim in Hiſpanijs,in titulum perpetui beneficij dantur, & habent annexum obſequium ſpirituale.

e Ne autem

e dum litteræ &c. Hæc eſt optima ratio,& cauſa legitima,ne dum literæ expcdiuntur,in ſpiritualibus,uel
33 temporalibus beneficium † detrimentum patiatur arg.tex.in c.2.§.cum uerò.& ī c.quia diuerſitatem. de con.præb.ac in c.quam ſit.de electio.lib.6.uerū nonnunquam non ijs, aut ſimilibus rationib.& iuſtis cauſis mouentur callidi beneficiorum impetrātes huiuſmodi breuia, ſed aliò tēdunt ipſi viderint.

f Eiuſdem

f Flauij. Cardinalis familiari &c. Vacauit beneficiū per obitum familiaris Cardinalis, conſonum fuit loco familiaris deperditi, ſeu defuncti,alterum eiuſdem Cardiualis familiarem ſufficere,& in hoc Cardinali,eiuſque alteri familiari fauere.argu. text.in l.iure
34 ſuccurſum.in prin.ff.de iure dot,ubi † patri perdita filia reſtituitur dos.l.ſi filius. ff.de bon. damna.l. fi.C.de inſti.& ſubſti.D.meus Phi.Dec. poſt Oldra.conſ.245.in fi.Sarnen.ſuper Regu. de impe.bene.uacan.per obi.fami.Card. q.8.nu.2.

g Conſtito

g vobis de uacatione beneficij &c. Licet Apoſtolicus exe
35 cutor † propter clauſulas, ſi inueneris, uel ſi eſt idoneus, ſi ita eſt, & ſimiles,non dicatur datus ſub conditione, nec teneatur proce dere cauſa cognita, nec partes cicare,ut nota.in ca.ult.de præſumptio. & in cle.iudex.de offic.dele.uoluit Lap.Alle.15.Idē eſt dicere.nu.7.ac Alle.90.uiſis literis.nu.2.Tamen
36 quādo apponitur clauſula,conſtito &c.† uel ſi ſibi conſtiterit præmiſſa requiruntur.Lap.ubi ſupra. Rot.772. Dic ꝙ.uerſ.ſecus fortè.in antiq.ſequitur Par.conſi.31.circa pręſentem.num.33.uol.4.& uoluit Matthe.de Afflit. in conſti. Regni uiolentias. nu.54.uerſi.Nam uerbum conſtat. rub. 24.de uiolen.circa poſſeſ.lib.1.& in conſti. ſi damna clandeſtina nu.55.Rub.27.de Homi.clande.lib.j.

h Amotis h & expulſis qui-

buſcunque detentoribus,& intruſis. Iſti execu-
37 tores † Apoſtolici ſi requiſiti ut detentores,& intruſos expellant à poſſeſſione,& illam tradant præſentanti breue, nullam excuſationem habebunt ſi ea facere ceſſent, uel differant, ſi adſit clauſula ſine uitio ſpolij ut hic:& tanto magis ſi etiam addita ſint uerba. Et attentatorum,poſt illa ſine uitio ſpolij. ut inclinauit Rota in fauorem epiſcopi Nucerini,& in ſpecie facti ſupponebatur, quòd capitulum Caurien.cui breue huic ſimile pręſentatum fuerat nominaſſet intruſum, quod quidem ſufficere non uidebatur:& propter non paritionem cenſuræ contra capitulum fulminari poterant, & declaratoria concedi: obedire enim debebat mādatis Sedis Apoſtolicæ, alioqui puniendus ueniebat.c.1.22. diſtin. c.ſi qui ſunt pręsbiteri.in fi.81.diſt.Et in contumaces ſnīa excōicationis ferenda erat,ſeu declaratoria incurſus cenſurarum proferri debebat. mil. in ſuo reper. in uerſ. excōicari non pōt.pro præmiſſis habemus Dec. Put.19.incip. Ep̄s Nucerin.habuerat
38 breue.lib.j.Detentores de † quib.hic in malā partē accipiūtur,& diuerſi ſunt à poſſeſſorib. l.ſtipulatio iſta. §.hæc quoq;. & ibi gl.& Doc.ff.de uerb.obli.l. j.in prin.ff.de acq.poſs.l.j.§.deijcitur. ff.de ui,& ui arma.Et detinētes,ſeu detentores inſiſtūt poſſeſſioni rei de facto tantum,nihil iuris habentes, exem-
39 plum in materia beneficiaria: reſignans † beneficium ſeu illi cedens nullum ius ſuper eo poſtea hēt abdicatū eſt.n.oē ius a cedēte,uel renūciāte, & perdita

ita possessio ciuilis, & naturalis, et in fauorem resignatarij, uel cessionarij transfusa. Io. And. Imol. & Abb. in capit. sollicitè. de resti. spolia. Rot. 67. nota. quòd resignans. in antiq. pulchrè Cassad. Dec. quarta, fuit dubitatum. præsertim numero decimo, de restitu. spolia. Immo renuncians, uel cedens beneficio, quo ad illud pro mortuo habetur. capit. in apibus. §. ecce in quibus. septima, quęstione prima, gl. prima, in uersi. mori. ut lit. penden. & in cap. si Episcopus. in uersicul. mortem. de supplen. negligen. prela. lib. sexto, clemen. fin. & ibi Cardina. quęstio. 14. de procura. Cassa. Dec. septima, num. secundo, de appella. Exemplum in re prophana, saltem apposita clausula constituti ut in emptorem, uel cessionarium dominium, ac possessio transferatur habemus tex. & ibi Docto. in l. traditionibus. C. de pact. latè per Tiraq. in tracta. de constitu. in secunda parte, in prima ampliatio. num. secundo, & seq. Et sic detentatio diffiniri, uel describi potest ut sit,
40 uel dicatur nuda facti insistentia. Intrusi † etiam de quibus hinc in malam partem accipiuntur, & qui sint, & quot modis dicantur intrusi optimè ostendit Gemin. in cap. propter. colum. prima, uersicul. De secundo quis dicatur intrusus. usque ad finem. 19. distin. Abb. in capit. quia diuersitatem. in tertio nota. de conces. præben. ubi quòd intrusus in beneficio dicitur ille, qui obtinet beneficium sine auctoritate illius ad quem de iure spectat collatio. Mil. in uers. Intrusus videtur. cum pluribus sequen. in suo Reperto. Fely. in ca. in nostra. in secunda colu. uersicu. Quot modis autem quis dicatur intrusus. de rescript. de intrusis etiam tracto super Regu. de surrogan. quęst. quarta, nu. secundo. Videantur etiam Aug. Bero. in cap. in literis. num. secundo, & 28. de restitut. spoli. ac Paris. consi. 17. videtur prima, num. 40. uolum. quarto, ubi quod intrusus dicitur etiam, qui habet titulum, uel colorem, non tamen canonicum, quando ille, qui dedit non habebat potestatem conferendi. Et Innoc. intrusum uocat furem. in cap. nisi cum quidem. post prin. de renun. sequitur Cassad. Dec. 3. nume. primo, de seques. possess. ac idem Cassa. Dec. 1. uersus fin. de simo.

Nisi per nostrum &c. Excipiũtur prouisi à Nuncio Apostolico, ut hic Nuncius
41 Papæ, seu Apostolicus non habet † potestatem cõferendi beneficia, ut est tex. in c. 2. de offi. deleg. lib. 6. in clem. 2. cum glo. in versi. uolumus. de offi. ordi. legatus à latere, uel nuncius cum facultate legati à latere bene potest beneficia conferre, & alia facere de iure communi sibi competentia. ca. primo. §. ultimo, de offic. deleg. libro sexto, cap. si Abbatem. in principio. & §. huiusmodi. & ibi Doctor. de electio. eodem lib. Boer. Dec. 345. num. quarto. Dom. meus Phi. Dec. consi. 149. In causa. colum. quarta. An autẽ conferre possit beneficia reseruata, & quando, tracto super sign. Gratię, de indulg. conferen. bene. rescr.

k Ac omnes, & quoscunque fructus &c. k Camera Apostolica quicquid aliàs de iure esset, puta, ex dispositione tex. in cap. præsenti. de offic. ordi. lib. 6. succedit in fructibus beneficiorum vacantium, & etiam in spolijs ecclesiasticis, & apud quoscunque existentibus. Et hic est stilus hodiernus, qui inconcusse seruatur, quod etiam habemus 855. incipien. Cum Camera. in ante: quæ est eadem cum illa Bisigne. vni. de solu. in antiquio.

Eosq; integros præfato
k Francisco k &c. Hic est maximus fauor prouisi apostolici de beneficio reseruato, ut sub potenti manu Cameræ Apostolicæ, quæ negocium alienum, vt proprium tractat, absque expectatione vnius oboli. Et licet plures ciuitates, seu princi-
42 per Cameram † habeant, prout de Camera Patauij loquitur Aluarot. de feudi cogni. §. sciendum. colum. 1. De Camera Ducis Mediolani olim loquitur Ruin. consi. 84. Quoniam abundè. num. 1. & ante num. 4. lib. 1. De Camera Ducis Ferrariæ Alex. consil. 84. In causa, quæ uertitur inter agentes pro Camera. lib. 3. Quæ Camera, uel uerius is, qui pro Camera agit, hac, uel simili liberalitate utetur? uel sine spe aliqua lucri, aut proprij commodi talia curaret, ac plenauæ executioni demandaret?

Detentores, & intrusos
l nec non contradictores &c. compescendo l iuxta tex. in cap. primo, de maledi. ibi ipsum à temeritate sua compescẽs: de qua clausula loquuntur Rui. consi. 27. num. decimo, uolum. quinto, & Cagno. in l. factum suum. §. non uidetur. ff. de reg. iur. uide infra in glo. super clausula. Et nihilominus modo, & forma præmissis nu...

Inuocato etiam ad hoc
m si opus fuerit auxilio brachij secularis. m De brachio militari, & singulari, quæ ad idem tendunt loquutus sum super secunda formula commissione in versiculo auxiliumquè brachij secularijs. & in tracta. Inhibitionum. quæst. 72. nu. 16. & 17. In quibus autem differant brachium militare, & seculare: seculare, item ordinarij, a seculari delegati ponit Lanfran. de oria. in clementina dispendiosam, super glosl. in uer. cohercere. de iudi.

n Decernentes vos n &c.
Deecernit summus Pontifex hic non cadere spolium, nec spolio agi posse. Rex enim, Impera-
43 tor, uel Papa, non † spoliat, neque attentat. Cyn. in l. meminerint. C. unde ui. Alberi. de Rosa. in l. si de ui. colum. ultima. ff. de iudi. Rot. 310. si reus, post numerum tertium, versicu. Non potest etiam dici aliquid innouatum. in no. Bellame. Dec. 749. licet per appellationem. versus fin. ubi dicit, quòd Princeps non attentat, quia est supra ius. Affli. Dec. Neapo. 302. incip. Aliud dubium. num. 2. ibi. Quia regia auctoritate intrauit, & sic non potest dici spolium &c. Paris. cons. 99. Adriano Agenti nu. 18. & seq. uolum. 4. ubi quòd expulsus auctoritate Papæ non potest agere interdicto recuperandæ, & quòd possessio Papę auctoritate data et per uiolẽtiã est bona.

o **Sicquè** o per quoscunque iudices &cæt. Hæc clausula est maximæ poten-
44 tiæ, † & ligat iudices, ne aliter decidere possunt, quòd si aliter facerent nulliter procederent, & puniendi venirent tanquam inobedientes. Ruin. consilio. 76. post numerum 9. uolum. quinta, Paris. consilio quinto, post numerum 133. uersi. Et quia ipse Leo. & cons. 38. num. septimo, volum. 4. Et quia sumus certi de uoluntate Papæ, siue sumus in actu constructiuo, siue destructiuo, actus ipse perficitur, seu inficitur. Alexan. consi. secundo, uolum. 5. uersi. præterea dato etiam. lib. primo. Dom. meus Philip. Dec. consi. 288. num. sexto, consil. 557. num. 3. & 698. colum. secunda. n um. nono. Quid autem dicendum sit circa eos, qui non erant iudices tempore concessionis dicti breuis, & decreti, quòd non possit aliter iudicari, an iudices futuri ligentur præmisso decreto? Affli. Dec. 361. concludit pro negatiua, & sic, quòd iudices successores non ligentur sic iudicare, nec aliter iudicando incurrant indignationem Dei, ac Petri, & Pauli. Ego aliàs in causa Romana status de columna plura contra dictam Dec. Neapo. Afflit. adducebam, & inter alia, quòd Docto. per ipsum citati non probarent id, ad quod citabant. verũ quoad dictã vel similem clausulã videlicet, Quòd non possit dari de subreptione, scias, quòd Rota &c. Vlixbonen. Erectionis, monitori hoc declarauit, & limitauit præterquam in expressis super quibus pars fundat intentionem suã, Et in eadẽ causa Domini de Rotã pro maiori parte dixerunt, uerba decreti intelligi ueris existentibus narratis, & maxime per partem super quibus Papa se fundat, in specie habemus Dec. Ioan. Pauli Ptolom. 170. incipient. Vlixbonen. Heremitorij.

p **Nec non irritum &c.** Hoc de-
45 cretum irritans plures effectus parit, † & inter alios præcipui, maximi, ac mirabiles sunt, quòd li-
46 get ignorantes, quod quidem iuris regulis † aduersari, ac repugnare uidetur. l. ultima, ff. de decu, ab ordi. fac. l. si ignorans. ff. loca. l. non potest uideri improbus, ff. de reg. iur. l. in testamento ita quidam. uersic. si autem voluntates eius ignorantur. ff. de condi. & demon. extra. suscepti regiminis, Ioan. 22. iun. glo. in uersi. postquam sciuerint. sub titu. de electio. Lap. Alle. 89. num. 3. Quòd autem decretum Papæ irritans liget ignorantes sunt text. in cap. 1. uersi. Adijciebant insuper. de con. præb. in cap. si eo tempore. iun. glo. in uersi. ignoranter. de electio. lib. 6. in cap. si soli. de con. præb. eo. lib. cap. quodam de præb. dicto lib. sexto. Zenzeli. in extra. Execrabilis. Io. 22. §. quæ omnia. in glo. in versic. irritum sub tit. de præben. Ioan. Anto. de But. & Imol. in ca. secundo, & ibidem Fely. num. 13. de consti. Cassa. Dec. 3. de Decre. in reserua. in prin. De ijs etiam alibi loquutus sum, & hæc in Curia Romana sunt tritissima. Duobus modis utiliter limitanda uenit præmissa conclusio, uidelicet, quòd procedat tantum in decreto Papæ, non autem inferioris, prout latè probo in 36. quæst. tracta. de inhibitio. Altero modo, quòd decretum irritans Papę non ligẽt igno-
47 rantes respectu pœnæ † ca. si beneficia. & ibi Anchar. in secundo not. de pręb. lib. 6. glo. in clem. uolentes. in uersi. eo tunc. de hæreti. Ioan. And. in cap. tibi qui. circa finem. & Gemin. colum. ult. uersi. vel dic & melius. ac prob. num. 18. de rescript. lib. 6. Anto. de Butr. in cap. cognoscentes. colum. 4. in secunda fallen. & ibidem Imol. colum. secunda, etiam in secunda fallen. ac Fely. colum. 9. in quarta limit. de consti. Gemin. in c. si Apostolicæ. col. pen. uersi. sed hodie. de præb. lib. 6. & consi. 33. col. 6. uersi. Nã qua ratione.

q **Non** obstan. Bonifatij q &c. Derogatur hic constitutioni Bonifacij Papę VIII. de una dieta, uidelicet capit. statutum. §. cum uerò eiusdem ciuitatis. ibi. Nullus tamen eorum ultra unam dietam &c. de reser. lib. 6. de quo Rot. 642. communiter. in anti. Abb. in cap. nonnulli. num. 3. uersi. Hodie uerò. eo. de rescr. Et quòd derogatio hęc sit necessaria pręter Doctor. in dicto §. cum uerò, uoluit Paris. consil. 51. considerata. numero 38. & 40. uolum. quarto. Et etiam derogatio generalis de duabus dietis necessaria est, & illi derogandum est. dicto cap. nonnulli. de reseri. de quibus duabus dietis in similibus terminis habemus text. in cap. ex parte B. post princ. ibi. Consistit in diocesi Rodomen. quæ est ultra duas dietas ac de for. compet. & in clemen. prima. ubi etiam glo. in uersic. dietas. eo. Cui concilio si non derogetur omnia erunt nulla. ut per Doct. in eo. c. nonnulli. & per Card. consi. 71. omnis in me. nu. 2. & seq.

r **Nec** non inhibitionibus. r Necessaria fuit hæc clausula, pręsentata enim inhibitione ab omni pœnitus actu iudex, seu executor abstinere debet, ut in infortioribus terminis post Lauren. concludit Cardina. in clemen. prima, quæst. 16. circa med. de iure. patro.

Volumus autem quòd infra sex menses ad et a præsentiũ computan. dictus Franciscus litteras prædictas expedire. Hæc clausula in similibus breuibus semper apponi solet, ac rationabile est, quòd hic, qui absque litteris sub plumbo admissus non fuisset in possessionem, postquam admissus fuit, non obliuiscatur infra congruum tempus sub plumbo expedire, & iura Cameræ Apostolicę, & alijs puta officiarijs debita persoluere, quę expensę in expeditione litterarum, & pro annata, si beneficium, excedat ualorem annuũ 24. ducatorum sunt in utilitatem, & commodum, ac subuentionem Cameræ Apostolicę, illiusquè officiariorum: Ad cameramquè spectat redditus publicos colligere, exigere, custodire, distribuere, quę Camera ad hoc suos officiales habet. Aluarot. de feudi cogni. §. sciendum, colum. prima. Pau. Castren. consil. 116. circa quę. colum. prima. in nou. D. meus Phi. consi. 404. Camera Apostolica exigit pro se, ac officiarijs distribuit, quę proueniunt ex ijs expeditionibus, & ideo sibi cauet ne defraudetur in redditibus. & hanc clausulam, ut infra sex menses &c. inuentam solum fuisse ad effectum ne Cancellaria, & officiales defraudentur expeditione litterarum, considerauit Rota in Toletan. coram Mercaten. prout Dec. Put. 57. incipien. in una Toletan.

tan.lib.primo. Similem clausulam habemus in indulto Cardinalis legati,seu nuncij,quòd possit conferre beneficia reseruata etiam excedentia valorem annuum 24.ducatorum sub ijs uerbis. Dummodo prouisus infra sex menses nouam prouisionem expediat,iuraque Cameræ Apostolicæ persoluat. Si igitur fructus non excedant valorem annuum 24. ducatorum,nec noua prouisio acquiratur, nec solutio iurium Cameræ Apostolicę idest annata, quæ non soluitur qñ beneficiũ non excedit annuum valorem 24.ducatorum.au.de ca. vt omnes curiales norunt. Verum dubitari cõtingit an si ualor annuus cum massa grossa quæ requirit residẽtiam certis dieb. ante indictam excedat 24. sine ea uerò nõ excedet reputari debeat beneficiũ valoris annui vltra 24.vel infra. Breuiter concludendum est in hac,& similibus dispositionibus fructus intelligi debere, prout accipiantur in Reg.de ualore, & sic particularis eius ben. de quo agit, & ac si dicamus fructus in portutis, seu de portutis,ut vulgo dicunt iuxta Rot.7.Quando imponatur de pub. in no.vbi de distributionibus quotidianis, & ijs quæ dantur, nomine certi ministerij personalis, puta nitens fructibus duiinis. & non sunt de corpore beneficij. Et in Addi.ibi posita in fi.idem dicitur de mortuarijs, & anniuersarijs,per ea quæ volvit Ancha.in clem. 1.de concel.præben. Sarnen.in quæst.8.no.3. & q. vlt.super Reg.de ualo.expri.in princ.uerum in quã tum subdit, de quinque annis ante, & post, id nõ comprobo,de quo tracto in 5.quæst. Reg.de unio. nu.2. pro præmissa nostra interpretatione est Dec. Nic.Boe.340.numero 4. Dec.Mohed. seu Ptolo. 182. incipiens. De regula de uero valore.in specie habemus, Dec. Paleot. in Placentia. portum. 390. incipient. Nuncius habebat in facultatibus.

Alioqui ipsis sex mensibus elapsis beneficium huiusmodi vacare censeatur eo ipso. Beneficiũ impetratum,& pro cuius possessione capienda breue huiusmodi conceditur, nisi literæ sub plumbo infra hunc terminum expediantur, ac iura Cameræ Apostolicæ persoluãtur, vacabit eo ipso, quæ dictio-

48 nes† important, ipso iure, penitus,& omnino beneficium vacet. Abb. post Inno. & vo. meus nume.93. in cap.cæterum.de iudi.Cardi.per illum tex.in cle. 1.in 5.not.de electio.Felin. in cap. Rodulphus.col. 19.in versiculo,eo ipso. de rescrip. gloss. & Bald. & Ioan.Franci. Ripa in l. centurio.numero 183. ff. de vulga. Ex quibus quæri posset an ex præmissis verbis (si infra dictos sex menses prędicta nõ fiant) prouisio inualida reddatur? & pro uegatiua, quæ humanior est illud affero in simili quod habetur in l. mu to.§.Hęc autem,ibi, Non conditionem in se habere, sed admonitionem.ff.de tute.glo.in cap.non potest in uersiculo,retinet.ad fi.de præben.libro sexto.Oldrad.consilio 165.Thema cuidam. ad fin.vers. Nõ obstat clausula literæ. Rot. 231. ordinatio. in nou. Opinionem affirmatiuam tenuit Rota in pluribus causis, prout per crescen.Dec. 290. incipie.clausula multoties. Ratio est, quia apponuntur verba præcisa,& clarè demonstrantia voluntatem principis contra prouisum, nisi ea, quæ sibi mandantur infra tempus prefixum faciat, propter illa uerba eo ipso beneficiũ vacare censeatur, ut supra probauimus. Et ex alijs uerbis in pręcedente clausula, volumus autem, ubi vult Papa quòd Franciscus omnino ad præmis-

49 sa teneatur, quæ pręcise compellunt † ad obseruantiam iuxta tex.in l.in hoc.§.sed si conueniat ne omnino diuisio fiat. ff. commu.diuid.Bart.in l. si cum exceptione.§.quatenus.ff.quod met.cau.Alex.consi. 173.numero sexto, volum.septimo. Roma. sing. 1. Feli.in cap.ex parte, secunda, colum. 1. ubi ponit. 12.significationes dictionis omnino.de offi.dele.D. meus consilio primo, numero quarto, ac consilio

50 265.colum.1. Et illud verbum (teneatur)† præceptum, ac necessitatem denotat. cap.per hæc.iun.gl. in versi.teneantur. & ibi ad hoc notat Geminia. de hæreti.libro sexto.cle.exiui de paradiso.§.itẽ ordo. ibi, Quod ubique ponitur in regula hoc vocabulũ teneantur, obtinet vim præcepti, & obseruari debet à fratribus.de uerbor.signifi.cap. duobus.uersus fi. iun.glo.in uersiculo, teneantur.de rescrip. libro 6. Bertran.consilio 55.uis consultationis.numero tertio, libro tertio, in primis. Rursus ex præmissis ver-

51 bis, Alioqui † ipsis sex mensibus &c.resultat decretum irritans, vel quid illi æquipollens, actum aliter gestum inualidum reddens.l.si alius. uersiculo. Nã si tu.cum gl.in uersiculo alioqui.ff. quod vi, aut clã. Et hæc dictio, alioqui, idem significat quod, si non, & conditionem facit, inducens conditionem contrariam.l.& eleganter.§.si doli. cum glo. in uersiculo, alioqui.ff.de dolo.l.finita.§.ex hoc ędicto, cum glo. in pręfato uersiculo.ff.de dam.infe.l. Lutius. §. Lutius Titius Damam.uersiculo, Respondi secundum ea.ff.de leg.1.l.1.ff.de abig. l.alioqui. ff. de contra. emptio.cap.mandatum.ubi Gemini. numero 7. & Franc.numero tertio.de pręben.libro sexto, optime Barto.in l.1.quæstione quarta, numero vndecimo. ff.de conditio.& demonst.Et naturam huius dictionis, alioqui, declarat Saly.in l.2.colum.2.numero 6. versiculo.Item scito, quod hæc dictio, alioqui. ff. si cert.peta.Corn.consilio 253.licet.colum.1.in fin.li. primo,& consilio 213.Aliàs Parme.colum.1. versi. Nam huius.volum.quarto.Sozz.consil.51. præstantissimè.numero nono, libro primo.Et scias, quòd beneficij sic ipso iure vacatis deuoluitur prouisio ad ipsum Papam ex verisimili ipsius mente volentis puidere officialium indemnitati prout voluit Rota, uti Dec. Pute. 359. incipient. in una Abulen.versiculo. Fuit etiam in eadem conclusum.libro secundo. Quero quid si intrusus semper remãsit in sua detentatione, adeo quòd possessio capi nõ potuit infra tempus datum ad expediendum literas D.Francisco Gusman, nec diu post possessio haberi potuit, an intrusio aduersarij dicatur legitimum impedimentum quin Gusman inciderit in pœnas, & incommoda de quibus hic? Quòd excusandus veniat uidetur, semper enim pœnæ impositę contra beneficiatum non facientem diligentias, uel non implentem sibi demandata, intelligi debent capta possessione, & non ante, prout in cap. commissa. de electio.libro sexto, cum simili. Et videmus iuxta stilum cancellariæ, ac cursum expeditionum, per officiarios

ciarios seruari solitum, qui cancellariæ stilus, & obseruantia pro iure habetur. cap. porrecta. ibi cum igitur a cancellaria nostra de confir. vti uel inu. Roman. consilio 376. quæstio est nunquid. numero duodecimo. versiculo. Secunda ratio. Abb. & Feli. in cap. ex parte. prima, de rescrip. Gemin. consilio 120. Quia in facto. numero septimo. In cancellaria autem seruatur, quòd docto de intruso in beneficio admittitur expeditio literarium sub obligatione de soluenda annata tempore habitæ pacificæ possessionis, & perinde habetur illa obligatio de soluendo, ac si solutio realis facta fuisset. l. generaliter. §. hoc ædicto. & ibi nota. ff. de calumniato l. fin. & ibi glo. in uersiculo, soluerit. C. ad leg. Falc. Et sic intrusio excusat a solutione annatæ, & iurium Cameræ Apostolicæ, ac officiariorum. Sic etiam excusare debebit D. Franciscum Gusman infra sex menses non soluentem iura Cameræ Apostolicæ, & nõ expedientem literas stante semper intruso. In super in fauorem reseruationum sedis Apostolicæ ac impetrantium huiusmodi beneficia reseruata concedi solent huiusmodi breuia de capienda possessione ante expeditionem literarum Apostolicarum, at si stante impedimento intrusi prouisus a sede Apostolica cogeretur expedire literas interim, & iura Cameræ, ac annatas per soluere sub priuationis pœna, quod concessum fuit in fauorem in odium redũdaret contra tex. in l. quod fauore cum alijs. C. de legib. Contrarium temendum est stantibus verbis expræssis, & præcisis, de quibus supra requirentib. literarum expeditionem cum effectuali solutione iurium Cameræ Apostolicæ, & officiarijs infra illos sex menses a data ipsius breuis computandos per ea quæ supra adduximus, & ponderauimus. Et in similibus terminis habemus Dec. Achi. de Gras. 233. aliàs 13. sub titu. de priuileg. incipien. Indus tum habebat, quòd teneatur prouisus, vbi pro utraq; parte &c. discussa concluditur intrusionem huiusmodi non esse legitimum impedimentum, quia prouisus non tenetur expedire literas cum effectuali solutione. Licet autem Gusman inexcusabilis reddatur etiã stante intruso huiusmodi, ex alio tamen capite excusandum puto a non expeditione literarum Apostolicarum & solutione iurium Cameræ Apostolicæ, & officiarijs infra semestre, quod fundamentum Gusmani hic non aperio, quia plenius discutiandum veniet.

u **Datum &c.** *u* Data in quib. attẽdi debeat habemus tex. in cap. eam te ubi Abb. nu. quinto, ac Felin. & Ripa numero uigesimosecundo, & alij. de rescrip. & per omnes in data libri sexti. Qui olim datam apponerent habes per Sarnen. in prohem. reg. nu. 6.

x **Cæsar Glorierius &c.** *x* Hic a secretis iam diu familiaris plurium summorum Pontificum, breuibus conficiundis scribendisque præest, illaque propria manu subscribit, & adeo se fideliter, humaniter, ac benigne, & absque aliquo fastu se gessit, enixeque elaborauit vt non immeritò officium huiusmodi omnium consensu quasi præscripsisse videatur. Licet cognomen regulariter nõ sit necessario exprimendum, nisi in quibusdam casibus ut ostendo super 56. quæstione. Reg. de Anna. numero quinto, cum alijs seq. & ibidem subijcio, qualiter cognomen accipiatur, hic tamen cognomẽ et apponi consueuit, & merito in negotijs tanti põderis, & ad maiorem cautelam, vt sciatur quis breue subscripserit. Cognomen igitur hic est Glorierius, quod non casu fortuito uidetur, cum gloria eũ sequatur, tum propter bona fortunę, cum animi: & in quo (ni mihi lippi sint oculi) comprobari video sapientis prouerbium illud celebre, Filius sapiens, gloria patris, ut hinc etiam eius gloria augeatur.

Post quarum quidem

y præinsertarum Apostolicarum præsentationem *y*. Breue hic nuncupat literas Apostolicas, uideri poterunt, quæ scripsi supra 11. quæst. Reg. de non iud. iux. for. suppli. Quod autem præsentatio literarum
52 requiratur antequam executor gratię facultatibus sibi concessis uti possit iuxta crebriorem sententiã probatur per Rot. 793. pronuntiatio facta. in anti. & 458. circa tertium. numero quinto. & septimo, in no. Bal. super rub. qui succe. feu. uersiculo, Executores vero. Roman. consilio 353. colum. secunda. versiculo. Quoad tertium. Franci. in cap. super eod. 2. colum. 3. uersiculo. Et ita etiam tenet. de appel. Bellamer. Dec. 100. colum. 2. uersiculo, Circa tertium dubium. vsque ad fin. Felin. numero vigesimoprimo. & alij in cap. cum te, de rescr. Idem Feli. in cap. cum sciscitatus. numero 13. versiculo pro tanto. eod. Cassad. Dec. 8. numero duodecimo. de restitut. spoliat. Aimo consilio 134. numero 22. versiculo, septimo. dico. Barthol. Cassen. consilio 10. colum. quarta, versiculo. Item huic tenent canonistæ. Propterea hic dictum fuit, post quam quidem præsentationem &c.

Nostras mãdati litteras

z de immittendo in possessionem. *z* Et sic mandatum nuncupabimus hanc prouisionem D. Auditoris Cameræ; Rursus commissionem, ut supra dicitur, vobis per presentes committimus, & mandamus: præceptum item monitorium, seu monitionẽ vocare poterimus vt infra in suis locis aduertam.
53 Et mandatum † hic capi potest pro precepto seu iussu. l. 1. versiculo. Sed si mandauerit. ubi gloss. in versicu. ex hoc. & Pau. Castrẽ. qui clarius loquitur numero secundo, & sexto. ff. quod iussu. & est tex. in prohe. insti. §. cumque hoc. iun. gloss. in uersiculo mandauimus; quę exponit præcipimus. & in l. si quidem. C. de actio. & obli. vbi pro eodem accipitur verbum præcepit, & mandauit. Mandatum etiã hic pro delegatione, seu subdelegatione capi potest. l. obseruari. §. ult. l. aliquando. l. solent, & l. legatus. ff. de offi. procon. l. 1. §. qui mandatum & ibi Lando. Roma. post numerum tertium, versiculo. Et nihil differt inter delegare, & mandare. l. mandata iurisdictione. & l. pen. ff. de offic. eius. cap. eam te de rescript. & quot modis capiatur mandatum, posui in cap. primo, numero 19. & sequen. de constitutio.

non-

Ad audien. & uidendū

a nonnullos testes &c. *a* Hic examinant testes super
verificatione litterarum apostolicarum summarię
& præuia citatione prędictum contra interesse pu-
tantes. Pręter alia duo obstare videntur huic mo-
do procedendi per D. Auditorem Camerę, & huic
examini. Primum est, quòd in causis etiam sum-
marijs pro testibus examinandis iuxta stilum curiæ
Romanæ producuntur articuli, continentes id, qđ
quis probare intendit, ut per Spec. in titu. de Teste.
§. nunc videndum. versiculo, sciendum est igitur. c.
pręsentium. ubi glo. in versiculo, articulis. & Do-
cto. de testib. libro sexto. Et qui articuli in causis, in
quibus proceditur summariè, locum petitionis te-
nent, vt per Oldrad. consilio 144. post princip. Cita
54 tur pars † ad dicēdum cōtra articulos facto datos,
videndum illos ad probandum admitti, & ad alia
quę posuimus in nostra repetitione. cap. quoniam
contra. numero 210. cum alijs sequen. Ante quam
citationem, nec articuli producti, nec iura releuant,
Oldrad. consilio primo. Rot. 15. si testes. sub tit. de
testib. ac Dec. 1. aliàs 10. numero tertio, sub titu. de
fide instrumen. Bar. in extra. ad reprim. in uersiculo
55 de plano. Ad dandum etiam interrogatoria † ci-
tanda pars erat, vt de singulis circunstantijs fieret in
quisitio, iuxta tex. & ibi D. meus in 8. not. numero
52. in cap. cum causam. de proba. & ad glo. optimā
in cap. præsentium. in versiculo, interrogatoria. de
testib. libro sexto. Et quòd examen sit nullum quan
do testes non sunt examinati super omnibus
interrogatorijs voluit Cur. in tracta. testium. quæst.
53. cuius opinionem comprobauit Rota Romana,
prout Dec. Put. 13. sub titu. de testib. & eadem Ro-
ta conclusit, quòd testes examinati non dato termi-
no ad dandam interrogatoria, non probent, prout
Dec. eiusdem Put. 10. eo. tit. pro quo citabantur Io.
And. in cap. cum causam. col. 2. versiculo. Et pro-
pterea hoc. Ancha. colum. 2. Cardin. col. 1. & Bar-
ba. col. 3. eo. titu. de testi. Alterum est, quod non ob-
56 stare videtur, quia pars altera non † citatur perso-
naliter, vel domi, & iuxta alios modos a iure e stilo
Rom. Curiæ requisitos tex. in l. 1. §. mittitur. ff. de
libe. agno. l. scire oportet. §. oportet. ibi. Vel in faciē,
vel ad domum. ff. de excu. tuto. l. Aut qui aliter. uer.
Et si non sit cui denuntietur. ff. quod vi, aut clam. c.
ult. ante fi. de dol. & contu. Alex. & omnes in l. 4. §.
prętor. ff. de dam. inf. plenè per Tiraq. de vtr. retra.
glo. 2. §. 9. versic. At maior pars. numero 44. & seq.
Rot. 48. valet citatio. in princ. in no. Pau. Castren.
in l. ad peremptorium. numero quinto. & seq. vbi
subdit, quòd ita seruatur in Curia Romana. ff. de iu
di. Fel. in cap. quoniam frequenter. §. porrò. post nu
merum uigesimum, versiculo. Nota etiam, quòd
Auditores. ut lit. non contest. ac D. meus Philip. De
ci. consilio 460. viso puncto. numero 25. Et quando
citandus non reperitur quomodo citatio fieri de-
beat posui in 71. q. Reg. de Anna. num. 6.

Responderi potest quo ad primum obiectum, ꝙ
licet hic non exprimatur, quòd articuli sint dati, &
testes sint examinati cum interrogarorijs, ac præce
cedentibus omnibus, quę pręcedere debebant, ꝙ
de ijs, & omnibus alijs requisitis constare possit ex
actis factis. Vel alias, & melius respondeo, quòd
57 † executor immittendo in possessiouem non tenea
tur suscipere partes iudicis, & inductio in possessio
nem absque causæ cognitione fieri potest. Rot. 369.
si infor. in no. quam sequitur Staphil. super signa.
fol. 42. in fi. iuxta primam impress. versiculo, Qui
autem, & quales. Felin. in cap. vlti. numero 22. in 2.
conclusio. de priuileg. Nec propterea quòd partem
citare fecisset pro iustificatione suę executionis de-
sineret esse meus executor, neque ex hoc euaderet
executor mixtus. Cardi. consilio 75. Reueren. nu-
mero primo, post Inno. in alleg. cap. vlt. de præsum.
& sequitur Felin. ibi numero vigesimosecundo. Et
quę sint partes executoris etiā cum clausula, si inue
neris, vel si tibi constiterit. & de mero & mixto exe-
cutore uideatur Lap. Allex. 15. Idem est dicere. nu
mero septimo, & seq. Et Latius per Vital. de Gamb.
in tracta. clausul. in uersiculo, si ita tibi constiterit.
Ex proixmè dictis patet etiam solutio ad secundū
contrarium, quòd nō sit citata pars, seu persona in
trusi debito modo, quiasi executor non tenebatur ci
tare, & potuit extraordinariè, & absque cognitione
procedere, nihil est, ꝙ ei imputari possit, sed sufficie
bat taliter, qualiter pro suę conscientię informatio-
ne, cuius conscientię tales in possessionem immis-
siones committuntur, & conscientia oneratur, ut
dicta all. lappi. 15. ad fin. & per ea, quę ibi addo in
uersiculo conscientia. & ad alia supraadducta. Et sic
D. Auditor Camerę sequendo formam sibi datam
in breui, breui manu se expediens, seruauit ea quę
in reicripto sibi commissa fuerant. ad text. in ca-
pit. cum dilecta. de rescripti. & in l. diligenter. ff.
manda.

Qua propter vos Sere-

nissimum &c. aliosque dominos temporales requi
b rimus, & hortamur: *b* uobis uero alijs supra di-
ctis &c. Auditor Camerę licet alijs mandat, & præ
cipiat ut dicimus, requirit tamē, & hortatur regem,
& alios Dominos temporales. Hortans autem,
58 † & requirens, ac suadens, absit quòd pręcipere,
vel iubere dicatur. l. iubere. iun. glo. in uersicu. exor-
tatur. ff. de ijs, qui nota. insa. Intellige nisi princeps,
uel dominus, aut superior hortatur, suadeat, uel ro-
get. iuxta tex. in clem. 1. de testib. iun. glo. in versicu.
exhortamur. Et de uerbis exhortatiuis principis
videatur Fel. in c. pręterea. post nu. 8. uer. unde dicit
glo. de sponsa.

Et nihilominus modo,

& forma pręmissis, & sub pœnis, & censuris pre-
c fatis inhibeatis &c. *c* Hic inhibendi auctoritatē,
dat Auditor Camerę, & ipse etiam inhibet. Verum
hęc potestas, & facultas prouenit ab ipsa sede Apo
stolica, & sic ex uerbis breuis, & clausulis, in illo
positis, & interalius ex illis, Detentores, & intrusos,
Nec non contradictores quoslibet, & rebelles, &
compescendo Auditor Camerę etiam si tanquam
executor non habuisset fortè potestatem, ac iurisdi
ctionem hęc, & alia faciendi per has, clausulas iu-
risdictionem, & facultatem acquirit omnia contra
con-

contradictiones faciendi,illis inhibendi, ac reſiſtē-
di,illos puniendi, in illos cenſuras fulminandi, ac
auctoritate apoſtolica omnes contradictiones com
59 peſcendi † prout ſupra in clauſula,detentores,& in
truſos,poſt numerum 42.& in clauſula.Nec non cō
tradictores. Et facit text.in cap.pro illorum, & ibi
glo.in verſiculo, contradictores.de præb. & Abb.
numero 9.ſequitur Felin.in cap.ſuper eo. colum.2.
de offic.deleg. Et ibi etiam dicunt per hanc clauſu-
lam dari iuriſdictionem inter partes, & contra
extraneos. Et hanc affirmat communem Auguſt.
Bero.de hac clauſula tractans.conſilio ſecundo, in
cauſa. numero ſexto, & ſequen.libro tertio. De
qua etiam clauſula loquitur Roma. conſil.482. De
hac clauſula tractat D. meus Philip. Dec. in cap.1.
& ego ibidem numero duodecimo.& ſeq.de offic.
deleg.Et quia in præceden.clauſula. Qua propter
vos,& alibi ſupra,P. Auditor Cameræ præcip i mā
dat,& præcepit,mandat etiam inhiberi ac inhibet,
hæc eius prouiſio præter mandatam, de quo ſupra
loquuti ſuimus, uocari etiam poterit præceptum,
rurſus & inhibitio,& citatio ac monitorium,& mo
nitio,prout in clauſula: Et in ſuper vos Reueren.
Domini Abbates,& alij ſuperius nominati ad quos
ſpectat moneatis &c. Et poſtea ibi,Hac monitio-
ne canonica certificātes ſic monitos, inhibitos,& ci
tatos &c.& alibi ſupra. Mandatum,præceptum,&
Monitorium an inter ſe differant tractaui ſupra q.
princip.2.ibi dictis addo,quod mandatum proprie
ac naturaliter ſumptum valde differt a præcepto,
quippe quod illud non neceſſitat, ſed voluntariū
60 eſſe poteſt.vt toto titu.ff.manda.ac † præceptum
ſemper neceſſitatem infert.c. quiſquis præceptis.&
cap.quod præcipitur imperatur, quod imperatur,
neceſſe fuerit.14. queſtione 1. Fallit ſi mandatum
ꝓcedat à ſuperiore,& fiat ſubdito, ſeu ſub eius po-
teſtate exiſtenti,tunc enim illi mandato neceſſario
parendum erit, nec differet mandatum a præcepto.
Deutero.4. Cuſtodite præcepta atq; mandata Dei.
& in titu.C.de manda.princi.cap. primo, de offic.
deleg. vbi eodem caſu appellatur mandatum, qđ
prius præceptum nuncupatum fuit. & gl. in auten.
de manda.princip.Pau.Caſtren.in l. 1.in princi. ff.
quod iuſſu.Sic pro eodem ponuntur mandatum,
61 & iuſſus † concurrentibus prædictis. Cardi. in cle.
dudum.in 8.not.de iudic.Abb.& D. meus numero
25.de reſcrip.Fel.in cap.nam concupiſcentiam. de
conſtit.Dei mandatis, vel præceptis ſemper eſt pa
rendum,prælle.cap.4.Deutero.alioqui pœna ſtatu
ta incurritur, ac nonnunquam abſque alio ex ecu-
tore mundano executioni demandatur: vt euenit
Sauli fauore Diuino electo Regi,propter tranſgreſ
ſionem diuini mandati, ſeu præcepti a regno expul
ſo.1.Reg.51.Animalia etiam irrationalia elementa
& ſydera mandato,ſeu præcepto diuino parent. ꝑ-
cepit Deus coruis,& fecerunt.3.Reg.27.& legitur
pſal.148.præceptum poſuit,& non præteribit ignis
grando,nix, glacies &c.Ioſue.1.Sol contra Goboā
non mouearis.ac Tob.9.Itē ꝑcepit ſoli, & nonorit.

d **Abſolutionem uero** eorum qui ſē-
tentias, cenſuras & pœnas huiuſmodi incurrerint
nobis, vel ſuperiori noſtro tantum reſeruamus.

62 † Hæc eſt clauſula ordinaria, ac iuri conformis,vt
qui ligauit diſſoluat, & eodem quodcunque diſſol
uatur,quo ligatum eſt,& opra,ac factum illius re-
quiratur in diſſoluendo, cuius & in ligando.l.pro-
ut quiſque.ff.de ſolutio.l.nil tam naturale. ff.de re-
gu.iur.c.omnis res.27.quæſtione ſecunda,auten.cō
tra ſi fili.& ibi Bar.C.de repu.& ad alia,quæ addu-
co in 13.queſt.Regu.de vnio. Hæc autem clauſula
de qua hic limitanda eſſe videtur, niſi ſimus in ar-
63 ticulo † mortis, tunc enim iura volunt alium ab-
ſoluere poſſe,caſus enim articuli mortis ſemper ex-
ceptus cenſeri debet.c.ſi quis ſuadente,17.queſt.4.
cap.ſanctum eſt baptiſma ad fin.de conſe.diſtin.4.
cap.pacto realis.verſiculo, ad quod cum gloſſ. in
verſiculo,præterquam.de offic.ordin. cap. funda-
menta.§.quod ſi ſecus.cum gloſſ. in mortis. de ele-
ctio.libro ſexto.cap.non dubium.de ſenten.excom.
clem.1.§.penul.iun.gloſſ.ante pen.& cle.2.ibi aqua
non poſſint abſolui præterquam in mortis articulo
de hæret.

Redeundo tandem ad principale quæſitū ex for-
mula monitorij,ſeu mandati de capienda poſſeſſio-
ne vigore breuis præfati? & ex ijs,quæ deinde tracta
uimus,ac infra ſubijciemus dignoſci facile poterit,
qui ſint dictorum breuis, mandati, vel monitorij
effectus,& qualiter ſuper præmiſſis procedendum
ſit. Supereſt ut explicemus poſtremum quæſitū
videlicet an per ſimplicem comparitionem, manda
tum,ſeu monitorium huiuſmodi reducatur ad uiā
iuris, ſeu in vim ſimplicis citationis.Licet ſupra q.
17.probauerimus ſi monitorium, uel præceptum
habeat clauſulam,ſi quis ſenſerit, eo ipſo, ꝙ pars
comparet,& negat illud reſolui in vim ſimplicis ci-
tationis: ſi vero præceptum ſit ſine illa clauſula, ꝙ
ſit exorbitans, & iniuſtum. In terminis noſtris ho-
rum nullum dici poteſt. Aut enim non ſupponitur
appoſita dicta clauſula,ſi quis ſenſerit, prout in pręe
fata noſtra formula,& ſimilibus illa non requiritur
nec poni conſueuit,& tunc ſumus in claris pro opi.
negatiua,quòd non ſit locus reſolutioni in uim ſim
plicis citationis,uel reductionis ad uiam iuris,vt n.
dicti effectus ſequi poſſint omnia adducta in præ-
dicta queſtione 17. ſupponunt, quòd adſit dicta
clauſula, ſi quis ſenſerit: ac quęlibet diſpoſitio in-
64 terpretanda eſt vt ſuppoſita † per eam locum ha-
bere poſſint.Iaco.Butri.Fulgo.& Saly.in l. mancip.
C.de ſerui. fugi. Roman. ſingu. 489. ſtatutum pu-
niens.D.meus conſilio 466.ſtante ſtatuto. numero
octauo.& hæc eſt communis ſententia per Curt.Iu
nior.conſilio 76.numero tertio. Et quia huiuſmo
di monitorium. vel mandatum de immittendo in
poſſeſſionem emanauit in vim breuis, & de manda
to ſummi Pontificis,non requirebatur aliqua clau-
ſula iuſtificatiua,nec eſt quid apponi poſſit. per ea,
quæ voluerunt Bald.ſuper rub.C.commi. uel epiſt.
Abb.in cap.ex parte.numero ſeptimo, de verbo. ſi-
gni.Vel dato etiam quòd dicta clauſula,ſi quis ſen-
ſerit,in terminis noſtris apponeretur, ad huc illa nō
operaretur ſolitos effectus,qui ex dicta clauſula ꝓ-
cederent quando illi locus eſſet, quippe quæ condi
65 tionalis eſt,vt ante † conditionem impletam opera
ri

ri non posset ad l. pecuniam. ff. si cer. pet. l. legata. & l. qui hæredi. §. vltim. ff. de condit. & demonst. l. cedere diem. ff. de uerbo. signif. Oldrad. consilio. 175. numero primo. De hac conditione grauaminis nullo modo constare posset stante principis voluntate, decreto, ac mandato, ergo nihil illa clausula in specie facti propositi operari posset. In super iuxta eosdem terminos nostros D. Auditor Cameræ est merus executor, ut iam ostendimus, quo casu nullo modo impediri potest, nec subuerti, vel retardari posset hmôi mandatum, vel decretum immissionis in possessionem ut per Bald. in l. nequicquam. §. ubi decretum. colum. 3. ff. de offi. procon. & ad alia, quæ adduxi supra. Imò si illud non esset plenariè executioni demandatum, demandandum adhuc esset. Demum si adesset dicta clausula, uidenda erunt, quæ dicam in proxima subseq. q.

SVMMARIVM.

1 *Clausula, si quis senserit se grauatum &c. si apposita fuerit in monitorio contra intrusos in uim breuis pro capienda possessione, an procedi posset executiue.*

2 *Si quis senserit se grauatum, clausula quando non operetur.*

QVÆSTIO LXI.

1 Sexagesimoprimo quæro † an si in monitorio in vim breuis de capienda possessione, de quo in proxima præceden. quest. apposita fuisset clausula, si quis senserit se grauatum &c. procedi posset executiuè, ita ut per comparitionem moniti non resoluatur monitorium in vim simplicis citationis? Aliàs resolutum fuisse affirmant coram D. Anton. Augustino simile monitorium in simplicem citationem, resolutum fuisse ex ui dictę clausulæ, si senserit: de qua clausula latè tractaui supra ques. 17. Et quia stante dicta clausula non poterat procedi executiuè, quidam Thomas impetrauit commissionem ut idem D. Ant. Augustinus procederet iuxta formam breuis, ut stilum auditoris camerę, & ipsę secundum monitorium decreuit mandans notario ne apponeret dictam clausulam, si quis senserit &c. quę tamen clausula inconsideratè, vel aliàs rursus apposita fuit. Elapso termino in monitorio prefixo dubitatū fuit in Rota, an Melchior de Salazar monitus declarandus sit ob non paritionem monitorij per D. Ant. Augustinum aliàs decreti. Ex parte dicti Thomæ allegabatur, ꝙ cum in actis esset breue, ac literæ expeditę cum suis derogationibus non esse amplius retardandam executionem: & clausulā 2 illam † si quis senserit &c. dicebat non operari resolutionem in uim simplicis citationis, ubi monitorium decretum fuit cum causę cognitione, per ea, quę voluit Rebuff. in 1. par. comme. in consue. reg. in tract. de lite. obli. art. 6. Glos. 2. num. 6. pro quibus videnda erit Dec. Paleot. 198. incipiens Thomas impetrauit, ubi refert etiam adducta in contrarium, subijciens Rotam tunc non figisse pedes, & magis sibi placuisse, ꝙ via ordinaria procedere-tur, & super ijs pragmaticos consuli mandasse. Pro illa opin. quòd ex quo causa cognita fuit decretum monitorium cum illa clausula, si quis senserint &c. pondero etiam dictum nota Bald. in l. nequicquam. §. ubi decretum. colum. 3. ff. de offic. pro con. vbi sentit, quod quando apponitur clausula præmissa vbi non cadit, tunc censeatur apposita ex quadam vrbanitate, & nihil operetur.

SVMMARIVM.

1 *Monitus ad soluendum 500. si sententia contra eum feratur in 600. an saltem valeat in 500.*

2 *Maiori in summa minor inest.*

3 *Sententia in coniunctis, uel in indiuiduis, aut in totum ualida, aut in totum nulla.*

4 *Sententia debet esse conformis libello.*

5 *Mens, ac sensus potius quàm uerba attendi debent.*

QVÆSTIO LXII.

Sexagesimosecūdo quęsitum fuit in Rota in causa Turritan. coram Put. Cum ad instantiam cuiusdam Archiepiscopi monitus fuisset Petrus ad soluendum quingentos ducatos, & vltra in quibus te-
1 nebatur &c. condemnatio autem fuerit in 600. † an sententia saltem valeret in 500? Conclusum fuit pro negatiua & ꝙ sententia nulla esset; quia quando sententia continet vnam summam, in maiori
2 summa † non inest minor, ex quo sententia sit indiuidua. l. in hoc iuditio. ff. fami. herci. glo. in l. vlt. & ibi Barto. ff. de iuris. om. iudic. Ias. post Bar. in l. 1. §. si stipulanti. colum. penul. in 5. limi. ff. de verb. obli. Si simus in coniunctis, vel in indiuiduis sententia
3 † in totum valida, aut in totum nulla esse debet, secus in diuiduis vel disiunctis, tunc enim poterit pro parte valere, pro parte non l. etiam. §. 1. & ibi gloss. in versiculo, audiendus. exempla dat, ac distinguit. ff. de minor. l. quædam mulier. ff. fami. herci. Bar. in l. si seruus plurium. §. 1. ad fin. & ibi Ias. numero 5. in 1. limi. ff. de lega. 1. Et pro præmissis plura adducuntur in Dec. Put. 327. incip. Ad instantiam Archiepiscopi. libro primo, Verum pro defendenda sententia præmissa etiam pro summa 600. & sic cōtra præfatam Dec. pondero, post illa verba, Ad soluendum 500. ducatos, sequentia verba videlicet. Et vltra in quibus tenebatur &c. de quibus in positione casus, vt sensus sit, peto 500. ducatos, & tantū plus quantum monitus dare, vel soluere tenetur; & sic non restringit se ad 500. tantum: Et cum sententia sit in 600. quod pro illa summa probatio facta censeri debeat, cum sententia feratur ex probationibus. l. prolatam. & ibi Bar. notat ac Docto. C. de senten. glo. in c. ecclesia. de constitu. Et sic verificata fuerit etiam secunda pars petitionis videlicet. Et vltra in quibus tenebatur: supponendo quòd monitorium æquipolleat libello, seu petitioni, uel pro libello, seu petitione habeatur, vt conclusi supra q. 38. Nec poterit dici stante illa clausula. Et vltra &c. sententium non fuisse conformem monitorio, &
4 sic libello † quod quidem iura requirunt. l. vt fundus. ff. commu. diui. l. 1. C. ut in poss. lega. c. licet heli.

li.&ibi Feli.& alij.de simon.Sozzi.Regul. 442. in
versiculo,sententia ad hoc vt valeat libello con-
formis esse debet. Quid in substantia ac veritate
differt dicere,Peto a Titio ducatos 500.& vltra
eos,illud plus,quod mihi debet,vel peto 600.du-
catos, si vere 600.Titius debeat? Et si aliter dicere-
mus,fieret vis in verbis,quæ non tantum attendi
5 debẽt,quantum mens † & sensus.Hinc dixit sapiẽs
prouerbiorum cap.10.Qui tantum verba sectatur
nihil habebit,qui autem possessor est mentis, dili-
git animam suam. Quod etiam voluit Diuus Tho.
secunda secundæ,quæstione 121.art.6. Et est text.
vulga.in l.scire leges.ff.de legib.& in l.si filiusfam.
§.sed si filio.ff.quod cum eo.& per Ludo. Roma.
consi.432.Quando primum.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium sine die an sit ualidum?*
2 *Diem an requirat scriptura ut fidem faciat?*
3 *Defectiuus censetur actus non continens apponi in eo consueta.*
4 *Reformare commissionem in Ro. Cu.facile est.*
Principem adire in Ro.Cu.facile est.
5 *Citatio ad comparendum,non addito quando comparere debeat an subsistat.*
6 *Citatus non constituto termino ad comparendum, quàm primum potest comparere debet.*

QVÆSTIO LXIII.

1 SExagesimotertio quæro an † monitorium sine
die subsistat? Hoc quæsitum in plura mem-
bra distinguam. Primum sit quando decernitur
monitorium contra aliquem existentem in partib.
& in eo continet quòd satisfaciat parti aduersæ de
summa aliqua, aliò compareat coram Dom. Audi-
tore Cameræ,seu eius in ciuilibus locum tenente,
decima die iuridica, aliàs procedetur contra eum,
etiam non comparentem &c. Verum non adest de-
creti monitorij,quia dicitur in eo Datum Romæ in
ædibus nostris,non autem Die tali Ianuarij &c. Et
quia monitorium non potest dici scriptura priuata,
nec extraiudicialis,videtur quòd non faciat fidem
2 † vt in simi.per glo.in auten.vt præpo.no. Impe.§.
quia vero.in versiculo,constare, & per Doctor.in
cap.cum dilectus.de fide instrum. Bartol. & alij in
l. cum tabernam.§. Idem quæsijt. ff. de pigno. &
hypo. Insuper quia cõsuetudo Romanæ Curię est,
vt talia monitoria expediantur cum appositione
datæ,& sic cum die,qua decretum, seu concessum
sit, qui fit vt instrumentum, scriptura, seu actus
non contineat illa, quæ in eo apponi consueuerunt,
3 defectiuus censeatur † & sic fidem non faciat.gloss.
& Bar.in l.generaliter.C. de tribut. libro decimo.
Bartol.in prohe.ff.col.2.& in l.ad testium.§.si quis
ex testibus.ff.de testib.Specu.in titu.de instr.æditio.
§.Breuiter.uersic.in fine autem.Alex.in l.ita stipula
tus.§. Chrysoganus. colum. 3.ff. de uerbo. oblig.
Corn. consi. 118.col.2.vol.4.

Secundum membrum est quando monitorium
hic Romæ exequendum,sine die expeditur,& præ-
dictis non obstantibus putarem quòd fidem face-
ret,ac subsisteret, ea præsertim ratione, quia nota-
rius causæ potest statim adiri, & monitus certior
reddetur si circa quid dubitet: Et sicut dicimus,q.
4 facile est † reformare commissionem in Rom. Cu.
vt adire,ac alioqui summum principem vt consi-
derauit Rota prout Dec. Achil. 27.aliàs 7.sub titu.
de Attentat.incipien. Attentata ex stilo Rotæ volue
runt Domini. vbi licet de iure appellatio iustifica-
ri debeat ad hoc vt inhibitio subsistat.cap.non solũ
cum glo.in versiculo,canonice.& ibi Docto. de ap-
pel.libro sexto. De stilo autem constituitur diffe-
rentia an simus in Romana Curia,an extra:si enim
in Curia,considerauit Rota quòd facile sit (vt præ
misi) principem adire: At facilius erit in Curia adi
re notarium,quàm principem.

Tertium membrum sat diuersum erit facti spe-
cie immutata,si supponamus in monitorio adesse
diem,mensem, & annum, ac alia requisita præter-
quam diem ad comparendum, puta quãdo dicitur
in monitorio,quòd aduersarius satisfaciat Mæuio
creditori de centum, vel passim concordet, alioqui
coram nobis compareat iustitiæ complementum re
cepturus,& non dicatur infra tot dies,vel tali die:
& sic non sit appositum tempus,quo monitus com-
parere teneatur.Et quia vt dixi supra quæst. 17. nu-
mero 4. monitorium æquiparari citationi,videndũ
5 erit quid in citatione † dicendum sit? Communem
opin.esse firmat Alex.in l.1.§.nunciatio. nume.29.
ff.de no.ope.nunci.& in l.liber homo.§.1. infra ci-
6 tan.non præfixo in citatione † tempore ad compa-
rendum, tacitè intelligatur tempus intra quod cita-
tus comparere possit.Idem voluerunt Feli.in c.con
suluit.col.3.ver.seu tenendo opinionem.de offi.de-
leg.ac Nico.Boe.Dec.235. Applicando ad rem no-
stram,possumus dicere, quòd monitus in partibus
in uim monitorij ad comparẽdum in Romana Cu
ria,considerandum sit infra quantum tempus ueni-
re, vel procuratorem suum bene instructum mitte-
re,seu aliàs legitime comparere possit, & hic sit taci
tus terminus sibi præfixus vt iam deduxi. Circa quę
consideranda etiam erunt loci distantia, itinerum
impedimenta,an simus hie mali tempore,an inter-
pluuias,& aquarum inundationes,an vero tempo-
re æstiuo,& alia de quibus in l.2.§.si quis in iudi-
cio.& §.qđ diximus.ff.si quis cautio.in ca.ad audiẽ
tiam c.in princ. ibi tempore hiemali cum pluuiæ in
vndant.de eccle.ædifi. An per mare, an per terram,
&alia quæ in alijs terminis considerabam super Re
gu.de verisim.quæst.4. Altera fuit opin. Bar. in l.li-
ber homo.2.§.decem hodie.ff.de ver.obli.per text.
in l. aut. qui aliter. §. primo. ff. quod vi,aut clam.
vbi etiam Bartol. tenet,quòd propter incertitudi-
nem, & obscuritatem hæc citatio non valeat. Ad
idem videtur tex.in l.vlt.ibi, certum tempus. vbi
etiam Bartol.ad hoc notat.C.de iu. do. impe.& in
l.2.ibi certo dierum spatio, vbi ad hoc norat Bald.
C.vbi in rem actio. Hæc tamen opin.non tenetur.
Tertia est illa Phil.Franc.in cap.cum parati.col.14.
de appel. sic distinguentis. Aut loquimur quo ad
actum disponendum,aut quo ad expediendum,pri
mo casu non apposita die intelligi debeat quòd cõ-
pare[illegible]

pareat prima die, & citatio valeat: secundo casu nō valeat. nec aliqua subauditio facienda sit. Verum nec Franc. distinctio huiusmodi recipitur. Nec casui nostro in monitorio in curia Romana exequendo, minusque illi in partibus inseruire posset: eo maximè, quia verba casui nostro inseruire non possent, ergo nec dispositioni locus eē posset. l. dies solutioni. §. toties. & ibi notat Bart. ff. de dam. infe. l. ita autem. in princip. & ibi idem Bar. ff. de admi. tuto. cap. indemnitatibus. §. penul. de electio. li. 6.

Quarta fuit opin. quòd indistinctè non apposita die citatio subsistat, & intelligi debeat, ad primam diem vt voluerunt Alberi. in l. liber homo 2. ac Alex. & Ias. numero septimo, in §. Decem hodie. ff. de verbor. oblig. Felin. in cap. consultationi. col. 3. de offic. deleg. & idem tenuit Rota in Calaguritana de Longrono, & in alia Hispalen. Dimidiæ portio. Coram Thanis. prout Dec. Put. 212. libro secundo, incipien. Die 23. Ianuarij 1545. fuit resolutum. Et aduertendum est, quòd citatio ad sententiam in casu illo absque temporis, vel diei specificatione facta, seu executioni demandata fuerat die præcedente vltimam audientiam de mense Iulij vnde potuit etiam fortè considerari quòd non esset vetisimile quod citatus tunc, comparere permitteretur illinc ad plures menses, & sic post vacationes generales diu durantes absolutas Romæ existens. Verum licet supposuerimus similitudinem, ac æquales potentias, & eosdem effectus inter citationem, ac monitorium de quo tractamus, non tamen est tanta, & talis conformitas quin dissimilitudines, ac differentias inter hæc constituere possimus.

S V M M A R I V M.

1 *Monitorij formula iudicis appellationis, ad transportandum acta, scripturas &c.*
2 *Aeditio fieri debet illi, cuius interest.*
3 *Originalia, notarius apud se retinere debet.*
4 *Continentiæ causarum non diuidendæ.*
5 *Acta mortuo, uel remoto iudice coram successore produci debent.*
6 *Fraudibus iura omnia occurrunt.*

Q V Æ S T I O LXIIII.

Sexagesimotertio quærunt ame admodum Reueren. Magister Procurator ordinis fratrum minorum conuentualium diui Francisci, ac in almo studio Romano sacræ Theologię Lector; nec non Iulianus de peregrinis de Capranica qualiter tractādum veniat negocium super facti specie, quam hic subijcio. Conuentus S. Francisci Capranicæ sutrin. diœcesis, illius Guardianus & Fratres, nec nō dictus D. Iulianus erāt in possessione, seu quasi bonorum, mobilium, & immobilium, ac hæreditatis relictæ per q. Hortensium filium dum vixit dicti Dom. Iuliani, valoris vltra quinque mille aureos, conuentus videlicet, hæreditario nomine; Iulianus pater ratione suæ legitimæ, ac quorundam legatorum. Ad instantiam cuiusdam comitissæ assertæ creditricis in summa 1800. scutorū: vigore obligationis in forma Cameræ fuerit cœpta lis coram. D. Auditore Cameræ, & missus fuit notarius ad capiendas scripturas, quæ reperiebantur penes quondam Andreā quæ asserebatur fuisse procurator dicti defuncti, successiuè Fratrum, & conuentus prædictorum S. Francisci: nunc dictæ comitissæ contra dictos Fratres S. Francisci, ac contra patrem dicti defuncti in eisdem causis non præuijs legitimis citationibus fratribusque non auditis, eodem Andrea uti procuratore dictæ comitissæ, & forsan interesse habente comparēte deuentum fuit ad condemnationem subhastationē, & deliberationem bonorum omniū præfatorum, pro parteque dictorum fratrum appellato, causa per signaturam Iustitiæ commissa fuit Illustrissimo, & Reuerendissimo Vrbis Vicario. Tota uis fiebat in illis scripturis in manibus notarij Auditoris Cameræ ad partes transmissi pro illis capiendis existentibus, quippe quæ solutionem dicti crediti inferebant, fraudes, & dolos, & versutias supponebant veritatemq; omnium iam tractatorum & subsecu torum aperiebant.

Respondi ijs modis procedi posse, vel quòd de-
1 cernatur † monitorium per eundem iudicem ciuilem causæ appellationis huiusmodi contra notariū causæ, & quatenus opus sit contra iudicem etiam D. Auditoris Cameræ ad trasportandum transportarique faciendum respectiuè omnia, & singula acta & actitata: iura, scripturas &c. ad hanc causam faciētes, ac facientia &c. sub pœna pecuniaria, & in subsidium sub censuris ecclesiastieis &c. Cum clausula si senseris &c. Quod monitorium, seu præceptum fundatur super tex. in l. is apud quem agitur, acta publica tam ciuilia, quàm criminalia exhiberi inspicienda ad inuestigandum veritatis fidem iubebit. C. de æden. & ibi Bar. nu. 2. in prima lectu. notat per illum tex. iudicem appellationis iubere primo iudici, & parti contra quam appellatur, vt faciat sibi copiam actorum primæ causæ, seu instantiæ, quod ēt repetit in 2. lectu. nume. 14. & sequitur ibidem Ias. numero 9. quia dictorum Guardiani, fratrum, & cōuentus, ac D. Iuliani interest scripturas huiusmodi
2 pro veritate reperienda † ædi, seu produci debere id eis denegari non debet. l. si quis ex argentarijs. §. ex hoc edicto. & ibi omnes. ff. de æden. l. 1. & ibi Bar. versus fi. & alij. C. eo. c. quoniam contra. ibi. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur. & Do. meus in cap. 1. numero 248. de proba. Verum quia notarius, & quivis alius, qui ædere tenetur, originalia
3 † apud se retinere debet dando copiam, vel exemplar. l. eos. §. super ijs, ibi, Et exempla appellatoribus ædita. & in l. a proconsulibus. ibi, Præbeat opinionis exemplum. C. de appel. cap. cum personæ. ibi Ostendere ad legendum, integraliter exhibere. de priuile. libro 6. l. si legatum. iuxta vnam lecturam gl. & ibi Ias. nu. 11. in 4. not. ff. de æden. & est text. in præalle. c. quoniam contra, ibi. Ita quod originalia pœnes scriptores remaneant. Et hanc communem esse affirmat. Io. de Amic. de Vena. cons. 106. num. 7. sequitur, quòd satis cautum meis clientibus fore videri non possit per hac scripturarum originalium ostensionem, vel copiarum pœnes iudicem ad quē, vel eius notariū, productionem. Sæpius enim origina-

ginalia ipsa,ipsi Andreæ,& alijs monendis ostendē
da erunt per eos item recognoscenda, & ab eisdem
de super plura requirenda,illique diuersimode, &
coniunctim,& separatim interrogandi erunt. Imò
etiam iuxta monita Quintil. lib. 5. confessio ab eis
nolentibus extorquenda erit. Inquit enim ille:
An in eo,qui verum inuitus dicturus est primo fœ-
licitas interrogantis est extorquere ꝙ is nolit &c.&
post, Patronus quoque altius, & vbi nihil suspecti
sit repetita per eum statione priora sequentib. ap-
plicando,eo sępè perduxit homines vt inuitus qđ
prosit extorqueat. Hæc quidem absque scripturis
huiusmodi originalibus vel non fieri vel non rectè
fieri poterunt. Ad aliud igitur tutius remedium,
mihi conuolandum esse visum fuit,videlicet vt Il-
lustrissimus,& Reuerendissimns Cardinalis Alta-
emps dictæ terræ Capranicæ gubernationem per-
petuam a sede Apostolica habens,& qui causam cri
minalem occupationis scripturarum, & super alijs
Auditori criminali dicti R. D. Auditoris Camerę
adiendam, & terminandam commisit, attento ꝙ
idem Auditor Camerę,seu eius in ciuilibus locum-
tenens in causa ciuili pronunciauit,ab eoque appel
latum fuit,& causa appellationis, nullitatis, atten-
tatorum &c. commissa fuit per signaturam iustitię,
Illustrissimo, & Reuerendissimo vrbis Vicario, &
ad nullo factus hactenus locumtenens criminalis,
dicti D. Auditoris Cameræ processum extitit con-
tra præfatum Andream, vel alios, & ne causarum,
4 † continentię diuidantur contra tex.in l.j.ff.de qui.
cau.ad cunct.iudi.ea.l.cum vbi acceptum.ff.de iud.
l.nulli.C.de eo.l.cognitio.& l.sequen.& ibi gloss. in
versiculo,ad eundem iudicē.ff.de libe.cau.c.1.de se
quest.poss.cap.2.de rescrip.lib.6. Et quia causa cri-
minalis in terminis nostris ad hoc intentatur,vt ve
ritas ex illis scripturis, ac dicti Andreæ, & alio-
rum examine reperiri possit, quod iudices curare
debeat, ac pro ueritate reperienda enixè laborare
iuxta tex.in c.iudicantem.30.quęstione 5. Et veritas
sæpius examinata magis explendescit in lucem.iux
ta tex.in c.graue.30.q.9.quem citat glo.pen.in c.cū
Iohannes.de fi.instru. Curandum fortè existimo ut
si locumtenēs criminalis Auditoris Camerę in hac
causa criminali vt p̄misi,a dicto Cardinali speciali-
ter deputatus uigore hoiusmodi deputationis, seu
delegationis scripturas præmissas capi, & reti-
neri fecit, idem Cardinalis eundem Locumte-
nentem criminalem a causa hac remoueat, seu
causam hanc criminalem ab eodem auocet, ac
terminandam committat D. Locumtenenti crimi-
nali præfati Reuerendissimi vrbis Vicarij, quo fiet
vt locus sit illi iuris conclusioni.quòd mortuo, uel
5 remoto iudice † acta produci debeant coram illius
successore.gl.in alle.l.2.in 3.intellectu,ac Bar.Ang.
& Saly.C.de ęden.Rom.consi.100.& Alex. in Ad-
ditio,ad Bar.in d.l.2.in ver.de consilio. Præmissis
subsecutis Auditor criminalis Vicarij Vrbis moni-
torium,vel præceptum decernet contra præfatum
D.Locumtenentem Auditoris Camerę, eiusque
notarium,ad transportandum, transportarique fa
ciendum acta originalia pręfata, illaque consignan
dum,& dimittendum notario ipsis secundi iudicis.
Vel saltem ad illa inhibendum,portandum, & re-
portandum toties quoties opus fuerit, & secundo
iudici uisum fuerit. Vel & tertio, si D. Auditor Ca-
meræ suis facultatibus fretus, vel præcedente spe-
ciali rescripto sanct. processit ad capturam, appre-
hensionem, & reseruationem dictarum scri-
pturarum,adeo quod alius a Papa non possit in ijs
se intromittere, vel aliud demandari,supplicādum
erit ipsi summo Pontefici, attento,quòd D. Audi-
tor Cameræ in causa ciuili non est amplius iudex,
quippe qui pronunciando siue bene,siue male fun
ctus sit officio suo.l.iudex postquam.ff. de re iudic.
cum alijs: & Locumtenens eius criminalis ad nullos
actus considerabiles processit,& sic res est integra,
& attentis alijs, de quibus supra facile obtineretur
vt daretur facultas, ac potestas Vrbis Vicario mone
di dictum Locumtenentem criminalem Auditoris
Cameræ,illique,eiusque notario mandandi,ac præ
cipiendi vt scripturas prædictas ad officium dicti
Reuerendissimi Vrbis Vicarij trāsportari,ac dimit-
ti mandent,curent,ac faciant etiam sub pœnis pe-
cuniarijs, ac censuris ecclesiasticis in subsidiū &c.
& aliter desuper prouidendi iuxta casuum con-
tingentias. Et hęc ne veritas occultetur,& ne frau-
6 dibus locus relinquatur,quibus † iura omnia quo
ad fieri potest occurrūt.l.si cui.ibi per medias vias.
ff.de seruitu.l.in fundo.ubi gloss. dat concordan.ff.
de rei vindi.c.vlt.in princ.cum glo. 1.de postul.Car
di.in cle.i.in 3.not.de re.permu.

SVMMARIVM.

1 *Monitorij uia cœpta Auditor Rotæ data sibi faculta*
te procedendi executiuè, & prout poßet Auditor
Cameræ,prolata sententia canonizatoria,an poßit
postea procedere ad declaratoriam via executiua
ob non paritionem monitorij?
2 *Via ordinaria electa non potest rediri ad executiuam*
3 *Functus dicitur officio iudex diffinitiuè sententian-*
do.

QVÆSTIO LXV.

SExagesimoquinto commissum fuit Rotæ Au-
ditori, quòd in causa Hispalen. de Moron.
inter Thomam & Michaelem executiuè, &
prout Auditor Cameræ procedere posset, proce-
dat, fuit decretum monitorium,executum, & re-
productum,ac seruati quatuortermini ad docendū
se paruisse literis monitorialibus primo prima, &
alijs,causa in Rota deinde pluries proposita fuit la-
ta sententia canonizatoria in fauorem Thomæ con
tra dictum Michaelem. Succesiuè Thomas insta-
bat sibi concedi declaratoriam via executiua ob nō
paritionem monitorij,quærebatur an illa concedi
1 deberet? †Pro parte Melchioris allegabatur,ꝙ licet
Thomas potuisset agere via executiua iuxta rescri-
ptum, tamen quia eligendo uiam otdinariam sibi
2 præiudicauit, & cui † uia quam elegerat patere
debebat.l. quod in hæredem. §. eligere.ff. de tribu-
tor.l.si duo actu.ff.de noxa. Innocen.in capit. cum
ex officij.uersiculo, Item ex hoc loco nota.de præ-
scrip.

scrip.Bartol.in l.si societatem.§. In arbitrorum. colum.3.versicu. Quòd si incœpit prosequi.ff.pro socio.Bal.in l.3.uers.dicit Inno. ff.de mili.testa.Alex. consi.105. Magnifice prætor.nu.25.lib.3. Insuper
3 dictus eius Auditor † sententiando diffinitiuè siue bene,siue malè functus erat officio suo.iuxta tex.in l.iudex postquam.& in l.Paulus. ff.de iure iudi.l. quia arbiter.iun.gl.uersus fi.ff.de arbit.l.j.ff.ad turpil.l.moris.§.sed damnata.uers.& si fortè.ff.de pen. l.1.senten.rescin.non pos.c.in literis. de offi. deleg. c.quod semel.& ibi Dyn.in prin.ff.de reg.iur.lib.6. Contrarium conclusum fuit in Rota, quòd immo ad ad huiusmodi declaratoriam procedi posset via executiua super possessorio,cum canonizatoria iam data respiciat petitorium,quod nihil cum hoc iudicio commune habet. vulg.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poss.Et ad hæc in Rota allegabatur Io. And.in ca.pastoralis.col.pen.de cau.pos.& propri. & Abb.nu.33.ibidem.uers. Ad tertium,qualis esse debeat exitus,aut sententia. Et ex distinctionibus Abb.ibi colligi possunt solutiones ad contraria. Habemus in terminis Dec.Paleo.298.incip.in hac causa habebam facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi à redintegratione monitorij,ac excommunicatione,an censeatur renunciare, qui citatus ad uidendum se aggrauare, & ad ulteriores censuras comparens terminum huiusmodi prorogari petijt?*

2 *Appellationi renunciatur per comparitionem coram iudice a quo.*

3 *Negligentia minoris efficaciæ est, quam contradictio in faciendo.*

4 *Excommunicatio siue iusta, siue iniusta timenda est.*

QVÆSTIO LXVI.

Sexagesimo sexto quæro,monitorio redintegrato contra Mæuium eoque excommunicato, à redintegratione,& excommunicatione appellante, citato successiuè ad videndum aggrauari, & contra se procedi ad vlteriores censuras, si idem Mæuius in termino compareat, & petat terminum
1 sibi prorogari, an† appellationi renunciasse videatur? Pro opin.affirmatiua respondendum vi-
2 det † quia appellans appallationi renunciare censetur comparens iudice à quo, & petens aliquid fieri prout hic, ubi termini prorogatio petita fuit, quippe quod concedi non poterat nisi per iudicem à quo.c. cum renunciatur.32.q.j.c.sollicitudinem.de appella.c.gratum.& ibi Abb.declarat nu.6.de off.deleg. Quæ tãto magis procedunt,ut renunciatũ videatur
3 appellationi,quãdo non sumus in actu † in non faciendo,vel in sola patientia, sed in actu consistente in faciendo, per ea,quæ voluit Innoc. in cap.olim 3.in fi.de restitu. spolia. ubi quòd si iudex post appellationem aliquem excommunicauerit, & ille tolerat excommunicationem abstinendo à prohibitis excommunicato,non videtur per hoc appellationi renunciare, sentiens in actu in faciendo aliter dicendum fore, cum minoris efficaciæ sit negligentia, seu patientia, quàm contradictio in faciendo. gloss.in l.si mora.ff.solu.matrimo. Abb. consil.61. factum super quo. num.8.lib.2.c.cum accessissent. & ibi Dom.meus num.69.de consti.At nos (ut dixi) sumus in actu in faciendo,idest in prorogando terminum. Pro negatiua conclusit Rota in specie facti propositi,prout Dec.Guidob.37.incip. uoluerunt Domini excommunicatum qui appellauerat.sub titul.de appell.moti per ea, quæ uoluerunt Inno.ubi supra.ac Dec.in alleg.cap.gratum.nu.27. in quarta limitatione.de offi.deleg. Considerarunt etiam, quòd iustus timor censurarum non patitur sumi posse præsumptionem, & coniecturum, quòd renunciare uoluerit suæ appellationi iam interpositæ. Et talis,& tantus esse solet excommu-
4 nicationis timor,seu illa iusta, † siue iniusta sit,vt omnes eam timere debeant. c. sententia pastoralis. 11.quęst.4.& per Dom.meum in alle.ca.gratum. num.29.de offic.delega. ut excuset etiam eum,qui non tenebatur respondere libello inepto,& respondit. iuxta communem sententiam,de qua Gig. in tract.pensio.dist.36.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Moniti soluere charitatiuum subsidium sub pœna excommunicationis, dicentes se laicos, ac exemptos & deinde declarari si post appellationem, & causam introductam in Rota fuerit processum ad brachium seculare, & executionem, an sit locus attentatorum reuocationi.*

2 *Appellatione pendente nihil innouãdum esse communis est regula.*

3 *Appellatione a diffinitiua pendente,innouata nulla sunt ipso iure.*

4 *Appellatione ab interlocutoria post illam innouata irritanda ueniunt.*

5 *Confaternitas etiam disciplinatorum dicitur laicalis.*

6 *Diffinitiua interlocutoriæ uim habens non...*

QVÆSTIO LXVII.

Sexagesimoseptimo. Moniti fuerant, etiam sub censuris homines cuiusdam confratriæ ad soluendum Episcopo Lucen. occasione Hospitalis dictæ confrariæ charitatiuum subsidium generaliter omnibus impositum,fuit negatum monitorium,& allegatum confraternitatem esse merè laicalem, & à tali onere exemptam. Ob non paritionem dicto monitorio iudex declarauit eosdem homines excommunicatos: à qua declaratione ad Sedem Apostolicam appellatum fuit, & causa in Rota commissa,& dum instaretur pro reuocatione dictæ declarationis,deuentum fuit vsque ad brachium seculare,& executionem realem,quæsitum fuit in Ro
1 ta an † dicta executio tamquam attentata reuocanda ueniret? Pro affirmatiua allegabatur primo,

2 quia † appellatione pendente nihil debet innouari. ut in rub. & nigro. ff. nil noua. appella. penden. & C. ut lit. penden. Dom. meus consilio 97. in casu. nume. primo, hanc esse regulam communem ut attenta appellatione pendente ueniant reuocanda dixit idem Dec. consilio 200. in casu. in principio. Alex. consi. 99. uisis. num. 3. uolum. 5. Et si hanc sententiam super declaratione in cursus censurarum dicemus esse diffinitiuam, uel diffinitiuæ uim habentē,
3 non solum hæc attentata † dicemus, sed etiam ipso iure nulla, cap. ad audientiam. & cap. dilecti. de appel. ubi quòd excommunicatio lata post appellationem inualida est. Lap. Alle. secunda, num. septimo. Franc. in cap. primo, in tertio not. de appella. Paris. consil. 107. quæritur num. 26. libro 3. & consil. 28. Ad resolutionem. num. 29. volum. quarta. At si dictam sententiam declarationis excommunicationis diceremus meram interlocutoriam licet post ap
4 pellationem † innouata non dicerentur ipso iure nulla, sed iustificata appellatione reuocanda uenirent. cap. significauit. & cap. significantibus. de appella. cap. Rodulphus. de rescript. & cap. exhibita. de iudi. Rot. 44. licet in causa, aliàs 344. in no. Tamen quia constare videtur de grauamine propter declarationem excommunicationis, & quia pendēte causa appellationis in Rota per rescriptum summi Pōtificis fuit processum ad executionem, in omni casu actus post appellationem interpositam facti, vel nulli erunt, uel saltem annullandi, & irritandi.

5 Secundo considerabatur, quòd † confraternitas etiam disciplinatorum, & similium, est mere prophana, & laicalis, licet per tales exerceantur opera pietatis, nec coram Episcopo conueniendi sunt, sed coram iudice laico. ut omnia hæc probantur per Bald. in l. illud. colum. prima, uersi. Quid de eo. C. de sacro. eccle. & in authen. hoc ius porrectum. col. 2. & ibidem Pau. Castren. uersi. Circa primam partem. C. eo. Bart. in l. commodissimè. ff. de lib. & posthum. Imol. in c. officij. versi. Circa secundum. de testam. Capra consi. 20. Calcan. consi. 21. colum. 2. consi. 267. num. 5. uol. 7. Eo ipso igitur, quòd homines dictæ confraternitatis se laicos allegauerunt, & dixerunt ad contenta in illo non teneri, satis iustificauerunt suam intentionem, cùm iuris præsumptio pro eis faciat. ad Bald. in l. de minoribus. C. de his, qui ut indi. & facit Rot. 36. Item si actor. aliàs 234. in no. ubi quòd quando ius commune assistit Episcopo attentata non reuocantur, ergo à contrario sensu arguendo si ius commune est contra Episcopum attentata reuocari debent.

Tertiò allegebatur, quòd sententia prædicta aut est diffinitiua, aut uim diffinitiuæ habens, quia a-
6 liud post se non expectaret negocium † diffinire, vt per Docto. super rub. de re iudi. & in l. quod iussit. ff. eodem titu. gloss. in uersic. repulsione præsertim. circa finem, in clemen. vltima, de appella. Io. Aud. Cardi. & Abb. in cap. peruenit. de appell. Ange. consil. 268. Multorum. post princ. Matth. Matthesi. singu. 39. Nota quòd ab interlocutoria, quę habet uim diffinitiuæ. Et cum iudex uisus fuerit pronunciasse super exceptione peremptoria opposita, vz quòd dicti homines meri laici non tenebantur &c. talis interlocutoria dicitur uim diffinitiuæ habens, vt declarat Alexand. in rub. ff. de re iudi. num. quarto, quæ quidem interlocutoria uim diffinitiuæ habēs a pari procedit cum diffinitiuis. ut per Franc. in ca. ut debitus. colum. decima, de appella. Quem admodum igitur post appellationem à diffinitiua omnia attentata indistinctè etiam ante aliquam inhibitionem emanatam, & executam reuocantur. iux. text. in cap. non solum. de appella. lib. sexto, sic & executio præmissa ut attentata reuocanda venit. Pro contraria opin. & sic pro Episcopo conclusum fuit vt videre est in Dec. Accoramb. 32. incipien. Episcopus Lucan. lib. secundo. Et ratio pręcipua fuit, quia ordinarius in pacifica possessione, seu quasi suæ iurisdictionis permanere debet, & se exemptos prętēdentes exemptionem probare tenentur. Et pro Episcopo allegabatur, quòd ipse habebat fundatam intentionem de iure exigendi subsidium charitatiuum a quibuscunque ecclesijs, & Hospitalibus, & sic etiam à quibuscunque locis ecclesiasticis ipsius authoritate fundatis. ad gloss. in cap. Romana. §. primo, de censib. lib. sexto, in versic. pia loca. & in extra. Benedi. Vas electionis. §. præmissis &cæt. Et quòd præsumatur locus ecclesiasticus, vbi sunt signa locorum ecclesiasticorum ut in casu nostro vz campanile, campanæ, altaria & similia, & ille locus Episcopo subiectus, & eius authoritate fundatus. Archid. in cap. nemo. de consecra. distin. 1. Petr. de Perus. in tracta. de quarta cano. in 13. quæstione principali. versic. Demum quæritur. Et supponebatur hanc confraternitatem habere Hospitale in sua ecclesia ubi celebrabantur missæ cum alijs signis de quibus supra, quo fit ut tanquam locus ecclesiasticus Episcopo subsidium charitatiuum soluere teneatur, unde Episcopus attentasse non dicitur ius suum post appellationem prosequendo. Rota. 344. in no. Et dixit Innocen. in capitu. dilecti. de maio. & obedientia, quòd decipetetur, qui ob istas appellationes ius suum prosequi desisteret.

SVMMARIVM.

1 *Reo in Cur. Ro. apprehenso per uiam monitorii si agatur de beneficio uacante in Curia, an danda sit dilatio ad partes?*

2 *Dilatio ad partes in Cu. Ro. ante terminum ad articulandum reo Romæ citato conceditur.*

3 *Vacās beneficium in Cu. Ro. ad solius Papę dispositionem spectat.*

4 *Reseruatio beneficiorum in Ro. Cu. vacantium potentissima est.*

5 *Iuri patronatus laicorum rarò Papa in totum derogat.*

6 *Probationum facultas auferenda, uel nimis coarctanda non est.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXVIII.

Septuagesimo octauo quero, an reo apprehenso
1 in Roma. Cur. per uiá monitorij † si agatur de beneficio vacante in Curia, & sic de vacatione in corpore iuris clausa, vc3 per text. in cap. secundo, de præben. lib. 6. concedi debeat dilatio ad partes? Pro opin. negatiua ponderari potest, quòd licet ante terminum ad articulandum reo etiam cita
2 to Romæ dilatio † ad partes concedatur, prout in Rota sæpe conclusum fuit. ut per Crescen. Dec. 4. incipien. fuit cóclusum per omnes Dominos, quòd licet dilatio dari debeat ante terminum ad articulandum, aliàs est Dec. prima, sub titu. de dilatio. & Achil. Dec. 1. incipien. Dilationes ad partes. sub eo. titu. de dilatio. Verum limitatur nisi calumniosè, vel malitiosè, seu animo subterfugiendi dilatio etiam ante dictum terminum petatur. prout in dicta Dec. 4. Crescen. Hic autem aperte constare videtur de calumnia, & malitia. Cum beneficium
3 in Ro. Cur. vacans † ad dispositionem solius summi Pontificis spectet. præalleg. c. 2. de præben. libro 6. & exrra. Boni. VIII. Piæ sollicitudinis. eodem tit. de præben. extra. Ex debito. Ioan. 22. inter commu. sub titu. de electio. Et de efficacia, ui, ac priuilegij
4 † huiusmodi reseruationis tractant omnes in dicto cap. seccundo. Rot. 461. Nota quòd habens potestatem. in antiq. 299. Habens potestatem conferendi. in no. Gemin. consil. 12. Vtrum ille. ad finem. Aene. de Falco. in tractat. reseerua in 36. effectu. ac Sarn. in 31. quæstio. Regu. de Trien. nume. 19. ubi ponit septem specialia huius reseruationis. Cum igitur reus conuentus contra se habeat hanc reseruationem ualidissimam, ac in corpore iuris scriptam, nó poterat contra illam aliquid deducere, & consequẽter dilationem calumniosè petebat, vnde meritò illa sibi denegari debet. Contrarium, & sic pro opin. affirmatiua conclusum fuit in Rota iuxta facti speciem propositam, prout Dec. Simonet. incipien. Item coram Petra sancta. rationem, quòd detur dilatio ad partes reddit Simonetta, quia beneficium posset esse iuris patronatus laicorum, & tũc non vacaret in Curia ut per gloss. & alios in dicto cap. secundo, de præben. lib. 6. Nec iuri patronatus
5 † laicorum ex dotatione, uel fundatione Papa in totum derogare solet. Anto. de Butr. Cardi. & Abb. in ca. dilectus. de offic. lega. Fely. in tracta. quando lit. Aposto. noce. patro. in 11. limit. Rocc. in tracta. iurispatro. in uersi. Competentes alicui. quæst. 24. Est bene uerum, quòd ubi beneficium apud Sedem Apostolicam uacat, Papa nonnumquam derogat iuri patronatus laicorum etiam in totum, per rationem quam adduco super signa. Gratiæ, dũ de derogationibus iurispatronatus tracto. uers. Dum vacant beneficia per obitum apud sedem. Subdit idem Simonet. quod huiusmodi dilatio concedenda operari posset, ut doceretur beneficium non vacare ex persona illius, qui in Curia obijt, & ille non haberet ius in illo beneficio, nec etiam haberet illius possessionem, vel q actor impetrans incapax, seu inhabilis esset. Et quia hæc est benignior, & tutior opinio amplectanda est, ne præsertim propter dilatio-
6 nis huiusmodi denegationem † probationum facultas auferatur, vel nimium coarctetur. contra tex. in l. quoniam. in fin. C. de hæreti. in l. nec omissa professio. ubi q ad ueri examinationem omnis iure prodita probatio admitti debet. C. de lib. cau. cap. quamquam. 14. quæst. 2. Specul. de proba. §. uidendum restat, nume. 4. ac Rot. 294. si suspensio. circa med. in no.

SVMMARIVM.

1 *Attentata an dicantur per monitum ab Auditore Cameræ in causa beneficiaria?*

2 *Laicus authoritate Papæ potest de causa ecclesiastica, & beneficiaria cognoscere.*

QVÆSTIO LXIX.

Sexagesimo nono quero, Reuer. D. Aud. Cameræ monuit Seiũ super cã beneficiaria ad instantiã Mæuij, qui Seius monitus plura postea innouauit,
1 an hæc dicantur attentata † & uia attentatorum reuocanda ueniant? Rota pro negatiua conclusit, ea ratione, quia Auditor Cameræ in beneficialibus iurisdictionem non habeat. Limitans hanc conclusionem, nisi monitorium decretum esset in uim commissionis, prout Do. Achil. de Grass. 3. sub titu. de Attenta. incipien. Attentata tenuerunt Domini non esse. Hæc limitatio mihi uidetur de casu indubitabili, quis enim nescit, q non solũ Auditor Cameræ, sed & quiuis iudex ecclesiasticus, imò simplex clericus, non solum in dignitate ecclesiastica constitutus iuxta tex. in ca. statutum. de resc. lib. sexto, data sibi facultate a summo Pontifice q possit monere, citare, & procedere in causa beneficiaria, quin & laicus
2 † auctoritate Papę de causa ecclesiastica, beneficiaria, seu spirituali annexa cognoscere poterit. ca. per tuas. & gloss. in cap. contingit. circa medium. de arbit. Hostien. in sum. eodem titul. §. de quare, uersiculo, Item prohibetur in matrimoniali ibi. Quia non est multum securum, nisi per Papam confirmetur. Quæst. Delphi. 69. post medium. uersicul. Nam de re spirituali non debet in iudicem &c. Lanfran. in repet. ca. quoniam contra, dum de arbitris tractat, parte secunda, num. 14. uersic. Respondeo, q sic, auctoritate Papæ super re spirituali. Geminia. in cap. legitima. colum. prima, uersi. In ea gl. ibi Laici, de appella. Quantum ad principale quæsitum attinet, Rota semper tenuit Auditorem Cameræ non habere iurisdictionem in causis beneficialibus, ut etiam per Bellame. 210. In causa Do. Simonis. si ergo iurisdictionem non habet, eius monitorium non tenuit, & consequenter nulla attentata. Verũ quia ut dixi supra q. 12. non intendo nũc quid sentiam aperire, annuo tantũ in facultatib. Auditorib. Cameræ nunc adesse illa uerba. Oés, & singulas spũales, ecclesiasticas, & prophanas. Et sic pro Aud. Cameræ ponderari potest, quòd sub verbo, ecclesiasticas, ueniant etiam causæ beneficiariæ, ex quo in curia ecclesiastica tractandę veniant illæ, & similes. ut per glo. in c. j. in uersi. apponatur. & declarat

Lap.Alle.70.sæpe uidi.num.3.uersi. Aliquando dicuntur causæ ecclesiasticæ. Beneficiales etiam causæ uenire uidentur sub dictione spirituales, quæ multæ sunt, ut ponderat Lap. in dicta Alle.70.post num.6.

SVMMARIVM.

1 *Moniti ab Auditore Cameræ in partibus existentes ad personaliter comparendum sub pęna priuationis beneficiorum, an contumacis & priuati beneficia dicantur uacare in Curia, an in partibus ubi is degebat?*

2 *Beneficium priuati in Ro.Cu. in partibur existentis, in Curia uacat, & reseruatum est.*

3 *Cap.2.de præb.lib.6.in omni uacatione in Curia locū habet, etiam si non sit per obitum.*

QVÆSTIO LXX.

SEptuagesimo. Monitus fuit ab Auditore Cameræ Franciscus Guttierez in Hispanijs existens, ad comparendum personaliter sub pœna priuationis beneficiorum, qui contumax canonicatu, & prębenda priuatus fuit, de quibus à Papa prouisus fuit Aluarus Mendoza. quæsitum fuit in Rota 19. Decembris 1552.causam proponente Episcopo Vestano, Peregrino Fabio, an† canonicatus uacet in Cur.
1 Roma.an uerò in partibus ubi degebat Franciscus; qui hic priuatus fuit? Quòd in partibus uacauerit colligi potest ex ijs, quæ uoluerunt Barba. consilio 82.uolum.quarto. Glossator antiq.in Regu.infra citanda colum.prima, uersi. Ex quo sequitur, quòd si familiaris. Rebuff.super concorda.titu.de Regia ad præla.nomi.faci.§.1.in uersi.obitum.uersic.Item si Episcopus.ac Saran.quæst.7.super Regu. de Impe. benefi.uacan.per obi.fami.Cardi.ubi refert fundamenta Barba.ad effectus, de quibus ibi.

Contrarium conclusum fuit, & sic, quòd benefi-
2 cium in Roma.Cur.uacauerit, † & sic reseruatum. ex quo priuatio in Curia facta fuit, nec attenditur ubi sit persona, & dictum fuit.ca.secundū, de præb.
3 lib.6.† de morte naturali loquens, generaliter locū habere in omni uacatione in Curia, etiam si non sit per obitum, ut per Doct. communiter in dicto c.2. fuerunt adducta ea, quæ scribit Ioan.Franc.Pau.in tracta. de offi.& pote.c.se.vacan.in 7.prælud. Pro præmissis habemus in specie Dec.Io.Bap.Guidob. 32.in causa Compostellan.cano.& præb. incipien. Voluerunt Domini 19. Decembris. Circa adducta per Sarnen. ubi supra, uideri etiam poterunt quæ scripsi super eadem Regu.de Impe.benefi.per obi. fami.Cardi.q.8.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium, excommunicatio, illiusquè publicatio super re incerta an subsistant?*

2 *Incertis super rebus iudicium etiam introduci potest.*

3 *Sententia, seu excommunicatio etiam super re incerta fieri potest.*

QVÆSTIO LXXI.

1 SEptuagesimo primo quæro † an monitorium super fructibus, & interesse, seu alia re incerta nō liquidatis, excōicatioquè, & publicatio subsecutę subsistant? Distinguendum hoc modo erit, aut loquimur de monitorio, citatione, libello, petitione
2 & affirmatiuè † respondendum est iuxta tex. in l.1. & ibi Doct. C.de æden.in l.j.in fi.prin.& ibi Doc. præsertim Bar.nu.17.ff.de leg.2.l.uni.& ibi omnes C.de senten.quæ pro eo quod inte.Et idem supponitur in §.curare.ibi. Et sede incerta quātitate apud
3 cum actum est.Inst.de act.Aut loquimur de † snia, redintegratione monitorij, uel excommunicatione, & pro affirmntiua concludendum est.l.j.& toto tit. C.de sen.quę sine cer.quan.dicta.l.uni.C.de senté. quæ pro eo, quod inte.& ibi Bar.& alij.Et in specie ꝙ excommunicationis snia ferri possit pro fructibus non liquidatis, uel alia incerta quantitate, & nō relaxetur donec plenè satisfactum fuerit conclusū fuisse in Rotam Paduan. iniuriarū, testatur Achil. de Graf.347.incip.licet sententia excommunicationis. Aut loquimur de publicatione excommunicationis, & pro opi.negatiua concluditur in alle.Dec. Achil.347. Adduci potest ratio quare ad publicationem excōicationis deueniri non possit, quæ est, quia stāte etiam pręcisa obligatione, seu promissione de soluendo, si incertum quid solui debeat, licet ex post certificari possit, ante certificationem, alicui executioni locus esse non potest. pręalle.l.j.ubi Bar. & cæteri.ff.de leg.2.Cur.Inn.consil.36.habita diligenti.post nu.8. Et sic non uidetur cōsonum, ꝙ excommunicatio publicetur re non existente certa, & liquida. Immo iniuria uideretur inferri reo, seu cōuento, etiam iuxta mentem Rotæ ubi supra. Verū aduerte tu, ꝙ ex hac ratione argui etiam posset, ꝙ nec excommunicatio ante liquidationem, uel certificationem ferri debeat, præsertim cum excommunicatio inenarrabilis sit potentiæ, ut ostendo ad ‖ calcem 9.q.super commiss.29.executoriali.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium propter impretationē per Petrum nomine Gasparis, an Petrus uisus fuerit approbare possessionem, seu titulum beneficij Gasparis?*

2 *Consensus tacitus ex actis resultans.*

3 *Confessio, seu assertio in beneficiarijs non prodest, nec præiudicium infert.*

4 *Confessio non prodest alteri quando agitur de titulo beneficij.*

QVÆSTIO LXXII.

SExagesimosecundo Petrus de Valero literas executoriales obtinēs super Vicaria S.Ægidij Cęsar Agustā.illas intimari fecit Gaspari Carcasono, qui allegabat sibi ītimari nō posse, quippe qui uoluntate Petri, & de eius cōsensu erat in possessione Vicarię. Rursus Petrus defendēs Gasparem in possessione impetrauerat monitoriū ī eius fauorē ad eiusdemquè

demque Gasparis instantiam tãquam Vicarij San. Egidij cõtra alium, qui Gasparem molestabat, quo casu executoriales sibi suffragari non debebant pro auocatione possessionis dictæ Vicariæ ab eodem Gaspare. Quæsitum fuit in Rota 20. Octobris
1 1542. an † propter impetrationem monitorij per Petrum nomine Gasparis uisus fuerit Petrus approbare possessionem Gasparis? Et licet uideretur quòd sic, quia Petrus comprobauit possessionem Gasparis saltem tacitè monitoriũ pro illa defendenda impetrando, saltemquè tacitè ex factis de quib. supra cõsenserit, & fateri uisus fuerit Gasparẽ esse legitimum possessorem, quin & iustum titulum habere, eundem defendere quærens, ex quibus actis
2 resultat tacitus consensus, † qui satis operari debet. gloss. in clemen. sepe. §. ultimo, in uersi. non contradicentibus. uersic. Secundo nota casum. de uerb. signific. Paul. Castren. in l. si conuenerit. post numerum sextum. ff. de iurisdi. omnium iudicum, & declarat Dom. meus Phil. Dec. sub rubr. C. de pact. in prima lectu. uersus finem, & clarius in cap. dilecti. 2. post numerum secundum, uersi. Nota tamen, quòd illud quod ex facto insurgit tacitum uidetur &c. de appella. Et pro hac opinio. facit regula, quod semel placuit amplius non potest, quomodo admitti poterat hic, qui saltem tacitè (ut præmisi) iam senserat Gasparem iure optimo in uicaria consouendum, ut manutenẽdum esse, ut nunc cõtra eundem, super eadem re molestare possit? Præmissis non obstantibus conclusum fuit, quòd cum sumus in beneficialibus, & non interuenerit auctoritas, uel confirmatio Sedis Apostolicæ poterit Petrus pœnitere, prout fecit, executoriales intimari faciendo, & sic licitè egerit prouocanda possessione tanquam ui
3 tiosa. Et quòd † confessio, seu assertio in beneficialibus, seu super eo, super quo quis disponere non posit non pro sit, nec præiudicium inferat, est text. in l. confessionib. ff. de interro. actio. in l. qui seruorum. & in l. inde Neratius. §. filio. ff. ad leg. Aqui. & ad theo. Bart. communiter approbatam in l. si fortè num. quarto, uersi. ultimo hæc tex. ff. de castren. pecu. Roma. consi. 268. in proposito. colum. secunda, uersic. Nec præmissis. Dom. meus in cap. quoniam contra. colum. secunda, uersi. ulterius tamen contra istam limitationem. Quæ maximè sibi locum uin-
4 dicabant si agebatur de titul. beneficij † confessio enim, uel assertio tunc non prodesset alteri. Rot. Bisigne. 2. in antiquio. de li. conte. colum. 1. ibi. Aut est talis in qua confessio, uel responsio aduersarij sibi non prodesset &c. & in antiq. 244. nota quòd ubi posito. ac 418. fuit dubitatum. & 421. in no. Ruin. consi. 62. Discusso laborioso. nu. 12. uolum. 5.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus declaratus an beneficiorum collationem perdat?*
2 *Suspensionum plures sunt species.*
3 *Suspensus simplicitur intelligitur in potiori significatu.*
4 *Suspensus à diuinis an potestate conferendi priuetur?*

QVÆSTIO LXIII.

Septuagesimotertio executum fuit monitorium sub pœna suspensionis contra N. prælatum, qui deinde declaratus fuit suspensus, quæro an hæc
1 † suspensio operetur etiam ne ille beneficia confer-
2 re possit? plures casus considerandi ueniunt † videlicet an quis suspensus sit ab officio, & beneficio, an ab officio tantum. An simpliciter suspensus sit absque alio adiuncto, an uerò sit suspensus à diui-
3 nis. In † suspenso simpliciter communis uidetur opin. quòd intelligi debeat in potiori significatu, ac in potiori suspensione. argumen. text. in ca. si quem. de senten. excommunicationis, & consequenter quod dicatur etiam suspensus ab officio, & beneficio, nec beneficia conferre possit. Innocen. collecta. & Abb. post numerum 18. in c. cum dilectus. de consue. Idem dicunt in suspenso ab officio. Abb. post Inno. & Compostel. in dicto c. cum dilectus. post dictum numerum 18. hanc communem affirmans. ac Sum. Siluestri. in uersi. suspensus. §. quinto quæritur. uersic. si uerò sit à beneficio &c. & ad text. in cap. quia diuersitatem. de con. præben. si sit suspensus à diui-
4 nis, cum nec dicatur simpliciter suspensus, nec ab officio, nec à beneficio, tunc succedit dispositio tex. in c. is cui. de sententia excommunicationis, lib. 6. ubi de suspenso à diuinis, & ab ingressu ecclesiæ, qui non priuatur potestate conferendi. Siluestri. in uersi. suspensio. num. quinto. §. quæritur. uersi. si uerò suspensio sit a diuinis. Rota in isto ultimo casu non firmauit pedes, emanauit dubium an suspensus à diuinis, & ingressu ecclesiæ dicatur suspensus à potestate conferendi. Quid conclusum fuerit non percepi, in alijs uerò casibus decisum fuit ut supra. prout Dec. Oradi. 135. incipien. Conclusum, quòd suspensus simpliciter dicatur. De suspensione a Pontificalibus, seu Pontificialium exercitio, ac executione ordinum, & succeptorum ordinum exercitio habemus in Concil. Triden. Sesssio. 14. capit. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Appellans a redintegratione monitorij termino iuris sibi dato, nisi causam committat, pro Apostolis non rediens, an appellatio censeatur deserta?*
2 *Terminus iuris est 30. dierum.*
3 *Clausula, termino iuris pro Apostolis dato, ita quod pro illis amplius redire non teneatur, quid operetur?*

QVÆSTIO LXXIIII.

Septuagesimo quarto quero, appellauit Mæuius à redintegratione monitorij, & habuit terminum iuris, & in termino commisit causam, termini habiti mẽtione nõ facta, nec pro apostolis
1 redijt. Quærebat in Rota an † appellationẽ deseruisse dici posit taliter quod monitoriũ in iudicatũ trãsierit? Pro opin. affirmatiua pondero, quod in commissione causæ appellationis necessaria sit expressio pendentiæ termini Apostolorum, & de Apostolis

2 datis, & de termino iuris † qui est triginta dierum. l.iudicibus.C.de appel.l.vni. cum glo.in versi.sufficit.ff.de libel.dimis.cap.ab eo.de appell.lib.sexto, clem.secunda, versi.similiter si iudex. Cassad.Dec. 4.num.8.eo. Et videmus ad omne dubium tollendum in commissionibus appellationum apponi
3 solere clausulam † termino iuris pro Apostolis forsan dato, ita quòd pro illis amplius redire non teneatur &c. Et sic remouetur difficultas, de qua Rota.357. fuit dubitatum.in no. ubi an commissio causæ appellationis, seu iudex causæ appellationis impetrari posset huiusmodi termino responsionis Apostolorum pendente? ac Dec. 697.Dic quòd si appelletur, in antiq. Et quòd nõ ualeat rescriptum non facta mentione, quòd pendebat terminus Apostolorum uoluit Nic.Boe.Dec.256.nu.quinto. Breuiter in casu proposito contrarium concludit Rota videlicet, quòd appellans à redintegratione habens terminum iuris, pro Apostolis non rediens appellationis causam committens, appellationem deserere non dicatur, nec monitorium, seu illius redintegratio in rem propterea transuerit iudicatã. ut in specie habemus Dec.Cottæ.131.& Dec.Oradi.129.sub die 17.Octobris.1561. incipien. Conclusum redintegrationem monitorij non transiuisse in iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Executorialibus in Rota decretis, ac in partibus intimatis, an Auditor Cameræ executor sententiarũ in Ro.Cu.latarum ad declaratoriam monitorio non præcedente nulliter procedat?*
Declaratoria lata ab Auditore Cameræ monitorio, uel citatione non præcedente nulla habita fuit.

QVÆSTIO LXXV.

Septuagesimo quinto quæro an executorialib.in Rota de Curtis in partibus executis Auditor
1 Cameræ monitorio non præcedente, an † ad declaratoriam nulliter procedat? Pro opin.negatiua respondendum uidetur, supposito, quòd Auditor Cameræ sit executor generalis sententiarum in Rom. Curia latarum, & quòd ad declarationem censurarum ab alijs iudicibus fulminatarum procedere possit, ut in ipsius facultatibus expresse cauetur. Vnde cum declarandus has Auditoris Cameræ facultates sciret, vel scire deberet, quæ paria sunt.l.quod te.in fin. ff.si certum petatur.cum alijs, monitorio, vel citationi alicui locus esse non videbatur. Contrarium tenendum est, quòd immo omnia sint nulla monitorio prius p ipsum Auditorũ Cameræ nõ decreto, eoque legitimè executo ad comparendum coram ipso Dom. Auditore Cameræ, coram quo executoriales iam in Rota decretæ, & postea in partibus intimatæ reproductæ sunt, ut ueniat causas allegaturus, quare non sit ad declaratorium ptocedẽdum &c. Et cum executoriales à Rotæ Auditore decretæ essent, non poterant in illis nominati diuinare, quòd coram Auditore Cameræ procedendũ esset, iuxta illud M. Tullij in Oratione pro Quintio, Neque enim (inquit) quisquam diuinare poterat expostulaturum. l.si putator. ff.ad leg. Aquil.l. si fideiussor.§.si cum debitor.ff.manda. Et sic propter mutationem tribunalis absque monitorio, cita
2 tione, uel intimatione † declaratoria promulgata nulla, & inualida habita fuit, prout conclusum fuit in Rota in causa Corduben.Beneficij pro Antonio Mandex coram Rauellen.quarto Februarij.1547. prout Dec.Putei 5.incipien. In una Corduben.de las posadas. versus finem.libro 3.ac Dec. eiusdem Put.4.eiusdem lib.incipien.Licet Auditor Cameræ sit executor. Idem testatur Pereg.Fab.Dec.16.post med.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Monitorium pro pensione soluenda an suppleat præsentationem litterarum?*
2 *Volens, & consentiens conquæri postea non potest.*

QVÆSTIO LXXVI.

1 Septuagesimo sexto quæro an † monitorium pro pensione soluenda suppleat intimationẽ literarũ pensionis? Distinguendi sunt duo casus, Aut loquimur in eo, qui consensit impositioni pẽsionis, & quia regulariter apponi solet clausula, etiam literis non intimatis, si idem moneatur ad soluendum pẽsionem, nulla alia litterarum intimatio requiretur, Tum quia certus esse debet de re a se gesta, & de consensu a se ipso præstito. Tum quia potuit sibi ipsi præiudicare consentiendo ne alia intimatio requireretur, quatenus actus hic præiudicialis censendus
2 sit, & sic uolens, † & consentiens conqueri non potest.l.1.§.usque adeo.ff.de iniur.l.nemo.ff.de regu. iur.c.quod semel.eo.lib.6.Et fauori suo quilibet renunciare potest.l.siquis in conscribendo.C.de pac. Aut loquimur de successore eius, qui pensionis impositioni consensit, & quia ipse non consensit illi clausulæ, literis non intimatis &c.& hæc clausula sit exorbitans, & non ordinaria, ac cõsueta, ad alias personas extendi non debet, immo quantum fieri potest coharctanda venit. In hoc igitur secundo casu necessariò litterarum intimatio requireretur. Verum ab Auditore monitorium in vim specialis rescripti obtineri posset, quod æquipolleret intimationi. Quoad pœnas autem, & censuras procedi nõ posset ut concludit Sarnen.ad fi.signa. post nu.89. versic.Est bene uerum.ubi citat Dec.Cassad.incip. proposui etiã commissionem, quæ quidem est 12. sub tit.de rescrip.

SVMMARIVM.

2 *Vniuersalis dispositio negatiuè concepta omnes personas, & casus comprehendit.*
3 *Negatiua locutio maiorem uim habet, quàm affirmatiua.*
4 *Recursus fit mentio in iure ciuili, & canonico.*
5 *Recursus succedit loco appellationis.*
6 *Appellationi, uel recursui si ius resistat, attentatis locus*

locus non est.

7 *Residentiam omne beneficium requirit saltem de condecentia.*

QVÆSTIO LXXVII.

Septuagesimoseptimo quæro monitus fuit clericus vt infra aliquam competentem terminnm accederet ad residendum in sua ecclesia vel beneficio: qui monitus appellat, reclamat, seu recursum petet, episcopus huiusmodi appellatione, reclamatione, vel recursu pendente Vicarium deputat de fructibus illius beneficij uiuendum, quæri-
1 tur an † attentatis locus sit? Pro opin.affirmatiua, quòd omnia gesta appellatione pendente dicantur innouata, & attentata, & consequentur reuocanda veniant, probatur ex rub.& nigro.ff.nil noua.appel.penden.& C.vt lit. penden.nihil innoue.
2 Vniuersalis hæc dispositio negatiuè † concepta de proprietate sermonis omnes personas, & casus comprehendit.D. meus cons.8.nu.4.Tiraq. in l.boues.§.Hoc sermone.in 7.li.nu.4.ff.de ver.sig.Et ne-
3 gatiua † locutio maiorem uim habet, quam affirmatiua.l.hoc genus.vbi gloss.ff.de condit.& demonst.gloss.in capit.cum dilectus.in versiculo,ac suspensus. de consuetudi. Rub. consilio 51. numero 4. Aimo cons.146.nu.4.& cons.294.nu.6. Do. meus consi.364.visis.col.vlt.post medium.Alcia.consi.6.Multa,nu.17.vol.4.Et dixit idem Dec.consi.97.in casu.nu.1.Omnia iura clamare, appellatione pendẽte nihil esse innouandum. Idem dicimus in recla-
4 matione seu recursu † ad superiorem pendente, de quo recursu habemus text. in l.eos.in princ. C. de appel.& in c.licet.in fi.de electio.& de recursu, & reclamatione videatur per Rober.Maran.de ordi. iud.in 3.p.6.p.princ.quæst.1.nu.11.& seq. recursu igitur, seu reclamatione pendente pariter nihil in-
5 nouandum esse dicamus, cum † recursus succedat loco appellationis. Bart.in c.Sancimus. num.3.quo tempo.mil.inuesti.pete.debe. in vsib. feudo. quod etiam voluit Menoc.de Arb.iud.lib.1.q. 70. nu.18. ac Ioan.Cæpha.consil.180.incip.Anno.nu.12.li.2. subrogatum autem naturam eius in cuius locum subrogatur sapere debet. Et ipse recursus in plerisque regulatur vt ipsa appellatio.gl.in l.1.C.de sen ten.præfe.præto.vbi Bal.& Ange.Hyppo.de Marsil.Syng.88.stante statuto.ad fi.Nic.Boe. Dec. 247. incip. Nunc ad secundam.nu.9.Brun.in tracta. de statu.& constitu.in ver.nullitas.col.pen.ver.Item quæritur pone statutum. Opi. negatiua tenenda est per tex.in c.peruenit.2.de appel. & per ea, quæ voluit Card.in cle.1.in 6.not.ver.Quartus in appellãte. de seq.poss.Spec.de appel.§.nouissime.nu.2.in 8.casu.Paui.in tract. visitatio.in 10.q.1.p.nu.7.Maran.in suo Spec.in 3.p.6.p. princ. nu. 184. ac Pet.Duenna Reg.42.nu.19.Amplius habemus regulam generalem, quod vbicunque ius commu-
6 ne † resistit appellationi, vel recursui, appellatione vel recursu pendente attentatis locus non sit, vt ex præmissis colligi potest, ac ex Dec.35.sub titu.de appel.incip.item si rector. in no. & voluit Alciat. cons.68. incipi.Gubernatorem.nu.9.uol.6.Et hanc regulam hodie a Con.Triden.comprobatam uidemus, prout Sessio.24.c.10.vbi appellatio, & quęrela, quin & inhibitio non obstant ne ad vlteriora procedi possit in materia visitationis, & morum correctionis: ratio est, quia istis ius assistit, impediuimus verò, ac retardationi executionis aduersus prædicta, & id genus ius commune resistit. Et in specie in casu residentiæ, quòd illi ius commune assistat, si loquimur de dignitatibus, parochialibus seu beneficijs curatis, habemus in iure diuino verba illa. Excubate in custodia sãctuarij, & in ministerio altaris &c.c.ex parte uostra.&.c.seq.de cler.nõ resi.Imò be-
7 neficia omnia † saltem iuxta condecentiam residentiã requirant c.clericus.71.dist.c. Eleuterius.91.distin.c.1.& 2.21.q...c.conquerente. de cleri.nõ resi. Host.in sum.eo.post prin.in q. Quis clericus residẽtiam facere teneatur.Abb.in repet. §.qui uerò.in c. extirpandæ.nu.30.de præb.

F I N I S.

INDEX RERVM ET VOCVM QVAE IN TRACTA. MONITORIVM CONTINENTVR.

Ca-

INDEX

Fi-

INDEX

Pos-

INDEX

F I N I S.

D. QVINTILIANI MANDOSII IVR. CONS. CLARISSIMI ET CELEBERRIMI

In Curia Romana Aduocati.

Praxis Signaturæ Gratiæ.

AD ANGELVM GEMMARIVM. V. S. S. D. N. REFERENDARIVM.

HAC TERTIA EDITIONE AB AVCTORE REVISA, Meliori ordine diſpoſita, ac multis magniſque additionibus vbique locupletata.

Vt omnibus Pontificij, & Cęſarei Iuris ſtudioſis, Cauſar. Patronis, & Iuſdicentibus maxime vtilis & neceſſaria ſit.

POSTREMA ÆDITIO.



VENETIIS. MDLXXXV.

Apud Marcum Amadorum.

8

ANGELO GEMMARIO
V. S. S. D. N.
REFERENDARIO.

Quintilianus Mandosius. S.

MVLTA nobis a natura tributa esse nõ ignoras Gemnari eruditissime, quibus amicitiam, & societatem homines inter se, vel instituerent, vel semel institutam conseruarent, in dies magis, magisq; augerent: nam ut opes desint quæ in alios collatæ, eorum mentes nobis deuinciant, illa certè deesse non possunt, quorũ vi, beneuolentia, & amor conciliari præcipue, & potest, & solet inter homines, animi scilicet grati significationes non obscuræ, quæ plurimis modis fieri cum soleant, eam ego vnam principem locum obtinere semper iudicaui, ex qua non modo ciues, & noti homines: sed etiam hospites, ac peregrini intelligant, quantum quisq; à quoquo diligatur, & obseruetur, idque cum ad præsentem, tum longe lateq; si fieri potest ad futuram ætatem promanet, quod qui facere conatur, rem ille quidem per difficilem, atq; arduam, sed tamen gratæ imprimis, & eximiæ cuiusdam, ac singularis erga eum, quem amat, voluntatis testem aggreditur: ut ab omnibus commẽdari potius, quòd ea per ea ratione gratiam ab aliquo inire voluerit, quàm accusari, quòd non omnino id, quod voluerit, sit cõsecutus. Ego profectò, cum iamdudum mihi te vnum propter admirabiles uirtutes tuas, quibus es ornatissimus, propterq; beneficia, quæ, (quæ tua est incredibilis benignitas atque humanitas) in me contulisti, clarissima, & maxima proposuisse, cuius animum aliquo beneuolentiæ, & charitatis vinculo mihi putarem esse obstringendum, lucubrationes istas meas, multo illas quidem auctores, & locupletiores, quàm vnquam antea in vulgus exierint, nomini tuo commendare, ac dicare constitui, ut meam in te obseruantiã quantum consequi possunt, apud omnes testentur, amorisque in me tui magnitudinem si non augeant, voluntatis quidem certe perpetuitatem, & constantiam tueantur. Vale.

INDEX MATERIARVM QVAE IN HOC LIBRO SIGNAT. GRAT. CONTINENTVR.

FINIS.

QVINTILIANI MANDOSII ADVOCATI ROMANI,
PRAXIS
SIGNATVRÆ GRATIÆ.

CVM SVIS CLAVSVLIS, QVIBVS CONCEDI, denegari, & limitari solet, omnibus (præsertim in Romana Curia versantibus) vtilis, & necessaria, ab eodem auctore recognita, meliori ordine disposita, & multis additionibus vbique amplificata.

SIGNATVRÆ Gratiæ amplissimus est campus, eiusque obseruationes diuersis temporibus diuersæ fuerunt. Quot, & quibus modis gratiæ beneficiariæ, & aliæ signentur, tractaui super Regula 33. de signa. per fiat, & per concessum, ubi etiam alia non vulgaria pro signatura Gratiæ prosequutus sum. Nunc stilum eiusdem signaturæ percurram. Et quia is potissimum circa beneficiorum prouisiones uersatur, ab illis exordiar. Et quia plura à sacro Concilio Tridẽtino nouissimè immutata fuere super ipsa signatura, ac gratijs concedendis uel denegandis, numquam tempus opportunius sese obtulit, quàm nũc super huiusmodi signatura postremam apponere manũ. Decretaq; sacrosancti Concilij prędicti pro prijs in signaturæ locis simpliciter, & prout iacent, citare.

Prius tractandum esset, quot modis gratia sumatur, pro quo diuus Thomas prima secundæ. q. 110. artic. j. primò pro dilectione alicuius, secundò pro aliquo dono gratis dato, tertiò pro recompensatione beneficij gratis dati, uideantur glo. & Docto. in cle. 1. quæstio. 1. ubi docet in scripturis octo modis accipi gratiam, sequitur Luc. de Pen. subdens gratiam esse nomen generale, sicut est res, in l. 3. in uer sicu. gratia. C. de iu. fisci. lib. 10. Ego hanc æquiperationem non probo, latius enim patere affirmo nomen rei. l. rei appellatio. & l. rei appellatione. ff. de uerbo. signific. l. cum res. C. de proba. & ad alia, quæ adduco in gloss. facul. §. ac tam. in vers. rebus. ubi etiam, quòd uerbum res comprehendit omne prædicatum, & facile esset probare gratiam esse vnam ex speciebus rei. Gratiam facere, est ex strictiori iure aliquid imminuere, vel remittere. Liuius lib. 3. Omnium tibi, Appi Claudi, quæ impiè, nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam tibi facio. Sic & facere gratiam iusiurandi, est iusiurandum remittere. Plaut. in Rud. Nihil hic tibi est, ne tu speres, iusiurandi uolo gratiam facere. Gratia enim pro dono, seu præmio primo, ad Corinth. 15. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me uacua non fuit & cæt. & secundo Corinth. sexto. Adiurantes autem exhortamur, ne in vanum gratiam Dei recipiatis. Gratia item pro amore, dilectione, beneuolentia, seu fauore. Nume. vndecimo. Et inueniam gratiam in oculis tuis. Cæsar libro tertio, belli Galli. non multum post princ. Id factum (inquit) grauiter tulit Induciomarus suam gratiam inter suos minui. Mar. Tullius in principio. Oratio. pro P. Quin. l. & si, quę est 8. Nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum, siue curatorum doceatur, ff. de min. & l. tertia. C. de iu. fisci. libro decimo. Quæ sint rescripta gratię, & quæ iustitiæ, & in quibus inter se differant, uidere est apud Rebuff. in Praxi beneficiaria, sub titulo, Diuisio rescriptorum, & rubrica sequen. De differentijs inter rescripta gratiæ, & iustitiæ. Inter alias differentias illa præcipua est, rescripta gratiæ facilius irritari, quã illa iustitiæ, hæc enim obreptionis, uel subreptionis uitio ipso iure uitiantur, vt probat text. & ibi omnes in capitul. si motu proprio. de præbend. libro sexto. uoluerunt Geminia. consilio centesimouigesimo, quia in facto. columna prima. Abb. in capitul. quia circa. numero quinto, de consangui. & affinita. dicens subreptionem uitiare ipso iure gratiam, sicut obreptionem, Tira-

quel.de pœn.legum causa quadragesimaquarta, nu mero quadragesimoprimo, Gozadin.consilio uigesimosexto, num.uigesimoprimo, quod etiam uterque Socyn.affirmat, ille Sen.consilio 13.colum.3. libro primo, consilio 164.columna secunda, ac consilio 169 in principio, libro primo. Alter uerò Iun. consilio septuagesimoseptimo, num.83.& sequen. libro primo. Aimo consilio 68.uumero secundo, Paris.cons.31.nu.22.lib.j.Secus est in scriptis iustitiæ, et probo in 2.prælud.j.formulæ commis.

PROVISIONES.

Prouisionis nomen latissimum est, comprehendēs nominationem, postulationem, præsentationem, & collationem.cle.si.iun.gl.in uersi.prouisione, de electio.cle.auditor, de rescr.Rot.212.secundum omnes, in fi.in no.Bellame.Dec.621.Nos autem loquimur de prouisionibus, quæ a summo Pontifice fiūt de beneficijs vacantibus per obitum, per resignationem, per permutationem, cessionem, seu alios similes modos.

Prouisiones ecclesiarum cathedralium, siue per obitum, uel per resignationem, seu aliàs, sicut illæ ab alijs ecclesijs, & beneficijs diuersæ sunt.c.quāuis plenissima, & ibi glo.omnes, de præben.lib.6.et alio modo conceduntur, quàm prouisiones beneficiorum inferiorum: quippe quæ in concistorio ꝓponuntur per aliquem Cardinalem, qui postea cedulam signat, quæ incipere solet. Hodie ad rationē nostram sanctissimus Do.N.de cathedrali ecclesia &c. Fiat etiam contracedula per Vicecancellarium, quæ similiter incipie. Hodie ad relationem Reuer. Do.mei Cardinali &c. Sanctis.D.N.de ecclesia &c. & contracedula consueuit esse breuior, super qua literæ postea expediuntur, ut pragmatici omnes norunt. Et quòd literarum expeditio requiratur, alioqui promoti nec administrationem ecclesiarum, quibus prædicti sunt, accipere possunt, nec admitti & recipi debent, prout cauetur extra. Iniunctæ. Bonif.VIII.de electio. inter commu.quæ confirmata fuit per Ale.VI. Pium II. Innocentium VIII.& alios summos Pontifices.

An autem cedulæ prædictæ concistoriali standū sit, & credatur, & magis quàm contracedulæ? affirmatiuè respondendum esse uidetur, hæ.n.originales sunt, ad Bar.in l.Sempronius proculo.ff.de leg. 2.Abb.in c.cum ex literis, in pen.not.de in inte.resti.& Fely.in c.pastoralis, col.pen.uersi. amplia.de iudi.& in c.cum P. Tabellio. in prin.de fi.instrum. insuper Cardinali creditur in sibi commissis, Lap. Alle.32.An frater, quem sequuntur Ana.in cap.excommunicamus.§.quia uerò.num.5.de electio.Roma.consi.59.Ad discutiendum.nu.66.Marti.Lauden.de Cardina.quæst.20.incipien. Ad solum Papam.præsertim quando in scriptis attestatur, maximè cum appositione sigilli, etiam ex consuetudine Rom.Cur.ad tradi.per Anto.in c.ꝙ super his, circa medium, & Abb.circa fin.de fid.instr. & ad Dec. Bellame.636.in fi.& 183. Breuiter cōntrarium cōclusum fuit in Rota, ꝙ immo cedulæ Cardinalis ꝓponetis fides non adhibeatur, sed contracedulæ, in causa Brixien.fructuum corā Sarnen.9.Iunij.1541. prout Dec. Putei 2.de fid.instr. causa erat inter Patriarcham Constant.cuius ego Aduocatus eram, & Hospitale magnum Brixiæ.

De qualitatibus Cathedrali pręficiendi, & quæ propositionem præcedere debeant, relationem facienda, & reseruando iudicio in aliud concistorium & alijs circa hanc materiam, habemus in ca.cum in cunctis.& in c.cum nobis.& utrobique Doct.de electio.& nouissimè c.j.Decreti.de reformatio.Sessio. 24.alias 8.sub Pio IIII.Concilio Tridentino.

Dari solebat ecclesia cathedralis in administrationem uel minori, ut Cardinali Neapolitano pro nepoti Pauli IIII.uel habenti aliam cathedralem in titulum. Administratio concedi potest ad plures cāthedrales.c.is cui, & ibi Geminia.de electio.lib.6. Hostien.in c.sua nobis olim.ad fi.eo.Mil.in Reper. in uersi.Administrator.Hodie secus fit, pro qua obseruatione moderna meliori pondero Concil. Triden.Sessio.7.7.in Decre.Refor.c.2.ibi. In titulum, seu commendam, aut alio quouis nomine &c. Verum quo ad interpretationem dicti conc. remitto me ad sanum iudicium Reuerendissimorum Cardinalium ad id deputatorum.

Administrator ecclesiæ ad tempus deputatus prout Episcopus Astoricen. administrator ecclesiæ Caurien.donec Carolus de Labors 20. annum suæ ætatis attigisset, an dicatur ordinarius, an delegatus? Quod delegatus probatur per dictum Bal: in l.prima, in nona quæstione.ff.de offic.consu.vbi dicit, quòd iurisdictio temporaliter data facit quē delegatum, non sit perpetuo, quia sicut ordinarius non potest deputari ad cerias causas, ita nec ad certom tempus, arguendo de re ad tempus. ad l.similes ita §.& quia diximus.ff.de mili.testa. Ange.consilio 123.uiso libello, post medium, uersiculo, sed arguendo. Corne.consilio 107. In hac consuetudine.numero decimo libro secundo, & Bald.sequuntur Purpura.Claudia. Seisel. & Riminal.in l.more maiorum.ff.de iurisdictione omnium iudicum. Verum quando iurisdictio conceditur illam aliàs habenti ut hic, aliud dicendum est, prout uoluit gloss. in capitu.is cui procuratio.in uersi.confirmatus.de electio.libro sexto. Et etiam Rota sic conclusit in casu proposito, quòd hic administrator habuerit iurisdictionem ordinariam. prout Dec.Put.223.incipiente. Episcopus Astoricen. libro secundo.

Quæsitum etiam fuit an administrator, de quo modo locuti fuimus posit deputare Vicarium generalem cum potestate conferendi? Pro opinio. negatiua uidetur tex.in capit. clericus.de offic. Vica. & Rota.410.in no.ubi quòd Vicarius Vicarium non constituit, nec locumtenentes Locumtenentem. Bald.in l.prima.§.Item a præfecto.ff.de legatis tertio, & faciunt pro hac opinio. alia adducta in Dec.Putei ducentesimouigesimoquarto, incipien. Secundò fuit dubitatum. libro secundo, ubi tamē dicitur in casu illo contrarium conclusum fuisse, & sic pro affirmatiua, & cōgruè respondetur ad contraria.

Licet

Licet hodie non cadat illa dubitatio an in prouisione nomen sancti exprimi debeat quando obtinetur cathedralis, cum prouisio fiat motu proprio & aliter quàm in prouisionibus aliorum beneficiorum ut præmisi, & pro negatiua, quòd in prouisione cathedralium non exprimatur nomen sancti est stylus notorius, & est opin. gloss. in c. quamuis plenissima. §. quamquam. in versi. non extendit. in fin. & ibi omnes. de præben. lib. 6. Dubiũ tamen est, an idem dicendum sit in ecclesia in loco in signi, & pro matrice, ac cathedrali habita, & sic uere cathedralis non sit, omissa disputatione, pro affirmatiua concludendum est, vt communiter voluerunt Doct. in allega. ca. quamuis, per text. in cap. causã carpen. plebis. de verbo. signif. ubi ecclesiã non cathedralis sub nomine loci appellatur. Idem etiam probat text. in cap. cum adeo. & ibi Imol. de rescr. & tex. in c. j. de mut. petitio. In isto tamen secundo casu non putarem subreptitiam, vel inualidam si nomen sancti exprimeretur, vel non exprimeretur. Vide Alle. Lap. 15. Idem est, cum mea addi. 2. & Alleg. 16. quæ subsequitur. & ibidem in mea addi. penul. in versi. nomen, iux. 2. æditio. ubi etiam refero limitationem Abb. ad pręalle. tex. in c. quamuis. versic. quamquam. cum gl. in uers. extenditur. iux. tex. ad fi. in c. sacrosan. de electio.

In supplicationibus prouisionum per obitum signandis per Papam nulla reseruatio expressa, vel exprimenda denegari consueuit, & propterea admittuntur clausulæ, videlicet specialiter, vel generaliter reseruatum, & altera, & cum clausula generalem reseruationem importante, ex quauis causa et dispositiuè, vel conditionaliter exprimenda. De expressionibus generalibus, & specialibus videatur. Rot. 788. in antiq. & 338. in no. Fel. in ca. in nostra. in 5. core. de rescr. Et pro clausulis præmissis Geminia. consi. 12. ubi etiam declarat quot sint reseruationes, post medium, ver. secundo quia tacuit reseruationes, vsque ad fi. consi. Sarnen. in trac. mand. de prouiden. num. 114. Rebuff. in praxi Benefi. in for. signa. in uersic. specialiter, vel generaliter cum ijs, quę subijcit. & in uers. Et cum clausula, generalem reseruationem.

Nisi apponeretur illa uerba. reseruatum &c. gratia esset inualida non facta mentione reseruationis iuxta Regulam cancel. 62. Calder. consi. 7. de rescr. Paris. consi. 138. uol. 4. Et si concurrant plures reseruationes de omnibus mentio fieri debet, dicto consil. Calder. 1. Geminia. & Franc. in cap. secundo, de præb. lib. 6.

Beneficia si vacant per assecutionem, aut constitutionem, execrabilis. seu c. de multa. de præben. uel per deuolutionem, seu non promotionem ad sacros ordines, & de alijs vacandi modis, ubi beneficia habent possessores, tunc in supplicationib. per Cardinales signandis reseruatio prædicta etiã deleri non debet.

Affectum &c. Clausula, concedi consueuit, & clausula, etiam si reseruatum &c. Et de hac qualitate mentio etiam facienda est, alioqui gratia subreptitia esset, affectio enim reseruationis vim habet ut per Rebuff. in praxi beneficiaria, in formula signaturæ simplicis, in uersic. affectum, quę affectio causatur quando Papa manum apposuit. c. ut nostrum. de appell. cap. inter dilectos. de excess. præla. & ibi Doct. notant. Cassad. Dec. secunda, num. 10. de unio. & Dec. 37. super Regul. Cancella. nume. tertio.

Olim quando beneficia extra Curiam uacabant per ingressum religionis, aut contractum matrimonij, vel resignationem nulla cancellebatur reseruatio.

Beneficia valoris annui infra 200. ducatos non conceduntur Cardinalibus neque in titulum, neq, in commendam, obstante Concilio Lateranen. de quo etiam per Cassad. Dec. secunda, de præben. & per Rebuff. in sua praxi, de rescr. in for. commu. nu. 21. ubi tamen quædam verba parum decentia, ac maledica subijcit. Ego pro Illustrissimo Domino meo Alphonso Carafa Cardinale Neapolitano Concilio Lateranen. prædicto derogari obtinui, noluique dubitationi locum relinquere, an videlicet ex quo Papa ex certa scientia commendauit uideretur aduersus concilium habilitare, conciliaris enim dispositionis, seu constitutionis expressa requiritur derogatio. Archidia. in cap. j. in uersic. noscatur. in fi. de constitu. lib. 6. Ioan. Andr. in cap. primo, de excess. præla. eodem lib. ad text. in ex parte. de cappel. mona. & cap. nonnulli, & in ca. eam te. ibi, Concilij non competit institutis. de rescr. Ioan. de silu. de benefi. parte tertia, quæstio. 11. nu. 31. Fely. in allega. c. nonnulli. post numerum secundum, de rescript. & ibidem cæteri. & tangam etiam infra versiculo, Quæro Papa commendauit.

Quæro an Concilium Lateranen. huiusmodi de collatione, & commenda loquens, locum sibi uendicet in retentione cum decreto, quòd priora beneficia non uacent, adeo quod sicut Cardinalis non potest obstante Concilio Lateranen. obtinere etiam in commendam beneficium non excedẽs annuum ualorem 200. ducatorum, ita etiam nec in promotione similiter retinere? Pro opin. negatiua ponderatur, quòd uerba Concilij aptari non possunt retentioni: dicunt enim, De cætero beneficia huiusmodi non conferantur, seu commendentur: hic nulla est collatio, seu commenda. cum igitur verba non conueniant dispositioni locus esse non potest. l. dies cautioni. §. toties. & ibi notat Barto. ff. de dam. infect. l. ita autem. in princ. & ibi Barto. ff. de admi. tuto. cap. indemnitatibus. §. penul. de electio. lib. sexto, Dom. meus consil. 222. uiso puncto. num. secundo, & consil. 364. uisis his. colum. 2. post medium. uersic. Et sic uerba statuti in retentione. Item Papa decernit beneficia non uacare, si non est uacatio, non est collatio, nec commenda, at retentio nihil de nouo tribuit.

Contra uerò ponderari potest, quò d eadem solemnitas, quæ in collatione, & commenda beneficij requiritur, necessaria etiam sit in retentione ubi Papa decernit non uacare prioria beneficia. ad Dec. Bellame. consilio 752. & in no. 331. Quod decretum si non adesset, beneficium de proximo uacaret, & sic tollitur illud uis, quod esset de proximo

ideo requiritur derogatio Concilij, præsertim quia etiam tractatur de preiudicio inferiorum clericorum. Amplius decretum huiusmodi uim collationis habet, ideo quod de collatione dicitur, debet locum habere in quasi collatione, seu in quasi prouisione, ubi eadem ratio militat, & materia fauorabilis est. prout Dec. Bellame. 472. Hæc ultima opin. per maiorem partem Rotæ tenta fuit in causa Brixien. Prioratus, ut Dec. Put. 433. lib. secundo, & eam sequor uti magis iuri consonam, ac clericis, & beneficijs proficuam.

Derogatio dicti Concilij ex tribus supposita fuit per Rotam in reseruatione regressus concessi per Leonem Cardinali de Medicis super parrochiali de Hinca. Primo quia concessio erat motu proprio.

Secundo quia erat narratum in supplicatione, quòd fructus non excedebant centum.

Tertio quia aderat clausula generalis in supplicatione, Non obstantibus constitutionibus &c. Apostolicis &c. ex istis tribus iunctis censeretur derogatum Concilio Lateranen. per Dec. Cassad. 4. de con. præben. & per Sarnen. in prima quæstione, Regu. de Impe. bene. uiuen. num. quinto, ubi quòd licet Concilio generali aliter non derogetur, nisi de illo expressa mentio fiat, hoc non procedat in clausulis, motu proprio, & ex certa scientia, quę plenitudinis potestati æquipollent. ad nota. in cap. ad hęc. de rescrip. & ibi Abb. num. septimo. Bald. in l. eos. num. j. Roma. consi. 369. circa primum. ante num. 29. Mil. in reper. in uersi. scientia certa. in princ. Andre. Barba. consi. 34. præclare optimus. colum. quinta, uersic. Et plus etiam in isto priuilegio. lib. secundo. Et quia in nepote Papæ arguebatur uoluntas Papæ præcisa. Tamen fuit dictum ut iterum disputaretur prout Dec. Putei 502. lib. 2. incipien. in una Maiorice.

Quæro Papa commendauit beneficium Cardinali motu proprio cum expressione ualoris ad centum duc. cum clausula. Non obstantibus, an fuerit necessaria derogatio Concilij? In Rota propositũ fuit dubium hoc per Chisanen. Duo ex Dominis Rotę pro negatiua sentiebant, quia clausula motus proprij unà cum certa scientia Papæ resultante ex ipso facto, ac clausula, Non obst. satis generali Cõcilio derogatum uideretur. ut per Fely. in c. nonnulli. in tertia fallentia, de rescript. Duo alij contrarium senserunt, quia ex supradictis non infertur scientia papæ, cum posset Papa non recordari de Concilio Lateranen.

Addo, quòd constitutioni conciliari difficilius derogatur, quàm alijs non conciliaribus. Et quam conciliarem constitutionem non præsumit Papam tollere uoluisse, uel ei derogare, nisi de illa expressa facta mentione. iuxta text. in cap. ex parte. de cappel. mona. Bald. in l. humanum. C. de legib. Dom. meus Phi. Dec. super rub. de consti. in secunda lect. num. septimo. Ego potius adhærerem primæ opin. quando enim in Principe concurrunt potestas, & uoluntas omnis actus perficitur iuxta Boetij sententiam, & tex. in l. si genero. C. de iure dotium, in l. cum te. ubi Bald. post princ. C. de dona. ante nupt.

Quòd Papa possit constitutioni conciliari derogare constat, quia Papa est super concilium, & a Papa concilium auctoritatem sumit, tota distin. 7. cap. si Papa. 40. distin. ac c. significasti. de electio. uersicu. Aiunt in concilijs statutum &c. Fely. in cap. super literis. num. 49. de rescript. & post Cardina. S. Sisti. & Ausr. de Anco. uoluit Æne. de Falco. in tracta. reserua. in primo prælud. ad finem. De uoluntate autem satis constat, cum Papa ut præmissum est motu proprio, & ex ceria scientia contulerit Cardinali beneficium expresso ualore annuo ad ducatos centum. Nec mihi ad rem uidetur responsio illa, quòd Papa fortè non recordabatur illius constitutionis conciliarij s, omnibus in Roma. Cur. notissimæ, & summus Pontifex omnia iura præsertim pontificia in scrinio pectoris habere cẽseat. Eo ipso igitur, quòd Papa contulit beneficium incapaci ex certa scientia, secum dispensasse censetur l. quidam consulebant. & ibi Bart. in secundo no. ac Ang. uersic. In tex. & Imol. colum. 2. u ersic. sed aduerte. ff. de re iudi. l. Imperiales. & ibi Bald. in §. similes. uersic. Idem ergo argumentum. C. de nupt. glo. j. in cap. eam te. de æta. & quali. Oldra. consilio 329. colum. secunda. Roman. consil. 307. Felyn. in capitu. præterea. columna tertia, de testibus cogend.

Quæro an Concilium Lateranen. prædictum prohibens Cardinalibus conferri, uel commendari beneficia non excedentia ualorem annuum 200. duc. locum sibi uendicet in præstimonijs? Plura ex argumentis, quæ ad partes facit licet in diuersis terminis And. Gambar. Dec. 22. incipien. Abulen. Beneficiorum coram Simoneta, huic nostro quæsito inseruire possunt, & etiam quæ scripsi in 38. q. 16. Regu. Cancella. iuxta secunda, editio. Ego opinio. affirmatiuam puto ueriorem, quicquid enim circa illorum institutionem dici possit, hodie præstimonia pro beneficijs ecclesiasticis habentur, & de illis ut de cæteris beneficijs disponitur. Et pro hac mea opin. est tex. in c. ultimo, post princ. de constit. præben. lib. 6. ubi præstimonia inter beneficia connumerantur, & facta mentione præstimoniorum, canonicatuum, parrochialium &c. subijcitur clausula. Et alijs quibuscunque beneficijs: illa dictio (alijs) implicat similitudinem, & idem in qualitate. l. si fugitiui. iun. gloss. vltima. C. de seru. fugi. ca. cum non ab homine. ibi, seu alio crimine. de iudi. c. sedes. ubi omnes. de rescript. Et quòd præstimonium uerè sit beneficium probo in 12. quęstio. Regu. Ann.

Quando Cardinalis in supplicatione commendæ de beneficio per obitum uacante sibi facienda narrat defunctum fuisse familiarem suum cõtinuũ commensalem, additur clausula. (Et ꝙ dispositiuè dicatur, ꝙ fuit familiaris continuus commensalis dicti Cardinalis) alioqui forsan poneretur familiaritas conditionaliter, nihilominus ualeret commẽda, hoc Papa non vult: pro qua additione uide Sarnen. de manda. de prouid. post nu. 115. uer. pro quo facit, qđ in simili &c. Sex menses dant Card. quoad beneficia suorũ familiariũ obtinẽda, ut. s. inf. sex mẽses illa beneficia resignare, seu dimittere dẽant: & licet

cet uidet dicendum, quod currant à die habitę possessionis, prout in similibus, & dissimilibus casibus uolunt iura, in l. diem, & ibi per Bartol. ff. de conditio. & demon. vbi quòd hæres iussus dare infra 30. dies ante hæreditatis aditionem cogi non potest, in cap. de multa, iunc. ibi nota de pręben. vbi Abb. nu. 6. in cap. licet canon. his autem. iunc. glo. in versiculo, annuum. & in cap. commissa. §. annus, de electio. li. 6. gloss. fin. in cap. si tibi concesso, de præben. eo. lib. & Sarnien. quest. 47. de Ann. fuit tamen conclusum in Rota in causa Sabinen. Archipræsbyteratus coram R. P. D. Anto. Augustino 26. Octob. 1548. sex menses huiusmodi non à die habitæ possessionis, sed à die prouisionis currere. Itē quando in supplicatione dicitur, à die habitæ possessionis, quòd requiratur derogatio Concilij Lateranen. prout dec. Card. Put. 25. de constit.

Constitutionem Concilij Lateranen. qua datur terminus sex mensium Cardinalibus ad resignandum beneficium minoris valoris ducentum duca, quòd currat à die prouisionis, nō a die adeptæ possessionis, declarauit Rota duabus præcipuè rationibus mota, tum quia tempus in dubio est continuū: tum quia Concilium voluerit auferre Cardinalibus commodum fructuum in ijs beneficijs, & constitutio illa semper loquitur de prouisione, & commēda, cui censeri debet appositus terminus, seu constitutum tempus. Et sic responderetur ad contraria supra proximè adducta quod a die adeptæ possessionis, interpretatio facienda esset super termino sex mensium, prout etiam notatur in l. 3. §. si quis hæredem, ff. de statu. lib, fuit dictum, quod in illis, & similib. casibus ideo expectabit adeptio possessionis, quia alià insurgeret deceptio, quæ in terminis nostris nulla adesset. Videnda erit decisio. Achil. prima, de constitutione quæ incipit, constitutionem Concilij.

Beneficia vacantia infra duas dietas a Rom. Cu. Pontifex confert, illorumque prouisionum supplicationes signat. Ratio est, quia sicut solus Papa confert beneficia vacantia in Curia, quippe quæ sibi reseruata sunt, & nemo alius illorum collatione se intromittere potest. cap. secundo, de præben. libro 6. extra. debito. inter communes. de electio. quæ constitutio ampliatur et procedere in beneficijs infra duas dietas vacantibus. c. præsenti. de præb. li. 6. sic & solus Papa beneficia intra duas dietas vacantia confert, supplicationesque collationum huiusmodi signat.

Intelligenda sunt proximè dicta, vt venientes ad Rom. Cur. seu ab ea recedentes infra duas dietas non habent proprium domicilium. pre alle. cap. pręsenti. versiculo. Dummodo ibi (etiam si erat ad ipsā curiā reuersus) eius domicilium seu domus propria non existat. & in libro nuncupato prouinciale, fol. 53. ver. Item beneficia Cardinalium.

Clausula (De præsenti mense Martij, seu alio veriori in literis exprimendo) rarò conceditur: tolluntur. enim omnia illa verba (Seu alio veriori in literis exprimendo). Rō pręcipua est, quia Paulus IIII. statuit episcopos residentes in sex anni mensibus, non residentes uero in quatuor beneficia suarum diœcesum conferre posse. Vult Papa in collatione beneficiorum per obitum uacantium certior reddi, an ille mensis uacationis sit episcopi, aut suus, licet enim cum quocunque ordinario concurrere possit, & beneficia totius orbis & etiam antequam uacent, conferre, & de illis ad libitum disponere, etiam cessante negligentia ordinariorum. cap. cuncta per mūdum. 9. q. 3. c. 2. de pręb. libro sexto. clemen. 1. in fi. ut lit. penden. Bal. in l. rescripta. C. de prec. impe. offe. Abb. in cap. quia diuersitatem, in 2. not. de cōces. præb. tamen quia Papa per suam Regulam concessit ordinarijs, ut liberè conferre possint in mensibus sex, uel quatuor, ut supra, non censetur eorum iuri preiudicare uelle. c. ex parte 2. in fi. & c. super eo uersus fin. de offic. deleg. cap. quamuis, de rescrip. libro 6.

Mensis mentio, dispositiuè faciendam esse vult Regul. Cancel. 8. mensium, non autem per clausulas generales, & habet decretum irritans, & sic forma substantialis inducitur, quæ ad unguem seruari debet, nec quid uariari, uel immutari poterit, aut per æquipollens suppleri. Bal. Ang. & uterque Imol. ac Ias. in l. 1. ff. de libe. & posthum. Rom. consil. 66. uiso. numero secundo. Ias. in l. non dubium post nu. 17. cap. de legib. Feli. in cap. cum dilecta. colum. 7. in 5. signo. de rescrip. Paris ex num. 19. Ad solutionem. nu. 187. li. 2

An autem in impetratione beneficiorum reseruatorum necessaria sit mentio mensis? uidetur affirmatiuè respondendum ex uerbis Regu. Reseruatoriæ 8. mensium, quæ generaliter loquitur de omnibus, & sic singulis beneficijs. & sic omnia penitus, comprehendentur, ad glo. in cap. ut circa. §. vlti. in uersiculo, & omnia & singula. de electio. lib. 6. Bald. in l. si cui. §. in filio. ff. de leg. 1. & per alios, quos cito in 2. q. Regu. 31. Quod commis. cau. nu. 2. ergo & de beneficijs etiam reseruatis. Contrarium conclusit Rota 27. Martij 1547. prout Dec. Accoram. 70. lib. secundo, incipien. Mensis non est. per rationes, de quibus ibi, inter quas illa præcipua uidetur, quia cesset ratio finalis Regulæ in beneficijs reseruatis, cum Papa solus de illis disponat. Idem habemus Dec. pag. 106. lib. 1

Si quæ uacant ad præsens beneficia commendamus N. uerba in gratia per Papam facta an comprehendant etiam beneficia uacantia in mense Septembris, uel alterius mensis ordinarij? affirmatiuè conclusum fuit 18. Octob. 1547. prout Dec. 50. Fab. Accoramb. libro secundo, incipien. per illa uerba. Ex quo Papa usus fuerit iure suo ordinario, & quo ad hoc nullam oportet mentionem facere utrum mensis fuerit apostolicus, uel ordinarius, & sic utēs iure suo nulli iniuriam faciebat Staphil. super sign. fol. 7. Et de expressione mensis, & pro Regu. de superdita uideantur etiam Dec. Paleot. 122. incipiēs Iam bis. ac 222. & 271.

Quando petitur, quòd uerus ualor exprimi possit, Papa tollit clausulam, alioqui posset exprimi valor ad quancunque summam: quod maximè procederet, cum de iure ualoris huiusmodi expressio non requiratur, glo. in clemen. 1. in uersiculo, dispēsantes. ante medium, quam ibi sequuntur Cardin.

&

& Imol.de præben. Abb.in cap.ad aures, colum. 3. & Felin.in prima concluſione.de reſcript. & ſic in materia fauorabili clauſula illa indefinita multum operabitur.

Sed quando conceditur clauſula (quòd uerior valor augeri poſſit) tunc venit tertia pars tantum, vt Dec. Caputaquen. 369. Hinc cognoſces, quòd clauſula per Rebuff.in Praxi beneficiaria in 3. par. ſignat.in verſiculo, nec nõ verus ualor, poſita parũ inſeruit, ex quo regulariter deletur, de ſtylo enim valor exprimi debet ex forma regulæ de ualore, & ad ea quæ ſcribunt Abb.& Felin.in cap.ad aures.de reſcrip.ſed illa clauſula (Quòd uerior ualor augeri poſſit) ſeu altera uidelicet (Augendo vel minuendo) quæ ſemper concedi ſolet, valde utilis eſt, de qua uideatur per Rebuff.ubi ſupra in uer. etiam in hac ſignat.

Melchior impetrauit beneficium exprimendo in ſupplicatione 80.cum clauſula Augendo uel minuendo uſque ad uerum ualorem in quantum opus fuerit, poſtea Franciſcus impetrauit beneficium cum ampla expreſsione, & qui obijciebat Melchiori falſam valoris expreſsionem in ſupplicatione. Melchior expediuit literas exprimẽdo valorem ad 180. ob clauſula illam appoſitam in ſua ſupplicatione augendo, uel minuendo, ſtatimque expeditis litteris nouam prouiſionem impetrauit uſque ad 300. & ſuper ea ſecundas literas expediuit: Franciſcus deinde utrãque gratiam impugnabat, primam quidem, quoniam de mala expreſsione conſtabat.

Secundo autem quoniam dicebat gratiam ſuam eſſe illa anteriorem, ſibique antea ius propoſitum, & ſic prius impetrans, ſeu prius ius habens præfertur.c. capitulum.de reſcrip.c. duobus. eod.libro 6. Rot.223. Nota quód in caſu, & 402. Nota ſi unus ex duobus.in anti. ac 100. & 106.in no.Gemin.conſilio 34.

Reſpondebat Melchior gratiam Franciſci omnino nullam eſſe, quoniam cum illa fuerit impetrata interim dum ius ſibi pendebat expediendi rectè literas propter clauſulam, Augendo vel minuendo, quamuis in primis literis malè expreſſerit tamẽ impediebatur interim Franciſcus beneficinm impetrare, cum illud non uacauerit niſi a die, quo literæ fuerunt malè expeditę, beneficium autem poſtquam uacauerit nõ autem ante, impetratur. cap. primo.§. cum uero. de conc.præben.cap.ſecundo, poſt princip.ibi, Quod non ſolum ipſa cum uacant. & capit. quamuis.de præbend.libro ſexto. Et cum huiuſmodi gratia ſupponeretur nulla intrabat noua prouiſio, ſuper qua litteræ erant rectè expeditæ. Ad hoc tamen replicabat Franciſcus Melchiorem effectum inhabilem ob non expreſsionem ueri ualoris in prima gratia, & ſic quod nec noua prouiſio ſibi ſuffragabatur. Datum fuit dubium in Rota an Melchior effectus ſit inhabilis ob non expreſsionem ueri ualoris in prima gratia taliter ut noua prouiſio ſuper ueniens non capiat uacationem ob non expreſſionem ueri ualoris in prima gratia. Pro parte Franciſci dicebatur mendacem doloſum inhabilem reddi ad illam rem conſequendum ſuperqua mentitus eſt.l.ultim.& ibi Bart.ff.de rei uindic.auten.Item ſi poſſeſſor.C.qui potio.in pigno.habe.Pari. conſ.67. numero 125.libro tertio. Et daretur occaſio fraudandi expeditores ſi poſt falſam valoris expreſsionem literarũ nouam prouiſionẽ ſanatoriam obtinere. Contrarium concluſum fuit in Rota diſtinguẽdo tamen duos caſus, primus eſt quãdo quis in prima gratia falſum expreſsit, deinde uigore clauſularum in ea contentarum ſecũdas literas expediuit, nulla de primo errore mentione facta, & tunc quia ſecundæ literæ pendant a primis, & hæc ſecunda gr̃a ſũpta eſt ex uentre primæ gr̃æ. q̃ uitioſa erat, ideo hæc ſecunda non ualet, niſi in ea uitium primæ narretur, & hic caſus ad rem noſtram non facit. Alter, & ſic noſter caſus eſt, ubi impetratur noua prouiſio, quæ cum prima gratia nihil commune habet, imo noua eſt gratia. Creſcen.Dec.11.incip. Impetrauerat quidam.ac 19.incip. epiſcopus Placenti. libro primo, & tunc nulla eſt lex, quæ dicat ob primam malam expreſsionem aliquem inhabilem effici ad hanc nouam prouiſionem obtinendam, nec pœna appoſita eſſe intelligi debet niſi in caſibus ĩu iure expræſsis.l.& ſi quis.§.idem Labeo.in fin.ff. de reli. & ſump.fune.ac §.cum igitur.ibi, Nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens.in auten.de non elige.ſecun. nuben.Bald.in l.ex teſtamento, colum.ultim.verſi. Iſta allegatio. C.de ſecun.nup.cap. is qui.2. reſpon. in fin.de ſenten.excommun.libro ſexto. Et Reg. de valore inficit gratiam, impetrantem autem nõ reddit.inhabilem. Nec expeditoribus fit præiudiciũ, quia ſuper nona prouiſione nouæ literæ expediendæ erunt, nec noua prouiſio impetrationis primæ inualidæ mentionem aliquam requirit. Imo ipſa noua prouiſio ſemper defectum aliquem ineſſe ſupponit ex illius uerbis apparet plura ex ijs inuenies in Dec. Paleot.188.incipien. Melchior.

Clauſula, Augendo uel minuendo &c.operatur, quòd gratia ob non expreſſum uerum valorem, ſubſtineatur donec impetrans deliberet quid in expeditione literarum uelit exprimere, prout latè in Dec. Accoramb.14.incipien.in una Arboren.libro ſecundo. Et quod habens clauſulam exprimendi, & augendi valorem, ſi ſemel certum ualorem expreſſit, non poſsit amplius augere, eſt Dec. Creſcen.19. libro primo.

Rotæ ſtilus antiquus eſt, vt ſi expreſsio valoris minor ſexta parte quàm debuerit facta, ut ualida habeatur: nec Regulæ de valore ſit locus, quando camera læditur ſolum in ſexta parte. Et hic ſtilus ex benignitate Rotæ introductis, fuit, put Dec. Caputaquen. 335. Rationem huius ſtili, & limitationis ad ſextam partem credo eſſe, quia ſexta pars dicitur modica, ſeu parua quantitas, prout per Bartol. in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum, numero 25. ff.pro ſocio.& Anchar.conſilio 138. de natura, ante nume. ſecundum.

Et in ſimili uidemus, quòd licer res eccleſiaſtica in emphyteuſim concedi non poſsit niſi adſit eccleſię utilitas.toto tit.de reb.eccle.non alie.& extrauagan. Ambitioſæ. Pauli. 11. eodem titul. inter commu.ſi tamen in locatione.ſeu emphyteuſi rei eccleſiaſticæ penſio ſit ſexta parte minor, quàm ipſius rei redditus, non dicitur locatio in damnum eccleſiæ.

siæ.§. quia uero Leonis.in Authen.de non alien. §. seu vers.in prædictis uero,in Auth.de alien. & emphi.collat.9.authen.perpetua.C.de sacrosan.eccles. canonizata in cap.secundo.§.perpetua.10. quæst.2. Alex. consilio septuagesimonono, circa primum, numero sexto, libro primo. Verum videri poterunt,quæ scribo super cap. primo, de in inte.resti. numero vigesimo,vbi probo enormem læsionem dici,quæ ascendit ad sextam partem veri precij,& hanc communem affirmat Curt. Iun. consilio. 79.in fin.

Nunquam debet dari clausula,videlicet (quòd in diœcesis vera exprimi possit) nisi ponantur verba,videlicet,in Italia, in Hispania,in Francia; vel in Alemania,& tũc cũ idioma scit impetras,quia Papa nollet dare Alemano beneficium in Hispania, vel in Vngaria &c. & Papa cuilibet in dubio de beneficio in sua diœcesi prouidere velle præsumitur. ad cap. neminem. 70. distinct. & ad ea, quę adduco in 43.quęst.26.Regu.& tangam etiam infra.

De falsa expressione diœcesis,& quòd si aliàs de corpore constet, quòd rescriptum non reddatur propterea inualidum, videatur tex.in cap.significante. vbi Host. Imol. But. Abb. & Fely. post alios de rescrip.& per Rebuff.in praxi bene.in 3.p. signa.pag.137.in ver.diœcesis,etiã verior expressio fieri poterit.

Clericus alicuius terræ,vel oppidi, nulli episcopo, seu superiori subiectæ uel subiecti, dubitari potest,quomodo in supplicationibus, & alijs scripturis se nominare debeat,licet enim quilibet clericus sub alicuius episcopi disciplina esse debeat, ne acephalus dici possit,iuxta tex.in capitu.nulla ratione.92.distinctio.& in capitu. Abbatibus. 18. quæstione secunda,priuilegiati tamẽ acephali non sunt, Papę enim subsunt,ipseque Papa eorum episcopus est,prout per gl. in alle.cap.nulla ratione.Expressio ex stilo ita in supplicatione fieri debet. Supplicat.S. V.deuotus illius orator Franciscus Pucius de Piscia clericus nullius diœcesis &c.

Neque conceditur, quòd situatio beneficij exprimi possit,propter fraudem,aliquando tamen cõceditur clausula(Etiam situationis,&c.)de qua clausula videatur Rebuff.in Praxi.in 3.par.signatu. in versiculo.etiam situationis,pag.135. Et nisi adsit clausula quod situatio exprimi possit, non veniet beneficium in ecclesia cathedrali: qualitas enim hæc narranda est.cap.quamuis.1.respon.2. de pręben. libro sexto. Felin. in cap. in nostra. numero 40.de rescript.Ioan.de Selu.de benef.parte 3.q.11. num.117

Nunquã debet prouideri alicui de beneficio extra suam nationem consistenti,argumento tex.in c. bonæ.2.ante fin.ibi.(Nec uellemus ei præficere alienum) de postu.prælat.& per nota.per Inno. in cap. quia diuersitatem,ante fin.de conces.præben.Abb. in cap.ad decorem.ante fin. de institu. vbi subdit, quod esset valde honestum, & fructuosum, vt quisque in patria sua obtineret, & sic vnus non occuparet beneficia uel stipendia alterius.Pro quibus videantur,quæ latius adduco in 41.quæstione.16 regul.Cancel.Quibus addo,quòd inter diuina maledicta connumeratur habere hominem ex aliena gente,qui non intelligatur.Deuteron.28.(Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem Aquilæ volantis cum impetu,cuius linguam intelligere non possis) & Hiere.c.5. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo &c.

In præceptorijs Hierosolymitanis, & similibus aliud dicẽdum est,hæ namque etiam ab exteris obtineri consueuere,etiam quia sic institutæ,& fundatæ fuere,vt per Rebuff. de nominatio. quæstione 15. numero 16.& in Praxi,de rescrip. mixtis,nu.9. De præceptorijs tracto in 11.quęst.3.Reg.Cancel. & q.11.Reg.de infir.

Indubitati iuris est,laycum, qui propbanus dicitur, seu sacris non initiatus,Bud.super l.1.§.exemplis.ff.de ædi.edi.incapacem esse beneficiorum ecclesiasticorum. capit. cum adeo.de rescrip. ante fi. & ibi per Host.Ioan.And.& alios cap.secundo, de institut.cap.ex literis,de transact.ratio est, quia spiritualia spiritualibus personis committenda sunt, Bald.in cap.decernimus. per illum text.de iudi. Et impetrans beneficium debet narrare se clericum. D.meus in d.c.cum adeo.nu.3.& Bero.in c.super literis.nu.72.de rescrip.

Amplia, quod collatio facta laico etiam postea superueniente clericatu non reualidetur,seu reuiuiscet argumento tex.in l quod in initio. ff. de regul. iur.& in cap. non firmatur. eod. libro sexto. Ioan. And.in pręalle.cap.secundo,de institutio. Phi.Frã. in cap.si pro cleric.colum.1.de præben.libro sexto; & habemus simile in l. ex eo. ff. de mili.testa. vbi q̃ quis non gaudet priuilegijs, militaribus prius, quàm ex eo tempore quo in numeris relatus sit.

Amplia etiam si is cui collatio fit incederet in habitu, & tonsura: vel esset clericus destinatione, seu in habitu,non autem in actu.Host.in c.2.de rescrip.in titu.de acti.seu pet.§.super petitione.num. 25. versiculo,quod de tonsurato. Ancha. in clem. 1. numero 1. & Imol. numero 10. de offic. vica. Cardi.in clemen.fin.ad fin. de rescr.Abb.in c.cum adeo.nu.3.eo.

Si laico cupienti militiæ clericali ascribi de beneficio prouidetur,Supplicationis formula a Signatura concedi solita est. Supplicat.N. Scholaris Bononien.quatenus sibi militiæ clericali ascribi,seu clericali caractere insigniri cupienti specialem gratiam faciendo,beneficium &c. per obitum, seu per resignationem,vel cessionem.M. vacan.conferre, seu conferri mãdare dignemini &c.videatur Rot.3u. no.quod clericus,num.2.in anti.Staphil.super sig. fol.25.in versiculo, similiter purus laicus incapax est.Sarnen. in tracta.expecta.num. 89. versiculo similiter purus laicus,Paris.consilio 125.an collatio. numero 16.volum.4.Abb.in cap.ex literis. de transact.Felin.in cap.cum adeo,num.5.versiculo.Et idẽ Host.de rescr.Et aduerte quod Abb. in alle. cap. ex literis.ante numerum quartum,dum inquit,vt quia Papa mandaret prouideri alicui scholari perito,supponere videtur,nisi ad sit expressum mandatum Papæ,& nisi prouidendus sit scholaris,& nisi sit scholaris

laris peritus, gratia, uel concessio claudicaret. Ex quibus infero, quòd Episcopus sua ordinaria auctoritate non poterit conferre beneficium non clerico, cum de iure non liceat. præalle. cap. cum adeo. & ibi Abb. & alij. de rescr.

Secundo infero, quòd stante rescripto Apostolico si collatio fiat non scholari inualida erit.

Tertio infero, quòd si fiat collatio in uim huiusmodi rescripti scholari imperito, hic non erit in tuto, saltem in foro poli, & hæc indies accidunt, ideo menti tenenda sunt.

Signatura addere consueuit (Quamprimum clericali caractere insignitus fuerit.) Et licet dictio quamprimum, mox, & simile cum certo temporis spatio intelligi debeant iuxta text. in l. ratum autem habere. ff. de solutio. & in l. quod enim. §. Iulianus ait. ff. tem rat. habe. & ad alia, quæ adduco in 27. quæst. tracta. de Æta. mino. num. secundo. Iuxta tamen terminos nostros interpretatio facienda est pro illico, seu statim. Ad tollendum autem omnem difficultatem subijci poterit clausula immediatè sequens. Nonnunquã in fauorem clericandi in eius prouisione conceditur clausula, videlicet. (Ex nũc prout ex tunc.) Quæ clausula notabilem effectum operatur, uidelicet perfectionem actus, de præsenti collato effectu in tempus futurum, & unum tempus censetur alteri inesse, seu principium trahitur ad finem, & econtra. l. si ita stipulatus fuero, si Titius, in princip. & ibi Bald. in secunda summa. ff. de verborum obligationibus. & in l. Arethusa. in prima lectu. colum. fina. uersic. extra quæro, quid si testator, ff. de stat. homi. idem Bald. in cap. primo, colum. sexta, num. 17. & ante. de mili. uasal. qui contu. est, in usi. feu. & in l. Gallus, §. nunc de lege, colum. prima, uers. si uerò coniungantur simul istæ dictiones. ff. de liber. & posthum. clemen. prima, cum ibi nota. de conces. præben. Alexan. post Ange. & Imol. in l. huiusmodi, num. 3. in secundo not. ff. de uerbo. obligatio. Alexan. cons. 83. uisa facti. post num. 8. uers. confirmatur hoc, lib. secundo. Corne. consilio 278. cuius nomen, ante num. 15. lib. 5. Felyn. in cap. licet causam, post nu. sextum, de proba. glo. prag. de conclu. eccle. Galli post princ. in uersi. ex nunc. Afflic. super Rub. quo tempo. mil. num. 33. Loffre. consil. nono, si pater, num. 13. & sequen. de constitutio. parte 3. limi. secunda, num. 16. Pro decenti ratione concessionis clausulæ. (Quamprimũ clericali &c.) pondero, quòd paria sunt aliquid facere te habili, uel inhabili, si effectus confertur ad tempus habile. l. quod sponsæ, C. de dona. ante nup. glos. in cap. in omnibus, octaua questio. prima, cap. de uxore, & ibi Abb. de sepulcr. Clausula prẽmissa. Ex nunc prout ex tunc, quando non sit retrotractiua ponit Card. in clemen. prima, columna penultima, in 15. opposit. de con. præben. & Deci. Pute. 160. lib. secundo.

Pulchrum dubium propositum fuit in Rota, prout Dec. Cardinalis Crescentij 169. de præben. Collatio Papæ facta erat eadem die ei, qui in partibus hora secunda noctis factus fuerat clericus, quærebatur in causa Parmen. coram Dom. Piccolomineo an esset inualida, tamquam facta inhabili, & laico, an uerò prẽsumendum esset, collationem subsecutam fuisse clericatum, pro qua ultima opin. conclusum fuit tum propter actus validitatem, ad not. per Ias. in l. qui fideicommis. C. de fideicom. & per Fely. in. cap. pastoralis, colum. tertia, de rescript. quæ præsumptio validitatis omnes alias superat. ad ca. quoniam Abbas. & ibi per Dominum meum, de offic. deleg. & per eundem Dec. cons. 344. applaudent, in fin. tum etiam propter horam certam clericatus, quæ anterioritatem præsumi facit, ad Bald. in l. imperator, in prima lectu. col. 3. num. 4. ff. de sta. homi. & ad alios, quos cito in quinta quæstio. 33. Regul. num. 4.

Aliud dubium fuit in Rota, Translata fuerat pensio in fauorem asserentis se clericum, & dum super inualiditate translationis pensionis litigaretur, probabat translatarius per testes se translationis pensionis tempore habitum, & tentum fuisse pro clerico, quòd sufficere uidebatur, ad Rot. 263. not. quòd talis, & 311. clericus existens, in antiq. Per aduersariũ autem productæ fuerunt litteræ clericatus translatarij, quæ habebant datam post huiusmodi translationem: unde Rota conclusit pro nullitate translationis, ueritatem communi reputationi præferens: in causa Barchinonen. pension. prout Dec. Peregrini secundo, de prẽsumptio. Vide etiam Gigan. de pensio. quæstione 22. a nu. octauo, usque ad finem, quæstio.

Clericatus illegitimi ex Rotæ obseruantia non probatur per communem famam, & reputationem. p con. Corne. 91. ut uoluit Rota 13. Octobris lib. primo. regulariter autem qualiter clericatus probet' tracto in undecima quæsto. 18. Regul. nume. decimo.

Quando non constat de corpore beneficij, tunc nõ debet dari. (Quòd nomen, & cognomen defuncti uerius exprimi possint) expressio unius dari potest. Cum igitur ponitur clausula. (Nominum, cognominum &c.) deletur cognominum, uel nominũ. uideatur Rot. 412. uo. impetrans licet acceptet, in anti. & cons. Paris. cons. 15. circa dubiorum, nu. 8. uolum. 4.

Clausula. Denominationum &c. concedi consueuit idest, quòd denominatio uerior, & expressior fieri possit & operabitur in expressione nominis sancti ecclesiæ, quæ impetratur, quæ necessaria est. gloss. & Ioan. Andr. in cap. quamuis. 1. in uers. non extendit. in fin. quem sequuntur ibi Ioan. Andr. post num. 3. & Gemini. cap. ult. uers. in fin. glo. de præben. lib. 6. Lap. Alle. 16. An ualeat. num. quinto. uers. vlt. dicit. ac Imol. in cap. cum adeo. de rescr. Cardi. in ca. cum in ueteri. in primo not. de electio. Felyn. in cap. cum accessissent. post princ. uers. Et quando nominarentur ecclesiæ. de constitu. Aimo cons. 104. num. 13. Io. de Sel. de Bene. parte 3. quæst. 11. num. ii. corrigi poterit, & sic uel suppleri denominatio sancti rescriptum non erit subreptitium.

Si in prouisione dicatur. (De ecclesia S. No. quæ forsan parrochialis existit, prouidere dignemini) cancellatur aliquando illa dictio, forsan, quę nihil certum ponit, sed dubium inducit, ut l. in commodato. §. sicut autem. ff. commod. l. in substitutione, iunct.

iunct.glo.in ver∫. fortè. ff. de vulg. & pup. nonnunquam clausula illa conceditur, & operatur, ac si assertiuè dictum fuisset, quòd est parrochialis.c.admonere.circa medium. iun. glo.in ver.si fortè.33.q.2.c.super literis.iun.gl. in ver. nisi forsan.de rescript. Rebuff. super concor. in for.manda.apost.in ver.dispensationum, in ver. vidi dubitari de eo.

Aperti iuris est, in impetratione beneficij exprimendā esse qualitatem curæ animarū. ita Fel. in cap.in nostra.in 10.core. & cæteri,de rescrip. Rot.1.nu.3.de offic.archipresb.in anti. D.meus in c.ad aures.nu.4.& Rip.num.19.de rescri. Et regulare est,quòd appellatione beneficij non veniat curatum,nisi de cura mentio fiat.c.illorum. de præb.c.cum illis,& ibi Anch.& alij. eo.lib.6. Ad minus igitur ponenda sunt verba in supplicatione,curatum &c. vel etiam si cura immineat animarum. Amplio, vt nec etiā sufficiat clausula, Et quòd præmissorum omnium, & singulorum maior, & verior expressio fieri possit in literis, Ac qualitatum &c. adhoc vt veniat curatum,seu ad excludendam subreptionem ob non factam mētionem curæ beneficij,ad ea, quę dicam infra de Noua prouisione, vers. At si in clausulis adsit.

Quando impetratur beneficium, & apponitur clausula,etiam si dignitas &c.nō venit dignitas curata. Rot.Bisigne.18. de præb. in antiq. ea ratione:quia (vt dixi) de eorum facienda est mentio,& ad supra adducta,& est tex.clarus in clem. 1.de præb.ac Cassiad.dec.12.in princip.eo. De officio,& administratione licet facienda sit mentio,tamē si signatura admittat illam clausulam, dignitas & c.illa expressio sufficiat, ac si expressum fuisset, quòd illud beneficium sit officium, vel administratio secundum Bisigne. dec. 19.de pb.in antiq.ac Fel. in c. sup literis.col.4.de rescr.

Quando dicitur in supplicatione,dignitas electiua &c.illa verba electiua &c.deleri solent,difficilè enim electioni derogatur,nec appellatione prouisionis venit electio.clem.1. §.ad hoc.& gl. in ca.pen.in ver. capitulum.de præb.Rot.877. in antiq. Card.consi.103. nu.12.Felyn.in alleg. c.in nostra.core.32.de rescript.

Si dictum fuerit prioratus ordinis Cirstorcien. dignitas conuentualis, vtique Papæ tale factum narratum fuit, vt inde intelligere potuerit, quòd erat electiuus, quia conuentus suam ponit electionem. Cassa.Dec.12. nu.6. de præb. Et ex interpretatione Cancellariæ, quæ est organum Papę. Hæc inuenies inter decis.Oradini posita in eius Dec.28.incipien. Nullius præposi.9.Ianuarij conclusum.

De expressione noīs, & cognominis defuncti videat Rot.219.licet impetrans,in no.gl.pragm. de colla.§.ita tamē,in ver.noīatorū.ver.sed si errat in mō acceptandi.Rebuff.in for. signa.in ver. Ludouici,& ego tracto in 56.q.Reg.de Ann.n.4

Beneficiorū vrbis simplices,ac nouas prouisiones Pontifex signat ēt,resignationes omnium canonicatuū &c. & non solum tanquā sit supra oēs prælatos mundi.c.cuncta per mundum.q.3. clem.j.in fi.vt lit.pend.sed ēt tanquā eps Romanus,ad c.si quis eps.ibi (Dignetur eps Romanus &c.) 2.q.6.& in superscriptione.c.multū.3.q.6. in superscrip.epistolę,inter claras.C.de sum.trin. l.victor.in prin.C.de sacros.eccl.c.j. de cōst.li.6.

In prouisione canonicatus,& pręhendę cōcedit clausula (Cū plenitudine iuris canonici) quæ semper ab ijs,qui sapiunt,apponit, vt cōprehendat stallum in choro,locum in capitulo,& omne aliud ius ad canonicos spectans,& ēt oēm honorem.c.proposuit,in fi.ibi (Mandamus quatenus amoto ab ea pręhenda quolibet detētore, eā ipsi cū plenitudine honoris canonici assignetis) de conces.præb.c.cū inter,in prin.de renunc. c.pro illorū,in fi.de præb.ibi (recipiant in canonicū,& ea quæ ad canonicatū pertinent,cū stallo chori, & loco capituli ei audeant assignare.) Videatur Inn.in c.in literis,de rest.spol.Abb. in c.cum inter,nu.1.& 2.de renun. Rom.cons.482.in casu, nu.2.Fel.in c.cum M.ante nu.24.de consti. Staphil.super signa.iuxta primā impres.fol.8. in pfa.ver.nascitur ēt alius effectus.Rebuff.super cōcord.de mand.apost.§.primus.ad fi. in ver. præbendis,& in forma mand.apost.in ver. cū plenitudine. In impetratione facienda canonicatus, & præbendę, seu in mentione faciēda beneficiorum obtentorum, non sufficit exprimere solum canonicatū,vel pręhendā solā,ea rōne: quia pōt quis esse pręhendatus sine canonicatu, vel canonicatus sine pręhenda.c.cum M. de consti.Rot. 66.de rescrip.in antiq.& 2.de præb.in antiquio. Fely.in c.cum adeo.nu.1. quod etiam voluit ibi domi. Abb.in 3.no.de rescr.

Regulare beneficiū si commendatur, quomodocunq; vacet, & inter clausulas ponat clausula (Et cum clausula commendæ cedendæ) clausula hmōi deleri semper debet, pp beneficium conuentuale,vel claustrale, quod loco commendati beneficij nō conuentualis,vel claustralis sic recipere posset, vnde indirectè consequi posset, qd nō directè,contra text. in l.athletas. §.sed & qui tūc quæstū.ff.de his qui nota.infa.gl.magistra in §.est autem casus.in ver.habeatur. Insti.de hære. instit.c.cum quid vna via.de reg.iur.lib.6.

Quando prouidetur monasterio monialiū de persona monialis illius, uel alterius monasterij, tunc dēt semper addi clausula (Et de consensu medietatis conuentus). Sed posita hac clausula quæro,an consensus hmōi pręstari debeat collegialiter,congregatis prius monialibus, an verò sufficiat, qp vt singulæ consentiant? Primam opi. veriorē puto,consensus.n.huiusmodi spectat ad illas tanquam ad corpus vniuersitatis, seu collegij,ad tex.in l.& suum.§.fi.& ibi per Doct. ff. de pact.non autem vt ad singulas, iuxta tex, in l.per fundum.ff.de serui.rusti.prædio. Et hanc distin an aliquid spectet ad plures tāquam ad corpus an tanquam ad singulos,facit Fed. de Sen.consi 65.infrascriptæ quæstiones, in 4.dub.

Nunquam debet prouideri monasterio monialium de persona mulieris secularis, cum illa

nesciat

nesciat obseruantiam ordinis, ergo secularis docere non pôt regulã ordinis; discere enim quisq; prius debet, quàm doceat. Diuus Hiero. in Epist. ad Paulinum presbyterum, de omnibus diuinę historiæ libris, ante medium. Hanc (inquit) vniuersi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. c. non negamus, in prin. 61. distin. c. officij. ver. maximè pro eo, ꝙ antequã esset discipulus, voluit esse magister. de elect. Alberi. in dicto. in ver. magister antequam discipulus. & si eã regulam, vel obseruantiam docere vellet, falsam, seu adulterinam doceret, argu. text. in §. hæc autem tria. in proœm. ff orum. c. fi. 49. dist.

Beneficia regularia cathedraliũ ecclesiarũ non conceduntur clericis secularibus per rõnem tex. in c. cum de beneficio. de præb. lib. 6. nisi ad sex menses à die adeptæ pacificæ possessionis computandos, & deinde in titulum cum opportuna habitus susceptione, & ꝓfessionis regularis emissione. Hæc duo requiruntur, ne professione, vel habitu discrepent. c. duo sunt genera. 1. respon. 12. q. 1. c. in noua. post medium. 16. q. 7.

Præceptoria Cęsaraugustana regularis cõcessa fuit per Papam clerico seculari in commendam perpetuam cum clausula (Attento quòd illa clericis secularibus commendari consueuit) probabatur vnica tantum concessio in similẽ commendam, dubitatũ fuit in Rota, an gratia hmõi subsisteret? Pro opin. affirmatiua videbatur facere doctr. Bart. per illum text. in l. Mela. §. sed si alimenta, nu. 1. ff. de ali. & ciba. leg. & Bart. in 1. in 2. q. C. quomo. & quan. iud. vbi vult solitum dici præcedente vnico actu, & ibi Paul. Cast. nu. 4. dicit cõem, licèt Raph. cõtrarium tenuerit. idem vult Alex. consi. 5. si vera, nu. 25. vol. 5. & hanc dicit cõem D. meus consi. 441. pręsens consultatio, nu. 11. Contrarium conclusit Rota, ꝙ immo commenda huiusmodi non valeret, ponderando ꝙ verbum, consueuit, requirit plures actus, ad nota. in l. 3. C. de episc. aud. & in l. 1. C. quæ sit long. consue. Et ex defectu intentionis, Domini de Rota dixerunt gratiam hmõi non subsistere, prout dec. Card. Crescen. x. sub tit. de præb.

Si Cardinali prouidetur de beneficio regulari, tunc ẽt dari debet in cõmendam, tenendo vnà cum alijs suis beneficijs, quæ obtinet, si verò daretur in titulum, tunc in fine dispensatio ponenda esset, vt illud obtinere posset, vt per Hierony. Pau. in lib. nuncupato Prouinc. fol. 53. a ter. ver. si Cardinali prouidetur.

Prioratus, siue administratio monachalis cõmitti alicui, vel conferri nõ potest, nisi ordinem monachalem expresè professo. cle. ne in agro. §. cæterum prioratus. de statu mona. c. cum de beneficio, iunc. gl. in ver. seculari. de præben. lib. 6. Bart. Cassan. consi. 20. nu. 32. & seq. Prouinciale fol. 54. a ter. vers. item nota, quòd prioratus, vbi limitat nisi in commendam daretur, tunc enim professio non requiritur.

Nouissimè circa commendas, & prouisiones monasteriorũ, Abbatiarum, prioratuum, &c. habemus Concil. Triden. Sess. vlt. de regul. c. 21. incip. cum pleraque monasteria.

Monaco non confertur beneficiũ seculare, dicente Moyse (Nõ Arabis in boue simul & asino) Deut. c. 22. c. in nona. 16. q. 7. & sic non debent esse homines diuersæ professionis in eadem ecclesia, præalleg. ca. cum de beneficio. vbi oẽs. de pręb. lib. 6. c. cum causam. ver. ꝙ cum secundum legem diuinã non sit in boue arandum, & asino, nec quisquã debeat vestẽ induere de lana, linoq; contextam. de elec. c. quidam. ver. cum aũt maledictus sit homo, qui terrã duabus vijs ingredit. de aposta. Et si monacus impetrat beneficiũ seculare, exprimere dẽt illud esse seculare. Bellamet. dec. 172. collatio facta. sequitur Fely. in c. in nña. n. 44. de resc. Amplio ẽt si sit facta gña motu proprio, rõ est, quia hic adest personæ inhabilitas, ꝗ ex clausula motus proprij non remouetur.

Regularẽ non posse obtinere parrochialẽ ecclesiam secularẽ voluerunt Rot. 262. & 483. Inn. & Bellam. 314. & 751. Staphi. super Signa. fol. 20. vers. sed si detur. Fely. in c. in nña. corre. 40. vers. octauo nota. Contrariũ notatur in c. parrochiali. 16. q. 1. & in c. quod Dei timorẽ. vbi Abb. hanc cõem affirmat. de sta. mona. Card. Alex. in c. priscis. 59. dist. Io. de Sel. de Benefi. par. 2. quęst. 24. Quòd canonicus regularis illam obtinere possit concordant oẽs, vt etiam dic. Dec. 262. & tenuit Rota 101. Nouembris 1354. prout Dec. Guidob. 94. incip. Et si decisio.

Quando impetrat beneficium per deuolutionẽ, de qua in c. 2. de conces. pręb. in ca. sicut. cum trib. seq. de suppl. neg. pręla. licèt non sit deuolutum, ponuntur verba videlicet (Seu per obitum cuiusdã. N. extra Ro. Cur. ẽt defuncti vacet, ẽt si spãliter &c.) vel (Ex eo quòd dictus N. fœlicis recordationis Iulij Papæ III. familiaris &c. Generaliter reseruatũ &c.) Cancellant oĩa illa verba videlicet (Seu per obitũ &c.) bulla enim diceret (Vt accepimus deuolutum, & postquã etiam si per obitum &c.) & sic valeret impetratio per obitum, etiam si beneficium non esset deuolutum, sicq; Papa deciperetur.

Qñ narrat beneficium deuolutum, tunc datur clausula (Et quòd vltimus verę vacationis modus, ẽt si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiã in corpore iuris clausula resultet, habetur pro expresso.) Quia verba deuolutionis sunt pauca. De deuolutione, & quomodo inducatur, & ad quid inuenta fuerit, declaro in 92. q. reg. de An. nu. 2. cum pluribus seq.

In beneficijs reseruatis Papæ nõ datur deuolutio, quia nullus inferior potest illa conferre, cum nõ possit dari negligentia, nec consequenter deuolutio. Nec obst. Dec. Cassad. 8. de præben. quia ideo ibi potuit dari deuolutio, ex quo archiepiscopus facultatẽ habebat conferendi et reseruata, ideo potuit dari in reseruatis deuolutio. & ita conclusit Rota 15. Ianuarij 1554. in Placentin. de Valuerde. corã D. Ant. Aug. prout Dec. Guidob. 118. incip. fuit tentum.

Gratificatio dari non deberet, quando est certa beneficij vacatio, cùm Papa non soleat de vno bene-

beneficio duobus eodem modo prouidere, ꝑſertim hodie. Gratificationis aũt clauſula ponit̃ ſub ijs verbis vcȝ. (Et cum clauſula gratificationis) ſeu (Cum opportuna gratificatione, quatenus illi locus ſit, latiſſime extenden.) quæ clauſula operatur, vt illa munitus alterum excludat, prout per Prob. in addi. ad Mona. in c. duob. de reſcr. lib. 6. & in tract. penſi. par. 1. q. 18. nu. 55. Caſſa. dec. 2. de renun. Pro qua clauſula videri poterunt, quæ poſui in 15. q. 33. Reg. nu. 12. & ſeq. Et hanc clauſulam gratificationis habens, anterior fingitur vt dixit Collecta. in c. eccleſiæ. nu. 6. de ſortileg. ſequitur Paleot. Dec. 68. in Salamantin. Beneficij. col. 2. uer. Ex quo infertur. Gratificationis autem clauſula, ꝙ priuilegium poſſeſſionis non tollat eſt Dec. Put. 299. lib. 2. Apoſtolicus habens clauſulam anteferri an ꝑferri debeat ordinario, quiin data & cæteris concurrebat cum Apoſtolico, ſed ordinarius poſtea habuerat poſſeſſionem. Nõnulli dicebant ex quo clauſula gratificationis operabat̃ effectũ ſuũ ſtatim, poſſeſſionem poſtea ſuper uenientem non operari. Maior tñ pars Dñorum de Rota aliter ſenſit, & ita iudicatũ fuit, per c. ſi a ſede. de præb. li. 6. vȝ, ꝙ ꝑferri deberet ordinarius poſſeſſio. n. ſuperueniens operabatur ac ſi a principio ſuperueniſſet, & retrotrahebatur. Et clauſula operatur dato concurſu litigantium, at tpe gratificationis faciendæ non erant pares propter poſſeſſionem, vt in ſpecie eſt Deciſio Simonet. ſexta incipiens, in cauſa Leodien. coram Staphileo.

De gratificatione ẽt ĩ iure ciuili habemus tex. in l. ſi quis in graui, ver. quare & ſi ſeruus mulieris marito dño magis auxilio fuit, quàm dñę, vel econtra, dicendum eſt ignoſci ei debere. ff. ad Syllenia. in l. qui poterat, ad fi. ibi quorundã gratificari uolentium ijs, quib. hæreditas relicta eſt. ff. ad Treb. & in l. fi. ibi, & electio erit hæredis, & gratificationi locus. ubi glo. in verſ. gratificationi, dat concor. ff. de reli. & ſum. fune. l. in nauem. iun. gl. in ver. duntaxat, in fi. ff. loca. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos, cum glo. in ver. debere, prope fin. ver. & nota hic gratificationi eſſe locum. ff. de lega. 2. Et ꝙ gratificatio non fiat per viam iuſtitiæ: immò ꝙ habere aliquid per gratificationem, vel habere iuſtè, diuerſa ſint, & oppoſita, probat tex. in l. pupillus, ver. diſtinguimus, an per gratificationem, cum ijs quæ ſequuntur. ff. quæ in fraud. cred.

Clauſula etiam (Anteferri) in impetrationibus per obitũ pariter deleri debet, alioqui ſecundo ꝓuiſum, ſeu debii us ius habentẽ prius ꝓuiſo, ſeu validiori iure fulcito, contra iuris regulam, & cõtra æquitatem plerunq. ꝑferri contingeret, ad c. penul. de præb. lib. 6. Io. And. in c. mandatum. & ibi omnes, de reſcri. Rot. in not. 9. Innocentianus qui. de re. permu. Pro qua clauſula (anteferri) videatur omnino alleg. Lapi. 79. Innocentius nu. j. conſ. Card. 136. factum ſic ſe habet, vacantib. Belle. conſi. 33. ꝙ ſi col. 7. concl. 7. in addi. ad Io. Mona. c. cum cui. de præb. lib. 6. Sarnen. de manda. de prou. nu. 117. & Fel. in c. cauſam, col. 13. & in c. capitulum, nu. 6. & ante, de reſcrip.

Effectus igitur clauſulæ (anteferri) erit vt ſecũdus impetrans prius impetranti præferetur. c. auctoritate. de conceſ. præben. lib. 6. Gloſſ. Prag. de collat. §. item voluit. in uer. retrotractiua. & ſic contra regulam. c. capitulum. de reſcrip. c. tibi qui & c. duobus. eo. tit. lib. 6. Rot. 223. no. ꝙ in caſu. & 401. not. ſi unus, in anti. & 100. ſi vnus. & 106. gratiæ in forma, in no. & contra text. in l. quoties in utriuſque. ff. de reg. iur. & c. qui prior. eod. lib. 6.

An autem propter clauſulam (anteferri) ſecundus præferatur primo habenti ius in re, concludendum eſt negatiue, ſed ꝙ ſolum habenti ius ad rem, prælleg. c. auctoritate. Arch. & Gem. in c. ſi poſtquam. de præb. lib. 6. gl. prag. de collat. §. cui rei, in ver. antelationum.

Sine præiudicio aliorum ſimiles gratias proſequentium clauſula addita fuit per Signaturam gratiæ ſupplicationi ſuper canonicatu, & prębenda, ni aderant clauſulæ, Motu proprio, Ex certa ſcientia. De plenitudine poteſtatis, Quod non poſſit dari de defectu intentionis, & ꝙ non admitteretur probatio in contrarium: In altera vero gratia ad eoſdem canonicatum, & prębendam non aderant in fauorem alterius iſtæ clauſulæ. Quærebatur data paritate in cæteris præterquã in clauſulis præmiſſis gratiæ hmõi an poſſint dici ſimiles, vel diſſimiles? conclusũ fuit ĩ Rota in Taruiſin. Canonicatus pro prima opin. & ſic ꝙ in effectu eſſent ſimiles. prout Dec. Paleot. 33. 1. incipien. Dubium propoſui, ea ratione, quòd ſufficiat ſimilitudo in eo, de quo principaliter agit̃, pro quo citabatur Dec. in c. tranſlato. vcȝ. in 2. lectu. nu. 24. & in 2. dicto nu. col. ult. uerſi. circa 2. concl. De quo etiam per Doct. in l. quod Nerua. ff. depoſ.

Epi non poſſunt dici familiares Cardinalium ꝑpter ipſorum præeminentem dignitatem, imo Papa ipſos fratres appellat. cap. cum olim frater epiſcope. de præſcrip. cap. ex parte. 1. in princ. & poſtea ibi. aliàs ad te frater Eboracen. de offic. de leg. Cardinales uerò non epiſcopos filios nominat, vt per Rebuf. ſuper concor. in forma mand. apoſtolici, in verſic. fratri, pag. 527. poni tamen, & concedi conſueuit clauſula (Et quòd exprimi poſſit, an dictus N. epiſcopus fuerit familiaris cõtinuus commenſalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus erat) de qua per Staphil. ſuper ſignatur. fol. 50. a tert. uerſicu. primum quod in indulto.

Illi clauſulæ (Et quòd ultimus veræ vacationis modus, ſi ex illo quæuis generalis reſeruatio etiam in corpore iuris clauſa reſultet, habeatur pro expreſſo) adduntur hæc verba, videlicet (Præterquam per obitum apud ſedem) pro quibus videatur Sarnen. in tract. manda. de prouiden. ante numerum centeſimumdecimumſextũ. verſic. putarem tamen, quòd quando impetrantur, &c.

Quando ponit̃ clauſula videlicet (Et cum ſuſpẽſione quarumcunq; reſeruationũ, unionum, gratiarum

tiarum expectatiuarum &c.) illa uerba semper deleri dēnt, quia plures tenent, ꝙ reseruationes, uniones &c. tunc qñ beneficia uacant, sint sortitæ effectum, qui autem plenius scire voluerit, quot modis vnio sortiatur effectum, videat, quę scripsi in 5. quæstio. 12. regu. Cancell. reuocatoriæ vnionum.

Suspensionis hmōi clausula nonnunquā conceditur, & quid operet vide Cassa. dec. 10. de conces. præb. & dec. 5. nu. 2. & 4. dec. seq. de reseruat. ubi inter alia discutit, an illa clausula præseruet gratiam, quam suspendit. De clausula suspensionis loquar etiam infra, dum de resignationib. tractabo.

Qñ in supplicatione Cardinalis ponitur derogatio priuilegiorum, & indultorum populo R. concessorum, de qua infra de derogationibus illa superflua est, cū Cardinales sint, & habeant pro ciuib. Romanis, & isti uerè sunt patritij scripti in diademate principis, cuius dñr verè filij, & plus alijs priuilegiati reperiuntur. Io. Andr. in c. vni. de scisma. lib. 6. c. 1. de off. leg. eo. lib. & Romæ, seu alibi vbi summus Pontifex reperitur, residere tenentur. c. bonæ. c. 1. de postul. prael. ibi, Cardinalis præsentia vtilior &c. c. 2. de cler. non resid.

Et ꝙ Cardinalis haberi debeat pro ciue Romano, & gaudere debeat statutis, & priuilegijs Romanis, probo a simili, vel ab identitate rōnis, seu à fortiori: clerici. n. seu monaci in aliqua ciuitate existentes gaudent priuilegijs ciuitatis illius, ea præsertim rōne: quia sustinent onera spiritualia in loco, & illorū orationib. conseruatur ciuitas, & illorum ministerijs, & sacrificijs, & liberamur a peccatis, & in necessitatibus laicorū participāt in omnib. vt per Anch. cons. 61. 11. q. vers. præterea ecclesia. Paul. Castr. cons. 196 ad primum. col. 1. Dec. cons. 114. & pro tenui, col. 2. ad fi. Rip. resp. 4. nu. 9. de legi. Præmissa multo magis militant in Cardinalibus, quorum etiam cōsilio & Vrbs, & orbis Christianus regitur, & gubernatur.

Quando in prouisionibus dignitatum maiorum, vel principalium exprimuntur fructus 34. floren. vel 4. mar. & in clausulis ponuntur verba, videlicet, Quòd fructus augeri possint ad verū valorem, regula non obstante, tolluntur hæc verba, quia Papa non daret forsan beneficium talis valoris, ad c. ad aures. & ibi per doct. de rescrip.

Magistratus, siue prioratus ordinis sanctæ Trinitatis redemptionis captiuorum non commendantur, sed semper dantur in titulum.

Hospitalia non conferuntur, sed eorum administratio, vel gubernum conceditur, redditus verò in personarum miserabilium vsum conuertuntur, clem. quia contingit §. vt autem, de relig. domi. clem. per literas. & ibi doct. de præb. Rot. 583. quidam in ciuitate, in antiq. Fely. in c. in nostra. core 22. de rescr. Syl. de bene. par. 3. q. 2. nu. 10. in 11. quali. Bonifa. Vital. in clem. dispendiosam, nu. 31. de iudi.

Hospitalarij autem tutoribus, & curatoribus æquiparantur. Bal. in l. beneficium, in 1. lect. post nu. 6. ff. de const. princ. Rot. 71. no. ꝙ ubi, in antiq. Soc. cons. 181. uisis capitulis, nu. 1. vers. nam prędicti massarij, li. 2. & ideo adimi debēt illa verba, videlicet (Ex quauis cā in literis exprimenda.)

Eremitoria si conferantur, pro illis clausula præmissa concedi debet. De eremo, & eremitis loquar infra, dum de licentia testandi tractabo.

Aduertendum tamen est, quòd aliqua hospitalia in titulum cōferuntur, & in illis aliud dicendum esset, ad consi. Fede. de Sen. 130. factum tale est, quædam domus, per Io. Fran. Paui. in trac. de offic. ac pote. cap. sede vacan. in j. q. 2. par. nu. 5. & seq. vers. & idem credo de hospitalibus.

Monasteria ualoris vltra ducentum ducatos non dantur per signaturam, sed consistorialiter, & hæc sunt reseruata per reg. 2. Cancel. videri poterunt quæ super ea scripsi.

Clausula, & cum absolutione à censuris, ordinaria est, & semper conceditur ad effectum, ne dubitari contingat, an impetrans tempore datæ gratiæ esset excommunicatus, prouisio. n. facta excōicato inualida est. c. postulasti. de cle. excommini. c. cū dilectus. cum gl. in ver. a suspensis, de consu. Bal. in c. decernimus. per illum tex. de iud.

Amplia etiam si excommunicatus sit ocultus, vel excommunicationem ignoret. Rot. Bellam. 69. decretum reformationis, col. 2. vers. & hinc est. & Casia. dec. 1. & 17. nu. 6. de præb. In quibus autem excommunicatio non obsit, & in quibus differat ignorans se excommunicatum ab eo qui scit, vide Rot. 195. acceptata. in nou. cum sua addi. præall. dec. Bellame. 66. & Cassa. 1. de præben. ac Fely. in c. 2. col. 2. post nu. 4. de rescr.

Amplia, etiam si collatio, vel prouisio fieret motu proprio. Card. in clem. 1. §. 1. q. 4. de relig. domi.

Amplia, siue quis sit excommunicatus a iure, siue ab homine. Imol. in c. cum dilectus. in gl. magna, cir. fi. de consuet. Rot. 363. no. quòd excommunicatio, in antiq.

Amplia, vt nec collatio, seu prouisio facta excommunicato superueniente absolutione subsistat, seu ualida reddatur non superueniente noua collatione, seu prouisione, ad c. dudum. 1. de elec. c. non firmatur. de reg. iur. lib. 6.

Clausula, quæ in literis apostolicis ad effectū, vt si prouisio fiat excommunicato subsistat, huiusmodi tenoris est, videlicet. Teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, uel ab homine quauis occasione latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequere harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes. De qua clausula, quam a Papa Benedicto se obtinuisse refert Alber. de Rosa. cū Mediolanensium orator esset, loquitur in l. a procedente, in prin. C. de dilatio. de qua etiam D. meus in c. Apostolicæ. col. 2. versic. vlt. prædictæ regulæ, de exceptio.

Aliquando illi clausulæ additur etiam in casibus Regulæ de Insordescen. quod tangam infra inter derogationes regularum.

Quid

Quid autem si non adsit hæc clausula cum absolutione a censuris. vel etiam simus in prouisione facta ab ordinario, & fidem faciat pœnitentiarius in confessione se absoluisse a censuris? Videantur Calder. consil. o secnndo, sub titul. de testib. ac Fel. in cap. veniens, secundo, numero trigesimoprimo, & n cap. testimonium. colum. penul. eodem titu. de testib. ac Dec. Crescen. centesimasexagesimatertia, libro primo. incipiens absolutio uero in foro contentioso.

Clausula in corpore supplicationis [quod obstātiæ beneficiales, ac dispensationes oratoris, seu oratorum habeanrur pro expressis] ante hoc tempus indistinctè concedebātur, & erant magni momenti, quia non erat opus narrare quæ beneficia orator iā obtinuisset, quotcunque essent, dummodo non essent incompatibilia illi, de quo denuo ꝓuidebatur, nec erat opus dispensationis obtentæ mentioncm facere: nunc clausula prædicta semper tollitur in prouisionibus per obitum, vnde necesse est impetranti beneficiorum omnium, quæ iam obtinuerat, singularem, & specificam mentionem facere, alioqui gratia omnino inualida esset. cap. cum adeo, & c. postulati. c. si proponente, de rescri. c. cum teneamur, cū gloss. in versiculo, sustentari, post princ. & cap. super inordinata, cum glo. fin. in fi. de pręb. c. si motu proprio, in 2. respon. & ibi glo. in uersiculo, modicum, & gloss. sequen. & glo. in cap. is, cui. in uersiculo. sufficiens, de præben. libro sexto. vbi colligitur ampliatio, etiam si beneficium iam obtentum esset modicum, vt etiam de illo mentio fieri debeat, dū aliud obtinetur.

Clausula prædicta [& quòd obstantię ac beneficiales] etiam hodie datur in resignationibus seu cessionibus, & pro illis pensionarijs, quibus per Papā pensiones ex causa pronisionum per obitum seruantur. An autem in illis casibus, in quibus quando clausula huiusmodi concedi consueuit legatus de latere possit illa clausula vti, seu illam concedere, ad partes discutit Luc. Pau. & Rosel. in indice ad opera Fran. Aret. in versiculo, legatus siuc, quem doct. ad hoc citat Reb. super concord. in for. manda. Aposto. in versic. pro expressis, versicu. an legatus de latere.

In gratia [perinde valere] deberet etiam concedi dicta clausula. Et [quòd obstantiæ ac beneficiales] prout annotauit Hiero. Pau. in suis reeollectis, fol. 64. dum de perinde valere loquitur vers. item not. ꝙ in dicta gratia ponuntur non obstantię beneficiales.

Clausula [Nec non causæ annullatiuę, & infectiuæ etiam proprii tituli, ac possessionis exprimi possint] concedi solet, sed aliquando delentur illa verba: ac possessionis, quæ si fuissent in casu posito ꝑ Cassa. deci. 6. de præbend. mea quidem sententia cōtrarium decidendum erat, & sic non obstitisset præcedens occupatio, nec etiam mala fructuum præceptio, sed in terminis Cassa. vel dicta verba [Et possessionis] per signaturam deleta fuerant, vel ꝑ ignauiam formantis supplicationem posita non erant. Pro hac clausula videri etiam poterit Deci. Paleot. 280. incipiens, vacauerunt canonicatus.

Et ꝙ in gratijs beneficiarijs necessaria sit mentio præcedentis intrusionis, seu occupationis, voluerūt Calderi. consi. 13. de rescrip. ac consi. 11. de pręben. Bald. in c. liitetis. colum. 2. in 6. quæstione, de restit. spoli. Gemin. in c. eum qui. §. insuper, versus fi. ver. sed an iuuaret, & Fran. colum. 2. de præben. libro 6. Abb. in cap. cum iandudum. colum. 1. ver. & ex isto. eo. & in c. qualiter, in fin. versic. Et nota istud. in c. per inquisitionem. colum. 2. versic. No. quòd intrusos, & in c. quisquis. colum. 1. versic. Et ex hoc. de electio. Mil. in reper. in ver. gratiam beneficialem impetrans tenetur. Felin. in cap. in nostra. in 2. coro. & in cap. postulasti. col. pen. versic. per dictam glos. de te script. Bertran. consilio 24. colum. fina. versicu. Et quia idem, libro secundo, in secundis. Gramma. consil. ciui. 144. colum. 1. Ioan. de Selua de Benefi. p. 3. quæstione 11. in 5. quali. sic & de fructibus male. perceptis mentio fieri debet, vt infra de Abso. à mala fruct. percept. & per Bero. consi. 12. in causa. nume. 8. & 14. libro primo. pro præmissis adduco etiam Ioan. And. in cap. dudum, de elect. Abb. in cap. ad aures, de rescrip. Ancher. & Cardin. in clem. per liras, de præben.

DEROGATIONES
Iurispatronatus.

Derogationibus iurispatronatus quando sit locus, & quomodo prætendæ, & concedendæ sint, habemus regulam 40. iuxta ordinem antiquū. ibi latius tangam omnia quæ hic desiderari possint, interim pauca subijciam.

Iuripatronatus laicorum solus Papa deroget, gl. communiter approbata in clem. 2. in ver. apostolicis. de prębend. Innocen. & alij in cap. cum dilectus. de iur. patro. in cap. illud. ad fin. eo. tit. & in disputa. incipien. Augerius colum. 5. Foan. And. Geminia. & Franci. in cap. secundo. de prębend. libro sexto. Feli. in tracta. quan. litę. apo. noce. patro. colum. 2. Rocc. in tract. iur. patr. in versiculo, honorificum. quęst. 3. Et hoc barbaræ gentes inuitis dentibus fareri cogūtur, ratio est, quia laici illud habent ex meta gratia ipsius Papę. Arch. in cap. si quis, numero tertio, 16. quęstio. 3. Rot. 33. supposito. ante num. 8. Mil. in reper. in. ver. Papa potest derogare etiam iuripatronatus, & doct. communiter in cap. quanto. de iudic. in cap. 1. de pręben. & in c. quoniam. de iu. patron. Et de derogatione iurispatronatus præterquam ex dotatione videatur Dec. Put. 391. & 488. li. 2.

Derogatur iuripatronatus laicorum, etiam nobiliū, & illustrium, quando est ex fundatione, vel dotatione pro medietaie, & hoc ex gratia, cum tali iuripatronatus non facilè derogandum sit. Anto. de Butr. Abbas. & Card. in c. dilectus. ad fi. de offi. lega. Feli. in tract. quan. lite. Apo. noce. patro. in 11. limi. Roc. in tract. iu. patr. in ver. competens alicui, quæst. 24. ver. limita. De derogatione iurispatronatus pro dimidia plenè tract. Augu. Bero. in ca. 1. nu. 78. & seq. de iu. patro.

Dum vacant beneficia per obitum apud sedem derogatur etiam in totum, rationem eam esse crediderim, quia licet plenaria dispositio beneficiorum, ecclesiasticorum ad Papam pertineat, collationem tamen beneficiorum apud sedem apostolicam vacantium specialius cęteris antiqua consuetudo Romanis Pontificibus reseruauit, prout ad literam dicit tex. in cap. 2. de præben. li. 6. c. præsenti. eod. titu. & lib. extra. debito Ioan. 22. inter commu. sub tit. de electio.

Regum iuri patronatus nunquam derogatur, et si beneficia apud sedem vacarent per obitum. Ioã. Mona. Ioan. Andr. & Gemin. in c. 2. de præben. lib. 6. Paris. consil. 114. cum reseruatio, num. 14. 18. & sequen. vol. 4 Staph. super signa. de modo, & for. impetr. ver. Tertio an sit locus. Rebuff. in 3. par. signa. num. 64. Lamber. de iu. patr. li. 1. p. 3. q. 9. art. 11. Rebuff. in praxi bene. p. 3. signa. nu. 68.

Iuripatronatus laicorum Papa in dubio præiudicare velle non censetur, nec præsumitur, nisi exprimat, vel expresse deroget. glo. in clem. 2. in versic. apostolicis. de præben. quam sequitur Abb. in c. dilectus. de offic. leg. nu. 4. vbi hanc communem testatur. Idem voluerunt Doct. in c. dilectus, & in c. quoniam. de in. patr. ꝙ derogatio iurispatronatus non comprehendat regium videatur in præal leg. Reg. Cancel. 40. & per Paris. dicto consi. 114. nu. 21. vol. 4. & per Felin. quan. lite. apo. noce. patro. col. 6. Amplia. 8. Et quando Papa derogat iuri patronatus laicorum, præsertim Regum, seu Principum, apponi solent verba videlicet [Pro hac vice duntaxat] pro quibus vide Augu. Bero. in cap. quoniam. ante num. 21. de iu. patro. Et apponuntur hæc verba ad ostendendum, ꝙ Papa non solet id facere: pro quibus in simi. Lap. alleg. 9. disputat. post nu. 2. ibi. Ex hac vice intelligantur perpetua. Et de clausula, & quatenus de iure patronatus existat, videatur Dec. Put. 325. libro 2.

Clausula, non obstantibus, in rescripto Papæ apposita, non tollit ordinationem testatoris in fundatione beneficij adiectam, ꝙ beneficiatus debeat esse actu sacerdos. Rot. 3. in no. ac Feli. in tract. quan. lite. aposto. col. 1.

Iuripatronatus clericorum semper in totum derogatur, ratio est, quia illi facile præiudicatur. c. dilectus. & ibi glo. in ver. concessione, ver. hic consueuit distingui, & Abb. & alij, de offic. leg. cap. cum dilectus. de iu. patr. Felin. in tract. quan. lite. apost. in 3. limita.

Iurispatronatus mixti clericorum & laicorum etiam derogatio conceditur in totum, ratio videtur esse, quia cum sit mixtum non potest dici laicarum tantum cui non derogatur, vel si magis dici potest clericorum, quàm laicorum, vel quia magis sapiat iuspatronatus clericorum, quàm laicorum, mixtum ius patronatus clericorum censeri debet, argum. l. quæritur. ff. de sta. homi. c. quod in dubijs. cum glo. in versiculo, consecratio. de conse. eccles. & ad nota per Bar. in l. 2. ff. de verb. oblig. nu. 2. Dec. consil. 11. versiculo, pręterea dictum. Daueedum tamen est, ne quis indistinctè credat iuspatronatus mixtũ clericorum, & laicorum, pro iure patronatus clericorum semper haberi, magna enim super hoc est altercatio, prout scripsi in 8. q. 1. reg. num. 8.

Similiter quando beneficia vacant per assecutionem, aut constit. execrabilis, siue c. de multa, vel deuolutionem, puta si patronus laicus non præsentauit infra quatuor menses. cap. vni. de iure. patr. li. 6. Rot. 211. non sufficit patronis, in no. & alio quouis modo, vbi beneficia habent possessores, quos oporteat per lites expellere, derogatur iuripatronatus laicorum, etiam principum in totum.

Aliquando derogatur etiam iuripatronatus laicorum ex aliquo fauore pro duabus tertijs. Iuri patronatus laicorum derogatur etiam in totum; quando pro vno patronorũ, aut filio, vel nepote vnius ex patronis. Ratio potest esse, quia si præsentatur vnus ex patronis, vel eius filius, seu alius valde sibi coniunctus, non potest prætendi spretus patronus, si vnus est, vel omnium patronorum, si plures sunt, & sic non offenditur dispositio c. decernimus. 26. q. 7. quod considerat spretum patronorum quod licet loquatur in ordinario patronos spernente, prout etiam per Rot. Belle. 163. collatio facta spreto patrono, & 179. permutatio facta. & Cassa. dec. 2. nu. 4. loca. in quocunque tamen conferente eadem ratio spretus militare videtur.

Quæro, concessa fuit derogatio iurispatronatus cum clausula [attento ꝙ orator est vnus ex patronis] derogatio huiusmodi suffragetur, si patronatus sit penes duas familias, inter quas sit conuentio, ꝙ alternis vicibus præsentent, iuxta text. in clem. fi. de iu. pat. & illa vice præsentatio non spectabat ad familiam impetrantis, & de hoc nõ fuit facta mentio. Pro opin. affirmatiua videtur respondendum, ex quo Papa verisimiliter etiam hoc expresso derogasset. Contrarium concludendum est, ex quo ille solus patronus videbatur pro illa vice, pro qua pręsentare debet. vt dicta clem. fin. & sentit Dec. consil. 696. retenta, nu. 12. Et propter hanc dolosam taciturnitatem gratia corruere debet. c. super literis, vbi Felin. nu. 5. in 5. fallen. de rescrip. Hanc opin. tenuit Rota in causa Regien. Cappellaniæ, coram Rossanen. 27. Feb. 1548.

Quæro N. præsbyter beneficiatus in cathedrali Gerunden. in quadam ecclesia instituit cappellam, & eam dotauit ex bonis immobilibus a se possessis, emptis propriis pecuniis, & ordinauit ibidem præsentari personam idoneam de ipsius genere, & nominauit in patronos quosdam laicos eius cõsanguineos, & talis erectio cappellaniæ per epm ordinarium comprobata fuit, an istud ius patronatus censeatur laicorum, an clericorum? Quod sit clericorũ in dubio præsumitur fundatum ex bonis ecclesiæ. Bald. & Saly. in authen. licentiam. C. de epi. & cler. Abb. in c. 3. de pecu. cler. & in c. cum esses. de testa. & Fel. in cap. ex literis, numero tertio, de constitut. Contrarium cõclusum fuit per maiorem partẽ Dominorum Rotæ, ꝙ immo laicorum, prout dec. Mohed. 328. Ratio vltra alias fuit, quòd laici erant in quasi possessione præsentandi; & in fundatione tale ius patronatus fuit relictum laicis. ad not. per Roc.

de

de iu. patro. in versiculo, ius. Vide etiam dec. Achi. 1. de iu. patro. vbi etiam subdit, quòd domini declarabant doctr. Rocc. in dicto versiculo ius, num. 26. procedere quando aliæ coniecturę nō adessent. Vide etiam Lamber. libro primo, parte 1. q 8. art. 7. nu. 17. fo. 70.

Pro præmissorum declaratione, & quia loquuti fuimus de iure patronatus laicorum, clericorum, & mixto, subijcio vtilē facti speciem, proximè posi tæ similē, & quę latius patet, & magis dubia videtur. Archiepiscopus Pisanus reliquerat quædam prædia cappellæ cuidam positæ in ecclesia Pisana asserens illa prædia empta de pecunis proprijs, & reliquit ius patronatus hæredibus suis, quærebat an tale ius patronatus diceretur ecclesiasticum seculare, vel mixtum, & consequenter an illa dos diceretur profecta ab ecclesia in toto, vel in parte? Distinguendi sunt plures casus.

Primus est si constet dotem assignatam fuisse de reditibus ecclesiæ, & absque dubio ius patronatus ecclesiasticum erit, ad ea, quæ tradunt Docto. in ca. 3. de pecu. cleri. & gloss. in cap. secundo, 22. questio. secunda, & in rub. de iur. patro. ac in cap. inquirendum. dicto titu. de pecu. cleri.

Secundus casus erit, quando ecclesia fuit dotata partim de bonis proprijs, & partim de bonis ecclesiæ, & ius patronatus erit mixtum. ut videntur concludere omnes in alle. cap. 3. de pec. cleri. Roc. in tracta. iu. patro. in versiculo, Ecclesiam fundauit in 7. quæst. Nec attenditur gloss. in cap. apostolicos. quę videtur dicere, quod fauore ecclesiæ dicatur ecclesiasticum, contra quam glo. tenet Rocc. ubi supra.

Tertius casus est, quando prælatus vtebatur promiscuè bonis proprijs, & bonis ecclesiæ, & nesciturs ex quibus bonis dotauerit, & in hoc Docto. non loquuntur clarè. Concludendum tamen est, quòd si clericus habebat redditus proprios, æquiualentes redditibus ecclesiæ, vel etiam industriæ, vt quia esset aduocatus, cantor, ludi literarij magister, tunc ius patronatus sit mixtum, & dos data censebitur ex communibus bonis, sicut & bona acquisita ab eo. qui promiscuè ijs vtebatur præsumuntur cōmunia. cap. relatum. de testam. cap. vlti. de succes. ab inte. cap. primo, 12. quæstione quarta. Si vero ecclesia valde abundabat, & redditus proprij leues erāt tunc ius patronatus ecclesiasticum dicitur. At si redditus ecclesiæ tenues erant, proprij vel ex industria ampli, bona erunt hæredum, & consequenter ius patronatus. Aliàs si vnus plus alio abundabit, fiet diuisio pro rata secundum Abb. & alios in d. c. 3. de pec. cler. Anto. de But. in capitu. 3. de testam.

Quartus casus est quando non constat, quòd prę latus ante promotionem, haberet bona, vel post ꝑmotionem exercitiū vnde lucraretur, pręsumitur tū quicquid acquisiuit esse de bonis ecclesiæ, siue ecclesia possideat, siue hæres, intentio enim ecclesiæ fundata est, nisi hęres probet contrarium. Io. And. Lota. Imo. & Abb. in alle. c. 3. de pecu. cleri.

Quintus casus, prælatus habet bona, & nescitur an empta fuerint ante promotionē, uel post Io. An. videtur dicere quòd in dubio præsumuntur empta de bonis ecclesię, si hæres de opposito non doceat. Quod maximè procedit, quando episcopus non facit inuentarium secundum Ioan. And. in d. cap. 3. quem sequitur Imo. dicens procedere siue hæres sit in possessione, siue non, & de hoc dicit esse casum in c. 1. de testa. ibi, nisi hoc &c. Ergo hæredes episcopi probare tenentur bona quę quis habuit ante promotionem, quod etiam voluit ibi Barba. dicens esse casum in auten. licentiam. contrarium tamen tenet Abb. post Goffre. & But. in d. c. 3. de pecu. cleri. dicens, ꝙ si hæres reperitur in possessione, & nec constat, ꝙ bona fuerint empta tempore promotionis defenditur hęres donec ecclesia probet intētionem suam: idem tenet Abb. in dicto c. 1. & in c. cum omnes. de testa. Roma. consi. 55. Cardi. Alex. in ca. sint manifestæ. 12. q. 5. Et sic agenti probandi onus incūbit: sufficit tamen ꝙ bona tempore mortis prælati fuissent reperta in domo ecclesiæ, vt per Saly. in d. auten. licentiā. Dñi de Rota pro maiori parte tenuerunt esse iuspatronatus clericale. die 8. Decembris 1526. & fuit pro maiori parte conclusum pro iure patronatus ex fundatione. prout Dec. And. Gambari 53.

Iuripatronatus ex præscriptione, vel priuilegio facile derogatur in totum, immo & legatus de latère, qui iuri patronatus laicorum derogare non pōt, ad no. in c. dilect. de offi. lega. Archid. in c. hortamur 81. dist. huic iuri patronatus ex præscriptione, vel priuilegio derogari potest. Fed. de Sen. consi. 65. infrascriptæ. q. princ. Arch. & Gem. in c. 2. nu. 2. versi. sed nunquid, de præben. lib. 6. Abb. post But. in c. dilect. ver. 2. quæritur, quid si beneficiorum collatio. de offi. lega. & ibi Cad. & in cle. 1. in 7. q. vt li. pend. Dec. cōs. 149. in cā. col. pe. cir. mediū. Ratio est: quia hic non consideratur præiudicium fundantis, construentis, vel dotantis; & ne laici retrahantur &c. in priuilegio enim, & præscriptione cessant illæ rationes, ergo cessare debent leges iurispatronatus cōseruationi, & patronis ipsis fauentes, ad c. cum cessante. de appella. cum vulga.

Thomas Pantiaticus prouisus fuit de canonicatu Pistorien. a Papa, cum derogatione iurispatronatus quatenus esset mixtum: mixtum autem ex duobus prætendebatur, primo quia esset iuspatronatus clericorum, & laicorum simul. Secūdo quia partim esset ex fundatione, & dotatione, partim ex priuilegio? Rota cōclusit cōtra prouisum à Papa, & quòd ius patronatus esset purè laicorum & ex fundatione ac dotatione, in casu Dec. Guidob. 116. incip. Thomas, & dictum fuit mixturam de qua supra considerari tantum respectu clericorum, & laicorum, & non aliter, nec alio modo. Et ius patronatus mixtū iudicari laicale ad effectum ne veniat in reseruatione, conclusum fuisse affirmat Put. Dec. 158. lib. 3. Et dixit Achil. 162. incip. Fuit dubitatum coram me, aliàs 3. sub titul. de iure patr. In mixto in fauorabilibus attendi qualitatem laicalem.

Quando est ius patronatus vnius tantum, illi nō de-

derogari in totum, neque pro medietate derogari solet, quare autem tunc pro medietate non derogetur, ego vltra altra alias rationes vnam concludentē adducebam, q̃ est, ꝙ præsentatio in vno consistens, seu vnius consensus, est quid inuisibile. l. eadem §. Cato. in fi. & ibi Barto. in ult. quæstione, & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat. indiuiduum enim est cuius essentia impartibilis est. Bal. in l. si plures. col. 3. versic. indiuiduum est. C. de condi. inser. non conuenit igitur consensum vnius patroni diuidere, seu illi pro medietate derogare.

An autem in retentione beneficiorum in fauorē promori ad episcopatum requiratur derogatio iuris pattonatus, vel saltem mentio facienda sit, ꝙ beneficia sunt de iure patronatus, est magnum dubium, & pro affirmatiua conclusit maior pars Dominorum de Rota, prout decis. 331. supposito. in no. vbi etiam quòd ita iudicatum fuit. Mihi magis placet opin. negatiua, quam tenuit ibi collector decisionum, quæ melioribus rationibus, & argumētis fulcitur, vt ibi apparet; & hanc opin. negatiuā tenuit Staphil. super Signa. de modo & for. impe. fol. 56. quā latius uidere poteris per Lamber. post Felin. de iur. patr. libro secundo, par. 3. quæstio. 9. arcic. 19.

In prouisionibus beneficiorum, quorum collatio est ad sedem Apostolicam deuoluta, non derogatur iuri patronatus, cum non sit necesse, neque pa ni ea vice se intromittere possint, de illo tamen mentio fieri debet, ratio autem quare patronus se intromittere non possit, illa videtur esse, quòd iure cautum non reperitur, quòd patroni ius, & titulum cōcedere possint, nisi quando dtaur vera vacatio beneficii, & talis, per quam ipsi possint quemcuuque voluerint, dum tamen idoneum, pręsentare, ad c. decernimus. 16. q. 7. cap. quod autem. & cap. ex literis. de iu. pa. optimè per Gem. consi. 50. quæritur. an episcopus, post Petr. de Ancha. post prin. uersic. sed nō reperitur.

Quæro quid si non sit obtenta derogatio iuris patronatus, uel sit obtenta sed inualida, patronus tamē intra rempus non præsentat, an gratia conualescat, seu absque alia derogatione subsistat? Viderur affirmatiue respondendum esse: & quod non præsentans, seu non contradicens infra tempus consensisse dicatur arg. tex, in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de inter. actio. & in cap. secundo, de his quę fi. a præla. si. con. capi Lamber. de iu. pat. 2. parte 2. libro sexto, quæstione, articu. 26. nu. 7. fo. 313. vbi quod de contemptu debet agi ante lapsum termini. Rota tamen inclinauit in partem negatiuam, prout dec. Putei. 6. de iu. pat. & allegabatur Feli. in c. cum Bertol. nu. 10. ver. 2. aduerte. de re iudic.

Præmissis conferunt quæ discussa fuerunt in Rota 16. Nouembris 1556. coram Christopharo Panicarola in causa Pisana. Papa enim prouiderat de beneficio cum clausula, dūmodo patronorum ex fundatione ad id accedat assensus, quærebatur an sufficeret patronum non consensisse infra quatuor mēses? pro opi. affirmatiua allegabatur hoc concedere fauorem patroni, cui tacitè per tantum tempus ipse videbatur renuntiare sicut dicimus in collatione ordinarij, quæ lapso tempore pręsentandi conualescit Fel. latè in alle. cap. cum Bertoldus. de re iud. & quādo consensus ex post præstandus venit, actus nō est, ipso uere nullus, sed tunc demum si contradicatur per eum, cuius interest tempore quo contradicere potest. Anchar. cons. 122. sequit' Ias. licet sub alio numero illud citet in l. vniuersa, numero septimo. & sequen. C. de præci, impe. offe. Contrarium conclusum fuit per maiorem partem Dominorum, quia illa uerba: Dummodo accedat assensus, inducunt formam, quæ non impletur per tacitum consensum, q̃ dicitur fictus. l. cum quid. ff. si cert. peta. Aret. sn l. 4. §. Cato. col. 14. ff. de verb. obl. Fel. in cap. nonnulli. de rescrip. in specie est Dec. And. Gamba. 57. incip. Dec. 19. Nouem.

Quæro, in impetratione dictum fuit, beneficium esse de iure patronatus laicorum, forsan ex fundatione, vel dotatione, an ius patronatus iustificandū sit, & illud verbum, forsan, sit positum restrictiuè, vel augumentatiuè, & de effectu horum verborum vide quæ scripsi in Glo. Facult. §. habita, in versicu. forsan.

In derogatione iuris patronatus Regum, seu Imperatoris, indiuidua mentio facienda est, non enim sufficere tderogatio in generet expressa mētione nō facta, ꝙ iuspatronatus spectet ad Regem, vel Imperatorem, propter Regulam 40. de qua in princi. huius tit. Tum ex iis, quæ voluerunt Fel. in tract. Quā. lite. Aposto. noce. patro. uol. 5. in 8. amplia. & voluit Rota, prout Dec. Crescen. 220. incip. lite penden. coram me. lib. 1. vbi de mentione facienda iuris patronatus Caroli Imperatoris.

DEROGATIONES regularum.

Regulæ de non tollen. iu. quæsi raro derogatur: ratio est: quia dispositio illius regulæ est omni iuri, & rationi consona, ac fauorabilis, argumento. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid i loco pu. cap. super eod. ante finem. ibi. non tamen est nostræ intentionis. de offi. delega. capitulum. ex tuarum, in fin. & ibi no. gloss. in versiculo, permittat, de auct. & vsu pal.

Sciendum item est, regulæ de Non tollendo ius quæsitum, in eo, quod competit de iure communi derogandum omnino esse, alioqui omnia inualida erunt. ita conclusum fuit in Rota in Tarraconen. villæ coram Prolomeo. 5. Nouembris 1540. in casu tunc occurenti. villa enim quædam erat camerarij Tarraconen. super qua lite pendente fuit inter colligantes concordatum, quòd villa dismembraretur a camerario, & adiudicaretur capitulo, capitulumque certam pensionem præstaret camerario, & Philippo, quæ concordia fuit per Papam confirmata, & quia dismembratio, & alienatio facta erat abſq;

absque consensu vasallorũ, dicebatur pro parte eorum confirmationem nullam, esse quia tollebatur ius quæsitum ipsis vasallis, quippe qui de iure communi inuiti alienati non possent, ad no. per gloss. in l. inuitis, ff. de fideicom. liber. per Felin. in c. dilecti de maiori. & obed. & in cap. primo, de probat. immo iuxta communem opinionem, dominus alienans uasallos contra iuris dispositionem feudo priuatur. cap. imperialem. versiculo, nemini literæ. de prohi. feu. alie. per Lotha. Dec. Neap. Afflict. 255. Habens feudum. numero tertio. Et hanc communem affirmat Curt. Iun. consilio 174. numero 34. & ideo cum tolleretur ius commune, Rota decreuit, necessariam esse derogationem, quia aliàs dicẽdo, Papa tolleret actiones, obligationes, & alia competentia de iure communi, quod non debet censeri esse de mente Papæ. Et quod illud ius, quod vasalli inuiti alienari non possint sit considerabile, ex eo etiam apparet, quia possunt vasalli contradicere, & opponere, ac appellare, eorum enim interest, non mutare dominum, prout considerant Doct. ibi alle. cap. dilectis. si igitur appellare possunt, ius considerabile dici debet; non enim audiuntur, quorũ non interest. l. prima. ff. de appel. reci. cum alijs, Et in eo, quòd ut præmissi competit de iure communi dictæ Regulæ omnino derogandũ esse habemus in specie Dec. Pu. 37. libro primo, incipien. Fuit dubiũ in vna Turasonen. villæ. Aduerte tamen quo ad illam conclusionem circa vasallos inuitos alienãdes, quòd communis distinctio hæc est. Iaco. de Aren. Alber. Bald. vtriusque Imolę, Aret. at Polia. colum. 23. asserentis hanc esse opin. omnium in l. 1. ff. solu. matrim. Aut dominus vult alienare vasallos tantum, & inuitos non potest. Aut vult alienare ciuitatem, ducatum vel comitatum cum vasallis, etiam inuitis, & potest, quia quando alienatur tota proprietas, homines veniunt accessoriè, & non possunt contradicere. quod etiam voluerunt Roman. consi. 26. col. fi. & Franc. Cur. in tract. de feu. in 2. q. 6. p. prin.

Et quod derogatio huius Reg. de Non tollen. indiuidua esse debeat, nec sufficiant clausulæ quantumuis generales, & prægnantes, firmat Sarnen. super prohe. Reg. q. 6. col. 2. ver. tamen quicquid fit de iure, & super Reg. de Non tol. iu. quæsi. q. 151. nu. 7. Put. Deci. 266. incipien. Fuit etiam dictum li. 2. ac Gozza. consi. 41. nu. 14.

Regulæ 18. de Aetate pro canonicatibus ante hoc tempus derogari solebat, & non sine ratione, quia est, quod de iure communi septimum excedens annum potest esse canonicus præbendatus, non solum in ecclesia collegiata, sed etiam in cathedrali. c. ex eo. de electio. li. 6. glo. in c. si ex tempore. in ver. ætatem de rescr. eo. lib. 6. Rot. 203. not. quod minor. in anti. cũ alijs quæ adduco in 1. q. d. reg. nu. 3. & seq. Hodie non solum Regulæ non derogatur, immo aliquib. canonicatibus cathedralium signatura exigit maiorem ætatem ea, de qua in reg. sunt qui dicunt summum Pontificem mandasse tales canonicatus non debere concedi minorib. 18. annis. Hodie habemus con. Triden. Sessio. 24. ca. 12. in Decret. Refor. vbi vers. In omnib. autem, decernitur, canonicatus cathedralis requirere ad minus subdiaconatum, & sic aliam ætatem, quàm a regula taxatam.

Regulæ de infirmis resignantibus, si Romæ, vel prope vrbem fit resignatio non derogatur, secus si in locis longinquis; prçsertim vltra montes: quãdo autem dictæ regulæ derogatur, non debet videri graue, cum actus legitimi nõ solum infirmis, sed morte uicinis interdicti, seu prohibiti non reperiuntur. l. senium. & l. quoniam. post mediũ. l. iubemus. §. 1. C. qui testa. fac. poss. cum alijs, quę adduco in 1. q. d. reg. nu. 4. & seq. Et aliàs huic Regu. ex stilo derogabatur quando cedẽs erat absens, vt testatur Cassa. Dec. 32. pascasius. numero. 13. super regul. cancel.

Regulæ prædictæ de infirmis, in permutationib. derogari plerunque consueuit, vt etiam supponit Rebuff. super concordan. sub rub. de colla. §. voluimus, in versi. permutationes, versicu. idem si resignans, pag. 422.

Regulæ de idiomate, derogari non consueuit. ratio est, quia illa regula omni iuri, & rationi consona est, vt probo in 1. q illius reg. pro quo etiam adduco verba Ezechiel. c. 3. in prin. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignoræ linguæ tu mitteris ad domum Israel, quorum non possis audire sermones.

Quando verò ex aliqua causa derogatur, verba derogationis in literis ita extenduntur. Quòd (vt asseris) idioma illius patriæ, quod gentes illarũ partium commuuiter loquuntur, non benè intelligis, nec intelligibiliter loqueris. Nos enim tecum, vt ecclesiam prædictam &c. dispensamus, præmissis, ac constitutionibus &c. prout per Sarnen. in 14. q. dictæ regulæ. de Idio. & per Reb. super eadem reg. gl. 2. nu. 25.

An autem derogatio hæc prosit quò ad aliam regu. similem, quæ viget tempore expectatiuarum, videlicet, quòd extra nationem suam nulli liceat impetrare gratiam expectatiuam, nisi dioma intelligat, & ipse intelligatur? Concludo quod non, sed quòd debeat etiam illi derogari in 6. q. reg. de Idio. num. 3. & seq.

Regulæ 22. de Vnio. quando derogetur, & de effectu illius derogationis scribo in 14. quæstio. dictæ regulæ.

Regulæ de non iudi. iuxt. form. supplic. extra materiam prouisionum plerunque derogatur per clauſulam videlicet. [Et quòd præsentis supplicationis sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat tam in iudicio, quàm exrra, regula contraria non obstante] nec derogatio huiusmodi irrationabilis censeri debet, cum gratia etiam ante literatum expeditionem signata, immo solo verbo dicatur perfecta. capit. institutionis. 25. quæst. 2. clem. dudum. §. nos enim. de sepul. cum alijs quæ adduco in 8. q. 8. regu. num. 3.

Absque hac derogatione, seu clausula. Quòd supplicationis sola signatura nisi sufficiat, gratię infinitæ inefficaces essent. præsertim extra Ro. Cur. Prout dec. Moheda. 173. aliàs 203. in qua disputat

G 3 an

an literis alternatiuis non expeditus possit episcopus prouidere,& concluditur ex mente Rotæ pro opin. negatiua. Postea in fin. subduntur hæc verba videlicet. Consideratum fuit per domino, quòd supplicatio sola nullius est effectus extra curiam, nisi addatur, quòd sola supplicatio sufficiat.

Regulæ de Subrogandis, quæ in summa vult, quòd colliganti infra mensem subrogatio concedatur, non colliganti verò infra illum terminum denegetur, an derogetur, distinguendum est. Aut.n. loquimur, quando beneficium per obitum vacare supponitur, aut quando per resignationem, ad tex. in c.fi.vt lit.pen.lib.6.clem.prima, versiculo, si uerò alter.iun. princ.cum gloss.in uersiculo, mori eodẽ. In primo membro quãdo beneficium per obitum vacare asseritur, derogatio non conceditur, vel rarò, ratio est, vt lites tollantur, quod optimum est ad l.quidam existmauerunt.ff. si cert. pet. l. idem si res.§.fi.ff.de alie.iun.mutan.cau.fact. ca. finem litibus, de do.& contu.

Quando vero de beneficio per resignationem, seu cessionem vacante prouidetur, tunc derogatur addita clausula videlicet (Attento quòd non in potentiorem] pro qua clausula videantur, quæ dicã infra dum de cessione tractabo.

Regulæ de verisimili notitia obitus non derogatur, nisi ex singulari gratia, pro beneficiis tamen Galliæ sæpe derogari vidi. Pro hac derogatione videantur quæ scripsi in. 5.q.d.reg.

Regulæ de Impe.bene.fami. Card. raro derogatur, illa enim Reg. potissimè in honorem Cardinalium emanauit, prout per Rot.720.no. quod D. N.in anti. & Belle.632. supposita noua. Quod si derogatio concederetur, videretur esse locus carmini illi: Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. Si tamen Papa illi Regulæ daroget; nemo iustè conqueri poterit, est enim contra libertatem publicam, spetiem reseruationis, seu seruitutis implicans & odiosa, ad consil. Anchar.297. efficacibus. in princip.& ad alia quæ adduco in j.q.dictæ regu. num.6.

Regulæ de Annali possessore, indistinctè derogatur, sed delentur illa verba, videlicet. Quoad eius omnes partes. Vel simpliciter derogari petatur, absque illa clausula, Quoad eius omnes partes, tunc additur quoad eius primam partem. Pro hac derogatione, & eius effectu videantur quę scripsi in 63.q.d.reg.

Ratio autem quare non derogetur omnibus partibus est ne regula ipsa ludibrio sit: prout in simili considerat Cassa.2.ver.fi.de in inte.rest. & dec.ii. super reg.nu.3

Regulę de Triennali, non derogatur, nisi in illius prorogationibus, in quibus tamen non est necessaria derogatio, quia sufficit, quòd triennium prorogetur, quo casu tempus prorogatum idem cum primo censebitur, omnesque eius qualitates assumet, ad l.prima. §. sed si iudex: ff. de iudi. l. Aemilius. iunc.gloss.in versiculo, restitui. ff. de min. & voluit Baldus in l. quarta. ff. de dam. infect. in fin. prin.officium prorogatum idem numero dici.

Regulæ de insordescentibus semper hactenus derogatum fuit per illam clausulã, videlicet [Et cum absolutione a censuris ad effectum &c.etiam in casibus regulæ de Insordescentibus cum illius opportuna derogatione] & regulariter in literis vt supra dum de prouisionibus tractauimus, ostendimus: dicitur, Te à censuris, & pœnis quauis auctoritate, & à quocunque latis, quibus innodatus existis ad effectum &c. absoluentes, absolutumque fore censentes &c. quæ clausula operatur impetrationis validitatem, vt per Felin.in cap.apostolicæ,& ibi Deci.post princ.ver.sed tamen etiam Romæ practicatur.de exceptio.Boe.dec.290.duo permutauerunt, num.2

Et si non apponatur, vel non obtineatur dictã clausula [Etiam in casibus Regulę de Insordescen.] absolutio ordinaria a censuris non releuaret, nec suffragaretur, vt per Boe.dicta dec.290.col.1.& seq.& nouissimè per D.Roland.à Valle consil.46.de duobus.nu.37.

Quando post illa verba, etiam in casib. regulæ de insordescen.adijciuntur verba latissimè extenden.illa delentur propter bullam in cœna domini. videatur Staph.de lite.grat.& iustit.fo.176.iux.primam impress.

Hodie derogatio huiusmodi denegatur, & summa ratione, excommunicatus enim qui per annum insorduerit, pro hæretico damnatur.cap. quicunq; intra anni.ii.quæstione 3.cap.cum contumacia, de hæreti. li. 6. & nouissimè habemus con. Triden. Sessio.vlti.sub Pio IIII. in Decre.Refor.cap.3.in fi. versiculo. Sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit.

Per annum etiam, qui insorduerit priuatur beneficijs. cap. rursus, & dicto capit. quicunque.ii. quæstione tertia.c.fi.de pœn.Ro.singu.303. de hoc heri.Rebuff.super concor.in for.manda.apostol. in ver.quauis, pag.540.

Regulæ de præstando consensu in pensionibus, quæ est 43.iux.ordinem antiquum in secunda par. princ.ver.nec literæ resignationis &c. non derogatur, sed aliquando beneficium absenti, & ignoranti confertur cum onere pensionis, & tunc in reseruatione pensionis derogatur pro resignante beneficiũ per eum pacificè possessum; qui aliter in fauorem absentis resignare non intendit. Pro d.reg.Paris.con.5 an vnio.num.56.& seq.vol.3.& latius per D.Hier. Gig.de pensio.q.10.& 11.

Regulæ de prebendo consensu super resignatione in fauorem minoris absentis derogari solet, hoc modo cum derogatione Regulæ de præstando consensu, attento quòd resignatio fit in fauorem minoris absentts, qui est pro nepos resignantis, qui aliter non intendit resignare &c. Et sic Papa contentatur non esse necessarium consensnm minoris, & ob hãc causam consensus non præstiti non potuit resignatio impugnari, vt cõclusum fuit in Acharentina coram Oradino 4.Maij.1554.& in specie est Deci. Paleot.236.incipiens, Ægedius.versi.accedit, q idẽ resignans.

Aliis

Alijs regulis Cancellariæ an derogetur, vel non & qualiter derogatio concedatur, super illis tracto. Generaliter autem tenendum est, quòd Regulis Cancellariæ expresè, & nominatim derogari debet, præsertim illis, quæ habent decretum irritãs, seu clausulas derogatorias, ad quæ uoluit Felin. in c. nonnulli num. 7. in 3. decl. de rescrip. Cassã. dec. 38. super regulis. nu. 11. Sarnen. in 5. q. proœ. reg. & in 6. q. in fi. ver. ista tamen limitatio recipit &c.

Verùm si expresse derogatũ fuisset aliquib. regulis, & vni maximè de eadem materia loquenti, & postmodum alijs constitutionibus apostolicis, alijs etiam regulis intelligeretur derogatum, quando voluntate principis setis constare dici posset, quòd sicut alijs derogauerat in specie, ita & altri, si de ea aduisatus, vel recotdatus fuisset derogasset in indiuiduo. ad glossa. vltim. ad fin. in l. tale pactum. ff. de pact. & ita conclusum fuit in Rota in Leodiē. Custodiæ coram Puteo. prout Dec. 27. lib. 2. Pereg. Fab. sub titul. de consti. incipien. Dictum fuit.

Quando alicui regulæ in beneficialibus derogatur, literæ Apostolicæ semper eam in principio narrare debent hoc modo videlicet, Hinc est, ꝙ nos, qui dudum inter alia voluimus, &c. & postea in non obstan. debet poni. Nõ obstante uoluntate priori, & ordinarionibus præmissis, ac constitutionibus &c. prout docet Hie. Pau. in suis recollectis. fol. 55. versi. aduerte, quòd quando.

Et stylus præmissus cum iure consonat, illo enim semoto adhuc derogatio huiusmodi, & expressio cuiusuis clausulæ notabilis ĩ parte dispositiua faciẽda esset, alioqui vel parũ, vel nihil operaretur iuxta tex. nota. in clem. 1. de præben. ad fi. Dec. consilio 155. colum. 3. versiculo secundo, diligenter, & cons. 113. nu. 9. Cur. Iun. consi. 3 no. 32. & consi. 56. nu. 3. Staph. fo. 5. ad fi. ver. hæc eadem.

DEROGATIONES ALIÆ.

Inter derogationes necessariò facienda est mentio, quòd quædam beneficia non conserantur, nisi magistris in Theologia, vel licentiatis; generalis. n. derogatio statutorum, etiam iuramento confirmatorum non sufficeret. argumen. tex. in cap. cum in ecclesia, & ibi gloss. fin. uersiculo, credo autem. de p̃ben. lib. 6. Rot. 632. not. ꝙ statutum, in anti. & ita conclusum fuit in causa Giernen. Prioratus 10. Decemb. 1546. coram Puteo, prout in eius dec. 33. & 46. de præb.

Idem concludendum esser, si statutum disponeret, quòd quis non admittatur ad beneficium nisi actu sacerdos existens, vel quod cappellanus per se ipsum missas celebrare teneatur: tunc enim non sufficere ordinẽ in potentia habere, seu quòd quis legitimę esset ætatis ad sacerdotium, iuxta tex. in c. si pro clericis. de præben. li. 6. & iuxta consil. Rom. 325. quo ad primum. in hoc enim casu si admittendus ad beneficium non haberet ordines requisitos, necessaria foret statuti huiusmodi derogatio, prout per Lap. alleg. 79. Inno. post nu. 1. versic. item si habeat annexum. videri poterunt, quæ ibi addo ad Lap. in ver. si pro clericis.

Statutis, & consuetudinibus semper derogatur, latè per Cassa. dec. 4. de concess. præben. & statuta tollũtur, etiam per formam literarum apostolicarũ Rot. 247. habens gratiam. nu. 2. in no.

Sratutis & priuilegijs ecclesiarum in confectione literarum exprimendis semper derogatur, præterquam pro illegitimis in cathedr alibus, & metropolitanis, ad quas sunt omnino inhabiles. c. fi. de fil. præsby.

Conceditur clausula hæc (Statutis &c. etiam iuramento confirmatis) &c. Et nisi post uerbum, statuti, addita fuissent verba huiusmodi, non censeretur derogatũ statutis iuratis. Rot. 632. no. si aliquód statutum. in anti. gloss. singul. in versiculo, effectus, in cap. cum non deceat. de electio. libro sexto. Rom. singu. 7. quòd dispositio, consilio 379. colum, 3. consil. 404. in fin. & 436. colum. 3. uersicu. sexta ratio. Hyppol. de Mar. sing. 315. & consi. 107. colum. 2. Corn. consil. 39. videtur prima. col. 3. versic. cum itaque statutum simpliciter. Afflict. dec. Neap. 3. Rui. consil. 161. colum. fin. uol. 5. Goza. consi. 16. Barto. Casse. consi. 7. col. pen. Phi. Franc. in c. cum aliquibus. colum. prima, de rescrip. libro sexto. Feli. in ca. constitutus. colum. secunda. & in cap. nonnulli. col. duodecima. eodem titulo. Ferrat. cau. 54. Lap. alle. 15. idem est. numero 4. vbi aliqua addo, quæ hic inseruient.

Idem concludendum erit in derogatione pactorum, & vel conuentionum, ut nisi addatur clausula, Etiam iuratorum, uel iuratarũ, derogatio inefficcax reddatur. Roma. præalle. singu. 7. Feli. in cap. constitutus, ante numerũ septimũ. de rescrip. Celsus Vgo de clausu. rescrip. in uer. clausula non obstan. pactis.

Et quòd derogatio cum clausula. Non obstan. non tollat statuta, & actus iuratos, voluerunt etiam Ferrat. caute. 20. & 54. Staphil. super signa. fol. 99. & Bertran. consil. 41. col. penul. libro primo. contrariũ uerò uoluerunt Cardin. consi. 25. ad fi. & Gramma. dec. 66. num. 37. ac consi. ciui. 16. ideo ad tollendum omne dubium. expedit apponere clausulam, quæ iuramenti mentionem faciat.

Statuto, seu consuetudini, quo d dignitas nõ possit teneri nisi per canonicum præbendatum, derogatur post illa verba. statutis, & consuetudinibus, illis præsertim, quibus caueri dicitur, dignitatem in ecclesia nisi per prębendatum &c. obtineri non posse &c. prout in libro nuncupato Prouinciale fol. 53. uer. not. si sit statutum.

Fundationi beneficiorum derogatur, etiam si in illa caueatur expresse, quod obtinens tale beneficiũ teneatur personaliter residere, & infra annum ad sacerdotium promoueri, ac quòd cum illo non possit aliud obtinere, potest etiam ordinarius immutare ordinationem factam in fundatione beneficij, sed ipse episcopus cum consensu petronorum td faciet. Hostien. Butr. & Abb. numero quinto, in cap. cum

accessissent.de constitutio.Dec.consilio 121.in causa.num.3.

Fundationis derogatio quando petitur quò ad eius omnes partes, etiam non expressas, uel exprimendas, illa dari non debet. potuerunt enim eiusmodi esse, quibus nec Papa derogaret. Rebuff. post Staphi.in praxi de deuolutione,nu.45. versic.secus quando. pag.187

Priuilegijs in corpore iuris clausis derogari non consueuit, nec sub illa clausula generali (Non obstã tibus quibuscunque priuilegijs) illa veniunt, glo.& Bartol.in l.2.§.legatis.ff.de iudi.auth.qua in prouincia.vbi glo.& Bald.in 3.quæstione,numero quarto. C: vbi de crim.agi opor.Bartol. in extrauag. ad reprimendum.ad fin.in versic. non obstan. colum. 3. versiculo, nota etiam priuilegia in corpore iuris. Pau.Castr.in l.1,num.3.ff.de legi.Fel. in capit.sicut Romana.numero duodecimo,de rescrip.Glo.pragmati.de causis,§.statuit.1.in versiculo,in iure.Hinc concludi potest, priuilegijs Cistertien. ordinis per clausulam præmissam generalem,non obstant., quibuscunque priuilegijs,derogatum non censeri, ex quo illa sunt in corpote, iuris clausa, vt etiam affirmat August.Bero.in c.sicut Romana, ante nu. 69.de rescrip.

Forensibus pro obtinendis beneficijs vrbis non nunquam derogatio conceditur,contra id, quòd voluit Abb.in cap.ad decorem. de instit. & ad alia q̃ adduco in 41.quæstione decimasexta. Regu.Nobis hæc derogatio dura videtur, & sicut Hispani,& Galli,& nonnulli alij non permittunt nostris ipsorum beneficia conferri, ægrè ferimus cum dolore, extraneos obtinere digniora & pinguiora beneficia Vrbis. Derogationis formula hæc est. Priuilegijs quoque indultis,& literis apostolicis præsertim Po.Ro. contra alienigenitas,& forenses quomodolibet &c. Et si prius forenses beneficia huiusmodi obtinebãt. vt facilius derogatio huiusmodi obtineatur, addi debẽt per supplicantem hæc verba videlicet. Attẽto quòd de forense in forensem &c.

Concilijs generalibus quandoque derogatur, alioqui rescripta contra illa derogatione non obtenta, inualida essent.ca.nonnulli.vbi omnes, de rescr. Arch.in capitu.primo.de constitu.lib.6. Bal.in l.humanum.C.de legi.& ad ea quę adduco in 17.q.reg. de infir.nu.12.

Concilio Lateranen.derogandum est in prouisione, seu commenda in fauorem Cardinalis de beneficio, cuius annuus redditus sit infra summam cc. ducatorum, alioqui gratia nulla erit, obstante dicto Concilio sessione.9.sub dat.3.non.Maij.ann.2.Leonis X.prout per Cassa.dec.2.de præben. Amplia ẽt ad prouisionem, seu commendam præstimonij; vt idem sit, si impetret præstimonium, vt per eundem. Cassa.dec.3.eod.titu. Nec passim derogatio huiusmodi concedi consueuit, tum quia resistit dictum concilium, tum, quia decens non videtur, vt Cardinalis beneficia modica obtineat. Vide supra in clausulis prouisionum, ver.beneficium valoris.

Derogationes plerunque conceduntur cum clausula latissimè extenden. pro qua, & eius effectu ui de Paris.consilio quadragesimo, quantum ad, num. vigesimotertio.volum. 4.& Sarnen.in proœ.Regu. 44.num.7.

Derogationes aliæ, & clausulæ, non obstan. &c. colligi possunt ex ijs quæ not.Bartol.in extra. ad reprimendum.ad fin. in uersic. non obstan.& Hiero. Pau. ad effectum literarum apostolicarum.in lib. nuncupato Prouinciale fol.71.cum tribus sequen. sub Rub.de non obstan.generalibus,& altera de nõ obstan.beneficialibus,& etiam ex ijs quæ cumulat Felin.in cap.nonnulli.in ver.restant,nume. 19. cum pluribus sequen.de rescrip.& Rebuff.super concordan.in for.manda.Apo. in gloss. in uersicnlo, non obstante, & in aliis gloss. sequenti. nonnullas derogationes ponemus in suis locis propriis, ubi melius cadent.

RESIGNATIONES SEV Renuntiationes.

Renuntiare pro Nuncium remittere, & salutem vltimam dicere. Quintilia.libro decimo. Mea quidem &c. Bud. in anno. in pandect.in l. minor ff. de minor. Renuntiare item pro referre sumitur, prout Cæsarem libro 4. Belli Galli apud versus fin. Hi qui pro portis castrorum in statione erant Cæsari renunciarunt &c.in l.cum in plures.§. mandaui tibi vt excuteres quanti villam ædificare velles, renuntiasti mihi ducentorum impensam excutere.ff.loca.l.qui fundum.primo, respon. ff.de contrahen.emptio.iun.declaratione Bud. in anno. in pande.super illa.l.quam renuntiationem dicit esse testimonij genus, cuiusmodi edere solent architecti, & magistri vniuscu iusque opificij, cum opus est, qui propterea publice sacramento adiguntur. Sic missi nuntij referre solent de ijs, ad quæ missi sunt. Cæsar in commen.primo. Qualis esset natura montis & qualis esset in circuitu ascensus, qui cognoscerent misit, renuntiatum est facilem esse: Renuntiare pro significare, seu declarare accepit Teren.in Andria, Quasi tibi non renuntiata sint hæc sic fore: Est etiam renuntiatio Legatorum, de qua per Cic. in Philip.6.Cum enim Legati renuntiarint (quod certe renuntiabunt) non in vestra potestate &c.& per Bud.in præalleg.l.qui fundum 1. Respon. Renuntiare magistratum pro nominare, seu proclamare iuxta morem Venetum: prout per eundem Bud. vbi supra.

Resignare item ponitur pro abrogare, siue dissoluere, Cicero in oratione pro Archia Poeta, Nam cum Appij tabulæ neglegẽtius asseruatę dicerentur Gabinij quandiu incolumis fuit leuitas post damnationem calamitatis omnem tabularum fidem resignasset. Rursus pro aperire quod obsignatum erat, Plaut.in Trinũ. Iam si obsignatas non ferret dici hoc potest apud portitorem, eas resignatas tibi; inspectas quæ esse, Horat.1.Epistol.7. Adducit febres, & testamenta resignat. Idem Epstol.ad Mecenatem lib.1.Et testamenta resignat. i. aperit testamenta post mortem testatoris. Pro quo est tex.in l. si testamento quod resignauerit, & ibi etiam glo, prima

prima.ff.qui testam.face.poss.in l.ut bonorum.ibi. Licet secundæ tabulæ resignatæ proferantur. cum gloss.de bono.poss.sec.tab.& Insti.de mili. testam. §.sed & si quis,ibi.Et in expeditione degens resignauit illud.Resignare etiam pro perfectè signare Columel.lib.3. Prius quàm erbasculas transieras rubrica resignato. Alijs etiam modis prædicta sumuntur.

Quò verò ad rem nostram resignationes, seu renunciationibus pro cessionibns sumuntur, vt in toto titulo de renuncia.lib.sexto, & in clemen. Apud Iurisconsultos etiam renunciare pro renunciare,uel repudiare, seu cedere vsurpatum inuenimus,prout in l.destitisse.ff.de iudi.in l.si filius,ibi. liti renunciare videtur.ff.de mino.l.si mandauero §.fina.ff.manda.sic & in l.postquam liti de prædio motæ renuntiasti.C.de pact. Sic & apud Ciceronē in Verrem actione quarta. Itaque iste vehementer Sthenio inferius hospitium ei renuntiat,domo eius migrat & c. Liuius lib.quinto,secundi belli Puni.Badius ciuis campanus.Q.Crispino Romano in conspectu duorum exercituum hospitium renuntiasse solemniter perhibetur,vt cum eo hostili animo congredi posset.Alciat.in l.detestatio. colum.3.ff.de verborum signif.Renuntiationem (in te ligo in genere sumptam) Spec.in titulo de pact. §.primo,num.sexto, quem sequitur Cacialu.in tract.transact.quæstione tertia,in fine, describit esse rei vel iuris spontaneam refutationem.

Renuntians episcopatui quid retineat, habes in cap.primo,de ordi.ab episco.qui renun. episcopatui,pulchrè per Socyn.consi.260. in causa.num.5. uersi.quibus præmissis.lib.secundo. Vide quæ dicam infra tit.de Fructuum reserua.uers.Titulus,& denominatio.

Rennntiatio,seu resignatio indistinctè admittitur: quilibet enim beneficio ecclesiastico renuntiare potest,dummodo in manibus sui prælati.cap.ad monet.ibi,aut dimittere inconsulto.de renunc. Paris.consi.135.Ioannes ex collatione.num.secundo, uolum.4.

In resignationibus coram Papa admittitur clausula in fauorem Mæuij & non aliàs,aliter,nec alio modo,ad cap.ex parte.j.cum glo.in uersi.omnino, & in uersi.dimittere.de offic.deleg.Abb.in cap.uniuersorum.de re.permu.Cassad.decis.3.de renun.& ad ea quæ adduxi in 16.quæst.reg. de Infir.nu.11. Et quòd illa clausula (non aliter) conditionem faciat,voluerunt Bald.in l.si quidem. C. de exceptio.& in aucten.ingressi. nu.septimo.C.de sacrosan.eccle.Alexan.consil.3.num.quinto,lib.primo, Socy.consi.251.colum.4.lib.secundo,& Ias.in l.fi. num.142.C.de iu.emphi.Et sic ante conditionem, uel modum impletum ius penes resignantem remanet.Anton.de Butr.& Abb.in cap.cum pridem. in fi.de pact.&argum.text.in §.ex conditionali.Institu.de uerborum obligationibus.Sarnen.in 27.q. Regu. de Trien.contra prædictam clausulam uidetur tex.in l.quod meo.§.sed furioso,uer.illud enim ridiculum est dicere, quòd non aliter vult quis dimittere, quàm si transferat &c. ff. de acquirenda possess.

Nec Papa consueuit resignationem in fauorem certæ personæ factam pro alio, quàm pro eo in cuius fauorem cessio facta est,admittere,prout etiam ponderat Cassa.Dec.3.num.primo,de renun. argumento ab usu patrisfamilias ad usum Papæ, ad l. uel uniuersum.ff.de pign.actio.cum vulga.& Ioan. Pau.Prolo.Dec.101.incipien.Conchen.S.Michaelis.ac Paleot. Dec.48.in Bononien. Monasterij. Adeo autem diuersa est cessio, seu resignatio simplex in manibus Papæ, ab illa in eiusdem manib. in fauorem certæ personæ,ut si priuilegium conce datur alicui conferendi beneficia in Curia uacantia per cessum, is non possit conferre beneficia uacantia per resignationem in fauorem certæ personæ. Exemplum in priuilegio concesso ab Innocen. Magno magistro Hierosolimitano conferendi beneficia in Curia per cessum, uel decessum: conclusum fuit in Rota, quòd non poterat conferre vacantia per cessum in fauorem certæ personæ prout Dec.Put.178.lib.3.1540.

Item clausula,de qua supra,uidelicet.Nec aliàs, aliter,uel alio modo,est tanta potentiæ,quòd Papa ex potestate ordinaria non uideretur posse beneficium cum illa clausula resignatum alteri quàm nominato conferre,& ad hoc illa clausula ponitur,ut si Papa nollet beneficium nominato a resignante conferre ius pœnes resignantem remaneat:clausula enim illa operatur,ut nihil in contrarium factū esse uideri possit: pro ut de illa clausula quo ad alios effectus loquens declarat Ias.in allega.cap.fin. post num.142. uersic. sed si adiiciat illa uerba,nec aliter,nec alio modo. C.de iu.emphiteu. quem sequitur Lamber.de iur.patro.arti.sexto, num.61.& ante,quæst.6.parte prima,lib.secundo.Paris.consi. sexto,considerata, ad finem, uol.quarto. Et quòd stante huiusmodi clausula actus non possit aliter fieri,supponit Cassad.Dec.2.num.sexto,de simo.

Nec resignans dicitur hře animum resignan.nisi resignatio huiusmodi habeat effectum eo mō quo ipse vult: unde si aliter eueniret & incurreret in pœnas resignan. Innoc.in cap.in uniuersorum .de re. permu.& Dec.de renun.in antiq.incip.No.ꝙ ben. resignatum.

Beneficia in Roma.Cur. resignata sunt reseruata,& in Curia uacare dicuntur.ca.2. ubi Archid. & Ioan.de Præb.lib.sexto,glo.in clem.prima, in uersicu.collato.ut lit.penden. Ro.33.nota quòd vbi, in antiq. Paris.consil.decimo,bonum ius.num.1. uolum.4.

Beneficij obtenti etiam litteris non expeditis resignatio admittitur sub ijs uerbis,videlicet. Possessione habita,uel non habita, ac forsan litteris nō expeditis resignare proponat,prout resignat, & cedit de præsenti. nec signatura delere consueuit illa uerba: Forsan litteris non confectis, seu non expeditis.argumen.no.per glos.primam, in c.institutionis.25.quæst.secunda,& per Doct.in proœm.6. & in terminis nostris, quòd beneficiū resignari posit bullis non confectis,est decis. Boer.24.duo litigabant, num.nono, uersicul. & etiam potest beneficium obtentum resignari bullis non confectis.

Dubitarunt aliqui, an per mortem naturalem, uel

uel ciuilem prouisi, qui litteras non expediuit, beneficium uacare censeatur. & Aegid. Bellame. negatiuè respõdet dec. 144. si Papa, ubi si ꝙ prouisus ante literas confectas cum sola supplicatione moriatur, uel matrimonium contrahit, aut religionem professus sit, nihil per eius obitum, matrimonium, aut professionem, uacet. ita etiam concludere uidetur Staphil. super signat. folio 109, versicul. & ideo dicitur. De quo etiam per Sarnen. in prima, quæstione. Reg. de non iudi. Quomodo igitur conceditur illa clausula. Etiam litteris non expeditis. si ante literarum expeditionem ex persona alicuius nihil vacare potest? Respondeo quòd contra opin. Bellam. adduci possunt Arch. Ioan. And. & Franc. in proœ. 6. ad fin. ac Rot. 881. not. ꝙ vbi gratia, in antiq. versiculo, si quis moriatur signata sibi supplicatione. Cassa. dec. 8. numero nono, vbi testatur dictam dec. Bellam. non seruari. Idem etiam subdit Sarnen. vbi supra.

Et de resignatione, seu permutatione possessione non habita, & quòd fieri possit, & subsistat, videatur per Archid. Ioan. And. & Gemin. in cap. penult. de præben. libro sexto. & per Imol. in clemen. 1. de re. permut. & per glos. pragma. de collatio. §. itẽ quod vniuersitates, in versiculo, possidebunt, versiculo, & potest permutari beneficium ante possessionem.

In resignationibus derogatur, si petatur, priuilegijs, & indultis Cardinalium, quibus cauetur, ꝙ in collationibus beneficiorum ad eorum collationem spectantibus requiratur illorum consensus, ꝓut in reg. 31. de Impe. bene. uacan. per obi. fami. Cardi. super qua plenè scripsi.

Datur suspensio omnium reseruationũ, unionum etiam perpetuarum, & absque consensu concessarũ coadiutoriarum, quibuscunque personis etiam Cardinalibus, etiam contemplatione Imperatoris, Regum, Reginarum &c. etiam propter seruitia contra infideles, & pro fide catholica impensa, etiam ratione iurium cessorum, concessarum per huiusmodi suspensionem, Reseruationes, Vniones, & coadiutoriæ non tolluntur, sed differuntur: diuersa enim sunt tollere, & suspendere, Innocen. in ca. cum inter, de consuet. Rot. 244. licet de more. præsertim colum. secunda, ante medium. in nou. & ad alia quæ adduco in 5. quæstio. Regu. de non tollen. iure quæsi. num. secundo. Suspensio huiusmodi fit, & subsistat donec uiuet is, cui beneficium confertur, prout per Rebuff. in praxi de Vnio. reuocan. pagi. 327. num. 32.

Nec propter hanc suspensionem consideratur tale præiudicium ut locus esse possit Reg. de non tollen. iu. quæsi. ex quo suspenditur, seu alteratur, seu possessor non cessisset, non per hoc beneficium ille, cui facta erat unio realiter obtinuisset, sed opus erat expectare illius obitum, & ille in cuius fauorem erat facta cessio poterat citius mori, quàm resignans & sic non tollitur sibi ius, sed suspenditur, & alteratur, quia citius potest decedere unus, quàm alter.

Nec obstant uerba in unionibus apponi solita, uidelicet per cessum, uel decessum, quia iuxta stylum Ro. Cu. intelligi debent de simplici cessione, non autem de cessione facta in fauorem certæ personę cum suspensio omnium unionum &c. ut per Cassa. in tit. de renuncia. Dec. 3.

Nec obstat cons. Oldra. 287. quia in casu suo iam erat capta possessio per ecclesiam in cuius fauorem facta erat unio: & nulla erat facta mentio, nec suspẽsio unionum, prout etiam nec obstat alterum consil. Oldra. 223. propter diuersitatem rationis, & aliàs ut per Fab. Accoramb. Dec. 20. incipien. Resolutum fuit in causa Conchen. sub titul. de rescript. libro primo.

Hæc suspensio aduersus concessiones ob seruitia Sedi Apostolicæ, seu fidei Catholicæ impensa, ultra casus expressos, seu solitos, nunquam admitti deberet, & semper strictè accipienda, & interpretanda erit: talia enim priuilegia fauorabilia, & irreuocabilia sunt. cap. Adrianus, secundo, & c. seq. 63. dist. uideantur, quæ scripsi in octaua quæstio. 13. reg. num. 12. & sequen. ubi de ijs priuilegijs, & quæ reuocata sunt hodie.

Clausulæ, siue præmisso, siue alio quouis modo, & ex cuiuscunq; persona uacet, in resignationibus, & alijs prouisionibus admittuntur. Pro quibus clausulis, & de illarum effectu uideantur Rot. 612. si Papa. in antiq. & 28. si mandetur. in nou. & ea quæ latè scripsi in 17. quæstione. Regu. de Infirma. num. quarto, & sequen.

In supplicationibus tamen resignationum, & alijs additur clausula per Signaturam [præterquam per obitum] ne quis non sperans obtinere posse beneficium per obitum uacans, confingat per resignationẽ uacare, & per illas clausulas generales illud aucupetur, & sic indirectè assequatur id, quod uia ordinaria non posset consequi, contra tex. in l. athletas. §. sed & qui tunc quæstum. ff. de ijs qui notan. infa. cap. cum quid vna. de reg. iur. lib. sexto, glos. magistra in §. est autem casus, in uersic. habeatur. Instit. de hære. institu. Socy. cons. 32. ex is. colum. 2. Do. meus cons. 561. ante nu. 5.

Non addita autem illa clausula. [Præterquam per obitum] an sub altera clausula [siue alio quouismodo] in supplicatione resignationis, seu cessionis comprehendatur uacatio per obitum? Domini Abbreuiatores in Hispalen. Cantoriæ inter Rodericum de Baeza ex una, & Vasquez ex altera, pro negatiua concludebant. Domini uerò de Rota in eadem causa coram Rainaldo decimo Martij 1539. nemine discrepante teneuerunt opin. affirmatiuam. ad not. per Doctor. in cap. susceptum, de rescrip. lib. 6. ut per Mohed. in quadam Dec. sub titu. de præben. incip. Diu fuit litigatum in Hispalen. Cantoriæ. Aliàs est Deci. 107.

Concedi passim consueuit illa clausula [etiam eo coram Notario publico, & testibus spontè facta] de qua per Rebuf. in praxi beneficiaria, in for. signaturæ, in uersi. etiam coram Notario, pag. 109. & in forno. prou. in uers. siue, ut præmittitur, pagi. 161. cuius tamen uerba sano modo intelligi debent, uidelicet, quòd etiam si resignatio facta sit coram solo notario, uel coram laico contra ipsum resignantem, seu cedentem, in eius pręiudicium ualeat, & per habentem potestatem recipiendi resignationem beneficium conferri possit, iux. decis. primã. de renuncia. in anti-

antiquis.& in antiq.572.quidā Cardinalis.col.2.in fi.uerſ.ſed illa opinio,& per Gem.in c. uni.nu.9. §. idem. verſic.uenio ad primum.de deſponſa. impu. libro 6.

In reſignationibus, & ceſſionibus non derogatur conſtitutioni, Sicut bonus paſtor Innoc.vii I.perpetuò ualituræ,ſub Dat.Romæ.1491. Quin.Cal. Octo. Anno vIII. quæ reuocat,& reducit facultates reſignandi, ac permutandi beneficia, tollens fraudes,& abuſus,& circa plura prouidet.

Reſignationes monaſteriorum virorum vltra ualorem 200. ducatorum non admittuntur, ſed illis in Conciſtorio prouidetur de perſonis idoneis,aut illa commendantur, de quibus monaſterijs loquitur Reg.Cancel.2.& ego ſuper illa,queſt.3.ante fi. declaro qualiter de illis monaſterijs prouideri con ſueuerit.

Reſignationes Monaſteriorum Monialiū quanticunque ualoris admittuntur, & prouidetur illis de perſonis Monialium illorum,uel alterius monaſterij,magis autem cōuenit, quòd de perſona eiuſdem monaſterij prouideatur,argumen.tex.in cap. nullus inuitus,& in cap.obitum.61.diſtin.& in c. cum inter canonicos.iunc.glo.in verſic.recuſatus, ante finem,verſicul.dicas, quòd verum eſt,& ibi per Doctor.de electio. Et addi debent verba videlicet. [De conſenſu medietatis conuentus.]

Quò ad dictam additionem quæro,quid ſi ſint centum Moniales, an ſufficiat conſenſus quinquaginta, an potius requiratur conſenſus maioris partis? & quia reſcripta, & aliæ diſpoſitiones à iure communi declarationem recipiunt.l.reſcripta,& l. nec damnoſa.C.de præcib.imper. offerr. l.ſi quando.in princip.C.de inoff.teſtamen. ca.cauſam quę. de reſcrip.Bald.in l.bonorum.C.qui admit. Præceptor meus conſil. 114. & pro tenui, num. tertio, uerſi.confirmatur hoc. Iura autem,quando ſumus in conſenſu præſtando per Vniuerſitatem, capitulum,ſeu collegium,uel corpus aliquod,requirunt, quòd maior pars conſentiat.l.quod maior pars curiæ.ff.ad muni.l.nominationum. C. de decurion. lib.decimo,cap.primo,de his quæ fi.à maio.parte, cap.cum inter.uerſic.diſcretioni veſtræ,& cap.ſeq. de electio.cap.cum omnes. & ibi plenè Felyn.poſt alios num.17.de conſtitu. Ratio autem adducitur, quæ eſt, quòd id, quod facit maior pars uniuerſitatis, ſeu collegij,id omnes facere cenſentur,prout per Bart.& alios in allega.l.quod maior pars,per Soc.in reg.243.incipiente, factum à maiori parte: conſenſus igitur, de quo hic, ut ſubſiſtat, & ſecundùm iura præſtetur,a maiori parte Monialium pręſtari debebit. Verius puto, quòd ſufficiat medietatem monialium conſentire, cum habeamus litteram claram, quę dicit [de conſenſu medietatis] nō autem de conſenſu maioris partis, uel conſenſu cōuentus ſimpliciter, unde gloſſ.non indigemus, nec eſt locus alicui declarationi. l.ille, aut ille. & l.non aliter.ff.de lega.tertio.Bald.in l.uni.§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen. Dom.meus conſi.89. uiſo puncto, num.ſecundo. Et ſicut regula illa, ꝙ ſufficiat maior pars uniuerſitatis, ſeu collegij, fallit,quādo de mente diſponentis conſtat, quòd vult omnium conſenſum. cap. ubi periculum.§. ijdem quoque Cardinales.iunct.glo.in verſi.ſingulis,in fin.de electio. lib.ſexto.per Bald.in ca.non poteſt. verſic.aut eſt lege expreſſe cautum,quòd omnes debent eſſe concordes.de re iudi. Sed quia hic cauetur, ꝙ medietas monialium ſufficiat, nō requiretur maior pars.

Monaſteria Monialium de ſtylo Cancellariæ non cenſebantur reſeruata, etiam ſi uacarent per liberam reſignationem in Roma.Cu.in manibus Papæ, & ita in parco maiori obtentum eſſe teſtatur Hyero.Pau.in ſuis notabilibus folio 58.à ter.uerſ. no.quòd monaſteria monialium. Aduertendum tamen eſt,quòd hodie datur reſeruatio de monaſterio monialium per obitum, vel reſignationem uacantium in Ru. Credo, quòd uelit concludere, quòd hodie ſiue vacet in Curia per reſignationē, ſiue per obitum, dicatur reſeruatum. & hoc vltimum verum puto, vt ſicut alia beneficia, quæ Romæ ceduntur, ſeu in ea per obitum vacant, reſeruata dicuntur. cap.ſecundo,de præben.lib. ſexto, extrauag.ex debito.de electio.inter communes, Rot. 725.nota ꝙ beneficia,in anti. Ita & monaſteria monialium.

Reſeruatio aliqua expreſſa,uel quauis cauſa exprimenda deleri non debet.

In reſignationibus beneficiorum in Italia conſiſtentium (vt dixi) non datur derogatio regulæ de viginti. videlicet de infirmis reſignantibus.

Et quòd obſtantiæ, ac beneficiales &c. clauſula (de qua loquutus ſum ſupra inter clauſulas prouiſionum) in reſignationibus,& ceſſionibus non tollitur,& bulla pro illa clauſula plus taxatur, quā ſine ea. Ratio, quòd plus ſoluatur cum illa clauſula, poteſt eſſe, quia plus conceditur, vnde ſolutio condecens eſſe debet argumento text.in l.2.& l.uenditor.ibi [ut maius comprehenderetur inſtrumentorum pretium, quam rei, quæ diſtrahebatur, conuenerat] iun.glo.in uerſi.conuenerat, quæ exponit,ideſt conueniens erat.C.de reſcin.uendi. Sed hæc ratio uidetur non tuta in terminis noſtris propter text. in extra. ſacroſanctæ. §. ſi uerò eiuſdem. Ioan.22.de ſenten.excommunicationis,ubi ſtatuitur ſub ijs uerbis uidelicet [ſi uerò eiſdem litteris gratiæ, & executoriis earundem, ut ſupra, aliquæ clauſulæ non communes, ſeu inſolitæ apponantur circa taxationem clauſularum huiuſmodi, congruè poterit ſic diſtingui, uidelicet, quòd non habeatur conſideratio in eiuſdem maioris, uel minoris gratiæ eius, quod conceditur, nec quòd ipſius ſint maiores, uel pauciores fructus, redditus, & prouentus & ex hoc plus, minusve taxetur, ſed habeatur in taxando illa conſideratio ad laborem, ut ſcilicet longior ſcriptura magis, & minus breuior æſtimetur.] Ego tamen puto, ꝙ non minus hodie prima ratio, & conſideratio ſubſiſtat & attendatur, quàm diſpoſitio dictæ extrauagan. Cur autem id eueniat, hic non declaro.

Clauſula etiam illa [cum ſuſpenſione omnium gratiarum, expectatiuarum, reſeruationum &c. latiſſime extenden.] in reſignationibus, vel ceſſionib. tantum conceditur. Et addi conſueuit talis clauſula

per

per signaturam. [Ad effectum resignationis duntaxat] ut per Cassad.Dec.decima, de concess.præben.post nu.7. vers.patet quia.

Post illa verba [latissime extenden.] hæc addi debent uidelicet. [Citra tamen accessus,& regressus,ac de consensu coadiutorias]& sic Papa in resignationibus, & cessionibus omnes gratias suspendit, præterquam accessus,& regressus,ac de consensu coadiutorias,pro qua clausula [citra tamen accessus &c.] uideatur Cassad.decis.prima,de pact. & quarta,de priui. & licet regressus sit ius ad rem, prout per Sarnen.in prima questio.Reg.de non tollen.iu.quæsit. num.quadragesimo, tamen, vt vult Cassad.ubi supra,est de præterito,& non simpliciter de futuro;licet secus dicendum sit de coadiutoria,quæ nullum ius præexistens habet.

Exempti in manibus Episcopi resignare non possunt, sed tantum in manibus Papæ. capitul. final.de renuntiation. capitul.cum uenerabiles.de consuetu.

Conceditur etiam clausula. [Et quatenus litigiosum id, ac litis status &c.] qua clausula non obtenta litigiosum vel vitio litis affectum beneficium in fauorem alterius, quam collitigantis resignari non posset, nec in prouisionibus veniret de lite mentione non facta cap.inter monasterium, de re iudi. cap.secundo,vt lit.penden.lib.sexto, clem. prima,eodem tit.Et nisi de lite fiat mentio,resignãs lite pendente frustra attentaret. Rot.59. si lite, in nou. Et de omni alienatione prohibita etiam in pphanis lite pendente habemus toto titu.ff.C.& authenti.de litigio.Resignationes hodie sublatæ sunt præterquam in manibus Papæ supplicatione per eum signata,prout in constitutione Pij V. incipit officium,sexto Idus Augusti. 1567. Anno secundo.

Reseruantur resignanti nonnunquam fructus, uel eorum pars, denominatio, stallum in choro,& alia,de quibus tractabimus infra titu.de fructuum reseruationibus. Interim si uidere uis quid operetur clausula illa,super prouisione canonicatus cum reseruatione in fauorem alterius fructuum, regressus, loci, & stalli in choro,uideas consilio August. Bero.octauo,quod incipit,diligenter inspectis. lib. primo.

Quærebatur an resignatio esset inualida ex eo, quòd supplicatio fuerit data 20.Septembris,& mãdata,quorum vigore consensus præstitus fuit confecta fuerunt 13.Octobris subsequentis cum clausula iuxta formam, & tenore supplicationis iam forsan porrectæ,ac signatæ, seu porrigendæ, ac signandę,& consensus desuper prostitus die decimo Decembris subsequentis, & cum clausulis prout in illis.Cõtra resignationem apponebatur,quòd à principio nulla fuerit cum non adesset mandatũ, nec ex mandato subsequenti ualida reddi potuit Paris.consilio 153.uolum.quarta. Rebuf.de Nomina,quæstio.quarta,num.28. Papaquè versi.realiter,credidit tunc mandatum adesse,quod tamen non aderat. Et tempus datæ attenditur ad cognoscendum an gratia sit subreptitia.cap.si eo tempore.de rescrip.lib.sexto.Fely.in cap.eam te....nu.18. in uersic.Tempus datæ vbi latè.& postea uersic. intellige sane. & uersic.Et quòd in subreptione attendatur.ubi declarat, & limitat dicta per eum supra.Idem uoluit Paris.consil.45.num.secundo, ac consi.56.num.secundo,volum.quartò.Abb.in ca. quoniam Abb.de offic.deleg.Vnde consensus partis,qui postea superuenit,non sanat subreptionem, quia actus non pendet a potestate partis.Abb.in c. olim.no.19.de re iudi.ubi quòd subreptitiæ litterę non reualidantur etiam si aduersarius consentiat, quia hoc non pendet a voluntate sua.Domini de Rota contrarium concluserunt, tum de iure, quoniam non cauetur mandata, & consensum præcedere debere datum,neque quòd inualidæ sint supplicationes impetratæ ab eo,qui non habet mandatum. Immo in materia beneficiali potest quis non habens mandatum impetrare gratiam.glos.magna.in fin.in cap.nonnulli.§.sunt & alij.de rescript. vbi Fely.in prima fallentia.Et quia vbi agitur tantum de præiudicio gerentis actum tũ refert consensus non præcedat,uel subsequatur.Rot.in no.5.de iur. patro.Et videmus beneficium absenti conferri,& sufficere eius ratificationem.c.si tibi absenti.de prę ben.lib.sexto. Insuper supponitur clausula in mandato iuxta formam supplicationis signatæ, vel signandæ, quæ uerba non minus inferunt supplicationẽ iam signatam esse, quàm signandam fore,& in alternatiuis sufficit unã partẽ ueram esse.l.si hæredi plures.ff.de condi.insti.l.si quis ita.&ibi Alexan.& alij.ff.de verborum obligationibus,cap.inter cæteras. de rescript. stylus etiam notissimus est similes supplicationes signari, & ualidas haberi. & est Dec. Paleot. 233. incipiens propositum erat.

REDEMPTIO PROPTER CORrespectiuitatem.

Correspectiui actus dicuntur eodem contextu, vel eadem scriptura, vel vnus post alterum,& unus gratia alterius facti, qui aliquando habentur pro uno actu:& aliquando subsistunt,nonnunquã uerò secus.ut per Bald.in l.petens. C. de pact. per Ancha.consil.434.ex narratis. post numerum tertium.uersic.Præterea aduersandum.cap.pastoralis. ante numerum octauum.de rescript.Sozz.consilio 143.diu profecto.num.14.lib.primo,& nouissimè per Iaco.Mandel.Alb.consi.45.per totum. Quia in resignationibus beneficiorum sæpè diuersis respectibus correspectiuitas cadere potest, quæ plerunque resignationes ipsas inficit,simoniamquè inducit. capit. cum pridem. & cap.ultimo, de pact. Bella. Dec.12.Corne.consi.vltimo,lib.primo, Sarnen.super Reg.de Trien.quæst.12.num.12.& seq. & Dec.4.lib.primo. Subijcio reformationis supplicationem propter correspectiuitatem,quam altera supplicatione resignationis expedita præinserta tẽpore Pau.III. signatam uidi, cuius reformationis formula est.

Pater sancte, ne deuoti S.V. oratores Gaspar de Prado, & Antonius Gometij in præinserta nominati propter constitutionem procuratorem ad cedendum,

dendum, & retrocedendum, & consentiendum regressui vnico contextu, seu eodem die hinc inde factam, prout in dicta præinserta exprimi concessum extitit, effectu eiusdem præinsertæ fructentur dignetur S. V. litteras super eadem præinserta conficiendas cum expressione prædicta, ac absolutionibus, & dispensationibus super eadem necessariis, ac aliàs iuxta eiusdem præinsertæ uim, formam, & tenorem expediri mandare, de gratia speciali.

Non obstan. præmissis, ac omnibus alijs, quæ S. V. in eadem præinserta uoluit non obstare cæterisq; contrarijs quibuscunq;. .rem nepotis sui, a quo beneficium non consequatur. Cassad. Dec. 3. de renunc. sed id non concurrebant in isto casu, qa licet plures inter se fecerint permutationes, quilibet eorum dat, & recipit ab altero: ita quod effectualiter duorum, non plurium permutatio uideatur. Conclusum fuit permutationem fuisse simoniacam: quia non est uerum, quòd ille, qui at accipiunt a compermutante. primus enim accipit à quarto, cui nihil dedit. Videatur dicta Dec. ubi etiã alia ad rem nostram adducuntur.

PERMVTATIONES.

Permutationes secundum Azo. Hostien. & alios Summistas est alicuius certæ speciei hinc inde facta præstatio. In diffinitione ponitur, certæ speciei, non quòd in iure scriptum reperiatur, sed quia iura de permutatione loquentia exemplum dant de specie secundum omnes definientes. & licet exẽpla non arctent regulam, ad l. primã. §. quod vulgo dicitur. ff. de ui & ui arma. §. hactenus. Instit. de gradi. l. damni infecti. ff. de dam. infect. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. cap. primo, ne cler. uel mona. cum alijs, exempla tamen multoties repetita restringunt regulam, gl. in clemen. prima, in uersic. diœcesanos. de iu. patro. quam extollit Dom. in ca. si duobus, super glos. in uersic. præsentauerit, de rescrip. lib. 6.

Permutationem non inducere ueram beneficiorum uacationem, per illamque non dari ueram uacationem, uoluit Feder. de Sen. consil. 6. uideatur. colum. secunda, versi. illud autem tempus vacationis est momentaneum &c. & postea uersi. quod autem dixi supra, & consil. 73. factum tale est, & in tractat. permuta. in 18. quæstio. ubi etiam, quòd in permutationibus non additur beneficium, sed unũ loco alterius subrogatur, sequitur Cardina. in cap. quæsitum. 19. quæstio. num. 15. de re. permutatio. & Gaspar de Perus. in tracta. reseruatio. dum quærit, quis sit effectus reseruationis, fol. 6. nume. quarto, an autem hæc sint uera, uidenda sunt, quæ scripsi in 16. quæstio. 31. Reg. nu. 3. ubi per cap. primum, de rerum permu. lib. quinto, & clemen. vni. eo. Rot. 67. in no. & Gamma. in tractat. permu. colum. 28. numero 34. versiculo, sed istæ sunt chimeræ. Concludo permutatione amitti titulum, ius, & utranque possessionem, & beneficia purè uacare.

Permutationes aliquæ fiunt, & à Signatura admittuntur super beneficijs æqualibus, & aliquæ super inæqualibus. Æquales permutationes dicimus, quando æqualia sunt beneficia, quę permutantur, puta Seius permutat capellaniam ad altare. S. Antonij Pauij, cuius fructus &c. sunt quinquaginta ducati, cum capellania ad altare. S. Marię Bonon ię, quam Męuius obtinet, cuius fructus pares sunt, uidelicet etiam quinquaginta. Inęquales uero erunt permutationes, si capellania prędicta Sancti Antonij habet in redditibus annuis ducentum ducatos, illa uerò Sanctæ Mariæ quinquaginta.

Inæqualitas etiam considerari posse videtur pluribus alijs modis, & inter alios, si vnum sit beneficium simplex, alterum curatum. Vel duorum simplicium, seu curatorum vnum sit dignitas, alterum non. Amplius an vnum sit canonicatus, an dignitas propriè, an canonicatus collegiatę. Item an unum sit dignitas, alterum personatus, officium præstimonium, seu præstimonialis portio: inter q̃ beneficia magna est diuersitas, & inæqualitas. ad tex. in cap. cum in cunctis. de electio. & ibi per omnes. in capit. de multa. de præben. in ca. statutum. de rescri. lib. 6. & infinitis alijs in locis.

Inter permutationes æquales uidelicet, & inæquales aliquæ constituuntur differentiæ, quarum una est, quia inæqualitas beneficiorum permutatorum fraudis pręsumptionem plerumque inducit, cap. unic. de re. pexmu. lib. sexto. Rota. ult. de re. permu. an sola disparitas. in anti. & Fasto. dub. 22. tertium dubium &c. Secus dicendum est in permutationibus ęqualibus. Rursus permutatio beneficiorum in pluribus casibus fit contra inuitos, si beneficia sint ęqualia, secus si inęqualia, latè Cardina. in capit. quęsitum. quęstione 38. numero 23. de rerum permuta. & in clemen. uni. quęstio. 6. Innoc. nu. 15. eo.

Permutationes inęqualium beneficiorum respectu redditũum aquales effici possunt hoc modo, q̃ uni detur beneficium maiorum reddituum puta. 250. ducatorum, alteri uero conferatur illud, quod est minoris redditus, puta, 150. ducatorum, assignata illi pensione 50. ducatorum super fructibus beneficij, cui cesserat, seu parte fructuum. & de penbone super pinguiori beneficio permutato text. in cap. quęstiones, de rerum permu. & Anchara. consilio 279. quęstio proponitur. circa medium, & nõ solum compermutanti pensio, seu fructuum pars reseruari, seu assignari consueuit, sed etiam tertio.

Permutationes etiam ęquales efficientur, si uni dabitur beneficium ualoris. 200. ducatorum, alteri uero duo, uel plura inter se compatibilia, quorum redditus simul sint ducati. 200. possunt enim plura beneficia pro uno, seu cum uno permutari, ut supponit tex. in cap, uenerabilis. ibi [per dictam Ecclesiam S. Viti pro quibusdam ecclesiis &c.] & ibi per Docto. de excep. Fed. de Sen. de rerum permu. quęstio. secunda. Gamma. in eo. tracta. nu. 46. uers. postquam autem incidit sermo beneficiorum permutãdorum, fol. 10.

Permutatio beneficij curati cum simplici, seu pluribus simplicibus admittitur, Io. And. & alij in c. cum uenerabilis. de excep. Fed. de permut. bene. quæstio. 12.

Clau-

Clausula [ut alteri ex permutantibus, si compermutans facit, ne permutatio sortiatur effectum, liceat etiam propria auctoritate ad beneficium redire] conceditur à signatura, & est iuri consona. Immo etiam absque illa clausula posset i casu permisso compermutans ad beneficium cessum redire, præsertim si possessio non fuit occupata, ad cap. si beneficium. de præben. lib. sexto. Rot. 100. quòd ubi aliquis. in antiq. videatur Rot. 23. fuit dubitatum. post num. quarto, in no. in versi. in tertio dubio, & post nu. quintum. Socyn. consil. 168. in primis, num. secundo, toto consi. lib. secundo. Rebuff. de paci. posse. num. 145. Stepha. Bertran. consi. 133. viso processu, versi. præterea esto, parte prima, nume. 14. Nic. Boe. Dec. 205. nu. 3. & habemus. Regul. Cancella. 38. incipien. Item si committat alicui.

Natura permutationis est, ut ille, qui pro parte sua impleuit contra alterum non implentem agere possit. l. Paulus, & l. cum præcibus. C. de rerum permuta.

Clausula. [Et non alias, aliter, nec alio modo] in permutationibus indistincte admittitur; immo & non apposita subintelligitur. Iura enim prohibent beneficia .s. vacantia aliis quàm compermutantib. conferri. cap. vni. de rerum permut. lib. sexto, clem. uni. eo. Rebuff. de paci. poss. num. 146. Stepha. super signa. fol. 67. uersi. dico tamen, quòd dispositio illius cle. De hac clausula. [Et non alias &cæt.] loquutus sum supra, dum de resignationibus tractaui.

Permutationes in manibus Papæ tantum hodie fieri possunt, prout in Bulla Pij V. de qua supra de resignatio. in fi.

Generaliter notandum erit in materia permutationum beneficiorum, quòd quælibet permutatio facta prĕter formā iuris simoniaca est, tū ex eo qđ in spiritualibus, & illis annexis, omnis pactio, & conuentio simoniaca est. capitul. quam pio. prima, quæstione secunda, capitul. prĕterea. de transactio. & cap. cum pridem. de pact. & illa est bona, & canonica permutatio, quæ fit inter duos tantum inuicem sua beneficia permutantes libere, & absque pactionibus, iuxta tex. & ibi Doctor. in cap. quæsitum. de rerum permu. & ita Rota conclusit in Cameracen. canonicatus die decimo Aprilis 1551. prout Dec. Accoram. 13. lib. secundo, incipien. Quidam in quadrangulari permutatione renunciauerat beneficium in fauorem unius, ut ille intuitu suo renunciaret in alium; & ille alius in primum renunciantem. Et licet allegaretur hanc permutationem non esse simoniacam, quæ tunc fuisset, quādo quis renunciasset in fauorem alicuius, ut ille renunciasset in fauorem &c.

CESSIONES.

Cessio, à cedo cedis deriuatur. Nihil aliud est cedere beneficio, quàm a beneficio discedere, prout iuxta titu. C. qui bo. ced. poss. declarabimus, cedere bonis, id est discedere à bonis, & quicquid nostrum erat tradere creditoribus. Et cedere iuri, discedere à iure, est ius, quod habemus, alteri tradere. Ita accipimus uerba illa Ruth. cap. quarto. Cedo iuri propinquitatis. Iterum. Tu meo utere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. Hic erat mos antiquus in Israel inter propinquos, ut si quando alter alteri suo iuri cedebat, ut esset firma concessio, soluebat homo calciamentum suum, & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israel.

De cessione in alia materia, & quid sit cedere intercessioni, uel cedere prouocationi, vide Bud. in Annot. Pandec. super l. secunda, versic. Vnde cedere intercessioni. ff. de ori. iur. Quid etiam cedere legibus, cedere patria, cedere uita, cedere etiam fortunæ, cedere oneri, uel honori per eundem Bud. in l. hominem. §. quoties, ad finem. ff. depo. Et fortunæ cedendum, quod et habes apud Cæsaré, propè fi. lib. septimo, belli Galli. Cedere tempori quasi necessitati obedire. Cice. Famil. 4. Marcello. Tequè Principem necessitate cedentem tempori.

Cessiones an resignationibus, de quib. supra loquuti sumus, differant, discutiamus: & uidetur q non per tex. in cap. susceptum, de rescrip. lib. sexto, ubi ad similes effectus text. primò loquitur de resignatione, postea de cessione. Idem colligitur ex glos. rubr. de renuncia. in clemen. & ex ijs, quę no. Boni. de Vitali in clemen. prima, num. 6. eodem, & Rebuff. super concor. rubr. de Reg. ad præla. nomi. faci. §. monasterijs, in vers. cessionem. Contrarium tenuit glo. Reg. Cancel. 43. iuxta ordinem antiquū, & licet a Rebuff. mordeatur, negari non potest, quin in aliquibus inter se differant, & ad diuersos fines, per diuersa media, diuersasquè clausulas tendant.

Quando ceditur iuri, aut concessioni gratiæ literis non confectis, tunc derogatur iuri patronatus, ut supra.

Derogatur etiam priuilegijs, & indultis Cardinalium, ut supra.

Quando ceditur liti, iuri, & causæ, tunc dantur omnes derogationes, & suspensiones necessarię. Quid autem operetur cessio, liti, iuri, & causæ, uide Cassa. dec. 12. num. septimo, de appella. & uoluit Rot. 309. in nou. Auditorem Rotæ admittere posse cessionem litis, & causæ, sed non iuris, quam decis. 306. sequitur Felyn. licet illam corruptè citet in cap. per tuas, colum. secunda, circa medium, de simonia.

Clausula illa [cessit omni iuri &c.] non extenditur ad ius, quod in futurum competere poterit, cap. cum inter. de renuncia. glo. secunda, & Abb. in cap. ex multiplici, de deci. Bald. in l. pactum. C. de colla. pragma. de subla. clemen. litteris. in versicu. cuicunque.

In cessione, quæ fit iuri, liti, & causæ, cauendum est, ne aliquid temporale soluatur, seu promittatur etiam ratione expensarum, ad nota. per Paul. Roma. in trac. Pensio. in sexta q. an pensio redimi possit. num. 17.

Sup clausula, A cōmuni iuri sibi in canonicatu, &

præbendã, seu ad illos quomodolibet competen. cedit & c. illud participium (cõpetenti) cum sit præsentis temporis non autem futuri, uidetur stare assertiuè, seu demonstratiuè ut uoluit Ias. loquens de verbo competentia in l. Sticus, qui meus erit. circa princ. ff. de lega. primo. Aliter sensit Rota, quòd immo uerbum competenti, seu competentia, intelligatur sub conditione, idest, si competat, seu competant, prout uidere est Dec. Paleot. 4. incipien. In hac causa Cartaginen. pro quo ego cito gloss. no. in clemen. prima, in uersicu. si dignitatibus. in fin. ubi exponit imminens idest si quid iminet. de præben. Corne. consi. 12. circa primum. colum. secunda. uersic. unde legat. nume. 17. ubi exponit existentia quæ existunt. lib. 1. gl. in practi. Papien. super forma sniç diffinitiuę. in uersicu. absoluimus. ubi exponit omni iure competente, idest, si quod competit.

Derogatur etiam, ut dixi, Regulæ de subrogandis colli. addita clausula, uidelicet. Attento quòd orator non est cedente potentior. Vide per Inno. & Hostien. in capit. primo, de alie. iudi. mutan. cau. fa. Rot. 177. cessio facta, in nou. & latè per Sarnen. in prima quæstio. Reg. præfatæ de subrogan. num. secundo.

Illa clausula. [Attento quòd non est cedente potentior] seu [dummodo non in potentiorem] rationi, & iuri consona est. Potentioribus enim pares esse non possumus, inquit text. in l. qui etiam. in princ. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. & in Authen. ut omnes obe. iudi. prouin. §. si uerò, versicu. Nec latet, ut nec tutum sit contra tales negocium suscipere simplici clerico fauoribus impari, est bonus tex. in l. qui cum uno. §. nõ omnis, qui lité habuit & iõ militauerit, ex authorari iubetur, sed qui eo animo militiæ se dedit, ut sub obtentu militiæ prætiosiorem se aduersario faceret. Exponit ibi Bud. prætiosiorem, idest, duriorem, & intractabiliorem. ff. de re mil. pro præmissis adduci etiam potest rub. & l. 1. & 2. C. ne lice. potentio.

Potentiorem præcipuè dicas ratione officij, magistratus, uel dignitatis, qno casu cessio regulariter prohibetur, & cedens omne ius perdere debet, qđ habet, casus est in text. in l. secunda. C. de lice. poten. secundum Specui. de cessio. actio. §. primo, versicu. Quod autem dixi. Est etiam text. in l. uni. C. de contra. iudi. in l. fin. C. de litigio. in l. non licet. C. de contrah. emptio. in l. auferatur. §. quod si a præsi. ff. de iu. fisci. in l. fi. C. de rescin. uen. & per Soc. Regu. 48. in 1. fallen.

Prædicta uera, quando fit malitiosè causa opprimendi aduersarium, secus si bona fide, argum. text. in l. qui stipendia. C. de procur. Abb. in c. fi. de alie. iudi. mut. cau. Idem uoluit gl. in alleg. l. 1. in uer. potentiorum. C. ne lice. potentio. & ibidem Albe. numero 2.

Limitantur etiam præmissa procedere solum quando cessio, seu alienatio fit in potentiorem, qui ratione officij possit metum inferre aduersario, secus si terrorem inferre non possit, præalle. gloss. & Ang. in dicta l. prima, C. ne lice. potentio. Idem Ange. in l. prima, colum. prima, C. si rect. prouin. sequitur Paris de Put. de sindica. in uersi. contrahere. numero 3. Idem uoluit Rot. 177. cessio, versicu. præterea potioritas. in no. & plenius dec. Pedemontan. Chachera. 144. ex actis, præsertim numero. 13. & sequen.

Nec quis putet potentiorem dici ditiorem, nobiliorem, uel ex primatibus ciuitatis, ut per gloss. in l. prima, C. ne lice. potentio. & ibi Ias. num. secundo, gloss. & Abb. in cap. secundo, de alie. iudi. mutan. cau. fac.

Similiter nec cancellatur reseruatio expressa, uel exprimenda.

Nec tolluntur, seu extinguuntur reseruationes, uniones & c. sed suspenduntur, ut supra in resignationibus dixi.

Dantur omnes derogationes priuilegiorum, & indultorum, etiam iuris patronatus laicorum, etiã principum in totum, Regum excepto: nisi antea fuisset illi semel derogatum: tunc enim facilè illi derogaretur, ex quo iam derogari consueuerit, argu. text. in l. prima, §. permittitur. ff. de aqua quotidia. iunct. glo. in versic. impetrabile. Et ex illo tex. infert Bald. consi. 121. primò quæritur, in princ. lib. primo, ad alienationem rei ecclesiasticæ, vt non requiratur in ea tractatus, si sit alienari solita, secus alienari non consueuerit. Idem uoluit Alexan. consilio 189. uiso, num. 19. libro 2.

Clausula [quòd litteræ in forma nouæ, seu simplicis prouisionis expediri possunt] non conceditur propter reseruationem inibi forsan expressam, ob quam fortè Papa non daret petenti beneficium, nisi ipsemet signaret.

RETROCESSIONES.

Retrocedere nil aliud est, quàm iuri, seu beneficio ab aliquo cesso, uel resignato in eiusdem cedentis fauorem cedere. Huius cessionis formula est. Cũ deuotus orator A. cui aliàs, seu nuper de beneficio. S. Nicolai tunc per liberam resignationẽ deuoti etium oratoris vestri. B. in manibus. S. V. sponte factam uacan. prouisum, seu prouideri concessum extitit, concessioni gratię huiusmodi, ac omni iure in illo, uel ad aliud sibi quomodolibet competenti literis desuper non expeditis, & possesione non habita, ex certis causis animum suum mouentibus in eisdem manibus, uel alterius ad id potestatem habentis, spontè, & liberè cedere, dictumque beneficiam resignare, seu retrocedere in fauorem tamen dicti B. proponat, ꝓut cedit, & resignat seu retrocedit de præsenti, supplicat & c.

Eædem ferè clausulæ conceduntur in retrocessionibus, quæ in cessionibus, seu resignationibus. Et retrocessiones plerunque fiunt litteris non expeditis, & possessione non habita, de quibus clausulis loquutus sum supra, dum de resignationib. tractaui, uers. Beneficij obtenti.

Retrocessiones sæpe fiunt ad effectum, ut retrocedenti seruentur regressus, seu fructus, uel pensiones obtentu retrocessionis: quæ alioqui non concederentur, uel difficilius, & non ita ualidè: Et tunc in supplicatione ponitur clausula. [Ne ex resignatione, cessione, seu intercessione huiusmodi nimium

mium dispendium patiatur &c.] ad tex. in c.super hoc.de renun.

In Hispanijs solent nonnunquam eodem contextu procuratores a partibus constitui ad resignandum in manibus Papæ, nec non retrocedendum reseruato regressu, pensione, vel fructibus. Isti actus correspectiui dicuntur, ad Bald. & alios in l. petens.C.de pact. Corne.consi. vltimo, lib. primo, numero 1.& sequen.consi.136.num.duodecimo, & sequen.lib.secundo. Aimo cons.153. vltra iam, numero 8. Vnde tum de inualiditate actuum, tum de simonia dubitari posset. Ego consului in supplicationibus de super signandis hanc, vel similem clausulam poni, quæ posita, & concessa fuit videlicet. Et an A. ad cedendum, vel resignandum dictum beneficium in fauorem B. ipse vero B. ad retrocedendum in fauorem dicti A. & ipse A. ad consentiendum regressui &c. ac pensioni, seu fructuum reseruationi in fauorem B. eodem contextu procuratores constituerint exprimi possit: & tunc cum opportuna absolutione, ac despensatione de super necessarijs. Vide supra in reformatione propter correspectiuitatem.

Magnum fuit dubium in Rota, an resignans bis idem beneficium verè periurus dicatur ad effectũ, vt retrocessio postea facta non teneat. Die 27. Februarij 1542. coram Sarnen. in Brixien. obtinui pro negatiua in fauorem Patriarchæ Constan. cliẽtis mei: ea præsertim ratione, quia iuramentum assertorium non infamat. Abb. in cap. quærelam, in tertio not.de iureiurando. Et illa opinio, an collatio facta periuro subsistat, est valde dubia, vt latè per Fely. in cap. ex parte.de rescrip. vnde in dubio Dom. Patriarcha excusandus veniebat. Hanc conclu. annotauit Puteus dec. secunda, sub titulo de iureiur. vltra ibi adducta plura alia ego in medium afferebam, quæ hic non refero.

Quæro an pensionarius teneatur acceptare retrocessionem, si cessionarius, qui succubuit super beneficio propter non bonum ius, velit retrocedere? Rota, ex quo pensio fuit nulla a principio in Segobien. Pension. de Valle Ludo coram Fabio 16. Octobris, conclusit pro opinio. affirmatiua, prout Dec. Putei 27. seu vlti. sub titulo de pensio. uide infra de Pensio. ver. clausula in supplicatione pẽsionis, cum duabus quæstio. subseq.

De retrocessione præsumpta post lapsum triennij uide nota. alleg. Lapi 89. præsertim post num. 16. uersic. item probatio dictæ renuntiationis. & ad finem eiusdem alle. uersi. ita in proposito non sufficit. & quæ ibi addo, maximè in quæstio. 23. & duabus sequen. & Sarnen. in 24. quæst. Reg. de Trien. post num. 5.

SVBROGATIONES.

Subrogatio (iuxta terminos nostros) nihil aliud est quàm substitutio, uel suffectio in locum defuncti cum aliquo super beneficio litigantis. De subrogatione in loco defuncti loquitur text. in l. properandum. ff. de iud. sed magis ad rem nostram est tex. in capitul. fina. ut lite penden, libro sexto, & in clemen. prima, uersi. si uerò alter, cum gl. in vers. mori. eo.

Subrogationum altera est gratiosa, dum ipse Papa subrogat per uerbum, subrogamus. Altera rigorosa, quæ dicitur mandatum de subrogando, per uerba, subrogari mandamus, uel subroges, & similia, prout declarat Cassa. de utraque loquens de ci. 1. ut lit. penden. uide Sarnen. in 70. quæstio. Regu. de Anna. num. secundo, supplicationis subrogationis formulam posui in 1. quæstio. Reg. de subro. num. 5.

Inter alias differentias, quæ inter subrogationes pdictas cõstitui possũt, hic vnã subijciã iuxta pulchrã Dec. Mohed. 2. de Subrogã. aliàs 327. ĩ hęc verba. Fuit resolutum, magnam esse differentiam inter subrogationem rigorosam idest mandatum de subrogando datum Auditori, ut subrogationem faciat etiam quo ad possessionem, & subrogationem datam in forma gratiosa: nam in prima, quæ est rigorosa, non est danda possessio, nisi prius discusso iure actoris, in quo alius est subrogatus. Et ita anno 1539. mense Februarij coram Rauellen. in Gerunden. Beneficij Hesteria, in quo Antonius Castilla fuit subrogatus in ius Petri Castillæ, fuit resolutũ non esse dandam possessionem, nisi prius discusso iure Petri auctoris Antonij. ad decis. 10. in nou. vt lite penden. ex eo quòd Auditor non potest tradere possessionem, nisi illi, cui de iure cõperit. i. hñti ius bonum in beneficio, ad cuius resolutionem opus est audire partes, & discutere eorum iura, quia contra subrogationem possent opponi plures exceptiones, ut tenet Cardina. in clemen. uni. col. 3. de seque. possesio. & fructu. maximè exceptio defectus iuris. Idem Cardina. consi. 145. colum. secunda, & contra mandatum de subrogando potest opponi de subreptione, & non patitur ius dari in beneficialibus uitiosum ingressum. ad capit. uni. de eo qui in poss. cau. rei seruan. In secunda autem subrogatione in forma gratiosa non est facienda discussio: quia subrogatus gratiosè potest intrare in possessionem propria auctoritate, etiam lit. pendente. sine uitio attẽtatorũ, & ita fuit decisũ corã R.P. Dom. Episcopo Aquen. in causa Lucensi parochialis de Villa Rubin. inter Ludouicum Valcare ex vna, & Ferdinandum Arias ex altera. 29. Octobris. 1540. quia quando Papa gratiose subrogat etiam quoad possessionem, tunc statim sine alia disputatione de iure actoris est danda possessio, quia ita Papa mandat, cuius mandato est obtemperandum; & ita in multis casibus fuit obseruatum in Rota. Et subrogatus potest intrare possessionem propria auctoritate. Et ratio est, quia licet possessio defuncti non transeat in hæredem, ut est tex. in l. Pomponius. §. quæsitum. & in l. cum hæredes. ff. de acqui. possessione. Ex Decreto tamen Iudicis, seu Statuto potest fieri, quòd possessio continuetur in hæredem, ut tenet Alex. in dicta l. cum hæredes. & in l. si auctor, & ibi Ias. C. de iu. delib. Sic per subrogationem gratiosam potest Papa transferre possessionem, & continuare de uno in alium, facit. l. raptores. C. de epi. & cler. argu.

In subrogarionibus derogatur omnibus priuilegijs,

legijs,& indultis (prout supra) Regis,& Reginæ in dulto excepto, nisi antea pro eodem Oratore semel fuisset derogatum.

Derogatio Regulæ de Subrogan. nulli dari debe ret, uideantur, quæ dixi supra in derogationib. Regularum.

Subrogatio pro non collitigante de iure conce di non deberet, beneficia enim litigiosa conferri nō debent nisi collitigantibus. ca. j. & 2. ut lit. penden. clem. 1. eo. Nec aliud est prohibere nouos colligan tes, quàm lites tollere, illasque execrari, quod optimum, omnique iuri, ac rationi consonum est. l. qui dam existimauerunt. ff. de re iudi. & ad alia quæ adduco in præfa. Regu. de subro. no. 1. subrogatio tamen datur absque derogatione dictæ Regulæ, quando collitigās extra Romanam Curiam decessit: si apud Sedem, non, nisi esset notabile tempus, uidelicet, duorum, aut trium mēsium intermediū. Et hæc ex Regu. & facto per Alex. VI. de quo etiā loquitur Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis nu. 12. pag. 164.

Non datur clausula. Quod literæ in forma nouæ uel simplicis prouisionis expediri possint.

In Monasterijs Concistorialibus, quæ reseruata sunt per Regulam Cancel. 2. non datur regulariter subrogatio, videatur Staphil. super signa. fol. 165. à ter. uers. est alius casus.

In subrogationibus siue aduersarius decesserit in Rom. Cu. siue extra eam, debet narrari status litis. Et in huiusmodi subrogationibus adduntur in fin. hæc uerba uidelicet [Et quatenus sit uera lis] & sic excluditur lis calumniosa, vel notoriè iniusta. ad l. summa. uers. sin autem euidens calumnia. ff. de condi. indebi. l. 1. ff. de litigio. Abb. super rubri. de transact. post princ. Rot. Bisigne. 2. de rerum permu. in fi. in antiquio. Cassad. decis. 7. de don. & contu. & dec. 5. ut li. penden. nu. 3. Sarnen. in 45. q. Reg. de Anna. ad fi.

Amplia, ut excludatur etiam lis per rem iudicatam finita, etiam si subrogatio sit cum clausulis fauorabilibus, & in ea Papa declaret, quòd iuri tertij præiudicetur, prout per Io. Bapt. Ferret. cons. 12. tota controuersia, numero decimo, uersicu. ad unum aliud.

Clausula quoad subrogationem in litem, diuersa est à clausula, quoad subrogationem in spolio. & si istæ duę clausulæ in eadem supplicatione sint obtentæ, impetrans poterit expedire singulas separatas ex singulis huiusmodi clausulis, prout dixerunt Domini de Rota etiam ex mente Dominorum Re fendariorum Cesar Agustan. parrochialium prout Dec. Reuerendissimi Paleot. 34. incip. Quęstio erat an Io. Aldon. At si quis habeat solam clausulā subrogationis in litem (& ius defuncti, non censebitur subrogatus ad possessionem, & prosecutionem cau sæ spolij. ad text. in l. Pomponius. §. quæsitum. & l. cum hęredes. 1. respon. ff. de acq. pos. Rot. Bellame. ubi distinguit. Pro ijs, & alijs hunc spectantibus uideri poterunt quæ scripsi in 10. q. Regul. de subro. colliti. Et φ actio spolij non iuuat in subrogatione nisi saltem in auratea de spolio fiat mentio. Put. Dec. 389. lib. j. incip. Die 1. Decembris.

Hodie R. D. Datarius non concedit subrogationes nisi sibi aliquantulum constet de aono iure petenti s sein ius, seu ad ius aduersarij defuncti subrogari, & hoc facit ad tollendas lites, quod omnia iura suadent, ad præalle. tex. in l. quidam extimauerunt. ff. si cer. peta. l. minoribus. 35. annis. ff. de mino. l. itē si res. §. fi. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fa. ca. finem litlbus. de do. & contu. c. dispendia. de rescrip. lib. 6. & prouerb. c. 16. & seq. ubi lites exequirentes peruersi appellantur.

Si in subrogatione adsint clausulæ generales aliæ uidelicet reformat. &cæt. affectum &c. & sic ad dita clausula a signatura. Præter quam per obitum apud sedem, quæ narrat singula in contrarium. ca. dominus. iun. gloss. 1. 31. q. 7. Oldr. cons. 136. nu. 2. Bald. in cap. 1. in princi. 2. colum. per quos si. in uesti. Idem Bald. ac Salyc. in l. ita nobis pudor. C. ad legem Iulia. de adult. Abb. Imol. & Fely. in cap. ex parte. 2. de offic. deleg. defenditur impetratio a sub reptione ob non expressam specialiter reseruationem, uel non expressas reseruationes si plures sint, ad Regu. Cancel. 62. incip. Item uoluit, & ordinauit, quòd quando prouidet. con. Calde. 7. de rescri. & Paris. cons. 138. num. octauo, uolum. 4. Videatur Dec. Paleot. 229. incipiens Spinellus obtinuerat.

NOVÆ PROVISIONES.

Noua prouisio alium titulū necessariò præcesisse supponit. Rot. 531. primo, & secundo in anti. Bellame. 116. si petens. gl. super reg. 62. iuxta ordinem anti. col. 2. Sarnen. q. 19. super regul. de subrogan. col. fin. versi. Nec obstat, quòd noua prouisio. & q. 27. de Anna. circa med. uers. pro parte negatiua dicebatur.

Pro noua prouisione uideatur late per Petr. Rebuff. in praxi super rubrica de noua, & simplici pnisione. pag. 145. cum pluribus seq.

Nouam prouisionem concedit etiam Papa, post quam semel ipse prouidit, & hoc iure utimur, qcquid in contrarium annotatum reperiatur in libro nuncupato prouin. fol. 60. a ter. sub rub. nota plura notabilia. uers. item super prouisionibus factis, & quicquid dicat Rebuff. ubi supra num. 5. uer. sed si semel summus Pontifex, & super concor. in for. manda. apo. in uers. gratiam. uers. aliud rescriptum gratiæ, pag. 546. uideantur, quæ dixi in 9. q. 33. reg. præsertim nu. 9.

Verba hæc [Acceptationem, & prouisionem, seu prouisionem, & collationem huiusmodi ratas, & gratas habentes] cancellari debent, cum forsan inualidè sint factæ.

Reseruatio aliqua expressa, vel exprimenda cōcedi non debet, nisi Papa signet, uel prouisio facta esset vigore facultatis resignandi, & permutandi; quoad beneficia reseruata semper se extendit, & nunc detur reseruatio.

In noua prouisione uigore permutationis iuxta Roma. Cu. factæ, licet non sit uigore facultatis, tamen datur reseruatio, cum de beneficiis huiusmodi non possit nisi compermutantibus prouideri. ca.

H primo

primo, de rerum permuta. lib. sexto, clemen. unic. eo. Immo iuxta opin. aliquorum permutatio non inducit veram uacationem beneficiorum, nec per illam datur uera uacatio. Fede. de Sen. consilio 53. uerius uidetur. colum. secunda, uersic. illud autem tempus uacationis est momentaneum &c. & postea uersi. quod autem dixi supra &c. & consil. 73. factum tale est, & in eiusdem tracta. permu. in decima quæstione, vbi etiam quòd in permutationibus non additur beneficium, sed unum loco alterius subrogatur, sequitur Cardin. in cap. quæsitum in 19. num. 15. de rerum permut. Mil. in suo reper. in vers. gratiam beneficij impetrans ex causa permutationis. Verior tamen opin. uidetur, quòd ex causa permutationis inducatur uera beneficiorum vacatio, ut notatur in dicto ca. 1. de rerum permu. lib. 6. & in clemen. prima, eo. Rot. 498. no. quòd beneficia causa permutationis, & 262. si A. in anti. Lamb. de iure patro. in 6. art. 6. q. prin. in j. par. lib. 2. num. 2. fol. 201.

Impetrantes quando petunt, quòd litteræ in forma nouæ, uel omissa narratiua præmissorum in forma simplicis prouisionis expediri possint, tunc addi debet clausula uidelicet [Et tunc litteræ expediantur absque aliqua expressione generalis reseruationis, nisi ipse Papa signet.

Mensis uacationis expressio in noua prouisione an facienda sit, ualde in Rota controuersum fuit, & pro opin. negatiua videntur Decision. Bellame. 639. ac in no. 274. Verior opin. est pro affirmatiua, & ad illas Decisiones respondet Fely. in cap. in nostra. de rescript. Et pro hac opin. affirmatiua sunt Decision. Method. 73. incipien. cum in regula. ac Paleot. 399. incipiens. Didacus de Castello. Limitatio ex locis supra citatis sumi potest, hanc conclusionem affirmatiuam non procedere quando in prima prouisione, seu impetratione mensis mentio facta fuit.

Quęro an propter istam clausulam in noua prouisione obtentam, uel aliam similem videlicet. Et quòd obstantię oratoris, ac ius, & tituli illius, aut aliorum quorumcunque, habeantur pro expressis, seu exprimi possunt, adiecta etiam postea alia clausula videlicet. Liceat quoque si uidebitur infectũ titulum suum, ac causas infectionis exprimere, patiens defectum natalium sit tutus ne noua eius prouisio dicatur subreptitia, pro impetrante dicitur propter istas clausulas quod talis defectus uirtualiter fuerat expressus, & effectu habito non est curandũ de modo. l. si mulier. ff. de condi. cau. dat. l. Iulianus ait iunct. glo. ff. de condi. & demon. Et dicimus non referre quid ex æquipollentibus fiat. l. muliter, quæ duobus respon. 1. ff. ad Trebell. l. 3. C. de institu. & substi. sub con. fac. l. ultima. C. de condit. quæ sub mo. c. tua. cum ibi nota. de consan. & affini. Et æquipollentia dicuntur, quæ habent eandem rationem, & quorum effectus est idem, ut declarat Bald. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. Et dixit Bart. in l. ab emptione. uersus finem. ff. de pact. quòd ęquipollens semper subauditur, & sufficit. Et Barto. ibi sequuntur Ange. Pau. Castren. ac Ias. & alij. Hinc videmus quòd si testator mandauit rem seruari, perinde est ac si prohibuisset alienari, eadem. n. est natura uerborum ęquipollentium. l. secunda. C. de usuca. pro pro empto. & ibi notat Bald. Æquipollens etiam sufficit in sententia. cap. in ijs, de uerborum signifi. iun. glo. Et uoluit Bald. in addi. ad Specu. in titu. de arbit. in versi. Quid si unus. ubi quòd si unus iudicum dicat condemno in uno solido, alter uero dicat condemno in duodecim denarijs, ualet sententia, & iudices dicuntur concordes. Sic dicamus nihil differre exprimere tractorem defectum nataliũ pari, uel dicere, quòd obstantiæ beneficiales, ac obstantiæ oratoris, & causæ infectiuæ, & annullatiuæ habeantur pro expressis, seu exprimi possint. Causæ enim quæ obstabant gratiæ beneficiali, eamque annullabant, erant ipse defectus natalium, & non alius. At nominatim dicitur facta expressio eius, quod in uno rantum uerificari potest. l. secunda. ff. de libe. & posthum. Abb. in cap. ex parte. 1. colum. secunda, de offic. delega. ubi quòd specialis dicitur facta expressio, quando clausula generalis in uno tantum comprobari potest. Ias. consi. 15. lib. primo. Soc. Iun. consi. 107. uiso testamento. num. 14. & sequen. lib. primo. Sarnen. in undecima quæstio. de trien. ante nu. 14.

Pondero etiam sufficere, quòd noua prouisio de facto uerificetur, etiam si requireretur clara, & indiuidua expressio, seu narratio, superflua esset noua prouisio vt latius tangam infra uers. Noua item prouisio sufficit quòd de facto.

Præmissis non obstantibus contrarium adusit Rota in Paduan. parro. de Aggere magno coram D. Thanis. 6. Martij. 1542. ex quo illa uerba, Obstantiæ oratoris, respiciant tantum obstantias beneficiales, nec tamen per hoc exprimi possent obstantiæ, quæ proueniunt ex defectu natalium, cum primis enim facilius dispensatur, quàm cum secũdis. per glo. communiter comprobatam. cap. primo. in vers. sed Apostolicę. de fil. pręsbi. lib. sexto, cum igitur in vna facilius dispensetur, quàm in altera, in illa generali mentione obstantiarum non uenit ista obstantia proueniens ex defectu natalium, prout Deci. Putei ducentesimaoctuagesimaprima, incipiente, patiens defectum natalium libro primo.

Noua prouisio narrato quòd aliàs de facto per Vicarium Epi sibi licet non ad eum, sed alium spectaret collatio, fuerat prouisum, fuit tenta per Rotam non subreptitia, si producatur collatio asserti Vicarij, licet de eius facultate, vel vicariatu aliter non constaret, quo casu gesta per Vicarium inualida sunt, prout per Bald. in cap. primo. §. primo, in fin. si inter domi. & vasal. super inue. lis ori. & Ioan. Firma. in tracta. de episco. in septima parte. quarto. lib. quęstione octauam, num. decimo. habes deci. Crescen. 154. aliàs octaua, sub titulo de pręben. Ratio erat: quia cum fuisset expositum, quòd de facto collatio facta fuerat, cum spectaret ad alterius collationem, Papa non fecit fundamentum in facultate Vicarij conferendi, vicariatu, nec in facultate Vicarij conferendi, cum omnino supponeret non esse ad illius collationem, seu tantum in mera prouisione emanata de facto.

Dero-

Derogationes omnes supra expressæ etiam procedunt in nouis prouisionibus, ex causa tamen permutationis derogatur iuri patronatus in totum.

Quæ iuris patronatus derogatio nisi obtineretur, illi discussioni locus esset, an requireretur præsentatio patroni, an sufficiat consensus, an præsentatio facta contempto patrono sit nulla, vel irritanda. prout Ro.307. prmutatio facta, & per Feder. de Senis in tracta. permu. quæst. 30. per Felyn. in tractat. quan. lite. aposto. no. patro. in octaua amplia. & nouissime per Lamber. ubi supra. artic. 6. post num. 2. uersi. circa hanc, & num. 20. & seq. fol. 201. & seq. ubi latè.

Si petatur in clausulis, quòd nomen, & cognomē defuncti exprimi possit, non debet aliquid deleri, cum in collatione ordinarij, vel in instrumento acceptationis, & prouisionis illa iam expressa præsumi debeant; & licet gratiam beneficialem impetrās nomen, & cognomen suum exprimere debeat. Archidiaco. 25. quæst. secunda, in sum. Imol. in c. cum accessissent, & ibi Fely. in prin. de consti. Rebuff. in tract. nomi. q. 14. num. 33. & in praxi in for. Signa. in uersicu. Ioannes Baliui, tamen satis expressa dici possunt, cum (vt præmittitur) in præcedenti prouisione, seu actu expressa supponantur.

At si in clausulis adsit, quòd possit fieri mentio qualitatum, non tamen exprimi poterit cura, vt tenuit Rota 24. Aprilis 1544. in causa Paduan. parrochialis, prout Dec. Putei 311. incip. 24. Aprilis 1542. li. j. ea præsertim ratione, quòd uerbum qualitates non alterat, corpus &c.

Clausulæ [Et q; obstātiæ, ac beneficiales, & causæ annullatiuæ, & infectiuæ] de quibus per Cassa. dec. 6. de præb. comprehendunt (prout dec. Achil. 9. eo.) quamcunque nullitatem, etiam in qua requireretur dispensatio, uel in qua esset defectus substantiæ. Et doctri. Fely. in cap 2. num. 5. de rescrip. fuit declarata procedere in prouisione, non autem in noua prouisione: pro ijs clausulis uidenda erūt quæ scripsi supra in prouisionibus ad fi. versi. clausula. Nec non causæ annullatiuæ &c.

Videnda erit Dec. Paleot. 280. incipiens uacauerat canonicatus in mense.

Tempore Sixti, Innocentij, & postea, in nouis prouisionibus, & etiam simplicibus, ut audiui, tolli consueuerunt illa uerba videlicet [etiam si per nō debitas diligentias vigore expectatiuæ factas, vel omissas vacet] & hoc propter regulam de Diligentijs, meo autem tempore clausula illa concedi solebat, sed nunc illi clausulæ locus non est, quia expectitiuæ non conceduntur.

Nouæ prouisioues concedebantur expectantibus, post acceptationes, & ante publicationes, quæ æquipollebant publicationibus; & ipse tantum canonizandæ veniebant. ad consi. Rom. 433. quo ad primum. num. 6. in secundo artic. Cassad. decis. 21. nume. primo, cum duabus decisio. sequenti. super Regulis. Paris. consi. 118. incipien. & per totum, uolum. 4.

Noua prouisio etiam nulla quòd suppleat diligentias Regulæ de publican. uoluit Rota, vt testatur Sarnen. in 45. q. Reg. de Anna. post med. uers. & pro ista opin. uersi. potest etiam adduci. & q. 11. Regu. de publican. col. j. uersi. sed est fortius noua prouisio nulla.

Noua item prouisio sufficit, quòd de facto iustificetur, nam narratiua nouæ prouisionis deberet iustificari plenè, & ualide utique quis non egerit, noua prouisione, quippe quæ titulum aliàs inualidum supponit, ideo dubitat orator de prouisione sibi facta, & petit denuo, seu de nouo sibi prouideri, sufficit igitur quòd iustificetur de facto, vnde si narratum fuit, quòd Apostolica, seu ordinaria auctoritate prouisus fuit, sat erit si pro iustificatione ostēdatur electio de eo facta, & sic de facto uerificatus uerbis, sub quib. generalib. ueniret electio. Cardina. in clem. causam. quæst. 4. de electio. Geminia. in cap. ut circa. in princ. eo. tit. lib. 6. Et generaliter dicimus nouam prouisionem supponere titulum producentis, licet inualidum. Pute. 271. incipien. Quarta Maij. lib. 2. Et quòd sufficit iustificatio de facto concludit Rota in causa Lucan. quinto. Sixti prout Deci. Paleot. 337. Incipien. quidam Zacharias.

Gratificationis clausula, quatenus illi locus sit, si petatur, conceditur. de qua clausula, & eius effectu loquutus sum supra, dum de prouisionibus tractaui.

Præsentato per patronos, aut patronorum medietatem ad beneficium petenti nouam prouisionem cum derogatione iuris patronatus laicorum, derogatio huiusmodi conceditur. Ratio adduci potest, quia tunc non consideratur patronorum spretus, de quo in c. decernimus. 17. q. 7. & per Rot. Belle. 163. & 177.

Quando prouisus auctoritate ordinaria de beneficio iuris patronatus laicorum possessione subsequuta petit nouam prouisionem cum derogatione iuris patronatus huiusmodi attenta possessione, debent addi in fine clausulæ derogationis huiusmodi hæc uerba, uidelicet [Et patronis non reclamantibus, uel pro medietate] Reclamantibus patronis indistinctè collatio inualida redditur, propter tex. in allega. cap. decernimus. 16. q. 7. Non reclamantibus autem patronis, an & quando collatio subsistat, tractat Cardina. in clem. secunda, colum. 7. uersic. si ergo post institutionem factam. de suppl. neg. prælat. & Fely. in c. cum Bertoldus, in 4. & 5. limi. nu. 14. & seq. de re iud. quem sequitur Cassa. dec. 2. nu. 4. de loca.

Noua prouisio etiam conceditur præsentato à patronis, & ab ordinario instituto, cuius formulam posui in sexta quæstione. 31. Regul. numero quarto.

Noua autem prouisio an detur præsentato a patronis, eum ordinario instituere recusante, diuersimode seruari uidi, & conceditur potius in fauorē præsentati a personis priuatis, quàm ab uniuersitatib. dominis temporalibus, seu principibus, in quibus signatura præsumitur, ius patronatus potius esse ex usurpatione, quàm ex fundatione, uel dotatione, iuxta opin. Anto. de But. in c. directus, de off. deleg. de qua dec. Ptolo. 87. in qua attestatur, quòd licet in familia priuata, qui ab immemorabili tem-

pore præsentarunt, si allegant se patronos ex fundatione, & dotatione, concurrente immemorabili tpe p̃sumitur iuspatronatus ex fundatione, & dotatione, secus aũt conclusũ fuit in Oscen. S. Vincentij coram Sarnen. & in pluribus alij causis in vniuersitate, in domino temporali, & in familia potente, quòd immo præsumatur ex usurpatione, prout etiam dec. Mohed. 223. aliàs 253. Hinc videmus, quòd aliquando signaturæ præpositi, dum à potentibus præsentati, & ab ordinario non instituti; nouas prouisiones petunt, requirere solent, ut aliquid eis super fundamento iurispatronatus ostendatur, seu per aliqua iura summariè, & extraiudicialiter, vel saltem præsumptiuè de iure patronatus eis fides fiat.

Ego autem dum Illustris. Dom. Isabellæ Columnæ Principissę Sulmonæ ius patronatus defenderé, & pro illius conseruatione pro uirili pugnarem; audacter asserebam, & probabam nouas prouisiones huiusmodi ab ea præsentatis, illos Episcopo Gaetano instituere recusante, nullo modo denegari posse, adducebam cap. decernimus, & c. monasterium. iun. glo. fin. in fi. 16. q. 7. glo. in c. cum Bertoldus, in versi. aduersus. de re iudi. & alia, quæ latius videre licet in præallega. q. 631. num. 8. & seq. & num. præceden. posui formulam, huiusmodi nouæ prouisionis pro præsentato, eum ordinario instituere recusante, similes nouas prouisiones sæpe obtinui, sed non absque maximo labore.

Noua prouisio non datur illi, qui per Rectorem alicuius vniuersitatis in Gallia ad aliquod beneficium est nominatus, cum nominatio sit una ex potentioribus concessionibus pragmaticæ, seu concordatorum, prout in §. præterea, sub rub. de collatio. in concorda. & nominationum pulchrum tractatũ fecit Rebuff. vbi omnia quæ desiderari possunt in illa materia discussit Addetur igitur clausula, videlicet [Et cum expressione, quòd nominatio huiusmodi facta fuit vigore priuilegij Apostolici.]

Oratrici narranti se electam in Abbatissam per moniales illius Monasterij non datur noua prouisio, neque confirmatio, nisi dicat se electam per cõuentum, aut medietatem conuentus; potuerunt. n. duo, uel tres moniales eam elegisse, & narratiua uera esset, vulga. l. ubi numerus. ff. de testi. l. inter illam. in fin. ff. de verborum significa. cap. pluralis loquutio, de regul. iur. lib. sexto. Si talis noua prouisio, vel confirmatio illi conceditur, additur clausula, videlicet [& de consensu medietatis conuentus.]

Abbatissa, uel Priorissa monasterij monialium secularium, siue canonicarum, si petat simplicem, uel nouam prouisionem super abbatissatu, uel prioratu, non expressa conuentualitate, tunc addi debet clausula, videlicet. [Et conuentualis sit tunc de eo.]

In una Calaguritan. Abbatiæ 27. Aprilis 1547. fuit per Peregrinum Fab. dubitatum, an Iohanna amiserit ius propter ca. auaritiæ, uel eius noua prouisio sit subreptitia? Iohanna enim ista fuerat electa a monialibus concorditer, & confirmata per superiorem suum, quæ tamen erat incapax propter ætatem, qu.a erat in 15. annò, confirmatio erat inutilis, propterea obtinuerat à Papa nouam prouisionem quę prætendebatur subreptitia, cum in ea narraretur eam adeptam fuisse possessionem ante nouam prouisionem, nullos tamen fructus percepisse ante nouam prouisionem: Non habuerunt Domini de Rota nouam prouisionem pro subreptitia, licet aliquo mõ cõstaret fructus saltem spirituales percepisse administrando abbatissatum: quia dixerunt, quòd noua prouisio, seu narrata in ea intelligebantur de talibus fructibus tpalib. propter quos solui solet compositio Datario, dixerunt tamen ꝙ inciderat in cap. auaritiæ. de electio. in sexto, quia facta electione est confirmata, ex quo nulla erat confirmatio ex defectu iuris confirmantis. Hæc, & alia inuenies in Dec. 12. Pereg. Fab. libro 1. quam omnino uide.

Quæro, in breui Apostolico, in indulto alicuius Cardinalis, uel in alia gratia apposita est clausula [dummodo infra sex menses nouam prouisionem expediat, Iuraque Cameræ Apostolicæ persoluat] an si intra tale, vel aliud tempus præfixum quis nõ expediuerit nouam prouisionem gratia corruat, seu prouisio facta inualida sit? Pro opin. negatiua facit in simil. text. in l. muto. §. hanc autem, ibi. non conditionem in se habere, sed admonitionem ff. de tute. glo. in cap. non potest, in uersic. retinere, ad finem, de præben. libro sexto. Rot. 231. Ordinario, in nou. Oldrad. consilio centesimosexagesimoquinto. Thema cuidam, ad finem, uersic. non obstan. clausula litteræ. Partem affirmatiuam tenuit Rota in pluribus causis, prout etiam habes decis. Crescen. ducentesimãnonagesimã, incipien. Clausula multoties. ea præsertim ratione: quia subjiciũtur alia uerba. videlicet, Alioqui &c. quæ uim decreti habent, & actum aliter gestum inualidum reddunt. l. si alius, uersicul. nam si tu, cum gloss. in uersicul. alioqui. ff. quod vi, aut clam. l. alioqui. ff. de contrahen. emptio. & ad Barto. in l. prima, numero vndecimo, in quarta quæstione. ff. de conditio. & demonstra. & per alios quos cito in sexta q. Regu. de unio. num. 5.

Clausula, ex cuiuscunque persona vacet (quæ vltra clausulam, siue præmisso, siue alio quouis modo, multum operatur, vt per Rot. 27. in ultima Additio. in nou. & per Staphil. super sign. folio 107. iuxta primam impressionem) concedi solet in noua prouisione, prout supponit etiam Dec. Pereg. Fab. 37. libro primo, incipiens, fuit conclusum in vna Abulen. & vt ibidem subijcitur illa clausula in noua prouisione apposita sapit beneficium, etiam si non uacet tempore quo prouisio fuit facta prout euenit in casu dictæ Dec. in quo quis impetrauerat à Papa beneficium per obitum acoliti, p cuius obitum fuerat prouisum alteri p Episcopum habentem indultum, quo stante prouisio Apostolica non valebat; prouisus a Papa impetrauit nouam prouisionem, & statim post sex menses, infra quos prouisus ab ordinario tenebatur impetrare nouam prouisionem, ac literas expedire iuxta formam indulti, & sic amiserat beneficium, q̃d tũc tpis uacabat ex persona eius, cui ab Ep̃o fuerat prouisum

sum

ſũ: Nã fuit dictũ, ꝙ licet nõ vacet ex perſona ipſius tẽpore primæ prouiſionis, tamen ex quo Papæ omnia narrata erant, & ſic gratia non poterat dici obreptitia, noua prouiſio per illam clauſulam capiebat beneficium, quia clauſula loquitur per verba præſentis temporis, ex cuiuſcunque perſona vacet, uidelicet de præſenti, vnde ſufficit, licet tempore primæ prouiſionis non eſſet talis vacatio.

Et cum clauſula, quamcunque generalem reſeruationẽ importante, ẽt in corpore iuris clauſam. Magnæ eſt potentię clauſula huiuſmodi, apta comprehendere omnem reſeruationem, tanto magis propter illam dictionem, etiam, quę ſupponit alios caſus minus dubitabiles, etiam non expreſſos. l. penul. verſi. prætor quoque. ff. de iuſti. & iur. l. 2. C. fami. herci. clem, quam graui, ibi populos etiam interdictos. de ſenten. excom. Dom. meus. conſi. 296. no. 13. Hinc quæſitum fuit in Rota an hæc clauſula in noua prouiſione obtenta caperet parrochialem vacantem per obitum familiaris Papæ? Reuerendi Domini concluſerunt pro negatiua ex ſtylo Curię, prout Dec. Ptolo. 379. incipien. Valentin. parro. ergo contra dicendum uidebatur de iure communi. Tu teneas idem, quod Rota, & licet hæc clauſula ad cautelam ponatur, non tamen includit omnes reſeruationes, vt uoluit etiam Sarnen. in tractat. Manda. de prouiden. nu. 114.

PERINDE VALERE.

PErinde ualere. i. ita ualere, ad text. in l. diuortio, verſi. quòd ſi interea prius quàm officium impleat, res amiſſa eſt, perinde negociorum geſtorum non tenetur. ff. de nego. geſt. l. perinde. ff. loca. hic verbum, perinde, veritatem inducit, non fictionẽ, intelligo quò ad effectus, prout etiam in l. legatario, uerſic. poteſt dici fieri, ut perinde libertas competat, ac ſic. & l. cum uerò, circa princ. ibi, Perinde eum habendum conſtitutum eſt, atque ſi ad libertatem ab eo perductus eſſet: & parum poſt ibi. Perindequè habeatur atque ſi ab eo manumiſſus fuiſſet, & poſt ea. §. apparet, ibi, perinde eos ingenuos fore, ac ſi mater &c. l. ſi eum. §. idem obſeruatur, ibi, perinde libertus erit. ff. de fideicom. libertã. & in l. 1. uerſi. ſeruus pignori datus, quod attinet ad debitoris necem, per omnia perinde habeatur, atque ſi pignori datus non eſſet. ff. ad Sillen. & uoluerint Bal. & Ange. per illum tex. in l. ſed & ſi lege. §. perinde. ff. de peti. hær. & D. meus conſil. 124. placet. col. 3. poſt princ. ac conſi. 361. num. 4. dictionẽ perinde, omnimodam ſimilitudinem denotare, ꝓut etiam eſt tex. in l. prima. ff. de receptato. quem ad hoc ponderat Grat. reſpon. 137. dubitatur, an gratiæ. lib. 1. nume. 10. propria huius dictionis natura eſt improprietatem, & fictionem denotare, præalleg. l. ſed & ſi lege. §. perinde, & ibi Ange. ff. de petitio. hæredi. l. 1. iunct. glo. 1. ff. de recepta to. Bar. in l. ſi maritus. §. legis. ff. de adulter. Fely. in c. ultra tet tiam. in fi. de teſti. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. nu. 218. ff. de uſuca. Ruin. conſi. 54. num. 3. & conſ. 43. nu. 2. uol. 5. Hippo. de Marſil. ſuper rub. C. de proba. nu. 76. Nec per omnia operatur. l. ſed & ſi reſtituatur. ibi [perinde autem habendum, ac ipſe adijſſet hęreditatem.] Iun. gl. in verſ. perinde, quæ ſupplet, quoad hoc, ut non poſſit conueniri, ſicut ſi ipſe adiuiſſet. ff. de iudi. Bart. in extra. ad reprimendũ, in uerſ. perinde, qui ſubdit, non tamen per omnia, pro quo etiam adduci poteſt tex. in l. ſacrilegij, uer. is autem, iun. glo. in uerſi. condemnatus. uerſ. Ad quod dic, ꝙ perinde habetur. ff. ad leg. Iul. pecu. de quo etiam Iaſ. in l. filio quem pater. nu. 18. ff. de lib. & poſth. pro qua dictione uideatur Clau. Seyſel. in l. rem quæ nobis. num. 1. ff. de acquir. poſſ. Nonnulli diſtingunt, aut loquimur in ijs, quæ ſunt iuris, & tunc dictio perinde, ueritatem denotet: Aliàs regulariter fictionem deſignet ut per Alex. in l. ſi quis ui. in prin. ff. de acq. poſſ. Aret. & Rip. in l. rem quæ nobis. ff. eo. Hiero. Cagno. in l. omnia ferè, quę eſt 154. ff. de reg. iur. Et de dictione, perinde, ꝙ quando ei iungitur dictio, per omnia, quòd omnimodã inducat æqualitatem, uideatur Io. Igneus in alle. l. j. §. ſeruus, num. 14. ubi hanc dicit communem. ff. ad Silla.

Huc ſpectat quod uoluit Caſſad. Dec. 6. de conceſs. præben. quod habens expectatiuam ſub data conceſſionis gratiæ, ſi concurrat cum habente gratiam clauſula adiecta [ꝙ perinde ualeat, ac ſi ſub prima data, & ſub primis proceſſibus conceſſa fuiſſet] ille uerus præferatur, ex quo concurrit circa idem cum habente fictam datam, argum. tex. in l. filio quem pater. ff. de lib. & poſt. Rebuff. ſuper concor. in for. mand. Apoſt. dum de reſcripto, perinde ualere, tractat.

Perinde ualere, gratia, ſpiritum primi reſcripti extincti ſuſcitat. Gemi. conſi. 118. ſuper prima, nu. 7. Roma. conſil. 292. quoad primum. num. 5. Caſſad. dec. 33. ſuper reg. num. 6. De reſcripto, perinde ualere, quod etiam reualidatorium dicitur Sarnen. in 7. q. Reg. de non iudi. iux. for. ſup. videatur latè Rebuff. in praxi, pag. 237. dum de reſcriptis, & perinde ualere tractat: ac Pariſ. conſi. 44. uolum. 4. Formulam, perinde de ualere, poſui in 849. Regu. de Anna. nu. 4.

Formula itẽ, perinde ualere, ſuper tacito defectu natalium in ſuſceptione primæ tonſuræ hæc erit. Beatiſſime pater: Exponitur pro parte deuoti oratoris, ꝙ ipſe aliàs tacito defectu natalium, quem de ſoluto, & ſoluta genitus patitur, aliàs tamen ritè ſe fecit clericali charactere inſigniri, & deinde eadem. S. V. dicto oratori tacito dicto defectu gratiam expectatiua ad duas collationes ad certa beneficia tũc expreſſa conceſſit, aut in litteris deſuper confectis quarum tenores & c. plenius continetur. cum autẽ dictus orator dubitet clericali caractere per eũ ſuſcepto ut præmittitur, uti poſſe, gratiamquè expectatiuam ac deſuper confectas literas ſubreptionis & obreptionis uitio ſubiacere, & deſuper moleſtari poſſe tempore procedente, ſupplicat igitur humiliter S. V. dictus orator, quatenus ipſum ſpecialib. fauoribus, & gratijs proſequendo, ſibique in præmiſſis opportune prouidendo, ut expectatiua, & deſuper confectæ literæ huiuſmodi ipſe clericalis caracter, & inde ſequuta quęcunque ab eorum omnium data ualeant, & oratori ſuffragentur, illorum-

que totalẽ effectum consequi possit, & in omnib. ac per omnia ac si de dicto deffectu natalium tempore dicti suscepti clericalis caracteris, & in literis gratiæ expectatiuæ huiusmodi expressam fecisset mẽtionem concedere, & indulgere &c. Et sic iudicari &cæt.

Literę, & processus, ꝙ ualeant ab omni eorũ data, non conceditur, nisi in mutationibus collationũ & reualidationibus, & tunc additur uerbum vc3. Ad uacatura, alioqui tolleretur ius quæsitum, & propterea addi debet uerba hæc, A data præsentiũ. data enim in gratijs beneficialibus attendi dẽt. c. capitulum, iuxt. communem intellectum ibi datum per Doct. de rescri. c. tibi, & c. duob. in prin. eo. lib. 6. Et hæc præterquã in mutationib. & reualidationib. p̃dictis. Prouin. fo. 64. uersi. item nota, ꝙ si dat̃ perindeualere pro gratia expectatiua, & uersi. seq.

Aliquando etiam in alijs casibus conceditur, perinde ualete a prima data, ut etiam supponit Paris. consil. 34. pro Dom. Hiero. num. 6. & seq. vol. 4.

Super litteris per pœnitentiam expeditis, & sup breuibus non conceditur, per inde ualere, neq; literæ, & breuia huiusmodi confirmantur, sed gratia per illas, & illæ concessæ per signaturam gratię denuo dantur, & sic signatura diceret de nouo: Ratio est, quia iuxta opi. aliquorum de Cancellaria, litteræ pœnitentiariæ, & breuia non sunt propriè literæ Apostolicæ. An autem uerè breuia possint dici literæ Apostolicę, uideatur per Sarnen. in tract. breuiũ col. 3. & sequen. num. 5. & sequen. num. & num. 6. & per me in 11. quæstio. Reg. de non iudi. iux. for. supplic.

Indistinctè dicimus [perinde ualere.] Non concedi super gratia facta per alium à Papa, vt in li. nuncupato prouincipale, dicto fol. 64. uersic. item nota, quòd perinde valere, non datur super gratia & cæt.

Perinde igitur ualere, ei concedetur, qui dubitat prouisionem factam per Papam viribus non subsistere: tunc enim Papa vult, ꝙ collatio, seu prouisio perinde valeat, ac si a principio uera collatio, seu prouisio facta fuisset ualidè; nec rescriptum huiusmodi tollit ius interim tertio acquisitum per aliam collationem, seu prouisionem, ad c. quamuis. de rescr. lib. 6. Gemi. cons. 11. li. pen. & cons. 128. factum tale, nu. 7. ubi in terminis.

Notandũ est, ꝙ hæc clausula [perinde ac si) concedi nonnunquam consueuit per signaturam non præcedente gratia Papæ, prout in casu in quem ponam infra dum de dispensationibus loquar, uersic. dispensatum fuit tempore Lapi.

Super llteris expectatiuis in forma pauperũ concessis perinde ualere, dari non consueuit, cum literæ huiusmodi sint literæ iustitiæ; qui. n. altari seruit de altari uiuere debet. c. cum secundum Apostolũ. de præb. ca. accepimus. de ætat. & quali. præfi. Rot. 462. no. quòd gratiæ. in anti. & in no. 106. gratię in forma.

Perinde ualere, non consueuit concedi super supplicatione signata, sed super literis expeditis, ut per signa. fol. 168. uers. & in hoc differt gratia, si neutri, ab illa, perinde ualere.

In literis, perinde valere; ultra illud, quod est in supplicatione, nihil suppletur. Prouin. fol. 64. versi. item nota, ꝙ in gratia perinde ualere, nõ debet suppleri &c.

Gratia (perinde valere) an det titulum corolatũ? Rota conclusit pro affirmatiua in causa Astoricen. parochialis de Torrera coram R. P. Do. Prospero 16. Octob. 1547. prout dec. Putei 7. de præb. De titulo colorato tracto in 27. q. 16. reg.

REFORMATIONES.

Reformationes cum rescriptis, perinde ualere, magnam conformitatem habent, & reformatoria gratia ad hoc tendit, ut omissum suppleat, uel malè expressum corrigat, seu emendet. Et sic reformationem describemus esse reductionem in meliorẽ formam, ita accepit Quint. li. 12. c. 6. Apollonio Miloni (inquit) Rhodi rursus reformandum, ac uelut recoquendum se dedit. Plin. in Panę. Omnia P. C. q̃ de alijs principib. ante aut dicuntur, aut dicta sunt, eo pertinent, ut ostendam, quàm longa consuetudine corruptos, deprauatosq; mores principatus parens noster reformet, & corrigat. §. præterea. Instit. qui. mo. ius pat. pote. solui. & §. optionis. Inst. de lega. Reformare etiã in peius habes in l. 1. circa prin. versi. licet autem nonnunquam bene latas sentẽtias in peius reformet simpliciter autem neque in bonã neque in malam partem, & sic pro immutare in parte aliqua accipimus illud Scęuolæ in l. alumnæ quæ est 30. ff. de alim. lega. §. qui filias. in fi. ibi. Respondit non a tota voluntate concessum uideri, sed ijs tantum rebus, quas reformasset.

Reformare nonnumquam vsurpatur denuo cõstituere, seu immitare. l. vectigalia, ibi (Neque curiæ constituere, neque reformare] ff. de publica. l. 3. in fi. C. commu. vt. iudi. Bald. in l. absentem. num. 4. C. de accu. Et reformatio aliquando capitur pro renouatione actus inualidi, aliquando verò pro quadam suppletione ad actum ualidum ut per Gomes. in c. statutum. in princ. num. 94. de rescr. lib. 6.

Nec dicetur noua gratia, nec ex reformatione ageretur, sed ex principali gratia, ut in alijs terminis dicut Doct. præsertim Alex. nu. 6. in l. iurisgentium §. adeo, vers. an verò videatur non reuocatus, sed solum reformatus, & sic duret contractus antiquus, & actio antiqua ff. de pact. & ꝙ reformatio non inducat mutationem in toto, seu in substãtia, probat tex. in c. statutum. iunct. gl. in vers. reformandum. de rescr. & in c. qualiter, & quando, prim. de accusa. vbi Ecclesia dicitur in capite, & membris reformari absque eo, ꝙ ipsa Ecclesia, seu subiectum muterur. & in c. olim. & in c. sicut olim. eo. Anto. de But. in c. irrefragabili. in 3. no. de offi. ordi. Bald. consl. 23. est dicendum. lib. 2. Dom. meus Phi. Dec. in ca. 1. in 2. lectu. nu. 10. de consti. Et declarat Ias. in l. petens. num. 2. uersi. secundò est reformare. C. de pact. Negari autem non potest, quin reformatum aliquo modo renouatum dici possit, ad tex. in alle. l. iurisgentium, §. igitur. Pro quibus, & quid sit reformare, & quos effectus pariat, & in quibus differant reformare, & informare, uideantur Bal.

Fulg.

Fulgo.Pau.Castr.& Ias.num.2.& 19.in l.lecta. ff.si cert.pet.& idem Pau.l.1.num.3.uersi. Vnde si uendidi.C.quan.lice. ab empt.disce.

Reformatoria gratia non est necesse, q exprimat qualitates,& alia in prima gratia expressa.Rot.274. licet in subrogatione,in nou. versic.dixerunt omnes domini propter hoc secundam gratiam non uitiari,nec fore surreptitiam tunc: quia censetur reformatio quædam primæ gratiã,in qua nnn est necesse beneficia exprimere antea expressa, secũdum ordinationem nouam Dom.Gregorij.XI.&c.idem Bellame.635.supposita ordinatione. Fely.in c.in nostra.in 16.core.de rescr.Io.de Sel.de bene.parte 3.q.12.num.14.in 8.quali.Rebuf.super reg.de Anna.gl.7.uers.nec habet locum,si reformetur prima gratia &c.

Reformationum, quæ per signaturam concedi solent,infinitæ sunt formulæ iuxta casus, qui occurunt.Reformationis formulam super cognomine, &familiaritate oratoris,posui in 38.q.Reg.de Anna.num.2. Pulchrãm reformationem pro supplenda expressione habes in pacite.consi.110.quod incipit,super ista supplicatione. Aliæ iuxta subiectam materiam formari cõsueuere paucis uerbis, & semper cum clausula hac.videlicet[Et aliàs iuxta formam præinsertæ, seu iuxta formam supplicationis signaturæ &c.cum omnibus,& singulis non obst.&c.clausulis in illa positis,& alijs necessarijs, & opportuni.s]

In reformationibus plerumque concedi consueuit clausula.[Quòd a prima data valeant,seu operentur] prout in simili supponit Paris. consil. 44. pro Dom.Hieronymo.num.sexto, & sequen.volum.4.

Nonnumquam conceditur reformatio, vt prima gratia iam signata expediri possit sub data currenti.videlicet sub data ipsius reformationis: prout fuit super hoc valde disputatum in causa Lauden. Monasterij inter Cardinalem Triuultium,& Theodorum de Raude. Et tunc inspicitur data reformationis iuxta gloss.in capitu.Apostolicæ.de pręben.libro sexto. Et agitur ex cõfirmante. Bartol.in authen.ex causa,numero uigesimo,ubi Cur. colum.decimaseptima. C.de libe.præter.Formula autem reformationis præmissæ hæc erat, pater Sancte,dignetur S.V.litteras super supplicatione, cuius copia præinsertur, pro deuotis illius oratoribus Antonio,& Theodoro in eadem præinserta nominatis sub data currenti,aliàs iuxta eiusdem pinsertę tenorem in omnibus, & per omnia,cum omnibus, & singulis in eadem contentis, ac alijs opportunis clausulis expediri mandare. Illis quæ eadem S.V.in eadem præinserta uoluit,seu concessit non obstare, cæterisque in contrarium facientibus non obst.quibuscunque.

In reformatione necesse est, quòd Papa intelligat quemadmodum se habet factum.Rot.Bellam. 635.Geminia. consilio 128.numero tertio. Nec sufficeret expressio per inuolucrum. Bald.in l.præscriptione.colum.secunda.C.si contra ius, vel uti. public.Socyn.consil.273.columna fina. lib.secundo.Corne.cons.303.num.decimoquarto,libro tertio.Dom.meus post alios in l.petens, nume.quinto, versicul.secundo not. C. de pact. Paris.consilio trigesimoquinto, numero secundo, volumna. quarto.

Reformationum tria sunt genera, aut enim reformatoria gratia solum illos effectus operari debebit, quos debebat operari prima gratia, si fuisset valida,prout in formulis in præallegat.quæstione octuagesimaquarta, numero secundo, & tertio,de Anna.& in infinitis alijs casibus;& talis reformatio cum suis clausulis ordinarijs denegari à signatura non consueuit.

Aut reformatio tẽdit ad diminutionum,seu ad reddendam strictiorem gratiam primam, argumẽ. tex.in cap.statutum.iuncta gl.in uersi.formandum de rescript.lib.6.Ludo.Roman.consil.325. quoad primum.num.13.& consi.362.uersus finem, versi. respondeo enim.& Dom. meus consi.174. & pro tenui,colum.secunda,uersus finem, vers.& ad hoc facit. & magis ad rem nostram ponamus casum in pensionario, cui reseruata est pensio. 100. ducatorum,vel in habente reseruationem fructuum, stallum in choro,uocem in capitulo,habitationem domorum,si reformatio dicat, q propter errorem formantis præinsertam, dum debuissent reseruari solum nonaginta ducati,fuerunt expressi 100.uel per errorem fuit apposita reseruatio habitationis domorum, utroque casu ad instantiam pensionarij, uel reseruatarij concederetur reformatio huiusmodi;ratio est:quia de eius præiudicio tantum tractatur,& beneficium pro parte liberatur, quæ libertas fauorabilis est.Innocen.in capitul. cum venerabilis.ad fi.de exceptio.Cassa.decis.1.nu.6.de dilatio.

Tertio modo considerari põt reformatoria gratia,quando auget primam gratiam, seu illam magis grauem, & odiosam reddit, puta si in reformatione dicatur,quod omissum fuit exprimi,quòd resignans,cui pensio reseruata erat, non intendebat cedere,nisi data sibi facultate pensionem huiusmodi in vnam, vel plures personas transferendi; & propterea petitur dicta facultas, vel quòd non intendebat resignare, nisi reseruatis sibi stallo in choro,noce in capitulo,& omnibus fructibus, redditibus, &c. & quia vox in capitulo non fuit sibi reseruata,in reformatione talis reseruatio petitur. Pro quibus omnibus uideatur præallega.consil.Ludo. Roman. trecentesimosexagesimosecundo, quo ad primum. numero quarto, usque ad finem, & per Felyn.in præallega.capitul.in nostra.core.decimosexto. Hæc vltima reformatio rarò conceditur,& tunc consideratis his, quæ nunc subdam.

Si in gratia reformatoria iuxta tertium modum supponetur aliquid omissum, quod concedi non consueuerit, tunc reformatio indistinctè denegabitur, puta in casu potestatis transferendi pensiones super beneficijs in Italia consistentibus.

Si illud,quod omissum asseritur,non denegatur, puta accessus,uel regressus ob non solutionem pẽsionis,uel potestas transferendi pẽsiones Hispanas: & hoc casu,uel narrari,uel addi debebit clausula in reformatione, q res est ĩtegra, ꝑ qua clausula uide tex.ĩ l.si q̃,ibi(Põt.n.dũ res ĩtegra est) ff.de res.vẽ.&

Lap.alle.89.post nu. octauum,uersic.item esto,vbi in mea Apostil.aliqua addo. & gratia reformatoria huiusmodi signabitur, saltem si persona grata, seu digna supplicabit, & addi debet clausula per Signaturam,si in reformatione non est posita. vide licet [Et de consensu pensionum huiusmodi soluere habentis] ratio concessionis in hoc casu,&de negationis in præcedenti adduci potest;quia,si prima,& principalis gratia denegari debet, eadem ratione & accessoria seu dependens,& si illa concedẽda erit,& hęc,argumen.tex.in l.cum principalis, & l.nihil doli.§.cum principalis.ff.de regul. iur. cap. accessorium.eodem lib.6.gloss.in l.uni.in versicul. imaginem.in fi.C.de lati.liber.tollen. quæ maximè procedunt,quando eadem est ratio principalis, & accessorij. Barto.in l.ita stipulatus,in duodecima oppositio.ff.de uerborum obligationibus. Bald.in in l.non dubium.in 14.oppositio.nu.23.C.de legi. Alexand.consilio quarto, libro primo, columna quarta.

Rursus sciendum est, quòd reformatio ad gratiam reuocatam nulla est non facta mentione reuocationis,prout latè per Geminia.consi.33. pro examinatione.colum.penultima, uersic.secunda falsitas. uersi.ex isto infertur,& colum.fin.ubi dat cautelam,quòd petenda erat annullatio reuocationis, ut perinde annullaretur, ac si numquam illa emanasset,seu fuisset in rerum natura.Idem conclusum fuit in Rota in duabus causis. prout Dec.Put.20. de præben.

SI NEVTRI.

Si neutri,si nulli,si alteri, scilicet ius competat, rescriptum gratiæ frequentissimum est,& semper concedi solet. De hoc rescripto uideatur latè per Rebuff.in praxi,de rescrip. si neutri.pag. 193. & super concor.in for.manda.apo.pagi.547.uersi. aliud est rescriptum gratiæ frequentissimum.& per me in decimatertia quæst.33.reg.ubi dico aut concedi collitiganti,aut tertio non collitiganti, & ibi numero septimo, subdo formulam,si neutri, pro tertio.

Iuri patronatus laicorum derogatur per rescriptum. [Si neutri] prout per Rebuff.in tertia parte, signa.num.39..pag.129.Ratio duplex assignari potest: Altera,quia iam supponitur patronos in prima,seu principali gratia consensisse: Altera uerò est, quia super beneficijs litigiosis datur derogatio iuris patronatus laicorum. Secunda ratio tutior est,prima enim subuerti posse uidetur, supponendo, quòd aliquem consensisse,uel non,sit quid facti,seu in facto consistat; facta autem non præsumuntur,sed probari debent,vulga.l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& postli.reuer.l.prima, C.de proba. c.in iure.de offic.delega.Addo etiam si sit ius patronatus Regis, cuius aliàs expressa derogatio requireretur,prout in Regu.Cancell.40. & per Paris. consil.114.nu.21.uolum.quarto,quòd non sit necessaria derogatio iurispatronatus Regis stante lite, prout decisio.octaua,aliàs 220. Crescen.sub titul. de iure patrona. incipien.lite pendente coram me, lib.primo. Tutius autem est mentionem facere de iure patronatus regis,seu Imperatoris, & obtinere derogationem ad euitanda dubia, dequibus in dicta dec.Crescen. 220. præmittitur,quæ non derogaretur lite pendente, cum ibidem supponatur illam derogationem non esse necessarium ad Con. Calder.prim.vt lite penden.& Geminia.in cap. primo,in principio,eodem tit.lib.6.

Si neutri,autem litem supponit,prout ostendũt verba in gratia,si neutri,poni solita.videlicet.[Si per euentum litis huiusmodi constiterit neutri,seu nulli ipsorum litigantium ius competere, &cæt.] de quibus per Gemin.consi.88.super primo.num. septimo.Rot.238.impetrans gratiam si neutri, & 270.si mandetur.in principio, in no.glo.super Regu.de Anna.colum.fin.circa medium,& Sarnen.super ea.reg.quæst.2.num.3.Paris.consi.117.nu.46. uolum.4.

Si neutri,an impetrare possit,qui litteris non expeditis causam commisit;discutio in 15.quæst.31. Regu.vbi pro parte affirmatiua concludo.tunc autem addenda est clausula per signaturam. videlicet. [Et dummodo litteras primæ prouisionis expediat] uel sic. [Et q; super concessione huiusmodi literas omnino expedire teneatur.]

Si neutri,seu si nulli,gratia non conceditur;ubi de crimine agitur ad priuationem. Ratio:quia beneficium non propterea dicitur litigiosum, sed persona propter crimen, & ideo antequam priuetur, potest cedere in fauorem alterius, quàm eius, qui per priuationem impetrauit. capit.fraternitatis.de cleri.excommu.cap.per tua,in fin.de simo.cap.dudum,2.de electio.& ad glos.in cap.secundo, in uersic.finita.circa medium.ut lit.penden.lib.6.Staph. super signa. folio 165.a ter.versicul.vltimò quo ad istam.

Si in gratia,si neutri,non est expressus ualor,sed in clausulis dicitur, Verus valor augeri possit Regula non obstante,an satisfiat? Pro opinio. negatiua videtur respondendum,ex quo de stylo Romano valoris expressa mentio in gratijs beneficiariis facienda est,vt per Abb.in cap.ad aures, col. 3.versicu.Puto tamen,quòd circumscripto stylo. de rescrip.Ioan.de Sel.de Benefi.parte tertia,quæstio.duodecima,post nu.secundũ. Ruin.consi.70. quia id,num.septimo,ibi. [Licet aliud sit de consuetudine] uolum.quinto. Contrarium concluserunt R. Domini de Rota in Conchen. Beneficij S. Michaelis coram Ptolo.prout eius decisio.48. Voluerunt enim gratiam non esse inualidam propter illa verba apposita. [Non obstante Regula.]

Gieronymus Zapata, & compat.litigabant super Archipresbiteratu Arboren. Zabata in impetratione non exp resserat uerum valorem, & lite huiusmodi pendente impetrauerat,si neutri, compat.nullum habebat ius in archipresbiteratu,dubitatum fuit coram Vestano.an gratia si neutri caperet beneficium,quod propter factum Zabatæ,qui falsum valorem expresserat,vacabat,& in dubio non videbatur comprehendi persona loquentis, etiam sub generali sermone.glo.in versi.vt latam in l.ptima,per illum textum.ff.de Senato.l.si mercedem.

eedem. §. si habitatoribus. & ibi Bar. in primo not. ff. de actio. emptio. l. inquisitio. & ibi Bald. & Saly. C. de solutio. l. Paulus. §. ultimo, & ibi glo. & Bart. ff. de pigno. Bald. in l. acutissimi. C. de fideicommi. Imol. in clemen. prima, de iureiurando. Ruin. consilio 86. colum. prima, lib. primo. Affli. super constitu. in rubr. de ferijs. Absurdum item videretur, quòd ex actu, quo quis priuatur commodum reportaret. cap. cum qui. de præb. lib. 6. & ad no. in c. vlt. de rescrip.

Contrarium conclusum fuit 30. Nouemb. 1551. In generali enim sermone persona loquentis comprehenditur quando rationis identitas suadet vt etiam persona loquentis contineri debeat. præalle. l. Paulus. ff. de pigno. qui hæredi. §. Plautius. ff. de cond. & demon. Saly. post Cyn. in alle. l. inquisitio. C. de solutio. Abb. in cap. petitio. de iureiur. Quod tanto magis dicendũ erat, quia in clausulis aderant verba solita. Quòd exprimi possent, seu pro expressis haberentur causæ infectiuæ, & annullatiuæ, supple tu, etiam proprii tituli, ac possessionis. Vnde non erat dubitandum, cum verba essent clara. ad l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff. de lega. 3. In specie est Dec. Guidob. 77. incipiens, coram Dom. Vestano.

Fuit aliàs concessa gratia (Si neutri) moniali, & in euentum priuatiouis Abbatissæ prouisio vel mandatum de prouidendo, cum clausula (Quod inscriberet se ad pœnam talionis) vt dec. Crescen. 131. aliàs 1. de regula. Delictum, quod supponebatur, erat, quòd abbatissa, filium peperisset, & a quibusdã asserebatur, quod non propterea priuanda veniret tamen cõtrarium conclusum fuit: vt latius tracto in 5. q. 15. Regul. Cancel. post nu. 4. & post nu. 7.

Gratia (Si nueutri) ita ab aliis diuersa est, vt in hac materia quantumuis obiectiua dicatur de iure, seu ius dantis. Rot. 827. uot. quod materia, in anti. Mil. in reper. in versiculo, Articuli non dicũtur obiectiui. quòd in alijs secus dicendum est. Oldra. consil. 116. Titius impetrauit: & consi. 170. ad hoc. Et in gratia (si neutri) cessat dispositio cap. vt circa. de electio. libro sexto, & clemen. constitutionem. eod. Ratio est: quia cum nullum ius tribuatur impetranti gratiã, Si neutri, nisi sub illa conditione, si neutri ius competat, quicquid obiiciat talis impetrans, ex quo tendit ad purificandum eius gratiam conditionalem censebitur de iure dantis, non autẽ obiectus. ad supra adducta, & ad Rot. 37. suit dubitatum. in anti.

Dixi ex impetratione (Si neutri) ius sub conditione tribui, & sic videtur, quòd gratia (si neutri) sit conditionalis. ad ea quæ adduco in 10. quæstione 3. regul. numero secundo. Domini mei de Rota in cã Vrbis cappellaniæ (prout annotauit Bo. me. Achil. de Grassis dec. 3. de Expecta.) declararunt conditionem gratiæ (si neutri) esse impropriã: ex quo licet expectet postea sententiam declaratoriam, tamen est de præsenti, seu de præterito quasi inferat Rota quòd conditio illa sit vera, & propria, quæ est de fururo. ad tex. in l. si conditionibus. §. fi. ff. de cond. & demonstrat. l. itaque, cum duabus præceden. ff. si cert. petat. glo. fin. in l. si quis legauerit. ff. de lega. 1. & alia quæ adduco in 18. quæstione 32. regu. numero. 16.

Si neutri gratia non est subreptitia, imò illam ꝓducenti suffragatur, dato quod non doceat de aliquo titulo, Aliter dicendum est in noua prouisiosione prout Dec. Put. 271. incipien. Quarta Maij. libro 2.

Si neutri, an capiat beneficium postea vacans? Gem in. consi. 79. super primo, colum. 2. ante medium. opin. affirmatiuam tenet: vide quæ scripsi in 3. q. 32. Reg. nu. 8.

Quod non capiat beneficium resignatum corã Papa patet, quoniam gratia si neutri sit conditionali, (vt pręmisi) & voluit Ioan. Pau. Ptolo. Dec. 191. in Conchen. S. Michaelis. Nam si resignatarius beneficium acquirere non potest, ius remanet pœnes tesiguantem, & sic beneficium non vacauit, ergo non subintrat gratia si neutri: ea etiam ratione quia defecit conditio consensus per resignationem præstiti in fauorem nominati & non aliàs, & sic cõsensus resignãdi, si acquiratur, beneficium resignatario, & deficientie conditione consensus extinguitur. l. demonstratio. §. vltim. cum ibi nota. ff. de conditio. & demonst. Bald. per illum tex. in l. liberta. C. ope. liber. & in specie voluit Rota, prout alle. Dec. 101. quam in fine sequuta est Rota in Bononien. Monasterij. vt Dec. Reuerendissimi Paleot. 48. incipien. Dubitaueram an stante regressu.

Quæro an (si neutri) dicatur ius nouum? Pro opin. affirmatiua adduco Rot. 238. impetrans gratiam, in no. ibi, Et nouus ex illo titulus acquiritur. Opin. vero negatiua hoc modo probari potest. Super iuribus nouis, seu nouiter impetratis conceditur dilatio ad partes, prout per Cassa. dce. 1. num. 4. de dilatio. & per Abb. post Host. in cap. dilectus, ante num. 6. versi. Nisi emerserit aliquod nouum. de procu. si producatur (si neutri) dilatio non datur vt conclusit Rota in causa Hispalen. cano. & præb. coram Io. clerici, prout dec. Crescen. 58. de dilatio. ergo (si neutri) non potest dici ius nouum. Vide quæ scripsi in cap. quoniam contra, numero 132. de proba.

An autem gratia (si neutri) de beneficio vacante in Ro. Cur. acceptato uirtute expectatiuæ non facta mentione de fructibus perceptis sit nulla? Domini mei de Rota in Conchen. Parro. S. Michaelis coram Ptolomeo, vt ipse annotauit dec. 48. inter Mendozam, & Morellas, concluserunt pro affirmatiua: & quòd gratia (si neutri) non suffragetur, quia eius titulus gratiæ expectatiuæ, discoloratur propter vacationem apud Sedem. Et quòd expectatiua non capiat beneficia apud Sedem vacantia, seu generaliter reseruata, probo in 3. q. 32. Reg. num. 12. & seq.

Similiter quæri potest, an si gratia, si neutri, non faciat mentionem de alio canonicatu in eadem ecclesia acceptato a procuratore ad hoc speciale mãdatum habente, cui prouisum fuit, subreptitia sit. Hoc discutit Ludo. Roma. & distinguit in consilio 481. in præsentis dubitationis. quod uideas, cum quo transeunt Felin. in cap. in nostra. core. 18. de rescrip. Rebuff. super concord. in fot. manda. Aposto.

stol.in versiculo, Gratiam. & in versicu. pro expressis. in fin.Ioan.de Selua.de Benefi. par.3. q.12. num.15.

Quid autem si in gratia [si neutri] non sit expressum quòd impetrans, prima gratia priuatus fuit, quia narrauerat se familiarem, & expediuerat gratis; an gratia [si neutri] sit subrepetitia, & inualida: Pro affirmatiua videtur respondendũ, ex quo prima gratia annullabatur.iuxta extra. Alexan.VI. vt per Cassà.dec.decima, de præben. Et quod gratia corruat narrata familiaritate, si impetrans non fit familiaris, concludit etiam Gemi. consilio 137. factũ tale est, numero primo. Contrarium conclusit Rota in Arboren.coram Peregrino de anno 1538. put decis.Achil.2.de expecta.duplici ratione.prima fuit, quia licet per gratiam [si neutri] quis obtineat beneficium, tamen non liberatur ab eo quod officiariis soluere tenetur, & propterea gratia nõ annullatur ex deductis per Feli.in cap. postulasti, ad fin.iuxta primum casum. de rescrip. Altera ratio fuit, quia aderant clausulæ solitæ (quod exprimi possent qualitates infectiuæ) ad dec. Cassà.6. nu.8. de præb.

Gratia si neutri tanquam ius nouum licet intimanda esset, tamen si procurator aduersarij post illius productionem pluries comparuerit in causa pro qua illa gratia si neutri impetrata fuerit, non requiretur alia intimatio prout Dec.Crescen.202.p̃sumi enim debet aduersarium propterea de ea notitiam habere: ac scientia idem quod denuntiatio operatur vt latè per Tiraquel.de vtr.retra.§.36.gl. secunda, numero vigesimoquarto, post Dyn. Ioan. And. Barto.& alios per eum citatos. & etiam iuxta stilum Ro.Cu.sufficiet productio ipsius gratiæ si neutri cum citatione principialis, uel procuratoris ad dicendum contra. Nec si petatur dilatio ad partes concedetur.iuxta Dec. eiusdem Crescen. 8. sub titu.de dilatio. incip. Dilatio uidetur ratione iuriũ de nouo productorum.

Gratia si neutri ꝙ sit facienda mentio de qualitate beneficij mõ uacandi ac reseruatione, & in sũma omnia exprimenda sunt ac si de nouo beneficiũ impetraretur. Rot.24.sub titu. de rescr. Item ꝙ impetrans, aliàs 238.in no. Et cauendum est circa expressionem reseruationum. & propterea annuebã expedire ponere clausulam; Et generaliter reseruata, affecta.&c.ad Rot.16.No. quòd beneficium, de prębend.aliàs 726.in artic. Et sic includitur omnis reseruatio, & omnis affectio, etiam multiplex cum ad aliquam speciem non sit facta restrictio.ad l.vlt.§.cui dulcia.ff. de tri. oleo. lega.gl.in cle. 1. §. quamuis.de præb.

PENSIONES.

Pensiones dupliciter considerare possumus: altero modo quando dantur in titulum, altero uero quando in sola temporalitate consistunt.putadã tur in stipendium pro patrocinio, pro pulsandis cãpanis, vel pro alijs seruitijs, quo casu etiam laicus, vel alius ad beneficia incapax illarum est capax. Archid.in cap.quamuis.versiculo, prouideri, & ibi Gemin.in c.vlt.not.de pręben.libro sexto. Bald.in cap. ad audientiam.2.ubi Abb.in 1.not.& Fel.col.5.nu. 5.uersiculo, quarta conclusio.de rescrip. vbi quòd tales pensiones nullam in se spiritualitatem habent sed sunt quid merè temporale.

Hinc dicimus in impetratione beneficii non esse necessariam mentionem pensionis obtentæ, seu fructuum alicui reseruatorum pro aliquo seruitio, seu in stipendium, vel pro mercede laborum, etiam spiritualium. Calde.consilio 6.sub titu.de præb.versi. sed is, & uersiculo, vnde cum uacante, & postea versiculo, sed sicut dantur magistro in theologia. Cardin.in clemen.2.& ibi Imo.col. pen.versiculo, an impetrans.de offic.ordin.Butr.Cardin.Imo.& alij in cap.postulasti, de rescr. Fel.in c.in nostra, in primo core.de resc.Sel.de ben.par. 3.quæ.12. nu. 10 in 4.qualit.Gigas de pension. quæstione 67. nu.2. & sequen.

Pensio item generale uerbum est, & quadrifariã sumi potest, videlicet pro fructibus. l. prædiorũ. ff.de vsur. Rursus pro censu. cap.constitutus.de reli.domi. Item pro mercede.l.1.ff.de nigran.l.ędem. C.loca.

Quartò pro solutione sortis, & vsurarum. gl. in l.quæsitum.ff.de pigno. Docto.per illum tex.in l.lecta.ff. si cer. pet. Et generaliter pro qualibet annua solutione.l.sed addes.§.j.§.si dominus, & §.si quis cum alijs. ll. sequen. ff. loca. & pro pręmissis Rebuff.de paci.posses.nu.91.in 1.conclu.

Nos loquimur de pensionibus illis, quæ spiritualitatem sapiunt, de quibus tractant Doctor.in capitu.ad audientiam 2. de rescript. Paul. Rom. Caccialup. Prob. & Hieron. Gigas in tracta. de pensio.

Pensio aut conceditur alicui, dum alteri de beneficio per obitum vacante prouidetur, & sic uni datur beneficium, alteri pensio, & hoc sępe contingit in assignatione pẽsionum familiarium. S.D.N. & tunc apponitur clausula, uidelicet. Tyberio vero Mandosio clerico Romano, vt melius sustentari valeat de alicuius subuentionis auxilio prouidendo pensionem &c. Hęc clausula operatur, vt pensio imposita censeatur pro alimentis, seu ex causa alimentorum.ad consil.Ludo.Roma. 388.in causa propositi thematis numero tertio & quinto. Hyero.Gig. de pensio.quæstione 51. & sequen. Et sic in piam causam.gloss.in l.si quis Titio decem, post princip. quæ æquiparat relictum ad pias causas, & pro alimentis. D.meus Philip.Dec.consilio 72. viso puncto, ante numerũ tertiũ, uersiculo. Et similiter causa alimentorum pia dicitur. & consilio 120.& pro tenui, ferè per totum consil.& opi.communem ponit num.4.ac idem Gig.dicto trac.de pensio.q.96. num.5.

Hodie tamen ex decreto Pauli.IIII. non potest, pensio super beneficio de quo alicui per obitum vacante prouidetur, imponi absque ipsius Papæ expressa licentia, & sic excluduntur illicitæ pactiones, & promissiones symoniacę, contra text.in cap.nisi, ibi (Non quidem ex pactione partium) de pręb.c.cum pridem, de pac.glo.1.&2.in c.ex par.2.de offi.dele ga.Abb.in c.cum satis, circa fi.de sim.

Aut

Aut datur pensio ex causa resignationis, vel cessionis, ne videlicet resignans nimium dispendium patiatur. ad c. super hoc. de renun. & infra ver. in supplicatione ac litteris.

Aut conceditur ex causa concordiæ, seu pro bono pacis. cap. nisi essent, circa medium. ibi (Pro bono pacis) de præben. Fel. in c. ad audientiam. 2. colum. 2. in prin. versiculo, exemplificata conclusione, de rescript.

Aut in permutatione ratione inequalitatis redditum beneficiorum, tunc imponi potest pensio super maiori, seu pinguiori. ad cap. quæstiones. de rerum permu. Anch. consi. 176. q. proponitur, cir. medium. sequitur Dec. consi. 141. ad plura, colum. 2. in princip.

Pensio ex causa resignationis, seu cessionis datur etiam pro tertio, puta si Mæuius resignet, seu cedat in fauorem Seij, & reseruetur pensio in fauorem Titij. Est uerum, quòd hoc casu difficile est inuenire causam resignationis, seu cessionis, quę nō præsumitur. vt pulchrè considerat Papa in cap. super hoc. ibi. (Qd nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam beneficium multis forsan expensis & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile, sine magna causa sua spontè resignet) de renunt. ex quo tex. & ex no. ibi per Inno. numero secundo, elicitur notabilis conclusio, quod magis credatur duobus testibus de vi, & metu deponētibus, quàm mille de spontanea renunciatione, seu spontanea voluntate, quem tex. postea Innoc. ibidem numero quinto. ampliat procedere non solum in renunciatione beneficij, sed & cuiuslibet alterius rei, ꝑ qua ampliatione habemus tex. in l. cum de indebito. §. 1. versiculo, (qui enim soluit, nunquam ita resupinus est, vt facile suas pecunias iactet, & indebitas effundat &c.) ff. de probat. cum Innocen. vbi supra tenet Abb. in cap. primo, post numerum sextum, ꝙ met. cau. pro præmissis videantur Cors. in suis singu. in versi. testes 10. D. meus consil. 402. in causa no. 3. & Paris. consi. 5, nu. 164. ver. nec enim est veri simile. vol. 4.

Possunt etiam super eodem beneficio resignato, seu cesso imponi duæ pensiones, altera in fauorē resignantis, seu cedentis, altera in fauorem tertii, puta si Mæuius resignet beneficium in fauorem Seij: reseruari poterit pensio viginti ducatorum in fauorem Mæuij resignantis, & altera viginti, seu triginta pro Titio. Hæc impositio pensionis tutior, & magis rationi conformis erit, quàm præcedens. Hoc enim casu resignans etiam sibi consulit, quo fit, vt cesset ratio alleg. c. super hoc. & traditur ibi per Innoc. & alios, de renunc. Insuper iste tertius ratione alteri us sibi adiuncti defenditur. & in tuto ponitur, argu. tex. in l. imperator. 3. ff. de sta. homi. & in l. si communem. ff. quemadmo. seruit. amit. cum vulga.

In mandato ad consentiendum reseruationi pensionis, quæ transeat ad successores in fauorem Ferdinandi, si suæ sanctitati placeret, atque hoc habito respectu ad laborem, quem habet in negociandis rebus ipsius constituentis in Romana Curia. Non expressa causa laborum reseruata fuit pensio, quæsitum fuit in Rota an pensionis reseruatio fuerit nulla uel saltem mandatū de consentiendo fuerit, illicitum, non interueniente superioris auctoritate? Conclusum fuit pensionis reseruationem esse inualidā, cum mandata sint strictè accipienda, & mādatum fuit ad consentiendum ex causa laborum: reseruatio autem facta fuerit, ex causa resignationis facta tertiò, ideo nulla, quia non seruata forma mandati. l. præterea. & l. diligenter. ff. manda. At si expressum fuisset reseruari hanc pensionem ex causa laborum, non permisisset illam ad successorem transire, sicut permittitur, quando ex causa resignationis, iuxta stilum qui attendendus est. cap. quam graui. de crimi. fal. cap. porrecta, de confir. uti vel inut. insuper hac causa non expressa constituens potuisset iudicialiter conueniri pro satisfactione, & sic sua interat exprim. pręter id, quòd non facta expressione quòd pro impensis factis, & laboribus pensio constituebat actus illicitus erat, & impurgabilis nisi Papa id permittente. cap. cum pridē. vbi, ēt Abb. & alij, de pact. & pro ijs omnib. est Dec. Paleot. 316. incipiens Franciscus.

Causæ imponendi pensionem quatuor à Paul. Roma. in tract. pensio. quæstio. 1. num. 12. adducūtur, videlicet, Literatura, Hospitalitas, præmium, & amor? ad illum se remittit Dom. Hyeron. Gig. in eod. tract. q. 1. post numerum quartum, & quæstio. sexta, adducit alias causas, videlicet. ne quis nimium dispendium patiatur, & alias de quibus ibi.

Papa absq; aliqua causa pensiones imponere potest, Felin. in cap. ad audientiam. 2. colum. 2. versi. sed credo quòd differat. & colum. 4. versiculo. Sed si non apparet, quòd aliqua rationabilis causa subsit. de rescr. Dec. consi. 141. ad plura. colum. 2. versi. & ideo casu isto, & consilio 436. visa instructione uum. 13. uersiculo, sed in summo Pontifice. Gig. in tracta. pensio. q. 5. num. 6. & sequen. Rationes, quibus mouentur, ibi uideri possunt. cum præfatis concludit etiam Rebuff. de Paci. possess. numero 110. in 5. conclusi. versiculo, In Romano Pontifice nō requiritur causa. licet postea subdat, quòd ex arresto prolato anno 1535. in Gallia, ex tribus causis tā tum (quas ibi exprimit) pensiones admittantur.

In supplicatioue, ac literis reseruationis pensionis ex causa resignationis passim apponi solita, est clausula. ‡ Neres seu pars ex resignatione, seu cessione huiusmodi nimium dispēdium patiatur de qua clausula habemus Dec. Put. incip. Eadem die fuit propositum quæ est 346. & Dec. seq. lib. 1.

Snper parochiali uel dignitate ualoris 24. ducatorum non constituitur hodie pensio, immo etiam si aliquantulum dictum annuum redditum excedat. Ratio assignari potest: quia parochialis non debet ita grauari, ut illius rector non possit ex illius redditibus uiuere, & iura episcopalia persoluere. c. vacante. cap. cum causam. & cap. de monacis, & ibi Abb. in 3. & 4. notab. & alii, de præben. idem Abb. in cap. conquęrente, colum. 2. uersiculo, sed oppo. de cler. non resid. c. 1. & ibi Doc. de censi. & si fortè pensio imponat, ꝑsertim ex alia cā quā resignationis, seu cessionis, non excedet tertiā pattē reddituū.

Super

Super beneficijs, quæcunque essent, etiam si parochiales, vel dignitates pingues, olim constitui solebat pensio, vsque ad tertiam partem redditruum. Pau. Roma. de pensio. cap. primo, numero 6. Caccialup. in eo. tracta. quæstione septima. & Do. Gig. eo. tract. quæstione nona, successiuis temporibus. & etiam hodie, nisi loquamur de pẽsione constituẽda super fructibus parrochialis, vel dignitatis, qui exigui sint, vt premisi, maior assignari consueuit pẽsio, videlicet vsque ad dimidios redditus, puta si beneficium deductis oneribus habet in annuis redditibus centum ducatos, pensio erit in quinquaginta. Pro hac medietate fructuum pro pensione constituenda. & quòd dicatur conueniens, & non exorbitans, pondero tex. in extra. suscept. Io. XXII. de elect. videatur Staphil. super signa. fol. 134. versic. hic est.

Nouissimè per concilium Triden. Session. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. in Decr. Reform. c. 13. circa pẽsiones super parochialibus ita cautum inuenies. Et parrochiales quæ summam ducatorum centum secũdum verum annuum valorẽ non excedunt, nullis pensionibus, aut reseruatiooibus fructuum grauentur.

Pensio si imponatur sine consensu habentis regressum, inualida erit, prout concludunt Cassa. deci. j. sub titulo de Pensio. Gig. eod. titu. quæstio. 78. & Accoramb. dec. 42. incip. locatio facta, in fi. ideo si narratur in supplicatione, ꝙ alicui est reseruatus regressus super illo beneficio, addi debet, qui etiam consentit huic reseruationi. vel signatur adder, & de consensu etiam eius, qui regressum habet. Aliter hęc discussa videbis in Dec. Put. 99. incip. episcopus Balneoregien. libro secundo. Sed aduerte quod in fine dicitur, nihil pro tunc suisse firmatum.

Super episcopatus, seu illius mensæ fructib. &c. non solent asignari pensiones, obstante etiam cõcilio Lateranensi prohibente mensas episcopales grauari, nisi ex causa resignationis, vel etiam alia, quæ in concistorio secreto honesta, & probabilis habita fuerit, & sic non sufficeret clausula generalis [Non obstantibus constitutionib. &c.] illa enim nõ tolleret constitutionem conciliarem iuxta tex. in c. ex parte. de capel. monac. cap. nonnulli, & ibi omnès, & cap. eam te. ibi [concilij non congruat institut.] de rescrip. Arhid. in cap. primo, de constitut. libro sexto. Bald. in l. humanum. in 3. notab. C. de lega. Dec. in cap. primo, in prima lectu. numero secundo. de iudi. Ioan. de Sel. de Benefi. p. 3. quæst. 11 nume. 31.

Aliquando ex magna, & rationabili causa etiam super episcopatuum mensis pensiones imponuntur prout etiam per Pau. Roman. de pensio. cap. 1. nume. 13. in prima causa, & Gig. eod. tracta. q. 7. in princ.

Et nũc pensionem annuam super mensa archiepiscopali Toletana imponendam fore audiui. Quamplurimæ namque pro constitutione huiusmodi adsunt causæ. Catholicus enim Hispaniarum Rex hanc pensionem reseruari efflagitat. Concurrunt ampli archiepiscopalis mensæ redditus, etiam maiores quàm retro fuerint, vnde pluribus subuenire debet, argu. tex. in cap. quoniam, in princ. de vi. & hon. cler. per Abb. & Fel. in c. cum M. num. 35. de consti.

Consuetudo pensionum super eadem mensa diuersis temporibus constitutarum id etiam suadet.

Postremò, vt plerasque rationes taceam, accedit Reuerendissimi Bartolomei de mirendo. Archiepiscopi Toletani libera ad id voluntas, qui, vt plerosque Pontifices fortunis, scientia, omniumque rerum cognitione superat, ita etiam animi libetalitate, ac magnanimitate antecellit, quò fit, vt omnibus benè ponderatis existimandum sit, summum Põtificem ascensurum, suoq; verbo, ac decreto omnia firma, & valida esse facturum.

Pensio 700. scutorum super fructibus Ecclesiæ Taruisinæ per obitum vacantis per Cle. 7. asignata fuerat in fauorem Camilli de Rubes post prouisionem per breue libere factum in fauorem Cardinalis Pisani, Allegabantur plures vrgentes coniecturæ, quòd Papa prouisionem anteriorem habuisset pro imperfecta, quærebatur an pensio subsisteret, quæ coniecturæ adducebantur proualiditate pensionis, quibus non obstantibus conclusum fuit per Dominos de Rota 27. Nouembris 1551. in cã Taruisina pension. illam R. D. Vestano proponente, gratiam ex illo brevi fuisse perfectam, & coniecturis non obstante pensionem fuisse inualidam. Supposito enim quòd prouisio episcopatus p breue fieri potuerit, quo casu non solum ex coniecturis non potuit apparere de intentione Papæ nõ habuisse gratiã pro perfecta, sed neque eũ hoc facere potuisse nisi de plenitudine potestatis, & cum derogatione Regulæ de non tol. iur. quęs. qua quidẽ plenitudine potestatis Papam vti voluisse nec apparebat, nec præsumendum erat. ad tradi. per Innoc. in cap. innotuit. ante numerũ sextum. de electio. Bald. in l. si testamentum. post princ. C. de testam. Ang. in l. bene Zenone. col. 1. C. de quadri. præscr. Castren. in l. ex imperfecto. C. de testamen. Ancha. consilio 510. tres Domini. col. 4. ibi, Quia hoc verũ Cur. Sen. consi. 65. super præmissa. numero duodecimo. Et in spiritualibus statim ex ipso titulo absque alia apprehensione possessionis ius acquiritur vt per Doct. in l. traditionib. C. de pact. vnde quicquid post concessum breue Cardinali alteri concessum erat, totum id Cardinali auferebatur: quare posterior concesio facta Camillo potius censeri debebat per importunitatem, & circunuentionem impetrata, quàm quòd quis indebittè damnum patiatur. Vide Dec. Fabij Accoram. 9. incip. vacan. Taruisina ecclesia. li. 2.

Hodie ex constitutione concilij Trid. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. de Dec. Refor. ca. 13. incip. quoniam pleræque, prohibitum est, pensiones imponi super fructibus episcopatus, seu episcopali, nisi cathedralis ecclesiæ redditus sint ultra mille ducatos.

In reseruationibus pensionum super mensis episcopalibus, prout ex concilij Lateranen. facile apparet, requiritur propositio in concistorio secreto, & valde differt, quòd aliquid fiat in concistorio, vel ex-

extra. Archid. in cap. Romana. colum. prima, numero secundo, de appellatio. libro sexto. clemen. vni. versiculo, præfatis, itaque, & versiculo, nos eadem de iureiurando. Bal. in fi. versiculo, & ideo. C. de diuer. rescrip. An autem sufficerent vota Cardinaliũ seorsum, vel separatim præstita, ego disputaui in quadam causa Crotonien. pensionis inter R. D. Episcopum Crotonien. & Dom. Franciscum de Touar. cui super mensa episcopali Crotonien. per Cle. VII. in arce S. Angeli reseruata fuerat pensio ducatum ducatorum. Hic non prosequor, præmissa, & alia alibi forsan tractabo.

Clausula [dummodo præsens, & alię forsan pensiones impositæ medietatem non excedant] communiter apponi consueuit, & si excedit, non solum pensio reduci poterit ad debitam quantitatẽ, immo erit nulla, & inualida. Gig. de pensio. quęst. 9. & quæstione trigesimaquinta, numero secundo. Et si supplicatio dicat [Etiam si pensio medietatẽ excedat] signatura cãcellat illam dictionem etiam; & in eius locum ponit præfatã clausulam, videlicet [Dummodo non excedat] Quando autem concedit [Etiam si excedat medietatem] soluitur D. Datàrio pro compositione totum illud, quod excedit.

Supposuimus antiquæ pensiones in constitutione alterius mentionem faciendam: Papa enim nõ intendit, nec velle præsumitur ecclesiam duplici onere grauare. cap. mandatum &c. literis. de rescr. cap. duobus. eodem titul. libro sextò. Et in vltimis voluntatibus habemus tex. in l. Titium testamento. §. inuitam. ff. de lega. 2. in l. vxorem. §. in testamẽto. ff. de leg. 3. vbi quod non est uerisimile testatorẽ hæredem duplici onere grauare voluisse. Et in alia materia, quòd quis duplici damno grauari non debeat est tex. in l. nauis onusta. §. cum autẽ. ff. ad lega. Rod. de iactu.

In secunda etiam impositione pedagij mẽtio facienda erit de prima. Oldra. consilio 22. Huic spectant quæ voluerunt Aimo consilio 32. numero 4. ac consilio 140. numero octauo, libro primo. Pari. consilio quinto, numero 134. volum. 4. & in specie videas Dec. Cassad. 3. sub tit. de pensio. & quę scripsi super Reg. 33. de Signat. per fiat, quæstio. 6. num. 7. & seq. Scias autem, quòd nisi probetur primam pensionem acceptatam fuisse, illa non obstabit, secundo loco imposita vt in specie habemus Dec. Io. Pauli Ptolo. 173. incipien. In eadem quia ad validandum secundum pensionem.

Super fructibus hospitalium, vel eremitoriorum non reseruantur pensiones. Non ueniunt enim appellatione beneficiorum, & illorum redditus in personarum miserabilium vsum conuerti debent. cle. quia contingit. §. vt autem. de relig. domi. cle. per literas. de pręben. Rot. 583. quidam. in anti. Felin. in cap. in nostra. core. 22. de rescrip. D. meus consilio 165. visa. colum. secunda, versiculo, sed supradictis. Ioan. de Selua de Benefic. parte tertia. quæstione 11. numero decimo, limito, nihi hospitalia in titulum conferantur, ad ea, quę dixi in 10. q. reg. de Anna. nu. 2.

Militibus Hyerosolimitanis. S. Iacobi de Spata, religiosis, S. Mariæ Trinitatis redemptionis captiuorum, ac fratribus mendicantibus, & canonicis Monasterij, seu ordinis S. Augustini, non reseruãtur pensiones super fructibus beneficiorum secularium, seu super beneficijs non sui ordinis: quando autem illis pensiones assignantur, vt commodius sustentari possint, componi cum Datario consueuit.

Et non solum redditus beneficiorum seculariũ, immo etiam nec regularium fratribus prædicatoribus, & alijs, qui inter immobilia possidere prohibentur, concedi deberent, ea ratione, quia annui redditus inter immobilia connumerantur, & præfati sunt illorum incapaces, vtunque probetur per Fed. de Sen. consi. 12. fratres prædicatores. nu. 4. & latè per Tiraq. de vt. retract. in versi. rentes. gl. 6. nu. 5. pag. 63.

Indistinctè autem teneamus, & fratribus, & monacis quibuscunque pensiones ad eorum vitam per Papam constitui posse, & aliquãdo reseruatas fuisse, & in hoc omnes concordant, prout per Inno. in cap. nisi essent, & ibi Cardin. & Abb. in fi. de præben. & Gig. de pensio. quæst. 15. nunc autem rarò concederentur, cum proprium habere prohibeãtur. capitu. non dicatis. 12. quæstione prima, cap. cum ad monasterium, in princip. de statu monaco.

Verum hi, qui instant pensiones in fauorem monachorum constitui, adducere possunt, ꝙ ex Abbatis permissione monachus pensionem annuam ad vitam obtinere potest super fructibus beneficij regularis, nec per hoc dicetur habere proprium instar serui, qui, licet habeat peculium seu ipsius administrationem ex permissione domini, non per hoc dicitur habere proprietatem, seu dominium, ad l. quam Tuberoni. §. 1. ff. de pecu. Immo in aliquibus locis sciente, & patiente seu tolerante Rom. Cu. certum quid constituitur, seu taxatur pro indumentis monacorum, & singulis in prædictam causam conuertendum traditur, vt per Ioan. And. in cap. cum ad monasterium. post nume. 8. de stat. monac. Et quòd pensio super beneficio regulari in fauorem regularis constituantur habemus in Deci. Guidobald. 60. 137. incipien. In vna Barchionens.

Pensiones non dantur super distributionib. quotidianis, quando autem ex gratia aliquibus conceduntur, soluitur D. Datario compositio vnius anni puta si pensio super distributionibus quotidianis fundata sit quinquaginta ducatorum, solui consueuere. D. Datario ducati quinquaginta. Hodie tamen pensiones super illis denegantur, aliquando ex causa illas gratis dari vidi. Clausula autem in supplicatione est hæc videlicet [Etiam si in solis distributionibus quotidianis, & non nisi præsentibus & diuinis officijs interessentibus dari, & per eos lucrari, solitis & consuetis] & si hæc clausula, non apponeretur, pensio non se extenderet ad distributiones quotidianas, quæ dantur tantummodo interessentibus diuinis; & non sunt in corpore beneficij, nec sub illo comprehenduntur. c. licet, vbi nota. de præbend. cap. vni. de cler. non. resid. lib. 6. Rot. 766. in anti.

Nec

Nec etiam ex distributionibus quotidianis decima Papalis solui debet, tum quia diuinus cultus relinqueretur, tum ex alijs causis, de quib. per Mar. Manc. consi. 1.

De distributionibus quotidianis vide text. in extra. cum nonnullæ. §. præterea. inter commu. sub titulo de præben. Lap. alle. 43. an res, idem Do. meus consil. 280. in casu, col. 1 Glo. Pragma. de Annat. §. voluit tamen, in uersiculo, fructibus. Et quòd tria sint genera distributionum post Henr. declarat Gl. Pragma. rub. quo tempo. quis debet esse in cho. in ver. distributiones.

Clausula præmissa [Etiam si in solis distributionibus &c.] includet etiam distributiones, quę dantur illis, qui horis intersunt, & sic non excipiuntur illæ, de quibus in extra. postulasti, inter commun. sub tit. de præben. versiculo, licet autem quotidianæ distributiones, & alleg. extra. cum nonnullæ. §. præterea, quæ est post dictam extra. postulasti.

Distributiones quotidianæ etiam dicuntur si nihil soluatur dietim, sed post congruum tempus, tamen in solutione habetur ratio ad singulas horas. Ratio est, quia vtrunque verbum verum redditur, primum distributiones quæ non tantum fiunt soluendo, sed etiam promittendo. Alternm quotidianæ, quia non solum quotidie, sed etiam quaque hora aliquid soluitur. facit consilio Calderi. 21. & Dom. mei 280. & Dec. Achil. vni. de Distributio.

Clausula in supplicatione pensionis ex causa cessionis [Et quòd pensio debeatur, etiam si nullum ius cedenti competeret] nonnunquam conceditur, aliquando denegatur. Ratio concessionis est ad lites tollendas, quæ inter pensionarium, & cessionarium oriri possent; illo asserente bonum ius cessisse hoc negante. Item hoc in euentum, quod non molestetur allegante se ex alio iure actum sibi fortè ab altero cesso: Vel quod molestari poterit in futurū, vel si molestetur, & victoriam reportet, similirer cōtēdente ex alio iure quàm illius pensionarij, etiam superueniente obtiuuisse. In odium igitur litium, quæ oriri possent, non conuenit ijs, & alijs clausulis, alijsque cautelis illis occurrere, ad tex. in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. pet. & in l. minoribus. 25. annis. ff. de min. & ad alia quę adduco in pręfa. Reg. de subro. nu. 1.

Quæro quid si clausula præmissa [Et quod pensio debeatur &c.] sit cancellata in corpore supplicationis, sed non altera similis, quæ erat in clausulis, an illa non delata sufficiat, & suffragetur? Pro opin. negatiua adduci potest tex. in l. fi. in 2. respon. iunct. tradi. ibi, per Bart. ff. de his quæ in testa. delen. & per eundem, & alios in l. si vnus. C. de testam. Insuper cancellationis causa vniformis est ad vtramq; clausulam in corporę, & in clausulis contentam: vnde cancellatio, quo ad hoc, in totum operari debet, argumen. text. in l. cancellauerat. ff. de his quæ in testam. delen. per Bald. in l. nostram, post numerū 1. versiculo, tu dic. & post numerum tertiū. & in Apostil. Barba. ad Bal. vbi supra, in versiculo tertiò quęritur. vbi limitat dictum Bald. nisi cancellatio vnius scripturę alteram respiciat. C. de testam. Aliàs Papa diceretur contrarius, & sibi ipsi repugnans, ac varius, ac repugnantia admitteremus. ad consil. Aret. 7. procedendum, numero primo. cum seq. sequitur Dom. meus consilio 541. visa, post numerum vigesimumtertium. Contrarium conclusum fuit per dominos de Rota, 9. Ianuarij 1547. in Valentin. pension. inter Vincentium & Ferdinandum coram Puteo, prout in ipsius dec. 21. de fid. instr. pro pręmissis vide pulchrum consi. Ang. 346. incip. Titius vt hæres.

Quæro subsequenter semota dicta clausula, an pensio ex causa cessionis sit bona non verificatio, iure cesso? Pro opin. negatiua argui potest, quòd cessante ratione, seu causa, cessare debet effectus, vulga, l. adigere. §. quamuis. ff. de iu patro. l. quæsitum. ff. de testi. l. Titia Seio. §. usuras. ff. de lega. 2. c. suggestum. de deci. Pensio ex causa cessionis constituta supponitur; si ius nullum cedi potuit, seu nullum, vel innalidum cessum fuit, pensio euanesceret, seu nulla iudicabitur. Insuper si pensionarius præfatus auget pro pensionibus, prius probare debebit se impleuisse ea, ad quæ tenebatur, argum. tex. in l. §. offerri. ff. de actio. empt. l. cum proponas. & ibi Doctor. C. de pact. glo. l. si non fuerit. ff. de iureiurando. quæ dicit, quòd si non facis, quod debes, & ego non facio quod debeo, non obtines, q oportet. Dom. meus consilio 116. & pro tenui, numero primo. Cur. Iun. consil. 124 versus fin. Paria autem sunt, ius non cedere, vel cedere, sed inualidū, argum. tex. in l. 2. cum duabus sequen. ff. de optio. lega. l. quoties. & l. de die. §. 1. ff. qui satisd. cogan. l. si se non obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudica. glo. magna in fin. cap. ex tenore. de rescr. cum alijs, quæ adduco in nona quæstione. Reg. de subro. Dubium præfatum fuit in Rota in partem affirmatiuā decisum, prout dec. Mohed. 136. aliàs 166. ea ratione, quia deducebatur, quòd cessionarius contentus remanserat de illo iure cessio, vnde tenebarur experiri cum illo iure. Et in casu illo supponebatur; q cessionarius in iudicio contra pretendētem melius ius non sit usus iure cesso, vnde nihil poterat pensionario, qui ius cesserat, imputari.

Pensio reseruatur clerico, alioqui si laico reseruāda sit, seu in laicum transferenda, apponitur clausula (N. scholari Romano quàm primum clericali caractere insignitus fuerit;) qua clausula loquuti sumus supra, dum de prouisionibus tractauimus.

Ibi dictis, & huic titulo de pensionibus valde cōferunt quæ nunc subijcio in vna Adrien. pension. coram Rotę Decano inter Cardinalem S. Clemētis & Alphonsum de Sylua fuit tentum, quòd pensio, quæ reseruata fuerat Aloysio infanti, iam clerico effecto ex dispensatione Apostolica, non tamen facta mentione ætatis in constitutione pensionis, nec secum aliter dispensato, nec subsisteret vt in specie pulchrè habetur in Dec. Ioan. Bap. Guidob. 138 quæ incipit in vna Adrien. pensio.

Concedi passim consueuit clausula [Destinationis loci solucionis pensionis faciendæ] prout etiam supponit D. Hiero. Gig. de pensio. q. 82. vbi dat cautelam bannito ex loco destinatæ solutionis, quòd alibi pensionem soluere possit.

Nonnun-

Nonnunquam verò apponitur. & conceditur clausula [In loci] & terminis in literis in cancellaria exprimendis prout etiam per Cassa. decis. secunda, quæsiui. post princip. titul. seu tractat. de pensione.

Quæro, destinata erat pensionis solutio in ciuitate Barchionensi Alphonso Pensionario per Ioannem facienda, an si ipsorum neuter, vel nullus procurator fuerit Barchionæ tempore solutionis faciendæ, ipse Ioannes in pœnam priuationis ob solutionem non factam die statuta incurrerit? Pro opin. affirmatiua adduci potest doct. Bartol. in l. si reus, ad fi. ff. de procura. quam sequitur Fel. in cap. cum te, post numerum quartum versicu. Et vbi non est persona, cui possit offerri, debet protestari se paratum soluere, & ex mandato iudicis deponere, & cõsignare; & tutius est, vt præcedat proclama &c. de re iudi. Et ad casum solutionis pensionis applicat Gig. de Pensi. quæstione septuagesimaseptima, numero decimooctauo, versiculo. Quid autem habeat facere debitor pensionis? Pars negatiua verior & communis est, quòd immo nullam priuationis pœnam incurrerit, neque ad aliquod depositum teneretur, ad l. arbiter calendis. ff. de arbit. & per eundem Bart. in l. item illa. in princip. ff. de constit. pec. Alexan. consilio nonnagesimosecundo. perspectis, numero sexto, libro primo. Ruin. consilio 32. viso, numero quinto, & sequen. volum. quinto. Afflict. dec. Neapo. 316. post numerum secundum. Dom. meus consilio 566. promisit, numero quinto & nouissimè per peritissimum modernum Do. Hieron. Gig. in præalle. quæstione 77. de pensio. ante numerum duodecimum. vbi plures pro hac opin. citat pro hac parte negatiua residens. Ad doctr. Bartol. in d. l. si reus. respondetur, quod debitor, si vult, potest illa cautela vti, ad eam tamen non tenetur, ad supra adducta. Item doctr. illa, & omnia contraria limitari possunt, vt procedant in casibus, vbi iura disponunt, huiusmodi consignationem fieri, vt puta ad impediendum cursum vsurarum, vt in l. si creditici, & in l. acceptam. C. de vsur. Pro hac opin. negatiua audiui Dominos de Rota conclusisse aliàs de anno 1529. in causa Cremonen. coram Panigarola. Idem etiam fuit conclusum de anno 1535. in Roma. Emphiteusis in materia deuolutionis ob nõ solutum canonem. Et in proprijs terminis nostris, idem decisum inuenies coram Ptolomeo, prout in ipsius dec. 65. in causa Barchionen. inter prefatos Alphonsum, & Ioannem.

Clausula (Etiam si super illis scilicet fructibus aliç pensiones annuæ, quas, illarũque summas & c. habere placeat pro expressis, & quæ exprimi possit in literis aliis forsan assignatç existant] concedi cõsueuit. Signaturá tamen, vt præmisi, addit [Dummodo omnes insimul illorum medietatem non excedant] Qua clausula omissa si adsit aliqua pensio antiqua, hæc nuper imposita inualida reddetur, prout per Cassa. dec. 3. de Pensio. per Rebuff. de paci. poss. in 12. conclu. numero 123. versiculo. Immo secunda pensio. & per alios quos cito in 6. q. 33. Reg. numero 7. Et ibi dictis addo idem conclusum fuisse in Rota in causa Tarraconen. coram Aquen. prout dec. 16. Accoramb. Adduci etiam potest alia ratio videlicet, quòd non est intentionis Papæ ecclesiam dupliciter grauare, nisi id exprimat. ad tex. in c. mandatum. in fi. & c. seq. de rescr. Cassa. super Reg. dec. 34. nu. 3.

Quia resignans beneficium nõ tenetur amplius ad solutionem pensionis super beneficio, imposito quippe qui a se abdicat omnes ius ac possessionem ciuilem, & naturalem, c. in apibus. §. ecce in quib. 7. quæstio. prima. glo. in cle. 1. in versiculo, mori vt li. penden. & in cap. si episcopus. in versiculo, mortem. & ibi Cardin. quæstione decimaquarta, de procur. Ioan. And. Imol. & Abb. in cap. solicitudinem. de resti. spoli. Rot. 67. nota quod resignans. in anti. Alexan. in l. si quis vi. §. differentia. num. 5. ff. de acquiren. poss. Cassa. dec. 4. numero tertio. de restitu. spoliat. vnde non est amplius obligatus ad pensionẽ, nisi remaneat in detentatione, vt omnia hæc firmantur in Dec. Mohed. 2. incip. fuit facta resolutio per dominos sine contradictione. ac Dec. eiusdem 237. incipien. oxomen. pensi. Hinc inuenta fuit clausula ac signatura sæpè concedi solita, videlicet vt is, qui pensionis impositioni consentit, non possit in fauorem alicuius beneficium pensione grauatũ, resignare, nisi prius facta intimatione, ac facta obligatione, per resignatarium simile illius quam fecerat is, qui tunc resignare intendit, de soluenda pensione cum omnibus, & singulis clausulis, ac cautelis &cæt.

Resignans autem qui se obligauerat in forma cameræ pensionem soluere, & cautionem dare bancariam, illamque renouare de triennio in trienniũ, antequam resignatarius acceptet ac possessionem capiat, pensionem soluere tenetur ipse resignans, acceptationem uerò, ac possessionem captam per ipsum resignatarium, nec ad pensionis solutionem nec ad præstationem, vel renouationem bancariæ cautionis tenebitur, ex quo pensiones imponuntur super fructibus beneficij, vt omnia conclusa fuerũt coram Rauellen. in Grationopolitanã pensionis coram Rauellẽ. 2. Ianuarij 1539. prout Dec. Mohed. 295. incip. Grationopolitan.

Clausulæ (Excommunicationis, priuationis beneficij, & regressus, seu accessus in supplicationibus pensionum non delentur. Ad hoc tamen vt illis locus sit, requiritur voluntas, & factum ipsius pensionarij. Cassa. dec. vltim. de loca. & condu. Et an pẽsionem non soluens etiam irrequisitus cadat in pœnam priuationis, latè tractat Dom. Hier. Gig. de pẽsio. q. 77.

Si ponatur clausula (Possessione habita, vel nõ habita) tolluntur illa verba, vel non habita: quæ clausula in Italia rarò concedi solet. Rationem puto esse, quia de facili pensionarius certior reddi poterit, an pensionem soluere debens beneficiũ grauatum possideat, vel non: & si possessionem capere differat, pro possessore habebitur, & vt possessor condemnabitur, iuxta tex. in l. 1. §. sed & si non possideat. ff. si quis omis. cau. testamen. & l. etiam. §. item si quis dolo fecerit. ff. de peti. hæred. Similiter etiam tenebitur, si possidens dolo possidere desierit, ad tex. in l. nec vllam. §. fi. ff. eo. & l. qui dolo de-

desierit possidere,& l.parem,quę est 193.ff.de reg. iur.& regula,pro possessore.li.6.

Vltra montes vero præsertim in Hispanijs plerunque conceditur clausula præmissa (Etiam possessione non habita) propter difficultatem probandi;an possessio sit capta, vel non, vel quis sit verus possessor,seu intrusus. Qui sapit pensiones vltra montes,nunquam concludat absque illa clausula,alioqui pensio erit aerea,&nunquam soluetur. Hac verò clausula obtenta, etiã si beneficiatus fructus non percipiat, super quibus pensio imposita fuit,illam omnino soluere debebit. prout in simi. concludit D. meus consi. 312. licet hactenus, versus fin.

Pensio quòd sit libera, & exempta, si apposita sit clausula an soluenda sint onera de facto imposita, videatur Dec.Put.385.libro secundo. Et absque clausula,quòd sit libera, & exempta, pensionarius quæ onera contribuere debeat videantur Pau.Roma.in tracta.Pensio.quæstione vltima. Caccialup. quæstio.17.ac Gig.quæstione 38.59.& 90.eo.trac. de Pensio.& Dom.meus Philip.Dec.consi.156. Et pro pensione libera ab incendio,aquarum multitune &c.in simil.est tex.in l. contractus quidam.in fi. ff.de reg.iur.

Pensio(quod annullari, reduci, seu minui non possit clausula)conceditur,qua non obtenta decrescentibus fructibus,seu redditibus, & in aliis quibusdam euentibus vel pensio inualida redderetur; vel saltem ad minorem summam reducenda, vel limitanda esset,prout in simili voluit Bartol.in l. 1. nu.9.C.de iu.emphi. Ant.de But.& alij in cap. praeterea.de iu.patro.per text.in cap.1.de consue.& in c.quanto,de censib.pulchrè per Ludo.Rom.consi. 360.circa primum,in 5.dub.post nu.25.ac nu. 30. & seq.Felyn.in c.ad audientiam 2.ante nu.3. vers. & istis adde,quod ex causa licita.de rescript.Paul. Roman.in tract.Pensio.q.vlt.nu.5.& seq.Caccialup.in eo.tract.q.7.& 24.in princ.Hie.Gig.in eod. tracta.q.35.col.2. vers.2.uerò casu.Rebuff. de Paci.pos.ante nu.117.ad fi.10.conclu. ver.Et an diminuti beneficij frūctib.

Ego clausulæ præmissæ quædam alia verba addere consueui;non enim generaliter verum videtur supradictam clausulam operari, ꝙ nunquam reductioni locus sit: Immo arg.tex.in c.sententiam 35.q.9.in c.cum literis.de in integ.rest.& in c.cum olim.de re iud. vbi quod etiam sententia Romani Pontificis pōt in melius reformari.Io.Staphi.super Signa.fol.155. ver.& ex ijs apparet, concludit præmissa clausula non obstante reductioni nonnũquam locum esse.

Aduertendũ ēt est,ꝙ licet ex virtute clausularum, vel quia ille, qui pensioni consenserat, poterat sibi ipsi pjudicare consentiendo impositioni pensionis grauioris,quam par esset,ad c. quod semel.de reg. iur.li.6.& volenti,ac consentienti non fiat iniuria. l.j.§.vsq; adeo.ff.de iniu.l.nemo. ff. de reg.iur.Staphil.vbi supra. ver.præterea volenti. Aliud tñ dicẽdum erit in successore in beneficio nimis grauato. Licet.n.is qui consenseret,proprio fauori renuntiare potuisset,ad l.si quis in conscribendo.C.de pac. Nec ille forsan curabat pensionẽ excessiuã soluere, ad gl.in simi.in c.fi.in ver.meliores,ibi. Minorem fortè ex causa sibi grata.de elect.li.6.hæ tamen cãæ cessant in successore in beneficio,cui clausulæ præmissæ, vel similes,seu obligationes, vel iura nõob stabunt,quin reductionem obtinere possit: iõ qui sapit,alia verba,inueniat;quæ successoret oĩo, & in omni casu ligent,ad quæ non sufficient clausulæ ordinariæ,& hactenus a pragmaticis iurium ignaris inuentę.

Infinitæ aliæ clausulæ,quæ aliquando conceduntur,aliqñ denegãtur,& quę vel validas,vel debiles, & inutiles pensiones reddere possunt, hic subijci potuissent; verum quia nimis me, & lectorem grauassent,hic missas facio,pręsertim quia omnib.clausulis,quas hactenus (vt existimo) quiuis in materia pensionum quantumuis diligens inuenire,& formare posset,vsus sum pro pensionib. Illustr.ac Reuerend.D.mei Alphonsi Caraffæ Cardinalis Neapolitani,pro quo non minori studio, non minusq; ardenti animo inuigilo,quàm, ipse pro cõi oium vtilitate, & cõmodo: qui instar Herculis tã grauia pondera Vrbis, & Orbis christiani à Diuino Atlante eius propatruo, iure optimo sibi cõmissa vno omnium consensu fortiter, & fœlicitet sustentat: qui sua prudentia omnia metitur,integrè, sanctèq; cuncta gubernat. Qui sua iustitia amotis impiorũ fraudib.literatorum fautor probatissimos excitat, inflammat, extollit. Qui tandem vniuerso humano generi satisfacit.

Superest,vt circa materiam translationum pensionum aliqua subijciamns.

TRANSLATIONES pensionum.

TRanslationes pensionum aut fiunt obtẽta clausula in constitutione ipsius pensionis,de qua per Gig.de Pensio.q.12.n.2.& de qua infra loquar & cui clausulæ consenserat is,qui reseruationi pensionis consensit, prout per Pari. cons. 46. quoniam apud.nu.4.vol.4.Aut imposita pensione absq; illa clausula,qñ partes ipsę postea supplicant,ꝙ pensio in fauorem A. per B.soluenda extinguatur ad effectum vt reseruetur C.& non aliter, & sic a persona A.transfertur in C.de consensu tam A.quam B.Et quod per translationem extinguatur prima pensio & noua ceeetur, quæ transfertur in tertium nominatum, stilus Romanus docet,& probat Io.Bap.Ferret.consi.53.in præsenti.num.10.& voluit Gig.de pensio.q.88.nu.8.Hoc autem scias, quòd clausula transferendi non censetur per quascunque clausulas generales concessa, nisi speciali mentione facta vt docet Put.Dec.suą 338.lib.2.incip. Ioã.Pet.de Lapis,ae eiusdem Dec.342.

Et illa verba (Et non aliter) conditionem faciunt antequam, vel ante modum impletum pensio prima extincta dici non potest, nec a transferente ius addicatum, argum.text.in l.necessario. ff. de peri.& com-

commo.rei vendi.ac tex.in §.ex conditionali. Instit.de verb.oblig.& per Alex.consi.73.num.7. lib.2.& Gozad.consil.3. Et si cōditio deficiat, trāslatio pro non facta habebitnr.l.item quia.§. huius.ff.de pact. dicta.l.necessario. versi. Quæro si sub conditione.

Rursus si in vim clausulæ obtentæ, quòd pensio transferri possit, duobus etiam modis translatio huiusmodi fieri potest. Vel coram aliquo in dignitate ecclesiastica constituto via contractus, vel via vltimæ voluntatis, prout per Paris.alleg. consilio 46.nu.16.& ante nu.19.vol.4. Vel apud summum Pontificem via supplicationis, in qua petatur, ꝙ pensionem hac facultate transferendi assignata cassetur, extinguatur, & annulletur ad effectum, vt similis pensio in fauorem alterius constituatur, seu reseruetur, supplicat ille C. tertius, ut sibi pensio huiusmodi assignetur, seu reseruetur, cum clausulis & decretis in prima pensione contentis. Non intelligas tu etiam cum facultate transferendi. Illa enim concessio clausulæ huiusmodi fuit personalis: Item non poterat extendi vltra primam vicem, argum. tex.in vulga.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.signifi.l.cum pater.§.ceterum.ff.de leg.2.l. dotis promissio.ff.de iu.dot.

Clausula cum facultate transferendi, in pensionibus super fructib. beneficiorum in Italia consistentium regularirer denegatur, prout etiam colligitur ex verbis Hieron.Gig.de pension.quæst.12. nume.2. super beneficijs vero extra Italiam conceditur.

Quærebatur an consensus præstitus super trāslatione pensionis probata tum, & post quadrienniū ualeat, signata tamen supplicatione post obitū constituentis per procuratorem porrecta? pro opin. negatiua adducebatur tex.l.in confirmādo tutore. ff.de confir.tuto.& con.Pau.Castren.12.col.2. lib.1.vbi tenet per lapsum quadriennij mandatum præsumi reuocatum. Contrarium conclusum fuit in Rota, imò ꝙ consensus post quatuor annos valeret & reprobauit con.præfatum Pau.Castren.quia cōtra principia iuris.& tex.in d.l. in confirmando loquitur quando vltra lapsum temporis mutata est conditio tutoris. Et pro hac opin. facit Dec. Cassa. 1.de renun. Et quia voluntas semper durare censetur quousque de mutatione non appareat. l. eum qui.ff.de proba.l.fideicommissa.§.si rem.ff. de leg. 3.c.maiores.§.fi.cum glo.in ver. per durare. de baptis.c.j.cum glo.in ver.non timore.quod met.cau. Ampliatur etiam si voluntas tenderet ad malum. Capra consi.145.post prin.pro hac opi.super proposito dubio est in specie Dec.Mohed. 219. incipiens, pensionem habens.aliàs est 12.sub tit.de Renunciat.

Clausula [potestatis transferendi] vt tollantur disputationes, de quibus per Paris.præalleg.consi. 46.nu.16.cum plurib.seq.vol.4.ritè concepta, & q̄ à signatura concedi consueuit, hæc est. Cum facultate pensionem ipsam in totum, vel in partem simul, vel successiuè in vnam, vel plures personas ecclesiasticas, & quæcunque beneficia ecclesiastica obtinentes per eundem A. quandocunque sibi placuerit nominan. etiam in manibus cuiuscunque personæ etiam in dignitate ecclesiastica constitutę, seu canonici cuiuscunque cathedralis, seu metropolitanæ ecclesiæ, aut ordinarij loci, etiam in mortis articulo, in Ro.Cu. vel extra eam, & aliàs in forma solita latissimè extend. absque, alio dicti B. qui in hoc expresse consentit, & successorem præfatorum desuper adhibendo consensu transferendi. De illa clausula [in mortis articulo] vide quæ dicā infra dum de Confessionali tractabo.

Quantum attinet ad huiusmodi clausulam, et in mortis articulo, conclusum fuit in Rota Gadicē. pensionis, corā Thoma de Tanis 23. Martij 1541. ꝙ pensio in articulo mortis transferri poterat, licet facultas hæc non fuisset concessa, ex quo non reperiebatur prohibitum, dato ꝙ de stilo soleret talis clausula apponi. quod etiam voluit Sarnen. in 16. q.Reg.de Infir.nu.2.& Put.Dec.5.sub titu.de pensio.incipien.tārslatio facta in articulo mortis, aliàs 140.li.j.incip.In vna Gadicen.pensio.

Nonnunquam pro facultate huiusmodi transferendi conceditur etiam clausula (Etiam litteris non expeditis) qua non obtenta translatio facta ab executore Apostolico ante expeditionem, & præsentationem literarum inualida esset: quippe qui iurisdictionis exercitium non haberet. c.quisquis, ibi (Ex ea die qua eum literas accepisse constiterit) 4.q.5.Rom.consi.353.quoad primum, ante num. 7.versic.quoad tertium.Bartho.Cassan. consil. 10. viso, processu, nu.16.& seq.& ad alia, quæ adduco in 1.q.31.Reg.uu.3.cum plurib.seq.

Quæro, clausula præmissa non concessa. videlicet (Quòd literis non confectis ttanslatio fieri possit) an si translatio fiat coram executore vigore processus fulminati, dummodo postea constaret de literis originalibus. subsistat? Pro opi. negatiua facit tex.in cap.cum in iure peritus.de offic.deleg. ca. vt debitus.de appel.Rot.793.pronuntiatio facta, in anti.& Bisigne.4.de conces.præben. Ex quibus, & alijs supra adductis colligitur, ꝙ executor Apostolicus debet esse certus de sua iurisdictione per literas originales sibi ptæsentatas: nec sufficit copia, vel quid insertum. ergo translatio corruit. Contrariū conclusum fuit in Rota, prout dec. Achil.2.de offi. deleg.vbi plura notatu digna adducit, respondens etiam ad contraria.

Quæro, an instrumentum translationis pensionis, prout in isto memoriali, etiam memoriali in totum non lecto, subsistat, si de memoriali appareat? Rota in Hispalen. Pensionis inter Alphonsum, & Didacium.13. Octobris 1545. coram Puteo, vt ipse annotauit dec.6.de fi.instr.conclusit pro affirmatiua, quia transferens non fuit confissus de fide notarij. Pro qua dec.adduci potest tex.in l.si ita scripsero.ff.de condit.& demon.& conferunt alia, quæ adduco in 2.q.1.Reg.can.nu 3.

Non omittam aduertere etiā alia via pensiones transferri, videlicet in vim priuilegiorum militibus S.Petri (inter quos ego sum) militib. S.Pauli, ac nōnullis alijs officiarijs sedis Apostolicæ cōcessorum & per diuersos summos Pontifices cōfirmatorum, in quibus inter alia, facultas pensiones transferendi

vsque ad certam summam conceditur, quæ etiam, & alia in materia translationum pensionum scripsi in ii.q.Reg.de Infir.

Milites S.Petri possumus transferre pensiones, dummodo non ultra summam 150.duc.au. de Camera etiam coram notario & testibus coram superiore, vel non superiore.etiam non ostensis nris priuilegijs, vel literis pensionis, cum facultate trāsferendi non productis. prout Dec. Ant. Augu.in. & 164.lib.3. ac Dec.Put.4.sub tit.de pensio.Adducit Bart.qui in l.neque enim, quę est.13.ff.de mil.testam.ponit priuilegia militum qui non tenētur seruare nisi ea quæ sunt, de iure gentium, consequenter hæc solennitas, & plures aliæ a iure gentium nō requisitæ omitti possunt. Verum obstare videtur q̄ executor coram quo fit translatio ista non viso rescripto, seu priuilegio, nullam censetur habere iurisdictionem, seu potestatem. Innocen.in cap.ex cō quæstione, de restit.spolia.sequitur Bal. in l.1.C.vt lit.pend.& in l.mandatum.colū.penul.C. mandat. Fran.& D.meus nu.25.in c.super eo.2. de appella. Ad hoc & alia contraria respondet Pu.Dec.340.li.2.incip.Miles si Petri.

Quæro an habens facultatem pensionem transferendi possit illam in filium transferre? Pro opin. negatiua supponenda est consti.Cle.7. disponens, filium nec immediatè posse succedere in beneficio per patrem obtento, de qua consti.loquar infra tit. de dispen.ad ben.in eccle.in qua pater. Et propter verba in dicta cōst.videlicet.Et alia quæcunque beneficia.videtur sub illis comprehendi etiam pensio ecclesiastica, quæ largo mō beneficiū dici pōt, vt p glo.in clem.2.§.penul. in ver. quod libet beneficiū includit præstimonia, vel pensionem.de vi. & hon. cle.Feli.in c.postulasti.nu.8.in 4.declara. de rescri. & in c.de quarta.nu.16. ver. sicut pensiones, & præstimonia.de rescrip. Caccialup.in tract.pensi.q.86. post nu.5.versic.Prædictis tamen.vbi etiam respōdet ad contraria.

REGRESSVS ET accessus.

REgressum nihil aliud esse constat, quàm reuersionem ad beneficium cessum, seu dimissū, vel illius ius in quosdam euentus: prout in simi. habemus tex.in l.quæritur.§.si venditor, ver.remittētibus enim actiones suas non est regressus dandus. ff.de ædili.edi.in l.filios, & in l.si vnquam.C.de reuoc.dona.in cap.monacum,ibi. Et omnes ad seculum interdicimus regressus 20.q.1.in ca.ex literis, ibi. Ad domum propriam est regressa. de despon. impube.in cap.si beneficia, post medium, de præb. libro 6.in c.vt quis duas, in fi.de electio.eod. libro, Oldrad.consilio 175.questio est, colum.2.& Alex. consil.83.visa, numero quarto, libro tertio. Et regredi est redire ad locum, à quo quis discesserat, prout prima Regu.25.Regresi sunt itaque pueri Dauid per viam suam. Psal.7.Et propter hanc in altum regredere.j.Machabe.7.Regressus est ad Regem. Cæsar libro tertio, Belli ciui.Illi autem hoc acrius instabant, neque regredi nostros patiebantur. lib. 2.belli Galli.Ipsi transire flumen non dubitauerunt, & in locum iniquum progressi, rursus regressos.& lib.5.Et in vno uniuersi tela conijciunt, neque dant regrediendi facultatem. Idem.li.5. belli ciui. uel potius A.Hirtius lib. 1.belli Africę in hęc uerba. Neque retro regrediundi oblata facultate. Vbi ego affirmarem adesse figuram Pleonasmos illo uerbo retro, absque quo idē significaretur, in eodem significatu accipies rex.in l.negociorum, uers.quæro regressus a militia.ff. de appel.in l.multo.§.fi.uersic.sic enim post patris regressu a militia.ff.da apel.in l.multo.§.fi.versic. sic enim post patris regressum recicidit in potestatem. ff.de tute.& in l.properandū.§. sin autem ex gestis. ibi. nullo penitus ei regressu ad eandem litem conseruando.C.de iud.& in l.quod si hæredem.§. j.ibi. Cum scit sibi regressum ad aliam non futurum.ff.de trrbutio.

Regressus passim concedebantur resignantibus sub hac forma. N.verò oratori, ne ex resignatione huiusmodi nimium dispendium patiatur, quod dicto P.resignatario cedente, vel decedente, aut beneficium huiusmodi dimittente, & aliàs quouismodò, etiam apud sedem Apostolicam vacante, liceat sibi, ad dictum beneficium quàmprimum illud p cessum, seu quamuis dimissionem, vel amissionem P.aut aliàs quomodocūque, etiam apud sedē Apostolicam prædictam vacare contigerit, liberum habere regressum, & ingressum; illiusque corporalem possessionem per se vel alium, seu alios eius nomine propria auctoritate liberè apprehendere &c. Accessus uero dabatur tertio, puta si Mæuius resignabat in fauorem Seii, & accessus constitutus fuisset in fauorem Titij, Seio cedente, vel decedente &c. prout supra. Pro regressus, seu accessus reseruatione compositio D.Datario hoc modo soluebatur. Si fructus beneficij nou excedebant summam ducatorum 24.tot soluebantur, videlicet fructus vnus anni, si excedebant 24.soluebantur dimidij fructus.

Illa verba [per cessum, seu decessum] interpretamur idest per resignationem, seu obitum, cedere enim seu resignare pro eodem ponuntur in c.susceptum.de rescr.li.6.& per gl.rub.de renun.in clem. quicquid voluerit glo.Reg.Cancel.43.dicens, resignare quem dici, quando is beneficium posidet, cedere autē sit ius, quod quis habet dimittere, a qua tamen Rebuff.super Concor.de regi.ad præla.nomin.faci.§.monasterijs, in ver.cessionem, dissentit. Decedere autem pro mori capitur, vt in l. Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.test.in l.j.§.seu versi. Idem Scæuola ait.ff.ad Syllen.in l. lege Cornelia, in ff.de testament. Cedere, & decedere in alia significatione videre licet apud Bud.super l.2. ff.ad l.Iu li.maiest.

Notandum est, q̄ illa verba, per cessum, parum operantur, & solum quo ad cessionem, seu resignationem in manibus ordinarij: quod probo. Aut.n. supponimus resignationem coram Papa faciendā esse iuxta solitum, videlicet cum clausula in fauorem

uorem N.& non aliàs, aliter, nec alio modo, de qua supra loquutus sum, dum de resignationibus tractaui, & clarum erit propter illam clausulam regressum excludi: ex quo non resignat aliàs, nisi in fauorem N.& hoc agit, vt resignatario beneficium quæratur, aliàs ius à se abdicare non intendit: & inest in resignatione conditio, quatenus illi acquiratur: qua conditione non impleta resignatio nō pōt effectum sortiri. Rot. Bisig. 7. de renunc. in fi.& argum. tex. in l. necessario. ff. de peri.& commo. rei vē di.& in §. ex conditionali. Inst. de ver. obl. Aut resignatio fit in fauorem N. absq. illa clausula [Et non aliàs &c.] Quod rarò accidit, & tunc etiam conditio præmissa subintelligitur: & cum resignans intē dat, q̄ resignatarius beneficium acquirat, illa tacita conditio vera reddi debet. ad tex. in l. qui pecuniā, cum ibi not. ff. si cer. pet. l. qui balneum, & l. potior. ff. qui potio. in pign. habe. Et ita in Rota conclusū fuit. prout dec. Putei. 6. sub tit. de renunc. & loquitur in fortioribus terminis, videlicet ēt si resignatario fuerit tradita possessio. Mohed. Dec. 341. Paleot. Dec. 48. in Bononien. Monasterij. versiculo, Regressus autem propter cessum nunquam intrat vbi resignatio fit in fauorem certę personæ, sed tūc tantum ei fit locus, vbi simpliciter fit pura resignatio in manib. Papæ, vel ordinarij. Ego in quadam supplicatione regressus concessam vidi clausulam [Per cessum] etiam in fauorem certæ personæ.

Vltra illa verba [Per cessum, vel decessum] concedebatur etiam clausula [Aut aliam quamuis dimissionem, vel amissionem &c.] Qua clausula obtēta fuit dubium in Rota in vrbe vetana Archipresbyteratus, an si regressus sit sortitus effectū ex vno capite, possit ex alio effectum sortiri? puta si sit locus regressui per assecutionem incōpatibilis, seu ꝓpter priuationem, is qui habet regressum possit expectare per decessum? Pro opin. affirmatiua concludendum videtur, ex quo clausula prædicta apposita ē in fauorem, & commodum illius, pro quo regressus reseruatus est, vnde electio sibi concessa videtur? & sic eligat regressum quem malit, si illi plurifariam locus sit, arg. tex. in l. vbi autem. §. qui illud, aut illud. ff. de verb. obl. l. illud, aut illud. a contrario sensu. ff. de constit. pec. Et potuit vnum ex illis modis regrediendi ꝓpria auctoritate, & sine superioris iniuria remittere: sicut dicimus de eo, qui in pœnam caducitatis incidit ob non solutionem pensionis: vel in priuato feudo, vt intelligamus, si dominus voluerit, & declarauerit. Et quod dominus posset velle, & nolle, & declarare, & non declarare, vel remittere, facit text. in l. 2.& ibi gloss. C. de iur. emphiteu. Bald. in l. fina. numero quarto, C. de reuo. dona. Alexandri. in cap. Agathosa, 63. distin. latè Cassa. dec. 2.& sequen. loca. Contrarium conclusit Rota, quòd immo regressus sit consumptus in primo illius euentu, prout dec. Ptolomei 62. ac Dec. Mohed. 121. incipien. sanctissimus. Do. N. Paulus Adducebatur text. in l. cum quærebatur ff. iudic. sol.& Bald. in l. inuitus, ad fin. versiculo, tu dic, quòd verbum, quod potest referri ad plures actus, tunc refertur ad primum actum, quando primus actus consumit effectum secundum intentionem loquentis. C. de procu. & est tex. in cap. non potest. §. illud autem, de præben. libro 6. latè per Iason. in l. diuortio. §. quod in anno. nume. 12. & seq ff. solu. matrim. Insuper beneficium illud semel per assecutionem alterius vacans non poterit amplius vacare per decessum, saltem illud ius, q̄ ante beneficiatus habebat, in prima enim vacatione consumptus est primus regressus. c. mandato, & ibi not. Geminian. & Fran. num. 1. & sequen. lib. 6. de præben.

Illa verba [Illiusque corporalem possessionem propria auctoritate liberè apprehendere] magni sunt ponderis, & elegantiori sermone diceremus, excipere, seu recipere manus iniectionem, quod significat retinere facultatem reprehendēdæ rei alienatæ, vel vt citra vllam in ius vocationem alienator posset in prædium alienatum in certos euētus rursus ingredi, & in possessionem sese ipse mittere. l. sed si hac lege, post princip. ibi. Ac si venditor, qui manus iniectionem excepit. reiecta declaratione, glo. ibi, quæ est fatua, vt per Bud. ibidem: qui more suo optimè declarat. ff. de in ius vocan.& l. 1.& 2. C. si ser. exte. Operantur etiam illa verba, vt quis non teneatur apprehendere possessionē cum suo executore, in canonicatu tamen non excludent cōsensum capituli, non obstantibus enim talibus verbis, nihilominus possessio canonicatus capitulariter capi debebit, vt in specie decisum fuisse apppa ret Dec. Putei vigesimasecunda, incip. Die 11. Maij lib. 2.

De licentia, seu facultate regrediendi ad rem iam possessam, seu adipiscendi possessionem propria auctoritate, vide tex. in l. creditores, & ibi Barto.& alios. C. de pigno.& Paris. consil. primo, num. 176. lib. 1.

Regressus dicitur esse ius ad rem, seu ius ad rē tribuit, vt per Aen. de Falco. de reseruatio. in 47. esse. nu. 11. ver. nouus modus est per regressum, siue accessum, cum quo transit Gig. de pensio. q. 99. nu. 5. vide etiam Cassa. dec. j. nu. 1. de pact.& 4. de priuil. versus fi. ac Sarnen. in prima quæstione. Regul. de non tol. iu. quæsitum. numero quarto. in vltimo casu. Et probant esse ex causa de præterito, & non de futuro.

Contra verò, accessus est ius intrandi, seu adipiscendi beneficium, vel illius possessionem, quam nūquam antea habuerat ex propr o significatu verbi, accedo, prout apud Cæsarem parum post prin. lib. 5. belli Galli. Accessum est ad Britaniam omnibus nauib. meridiano ferè tempore, & sic ad locum ad quem prius itum non erat.

Ingressus pariter non supponit aliquem præcedentem aditum, idem Cæsar. eo. li. 5. belli Galli. Ipsi ex silu.s rari propugnabant, nostrosque citra munitiones ingredi prohibebant.

Accessus, & regressus concedebantur, tam de consensu, quam sine consensu, vti supponit Cassado. de vnion. de pact. Et hoc ostendit clausula in infinitis supplicationibus poni solita, videlicet [Citra tamen accessus, & regressus, ac de consensu coadiutorias.] Quæ verba [De consensu] respiciūt solū coadiutorias. Immo voluit Ro. in cā Hispa

len. cantoriæ coram Fabio Accorambono sub die 27.Octobris 1542.ꝙ regressus bo. me. Cardinalis S.Crucis tanquam prior tempore, licet sine consensu ex quo ex causa onerosa præualeret secũdo cum consensu.

An autem regressus, & accessus sine consensu indistinctè valeant, non est hic locus disputandi. Et domini de Rota fuerunt varij: prout decisi. Ptolomei decimoquarto, & 5. ac Moedani. 113. incip. Ambrosius de testa. In literis regressus non exprimitur valor beneficij, sufficit enim illum in bullis prouisionis exprimere, prout Dec. Ioã. Pauli Ptolo. 324. incipien. In eadem valere regressum, vbi subditur, opponenti illum non expressum in prouisione probandi, & sic negatiuam, onus incumbere. Et quòd opponenti, & in negatiua se fundanti probandi onus incumbat, probant Innoc. in c. proposuit. ad fin. de cler. excom. min. & in c. super ijs. colum. 4. ac Host. col. 2. Io. And. & Ant. de But. col. 9. & Fel i. nu. 16. de accusa. & alij, quos cito in c. quoniam. contra. nu. 21. de proba.

Regressum concessum epileptico, seu morbo comitiali (quod ab effectu vulgo caduciam vocant) nullum esse ipso iure cõclusit Rota prout Dec. Guidob. 49. incip. Voluerunt Domini, ea ratione, quia expressio illius difficiliorem reddidisset Papam ad huiusmodi gratiam concedendam, quo fit vt gratia ipso iure nulla reddatur. c. ad audientiam. c. super literis. c. in vestra. &c. postulasti. vbi omnes. de rescrip. c. si motu proprio. & ibi Docto. de preb. libro sexto. Calde. consil. 11. eod. titu.

Proponebatur in Rota, reseruatum fuisse regressum Cardinali de Flisco ex causa cessionis per ipsum factę, non tamen docebatur de aliquo etiam infecto: vnde dubitabatur, an regressus subsisteret? Pro opin. negatiua adduci potest, ꝙ regressus erat conditionalis, seu ob causam de futuro, vt aliquid sequatur, quo non sequuto alter ad nihilum teneri debet, iuxta tex. in l. damus. in fi. ff. de cond. indebi. & in l. 1. l. 3. & toto tit. ff. de cond. ob cau. Hic nullum ius ceditur, ergo regressus nullus. Conclusum fuit pro affirmatiua, ex quo ille in cuius fauorem cessio facta fuerat, consenserat ex causa cessionis notabili pensioni: & sic cum magni fecisset cessionem, apparebat, seu presumi debebat, quòd Cardinalis aliquod ius habebat: Et dixerunt aliqui ex Dominis de Rota, etiam quòd cessionarius non consensisset pensioni, sed tantum acceptasset cessionem, quòd satis erat ad validitatem regressus, & quod aliàs ita fuerat tentum, prout dec. Ptol. 16. in causa Cesaraugustan. Archipræsbyteratus de Darroca coram Marficano.

In regressu perti, & obtineri consueuit clausula, Quòd liceat regredi ad ius perinde ac si nunquam resignasset, seu cessisset tam vigore prioris tituli, quàm præsentium, dubitatum fuit in Rota an qui agit ex ingressu teneatur aliquo modo docere de iure cesso vt obtinere posset? Pro affirmatiua videbat concludendum per tex. in proximè citatis. l. 1. & 3. ac toto titu. ff. de condi. ob cau. Ratio etiam adduci posset, ꝙ frustratoria fuisset prætensa iuris cessio, si nullum ius cedenti competijsset, actum autem frustratorium, vanum & inutilem iura humana, ꝙ diuina iura reijciunt, iuxta illud, Deus, & natura nihil agunt frustra. ac Tob. cap. 34. Deus non condẽnabit frustra. l. si quando. in princ, ff. de lega. 1. c. si Romanorum. ante medi. in ver. ut quid membranas occupant? 19. distin. Pro negatiua in duab. clausulis propter illa verba supra posita conclusum fuisse testatur Simonet. Dec. 74. incip. Bulla regressus plerunque habet clausulam.

Regressus concessus fuerat ex causa cessionis liti, iuri, & causæ, præstito consensu per procuratorẽ cessionarij vigore mandati ad consentiendum regressui, seu acessui per cessum, vel decessum in euẽtum, in quem N. omni iuri quod habebat in beneficio, vel sperabat habere, cedere etiã liti, & causę: quærebatur, an si constaret, illum nullum ius habere, & uullam esse litem: quia causa commissa erat per eundem N. & aduersarius citatus literis nõ expeditis, regressus huiusmodi subsistat? Pro opi. negatiua illud vulgare adduci potest, quod non sit seruata forma mandati, iuxta text. in l. diligenter. ff. manda. & in cap. cum dilecta. de rescrip. quod probatur, ex quo neutrum illorum, quę requirebantur concurrit: nullum enim ius transfertur, seu ceditur ac ius cedi debebat, & validum. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Nec lis aliqua erat, seu esse poterat resistente Regula Cancel. 31. Quòd commiss. cau. lite. non expe. continente decretum irritans, super qua latè scribo, & quæstio 1. ad fin. subijcio veram rationem illius Regulæ, vt scilicet ante confectas literas valide conueniri, & vexari nemo possit ex quo supplicatio est quid informe & imperfectũ Bald. in ca. 1. colum. 2. per quos fiat in vesti. Mil. in Reper. in ver. Gratia apostolica non censetur perfecta. Prouincia. fol. 83. ver. Gratia ante confectionẽ literarum est informis. Bartho. Cosen. consi. 10. viso processu. nu. 22. fuit per Dominos de Rota pro opi. affirmatiua prout dec. Mohedani 80. aliàs 109 decisum, & sic ꝙ regressus validus esset, & sic ꝙ satis erat, ꝙ N. cessisset iuri, & liti, quantum in eo fuit, & cum Papa intellexerit litem, & ius quomodocunque erat, sat videtur literis satisfactum. Insuper ꝙ lis erat bona, ex quo causa fuit commissa, quæ non poterat inualida reddi nisi per regulam, de qua datum nõ erat, & iam erat citata pars, & termini seruati fuerant.

Regressus duo concedi non solent, & fuit dubium in Rota in Tolerant. parroch. de Xetaffe inter Cardinalem Sanctorum quatuor, & Ioannem de Saliuora, an secundus regressus teneat, stante primo? Videbatur dicendum quòd sic quia reseruatus videretur in euentum, in quem potuisset habere locum, videlicet si primus regressus per mortem extingueretur, & sic interpræratio faciẽda esset taliter, vt actus valeret, ad l. quories in actionib. & l. vbi. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de ver. obl. D. meus cõs. 289. nõ est, col. 2. & 448. vis tota, num. 17. vbi quod hæc præsumptio validitatis actus superat omnes alias præsumptiones. Et dicebatur in causa Placentin. Archidiaconatus de Trugillo, quòd per tres conformes in decisio. Rota fuerat pronuntiatum, pro secundo

cundo regressu, quod valeret euentualiter, vt supra, si primus per mortem extingueretur. Contra eundum regressum dabatur de intentionis Papæ defectu, de quo semper contra quamcunque gratiam dari potest: & qui etiam per clausulam, motu proprio, non excluditur. glo. in clem. si Romanus Pontifex, in versiculo, validam, & ibi per Docto. de præben. per Io. And. & alios in c. si motu proprio. libro 6. Bellame. dec. 475. præmissæ tres, & Parif. consil. 1. num. 74. li. 1. Pro probando intentionis defectu Episcopus Vasionen. qui fuerat Datarius, & Referendarius, ac in praxi Cu. valde versatus, fuit in testem inductus. qui deposuit, Papam non concedere secundum regressum, nisi is, qui primũ habet, illum suspendat, vel illius cassationi consentiat, ne beneficium duobus regressib. sit inuolutũ, & sic quòd secundus regressus non teneret ex defectu intentionis Papæ, & ita Rota resoluit, prout decis. Ptolomei 44. Adduci etiam potest tex. in cap. mãdatum, in fi. & in c. seq. de rescrip. vbi, quòd non est intentionis Papæ, ecclesiam dupliciter grauare. & Cassad. dec. 34. num. 3. super Regulis. Quòd regressus secundus stante primo sit in ualidus habemus Dec. Mohed. 66. incipien. de mense Aprilis, q. 5. sub titu. de renun. An autem reualidetur, seu conualescat superueniente consensu habentis primum ingressum Domini de Rota dubitarũt, & super hoc Decisiones Rotæ videntur diuersimodè concludere, uidelicet, dicta Dec. 66. ac 59. incipien. In sacro Rotę, aliàs 3. sub titul. de renun. ac 65. incip. Sanctiss. D. N. aliàs 6. sub eo. titu.

Regressus, & accessus ex decreto Pauli IIII. a Roma. Cur. exulant, & summa ratione, quippe qui a nullo iure introducti, sed tantum ad commodum, vel cautelam resignantium, vel cedentium, ac quorundam aliorum, prout considerat Cassad. decisio. 4. de pact. & (quod deterius erat) efficiebant beneficia quasi hæreditaria. Et in parlamento Curiæ Parisien. de anno 1496. per arrestum regressus dãnati fuere, prout post decisio. Delphi. Rebuf. super Concor. sub titu. de Reseruatio. gl. 1. ver. item per arrestum Curiæ. In fauorem tamen Cardinalium conceduntur, & hoc est vnum inter alia eorum priuilegia.

Non solum autem, vt præmisi, regressibus ius non assistit, immo resistit: cedenti enim, seu renuncianti non datur regressus ad ius, cui renunciauit: iuxta pulchrum tex. in alleg. l. quæritur, versi. Remittentibus enim actiones non est regressus dãdus. ff. de ædili. edi. l. si quis in conscribend. vbi Docto. C. de epi. & cle. & extr. de pact. c. eos. & ca. quam periculosum, iunc. gl. 7. q. 1. c. sic illis. 23. q. 4. Paris. cõsil. 5. nu. 165. ver. & ipsi renuncianti, & cedenti nullus dandus est regressus. vol. 4. insuper datur votũ captandæ mortis naturalis, vel ciuilis, puta per priuationem &c.

Non tamen negauerim, quin Papa ad sui libitũ regressus, accessus, & ingressus, concedere possit: quippe qui in ijs beneficiarijs dominus est absolutus. c. cuncta per mundum. 1. & 2. 9. q. 3. & glo. fin. in cap. fin. de præben. libro 6. quod tanto magis nõ nulli procedere affirmant stante Ro. Cu. stilo illos ab infinitis annis citra concedendi, quem pro iure haberi volunt. cap. quam graui. de crim. fal. cum vulga.

Regressus & accessus ob non solutiones pensionum, nunc etiam admittuntur inter aliàs clausulas supplicationum pensionum, sub ijs, vel similibus verbis [Nec non dicto, N. vel aliquo ex successoribus in dicto beneficio in solutione dictæ pensionis deficiente, seu illam ad minorem summam reduci, vel inualidari petente &c. liceat eidem P. liberum habere regressum, accessum, & ingressum, illiusque corporalem possessionem per se, vel aliũ seu alios propria auctoritate libere apprehendere & cæt.] Aduertendum est ad praxim Romanam quam adducit Hieron. Gig. in tracta. pensio. q. 99. nu. 22. ver. sciendum tamen est; quod partim est vera, partim non: Vera praxis est, ꝙ resignanti, seu cedenti beneficio dum pensio reseruatur, conceditur, vt præmisi, regressus, accessus, & ingressus, ob nõ solutionem pensionis. Adde tu, & in alios euẽtus, puta si cessionarius, vel resignatarius instet pro reductione ad minorem summam, seu pro annullanda pensione, & in alijs casibus in gratia comprehẽsis. Dum autem sentit quòd in alijs casibus, puta si in prouisione per obitum reseruetur alteri pensio, solum apponatur priuationis pœna, hoc nõ ita procedit, immo vltra dictam pœnam passim etiam conceditur accessus, & ingressus.

Quæro an habenti regressum, per cessum, uel decessum quando illi factus, est locus, si is reperiatur excommunicatus, beneficium ei debeatur? Pone, Titius obtinuit regressum ad ecclesiam S. Ambrosij per cessum, vel decessum: moritur rector illius ecclesiæ, Titius illam petit, opponit Mæuius ꝓ obitum prouisus, ꝙ Titius erat excommunicatus, tempore quo factus est locus prætenso eius regressus, vnde licet tempore, quo petit ecclesiam sit absolutus: ex quo tempore aduenientis casus regressus erat inhabilis, non debeat considerari habilitas superueniens, ex quo alius medio tẽpore intrauit, pro quo, & sic contra Titium est tex. in l. si alienũ §. in extraneis. ff. de hære. insti. vbi ꝙ si extraneus heres non sit habilis tempore mortis, licet ante vel post fuerit habilis, excluditur ab hæreditate. item licet initium fuerit bonum, tamen si ante perfectionẽ res deueniat ad cessum, a quo actus incipere nõ poterat, infirmatur. l. quia in eum. ff. ad leg. Aqui. Nulli autem dubium quin prouisio facta excommunicato sit nulla. c. pastoralis. de cler. excommuni. mini. & quòd in consideranda habilitate impetrantis attendatur tempus vacationis probatur in c. ei cui. de præben. libro 6. & per Feli. in c. eam te. col. ante pen. ver. Tempus datæ. de rescr. & de ijs latè tracto in 12. q. 18. Reg. Cancel. præmissis non obstantib. Rota contrarium conclusit 21. Ianuarij 1525. prout D. And. Gamba. 44. incip. coram Paulo. ea ratione, quia excommunicatus absolutus, qui non neglexit absolutionem, omnia iura pristina recuperat. c. maximum. 1. quæstione septima. Bal. in capit. primo, per quos fia. inuesti. qui dicit excommunicatũ absolutum recuperare ius fidelitatis, quod propter excommunicationem amiserat, & est communis

theorica scribentium. vt per Fel. in c. cum inter. col. 9. de excep. Aliæ etiam rationes pro hac resolutione adducuntur quas vide.

Aduertendum est ne in impetratione regressus narrentur ea, quę difficilis sint probationis, quippe quæ omnia in regressu narrata iustificari, & probari debent iuxta Dec. Putei hoc titu. de regressu 1. Nec mirum cum habeamus, communem regulam quòd omnia narrata in quauis gratia per impetrãtem probanda sint. Io. And. in c. 1. de lit. conte. lib. 6. D. meus Phi. Dec. consi. 403. quamuis. nu. 17. & cons. 541. visa. nu. 16. ac Paris. consi. 138. post prin. vol. 4.

Accessus, & regressus nouissimè etiam in fauorẽ Cardinalium per Concilium Tridentinum sublati fuerunt, prout cap. 7. de Dec. Refor. Sessio. vlt. sub Pio IIII.

FRVCTVVM RESERVATIONES.

Reseruatio omnium fructuum concedebatur in fauorem resignantium, seu cedentium, ac iurisdictionis. & administrationis, nec nõ nominis, seu denominationis, ac stalli in choro, & loci in capitulo, habitationis, seu aliquorum membrorum, & distributionum quotidianarum. Et præmissę reseruationes cum Dom. Datario componi consueuerant. De stallo in choro, & loco in capitulo habemus tex. in cap. cum inter. de renunc. & in ca. cum illorum, in fi. de præben. pro quibus etiam vide Abb. in dicto capitu. cum inter, num. 1. & seq. & Ludo. Rom. consi. 482. num. 2. Bald. in l. 2. nu. 56. ver. super secundo. C. de serui. & aqua. Lambert. de iur. patro. libro 2. parte 3. quæst. 11. art. 8. nu. 3. fol. 380.

Et de hac reseruatione omnium fructuum vide Staphil. super signa. fo. 154. versi. hinc est quod admittitur cessio beneficij cum reseruatione omnium fructuum. De qua etiam reseruatione, ac nominis, denominationis, stalli in choro, & vocis in capitulo vide Sarnen. super regu. de Anna. quæst. 60. & per me d. reg. q. 30. Fructus reseruati qui? videatur Dec. Put. 347. li. 2.

Frequentius, ac facilius, & absque aliqua compositione reseruantur dimidij fructus etiam loco pẽsionis annuæ in fauorem resignantis, seu cedentis, & aliquando in fauorem tertii, quæ dimidiæ partis fructuum reseruatio non potest dici excessiua, vel exorbitans. ad tex. in extra. suscepti, Ioan. XXII. de electio. Nic. Boe. dec. 2. in fi. Staphil. super signa. fo. 154. versic. & quandoque vsque ad medietatem. & Rebuff. in praxi, de Reser. gene. quam speci. nu. 15. & sequen. versic. interdum reseruatur media pars fructuum.

Pro reseruatione fructuum in fauorem tertij habemus tex. in c. si tibi. de pręb. lib. 6. vide Caccialu. de pensio. q. 19. post nu. 2.

Titulus, & denominatio pręsertim cedenti ecclesiæ cathedrali reseruari consueuerunt, nec reseruationes huiusmodi multum a regulis iuris deuiant; cum, ut dixi supra, dum de Resignationibus tractaui, versiculo, renuntians episcopatui, iura aliqua huic reseruant, puta ordinem, & dignitatem episcopalem, pro quibus arguendo à matrimonio carnali ad spirituale pondero, ꝙ ingrediens monasterium retinet titulum, & denominationem mariti, & coniugis, prout pulchrè per Lap. alleg. 129. factum. numero 6. ante num. 19. & nu. 26. vbi in ver. coniugib. concordo opiniones.

Concedi aliàs consueuerant Reseruationes collationum beneficiorum in fauorem resignantis, seu cedentis: vt etiam supponit Rebuf. super concord. rub. de manda. Aposto. §. 1. ver. quid si collationes. pag. 471. & 477.

Concessus aliàs fuerat Christophoró resignanti canonicatui, & præbendę Legionen. in fauorem N. regressus per cessum, vel decessum, cum reseruatione nominis, iurium, administrationis, fructuum, distributionum, stalli, loci in choro, vocis in capitulo, ac residentię, etiam alternatiuè cum clausula [In omnibus, & per omnia ac si non resignasset] Signatura solum addidit quoad residentiam clausulam, videlicet [Et de consensu capituli] quærebatur, an mortuo resignatario, qui residebat in loco inferiori Christophorus deberet habere eundem locum antiquum tàm in choro, quàm in capitulo, quem habebat ante resignationem? Videbatur responderi debere negatiuè, resignans enim vltra ius amittit possessionem ciuilem, & naturalemin fauorem resignatarij. Io. And. Imo. & Abb. in c. sollicitè. de rest. spo. Rot. 67. nota, ꝙ resignans. in anti. Alex. in l. si quis vi, §. differentia. nu. 5. ff. de acq. pos. & alij, quos cito in 28. q. Reg. de Anna. nu. 4. ergo amisit etiã possessionem quoad locum in choro, & capitulo. Nec poterit dici illam retinuisse, nec illam recuperate poterat. Insuper cum resignans consenserit residentiæ alternatiuè, & cap. vigore præmissæ clausulę [De cõsensu] consenserit ꝙ solus resignatarius resideret; resignans seipsum priuauit omni possessione: quæ expressa renunciatio, vt resignatarius possideret, nihil aliud est, quam iurisproprij spontanea refutatio vt per Host. in sum. de renuncia. & ad ea quę adduxi supra dum de renuntiationib. tractaui. Pro opin. affirmatiua conclusum fuit per maiorem partẽ Dominorũ de Rota, ꝓut dec. Cardinalis Put. 35. sub titu. de præb. coram Maceraten. Et ponderata fuerũt illa verba vniuersalia [In omnibus, & per omnia ac si non resignasset] ad tex. in l. 1. & ibi per omnes. ff. de leg. 1. Quę verba, cum etiam sint geminata, plus solito operari debent, vulg. l. Balista. ff. ad trebel. Insuper iura, & statuta loquẽtia de acquisitione possessionis, vt detur nouus, & vltimus locus, non procedunt in retinente, seu regrediente, ad tex. in cap. si beneficia. ibi. Liberè reuertantur. de præbend. lib. sexto. & inter retentionem, seu regressum, ac ingressum, vel immissionem, seu acquisitionem possessionis magna est differentia, vt declarat Alexan. consilio octuagesimotertio, visa, numero 4. & sequen. libro 2. Nec obstat clausula illa super alternatiua residentia, iuncto consensu capituli in fauorẽ resignatarij: quia possessio erat tantum impedita quo ad illum effectum residendi, qui est vnus ex effectibus possessionis circa perceptionem fructuum. Et pro hac opi. adducebatur Fel. in c. ex insinuatione,

mutatione, ad fi. de simo. vbi de priuato, quod non recuperet primum locum, limitat primò non habere locum quando non fuit priuatus, sed simpliciter amotus. At in casu nostro nō potest dici priuatus, cū nullum commiserit delictum.

Reseruationem fructuum aliàs concedi uidi cū clausula (Vel si maluerit pensionem annuā, puta cētum ducatorum) qua clausula stante dubium fuit in Rota in causa Cordulen. dimidię portionis inter Valerium Ruiz, & Alphonsum de Medina coram Fabio, an exigens pensionem huiusmodi pluribus annis possit postea variare, & velle fructus? Pro opi. affirmatiua videtur tex. in l. eum qni certarum. §. fi. de verb. obli. in l. si sterilis. §. fi. ff. de act. empt. vbi videtur casus noster: reseruata. n. habitatione ad uitā, aut decem in singulos annos, deciditur ibi, quod primo anno possant præstari decem, secundo nero habitatio: Sic nos dicamus, quòd vno anno potest exigi pensio, altero verò fructus exigi possint, p Bart. in l. vbi pactū n. 3. & ante. C. de transa. & per Amanuel. de Clar. aq. not. 186. inci. nota qualiter fiat executio in alternatiuis. Pro opi. negatiua conclusū fuit in prælleg. causa 11. Ianuarij 1247. prout deci. Putei 3. de pens. Allegabatur inter alia. l. si quis stipulatus sit sticum. ff. de uerb. obl. facit tex. in l. serui electione. ff. de leg. 1. l. nemo potest mutare. ff. de reg. iu. c. publicato. de elect. & in reg. quod semel. l. 6. Et maxime in clericis mutatio, seu variatio reprobatur, præsertim circa spiritualia, vel ab illis dependentia. c. cum autem. iunct. glo. in ver. personæ. de iu. patro. cle. vni. in princ. de renun. & ita in specie conclusit Rota prout Dec. eiusdem Put. 194 incip. in vna Corduben. li. 3.

Nunc reseruatio omnium fructuum, administrationis, denominationis, & stalli, seu loci in choro rarò conceditur: & summa ratione. Beneficia. n. diuidi non debent, c. fi. prope fi. ibi. Sed liberè absque diminutione aliqua collata. 1. q. 3. c. maiorib. c. vacāte, & cap. cum causam, in fi. de præb. & in rub. & nigro, vt eccle. bene. sine dimin. confe. c. piæ mentis. in fi. 16. q. 7. c. loquitur, & c. scisma. 24. q. 1. ca. 1. in prin. de iu. pat. D. meus Phi. Dec. cons. 341. ad plura. nu. 3. in 3. quæsi.

Vel saltem si vni beneficium, alreri fructus illius conceduntur, pars fructuum remanere deberet pœnes beneficiatum, seu eum, qui titulum habet, cum fructus. seu redditus ecclesiastici instituti sint propter spiritualia, & illa tractantes. c. 2. & 3. & c. secundum Apostolum. de præb. c. fi. ibi. Et officium plerunque, propter quod beneficium ecclesiasticū datur, omittitur. de rescr. li. 6. Sicut propter militiam, & militare ministerium datur militi stipendium, & priuilegium; & hæc subtrahuntur ei, qui se non exercet in actu militari. l. fin. C. qui non ob. long. tēpo. præsc. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccl. Pet. de Anch. consil. 233. prius inquirendum, nume. 2. uer. regula enim est, quòd qui seruit ecclesiæ debet uiuere de ipsius fructib. &c.

Quæro, prouisum fuit alicui de canonicatu, & de præbenda, in supplicatione erat clausula (Cuius fructus &c. 24. ducatorum non excedunt) ex quo consistebant in quibusdam redditibus (quos massam grossam uocant alteri uero reseruatur medietas fructuum loco pensionis, in hæc verba videlicet [N. verò vt commodius sustentari valeat medietatem dictorum fructuum &c.] an debeat habere duodecim ducatos, an vero 200. cum illa massa grossa excederet redditum 400. Pro prima opin. quòd illi 22. ducati tantum debeantur, tria adduci possunt: primum est, quòd natura dictionis dictorum, id suadet. l. 1. §. eum qui, vbi Bart. num. secundo, qui dictum. §. legit, cū. §. hoc edicto. ff. de postu. idem Bart. in l. talis scripturas. §. fin nume. 4. ff. de lega. 1. Aret. consilio 21. si diligenter, colum. j. versiculo, ex quibus. Vnde exponamus, dictorum, scilicet de quibuss præmisit, & sic dimidij fructus illorum expressorum erunt 12. non autem 200. Alterum est, quòd in dubio de minori summa interpretatio faciēda est. l. nūmis. ff. de leg. 3. l. si ita stipulatus fuero decem. ff. de verb. obl. l. semper in obscuris. ff. de reg. iu. Tertium est, quod in dubio iudicandum est pro libertate, & fauore ecclebæ, & vt beneficium non diuidatur. ad cap. fin. versus fi. 1. q. 3. & ad alia supra adducta; minus autem beneficium diuidetur, minoremque sentiet seruitutem in duodecim, quam in ducentum grauatum. Contrariam opin. sequita est Rota, prout dec. Ptolomei 9. vbi considerat, quod reseruata supponitur medietas fructuum, non autem est reseruatus valor medietatis fructuum: Nihil vltra in dicta dec. adducitur, vnde de prima opi. facile obtineret: dicta enim tria fundamenta satis vrgent.

Clausula exprimens pensionem antiquam, an in reseruatione omnium, & singulorum fructuum sit necessaria, dubitari posset: ego consulerem quod apponeretur: illa autem non posita an reseruatio subsistat? Videtur negatiue respondendum propter dec. Cassa. 3. sub titul. de pensio. vbi quod reseruatio pensionis super fructib. beneficij alia pensione onerati non valet, prout etiam per Nic. Boe. dec. 162. & per Hiero. Gig. de pensio. q. 29. & q. vlt. nu. 12. Ego pro defendenda huiusmodi fructuum reseruatioue pro quadam causa, quæ extra Ro. Cu. pendebat, plura adducebam, & inter alia duo, quæ hic subdam, videlicet. Quòd adducta in contrarium loquantur, & procedant in pensione tantum, quæ pensio describitur esse quędam portio super fructib. beneficij assignata, vt per Cardin. in cle. 1. §. 1. q. 3. & Imo. col. 3. de sup. neg. præl. Hæc autem definitio (q̄ ē sermo indicans quid esse rei per essentiam, vt per philosophum 7. Metaph. c. 3. & li. 1. Magno. Moralium ca. 2.) non conuenit fructuum omnium reseruationi, ergo nec definitum, vt per eundē Arist. in 6. topico cir. prin. & per Bar. in l. si quis seruo in 2. not. C. de fur. ac Fel. in c. querelam, col. 3. ante n. 8. de iureiu. Altero modo respondebam, quod in casu alle. dec. Cassa. non præsumebatur Papam voluisse grauare ecclesiā, seu illius fructus duplici onere, arg. tex. in ca. mandatū. j. cum duob. seq. de rescr. at in casu nr̄o sumus in claro, quod intendebat super omnib. fructib. grauare ecclesiam, ad l. continnus. §. cum ita, iū. gl. in ver. nullus. ff. de verb. obl. & l. ille. ff. de leg. 3. soluta igitur pēsione antiqua, reliqui fructus, qui supersunt, reseruatario debebuntur.

Fructuum reseruatio non facta mentione pensionis iam impositæ an subsistat, videnda est Dec. Ioan. Bap. Guidob. 89. incipiens, Coram Dom. Ferētino 2. Maij. & conclusum fuit pro affirmatiua, nō autem facultas illorum medietatem transferendi valebit non facta mentione pensionis primo loco super beneficio assignatę.

Resignanti, seu cedenti beneficio, reseruatis fructibus, vel illorum parte, concedi consueuit clausula per signaturam. Illos propria auctoritate percipiendi, quo casu resignans licitè illos per se ipsum & absq; alicuius licentia percipiet, & si omnes fructus sibi debentur poterit resignans in sua possessione, quam prius habebat, remanere, illamque continuare, vt per Paris. cons. 39. an regula num. 7. vol. 4. & Rota tempore meo in Paduan. congregationis. Danieli Bonfilio (qui resignauerat reseruatis fructibus. & in possessione remanserat) dubitanti spoliari concessit mandatum de manutendo. Et habemus Dec. Putei sub titulo, de cau. pos. & propri. 9. subijsciabis. In eadem causa tentum est, quod resignans reseruatis fructibus propria auctoritate percipiēdis ac si non resignasset non amittit possessionem imo illam continuat. 5. Februarij 1546.

In Gallia reseruatio omnium fructuum non facilè admitteretur stante arresto, de quo post Aufre. p. Rebuf. super concord. sub rub. de Reseruatio. in gl. 1. in ver. immo per arrestum, ver. item eodem arresto fuit in hoc regno prohibita reseruatio omnium fructuum &c. & per eundem Rebu. in praxi, de Reser. tam gene. quàm speci. nu. 13. & seq. ver. interdū Papa fructus.

Indistinctè autem tenendum est, pactum reseruationis omnium, uel partis fructuum in cessione, seu resignatione turpe esse, nisi à summo Pontifice cōprobetur, & eousque censeatur honestum, quousq; indulgentia, seu dispensatio Papæ se extendit, & non vltra, ad cap. quam pio, ibi. Dum tamen omnis absit pactio. &c. 1. q. 2. c. cum pridem. de pac. c. quæsitum, &c. cum vniuersorum, cūm gl. in versi. tractare. de re. permu. Dec. cons. 141. ad plures, & in terminis nostris Ludo. Rom. consil. 358. quia beneficij, & expressius per consi. Felin. consi. 11. Papa concedit, per totum.

Nouissimè per conci. Triden. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. in Decre. Reform. c. 13. incip. quoniā plerunque cautum fuit, ne cathedrales ecclesiæ, quarum redditus mille duc. & parrochiales, quarū centum non excedunt reseruationibus fructuum grauentur.

EXTINCTIONES.

Extinguere idem significat, quod perimere, delere seu abolere. Cic. in Lælio. Sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quam oppressæ uideantur. l. qui res. §. aream. ff. de solut. l. j. in fin. ff. ad Turpilli. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. Extinctio remisso etiam eleganter nuncupari poterit, iuxta hanc significationem, prout in l. quæritur, versic. remittentibus enim actiones suas. ff. de ædil. edict.

Extinctio, seu cassatio pensionis anticipata solutione in Ro. Cu. frequens est, sunt autem qui asserāt id facere non licere, prout Pau. Rom. in 6. quæstione, numero 1. & 34. fol. 12. & 18. Prob. eo. tractat. quæst. 3. par. 7. & in addi. ad glo. pragma. de collationibus. §. item quod vniuersitates, in versi. beneficiorum.

Distinguendum ita est, aut partes ipsæ inter se cōueniunt super tali extinctione, pecuniæ solutione, vel promissione interueniēte, absque sedis apostolicæ comprobatione, & procedunt supra adducta & quę scribit Rebuff. de paci. pos. nu. 134. versicu. in hoc tamen contrarium tenerem, quia pensio est annexa beneficio, ea præsertim ratione, quia sicut in constituenda pensione auctoritas sedis apostolicę rrquiritur, ita in extinguenda, seu destruenda, arg. text. in authen. econtra si filij, & ibi Bart. C. de repu. & idem Bartol. in l. actor. numero 8. ff. rem rat. habe. Ias. in l. quemadmodū, in 2. no. ff. de acqui. pos.

Aut super huiusmodi extinctione supplicatio impetratur, & cessent omnia contraria, auctoritas. n. Papæ omnem simoniæ labem excludit, Hostien. c. j. ne prela. vi. suas. Io. And. in c. 1. post princip. de simo. Cassad. dec. 2. nu. 3. & 4. eo. & ꝙ cum auctoritate Pontificis pensio anticipata solutione extingui possit, concludit idem Pau. Rom. de pensio. vbi supra, post nu. 34. versi. concluditur ergo.

Sed quæro pro quot annis anticipatis pensio extingui possit? Hyer. Gig. in trac. pens. q. 87. post nu. 6. dicit, ꝙ consuenit extingui pensio pto quinque, sex, aut septem anticipatis annuis pensionib. ad summum, subdens huiusmodi stilum fore fundatū in eo, ꝙ ad septennium vendere liceat fructus beneficiorum. ad cap. fi. ne prela. vi. suas. clem. 1. §. fi. de reb. eccl. non alie. & con. Fede. de Sen. 123. quæritur. Ego autem dico, ꝙ hæc opin. Gig. nec per Docto. nec per stilum probatur; & ille tex. in c. fi. dum loquitur de septennio seriem facti narrat, immo ad septennium restrictus discordaret ab aliis iuribus, & ab opin. Docto. indistinctè concludentium ad modicum tempus huiusmodi locationes valere.

Nec illa cle. 1. nec consil. Feder. ad septennium se restringunt, sed loquuntur de modico tempore, ꝙ declarandum est vel arbitrio iudicis, vel intra decēnium, vt latè tracto infra de indul. locan. teddi. benefi. Rursus nec valere consequentiā, fructus beneficiarij solum ad tot annos locari possunt, ergo ad eosdem anticipatos extingui. Quantum verò ad stilum attinet hic Doctor Venetijs continuò commorans malè de stilo nostro Romano testimoniū reddere pōt, non secus ac nos de stilo Veneto quem partem appellāt. Quæsitum igitur nostrum de iure in decisum remanebit. stilus autem varius est, vnde super eo fundamentum fieri non potest. Vt tamen sententiam nostram super dubio præfato proferamus; si aliquo modo iuxta opin. Gig. has extinctiones cum locationibus præmissis cōparere possimus pro nouem annis anticipatis, & sic pro modico tēpore extinctio tenebit, vel attendenda erit ætas pēsionarij vt iuxta verisimilem pensionarij vitā longam, vel breuē pro plurib. vel pauciorib. annis anticipatis extinctio fieri possit, prout etiam sentire videtur

detur Gig. vbi supra. Rursus si pensionarius sit sanus, vel bene dispositus, seu infirmus, uel malè affectus. Vel dicamus, quòd cum simus in contractibus, licitum sit contrahentibus meliorem conditionem sibi facere inquantum possunt, dummodo quid turpe, seu prohibitum non committant: & sic non solum pro nouem anticipatis, sed etiam pro alijs extinctio subsistat, præsertim si pensionarius sit puer, vel iuuenis, &c. vt præmisi benè dispositus. Et sic licitum est contrahentibus se decipere. l.in causæ.§.idem Pomponius.ff.de mino.l.item si in pretio.§.quemadmodum.ff.loca.Do.meus consilio 115. & pro tenui.post princip. quanto magis contrahentibus licebit super huiusmodi extinctione in plurisoluto, vel minori concludere. Confirmatur hæc mea opin.propter incertitudinem uitæ ipsius pensionarij, uidelicet quantum viuere possit, vnde contractus huiusmodi subsistet, ad latè tradi.per Dominum meum, qui alios citat dicto cons.115.&c 122.& in princi. Concludo de iure pro nouem, decem, & alijs annis & extinctionem huiusmodi fieri posse. Consuetum hactenus fuit, pro quinque, aut sex annis ad summum extinctiones huiusmodi facere. Ego nulli, qui animæ salutem pecuniæ proponit, consulerem, quòd pro pluribus annis, quàm sex pensiones huiusmodi extingueret.

Formulam supplicationis extinctionis pensionis anticipata solutione ponit Dominus Hieronymus Gig. in tractat.pensionum, post omnes quæstio. & post formulam translationis pensionis.

Eodem modo concedi consueuit extinctio reseruationis partis fructuum, seu omnium, solutis tot pecunijs anticipatis.

Extinctiones prædictæ fieri consueuerunt, non solum super tota pensione, seu super omnibus fructibus reseruatis, sed etiam pro parte, argum.l.quę de tota. ff.de rei uendi. l.qui scit.primo respon.ff. de vsur.l.si seruus, in fin. ff. de acquirenda hæreditate. eo magis cum non possit dari ratio diuersitatis, quæ magis in totum extinctio fieri possit, quā pro parte; si enim ratio diuersitatis adduci posset, tunc argumentum huiusmodi corrueret.l.Papinianus.§.sed nec impuberis.ff.de inoffici.testamen. Iason in l.iurisgentium.§.adeo, colum.secunda.ff.de pact.

Extinctio accessus, seu regressus simpliciter fieri potest, absque tamen interuentu pecuniarum, vel alicuius commodi temporalis, alioqui simonia esset, cum propter rem spiritualem, seu commodum spirituale temporale, quid datetur, seu promitteretur. S.Thomas secunda secundæ quæstio.100.articul.secundo, & capit.8. vbi Docto. vt eccle.bene. si.dimi.

Supplicatio igitur cassationis regressus, seu accessus libera esse debet, alioqui reijceretur, & lacerare tur tanquam stulta, & reproba.

An autem sola cassatio regressus, vel accessus absque supplicatione desuper signata sufficiat, videretur dicendum quòd nō, cum (ut premisi) eiusdé auctoritas, seu consensus requiratur in destruendo, seu extinguendo, cuius in construendo, seu constituendo, authenti.contra si filij.C.de repud. & ibi Barto.idem Bar.in l.actor.colum.secunda, num.8. uers.præterea dicit.ff.rem rat.habe. Ias.in l.quemadmodum.in secundo not.uersi.item facit: quia cuius consensus requiritur in contrahendo, eiusdem requiritur in dissoluendo.ff.de acquirenda possess. l.an inutilis.ff.de acceptilatio. Et hoc argumento vtitur Papa ad conuincédam hæreticorum subtilitatem in cap.maiores.§.uerum quidam, de baptis. prout etiam dicimus, eodem modo quodque dissolui, quo colligatum est.l.prout quisque. ff.de solutio.l.quamuis saltus. ff. de acquirenda possessione.l.nihil tam naturale.ff.de regulis iuris.in ca.omnis, per quascūque causas nascitur, per easdem dissoluitur. extra eo.& dixit Philo.in primo, de genera.& corru. quòd ea, quæ sunt principia generandi, sunt etiam principia corrumpendi. Sicut igitur priuatorum voluntas, seu consensus absque Papæ auctoritate non potest regressum huiusmodi inducere, seu constituere, ita nec illum extinguere.

Insuper extinctio regressus coram solo notario sine principis auctoritate alia ratione uidetur inualida; quia cū ex regressu ius ad rem quæsitum fuerit, ut per Æne. de Falco.in reser.in 41. effectu nu. vndecimo, vers.nonus modus, & per alios, quos adduco supra, dum de regressu tracto, huic iuri cedi, seu renunciari non potest in manibus alterius, quàm superioris destituendi potestatem habentis. cap.admonet, & c.quod in dubijs, de renunc.Rot. 572.quidem Cardinalis, col.2.uers.& quidam dicebant, in antiq.

Obstare videtur huiusmodi conclusioni Doctr. Alexandri in cap.Agatosa 63.dist. qui in similibus terminis voluit sola uoluntate, seu consensu absq; licentia pensionem remitti, seu extingui posse, quē Rot. sæpe sequuta est, ut testatur Sarnen. in 16. q. reg.de infir.post num.quartū, versic.hinc est, quòd sola uoluntate. Gig.de pensio.quæstio.35. post numero 6.vers.ideo nil obstat.& Dec.Achil.de Grassis 7.decis.

Idem Achil.Dec.secundo, sub titu. de Regressu inquiens regressum voluerunt Domini posse cassari in manibus notarij, citra consensum Pontificis, quia est actus fauorabilis ecclesiæ, quæ liberatur a seruitute iuxta glos.in dicto cap.Agatosæ.&c ibi Cardina.Alex. Et arguebant semper Domini a cassatione regressus, ad cassationem pensionis & ca. Pro quibus uideantur etiam Dec.Crescen.162.lib. primo. Deci.158.in lib.Diuersorum. & Dec.Put. 145.quæ incipit, in una valentina Decanatus. lib. primo.

Dubitatur in Rota coram Achille in causa Gerunden.ex quo N.constituerat procuratorem cum iuramento ad extinguédum regressum, quem postmodum reuocaret, & sic effectus periurus, an esset priuatus suo regressu? Conclusum fuit pro negatiua, prout dec.3.Achil.de regressu, presertim quia regressus habet ius de præterito, ut per Cassa. dec. nui.de pact.& c.quarto, de priui.

Et sic non obst. quòd periurus sit inhabilis ad benefi-

beneficia obtinenda, & collatio facta periuro sit in ualida, prout per Feder. de Sen. consi. 50. quæritur, an collatio, &c per Felyn. in capitu. secundo, de rescrip. Et quia procedit in noua gratia, in qua non sumus.

Dubium fuit in Rota coram Puteo, prout Deci. Mohed. 51. aliàs 81. an pensione extincta ad effectum ut alia reseruaretur, si altera non fuerit valide assignata, censeretur prima non extincta? Contra pensionem dicebatur, quòd illa semel extincta non reuiuiscit. cle. gratiæ, iunct. glo. in versic. resignaueris. de rescr. pro pẽsione adducere possumus illud principiũ Philosophicũ, A priuatione ad habitũ nõ dari regressũ. Contrarium couclusum fuit 4. Februarij 1540. in fauorem Corradi de Grassis, ex quo constabat, quòd ille noluit pensionem extinguere nisi reseruatis pensionibus eiusdem quantitatis, & qualitatis super alijs beneficijs, vnde non nisi pensiones ualidę reseruentur. Et cum Corradus non intenderet pensionem primam extinguere nisi impleta conditione, extinctio non subsistit, seu non operatur conditione non impleta, argumen. text. in l. si ita hæreditatem. ff. de condi. institu. & in l. qui hæredi. §. fin. ff. de condi. & demon. & ad alia quæ adduco in 31. q. 32. Regu. num. 16. ubi etiam probo idem respondendum esse in conditionibus beneficiarijs, seu spiritualibus. Quæ tanto magis procedunt, si adsit clausula appponi solita, videlicet, quòd pensio in fauorem A. reseruata per B. soluenda extinguatur ad effectum, vt alia similis reseruetur. C. & non aliter. ad ea quę scripsi supra tit. de transla. pensio. cir. prin.

Dubitatum etiam fuit in Rota in Florentina pension. coram Mohed. prout dec. Crescen. 240. supposito quòd in impositione pensionis sit facienda mentio alterius pensionis prius impositæ super eodem beneficio. Et si super fructibus cathedralis imponatur, sit derogandum concilio; an si utrunque factum fuerit in impositione pensionis, & postea per pensionarium extinguatur illa pensio, & in eadem supplicatione extinctionis imponatur similis pensio in fauorem alterius, in qua nec antiquæ pensionis mentio fit, nec concilio derogatur, nec de cõcilio fit mentio, an pensio hæc secunda subsistat? Conclusum fuit pro opin. affirmatiua ea ratione: quia ecclesia ex hac noua pensione non recepit aliquod grauamen, & omnino si hæc secundæ pensionis constitutio non ualeret, prima remaneret: nulla enim considerari posset extinctio, ex quo eodem tempore, & in eadem scriptura fiebat extinctio, ut pensio alteri assignaretur. ad Doctor. in l. lecta. ff. si certum petatur. ad Bald. in l. petens. C. de pact. Ancha. consil. 434. & narratis, post num. 3. & ad alios. quos cito in 31. q. 32. Regul. num. 22. Secus autem concludebant Domini de Rota, si semel ecclesia pensione, & grauamine liberata extitisset: tunc enim si alia similis pensio iterum alteri constitueretur, ex quo esset nouum grauamen, omnia requirerentur, quæ in prima constitutione, prout in simil. concludit Bald. in l. secunda, colum. secunda, uersi. sed pone Papa. quòd si Papa dispensat, quòd res ecclesiæ alienari prohibita uendi possit, si est actum redhibitoria, non possit amplius uendi, quippe quę semel ad naturam suam originariam reuersa sit, amissa qualitate extranea, & accidẽtali, quam assumpserat. C. de ædil. actio.

Postremo sciendum est, ꝙ pensio in locum alterius subrogata illius naturam sapit. Ruin. consi. 169. colum. 3. lib. primo, sic etiam dicimus castrum nouum circa antiquum, loco antiqui subrogatum censeri, & illius naturam, ac easdem conditiones assumere, prout per Boe. dec. 222.

Pensio an per contractum matrimonij extinguatur quicquid dicat Sarnen. in 21. quæstio. Regu. de Anna. pro affirmatiua cõcludendum est: licet enim pensio non detur in titulum beneficij, sed sit quid temporale ut per Gigan. in tracta. pensio. quæstio. 99. tamen quum datur ratione clericatus, & clerico tantum, expiret nisi in termiuis captu. primi, de cleri. con. libro 6. Tanto magis hæc procedunt cum pensio assignatur ratione cessionis, resignationis, permutationis & id genus. ut per Cacialup. in tracta. pensio. quęst. 30. ac Giga. eo. tractat. quęstio. 54. & in specie conclusit Rota 4. Iunij 1546. in Zamorren. pension. coram Ioan. Paulo prout Dec. Pute. 460. libro secundo, incipien. Die quarto, & Dec. ipsius Ioan. Pauli 327. incipien. In causa Lamacen.

COADIVTORIÆ.

Coadiutoria duplex est, altera temporalis, de qua apud Cæsarem lib. 3. belli Ciui. Huic (inquit) quòd ualetudine minus commoda uteba tur, Fuluium posthumum adiutorem summiserat. Et de qua loquitur tex. in cap. secundo, de supplen. negli. præla. lib. sexto, ubi de coadiutore in regno, & per Specu. in titu. de feud. §. quoniam, ubi quòd Regibus, Ducibus, Marchionibus, Baronibus, & alijs iurisdictionem habentibus datur coadiutor, si nesciunt terram suam defendere, uel in ea pacem, & iustitiam seruare, ac per Ioan. Firma. in tracta. de episc. in tertia quæstio. 1. lib. 1. & lib. secundo. q. 31. post num. 57. uersic. sic & aliàs dandus est curator Regi fatuo, vel coadiutor, ad quod citat Bald. in titu. de success. feu. in fin. princ. Verum aduerte tu, quòd Bald. ibi uersic. Si autem ex accidenti, loquitur tantum de curatore dando, at de coadiutore uerbum nullum. Tu defendere potes Io. Firma. ꝙ idem dicendum sit de coadiutore, de quo etiam intellexerit Bal. propter tex. in alleg. c. 2. de sup. negli. quem citat.

Altera in spiritualibus, de qua nos loquimur, & hæc duplex est, altera simplex, seu ad tempus, altera cum futura successione: de prima loquitur text. in cap. ex parte, & cap. fina. de cleri ægro. & Abb. in cap. final. numero quarto, docet, commendam temporalem expirare mortuo prælato ciuiliter, vel naturaliter, & antea declarat quid sit coadiutor & qualis esse debebat. De coadiutore propter suspicionem dilapidationis habemus tex. in c. uenerabili. post prin. de offi. deleg.

Altera cum futura successione est potius à stylo, quàm a iure inuenta, prout Cassad. decis. secunda, num. 2.

num. 2. de rest. spolia. qui verò a firmare uoluerint, etiam coadiutoriam cum futura successione cum iure canonico conformitatem habere, uidere pote runt quæ scripsi in 11. regula reuocatoria. in 5. q. num. 5. Formulam coadiutoriæ perpetuæ posui in 6. q. dictæ. 11. reg.

Coadiutorijs simplicibus, seu ad tempus, & olim & hodie raro locus fuit, seu est. Et hæ coadiutoriȩ etiam in Concilio Triden. comprobatæ fuerunt cũ assignatione facienda coadiutori partis fructuum veluti si detur coadiutor imperito, quæ imperitia à iure abhorretur. cap. primo. 32. distin. ca. illiteratos. 99. distin. c. cum in cunctis. & ibi omnes. de electio. c. cum ex eo. tit. lib. 6. Et de ijs coadiutoribus etiã per Episcopum tamquam Sedis Apostolicæ delegatum deputandis habemus in dicto Cõc. Triden. in Decre. Reforma. c. 6. incipien. Quia illiterati. coadiutoriarum autem cum futura successione vsus frequentissimus extitit. Dum autem concedebantur intuitu ætatis ingrauescentis, vel notabilis infir mitatis, seu alterius impedimenti, propter quam, seu quod, onera pro tempore incumbentia prælati, seu beneficiati sufferre non poterant, prout in simi. in commenta. Cæsa. alleg. lib. 3. belli Ciui. Huic ꝙ valetudine minus &c. ad cap. uni. de cleri. ęgro. lib. 6. Reue. Dom. Datario compositio soluebatur hoc modo, videlicet. Si fructus beneficij non excedebant summam centum ducatorum, soluebantur centum ducati, si verò excedebant summam centum, soluebantur fructus vnius anni.

Licet sufficiant 70. anni pro coadiutoria obtinẽ da expressa sit ætas 80. annorum, & ultra, conculsum fuit in Rota non requiri ita exactam probatio nem, cum sufficiant illi 70. anni. Dec. Caputaquens 36. parte secunda, coadiutoria, & quælibet alia similis gratia iustificari debet, & causæ in ea expressæ probari debent. Felyn. in cap. constitutus. de rescript. Put. Dec. 64. incipien. In una Hispalen. libro secundo, ac Paleot. 298. incipien. Claudius impetrauerat.

Coadiutoriæ aliquæ concedebantur sine consensu beneficium obtinentis, aliquæ cum consensu, istæ validiores, & firmiores erant, ac per clausu lam in prouisionibus poni solitam pręseruabantur & præseruantur. Cassad. dec. uni. de pact. clausula præseruatiua hæc est: [Citra tamen accessus & regressus, ac de consensu coadiutoris.]

Quare hæc clausula, Et de cõsensu) coadiutorijs, apponatur, & de illius effectu, & an vi coadiutoria necessaria sit derogatio indulti, & an dici possit resignatio propria, vel impropria? videatur Dec. Prosperi S. Crucis olim peritissimi, ac integerrimi Rotæ Auditoris, nunc Illustrissimi & præclarissimi Cardinalis 21. incipiens. Fuit dubitatum an coadiutoria.

Coadiutor in beneficio de iure patronatus an sine consensu patroni dari possit, vide per Lamber. de iur. patro. arti. 26. quæst. 7. parte prima, lib. 2. folio 212. Ex clausulis in coadiutoria concedi solitis non poterit quis dismembrare ecclesiam vnitam, & in ea exigere ius patronatus, sunt enim de illis actibus, quos dicunt Doct. in cap. primo, de cler. ægro. lib. 6. qui per coadiutorem fieri non possunt sine prælati consensu, & ita conclusit Rota coram Fabio in causa Bergomen. de anno 1549. prout decis. Achil. uni. de coadiutore.

Clausulam derogatoriam indultis Cardinalium aliàs concedi uidi, & ego consului semper illam in supplicationibus coadiutoriarum nostri temporis poni debere, alioqui illa non obtenta locus erit disputationi illi, vtrum in gratia coadiutoriæ cum futura successione requiratur derogatio indulti Cardinalis. Regulare enim est, quòd Cardinalibus habentibus ecclesias cathedrales, & Abbatias, Papa concedit indultum, ut de omnibus beneficijs ad eorum collationem, institutionem, seu quamuis aliã dispositionem pertinentibus, liberè disponant perinde, ac si reseruationes, gratiæ, expectatiuæ, vniones &c. non emanassent, prout Dec. Cassad. 3. de priuileg. sub quibus indultis non comprehenduntur regressus, qui a stylo ab huiusmodi indultis prę seruantur, prout dec. Cassa. 4. eodem titu. an etiam eodem modo præseruentur coadiutoriæ cum futura successione, vel ab huiusmodi indultis immunes sint, magna est difficultas, super qua pluries scripsi super indulto Cardinalis Toletani: Hic non discutio, alibi forsan tractabo.

Coadiutoriæ autem an sit derogandum in indulto Cardinalis uideatur Dec. Put. 478. & 79. li. 2.

Hodie decreto Pauli IIII. coadiutoriæ perpetuæ cum futura successione denegantur.

Si tamen Papa illas cõcedere uoluerit ex aliqua iusta causa, nemo conqueri poterit, præsertim si de consensu, quo casu videatur habere naturam resignationem: eo enim ipso quòd quis consentit beneficium suum alteri conferri, videtur beneficio cedere, ad tex. in cap. ex transmissa. de renunc. & in ca. beneficium, versic. [nisi ad id ipsius accedat assensus.] Iunct. gloss. de regula. lib. 6. Videmus etiam in iure. ciuili pacta omnia super hæreditate uiuentis prohiberi, non autem quando is super cuius hæreditate pactum est uoluntatem suam accommodauerit. l. fin. vbi omnes. C. de pact. Raph. Fulg. consi. 73. paterfamil. colum. 2. uersi. Quando factum est ei uolenti, & consentienti, de cuius successione quę ritur. tale quippe pactum non est plenum periculosi, & tristis euentus. & conferunt ea, quæ adduco in 9. q. Reg. de Impe. ben. uiuen.

Similes coadiutoribus in alio tamen genere olim erant optiones, idest adiutores, seu collegæ quasi ad optati. Vegetius de re milita. Optiones (inquit) ab optando appellati sunt, quòd antecedentibus ægritudine impeditis, ij tamquam adoptati eoru m, atque Vicarij solent uniuersa curare. l. fin. in prin. ibi [vt sunt mensores, ualetudinarij &c.] & postea ver sic. [in eodem numero solent habere lanij, venatores, uictimarij & optio fabricæ.] iun. declaratione Bud. de iu. immu. l. diuus. versic. [itaque neque spiculatores ultro sibi uendicent, neque optiones ea si bi desiderent] Et postea ibi [sed nec pati optiones, seu commenrarienses, ea pecunia abuti.] Optiones ibi capiuntur pro adiutoribus Commentariensis, quos sibi sumpsit ad custodias obseruandas, regen dasquè.

Decre-

Decretum appositum in coadiutoria an obstet agenti spolio, videatur Dec. Simonet. 14. incipiens coram Dom. Martino. & Dec. eiusdem 78. incipiēt. An agenti spolio.

Coadiutoria habebat clausulam, Etiam si coadiutus non indigeret coadiutore: Nec litteræ coadiutoriæ intimatæ forent, postea dabatur coadiutori successio, quærebatur an ex quo coadiutoria non valuit, & non fuit sortita effectum ex eo, quòd adiutus obijt antequam coadiutor de coadiutoria fuisset certior factus, an ita etiam rueret illa successio, & sic pars prouisiua coadiutoris? Pro parte affirmatiua dicebatur, ex quo illa successio uenit accessorie sublato destructo, &c.

Nouissimè circa adiutorias cum futura successione habemus Concilium Tridentinum Sessio. ultima, de Decre. refor. cap. 7. versi. In coadiutorijs.

Confessionem coadiutoris non nocere coadiuto, nec contra, resolutum fuit in causa Toletan. de Noualcarneré in qua scripsi, prout Deci. Achil. 77. incipien. Confessiones coadiutoris, & Dec. seq. Et inter alia adducebam, quòd confessio solius prælati præiudicat, at non in casibus arduis Rot. 466. confessio prælati. in nō, Bellame. 696. Bald. in l. in contractibus. §. sed quoniam. num. quinto, uersic. Quæro quid in tutore. C. de non nume. pecu. Et ex regula quòd confessio præiudicat cōfitenti tantum non alteri. l. certum. §. an ipsos. ff. de confess. l. qui seruum. ff. de interro. actio. Probatur etiam, quòd essentia, & tituli ecclesiarum, seu beneficiorum non debeant regulari ex partium confessionibus. Rot. Bisigne. 2. colum. secunda, versic. Et idem in causa beneficiali. de lit. conte. in antiquio. ac in antiq. 244. & in no. 408. Et cum confessio esset super eo, quòd una ecclesia esset unita, uel annexa alteri, sic super actu, qui non pendet à uoluntate nostra, nullum præiudicium inferri poterat. Barto. in l. si forte. numero quarto. §. de castren. pecu. Dominus meus consilio 242. numero sexto, ibi ecclesiæ cui. Sozzi. consi. 65. nu. 4. lib. 1. Paris. consil. 62. nu. 7. lib. 1.

VNIONES.

Vnionum altera est perpetua, quæ semper concedi consueuit propter vicinitatem, & paucitatem fructuum. Causæ vnionis faciendæ plures adducuntur per Hostien. in sum. de reli. domi. §. tuius substi. vers. sunt autem. per Petrum de Perus. in tracta. Vnio. cap. 3. num. primo, & 2. & in tracta. reuo. unio. cap. 1. & per Caccia. in eo. tracta. Vnio. arti. quinto, in prin. in effectu tamen ad duas reducuntur, videlicet: ad euidentem necessitatem, uel vtilitatem, cap. exposuisti. versic. si euidens necessitas, vel utilitas. de præben. Oldra. consi. 261. in vnione, in princ. sequitur Paris. consi. 36. quòd prætensa unio, nu. 8. uol. 4.

Glo. in cap. temporis. 16. q. 1. & Innoc. in ca. 1. ne sed. vacan. vbi etiam gloss. ad quam se remittit Lap. alleg. 68. quæris an liceat, in fin. dicunt, tribus modis vnionem fieri. Hostien. uerò in summa eodem versic. quot modis fiat vnio. quinque modis fieri dicit, refert & sequitur Caccialup. in tractat. Vnio. in secundo articul. vbi quærit, quotuplex sit vnio.

Vniones perpetuæ componuntur cum D. Datario, & pro unione, seu suppressione cuiuslibet beneficij; si fructus non excedant centum ducatos, seu sint infra dictam summam, soluuntur ducati centum. Si autem excedunt, etiam totum illud, quod excedit. Et de unione prouinciarum habes tex. in auth. ut iudi. si. quoquo suffra. §. illud tamē, seu, illud autem, ubi etiam Bar.

Idem fit in dismembratione, & applicatione perpetua. De dismembratione, & quę ad ea requirātur, uideatur text. in clemen. secunda, iunct. glo. ibi. tradi. per Cardi. in quinta oppositio. de reb. eccles. non alie. Et ex quibus causis fieri debeant dismembrationes, diuisiones beneficiorum, unionumque reuocationes, habemus text. in cap. primo, ne se. vacan. & ibi per Docto. & per Petr. de Perus. in tracta. de reuo. unio. cap. primo, & uideri possunt, quæ adduco in 13. quæstio. regu. de unio. dum discutio, an regula illa in dissolutionibus, seu dismembrationibus. De dismembratione prouinciæ uide tex. in l. si eadem. ff. de offi. asses.

Dismembrationes concedi uidi cum narratiua, quòd fructus ualde execreuerant. & hæc est iustissima causa, argumen. text. in cap. quoniam, in principio, de ui. & hone. cler. Abb. in c. cum M. Ferrarien. vbi etiam Felyn. num. 5. & Rip. num. 35. & seq. de constitu.

Idem fit, quando resignatur beneficium in fauorem capituli, seu conuentus. Talis enim resignatio unioni æquipollet, cum beneficij sic resignati vlterior uacatio contingere nō soleat; capitulum enim, seu conuentus non moritur, argumen. tex. in l. sicut §. fina. ff. quod cuius. uniuers. & in l. proponebatur. ff. de iudi. Hac forte ratione, quia beneficia unita, seu incorporata collegio, capitulo, seu conuentui, uel in illorum fauorem cessa, seu resignata, non vacent amplius, introductus fuit stylus in Cancellaria, quòd lapsis quindecim annis a tempore unionis, seu resignationis huiusmodi factæ, soluatur denuo pars fructuum talis beneficij sic uniti, uel cessi quam quindecim uocant propter tempus quindecim annorum huic solutioni præfixum, & sic semp decursis quindecim annis noua solutio fieri debet officiarijs Cancellariæ, quos officiales participes, seu participantes nuncupant.

Vnio altera dicitur ad tempus, seu ad uitā, quæ aliàs concedi solebat, nunc uerò denegatur summa ratione, nil aliud enim illa erat, nisi palliata reseruatio, & sic ficta, seu simulata: ad clemen. 1. §. nos itaque. iunct. glos. in versic. pallietur, de iureiuran. seu dispensatio personæ fauorabilis, ecclesiæ uerò perniciosa. Gemin. consil. 38. pro clariori, num. secundo, uersi. sed unio ad vitam. Cassad. decis. 33. nu. 5. super reg. & decis. secunda, num. 9. sub tit. de unio. & contra istas uniones temporaneas exclamat glo. pragma. sub tit. de rescri. §. ipsos omnes, super uer. exceptis. Verum inquantum dicit, quòd Papa non potest ad tempus unire, seu has temporaneas uniones concedere, malè loquitur. Papa enim in spiritualibus, & beneficialibus, est dominus absolutus.

cap.

cap.cuncta per mundum.1.& 2.9.q.3.glo.fi.in ca. fi.de præben.lib.6.Ego has temporaneas, seu ad ui tam uniones apparatui scænæ comparare soleo, prout est uidere in mea, 12.quæst. super regula 22.de unio.num.16.

Contra uniones ad uitam, habes nouissimè Concilium Tridentinum Sessio 7.sub Paulo III.de Decre.Refor.cap.quarto.& Sessio 24. aliàs 8.sub Pio IIII.pariter in Decre.Refor.c.17.col.j. uers.illi uerò qui in præsenti.

Hodiè vniones perpetuæ non dantur, nisi in Signatura Papæ proponantur, & tunc Papa omnibus discussis, causisquè, propter quas concedi petuntur, ponderatis, illas concedit, vel denegat, prout sibi videtur. In casibus vero à iure permissis, etiam illas ordinarius concedere potest, cap. sicut unire.de excess.præla.Rot.558.nota secundum maiorem, in antiq.& 58.legatus de latere, in no. Nic. Boe.decis.345. sine causa vero ordinarij unire nō possunt, & si vniunt vniones inualidæ erunt. Old. consil.261.in vnione requiritur .Rot.510.nota q vnio.in antiq.& 59.vnio facta. vers.secus vero ubi nulla causa subsit.in no.Mil.in Reper.in uersi. unio facta ex falsa causa.Caccia.in tracta.unio. artic.5.num.2.

Vicarius tamen etiam generalis vnire non potest sine speciali mandato, etiam si sibi data sit conferendi potestas cum clausula generali, quæ ad maiora expressis non extenditur.cap.qui ad agendum iunct.glo.in versic.non expressos. de procu.lib.6. vide Rebuff.in praxi, in formula Vicariatus, nume. 102.in 9.clausula vicariatus.

In vnione, de lite mentio fieri debet, alioqui inualida erit prout conclusum fuit in Rota in Britonorien. Monasterij de Vrano inter Reuerēdissimū Camerarium, ac congregationem Camaldulen. coram Fabio 12.Maij 1550.prout Dec.Guidob.101. sub titu.de vnio.incipien. vnio monasterij, ea ratione, quia de hac qualitate, quòd beneficium esset litigiosum, mentione non facta, gratia est subreptitia, & inualida. Oldr.consi.299.Rot.294. in no.Felyn.in cap.in nostra.in 15.core.de rescrip. Io.de Selu.de benefi.q.11.in fi.par.3.

Vnio vicariæ non facta mentione alterius unionis fuit declarata p Rotam subreptitia prout Deci. Adr.Gamba.j.

RESERVÆ.

Reseruæ rarò conceduntur ea ratione; quia beneficia, antequam vacent, à iure conferri p hibentur.cap.2.& cap.ex tenore.de concess. præb. cap.deliberatione.§.prohibemus, de offic.lega.lib. 6.Rot. Belle.443.si episcopus, in principio.& no. Abb.in dicto ca.2.de conces.præben.quòd ex promissione beneficij uacaturi facile inducitur uotum captandæ mortis, & ideo non passim reseruæ concedendæ erunt, licet enim Papa possit de beneficijs etiam uacaturis, seu antequam vacent disponere, cap.susceptum, de rescript. lib.6. cap.secundo, de præben. eodem libro, non solet tamen (vt præmisi) Papa disponere de beneficijs nōdum uacatib.

Quando autem Papa beneficia in fauorem aliquorum reseruat, id facere consueuit pro familiaribus, & prædilectis, ac plerumque in forma motus proprij, hoc modo uidelicet. Motu proprio &c. canonicatum, & præbendam, quos dilectus filius. N.canonicus &c.obtinet, quàm primum per cessū vel decessum, etiam in mensibus ordinarijs collatoribus per nos, seu prædecessores nostros Romanos Pontifices, aut aliàs etiam a iure concessis, etiā ex eo, quòd dictus N.forsan Roma.Cur.officialis, & alicuius Cardinalis uiuentis, vel aliàs familiaris continuus commensalis existat, aut aliàs ex quauis causa etiam dispositiuè exprimenda vacare contigerit conferendos, dilecto filio Tyberio Mandosio clerico Romano dispositioni Apostolicæ reseruamus, ipsosquè Canonicatum, & præbendam quorum fructus &c. si vacant ad præsens, aut quamprimum uacauerint, vt præfertur, eidem Tyberio ex nunc prout ex tunc, motu simili, etiam si dispositioni Apostolicæ aliàs specialiter, vel ex persona illa, aut aliàs generaliter reseruati existant, inhibendo &c.ac decernendo prouidemus &c. Non obst. &c. Persona à principio nominari potest, prout in casu magis dubio concludit Lap.alle.84. D. Papa. post num.septimum. versic.dicas autem: subdens vtile esse à principio nominare, sic enim nominati arrectis auribus vigilabunt, vacationequè beneficiorum cognita solliciti in tempore acceptabunt.

Potest etiam fieri reseruatio non expresso certo corpore beneficij, seu persona ex cuius recessu, uel decessu, seu alia dimissione beneficium uacaturum sit, hoc modo videlicet. Motu proprio &c. dilecto filio Tyberio Mandosio vnum, siue duo, beneficium, siue beneficia, ecclesiasticum, siue ecclesiastica in cathedralibus Perusina, & Tudentina, & illarum diœcesibus, etiam si canonicatus, & præbendæ, dignitates etiam curatę, & electiuæ, personatus, administrationes, vel officia, vicariæ, seu capellaniæ perpetuæ in eisdem ecclesijs, & earum diœcesibus fuerit, seu fuerint, quod, uel quę primò per cessum, vel decessum, vel quamuis aliam dimissionem, illud, vel illa obtinentis, seu obtinentium vacare contingerit, conferendum, seu conferenda eidem Tyberio dispositioni nostræ reseruamus &c.districtius inhibendo &c.Expedit non nominare certa beneficia, & certos beneficiatos, ex quorum personis beneficia vacare debeant: posset enim nimis suspendi, vel differri vacatio : ut per Lap.dicta alleg.84.num.7.uers.Et posset dictorum quatuor.

In vtroque ex casibus prædictis, & alijs, potest etiam concedi reserua nō expresso aliquo, pro quo beneficium, seu beneficia reseruentur, puta. Cupientes canonicatum, & præbendam &c.talis ecclesiæ, quos dilectus filius N. obtinet, ut in prima formula: seu nullo nominato, prout in secunda, cum illa per cessum, uel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, seu amissionem uacauerint, etiam si forsan actu nunc vacent, personæ nobis gratæ, & acceptæ conferre, aut aliàs de illis disponere, canonicatum, & præbendam prædictos &c.dispositioni

nostræ

nostræ reseruamus &c. de qua reserua in nullius fauorem loquitur Cassa. decis.quinta, & 6.in princ. de reseruatio.& pondero, quòd utrobique Cassad. uidetur æquiparere reseruationem in nullius fauorem, seu persona non nominata, ac reseruationem mentalem, de qua nunc loquar.

Aliquando in reserua facta non nominata persona, in cuius fauorem fit, in supplicatione, seu literis poni solet clausula in principio, seu præfatione huius tenoris. videlicet, vt beneficia huiusmodi sic reseruata personis idoneis, & benemeritis conferantur, & tunc occurritur malæ intentioni alicuius prælati, qui personis nõ idoneis conferret, ad c.graue. de præben. Pro dicta clausula uideatur Dec.consil. 168. Reuerende pater, col.2.uers.2.qualitas. cũ ijs, quæ subijcit.

Reseruæ huiusmodi, & pleræque aliæ inuentæ fuerunt ea præsertim ratione, vt Papa, qui multis indiget ministris, multique uocentur in partem sollicitudinis, ad tex.in cap.qui se, 2.quæstio.sexta, & in cap.ad honorem.de aucto. & usu pal. quos ipse Papa remunerare debet ca.cum secundum.de præben.ijs uijs facilius illis prouidere possit. Itẽ medio reseruarum huiusmodi Papa facile prouidere poterit nobilibus, & literatis personis quibus ecclesia ualde indiget. cap.cum eo.de elect.lib.sexto, & quibus mundus illustratur.auth. habita. C. ne fil. pro patre.cap.de multa.ubi omnes.de præben.cap.fin. de magi.cap.2.de priui.lib.6. Rebuff. in 27.priui. schola.& in praxi benefici.super bulla dispen.ratione ætatis.nu.4.

Mentales reseruationes quid sint, & quid operentur, & ad quid inuentæ sint, uideatur per Cassa. dec.ultima, de conces.præb.& decis.4. mentalis reseruatio, cum tribus dec.seq.in tract. reserua.uideri etiam poterunt, quæ scripsi in 14.q.11.Regul.reuocatoriæ.

Reseruæ omnes a sacro Concil. Tridentino nuperrimè prohibẽtur. Sessio.24.aliàs 8.sub Pio IIII. de Decre.Refor.c.19.

INDVLTVM CONFERendi benefi. reseruata.

PAPA aliquando concedit Legato, vel Nuntio, seu alteri facultatem conferendi beneficia qualitercunque vacantia: & tunc sub tali indulto non comprehenduntur beneficia reseruata, non obstante nniuersali, seu generali dictione, qualitercunque, & quòd beneficium principis contra ipsum sit latè interpretandum, prout uoluit Rot.459. nota legatus, in antiq.quæ est eadem in no.119.legatus. & 486.nuntius, etiam in no.Æne.de Falco. qui alios ad id refert in tract.reserua.in 6.esse.4.q.prin. num.9.in j.q.

Nonnunquam Papa concedit Nuntio, vel Legato, seu alteri indultum conferendi beneficia sedi Apostolicæ reseruata, & tunc uigore huius indulti poterit conferre beneficia generaliter, & specialiter reseruata, præterquam uacantia in curia, siue per obitum, seu aliàs, propter generalitatem tex.in cap. secundo.de præben.lib.6. Rot.in antiq.461.not.ꝙ habens potestatem conferendi, & in no.97. habens auctoritatem. Et licet Rota excipiat duntaxat uacantia in curia per obitum, idem uidetur dicendũ in beneficijs in curia etiam aliter quàm per obitum vacantibus, prout concludit Æne.de Falco. de Reserua.in eo.esse.quarta quæstio.princ.num.12. in quarta q.

Quòd si indultum concedatur ad beneficia reseruata addita clausula limitatiua per signaturam, videlicet præterquam per obitum apud sedem, de qua per Sarnen.in tracta.Manda.de proui. ante numero 11.uers.putarem tamen, quòd quando impetratur, & quæ clausula limitatiua in diuersis gratijs addi consueuit, excludet etiam beneficia uacantia per obitum infra duas dietas legales, per tex.in ca. præsenti.de preb.lib.6.Rot.161.nota ꝙ ubi est data potestas. in antiq.

An autem uigore huius indulti conferendi beneficia reseruata possit quis conferri reseruata duplici reseruatione, puta beneficia uacantia per obitum N.scriptoris Apostolici, item collectoris. Rota conclusit pro affirmatiua, prout testatur Aegid. Bellame.decis.425. si Papa, subdens, quòd licet ipse in contraria opin.esset, non fuit exauditus. Pro opin. negatiua sensit igitur ipse Ægid.pro qua adducitur con.Calder.7.quis preferatur, uers. Et si circa unũ & idem beneficium concurrunt plures tales reseruationes.sub titu.de rescrip.Felyn.in cap.in nostra. core.6.eo.Ænei.de Falco.in alle.tract. Reserua.in 6.esse.quarta quæst.num.11.uers. Tertiò quæro, legatus. uidere poteris Rot.32. D.Papa, sub titu. de præben.aliàs 357.in ant.q.& Sarnen.in 15.questio. Regu.Impe.bene.fami.Cardi.nu.septimo. Quicquid autem ipse Sarnen.distinguat, mihi uerior, tutior, & communior opin.uidetur, ꝙ omnes reseruationes exprimendæ sint: & omnes urgeant, impediant, obstent. Nec aliqua ex reseruationibus, qualiscunque sit, superuacua, & inutilis uideri possit: ptout etiam conclusit Rota in causa Florentin. S. Felicitę pro Dom. Sinulpho Petrucio contra Marchum Brachium coram R.Dom.Fabio, ut annotauit bon.me.Hierony.Nouatus sub die 23.Decembris 1547.sub ijs uerbis.Rota resoluit exprimendas esse omnes reseruationes.Consequenter igitur, qui conferre potuisset una reseruatione obstante, quæ sublata fuit propter indultum, non poterit conferre ex duplici capite reseruata.

In indulto conferendi beneficia etiam reseruata Signatura addere consueuit clausulam. [Quòd prouisus teneatur infra quatuor, seu infra sex menses nouam prouisionem impetrare. Litteras Apostolicas desuper in totum expedire: & iura cameræ propterea debita cum effectu soluere, alioqui &c.] Totum hoc, & sic quo ad tria requisita pro forma traditum esse censetur: cũ sit ordo datus per prius, & posterius.ut per Bald.in l.prolatum. colum.2. num.nono. C.de sent.per text.in l.j. C.de appella. cum alijs per Felyn. adductis in cap. cum dilecta. colum.4.uers.primum signum. de rescript.preser. tim cum dictione.alioqui, ad textum in l.j.ff.de abtge. in l.alioqui. ff.de contrahen.emptio.in l.& eleganter.§.si dolo, cum gloss.in uers. alioquin. ff. de dolo.

dolo.in l.si finita.§.ex hoc edicto.cum gl.in eo.uer. ff.de dam.infec.Roma.cons.402.in proposita.& cons.seq.nu.23.

Formale item iudicandum est hoc decretum a Signatura additum,ex quo apponit tempus.ad tex tum in l.scire oportet,ibi, non aliter audire,si non fuerit seruatum cõstitutum tempus,ff.de excu.tut. Bal.in auten.quæ supplicatio.C.de prec.impe.offe. Quod maximè procedit, quando ultra tempus apposita est etiam pœna.Fel.in c.cum sit Romana, in 4.limi.de appel.

Et qui tempus constitutionis, vel dispositionis non seruat,eius formam seruasse dici non poterit. Paul.Castren.in l.qui Romæ. §.Callimacus.in fin. ff.de verborum obligationibus. Et hanc communem affirmat.Curt.Iun.consi.166.circa controuersiam.num.quarto. Immo tempus non seruans imprudens dicitur.Ecclesiasti.20. Homo sapiens tace bit usq; ad tempus:lasciuus uerò,& imperitus non seruabit tempus.

Et quia in huiusmodi decreto etiam continetur, quòd nisi legitimo impedimento cessante hæc om nia fiant,beneficia huiusmodi reseruata,de quibus uigore indulti prouisio fit, uacare censeantur eo ip so:actus contra formam præmissam factus erit nul lus.l.cum hi.§.prætor.ff.de transactio. Fely.in cap. cum dilecta. colum.8.versiculo, Gesta contra formam.

Rursus præfata verba, eo ipso, sunt latæ sententiæ non ferendæ.Cardina.in clemen.prima, versic. si quis autem.q.10.& de seque.poss. Felyn.in cap. Rodulphus.colum.21.versicul.mox,ipso iure. de rescript.

Disputatum alias fuit in Rota in causa Abulen. San.Vannes inter Beltram,& Frechillam (in qua pluries scripsi) an legitimum impedimentum non expediendi litteras, & non soluendi annatam infra dictum tempus in decreto expressum dici meruerit, ex quo puram post prouisionem factam vigore indulti de beneficio reseruato intrusus beneficium illud occupauit,& possessor tantum ad has di ligentias arctari videtur, & ad has expensas . ad tex.& ibi omnes in cap.commissa.de electio.lib.6. Et stante intruso ante adeptam possessionem quis non tenetur soluere annatam, quæ de fructibus beneficij soluitur,sicut in simili dicimus,quòd re per alium occupata,emphyteuta, vel vasallus canonẽ, vel censum soluere non tenetur. Gui. de Cun. & Bal.in l.solemnibus.C.de rei uendi.Alex. cons.92. in fin.vol.6.Guid.Papæ consi.165.Mar. Iun. cons. 76.num.octauo,lib.1.Præmissum dubium pluries in Rota propositum fuit,& primò in partem negatiuam inclinatum extitit:successiuè in partem affirmatiuam. : Verum quia multa hinc inde adducenda essent pro exacta cognitione, & decisione ultra non procedo, breuitati in hoc opusculo studens.

In huiusmodi indultis,uel gratijs in vim illorum factis,& alijs gratijs,clausula similis præmissæ apponi consueuit,videlicet. Quòd infra sex menses a die possessionis habitæ quis teneatur expedire lit teras ,quæsitum fuit in Rota mense Martij 1541. in Gerunden.canoni.coram Rainaldo, an sex menses inciperent currere à die possessionis habitæ simpliciter,an uero à die habitæ possessionis pacificæ? Rota fuit diuisa,& uota fuerunt paria, pro prima opin. citabatur Staphi.super signa.pagi.23. & seq. uersi.ulterius. Ego puto,quòd hodie prima opin. obtineret,tum propter fauorem officialium , tum quod magis vrget, ad uitandas fraudes fingendi se non esse pacificum possessorem,ne cogi posset ad expeditionem litterarum, quibus fraudibus occurrendum est,argumen.text.in l.si cui. ibi, Per medias uias.ff.de seruit.l.in fundo.ubi glo.dat concor dan.ff.de rei uendi.cap.fin.in princ.cum gloss.j. de postu. Quæ maximè procurent in beneficijs in lon ginquis partibus existentibus , difficile enim sciri posset, quis esset pacificus possessor,qui uerò contendebant computationem faciendam à die pacificę possessionis allegabant iura semper considerare pacificam possessionem. capit.commissa. & cap. licet canon.iun.glo.in uersic.annum.de electio.lib. 6.glo.in clem.secunda,in uers.ne uno.an.ut lit.penden.Et de pacifica etiam quia in potiori significatu, citabatur etiam Aret.super rubri.ff.de acquir.poss. col.penul.

MANDATVM DE prouidendo.

MAndata de prouidendo cum reseruis magnam habent conformitatem : in hoc autẽ præcipuè ab illis differunt,quòd in illis ipsemet Papa prouidet:in istis alius eius mandato, prout patet ex uerbis tex.in c.ex parte j.de offi.deleg.ibi. Vt si auunculus suum archidiaconatum, quem habet in ecclesia illa,uelit omnino dimittere,ipsum ei facias assignari.

In mandato de prouidendo quandoque etiam nominatis executoribus, qui prouideant, conceditur clausula[prout nos ex nunc prouidemus]Dubium fuit in Rota stante hac clausula , an requireretur prouisio executorum ? & si sic , an prouisio mala sufficeret ? Quoad primum uidetur negatiuè respondendum propter illa verba [prout nos ex nunc prouidemus &c.] Si igitur Papa prouidit , nõ est curandum de alia prouisione,ex quo illa omnes alias uincit,etiam si eodem tempore fierent.cap.si à sede.§.si uerò neuter,de præben.lib.6. clem.prima,in fin.ut lit.penden.cum alijs. Insuper clausula[ex nunc prout ex tunc] tantæ est potentię ut operetur perfectionem actus de præsenti collato effectu in tempus futurum , & sic unum tempus uidetur alteri inesse.l.si ita stipulatus fuero, si Titius,in princ. & ibi Bald. in secunda summa. ff. de verborum obliga.& in l.Aretusa.in prima lectura, colum.fin.uersic.quæro, quid si testator. ff.de stat. homi.Alexan.post Angel. & Imol. in l.huiusmodi 1.num.3.in secunda not.ff.de verborum obliga.Si uerò pro prima parte affirmatiuè concludamus : quoad secundam negatiuè respondendum erit,nullum etenim,& inualidum pro nihilo habetur.ad l. prima,in fin.ff.quod quisque iu. l. secunda. §.1. ff. quemadmo.test.ape.l.secunda,cum duabus seq.ff. de

de optio.lega. l.qui per salutem. ff.de iureiur. cap. illud.de iur.patr.clemen.2.§.fi.de re iudi. Contrarium in utroque conclusit Rota in Placentina Portion.prout dec.Ptolomei 70. uidelicet,quòd gratia hæc requirat prouisionem executoris siue bonam, siue malam.

Mandatum de prouidendo à prouisione ualde differre uoluerunt Bellam.decis.609.in fi.& Cassa. 1.num.6.ut lit.pend.& probo in 55.q.reg. de Anna. & aliàs probabam in his mandatis non attendi datam,sed executionem.

Mandatorum nouem formulas ponit Sarnen.in tracta.manda.de proui.à princ. usque ad fin.uidelicet a num.19. vsque ad 144.easdem,& alias formulas uidere poterit quilibet per Rebuff.super cō cor.sub rub.Manda. Apo.§.1.in gloss.in uers.mandati,pag.465.& sequen.& utrobique latè discutiūt omnia, quæ ad mandatum de prouidendo spectāt, ad eos me remitto,& ad Staph.super Sign. fol.26. à ter.& fol.31.cum pluribus seq.sub rubr.de Manda. de proui. qui easdemmet nouem formulas describit,quas Sarnen. & Rebuff.tacito auctore transcribunt.

Vidi in his mandatis addi à signatura decretum infrascriptum. Cum decreto,quòd dictus.N.super præfatis beneficijs uigore litterarum desuper conficiendarum acceptandis ualorem annuum.24. ducatorum similium secundum communem æstimationem excedentibus,infra sex menses à die habitæ possessionis computandos,nouam prouisionē à sede Apostolica impetrare, & iura Cameræ Apostolicæ propterea debita persoluere omnino teneātur.Hæc vltima verba ideo ponuntur,ne Cameræ Apostolicæ præiudicium inferatur in exigendo sibi debita,argumen.tex.in c.licet.ver.ne igitur ius nostrum. negligere videamur. de suppli.negli.præla. extraua. si fratrum.in principio. Ioan.XXII.ne sede vacan.

An tempus prædictum sex mensium currat probabiliter ignoranti? Domini de Rota concluserūt pro negatiua,prout dec. Putei 13.de dilatio.Et generale est, vt temporis cursus ignoranti damnum non inducat.l.quinquaginta,iunct.glo.1.ff.de excu. tut.l.quidam.§.fi.ff.de admi.tut. Roma.cons.228. pro plena,num.2.l.3.§.si quis hæredi.ff.de sta.lib. l.quinquaginta,& ibi Saly.circa medium.C.de ex cu.tut.Lap.alleg.86.Matthæus,post num. 3. Bald. consi.480.testator, in vltimo dubio,libro primo. Alexand. consilio 36. visa numero duodecimo, uolum.4.

An autem spoliatus,vel is,cui lis mota fuit,infra sex menses in vim dictæ clausulæ ad præmissa in ea contenta teneatur, magnum fuit dubium in Rota,& pluries discussum. Tandem in vtroque casu Domini tenuerunt moti ex æquitate negatiuā in Gerunden. Cano.& præben. coram Raynaldo Petrucio de mense Martij.1541.in fauorem Dom. Sebastiani Bret.prout Dec.Mohed. de concess.præben.131.aliàs 161. Et fuit ponderatum,quòd non est intentionis Papæ, quòd possessionem non habentes litteras expediant. Nec possidere dicitur, qui non possidet pacificè.ad glo.in clem.1.in uers. neutro.in fin. ut lit.penden,quam sequitur Aretin. super rubr.ff.de acquir.possess.ante num.7. uolens iuxta illam glo.quòd priuilegium concessum a canone possessori,intelligatur de pacifico,& facit gl. in cap.licet canon.de electio.lib.6.verum in secundo casu videtur dari occasio fraudandi cameram & officiales, potest enim quis amicum inducere ad moueudum sibi litem ad diffugiendum,seu protelandum solutionem huiusmodi. Et propterea ego defensor Domi.Militum. S.Petri existens dicebam, hoc Rotæ decretum non obstare Cameræ Apostolicæ, & officialibus in annatis participantibus, & alijs litterarum expeditioni præpositis.

Mandata de prouidendo, & quiuis alius titulus habilis de futuro non dant ius in re. Bellem.decis. 564 concluso,quòd gratia, Prouin. fol.33.versic. per mandatum de prouidendo non causatur ius in re.Sarnen.in j.quæst.regul.de non tollen.iu. quæst. num.34.

Amplio ad mandatum ad beneficium tunc vacans,ante tamen mandati executionem, Belle.dec. 543. conclusio quòd mandatum, sequitur Sarnen. in prealle.tract.Manda.de proui.post nu.132.uer. nam licet mandatum.

EXPECTATIVÆ.

Romani antiqui Pontifices gratias expectatiuas concedere non consueuere, & propterea de illis nulla in decreto fit mentio, prout etiam aduertit Ioan.Andr.in cap.duobus.de rescri. lib.6. spero illa tempora fœliciora iam redirura, non solum enim expectatiuas ab hac Romana Curia exulare video, verum etiam regressus, coadiutorias cum futura successione, temporaneas, ac palliatas uniones,& pleraque alia.

De gratijs expectatiuis latè tractat Staphi.de vtra.signa.& Sarnen.in tracta. gratiarum expectatiuarum, vbi ponunt plures expectatiuarum formulas.

Expectatiuæ in forma pauperum,quæ etiam uocantur in forma communi,in forma speciali, quæ incipit, dignum arbitramur,uocantur etiam, cum secundum Apostolum.De litteris iustitiæ in forma communi,& gratiosis vide etiam Augu.Bero.in c. ad aures.num.10.& sequen.de rescrip.& litteræ de iustitia,omni iuri consonæ,ac fauorabiles sunt:qui enim alteri seruit,de altari uiueret debet.1. Corin. 9.cap.cum secundum Apostolum.de præben.& c. accepimus, de æta. & qualit.præfi. vbi colligitur, quare litteræ prædictæ sic appellentur,& per Ro. 462.not. quòd gratia in forma pauperum, in anti. & 106.gratiæ in forma,in no.Cassad.decis.8.de concess.præben. Circa expectatiuas in forma pauperum uide pulchram allega. Lap.79. quæ incipit Innocentius, ponentem specialia ipsius formæ pauperum,quam alle.pro nota.citant,& sequuntur,ad eamque se remittunt Geminia.in cap. si pauper,ante nu.7.uer.non autem sic.& Fran.post nu.2.super gl.2.de præb.lib,6.ac Gig.de pensio.q.67.ante nu. 9.Et illi allegationi ego plura addidi.

Tem-

Tempore quo expectatiuæ concedebantur, clericis secularibus ad beneficia regularia denegabantur, argumen. text. in cap. cum de beneficio. de præben. lib. 6. cum clausula. (Quod habitum assumere, & professionem regularem emittere infra sex menses post pacificam adeptam possessionem tenerentur.

Nec dabatur eisdem clericis, neque etiam religiosis eiusdem ordinis expectatiua ad dignitatem conuentualem, vel officium claustrale. Dum dixi ad dignitatem conuentualem (licet iuxta text. in cap. cum terra. & ibi per Abb. in primo no. de elect. quælibet ecclesia collegiata, licet non sit regularis, sed secularis, possit dici conuentualis) hic tamen de regulari interpretatio facienda est, immo etiam de iure proprie loquendo, conuentus dicitur religiosorum. cap. cum monasterium, versicul. in refectorio, vbi conuentus exeat cum Abbate, de statu mona. & ad ea quæ adduco in nona quæstio. 3. reg. num. 11.

Monacis quoque denegabatur expectatiua ad beneficia secularia, argumen. text. in cap. cum de beneficio, in secunda respon. à contrario sensu, sed ex rationis identitate, de præb. lib. 6.

Si petebatur expectatiua pro monaco ad duo beneficia secularia, vel regularia, addebatur clausula, videlicet (Ad vnum beneficium sui ordinis in titulum) De expectatiua pro regulari tractat. Staphil. super Signatu. folio 19. in octaua forma. Vide in eadem octaua Forma Sarnen. in tracta. Expecta numero 67.

Expectatiua dabatur ad vnum beneficium in Hispania, in ecclesia, vbi expectans erat filius patrimonialis, aliquando etiam ad duo beneficia patrimonialia. De beneficijs patrimonialibus tracto in decimaquinta quæstione, regul. de infirm. Et ibidem num. quarto. probo huiusmodi beneficia patrimonialia non venire sub simplici prolatione beneficiorum. secunda, numero 14. & sequen. affirmo quòd non est text. in iure loquens de ijs beneficijs patrimonialibus eo modo sumptis, quo in Hispanijs. Et ibidem nu. 16. declaro, vnde nomen sumpserint hæc beneficia patrimonialia, & quæ sint.

Expectatiua capit etiam præstimonia, prout decisio. Crescen. 263. aliàs 15. sub titu. de præben. ea ratione, quia ueniant appellatione beneficiorum. c. fi. post prin. de conces. preb. lib. 6. Mil. in reper. in uer. beneficij appellatione.

Expectatina non concedebatur vltra valorem in Regula, quæ tunc vigebat, expressum, prout videre licet in nouis Regulis Pauli. III. super expectatiuis, sub rub. de taxis in beneficijs.

Expectatiua non dabatur ad beneficia reseruata, prout in Regula tempore expectatiuarum promulgari solita, nec ad beneficia affecta, Rot. 531. primo, & secundo, in antiqui. Roma. consil. 260. in proposito. in princ. & in fin. Felyn. in cap. cum ex officio. colum. fina. uersicul. nam si loqueremur de reseruato. de præscrip. & in cap. capitulum. post numerũ 16. versic. & aduerte. de rescript. Paris. consil. 118. uolum. 4. Rebuff. de Nominatio. quæstio. 15. in fin. uideantur, quæ scripsi in tertia q. 32. reg. nu. 12 & sequen.

Expectatiua capit etiam beneficia reseruata in manibus ordinariorum in mensibus Apostolicis. prout Dec. Mehod. 104. aliàs 134. quæ est 8. sub tit. de præben. Ratio est quia capit omnes modos uacandi exceptis casibus in ea expressis, vnde casus exceptus firmat regulam in cõtrarium. l. nam quod liquidæ. ff. de pen. leg. l. in his. ff. de leg. Ias. post Pau. Castren. in l. nummis, num. 11. & sequen. ff. de in litem iuran.

Neque concedebatur ad beneficia iuris patronatus laicorum, seu mixti, neque ad præsentationem clericorum, & parrochianorum. In Hispania verò ad præsentationem clericorum ultra duas collationes expressas. Ratio quare denegatur expectatiua ad beneficia iuris patronatus est, ne patroni absque eorum culpa facultate præsentandi priuentur. contra tex. in cap. decernimus. 16. quæstio. quinta. in cap. pastoralis, & toto titu. de iure patronatus per Abb. Felyn. & alios in cap. cum Bertoldus, de re iudica.

Episcopis ultra montanis non dabatur expectatiua; quando autem concedebatur, tunc beneficia dabantur in titulum cum dispensatione, & non in commendam. uideatur per Staphi. super signa. fol. 19. in 7. forma.

Et de expectatiua, quæ conceditur prælato, & dispensatione ponenda, vide Sarnen. in tracta. Expecta. in septima forma, num. sexagesimotertio. Et ratio, quare prælatis denegari debent expectatiuæ, est; quia si beneficia promoti ad ecclesiam uacant, prælatusque per promotionem eijcitur a priorib. beneficijs. capit. cum in cunctis. §. cum uerò. de electio. & cap. post electionem, iunct. glo. in uersi. confirmationem, de concess. præben. multominus admitti debet ad beneficia denuo obtinenda, argumen. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alienis iuris.

Expectatiua quandoque concedebatur ad diœcessim exprimendam. Dubitari autem poterat, quando expectans illam diœcesim declarare deberet? omissa disputatione respõdeo, quòd antequam beneficium uacaret, aliàs non poterat amplius declarare in præiudicium alterius, argumen. tex. in c. pastoralis. §. quoniam. de rescript. per Cardina. in cap. cum ordinem. colum. quarta, in quarta oppositio. & per Felyn. in cap. primo, colum. 3. versi. tertiò restringe, eodem titu. & ita fuit resolutum per Dominos de Rota in causa Oscen. Archidiacono coram Puteo inter dom. Thomam Fort, & Ioan. de Artedo. 16. Maij. 1541.

In expectatiuis instar descriptorum addebantur uerba vꝫ (Citra eorum præiudicium) Ratio est: quia habentes priuilegium instar illorum, habent imaginem, & non statum verum descriptorum; sicut dicimus in eo, qui habet ius aureorum anulorum, qui non habet verum statum ingenuitatis, sed solum imaginem quãdam, ad l. 2. C. de iu. aur. anu. non mirum igitur, si ueri descripti istis fictis præferuntur, seu illi ueri præseruantur.

K Nulli

Nulli dabatur clausula (Anteferri) de qua clausula, & eius effectu uideatur tex. in cap. quoddam, de præben. & in capit. auctoritate, de concess. præben. Rot. Bisi. 8. vnus Innocentianus, eodem tit. in antiquio. Felyn. in cap. causam quæ, num. 26. in versic. clausula, anteferri, de rescr. uideantur etiam quę adduxi supra dum de prouisionibus loquutus sum in uers. clausula etiam, Anteferri.

Clausula (Quòd processus ualeant, perinde, ac si in prima expeditione) concedebatur solum familiaribus Papæ, alijs uerò raro. Verum si concurrunt isti cum illis, qui processus habebant in prima expeditione, illi præferuntur, argum. text. in l. filio quem pater. ff. de libe. & posthum. & per rationem quam adducit Cassado. in 6. decis. concess. præb. ubi vult expectantem habentem ueram datam præferri habenti fictam.

In mutationibus collationum ponebatur semper sub primis processibus, & addebatur. Ad vacatura.

Neque reualidationes, neque secundæ expectatiuæ dabantur, videatur Staph. super signatu. foli sexto, versiculo, postremò quoad ista euidentialia.

Clausula in secunda expectatiua uel additur, uel subintelligitur. videlicet (Dummodo alia tibi à nobis concessa non fuerit) de qua per Paris. consil. 145, cum ex facto, num. 25. & sequen. uolum. 4. ubi limitat, illi clausulæ non esse locum, si secunda gratia non sit similis qualitatis: Item si prima gratia nullum fortita sit effectum, uel si illi renunciatum fuerit. Limito etiam, si prima gratia non appareat. Ita conclusit Rota in Monasterien. Canonicatus coram Aragonia, prout Dec. Crescen. 109. paria n. sunt non esse, & esse non apparere. l. Rutilia Polla, & in l. in lege, & ibi glos. in uersic. quòd non sit, dat concord. ff. de contrahen. emptio. sicut etiam dicimus in transactione, quæ non solum non respicit tunc non existentia, immo etiam tunc non apparentia. ad ea quæ adduco in septima quæstio. 3. Regul. num. 15.

Dispensationes in expectatiuis non dantur, cum omnes sint motu proprio, sed bene ad partis petitionem, nec bene sonet dispensare. Motu proprio, sed bene ad partis petitionem, ad Staphi. super sig. fol. 19. in prin. 7. formæ. Et quòd dispensatio ad partis petitionem fieri debeat, probo infra, dum de dispensationibus tracto.

Expectatiuæ, reseruæ, & mandata de prouidēdo & aliæ gratiæ beneficiales non capiunt beneficia, ex causa permutationis vacantia, nec ad illa extenduntur, ad cap. inter cætera, de præben. cap. primo, de rerum permuta. lib. sexto, clemen. prima, eodem titul. Glos. pragma. de collatio. §. item quòd omnia. in versicul. permutationis. Æneid. de Falco. de refer. in tertia q. princ. num. 3. uideatur alia Glo. pragma. in rubri. de Anna. §. uoluit tamen, in uers. permutationis.

Narranti se receptum in canonicum per capitulum concedi consueuit. Et sine clausula acceptandi, uel cum prouisione, ex nunc, prout ex tunc, sed hoc casu an orator receptionem huiusmodi narratam probare postea teneatur, licet passim expectatiuę concedantur tempore illarum concessionis generalis, tamen quia iste ad obtinendum uberiorem gratiam, dictam receptionem narrauit, illa nō probata gratia surreptitia, & inualida per Rotam habita fuit in una Lauden. coram Domi. Ioan. Maria, prout Dec. Crescen. 143. sub titulo de concess. præben. licet enim absque illa expressione Papa expectatiuam concessisset, non tamen cum illis clausulis, sed simpliciter, & in forma consueta. Gratia igitur subreptitia fuit, si ad illam cum illis qualitatibus obtinendam fuit expressum illud, quod facilius mouit ad id Papam, ad capitu. ad aures. capitu. super litteris, & capitul. postulasti, & ibi per omnes. de rescript. & per Roman. 702. Dom. Papa. in antiquit.

Expectatiua ad duos canonicatus non se extendit sub eodem tecto. argumen. text. à fortiori in capit. mandatum. de rescript. Anchar. in c. 1. post nu. 3. de consue. lib. 6.

Amplia etiam ordinario non contradicente, seu reclamante, quod alias sufficere uidebatur in fauorem expectantis. Cassad. decisione prima, & secunda, de concessione præben. Decisio. Accora. 52. eodem.

Amplia, & si obtinuisset prius vnum canonicatum, quem postea ante receptationem alterius resignasset, seu dimisisset. argumen. tex. in clemen. gratiæ. de rescrip. & decisio. Pute. 14. de concessio. præben. & pro præmissis omnibus est decis. Achil. 7. de præben.

Dubitatum fuit in Rota in Calciaten. coram Fabio, an in uim mandati ad acceptandum uigore expectatiuæ confecti de anno 1536. quo tempore concessæ fuerunt expectatiuæ, & procurator acceptauerit, potuerit postea acceptare iuxta aliam concessionem expectatiuarum factam de anno 1544. fuit conclusum pro negatiua, prout decisio. Achil. tertia, de manda. argumen. tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de uerborum significationibus, & per tradi. per Felyn. in c. innouamus. de tre. & pace. Et ponderabat, quòd materia acceptationis esset ambitiosa.

Nouissimè Concilium Tridentinum, Sessio. vigesimaquarta, aliàs octaua, sub Pio Quarto. Decret. de Reforma. cap. decimonono, sustulit expectatiuas.

CERTO MODO.

RESCRIPTVM [Certo modo] Impetratū, sub hac forma. Aliàs beneficio, &c. certo qui exprimi possit in litteris modo vacante, & cum ad præsens vacet, & tanto tempore forsan vacauerit, quòd eius collatio, iuxta Lateranensis statuta Concilij, ad Sedem Apostolicam sit legitimè deuoluta, licet quidam N. nullo titulo, saltem canonico, nulloque iuris adminiculo sibi desuper suffragante, & de facto permultum tempus illud detinuerit, & adhuc detineat inde-

indebitè occupatum, supplicat. S.V. deuotus illius Orator &c. quatenus ipsum specialibus fauoribus, & gratijs prosequendo, specialem sibi grām faciēdo beneficium prædictum &c. oratori conferre, & de illo etiam prouidere dignemini de gratia speciali: Non obstan. &c. Et cum absolutione &c.

Quare rescriptum hoc dicatur (Certo modo) responderi potest, ꝙ vulgaris, & communis vsus illud sic nuncupat: vulgi autem vsus, seu denominatio attendi debet, & præferri propriæ significationi argum. tex. in l. prima, post princ. ff. de flumi. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam, uersic. optimum ergo esse. ff. de fun. instru. gloss. not. in extra. suscepti. Ioan. XXII. de electio. in versicu. an- nalia.

Vel quia conclusio huius rescripti est, quòd beneficium, quod impetratur, vacet certo modo; sed hæc nimis generalis ratio videtur, quilibet enim impetrans beneficium certum modum exprimere tenetur. c. susceptum, de rescrip. lib. 6. Rebuff. de Anna. gloss. 7.

Vel potest dici, quòd propterea sic nuncupetur, quia petitur, & concedi solet, quòd certus modus vacandi in litteris exprimi possit, prout in principio formulæ supra positæ. & sic; quando litteræ expediuntur; exprimi poterit, vel quòd tale beneficium vacat per contractum matrimonij, uel per ingressum religionis, vel per vnum ex alijs modis, qui innumeri sunt. Et triginta duos vacandi modos enumerat, & declarat Rebuff. super concord. de reg. ad præla. nomi. §. monasterijs. in gl. in uersi. vacantibus.

Illa verba. Et tanto tempore forsan vacauerit quòd eius collatio, &c. eliciuntur ex tex. in ca. 2. de concess. præb. Pro quibus etiam adduci potest text. in clem. si de beneficio, iun. glo. in versic. si ad nos. de præben. de quibus etiam Io. Franc. Pau. de offic. & pote. c. se. vacan. in 7. prælu. post num. 19. uersic. additur etiam clausula. Et si tanto tempore vacauerit.

Impetratio certo modo titulum coloratum præstat. Put. Dec. 276. lib. 2. de titulo colorato late tracto in 27. q. 16. Reg. Cancel.

Contra impetrantes (Certo modo) Paulus III. edidit Regulam satis rationabilē sed ita obscuram, vt ea uix per peritissimos seruari potuerit, de qua loquor in 85. q. Reg. de Anna. num. 3. Verum regula illa cum conditore expirauit, prout aliæ defuncto Papa cessant. Ancha. consi. 198. efficacibus. num. 2. Paui. in prælu. extra. colum. 3. Felyn. in cap. ex parte. prima colum. in versicu. Regulæ Cancellariæ, de rescript.

Circa beneficium susceptionem habitus requirens, apponi consueuit clausula. Ita quòd post sex menses habitum suscipere teneatur, aliàs præpositura, seu beneficium vacet &c. quando habitu tēpore debito suscepto beneficium certo modo impetratur, tractatur in Dec. Paleotti 279. incip. Carolus habuerat commendam.

In calce supplicationis (Certo modo) seu inter clausulas adduntur verba per signaturam, videlicet (Et dicta deuolutio dispositiuè in literis detur)

Illa dictio, dispositiuè, idem sonat hic, quod expresse, limitatè, ac purè, & verè: ad Decis. Cassado. 5. num. 3. de præben. Dispositiuè etiam aliquid exprimi dicitur, cum aliquid certò esse affirmamus, non autem dubitatiuè, vel conditionaliter loquimur, prout declarat glo. Regul. Cancel. 62. num. 2. uersi. item pondero mihi, Sarnen. in tracta. manda. de prouiden. post num. 115. uersi. nam quando Cardinalis. & Rebuff. in praxi, in tertia parte, signat. in uersic. & cum clausula generalem. num. quinto, eum seq. & ante prædictos Lap. allegat. 119. quæro pone, uersus fin. Loco huius dictionis, dispositiuè, Cic. in Verrem elegantius vsus est dictione, dispositè, pro dictione distinctè, dum inquit: Non possū dispositè istum accusare.

Pro hac clausula in fine supplicationis addi solita. (Et de deuolutione detur dispositiuè:) videatur etiam Dec. Crescen. 16. incipiens, litera Apostolica. libro 2.

Qua dictione vsus est etiam Lucretius dum dixit. Nam quum dispositè perquirunt fœdera mundi, præscriptosque maris fines &c. Dispositè etiam, seu dispositiuè, nōnunquam opponitur aduerbio narratiuè, prout sentit Lap. alleg. 46. an fratres, circa medium, ibi. Quoniam non dicit, dispositiuè, sed narratiuè.

Hæc etiam expositio, seu interpretatio cadit super clausula præmissa iuxta terminos nostros, vt non implicita, & confusa deuolutio detur, Item nec alternatiuè: alternatiua enim dubium, & ambiguitatem parit, iuxta tex. in l. prætor. §. quod autem. ff. de iniur. & per Barto. in l. si seruus. §. huiusmodi. ff. de lega. 1. Immo & omnis alia obscuritas, & ambiguitas excludi debet, argumen. tex. in l. ueteribus. ff. de pactis.

Nisi adderetur hæc clausula (Et deuolutio dispositiuè in litteris detur) Propter clausulas generales siue præmisso, siue alio quouis modo, & ex cuiuscunque persona, veniret omnis modus vacandi, Rot. Bisigne. 12. in antiquio. ac 725. nota, quòd beneficia, & 742. nota, ꝙ si facta. in anti. Sarnen. in 34. q. Reg. de infir. in prin. Vide tamen ea, quæ adduco in 17. q. eiusdem Reg. de Infir. num. 7. & ante. & in proprijs terminis nostris est dec. Cassad. 5. de præb. num. 2. ubi ꝙ probatio deuolutionis non est necessaria, ꝙ non adest clausula generalis omnem vacandi modum comprehendens. Subdit num. 3. ꝙ hæc clausula limitatiua arctat impetrantem ad probandum deuolutionem, qua non probata nullus alius modus ueniret, ex quo limitata est prouisio, vnde limitatus debet esse effectus. l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen.

Amplio etiam, vt hæc clausula restrictiua non solum addi debeat in supplicationibus (Certo modo) sed etiam in quibusuis alijs prouisionibus, in quibus narratur deuolutio ad Sedem Apostolicam. Vnde Referendarius, vel Datarius addet clausulam (Et de deuolutione detur dispositiuè) prout Dec. Crescen. 324. incipien. eadem die lunæ 142. fuit resolutum in vna Valentin. parro. coram Dom. Maceraten. lib. j.

Nec debet constitui differentia, an deuolutio narretur in impetratione certo modo, seu in impetratione per priuationem, uel in quauis alia gratia: quia ex quo deuolutionis materia est obiecta, debet limitari, ut de ea claré, & dispositiué detur, argu. tex. in c. ut cir. de elec. li. 6. & in cle. constitutionem, eo. tit.

Amplio etiam, ut per hanc clausulam. (Et de deuolutione dispositiué detur) tollat effectus clausulæ uidelicet (Etenim sit beneficium sit reseruatū & affectū &c.) Adeo φ si de deuolutione nō sit dictum, etiam si probaretur beneficium esse reseruatum, quis illud non caperet: fuit. n. narratum Papę id, quod facilius mouit ipsum ad concedendum; cum deuolutio detur cuicunque, non autem reseruatum: & sic per hanc clausulam restrictiuam uacationis per deuolutionem omnes alij modi sublati censentur. Rot. 38. si impetrās, in no. Bellame. 735. si impetrans, versi. modo impetrans, & præallega. dec. Crescen.

Et pro hac clausula, Et detur deuolutio dispositiué uideatur omnino Dec. Mohed. 210. incipiens impetratio fuit facta parro.

In litteris si dicatur. (Per promotionem, uel assequutionem beneficio uacaturo) ponitur cum clausula. (Cum beneficium huiusmodi, siue alio quouis modo &c. præterquam per obitum obtinentis uacare contigerit) Prouin. fol. 59. a ter. uers. in beneficijs per promotionem: Ego puto, quòd illa clausula restrictiua, seu limitatiua (Præterquam per obitū &c.) eliciatur ex supplicatione, & sic in supplicatione talis impetrationis, vel similis addi debet eadem clausula, alioqui non possit poni in bulla, cum arguendo à protocollo ad instrumentum publicū, uideamus φ potius statur protocollo, quàm instrumento publico. Alex. & Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de eden. Alex. consi. 105. in causa, lib. 2. Soc. consi. 64. in princ. lib. 1. Sic dicendum esset, φ potius stari debet supplicationi, quoad præmissa, quàm bullæ. Ego in fine cuiusuis supplicationis certo modo additam uidi clausulam per signaturam per hæc uerba, uidelicet (Preterquam per obitum apud sedem.)

PRIVATIONES.

PRiuationum rescripta non multum ab illis certo modo distant, saltem quoad effectum; quia utrunque rescriptum ad acquirendum, seu consequendum beneficium per alium detentum, seu occupatum tendit. priuationi autem locus esse nō debet, nisi crimen sit graue. c. inuentum. 16. q. 7. quem tex. no. affirmat Abb. in ca. tuæ. de pœn. pœna item priuationis per iudicem imponi non potest, nisi exprimatur à iure. iuxta gl. quam ibi sing. dicit Abb. in c. fi. de iu. pat. & in c. cum uos, de offi. ordi. & est tex. sing. in §. cum igitur, in auth. de non eli. secun. nuben. secundum Bal. in auth. ex testam. C. de collatio. & ita concludit But. in c. nouit, col. 45. uersic. tu pondera. de iudi. Et dixit Gem. in c. quo iure. 8. dis. col. fin. φ nullum crimen inducit priuationem ipso iure, nisi sit cautum. idem uoluerunt Fely. in c. querelam, de iureiur. col. 2. & Tiraq. in l. si unquam. in gl. in uers. reuertatur. nu. 206. in tract. de reuo. don.

Impetratio per priuationem euentualis dici pōt, supplicat enim orator aliquē beneficio priuari, seu priuatum esse declarari, in euētumque priuationis, seu declarationis huiusmodi illud sibi conferri petit, & sic taliter impetranti non quæritur ius irresolubiliter, sed conditionaliter, siue in certum euentum. argum. tex. in l. quod debetur. ff. de pecu. & in terminis nr̄is per Sarn. i 42. q. Reg. de Anna. nu. 5.

Beneficium de iure (nisi aliud caueatur) antequā quis eo priuetur uacare non censetur. Inno. in c. cū nostris, & ibi Abb. de conces. præb. & idem Abb. in c. querelam. col. 2. num. 3. de iureiur. Gemi. in c. studeat. col. 50. dist. Fel. in c. 2. post prin. de præscr. & in c. de quarta. nu. 6. uer. 2. cōsidera uerba Pau. eo. tit.

Condemnatus de homicidio ex quo in snia non erat posita priuatio beneficiorum, non dicitur priuatus beneficijs antea obtentis, seu iure in beneficijs competenti. Abb. in c. Item cum quis. col. 3. uersic. Iustè tamen tenet beneficium antequam priuetur per sententiam. de resti. spolia. Fely. in c. inquisitionis. col. 1. de accusa. Put. Dec. 233. incip. Eadem die in una Fauentia. lib. 2.

Impetratur beneficium ob contractum matrimonij, ex tunc enim beneficium uacat. cap. si quis à modo. 81 dist. Collecta. in c. 1. de cler. coniu. Cappel. Tholo. dec. 339. Amplio etiam si postea matrimonium declaretur nullum. Anch. consi. 34. in hac causa. nu. 10. Roma. consi. 483. Fely. in c. ex tenore. nu. 8. de rescr. D. meus Phil. Dec. consi. 166. Tiraq. de vt. lib. j. §. 16. gl. 2. nu. 9. Quòd autem si tantum sponsalia contraxit, φ non sit priuatus. Abb. consi. 62. lib. 2. Tiraquel. de legi. connu. post. ll. in princ. num. 21. in fi.

Quid si contraxit cum minore 12. annorum per uerba de præsenti, cū illa resoluantur in spōsalia de futuro? Videtur dicendum, φ propter illa non perdat clericus sua beneficia, nisi quando adueniente legitima ætate in muliere, matrimonium sic contractum ratificaretur modis, de quibus per tex. glo. & Doc. in c. uni. de despon. imp. li. 6. Contrariū tn̄ decisum fuit per Rot. 102. not. φ ubi clericus. in anti.

Formula interpretationis ob contractū matrimonij hęc erit. Beatiss. pr̄, cū perpetua vicaria ad altare &c. ex eo φ quidam A. eiusdem ecclesiæ ad altare p̄dictū perpetuus ad laicalia vota aspirās matrimoniū cū quadā muliere p uerba de p̄senti, seu de futuro cōtraxisse dicit, uacare speretur, seu uacet ad p̄sens, supplicat. S. V. deuot᷒ illius orator B. quaten᷒ sibi spālem gratiam faciendo, uicariam prædictam quæ sine cura est, cuius fructus & c. eidē oratori cū ipsa ut præfertur uacare contigerit conferen. auctoritate apostolica reseruare, sibiq; de eadē, ēt si actu ut premittitur, siue alio quouis mō, & ex alterius psona uacet, ēt si spāliter, uel aliàs gn̄aliter reseruata, deuoluta, affecta, litigiosa &c. puidere dignemini de grā speciali. Nō ob. &c. Et cū absolutione &c.

Conceditur gratia priuationis propter celebrationem missarum per excommunicatum, quo casu irregularitas incurritur, & sic celebrans beneficijs priuandus uenit. cap. latores, & c. pastoralis. de cler. excom. mini.

Cuius

Cuius formula est cum quidam. A. &c. qui se gerit pro rectore parrochialis &c. suæ salutis, sui honoris, ac status immemor. Deique timore post posito excōmunicationis maioris sententia innodatus, ac ut talis publicè denunciatus, misteria & alia diuina officia celebrare, & in illis se immiscere, ac in eisdem per plures annos permanere, & insordescere non expauit, sed celebrauit, & immiscuit palā, & publice, prout celebrat, & se immiscet, ac insordescit de præsenti, in contemptum clauium sanctę Matris ecclesiæ, animæquè suæ periculum, & perniciosum exemplum, ac scandalum plurimorum: irregularitatem, aliasque pœnas in talia perpetrantes promulgatas temerè incurrendo, propter quæ ad dictam curam se inhabilem reddidit, ac indignum. Supplicat B. quatenus sibi &c. ut ordinario loci, uel viciniori, seu eius in spiritualibus Vicario, ut constito de præmissis, eundem. A. pœnas priuationis huiusmodi incurrisse declaret, & si declarationem huiusmodi fecerit, de dicta parrochiali ecclesia, cuius fructus &c. siue præmisso &c. eidem oratori prouidere, seu prouideri mandare dignemini de gratia speciali. Et cum ab. & capit. & mandato & alijs præmissis & in euentum priuationis, de prouidendo oratori, ut præfertur. Et ꝙ maior, & uerior specificatio &c.

Sed aduertendum est, ꝙ si sic celebrans excommunicatus erat à iure, non potest allegari ignorantia, nec probatio notitiæ requiritur, licet nonnulli aliter scripserint: si uerò ab homine excommunicatus fuisset, per signaturam hæc uerba in supplicatione adduntur, uidelicet (Si declaratus; & publicè denuntiatus erat) Staph. super signa. fol. 166. à ter. uersic. sed aduertendum, pro quibus uideatur Abb. in cap. illud in tertio not. de cleri. excommunicationis mini. & Felyn. in capitu. præterea, num. septimo, de sponsa.

Amplia, ut irregularitas incurratur etiam ex celebratione diuinorum officiorum, & sic etiam ex alijs officijs, quàm missa, ut per Innocen. in cap. fi. de excess. prælat. cap. secundo. §. caueant, & ibi Gemi. in primo no. de sententia excommunicationis, lib. 6. cap. 1. §. sciturus, ibi, in diuinis. de re iudi. eod. lib. sexto.

Dubitabatur in Rota in Salamantina cappellanię de paterna coram Crescē. prout dec. ipsius 187. de pœni. & priua. ex quo nominatus à patronis ante præsentationem, & institutionem tamquam cappellanus acceperat possessionem cappellaniæ ad quam nominatus erat, & die sequenti animo continuandi suam possessionem celebrauit missam in ea prout cappellanus ex forma à fundatore data facere tenebatur, aspersitque aquam benedictam supra corpus fundatoris, an inciderit in pœnam. c. auaritiæ. de electio. lib. 6. ut ipso iure priuatus, & ad eandem cappellaniam inhabilis, etiam sequuta postea præsentatione, & institutione, uideretur. Pro opin. negatiua adducebatur, quòd dispositio dicti capit. auaritiæ, est pœnalis, unde extendi non debet, sed in casu tantum, de quo loquitur, intelligi. ad l. tertiam, in fin. ff. de præuarica. gl. fin. in fin. de iure patron. quam omnes sequuntur. Curt. Iun. consil. 119. pro clara. num. sexto, & consil. 113. habita, num. 17. Dom. meus in cap. primo, num. sexto, de offic. delega. Insuper cap. auaritiæ. loquitur in electo: præsentatus autem impropriè electus dicitur. ad not. per Abb. in cap. secundo, & cap. nobis. de iure patrona. Item ibi in dignitatibus, unde non ueniunt alia beneficia. Geminia. ibi ad finem, & Docto. in clemen. secunda. §. in illo. de æta. & qualit. Amplius dictum cap. auaritiæ. loquitur in ingerente se administrationi, quæ cadit propriè in dignitatibus, ad cap. uolumus. 80. distin. & nota. in alleg. clem. secunda. Vnde dispositio dicti cap. auaritiæ. procedere debet solū in illis casibus, in quibus supposita locum habere possunt. ad theo. Iaco. Butr. Fulgo. & Salyc. in l. mancipia. C. de ser. fugi. & per Roman. singu. 589. statutum. Quibus, & alijs non obstan. contraria opinio præualuit, & quòd dictum cap. habet locum in quibusuis beneficijs, prout vult etiam Gemini. ibi ad fin. Et quòd dispositio illius text. procedat etiam in præsentatione. & hæc est communis obseruantia, ut post alios Lamber. de iure patro. articu. 11. quæst. quinta, parte 2. lib. 2. ante num. 4. & num. septimo, folio 304. & per alios quos cito in Apostill. ad 8. alleg. Lapi.

Impetratio beneficij propter simoniam commissam bona est ad tex. in c. insinuatum. de simo. & per Staphi. super signatu. folio 166. à ter. versicul. considerandi modo essent, cui addo, quòd simonia duplex est, videlicet: conuentionalis, & realis: propter conuentionalem quis priuandus venit, ad ca. cum pridem. & capit. pactiones, de pact. propter realem vero quis ipso iure, & ipso facto priuatus existit, extra. cum detestabile. Pau. II. de simo. pulchrè per Cassad. decisio. 5. de constitutio. & dec. 1. de simonia.

Simoniam gloss. in rubr. de simonia. describit esse studiosam voluntatem emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum; de qua, eiusque pœnis tractatur in prima causa per plures quæstio. & in cap. præsentium, & cap. sancitum. 7. quæst. j.

Aduertendum tamen est, quòd propter pactiones, & conditiones illicitas modò non contineant ueram, & puram simoniam, esto ꝙ saperent speciē simoniæ non est quis beneficio priuandus iuxta cōmunem opin. de qua Paris. consil. 29. nu. 16. uol. 4. & per Iul. Clar. senten. lib. 5. §. simonia, versi. item clericus simoniacus.

Nullitas prouisionis de beneficio proueniens ex pactis illicitis simoniacis, euitari quærebatur ratione simplicitatis ueniam tribuentis. c. cum uniuersorum. de re. permu. Contrarium uerius videtur, nā in d. ca. Papa mandat restitui beneficium decepto, non obstante, ꝙ de iure non potuissent tractatus, & deliberationes, quas fecerant, licite facere, hoc processit non de iure, sed ex gratia, ut ibi gl. in uers. simpliciter. in fi. Et ita ibi hoc tenēt, ꝙ ex misericordia, non iure suadente princeps fecerit. Signo. Hostien. Io. Andr. & Abb. ubi Imol. col. 3. hanc cōem dicit, & sic ille text. retorquetur, maximè quia in dubio,

iuxta terminos nostros non præsumitur simplicitas, sed potius dolus, ad ea, quæ tradit Innoc. in c. acceden. de crimi. fal. & Felyn. in c. super literis. col. 3. in 5. limi. de rescript. Et simplicitas, & ignorantia iuris non excusant, præsertim quando quis potest peritiores consulere. Bart. in l. Clodius. ff. de acqui. hæredi. & in l. 1. ff. de his, qui. ut indi. Pro hac opinio. fuit conclusum in Rota in Toletan. patro. de Alpederet. coram Prospero 24. Octob. 1544. prout Dec. Accoramb. 54. incipien. quærebatur euitari. libro 2.

Concubinarius notorius, si monitus concubinā non dimittat, beneficijs priuatur, quæ consequenter impetrari possunt. cap. si autem, de coha. cler. & mul. Staph. super signa. fol. 78. uers. 2. notorius. Pro quibus uide Iul. Clar. senten. lib. 5. §. fornicatio, uers. sic. clericus autem concubinarius est priuandus beneficio.

Fortius procedere contra sodomitas, subdit Staphil. cap. mulier. 16. q. 1. & hoc absque dubio procedit, cum sodomiæ crimen naturæ prorsus sit contrarium, a iureque diuino, & omni alio detestabile, cæterisque sceleribus turpius, & infœlicius, ac magis damnandum existimetur. Gen. c. 19. & 37. Leui. 20. Qui dormierit cum masculo &c. Pau. j. ad Cor. 6. & ad Rom. c. 1. Orosius 1. ad Augustinnm, Terra ubi fuerunt Sodoma, & Gomorra, igne, & sulfure cum urbibus, & populis exusta perpetuam accepit damnationem, ut nunc quidem non appareat forma regionis, sed inuenitur regio ipsa vacua, tecta, mari pariter, & deserta, ut primum exusta ignibus, post oppressa aquis, in æternam damnationem communi pariter aspectu. Et Greg. super illud Gene. 18. Clamor Sodomæ, & Gomorræ multiplicatus est &c. dicit, Nouitas, tamquam inauditæ turpitudinis, quasi dubitationem, & admirationem parit in auditorem, vnde Dominus quasi admirans, & dubitās super tanto scelere, introducitur loquēs. Descendam, & uidebo, quasi dicat, incredibile mihi uidetur, homines tantum flagitium perpetrare. Liuius lib. 8. dum de Lucij Papirij libidine loquitur, Lactantius lib. 6. cap. 23. Diuinarum Institutionum. non habens odiosius uocabulum, quo tales nominet, eos impios, & parricidas uocat. De his etiam in auth. vt non luxuri. contra nat. ac Insti. de publi. iudi. §. item lex Iulia. & alibi. Prout latius prosequor inter ingratitudines vasallorum. Spero sub hoc sancto summo Pontifice, & infœlices concubinarios, & detestandos sodomitas, & alios criminosos debitas daturas pœnas.

Et ultra quòd sodomitæ ipso iure infames sint. præallega. l. cum uir. ubi glo. l. prima. §. remouet, & ibi glo. ff. de postu. cap. infames. 3. quæst. 7. & consequenter intestabiles sint. l. is cuius. §. final. ff. de test. Barba. consilio ultimo, lib. j. siue potius Anastasius. Planes inter Barba. consilia. Gui. Benedi. in ca. Rainutius, in uersi. mortuo itaque testatore. num. 134. de testa. Domi. Phil. Dec. in l. 1. num. 8. C. de secun. nupt. Ipso etiam iure dominio bonorum priuantur prout uoluit glo. in c. cum secundum leges, in uersi. naturæ contrarias. de hære. lib. 6. & hanc dicit communem Iul. Clar. senten. præalle. lib. 5. §. sodomia. ubi omnino uide.

Concubina, quam Græci παλλακὴν vocant, proprie dicitur mulier soluta, quam solutus tenet in domo indubitato affectu. l. Massurius. ff. de uerbor. signi. ium. l. in concubinatu, & ibi per Bart. ff. de concubinis. Institu. de nupt. §. fin. & Instit. de hære. quæ ab intesta. defe. §. quibus. Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. & in auth. licet. C. de natu. libe.

Concubinarius publicus, seu notorius quis dicatur, declarat tex. in pragma. Sanctio. sub rubrica, de concubina. §. publici autem, & ibi glo. & addi. Probi in uers. publici, cum sequen. Videatur Anton. de But. in tracta. Notorij, ante finem dicti tracta. in colum. pen. num. 69. Vbi quòd in conclusione notorij requiritur, quòd testis deponat: Scio, quia uidi talem tenere pro filio, uel pro concubina in lecto, & sic uisa fuit teneri à toto populo, uel a maiori parte populi, & sic etiam habetur à maiore parte populi, uel uiciniæ, & cognoscentibus eum. Subdit, quòd si factum fuit de longinquo, sufficeret deponere talem notorie concubinam, quia hoc audiui a toto populo, quòd tempore illo fuit retenta vt concubina per totum populum, uel maiorem partem, & scientibus, & cognoscentibus eos, & sic laborabat communis opinio, quòd de ea tunc temporis potuisset totus populus esse testis.

Quando clericus non est notorius concubinarius, monitio præmitti debet, siue iudex eligat uiā suspensionis, siue priuationis, ut per Innoc. in cap. si autem. de coha. cler. & per Præpo. in ca. nullus. 32. dist. & de monitione generali Abb. in c. ut clericorum. de ui. & hone. cler.

Cætera quoad concubinarios publicos uideātur per Rebuff. super concor. sub rub. de publi. concubi. ubi etiam describit triginta pœnas contra concubinarios.

Contra concubinarios habemus hodie Concilium Triden. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. in Decre. Refor. c. 8.

Impetrari potest beneficium propter fornicationem, seu commixtionem cum moniali, dato quòd talis fornicatio non sit notoriè scandalosa, vel diu continuata. capit. si quis Episcopus. 27. quæstione prima, & ibi glo. prima. Anan. consi. 1. colum. 2. uersic. secundo, quòd fama. per illum textum. Hyppo. de Marsi. in repet. l. vni. num. 41. C. de rapto. uirgi. ubi quòd clericus in hoc delinquens priuari etiam debet officio suo, & in monasterium intrudi, per tex. in cap. si qua monicarum. 27. quæstio. prima, & in dicto cap. si quis episcopus. Et qui tale facinus perpetrat tria enormia delicta committit, uidelicet adulterium, sacrilegium, & incestum glo. in capitu. virginibus 27. quæstione prima, quam pro nota. sequuntur Anton. de Butr. & Abb. numero 35. in cap. at si clerici. de iudi. idem Abb. in cap. penult. in tertio not. de purga. cano. uideatur Paul. Ghirland. de pœni. omni fa. coit. in prima quæst. uersus fi. uers. 2. uero casu. ubi per præallega. iura dicit, ꝙ clericus cuiuscunque gradus, uel dignitatis, propter hoc delictum deponitur ab omni ordine sacro, & priuatur

uatur omnibus beneficijs, & detruditur in arctum monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam.

Impetratio propter priuationem ob non solutionem pensionis non admittitur, nisi in fauorem illius, cui pēsio debetur. Staphi. super Sign. fo. 166. argum. text. in c. non solet audiri. 2. q. 6. & in c. cum inter. 1. de electio.

Impetratur etiam beneficium propter periuriū: An autem quis propter illud priuatus sit ipso iure, vel priuandus veniat, magis communis opin. est, quòd priuandus ueniat. Abb. in primo no. & Fely. in c. ex parte j. num. 2. & seq. & Rip. nu. 13. de rescrip. Abb. in 4. no. & Dom. meus in cap. cum non ab homine. post num. 5. de iudi. Ioan. de Sel. in tract. de uirt. iuramen. q. vlt. post num. 3. & in tracta. de benefi. par. 3. quæst. 3. Abb. & Fely. in c. quærelam. col. pen. licet contrariam opi. dicat benignio rem. de iureiuran. Gomes. in §. item si quis post. nu. 28. Institu. de actio. Iul. Clar. senten. lib. 5. §. periurium. versi. item clericus propter periurium. Videatur Rebuff. in tracta. de paci. poss. pag. 36. & sequen. ubi dicit, quòd licet opin. ꝙ periurus non sit priuatus ipso iure, sit cōis, tamen cōtraria opi. sustineri potest in puncto iuris, & respondet ad plura fundamenta contraria, plura à Fely. in alle. ca. 2. de rescrip. accipiendo. Idem Rebuff. tenet, quòd collatio facta periuro est nulla, alios ad id referens, intelligens quando quis esset per sententiam condemnatus & declaratus periurus, & postea fieret eidem collatio, dicens nō dari priuationem id esto pro periurio nisi iudici. ex constitu. Alexand. VI. super Signatu.

De prouisione monialis in abbatissam in euentum priuationis abbatissæ, ex quo corrupta filium peperisset, uide quæ scripsi in 5. q. 15. Reg. post nu. 4. & post nu. 7.

Sciendum est, quòd pœna siue ab homine, siue a lege, non intelligitur ipso iure, quicquid dicat Felyn. in c. sicut tuis. de simo. colum. 2. in secunda lim. cuius verba vel corrupta sunt culpa impressoris, vel ipse non aduertit ad ea quæ adduxerit, gloss. enim & Docto. quos ipse allegat contrarium dicunt in c. uni. de sagit. Idem dicunt Hostien. Ioan. And. Abb. versic. in glo. ult. But. Cardi. Ancha. & Ioan. de Ana. colum. 3. uersi. in glos. 2. Et est communis opinio. quòd siue illa uerba proferantur à lege, siue ab homine, non inducant canonem latæ sententiæ, sed ferendæ, ut testatur Card. Alex. in c. Salonitanę. 63. dist. col. 2.

Beneficia priuati in Romana Curia an dicantur in ipsa Curia, an in partibus vacare? tractabo infra sub tit. de absolu. ab hæresi. uers. Hæretici beneficia vacent.

Clericus non dicens officium, & non incumbēs horis diuinis beneficio priuari potest: & tenetur ad fructuum restitutionem, & consequenter eius beneficium impetrari poterit, maximè si officium dicere cessaret propter negligentiam, & voluptose uiuat. Felyn. in c. postulasti. num. 6. uers. & scias quòd clericus. de rescrip. Bal. in l. prima, in prin. C. de his qui. ut indi. & in l. Nesennius. ff. de excu. tut. Et hāc affirmant communem Bellon. consi. 56. nume. 3. & Iul. Clar. senten. lib. 5. q. 79. col. pen. uersi. item clericus qui non dicit officium. Videantur Doct. in c. 1. de celeb. missi. Gemini. & Franc. in c. fi. de rescri. lib. 6. & Concil. Lateran. sub Leone X. Sessio. 6. cap. de Reforma.

Alios modos, quibus quis priuandus, vel quādo sit ipso iure priuatus, inuenire poterit quilibet apud Felyn. in cap. 2. de rescri. & in c. querelam. de iureiur. per Staphi. super Signa. fol. 77. a ter. & seq. & fol. 166. Et latius per Rebuff. super concor. pagi. 183. & seq. & in sua praxi. in 3. parte, pag. 355. cum pluribus seq.

Priuationes propter crimen non signantur, nisi in forma iuris, idest, nisi ille de iure priuandus veniat. ad nota. per Staphi. super signa. fol. 167. uersic. postremo quoad istam materiam, intelligunt nonnulli in forma. i. vt taliter impetrans se subscribat ad pœnam talionis, & iuxta formam iuris, & hanc dicunt esse praxim Cur. Roma. vt per Cardi. Alex. in cap. libellorum. circa fin. 2. q. 8. Gig. de crimi. læsæ maie. q. 1. in fi. Iul. Clar. senten. lib. 5. q. 12. uersic. scias tamen quòd de iure canonico. nec etiam apponitur clausula conditionalis, si priuandus est, & hoc propter honorem signaturæ; si enim conditionaliter rescriberet, vr̄ argui posse de ignorantia iuris.

Non datur prouisio Apostolica ad vacatura per priuationem per ordinariam faciendam lite pendente.

In priuationibus *(ut aliàs dixi)* non dantur gratiæ [si neutri, si nulli, aut subrogatio] Quia persona solum propter crimen litigiosa est, non autem beneficium; post tamen diffinitiuam priuationis sententiam, & subrogatio, &, si neutri, conceduntur, per sententiam enim beneficio prouidetur, ad cle. auditor. de rescr.

Quæro, lata sententia per Auditorem Cameræ infra decem dies, quis obtinet sibi de beneficio per priuationem vacante prouideri, an prouisio subsistat, præsertim si postea appellatum non fuerit? Domini de Rota in Barchion. cano. coram Episcopo Morsicano 29. Octobris 1540. concluserunt pro negatiua, & sic pro inualiditate prouisionis, prout decisio. Ptolomei 150. Attento, quòd Papa prouiderat de beneficio vt vacante, & tamen non uacabat ante rem iudicatam, & Papa fundauit se super facto iudicis, & narratum erat in prouisione, quòd sententia transiuerat in rem iudicatam, quod falsum erat. Insuper paria sunt, ꝙ aliqua fiāt post appellationem interpositam, uel intra tempus ad appellandum ad effectum nullitatis, & attentatorum. cap. non solum. de appellat. lib. 6. ubi etiam glo. in uersi. innouata. glo. in l. ex indiciorum, in uersic. secuta. ff. de accusa. & glo. in l. uni. & ibi Ang. ff. nil inno. appell. penden. Non obst. ꝙ non sit postea appellatum; quia non per hoc actus medio tempore, & sic infra tempus ad appellandum factus conualescit. Lap. allega. prima, num. sexto, & alleg. 2.

In supplicationibus impetrationum propter priuationes non debet deleri aliqua reseruatio expressa, uel in literis exprimenda.

Decretum in clausulis. [Quòd si contingat pri-

 uandum]

uandum] beneficium in alterius fauorem, quàm illius, qui per priuationem impetrauit, resignare, seu cedere, aut alias illud quomodolibet dimittere, etiam in manibus. S. V. quod ex nunc, prout ex tũc, & contra, huiusmodi resignatio, seu cessio in oratoris, & non alterius fauorem facta, & admissa sit, ac de illo ipsi oratori prouisum esse eo ipso censeatur] Aliquando concedi uidi, plerumque uerò deleri, nonnunquam limitari his, vel similibus uerbis additis, uidelicet (& post primam sententiam). Causa derogationis, seu moderationis fuit; quia hæc clausula, seu decretum reseruationem quandam infert seu inducit. Et tam decretum præmissum, quàm moderatio huiusmodi fundari uidentur super tex. & illius materia in l. post contractum. ff. de donatio.

Insuper priuandus lite pendente super priuatione beneficij, potest illi ante sententiam renunciare, seu illud resignare, cum non antea sit priuatus. cap. fraternitatis. de cleri. excommu. cap. per tuas. in fi. de simo. cap. dudum. 1. in fi. de electio. & sentit gl. in c. 2. in uersi. finita, ut lit. penden. lib. 6. Felyn. in c. inquisitionis. col. 3. de accusa. idem Fely. Dec. & Io. Fran. à Ripa in cap. 2. de rescript. Gloss. pragma. de collatio. §. item insuper. in uersi. disponere, uersi. poterunt ergo in permutatione unire. Aufre. decis. Tolosan. 438. licet non possit ex causa permutationis, ut per Staphi. super Signa. fol. 64. Thom. Ferrat. in tracta. cau. 44. caute. incip. canonicus. Rebuff. de paci. poss. nu. 262. & seq.

Si autem priuandus sciat impetrationem ab alio factam fuisse, resignare non poterit: ut uoluit Anto. de Butr. consil. 44. casus quidam, presbiter. Pro quibus uide omnino Sarnen. in 42. q. Regu. de Anna. circa medium, ubi etiam ostendit, in quo differat con. But. prædictum a Rot. in antiquio. quinta, de re iudica. adducitque contra dictum cons. But. consi. Geminian. 105. incipiens ad supplicationem.

Accusatus an possit resignare beneficium tractat Nic. Boe. Dec. 205. nume. 8. Dec. 206. num. primo, & sequen.

An autem priuatus appellatione pendente resignare possit. Rebuff. in praxi benefi. de modis amittendi beneficia, nume. 52. & sequen. concludit pro affirmatiua in casu suo, uidelicet in Gallia propter prohibitionem reseruationum, per tex. in l. qui alienationibus. §. fin. ff. de testi. Hæc longiorem discussionem requirerent.

Sciendum est, quòd priuatio beneficij per Papã facta motu proprio, & ex certa scientia absque citatione beneficiati ualida est, ut per Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. in sexta limi. de constitu. & in cap. cum olim. colum. 10. de re iudi. Curt. Iun. consil. 1. post tracta. feud. colum. 11. præsertim quando adest clausula, Ita per quoscunque iudicari debere. vt uoluit Rota in Cesaragustan. Faistuum pro Cardinali Capite ferri, prout Dec. Put. 16. lib. 3.

Si priuatus obtineat a Papa restitutionem plenariam cum reuocatione litterarum priuationis, censetur etiam restitutus ad possessionem prius captã per alium, qui si spolietur non poterit agere spolio contra sic restitutum ut conclusum fuit in Rota in restitutione facta per Leonem X. contra priuationem Iulij II. prout Dec. Mohed. 7. sub titu. de resti. spoli a. incipien. postquam fe. re. Iulius 2. literas cõcesserat. & Dec. seq. licet pro contraria opin. allegaretur quòd restitutio huiusmodi non posset extendi ad ea, quæ sunt facti, puta ad possessionem. l. cũ hæredes. in princ. & melius. §. j. ff. de acquir. poss. Prout etiam habemus, quòd reuersus iure postliminij restituitur in pristinum statum ac si nihil amisisset. l. post liminij. & l. retro. ff. de capti. & post li. reuer. ad possessionem tamen nunquam censetur admissus. l. sciendum. & l. denique. ff. ex qui. caus. maio. l. in bello. §. factæ. prealle. titu. ff. de capti. & post li. reuer. Videantur præalleg. Decis. ubi respondetur ad contraria.

CONFIRMATIONES.

Confirmatio facilius fit, quàm actus in esse productio, ut per Inno. in cap. clamor. de testib. per Dom. meum Phili. Dec. in c. j. num. 152. de probatio. Rip. in l. 1. num. 18. C. de eden. prout etiam dicimus facilius actum coadiuuari, quàm de nouo concedi. l. prima. §. si quis ædificium. versic. Hic enim non nouum opus, sed veteri substinẽdo remedium facit ff. de nou. ope. nunc. l. si donatæ. §. vlti. ibi. Quia tunc factam donationem confirmare uidetur, non inducere nouam. ff. de donat. inter uir. & vxor.

Cõfirmata à sede Apostolica sunt sub ipsius protectione, pro quo pondero text. in cap. cum M. ibi. Et Apostolicæ protectionis præsidio roborato, de constitut.

Confirmationum altera dicitur in forma communi, quæ parum prodest, ut ostendam infra uersi. Receptio in canonicum. & hæc dicitur propria, & naturalis confirmatio, de qua in cap. porrecta, ubi glo. & Doctor. de confirma. uti. vel inuti. & in cap. quia diuersitatem. vbi omnes, de concess. præben. Lap. alleg. 7. disceptat. col. pen. nu. 7.

Altera dicitur ex certa scientia, quæ non solum est prioris iuris corroboratio, sed quasi noua concessio, adeo ut qui confirmat ex certa scientia, dare uideatur, contra propriam naturam confirmationis, ad Barto. in l. more maiorum, colum. 2. num. 5. uersi. dic clarius. ff. de iurisdict. omnium iudi. cum quo omnes ibi communiter transeunt. Dec. super rub. de confir. uti. uel inut. colum. 1. versi. & retenta descriptione. De utraque confirmatione huiusmodi tracto in decima quæstio. reg. 22. de Vnio. Illa prima confirmatio indistinctè concedi solet, et per rescripta officij cõtradictarum, hęc uerò ex certa scientia raro conceditur.

Et hæc confirmatio ex certa scientia operatur, ac si esset de plenitudine potestatis in ijs, de quib. princeps notitiam habere præsumitur: puta si confirmentur ea, quæ in iure, non autem in facto consistunt. Augu. Bero. in cap. primo, num. 30. ubi alios refert. de confirma. uti. uel inuti. Et confirmatio statutorum dicatur in forma communi etiam apposita clausula ex certa scientia per Papam Alex. cons. 80. uol. 6.

18. vol. 6. ac Bero. consi. 180. plura sunt. nume. 25. lib. j. Et quod confirmatio ex certa scientia, quando Papa plenam notitiam habuit de actu, quem confirmavit, aliàs dicatur in forma communi, quæ (vt præmisi) parum aut nihil operatur, voluit etiam Cart consil. 44. post num. 3. ver. per hoc dicimus Papa. Et quòd confirmatio ex certa scientia ius tribuat, & ex certa scientia facta dicatur, etiam si non exprimatur facta debita narratione post Dec. in dicta rub. de confir. vti. vel inuti. voluit Ceph. consi. 170. nu. 50. li. 2.

Receptio in canonicum per capitulum facta cũ promissione præbendæ primo vacaturæ, confirmata a Papa in forma communi quæsitum fuit in Rota an officeret ne alteri per capitulum conferri posset? iudicatum fuit potuisse alteri dari, prout. Deci. Simon. 11. incipien. An si quis sit receptus. & dictum fuit c. dilectus. de præbend. & nota. in cap. si apostolicæ. in versiculo, confirmamus. eod. titu. lib. 6. loqui in alia confirmatione, secus in illa in forma communi, quę nihil dat.

Confirmationes super concessis ab eodemmet Papa non dantur, & iure optimo, cõfirmatio enim ab alio, quàm qui concessit, peti debet. l. adoptio. cum gloss. ff. de adoptio. Hostien. in summ. de confir. vti. vel inuti. numero quinto, dum quærit à quo fieri debeat confirmatio, versiculo, petendum est ab alio, quàm illo qui fecit, quod petitur confirmari: & postea declarat, quomodo eueniat, quòd aliquando idem det, & confirmet, & non solum ab alio, sed a maiori obtineri debet. Alioqui si a pari, vel ab eodem, seu a successore, potius diceretur ratificatio, vel innouatio. Hostien. vbi supra, & idem Hostien. in cap. primo, post princip. in versiculo, confirmatam idest ratificatam, & innouatam. de loca. & ad alia, quæ adduco in 9. q. Reg. de Vnion. num. 6.

Et gratia inferioris a summo Pontifice confirmata licet fuisset inualida & nulla robur, & vires assumit. Ruin. consi. 149. nu. 2. li. 1. Paris. consi. 35. cum alijs seq. vol. 4. Franc. Bursa. consi. 29. nu. 22. versicu. & adeo primam inferioris prælati licentiam.

Confirmationis proprius, peculiaris, & præcipuus affectus est, ne vlterius de actus inualiditate quæratur. cap. 1. & toto titu. de confir. vti. vel inu. Abb. in cap. ea quæ. nu. 3. de re iudi. Iaco. Meno. cõsil. 80. nu. 40.

Confirmationes etiam inter alia operantur, vt per clausulam [non obstante] dispensationes confirmatæ non tollantur. vt per Roma. consil. 327 istæ sunt. col. 2. & per Paris. consi. 140. inspectis, nu. 6. vol. 4.

In materia tangente aliquo modo Camerã Apostolicam, siue petatur confirmatio, siue concessio, vel indultum, semper poni solet clausula in fin. videlicet [Videat Camera] Seu [videatur in camera] Ratio huius additionis est, quia camera thesaurum seu redditus principis, seu ciuitatis colligit, custodit, & distribuit, habetque suos officiales ad hæc deputatos, prout de Camera Paduæ loquens declarat Iacob. Aluaro. de feu. cogni. §. sciendum. col. 1. ibi, camera, in qua pecunia &c. Et de Camera apostolica loquitur tex. in extra. cum nonnullæ, inter commu. sub titulo, de præbend. in clem. ne Romani. §. eo tamen, vbi glo. & Doct. de electio. & Pau. Castren. consilio 106. circa quę, in nou. colum. j. Et ad hanc Cameram, eiusque Camerarium spectat cura redditũum temporalium ad Romanam Sedẽ pertinentium, dicta clem. 2. uer. eo tamen prouiso. de electio. & ibi Card. q. 7. latè præceptor meus. D. Phil. Dec. consi. 404. Viso eleganti. col. 1. nisi igitur Reueren. D. Camerarius ac R. D. clerici, & præsidentes Cameræ Apostolicæ super confirmationibus, seu concessionib. eos concernentib. cognoscerent, easque aliqualiter gustarent, facile Camera Apostolica, & ipse Papa plerunque falli, & decipi possent.

Præcipua igitur, & potissima ratio huius additionis [Videat in Camera] est, ne illi, seu sedi Apostolicæ, vel fisco per quascunque concessiones præiudicium inferatur, argumento tex. in cap. licet. versiculo, ne igitur ius nostrum negligere videamur. de supplen. neg. in cap. quoniam. §. nos iustitiam nostram, & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere. de immu. eccle. libro 6. extra. si fratrum, in princ. Ioan. XXII. ne sed. vacan. Nec ecclesia Romana solet contra se alicui priuilegium cõcedere. argumen. tex. in l. iubemus nullam nauem. C. de sacros. ecclesia. c. cum instantia, iun. glo. 2. de cẽsib. Glo. pragma. de electio. §. pro onerib. in versiculo, alteri, Mar. Soc. de visita. colum. 8. post numerũ 9. versiculo, tertio, quia Rom. Ecclesia, contra se, & suos priuilegiare non consueuit. Maria. Soc. de visitatio. libro vndecimo, in 3. quæstione 14. quęstio. princ. post num. 46. versic. mouetur: quia ecclesia Romana.

In priuilegijs verò, & inuestituris clausula poni solita hæc est [Iuribus nostris, & nostræ curiæ semper saluis] de qua post Isern. Paris. consi. 21. disposuere. nu. 55. lib. j. simile videre est in rescripto Regis Robertis, de quo dec. Neap. 264. quidam Baro, colum. penult. ibi, Nec non procuratoribus, & aduocatis Fisci nostri, qui in ijs iura nostrę Curiæ, inquantum exinde tãgitur, tueantur, ad quod iustitia suadebit.

Nec quis putet modum istum rescribendi [Videat Camera] nouum, & inusitatum esse, similem modum rescribendi obseruarunt nostri Romani in suis Senatusconsultis in hac formam. Videant Consules, ne quid Respub. detrimenti capiat. Cic. in Catil. Decreuit quondam Senatus, vt L. Opimius videret, ne quid Respub. detrimenti caperet. Cæsar libro primo, belli Ciui. colum. quarto. Dent operam consules, prætores, tribuni pleb. quicq; pro consulibus sunt ad vrbem, ne quid Respub. detrimenti capiat. Bud. in Annot. pandect. in l. si in aliquam. §. fi. col. 2. ver. quod tunc fieri solebat. ff. de offi. procons.

In materia verò monachos, seu monasteria tangente additur [Videat protector.

Quid autem possit talis protector, & circa quæ se intromittat, videatur per Ruin. consil. 209. circa quæstionem, num. 3. vol. 5. Est verum, quod plerũ

que

què a constitutione, seu regula alicuius religionis, vel à constitutione ipsius Papæ, seu creatione protectoris maior, vel minor, seu limitata facultas protectori datur. Quantum autem ad clausulam, de qua agimus, sat est, quòd ipsi committatur, quod videat; & sic rescriptum in quacunque materia protector cognoscat, comprobabit, seu infirmabit, vel impetrantem, seu supplicantem excludet.

Pro hac clausula [Videat protector] & præcedẽti clausula, videatur Staphil. super signatu. fo. 150. sed in quantum dicit, q̃ protector est verus ordinarius religiosorum, pro quo adducit consil. Cardin. istud non est verum, nisi illi Papa iurisdictionem ordinariam tribuat, ordinarius enim verus, & legitimus religiosorum, seu monachorum est illorum Abbas. cap. nullus monachus, &c. nullam potestatẽ 18. q. 2. cap. ne pro defectu. §. statuimus, cum gloss. in versic. regularis. de elect. Abb. in cap. decernimus 2. no. de iudic. & in dispu. seu quæst. prima incipiente, Episcopus. ante nu. 29. versi. de inferiorib. prælatorum &c.

Et protegere, nil aliud est, quam defendere, tueri, seruare, prout psal. decimoseptimo, in princip. Protector meus, & cornu salutis meæ. & postea. Et factus est Dominus protector meus, & eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam uoluit me. Psalm. 6. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. psal. 30. in prin. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. & prope fin. Protege eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Ecclesiastici 14. in fin. Protegetur sub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requiescet. l. ad protegendam causam. C. de in lit. dan. tuto. vel cura. Et quòd protectio, defensio, & tutela idem significet, probatur 4. Reg. 20. post princ. & protegam vrbem istam. gloss. fin. in capitu. primo, 12. quæst. prima. Protector autem non solũ eum quem protegit defendit, sed & aduersarium offendit, exemplum habes 2. Machab. 13, Hoc autẽ factum est die illucescente, adiuuante eum Domino protectionis. Idem supponit Iureconsult. in l. 3. in fin. versiculo, qui propositum suum protegere &cæt.

In materijs tangentibus iurisdictionem episcopalem, seu cathedralem ecclesiam, vel illius mensã si sedes episcopalis vacet, Signatura differre solita ẽ confirmationes priuilegiorum, & alia, quæ ab ipsa petuntur vsque quo sedes sit plena, & adsit ecclesiæ proprius defensor, ita ergo respondi Domino Corrado Marino dignissimo causarũ patrono, ac procuratori nobilis Ciuitatis Oritanæ, pro impetranda confirmatione quorũdam capitulorum Ciuitati prædictæ, ac capitulo Oritan. ab Archiepiscopo Oritan. & Brundusin. & à summis Pontificib. p̃ tempore existentibus dignis rationibus concessorum: ita quasi in terminis nostris aliàs respondisse ostendebam Innoc. III. Priori, & conuentui Glostonen. in hęc uerba [Attendentes igitur, quòd episcopali sede vacante non debet aliquid innouari, cum non sit, qui episcopale ius tuetur &c. petitionem vestram nequiuimus exaudire &c.] hęc sunt verba tex. in capit. primo, ne sede vacante. Adducebam etiam tex. in cap. primo, de re. eccl. non alie. libro sexto, versiculo, Quia verò in concessione huiusmodi, prædicta ecclesia, cũ vacaret, legitimo caruit defensore &c. Lap. alleg. 20. si vacante versiculo. Item quia facta sunt vacante sede. Ciuitatis prædictæ postulata retulit. S. D. N. in plena Signatura. R. P. D. Lancellotus vtriusque Signaturæ Referendarius meritissimus: Confirmationi concedendæ annuebãt omnes. Sanctitas sua respondit differendam esse confirmationem huiusmodi vsq; ad futuri Archiepiscopi creationem.

Confirmationem mandati, in quo quis ad aliqd faciendum procurator irreuocabilis constituitur, olim concedi uidi, & impetrabatur ad euitandam difficultatem illam, an procurator etiam cum iuramento constitutus reuocari possit, & si reuocetur, an actus valeant, licet constituens sit periurus, pro quibus videatur gloss. in cap. fin. in versiculo, reuocatus, de procur. libro sexto. Bartol. in l. cum precario. ff. de preca. Angel. consilio decimooctauo, visis capitulis, ante numerum secundum, & nu. 7. libro secundo. Dec. consilio 265. in instrumento. colum. 3. ad fin. dicens idem in administratione, & consil. 47æ. in causa, numero decimooctauo. Felin. in cap. ex parte, de rescrip. & in cap. si diligenti. in 9. limi. de for. compe. præfati concludunt pro parte affirmatiua, ideo necessaria est confirmatio.

Contractus inualidus confirmatur, quod intelligo, quando est inualidus ex defectu iuris communis, & talis confirmatio concedi deberet cum hac limitatione, videlicet [Et sine alicuius præiudicio tertij, & dũmodo non sit alteri ius q̃sitũ, (per l. adoptio non iure facta. ff. de adoptio. l. 2. in fi. ff. de rebus eo. Pro qua confirmatione videatur Paul. Castr. cõsil. 170. donatio, col. j. li. j.

Confirmatio reseruationis legati, vel receptionis in canonicum conceditur. c. si Apostolicæ, iũct. glo. in ver. confirmamus de præb. lib. 6. Rebuff. in praxi, dum ponit differentias inter rescripta gratię & iustitiæ, pag. 85. nu. 47.

Vnionis confirmatio conceditur, si aliquem defectum patiatur, ad cap. ex posuisti, cum ibi no. de præben.

Electiones monialium in abbatissas, seu priorissas confirmantur, absque tamen suppletione defectuum. vnde cancellari debet clausula [Supplentes omnes defectus, tam iuris, quam facti, si qui forsan interuenerunt] & ratio confirmationis est, quia vt plurimum in talibus electionibus non interueniunt omnia, quæ debent, ad cap. indemnitatibus, de electio. lib. 6. & ignorantia iuris mulieres plerũque excusat. l. de die. §. minori. ff. qui satis. cog. l. 1. §. fi. ff. de eden. l. 2. in fi. ff. de iu. fis. Hodie hæc cõfirmatio non facile concederetur propter Concil. Triden. Sessio. vlt. c. 7. tit. de reg. & monia.

Electiones monachorum in Abbates non confirmantur, sed datur pręfectio cum prouisione, vel dabitur noua prouisio. In Alemania verò propter concordata confirmãtur, eum præfectione, & prouisione, quandò monasteria excedũt annuum redditum

ditum ducentum ducatorum tunc concistorialiter. De quibus monasterijs loquitur Reg. 2. Cancel. & Staphil. super signat. fol. 165. versiculo, est & alius casus. Præmissa præfectio cum prouisione, vel noua prouisio hodie forsan denegaretur propter præal. conci. Triden. Sessio. vltim. de Reg. incip. in electione.

Super confirmatione electionis, seu postulationis in abbatem post episcopi consensum, cum clausula limitatiua, habemus tex. in cap. cum monasterium. in fi. ibi, nos autem ipsam, sicut facta est canonicè, confirmamus. de electio.

Canonicè autem aliquid factum esse exponemus idest iuxta canonum regulas. cap. canon. 3. distinct. cap. si gratiosè, in fi. de rescrip. li. 6. Gemin. consilio 106. super dicto, colum. penult. & vltim. Rip. libro secundo. Respon. ca. 23. post nu. 4. Et de verbo, canonica, & quòd sumi possit strictè, seu strictius, & largè, per glo. prag. de electio. cap. licet, in versic. canonicas, & de verbo canonicè, ibi. in addi. Probi.

Confirmatio aliquando concessa fuit electo ad beneficium regulare manuale, quæ confirmatio si sit ex certa scientia, operatur, vt ex manuali beneficio perpetuum efficiatur .i. vt illud obtinens amoueri non possit, prout per Fel. in cap. constitutus, numero 10. de rescrip. & dec. Putei 2. de regula. vbi quòd confirmatio huiusmodi operatur, vt tale beneficium obtinens, absque causa amoueri non possit.

Pensionis ab ordinario impositæ confirmatio non datur, sed Papa denuò concedit, vti Alex. VI. in Signatura seruandum esse statuit, vt etiam refert Rebuff. in praxi Benefi. tit. de reseruatio. ante num. 37. ver. & confirmatio pensionis. ratio est: quia ordinarius non potest beneficium diuidere, & pensionem, seu partem fructuum beneficij vni assignare, prout Papa, ad cap. rohibemus. de censi. c. pastorali. de his quæ fi. a præla. c. extirpandæ; in fi. de præbend. Pau. Roman. in tract. pensio. q. j. nume. 10. & sequen.

Confirmatio electionis, seu institutionis nouæ capellæ per laicos constructę conceditur, dum dicitur [Supplicant quatenus præmissa omnia, & sic bulla auctoritate Apostolica confirmare, & approbare, oratoribusque, vt eis videbitur, per vnum honestum presbyterum, quem ad hoc duxerint eligẽdum in ibi celebrari facere, vlterius licentia minimè requisita possint, & valeant, concedere, & indulgere dignemini] Post illud verbum, in ibi, additur clausula videlicet [Absque rectoris parrochialis, in qua sita est capella huiusmodi, pręiudicio] pro qua clausula facit tex. in cap. ecclesia antiquitus, & cap. sequen. 16. quæst. 1. & in cap. 1. ante fi. de no. oper. nunc.

Concordiæ, seu pactorum confirmatio conceditur vno modo absque aliqua limitatione, quando tenor inseritur, iux. tex. in cap. penul. ibi. Et ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis, tenor compositionis insertus, & ibi gloss. in versiculo. insertus, docet propterea tenorem inseri, ad hoc vt appareat illam compositionem fuisse legitimam nec de illa dubitari possit, confirm. vti. vel inuti. Deleri autem consueuit illa clausula in supplicatione, videlicet [Et quod instrumentum inseri possit] seu [Cum insertione instrumẽti] prout docet Prouin. in materia [Si in euidentem] in 2. not. fol. 64. Quãdo verò clausula conceditur, tunc vel pacta, vel conuentionnes non continent aliquid improbitatis, & confirmantur: vel continent, & reijciuntur, seu lacerantur.

Altero modo, quando tenor non inseritur, sed ponitur clausula [Quòd tenor, & alia necessario exprimenda pro expressis, seu pro insertis habeatur: & tunc semper additur clausula per Signaturam, videlicet [Dummodo seu quatenus licita, & honesta, seu licitæ, & honestæ] ꝑ qua clausula vide Cardin. consilio 44. incipien. quòd ratificatio. alioqui plerunque nihil narrato, vel aliquibus, sed non plene, vel sub inuolucro, contingere posset, ꝙ Papa cõfirmaret improba, illicita, & simoniaca, præsertim si loquamur de pactis in beneficialibus, seu spiritualibus, ad tex. in cap. cum pridem. de pact. & ca. ex parte, primo. de offic. deleg. Hæc clausula, vel similis, si forte addatur confirmationi, quæ insertũ tenorem habeat, non stabit conditionaliter, sed causatiuè, iux. tex. in præalleg. c. pen. iunc. glo. in versic. sicut. de confir. uti.

Et sciendum est, quòd in quibusuis materijs, appositis clausulis quantumuis generalibus relatio facienda est solum ad licita, & honesta non autem ad ea, quæ quid absurdum, vel inconueniens parere possent, ad trad. per Bar. & alios in l. talis scriptura. ff. lega. 1. Abb. in cap. ecclesia. in 6. no. de electio. in cap. 2. requiris. de appel. ac Bero. cons. 30. quamuis. nu. 24. lib. 3.

Trãsactionis confirmatio, quę habebat clausulã [Reseruato beneplacito sedis Apostolicæ] potest obtineri etiam ab vno tantum. dec. Ptolomei. 55. Et quod valeat actus factus sub conditione, si confirmabitur a superiore, voluerunt Dom. meus Philip. Dec. in cap. venerabilis. in 2. no. de confirm. vti. vel inuti. & Iaco. Mand. Alban. consilio 4. casus iste. nume. 25.

Pro præmissa dec. & pro clausula [Attento quòd vtraque pars supplicat] quæ tam in hac materia cõfirmationum, quàm in alijs diuersis supplicationibus poni, seu addi consueuit, ego adducebam in simi. dictum Innocen. cum sua ratione in cap. super eo, 2. quod legit cum cap. de appellationibus, post princip. in ver. certum, cum quo transeunt illius verba declarantes Abb. in dicto cap. super eo, 2. de appella. post numero 16. & Philip. Franc. versus fin. versiculo, secundò quæritur. Et dicta clausula [Attento quòd vtraque pars supplicat] vera redditur etiam distributiuè, & non requiritur, quòd verificetur copulatiuè, idest quòd sufficit quòd unusquisque supplicet pro ijs, quæ ad ipsum spectant, licèt non supplicet pro spectantibus ad aliam partem. prout decisio. Mohedani 9. de Regressu, aliàs 83. seu 113.

Quæro, an si facta sit concordia inter aliquos in materia beneficiaria apposita clausula præmissa (Reseruato beneplacito sedis Apostolicæ) antequam

quam

quam Papa concordiam confirmauerit, possit altera pars resilire? & sic declarare se nolle stare concordiæ? Rota conclusit quòd sic in Galaguritan de Ianguela coram Achille, prout ipsius decisio. 2. de pact. Ratio, quia talis concordia non valet. cap. super eo, de transact. cap. cum pridem, & cap. fin. de pact. Vnde partes ad obseruantiam non tenentur ante confirmationem, per doctr. Abb. in c. super eo in fi. de condi. appo.

Statutorum etiam alicuius ciuitatis Sedi Apostolicæ immediatè subiectæ, vel terræ, seu castri, collegij, seu artis, vel societatis confirmatio, conceditur cum eadem limitatione, videlicet [Licita tamen, & honesta] seu [Quatenus licita, & honesta] & tunc statuta huiusmodi confirmata dicuntur Papalia, ad Bald. in l. ex placito. C. de rer. perm. Vbi quòd statuta Spoletana à Papa confirmata non dicuntur Spoletana, sed Papalia, facit tex. in. c. si eum. de pręb. li. 6. Fel. in c. 1. post nu. 4. ver. vnde denominatio. de spons. Quæ sine dubio procedunt, quãdo confirmatio est ex certa sciẽtia, & sic statuta nostra Romana Papalia dici possunt propter Leon. X. cõfirmationem post nouas reformationes positã, quę est in amplissima forma, etiam cũ clausula suppletionis defectuum.

Aliqui volunt tunc statuta alicuius loci dici Papalia, quando aliàs non confirmata non subsisterẽt per rationem, quam adducunt: quòd qui confirmat actum imperfectum videtur dare. ad l. & quia vbi omnes. ff. de iurisdictio. omn. iudi. pro qua limitatione, seu restrictione vide consi. Rui. 130. de duob. nu. 8. vol. 5.

Immo hæc clausula (Licita tamen, & honesta) ẽt non addita, seu non expressa subintelligi deberet, ad cap. primũ, de iureiutan. libro 6. Bartol. in l. 1. numero primo. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. vbi quod in generali confirmatione priuilegiorũ, seu statutorum debet subintelligi (Dummodo sint iusta) idem vult Bald. in l. 1. prima lectu. versic. & ideo in generali confirmatione. ff. de constit. princ. & consilio 134. copiosè, numero tertio, libro tertio. Roman. consilio. 218. pręsens. post numerum quartum. vbi quòd generalis confirmatio, nunquam intelligenda est, vt illicita, atque iniusta statuta confirmasse videatur. Dec. consilio 72. viso puncto, post nu. 5. ver. 1. quia fuit, & consil. 538. nu. 12. Alex. cons. 59. viso. nu. 6. li. 1. Ias. in l. omnes populi, in 2. lect. nu. 36. ff. de iusti. & iu. & in l. more nu. 38. ff. de iurisdic. omn. iud. Hyppo. de Marsi. cõsil. 10. nu. 54.

Sed dubium magnum oritur, an si Papa generaliter confirmet omnia statuta alicuius communitatis, vel collegij, cum clausula limitatiua. Dummodo non sit contra libertatem ecclesiasticam, vel cum hac clausula. Præterquam ea, quæ contra libertatem ecclesiasticam sunt, per hanc exceptionem cõprobasse videatur omnia alia statuta etiam nulla, vel iniusta? Opin. affirmatiuam tenuit Bald. in cap. primo, in princip. per quos fiat inuest. ipsum etiam refert Aret. consilio octauo. Abund e satis, colum. 2 versiculo pręterea Bald. idem voluit Corn. consi. 6. attentis narratis. colum. 3. versiculo, dico quòd in capitulis excipiuntur. libro 3. de quo etiam Ias. in l. fin. ad fin. ff. quod quis. iur. Ruin. consi. 100. colũ. 6. 104. colum. 4. & 143. colum. 3. lib. 3. Barth. Cassen. consilio tertio. Quæ supra pręmisi, probans, quòd quæcunque generalis confirmatio non comprehendat statuta illicita, & iniusta, præsens quæsitum in partem negatiuam decidunt Aret. dicto consilio 8. colum. fin. versiculo, nec obstat præmissis doctrina Bal. Imo. Aret. & Seisel. in l. legatam inutiliter. ff. de leg. 1. Alexan. consilio 36. viso statuto. colum. pen. versiculo, nec ad hoc obstat. volum. quarto. Felin. in cap. secundo. numero 19. de rescrip. Ruin. consilio 127. colum. 2. volum. 4. Ioan. Anton. Rub. consi. 50. col. fi. Paris. consil. 19. col. 1. lib. 1. & consil. 33. col. 9. lib. 3.

Statutum ecclesiæ Hispalen. quo probibetur, descendentes ex genere marranorum cõsequi beneficia, vel ius ad ea, confirmatũ fuerat per Clem. VII. & confirmatio fuit tenta valida, vt apparet, ex quo in Rota disputatum fuit, an illud statutum per Cle. VII. confirmatum comprehenderet regressum, & die 10. Februarij 1542. coram Crescen. fuit conclusum pro negatiua, & sic cum Rota disputauerit super vno, alterum validum, seu habile suppofuit. ad l. vt gradatim. versiculo, & si lege. ff. de mune. & hone. & ad alia quæ adduco in 7. quæst. 33. Regu. numero nono. præserim: quia superfluum fuisset disputare, an statutum comprehenderetur supra, si de statuti confirmati validitate dubium fuisset.

Confirmatio statuti, capituli, seu constitutionis certi, & determinati numeri canonicorum denegari non consueuit, in qua confirmatione subintelligitur clausula, si expressa non sit, videlicet [Nisi adeo redditus excreuerint, q̃ pluribus alijs sufficiat competenter] ad tex. in Authen. vt deter. si nume. cleri. versiculo, postea verò, & ibi Angel. & prout nota. in cap. cum M. vbi etiam Abb. nu. 41. & 27. Fel. nu. 5. & Rip. nu. 35. de consti. & ibidem Deci. nu. 12. in 4. no.

Locationis quæstarum in Sancti Antonij Viené. ad sex annos confirmãtionem cum dicta limitatione concedi vidi, & necessaria videtur confirmatio huiusmodi, præsertim ad tollendum dubium, an locationi prædictæ vltra triennium obstet extrauag. Ambitiosæ pau. II. de reb. eccle. non alien. inter cõmunes, post princip. ibi, concessionem, hypotecã, locationem, & conductionem vltra triennium. Videatur infra in licentia locandi redditus beneficiorum.

Tales confirmationes locationum quæstarum non puto, quòd hodie passim, & absque aliquali discussione concederentur; licet eam facultas quærẽdi eleemosynas fauorabilis cęnsenda sit, prout in consilio Cald. 9. sub titu. de priuileg. ver. item priuilegium concessum quæstuarijs est fauorabile propter animarum salutem, & per Dom. meum consi. 277. post princi. ab istis tamen quæstuarijs multa mala, pluresq; abusus procedere consueuerunt, ꝑ ut in cle. 2. §. ad hæc, de pœ. & remis. & isti multas fraudes committunt, prout per Dec. in dicto cons. 277. nu. 1. & ego plures ex ijs cognosco, qui sunt infames, nugatores, mendaces, fures, nebulones, & quorum

quorum potissima cura est, à mulierculis, & simplicibus, ac nimium credulis hominibus pecunias, & alia extorquere.

Istis, & alijs quæstuarijs hodie prohibitum reperitur, ne prædicare præsumat per conci. Triden. Sessio. 8. sub Paulo III. cap. secundo, versic. quæstiones verò. Horum eleemosinarum quæstorum nomen, officium, & exercitium per idem consi. Triden. Sessio. 51. aliàs 5. sub Pio IIII. de Decret. Refor. c. 9. sublatum fuit.

Legitimationem a comite Palatino factam a Papa confirmari vidi, cum noua dispensatione, habilitatione, defectuum suppletione, & derogatione amplissima, & valdè prodesse potest talis confirmatio, cum noua dispensatione &c. ad tollendum dubium, an, & quando, & qualiter Comes Palatinus legitimare possit, cum tota eius potestas à facultate sibi concessa pendeat, ad ea quæ volunt Pau. Castren. Aret. & alij in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Socin. consi. 212. prima consultatione. in princip. & colum. 2. ver. 2. præmitto, quod omnis potestas. & Paris. consi. 7. de potestate comitis. nu. 50. li. 2.

DISPENSATIONES.

Dispensare pro distribuere, & dispensator pro eo, qui dispendia domus curat, seu victui distribuendo præest, accipiuntur in l. vrbana. ff. de verborum signifi. l. in l. censoria. ff. eo. in l. dispensatorem. & in l. dispensatoris. ff. de solutio. Et Romanus Pontifex dispensator a diuo Bern. lib. 3. de consideratio. ad Eugeniū vocatur, & ab ipso Christo Lucæ. c. 12. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens? quem constituit Dominus supra familiam suam &c. Et propterea dispensator is dicitur, quod distribuat, ac expendat potestatem sibi à Deo concessam.

Quod nos dispensare nuncupamus, antiqui legibus soluere vocabant. Liui. IX. de bello Macedonico. Pars tribunorum pleb. negare rationem habendam esse, quòd duos simul magistratus præsertim curules, neque capere posset, neq; gerere, pars legib. soluere eū censere Cic. Phi. 2. Cur. M. Brutus te referēte legib. est solutus, si ab vrbe plusquā decē dies abfuisset? & Phi. 11. Ille homo sūmo ingenio, summa potentia, qui ex ædilitate consulatum petit soluatur legibus. & in Oratio. pro lege Manilia. Quid tam singulare, quàm vt ex S. C. legib. solutus, consul anteferet quàm vllum alium magistratū per leges capere potuisset. Ita accipi debere puto apud Hor. ode 2. Carmi. lib. 4. Verba deuoluit numerisque fertur, lege solutis, & saty. sexto. sermo. libro secundo, sic eat in æqualeis calices conuiua solutus legibus. Bud. in anno. in pandect. super l. princeps. ff. de legib. ubi de solut. legib. & canonib.

Dispensatio gratiæ in sacra pag. 1. collatio, præstatio, seu tributio, vel participatio, ad Ephesios 3. in prin. si tamen audistis dispensationem gratiæ, Dei, quæ data est mihi in vobis.

Dispensationem describunt, esse prouidam iuris communis relaxationem, vtilitate, seu necessitate pensatam. gloss. & Doctor. in cap. requiritis. §. nisi rigor. 1. q. 7. ad monasterium. de stat. mona. Anchar. consilio 241. col. secunda. Pau. Castren. consi. 348. colum. secunda, versiculo, præterea dispensat. libro primo, iuxta nouam impressionem. Alexan. consilio 188. col. 2. versiculo secundo, volum. 5. Abb. in cap. cum in cunctis. colum. 1. de electio. & in cap. extirpandæ. §. qui verò. de præben. Specu. in titu. de dispensatio. definit, esse iuris communis relaxationem procedentem ex mera disponentis misericordia. Bald. autem ibi in addi. dicit, quòd dispensatio est rigoris mitigatio, vel moderatio pœnæ facta per habentem auctoritatem ex publica auctoritate vel vtilitate, vel alia rationabili æquitate, quam lex ciuilis indulgentiam appellat. Idem Bald. in cap. primo, de pace Constan. in ver. dispensationem, diffinit, esse seueritatis, & excessuum mitigationem, vel remissionem: subdens quòd iura ciuilia rarò dispensationes permittunt, quia non debet indulgentia crimina subleuari, ad l. si apparitor, ibi Veniam enim talibus non permittimus, nec indulgentijs crimina subleuamus. C. de coarcta. & prin. corni. lib. 12. Alcia. in tract. de verb. signi. lib. 2. nu. 30. dispensationem nil aliud esse affirmat, quàm iuris communis quandam in fauorem particularē relaxationem, seu correctionem, quæ & priuilegiū dici potest.

Item definiri potest, vt sit remissio legis facta ex causa vrgente ab habente potestatem. Abb. in cap. de multa. nu. 8. de præbenp. Paris. consilio 68. dubium exoritur. numero 70. volū. 4. Dispensationis virtus, seu effectus est, vt licitū efficiat, quod aliàs erat de iure illicitum. gloss. penulti. in cap. dudum 2. de electio. cap. non debet. de consang. & affini. Gemin. consi. 106. super dicto, num. 6. Paris. consil. 68. nu. 128. vol. 4.

Dispensationum altera est tacita, quando Papa indigno, vel inhabili scienter prouidet; vel inhabilem, seu indignum ad beneficium, officiū, vel aliud admittit, seu promouet, & de sic admittendi, seu promouendi qualitatibus, & conditionibus instructus & informatus existit, & hæc tacita dispensatio expressæ æquipollet, & plenè operatur. glo. magna. in cap. qui in aliquo 51. distinct. Innoc. & Anton. de Butr. in cap. veniens. de fil. presbyte. Bart. in l. quidam consulebant. in 2. not. vbi etiam Ioan. de Imo. latè. ff. de re iudi. Idem Bartol. in l. Barbarius. colū. fin. ff. de offic. præto. ubi quòd si Papa assumpsit ad dignitatem homicidam, seu apostatam, vel indignū scienter, secum dispensare videtur, gl. vni. cir. prin. in cap. cum ecclesiasticæ. de exceptio. Bal. in l. imperialis. C. de nup. idem Bald. in l. bonorum. C. qui admit. Anton. de Butr. in cap. consultationibus. de iur. patro. quem sequitur Mil. in Reper. in versicu. dispensare an videatnr ille, qui scienter prouidet indigno. Rot. consilio 216. electio dicti. numero 6. & seq. ac consillo 307. in casu. numero 2. Rot. 332. licet Rom. Cur. in not. Ias. qui hanc opin. magis cōmunem affirmat in l. Barbarius. num. 14. ff. præto. Felin. in cap. præterea. col. 2. & seq. de testi. cogen. D. meus consi. 614. in causa. in fi. & in c. si quando, post nu. 5. de rescr.

Di-

cessa sibi super hoc potestate, consilio 80. factum est tale, in princip. Et voluerunt Paris.consilio.136. stante defectu, in princip. volum. quarto, & Lamber.de iu.pat.li.1.p.1.q.9.art,3.post nu.30.ver.adduco duodecimo.

Dispensatus ad dignitates ecclesiasticas, non intelligitur dispensatus ad episcopatum, prout concludunt Innocen.in cap.dilectus filius.de conces. præben.Rot.45.not.quod secundum, in princi.in anti.Mil.post Archid.& Anton.de Butr. in Reper. in versicu.dispensatus ad dignitates. Quę tanto magis procedere debent hodie stante decreto concil. Triden.Sessio.24.aliàs 8.sub Pio IIII.de Refor. c. 1.super episcoporum pręfectione in hæc verba. Et quos ex legitimo matrimonio natos &c.

Dispensatur nonnunquam ad beneficia cum cura, & sine cura, etiam si quis ad ea per electionem assumatur: quo casu non poterit obtinere beneficia ecclesię cathedralis. Rot.407.nota voluerunt, in antiq.Mil.in Reper.in versiculo, dispensatio Papalis, in prin.Staph.super signatu.fol.61.versi.& ideo tenet cancellaria.

Limitant aliqui, nisi dispensatio sit ad beneficia quæcunque, Rot.præalle.407.in antiq.ver.si verò dispensat, vt possit obtinere beneficia quæcunque. Mil.in Reper.in ver.dispen.Papalis.Io.Bap. Ferre. consi.200.mandatum, nu.11.ver.quòd dispen.

In dispensatione illegitimi addi consueuit clausula, videlicet [Dummodo incontinentiæ paternæ imitator non sis] ad tex.in cap. si gens Anglorum, cum sequen.56.distinct.& melius in cap.literas.de fil.præb.de hoc stilo loquitur gl..in c. 2.in versi.defectu, versi.3. propter incontinentiam paternam, eo.lib.6.

Sed aduertendum est, ꝙ per illam additionem non inducitur conditio, prout voluit Rot. Bernar. Bisigne.dec.vni.qui fil.sint legit. versic. secundus obiectus.in antiquio.quæ est eadem cum illa in antiq.845.sequitur Felin.in cap.ex parte, nume.6.in ver.clausula si preces, versi.adde Rot, de rescri.effectus est maximus. Si enim conditionem faceret clausula illa, infinitæ dispensationes huiusmodi nullæ, & irritę redderentur, dispensatus enim sub conditione, si orator non sit paternę incontinentiæ imitator, sub contraria conditione non censeretur dispensatus, ad tex.in l.pecuniam.ff.si cer.pet.l. item quia, ibi. Et nuptijs non sequutis ipso iure euanescit stipulatio.ff.de pact.l.necessario. ff. de peri. & commo.rei vendi, glo.in cap.si pro te, in ver. assensus.de rescrip.

Incontinentiæ paternæ imitatores, ad quos paterna flagitia hæreditaria successione descendunt, abhominationes a Domino dicuntur.cap.pen.§.ꝙ autem.37.distinct.Et quàm sit detestabilis in ecclesia Dei paternæ incontinentiæ imitatio, percipere etiam poteris ex præfatione cap. 15. Concil. Trid. Sessio.vlt.tit.de Decr.Reform.in hæc verba. Vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas, sanctitasq; decet, lõgissimè arceatur &c.

Qui autem sint, qui paternæ incontinentiæ, paternorumq; scelerum imitatores non sunt, & quib, peccata parentum non obsunt, habes Ezechiel. ca. 18. Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis.cum ijs, quę sequuntur. In hanc sententiã deuenire videtur Plato, dum post principium sui noni dialogi de legibus, inquit. Filijs vero eius, & generi vniuerso si mores paternos fugerint, quia nati ex malo fortiter virtutem secuti sunt, honor exhibeatur, & laus. Et loquitur de filijs ciuis, qui commisit in Deum, aut in parentes, vel in patriam. Plerunque autem contingit, vt filij scelerum parentum imitatores sint, illisque nequiores, prout cecinit Horat.ode 6. Carminum li.3.in fin. Aetas parentum peior auis, tulit nos nequiores, mox daturos progeniem vitiosiorem.

Et quòd difficile sit, nec facile præsumendum, quin filius incontinentiæ paternę imitator sit, colligi etiam potest ex verbis eiusdem Horatij ode.4. lib.4. Fortes creantur fortibus, & bonis: Est in iuuencis, est in equis patrum virtus. Nec imbecilles feroces progenerant aquilæ colũbas. Cic.lib.1. Officio. plerunque (inquit) parentũ præceptis imbuti filij ad eorum consuetudinem, moremque deducuntur. Quintil.li.5.c.10.quod maximè procedit, si filius domo patris educatus sit: vnde inferunt filium hæretici in domo patris educatum facile hæreticũ præsumi. Alphon.li.2.de iusta hæret. puni.cap.8. Siman.in Enchiri.tit.40.de pręsumptio.nu.10.pręclara sententia fuit illa Diogenis, adolescentulum ex temulentia alienatę mentis desipientem. Adolescentule (inquit) ebrius te seminauit pater. vt refert Plutarchus in libello de liberis educẽdis, circa prin. vbi alia etiam ad rem nostram, facit tex.in cap.fi.de consecra.dist.5.& Cagno.in l.2.num.604.ff.de ori. iur.Grama.consi.crimi.31.nu.5.& dec.18. Non tamen negauerim, quin ex improbis, & nequissimis parentibus nonnunquam boni, & honesti filij nascantur: plerunque autem ex honestis, dignissimis ac præclaris viris dissimiles nascuntur, prout nos admonent verba Mineruæ apud Homerũ 2.Odissea. Spartianus item in vita Seueri inquit. Et reputant mihi, Diocletiane Auguste, neminem prope magnorum virorum, optimum, & vtilem filiũ reliquisse satis claret, denique aut sine liberis viri interierunt: aut tales habuere plerique, vt melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. Et vt ordiamur à Romulo, hic nihil liberorum reliquit. Nihil Numa Pompilius quod vtile posset esse Reipub. Quid Camillus, num sui similes liberos habuit? Quid Scipio? Quid Catones qui magni fuerunt? Iam verò de Homero, Demostene, Vergilio, Crispo, Terentio, Plauto, ceterisque alijs, quid loquar? Quid de Cæsare? Quid de Tullio? & parum post, Quid Marco fœlicius fuisset, si Commodum non reliquisset hæredem? Quid Seuero Septimio si Bassianum non genuisset? Demostenes item asserebat a uiris bonis quasi fatis volentibus filios improbos nasci. vnde prouerbium, Heroum filij noxæ sunt. Hinc dicit Cicero Isaurici inconstantiam notans, Miror quid sit, quòd pater tuus homo constantissimus te nobis uarium reliquerit.

Quæro

Quęro aliquis est natus ex concubina, quam postea illius pater in vxorem duxit, an iste filius vt beneficium obtinere possit, dispensatione indigeat? Plura hic discutienda venirent, breuitati studēs ego sic distinguo. Aut iste fuit effectus clericus, seu beneficium obtinuit, antequam pater illam in vxorē duxisset, & vera est conclusio, quòd dispensatio requirebatur; illo enim tempore illegitimus erat, & sic ius in initio resistebat, ne illegitimus clericus, seu beneficiatus effici posset: vnde non consideratur superuenientia habilitatis. ad not. per Barthol. in l. si constante. §. quoties, num. 7. ff. solut. matrim. Aymo, qui plures allegat, cons. 197. nu. 8. ver. respōdeo quòd regula. Et tempus datæ inspici debet, an quis sit habilis. Gig. in tract. pensio. q. 22. num. 19. & seq. Aut post subsequens matrimonium contractum iste ex concubina prius natus ad ordines promouetur, seu beneficiū assequitur, & licet sint opiniones, veritas est, quòd dispensationem non indiget, quippè qui verè legitimus effectus est. cap. tanta. cum glo. 1. qui fil. sint leg. quam ibi sequitur Abb. col. 2. & D. meus consil. 155. nu. 5. Illegitimus autem, qui monacus efficitur, dispensatione huiusmodi indigere non videtur. cap. 1. 56. distin. & gl. fi. ad fi. in c. fi. de fi. præsby. Bal. post Guil. de Cun. in l. 1. col. 4. ver. iuxta hoc quæro, an non capaci, in 1. lectu. vbi quòd per oblationem monasterio factam quis legitimatur. C. de sacrosanct. eccle. Lud. Rom. in l. necessarijs, post num. 7. ff. de acquir. hær. Barba. in c. quia nos, in 2. de testa. Mar. Soc. in c. ad audientiam. col. fi. ver. tertia conclusio. vbi subdit, quòd ratio, ne talis sit paternæ incontinentiæ imitator, cessare uidetur in facto monacho. de homi. Tu pro ijs, & alijs huc spectantibus vide pulcherrimum tract. dignissimi, ac doctissimi Cardinalis Paleotti, de Nothis, & Spur. in c. 57. & alijs c.

Aduerte tamen, quòd illegitimi effecti monachi si prælaturas assequi velint, dispensatione summi Pontificis indigebunt. pręalle. c. 1. iun. glo. in versi. prælationem, & ibi per Ancha. Abb. & alios, & c. fi. de fil. præsb. & Gemin. consi. 15. Reue. pater. nu. 13. ver. super tertio.

Quid autem dicemus de moniali, an illegitima absque dispensatione monialis effici possit? Videt quod sic eadem ratione, imò maiori si enim religio operatur in masculo, q non obstante tali defectu licitè promoueri possit ad ordines, & plura incumbant masculis quam fœminis, c. noua, cum gl. ad fin. de pæn. & remi. æquè, vel fortius idem operari debebit in muliere. Contrarium est verius, quòd immò dispensatio requiratur, absq; qua illegitima monialis effici non possit, prout concludūt gl. in c. indemnitatib. §. sanè. in versi. canonica. & Io. And. nu. 6. & Gemin. nu. 7. & alij de elect. lib. 7. & illam gl. sequitur etiam Fel. in c. meminimus. nume. 4. de accus. Rationes differentiæ adducunt Docto. vbi supra.

DISPENSATIO PRO CORRVPTA ad Abbatissatum.

Corrupta absque dispensatione, vel præcedente, vt tutius est, vel iuxta casum Lapi, de quo infra, q non possit esse abbatissa, probat ex tex. in c. si quis omnem. §. nolumus peccatricē. 1. q. 7. in c. iuuenculas, & in c. fi. cum ibi no. 20. q. 1. & voluit gl. in c. quomodo, in ver. eligatur. 31. q. 1. gl. in cle. fi. §. statuimus. in ver. rationabilis, & ibi Card. nu. 4. & seq. q. 10. & seq. de sta. mo. & dec. Cappel. Tholo. 295. incip. fuit quęsitum, an aliqua promouēda. Dispensatum fuit tempore Lapi Castellionei, seu dispensari mandatum fuit cum abbatissa, q non obstante q tpe suæ promotionis corrupta esset p vim eius promotio valeret pinde, ac si dicto tpe fuisset virgo, prout videre est in eius alle. 61. post princip. ver. est. n. per dictas literas, & post nu. 5. ver. nam edictum fuit.

An aūt eps dispensare possit cū corrupta, quicquid dixerit. Arch. in c. indemnitatib. de elect. li. 6. veritas est pro negatiua, & q alius a Papa dispensare non possit, vt concludunt Cal. consi. 3. in fi. ver. tum quia eps non posset et ipse dispensare, si notoria esset corruptio. sub tit. de offi. vic. Card. in alle. cle. fi. §. statuimus, in 11. q. de sta. mon. Fel. in c. meminimus, nu. 4. de accusa. vbi tamen legendum est. Quia cum istud si contra ius. Idem Fel. in cap. at si cler. §. de adulterijs, versus fi. ver. & q corrupta possit esse abbatissa, & ibidem D. meus post nu. 10. ver. nec et dispensare pōt eps q corrupta sit abbatissa, de iudi. sequitur Io. de Sel. de Benef. p. 4. q. 7. nu. 7. Tutius esse tenere, quòd alius a Papa dispensare nō possit post Zaba. & Ioā. de Imo. refidet Apostil. ad dictam dec. Cappel. Thol. 292. pro quibus, & alijs huc spectantibus uideri poterit D. meus Phil. Dec. in c. causam matrimonij. nume. 16. & seq. de probatio.

Verum si corruptæ dispensatio huiusmodi concedatur, non nisi ex maxima cā, vel ratione id fieri deberet, cum contra illam exclamet Propheta dicens. Descende, sede in puluere uirgo, filia Babilon. sede in terra, non est solium filiæ Caldæorum, quia ultra non uocaberis mollis, & tenera. cum ijs quæ subijciuntur Esaię c. 47. Et uirginitas amissa non restituitur. Amos. c. 5. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. Hiero. in Epi. ad Eustochium, & c. si Paulus 32. q. 5. ubi etiā subditur. Quid fiet illis quæ prostituerunt mēbra Christi, & mutauerunt templum sancti spiritus in lupanar.

DISPENSATIO SVper defectu Aetatis.

Dispensare super ætate ordinandi episcopus nō potest. c. dilectus. de temp. ord. gl. pen. in cle. generalem. & ibi Cardin. in 7. q. & Ioā. de Imo. de æta. & quli. similem. gl. habemus in c. cum dilectus. in uer. in ætate. de electio. Idem uoluerunt Host. in sum. §. & cui. in fi. de temp. ordi. & Abb. in c. cum in cunctis. §. inferiora. col. 3. de electio. Gemin. in c. 1. de æta. & qual. li. 6. Hinc uoluit Rom. consi. 325. in 1. dub. ordinarium non posse conferre minori beneficium, quòd habet annexum ordinem sacrum.

Super defectu ætatis signatura diuersis modis dispensat, & quoad canonicatus cathedralis, & col-

legiatæ habemus Reg. 18. iuxta ordinem modernũ de qua supra loquutus sum, dum de Regularum derogationibus tractaui. Habemus etiam Reg. super defectu ætatis 49. iuxta ordinem antiquum.

Tempore Pauli Tertij, & ante, dispensabat in 14. anno ad vnum curatum in commendam vsque ad 18. annũ, deinde cõcedebatur in titulũ. Et ad duo pro constituto in xv. ann. Et ad tria curata pro quocunque constituto in ætate legitima: aliud seruatur hodie, tales enim dispensationes non conceduntur: vix enim dispensatur ad vnum curatũ pro constituto in 23. anno, & summa ratione, ad hoc vt canones, puta cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. capit. licet canon. eodem, lib. 6. & alia iura minus, quàm fieri possit, vulnerentur.

Nonnunquam signabatur supplicatio pro minore, in qua aderant verba in duodecimo, vel circa anno constitutus, iuxta interpretationem Pragmaticorum vera reddebatur narratio, etsi talis in vndecimo anno cõstitutus erat, vide quæ scripsi in gl. Facul. §. volentes, in ver. circa, vrsic. ad vnum tamen circa praxim.

Quando dispensatur cum minore, præsertim in puerili ætate constituto ad beneficium curatum, seu ad dignitatem, apponi consueuit in literis (licet de hoc nulla in supplicatione mentio fiat) ꝙ est spes ꝙ succedente ætate, curam, seu administrationem sibi commissam benè, & prouide exercebit seu optimè se geret] vel per alia similia verba, simile est illud Cic. pro lege Manilia. Tanta in eo reip. benè gerendæ spes constituebatur, vt duorum Cõsulum munus vnius adolescentis virtuti committeretur. Et quando summus Pontifex cũ minoribus dispensat ad curata, & dignitates, etiam superiores, non potest prætendi ꝙ absque ratione procedat: tũ quia semper ratio, seu causa præsumitur in principe, & quòd iuste & sancte agat, quod agit, prout voluit gl. in l. relegati. C. de pœn. c. cum a nobis. & ibi Docto. de testi. clem. vni. de proba. Alci. in tract. præsumptio. reg. 3. præsum. 8. versiculo, considera tamen. tum etiam quia & olim, & hodie nonnulli adolescentes virtutibus & fama seniores superarũt & superant. Huc spectant verba Cic. Phil. At vero apud antiquos, Rulli, Decij, Coruini, multiq. alij, Recentiori autem memoria superior Africanus, Titus Flamminius admodum adolescẽtes Cõsules facti tantas res gesserunt, vt populi Romani imperium auxerint. Idem in alia Philippica de se ipso loquens. Defendi Remp. adolescens, non deseram senex &c.

Dispensatio ad curatũ in minori ætate aliquando conceditur clausula [Quòd ante 25. annum ad nullum sacrum ordinem promoueri teneatur] quæ clausula per signaturam sublata, vt cõmuniter fit, sic dispensatus in 18. anno ad subdiaconatum, in 20. ad diaconatum, indistinctè verò in 25. anno ad præsbyteratus ordinem promoueri debet, per cle. fi. de æta. & qualit. Pro præmissis vide consi. Anch. 293. vltra alia, ver. fi. uer. sed in dispensatione. & cõsi. 304. ista allegata, post num. 2. uer. sed saluo iudicio. & Rebuf. de nomina. q. 9. nu. 53. uer. ult. pone, ꝙ minor est dispensatus ad obtinendum &c.

Dispensatus ad beneficium curatum non obstãte defectu ætatis potest assequi parrochialem ecclesiam, nec tenetur se promoueri facere ad sacerdotium ante xxv. annuũ, & sic non obstante ætate, & quòd non sit in sacerdotio, beneficium obtinebit, illiusq; fructus percipiet. qui aliàs ex statuto, consuetudine, uel obseruantia, collegio, uel alteri, quãdiu rector ecclesiæ sacerdos, efficeretur, applicarentur. Io. And. in c. cum ex eo, post nu. 4. in uersi. iusta de causa. Mil. in Reper. in uerb. dispensatus ut non obstante ætate possit consequi, & in uer. dispẽsatus ad beneficia curata non obstante.

Clausula [Etiam si præbenda sit sacerdotalis, uel aliquem sacrum ordinem annexum habeat] in fauorem minoris raro conceditur. Ratio est: quia licet quis sit in ætate, in qua canonicatũ, & præbendam obtinere potest, tamen si præbenda habet annexum ordinem sacrum, seu præbenda est sacerdotalis, mutata, seu alterata est eius natura, & est diuersa ab alijs præbendis, quoad plura, ut in clemen. 2. §. illi uerò, de æta. & qual. c. ei cui, & in glo. in uersi. sacerdotalis, ubi Io. And. Gem. & Fran. nu. 6. declarant tribus modis præbendam posse dici sacerdotalem, de præb. li. 6. Est uerũ, quòd minor habilitas requiritur in istis præbendis sacerdotalibus, quàm in beneficijs curatis, ut per dictam gl. cir. medium, & per omnes ibi. Ex quo infero, quòd quoad præbendam sacerdotalẽ posset dispensari in 18. anno.

Aduertatur ad pulchrum dictum Cald. consi. 8. sub tit. de rescr. quòd non censetur dispensatum cũ inhabili propter ętatem, ad obtinẽdum beneficiũ, licet ætas minor in narratione sit expressa, nisi dicatur expresse, quòd Papa dispensat super ætate, propter stilum Ro. Cu. qui habet, quòd in dispensatione ætatis semper adijciuntur hęc uerba [super qua tecum de uberioris dono gratiæ dispensamus]

DISPENSATIO AD PLVRA beneficia.

Circa pluralitatẽ beneficiorũ hęc distinctio cadere pòt. Aut habenti vnum, vel plura beneficia insufficientia aliud beneficium cõfertur, & dispensatione aliqua non est opus: ad tex. in c. cum adeo. & in c. postulasti. de resc. Mil. in Reper. in versic. beneficium vnum habenti. Et ratio est, quia non sufficienter beneficiatus pro non beneficiato haberi debet. ad ea quæ adduco. in 37. q. 16. Regul. nu. 2. & seq.

Aut supponimus, prout regulariter supponere debemus, primum beneficium iam obtentum, sufficiens, & competens esse, & tunc aut illud est simplex beneficium in aliqua ecclesia personalem residentiam non requirẽs, & illud obtinenti alterum simplex in alia ecclesia confertur, & dispensatio requiri videtur, Hoc tamen iure vtimur, quòd sufficiat mentio primi obtenti in adeptione secundi, & quòd mentio huiusmodi requirat, probo ex tex. in præalle. c. cũ adeo, in c. postulasti, & in c. si ꝓponente, de resc. in c. cũ teneamur, cũ gl. in ver. sustentari, post prin. & in c. super inordinata, cũ glo. fi. in fi. de præben. Quid autem in beneficijs in eadem ecclesia existentib. tractauimus infra.

Aut

Aut loquimur in beneficijs incompatibilib. seu re sidentiam requirentib. & iuxta diuersitatem beneficiorum, diuersitatem personarum, & diuersitatē temporum diuersimodè dispensari, vel dispensatio denegari consueuit. Hoc regulare est, ꝙ iura omnia abhorrent pluritatem beneficiorum incompatibilium ex pluribus rationib. quas colliges ex tex. in c. quia in tantum. §. per fratres. de præbend. & in extrau. Execrabilis. Io. XXII. eo. c. sanctorum. 7. distin. Rebuff. in praxi benefi. tit. de dispen. ad plura ben. latè per Io. Bap. Ferret. consi. 32. considerata, nu. 6. cum plurib. seq. Nec multum ab ijs rationib. distat ratio illa philosophica, de qua Plato dialogo 8. de legibus, vbi inquit. Duas uero artes, aut studia duo diligenter exercere humana natura non pōt. Huc spectāt verba Iustiniani Imperatoris in l. nemo. C. de assesso. Neque. n. facile credendum est, duabus necessarijs rebus vnum sufficere. Videndi diuus Thomas in quoli. 9. in 13. arti. ac Io. de Lign. in tracta. de plurali. benef. ac diuus Bernar. in epist. 271. ad comitem Theobaldum, vbi ijs honores, & dignitates ecclesiasticas tradi vult, qui eas digne, ac secundum Deum administrare velit, & possint. Et quòd alius à Papa etiam si sit legatus de latere, dispensare non possit super incompatibilibus, concludunt Rot. 286. legatus, in no. & Nic. Mil. in suo Reper. in ver. dispensare non potest legatus de latere super pluralitate.

Dispensatio ad duo curata rarò conceditur, nisi in casu c. de multa, in fi. de præb. & hoc rationi, & iuri consonum est, ne quis duas parrocchiales, seu duo beneficia curata obtineat. iuxta. c. 1. cum alijs. 21. q. 1. c. quia nonnulli. de cle. non resi. præalle. extrau. Execrabilis, de præb. c. dudum. de electio. c. ordinarij. de offi. ord. li. 6.

Similiter decens, & iuri consonum est, vt persona literata duo beneficia curata simul obtinere possit. licet hoc alijs denegetur: ecclesia enim Dei talibus indiget; illisque in omnib. fauere consueuit. iuxta tex. in cap. cum ex eo. de elect. li. 6. Innocen. in c. cum iam dudum, ad fi. de præben. Hyppo. de Mar. in Praxi crimi. §. aggredior, nu. 68. c. super specula. & ibi Abb. in 1. no. de magi. Pe. Rebuff. in 39. priui. schola.

Nec quis putet quemlibet doctorem ad duo curata dispensari, sed illos tantum, qui verè literati, & in scientijs subtimes exiſtūt. qui in ecclesia Dei sūt tamquam stellæ fulgentes iuxta tex. in c. super specula, de magi. & in authen. habita. C. ne fil. pro pat. Inno. in alle. c. cum iam dudū. uersus fi. de præb. & c. cū ex eo. de elect. li. 6. vbi pulchrè per Io. Mona. quem sequuntur Domi. & alij. & ex communi sētentia Doct. in alleg. c. de multa, fauor publicus, vel magna literarura dicitur legitima causa dispensandi, & hanc communem testatur Cur. Iun. consi. 75, habita. nu. 5.

Et quòd uiris literatis debeantur præmia, & honores habes etiam Sapient. c. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Esdræ c. vlt. in fi. Magnifice sunt exaltati verbis legis, quibus edocti sunt. Philo 8. ethicorum. Honor est præmium virtutis. & Cic. in Tuscu. dicit, ꝙ honor alit artes. Hinc dignoscere licet, quàm infelices, & inutiles sint principes illi, ac prælati, qui literatos, & virtutibus ornatos debitis honoribus, ac præmijs defraudant, ignorātes forsan, vel spernentes verba Danielis cap. 12. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splēdor firmamenti.

Ad duo curata dispensatur solum pro verè nobilibus, vel in publica vniuersitate graduatis, & additur clausula [Dummodo parrochiales non distent ab inuicem vltra unam dietam] Hæc limitatio opetur, vt vtrique parrochiali, ac utrisque parrochis facile prouideri possit. Ponamus enim ꝙ rector iste duarum ecclesiarum curæ præpositus in altera residens, ex improuiso alteri ecclesiæ, in qua non residet occurrendum esse cognouerit, statim ad illam accedere poterit, cum non distet vltra dietam, idest viginti miliaria. ad l. vicena milia. ff. si quis cautio. & sic vna parrochialis sat vicina erit alteri. Loca. n. dicuntur vicina non solum per vnam, imo etiam per duas dietas distantia, iuxta text. in c. præsente. de præb. lib. 6.

Pro nobilibus sæpè dispensari vidi ad vnum curatum in 17. ad duo in xx. ad tertium in ætate legitima. Ratio dispensationis pro nobilibus illa videtur esse, quia non solum in actibus secularib. sed & in collatione beneficiorum, & circa dispensationes in illorum fauorem nobilitas in magna habetur consideratione, & nobilitati plurimū defertur. c. de multa, in fi. de præben. c. cum adeo, vbi glo. 2. de rescr. glo. in c. constitutis 2. in uer. impotentiam de appel. c. dudum 1. ubi Abb. nume. 2. dicit in clericis secularibus attendi nobilitatem, secus in religiosis. de electio.

Verū non adeo tumeant nobiles, vt putent eorū vanitati plurimum ecclesiam Dei debere. & eò deueniant, vt credant consuetudinem, seu verius abusum pessimum, ac demoniacum, nonnullarum ꝓuinciarum seu personarum insequentes, sibi licere ex patrimonio Christi, non Cristi oues, sed eorum canes pascere, eorū alere accipitres, saginare equos, nutrire seditiosos, ac perditissimos homines, qui passim homines turbent, parare sibi & suis amplā suppellectilē, ac in illicitos sumptus pecuniā ex cōgerie beneficiorū prouenientē consumere, sciant isti, ꝙ sine peccato mortali, nō pōt quis habere plura beneficia absq; legitima dispensatione, quando alterū ꝑ se sufficit. Abb. in c. cōquerente. in 3. no. de cle. nō resi. citat gloss. in cap. dudum. 2. de electio.

Dispensabatur plerunq; cum supplicante, ꝙ cū omnib. beneficijs cum cura, vel sine cura vnum beneficium incompatibile obtinere posset, & addebatur clausula [Dūmodo non sint vltra duo, tria incompatibilia.] Nunc talis dispensatio nō dat, & si concederet clausula præmissa, nō esset forsan necessaria, ex quo indistincte in quacunq; beneficiorū impetratione exprimunt oīa beneficia nominatim obtēta prius, nec ꝓut aliàs indistinctè cōcedit clausula illa [Et ꝙ obstātię oratoris, ac bñficiales exprimi possint, seu ꝓ expssis habeant] qua clausula deleta seu denegata, necesse est, oīa beneficia iam obtēta exprimere, alioqui gratia omnino nulla erit. ad

c.cum adeo,& c.proponente, de rescrip. & ad alia quæ adduxi,dum de prouisionib.tractaui.

Nouissimè habemus Concil.Triden.Sessio.24. aliàs 8.sua Pio IIII.in Decr.Refor.c.17. sub ijs verbis.Statuit,vt in posterum vnum tantum beneficinm ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur honestè sustétandam non sufficiat,liceat nihilominus alius simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat,eidem conferri.Hæcque nó modo ad cathedrales ecclesias,sed etiam ad omnia alia beneficia,cum ijs quæ sequuntur.

In Hispanijs dispensari consueuit, vt quis duo beneficia patrimonialia obtinere possit,additur tamen clausula, videlicet [In diuersis tamen ecclesijs, in quib. Orator est filius patrimonialis] Quę sint beneficia patrimonialia. & qui filij patrimoniales dicantur,tractaui in 16.q.Reg.de infir. num.4.16. & sequen.

Scias etiam,quòd si dispensatio concedatur ad duo, uel tria curata,intelligi debet de duobus, vel tribus primis,nec variationi locus esse poterit.c.nó potest.§.1.& ibi Francis.de præben.li.6.Archid. in c.1.de fil.præsby.eod.lib.Bald.in cap. innotuit.col. 1.de elect.Rot.339.in no.Alexan.consil.16.breuiter in casu.cir.princ.vol.4.D.meus consi. 169. nu. 1.& 512.num.4.

DISPENSATIO AD BENEF. SVB eodem tecto.

DIspensatus ad duo beneficia,seu duas præbédas,non censetur dispensatus vt illa in eadem ecclesia,sub eodem tecto possit obtinere. Cardin.in c.de multa.§.seu versic.hoc idem,in 4.q. & ibidem Ant.de Butr.Imo.& Abb.de præb.Anch. in c.1.post nu.3.ver.plus ergo,& Fran.col. 2. de cósue.li.6.Rebuf.super concord.sub rub.de collatio. §.volumus,in ver.cathedralib.Ias. in l. beneficiú, nu.41.ff.de constit.princ.Staphil. super Signat.fo. 12.& Sarnen.de Expectat.nu.46.

Ad duo beneficia sub eodem tecto dissimilia,puta curatum,& simplex,seu ad duo simplicia, puta ad duas cappellanias,seu duo altaria, licet de iure obtineri non possint.c.literas.de conces.præb. Ioã. de Ligna.de plurali.beneficio.nu.8.glo.in c. dudú. de electio.Inno.in cap.cum iam dudum. de præb. tamen & olim,& hodie dispensari consueuit. quin & ordinarius dispensare posset,vt etiã voluit Lap. alleg.137.num.4.

Papa autem indistinctè, & vt sibi, & quando libet,tá circa prædicta,quàm alia a iure positiuo introducta dispensare potest:quippe qui in ijs, quæ iuris sunt positiui,& in beneficiarijs,& spiritualibus est dominus absolutus,c.cuncta per mundum 1.& 2.9.q.3.c.proposuit.de cóces.præb.c.innotuit. de electio.l.relegatum,cum glo.fi.ff. de pœn. Vbi quod in ijs,quæ sunt iuris positiui, voluntas est ratio,seu causa.

Aliud concludendum est in ordinario, qui solú ex causa dispensare potest:puta propter personæ sublimitatem,nobilitatem,doctrinam, vel propter aliam rationabilem causam. Pro quibus vide cap. 1.cum ibi no.de consue.li.6.Fed.de Sen.cons.205. ad aures,& consil.seq.Abb.in c. extirpandæ. in repet.§.qui verò,num.41.de præben. & in c. literas, in fi.de conces.præben.

Dispensatio concedebatur ad obtinendum duas dignitates in vna ecclesia ad duos menses, post habitam pacificam possessionem.vide Sarnen.in tracta.Breuium.nu.14.

Et scias quòd dispensatus ad duas dignitates intelligitur,nisi earum altera haberet curam animarú c.quamuis.de præben.lib.6.cle.1.eod.titu.Gamba, Dec. 26. incipien.Lamacen.coram Camillo Nuncius.&cæt.

Canonicatus, & dignitas in eadem ecclesia vidétur esse incompatibiles.c. literas, & ibi Innocen.in princ.& Io.And.& alij,de conces.præb.clem.fi.de præb.c.1.iu n.glo.in versi.nisi de consue. lib. 6.c.si is cui.§.ñ sic auté,& ibi Phi.Frá. in 3.not. de præb. eod.lib.Arguendo à speciali,si de cósuetudine quis simul canonicatum,& dignitatem retinere poterat ergo secus de iure communi; propterea dispensatio necessaria videtur,quæ denegari non deberet; quú etiam vel dispensatiuè,vel aliàs supponant dignitatem cum canonicatu in eadem ecclesia retineri posse.ad tex.in cap.eam te, versus fi.de rescrip.& in c. postulasti,vers.nisi forte.de conc.præb.Et quòd canonicatus & dignitas in eadem ecclesia sint incompatibiles cóclusit Rota. 5.Decembris 1448.prout Decisio.Put.190.lib.3.incipien. In vna Calciaten.

Canonicatus verò, & portio in eadem ecclesia non sunt incompatibiles,prout in Rota cóclusum fuit de mense Martij 1543.in Cartaginen.Portion. coram Puteo,prout dec.Ptolomei 176. de præben. & ponderabatur,nó dari incompatibilitatem,nisi à iure cautum reperiatur expresse,prout per Card. consi.3.circa elucidationem,post princi.& illud cósil.sequitur,& declarat Staphil.super signa. de qua lit.&_statu beneficij.folio 45.iuxta primam impres. versic.circa istam incompatibilitatem, & ante,& post.

Rector item, & cappellanus quis esse potest in eadem ecclesia.Lap.alle.116.Philippus,ante nu. 4.& nu.5.Mil.in Reper.in ver.beneficia plura, vel præbendas.in fi.

An autem pensio faciat incompatibile sub eodé tecto cum beneficio?Concludendum est pro negatiua,in qua residét deducentes rationes Hier. Pau. in lib.nuncupato prouinciale.fo.36.ver.faciút hæc ad materiam,an pensio faciat incompatibile,& Gigas.de pensio.q.32.

Dispensatus ad duo beneficia sub eodem tecto, an censeantur dispensatus ad duo curata? Et vt q̃ non,cú dispẽsatio hæc exorbitás sit,& sic odiosa,& restringenda.p.all.c.q̃muis.de p̃b.li.6. Cú igit com mẽdẽtur duo bñficia incópatibilia,interp̃tatio faciẽda vt de ijs,q̃ generabant incópatibilitaté,ea róne q̃a sub eodé tecto,nó q̃a curata, & sic sublato vno ex impedimẽtis remanẽte altero remanet prohibitio.§. affinitatis. Institutio. de nupt. l. si prius. re sponso. primo. ff. de aqua plu. arcen. l. si domus tua.ff.de seruit.uerba.prædi.c.pastoralis.de priui.c. ex

ex tuarum.de aucto.& vsu pal. In contrariam partem inclinauit Rota prout Dec. And. Gambar. 25. incip. Lamacen. coram Camillo.

Plura alia circa dispensationes ad beneficia sub eodem tecto videre poteris apud Abb. in cap. de multa, colum. 2. de preben. per Fel. in c. in nostra. in 8. corre. de rescrip. & per Rebuff. super Concor. de manda. Apost. §. primus, in ver. ita tamen, ver. & hoc est introductum.

In iure ciuili hæc verba [Sub eodem tecto] aliter accipiuntur, parum autem distant a nostro significatu, prout in l. in ratione legis, quæ est 11. §. si seruus testamento. ff. ad leg. Falcid. & in l. 1. ver. & magis est, vt puniatur ob hoc, quod sub eodem tecto fuit, & ner. licet. n. cesset, & uer. eodē aūt tecto, qualiter accipiatur, l. 3. §. si cum oēs. ver. surdus quoq, & l. excipiuntur, ibi: qui tamen sub eodem tecto fuissent. ff. ad Syllenia. vbi quod idem est dicere, sub eodē tecto, quod in eadem domo, & intra eosdem parietes. Licet in d. l. 1. ver. eodem autem tecto, ibi. Et ait Sextus, videatur ēt cōprehēdi locus uñ vox exaudiri possit: responderi pōt, quod illa interpretatio sit impropria, prout colligitur ex verbis, quæ sequūtur, videlicet, quasi sub eodem tecto fuerint. Dictio. n. quasi, improprietatem, seu fictionem designat. l. si quis. iun. gl. in ver. quasi. ff. de cond. indeb. l. ēt. §. fi. iū. gl. ff. de pet. hær. Doc. in c. parroc. de deci. Bar. in l. si verò. ff. sol. mat. Bal. in l. in suis. ff. de libe. & posth. Sicut igitur in l. j. & 3. ac alijs. ff. ad Syllen. illa verba [Sub eodem tecto] exponuntur intra eosdem parietes, ita & iuxta terminos nostros. Et sicut ibi intra domum, ita & nos dicamus intra domum Dei iuxta Psa. 25. & 121. & c. omnib. 24. q. j. c. decet. de immu. eccle. lib. 6.

Quæro an taciturnitas, quod beneficium, quod prius obtinebam esset sub eodem tecto, inducat inualiditatem secundæ gratiæ. optimo negatiua tenenda est: licet. n. in impetratione mētio fieri debeat beneficij cuiuslis etiam modici iam obtenti. c. cum adeo. c. postulasti. c. si proponēte. de rescri. & c. inordinata. cum glo. fi. in fi. de præb. sufficit tamen clausula generalis in literis apponi solita, Nec non omnia beneficia cum cura & sine cura &c. Iuxta terminos nostros per impetrationem secundi beneficij similis, sub eodē tecto, non facta debita mentione vacabit primum, non autem secundum. c. eam. de con. præb. pro quibus est Dec. Ptolomei. 172. in gratia Tomo 2.

DISPENSATIO SVPER RETEN. propter promotionem.

PEr promotionem ad ecclesiam cathedralē vacant priora beneficia per extra. ad regimen. Gigas. q. 56. nu. 3. & 4 de Pensio. & solus Papa dispensat super illorum retentione, super illis ius antiquum conseruando. c. si gratiosè. de rescr. li. 6. Nic. Mil. in Reper. in ver. dispensatio per quam conceditur promoto.

Archiepiscopatus Neapolitanus an vacasset per promotionem Cardinalis Neapolitani ad summi Apostolatus apicem, qui postea vocatus fuit Paulus quartus, quærebatur, dum ecclesia huiusmodi fuit in administrationem data Alphonso Carafæ Cardinali Neapolitano in 19. vel circa ætatis anno constituto, quando ecclesia Neapolitana prædicta vacauerit? Opinio Barenghi tunc primarij Abbreuiatoris de parco maiori fuit, quòd vacaret ipso iure, & allegabat stilum Cancellariæ, qui pro iure haberi, & inconcusse seruari debet. c. porrecta ibi, Cum igitur a Cancellaria nostra huiusmodi literas emanasse non credamus &c. de confir. vti. uel inuti. Rom. consi. 176. quæstio est nunquid. nu. 11. versi. Serunda ratio. Abb. & Felin. in c. ex par. 1. de rescrip. Boni. de Vital. in cle. ad compescendas. nu. 48. de sequest. posses. & fruct. Gemin. consil. 120. nu. 13. Prouinci. in prin. secundæ partis, versicu. Et nota in primis quòd stilus Cancellariæ. stilus autē erat in literis apostolicis iuxta propositum thema sic exoriri: Cum ecclesia N. per assumptionem nostram ad summi apostolatus apicem vacauerit &c. Ego contrarium sentiebam, & sic eram pro negatiua videlicet, quòd per assumptionem ad summū pontificatum ecclesia præfata non vacasset, sed quando postea Papa decerneret illam vacaret. Obstabant mihi duo: stilus præfatus, ac autoritas Barenghi, vtrumque tollebatur ex illo vulgato axiomati, stilus Romanæ Curiæ modo albus, modo niger. ac post Cassad. dixi in 8. quæstio. 13. Regu. nu. 5. pro mea opin. præter alia dicebam in specie in ea resedisse præclarum illum canonistam collecta. in c. vlt. de conc. præb. qui licet in fi. dicat quòd aliqui Doc. cōtrarium tenuerint, rationes tamē, quas adducit pro hac opi. negatiua validæ sunt, & prius dixerat, quòd contrarium tenere erroneum est. Cum Collecta. tenet & ad eum se remittit Sarnen. in 1. quæst. Reg. de Infir. ante nu. 4. Articulus iste ad Illustrissimum & Reuerendissimum Cardinalē Puteū in theoria, & praxi peritissimum, ac bienniū expeditioni præpositum, remissus fuit, qui in sententiam meam uenit.

Dispensatio obtenta fuerat super retentione beneficiorum cū archiepiscopatu, Card. Put. dec. t. de dispen. dicit resolutum fuisse in Brixien. fructuū coram R. P. D. Prospero nunc meritissimo, & nunquā satis laudato Cardinale de sancta Cruce inter Hospitale Brixien. & Patriarcham Constan. qui permutauerat archiepiscopatum, cū Patriarchatu, dispensationem non suffragari, sed requiri aliam dispensationem. pro qua dec. pōt ēt adduci, quod dispensatio est stricti iuris, & expressio, addita ēt clausula generali, non extēditur ad diuersa, prælertim maiora expressis. ad c. sedes, vbi oēs, d resc. Abb. in c. dilectus. de conces. præb. vbi quod dispensatus ad episcopatum non censetur dispensatus ad archiepiscopatum, & dispensatus ad archiepiscopatum, non censetur dispensatus ad Patriarchatum.

Cōtrariū postea ī eadē cā cōcludi obtinui: & inter alia pōderabā verba dispēsationis huius tenoris [Eidē creaturæ p eā quoad vixerit vnà cū Iadren. cui præest, vel alia quacunque metropolitana, seu cathedrali ecclesia, ad quam ipsum transferri pro

tempore contigerit, ac omnibus, & singulis monasterijs &c. cæterisque dignitatib.&c.] Illa verba [Cum quacunque alia metropolitana, seu cathedrali ecclesia] de sui natura comprehendunt etiam Patriarchatum. ad ca. cleros, versicu. omnes autem. 21. distinct. cap. Constantinopolitanæ, & ca. seq. 22. dist. Vnde ex proprietate verborum comprehendi debebat patriarchalis ecclesia sub verbis prędictis. ad Doct. in d. ca. sedes. Tanto magis cum nihil, vel parum qualitas mutaretur. prout per Anton. de But. in d. c. sedes, col. 2.

Insuper allegabam stilum Cancellariæ, & Rom. Cur. qui est, quòd quando loquimur de cathedralibus, appellatione ecclesiæ venit etiam Patriarchalis, vnde talis vsus loquendi operabitur, vt patriarchalis, includatur, etiam in materia ambigua, & non fauorabili, prout in simili notat Mathesi. singu. 96. Nota vnum, versic. prædicta tamen limitari debent, & singu. 103. nota quod si, ad limi. eorum, quæ dicit Barthol. in l. cum duo. circa. fi. ff. de duo. reis. sequitur Felin. in cap. auditis, colum. pen. ad fi. versic. & adde, quòd si excipiens. de præscri. Insuper dicebam omnia contraria subuertens, quod clausulæ generales, & prægnantes operabantur, vt dato quod patriarchalis ecclesia esset aliquando maior archiepiscopali, ex quo præmittebatur species, & postea clausula generalis [Vel alia quęcunque &c.] comprehendebantur aliquanto maiora. Abb. in cap. primo, de iudic. Felin. in dicto cap. sedes 2. declara. Soc. in l. quidam relegatus. ff. de rebus. dub. in 2. conclu.

An beneficia inferiora, quæ non sunt curata nec dignitas vacet per promotionem ad Cardinalatũ, pro affirmatiua concludunt Collecta. in ca. vlt. vol. 4. de concess. prębend. & Rebuff. de nomina. q. 15. post numerum decimum. Barba. in tractat. Cardin. quæstione 22. & vt. Contrarium tenuit Rota. vt Dec. Put. 16. incip. Beneficia inferiora, sub titul. de præben. per ea, quæ voluit Abb. in cap. ecclesia vestra, quod est 57. sub titul. de electio. post numerũ tertium, versic. Aut habebat beneficia minora. Alij etiam in eadem Dec. ad idem citantur, qui videri poterunt. Videatur etiam Dec. eiusdem Put. 441. lib. 2.

An autem prælati ad Cardinalatum promoti ecclesiæ Cardinalis, & beneficia maiora seu curata vacent? ex supradictis concludendum esset pro affirmatiua vt etiam voluerunt Imol. & Abb. in alle. cap. ecclesia vera. de electio. per nota. in ca. cum in cunctis. eod. in cap. de multa. de præbẽ. & in extra. execrabilis. eo. Host. verò, Ioã. And. & But. contra in dict. c. ecclesia vestra. quàm opin. in Curia seruari dicunt. Ego nouam puto retentionem quę cõceditur. Cardinalis autem habens retentionem in promotione an retineat beneficium annui redditus cc. duc. videatur Dec. Put. 439. li. 2.

An beneficia episcopi titularis (quem nulla tenen sẽ vulgo nuncupant) promoti vacent? Nonnulli pro negatiua concludunt, tales enim episcopi ab alijs differre videntur. per ea quæ dixi in 4. quæst. ad fi. super Reg. Cancel. 26. de vaca. per promotio. Et ibi dictis addo uidendum esse conc. Triden. Session. 14. c. 2. in Decre. reserua. vbi de istis episcopis titularibus, cõtra quos plura ibi statuuntur. Et dixit Barbat. consi. 53. col. 4. num. 3. quòd episcopatus quando est pauper vilescit. Et in persona ecclesiastica, etiam in simplici clerico reprobatur mendicitas. c. 1. de religio. domi. li. 6. c. ad supplicationem. de renun. c. cum secundum apostolum. de præben. Paul. Roman. de pensio. c. 8. nu. 7. Qui opin. negatiuam sequi vellet, adducere posset Dec. Ptolo. 137. cir. princ. incipien. Caurien. beneficij, vbi quòd Rota pro hac opin. affirmatiua sensit. Nec substantialem differentiam constituere possumus inter episcopales ecclesias in vno loco, magis, quam in altero existẽtes ac inter episcopos mendicos, & diuites. iuxta tex. in c. legitimus in Esaia, post medium. versicu. vbicunque fuerit episcopus siue Romæ, siue Eugubij &c. & postea. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel subliuiorem, vel inferiorem episcopũ nõ facit 93. distin. vbi etiam glo. nota. in versi. eiusdẽ meriti. Imol. post glo. in cle. in plerisque. nu. 14. sup gloss. in versic. obnubilat. de electio. Abb. in c. 1. in fin. de cleri. non resi. vbi quod redditus beneficiorum non debent facere prælatum humiliorem, vel excellentiorem. Idem Abb. in cap. licet. num. 16. de translat. episcop. Pro, & contra ponderari potest Dec. Sarnen. 2. lib. 1. incipiens, Beneficium sine redditibus potest dici beneficium.

An autem beneficia acquisita post promotionẽ dicantur reseruata sedi Apostolicę, vel affecta, quo ad reseruationem, distinxerunt nonnulli, aut sunt data in commendam, vt plerunque fieri solet, aut in titulum, & fuit contentio inter Dominos de Rota, prout præalleg. Dec. Ptolo. 227.

DISPENSATIO MONACHORVM pro obtinen. Benefi.

Monachis dabatur dispensatio ad vnum beneficium seculare curatum contra. cap. monachi. in princ. de stat. mon. & Rot. 262. in religioso, præsertim colum. 2. versi. sed in monacho assumẽdo ad curam, & 480. collatio facta, in nou. quę est eadem cum illa. Belle. 714. quę sic etiam incipit, collatio facta, sed in Anglia dispensabatur ad vnũ beneficium seculare cum cura, non tamen ad dignitatem, personatum administrationem, vel officium.

Et quòd beneficia consueta conferri clericis secularib. non possint dari religiosis, & contra, absque Papæ dispensatione probat tex. in c. cum de beneficio. de præben. lib. 6. & uoluerunt Mil. in Reper. in ver. beneficia consueta dari clericis. & Do. meus cõsi. 169. & diligenter, ad fi.

Notandum est, quòd licet fiat extensio de maiori ad minus, ad l. non debet cui plus. ff. de reg. iur. & c. cui licet, quòd est plus. eo. li. 6. pp odiũ tamen dispensationis, dispensatio cum monacho ad curatũ non se extendit ad beneficium simplex, Io. And. in c. quæ

c quę a iure, versiculo, in contrarium adducitur. de reg.iur.lib.6. Fel.in cap. postulasti, ante num. 9. de rescrip.Bartho.Cassen.consilio 39. pro decisione, nume.61.

Fratribus mendicantibus dabatur dispensatio ad obtinendum vnum curatum seculare, non autem ad duo secularia, nec etiam ad pensionem, aut portionem monachalem cum beneficio, iux.c.cum singula.de præben.li.6.

Hodie non solum fratres, seu monachi non admituntur, seu dispensatur ad beneficia secularia, immo obtinentes priuantur, prout in bulla S. D. N. Pauli IIII. pro qua vltra alia iura ego adducebá. c.monachi.de sta. mon. Illa tamen bulla declaratio nem requireret.

Nec noua bulla, nec reformatio erga monachos, præsertim ne ad beneficia secularia admittantur, debent rigorosæ censeri, & tamquam aliquid noui afferant damnari, dicente Mose. Non arabis in boue simul & asino, idest homines diuersæ professionis in uno officio non sociabis. Deut. 22.& ca.in noua actione. 16.q.7.c.cum causam. versic.quam uis autem, & ibi glo.pen.de electio, & diuersitas prefessionis, & habitus, dissensiones, & scandala generare solet.c.quod Deo.33.q.5.& c.quidam.§.cú autem maledictus sit homo, qui terrá duabus vijs ingreditur, & indui ueste non debeat lino, lanaque contexta.de apostat.

Monachus itẽ műdo mortuus est.c. monachus, & c.placuit.16.q.j.& in l.Deo nobis.C.de episc. & cler.& plangentis habet officium, non docentis. c. alia. & c.peruenit, prælleg.16.q.j.c. j. de cappel. mona.

Bulla Pauli IIII. fuit reducta ad uiam iuris per Pium 4. unde perinde est ac si signata fuisset, prout de iure, imò ac si non emanasset. Deci. Paleot. 348. incipien. Dubitatum fuit stantibus titeris pœnitentiariæ.

Fratrib. Sancti Ioannis Hierosolimitani, & Sancti Iacobi de Spata militiarum, & religiosis ordinis beatæ Mariæ Theutouicorum, & canonicis monasterij Sancti Antonij, de Sancto Antonio Vienen. diœcesis, & membrorum eius ordinis. S. Augustini nec dabatur, nec datur dispensatio ad obtinendű beneficium seculare, vel alterius ordinis regulare, nec illorum beneficia dantur clericis secularibus nisi in titulum, arg.d.c.in noua. 16.q.7.

DISPENSATIO AD BENEF. IN Eccle. inq ua pater.

SI quis petebat, quòd posset obtinere beneficiű in ecclesia, in qua genitor suus fuit, vel est beneficiatus, addi solebant hæc verba, videlicet [Dű modo simul non ministrent]

Dispensatio prædicta petenda est à Papa, Episcopus enim eam concedere non potest, nec etiam legatus.cap.penult.cum ibi no.de fil.presbyt.gl.1. versic.nec dispensat hodie cum filijs præsbyterorum, in c.miror. 50.distinct.

Hodie ad beneficiű in ecclesia, in qua pater, dispensatio non conceditur, intellie, in qua pater fuit præfectus, seu ministrauit, & siue filius sit illegitimus, siue etiam legitimus.c. ad extirpandas, & cap.2.cum tribus seq.& cap.penult.de fil. præsbyter.c.ex parte.A. de testi.Præpo.in sum. 56. distin. in fin.Dec.in cap.inter cæteras.2.no.de rescr.Ratio denegationis dispensationis præcipua videtur esse ne beneficia iure hæreditario concedi videantur, contra cap.Apostolica.8.q.1.cap.primo.& c. ratio. de prȩben.c.consuluit.de iu.patro.c.ex transmissa, de fil.præsby.c.ad hæc.de deci.c.ad decorem.de institutio.Anch.in c.venerabilem, post nu.9. de elec. vbi etiam Abb.colum.5.nu.15.

Verum, ne quis decipiatur ex hac conclusione, seu praxi apud omnes vulgata, sciendum est, quòd dum Docto. quærunt, an dispensatio requiratur, seu an dispensandum sit, vt quis beneficium in ecclesia, in qua pater, obtinere possit, cętera habilia supponunt, argum.l.vt gradatim.versi. & si lege.ff. de mune.& hono.l.qui testamento, post prin.ff.de testamen.l.furiosum, in fi.C.qui testm.fac.poss.l.j. §.lex falcidia.ibi.Et omnes testamentariæ pertinẽt, quæ tamen possunt locum habere. ff. ad l. Falcid. Paris.consi.3.in causa veten.numero primo. vol.3. Aug.Bero.in c.cum omnes.numero 35. de consti. supponere igitur debemus, quòd filius, sit legitimus seu legitimatus, vel dispensatus ad beneficia obtinenda, prout in terminis nostris supponit Cald.cő silio, vni, ad fi.versi.secus si esset legitimus, cum autem eum, cum quo est dispensatum, æquiparemus legitimo &c.de fil.præsby.

Rursus limitanda sunt præmissa procedere tantum in eisdem beneficijs, vel quasi, vel penitus similibus, cum illa distinctione, si loquamur de canonicatibus, an habeat distinctas præbendas, vel certum numerum, nec ne, prout in c.ad hæc, & ibi glo.Ioan.And.& alijs, de fil.præsby.præsby. prȩalleg.consi.vni.Calde.num.3.versi.ad secundum, vsque ad fin.consi.cum quo transit Fel.in c.in nostra. corre.3. de rescri.& Io.de Sel.de benefi. p.3.q.12 nu.11.in 5.quali.

Postremo aduertendum est, quòd Clem.VII. reuocauit constitutionem Alexan. Papæ III. videlicet.ex transmissa, de fil. præsbyt. quæ permittebat filium prȩesse posse ecclesię, cui pater prȩfuerat mediatè, statuitque Cle.filium, nec immediatè, nec mediatè succedere debere in beneficijs per patrem obtentis, de anno 1530.ad perpetuam rei memoriá, cuius constituto incipit. Ad canonum conditorem, & est in viridi obseruantia. Illam constituti. Clem. VII. descriptam inuenies in trac.pensio.Hyer.Gig. q.86.circ.prin.

Rursus sciendum est, quòd Domini de Rota, prout dec.Achil.vni.de fil.præsbyt.dictá constitutionẽ Cle.VII. limitarunt dupliciter in Calciaten. coram Fabio, videlicet, non procedere in beneficijs, quæ patres dimiserunt ante illam constitutionem. Et illa verba [Quæ aliquando obtinuerunt] declararuntur per illud verbű, [decętero] Sequenti enim influunt.l.si seruus plurium, in fi. ff. de legat. 1.cum quia natura legis est respicere futura.cap. fin.de constitut.Barthol.in l.omnes populi, in 5.q.

princip.ff.de iustit.& iu. Felin.in c.cognoscentes,in princ.num.7.de constit.Paris.consil.49.nu.3.vol. 4.Altero modo limitarunt nō procedere, si beneficium tempore quo pater illud obtinuerat,erat portio, postea verò ex priuilegio portio illa effecta est canonicatus,& sic erat aliud bneficium.

Quæro, an constitutio Clem.VII.prædicta obstet,ne pater in aliquem resignare possit beneficiū reseruata pensione super illius fructibus in fauorē ipsius filij. Pro opin. affirmatiua facit arguendo de toto ad partem,ad l.quæ de tota. ff.de rei vendi.si enim filius excluditur a toto huiusmodi beneficio, sic ab illius parte videlicet a pensione super parte fructuum. Rursus videretur fieri fraus legi contra tex.in l.hæres meus.§. fin.ff.de condit. & demonst.& l.quod in conditionis.iunct. glo.in versiculo,non poterit.ff.de dona.cau.mort.Contrariū concludendum est: cum in constit. præmissa de pēsione verbum nullum: nulla igitur sit fraus legi: quia in eam quis non committit. Nec argumē. totius ad partem procedit,quā do in parte militat diuersa ratio,quam in toto: vt per Mar.Soc.Iun.cōsil.187.nu.22.li.2.& consi.24.li.3.& ita in terminis nostris concludit Gig. in addi. ad dictam eius q.86.de Pensio.incip.Quæritur an stante constit.

Nouissime circa nonnulla ex præmissis habemus concil.Trid.Sessio.vlt.de Decre.Refor.c.15. incipiente,vt paternæ.

Quærit item Gig.circa præmissam constitu. a numero decimo,vsque ad fin.quest.an sicut filius prohibetur obtinere beneficium patris, ita contra pater habere non possit beneficium filij? Ipse Gig. dicit,opin.Hostien.esse communem,& tenendam, & in iudicando ab ea non recedendum, sed in puncto iuris fortè sustineri posse opi.Hostien.quæ est, quòd vterqne prohibeatur,arguens,& probans, ꝙ etiam in exorbitantibus, & pœnalibus fit extensio ex identate rationis, Ibi dictis addo, quòd sumus in correlatiuis,quorum idem est ius.l.fi.& ibi Bartol.in vlt.not.ff.de acceptila.l.1. & ibi Bartol.ff. quod met.cau.l.1.vbi etiam Bartol. C.de cupres. libro vndecimo.Amplio procedere etiam in statutis iutis communis correctorijs, & hanc communem testatur Cur.Iun.consil.6. circa has. numero primo,& sequenti. Verum quantum ad præmissam constitutionem. Clemen. VII. attinet plura hinc inde adduci possent, quæ hic breuitati studens non scribo.

DISPENSATIO CVM Neophitis.

Neophitus quasi νεόφυτον, hoc est nouum germē seu noua planta dicitur, apud nos verò,qui nuper ad fidem accessit, quasi nuper insitus. Nouitius item interpretatur, seu in disciplina religiosæ conuersationis rudis.Magister sent.li.4.dist.6.ad fi. Hos etiam infantes vocare possumus; iuxta illud Io.2.scribo volis infantes &c.

Neophiti,seu Iudæi conuersi ad fidem Christi, an sint beneficiorum ecclesiastorum capaces, magna est inter Docto.altercatio? pro parte negatiua concludentes adducunt illud Apostoli ad Timot. 1.c.5.Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum &c.Non neophitum &c.quę omnes qualitates ibi positæ extenduntur ad alios clericos,licet ibi de Episcopo tantum sermo fiat.c. cognoscamus,iun.gl.34.dist.c.1.81.distinct.Host. in sum.de temp.ordi.§.& cui.Mar.Soc.in c.ad audientiam,post nu.62.de homic.Adducūt ēt tex. in c.j.& tota 48.dist.vbi quòd Iudæi nuper conuersi duabus de causis promoueri prohibentur,vna, ne existiment ecclesiam eis plurimum indiguisse: Altera,quia corruit murus, cui pondus tignorum superimponitur,humore nōdum desiccato,c.neophitus.61.distinct.Greg.li.8.Episto.23. ad Fortu. Neapolitan.episcopum scribit,neminē ad religionem couersum ante biennium debere tōsurari: & c.monasterijs.19.q.3.ac consi.Arelaten.2.sub Syluestro Papa 1.celebratum, statuit eos non esse ad diaconatus,vel sacerdotij officium ordinandos, vt d.con.can.1.si prohibentur ordinari,ergo beneficia habere non possunt.

Insuper Neophiti non admittuntur ad officia secularia.c.constituit.iun.glo.in versi. qui ex iudæis. 17.q.4.aliàs 679.Roma.sing.672.c.nulla 54.dist. Nunc veniamus.ver.sed qui de eo,qui est factus de iudęo christianus, sequitur Lamber.in trac.iurispa. lib.1.p.j.q.7.arti.3.nu.31.fo.9.Ias.super rub.ff.de iust.& iu.col.j.Anan.& Fel.in ca. cum sit.col.1.de iude.ergo nec ad ecclesiastica.c.si officia secularia. 58.distinct.

Rursus paria sunt,an quis sit iudæus,quoad ordines suscipiendos,& beneficia obtinenda, vel de recenti ad fidem conuersus,prout declarat Ioan.de Ana.in c.cum sit,col.fi.de iudæ.sequitur Fel.consi. 3.habent legistæ.nu.9.

Pro opinione affirmatiua facit tex. in c.non pōt, iun.gl.1.in prin.2.q.7.quicquid sentiat Fel.in c.iudæi.nu.1.de testi.Et ad illud, quòd neophiti nō admittantur ad officia secularia responderi potest,cōtrarium esse verius: per baptismum enim habilitatur ad officia publica iuxta tex.in c.eam te.de rescr. & ibi Abb.in vlt.not.& per aquam baptismi fit trāsitus de terrenis,ad cælestia? & de inquinamento ad sanctificationem.c.per aquam.& c.non potest: & alijs,de consecra.dist.4.

Signatura cum Neophitis,seu marranis dispensat ad omnes ordines,& beneficia,quādo ipsi semper vixerunt vt catholici,licet eorum parentes fuerint combusti,arg.tex.in alle,c.eam te,in fi.de rescr. & de iudæis conuersis fundata est ecclesia,c.in nouo,21.dist.c.recurrat.32.q.4.Staphil.super signat. in fin.

Si verò de nouiter ad fidē conuersis non habeatur firma spes,seu morum, & vitæ ipsorū certitudo,non statim ad ordines ecclesiasticos, & beneficia ecclesiastica obtinenda admitternntur,seu secū dispensaretur,ad doctri.Pau.1. ad Timoth. 3.ibi, Non Neophitum,& tota distinct.48.& ibi Præpositus in sum.dicit.quòd si Neophiti essent sanctæ, & approbatæ vitæ,vt fuerunt inter Apostolos, non deberet expectari terminus biennij, anni, seu trimestris.

Si

Si igitur Neophitæ idonei, sufficientes & habiles reperiantur, promoueri ad ordines, ad beneficia, & dignitates prohiberi non debebunt, ad cap. si quis in ægritudine. 57. distinctio. per Felyn. & præceptorem meum ac Rip. num. 29. in capit. eam te. num. 6. de rescript. & per Paris. cons. secundo, ad fin. uolum. 4.

De neophitis, & pro intellectu prææalle. c. constituit. 17. quæst. qnarta, vide Ias. super Rub. ff. de iusti. & iure. num. 6. & Claud. Seysel. ibi, & nouissimè per Sarnen. qui de Neophitis, & marranis plenè, & congrue tractat, & circa intellectum dicti c. constituit. ualde laborat in c. statutum, post nu. 86. de rescript. lib. 6.

Contra neophitos, & marranos loqui etiam videtur diuus Paulus ad Titum cap. primo, inquiens. sunt enim multi inobedientes, uaniloqui, & seductores, maximè qui de circuncisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. cum ijs quæ sequuntur. De neophitis, & marranis habes etiam in reper. Inquisito. hoc ipso uers. neophitus, & in uers. marranatæ.

DISPENSATIO PRO CORpore vitiatis.

Corporis deformitas animi, & morum deformitatem declarat, vt dixit Abb. in cap. quia diuersitatem, primo no. de concess. præben. quod infinitis anctoritatibus comprobat Tiraq. de legibus connub. nu. 47. cum alijs seq.

Dispensatur super defectu oculi, uel alterius membri ad omnes ordines, ad omniaque beneficia obtinendum, dũmodo tamen in oculto, vel in alio membro tanta non appareat deformitas, ꝙ ex eo possit scandalum in populo generari, ad cap. 2. iun. glo. fi. de cler. ægro. & in cap. primo, & 2. de corpo. uitia. Et aduertendum est ad pulchrum dictum Cardina. in dicto cap. secundo, ante finem, versic. generaliter tamen, quòd nulla deformitas impedit, nisi sit in iure expressum, quod impediat.

Dispensari uidi cum eo, qui amiserat oculum ex causa infirmitatis, ut ad sacros ordines promoueri possit.

Similiter dispensari uidi cum eo, qui sibi duos digitos ex simplicitate amputauerat, ut ad sacros ordines promoueri posset, non tamen concederetur dispensatio, si ultra duos digitos pars palmæ etiam à prędonibus abscissa fuisset, non solum propter deformitatem, sed etiam propter debilitatem, præalleg. c. 2. de cler. ægro.

Si supplicans super defectu oculi, uel alio, est absens, committitur ordinario, ut diligenter inspiciat oculum, seu aliud membrum; si verò sit in Curia præsens, ostendere debet se referendario, ut ipse diligenter inspiciat oculum, defectus qualitatem postea relaturus, prout etiam docet Staphil. super Signatu. folio 194. versic. aduertendum tamen est, & ante.

Et de huiusmodi inspectione, & quòd si defectus appareat per similem subiectionem examini, dicatur euidens, & manifestus, uide tex. in cap. secundo, primo responso. de uerborum significa. lib. 6. con. Federi. de Senis. 8. quærit quomodo, post principium.

Cum claudo, qui non posset ascendere ad altare, sine baculo, non dispensatur, quòd celebrare posset. Abb. in cap. presbyterum. nume. 3. de cleri. ægro. Rota fuit tantum claudum, in quo non probatur huiusmodi defectum esse scandalosum non esse inhabilem ad beneficia, cum possit ad ordines promoueri si sine baculo potest altari deseruire ad litteram dicit Deci. Guidob. 50. incipiens in vna Burgen. Qui philosophiæ amator est, uideat uerba Platonis dialogo VII. de Repub. non longe à fine illius dialogi, ubi monet philosophię sacris initiandum, & Reipub. pręficiendum, non debere esse claudum, at in diuersis sensibus ibi claudus sumitur.

Nec apud gentiles in virginem vestalem admittebatur, quæ erat corpore uitiata, uti apud Aul. Gel. Noctium Atti. lib. 1. c. 12.

De dispensatione cum corpore uitiatis, puta claudis, gibbosis, & alijs, quos parentes ex inueterato usu, seu potius abusu Dei ministerio offerre consueuere, contra illud Leuiti. 21. Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedat ad ministerium eius; cum ijs, quæ subijciuntur, & c. hinc etenim 49. distin. Hiero. ad Fabiolum de veste sacerdotali. Idem super Malachiam, Indignum enim est dare Deo, quod dedignatur homo, cap. fin. in fin. 49. distin. uideatur per gloss. pragma. rubr. de nume. & quali. Cardina. in uersi. vitiati, & per Dom. Pet. Rebuff. in praxi sub titulo de dispensatione cum corpore uitiatis: Et de impedimentis debilitatis, deformitatis, & impotentiæ, & qualiter inter se differant, videatur per Hostien. in sum. sub tit. de corpor. vitia. Et de cęcis, & claudis habes secunda, Regũ. 15. Iccirco dicitur in prouerbio cæcus, & claudus non intrabunt in templum, &cæt.

Alius a Papa cum præmissis, & alijs corpore uitiatis dispensare non potest. cap. non confidat. 50. distin. Innocen. in cap. cum æterni, de re iudi. lib. 6. Anto. de Butr. in cap. significauit, de corp. uitia. Mili. in Reper. in uersic. dispensare potest solus Papa cum corpore uitiatis. de corpore uitiatis. latè etiam tractat Io. de Sel. de Bene. parte 3. quæst. 5. in 3. qua lit. num. 31.

Pro præmissorum vitiorum, & aliorum declaratione, & significatione uide etiam apud diuum Thomam prima secundæ quæstio. 102. arti. quinto, ad nonum. Cęcus etiam interpretatur ignorans. Claudus, idest instabilis, & ad diuersa inclinans, paruo, grandi, uel torto naso, qui per defectum discretionis, uel in plus, uel in minus excedit, aut aliqua parum exercet. Fracto prede, uel manu, qui amittit ueram uirtutem bene operandi, uel procedendi. Gibbus ante, vel retro, qui habet superfluũ amorem terrenorum. Lippus, cuius per carnalem effectum ingenium obscuratur, contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Albuginem in oculo habens,

bens,ideſt habens præſumptionem candoris iuſtitiæ in ſua cogitatione. Scabies,ideſt petulantia carnis. Et ſcabies quaſi ſquamies,quæ tenuis aſperitas & ſquammatio eſt. Lepra verò aſperitas cutis ſquammoſa,prout per Iſido.Etimo.lib.16.cap.tit. de morbis, quæ in ſuperficie cutis uidetur. Impetigo quæ ſine dolore corpus occupat, quam Iſido. vbi ſupra ſiccam ſcabiem appellat prouenientem à corpore,cum aſperitate, & rotunditate formæ,hæc membrorum decorem fœdat, per quam auaritia deſignatur. Præmiſſis vijs huiuſmodi maculati,rurſus herniosus,vel ponderoſus,qui ſcilicet geſtat pōdus turpitudinis in corde,licet non exerceat in opere,reijciuntur,vt per San.Thomam dicto artic.5. ad nonum,prima ſecundæ.q.12.

Extra miniſterium diuinum non licet corpore vitiatos excludere,expellere,perſequi,uel illis ſuccenſere,iuxta ſententiam Protagoræ,de qua Plato lib. 17.Nemo(inquit)ob ea mala,quæ vel natura, vel caſu accidiſſe putat,cuiquam ſuccenſet, ſed nec obiurgat,nec edocet,nec punit eas,qui hiſce malis præmuntur,ne tales ſint, ſed omnes potius miſeremur &c. Quæ etiam habemus Etico. lib.1. Et vulgaris eſt ſermo. De ijs,quæ habemus à natura neque laudandi,neque uituperandi ſumus. Fateor,quòd contra hos nonnihil ſuſpicari poteſt, vnde iuxta adagiū cauendum ſit à ſignatis.

Quæro an debilitatio ſola membri, quæ illud mutile reddat, irregularitatē,vel īhabilitatē inducit ad beneficia obtinenda? Pro opi.affirmatiua concludendum videtur, paria enim ſunt non eſſe,& inutile eſſe,ac aliquid non habere,vel inutile habere.l. quamuis.§.ſi conuenerit.ff.ad velleia.l.quoties. ff. qui ſatiſd.cogan.l.prima, §. & quidem non eſſe. ff. quod cuiuſ.uniuer.cap.inter corporalia.§.ſed neq;. de transla.epiſco. Lap.Alle. 81. Non valuit no.1. Bald.in l.prima,colum, vlt.C.de edi.diui Adr. ubi an ſtatutum imponens pœnam debilitanti membrum,locum ſibi uendicet in eo qui debilitauit mēbrum inutile.

Contrarium uerius eſt, quòd immo debilitatio membri nō inducat irregularitatem,ſed ipſa abſciſſio.argumen.tex.in cap.ſicut urgeri.prima quæſt.j. Et hanc opinionem negatiuam veriorem affirmat Abb.in cap.primo, no.9. uerſic. contrarium ſentit hic Gaſpa.qui cleri.uel uouen. ſubdens rationes,ꝙ membrum debilitatum valeat ſaltem ad decorem. Tum quia in pœnis mitior interpretatio facienda ſit.& Fely.in cap.petitio.de homici. Et opin.negatiuam amplexa eſt Rota, prout Dec.Pereg.62.lib. primo.incipien. Dubitauit Peregrinus Fabius,ibi. Quia debilitatio membri non inducit irregularitatem,ſed abſciſſio.

DISPENSATIO DE NON promouendo.

Diſpenſatio de non promouendo ad ſex menſes, ſeu annum, puta in fauorem obtinentis beneficium curatum, qui aſtrictus erat intra annū ſe promoueri facere,ad cap.licet canon, & c. commiſſa,de electio.libro 6. Mil.in reper.in verſic.curatum beneficium obtinens. Barto. Caſſad.conſil. 29.ſtante prouiſione, Staphi.ſuper ſigna.in 4.prin. modo vacandi. folio 71.à ter.ſequen.quæ diſpoſitio procedit etiam in commendatario, ad ea quæ adduco in ſeptima quæſtio.regnum.11.indiſtincte olim concedebatur etiam per ſolam ſupplicationē, & plerunque dabantur plures prorogationes. Hodie talis diſpenſatio denegari ſolet, niſi cauſa legitima allegetur.

Furmulam diſpenſationis de non promouendo ponit Rebuff.in praxi beneficiaria ſub rubri.de diſpenſatione de non promouendo, pagi.328. & ſeq. ubi poſtea ſubijcit quędam dubia,quæ ſuper tali diſpenſatione oriri poſſunt.

Nouiſſimè per Concilium Tridentinum, Seſſio. 7.ſub Paulo Tertio, in Decre.refor.cap.12.ita cautum habemus, facultates de non promouendo,præterquam in caſibus a iure expreſſis, conceſſæ ad annum tantum ſuffragentur.

Poſt Concilium Triden.emanauit bulla declaratoria Pij Quarti, publicata 24. Nouembris 1564. qua diſponitur, diſpenſationes de non promouendo ad ſacros ordines ad quinquennium, vel aliud tempus non ſuffragari, niſi ſingulorum ordinariorum locorum,in quibus ſingula beneficia huiuſmodi conſiſtunt, conſenſus gratis præſtandus ad id accedat.

DISPENSATIO CVM Simoniaco.

CVM ſimoniaco rarò diſpenſat,nec alius à Papa ſecum diſpenſare poteſt.c.ergo.1.quæſtio. prima,gl.in cap.miror, poſt principium. 50.diſtin. cap.de ſimoniaca, iunct.gloſſ.in fin.& cap. nobis,in fin.& c.ſi quis ordinauerit, iunct.glo.in verſicu. per ſedem Apoſtolicam,de ſimo.glo.in verſi.nequeat, in cap.poſt translationem.de renunc. Sel. de bene. in tertia quæſt.ſecunda parte,nu.17. Rebuff.ſuper concor.ſub rub.de electionis derogatione,in verſi. rehabilitationibus, pag.89. Ego nonnunquam diſpenſari uidi.

Simplicitas a excuſet à ſimonia? regulariter concludendum eſt pro negatiua, prout concluſum fuit in Toletan.de Alpedrotte, 24.Octob.1544.coram dom. Proſpero nunc Cardinali præclariſſimo,& reſponſum fuit ad cap.cum vniuerſi. quod in contrarium adducebatur,quòd illa excuſatio fuit ex gratia ad Principem,non ad Rotæ Auditores ſpectans & quia ratio illius tex.ut deceptis ſuccurratur,non militat in uolente beneficium hac via aſſequi,ſeu retinere. Dec.eſt in ſpecie Putei 163.incipiens,in vna Toletan.lib.2.

Simoniacus, qui recepit pecuniam debet totam ſummam conſignare domino Datario,omnia enim ſcelere acquiſita fiſco applicantur.l.Lucius.ff.de iure fiſ. l. ſi quis cum falſo, & ibi gloſſ. & l.cum falſi reus.ff.de falſ.cap.ſi quis dator, iunct.glo.uerſicul. item quia fiſco competit perſequutio.prima q. 3. ubi glo.diſcutit,cui reſtituenda ſit pecunia à ſimoniaco recepta.

Et generale eſt, ꝙ ea quæ cum ſcelere acquiruntur

tur confiscentur, & ubicunque reperiantur, auferantur possidenti, & applicentur fisco. l. in hæredem. ff. de calumnia. l. quod diximus. §. fina. ff. quod metus cau. l. fin. §. fi. ubi etiam gl. in uers. præter ea. ff. de bo. damna. gloss. & Doctor. in l. secunda. C. de con. ob tur. caus.

Et licet de iure etiam ecclesiæ, cui facta est iniuria, pecunia simoniaca huiusmodi restituenda ueniat. cap. de hoc. & cap. audiuimus, de simon. cap. si quis in atrio. 17. quæstio. prima, §. & hanc, ubi Bart. in Auth. quomo. opor. episco. idem Bartol. in §. præ omnibus, quem legit cum princip. in Auth. de sanctis. episco. & hæc est communis opin. ut testatur Roc. de Cur. de iure patrona. in versicul. ipse vel is, quæstio. 25. num. 52. & hanc veriorem dicit Lamber. in eo. tracta. ad finem, sexto artic. quint. quæst. 2. part. prim. lib. pro qua etiam Guid. Papæ decis. Delphi. 58. Ioan. Polleti, ad finem. Camera enim Apostolica & fiscus pecuniam huiusmodi uendicare consueuit. Generalius autem scire volés quando, & in qnibus restitutio, seu consignatio facienda fit de pecunia simoniaca, & alijs malè acquisitis, uideat per Sanctum Thomam secunda secundæ. q. 32. articu. septimo, & ibidem Gaeta, ac per eundem diuum Thomam quæst. 100. artı. vltimo, ad quartum, per Innocen. Abb. & alios in capit. quia plerique. de immu. eccles. & per Abb. in cap. cum sit. de iudic.

In dispensatione, seu absolutione super simonia pro beneficio necessaria est etiam rehabilitatio super retentione beneficiorum, ex quo simoniacus beneficijs priuatur. cap. insinuatum. de simon. Iul. Clar. senten. lib. quinto. §. simonia, versic. item clericus simoniacus priuatur beneficio. Si autem essemus in conditionibus, & pactionibus illicitis, quæ tamen non continerent ueram, & puram simoniam, dato quòd saperent speciem simoniæ, ad cap. cum pridem, & c. fin. de pact. & ad alia quæ adduco in 31. quæst. 32. Regul. Cancell. num. quinto, tamen non propterea quis beneficio priuandus esset iuxta communem sententiam, de qua per Paris. consilio 29. num. 16. uolum. quarto, & Iul. Clar. ubi supra, uers. item clericus simoniacus. Consequenter hoc casu non erit necessaria rehabilitatio quo ad beneficia.

Quæ pœnæ imponantur simoniaco de iure ciuili, quæ de iure canonico, uide Hostien. in summ. hoc titu. §. qua pœna feriatur, per totum. Archidia. & Præposi. in capit. ordinationes. j. quæstio. prima, extra. cum detestabile. hoc tit. Pau. II. inter cómu. Quæ extra. innouat omnes pœnas contra simoniacos statutas, & imponit pœnam excommunicationis ipso facto, cuius absolutio Papæ reseruatur. Insuper statuit, q. in beneficijs simoniaco nullũ ius quæratur.

In omni instrumento in omni actu, in omni tractatu, ubi hæsitationi locus esse potest an cadere possit simonia, expedit apponere clausulam saluo, & reseruato beneplacito sedis Apostolicæ, per ea quæ uoluerunt Dec. consil. 141. num. secundo. Boe. dec. 105. ac Rebuff. in praxi benefi. tit. de noua prouis. uel simplici. nu. 5. Et habemus Dec. 230. in lib. Diuersorum, ubi q. qñ est reseruatus beneplacitus Papæ in instrumento, non dicatur adesse simoniã. Verum intellige sane, quòd beneplacitus reseruetur, deinde à Papa obtineatur illi omnibus narratis alioqui hæc Dec. esset contraria alteri, quæ est peregri. Fabij 82. Fuit dictum in una Oscen. libro primo.

Simonia inhabilita quoad obtinenda beneficia Mil. in reper. in vers. simoniacus in benef. non autem quo ad obtenta super quibusuis non interueuenerit simonia, & ita procedat extra. Cum detestabile Pau. II. de simo. vt per Felyn. in cap. primo, eodem tit. Nic. Mil. in versi. simoniacus. Paris. consilio 29. volum. quarto. & in specie est Dec. Paleo. 57. In causa beneficij de Villatraua, quæ incipit lata fuerat.

Simonia altera dicitur realis, altera conuentionalis, inter quas per dictam extra. cum detestabile differentia constituitur. ut per Cassa. Dec. 5. de constitu. Circa alia regulariter a pari procedunt, & sic tam in dando, quàm promittendo. cap. fin. de simonia. & Dec. Peregri. Fabij lib. 1. 83. In vnas San. Andreæ.

Et in tantum iura abhorrent simoniaca pacta, vt ne sub specie boni, & liciti ad illa deueniri contingat, saltem incautè & imprudenter statuerunt prouisiones per ordinarium factas cum aliquo onere etiam licito nullas fore, puta si prouideatur theologo cum onere legandi theologiam, uel canonistæ cum simili onere: seu cum onere, quòd aliquid detur Fabricæ, uel pauperibus. ad gloss. Inno. Hostien. & Abb. num. septimo, in cap. significatum. de præben. & per communem doctrinam, q. collatio diuinorum libera, & pura esse debet. gloss. quam communiter sequuntur in cap. secundo, de electio. lib. sexto, & in specie conclusit Rota, prout Dec. Putei 596. lib. 3.

Et quod valde mirum est, licet ignorantia absq; culpa non nocet. l. fin. ff. de lega. primo, cap. vltimo, qui matri. ac vi poss. cap. secundo, in principio, de consti. lib. 6. tñ simonia commissa per tertium, pro uiso ignoranti nocet. ut conclusum fuit in Placentin. canonicus. & placentin. Archidiaco. coram Crescen. vbi frater vigore quorundam pactorum pecunia interueniente procurauit fratri inscio resignationem fieri, uideatur Doct. Crescen. lib. 1. incipiés simoniam.

DISPENSATIO DE NON residendo.

Dispensatur aliquando, quòd quis residere non teneatur, sed hodie diuersimodè a tempore præterito, tunc enim sæpe dispensabatur, hodie rarò, tunc etiam sine causa, nunc non sine magna causa, & uera, & habemus Concil. Triden. Sessio. 6. sub Paulo Tertio, cap. secundo, in Decre. Refor. in hęc verba. Episcopi, inferiores &c. opportunis iuris remedijs residere cogantur, nullique priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur. Indulgentijs verò, & dispensationibus temporalibus, ex

veris

ueris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitimè probandis in suo robore per mansuris.

Beneficia omnia saltem κατὰ τὴν εὐσχημοσύνην, seu iuxta concedentiam residentiam requirunt.ca. clericos.71.distin.cap.Eleutherius.91.distin.cap.j. & secundo. 21.quæstio.j.cap. conquerente.de cler. non residen. ubi ampliatur, etiam si beneficium sit modici valoris, seu parui redditus, prout per Hostien.in sum.eod.post princ.in quæst.quis clericus residentiam facere teneatur, Abb. in repetitio. §. qui verò, in cap. extirpandæ, nu.30.uers.ego puto. de præben.

Canonicatus ex consuetudine generali totius Italiæ à iure comprobata non requirunt residentiam. cap.primo, iunct.glo.in versi.nisi vnitum, de con sue.lib.sexto.Abb.consil.96.ad claram, colum.1.in 2.dubio.lib.2. Paris.consil.40.quamuis, num.15. uolum.4.

Beneficia omnia simplicia, seu curam animarum non habentia, hodie residentiam non requirunt, iuxta generalem ecclesiæ consuetudinem. Cardina. & Imo.in cap.fin.de cler.non resid. Alexan.consil.1. colum.secunda, num.2.volum.7.Felyn.in cap.dilect.2.ante nu.secundum, versic.& dicunt non requirere residentiam.de rescript.vbi subdit, contrariam opinionem procedere secundum primitiuam ecclesiam.

Dispensatio igitur de non residendo necessaria solum est pro dignitatibus, & parrochialibus, seu beneficijs curatis, quæ residentiam requirunt continuam, sollicitam, & peruigilem, dicente Domino. Excubate in custodia sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israel &c.cap.ex parte vestra, & cap.sequen.de cleri. non residen.videatur Rebuff.in praxi, dum de dispensatione de non residendo tractat pagi.347. & sequentibus.

Notandum est, quòd quando Papa dispensat ad plura incompatibilia, censetur etiam dispensare super residentia, licet id non exprimatur. cap.si quis in clero. in versic.solemnibus.71.quæstio.prima.& dispensatus ad aliquid, ad omnia accessoria dispensatus esse uidetur, gloss.commu. approbata in cap. quia, intantum, in versi.plures ecclesias, circa medium.de præben.glo.in cap.non potest, eodem lib. glo.pragma.de collatio.§.item insuper, in versicu. consecrari, versic. dispensatio autem ad unum extenditur ad consecutiua.

Rursus notandum est, quòd in tali licentia, seu indulto de non residendo, subintelligitur clausula (quòd per substitutum, seu vicarium deseruire teneatur) vel alia similis clausula videlicet. Quòd interim beneficium debitis non fraudetur officijs. si talis clausula per signaturam non datur, quam aliquando addi vidi; eo enim ipso quòd quis residere tenetur, & ex aliqua causa non residet, per substitutum deseruire debet.cap.penul.de cleri.non residen.Calderi.con.uni.num.secundo, versic.Confirmatur hoc, quia cum Papa.eodem titu.Lap.alleg. 36.utrum absque, num.quarto.ibi, quia vbi non exigitur à iure &c. Abb.in cap.tuæ.in fin. de cleri. non resid.& Gemin.in cap.cum ex eo.§.primo, de electio. lib.6. Immo licet studentes de iure in suis beneficijs residere non teneantur.capit.relatum.de cleri.non residen. tamen vicarium ponere tenentur: vt per Rebuff.de priui.schola.priui.29.

Concilio Tridenti.Sessio.7.sub Paulo Tertio, in Decreto Reforma.cap.3.ita constitutum fuit. Inferiora beneficia ecclesiastica præsertim curam animarum habentia personis dignis, & habilibus; & quæ in loco residere, & per seipsos curam ipsarum exercere valeant iuxta constitutionem Alexan.III. &c.conferant, ut &c. Rursus Sessio.24.aliàs.8.sub Pio Quarto, Decreto Reforma.cap.12. incip.cum dignitates, versus finem.ita cauetur. Omnes uero diuina per se, & non per substitutum compellantur obire officia; & episcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti assistere, & inseruire &c. Sic uidemus illos septuaginta duos a Domino electos, & ad quæcunque loca missos.de quibus Lucæ 10.per seipsos, & non per substitutos officijs suis functos, quæ etiam probantur ex tex.in cap.fin.§.is autem, de offic.delega.& in cap.ad hęc, ubi etiam Abb. ad fi.de præben.

Indulta de non residendo non suffragari nisi singulorum ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia consistunt, consensus præstandus ad id accedat, declarauit Pius Quartus, in sua Bulla publicata 24. Nouembris 1564. quæ incipi. sanctissime in CHRISTO pater, quæ est pro decreta Concilij.

ADOPTANDI INDVLTVM.

Adoptio iuxta glo.in l.filio quem pater, in uersic.imagine.ff.de lib.& posthum.& gloss.in §.adoptio.Insti.de adoptio.est legitimus actus, per quem fit quis filius, qui non est, penè naturam imitans: uel iuxta diuum Thomã quæstio.57.addi.ad 3.par.art.1.in principio, est extraneæ personæ in filium, vel deinceps legitima assumptio. Videre poteris, quæ scribo in 25. specie ingratitudinis adoptiuorum in adoptantes. Subdit San.Thomas dicto arti.primo, ad quintum, adoptionem fieri ad hæreditatis successionem, & quandam subiectionem adoptati ad adoptantem. Gellius Noct.Att.lib.5. cap.19.inquit. Adoptionem genus esse transitus, seu commigrationis in alienam familiam, explicãs eius ueterem consuetudinem. Et quòd etiam per eam nobilitas transeat in adoptiuos, uoluit Rayne. in tracta. Nobilitatis, in quarta quæst.5.princi. per text. in l.liberos, & in l.Senatoris filiũ.ff.de senato. De quo etiam uide quæ scribit Tiraq. de iure primoge.q.84.& de Nobilita.cap.15.num.quinto, & sequentibus, vbi etiam alia inuenies huc pertinentia.

Adoptio à iure diuino originem traxit, prout uidere est, Exod.cap.secundo, ubi filia Regis Pharaonis in filium adoptat Moysen. Sic & Mardochæus Hester in filiam adoptauit. Hester capit. secundo.

Adoptio apud Romanos l. curiata fiebat: licebat autem non patritio plebeium, sed plebeio patritium

tritium adoptare. Tria in adoptione lex obseruari iubebat, ut is uidelicet adoptaret, qui neque procreare iam liberos posset, & cum potuisset, expertus esset. Alterum, ut ita fieret adoptio, ut ne quid aut de dignitate generum: aut de sacrorum religione minueretur. Tertium, ne qua omnino calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si seruarentur omnia, tum adoptionem recte fieri. Nil tamen horum in adoptione P. Clodij seruatũ esse arguit M. Tullius in oratione pro domo sua.

Minor 60. annis adoptare non facilè permitti debet. l. si paterfamil. §. in arrogationibus, & l. nec ei, versicul. tertiò, cuius demum ætatis sit, & utrobique pulchra ratio adducitur. ff. de adoptio. Ego dispensari desuper uidi, & aliquos absque dispensatione adoptasse.

Infans an absque dispensatione adoptari possit? Concludendum est pro affirmatiua. l. infantem. ff. de adoptio. Ias. in l. eam quam, num. septimo, in r. not. C. de fideicomm. Idem uidemus Exod. secundo, ubi (vt premisi) filia Pharaonis adoptauit Moysen infantem.

Adoptiuus quòd etiam in feudis ecclesiasticis succedat, Papa dispensare potest iuxta ueriorem opi. de qua per Cur. Iun. cõs. 138. habita. nu. 2. & seq.

Mulier de iure adoptare non potest absque principis licentia. l. si suspecta. §. quoniam fœmina. ff. de inoffic. testamen. l. si mulierem. C. de adoptio. §. fœminæ. Institu. eo. Io. Andr. super rubri. de cogna. lega. Stepha. Bertran. consi. 158. non puto, versi. preterea cum dicto, lib. tertio, in primis. & diuus Thomas quæst. 57. addi. ad tertia par. arti. 3. ad tertium. Propterea dicunt Reginam Ioannam, quando adoptauit in filium Alphonsum de Aragona, à summo Pontifice dispensationem obtinuisse: prout etiã quòd fuit adoptatus à Ioanna I. anno 1379. accedente assensu summi Pontificis, refert Lamber. de iure patrona. lib. primo, parte prima, quæstio. 7. artic. secundo, num. 17. & seq. uersic. Nec etiam mulier potest adoptare. hanc Papæ licentiam adoptandi, seu Papæ auctoritatem in compendio historiarum Regni Neapolis non inueni, sed bene in alia priori æditione. Ne autem personæ, tempora, & historiæ confundantur, supponendum est, quòd Ioanna prima Regni Neapolitani Regina, quæ diuersis nupsit, non habens filium aliquem, accedente assensu summi Pontificis adoptauit Aloysium primum Ducem ex domo Angio anno 1379. donãdo eidem utrãque Siciliam. Ioanna vero secunda, quæ etiam filios nunquam suscepit, bello uexata, Alphonsum Aragoniæ Regem in filium adoptauit cũ successione Regni utriusque Siciliæ, quem postea ob ingratitudinem occupationis Regni, exclusionis dictæ Reginæ Ioannę II. & diuersas infestationes in illius personam filium ingratum priuauit. Alterumque filium adoptiuum sibi asciuit, videlicet Aloysium Secundũ, Ducem Angiò, postea à Clemente VI. Antipapa in Regem Apuliæ, Siciliæ, ac Hierusalem coronatum. Hæc inuenies in dicto cõpen. Historiarum Regni Neapolis lib. 5.

In testamento ueteri mulier (ut præmisi) adoptauit absque dispensatione, videlicet filia Ppharaonis Moysen, Exo. secundo. Respondeo, quòd quæ spiritu Dei aguntur, non subijciuntur legibus. Actuum. capitu. quinto, uersus finem, ubi scribitur quoniam si ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. & ca. vltimo, ad fin. 19. quæst. 2. Specul. tit. de electio. §. ult. post princ. Lap. Alle. 25. Disputat hic. nu. 2.

Clericus in sacris constitutus an adoptare possit, magna est inter Doctor. contentio. Hanc quæstionem formarunt Guil. de Cun. & Cyn. in l. ab ea parte. ff. de prob. Qui opinioni negatiuæ adhæret, ea præsertim ratione mouentur, quia talis non potest matrimonium contrahere, nec habere filios in potestate; & quòd non licet honestè per naturam, non debet licere per legem, nec per artem, & ita concludit Christofo. Por. in §. in plurimis, post numerum. 18. versi. hinc insurgit. de adoptio. Insti.

Contrarium uero concludentes, dicunt, quem posse naturaliter filios habere, etiam si non legitimè, sed de facto, ut per Ioan. Andr. Cardin. & alios super rubri. de cogna. lega. Ange. Aretin. in §. mincrem, num. quarto. Institu. de adoptio. Alexan. in l. Gallus. §. quid si is, num. decimo. ff. de liber. & posthum. Idem supponunt Bald. Paul. Castr. & Alex. in l. si quis posthumos. in princ. ff. de liber. & posth. Rolan. in tractat. Testamen. rubrica 16. numero 8. de legibus.

Hanc secundam opinionem credo ueriorẽ, pro qua etiam consuluit Caro. Ruin. consi. 167. de pluribus, volum. quinto, pro qua opin. pondero etiam, quòd magis consideratur aptitudo naturalis, quàm impedimentum accidentale. l. secunda, uersic. illud utriusque adoptionis commune est, quòd ij, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. ff. de adoptio. Lap. Alleg. 101. in ciuitate, post num. 12. uersi. non obst. dicta ratio, quia consideratur aptitudo. Videmus etiam uxores non habentes adoptare posse. l. & qui. ff. de adoptio. Ego ad omnem hæsitationem tollendam respondi. D. Claudio Alexandro. S. D. N. familiari adoptare volenti, ut rescriptum desuper obtineret, vel dispensationis, si ante adoptionem, uel confirmationis, si iã facta erat adoptio.

Religiosus autẽ quòd adoptare non possit, clarũ est; ipse enim sub Abbatis potestate est. ca. nullam. 18. quæstio. secunda, c. ad nostram, & c. reprehensibilis. §. fina. & utrobique Abb. de appella. cap. quorundam. in princip. de elect. lib. sexto, vnde alium in potestate habere non poterit. l. sic eueniet. ff. de adulterijs.

DISPENSATIONES matrimoniales.

PRohibitio copulæ coniugalis olim erat usq; ad septimum gradum, cap. ad sedem. versicu. in canonibus autem usque ad septimam distinguitur generationem, & postea: Canones uerò ultra septẽ nullam numerant generationem. 35. quæstio. 5. Hodie est vsque ad quartum inclusiuè. ad quem redu xit Innocen. Quartu, ut in cap. non debet, de consang.

sang.& affin.clemen.uni.iunct.glo.in versic.interdictis,eo. Quod etiam affirmauit Scotus 4. distin. 40. vsque enim ad quartum gradum (inquit) manet amicitia ratione consanguinitatis, & ex tunc incipiunt esse extranei &c. Diuus Thom.secunda secundæ quæst. 14. articu.nono.Intra hos gradus existentes contrahere volentes matrimonium, dispensationem necessariò obtinere debent,alioqui matrimonium dici non poterit, & taliter contrahentes absque dispensatione grauiter peccabunt,grauiterquè in hoc,& alio seculo punientur;eorumq; filij illegitimi,& insuccessibiles erunt.

Affinitas aliquando est licita, aliquando illicita; licita est, quæ contrahitur per legitimum coitum, puta cum sponsa de futuro,vel de præsenti.capitu. quod super his,& toto tit.de consang.& affini.Illicita uerò est,quæ contrahitur per illicitum coitum inter consanguineos masculi, & ipsam fœminam. capitul.veniens,de eo qui cogno.consang.vxoris suæ.& per Rip.respon.1.nu.primo, de rescript.lib. secundo.

Affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum.cap.nec eam.35.quæstio.secunda,cap.discretionem,& cap.penult.& vlti.de eo qui cogno. consang.Hyer.Pau.in suis no. dum de dispensationib. matrimonialibus loquitur,folio 65.versic.affinitas etiam contrahitur per fornicarium coitum. Marsi. in singu.254.incipiens ex illicito coitu.& Ioan.Cæpha.consil.72.incipien. Hæreditas,num.35.lib.1. Idem uoluit Dom.meus post alios in cap.per tuas. num.secundo,de probat. pro ijs plenè Couaru.in epito. super quart. Decre. par. cap.secundo, 6.§.7. nume.3. coitus autem illiciti qui sint, declarat Iul. Clar.senten.recep.lib.quinto.§.fornicatio.videlicet quòd omnes coitus præterquam cum vxore,& hęc et fuit sententia Aristot. pro quo ego adduco illud 1.ad Corin.6.versus finem. An nescitis,quoniam qui adhærent meretrici, vnum corpus efficitur; erunt enim inquit duo in carne una. intelligit Paulus de eo quod scriptum est Genesis, capitu.secundo,in fine.

De iure autem ciuili non contrahitur affinitas, nisi legitimæ sint nuptiæ.l.non facilè.§.affines.&.§. sciendum.ff.de gradi.Sed aduertendum est,quòd consideratio legis fuit circa hæreditates, & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduersus affinem testimonium dicere.l.iurisconsultus,in princ.ff.eo. capit.si testis.§.lege Iulia publicorum iudiciorum. quarta quæstio.3. Canones vero quoad matrimonia prohibenda considerarunt unionem carnis,quę ex quauis copula insurgit,ut etiam per Doct.super declaratione arboris affinitatis.

In primo affinitatis gradu an Papa dispensare possit, est contentio inter Doctor.& plura hinc inde adducuntur,prout per Doct.in cap.fi.de diuor. & per Ægid.Bellame.consil.28.in facto. mihi verior,& communior opin. videtur affirmatiua,pro qua facit dictum cap.fi.de diuor.ibi.Concedimus, ut matrimonijs contractis cum relictis fratrum vtantur,& sic Papa ibi dispensauit. Pro hac opin. concludunt etiam Ioan.de Turre Crema.in capit. coniunctiones,colum.secunda.35. quæstio.secunda. Mil.in Reper.in versic.dispensare potest Papa, versi. item potest dispensare ex causa in primo gradu affinitatis.Hierony.Paul. in lib.nuncupato prouinciale,folio 65.uersic.item potest dispensare etiã in primo,& nouissimè Sigismun.Loffre.consi.50. in causa.post nu.secundum,uersic.superioribus tamen,quod con.prout post illud apparet, comprobatum fuit a Doctor. Neapolitanis. vide latè per Paris.cons.68.dictum,uolum.quarto.Iulius Secundus, dispēsauit cum Rege Angliæ ut duceret eam, quæ olim matrimonium consummauerat cũ fratre Regis defuncto. Rex Portugalliæ Emanuel duas sorores uxores successiuè habuit dispēsatione summi Pontificis,& cũ prima consummauit matrimonium,super dispensatione Regis Emanuelis scripsit frater Barthol.de Spi.in tractatu.de potesta. Papæ super coniugio,numero 115.& seq.

In secundo consanguinitatis, vel affinitatis gradu temporibus elapsis aliquando dispensabatur; & compositio erat arbitratia. In supplicatione rationes dispensationis obtinendæ adducebantur; & gratiæ huiusmodi signabantur, quando matrimoniũ erat contractum,& consummatum,ad euitandum scandala,& ne mulieres perpetuæ diffamatæ remanerent.Pro contrahendo verò matrimonio nunquam dispensatio præmissa concedebatur, nisi inter Reges, seu Principes; vel illustres. Quod etiam Concilio Tridenti. comprobatum uidemus Sessio 24.aliàs sub Pio Quarto, de Decret. Refor. matri.cap.quinto,in fin.sub ijs verbis.In secundo gradu nunquã dispensetur,nisi inter magnos principes,& ob publicam causam.

Concessa fuit dispensatio in secundo consanguinitatis gradu intuitu inuictissimi, ac religiosissimi Caroli V.qui eius filiam Serenissimo Maximiliano ex fratre nepoti nuptui tradidit, & sic merito dignitatibus,& personis delatum fuit,iuxta tex.in capitul. pastor, post principium,de offic.deleg.c.quia pontificali, eo.lib.6.

Dubitarunt aliqui, an Papa in secundo consanguinitatis gradu dispensare possit, & pro opin. negatiua ultra alia adducitur.cap.non debet, de consangui.& affinit. Communis est opinio,& hæc est veritas, quòd Papa in secundo dispensare possit, ad glo.& Abb.in cap.litteris,de restitu.spolia.& in cap.proposuit, de concessio.præben. & firmat Paris. attestans hanc esse communem opinionem consilio 56.licitè, & lege, num.secundo. & respondet ad contraria,uolum.quarto.Hiero.Pau.in lib.nuncupato Prouinciale. folio 65.uersic.dispensare potest matrimonium contrahi. Difficultas etiam hodie cessat ex dicto c.5.in fi.de Refor. matri. Sessio. 24.Con.Triden.

Formula dispensationis in secundo gradu hæc erat:Beatiss.Pater exponitur S.V.pro parte deuotorum illius oratorum A. laici, & D. mulieris amborum Mediolanensium, quòd ipsi olim scientes,se secũdo consanguinitatis gradu ex eo prouenien. quòd matres dictorum oratorum erant sorores germanæ, matrimonium inter se per verba de præsenti contraxerunt, illudque carnali copula consummarũt. Cum autem, Pater Sancte, ijdem coniu-

ges

ges in huiusmodi matrimonio remanere non possint, absque Sedis Apostolicæ licentia speciali, & si diuortium fieret inter eos grauia exinde scandala uerisimiliter oriri possent, supplicāt humiliter. S. V. coniuges præfati, quatenus eos à quibusuis excommunicationis, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrerent, incestus reatu, & excessibus huiusmodi absoluere, necnon eisdem coniugibus ut impedimendo consanguinitatis, quod ex præmissis prouenit, nō obstāte, in matrimonio per eos contracto licitè remanere, aut illud denuo in faciē ecclesiæ contrahere liberè, & licitè valeant, dispensare, ac prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendā exinde legitimam fore, decernere dignemini de gratia speciali. Non obstan. &c. Et cum absolutione &c. Et de absolutione, dispensatione, & decreto prędictis in forma gratiosa, si uidebitur, latissimè extēden. Et quòd præmissorum &c.

Illa clausula (A quibusuis excommunicationis &c.) necessaria est, prohibitas enim nuptias scienter contrahentes excommunicati sunt ipso facto. Ludo. Roma. consil. 307. in casu, in prin. ubi etiam tractat, quando Papa dispensans super matrimonio in gradu prohibito scienter, absoluere censeatur ab excommunicatione absque expressione absolutionis. & cum Roman. transit Felyn. in capit. final. in sexta fallentia. post numerum nonum, de exceptio.

Iusta causa dispensandi in secundo, & alijs gradibus prohibitis est bonum quietis, & pacis, atque confœderatio. cap. secundo, & ibi no. Doctor. post glo. fina. de despon. impu. Præpo. in cap. de illo. 32. distin. Staphi. super sign. fol. 189. à ter. iux. primam impressionem. Paris. consil. 86. dubium exoritur. nu. 129. uol. 4.

Ad euitandum grauia scandala magna est causa in huiusmodi dispensationibus, multa enim prohibita, pro remouendis scandalis, & dissensionibus conceduntur, seu permittuntur. ad cap. quia circa. de consangui. & affini. & per Docto. præsertim Felyn. colum. prima, cum duabus sequen. in cap. 2. de præscript. & cap. 3. & ibi Abb. in tertio & quarto no. de iure patro. Dom. meus in cap. at si clerici, §. de adulterijs. colum. quinta, in 3. fallen. & in capit. nouit, in 8. not. de iudi. Sarnen. in tracta. Breuium, num. 24. & ante ipsum Staphi. dum etiam de breuibus tractat uersic. similiter est iusta causa dispensandi. Paris. consilio 68. dubium. numero 132. uolum. quarto. Mar. Mant. consilio 121. nolebam. num. 64.

Aliæ causæ sunt, proles suscepta, diuturnitas tēporis, & exemplum, quòd in simili casu aliàs dispensatum sit, ad cap. quia circa, & ibi Abb. & alios de consangui. & affini. glo. magna in cap. requiritis. §. nisi rigor. 1. quæstio. septima. Roma. consi. 307. Staph. ubi supra. & latius, & melius Paris. dicto consil. 68. num. 132. & seq. uol. 4. & Sigis. Loffre. præalleg. cons. 50.

In formula præmissæ dispensationis matrimonialis fuit expressum, quòd sciens contraxerunt: quando exprimitur quòd ignorātes contraxerunt, & sic ut facilius dispensationem obtineant, narrāt se ignorasse impedimentum, id probare debebunt Dom. meus Phil. Dec. consi. 54. limitat idem consi. 341. colum. 2. nisi rescriptum sit concessum motu proprio.

Matrimonium in secundo gradu alia ratione toleratur, uidelicet, dum pagani, seu infideles, qui in secundo gradu lege eorum permisso contraxerunt, ad fidem nostram conuertuntur. Per baptismum. n. non tolluntur matrimonia, sed peccata dimittuntur. hæc omnia habes in cap. gaudemus. de diuor. & per Iō. Brunel. de sponsa. & matri. conclu. 24. nu. 6. uersic. adde prædictis, quòd interdum matrimonium tolleratur.

Si narratum fuisset pro dispensatione obtinenda, quòd strages personarum, bella, & scandala insurgerent in patria, & hæc falsa essent, dispensatio corrueret, prout per Gemin. consi. 23. an dispensatio, num. 3. & postea, & ante tractat de alijs subreptionibus, & obreptiouibus, quæ dispensationes huiusmodi inualidas reddunt. Pro præmissis facit: quia dispensatio obtenta ex falsa causa est subreptitia, & sic nulla, iuxta no. in cap. quod dilectio, de consanguin. & affini. & per Gemin. dicto consi. col. pen, uersi. 1. in eo.

Archiepisc. Florentinus in 3. parte, tit. 11. recenset iuxta relationem summæ summarum, Martinū V. dispensasse cum eo, qui cum sua germana contraxerat, & consummauerat matrimoniū, habito super eo consilio cum peritis canonistis, & theologis. Et in eo quod Summa summarum recitando dicit sororem suam, scilicet eam ducentis, & sic concluderet dispensationem in primo gradu, puto relationem non esse genuinam, & fidelem: quod etiam mihi suadent uerba diui Augustini de Ciuit. Dei lib. 15. cap. 16. Commixtio sororum, & fratrum (inquit) quanto fuit antiquior compellente necessitate, tanto fuit postea facta damnabilior religione prohibente.

In tertio, siue de contracto, siue de contrahēdo, dispensatio denegari non solebat, nec nobilibus, & magnatibus, nec priuatis personis, & soluebatur cōpositio.

In quarto, siue de contracto, siue de contrahendo, indistinctè dispensabatur, & absque aliqua compositione, ni si matrimonium esset contractum, & consummatum scienter, *tunc* enim compositio soluebatur, & admittebatur iuramentum paupertatis, pro dispensatione gratis obtinenda in quarto tantum, licet aliàs paupertatem, aliter quàm per iuramentum, eum allegans probare debeat, ad glo. no. in l. cum de indebito. ff. de proba. & gloss. in l. si uero, §. qui pro rei, & ibi Bart. num. septimo. ff. qui satisd. cog. Bart. in l. si constante, num. 13. & ibi Clau. Seysel. nu. 37. & per omnes. ff. solu. mat. per canonistas in cap. Odoardus, de solutio. & dec. Aflit. 377. princeps concessit.

Hodie dispensationes matrimoniales in secundo non conceduntur, nec etiam in tertio contracto scienter. Et quotidie. S. D. N. cum amplissimis, & peritissimis Cardinalibus laborat pro reformandis his, quæ ad Romanę Curię usum spectant, si scien-

tet proles suscepta sit, crimen incestus supponeretur, & sic dubitari posset, an esset iusta causa in principe dispensandum, vt coniuges in matrimonio remaneant, uel matrimonium contrahant.ad text.in l.qui in prouincia. §.primo. ff.de titu nupti. & in ca.cum haberet, de eo, qui dux.in matr.quam pol.& ibi Host.Io.And.& Præposi.

Si uxor alicuius promittat alteri, mortuo marito secum matrimonium contrahere, & sequatur copula carnalis, & moriatur postea maritus, matrimonium inter istos contrahendum impeditur, & cōtractum dirimitur.cap.relatum, & ca.si quis viuente.31.quæstio.prima, cap.primo, & fi.de eo qui du.in matr.latè Paris.consi.52.dixi in alio, num. 5. & toto consil. volum. quart. cum istis tamen dispensare consueuit, addita clausula videlicet (Dūmodo neuter eorum in mortem illius defuncti machinatus fuerit) Et dabatur etiam legitimatio prolis susceptæ post obitum alterius, & exinde suscipiendæ.

Interfectores uxorum sine spe coniugij remanere debent, etiam si in adulterio deprehensas interfecerunt. ca.interfectores.iunct. cap.sequen. 33.q. secunda, ego tamen audiui, cum quodam. D. tempora li, qui uxorem adulteram interfecerat, dispensatum fuisse, ut alteram ducere possit, cui tamen illud adagium conueniebat. Frustra Neptunum accusat, qui semel naufragium subiuit.

Sic etiam videmus, quòd interficiens vxorem, quod ex statuto sibi debetur, amittit. Barto.in l.ab hostibus.§.si vir vxorem, in fin. ff.solut.matrimo. & prohibetur uxori succedere. Bald. in l.prima, C.vnde vir & vxor. versicul.extra quæro, per textum, in dicta l.si ab hostibus.§.si uir. Dec.consi. 525. visis his.

An autem puniri debeat interfector vxoris adulteræ, & qua pœna? Quoad primum quæsitum respondeo, distinguendum esse, aut enim loquimur iure antiquiori Romanorum, viro forti forte decentiori, & dicamus marito impunè permitti vxorem in adulterio repertam interficere, teste etiam Aulo Gellio libro decimo. Noctium Atticarum, cap.23.& huic antiquiori iuri Romano conformis uidetur text.in l.si quis in graui, §. si maritus. ff. ad Sylleia. intelligendo aliter quàm gloss.ibi in uersic. ignoscitur, quæ supplet, quantum ad pœnam legis Corneliæ. Et hic intellectus contra glo.ultra quòd litteræ conueniat, est etiam ex mente Paris.consilio 154.ad resolutionem, num.primo, & 17.uolum.4. Si vero de iure Romano posteriori loquamur, vera erit conclusio, vt maritus puniri debeat, pœna autem non capitali, sed ea de qua in l. si adulterium cum incestu.§.imperatores.ff.de adulte.& per Do. meum consi.482.pro resolutio, num.14. & per Stepha. Bertran.consil.274.viso, num.1.& seq. parte 1. in primis.

Cum bigamo, qui duas vxores virgines successiuè habuit, & cum vtraque matrimonium consummauit, seu cum eo qui uiduam in vxorem duxerat, & præmortuæ sunt, seu præmortua est, vel cum corrupta matrimonium contraxerat, iuxt.tex.iunc. gloss.in cap.nemo. 32. distinctio. raro dispensabatur ad suscipiendos ordines, ac ad beneficia assequenda, prout per Staph. super Signatu.folio 75. versicul. nihilominus si incurrit ex illo contractu bigamiam: & ante finem, sui tractat. uersic.sed de potestate iuridica, & ordinaria non consueuit Papa cum bigamo ad ordines suscipiendos dispēsare &c. & Sarnen.in tracta. Breuium, num. 16. & sequen. ubi subdit, dispensatum fuisse cum Reuerend.Domino Fabio Mignanello, qui cum uidua contraxexerat, &, qui postea effecta fuit Cardinalis.

Sunt, qui negent, Papam cum bigamis dispensare posse, ea præsertim ratione, quia faceret contra illud Leuit. cap.21. scortum, & vile prostribulum non ducet uxorem eam quæ repudiata est a marito quia consecratis est Deo suo, & panes propositionis offert: & contra dictum Apostoli ad Timot.ca. 3.oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, & contra text.in cap.si quis uiduam 50.distinctio. & hanc opin. ueram supponere uidetur Specula.sub titu.de biga. Quo dicto Specu.motus Euge.IIII.noluit creare Cardinalem Anto.de Rosellis, prout sibi promiserat ob defensionem ab eodem Anto.sibi impensam in Concilio Basilen. excusans se quòd præfatus Antonius esset bigamus, vt per Reuerendiss.Albertin. Episcopum Pacten. de Agno. assertio. catho.quæstione 21.numero 43.

Apud Ethnicos etiam idem seruabatur, prout per A.Gellium Noctium Attica. cap.15. Flamen (inquit) si vxorē amisit, Flaminio decedebat, eo quòd nō poterat secundam vxorem accipere. Diuus Hiero. in episto. ad Geroatium de Monogamia, Flamen (inquit) unius uxoris ad sacerdotium admittitur. Flamina quoque vnius mariti eligitur vxor. Ad tauri Aegiptij sacra semel maritus assumitur.

Aliqui uerò distingunt, quòd aut loquimur de bigamo uerè sic dicto, aut de interpretatiue sic nuncupato; primo casu Papa dispensare non possit, quia contra Apostoli decretum veniret; in secundo casu, quia non ueniret directe contra Apostolum, possit, ad cap.debitum.de big. & ita distinguit, & ita iura distinguere asserit Anchara.consi.124. circa bigamos, nu.2.

Nos indistincte teneamus, Papam cum quolibet bigamo, siue uerè, siue interprttatiuè sic dicto dispensare posse.& ultra ea, quæ late prosequitur Io. de Tut.Crema.& alij in cap. lector si viduam. 34. distinct. Et ibi glo.refert Lucium Papam dispensasse cum episcopo Panormitano bigamo. Et Beatus Thomas quolibet.articu.13.sic arguit pro affirmatiua, eo quòd iam factum hoc esse per Pontificem reperitur.cap.quicunque.50.distin.in hac opi. residet Pet de Ancha.in fin.dicti consi.124.& Rot. 447. quoddam factum. in nou. Mil. in Reper. in versi.dispensare non potest episcopus in bigamia, & hanc esse communem opini.testatur Imo.in cap. proposuit.in gloss.in uersic. dispensare, de concessio.præben.sequitur Dec.consilio 112.in præsenti, num.quinto. Et de communi testatur Hyer.Grat. respon.1.num.32.& ante, libro secundo, latè Lamber.de iure patro.arti.13.quæst.7.par.1, libro 2.folio

lio 218. præsertim num. quinto, & 6. num. 22. subdit quòd bigamus dispẽsatus potest esse episcopus, & Cardinalis, & in dicto articulo ponit septem, uel octo modos, quibus bigamia contrahitur: ibi videatur, quia magis distinctè loquitur, & melius declarat, quàm glo. in cap. secundo, de biga. octo modos, quibus contrahitur bigamia posuit Archidia. Floren. in tertia par. tit. 27. cap. 3. & sum. Syluest. in uers. bigamia in prin.

Irregularitas, quæ ex bigamia prouenit, sine peccato contrahitur, & sine culpa, ac voluntate propria, & non solum bigamia non habet peccatum annexum, seu admixtum, immo habent gratiam, & meritum, qui sunt in matrimonio, quod est sacramentum. c. aperiant. 31. q. j. De dispensatione cũ bigamo tractatur etiam q. 66. addi. ad 3. part. diui Thomæ arti. 5.

Cognatio spiritualis triplex est, prima dicitur filiatio, quæ est inter leuantem, & leuatum, puta si vellem in vxorem ducere, quam de sacro fonte leuaui, vel tenui in sacramento confirmationis. De hac cognatione spirituali habemus pulchrum tex. in iure ciuili in l. si quis alumnam, ad finem, versi. Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, siue alumna sit, siue non, à sacrosancto suscepit baptismate &c. C. de nupt. gloss. in §. illud, in versic. enumerari, versi. decimus est. Institu. de nupt. de iure verò canonico habemus tex. in cap. de eo, & in c. omnes. 30. q. 1. in cap. si quis ex uno. 30. quæst. 4. & in titu. de cogna. spiritua.

Honor, & reuerẽtia exhiberi dẽt ꝑ leuatũ leuanti, (quem patrimum vocant) quod etiam ex eo elicitur, quòd patrimi non possint in iudicium uocari absque licentia. Phi. Franc. in cap. postremò, colum. pen. de appella. & cogna. spiri. lib. 6. Licet contrarium tenuerint Ioan. Fabri in §. pœnales, versic. & in eum, in principio. Institut. de actio. Roman. sibi contrarius in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius vocan.

Hic etiam tractari potest de filiatione spirituali inter baptizantem, & baptizatum, & eius parentes, quæ eosdem effectus parit, ut in cap. primo, de cogna. spiri. libro sexto. quæ per baptismum per sacerdotem collatum contrahitur, de qua Diuus Hieroni. in præfa. ad euangelia Marci in princip. Marcus Euangelista (inquit) Dei electus, & Petri in baptismate filius. Seu per confessionem peccatorum inter Episcopum, vel præsbyterum, & eum qui peccata sua illi confitetur, contrahitur, de qua in cap. ad limina. §. filia, in cap. si quis sacerdos. & in cap. sequen. 30. quæst. prima, & per Ioan. Firma. in tracta. de Episcop. in secunda parte, vbi de Degradatione tractat, num. 34. versi. item debet deponi episcopus carnaliter cognoscens filiam spiritualem. Et dixit diuus Ambrosius. 1. de offi. Non minus uos diligo quos in Euangelio genui, quàm si coniugio suscepissem. Et quòd magis diligendus sit pater spiritualis, quàm naturalis est tex. in cap. qualis. 2. quæst. septima, & in cap. Pictacium. iun. glo. fin. 30. quæst. 3. & voluit Dom. meus Phi. Dec. in cap. cum speciali. num. 23. de appella. Et de filijs spiritualibus tractat Magis. senten. libro quarto, distinctione 42. Dominus meus in cap. cum M. Ferrar. num. 57. & Rip. num. 61.

Secunda dicitur compaternitas, quæ est inter leuantem, & patrem, seu matrem leuati, puta si vellem in vxorem ducere matrem puellæ, quam de sacro fonte leuaui, uel tenui in Sacramento confirmationis, de qua habemus tex. in cap. de eo. in secundo dubio, 30. quæstione 11. San. Martinus, de cognat. spiritua.

Notandum est, & mirum videtur, quòd si alter ex coniugibus leuet de sacro fonte, seu baptismo alienum puerum, uterque coniunxerit compapater, sunt enim, adeo...aro, Genes. cap. 1. est tex. in terminis in allega. cap. si quis ex uno. 30. quæstio. 4. in cap. primo, de cogna. spiri. lib. sexto. Secus si ante matrimonium, vel carnalem copulam alter coniugum leuasset, prout uolunt in d. c. 1. & in alleg. c. Martinus.

Tertia est simplex cognatio, inter leuatam, & filium leuantis, & econtra, puta filius meus vult ducere in vxorem puellam, quam ego de sacro fonte leuaui, uel si in confirmatione tenui, de qua est tex. in cap. primo, in ca. non oportet. in cap. post susceptum. 30. q. 3. & in c. 1. de cogna. spiritua. & de omnibus istis cognationibus tractant Docto. de cogna. spiritua. super rubr. & nigro. & Hostien. in sum. eo. in uersicul. quot eius species, & ante, & post.

Cognatio spiritualis matrimonium contrahi impedit, ac contractum dirimit. cap. primo, & per totam. 30. quest. prima, & in titu. de cogna. spiritua. & præalleg. l. si quis alumnam, ad finem. C. de nupt. Et viginti casus numerantur à summistis, in quibus cognatio spiritualis impedit matrimonium contrahi, & contractum dirimit.

Et hoc uerum, compaternitas præcessit matrimonium, si autem esset sequutum scienter, vel ignorãter matrimonium non separatur. cap. si uir. eodem titu. de cogna. spiritua. Imponitur tamen pœnitentia dolosè facienti. capitu. contracto. in fin. eodem titulo.

In prima specie cognationis nunquam dispensatur. Abb. in cap. fina. columna tertia, de purga. cano. Felyn. in capit. at si clerici, in fin. princip. de iudic. Dec. consilio 462. visa legitimatione, columna prima. Nec mirum, quippe qui aliquem de sacro fonte leuauit, eius est pater spiritualis, locoque veri patris in plerisque habetur. capitul. primo, & capitul. Pitacium. cum gloss. in versicu. multomagis. trigesima, quæstione tertia, prout inter alia dicere solemus, ꝙ non põt vt præmisi sine uenia in ius uocari ab eo quem leuauit. Angel. in l. adoptiuum, in princip. Guid. Bald. Ange. Ludoui. Roma. Pau. Castren. Alexan. & Ias. in l. generaliter. ff. de in ius uocan. Angel. Aretin. in §. pœnales, versicul. ex quo infertur. numero sexto. & ibi Ias. columna decima, uersicul. nunquid ergo. Institut. de actio. Videatur Andr. Tiraquel. in reper. l. si unquam. C. de reuoca. dona. in versicu. susceperit liberos, numero vigesimoseptimo. cum pluribus sequ. ubi more suo plura cumulat notatu digna super connexione inter le-

uantem, & leuatum, ac reuerentia per hunc illi exhibenda, & quòd ille hunc alere teneatur, & pleraque alia ad rem nostram ibi videri possunt.

In secunda uerò sæpe dispensatur, & olim solue batur compositio pro illa dispensatione.

Dubium elicitur ex uerbis Ludoui. Roma. consilio 129. in proposita, in principio, & in fin. an leuans in uxorem ducere possit matrem leuati, qui non probetur baptizatus, & leuatus materna uoluntate: ex illo con. articulus iste non deciditur, prout apparet ex illius princ. & fi. & requireret longam disputationem, illum diicutiendum relinquo Horatio Mandosio filio meo in illius consi. appendicibus.

An autem in leuante requirantur uerba, ad hoc ut compaternitas contrahatur, & quid si non adsit intentio illam contrahendi, vel intentio non probetur, uide pulchrum consilium Gemini. 110. super ista.

An per procuratorem cognatio spiritualis contrahi possit, uideatur Bartol. in l. Gallus. §. forsitan. ff de liberis & posthumis. Ioan. Andre. in regu. potest quis per alium. libro sexto. Abb. in cap. ueniens. de cogna. spiritu. Angel. Areti. in §. illud. Institu. de nupt. & magis communis opin. uidetur esse pro negatiua: sed contrarium seruari uidi. Dicunt contrahi tantum quoad amicitiam, non quoad vinculum compaternitaris spiritualis, quia procurator tãtum dicatur uerus compater. Videantur Ioan. Andre. Anchara. Geminia. & Franc isc. in capitu. primo, de cogna. spiritua. libro sexto, ubi pro negatiua concludunt, & sic per procuratorem non posse contrahi compaternitatem. Videatur etiam Nic. Plou. de sacramen. par. j. c. 9.

In tertia specie cognationis spiritualis passim dispensabatur, & (ut audio) etiam hodie dispensatur.

Magna fuit aliàs altercatio inter Dominos abbreuiatores, si puer propter necessitatem fuit baptizatus domi absque solemnitate, postea ad ecclesiam delatus, iterum baptizatus fuit, cum solemnitate, an ex isto baptismo solemni contracta fuerit compaternitas; aliqui erant pro opinione affirmatiua, quibus assentiebatur Felyn. tunc Rotæ præclarissimus Auditor, propter cathecismum, & alias solemnitates in primo baptismo omissas, ad not. per glo. final. in cap. peruenit. 30. quæstio. prima. Pro opin. negatiua conclusum fuit, cui etiam adhæserunt Nicolaus de Castel. & Cardina. Alexan. & sic data fuit declaratoria sub plumbo continens, nullam compaternitatem, seu cognationem spiritualem propterea contractam fuisse, prout in libro nuncupato Prouin. in uersi. baptizatus fuit infans in domo, folio 28. annotatum reperi.

Compaternitas autem quæ ex baptismo prouenit, quæri potest, unde originem trahat, uel procedat? Respondeo, quòd ex promissione, seu fideiussione, quam facit leuans, qui pro baptizando fidem, & credulitatem in Deum promittit, prout declarat Gemin. consi. 33. pro examinatione, col. 3. num. sexto.

Nouissimè Concilium Tridentinum super cognatione spirituali, quæ ex baptismo, seu confirmatione contrahitur, statuit, & declarauit, prout in Decre. de Refor. Matrimo. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. c. 2. incip, Docet experientia.

Clericus, seu quatuor ordines minores habens uxorem ducere potest, cap. si qui uerò sunt clerici, & c. seriatim. 32. distin. an autem Papa cum subdiacono dispensare possit, vt matrimonium contrahat; pro utraque opinione plura adduci possent, mihi uerior uidetur opinio gloss. in cap. de illo. d. dist. 31. in qua opin. cum gl. illa residet Nic. Mil. in Reper. in versiculo, dispensare an possit Papa. quòd constitutus in sacris in ordine subdiaconatus, quæ opinioni affirmatiuæ adhæret, raro autem, & non sine magna causa cum subdiacono dispensaretur.

Dispensatum aliàs legitimus cum monacho, vt vxorem duceret, vel ad tempus cum ea moraretur donec prolem susciperet, ac postea ad monasteriũ rediret, super quo videatur per beatum Thomam secunda secundæ quæstio. 88. articu. nono, & per Innocen. in cap. ad monasterium. de statu monach. Ioan. Andr. in cap. semel Deo, & in cap. actus legitimi, de regu. iur. libro sexto. Bald. in l. si tibi filius, num. 3. ff. de adoptio. vbi quòd Papa de plenitudine potestatis potest facere, quòd matrimonium duret ad tempus, puta quòd monachus possit habere vxorem vsque ad sobolis procreationem, ne fortè stirps nobilis deficiat sine hærede. Socyn. consil io 28. circa primum. num. nono. Ias. in l. si arrogator. colum. 2. ff. de adoptio. Anchar. consi. 339. pro maiori. colum. 2. uersi. rursus etiam. Abb. in cap. ex publico. colum. fina. de conuer. coniu. & in cap. vt Dei ecclesiam. in glo. fin. de simo. Cardi. Alex. in c. sicut ex literis. col. pen. de sponsa. Sarnen. in tracta. Breuium, nu. 24. Rip. in c. cum M. Ferratien. num. 76. de constitu. Dec. consi. 112. in præsenti. num. 3. Idem etiam voluerunt Nic. Mil. in Reper. in versi. dispẽsare an possit Papa, quòd constitutus in sacris, versi. sed Ioan. And. post Innocen. & Fely. qui alios citat in cap. si quando. num. 5. de rescrip. Grat. Respon. 1. num. 32. lib. 2. Ioan. Brunel. in tracta. sponsa. & matri. conclu. 20. num. 24. Et quòd hęc sit magis communis opin. probo in Apostill. ad Allega. Lapi. 130. in versicul. cum ad monasterium, dum tracto, an Papa possit de monacho nõ monachum efficere. Verùm quia hæc maiorem discussionem requirunt, & ab animo, ac declaratione summi Pontificis pendent, eiusque est opinionum contrarietates, ac intellectus nebulas tollere, in ijs, & omnibus alijs ipsius diuino iudicio, & decreto me remitto: Hodiè vt puto similis dispensatio non concederetur nisi pro conseruatione alicuius regni, vel alia causa maxima. Videri poterit Hieron. Cagno. in l. actus legitimi. num. 7. & sequen. ff. de regulis iuris.

Super impedimento publicæ honestatis sæpe dispensatur, & dicunt Doctor. in capitul. non debet, de consanguinitate & affinitate, quòd bonum esset, si hoc impedimentum tolleretur; venum quia ius canonicum iustitiam publicæ honestatis matrimonijs obstare censuit, &c. necessaria

saria est desuper dispensatio. Quando autem sit locus isti iustitiæ publicæ honestatis, habemus tex. id declarantem in c. si quis uxorem desponsauerit, uel eam subarrauerit, quanquam postmodum, præueniente die mortis eius, nequiuerit eam ducere in vxorem, tamen nulli de consanguinitate eius licet accipere eam in coniugio, quod si inuentum fuerit factum, separetur omnino. 27. quæst. 2. c. accessit, & c. duo pueri, de despon. impu. c. sponsam, & c. audiētiam, de sponsa.

Ampliantur prædicta, vt etiam ex sponsalibus nullis oriatur publicæ honestatis iustitia, puta si matrimonium sit nullum ratione religionis, frigiditatis, vel alia: ratio est, quia sufficit aliquid esse factū vt pœna committatur, licet de iure id non teneat l. si quis in graui. §. si quis codicillos. ff. ad Syllen. l. si quis. ff. ad leg. Corne. de fica. & pro dicta ampliatione est tex. in c. vni. de sponsa. lib. 6. Idem etiā voluit Gemin. consil. 33. pro examinatione, col. 3. num. 6. Et faciunt adducta per Io. And. in c. non prę stat, de reg. iur. lib. 6. Idem etiam uoluit Gemi. cons. 33. pro examinatione. col. 3. nu. 6. Et faciunt adducta in c. non præstat. de reg. iur. lib. 6.

Hodiè habemus ca. 3. Concil. Triden. Sessio. 24. alias 8. sub Pio IIII. in Decre. Refor. matri. in hæc verba. Iustitiæ publicæ honestatis impedimentū ubi sponsalia quacunque ratione valida non erūt, sancta sinodus prorsus tollit: ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant &c.

Sciendum est, quòd affinitas licita adeo habet coniunctam publicam honestatem, quòd vnum ab altero separari non possit. Affinitas verò illicita non habet annexam publicam honestatem; pro quibus videnda sunt tradi. per Abb. in ca. sponsam, de sponsa. & per Rip. respon. 1. de rescr. nu. 2. li. 2.

Nouissimè habemus Conc. Trid. prælle. Sessio. 24. in Decre. Refor. Matrimo. cap. 4. incipien. præterea sancta.

In dispensationibus super consanguinitate, & affinitate addi debet clausula videlicet (Dummodo rapta non fuerit &c.) Tunc enim Papa non intēdit dispensare, prout in Reg. Cancel. 47. de dispen. Prouin. fo. 64. in uersi. in litteris dispensationum, & de iure ciuili raptor cum rapta matrimonium contrahere non potest. l. uni. C. de rapto. virgi. l. raptores. C. de episc. & cler. & in Auth. de rapto. mulie. ca. de puellis, & c. fi. 36. q. 2.

De iure canonico aliter disponitur, & obseruatur hodie. cap. pen. & fi. de rapto. cap. tria, & c. denique. dicta 36. q. 2. de adult. c. de muliere, vbi Doctor. de sponsa. Abb. in cap. insinuante, qui cler. uel vouen. Nic. Boe. dec. 100. Maritus per minas, nu. 17. Paris. consi. 170. num. 6. usque ad fi. uol. 4. Ant. Gomes. in l. 80. Tauri. num. 43. Afflict. super prima parte constit. Regni, Rub. 19. num. 13. Iul. Clar. Senten. libro 5. §. raptus, uersus fi. in pen. q.

De illa clausula, & alia addita in quinterno Cancellariæ tractabo super dicta Regu. 47.

Rapta an dici possit, si non sequatur carnis commixtio, & sit locus. l. uni. C. de rapto. virgi. Angel. ibi censet rapientem virginem si eam stupro non affecerit, ne cognouerit, non esse puniendum illius constitutionis pœna, sed alia mitiori, quasi illa constitutio exigat raptum cū stupro. Idem tenuit Anania in cap. penul. de rapto. Hyppol. consil. 105. col. secunda. Cepol. consil. 57. Ludo. Carer. in practi. crimi. tit. de homicid. §. circa. uum. 285. Dom. meus consi. 234. in effectu, num. nono. & Ioan. Bapt. Ferret. consi. 65. Reuerendiss. concludunt etiam pro negatiua per iura, & rationes, de quibus ibi: & in dicto con. Ferret. plura notatu digna inuenies pro hac nostra clausula. Vide Boss. in titu. de rap. muli. numero 14. Boer. decisione 306. post numerum quartum, ubi dicit communem esse, non cognoscentem non debere puniri. Didac. in repe. clemen. si furiosus. de rapt. virg. num. octauo, & Iul. Clar. in quinta limita. Senten. §. raptus, quæst. secunda. In contrarium tamen uidetur tex. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. prout etiā contrarium tenent And. de Iser. & Matth. de Afflit. in const. Neapo. q. 2. lib. j. rub. 19.

Raptus de iure canonico quòd non dicatur, ubi mulieris consensus accedit, etiam si consanguinei reclamant, est text. in cap. cum causa. de rapto. pro quo, & alijs circa raptum uidere poteris Luc. de Pen. in l. 3. uersus finem. C. de nauicula. libro vndecimo. Alia circa raptum uidere poteris per Marsil. in allega. l. prima, C. de rapt. virgi. & per Syl. nupt. libro quarto, num. 46. ac per Pau. Grillan. de pœn. omni. coit. q. 10.

Hodiè Concil. Triden. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII. titulo de Decre. Refor. Matri. ca. 6. ita cautum est: decreuit sancta sinodus inter raptorem, & raptam quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium: quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in uirum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat, cum ijs quæ sequuntur.

Hic mos rapiendi virgines, ac alienas uxores antiquissimus est, solitus plerumque diuersas discordias, bella, & cędes parere, rursus prouinciarum, ac regnorum euersiones. Sic legimus Genes. ca. 34. raptam fuisse Dinam Iacob ex Lia filiam, à Sychen filio Emor, cumque Lia matrimonio consensisset, si, Sichen circuncideretur, Simeon, & Leui Dynæ fratres ut stuprum ulciscerentur, Emor Sychen, & alios interfecerunt, recuperuntquè sororem. Exo. item 22. dicitur. Si seduxerit quis uirginem nec dū desponsatam, dormieritquè cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem &c. Iudicum etiam c. ult. ad fin. habemus raptas fuisse alienas uxores à filijs Beniamini sub ijs uerbis. Et iuxta numerū suū rapuerunt sibi de his quæ ducebāt choros uxores singulas. Theseus rapuit Ariadnam Minois regis filiā, & Helenā ipsam prius quā Paris, non offensa tñ (vt aiūt) virginitate. Ouid. Te quoq. qui rapuit Minoida Theseus. & lib. 1. de Arte aman. Paris item Helenam unde fax belli Troiani orta est: Hinc Ouid. Victus es à timido Graię victore maritæ. & in episto. Hermiones Tindaris ideo transequor ab hospite rapta &c. Telamon Græcus Hæsionem puellam Troianam, & Achilles Briseida rapuerunt. Ouid. in episto. Acontij Hæsionam Telemon &c. Nostri etiam Romani recenset T. Liuius lib. primo, ab ur-

be condi.& aliæ Hyſtoriæ narrant, Sabinas rapuerunt: Hinc mos antiquus, qui etiam hodie incócuſsè Romæ tantum ſeruatur, inoleuit, ut in ſponſalibus, nobilis aliquis mariti conſanguineus, uel amicus enſem euaginatum ſupra vtriuſque ſponſi caput teneat: ea præſertim ratione, ut omnes ſciant inuictos Romanos diſtrictis enſibus vxores ſibi acquiſiuiſſe.

Reliquum eſt, vt aduertant, diſpenſationes matrimoniales impetrare curantes, quòd ſi adſint plura impedimenta, omnia exprimant, alioqui diſpenſatio nulla erit. Ioan. Andr. ſuper arbore affinitatis, poſt principium. Abb. qui concordat opin. in capi. non debet. de conſangui. & affinita. & in ſimili dicimus, quòd ſolutus vno vinculo excommunicationis, altero ligatus remanete, ſi duplici tenebatur, glo. in cap. ita quorundam. de iudæ. Caſſa. deciſ. 9. num. quarto, de præben. inferens ad duplicem reſeruationem, & de excommunicato pluribus excommunicationibus tractat Felyn. in c. poſtulaſti, nu. 2. de reſcript. & eſt tex. in c. cum pro cauſa, & c. officij de ſen. excom.

Dubium fuit propoſitum in Rota Meſſanen. Baroniæ inter Ioannem Gallego, & Angelam ex una, & Georgium de Ruſſo ex altera, coram Puteo ſub die 20. Maij. 1547. An diſpenſatio, in qua narratur conſanguinitas in ſecundo gradu, non facta mentione quòd proueniebat ex duplici linea, eſſet ſubreptitia. Pro opin. negatiua vltra alia adducebatur con. Calde. 1. Papa conſenſit. de conſangui. & affinitate.

Contrarium concluſum fuit, quòd immo ſubreptitia eſſet. pro qua opin. affirmatiua faciunt ſupra adducta, & con. Oldr. 247. factum tale eſt, poſt numerum ſecundum, verſiculo, in contrarium videtur. ubi quòd legitimatio ſubreptitia, & inualida eſt, cum legitimatur adulterinus ex vtroque parente, niſi fiat mentio de utroque adulterio, ſequũtur Alexan. conſil. 195. aſſumo, num. quinto, libro ſecundo. & Dominus meus conſilio 338. in caſu, numero quinto, verſicul. ſecundo principaliter. In proprijs terminis habemus Dec. Peregri. Fabij 87. libro primo, incipien. præſupponen. Dom. Decano Put. Adducitur etiam ratio, quia diſpenſatio hæc eſt odioſa, unde caſus mixtus ſub ſimplici cõprehendi non debet. l. maritus. §. hoc quadriennium. iunct. l. cum paſſa. §. præſcriptione. ff. de adulter. Iaſ. in l. ſecunda, hanc communem affirmans, num. ſecundo, ff. de verborum obligationibus. Dominus meus conſilio 213. viſis. numero quarto.

In alijs locis ſupra adductis, & per Fely. in cap. quæ in eccleſiarum, uideri poterunt alij caſus per Papam diſpenſabiles.

OFFICII RETENTIO non obſtante contractu matimonij.

OFFICIORVM natura diuerſa eſt, prout per Pau. Roma. in tracta. Penſio. in ſeptima quæſtio. folio 20. num. decimo, & ſequen. vbi an penſio poſſit pro officio, uel beneficio commutari. Paui. latè, de officialibus in omni ſignificatu, de officio. & pote. cap. ſede uacan. in ſecunda prælu. & ego tracto in ſecunda quæſtio. Reg. de Impe. bene. viuen.

Quantum ad rem noſtram attinet ſciendum eſt, quòd officiorum Roma. Cur. aliqua etiam per uxoratos obtineri, ſeu retineri poſſunt, prout ſunt officia militum San. Petri, San. Pauli, Portiones Ripæ, & nonnulla alia, prout etiam per Sarnen. in 22. q. Reg. de Infir. in princ. Aliqua uero per vxoratos obtineri, uel retineri non poſſunt, exemplum ponamus in ſcriptorijs ſacræ pœnitentiariæ, quæ ut retineri poſſint per vxorandos, infraſcripta, vel ſimili diſpenſatione, ſeu indulto opus erit.

Formula diſpenſationis, ſeu indulti prędicti hęc eſt. Beatiſſ. pater, cum deuotus Orator ueſter. N. Clericus &c. & litterarum pœnitentiæ veſtræ ſcriptor deſideret matrimonium cum aliqua muliere per uerba de præſenti contrahere, ſupplicat humiliter. S.V. dictus orator, quatenus ſecum, vt poſtquam matrimonium huiuſmodi ſit contraxerit, officium ſcriptoriæ litterarum prædictarum vt prius retinere, & exercere liberè, & licitè valeat, nec propterea officium ipſum vacare quomodolibet cenſeatur, diſpenſare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſt. conſtitutione &c. & conſuetudinibus dicti officij, quarum tenores pro expreſſis &c. Et quibus hac uice derogare placeat, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Et cum abſolutione &cæt. Et quòd preſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat &c.

Hæc formula, paucis mutatis, pro quibuſdam alijs officijs inſeruiet, quæ uxorati retinere abſque diſpenſatione non poſſunt. Quædam uerò ſunt officia Roma. Curiæ, pro quibus retinendis uxorandi nunquam diſpenſarentur, exemplum in prothonotariatibus de numero participantium. De huiuſmodi prothonotarijs, qui in literis Apoſtolicis, & in iure canonico notarij nuncupantur, iux. tex. in c. Auguſtino noſtræ ſedis notario. & in c. cum redemptor, verſus finem. 12. quæſtio. ſecunda, tractat Sarnen. in prima quæſt. proœ. Reg. ſub tit. de orig. & offi. Prothonota.

COMMVTATIO VLTIMÆ voluntatis.

MAgna eſt inter Doct. altercatio, an legata ad pias cauſas ad unum vſum poſſint in alios conuerti? Quidam indiſtinctè aſſeruerunt non poſſe, per tex. in l. j. ff. de admi. rer. ad ciui. perti. qui indiſtinctè, ſeu indefinitè loquitur, prout etiam in ſimili dicimus, quòd pecunia ad unum vſum publicũ deputata non poſſit de iure in alium vſum conuerti. ad tex. in l. hac lege. C. de acquæduc. lib. 11. & per Fran. a Ripa in ſuo tracta. de Remedijs contra peſtem, num. 39. uerſi. quæ pecunia ad hunc vſum deputata. Et quòd relicta eccleſię non debent ad alios uſus conuerti, habemus tex. in c. conqueſtus, ubi ẽt Maria. Soc. in 5. no. nu. 5. de fo. comp.

Aliqui dixerunt non licere etiam Papæ, niſi ex neceſſitate, prout id expreſsè firmat Salycet. in l. ſi teſta-

testamentum.per illum tex.C.de testam. quem sequitur Rui.consil.80.& consi.95.lib.3.Paris.consi.9.nu.50.li.2.nec pôt auferre rem meam,& dare alteri.Cagno.in proę.ff.in prin.nu.32.& Saly.ubi supra.sequitur præceptor meus cõs.357.in casu,post nu.5.rõnem adducẽs,quia testm̃ quoad substantiã est de iure gentium.Et quòd testamentum sit de iure gentium affirmant Barto.in l.interdum.num.7.& Ias.num.4.ff.de condi.indebi.& hanc esse magis communem inquit Corne.in dicta l.si testamentũ,num.j.& sequen.C.de testam. Idem Ias.in repet.l.admonendi.post num.184.uersic.subdit tamen.ff.de iureiur.Couaru.Reso.lib.3.c.5.nu.7.Iul.Clar.li.3.§.testamentum.quæst.2.probat etiam Alexan.cõsil.2.nu.7.ver.nam testamentum fuit origine de iure gentium, lib.1.& idem Deci.consil.361.omissa,ante nu.7.versi.& quia testamentum,& facultas testandi,& consi.403.quamuis in casu, nu.14. Et ꝙ tueri defunctorum voluntates sit de iuregentiũ,vel iure naturali secundario,probatur etiam ex verbis Plinij li.2. Episto.ad Annianum, sed ego quandam propriam legem mihi dixi, vt defunctorum voluntates, etiam si iura deficerent quasi perfectas tuerer.iuri antem gentium Princeps derogare non potest.

Immo dici etiam posset testamentum esse de iure diuino,quia Deus & sancti patres voluerunt vltimam voluntatem esse seruandam.c. vltima voluntas.13.q. 2.& ita legi de antiquis patribus in veteri testamento. dicit Barto.in l. interdum.numero septimo.ff.de condic.indeb. & Alexan. dicto consilio 2.nume.7.versic.quia Deus, & sancti patres lib.1.

Nonnulli tenent,quòd Papa possit de potestate absoluta,non autem ordinaria nisi iusta causa subsistente,prout per Bald.& Angel. in allega.l. si testamentum,& decisio.Guid.Papę 556.testator quidã,post medium,& Felin. in cap.nonnulli, num.20.de rescrip.

Plures concludunt,quòd Papa indifferenter cõuertere potest relictum piũ ad vnum vsum in aliũ,& hæc opinio mihi verior videtur, pro qua est tex.in l.legatum.ff.de admi.rerum ad ciui. perti. in princ.in clem.quia contingit,iun.glo.in versic.sedis Apostolicæ,& ibi Card.in 10.not.in 2.opposit.post num.9.versic.quia contra ius est mutare dispositiones eorum,qui largiti sunt: hoc ergo potest solus Papa,qui est supra ius,& in 5.quæst.num.12.de relig.domi.Bald.in l.legato.præsertim versicu.quãdoque pecunia est sufficiens.ff.de vsu.leg. Lap.alleg.87.Mattheus,num.2.& Pet.de Vbal.de cano.episco.cap.7.ante nu.38.versic.respondeo,vbi sine causa. Oldra.consi.61.cum regi.in fi,Fulgo.consil.61.Dom. Catherina. numero 6. Ludo. Roma.singul.475.legatum factum.Mil.in Reper.in versiculo, legatum ad certũ vsum.Fel.consi.41.nu.9.Gui.Papæ dec.556.dec.Tholo.26.&ibi apostil.

Quidam voluerunt in certis casibus hæredibus consentientibus Legatum, vel Episcopum posse commutare,prout per Rom.d.sing.475.per Anchar.Cardin.& alios in alle.clem.quia contingit.de relig.domi.Mat.Mathesil.no.181.nota, quòd si quis pro anima,in fi.Extra dictos casus, & sic regulariter Legatus sedis Apostolicæ sine causa commutare non poterit.Lap.in tracta.Hospitalitatis,num.66.versic.quid de legatis. Præmissa etiam tractat Augu.Bero.consi.49.facti specie.num.1. cum alijs sequen.lib.2.

Et quòd ex causa diœcesanus commutare possit defuncti voluntatem, supponit Lap.alleg.30.consilium fuit,versus fi.vers. & transmutabitur legatũ ad aliud opus pium.pro quo citat cap.nos quidem de testam.& ꝙ ita intelligi debeat d.c.nosquidem.& quòd diœcesanus commutare possit subsistente causa legitima cõcludit Pet.de Vbal.ubi supra,uer.si autem conuersio fiat.

Ex prædictis colligi potest,ꝙ periculosa sit impetratio cõmutationis prædictæ ab alio, quàm a summo Pontifice.Rursus, quòd parcè, & prudenter Sedes Apostolica concedere soleat huiusmodi cõmutationes,&ego aliàs dicebam expedire,vel ꝙ hæredes,vel illi quib.relinquit̃ et supplicarent̃. uel ꝙ adderet̃ hæc clausula,vz.(Et hæredib.&eo cui relinquit̃ cõsentientib.)iux.tex.in allega.l.legatũ.uer.igitur adhibitis hæredibus,& primioribus, seu primatibus ciuitatis.&c.ff. de usu. lega.Pro præmissis omnibus uideatur Bart.in tracta.Mino. lib.2.à nu.10.usque ad 16.

Non tamen negauerim,quin Episcopus legatũ,seu relictum impossibile mutare possit, ad tex.in c.nos quidẽ,ibi,seu si ibi non potest,& alibi placet ordinari.de testam.

Sed dubium facit,an si difficile sit exequutioni demandare defuncti legatum,propter difficultatẽ,Episcopus illud mutare possit: hæc quæstio in partem affirmatiuam in proprijs terminis decisa reperitur per Gemin.in ca.canonicis,post mediv.19.distin.& per eundem in c.ab exordio, ad fin. 35. dist.cum quo transit Fel.consi.42.cantor ecclesiæ,num.37.Adducunt rationem,quæ est,ꝙ difficile ęquiparatur impossibili;& sicut episcopus mutare potest,quando sumus in impossibili,ita quando sumus in difficili.Ego non obstante prædictorum auctoritate,& ratione per eos adducta, uel hanc commutationem à summo Pontifice obtinendam esse consulerẽ,uel saltẽ à Papa ad cautelã confirmandã esse.

Et pro hoc quod etiã uicarius episcopi in erectiona ecclesię,& applicatione bonorum eidem relictorum in aliquo testatoris uoluntatem cõmutare possit,uide dec.Mohed.124,aliàs 1.sub tit.de iu.patro.quæ incipit,Ferdinandus quidam.

Consueuit nonnunquam concedi facultas Legato,uel nuncio Apostolico, seu alicui prælato, uel ꝑpositis fabricæ Basilicæ S. Petri, vel Præceptori,seu Commendatori S. Spiritus,uel alicui principi legata incerta commutandi in utilitatem alicuius ecclesiæ, uel pro aliquo negocio conuertenda.pro qua concessione, & nomine incertorum quid contineatur, uide omnino consili. Oldrad. 61.quod incipit. Cum Regi Franciæ sit concessum.

Commutatio etiam, seu compositio super vsuris incertis conceditur, ut etiam supponit Lap.alle.106. quidam mercatores, absque autem hac commutatione incerta de iure inter pauperes integrè

distribuenda uenirent.c.cum sit nimis,iunct.glo.in uers.pauperum.de iudæ.ca.sicut dignum. §.eos.de homicid. Anchar.consi.306.efficax.num.primo,& sequentibus.

Nouissimè circa vltimarum voluntatum commutationes, illarumque executionem habemus in Decre.Refor.Concil.Triden.Sessio.22.aliàs 6.sub Pio IIII.c.6.incipien.in commutationibus. Plura huc spectantia subtiliter tractantur per Aug. Bero. con.præalleg.49.facti specie.lib.2.quorum tamen nonnulla tendentia ad impugnandam commutationem legati à Papa factam facile subuerti possent; non est hic locus super illis immorandi.

ABSOLVTIONES ET rehabilitationes.

Absolutio dicitur restitutio quædam, vt per Specu.in tit.de contu.§.sequitur,nu.12. & ad tex.in l.fi.ad fi.ibi,ideoque tantum ad restitutionem indulgentia valeat.&c.C.de senten.pass.

Absolutio facilis, vel quæ facile conceditur,& facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi.c. ut clericorum,& ibi glo.de ui.& hone.cler.capitul. est iniusta.23.q. quarta.Gramma.uoto.35.num.3.

Quando quis narrat, se diu pro aliquo crimine carceratum extitisse, facilius ueniam,& absolutionem consequi solet,iux.tex.in l.si diutino tempore aliquis in reatu fuerit,aliquatenus pœna eius subleuanda erit.ff.de pœnis.intelligendo tamen tex.illum,prout eum declarat Bud.contra mentem glo. & Barto.

Habilitatio, seu rehabilitatio operatur vltra absolutionē, licet enim quis ab homicidio, à simonia vel à quouis alio graui delicto absolutus sit,non tamen potest beneficia obtinere, nisi rehabilitetur; ut docet doctus modernus Domi.Petr. Rebuff. super concor.sub rubri. de electionis derogatione, in uersi.rehabilitationibus,pag.89.& rehabilitatio debet esse clara,& expressa,alioqui nō prodesset,quia stricte interpretari debet Prouin.fo.44.uers.quod habilitatus ad alias.

Rehabilitatio, idest iterum ad pristinam habilitatem,ad prioremque statum restitutio, de qua in capitu.de regularibus,& in cap.de simoniaca,cum sua gloss.de simon.& per Rebuff.in praxi,sub titu. de rescripto Rehabilitationi, mixto. Elegantiori uocabulo redintegrationem nuncupare possumus, quo verbo in alijs terminis vsus est Cæsar libro secundo, belli Galli. Huius, inquit, aduentu spe illata millitibus, ac redintegrato aio &c. & parum post.Horum aduentu tanta rerum commutatio facta est,ut nostri, etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi prælium redintegrarent. & libro 3.versus finem. Nostri redintegratis uiribus &c.Et quòd rehabilitatio,seu redintegratio nō inducatur,nisi exprimatur,uide Paris.consil.88. q sententia,num.19.uol.4.

Absolutiones petuntur,& conceduntur in utroque foro,uidelicet pœnitentiali,& contentioso,prout docent Abb.c. de his.colum. secunda, circa medium,& ibi Aret.de accusa.Deci.consilio 130.ponitur,ad finem, versic.vltimo non obstat, quòd absolutio.

Absolutiones non consueuerunt concedi motu proprio,ratio est,quia qui peccauit,pœnitere debet & reuerenter ueniam petere,& debet concurrere dispositio eius qui peccauit,cum actus actiuorum secundum Philosophum in secundo, de anima,non operentur,nisi in patiente bene disposito. & melius Philosophus nos docuit, quòd qui fecit nos sine nobis,non saluabit nos sine nobis,& facit tex.in cap.legantur.24.quæstio.secunda, cap. significasti, in fin.iunct.gloss.fin. de eo qui du.in matri.& cap. peccati uenia,cum ibi no.de regulis iur.libro sexto. Et quòd absolutio non debeat concedi, nisi petenti, uoluerunt Innocen.in cap.Romana.in sua glo.in vers.iniustam,de senten.excommunicationis,lib.6. & Bald.in marga.in uersic.absolutio.versic.septimo,de quo etiam in Reper. Inqui.in uersi.absolutio non debet dari. Et in iure diuino uidemus absolutionem,& ueniam obtinuisse eos, qui peccatū suum confessi fuerunt,& ueniam humili corde petierunt,prout Dauid,qui audire meruit,Dominus transtulit peccatum tuum.2. Regul.duodecimo. Et filij Israel, qui afflicti per ignitos serpentes,venerunt à Moysen,dicentes, peccauimus quoniam loquuti summus contra dominum,& contra te. Nu.13.Ijdem oppressi Philisteis dixerunt ad Dominum,Peccauimus,redde tu nobis quicquid tibi placet,tantum nunc libera nos.Iudic.decimo,cap. porrecta.de pœniten.distinctio.3. Nonnunquam vero Papa motu proprio absoluit,seu absolutiones concedit,alij uero à Papa minimè,ut per Sarnen.in compen.vt.signa.numero 16.uersic.sed.maior pœnitentiarius. An autem non petens ab excommunicatione absolui debeat, uideatur dictus Tho.4.sen ten.quem sequitur Ioan.Andr.in c.j.de senten.excommu.lib.6.ac glo.vlti.& Abb.in cap.ab excommunicato.num.20.de rescrip.& Fely.in c.ueniens.2.nu.22.de testi.

Periurū absolui non posse uoluit Fed.de Sen.cō si.100.factū tale est debitor,præsertim in fi.& hanc dicit esse cōem opin. Feli.in c.j.nu.28.in q.7.de iureiur. & Paris.consi.10.mortuo Ill. nu.94.lib.j.ego uidi absolutionem à periurio concedi, præsertim quando in nullius præiudicium tendit,uel cum aliqua clausula,quæ tertij præiudicium licitum,& cōsiderabile emendet,seu præseruet.

In absolutionibus & rehabilitationibus conceduntur et clausulæ infrascriptæ vc3 [Ac quascunque etiam capitis,ac confiscationis bonorum,& alias quascunq; pœnas remittere,nec nō ipsum oratorem ad famam,patriam,honores,& pristinū,& eum,in quo ante præmissa quōlibet erat,& statum restituere,reponere,ac plenarie reintegrare,ac oēm inhabilitatis,& infamiæ maculam,siue notā,per eū præmissorū occasione quōlibet contractum, abolere,& quoscunq. processus cācellare,& irritare &c.] ad fin.C.de senten.pass.l.j.§.pen.iun.glo.in uersi. eximi.ff.de postu.& dicit tex.in l.fin. C.de genera. aboli. Indulgentia,patres conscripti, quos liberat, notat,nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit,& ibi gloss.fina.notabiliter loquitur. Ex supra-

supradictis colligitur, quòd clausulæ præmissæ necessariæ sunt, ut gratia sit integra, & subsistat.

Similiter & illa clausula (Et infamiæ maculam, siue notam) necessaria, vel saltem vtilis ad tollendum dubium, an per simplicem restitutionem quis ad famam restitutus censeatur, ad textum, in l. generalis. C. de sent. pas. ad cap. fin. ad finem. 3. q. 2. cum te. de re iudi.

Episcopus autem directo ad famam restituere non potest, ut voluit Abb. in cap. cum te. prealle. de re iudi. colum. secunda, indirecte tamen potest, ut in Addi. ad singul. 62. Matthe. Matesi. num. 12. versic. & no. quòd licet episcopus. Et generale est, quòd potestates inferiorũ famæ restituere nõ possunt Felyn. in cap. cum te. post num. 12. de re iudic. vbi idem Felyn. limitat. Papa, vt sibi libet, infamiam tollere potest. cap. Euthemium. §. primo, secunda quæstione tertia, & in Reper. Inqui. in uersi. infamia. in ff.

In restitutione deportati habemus tex. in l. j. ver. si & pater, & filius deportari sint, & ambo restituti. ff. de bon. pos. con. tabu.

Regulare est, quòd licet pœna tollatur, culpa tamen durat, iuxta tex. prealle. in l. fin. C. de gene. aboli. & iuxta illud Ouidij. Pœna potest demi, culpa perennis erit. de quo etiam per Alcia. in trac. de uerb. signi. lib. 4. post nu. 17.

Restitutio huiusmodi ad famam, & dignitatem magni est momenti, ad solumque Principem, (vt præmisi) ac Senatum spectat. l. prima, §. de qua autem restitutione. ff. de postu. Gemin. consi. 105. pro declaratione, num. sexto, versi. quoad secundum. Quod tamen limitandum est, quando infamia orta est de iure communi. At si ex statuto Ciuitatis, uel banno alicuius officialis infamia nata est, Ciuitas ipsa per suum statutum, vel decretum, & ille officialis contrario imperio, vel etiam decreto restituere ad famam poterunt. Cuius est enim concedere, eiusdem est & tollere. l. nam natura. ff. de condictio. indebi. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. Et qui condemnare potest, pôt etiam & absoluere. l. 3. ff. de re iudica.

Papa restituit famæ clericos quoscunque, laicos subditos tantum, alios vero laicos non. Innocen. & communiter alij concludunt in allega. c. cum te. de iudi. Archid. & Gemin. in §. hinc colligitur. 2. quęst. 3. Diuus Thom. secunda secundæ quæst. 68. articu. ult. in fi. Limitat Fely. in d. c. cum te. duobus modis. videlicet. nisi Papa indigeat laico non subdito infamato quẽ ordinare uoluit, quo ordinato cessat infamia. Altera quando Papa restituit laicum non recognoscentem superiorem in temporalibus.

Restitutio, quæ à Principe emanat, magnam cum restitutione diuina similitudinem habet. sicut enim Deus amissam restituit lucem, Tob. cap. 18. Ioan. 9. & Marci. 8. Et restitutus est ita, vt clara videret omnia. Restituit uitam. Ioan. 11. Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, & infinitis alijs locis: Ita princeps ad nomen deperditum, ad honores amissos, & ad plura alia, quæ fere interierãt, restituit.

Gratia, uel indulgentia si in ea non sit expressum etiam quoad bona, trahitur tantum ad personam, non autem ad bona. ad l. 2. C. de senten. pas. Ægid. Bos. pract. crimi. titu. de Remed. ex sola clementi. in principio.

Aduertendum etiam est, quòd per quamcunque restitutionem & reintegrationem non recuperantur bona in alium translata, seu fisco incorporata, nec per signaturam consueuit dari clausula in præiudicium fisci, seu tertij, ad ea quæ uoluerunt glos. & Barto. in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 13. & ibi Bald. & Ias. nume. 25. ff. de liber. & posthum. Alexan. consi. 190. maturè. num. quarto, uersi. quarto pro hoc facit. Dec. consi. 525. visis his, num. 8. & videatur omnino Rot. Belle. 743. conclusio patet, & dec. seq.

Incorporata autem bona fisco quando dicantur? respondeo, quòd tunc quando in numero, & corpore aliarum rerum fiscalium redacta sunt, ad tex. in l. tertia, iunct. glo. in versi. rationales. in fin. C. de bon. uacan. & de incorp. lib. decimo. Bald. & Felyn. in c. translato. de constitu. Bart. in l. si conuenerit. 2. §. si nuda, in fin. ff. de pign. actio. Tiraq. in repetitio. l. si unquam. in uers. donatione largitus, post num. 131. C. de reuo. dona.

Absolutio vero, remissio, & indulgentia cũ clausula, de qua supra, videntur omnem infamiam tollere, & comprehendere omnem pœnam pecuniariam, & bonorum confiscationem, etiam fisco incorporatam, dummodo non in tertium translatam. l. si docueris, & ibi Doctor. C. de fals. Paris. consil. 1. num. 17. 21. & 31. uolum. quarta. Et est communis opin. ut etiam per Felyn. in cap. inter quatuor. nu. quarto, de maio. & obed. Nel. de Banni. in 1. part. 3. temporis, quæst. 5. Ias. in alleg. §. & quid si tantum. num. 70. & sequen. Iul. Clar. senten. lib. quinto. §. fi. q. 5. uersi. item quæro nunquid restituit, Ægid. Bos. titu. de Remed. ex sola clemen. post num. 11. uers. & ideo non trahitur ad alienata per fiscum. postea subdit, quòd nec trahitur ad fructus perceptos per fiscum de rebus adhuc non alienatis, iuxta communẽ conclu. Doct. in dicto §. & quid si tantum. Et quòd non recuperet sic restitutus fructus per fiscum, vel principem iam perceptos, probat tex. sing. in auth. idem est de Nestorianis. C. de hæret. ubi q̃ si quidã liberi sunt fideles, alij uerò non, portio, & hæreditas omnium debet esse apud fideles, & si postea fuerint conuersi, restituuntur eis eorum partes sine fructib. & ibi ad hoc notant Albe. & Saly. & Ang. in alle. §. & quid si tantum. col. fi. Cuma. num. 13. Alex. nu. 21. Lancel. Dec. col. pen. uersi. unum semper, quicquid ibi dicat Ias. nu. 66. uersic. sed aduerte, licet omnes.

Si promotus ad sacros ordines in 21. anno cõtra cle. fi. de æta. & qualit. petit rehabilitationem, addi debent uerba, vz (Eo ad annum suspenso) de iure autem suspenditur ab ordinis exequutione vsq; ad ætatem legitimam, argu. tex. in ca. uel non est, de tempo. ordi. & in terminis est glo. in d. clem. vlt. in uers. anno.

Quando quis per saltum promotus fuit, puta à subdiaconata ad presbyteratum omisso diaconatu, tunc interdicitur ei executio ordinis, quem recipit, donec diaconatus collatus sit. ca. sollicitudo. 52. di. sti. cum hoc etiã episcopus dispensare poterit, & ei-

dem diaconatum conferre, vt tunc ipse ordinatus ministrare possit. c. vni. vbi etiam glo. in ver. ministrare. de cleri. per sal. promo.

Verum si is in ordine non suscepto ministrauit, irregularis effectus est, & tunc solus Papa dispensat, & rehabilitat Lap. alleg. 29. an dispenset. Sum. Syluestri. in ver. irregularitas. §. 11. quæritur. & Rebuf. in praxi, de cleri. ad sacros ordin. malè promo. col. fi. nu. 16. & seq.

ABSOLVTIO, ET REHABILITATIO ab homicidio.

Lex Draconis legislatoris Atheniensis cædis perpetratores extorres patria, & finibus fieri iubebat, non homines modo, sed & animantes alios, atque etiam inanimata, quæ lex non est dissimilis ab eo, quod scriptum est Genesis 9. Et Suidas refert, cum quidam æmulus Niconis Tasij Pugilis celebrati, iam defuncti statuam odio indulgens fustibus cæderet, tanquam Niconem ipsum viuum contumelia afficiens, statua in cædentem collapsa oppressit eum, & extinxit, propter cuius necem eius hæredes statuam ipsam necis ream egerunt apud Thasias lege Draconis, tandemque statua necis damnata, sententia iudicum in mare demersa est. Euse. lib. 5. de præpara. Euan. Diomedis Athletę statuam fuisse dicit. Exodi verò cap. 21. scribitur. si bos cornu percusserit virum, aut mulierẽ, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comẽdentur carnes eius. Guid. Papæ dec. 3. Item eodem Exod. & Deuter. 5. Leui. 24. Qui percusserit, & occiderit hominem morte moriatur. & Numer. 35. si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidij; & ipse morietur. Mandatur homicidam ab altari Dei euelli, vt moriatur, prout etiam in c. 1. de homi. in l. j. cum alijs. ff. de sica. Et scribitur Deuter. c. 19. si quis autem odio habens proximum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad vnam de supradictis vrbibus, mittẽt seniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradẽtque in manum proximi, cuius sanguis effusus est, & morietur, non misereberis eius, & auferes noxium sanguinem de Israel, vt benè sit tibi. & in Apocalipsi, Ecce post hęc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes, vsque quo Domine non das iudicium; & vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus nostris, qui sunt in terris. Et beatus Tho. secunda secundæ quæstio. 122. articu. 6. dixit, homodicium de se nõ esse appetibile, sed magis horribile, quia non habet in se rationem alicuius boni. idem secunda secundæ quæstio. 70. art. 3. Quòd inter cætera peccata, quæ committuntur in proximum, homicidium grauissimum sit.

Ex præmissis, & infinitis alijs, quæ adduci possent, apparet, quàm fit odio habendus homicida, qui irregularis etiam efficitur, prout in iure nostro probatur ex rex. in c. miror. 50. dist. in c. quæsitum. de temp. ord. & in c. inquisitionis. de accusa. ac. in c. non ab homine. de iudi. per Bal. consi. 439. ad bellum, post princ. vol. 5. per Abb. in c. cum contingat. col. 6. de fo. compe. Ex quib. etiam colligi potest quàm moderatè, & parcè secum dispensandum sit, qui quatuor offendit, Deum videlicet, idque dupliciter, & quòd creaturam ad imaginem suam factam. ad c. hæc imago. 33. q. 5. c. interfecisti, de hó. Rursus, quod præceptum Dei contemnat, de quo in decalogo, Non occides, & Exodi. 21. Secundò offendit rempublicam, & Principem, quorum interest refertas esse ciuitates liberis hominibus. l. 2. C. de indi. vidui. tollen. l. 2. ad fi. C. commu. de manumis. l. 1. ff. solut. matr. Tertiò homicida lædit patrẽ, & alios maiores occisi, cũ filij immortalitate quadam suos parentes donent in Auth. de nupt. §. 1. l. liberorum. ff. de verb. sign. consanguineosque, & cognatos interempti offendit; iniuria enim facta vni de parentela, in ignominiam cuiusque stirpis eiusdem redundat. l. 1. cum duab. seq. ff. de lib. cau. & dixit tex. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pænis, penam homicidarum esse solatio cognatis, & affinibus interempti. Quartò occisum læsit, quem priuauit vita. nullis rebus humanis conferenda, argu. tex. in l. vt vim. ff. de iust. & iu.

Circa absolutiones ab homicidio, & rehabilitationes concedendas, magna est differentia, an homicidium sit uoluntarium, per industriam, seu data opera; an uero casuale, vel non ex proposito, seu vim vi repellendo, & ad defensam, iuxta text. in l. vt vim, vbi omnes. ff. de iust. & iu. & l. is qui aggressorem, & l. si quis percussorem. C. de sica. Et qui nolens occidebat etiam de iure diuino in tuto. ponebatur, & diuersimodè ab alijs interfectoribus tractabatur, prout Deuter. 4. versus fi. Tunc separauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad oriẽtalem plagam, vt confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum &c. & c. 19. post princ. Qui percusserit proximum suum nesciens &c. & Iosue c. 20. in princ.

An autem presbyter celebrans aggressore ad sui corporis defensam interfecto, rem sacram inchoatam perficere possit. Ioan. de Ligna. in tract. belli, quæst. 84. & Hier. Grat. respon. 105. videtur treguánum. 21. lib. 1. concludunt pro affirmatiua, quod tamen non videtur dubio carere. Negari enim nõ potest, quin illius interfectoris etiam pro defensa commota sint viscera, anima turbata, spiritus anxiatus, & cor conturbatum, iuxta Psal. 142. primique motus non sunt in potestate hominis. Pro opi. verò Io. de Ligna. pondero tex. in cle. vni. de homi. vbi quod talis non efficitur irregularis, ergo prohibitus non habetur officia cæpta complere. Et eundem Io. de Ligna. sequuntur etiam Abb. in c. 2. nu. 2. de vi & hone. cleric. & Sarnen. in §. superest. post nu. 55. Inst. de act. & ante ipsum D. meus Phi. Dec. in l. vt vim. nu. 8. ff. de iust. & iu.

Si uoluntarium homicidium sit, tunc distinguere debemus cum aliqua ratione, causa, seu occasione; an verò iniustè, & irrationabiliter perpetratum supponatur. Rursus si iniustè, an loquamur de dispensatione quoad ordines, an quoad beneficia, prout considerant, & distinguunt Doct. in locis infra adducendis. Et uoluerunt Bal. in l. data opera, col. 4.

col.4.C.qui accuſ.& idem Bal.& Salyc.in l.2.C. de noxa.& pulchrè Alex.conſ.140.videtur in caſu,lib.2.& præceptor meus conſ.9. & pro tenui, num.2. quod ſtatuta imponentia pœnam mortis pro homicidio,limitanda ſint,dummodo ex dolo, & propoſito commiſſum ſit.

In ſacra pagina plura homicidia varijs ex cauſis commiſſa videmus. Occidit Cayn Abel fratrem, Geneſ.4.Moyſes Aegyptium. Exod.2.Dauid Goliam.1.Reg.17.& Vriam 11.Reg.11.Salomon Abdoniam.3.Reg.2.Herodes Antipas Ioan. Baptiſtã Marci.6.Petrus ſolo verbo Ananiam, & Saphirã, Actuum. 5. variæ itidem intentiones,& cauſæ in præmiſſis apparebunt.

Abſolutio ab homicidio in terris eccleſiæ, ſiue per laicum,ſiue per perſonam eccleſiaſticam commiſſo,poſt aliquot annos,& habita pace a ꝓximioribus.obtineri ſolebat cum rehabilitatione in forma,nõ aũt quoad bona fiſco incorporata.Et ſic obtenta prius remiſſione partis ad ea quæ notat Iul. Clar.ſen.lib.5.§.fi.q.58.in princ. & verſ. viſum eſt de quibus,ac verſ.quæro. pone quòd aliquis. Qđ autem homicidium recens magis puniatur,& difficilius remittatur,quàm antiquum, probatur argu. tex.in l.1.C.de rapto.virgi.& eſt tex.in l.ſi diutino ff.de pæn.& per Hyppolit.de Marſ.in l.1. §. præterea;nu.31.verſic.item magis punitur homicidium recens.ff.ad leg.Cor.de ſica.Hodiè rarò conceditur diſpenſatio,ſeu abſolutio hæc,& non ſine legitima,& rationabili cauſa.

Nec cõſueuit abſolutio ab homicidio ab eodem ſummo Pontifice concedi tempore cuius illud perpetratũ fuerit:pro cõſuetudine adduco illud Nu. cap.35. [Manebitq. ibi donec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt,moriatur]& ad fi.[Exules,& profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbe ſuas reuerti poterunt &c.[& Ioſue 20. (Et habitauit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui,& moriatur ſacerdos magnus quifuerit in illo tempore)

Quantum ad illam clauſulã(Habita pace a proximioribus)notandum eſt,quòd proximi,ſeu proximiores hic accipiuntur pro ſanguine coniunctis, prout eſt tex.in l.diuus.ibi.Et ſecuritatẽ proximiorum pertinebit.ff.de offic.præſid.in l.poſt conſanguineo.§.penult.& vlt.in l.item præter.ff.de ſu. & legi.in l.quicunque.C.qui admitti,& in l.quamuis adulterij.C.de adulte.Philipp.Franc. in c.ſi pater, col.penult.in 27.q.de teſt.lib.6.

A quibus autem cõſanguineis pax habenda ſit, tres ſunt opin.prima Oldr. ꝙ ſufficiat ab vno ex conſanguineis illam obtinere, quæ vltra quòd ſit contra regulam tex.in l.vbi numerus. ff.de teſtib. communiter reprobatur.vt per Crot.in 2t.repe.§. Cato.poſt num.81.& per Alc.in repet.dicti §. Cato.nu.168.Altera fuit opin.Bart.in eo.§. Cato. nu. 33.quod ſufficiat pacem obtinere a maiore parte conſanguineorum.quam commnem affirmant.Aret.in l.pro hærede.§.fi.poſt num.11.ff.de acquir. hæred.Butig.l.in dicto §.Cato.num.175.Bologn. num.199.Crot.nu.151.in 1.repet.&in 2. num. 82. Placa lib.1.Delicto.ca.46.nu.7.Io.de Venaf. conſ. 88.nu.6.aſſerens hanc opin. magis communem, æquiorem & tenendam in iudicando. Et hanc communem dicit Boet.deciſ.12. poſt nu.3. Aegid. Boſ.tit.de pace,nu.21.Tertia fuit opin. quòd requiratur omnium proximiorum conſanguineorũ cõſenſus,& hęc mihi verior videtur, & eam ſeruari vidi,& hanc communem teſtatur cõtra Bar.Fel. in c.cum omnes.nu.27.de conſtit.Iaſ.in d.§.Cato. nu.57.Alcia.poſt.nu.182.Rip.nu.103.Soc.Iun.nu. 273.idem Alc.in l.in uſu.ff.de verb.ſig. vbi quòd hoc frequentius receptum videtur.Couaru.lib.r. Reſol.c.13.poſt nu.8.uerſ.quæro tunc,ubi inquit, quòd ita aduerſus Bar.frequentiore caſculo receptum eſt Iul.Clar.ſenten.lib.5.q.58.verſ.frequenter ſolet. vbi dictis opi.relatis hanc opin.ſemper ſibi magis placuiſſe affirmat.

Nec refert,an dicatur [Habita pace a proximiorib.vel a proximis] Bal.conſil.146. præmiſſis.col.1. in fi.lib.2.proximo enim proximior nemo eſſe poteſt,cum proximus is ſit,quem nemo antecedit. l. proximus.ff.de verb.ſign.l.2.§.hæreditas,& §.legitima.ff.de ſu. & legit.& proximus exponitur. 1.in priori gradu.D.meus cõſ.1.nu.1.verſ. & proximus exponitur.Sed inquantum dixi non referre, an dicamus proximiorem,an proximum, non videtur abſolutè uerũ,cum tex.in l. quamuis adulterij. C. de adult.dicat.Quod proximis neceſſarijsque perſonis ſolũ defertur copia accuſandi de adulterio: & tamen ibi dicitur,quod patruo licet accuſare ẽt ſi frater extet,Patruus igitur dicitur ibi proximus, licet adſit frater illo proximior.idem probatur ex l.cum rem alienam.C.de legat.ubi legatum rei alienæ ab ignorante factum non ualet, niſi proximæ perſonæ relictum ſit: quod intelligitur etiam de ijs, qui non ſunt priores gradu, omnes enim illam legem intelligunt de coniunctis ſimpliciter.

Nec uitiabitur illa clauſula [Habita pace a proximioribus] ſi ab vno tantum habita ſit: quia ſolus proximus ſit, ad text. in dict. l. 2.§. legitima, & §. proximus, de ſu. & legitim.l. proximus, & l. in vulgari ff. de verbor. ſignificat. pro quibus videatur Tiraquell. de vtro. retra. §. 11. gloſſ. 1. numero. 1. pagina. 499. vbi etiam ſubdit, quòd proximior, ſeu proximus dicitur, etiam ſi longo interuallo ſit remotus,modò inter duo diſcreta nihil medium interpoſitum ſit, iuxta illud Virg. 5. Aene. Proximus huic, longo ſed proximus interuallo. pro pręmiſſis, & an omnium conſanguineorum, ſeu hæredum conſenſus requiratur, videatur etiam, quæ ſcribit Anton. Gomeſ. Hiſpanus in commeſit. Variarum Reſol. tomo terzo.capit.3. num.63.dum quærit, an ſi defunctus & interfectus reliquerit plures hæredes in teſtamento, uel ab inteſtato,omnes concordiam cum delinquente facere debeant.

An autem illa verba [Habita pace a proximioribus] vera reddantur,ſi pax non eſt habita à muliere,q̃ ꝓximior erat alijs ꝓximis qui pacẽ fecerũt? Videatur.ꝑ Bal.conſil. 6. hæc eſt copia.libr. 2. & conſilio. 113. ſuper primo,in princ.libro 4.iun.

thémate

themate illius consi. per Corn. consi. 222. quanquã, per totum, libro tertio, & per alios citatos per Tiraquel. de vtro. retra. §. 1. gloss. 9. nu. 711. pag. 192.

Et an sufficiat consensus filiæ interempti, seu filia pacẽ facere possit de nece patris, distinguo, aut extant masculi, & negatiuè respondeo: aut non extant, & affirmatiua verior erit, ad Bald. in l. Titia. §. Lucius. ad fi. ff. de leg. 2. Ias. post Ange. in l. 4. §. Cato. ante numerum 58. ff. de uerbo. obligat. Ioan. Cãpeg. de Dote, quæstione 49. numero secundo, ver. hinc est, quòd fœminæ. sic etiam distinxit Ioan. de Imol. in l. si filius qui patri. ff. de vulgar. & pupil. Præfatus verò. Anton. Gomes. vbi supra post nu. 65. indistinctè tenet, sint masculi, vel non; fœminam & accusare, & remissionem, & concordiam facere posse. Videatur Rip. in dicto §. Cato. nu. 105. & Iul. Clar. vbi supra, quæstio. 58. versi. sed quid si inter hæredes relictos a defuncto reperiatur vna fœmina.

Sed quæro, ad quid inuenta sit illa clausula [Habita pace a proximioribus] an propter defectũ potestatis Papæ, quia Papa non possit aliter absolutionem huiusmodi concedere; an verò supposita potestate, ex aliqua causa rationabili, & qua? Et videtur, quod Papa absque hac clausula non possit aliquem homicidam absoluere; si enim simpliciter absolueret, filijs defuncti, nepotibus, & alijs consanguineis pecuniam, & panem quotidianũ sæpe subtraheret. ponamus enim. quòd quis interfecerit aduocatum, procuratorem, medicum, vel alium, qui ex propria doctrina, vel artificio domui suæ victũ & a lia acquirebat. conuenit, ne quòd filij, & nepotes interfecti mendicent propter hanc absolutionem? quodque solita alimenta eis subtrahantur, quo casu non minus esset, eos necare, quàm fuit ipsorum patrem, seu auum interficere, vulga. l. necare. ff. de liber. agnosc. & quomodo Princeps poterit hunc victum, & pecunias, vel potius interesse subtrahere præfatis quibus debetur æstimatio operarum, quibus hæres occisi caruit, & carebit, iuxta opin. Azo. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad l. aquil. & Specu. in tit. de iniu. & dam. dat. §. 2. versiculo; nunquid pro homine libro, & Hippol. de Marsi. consi. 151. & 131. quod aliàs discussum fuit in Rota, vt alibi ostẽdam. Hac autem clausula [Pace habita] addita, consanguinei non concedent pacem, nisi ipsis de quouis interesse huiusmodi satisfiat. Vera est opinio, ꝙ Papa possit, & sic nõ consideretur defectus in potestate. Qua tamen absolutione concessa, non propterea denegari poterit hæredibus occisi, quin ad interesse prædictũ agere possint.

Potior autem ratio clausulæ prædictæ ea (ut puto) erit, vt hæredibus in hoc mos geratur, ab ipsisque pax petatur, & hac, vel alia satisfactione animi sanentur afflictorum. iux. tex. in cap. sic ille. 23. quæstione 4. & postquam remittitur uindicta in criminosum quæ solatio fuisset cognatis, & affinibus interempti. iux. tex. in l. capitalium. §. famosos latrones. ff. de pœn. & ad tradi. per Luc. de Pœn. in l. 3. versicul. quartum patet. C. de curio. & statio. lib. 12. & l. 1. col. 15. in 5. quæstione. C. de deserto. eod. lib. Decẽs est, vt aliqualiter istis per delinquentem satisfiat, per pacis, & remissionis petitionem. Iul. Clar. dicta q. 58. ver. adde quod etiam si quis ostendat.

Et non solum pax requiritur sed & remissio offensæ. Hinc dicebat Matth. de Affl. in c. j. in gl. 1. de pa. iura. firm. quod tanti debent esse aduocati, vt ponere faciant in instrumẽto pacis, quòd consanguinei, vel hæredes non tantum fecerint pacem, sed ẽt remittunt offensam, & promittunt non accusare, nec in iudicio querelam facere. Add. remittendo ẽt damna, & interesse.

Et quòd facilius parcatur delinquenti concordata parte aduersa, seu nemine reclamante, vltra notoriam consuetudinem vbique vigentẽ, pondero tex. in l. si adulterium. §. ijdem imperatores. in fin. ibi, Et facilius si nemo reum postulauerit. ff. de adulter.

Voluntario homicidæ dispensationem petenti dabatur Signatura, videlicet [De absolutione]

Et hæc abso utio considerari potest vel in foro poli, seu conscientiæ, vel pœnitentiæ, puta si homicidium occultum sit, vel si de iure ciuili aliquid liceat, licet non de iure canonico, & simus extra terras ecclesiæ, licet aliqui, prout etiam Abb. in c. interfecisti, nume. 2. de homi. vbique ijs ius canonicum seruari debere asserant: uel ponas alium casum conscientiam tantum cõceruentem, circa quã facilius dispensatur, ut per Rebuff. in praxi, de dispen. cum corpo. vitia. nu. 19. Aut intelligas etiam de dispensatione in foro fori, si simus in terris ecclesiæ. si extra, quoad forum fori ad alium Principem spectaret. Rebuff. de rescrip. Rehabi. mixto. in princip.

Aliquando dabatur [De absolutione, & obtentis, & ad simplicia] Nunc habemus Concil. Trid. Sessio. 24. aliàs 4. sub Iulio Quarto, cap. 7. ubi ꝙ homicida uoluntarius etiam occultus, nec promoueri ad ordines, nec beneficium etiam sine cura obtinere possit, sed omni ordine, ac beneficio, & officio ecclesiastico perpetuò careat. Idem etiam cauetur lege Platonis non admittente ad sacerdotium cædis non expertem, vt dialogo 6. de legibus. lib. 34.

Pro clericis, si homicidium sit voluntarium addi debet clausula, videlicet [Citra ascensum ad superiores ordines] iuxt. tex. in c. si quis post acceptũ, ibi. Si ad clerum admissus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem. 51. dist.

Pro præsbyteris in uerò addatur clausula, videlicet [Citra altari ministeriũ, & curata beneficia] Ab altaris enim repelli dẽt (vt diximus) iux. c. 21. Exodi. si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelle eum, vt morte moriatur. Quæ verba habemus etiam in c. 1. de hom i. & & quod talis non administret. c. fi. de temp. ordi.

Aliquando ponebatur clausula pro presbytero homicida, videlicet [Eo ad triennium suspensio à die perpetrati delicti, vel homicidij computãdũ] de qua clausula loquitur Sarnen. & de alijs, quæ huic materię congruunt in tractat. expectatiua, numero. 88.

Ali-

Aliquando addebatur clausula (Et extra locum perpetrati delicti, vel homicidij) & sic ibi nunquam celebrare poterat. Ratio huius additionis per Signaturam inuentæ, ac denegationis, ne in loco perpetrati delicti celebrare possit, uidetur esse; quia sicut quis puniri debet in eo, in quo deliquit, ad tex. in c. literas. §. fi. de temp. ordin. cap. quanto, versic. cæterum, de transla. episco. cap. pastoralis, in fin. de iure patrona. ita puniri, seu priuari debet, ne in loco à se offenso celebrare, uel aliquid commodi, seu honoris habere possit, argumen. etiam text. in cap. fi. de immu. eccle. & generaliter dicimus, nō solum quem priuari priuilegio loci, ubi deliquit, immo ibi eum puniendum esse, l. tertia. ff. de offic. præsiden. l. fina. de noxa. l. prima. ff. de accusa. l. secunda, C. ubi de cri. agi opor. cap. postulasti, & c. fi. de for. compe.

Sunt qui contendant, Papam cum homicida uoluntario dispensare non posse quo ad ordines, dicente Domino Dauidi. Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. 1. Paralipo. 7. iterum. ca. 22. Multum sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti, non poteris ædificare domum nomini meo tā to effuso sanguine coram me. rursus cap. 28. Non ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis uir bellator, & sanguinem effuseris. Psalmo 5. Virum sanguinum, & dolosum abhominabitur Dominus: Et Prouerb. cap. sexto. Manus effundentes sanguinem innoxium odit Deus. cap. si quis omnem, uersic. noui rursus. secunda, quæst. septima, & de consecra. distin. prima, in princ. & facere uidetur capi. miror. 50. distin. & gloss. penul. in uersi. consilium, in uersic. sicut dignum. de homicid. Beatus Thom. secunda secundæ quæst. 64. articu. septimo. Specu. de dispen. §. nunc breuiter, num. tertio, uersic. quin to cum homicida uoluntario. Breuiter in contrarium est ueritas, prout concludunt Innocen. Hostien. Anan. & Abb. num. 12. dicit hanc esse communem opin. & respondet ad contraria, & illa soluit in dicto cap. sicut dignum. Idem voluit Card. Alexan. & alij in cap. lector. 34. distin. But. & Abb. in cap. super eo, de bigam. Mar. Socyn. num. 95. & Felyn. in cap. ad audientiam. num. secundo, & 3. de homici. Gonzal. Villadie. de irregula. cap. vltimo, hanc communem affirmans. Idem asseuerant Syluest. in versic. irregularitas. ad finem. & Alber. Trotius in tracta. de uero, & perfecto clerico. libro secundo, capit. 126. & Thom. Ferret. cau. 44. Et in ueteri testamento habemus, quòd dispensatum fuit cum nepote Aaron, qui uocabatur Phinees, & duplex homicidium commiserat, & fuit sibi permissum administrare diuina. Paulus item Apostolus homicida fuit, & tamen diuina ministrauit: vnde videtur quòd Dei Vicarius similiter dispensare possit.

Quando illi, qui fuerunt prætores, seu potestates, uel iudices in causis criminalibus, tulerunt sententias sanguinis, quibus sequuta fuerunt ultima supplicia, uel fuerunt assessores, seu exequutores, petunt rehabilitari ad ordines, & beneficia, eis conceditur rehabilitatio etiam in altaris ministerio, & ad beneficia quęcunque, & licet istis nihil imputari possit: quæ enim fecerunt, amore, & in exequutionem iustitiæ gesserunt, ad cap. quæsitum. 23. q. quarta, ca. de occidendis, in principio, cap. non est iniquitatis. cap. non est crudelis, & in alijs. 23. q. quinta. Immo iudex qui a Deo recepit potestatem ad laudem bonorum, & uindictam malorum, ad cap. solitæ, de maio. & obed. cap. postulasti. de homicid. bene iudicando, & iuste delinquentes puniendo, non solum non demeretur, sed meretur, iuxta Psalm. Beatus qui facit iustitiam omni tempore, & Prouerbio. cap. sexto. Manus effundentes innoxium sanguinem odit Deus: ergo à contrario sensu manus effundentes sanguinem noxium non odit, præsertim pro iustitiæ conseruatione, & ad tradi. per Abb. in cap. primo, num. sexto, de respon. Hæc autem rehabilitatio est necessaria, tales enim efficiuntur inhabiles, & irregulares. cap. si quis vi duam, iunct. glo. prima, 50. distin. cap. primo, & sequen. 51. distin. cap. sæpe princeps. 23. quæstio. 8. cap. clericis, & cap. sententiam, ne cler. uel monac. cap. ex litteris. de excess. præla. Staph. super signatu. folio 193. versicul. pari modo, datur rehabilitatio &c. Rebuff. in praxi, titu. de rescrip. rehabili. mixto, num. quarto, & sequen. Videantur, quæ scripsi in prima quæstio. quinta, regul. num. vigesimo, & sequentibus.

An autem aduocati, & procuratores in causis capitalibus irregulares efficiantur, & sic rehabilitatione indigeant, distinguendum est, aut enim loquimur de aduocatis, seu de procuratoribus contra eos, qui ultimo supplicio damnati sunt, & affirmatiuè respondendum est, & in hoc omnes concordāt per text. in cap. aliquantos. 51. distin. cap. his à quibus. 23. quæstio. octaua, & per alia iura supra adducta: Aut loquimur de aduocatis, siue de procuratoribus reorum, & sunt opiniones, vt per Hostien. in cap. primo, de postu. versic. in criminalibus enim, & per Specu. de aduoca. §. primo, num. octauo, uersicu. in causa autem criminali nullus clericus. Ioan. Andr. in cap. sententiam, colum. secunda, versicul. quid si aduocatus, ne cler. vel mona. & ibi Abb. numero 15. in quinta quæstio. & latè per Maria. Soc. in cap. ad audientiam, num. 29. in tertia quęstio. de homicid. Breuiter hoc iure vtimur, quòd pro reis, & ad defensam, citra incursum alicuius irregularitatis aduocati, & procuratores interuenire possunt, nullaque propterea absolutione, uel rehabilitatione indigeant, argumen. tex. in cap. reos. 23. quæstio. quinta, prout etiam per Aegid. Bossium in sua praxi crimi. tit. de fauo. defensionis, col. 2. uers. & ideo aduocatus ecclesiasticus.

An autem aduocatus, qui interuenit in causa sanguinis contra reum, si sanguinis effusio non sit sequuta irregularis effectus fuerit, & absolutione indigeat? omissa disputatione concludendum est pro affirmatiua, per ipsum enim non stetit, quin omnem operam prestiterit, vt mors, seu sanguinis effusio sequeretur; poterit tamen cum tali etiam per Episcopum dispensari: ut post Spec. in titul. de dispen. uoluit Nic. Plou. in tracta. de irregulari. nu. 5. in 7. regula.

Mirum autem, & durum mihi visum fuit, quòd

clericus

clericus ex lectura literarum principi tranſmiſſarũ ab eodem ſibi conſignatarum, vt eas ſibi legeret, in quibus continebatur quendam criminoſum in tali degere hoſpito, eumque vltimo ſupplicio dandum eſſe, qui facinoroſus poſtea captus, & necatus fuit, irregularis efficiatur, & diſpenſatione, ſeu rehabilitatione indigeat, prout voluerunt. Hoſtien. Ioan. And. & Abb. in cap. ſententiam, ne cler. vel monach. vbi etiam dicunt Papam Clem. IIII. ita reſpondiſſe, cum quibus tranſit Maria. Soc. in alleg. cap. ad audientiam, poſt numerũ 30. in 3. quæſtione de homic. ſequitur etiam Petr. à Biaſio in Directo. electio. cap. vigeſimonono, parte ſecunda, numero tertio. Ratio per docto. adducta eſt: quia talis clericus legendo literas auxilium ad mortem præſtitit: debuit enim vel ſibi primo legere, vel ſaltem cum ad illam particulam litterarum peruenit, in qua cõtinebatur, quòd curaret Dominus ille, vt delinquentem capi & puniri faceret, id ſubticere, literasque Domino reſtituere, dicens non ſpectare ad ipſius officium literas huiuſmodi legere. Facilè autem tali rehabilitatio concederetur.

Similiter dat rehabilitatio illis, qui ut ſecretarij, uel cancellarij, aut coqui, uel ſimiles alicuius domini in bellis interfuerunt, non autem vt armigeri, in quibus homicidia, rapinę, & incendia commiſſa fuerunt. & addi debet clauſula, videlicet [Attento ꝙ orator non interfecit, neque mutilauit, neque incendia, vel rapinas fecit] Pro hac clauſula adduci poteſt gl. in cap. penul. ibi niſi ſuo facta exercuit. 51. diſt.

Illis autem, qui ut armigeri bellis interfuerunt, rehabilitatio dari non conſueuit, ad tex. in ſum. & capi. 1. & alijs 51. diſt. niſi valde nobilib. & dignis, vel ex aliqua magna cauſa, ſed ſola abſolutio datur nobilitate, dignitate, vel aliqua magna cauſa nõ concurrente.

Conſiliarius principis ſecularis eſſe poterit, dũmodo non conſulat in criminali cauſa, etiam ſuper eo, quòd reus abſolui debeat, nõ poterit autem eſſe vicerex, vicecomes, vel locum tenens dicti principis ſecularis. omnia hæc ponit Abb. in c. clericis. ne cler. vel monac.

An autem clerici interuenire poſſint ſine metu irregularitatis in lege condenda per quam pœna mortis imponitur, quando non imminet caſus, ꝓpter quem efficitur lex, ſed ſit generaliter, licet poſtea caſus occurrat, ut quis capite plectatur, quia tunc clericus non animaduertit in certam perſonã, ſed prouidet ut homines abſtineant a delicto, affirmatiue reſpondendum eſt. vt concludit Gemi. in c. fi. 3. no. ne cler. uel mon. li. 6.

Abſolutio & rehabilitatio Phiſico, ſeu Chirurgico, qui non obſeruauit traditiones, ſeu ꝑcepta artis vel negligens fuit, & is cuius curæ, & ſaluti præpoſitus erat, mortuus eſt, neceſſaria erit, ad tex. in cap. ad aures. à contrario ſenſu. de ætat. & quali. Cardi. in clemen. 1. poſt numer. 12. verſiculo, vel ſi medicus, de homic. videatur c. ſed nec, & ibi per Doctor. & c. ſententiã. §. nullus quoq;, ne cler. vel monac. & c. tua nos, & ibi Inn. Abb. & Fel. poſt omnes, de homic.

Homicidæ volũtario religionem mendicantiũ ingredi volenti datur rehabilitatio ad omnes ordines, etiam in altaris miniſterio, argumen. tex. in ca. primo, de fil. præsby. vbi illegitimi ad ſacros ordines, promoueri prohibentur, niſi fiant monaci, quaſi religionis ingreſſus ſeu (vt ita dicã) monachatus delictum purget, ſeu deleat, vel tollat irregularitatem, uel ſaltem Papa ad diſpenſandum facilem reddat. c. 1. de eo qui ordi. furti. ſuſce. c. 2. ubi, Vt fauor religionis ipſius circa eum valeat diſpẽſari, de apo. Staphi. ubi ſupra. ſolio 163. Sarnen. in tracta. expectati. nu. 88. verſi. & cum volente ingredi religionẽ mendicantium, vbi ſubdit, diſpẽſari etiam cum homicida voluntario occulto. & Rebuf. in praxi. titu. de Diſpen. cum corp. uitia. nu. 19.

Abſolutio ſi petatur pro eo, qui interfecit Abbatem, ſeu præsbyterum, monachum, uel clericum, ſi ſit abſens, non conceditur, talia enim perpetrantes ſedem apoſtolicam uiſitare debent propter enormitatem delicti. cap. ſicut qui, iunc. gloſſ. & cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſtio. 4. & ſi allegetur paupertas, infirmitas, bellum, uel aliud impedimentum temporale, addi debet clauſula, videlicet (Et quòd ceſſantibus impedimentis, ſedem uiſitet Apoſtolicam.)

Idem dicendum, & ſeruandum eſt, ſi non interfecerit, ſed mutilauerit mẽbrum; & ꝙ talis, immo etiam qualitercunque quis clericum, vel monachũ percuſſerit, apoſtolico conſpectui ſe præſentare, eiuſq; mandatum ſuſcipere debeat, probat tex. in alle. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.

At ſi tantum modo membri debilitatio ſequuta ſit non autem abſciſſio, nõ inducitur irregularitas. Abb. & cæteri in c. primo, de cleri. pugnan. in duel. Felin. in c. ne petitio. col. penult. de homic. & concluſit Rota in cauſa Pertuſen. Sacriſtiæ prout Dec. peregrini. Fabij. 93. incipien. In eadem Pertuſen. libro 1.

Amplio & quoad interficientes moniales, gl. in fi. in præalleg. c. ſicut qui. 17. q. 4. Hyppo. de Marſ. in l. 1. §. præterea. nu. 30. ff. ad leg. Cor. de ſica. Item ad beguinas, ad Ro. 331. not. ꝙ clericus, in antiq. de quibus beguinis in toto corpore iuris canonici (ſi rectè memini) tantum fit mentio in cle. 2. de reli. domi. & in cle. fi. de hære. De beguinis, & priuilegio illis conceſſo celebrandi tẽpore interdicti tractat Fed. de Sen. conſi. 186. factum eſt.

An autem hæc procedant in interficiente canonicam ſecularẽ? Puto quòd non, ex ijs quæ voluit in ſimi. Biſigne. dec. 2. de ſenten. excom. in antiquio. ſubdens hoc ſeruare cancellariam. Vide omnino Maria. Soc. in c. ſi quis clericus, nu. 15. de fo. compet. in 12. decla.

Interficiens, inſequens, vel capiens Cardinalem nunquam abſolueretur, ſeu rehabilitaretur, immo grauiſſimis pœnis efficeretur, de quibus in cap. fœlicis, de pœnis, li. 6. quod non ſolum emanauit contra interficientem, inſequentem, percutientem, vel capientem, ſed & contra pleroſq; alios, de quibus ibi. De quo etiam per Rui. conſi. 4. poſt nu. 19. vol. 5. & per Afflic. quæ ſint rega in uer. & bona commit. nu. 105.

Nec

Nec etiam rehabilitarentur interficientes, percu tientes, vel bannientes episcopum, seu id mandantes: vel ratum habentes, contra quos, & alios habe mus tex. in cap. ita nos, & in clemen. 1. de pœnis. Vi dere poteris, quæ scripsi in cap. duodecimo. de ingratitu. populi erga episcopum. Amplio ad offendentes, vel bannientes episcopum, qui de facto tá tum sit episcopus. Nic. Mil. in reper. in versiculo. obtinere dicitur, circa medium, versiculo, de primo est talis. & Paris. consil. 74. gratia, num. 21. volum. 4.

Notandum est, & ad hoc absolutiones ab homi cidijs impetrare volentes aduertant, q. obtinens absolutionem ab homicidio, seu alio crimine, vel habilitationem non facta mentione alterius homicidij, vel similis delicti illi, à quo hanc absolutionem petit, eius gratia omnino inualida erit, & sicut homicida in pęnam capitis damnari poterit, ac si absolutionem non impetrasset, argum. tex. in l. capitalium, versic. quòd si ita correcti, & l. solet. ff. de pœn. & in l. nemo deinceps, circa fi. C. de episcop. aud. vbi hoc no. Barto. in fi. ac Odofr. Cyn. Bal. & Paul. Castren. l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. l. quicunque. C. de seruit. fugit. l. desertorem, versi. si plures, ibi, Qui si iterato hoc admiserunt, pœna competé ti afficiuntur. & l. non omnes, ibi. Iterum deserendo capite puniendus. ff. de re mil. c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. cap. hoc uestræ, cum glo. 11. distin. Barba. in cap. super literis. nume. 76. & Felin. in cap. postulasti, colum. 4. versiculo, & per istum tex. potest inferri, de rescrip. Ias. in l. præscriptione, numero trigesimosecundo. C. si contra ius vel uti. pub. & in l. nec damnosa. numero tertio. C. de præcib. impe. offer. Paris. consilio primo, numero 70. libro primo. Videatur pro præmissis pul cher tex. in cap. diaconi. §. certè, versiculo, si in pec catis vsque ad mortem illicitè perduramus, assiduè peccantium non miseretur Deus. 93. distin. & in l. 3. ad fi. vbi etiam Bald. C. de episcop. aud. Et ibidem Gui. de Cun. & Paul. Castren. sequitur Ludou. Roma. in l. de pupil. §. si in pluribus, & ibi Ias. colum. fin. in fi. ff. de nou. oper. nunc. Barba. in d. c. super literis. colum. 23. versiculo, & per istam glo. de rescrip. ac Tiraq. de pęnis, causa 19. nu. 4. ver. verum si talis iterato.

Ratio præcipua huius conclusionis, quæ primo aspectu rigida, & seuera omnibus videri potest, ea ex locis supra citatis, & nunc citandis sumi potest, quòd iteratio eiusdem delicti delictum aggrauet ita: vt recedatur à communibus, & ordinarijs regulis. hinc videmus, quòd delictum extra territorium commissum iuncto delicto intra territorium commisso augent pœnam, & furta inibi commissa qualificant, & aggrauant furtum in territorio perpetratum, adeo vt acrius puniri, immo talis fur suspendi possit ex pulchra theorica Bart. in l. si cui. §. cum sacrileginm. in fi. ff. de accus. sequuntur And. Barba. consi. 11. illud afferam. ad fi. lib. 2. pro quo, & pro simili casu concludunt Bald. in auth. qui semel. num. 25. versi. no. hoc verbum. C. quomo. & quan. iud. Anto. Corset. in sing. in ver. statuto cauetur, quòd homicida. Fel. in c. sicut, num. 4. super gl. in ver. adulterio, vbi in fi. hanc communem supponit alios citans, de testi. Nic. Boe. dec. 164. alia insuper, ante num. 6. Hæc ego adducebam doctissimo, & primario Aduocato Tusco D. Dominico Bonsio, qui in hanc eandem sententiam venit, postquá plura in contrarium vrgentia, & subtilia argumenta protulisset. Hinc puto apposita illa verba, Alia super alia, in gratia, de qua T. Liuius lib. 3. sub ijs verbis: omnium tibi Appi Claudi quæ impiè nefarieque per biennium alia super alia es aggressus, gratiam tibi facio.

An autem peccata dimissa redeant, obscura, & perplexa quæstio est, vt præmittit Magister Senten. lib. 4. distin. 27. plura notatu digna more suo adducens.

Insuper aduertendum est, quòd contra homicidas, ac rixosos, seu tumultuosos emanarunt plures constitutiones diuersorum Rom. Pont. quę ad hoc tendunt, vt pacata, & quieta sit hæc vrbs, cum reliquo dominio ecclesiastico, malisque hominib. careat, iuxta tex. in l. 3. & in l. congruit. ff. de offic. præsid. & in l. 1. §. quies quoque populorum. ff. de officio præfec. vrbi, quas constitutiones audio nūc comprobandas, ac innouandas esse. At qui in illas inciderit, absolutionemque, vel quamuis gratiá aduersus illas impetrans, ut subsistant, his, vel similibus clausulis uti omnino debebit [Non obstá. præmissis, ac constitut. & ordin. apostolicis, nec nō Pij II. Sixti IIII. Iulij II. Leonis X. Clemen. VII. ac quorumcunque aliorum. S. V. prædecessorū ac S. V. literis, cum quibusuis verborum clausulis, etiam fortissimus, ac derogatoriarum derogatorijs sub quibusuis tenoribus, & decretis, quomodolibet concessis, confirmatis &cæt. etiam si de ijs specialis, & indiuidua, & non per clausulas generales mentio facienda, uel totus tenor inserendus esset. etiam si in illis expresse caueatur, quòd sint similes gratiæ nullæ nisi per trinas literas cum interuallo certi temporis concessæ, ac specificata, & determinata causa exprimeretur, quæ Rom. Pont. induceret ad derogandum literas Sixti præfati, seu aliorum Rom. Pont.] Has causas inueni, vt nobili. Do. Ioan. Vincentio Strambono mihi amicissimo morem gererem, cuidamque rescripto addidi a peritissimo quondam Rom. Praxis fabricato, quod absque ijs clausulis omnino inualidum fuisset.

Tempore Pauli III. rogauit me prælatus magnus, ut in fauorem sui familiaris charissimi ex diœcesi Camerinen. qui homicidium, & alia crimina detestabiliora perpetrauerat, clausulam validam excogitarem, qua imperata eius familiaris in tuto esset; Ego sic illam concepi [Ipsumque specialibus fauoribus, & gratijs prosequēdo, eundem oratoré ab huiusmodi homicidij reatu, ac omnibus, & singulis excessibus, delictis, & criminibus qualitercūque, & quomodocunque vsque in præsentem dié etiam forsan dicto homicidio maioribus & grauioribus, cuiuscunque qualitatis sint, etiam iteratis, & reiteratis vicibus, etiam occasione militiæ, vel alia quacunque, etiam inexcogitabili per eum perpetratis &cæ.] Supplicationem postea signatam cum præmissa, & alijs clausulis, & verbis prægnantibus

tibus vidi,& legi. Pro dicta clausula, & huiusmodi formula adducebam verba rescripti, seu epistolæ Regis Demetrij posita 1. Machab. c. 13. Remittimus quoque ignorantias, & peccata vsq; in hodiernum diem &c.

Adducebam etiam T. Liuium vbi supra, super gratia concessa, Appio Claudio, & ponderabam illa uerba, quæ impie, & nepharie es ausus. Hæc autem quam obtinui, est illa Appij vberior, ac fauorabilior, nec ad tempus aliquod restricta, prout illa Appij ad biennium.

Postremò circa homicidas voluntarios, & alios non ex proposito, sed casu, uel uim vi repellendo vide quæ in præalleg. Concil. Triden. Sessio. 4. sub Iulio Tertio, aliàs 14. statuta sunt. cap. 7. in Decret. Reform. incipien. Cum etiam qui per industriam occiderit.

ABSOLVTIO AB Hæresi.

ABsolutiones ab hæresi, si extra curiam, committuntur Inquisitoribus illarum partium, qui dispensant etiam super irregularitate in hæresi contracta cum hæreticis, uel suspectis redeuntibus ad gremium ecclesiæ, & illis priuilegium super præmissis concessit Clemen. VII. cuius uerba inuenies in Iud. Inquisi. per Vmber. in versiculo, dispensare, si in Curia, nemo se intromittit, nisi Sancta Inquisitio, ac illis præfecti. Et hæresis proprie dicitur error in fide cap. tertio. & ibi gloss. & Doctor. de hær. & hæretici dicuntur membra diaboli, ut in d. c. 3. & fugiendi sunt, nec salutandi. Io. 2. c. 1. Qui. n. dicit illi, aue, &c. & odit Deus sacrificia hæreticorum, & à se proijcit. c. odit Deus, & cap. sequen. cap. non oportet. & c. si quis inquit, 1. quæst. 1.

Hæreticus propriè quis dicitur in duobus, quando quis aliter sentit de articulis fidei, quàm Rom. Ecclesia, & qñ quis male sentit de sacris ecclesiæ. c. firmissimè. & ibi per Hostien. Abb. & alios. de hær. ita communiter tenere Doct. dicit Boss. in tit. de hæret. num. 1.

Amplia ut hæreticus etiam verè dicatur is, qui habet peruersum dogma, vel nouas gignit opiniones falsas, aut ueteres falsas, & ab ecclesia damnatas sequitur, gloss. penultim. in clem. vni. de vsur. Fran. Squillacen. in tract. de fide cath. c. 14. vnde asserens simplicem fornicationē non esse peccatū iudicatus fuit hæreticus. iuxta decis. Tholo. Auffrer. 346. Item fuit quæsitum, vel dicens periurium non esse peccatum mortale. Bellen. consilio 78. num. 6.

Tam detestanda est hæresis, vt pro hæretico accusato, vel inquisito non possit quis impunè absq; licentia, comparere, & hæc communis opi. dicitur ex mente Mat. Affli. super 1. parte. constit. Regni rub. 1. nu. 43.

Non datur absolutio, nisi facta publicè abiuratione de qua est tex. in c. ad abolendàm. de hæreticis, & in cap. accusatus. eod. libro 6. Formulam abiurationis habemus in cap. ego Berengarius. de pœniten. distinct. 2. Et qualiter fiat abiuratio publicè, latè tractatur in Reper. Inquisi. in versiculo, publicè. postquam si quis iterum in hæresim reincidat grauiter punitur propter elapsum, & pertinaciam, ad tex. in c. sup eo, & in prealleg. c. accusatus. de hær. libro sexto, gloss. in cap. ad abolendam. eo. ad gloss. penul. in versicu. hæreticum, in cle. unic. de vsu. & Imol. super ea numero vigesimooctauo, & per alios, & per Abb. in cap. at si clerici, numero trigesimoseptimo, versiculo, ad tertium, quæ sint crimina, de iudi. & in tracta. Franc. Squillacen. de fide catholica. cap. 19. ubi de relapso, & eius pœna. Felin. in capit. si cautio. post numerum 39. in ulti. fallen. versiculo, & hinc est quòd hæreticus. de fid. instrumen.

Relapsus propriè dicitur, qui lapsus conuersus recidiuauit, uel post abiurationem in hæresim incidit, prout colligitur ex uerbis Apostoli ad Titum cap. vltim. Hæreticum hominem (inquit) post unā & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit ꝑ prio iudicio condemnatus, hanc diuinam sentētiā similem illi philosophicæ fore affirmo, quin & illā æquiorem, & mitiorem, quam habemus apud Platonem in Gorgia, post mediū, sub ijs uerbis. Quòd si me consentientem sibi nunc habebis, postea uerò quæ assensus fuerim minus præstare deprehendas, socordem omnino. ignauumque me putato, neque ulterius in me admonendo, quasi omnino perdito operam perdas. Pro præmissis etiam habemus tex. in cap. ad abolendam. & in cap. excommunicamus, §. si quis uerò ex eis. de hæret. & in cap. super eod. titu. libro 6. In iure ciuili adduco ad idem pulcherrimum tex. in l. 3. C. de episco. aud. ibi. Vt remissionem ueniæ crimina nisi semel commissa non habeant. pro quo diuus Thomas secunda secundæ quæstione. 11. art. ult. Cald. consilio secūdo, numero secundo, uersiculo, ad id, quod dicitur de relapso. titu. de Hæret. sum. Tabie. etiam de Hæret. numero 15. Huc spectat, quod uoluit idē Plato li. 10. de legib. Vt impij priori lapsu ad carcerem dānarentur, si uerò rursus impietatis crimine condēnati sint, ut morte sine uenia plecterentur. Et dixit diuus Thomas dicta quæstione 11. secunda secundæ. articu. 4. quòd si hæretici reuertentes semper reciperentur, & seruarentur in uita, & alijs bonis temporalibus fruerentur, id in aliorum salutis præiudicium esse posset, tum quia si relaberentur, alios inficerent: tum etiam quia si sine pœna euaderent, alij securius in hæresim laberentur, iuxta illud Ecclesiasti. 8. quia non cito profertur aduersus malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrāt mala, & idem Thomas in respon. ad 1. argum. dicit, ꝙ ecclesia præsumit eos non uerè reuerti, qui aliàs recepti, postea iterum elapsi sunt.

Et non solum elapsus dicitur si in eadem speciē hæresis bis peccauerit, uerum etiam si in diuersis speciebus. Io. Cald. sequens opin. Archid. in tracta. de heret. c. 19. num. 3. Pau. Ghirlan. eod. titu. quęst. ultim. ad fi. Vber. in iudici. inquisi. in uersiculo, relapsi, numero quarto, in 3. casu. sic & relapsus dicetur, qui imposita sibi pęnitentia in uno loco, iteret de-

delictum postea in alio loco. Io. Calder. in dicto tracta. de Hæret. capit. 8. nume. 8. sic & flumina relabi dicuntur dum fluxius iterant. Hora. Carminum Ode 29. Quis neget arduis pronos relabi posse riuos montibus?

Recidiuus etiam in alia materia quis dicatur, uideatur text. & ibi Doctor. in capitu. quidam. de apostat. & Glo. pragma. de concubina. §. qui si post dispensationem recidiuo vomitu.

Ego circa præmissa considerabam, an locus esse posset huic distinctioni: Aut præsumi potest de emendatione alicuius, aut non: primo casu quis ad abiurationem admittatur, & non illicò perdatur: Aut non cadit psumptio emendationis, & illico perdendus, ac capitali pæna plectensus sit. Moueor triplici fundamento, primo instar delinquentis crimine læ. maie. humanæ, extra illos terminos, in quibus habemus expressam dispositionem iuris canonici, sequi debemus leges ciuiles. c. 1. vbi omnes. de no. ope. nunc. & ad ea, q̃ scribo in c. 1. de consti. secundo rō vnica reddi pōt, quare in hæresim incidens non sit vltimo supplicio afficiendus, quę est, quia errore aliquo, vel suasionibus, vel prauis instructionib. ductus ī hęresim īcidere potuit: at si de liberate, ac pessimo, & indurato animo peccasset, is non vr̃ vlterius expectandus, & cū (vt dixi) vnica tā tum rō reddi possit, illa pro expressa haberi debet. l. 2. ff. de libe. & posthum. & ad alia, quæ adduco in 19. q. reg. 16. cancel. num. 17. Tertiò moueor autoritate sapientissimi Platonis post prin. 9. dialo. de legib. sub ijs uerbis. si uerò ciuis quispiam aliquid tale in Deos, aut in parentes, aut in patriam perpetrare, & ad maximam iniuriam induxisse animum deprehendatur, hunc iudex, quia ex puero bene doctus, educatusq; a maximo scelere non abstinuit, sanari non posse existimetur, pęna itaque huic mors malorum minimum: Vituperatus autem, vt exemplo alios iuuet, extra fines perdatur.

Publicam abiurationem nostræ similem habemus apud Horat. carminum lib. primo, vbi inquit Parcus deorum cultor, & infrequens insaniētis dū, sapientiæ consultus erro, nunc retrorsus vela dare, atque iterare cursus &c. vbi pœnitere se asserit propter lapsum in impietatem, ex quo epicureorum sētentiam sectatus fuisset, qui Deum humana curare negant. Et merito ille doctissimus poeta hoc epicureorum decretum insanum vocat, quod etiam ab insana, & furente Didone prolatum finxit Virg. Æneid. lib. 4. scilicet is superis labor est, ea curia quieto, sollicitat: profitetur Horatius respicere velle, & ijs accedere, qui Dei prouidentia omnia administrari putant. De alijs recantationibus, & παλινῳδία habemus apud Homerum, vbi Stesichorus oculis priuatus ob Helenæ vituperationem, ut pote musicus causam priuationis agnoscens, facta recantatione confestim visum recuperauit amissum. Carmina Homeri gręca sic in latinum vertuntur. Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis, Existi fugiens, Nec adisti pergama Troiæ. In Phedro Platonis Socrates palinodiam reddit, & quidem aperto capite, qui prius eo obuoluto amorem vituperauerat, immo plura ab illiº ore proferri indigna Phedro impudeuter recensuerat.

Hæresim intra quantum tempus abiurare liceat tractant Docto. in alle. c. ad abolendam. de hæreti. Archidia. in cap. ut commissi. eo. li. 6. latè Boe. dec. 345. Inquisitus de hæresi. & dec. 343. Bertran. cōsi. 212. quia post confessionem. lib. 2. in antiq. Carer. de Hæredi. nu. 159. Iul. Clar. senten. li. 5. §. Hęresis. uersi. sed vsque ad quod tempus, vbi refert diuersas opin.

Vltra absolutionem erga hæreticos, datur etiam aliquando rehabilitatio, vel dispensatio, & a solo Summo Pontifice. Mil. in Reper. in uer. dispensare non potest episcopus in hæresi. Et quatuor modis secum dispensari potest, vel semiplene, uidelicet, quòd ad minores ordines promoueri possit. ca. si quis hæreticę. 1. q. 1. Vel plenè, vt sacerdotes hi effici possint. cap. conuenientibus. 1. q. 6. Vel plenius, vt quis episcopus, sed non primas effici possit. ca. nos consuetudinem. 12. distinct. Vel plenissime, quādo ad omnes ordines, & dignitates conceditur, vt hi ꝓmoueri possint, ca. ipsa pietas, 24. quæst. 4. pro quibus omnibus glo. in fi. in alleg. cap. nos consuetudinem, & illam gl. sequitur Spec. de dispen. §. qualiter autem. col. 2. vers. qualiter, & in quib. dispensetur cum redeunte ab hæresi.

Dispensatum fuerat per Alex. VI. in fauorem filij cuiusdam condemnati, & relaxati curiæ seculari, ut posset habere beneficia, & omnia alia, &c. corā bo. me. episcopo Marsicano in Hispalen. Portionis inter Ioan. de Morillas ex una, & Ioā. Martinez ex altera, die 10. Martij 1541. fuit in Rota dubitatum & disputatum, an gratia illius subreptitia, & consequenter inualida esset, quia non fuerat expressa qualitas, quòd ille erat filius non solum hæretici, sed hæresiarchæ, quòd si Papa sciuisset, vel cum filio hæresiarchę non dispensasset, vel saltem difficilius. fuit per Rotam tandem conclusum, quòd dispensatio erat bona, & non subreptitia, & pro hoc Rotæ decreto adducebatur dec. Bellam. 333. in causa. prout annonatum inueni in quibusdam fragmētis Ioan. Mohed. olim Rotę Auditoris. Contraria soluebantur ex illa conclusione, quæ est, quòd non omnia, quæ Papam difficiliorem redderent, narrāta, seu exprimenda necessario sint, sed illa tantum, de quibus in iure cautum sit, vt narrari, seu exprimi debeant. ad Felyn. in capit. super literis. de rescrip. Ego pro Rotæ decreto adduco in specie pulcherrimam sententiam sapientissimi Platonis de filijs cōmittentis in Deum, in parentes, in patriam, loquentis in alleg. Dialog. 9. de legib. ubi inquit. Filijs uerò eius, & generi vniuerso, si mores paternos fugerint quia nati ex malo fortiter uirtutem secuti sunt, honor exhibeatur, & laus.

Hodie contra hæreticos, & de fide male sentientes, non minus iuste, ac prudenter, quàm pie proceditur, iuxta dogma diui Augustini, lib. 2. contra Gaudentij epistolam de Hæreticis sub ijs uerbis. Hoc hominum genus per imperatoriam curā corrigi debet. & super Ioannem abundè docet, imperatores, & principes catholicos uti debere gladio cōtra hęreticos. Sic & Constantinus Imperator Arrium cum adhęrentibus in exilium damnauit, quia no-

nolebant adhæret Concilio Niceno l. Manicheos. C. de hæret. Theodosius Imperator puniuit hæreticos Manicheos, omniumque bonorum possessione, ac omni successione priuauit, post mortemque admisit inquisitionem fieri. l. arriani. C. de hæreti. iunct. l. vltimum supplicium. ff. de pœn. Valentinianus, ne Manichei in solo Romano conueniendi, morandiue facultatem haberent, statuit, illosque vltimo supplicio tradendos esse decreuit. l. quicũque. §. vltim. C. eod. spero Imperatorem, & reges christianæ fidei assertores horum, & aliorum exẽplis, propriaque virtute excitatos hæc, & maiora facturos, impiosque, ac in omnes hæreticos forti manu seuerissime animaduersuros, hæresesque radicitus extirpaturos.

De dispensatione cum hæretico tractatur in Reper. Inquisito. in uer. dispensare. Hæreticorum fautores, ac defensores hodie ex bulla in cœna Domini sint excommunicati ipso iure. Quatuordecim pœnas hæreticorum refert Syluestri. in sum. in vers. Hæresis 1. versi. 8. quæritur, quarum octo concernunt clericos, sex verò concernuut hæreticos habẽtes uxores, ac libeos.

Hæretici beneficia an uacent in curia Romana vbi formatus fuit processus, & sententia condemnatoria lata, an in partibus, ubi ille in hęresim incurrit, discussum fuit in Rota, & uota fuerunt varia, nunquam enim aliàs huiusmodi dubium propositum fuerat. Quòd vacauerit in partibus allegabatur, quòd hæretici beneficia statim ipso iure vacant post commissum crimen. cap. cum secundum. §. bona. ubi Franc. de hæreti. libro sexto. vnde beneficia huiusmodi possunt tanquam vacantia impetrari. prob. in cap. almæ. numero octauo. de sentẽ. excom. libro sexto. Et quamuis requiratur deinde sententia declaratoria, tamen non priuat, sed priuatum declarat, & nihil addit. Mil. in Reper. in ver. Beneficia vacantia. glo. in cle. 1. vt lit. pẽden. in ver. collato. vbi Cardi. quæstione octaua. & Vital. Fel. in c. cum non ab homine. de iudi. Hanc opin. videlicet ꝙ beneficia uacant in partibus, vbi delictum commissum fuit tenuerunt Domini de Rota vnanimiter secunda uice, qua dubium præmissum ꝓpositum fuit, in prima enim (ut præmissi) nihil conclusum fuit. Videndę erunt. Dec. Paleo. 353. incip. Dubium erat tale, ac Dec. 374. incipiens. Hæc causa aliàs, in quibus præmissa discutiuntur, & respondetur ad contraria.

Suspectus de hæresi fuit in partibus carceratus, capitulum contulit eius beneficia tertio, eodem suspecto deinde Romæ carcerato, proposit. inquisitoribus hæreticorum, fuit remissum iudicium, & idem absolutus extitit cum alium ratione, quærebarur an beneficia restituenda essent non obstante collatione tertio facta? pro affirmatiua cõclusum fuit, quia cum nulla processisset sententia condẽnatoria, nec ista absoluiio esset ex indulgentia, & talis abiuratio poterat iudicari purgatiua iuxta &c. & Doct. in cap. cum P. Mauco niulla. ac in cap. inter. de purga. canoni. est in specie Decis. Achil. de Gras. 159. incipiens, Hæreticus fuerat quidam.

ABSOLVTIO A MALA Fructuum perceptione.

Absolutio a mala fructuum perceptione, ac rehabilitatio concipi solet, & pro compositione solui deberent integri fructus percepti, seu potius vsurpati, ex gratia tamen nonnunquam solum medietas soluebatur, vel tertia pars.

Et ego super fructib. malè perceptis ex beneficio de Azano Brixien. pro quodam magno prælato, qui post resignationem, rursus & uacationem suæ ecclesię, intrusus, possessionem continuauit iuxta tex. in c. cum dilectus 2. post princ. ibi. Quas ipse nihil detinuit. de purg. cano. & per Paris. consi. 143. numero decimooctauo, vol. 4. absolutionem obtinui in amplissima forma. De dicta causa Brixien. fructuum fit mentio per Put. in sua Dec. 28. lib. 1. incipien. Dec. 6.

Necessaria est hæc habilitatio, fructus enim indebitè percipiens inhabilis efficitur ac rehabilitatione indiget. c. in literis. de restitut. spoliat. cap. dudũ. 2. & ibi Hostien. col. 4. versic. sed quid si dimisisset, & colum. 13. ver. sed & caueat sibi. Abb. & alij de electio. & Io. And. in addi. ad Specul. in titu. de dispensatione. §. videndum. cir. fi. versi. sed pone aliquis. dicens, quòd Papa Ioannes mandauit dimidiam fructuum a quodã suo discipulo indebite ꝑceptorum solui cameræ suæ. Abb. in cap. ad aures. colum. 13. versic. pro hoc, de rescrip. Idem vult Mil. in Reper. in ver. Gratiam beneficij impetrans, licet beneficio. Felin. in cap. in nostra. in 2. correll. versi. & adde quòd non solum de iniusta detentio. de rescrip. Selu. de benef. p. 3. q. 2. post num. 4. vers. & non solum est facienda mentio. Rebuf. in praxi, in 3. par. signa. in versi. nec non iurispatronatus. nu. 56. & sequen. & de dispensat. cum regu. pag. 325. num. 56. & sequen. Gramma. con. ciui. 144. Phil. Franc. in c. eum qui, colum. 2. versic. in eadem glo. in fi. de præbend. lib. 6. Cassa. dec. 7. nu. 1. & 4. eod. titul. Beltran. consi. 24. col. fi. uer. debebit igitur, lib. 2. in nouis.

Proximè dicta limitari possunt iuxta nota. in li. nuncupato prouinc. fo. 62. ver. quando qui possedit & percipit fructus de facto contra ius scriptũ, aliàs non argu. tex. in ca. is qui. de sent. excommu. libro 6. pro quibus adduci potest Gloss. pragm. de pig. cul. diui. col. penul. in uersic. amittat. Non tenebitur igitur absolutionem petere, uel rehabilitationem propter malam fructuum perceptionem, si quis fructus malè perceperit contra regulas cancellariæ, vel propter aliquam reseruationẽ in corpore iuris non clausam, & in similibus, quę iuste impetrans ignorare potuit. Hęc est magna limitatio, si nera est, hic non discutio, plura enim pro ea dilucidanda tractanda venirent.

Possunt etiam limitari prædicta, ut solum procedant quando quis ex perceptione fructuum factus est inhabilis, pręalleg. cap. in litteris. de restitu. spol. & ca. quisquis. de electio. alioqui secus dicendũ sit. Host. Io. An. & alij in c. dudum. de elec. Auf. dec.

dec. Tholo. 483. Felin. in ca. postulasti. colum. pen. de rescrip. Rebuf. super concord. in for. Manda. aposto. in versiculo, pro expressis, versic. 5. etiam de fructib.

Limitat Cassa. dec. 17. de preb. solum quando fructus debentur cameræ, secus si tertio.

Regula de Triennali an suffraget ei, qui prius fructus indebitè percepisset, & non facta, de hoc mentione impetrasset beneficium? pro affirmatiua sæpius in Rota conclusum fuisse dictum fuit in Zamorren. coram Marsicano, resignans enim remã serat in possessione fructus percipiendo deinde cũ resignatarius retrossisset, non facta mentione de mala fructuum perceptione, qui triennio possedit, pro affirmatiua iudicatum fuit, prout Deci. Put. 5. incipient. Regul. suffragat. sub titulo, de Regul. de Trien.

Limitat Calcan. consilio 126. colum. final. versiculo, non obstat, quòd isti. non procedere quando longo tempore detinuisset occupans rem, quam impetrauit, quæ limitatio an sit vera, hic nõ discutio.

Amplio, vt etiam in gratia, si neutri, sit necessaria mentio fructuum malè perceptorum, alioqui gratia huiusmodi corruat. prout decisio. Ptolom. quadragesimaoctaua, incip. Conchen. parro. S. Michaelis.

Amplio, vt expressio fructuum malè perceptorum facienda sit, & rehabilitatio obtinenda, etiam si huiusmodi fructus fuissent modici, puta ualoris vnius, seu dimidij aurei, etiam si de intrusione in genere mentio facta fuisset: tum quia subreptio quęcunque, etiam minima in beneficialibus uitiat. c. si proponente. de rescrip. c. si motu proprio. de præb. li. 6. Et furtum committitur in vno ouo. glo. in ver. qui furandi. in §. gallinarum. Instit. de re. diui. Tum quia si Papa intellexisset, quod iste fuerit tãtæ temeritatis, quod sine titulo fructus vsurpasset, ei gratiã non concessisset, prout in proprijs terminis habemus dec. Put. 12. de præben. incip. Taciturnitas modicorum fructuum, vbi etiam, quod ita pronunciatum fuit in Rota, sub die 26. Aprilis 1541. corã Marsicano in causa Bellicen. prioratus. Adducitur etiam, quòd de minimis curat pretor in ijs, quæ de iure communi comperunt, & fieri debent. ad Bar. in l. si proprietarius. ff. de dam. infect. Et licet sit dura interpretatio, cum parum, & nihil æquiparent. c. licet causam. §. quamquam. de probat. ac Insti. ad legẽ Falc. in princi. Nec tantus princeps, propter illud minimum difficiliorem se reddidisset c. dudũ. de prob. li. 6. nihilominus lex licet dura seruanda est. l. prospexit. ff. qui, & a qui. facit con. Aimo. 182. nu. 27. Et sic maior pars Dominorũ de Rota cõtra impetrantem tenuit vt in Dec. Pereg. Fabij 42. li. 1. incip. Bellicen. prioratus videre est. Allegabatur etiam stilus Datarij, & Cancellariæ in simi. qui est, quòd super beneficio excedente 25. ducatos etiam in minima summa soluatur annata.

Iuxta consuetudinem ecclesiarum in Hispaniis, & quarundam aliarum pars fructuum, & redditũ beneficiorum pro fabrica erogari debet, quæ consuetudo rationabilis est, ad tex. in extra. suscepti. de electio. Io. XXII. & voluit Oldrad. consi. 112. statutum factum. Gemi. qui distinguendo opiniones concordat, in cap. si propter. nu. 8. de rescri. lib. 6. Lamber. de iur. patro. libro 3. quæstio. 2. artic. 8. numero primo. Et quòd etiam de iure pars fructuũ pro fabrica distribui debeat, probat tex. in c. concesso. & c. seq. 12. q. 2. Nunc nobilis, & magnus antistes (pro quo ego plura adduxi) supplicat se in vtroque foro absolui a parte fructuum bellorum tempore perceptorum in fabricæ vsum iuxta dictã consuetudinem non conuersa, nil hactenus de super decretum fuit.

Hic queri potest an de oblationibus quæ fiunt quando missa celebratur iniuste perceptis mentio fieri debeat in absolutionibus, in nouis prouisionibus, & in alijs impetrandis, ea quibus malè fructuũ perceptionis mẽtio faciẽda ueniret? Et licet probauerimus de mala fructuũ perceptione mẽtionẽ faciẽdã esse, tñ de similib. oblationib. mẽtio necessar. a nõ uidetur. vt per Felin. in cap. ad aures. in 13. q. de rescrip. distinctione tamen Rota vsa est. videlicet, quod aut oblationes fuerunt factæ, quia de iure deberentur, quo casu mentio facienda sit, ad ea, quæ dixit Abb. in c. 2. de parroch. vbi quòd ideo parrochiani missam in propria parrochia audire debent, propter oblationes, quòd si alius parrochius admitteret, & caperet, diceretur committere furtum, & rapinam; si ergo per non proprium rectorem illæ percipiantur iniustè, propter periculum animarũ de illis mentio fieri debet. Aut oblationes non debebantur vt ferè accidit in tota Italia, & tunc cum tales oblationes videantur potius dari ex voluntate quàm necessitate, & hoc casu non sit necessaria mẽtio. Iu specie habemus Dec. Put. 180. lib. 1. incip. Coram eodem. Do. Marsica.

Casum, in quo absolutio præmissa, seu compositio super fructibus malè perceptionis propter non residentiam non sufficeret, vidè in Decreto Reformation. Concil. Triden. Sessio. uigesimatertia, aliàs septima, sub Pio Quarto. capitul. primo, column. tertia, versiculo, si quis autem. ibi. Prohibita quacunque conuentione, vel compositione, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur, ex qua etiam prędicti fructus in totum, aut pro parte remitterentur. &c.

Hic de fructibus malè perceptis vtiliter tractauimus, prout & supra de præcedenti intrusione, (materia huic simili, vel connexa) plenè discussimus titulo, de prouisionibus, ad fin. versiculo, clausula. Nec non causæ annullatiuæ.

ABSOLVTIO AB EXCOMMVNICATIONE.

Absolutio ab excommunicatione cõcedi consueuit in impetrationibus quaruncunque gratiarum ad effectum validitatis, & subsistentiæ illarũ, quæ aliàs. c. nõ ualerẽt, & nullæ essent c. postulasti de cler. excommun. mini. Rot. 362. nota quod ex-

communicato.in anti. Staphil. super signatu. folio 81. versicu. verior tamen videtur. Amplio, etiam si sit excommunicatus occultus. ad deci. Cass. 1. de præben. Et propterea in omnibus rescriptis gratię ponitur clausula. Et cum absolutione à censuris ad effectum &c. quæ postea in literis hoc modo extenditur, videlicet à quibusuis excommunicationis, suspēsionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum pręsentium absoluentes &c. de qua clausula videatur Staphi. vbi supra folio 82. versic. Teque, quę clausula (vt aliàs dixi) operatur impetrationis validitatem. ad tradi. per Felin. Dom. meum, & alios in c. apostolicæ. in prin. de excep.

Verum plerunque cõtingit, quòd absolutio ab excommunicatione, etiam in vtroque foro seorsũ, ab alijs gratijs impetratur, vel quia excommunicatus non vult amplius in excommunicatione persistere, vel quærit posse sibi validè beneficium, ab ordinario conferri, qui ab excommunicatione, cuius absolutio Papæ reseruatur, absoluere non posset. clemen. grauis. de senten. excõmunicatio. cap. fœlicis. de pœn. libro 6. cap. ad eminentiam. vbi Fel. num. 2. & sequen. de senten. excõmun. & nisi casus sit exorbitans absolutio denegari non consueuit.

Absolutio à Rota a censuris latis extra Ro. Cu. passim datur, secus à censuris latis in curia. Pro hac distinctione videas Ro. 436. in no. & dec. Ptolom. 119. in Romana domus inter Franciscum & Ferdinandum. similem distin. factam fuisse in Rota sub die 12. Nouembris 1540. affirmat Put. dec. 42. incip. fuit dubitatum.

Rota etiam quando proferenda est sententia, absoluit a censuris pręuia citatione partis aduersæ ad videndum absolui. N. principalem ad effectum &c. Supple tu, & declara. Ad defectum validitatis sententiæ ferendę. Et hoc quia excommunicatus nec agens, nec sententiam obtinere, imò nec etiam rescriptum impetrare potest. cap. cum adeo. c. postulasti. & c. si proponente. de rescrip. cap. 1. eod. titul. Phil. lib. 6. cap. pia. de exceptio. eod. libro sexto. ca. cum parati. & ibi Dom. meus Phil. Dec. in 1. not. de appel. Et hæc est limitata absolutio, ad effectum de quo loquuti sumus tantum. De simili clausula loquuntur Alberi. de Rosa. in l. præcedente. C. de delatio. ac Abb. numero decimo. & sequen. & Do. meus num. 5. & sequen. de exceptio. Et ibidem latè tractant de absolutione ab excommunicatione ad cautelam.

Absolutio ab excõicatione regulariter cõcedi nõ deberet, nisi citatis, vel monitis interesse hñtib. vel ijs q interesse ƥtẽdere possent, arg. tex. in l. de vno quoque. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. 1. §. denunciare igitur. & §. denunciare autẽ oportet. ff. de ven. inspici. l. in diem adiectio. ff. de aqua pluu. arcen. cap. 2. de testibus, iuxta tamen terminos nostros aliter seruatur in illis casibus, in quib. absolutio absque alia causæ cognitione concedi cõsueuit. Immo etiam de iure licet absolutio ab excommunicatione absq; citatione concedenda non veniret, si tamen concedatur, subsistet. cap. excommunicatus. 11. quæstione 3. cum gloss. in versiculo, vtriusque, Innocen. in cap. ab excommunicato. de rescrip. iun. not. per Ioan. And. in cap. qua fronte, de appel. Bero. consilio 50. Francisca mulier. numero sexagesimo, libro 1. Abb. consilio. duodecimo. & si copiosior. colum. fin. versi. fatetur tamen. libro 2.

Aliquando quis est excommunicatus ob manifestam offensam, & tunc absolutio denegatur. cap. ex parte. 1. & cap. sequen. de uerbor. signifi. cap. soli. de sen. excom. lib. 6. ubi excluditur etiam absolutio ad cautelam. glo. fin. ante fin. in cap. ab excommunicato. de rescr. Ant. de But. & alij in c. 1. de iud. Mil. in Reper. in versic. excommunicatus pro manifesta offensa. & in versi. excommunicatus pro manifesta contumacia.

Excommunicatus manifesta excommunicatione celebrãs, qui irregularis efficitur, ad ea, quæ scripsi supra dum de priuationibus tractaui, a solo Papa absolui, dispensari, seu habilitari potest. c. j. ante fin. de re iudi. li. sexto. Gemin. in cap. 1. §. caueant. nume. tertio. uersicul. nota ꝙ solus Papa. de sent. excommun. lib. 6. & hæc habilitatio difficile obtinetur.

Absolutio ab excommunicatione non suffragaretur excommunicato, ex quo literas Papæ falsificasset, seu in illis manum apposuisset, ea ratione: quia delictum hoc grauissimum habetur. c. ad falsariorum. & ibi Ioan. And. Abb. & Mari. Soc. de crimi. fal. Hostien. in sum. eo. §. porrò. uers. sed hodie. subdit præceptum esse, quòd in literis Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam literam vnicam, uel punctum unicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc est cõmissum, alioqui manum apponens ex canone lato in curia ipso facto excommunicationis sententiam incurrit, quæ per aliquem circa Sedem apostolicã relaxari non potest. hæc illi. Habemus item bullam in cœna Domini, quæ quolibet anno in die Iouis hebdomadæ sanctę in conspectu ipsius Papæ per duos Cardinales astante populo in platea diui Petri legitur, per unum videlicet, latino sermone, per alterum uerò vulgari, nequis ignorantiam prætendere possit, de qua bulla loquitur Feli. in c. ex parte 1. post num. 18. ver. & qui apponit manus. & versi. dic ꝙ excommunicantur in processu. de rescr. Amplio etiam ad falsantes breuia; prout per Sarnen. in trac. Breuium, nu. 5.

Absolutio huiusmodi non suffragatur impedimentibus nuncios apostolicos, & alijs, de quibus Regu. 76. iuxta ordinem moder. nec illis per annum insorduerunt. Boe. qui alios refert. deci. 290. Rollan. a Valle consilio quadragesimosexto, num. 37. libro 1.

Nec etiam prodest absolutio ab excommunicatione excommunicato ex causa hæresis, iuxta text. in capitul. excommunicamus. de hæretic. & per Felin. in cap. apostolicæ. colum. prima, de exception.

Scias

Scias etiam, quòd excommunicatus beneficiũ obtinens fructus percipiens non facit suos, imò ipsis fructibus est priuatus ipso facto. Abb. & alij in cap. pastoralis. de appel. Felin. in c. apostolicæ. col. 3. de excep. Rip. in cap. primo, numero vigesimoseptimo, hanc communem affirmans. de iudic. & ita conclusit Rota prout Deci. Put. 28. incipien. Die 6. Martij 1542. in vna Brixien. libro primo, quo fit ut in absolutione huiusmodi ab excommunicatione necessaria sit etiam absolutio a mala fructuũ perceptione, de qua in proximo præceden. titu. tractauimus.

ABSOLVTIO A PERIVRIO ET iuramenti relaxatio.

Secunda pars huius rubricæ in ordine intellectus præcedere debet, ut dicamus prius obtinendam esse relaxationem iuramenti, vel ab illo habilitationem seu absolutionem, antequam quis agat uel experiatur: seu contra iuramentum præstitum veniat; puta si in cõpromisso iuratum est non contrauenire laudæ vel illius executionem non impedire, vel retardare, iuxta communem de qua Io. de Amic. de Venaf. consilio 31. numero 19. Et ꝙ ante oĩa debeat peti relaxatiò, seu absolutio, aliàs non possit laudi executio impediri, vel illius reductio peti, communem affirmat Grat. respon. 30. numero vigesimosecundo, cum pluribus sequen. Quòd si sic iurans habilitationem, relaxationem, vel absolutionem huiusmodi nõ petat, & obtineat, periurus erit, & ab audientia repellendus iuxta cõmunem sententiam, de qua Curt. Iun. consilio 17. ante numerum decimum, & tunc vel quoties quis venit contra iuramentum erimus in prima parte rubricæ vt absolutione a iuramento obtinere debeat.

A iuramento relaxatio, seu habilitatio, in pluribus casibus simpliciter conceditur, nonnunquam (& hoc sæpius contingit) ad effectum agendi duntaxat: & non solum per summum Pontificem, sed & per eiusdem signaturam tam gratiæ, quàm iustitiæ, per maiorem pœnitentiarium, per nonnullos Iudices Ro. Cur. & extra eam per episcopos, & eorum vicarios iuxta diuersorum casuum contingentiam. Et regulariter pars aduersa citanda esset ad videndum absolui, seu habilitari: seu ad dicendum causam quare absolutio, vel habilitatio concedi non debeat iuxta communem opin. de qua Ioã. de Amic. de Venaf. consilio 34. numero 8. Et ex cõmuni regula, quòd vbicunque quis ex actu concedendo, vel faciendo lædi posse creditur, citatio requiratur. l. de vnoquoque. cum vulga. ff. de re iudic. Et si dicatur nos esse in extraiudicialibus loquendo de absolutione, vel habilitatione a iuramẽto, et hoc dato, dicam et in extraiudicialibus quãdo præiudicium inferri potest alicui absenti, citationem requiri. Innoc. & Ioan. And. post eum in cap. ex ratione. de appel. Bal. in cap. primo §. sancimus 2. quo tempo. miles. & in cap. primo. in fin. de inuestit. in ma. fact. Craue. consilio septimo, col prima, & sequen. Calcan. consilio decimosexto, colum. sexta. Domin. meus consilio 640. colum. vlti. & Hyppol. de Marsil. in alle. l. de uno quoque. col. 14. Imò dicit Ruin. consilio 106. colum. secunda. & colum. penul. citationem magis in actu extraiudiciali, quàm iudiciali requiri. Verum ego absque citatione aliqua, & in curia, & extra, præsertim ad effectum agendi habilitationem ad agendum concedi vidi. Et non solum per viam gratiæ, sed sæpe per viam iustitiæ hæ absolutiones, & habilitationes a iuramento conceduntur, de quibus etiam infra, & alibi tractabimus.

Iurans coactus, vel enormiter læsus, vel alijs iustis causis suadentibus, relaxationem iuramenti, vel absolutionem a iuramento petere, & obtinere solet, iuxta tex. in cap. primo, & secundo, & in cap. si uerò. de iureiur. Nonnulli ad id citationem partis requirunt. prout per scriptores communiter in alleg. cap. primo. & in cap. debitores. de iureiur. & ibi Bald. Anto. de Butr. Io. de Imo. & Abb. Angel. in l. fi. ff. qui satisd. cogan. A sede tamen apostolica plerunque absolutio huiusmodi absque citatione concedi consueuit, & valida existimatur, per ea, quæ voluit Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de iureiur. & Imo. in alleg. cap. primo. in fin. vt in ca. debitores. col. 3. eo. titu. & Bero. consilio 50. numero 50. numero quinquagesimooctauo. cum nonnullis alijs sequen. libro primo. Et quòd absolutio, seu rehabilitatio concedatur absque citatione partis, firmat Felin. in alleg. c. 1. colum. 7. de iureiur. & ita stilum obseruare affirmat Cur. Iun. consilio. 152. num. 9.

Absolutio à iuramento ad effectum contraueniendi principaliter contractui difficilius conceditur, quippe quæ eo tendit, vt quis non teneatur cõtractum seruare, iuramentoque super contractu p̃stito de seruando promissa, & conuenta, contrauenire possit, quod esset magni præiudicij, ut constat ad sensum, & voluerunt Oldrad. consil. 120. incipien. ad duplicem finem. Fed. de Sen. consilio 290. aliàs 300. Abb. consilio 12. ubi alios ad id citat nu. nono, libro secundo, appellans hanc absolutionem à iuramento firmante contractum, pro quibus videatur etiam consiliũ Anchar. 198. prædictis subtiliter.

Altera vero absolutio parti parum præiudicialis, quæ præparatoria nuncupatur, puta a iuramento de non petenda absolutione, vel habilitatione, seu de vsuris non repetendis, vel de non agendo cõtra iuramentum aliqua ratione, vel causa in iudicio uel extra, de iure, uel de facto: Et tunc absolutio ad effectum habilitandi personam, seu ad effectum agendi, uel detegendi turpitudinem contractus, fraudem, ac læsionem concedi consueuit etiam parte non citata, & absq; causæ cognitione, vt per Oldra. præalle. cons. 120. sequitur Anch. cons. 18. quæ in q. numero 9. Et hanc dicunt esse praxim Romanam, & Bononiensem. Ioan. de Imo. in c. 1. in fi. & in cap. debitores. de iureiur. Lau. Rodul. in tract. de usur. q. 126. in fi. ac Bero. alle. consi. 50. nu. 77. & ante. lib. 1.

Quantum vero attinet ad absolutionem a periurio aliter dicendum est videlicet, vt hæc difficilius concedatur, & ex causis vel narratis in supplicatione, vel nonnunquam saltem summariè probatis, vel de illis facta fide. Graue enim crimen est periurium, ac indignũ, & infamem reddens illud committentem, & fidei datæ ac promissioni factæ contrauenientem. Cardi. & Abb. in c. querelam. de iureiur. Abb. Barba. & Fel. in c. secundo, de rescr. vbi etiam, quòd clericus propter hoc delictum remouetur a beneficio. Et quòd collatio facta periuro sit ipse iure nulla, quod etiam voluit Ioan. de Sel. in tract. Ben. in 3. q. 3. q. princ.

Inter alios periurij effectus est ille, ut committens hoc scælus à limine iudicij repellatur ut per Docto. in l. si quis maior. C. de transactio. & in ca. dilecto. de exceptio. Paris. consilio 43. numero 24. libro primo, & consilio vigesimoquinto, numero 95. libro tertio. Imò iudex etiam parte non instante periurũ repellere potest ut uoluit. Ioan. Neuizan. alios ad id citans consil. 21. scripsit. in princip. Non solum hæc absolutio a periurio ab ipso Papa impetratur, sed & plerunque a summo pœnitentiario, & nonnunquam ab ipsis ordinarijs uel simpliciter, vel facilius ad effectum agendi.

Resignans bis ibidem beneficium, & iurans non interuenisse fraudem, an sit periurus, ita quòd absolutione a periurio indigeat? resolutio sumi potest a Dec. Put. 267. libro 1. vbi quòd in Brixien. Fructuum 17. Februarij 1542. fuit in fauorẽ Patriarchæ Constantinopolitani, cuius eram aduocatus, periurium non incursum, ex quo in secunda resignatione dicitur, quòd resignat ius, & hoc iuramentum respicit actum resignationis, & ex distantia temporis secundæ resignationis a prima poterat præsumi obliuio prioris resignationis, & quælibet causa excusat a dolo, fraude, ac pœna. l. igitur. §. pœna. ff. de libe. cau. l. plagij 2. ad leg. Iul. de Plagia. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acquiren. hæredi. Cassa. Deci. 6. numero 7. de cau. pos. & propr. Præter id, quòd ex tanto tempore præsumi poterat ius de nouo quæsitum in persona Patriarchę. Lap. in celebri Alleg. 89. vbi ego plura addidi.

SI IN EVIDENTEM.

Rescriptum, si in euidentem, sic nuncupatur; quia eius conclusio est, quòd committatur Vicario vrbis, si in Roman. Cu. si uerò extra eam ordinario, seu alicui, vel aliquibus probis uiris in partibus, cum clausula, vel eorum alteri, vt constito sibi, quòd venditio, seu lixatio, vel permutatio, seu emphyteusis in euidentem vtilitatem ecclesiæ N. cesserit, & cedat, venditionem, locationem, permutationem, seu emphyteusim eandẽ cum omnibus, & singulis pactis, & conuentionib. in ea appositis comprobet, & confirmet: omnesq; & singulos tam iuris, quàm facti defectus, si qui forsan interuenissent, suppleat, seu suppleant, cum potestate citandi &c. ponitur. Et per breue S.V. hac supplicatione introclusa, attento, quòd prædij valor non excedit centum ducatos: seu attento, ꝙ annuus redditus seu valor non excedit summã 5. ducatorum auri de Camera.

Hæc verba, in euidentem vtilitatem, habes in l. 2. ff. de constitu. princ. vbi ꝙ euidens vtilitas multum operatur, etiam vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum fuit. Et euidens accipitur pro claro, aperto, & omnibus noto, iuxta tex. in l. sed & si pupillus. versic. proscribere palam. ff. de instito. l. 1. versi. si vero in euidente calumnia eum deprehẽderit. ff. ad sen. con. turpil. c. euidentia. & ibi omnes, de accusa. c. ab eo. de elect. lib. 6. Io. Mona. in c. 2. de uerb. sign.

Et in omni casu addi debent per D. Referendarium hæc verba in calce supplicationis, videlicet, Et si in euidentem. De hoc rescripto, & eius clausulis videatur plenè per Staphi. super signa. fol. 288. iuxta primam impres. ver. datur per breue, ad quem se remittit Rebuf. in praxi, dum de breui tract. numero 39. Sarnen. in tract. Breuium. numero 22. versiculo, solet etiam concedi per breue licẽtia vendendi &c. qui tamen de Staphileo nullam mentionem facit.

Dictio, si, in hoc rescripto conditionem facit. ad l. secundã, post princip. l. his legatis. §. si ita scriptum. & l. demonstratio. §. an si conditionaliter. ff. de conditio. & demonst. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellia.

Si valor rei excedat cẽtum ducatos, vel annuus redditus sit ultra quinque ducatos præmissos, non conceditur gratia per breue expedienda, sed debet literæ expediri, si extra curiam. Intra dictam uerò summam expeditio fieri potest per breue, seu per officium contradictarum, si in supplicatione id petitum fuerit, videlicet. Et per breue S. V. seu per officium contradictarum, attento ꝙ annui redditus valor non excedit quinque duc. auri de camera. Alibi summa infra quinquaginta aureos pauperem quem haberi demonstrat, iuxta text. in l. nonnulli. quæ est. 10. ff. de accus.

Dum autem signatura æquiparat, quòd valor rei excedat centum ducatos, vel illius redditus sint ultra duc. quinque, hac ratione factum esse crediderim; quia precium rei secundum redditum consideratur. iuxta text. in authent. de non alienand. §. quod autem. in fin. & in l. si fundum, ubi ad hoc notat illum text. glo. 1. ff. de lega. 1. & pro simili æquiparatione adduco tex. in l. si quos. ibi, Qualitas rei, & reddituum quantitas æstimetur. C. de rescinden. vendit. Et Romæ dicimus, domum valere mille, quia communiter locatur, & conducitur quinquaginta.

Et quòd quinque pro centum communiter taxari soleant, uoluit glo. vlti. in authent. perpetua. & ibi Fulgo. & Castren. C. de sacrosan. eccles. Cæpol. in tracta. de simu. contra in 3. præsumptio. Ias. in l. si fundum per fideicomm. numero. 6. ff. de lega. primo. Brun. in feudalibus consilio 41. colum. 7. & Ioan. Neuiza. consi. 74. nu. 5. versi. sed ad omnia. glo. in versicu. computari. in §. si vero alicuius

eccle-

ecclesiastici. in authen. de non alie. Rom. consi. 263 Corn. consi. 265. circa primũ. col. 2. uer. in ijs enim reb. lib. 1.

Quare autem per signaturam limitari consueuerint huiusmodi concessiones per illam clausulã. Attento ꝙ annuus valor non excedit summã quinque ducatorum, responderi potest, ꝙ hæc sint arbitraria. Rursus quòd non omnium, quæ à maioribus nostris tradita sunt, ratio reddi potest. iuxta tex. in l. non omnium. ff. de legib. Exquisitius verò perscrutanti occurret tex. in l. diuus. ff. de bon. damna. ibi, Aut leues anulos, idest qui rem non excedũt aureorum quinque, & sic quinque aurei habentur pro parua summa, vnde merito pro illa signatura non curet literarum expeditionem, & sic graues impensas.

Si quis tamẽ euitare uellet illum tex. in l. diuus. respondere posset, ꝙ sat diuersi sunt termini nostri ab illis præalle. text. hic enim loquimur de annuo valore, seu redditu quinque duc. ibi verò iurecõ. non de annuo valore, sed bene de integro rei valore, seu precio intelligit. illa enim verb. Qui rem non excedunt aureorum quinque, interpretanda sunt (vt præmisi) i. valorem, seu precium: hęc autem sat diuersa, sunt diuersusq; annuus valor, sed redditus rei ab ipso valore, seu præcio rei.

Suppletio defectuum deleri debet, præsertim si defectus in supplicatione in specie nõ narretur, ut etiam supponit Hiero. Pau. lib. nuncupato prouinciale. folio 64. versic. si petantur suppleri defectus potentia huius clausulæ est, vt nullitas amplius allegari non possit. Inno. & alij in c. 1. de confir. uti. vel inu. Fel. in c. qualiter, & quando. col. 9. de accusa. & c. 1. col. 3. de sponsali.

Quòd si clausula hæc nonnunquam concedatur, scias, ꝙ per eam non tolluntur defectus substãtiales. Host. & alij communiter in c. 1. de transact. Specu. in titu. de lega. §. nunc ostendendum. versi. 14. Paris. consilio 5. numero 16. volum. 4. Nec tollit defectus naturales, vel ex causa naturali descendentes, sed defectus iuris positiui. Specul. in alle. §. nunc ostendendum, nu. 4. Abb. in alle. c. 1. de trãsact. Cardin. in clem. 2. §. cæterum. numero 3. de re iudicat.

Supplicatione super gratia, si euidentem, signata pei fiat, ut petitur, literæ expediri poterunt cum suppletione defectuum, prout notauit Hyero. Pau. vbi supra, ibi, vel per fiat vt petitur, supplicatio signata fuerit. super hoc, & altero, qđ præmisi, habemus regulam cancel. 39. iuxta ordinem antiquũ, ibi latius declaro, quid operetur illa clausula, supplentes defectus, & qui defectus, qui non suppleantur.

Emanauit bulla Pauli Quarti sub data pridie Idus Iulij anno 1. ad futuram rei memoriam, super rescissione alienationis bonorum ecclesiasticorum in damnum ecclesiarum, seu non seruatis solemnitatib. a iure requisitis: aut si aliter factæ sint: Et concurrente vno ex illis tribus irritabatur quęcunque bonorum ecclesiasticorum alienationes quantumuis longa temporis præscriptione nõ obstante, quam constitutionem fundabat super illa Simaci, Papæ, videlicet. c. non liceat Papæ 12. q. 2 & super alia Pauli Secundi videlicet extra. Ambitiosæ. de reb. eccl. non alien. inter commu. De qua extrauag. Ambitiosæ. loquutus sum in 1. quęst. 23. Reg. Cancel. post numerum sextum, ubi probo nõ sufficere illam producere, sed necesse esse ostendere, ꝙ sit in communi obseruantia, & moribus vtẽtium recepta.

Emanauit ab eodem Paulo Quarto, successiuè motus proprius per quem committebatur R. D. Auditori cameræ, ꝙ constitutionem ipsam executioni demandaret, moneretque reos, & iurium ecclesiarum detentores, vt bona ecclesiastica huiusmodi relaxarent, & de fructibus satisfacerent, vel quamobrem id facere non tenerentur docerent, alioqui tempore ad id præfixo elapso, & quare ad id non tenerentur non docto, ad censuras ecclesiasticas, bracchium seculare &c. procederet.

Vigore dictæ constitutionis Paulinæ, & motus proprij prædicti, plures lites suscitatę sunt, quarũ aliquæ adhuc sub iudice sunt, pluresq; conuicti coacti fuerunt ad restituenda bona alienata.

Sola causa legitima alienandi, seu solæ solemnitates, neque ex forma Paulinæ, neque de iure antiquo sufficiunt. cap. sine exceptione. 12. quæstione 2. gloss. penul. & in cap. primo, & ibi Abb. de in integrum restit. c. 1. de reb. eccl. non alien. Gem. consil. 48. præsbyter Franciscus. numero tertio. Dom. meus, qui plures citat, & hanc communem affirmat consi. 242. & pro tenui. nu. 4. & in dictis locis declarant, quæ sit legitimæ causæ.

Solemnitates quæ, & quales requirantur a iure & consequenter a constitutione Paulina, longum esset recensere, ego puto ꝙ paulina non requirat solemnitates a iure ciuili requsitas, puta illas l. iubemus, cum authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. & per Angel. in repet. l. quod in libellum. col. 9. C. de fi. instrum. & iu. hastæ fisca, sed illas, quæ a iure canonico requiruntur, quæ pauciores sunt, ꝓ quibus videatur pręalle. consi. Gemin. 48. & cons. Soc. 29. viso quodam nume. 3. ac 5. ac numero decimosexto, & sequen. libro 2. Et quod ius ciuile non habeat potestatem disponendi circa solemnitates huiusmodi alienationum, communem affirmat Cur. in c. fi. de consue.

Ego dictam constitutionem paulinam, alteramque Pau. IIII. dicebam *locum sibi non* vindicare solemnitatib. *non* interuenientibus, si alienatio facta fuisset per aliquem summum Pontificem: motus authoritate Abb. consilio quadragesimoprimo, videndum est. colum. prima, numero tertio, versiculo, item omnis solemnitas. libro primo, Phil. Franc. in cap. primo, numero vigesimonono, in 13. limit. de reb. ecclesi. non alien. libro sexto, & decis. Neapol. cap. decimosexto, in causa. colum. secunda, in fin. Et quod Papa res ecclesiæ absque vlla solemnitate alienare possit, concludit Augu. Bero. cap. quæ in ecclesiarum. numero 38. de constitutio.

Insuper contendebam paulinæ non esse locum, si in bulla, seu breui derogatum esset pręlleg. cap. nõ liceat 12. quęst. 2. ac extra. Ambitiosæ. Pau. II. à

quibus iuribus solemnitates seruandę eliciuntur, subdebamque negari non posse Paulum Quartũ, & alios dictis iuribus derogare potuisse, ad tex. in l. relegari. iunct. gloss. fi. ff. de pœn. & cap. innotuit. de electio.

Quæ entem præscriptio tollatur per constitutionem paulinam, & an illa vltra centum annos, seu tanti temporis, cuius contrarij memoria hominũ non existat, hic non discutio, videatur in simili tex. in authen. vt decæte. con. eccle. ibi. Nullaq; ei temporis præscriptione in hoc obijcienda, cum gloss. in ver. nulla & ibi Ange. idem Ange. in l. 1. C. ne rei domi. vel temp. Lud. Roma. in l. j. num. 4. ff. de vsu. cap. pro quibus etiam, & quòd præscriptio immemorabilis, immo etiam quadragenaria non tollatur per clausulam, non obstante lapsu temporis, vi de Barthol. Cassen. qui etiam alios citat consil. 45. ex narratis, nu. 52. & seq. versi. quę quidem præscriptio tanti temporis.

Pauli Quarti constitutio præmissa per Pium Quartum, anno eius primo, 3. Idus Septembris in vim motus proprij fuit ad viam iuris redacta tanquam nimis rigorosa, postea verò 13. Cal. Iunij anno sexto, idem Pius Quartus similem constitutionem Paulinæ edidit, hæc rescripta inuenies inter bullas diuersas impressas.

Consensus super istis alienationibus, super quibus gratia, si in euidentem, impetratur, siue canonicorum, clericorum, alicuius capituli, vel collegij, per tex. in cap. siue exceptione 12. q. 2. & per alia iura requisitus, debet esse expressus, tacitus enim nõ sufficeret, prout uoluit Archid. in d. c. sine exceptione. nu. sexto, in ver. taciturnitas. Io. And. in c. is qui tacet. col. 4. dum tertiam quæstionem reassumit. de reg. iu. li. 6. Paris. consi. 13. circa præsentem. nu. 16. uer. prout etiam ruit. vol. 4.

Vacante Castellania, quadam in diœcesi Barction. episcopus ad quem illius prouisio spectabat, ad illius custodiam deputauit A. familiarem, cum conditione, vt durante illius vita per successionem amoueri non posset, cum assignatione salarij, & plurium regalium, quę non erant solita concedi alijs custodibus, & qui A. postea obtinuit confirmationem huiusmodi concessionis à summo Pontifice. Mortuo deinde episcopo eius successor hunc remouere volebat, supponens episcopum prędecessorem non potuisse alienare bona ecclesiæ stantibus extrauagan. Pauli II. & Quarti, rescindentibus alienationes etiam ad uitam ultra triennium. & sic ad longum tempus seu in perpetuum. l. 1. §. qui in perpetuum. & ibi. Docto. ff. si ag. vect. Bald. super rub. C. de iu. emphy. Item quia non interuenerit cõsensus capituli. c. 1. ne præla. vi. suas. Afflict. Decis. Neapo. 103. Quæ tanto magis requiruntur in translatione utilis dominij: ad ca. 2. de reb. eccles. non alie. Insuper asserebatur non constare, ꝙ hæc castellania solita esset hoc modo alienari; & contradictam extra. Pau. 2. Rota pro ualiditate conclusit prout Dec. Paleot. 269. incipien. Vacan. Castel. tum quia extrauagantes non procedunt in prouisione officiorum seu beneficiorũ, quæ quotidię vacare possunt & de eis episcopus prouidere debet, & officij custodes dare. cap. relatum, cum gl. de pręb. Et in d. decis. respondetur ad contraria.

In rescriptis, si in euidentem, concedendis in deputatione iudicum, quibus illa diriguntur, & in ꝓcessibus super illis fabricandis maior hodie cura, quàm iam consueuerit, adhibetur, & supplicationes gratiarum, si in euidentem, proponuntur corã Papa, & in Rom. Cu. (vt pręmissi) committitur Vicario vrbis: extra curiam uerò apponi solet clausula per signaturam uidelicet. Et committatur ordinario, & primam, seu principalem dignitatem obtinenti, ac uni canonico ecclesię Cathedralis cõiunctim.

Rescriptum, si in euidentem, super alienatione, vel distractione rerum immobilium impetrari consueuit, an autem super mobilibus pręciosis requiratur vr̃ affirmatiue respondendum esse, mobilia enim pręciosa immobilibus comparãtur. pręalleg. extra. Ambitiosę. Pauli II. in princ. & post Ahb. concludit Glo. pragm. rub. de pig. cul. diu.

Annui redditus an computentur inter immobilia, Docto. fuerunt uarij, & nonnulli dixerunt tertiam quandam eos speciem constituere. Abb. in c. nulli col. 3. de reb. eccle. non alien. Tiraq. de ut. ret. lib. 1. §. 1. Gloss. 6. in ver. rentes num. 3. Verum si ad alterum eorum trahendi sint, immobilium naturã eos potius sequi asseremus, pro quo est tex. in cle. exiui. §. cumque annui redditus inter immobilia. de verbor. signific. quod voluerunt *Fede. de Sen.* consi. 12. fratres, nu. 4. ac *Paris.* consi. 31. circa pręsentem. nu. 8. uol. 4.

An in alienatione bonorum hospitalium pręmissa procedant, æquiparenturque bonis ecclesiasticis? crederem ꝙ sic. ad tex. in §. nos igitur. in authen. de non alien. & in authen. hoc ius porrectum ad omnem venerabilem locum, omneque collegium; quod actio pia constituit, ut nec res eorum pignorentur, vbi Bald. nu. 2. C. de sacros. eccle. Anchar. in cle. quia cõtingit. col. 5. ver. collige & aliud & ibi. Cardin. in §. illi. col. fi. de reli. domi. Cor. consil. 206. licet in hac. cir. princ. lib. 1. Anton. de Butr. in c. nulli. in fi. Imo. col. pen. & Abb. ad fi. de reb. eccles. non alie. Barba. in c. ex literis. col. 3. de consuet. Ias. consi. 214. col. 1. lib. 2. Ad quod pondero verba extra. Ambitiosæ; uer. alienanti uerò bona ecclesiarum, monasteriorum, locorumque piorum quorũlibet, illud uerbum, quorumlibet, iunctum verbis locorum piorum, omnia penitus loca pia comprehendet, ad. l. si pluribus. ubi gloss. Barto. & Imol. ff. de lega. 2. & per Bartol. in l. hoc articulo, nu. 3. ff. de hæret. instit.

Limitari possunt pręmissa non procedere in hospitali priuato, & absq; auctoritate ordinarij erecto, & sic loco non religioso. ad tex. in cap. inter dilectos. de dona. Bald. in alle. authen. hoc ius porrectum. colum. 2. Ancha. & Cardin. in dicta cle. quia contingit. Pau. Castren. consi. 167. in fi. lib. 2. Corn. cons. 206. licet in hac col. 1. versiculo, his tamen nõ obstan. lib. i. Felin. in cap. de quarta. colum. 2. uersiculo, tamen quo ad alienationem. de præscrip. Barbat. in alleg. c. nulli. colum. 1. ver. ꝙ pondera subtiliter. de reb. eccl. non alie.

Quid

Quid autem dicendum erit in alienatione bonorum confratriarum, seu confraternitatum, an huiusmodi solemnitates requirantur? Respondeo negatiuè, per ea, quæ voluerunt Bald. in alleg. authen. hoc ius porrectum. col. 2. versic. quæro quid de reb. & Castren. col. 1. ver. circa primam partē. sequitur Felin. in alleg. c. de quarta. col. 2. versic. & idem dicunt de bonis fraternitatum. de præscrip. Idem Felin. in c. 2. ver. fi. ver. fraternitates disciplinatorum. de for. comp. Idem etiam voluit Paris. consil. 34. col. 3. vol. 4.

Quæro, an habenti regressum non citato præiudicet locatio fructuum ad longum tempus per prælatum, seu rectorem in vim rescripti, si in euidentem facta, seu confirmata, in quo aderat clausula. Etiam quò ad successores. Pro opin. negatiua facit, quia locatio, seu illius confirmatio fuit cum solita clausula, si in euidentem, & sic supponitur in hoc vtilitas ecclesiæ, quæ Papam magis mouere debet, quàm interesse prælati, seu rectoris: Nihilque interesse videatur, an quis succedat virtute regressus, an per obitum, in quolibet enim casu successor vocari posset. ergo siue per obitum, seu in uim regressus comprehendetur sub illa clausula, etiam quoad successores, verbum enim, successoris conuenit etiam habenti regressum, ergo & dispositio de successore loquens. argum. tex. in l. dies cautioni. §. toties. ff. de damn. infect. & in l. ita autem. in princ. ff. de admin. tuto. & vtrobique Bartol. & ad tex. in c. indemnitatibus. §. pen. de electio. lib. 7. Pro opin. verò affirmatiua, quæ uerior est, considerari potest, quod locatio in utilitatem prælati non obligat successorem. gloss. in uersi. terminum. in c. fi. ne præla. ui. suas. Rot. 232. si prælatus. in no. Alex. cōsil. 160. viso. uol. 6. Hyero. Gig. de pensio. q. 88. nume. 1. Et sic cessat illa clausula, etiam quo ad successores, quæ locum sibi uindicaret in locatione facta nomine ecclesiæ non in fauorem prælati, seu rectoris. Verum concesso, quòd fuisset nomine, & in vtilitatem ecclesiæ, quo casu accedente superioris authoritate successor obligatur, c. 1. de solutio. Geminia. consi. 17. pro declaratione. & Soc. consi. 34. num. 4. lib. 3. vel in omnem casum admittamus locum esse dictæ clausulæ. Etiam quò ad successores adhuc interpretatio fieri non poterit de habente regressum: Tamen quia Papa per dictam, & aliam quamcunq; clausulam non præsumitur ius tertij tollere voluisse. c. super eo. de off. deleg. Docto. in c. cum causam 2. de testib. Item diuersa est rō inter successorem, & habentē regressum, ille. n. incertus est, cum penitus ignoretur, qui futurus sit, & sic moneri, vel de hac locatione certior reddi non poterat, qui non potuit postea contradicere, cum sit facta locatio nomine, & in fauorem ecclesiæ, vel propter illam clausulam, ēt quoad successores: sed habens regressum certus erat futurus successor, prætēdens ēt ius saltē ad rem de p̄senti, debebat sibi intimari, cum posset prętendere interesse, ad Ro. 320. licet in causis: in no. Alex. consil. 5. in causa. lib. 2. & Fel. in cap. exhibita. de iudic. Et ita conclusum inuenies per Dominos de Rota, si duas illorum decisiones iunges, & rectè scrutaberis, videlicet dec. Moheda. 240. vel 170. aliàs 5. de loca. quæ incipit locatio ad 28. annos. & alteram Acoramb. 42. eo. titu. quæ incipit locatio facta.

Interrogatus quid sentirem in causa Florentina emphyteusis, respondi distinguendo ut infra, facti species erat. Fuit concessum in emphyteusim Do. Petreio Florentino quoddam prædium ab illius fratre, rectore cuiusdam ecclesię obtento rescripto, si in euidentem, desuperq; confectus extitit processus, ac sequuta sn̄ia in eiusdē fauorē, rector successor afferebat alienationē nullā, factam inq̄ p fratrem germanū, & sic intuitu consanguinitatis, & cōsequenter in fraudem ecclesiæ. Pro quo adduco. tex. in c. quisquis. 12. q. 2. in c. in canonib. 16. q. j. gl. in c. 1. §. fi. si de inuest. inter do. & vasallis. ori. gl. in c. 1. & Marti. Laud. qui succes. tenea. Fulgosi. 220. Nobiles de fortiatē. Bar. ac Bal. in auth. quicunque. C. de sacros. eccle. Ias. in usib. feud. tit. qui feud. da. pos. ante nu. 14. in 5. lim. vbi post gl. in c. puenit. 1. q. 3. dicit, quod epi sunt cœri circa nepotes, & alios cōsanguineos suos. pro illis Bald. in l. 1. q. 25. ff. de re. diui. quod sint alibi tales facile concedere possumus, regulā aūt generalē, seu uniuersalē cōstituere, quòd oēs p̄lati seu beneficiati erga cōsanguineos sint coeci, seu prodigi in erogando eis bona ecclesiæ nullatenus cōcedēdū est. Iuxta terminos nr̄os sic distinguebā, aut aderant pacta insolita, & inæqualia, aut non: primo casu alienatio fraudulenta, ac inualida censenda sit, aliàs secus, prout est de mente Abb. in c. vt super. in fi. de reb. eccle. non alien. Et quòd fraudis præsumptione cessante prælatus possit æq; suis consanguineis, ac alijs concedere, & infeudare, uoluerunt Bal. in c. j. post gl. si de inuesti. lis oria. inter do. & vasal. & Aluaro. ibi. Fed. de Sen. consi. 52. quidam prælatus. Imo. in cap. ut super. nu. 18. de reb. eccl. non alie. cōem attestans, & cōem, & veram dicit Cur. Iu. in tract. feudo. par. 2. in 7. q. princ. nu. 3.

Emanauit aliàs motus ꝓprius Sixti à Cle. VII. cōfirmatus irritās locationes factas in ꝑsonas canonicorū, beneficiatorum, ac clericorum, eorumque consanguineorū. & licet disputatum fuerit coram D. Contareno adiunctis D. Fabio Acorambono, & nonnullis alijs, an esset usu receptus, & conclusum ex quo non probabantur actus contrarij motui ꝓprio, cum scientia clemen. quæ requirebantur, ut per Card. Alexan. in c. erit autem lex. in §. lege. dist. 4. ac Fel. in c. 1. de tregu. & pac. Deuētū fuit ad aliud dubium, videlicet. An constitutio hm̄oi annullet locationes, vbi reperiantur factæ in euidentem utilitatem ecclesię? Inclinatum fuit in causa Romana alienationis inter canonicos, ac beneficiatos S. Petri pro parte affirmatiua, ex quo glo. pro contraria opi. citata in l. cum ij. §. eam transactionem, uolens quòd licet ecclesia non possit alienare non seruata forma. c. sine exceptione. 12. queſt. 2. tamen si faciat conditionem meliorem ualeat alienatio. ff. de transactio. reprobatur, ut per Ias. ibi nu. 1. licet illam gl. D. meus defendere conetur in c. quę in ecclesiarū. colum. 9. de const. & ubi persona prohibetur, quòd utiliter faciat. iuxta text. cum ibi tradi. per Castrē. in authen. quibuscunque. C. de sacrosanct. eccles. In motu proprio permittebatur locatio, & con-

ductio propria habitatione, ergo in alijs casibus denegabatur,& motus proprius in nihilo inseruisset aliter intellectus,cum de iure communi ex remedio ordinario annullentur alienationes aliàs damnosæ,ad plura adducta supra hoc tit.

Quæro,fuit facta alienatio cum clausula. Accedente cõsensu sedis Apostolicę,an ante consensum huiusmodi habitum aliquod ius quęsitum sit? Negatiue respondendum videtur, cõtractus enim iste conditionalis est,vt in terminis concludit Paris.cõsil.11.nu.13.vol.4.conditio autem nil ponit in esse c.1.de sponsal.li.6.vnde nullum ius etiam ad rem ante consensum quæsitum esse asserere possumus. l.si quis sua conditione dandorum.ff.si quis omissa causa testa.& voluit Aret.consilio 11.colum.1. & in simili concludit Cassa.dec.24.nu.3.& seq.super regul. Cancel.

LICENTIÆ.

Licentia pluribus modis sumitur, quandoque pro libertate in bonam partem.vti apud.Ci. 3.Officio.Nobis autem (inquit) nostra accademia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maxime occurrat,id nostro iure liceat defendere.Libertas autem quid sit, diffinitur, in l.libertas.ff.de sta.homi.

Liceatia nonnunquam in malam partem sumitur,vt sit immoderata, impunitaque quædam facultas agendi,dicẽdique quicquid velis.vt Hester. c.3.optimè nosti, quòd non expediat regno tuo,vt insolescat per licentiam. apud Terent. Deteriores omnes sumus licentia. Est etiam licentia dispensationis,de qua in c.fi.1.q.5.Itẽ licentia permissionis, de qua in c.sincera.45.dis.pro quib.& quot modis sumatur licentia, videatur per Luc.de Pen.in l.pen. col.pen.in ver.licentiã.C.de proxi.sacr.scrini.li.12

Non datur licentia resignandi, vel permutandi dignitates maiores post pontificales,& principales in collegiatis,& propterea addi debet clausula,Dũmodo non sint dignitates maiores,vel principales. Hæ etiam sunt generaliter reseruatæ per Regu.3. cancel. super qua scripsi. Et propterea dicitur in literis apostolicis. Dudum omnes dignitates maiores in cathedralibus post pontificales &cæt. vel sic,Dudum si quidem omnes dignitates in collegiatis ecclesijs principales &c.

Immo etiam præmissa clausula non addita,videretur dicendum sub generali facultate, vel clausula resignandi, vel permutandi beneficia,etiam si gnitates sint,non uenire dignitates maiores,ac principales huiusmodi. ad Rot. 468. incipien. extra Rotam. colum.3.post num.4.ver.certum enim est de iure moderno.

Quin & in prophanis videmus dispositionem dignitatum maiorum, seu principalium principi ipsi reseruatam,nec ab eo abdicari. vel in inferiorẽ transferri,nisi expresse dicatur.prout concludit Oldra.plura adducens consi.75.cir. med. vers. maximè autem causę.idem voluit Roman.in l.imperiũ. colum.secunda, versiculo,item collationem maiorum dignitatum. ff. de iur. omn. iudic.

Licentia visitandi pro archidiacono datur in forma,& quòd visitare possit per procuratorem, pro qua licentia alias compositio soluebat.Archidiaconus an de iure visitare possit,vr̃,ꝙ sic p tex.in ca.1. & in c.mandamus.de off.archid.Alij dñt,ꝙ de iure non põt visitare, sed tantum de consuetudine.c. fi.& per gl.in c.cum satis.& in d.c. mandamus. in ver.visitandas eo. Arch.in sum.eo.tit.ver.ꝙ sit eius officiũ.ante nu.5.Maria. Soc. de visitatio. post nu. 4.ver.8.quæro,an archidiaconi.Et pro utraq; opi. ponderari possunt uerba Gem.post Lap.in c.super eo.vers.fi.de præb.lib.6.ver.cũ ipse archidiaconus ex consuetudine hr̃et ptãtem excõicandi, interdicẽdi,& uisitandi,quasi sentiat,ꝙ de consuetudine nõ poterãt,licet de iure,uel potius ꝙ nec de cõsuetudine,nec de iure,si.n.de iure potuisset,frustra dubitari cõtigisset,an de cõsuetudine potuisset,suffecisset n.ꝙ d iure potuisset,si obtinet hęc licẽtia,supponit quòd archidiaconus de iure visitare non possit, itẽ quò in illo loco non ad sit talis consuetudo visitandi: uel saltem,quòd consuetudo sit limitata,uel dubia,alioqui frustra indulgentia hæc obtineretur, & contra tex.in l.j.in fin.ff.ad municip.& in l.uni.C. de thesau.lib.10.

Vel aliàs considerare possemus,quòd ex quo archidiaconus nõ hẽt curã animarum principaliter, sed sub epo,quasi epi uicarius à iure deputatus,seu cõstitutus.ad no.in c.1.de off.arch.Et uisitat dioecesim loco epi. Abb.in c.cum in cunctis. §.inferiora.nu.4.uer.itẽ requirit & uisitat.de elec. alijs curã aĩarũ cõmittere non posset.c.cum satis.de off.arch. Abb.in d.§.inferiora.uer. hinc est, ꝙ alijs non põt committere curam animarum, sequitur ꝙ necessaria sit indulgentia,seu licentia uisitandi per aliam.

Possemus forte intelligere de licentia uisitandi limina apostolorũ.iuxta tex.in c.ego N. §.ult.de iureiur.ꝙ ẽt extendit ad epos non exẽptos, dũmodo tñ id iurauerint,ut per Card.ibi in fi.Et hodie cõ̃ter omnes iurant uisitare limina. De quib.ẽt liminibus Apostolorum habes tex.in c.præsens. in princ. 20.q.3.& in c.ad limina.36.q.1. in glo.vlt.in uers. peregrinantes,Institu.de hære.instit.Supponamus ꝙ archidiaconus inferior ordinarius, uel quia immediatè subditus Papæ,uel quia iurauerit limina Apostolorum quolibet anno uisitare,petat licentiã visitandi per procuratorem.In ijs tamen te ad pragmaticos reijcio.

Idem dicamus in quouis alio inferiore ordinario,qui eiusdem uinculis vr̃ astrictus,eiusdemq; fauorib.& immunitatib. gaudere & potiri debet,quibus & ordinarius superior.Eadẽ est.n.rõ ordinarij inferioris,q̃ ipsius epi, præsertim quoad subiectionẽ,& collationẽ.Card.in cle.1.q.14. post gl.in uer. ordinariorum,ut li.pen.c. ordinarij, cũ gl. in ver. locorum,de offi.ordi.li.6. Do. meus consil.121.in causa,colum.1.in fin.

De uisitatione Archidiaconi tractatur hodie actione,seu Sessio.24.aliàs 8.sub Pio IIII.cap.3.de Decre.Refor.in conc.Trid.uer.Archidiaconi, Decani,& alij inferiores in ijs ecclesijs ubi hactenus uisitationẽ exercere legitimè consueuerunt,debeãt quidem assumpto notario de consensu episcopi deinceps per seipsos tantum ibidem uisitare &c.

Et de visitatione Archidiaconi, Decani, & Archipresbyteri uide Hostien.in sum.de offic.archid. §.quid sit eius officium,colum. 2. versicu. patet ex præmissis,& uersicu.sed quid dices,quid faciet. & Maria.Socyn.in tractat. Visitatio. post numerum quartum. in octaua quæst. qui postea q.10. agit de alijs prælatis inferioribus an visitationis officium exercere possint, & dat regulam generalem, quòd quicunque prælatus iurisdictionem habens visitationis officiũ exercere posit,per tex.in c.1.de cens. lib.6. ubi etiam Gemi.

Licentia visitandi sepulchrum Dominicum, & alia loca vltramarina datur sub sola Signatura, etiam pro absentibus, & pro religiosis de licentia sui superioris, & hoc, ne sub colore peregrinationis huiusmodi ad alia loca diuertant, vagentur, & percurrant diuersas mundi partes,contra cap.si cupis.16.quæstio.prima,& per Staphi.folio 191.uersicu.pari modo datur sub sola Signatura licentia visitandi &c. Non solum autem monachi ab alijs monachis abesse non debent, immo omnes eadem mensa uti debent, cum ij, quos monachos, seu fratres vocamus,sodales dici possint,ut sodales Dominicales, sodales Franciscani, vt per Bud. in secundo To.annota.in Pande. in l.fial.ff.de collegijs illici. vbi de sodalibus sacerdotibus, & alijs solidalibus: Et de sodalitatibus videatur Cic. de Senect.inducens Catonem ita disserentem: Sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt sacris Idæis magnæ matris acceptis, epulabar igitur cum sodalibus &c.

Vltramarina autem loca, seu transmarina, quæ dicantur,uideatur in l.notionem §.continentes, & ibi per Alci.ff.de verb.signifi. de quibus etiam in l. transmarina. C.de legatio. lib. 10.in l.si is qui Romæ.ff.de iudi. Sic & transmarinas res dicimus Cęsar libro 6. belli Galli.Gallis autem propinquitas, & transmarinarum rerum notitia multa ad copiã, atque vsus largitur, paulatim assuefacti superari &cæt.

Licentia uescendi lacticinijs, ouis, & carnibus datur cum clausula (Et de licentia vtriusque medici) Et per breue, ut per Sarnen.super signa.folio 190.uersic.datur per breue licentia uescendi. Et de licentia à Papa concessa uescendi carnibus tempore quadragesimali, & an tali concessione utens peccet,habes decis.Delphi. Gui.Papæ. CXI. quia de pręsenti, super quo ego potius starem decisioni Theologorum,quam ipsius Guid.Papæ, & præcipuè in hac materia, quando quis carnibus temporibus prohibitis, uel alia prohibitione stante, puta uoto,uesci posit,an non, seu vt uescatur,secum dispensari conueniat, considerandum esse putarem, an propter non vsum carnium immineat periculũ mortis,uel notabilis ægritudinis, an non.Hinc uoluit Abb.in cap.uerò,colum.secunda,uersic.& per hoc dicetem.de iureiuran.Fratrem Cartusiensis ordinis uoto non obstante propter tale periculũ posse carnes comedere.

Carnis usum non fuisse ante diluuium colligitur Genes.primo,ubi herbas,olera,& fructus arborum & semina herbarum assignantur homini, & bestiis in cibum. Genes.autem 9. assignantur homini bestiæ, volatilia, pisces &c. sub ijs verbis. Quasi olera virentia dedi uobis omnem carnem &c. diuus Thomas prima secundæ,quæst.102.artic.sexto,ad secundum. Leuit.num.vndecimo, fit prohibitio in parte. In eleuterij pontificis vita ita legitur. Hic iterum firmauit, vt nulla esca usualis à christianis repudiaretur, maximè a fidelibus (scilicet porrecta vt puto) quam Deus creauit,quæ tamen rationabilis,& humana esset. De abstinentia in carnib & vino,& pro aliquibus ex præmissis vide tex.in c. ab exordio.35.dis.An autem prohibitus comdere carnes prohibeatur & edere oua,caseum, & lac,vide in tracta.de episco.Io.Firma.lib.4.par.2.in 107. casu.num.131.uersic. quæro incidenter,an prohibitus edere carnes.

Illa verba (De licentia seu consilio vtriusque medici) intelligun tur de medico animæ præstantiori, & corporis inferiori. cap. cum infirmitas, & ibi Docto.de pœni.& remissio. Et tanta est connexitas mediciuæ animæ,& corporis,vt sæpe hæc ab illa procedat: & contra, ab infirmitate animæ ægritudo corporis,& mors ipsa proueniant,prout 1. ad Corith.11.Ideo inter vos multi infirmi,& imbecilles,& dormiunt multi,Ioan.5. Ecce sanus factus es,iam noli peccare,ne deterius tibi contingat. Et diuus Chrysostomus super Ioan. Homilia 37. declarans illud de Paralitico inquit. Quid hic admonemur? primum quòd ex peccatis morbi generantur &c. idem super Matthæum Homilia 28. vult plurimas ægritud ines ab animi peccatis originem trahere.& Homerus libro primo.Iliados,scribit, pestem a Dijs in gręcorum exercitum immissam ob eorum scelera. Quem Virgil.sequutus lib. 12.Aeneidos inquit.Si quando lætum horrificum, morbosque Deum rex molitur.Et ijs,qui mandata seruauerint,sanitas promittit. Exodi 23.& Deutero.7.& Theophilactes in Matthæum ca.8. morbos milites, & uendices Dei appellat.

Monachis in quibusdam casibus non solum Papa,sed etiam Abbas dat facultatem comedendi carnem, uel cibos delicatos,puta in casu infirmitatis, propter debilitatem complexionis, dum fuerint in in studio,vel aliàs,per tex.in cap.carnem,iunc.glo. in versic.reseruato,de consecrat. distinct.quinta. c. cum monasterium,& ibi gloss.in versi.indulgentia, ubi Abb.anti. versi.extra refectorium,cum ijs,quę subijcit,& Abb.Modern.num.16.super illa glo. in versicu.indulgentia. de stat.mona.Dominus meus in cap. cum omnes, in prima lectura, num.10. de constitu.

Qui autem scire voluerit,an sint paria,comedere carnes,uel olera cum carnibus cocta,uideat tex. in ca. fin.ad finem,30.distinctio. vbi Præposi.concludit pro affirmatiua, videre etiam poteris Iodo. in Enchir. parium aut similium iuris.in versicul. carnes.

In licentia pro sacerdotibus vicinis turcis,petentibus horas canonicas, & missas in vulgari recitare, & celebrare posse, additur clausula, videlicet (Attento quòd in illis partibus in vulgari celebrare consueuerunt) Hac licentia non impetrata,missa latinè

latinè dicenda esset cum dictionibus gręcis, Kyrie eleison, de quibus per Ioan. Andr. in addi. ad Specu. de prolatio. sen. §. ut autem, & cum dictionibus Hebraicis Sabaoth, & alijs, de quibus per eundem Ioan. Andr. in rub. de sum. trin. reliqua verba missę latina esse debent, ut per gloss. pragma. rubr. quo tempo. quis deb. esse in choro, in uersic. kyrie eleison, in fin.

Hodie habemus Concil. Triden. Actione, seu Sessio. 22. aliàs 6. sub Pio Quarto, cap. 8. tit. Doctrina, de Sacri. missæ in hæc verba. Et si missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est patribus, vt vulgari passim lingua celebraretur &c. Rursus eadem Sessio. titu. de sacrificio missæ, canone 9. ibi: Aut lingua tantum vulgari missam celebrari debere &c.

Licentia dicendi officium nouum, seu horas canonicas iuxta nouum ritum, etiam cum vno socio, quem orator duceret eligendum, passim concedebatur, etiam per solam signaturam, seu cum sola supplicatione. Hodie talis licentia denegatur, immo illæ, quæ hactenus concessæ fuere (vt audio) reuocatæ sunt a Sanctiss. Paulo Quarto, exemplo forsan Gregorij. VII. qui damnabat illos, qui quotidie solum tres psalmos, & tres lectiones dicebant seu recitabant, non ex statutis sanctorum, sed ex negligentia, & torpore, unde redarguebat illos, qui antiquum ordinem Romanum subuertebant. prout in cap. in die, de consecr. distinctione quinta, & per Cardina. in clemen. 1. respons. prima. quæstio. 7. de celeb. missa.

Circa officium, & horas canonicas, nisi aliud à Papa decernatur, puto seruari debere id, quod iura, & Doctor. noluerunt, vt modus dicendi officium, seu horas canonicas sit iuxta formam, dispositionem, vel consuetudinem ecclesiæ cathedralis, si in ea habeatur specialis, seu specificus modus, alioqui ad metropolitanam ecclesiam pro illius obseruatione recurrendum sit, iuxta Concilium Toletanum, de quo in capitu. de his. duodecima distinctione, gloss. in capit. pastoralis... in versic. exceptis. uersicu. primò cum deuiat in diuinis officijs a consuetudine metropolitanæ ecclesiæ. Ioan. And. Abb. & alij in cap. primo, de celeb. missa. Et melius omnibus declarat in tracta. de horis cano. quæst. 4. doctissimus ille Ioan. a Liagnano, qui in vtroque iure plura optimè scripsit: In sup videatur Nic. Plouius in simili tractat. 1. quæstio. secunda, par. princip. & gloss. pragma. de collatio. §. 1. cum, in uers. metropolitana. & Roma. consi. 218. præsens casus, nu. 1. vers. 3. in simili.

Papa dispensare potest, quòd clericus secularis, vel monachus recitet officium, & horas canonicas vel iuxta ritum Romanum, vel iuxta alium, & super horis diuinis, potius vno modo, quàm alio dicendis ad libitum dispensabit. Abb. in cap. 1. & in fin. de celeb. missa. Cardina. in clemen. secunda, in sexto not. eo. Paris. consil. 68. dubium exoritur. num. 144. & sequ. uersi. quartò probatur, quoniam ut horæ canonicæ, uolum. 4. Religiosis tamen licentia, seu dispensatio quælibet super præmissis denegari solet.

Est uerum, quòd de iure clerici etiam religiosi commensales Cardinalium, uel Episcoporum, licet sint alienæ diœcesis, poterunt dicere officium sicut eorum domin. clem. fi. de cele. missa. & ibi glos. declarat in uers. dicent.

An autem requiratur licentia, vt omnes simul horæ dici possint? Videtur dicendum quòd sic, cum de iure officium recitari debeat distinctis, & competentibus horis. cap. primo, in princ. ibi. ita tamen, vt competentibus horis &c. & ibi Hostien. de celeb. missa. & illa clausula, ita tamen, est modificatiua, & limitatiua præcedentium. l. ubi adhuc. §. ita tamen, iunct. glo. & ijs quæ no. ibi Salyc. C. de iure dotium. Aymo consil. 25. num. 26. ubi quòd si testator legauit uxori victum, & uestitum, ita tamẽ quòd teneatur bene regere, & gubernare; Legatum victus, & vestitus censetur restrictum, adeo quòd non uidetur uxori relicta proprietas, & alienandi facultas. Paris. consilio 17. potuit absque dubio. numero 17. lib. primo. Et probant uerba Exo. 21. quæ in dies in iudicijs criminalibus seruari videmus, præsertim illa extrema uerba, quæ subijciam, si rixati fuerunt uiri, & percusserit aliter proximum suũ lapide, uel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo, si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocẽs erit, qui percusserit; ita tamen ut operas eius & impensas in medicum restituat. restringi igitur, & limitari debet dispositio illius text. ut prima, tertia, sexta nona, & vespera dici, seu recitari solum, & dumtaxat possint horis cõgruis, ergo non alijs horis, seu simul: Insuper sicut non releuat factum diuersis temporibus, quod vno contextu fieri debebat. l. continuus. ff. de verborum obligatio. cum alijs quæ adduco in 13. quæstione 32. regul. num. 12. & ita contra. Et qui non seruat tempus constitutionis, eius formam non seruasse dicitur, ad l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusat. tuto. Bald. in authen. quæ supplicatio. in tertio not. & ibi Salyc. & alij. C. de precibus imper. offer. Pau. Castren. in l. qui Romæ, §. Callimacus, in fin. ff. de verbo. obliga.

Distingui posset, aut loquimur de officijs diuinis in ecclesijs recitandis, & tunc crederem seruari debere dispositionem illius tex. cap. primi, de cele. missa. ut officia gradatim dicantur, nec ordo datus peruerti possit, licentia a Papa non obtenta. Aut loquimur in plato, seu quouis clerico beneficiato horas recitante non publicè in ecclesia, sed in loco priuato, & tunc subdistinguerem, aut est persona valde impedita, præsertim ob publicam vtilitatem,put sunt Reuerendiss. Dom. Rotæ Auditores, vel etiam alias occupati, seu impediti, vt sunt scholares, uel pauperes, qui victum sibi quærere aliquo exercitio necesse habent, & hos puto absque aliqua licentia horas omnes simul recitasse posse, pro quibus ponderari potest text. in dicto capit. primo, ibi iuxta possibilitatem, iunct. gl. prima. Aut loquimur de personis legitime impeditis, & putarem, quòd illæ absque licentia horas conculcate, seu simul recitantes non impleant ea, ad quæ tenentur ex dispositione text. in præallega. cap. primo, & cap. dolentes. de celeb. missa. Pro præmissis uideatur gl. prag-

ma.

ma.rubrci.quo.diui.offici.in uerſiculo, debitis,& & competentibus. Vhe autem illis, qui nec in eccleſiis, nec in priuatis locis, nec diſtinctis horis,nec ſimul,ſeu unico contextu officia diuina recitant,ſed ſolum redditus beneficiorum percipiũt, ſeu potius uſurpant, & ſæpe in malos uſus conuertunt. Qui beneficiati non dicentes officium,& non incumbentes horis diuinis priuandi ſunt beneficijs fructusq; perceptos reſtituere tenentur iuxta communem ſententiam,de qua per Bello.conſil.56.nu. 3.& Iul.Clar.ſenten.lib.quinto.§.fin.quæſt.73.uerſic.item clericus qui non dicit officium. Quare uocentur horæ canonicæ, & quot ſint, & quando de præcepto ſint,uideatur per dictam glo.pragma.ſuper eadem rub.in uerſi.canonicas,& rub.qual.ſint dicen.extra cho.in princip.in uerſi.teneantur,& poſtea.in uerſicu.officium. Et quòd omnes horæ canonicæ,& miſſa dicantur officium diuinum, habes apud Ioun.Franc.Paui.de offic.& pote.c.ſe.uacan. 2.prælu.nu.10.

An ſicut Papa diſpenſare poteſt circa mutationẽ officij diuini.clemen.ſecunda,de celeb.miſſa.Abb. in cap.primo.eodem titu.ita etiam diſpenſare poſſit,nc clericus teneatur aliquod officium dicere? Abb.ubi ſupra,& Cardina.in dicta clemen.in 6.nota.ac Felyn.in colum.fina.de maior.& obedien. negatiue reſpondent;cum alia ſit ratio in toto,quàm in parte, quo caſu corruit argumentum totius ad partem.Cyn.in l.ſecunda.C.de non numera.pecu. Idem Cyn. & cæteri in l. cum notiſſimi. §.in ijs.C. de præſcript. tri. uel quadra.anno. Cardina. Abb. Barto.& Felyn.in cap.paſtorali.§.item cum totum. de offic.delega.An autem in ijs,& ſimilibus ex magna cauſa diſpenſare poſſit,alibi tractabo.

Licentia celebrandi in eccleſia interdicta a ſolo Papa conceditur, glo.penul.in ca.ad hæc quoniam ſub inrerdicto,de appellatio.Ludo.Bologni. in additio. poſt tracta.de pote.Papæ,Catal.de Boncom. num.primo, poſt Innocen. in cap.præterea,de appellatio. hæc licentia rarò conceditur, & tunc addi deberent hæc uerba,uidelicet (Ianuis clauſis, ſuppreſſa uoce,& non pulſatis campanis; item. Dummodo orator cauſam aliquam non præſtiterit interdicto) Hæc omnia clare eliciuntur ex tex. in cap.ꝙ nonnullis,de priuil. & pro illa clauſula [ſummiſſa ſeu ſuppreſſa uoce] eſt tex .in cap.fin.§.fin.iun.glo. fin.eodem libro 6. Et pro omnibus prædictis clauſulis eſt text.in capit.alma. §.illis etiam,& §.adijcimus. ibi, ſummiſſa tamen uoce, & ianuis clauſis, excommunicatis, & interdictis excluſis, & poſtea verſiculo, ſic tamen quòd illi, propter quorum exceſſum interdictum huiuſmodi &c.de ſenten.ex com. eo.lib.6.

Indulti celebrandi tempore interdicto, ſeu celebrari faciendi, & eccleſiaſtica ſacramenta recipiẽdi formulam quis uidere poterit in conſi.Fed.de Sen. 1S7.factum tale eſt.

Quæ autem ſit pœna principum, ſeu domiuorum temporalium in terris, ſeu locis ſuis celebrare congentium tempore interdicti? Dic, quòd ſunt excommunicati ipſo facto, nec ab alio quàm à Papa abſolui poſſunt,clem. grauis. de ſenten.excom. Stepha.Aufre. de poteſtate eccleſiæ ſuper laicis, in 71.caſu.nu.42.

Epiſcopis ex aliqua cauſa conceditur, quòd adhibitis, uel quattuor Abbatibus ad degradationem præsbyterorum ſuorum procedere poſſint: Intelligo pro criminibus degradatione dignis, de quib. in cap.cum ab homine,de iudi.in cap.ad abolendã cum ſua gloſ.in uerſicu.relinquatur,ad quam omnes recurrunt,de hære.& per Ancha.conſil.128. & narratis,num.quinto, & per Abb.in capit.at ſi clerici,num.37. verſi.ad tertium quæ ſint crimina. de iudi. De iure autem ſi degradandus uenit præſbyter,ſex epiſcopi interuenire debent, ſi uerò diaconus,tres. Abb.& Felyn.in cap.non poteſt. de re iudica.& in cap.ſi quis presbyter.de eler.excomm. Carer.in tract.de Hære.nu.134.uerſ.per quos autẽ degradandi ſunt.

Tranſitus de una religione ad alium monachis, & alijs religioſis prohibitus eſt. cap.non eſt uobis, & cap.ſanè,ubi Ioan.Andr.& alij,de regula. Lap. alleg.62.quidam.& allega.130.pro dubij (ſi tamen ea Lapi eſt) colum.ſecunda,& ſequen.& utrobique addo.

Religioſis dari conſueuit licentia transferendi ſe ad alium ordinem addita clauſula (Et de licentia ſui ſuperioris) Et in Bulla translationis poni debent hæc,uel ſimilia uerba,uidelicet [Te de monaſterio.M.cuius monachus exiſtis,ad monaſterium. N.auctoritate Apoſtolica transferentes,& uolẽtes, & decernentes,quòd ex nunc eiuſdem monaſterij. monachus cenſearis, & in eo recipiaris in monachum) pro quibus, & an nouam profeſſionem facere teneatur,uideatur conſi.Feder.de Sen.quinto, quidam monachus. cap.Abbate.& ibi Panor. in 4. no.de verborum ſignifi.Idem Abb.in ca.præterea, & ibi pulchre per præceptorum meum,numero 2. de præben.

Quòd ad minorem, ſeu laxiorem religionem, ſeu regulam monachus tranſire poſsit, nemo præter Papam diſpenſare poteſt,prætalleg.cap.non eſt, & ibi not.de regula.& eſt pulchra gloſſ.in cap.cum ſingula.§.prohibemus,in verſic.canonicè,de præb. lib.in 6.idem concludit Lap.dicta allegat.130.col. 4.num.3.uerſ.ſed Papa, ubi ꝙ Papa etiam ſine cauſa diſpenſare poteſt,ut monachus ad minorem,uel laxiorem tranſire poſsit.& Socy.conſil.270. conſideratis,colum.3.ad finem,uerſicu.quarto moueat. lib.ſecundo. Nouiſſimè habemus cap.19.ultimæ actionis in Seſsio.Concil.Triden.ſub Pio Quarto, titulo de regula.in hæc uerba.Nemo etiam regularis cuiuſcunque facultatis uigore transferatur ad laxiorem religionem.Huc ſpectant uerba Apoſtoli ad Corinth. cap. 7. unuſquiſque in ea uocatione permaneat,in qua noſcitur eſſe uocatus.capit.1.21. queſtio.prima,cap.licet qui quondam.cir.princip. de regula.

Quando uerò religioſus ad arctiorem regulam ſe transferre vult,datur licentia abſque illa clauſula (De licentia ſui ſuperioris) Ratio eſt: quia iura permittitur monachos ad arctiorem religionem tranſire poſſe prætalleg.cap.licet,de regula.Fede.de Sen.prætalle.conſi.quinto,num.ſecundo,uerſic.caſus

sus autem concessi, & Dec. supra adductus in ca. præterea, de præben. & pro præmissis, & alijs, quæ huic materiæ satis conferunt, videatur pulchrum singu. Roman. 452. Domini mei. ubi etiam quærit, cuius consen sus requiratur, si religiosus trāsire uelit ad regulam parem. late Rebuf. in praxi de transla. mona. pag. 233. & seq.

Quæ vero dicatur regula latior, seu laxior, quæ strictior, & durior, uide Lap. præmissa alle. 92. & alios, quos ibi cito in mea Apostil. in versicu. vltra regulam.

Quæ dicta sunt in monacis, procedunt etiam in monialibus, glo. in versicu. perpetua, in cap. vni. de regula. libro 6. in Apostil. magna, in cap. non est versic. item omnia quæ in iure dicuntur de transitu de una religione in aliam, habent locum in monialibus. eod. tit.

Non datur licentia fratri mendicanti transferendi se ad alium ordinem mendicantium, super quo uidenda est extraua. ambitiosæ. de regula. inter cōmu. & Reg. Cancella. 23. de mendi. transeun. super qua scripsi.

Fratribus mendicantibus, & aliis religiosis dabatur licentia standi extra loca sui ordinis, & si petebatur, etiam concedebatur, quòd deseruire possent alicui beneficio seculari, vel regulari, cum cura, uel sine cura, quodque confessiones audire possent & administrare, seu tractare etiam ecclesiastica sacramenta, & per breuem sacram pœnitentiariam, illa eis concedebantur cum clausula (Et de licentia sui superioris) Et de cancellabantur verba, videlicet (Vel sine cura, vel regulari) De qua licentia loquitur Staph. super signatu. folio 194. versi. professo ordinem regula em. & de præmisso, & aliis modis standi extra, & de diuersis causis, quæ modo vere adducebantur, modo confingebantur, videatur late per Sarnen. de breuibus, numero 31. vsque ad numero 43.

Licentia præmissa, & aliæ similes regulariter denegant, imò auctoritate Bullæ Pauli IIII. cōtra oēs fratres, seu monachos vagantes, apostatas, seu fictè, uel malè, & nulliter dispensatos, maximo cum rigore procedi præceptum fuit, & summa ratione; eo enim res deuenerat, vt infiniti monachi qui frontē perfricuerant, habitu relicto, honore deiecto, seu potius religione, immo ipso Deo postergatis, omnia sibi impunè licere putabant: beneficia simplicia secularia, beneficia curata, immo & collegiatæ ecclesiæ, & cathedrales ipsæ, quin & ipsæ prelatorum curiæ hisce apostatis, ac cacodæmonibus plenæ erant.

Conquerebantur plures, quorum Bulla Paulina tangebat præcordia, quòd constitutio hæc præsentia, & præterita concerneret, cum tamen lex in futurum tantum, non de præterito ligare debeat. cap. fi. de constitu. Barto. in l. omnes populi, in quinta q. princip. ff. de iusti. & iur. cuius opinio communiter tenetur, ut per Paris. cons. 49. nu. 3. vol. 4. dolebantquè uitam strictiorem sibi indici.

Ego pro Bulla Paulina ultra alias rationes, & auctoritates, adducebam pulchram glo. in cap. vni. in uersi. præsentes, de sta. reg. lib. 6, asserebamquè constitutionem (quando id caueretur) etiam de prætærito ligare, præalleg. cap. fin. de constit. præsertim quando per legem generalem, seu per u iam declarationis, iuxta communem opinionem, de qua per Felyn. in dicto cap. fin. de consti. per Cur. Iun. cons. 56. num. 10.

Monachus igitur quicunque sit, si in posterum extra monasterium reperiatur, nisi debitam dispensationem ostendat cum suis legitimis causis, & processibus, siue cum habitu monacali, siue sine illo incedat, excommunicatus, & apostata habebitur. iux. text. in capit. placuit. 2. 16. quæstio. prima, cap. 2. ne cler. uel mona. lib. sexto, clemen. 1. §. quia uerò, de sta. mona. & iuxta Bullam prædictam Pauli IIII. Et contra tales ego adducebam illud Lucæ 9. in fin. Et ait alter, sequar te Domine, sed permitte mihi primum nunciare his qui domi sunt: Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Et sic concludebam monacis licentiam respiciendi retro, aliouè diuertendi denegandam fore.

Qui licentia non obtenta portat habitum subtus adhuc apostata dicitur. Ioan. de Anan. in rubri. de Apost. Francis. post Io. Andr. in cap. secundo, ne cleri. uel mo. lib. 6. Verum an isti ferentes habitum subtus, seu coopertum (qui parum distant à nullo modo feretibus) propriè, uel impropriè dicantur apostatæ, an uerò excommunicati tantum, disputatum fuit in Rota, & per maiorem pertentum tales excommunicatos esse, non tamē apostatas: uel si apostatas affirmemus, illos impropriè dici apostatas, seu largo modo. citabatur cons. Oldra. 202. qui uolebat non incurri propterea aliquam inhabilitatem, sed tantum excommunicationem, nisi adessent coniecturæ aī deserendæ religionis. & dicta Oldr. more suo sibi attribuit Io. And. ī addit. ad Spec. sub rub. ne cleri. uel mona. sequitur Anchara. in c. 2. d. tit. lib. 6. Videatur Dec. Achil. 36. incipiens, fuit dubitatum in una Pampilonen.

Et contra illam licentiam, quæ olim concedebatur passim religiosis portandi habitum subtus, habes nouissimè Concil. Trid. Sessiò. vlt. sub Pio IIII. titulo de Regula. cap. 19. in fine. Nec detur licentia cuiquam regulari occultè ferendi habitum suæ religionis.

Monaco licentiam concedi vidi ut vocari possit officialis, seu Vicarius Episcopi, & aliquos monacos absque Papæ licentia Vicarios constitui, illosque pro talibus se exercere percepi. Nec ad hoc puto sufficere episcopi, ac Abbatis indulgentiam, quippe quia tales prohibentur etiam officium procuratoris exercere. clemen religiosus. de procura. si tamen sit Abb. administrationem habens, Rot. 25. Mai. 1554. coram Fantutio in Cæsaragusta. Decimarum. tenuit, quòd possit esse vicarius. per Dec. Guid. Papæ. 568. quod etiam videtur sentire Fely. in cap. cum A. in fin. de re. iudi. Pro ijs habemus Dec. Guidob. 112. incip. Monacus simplex.

Petebatur licentia pro quodam nobili, ut eodem tempore habitum suscipere, professionem emittere & in Abbatem eligi posset, & quid subsequutum fuerit non percepi. Hodie non concederetur, antequam

quam

quam enim ius sit Discipulus meretur esse magister. cap.officij.in fin.de electio. ubi etiam quòd prius debet discere subesse,quam preesse,& est Deci. Putei 262. incipiens. Fuit resolutum.libro secundo.

Monialibus ex causa dabatur etiam licentia transeundi ad aliud monasterium alterius ordinis, cum mutationis habitus clausula (De consensu superiorum ordinum huiusmodi) ut per Staphi. super Signatura, folio 192. versiculo, moniali professæ.

Alia licentia, quòd in domo sui patris, vel fratris (donec uixerit) extra monasteriũ permanere posset,licet alias daretur,ut Staphi. ubi supra subijcit, hodie non datur, sub hoc enim prætextu plura, quę non decerent, sequi possent. Et habemns. 2. Macha.3. Virginem inclusam domi consistere debere: Et fœminæ religiosæ sub clausura morari debent, ut dicit text. in cap.mulieres, ante finem, de iudi.libro 6.cap. uni.de sta.regu.eodem lib.& debent cum alijs monialibus habitare, & uiuere; immo nec illis propria receptacula,ac priuata domicilia habere licet.cap.periculosum. 18.quæstio.2. In summa, in omnibus circa illas cautè procedendũ est, ut ea uitentur, quæ earum pudicitię insidiari possent,ad pulchrum text.in l.si disceptetur. ff.ubi pupil.educ.debeat.Et in cap.cum locum,ibi.In domo in qua nihil eam timere oportet facias honeste teneri.de sponsali.

Et duabus præsertim causis concedebatur licentia ad domum paternam redeundi: una erat,quando pater, seu mater graui detinebantur infirmitate, præcipue si nullum consanguineum habebant, qui eis infirmis assisteret,unde filia iure naturæ obligata reperitur parentibus opem ferre. ad l.ueluti. ff.de iusti.& iur.& quod propter infirmitatem suorum licet cuique festinanter, & aliquo,etiam Papa insalutato,recedere,probat text.in cap.communis, post principium, & ibi gloss.in uersicu.suorum ad hoc notat 23.distin.Nec conuersatio filię cum patre, sororis cum fratre aliquid sinistri suspicare permitt.l.eum qui,uersi.in ijs nihil sæui criminis &c. C.de episco.& cler.c.pen.de coha.cleri. Abb.in ca. 1.eodem titu.

Altera erat,quando ipsa monialis grauiter ægrotabat, nec in monasterio eam euasuram ab infirmitate spes erat, uel propter aeris intemperiem, seu defectum,ut plerumque hic Romæ accidit in monasterio. S. Syluestri, quo casu à tali loco recedere licet.cap.quorundam,post principium,ibi. Ita nimia tristitia, & loci qualitate uehementer afflictum.74.distin.cap.ad supplicationem, iunct.glos. 1.de renunc.Hostien.in sum.de cler.non resi.ad fi. Henri.Boic.in cap.quoniam frequenter, ut lit.non contest. ubi quòd si aer est infirmus, potest beneficiatus se absentare à beneficio,nec potest contra eũ procedi ad priuationem, sed debet expectari donec cesset impedimentum huiusmodi.glo.in in ca. communis.in uersi.suorum, uersi.etiam not.quòd propter intemperiem loci aliquis excusatur.23.distin.gloss.in princ. in cap.ecclesias per congrua. 16. quæst.7.& dixit Barto.in l.de ætate.ff.ad Trebell. quòd aeris intemperies est iusta causa quòd citatus non compareat. Et voluit Abb.in cap.cum dilecti.de dolo & contu. ꝙ vbi aeris corruptio est vehemens, & citati complexio est talis ꝙ uerisimiliter ex accessu dubitaretur de morte, citans non comparens excusatur,idem Abb.post Ioan. Andr. in cap.si vero,de iureiurando. Nic.Boe.decisione 228. pręsuppono illud post numerum vndecimũ. Recedere etiam licebit propter aliud vrgens vitæ periculum.

Ego vtramque causarum prædictarum vrgentem,& legitimam esse fateri cogor, at in vtroque casu licentiam periculis, & laqueis plenam esse cognosco, licentiam tamen huiusmodi potius pro ægritudine propria, quàm pro infirmitate parentũ moniali concedendam esse putarem, plura ad hæc adducere possem,sufficiat ratio naturalis, quæ pro quacunque decisione valide adduci potest, ad l.cũ ratio naturalis.ff.de bon.damna. in princip. l. scire oportet. §.sufficit.ff.de excu.tuto.Si moniales infirmo patre, in illius domo morabitur,nec custodietur ab Abbatissa,& alijs monialibus,nec ab ipso patre infirmo,& sic magno,& quasi euidenti honoris, & pudicitiæ amittendæ periculo ex ponetur. Nec ad rem facit, ꝙ sit in domo patris, matris, vel fratrum; ab aliis enim solicitari, seu tentari poterit,qui non erunt pater & fratres iuxta sententiam Augustini de qua in cap. legitur.ꝙ beatus Augustinus nec cũ sorore habitare consenserit dicens, quę cum sorore mea sunt,sorores meæ non snnt.81.distinctione.

Si grauiter infirma in domo paterna deget, donec sana euadat, interim nemo verisimiliter illius uirginitati insidias parabit, prout in fim.ponderat gloss.secunda,in c.volumus,ibi,sed hoc de sensibus 81. distinc. sanaquè effecta ad monasterium statim redibit.

Quo ad secundam causam grauis ægritudinis monialis, videatur omnino Luc.de Pen. in l. prima.C.de comme.lib.12. qui ad partes disputat, an moniali grauiter infirmæ liceat claustrum exire, & ad balnea ire petita licentia,licet non obtenta? pro opin.negatiua adduco text.in cap.relatum.de cleri. non resi.per quem dicit ibi Ioan. Andre. quòd non sufficit ex causa petere licentiam recedendi,nisi impetretur.pro quo etiam est glo.in uersi.litteris.uers. & quod alias fieri dicit iussionem intelligo petitã & obtentam in cap.non oportet.ff.de consec.distin. quinta.Et regula est ꝙ ubi requiritur licentia superioris,duo concurrere debeant,uidelicet, ꝙ petatur, rursus ꝙ obtineatur, Ias.in §.pœnales. colum.3.institu.de actio. uerum pro opin.affirmatiua infinita adducit idem Luc.ubi supra, tandem residet in hac distinctione, ꝙ aut medici periti,& insignes asserũt mortis imminere periculum, nisi eat ad baluea. & uera sit opinio affirmatiua. Aut peritiores contrarium asserunt,& subsistat opin.negatiua; in dubio autem,cum de hoc certitudo haberi non possit,vel est contentio inter medicos,tutius est ꝙ monialis in claustro moretur.

Quantum ad illa uerba (Licentia petita, licet non obtenta) aduertendum est, ꝙ in quibusdam casibus,

sibus, præsertim propter quandam reuerentiam, seu recognitionem, uel in signum obedientiæ sufficit licentiam petere, esto quòd illa non obtineatur. ad textum, in l. fina. C. de iure emphyteu. cap. licet, versic. talis ergo, cum ijs quæ sequuntur. de regula. clemen. dudum. §. si uero. de sepulc. glos. prag. ti. quo temp. quis deb. esse in cho. in versic. obtenta. Similem casum habes quòd sola licentiæ petitio sufficiat militi superueniente infirmitate ut discedere possit, prout per Luc. de Pen. in l. prima, post principium, uersi. item nota quòd si militi superueniret infirmitas. C. de commen. lib. 12. Regulariter aliter dicendum est, uidelicet, quòd non petere licentiam, uel petere & non obtinere, paria sint ad supra adducta & l. secunda, iunct. glo. in uersi. non petita, quæ supplet, uel petita, sed non impetrata. C. de in ius uocan. clem. uni. ibi, Nisi à superiore suo petita super hoc licentia, & obtenta, de testamen. Iodo. Enchiri. parium aut similium iuris, in uersicu. petere, sed non impetrare. vide etiam Hyppo. de Marsil. in l. qui cædem. num. 16. ff. ad leg. Corne. Et in simili de requirendo, licet non necessario sequendo cõsilio, uidere poteris, quæ scribo super cap. si pro debilitate. num. 32. & sequen. de offic. delega. Et quando causa, uel necessitate urgente sufficiat petitio tantum licentiæ, vel etiam petitio non requiratur, videri poterit Rip. in tractat. pestis. part. secunda, de priuileg. contract. caus. pestis. numero 140. & sequentibus.

Concessum fuit Abbatissę, & conuentui, quòd pro fructibus colligendis duas ex monialibus extra monasterium mittere possint, hoc mihi periculosum, & parum honestum fuit, & quòd hoc tempore denegaretur, cum (vt supra dixi) fœminæ religiosæ monasterium exire non debeant. cap. mulieres, ante finem. de iudi. lib. 6. cap. uni. in princip. ubi etiam Anchar. Geminia. & Franc. de sta. regula. eodem lib. & in cap. indemnitatibus. §. porro. uers. sed cum eas. de electio. eodem lib. 6. Lap. Allega. 54. num. quarto, & nouissimè habemus Conc. Triden. Sessio. vltima, sub Pio Quarto, tit. de Regula. & monia. cap. 5. uersi. Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire monasterio, etiam ad breue tempus quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.

Monacho verò, qui licet vouerit, & professionem fecerit, unde in monasterio semper manere debeat, nec exire possit. cap. sicut litteris, de iureiurando. Socyn. reg. vltim. in uersi. uouens, pro utilitate monasterij non solum à sede Apostolica licentia concedi consueuit, ut ad tempus extra monasterium morari possit, sed etiam illa ab Abbate concedi poterit, uel illi per Abbatem seu alium superiorem præcipi, ut extra claustrum ad tempus manere debeat, prout per Abb. in d. c. sicut literis, in fi. & Soc. ubi supra fall. 3.

Declarationes iuris pro absolutoria a religione, seu declararoria ferenda aliquem non esse astrictũ religioni habere debent clausulam citato procuratore religionis, alioqui illa addi debet in quacunq; materia graui, seu religioni præiudiciali, prout ex ijs, quæ scripsit Ægid. Bellame. Dec. 377. 618. conclusit Rota prout Dec. Putei 145. incipien. Fuit dictum in vna Conchen. post medium. lib. secundo. Hæc, & alia proximis diebus adducebam in quadam materia graui, præiudiciali religioni beati Francisci ordinis cõuentualium cuius ego sum Aduocatus, in qua Procurator generalis hic Romæ degens citatus non fuerat.

Datur licentia mulieribus honestis nobilibus uel ualde dignis, quòd quater in anno cum tribus, uel quattuor honestis mulieribus intrare possint quæcunque monasteria monialium, quorumcunque ordinum etiam sanctæ Claræ, de licentia illarũ quæ monasterijs præfuerint, cum clausula (Dũmodo ibi non pernoctent.)

Illa uerba (etiam S. Claræ) ostendunt ꝙ difficilius Papa concedere solet, ꝙ quis intrare possit monasteria sanctæ Clarę, quàm aliorum ordinum, propter naturam dictionis, etiam, quæ adijcitur casui difficiliori, seu magis dubitabili, & implicat minus dubitabile, cap. uni. in princ. de commo. iun. declaratione Ioan. Andr. ibi colum. secunda, in uersicul. etiam. cap. uni. post princip. ne sede uacan. lib. 6. cle. grauis. ibi, Populos etiam interdictos, de senten. excommunica.

Vidi aliàs concedi nobili. D. Leonoræ Valasciæ Vlisbonen. ꝙ cum duabus mulieribns posset quæcunque monasteria Regni Portugalliæ cuiuscunq; ordinis, etiam. S. Claræ, & militiarum duodecies in anno ingredi, & morari, & aliquando in quadragesima pernoctare de licentia Abbatissæ, alicuius alterius superioris licentia minime requisita.

Si simpliciter concederetur licentia intrandi monasteria non expresso per quot uices, intelligeretur de prima uice tantum, & non vltra, argumento. l. boues, §. hoc sermone. ff. de verborum significa. uoluit post Alb. de Rosa, Hippol. de Marsil. in praxi crimi. §. quoniam num. 16. Alexan. consi. 16. breuiter in casu. post principium, vers. vnde si alicui conceditur licentia ingrediendi. uolum. quarta. Fely. in cap. secundo, colum. 2. de tre. & pace. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. colum. 3. ff. solu. matrimo. in l. duobus. §. si ei qui. colum. secunda. ff. de iniur. & consil. 39. colum. 6. lib. 6. Dom. meus consilio 512. not. quinta. Mar. Socyn. Iunior consil. 25. colum. 2. lib. secundo.

Viris nunquam conceditur, ꝙ monasteria monialium ingredi possint, non enim conuenit illas hominibus immisceri, & periculosa est hæc, & contra iura commixtio, arg. l. maritus. C. de procu. c. monasteria, de ui. & hone. cle. c. diffinimus, iun. gl. in uer. monachi. 18. q. 2.

Ad effectum reparationis monasterij, vel ecclesiæ, seu ædificiorum, conceditur uiris, ꝙ monasteria monialium ingredi possint, & hoc est de iure, quia hæc est legitima, euidens, & maxima causa, ad tex. in pręalleg. c. monasterium, ibi, Sine manifesta, & rationabili causa frequentare præsumpserit. de ui. & hone. cle.

Amplio etiam ad medicos, tonsores, puta causa flebotomię, uel alia vrgenti, carpentarios, & similes, ad textum, in cap. uni. versi. nisi rationabilis, &

manifesta

manifesta causa, cum gloss. in versicul. causa. de sta. reg. libro 6.

De licentia intrandi monasterium videre poteris Catel. Cottam in suis Memoria. in uersi. Rescriptum impetratum.

Nouissimè per Conc. Triden. Sessio. vlt. sub Pio IIII. tit. de Regula. & moni. cap. quinto, prouisum ita fuit. Ingredi autem intra septa monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut cõditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine episcopi, uel superioris licẽtia in scriptis obtenta &c.

Licentia benedicendi ornamenta ecclesiastica, ac vtendi mitra, & alijs pontificalibus datur Abbatibus, non tamen consecrandi calices, patenas & cap. cum non sint consecrati, super hoc vltimo videndũ est per Ioan. Andr. in cap. Abbates. super gl. pen. de priui. lib. 6. & ibi per Gemin. super gloss. in versicu. tonsuram.

Abbatibus etiam datur licentia, seu indultum, quòd primam tonsuram conferre possint, ac quattuor minores ordines suis nouitijs, ad tollendum fortè dubium, an Abbates ad ordines monachos suos promouere possint, aliqui enim voluerunt, quoad primam tonsuram duntaxat, ad cap. Abbates, ante finem, ibi, Primam clericalem conferre tõsuram, de priuile. libro 6. Nonnulli uero dixerunt, quòd promouere possint ad quattuor ordines minores. cap. quoniam. 69. distin. alleg. Lap. 138. incipien. pater filiam, num. septimo, & ad ea, quæ adduco in secunda quęstio. 24. Regu. de male promotis, nnm. 5. Si habent a iure communi hanc potestatem superflua hæc est licentia, seu indultum, ad l. 1. in fi. ff. ad muni. l. unic. C. de thesau. lib. decimo. Nisi quis respondeat, quòd tunc obtineretur ad euitandum opinionum conflictum. Hodie habemus Cõcil. Triden. Session. 23. de Decre. Refor. cap. 10. incipien. Abbatibus, ac alijs. ubi quòd Abbates tonsuram, uel minores ordines conferre non possunt his qui sibi subditi non sunt: ergo dicendum est quòd absque alia licentia suis nouitijs, uel sibi subditis tonsuram, & minores ordines conferre possint: & hanc opinionem veriorem, & seruandam puto.

Indultum de non faciendo mentionem de defectu natalium in prouisionibus beneficiorum, seu in alijs impetrationibus gratiam concernentibus aliàs concedi solebat, & compositio solui consueuerat ad ducatos centum: Hodiè nec compositio talis soluitur, nec talis facultas conceditur, & non absque magna ratione, hęc enim qualitas omnibus nota esse debet, & illegitimi paternæ præsertim incontinentiæ imitatores a sacris ordinibus, & beneficijs ecclesiasticis excluduntur. cap. cum alijs. 56. distin. c. 1. & fi. & toto tit. de fil. præsbyt. cap. primo, & 2. eo. lib. 6.

An autem illegitimus dispensatus ad duo beneficia, impetrans postea beneficium, teneatur de dispensatione mentionem facere, Rota. 279. nota. quòd ubi est dispensatum, in antiqui. concludit pro negatiua.

Presbyter, vel beneficiatus medicus, quando petit licentiam exercendi medicinam, debent addi verba uidelicet (Citra adustionem, & incisionẽ, ac amore Dei) De hac clausula (Citra adustionem, & incisionem) tex. in ca. sententiam, ante finem, ne cleri. uel mona. Et quòd promoti, vel promouendi Chirurgi potissimè ab incisionibus, & adustionibus abstinere debeant, concludit post Goffre. Maria. Socy. in cap. ad audientiam, ante num. 32. ad finem. 7. quæst. de homici. Pro quibus etiam adduci potest. cap. tua, & ibi per omnes. eodem titu. supponendo, prout Abb. ibi & alij volunt, quòd illud c. licet. de monacho loquatur, sit propter contingentiam facti, & sic etiam in clerico seculari locum habeat. prout etiam per Paris. consil. 136. stante num. 34. & sequen. uolum. 4. De his medicis Plato libro 16. qui inscribitur ciuilis, vel de regno. inquit post medium, Dum secant, vrunt, & ex hoc instituto suo quasi quoddam tributum mercedem referũt: cumque multa cogant expendere ægrotantem, ipsi pro ægrotante exponunt nihil: reliquit verò rebus ipsi, & ipsorum ministri utuntur: Demum acceptis pecunijs, vel a cognatis, vel ab amicis ægrotantis, mori eum cogunt.

In ijs duobus videlicet in adustione, & incisione seu inustione, & sectione consistere fere videtur tota illa una ex quinque partibus medicinæ, quam Plato Chirurgicam nuncupat, quæ sectione, & vstione curat, prout etiam per Diog. Laert. in vita ipsius Platonis, & sic quatuor alias partes indistinctè per huiusmodi licentias concedi asserimus, videlicet pharmaceuticen, quæ morbis medicata potione subuenit. Diætericem, quæ sola victus ratione, & ordine ægritudines arcet. Item νοσογνωμικὴν quę ex cæleri discretione morborum succurrat ægris. Adiutricem denique, sic dictam, q strenuo auxilio doloribus continuò liberet.

Pro illis verbis (Amore Dei) & sic pietatis causa habemus tex. in alleg. cap. tua nos. ibi. Si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, de homicid. & facit præalleg. consil. Paris. 146. nume. 37. volum. 4.

Quando est medicus principis addi debent uerba, videlicet (Citra adustionem, & incisionem, & pro persona principis, & familiarium suorum domesticorum duntaxat) satis est enim, quòd pro principe, & suis secum dispensetur, cum officium huiusmodi sit seculare, non autem spirituale, & sic clericis prohibitum, tota quæstione 3. causa 21. cap. j. in fin. ne cler. vel monach. quoad alios igitur, præsertim si sint sacerdotes, debent esse medici animarum, non corporum. cap. cum sit ars artium, de ęta. & quali. pe. Abb. in c. sententiam, num. 21. ne cler. vel mona.

Alias vidi concedi licentiam præsbytero, qui per plures annos, antequam ad sacros ordines promoueretur, in medicina studuerat, & practicauerat & medicinam exercuerat, cum nullum beneficium haberet unde se, & familiam sustentaret, vt similiter mederi possit, medicinamquè exercere, ac ex illa sibi, & familiæ suæ succurreret, seu prouideret, & sic absque illa clausula (Amore Dei) Iuxt. illud Matt. 23. Voca operarios, & redde illis mercedem, & Aposto. 1. Corin. 9. Quis unquam suis stipendijs

militat,

militai, an quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? quis pascit gregem,& de lacte eius non comedit. cap. iam nunc, ante finem. 28. quæstione prima.

Licentia recipiendi reliquias, vel corpora sanctorum ex aliqua ecclesia, & transportandi ad aliam, non conceditur nisi ex magna causa, ad cap. tribus ex causis,& cap. corpora, de consecrat. distin. 1. Oldra. consi. 62. & circa, colum. prima, vers. & sic cum propter persecutionem hostium, sedes, & corpora sanctorum possent mutari. & Ludoui. Roma. cons. 352. quæritur, post numerum 18. Audiui concessum fuisse licentiam recipiendi reliquias ex capella. S. Anastasij monasterij trium fontium extra vrbem,& portandi extra Roma. Cu. addita clausula uidelicet (Et de licentia Reuerendiss. Commendatarij dicti monasterij) prout per Staph. super Signa. folio 190. versic. licentia recipiendi reliquias. Absque licentia reliquias remouens ab una ecclesia, seu transportans, vltra pœnam sacrilegij, etiam de iure ciuili puniendus ueniret. l. final. ff. de sepul. uiola. l. prima, & l. qui sepulchra. C. eo. l. 3. C. de sacrosan. ecclesi. ubi Bald. not. 1. affirmat iudicis arbitrio puniri eum, qui Deo dicata destrahit, sequitur Afflict. in cap. primo, num. 23. ex qui. cau. feu. amitten.

Licentia portandi lapides porphireos, vel similes extra vrbem pro altaribus viaticis, seu pro alio vsu, non facile conceditur propter Romanos impedientes. sæpe tamen, vel cum licentia, vel sine,& lapides huiusmodi,& statuas pulcherrimas ad exteras nationes transportari audiui, & sic uerum redditur illud. Omnium rerum vicissitudo: sine licentia res huiusmodi asportans, siue religioni destinatas, uel religionis effectas, iuxta text. in l. prima, C. de sepul. viola. siue sacro, vel publico vsui, seu ad ornatum ciuitatis, vel sepulchri, seu ad delectationem populi positas, grauiter de iure puniendus ueniret. argumen. tex. in l. & liberi, cum duabus seq. ff. de contrahen. emptio. & l. lege Iulia peculatus, uer. mandatis, & l. sacrilegij. 1. & 2. ff. ad legem Iulia. pecula. l. qui sepulchra. §. 1. ff. de sepul. viola. Institu. de rer. diuisio. post prin.

Habemus contra subtrahentes lapides porphireos,& id genus, ac ornamenta ex ecclesijs vrbis Bullam sixti sub Dat. anno Incarnationis 1474.

Licentia cudendi monetam à principe tantum conceditur,& raro, & tunc ciuitati, vel dominis tẽporalibus, uel successoribus eorum, qui talem facultatem habebant, l. fina. iunct. glo. C. de fal. mone. Iacob. de Aret. quem ibi sequitur Alexand. in l. singularia. ff. si certum peta. Barto. in l. qui falsam monetam, & ibi Hippoly. de Marsi. num. 54. & sequen. ff. ad leg. Corne. de fal. ubi etiam dicunt, quòd absque hac licentia cudentes monetam quamuis bonam puniuntur de falso. Et quòd soli principi fas, iusque sit, ac etiam ciuitatibus liberis monetam cudere communem affirmant Arius Pinel. in rubri. parte prima, cap. 3. num. 4. C. de rescind. uendi. & Emanuel Soarez Recep. sen. in uersicul. monetam cudere.

Hanc licentiam cudendi monetam antiquitus concessam per Regem Antiochum sacerdoti magno, ac Principi Iudæorum uidere poteris in Epistola Antiochi Regis, quam descriptam inuenies 1. Machabeo. cap. 15. sub ijs uerbis. Et permitto tibi facere percussuram proprij numismatis in regione tua.

Priuatæ uerò personæ hæc facultas cudendi monetam nunquam conceditur,& si concederetur, dicunt nonnulli quòd concessio non teneret. gloss. & Barto. in allega. l. fin. C. de fal. moneta, ubi etiam quod non valuit hæc concessio facta per Imperatorem nobilibus Ianuensium de Flisco. & ad l. prima, & ibi Barto. C. de vete. numisma. Ias. in l. ex hoc iure, in vltima no. num. 19. ff. de iusti. & iure. Ego autem dicerem non valere non derogato iuri contrario, at si Imperator, vel Papa solemniter concederet, subsisteret; & tunc cautela est, quòd in concessione dicatur (non obstante tali lege, uel constitutione) Gloss. & Barto. in l. prima, C. de peti. bon. subla. lib. 10. Barth. Veronen. cau. 56. incip. & est cautela pulchra. & caute. 116. nonnulli, post medium, & caute. 220. Supplicatur, post medium, & glo. in qua circa medium, versicu. quæro tamen, in auth. quib. mod. nat. effic. sui.

INDVLTVM LOCANDI redditus beneficiorum.

De iure ciuili locatio fieri potest in plures annos, & etiam ad uitam locatoris, seu conductoris, ut supponunt. l. locatio, precarij ve rogatio, & l. qui fundum colendum in plures annos locauerat ff. loca. est uerum quòd olim prædia ad quinquennium locari solebant, ut in l. si quis nec causam, uer sic. nam & si colonus post lustrum completum fructus perceperit. ff. si cer. pet. iun. declaratione Bud. super illo tex.

De iure canonico locatio prædij, seu rei ad ecclesiam spectantis in perpetuum fieri non potest. c. nulli,& cap. ad audientiam. de reb. eccles. non alie. c. 2. de loca. Non ex hoc tamen quòd si locatio ad uitam facta esset, simoniaca dici posset. Præposi. in c. sed adhuc, colum. 2. in fi. 1. q. 1. Gig. de pensio. q. 78. num. 4.

Ex constitutione Clem. V. uidelicet per clem. 1. in fin. de reb. eccles. non alienan. locatio, seu venditio fructuum ad modicum tempus conceditur, quod etiam voluit Feder. de Sen. consilio 123. quæritur, numero 2.

Quod sit modicum tempus ad effectum nostrum, aliqui dixerunt esse quinquennium, iuxta opin. Irne. Et quòd locatio ad quinquennium non sit prohibita firmat Port. consilio 61. quem refert Ium. Marzar. in tracta. de fideicommis. par. 2. quæstione 38. Nonnulli septennium per tex. in cap. fin. ne præla. vi. suas. & hoc expresse tenuit Hierony. Gig. in alleg. tract. pensio. quæst. 87. num. septimo, versic. & forte fundatur. Vel aliud tempus infra decennium, ad glo. in l. prima, §. quod autem in versi. actio. ff. de superfi. Lap. Allega. 31. an non obstante, ad finem. Afflict. quem ibi in Apostil. cito. idem Lap. Alleg. 80. quæris cum locatio ad longum tempus

pus.Cast.consi.95.Dom.Abbas,nu.4.versic.quod autem tempus nouem annorum dicatur modicũ. Alexan. in l.si filiofamilias.§.si uir.num.25.ff.sol. matrimo.glo.in c.2.in uersi. non modicum, iuxt. primam opin.de reb.eccle.non alien.lib.6.Vel potius arbitrio iudicis relinquatur,quod dicatur modicum tempus ad effectum prædictum,prout resi det glo.in d.§.quod autem, quæ communiter approbatur,prout per Bart.& alios ibi,glo. prædicta in c.2.in versi.non modicum.iux. secandam opin.de re.eccle.non alien.lib.6.& gloss.fin. circa medium,in clemen.1.eo.Io.Andr.in addi.ad Specu.sub rub.eo.tit.in versi.in 6.& clem.post princi.& Alex.dicta l.si filiofam.§.1.si uir.num.25.vbi hanc opinio.dicit esse communem: & illam communem,& ita seruari,dicit Dec.consilio 204. in causa.

Limita tu,& declara quando præmissa,vel alia circa tempus iudicis arbitrio reliquuntur, ut per Cardi.d.consi.65.post num.4. versi.item opin.illa ꝙ sit arbitrarium. Pro quibus etiam uide Alexan. consi.17.uiso,nu.2.uol.4.

Quæro, sit locatio ad modicum tempus, puta ad quinquenuium, cum pacto de renouando ad aliud tempus,quod priori iunctum longum tempus constituit,an dicatur ad modicum tempus facta, & subsistat? Concludendum est locationes huiusmodi æpuipollere locationi ad longum tempus, & consequenter inualidam fore, ac in fraudem præsumi,non obstante quòd illarum nulla sit ultra modicum tempus,prout in aliis terminis cõsiderat Lap.Allega.12.disputat hic,colum.1.ver. secundo quia.& versi. nec obstat quòd nulla: & Lapum plures sequuntur quos ibi cito in mea apostil. Et pro hac opin.concludit Andr.Tiraq. de vt.Retra.titul.4.in præfa.num.11. uersi.sed huic sententiæ.Videri etiam poterunt quæ scribo in capitu.primo,post numerum 37.de in integrum restitutio.

Quæ autem locari possint,& quæ veniant sub huiusmodi locationibus, de quibus hactenus discutiendnm veniret, breuiter pro vtroque adduco tex.iunct.glo.fin.circa medium,uerb.item dicitur ecclesia ipsa obuentiones.in c.fi.ne præla.uic. suas. ubi quod nedum prædia ecclesiæ, sed & obuentiones omnes locari possunt.Idem uoluit glos. in extrau.suscepti.in uer.multa subhastatione.post medium. de elect. Ioan. 22. pro quibus latè Nic. Boe.qui alios citat decision.133.iuxta publicationem.num.quarto,& 224. Abb. præsertim numero 3.& 9.

De iure autem nouissimo prohibetur etiam locatio, & conductio bonorum ecclesiasticorum ultra triennium,extraua.Ambitiosæ,Pau.2.sub titu.de reb.eccle.non alie.inter communes.Qui igitur vltra triennium fructus, seu redditus beneficiorum conducere quærit,licentiam à summo Põtificę super præmissis impetrare cogetur,& si quis instet indultum pro multis annis obtinere, Signatura limitabit ad congruum tempus,puta ad quinquenniũ,de quo supra,uel ad plus,ad ter ternos.i. nouem annos,ut per Bud.ibi supra.

Verum dubitatio maior consistit,ut conductor tutus sit etiam quoad successorem in beneficio,siue postea illud vacet per obitum, siue per cessionem,seu resignationem, supponendo, ꝙ etiam in casu cessionis, cedens quo ad beneficium cessum pro mortuo habeatur,ad tex.in c.in apibus.§.ecce in quibus.7.quæst.1.clem.1.iunct.glo.in uersi.mori,ut litt.penden.& ad ea quæ adduco in quinta.q. 32.reg.num.2.

Sicut de iure ciuili successor singularis,seu particularis non tenetur stare locationi,seu conductioni.l.si merces.§.qui fundum. ff.loca.l.emptorem. C. eod.ita & maiori ratione successor in beneficio non tenebitur stare locationi per prædecessorem, seu præcessorem factæ, in beneficijs enim non cadit proprie,& uerè successio, nam illa obtinentes, a Papa,seu ordinario habere uidentur,ad c.Moyses.8.q.1.Lap.alle.89.ante nu.12.

Et an prælatus successor teneatur stare locationi disputat Couarub.uaria resolutio. libro.2.cap. 15. num.6. Et quòd successor non teneatur stare contractui prędecessoris,ea ratione,quia sit personalis,nec possit successorem obligare, & consequẽter successor non teneatur stare locationi, etiam si interueniat tacitus consensus ipsius successioris cõclusit Rota 24. Octob.1540. Portuen.contra Petrum de Maximis.prout Dec.Putei 182. incipien. Die 24.lib.1.

Supponamus igitur.A locare velle fructus,redditus, & prouentus sui beneficij. B.quod etiam de iure canonico conceditur.c.nulli,a contrario sensu de re.eccle.non alien.& præalle.extraua.Ambitiosæ.eo.& est text.in c.vestra.de loca. ubi ꝙ tenet locatio prouẽtuum decimarum. quomodo cautum erit.B.in euentum ꝙ.A.cedat, seu decedat termino locationis durante?licet pro subsistentia locationis sentire uideatur Fulgo.consi.126.incipien. eorum . qui loquitur in proprijs terminis nostris immo in fortioribus, videlicet in locatione facta per commendatarium,tamen nulla alia via. B. tutus erit,quàm si obtentum fuerit indultum pro annis,in quos locatio fit,per quod Papa concedat licentiam locandi,& conducendi ad tot annos,infra quos.B.a nemine molestari possit,sed quoad omnes,etiam in beneficio successores tutus sit,& signatura limitabit ad duos,tres,uel plures annos, adeo quòd successor nihil plus petere poterit promenstruis,seu annuis solutionibus,vel pro terminis in locatione appositis, quàm præcessor, seu prædecessor petere,seu consequi potuisset, nec illam locationem,durante tempore in indulto contento,infringere poterit.

Quod locatio pro se,& successoribus non facta mentione regressus alterius, etiam confirmata,illi non obstet,uide supra de Rescrip.si in euidentem, uers.quæro an habenti regressum.

Sed ne quid(quod huc spectet) intactum relinquam,dico ꝙ adhuc superest alia maior hæsitatio, ponamus ꝙ A. beneficiatus ære alieno grauatus, uel vt commodius uiuere posit, cupit beneficij redditus, & prouentus ad triennium, vel longius tempus anticipata solutione huiusmodi annorum

B. locare, quomodo B. mercator pecunias omnes anticipatè soluens cautus erit. A. cedente, vel decedente? Vnde eueniet ut hic mercator, seu negociator, qui totus in hoc est ut lucretur, etiam alios decipiendo prout Prouer. ca. 21. Qui congregat thesauros lingua mendacij. & c. 24. Quia rapinas meditatur mens eorum. c. eijciens. & c. pen. 88. distin. M. Tullius officio. lib. 1. maximo, & euidenti periculo se exponet, pecunias suas sic anticipatè soluendo. ultra adducta supra videatur Rot. 232. Si prælatus, in no. Soc. consi. 34. lib. 3. Alcia. consi. 25. nu. 2. Ego concluderem non nisi rescripto in optima forma impetrato. B. cautum reddi posse. Rescriptum autem huiusmodi non facile concederetur, præsertim cum omnibus clausulis, quæ ad effectũ huiusmodi requirerentur. Ego vidi breue obtentum in fauorem cuiusdam prælati, quod latissimũ & amplissimum erat, cui ego antequam signaretur, quasdam clausulas addendas esse monui.

Pro præmissis etiam, & alijs huc pertinentibus vide tex. in c. 2. & ibi Abb. & alios. de præcar. Lap. Alleg. 12. disputat hic. Rot. 232. si prælatus, in nou. Anch. consi. 116. quod incipit secundum ordinem Doct. in c. fi. ne præla. uices su. Archid. in c. alienatores. 12. q. 2. Cald. consi. 7. tit. de lega. Pau. Castr. in l. diuortio. ff. solu. matr. Boss. praxi crimi. titu. de debit. delin. num. 9. & omnino Concilium Tridentinum Sessio. 25. aliàs 9. & vltima sub Pio IIII. ca. vndecimo, incip. magnam ecclesiæ perniciem, in Decre. Refor.

Quæsitum fuit in Rota in causa Cameracen. si Episcopus alienauerit bona mensæ suæ spectantia ad suum commodum ad vitam tantum, cum iuramento de non contraueniendo, qui episcopus tempore promotionis iuxta solitum iurauerat nõ alienare, an ualeat alienatio ad eius uitam, & quæcunque transactio super hoc facta eius durante uitam? dubium pluries propositum fuit, & uota contraria fuerint paria, tandem conclusum fuit, quòd non obstante primo iuramento præstito per prælatum de non alienando, alienatio prædicta ualeret, siue alienatio esset iurata, siue non, siue simus in inseparabilibus, siue separabilibus, nec per ipsum prælatum retractari quid possit. Maximum fundamentum esse supponebatur quod notat Aretin. consi. 13. Abb. in ca. cum uenissent. num. 24. & seq. de inst. Videatur Dec. Mohed. 7. incipiens, etiã in eadem, coram Marsicano. Aduertendum est, quòd aliqua ex dictis supra huic Decisioni obstent.

INDVLGENTIÆ.

INdulgentiæ verbum multis modis accipitur, uidelicet pro remissione pœnæ. l. nam & si sub conditione. §. penul. aliàs §. seu ver. ergo & si quis damnatus capite in integrum indulgentia principis sit restitutus. ff. de iniu. & irri. testam. l. is cui. ibi in metallum damdatus indulgentia principis restitutus est. ff. de alim. lega. l. indulgentia, quæ est fin. cum glo. C. de gene. abo. cap. fin. §. indulgentia. secunda, quæstio. 3. Item pro dispensatione. c. dudum. 2. versic. insuper indulgentiam, iun. præced. uersic. nos igitur dictam. ibi per Sedem Apostolicam super hoc dispensatum, de electio. In super pro molli permissione, quæ seueritati opponitur. Quintil. lib. primo, c. 3. Molis illa educatio, quam indulgentiam nocamus, neruos, omnes, & mentis, & corporis frangit. Indulgentia etiam pro pulchritudine, quemadmodum indulgens pro pulchro. Quintil. declama. 18. Placet ergo, ut si filio obtigerit, indulgentiam facies &c. & apud Statium: Egregiæ tanta indulgentia formæ. Indulgere etiam interpretamur, idest uacare, seu operam dare. Virgil. 4. Aeneid. Indulge hospitio, causasque innecte morandi. & est pulcher text. in l. non distinguemus. §. sacerdotibus, ibi. Sed & maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet. ff. de arbit. Hic iuxta primam interpretationem accipimus & aliter, videlicet ut indulgentia sit remissio pœnæ temporalis, quę pro peccatis dabatur, cõcessa à Papa, ut post Cald. per Fel. in tract. Indulg. par. 2. num. 8.

Indulgentiam, quam plenariam vocant, consecutus fuit fœlix ille latro, cui dictum fuit, Hodie mecum eris in Paradiso. Lucæ 23. & c. baptismi vicem. de consecrat. distin. 4. Et quia Petro, & successoribus suis data fuit potestas clauium ligandi, & soluendi, Matthæi 16. & c. quodcunque ligauerit. 24. quæstio. 1. Hinc est quòd quilibet summus Pontifex thesaurum remissionis pœnæ indulgere potest, & quando sibi uidetur indulgentias concedit, vt plenarias, vel alias, de quibus per Felyn. in sermone, seu tractat. Indulgentiæ plenariæ.

Stationes vrbis non conceduntur, nisi de expressa licentia summi Pontificis, nec dantur quoad septem basilicas, in quibus sunt plenariæ indulgentiæ: De indulgentijs basilicarum Beatorum Petri, & Pauli videatur extrauag. 1. & secund, & extraua. quemadmodum, de pœnit. & remissio. inter commu.

Stationes autem nostræ Romanæ quare sic nuncupentur diffusius tractemus, aliqui dixerunt, quòd per translationem sic vocentur, statio enim præsidium appellatur, & salutis propugnaculum, hinc dicitur præsidium statiuum. Cicero. duodecima Philip. Hæc mea vigilia, hoc præsidium statiuum. Et statio dicitur locus ad custodiam assignatus, quando milites stantes vigilant, vulgo corpus guardiæ: Cæsar libro primo Belli Ciui. Sed perpetuis vigilijs, stationibusque. Virgil. nono. Ænei. sternuntq; uices statione relicta. Sueton. in Augu. Centuriones statione deserta itidem vt manipulares capitali animaduersione puniuit. Stationarij item milites, qui ad custodiam ciuitatis in stationibus vigilant, qui & præsidiarij dicuntur, in locis hostium finitimis stationes agitare solent, de quibus in l. liminarchæ, vbi Bud. in fi. ff. de seruis fugit. Nunc ad rem nostram, sicut statio, & stationatij milites efficiunt, ut exercitus, & populi sub ipsorum custodia, uigilia, & spe tuti, & quieti sint, ad supra adducta, & est pulcher text. in l. prima. §. penulti. ff. de offic. præfecti vrbis, vbi quòd

quòd præfectus urbis debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem,& ad referendum sibi,quid ubique agatur,ita per illos qui stationes (de quib.tractamus) piè,ac aliàs,ut decet,visitant,peccatores omnes,& omnes Christiani à Deo præseruentur, & illorum orationibus, præcibus, meritis ad meliorem frugem, sanctioremque uitam redigantur, seu restituantur. Possumus etiam dicere, quòd sicut statio pro temporaria habitatione accipitur. Cice.ad Atti.libro sexto. Athenis statio mea nunc placet, Cęsar libro 2.Belli ciui.Habetque non incommodam æstate stationem. per translationem hoc nomen conueniat stationibus nostris, in quibus, & eas visitantibus ad tempus modicum, quædam spiritualia, & cœlestia dona, ac priuilegia,& indulgentiæ concessæ sunt. Rursus statio à stando dicitur, & is locus demonstratur ubicunque naues tutæ stare possunt,ut dicit Vlpia. in l.prima.§. stationem.ff.de flumi.& in l.portus. ff.de uerb. signi.ubi statio pro portu accipi videtur. & in hoc significatu accipi debere affirmo apud Cæsarem de Bello ciui.lib.3.non multum post princ. ibi.II. Non. Ian. postridie terram attigit Cerauniorum saxa inter & alia loca periculosa quietam,nactus stationem,& potius omnes timens, quos teneri ab aduersarijs arbitrabatur. Et de statione uideatur etiam Isido.lib.Etimo.hoc ipso uers. Metaphoricè igitur dicamus, quòd sicut nauigantes ad portum confugiunt, & in portu consistentes securi sunt,ac absq; aliquo metu. Cice.in Verrem actio. 7. Statim sine vllo metu in portum ipsum penetrare cœperunt. Platu.in Mercat. In portu res est, hoc est in tuto,& extra omne periculum. Ac dum nauigantes sunt in medio mari,undarum,& ventorum arbitrio iactantur, sic & omnes, qui in hoc mundo sunt,ab undis, & uentis agitati, & quibus carmen illud Ouidij de Ponto conuenit.Iam iam tacturos sidera summa putes: Iam iam tacturos tartara summa putes. si ad stationes ipsas,& ecclesiæ thesauros debitis modis confugiant,tuti erunt in hoc,& alio seculo, & in portu erunt.Sed ueh illis qui stationibus huiusmodi pro tabernis, seu stabulis abutuntur .Pro stabulo iumentorum stationem accepit Iulianus Iurecon.in l.æquissimum ad fi.de usufr.Illis conueniunt uerba Esdræ.4.ca. 8. Nec indigneris eis qui bestijs peiores iudicati sunt. His etiam conuenit illud Tobiæ 6. Et suæ libidini uacarent, sicut equus, & mulus,in quibus non est intellectus.Illud Psal.31. Nolite fieri sicut equus, & mulus &c. Illud Psalm.48. Et homo cum in honore esset, non intellexit,& comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.Rursus & illud Daniel.4.Cor eius ab humano commutetur,& cor feræ detur ei.ac cap.sequ.Sed & cor eius cum bestijs positum est, & cum onagris erat habitatio eius.Hæc inquam omnia conueniunt(pace omnium sit dictum)Romanis nostris, & exteris, qui sanctas stationes Romanas non deuotionis & pietatis causa, sed cuiusdam malæ consuetudinis,ac lasciuitæ causa uisitant: De his loquitur Hierem. dicens, Nolite confidere in uerbis mendacij,dicentes,Templum Domini,Templum Domini,templum Domini est:& postea,& venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis,liberati sumus eo quòd fecerimus omnes abominationes istas, nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista? De quo etiam Luc.19.in fi.Scriptum est enim,quia domus mea,domus orationis, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quid plura? vidi ego his oculis,ijs inquam oculis,multa inhonesta committi in his stationibus, & sacris templis, sermonesque obscęnos, turpes,ac impudicos his inquam auribus audiui: qui habet aures audiendi audiat, & clamor meus ascendat ad Dominum.Stationem pro domo, seu mansione,apotheca & taberna uel armario usurpauit Vlpianus in l.fulcinius.uersic. denique enim, ibi,si circa colũnas,aut stationes occultet.ff.qui. ex caus.in possess.& habes in Authen.de Tabellio. in pluribus locis: in consi.Io.Andr.incip.quia sæpissimè,post princ.quod est 61.inter consi. Alex.uol.4,& cons. Bal.125.iuxta nouam impressionem,incipiens,quidam Ioannes,nu.2.uolum.4. Et stationem in alio diuersissimo significatu inuenies in Sphera Io.de sacro Busto,versus fi.tit.de statione,directione,& retrogradatione.

Aliquando concessum fuit Regi, & Reginæ, quod consequerentur indulgentias, ac si Romam venissent.

Monialibus,infirmis,& carceratis,& aliter impeditis plerunque, per clausulas in indulgentijs poni consuetas, consulitur,ut de indulgentijs participem perinde, ac si ad urbem, uel aliquam ecclesiam, seu ecclesias Romæ, uel alibi existentes, quibus indulgentia conceditur, accederent, cum hoc,ut aliquid faciant,prout per Felyn. in tractat. seu sermone indulgentiarum plena.colum.8.uers. ulterius ex regula,& doctrina.& ego plerisque collegijs,societatibus,ac officialibus Roman.Cur. & præsertim meritissimis Dom. Rotæ Auditoribus concedi uidi, vt ecclesiam sibi propinquam eligant,quam uisitando indulgentias consequantur, quas consequuntur alij,quatuor,seu septem ecclesias uisitantes.

Indulgentia concedi solebat pro visitantib. corpus Christi, quando ponebatur super altare certis diebus per decennium duratura. In iure autem habemus indulgentias cõcessas per Vrbanum IIII. interessentibus officijs diuinis in die festi corporis Christi,uel infra octauam.clem.uni.§.fi. de reli.& uene.sancto.

Indulgentię per rescriptum non nisi ex causa,& in certis casibus,ac limitatè concedi debent. ca.cũ eo,uersic.ad hoc,quod per indiscretas. de pœni.& remissio.c.fi.eo.lib.6.Papa uerò(ut præmisi)quando vult,& ut vult,illas dare potest,& dat;ipsi.n.data est potestas clauium ligandi,& soluendi. Matth. 16.c.translato.de consti.c.solitæ. uers.quodcunq; ligaueris,de maio. & obed.laudabile tamen existimatur,si ipse summus Pontifex parce,& moderatè indulgentias concedat iux.præalle.c.cum ex eo. in fi.de pœni.& remiss.

Indulgentiæ non frequenter concedi deberent, ne concedentis auctoritas vilescat.arg.tex.in l.obseruandum.ff.de offic.præsi.& per Cardi.in clem. 2.§.ad hæc,num.8.in 11.no.de pœn.& remiss.sic & in simi. habes excommunicationes parce concedendas,ac fulminandas.Sessio.ult.Concil.Trid.in Decre.Refor.ca.3.sic & parcè legem soluendam, dispensationesquè concedendas esse, ubi supra capitul.18.

Super concessione,& moderatione indulgentiarum habemus Regulam 56. iuxta ordinem antiquum,cum tribus Reg. sequen.super quibus Deo dante scribam. Interim moneo sicut(ut præmisi) non expedit passim indulgentias concedere,sic cõtra,decere aliquando thesauros ecclesiæ aperire illosque egenis mortalibus distribuere,alioqui illud obijci posset,sapientia abscondita,& thesaurus,q̃ vtilitas in utrisque? Eccle.41. In his qui assequuntur hunc thesaurum uera redduntur uerba illa Sapien.septima. Infinitus thesaurus est hominibus, quo ipsi vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ DEI.

In indulgentijs apponi consueuerunt uerba,uidelicet(à vesperis ad uesperas) etiam dictis uerbis non appositis illa subintelligi debent,argum.text. in cap.quod die,ante fi.ibi,Cum a vespere Sabbati initium constet ascribi.75.distin.Leu.23. A vespera in vesperam celebrabitis sabbata uestra, & in cap.2.de fer.in clem.1.ad fin.uers.qui autem in primis ipsius festi vesperis,de reli.& vene. sancto. & per gl.in c.alma,in uers.assumptionis,de senten. excommu.lib.6.Et pro ijs uerbis.A vespera,ad uesperam uideatur etiam Catel.Cata in suis Memorial.in uersi.Diem mortis.uersi. Item Ias.in uersic. Executor testamentarius. ad finem. Quæ etiam procedũt in obseruationibus festorum, ut incipiãt a uesperis,& durent vsque ad vesperas,vt supra adducta,& ad c.1.in princ.ubi glo.de consect.distin. 3.cap.1.ubi glo.& Abb.de ferijs.Lap. Alleg.90.si quæratur,in glo.in c.alma.§.adijcimus.de senten. excom.lib.6.

Nec dicas à vespera ad vesperam. 1. ab ortu solis usque ad occasum iuxta intellectum Abb. in c. 1.de ferijs. sed à uesperis .i.sero unius diei, usque ad serum alterius diei, ac si diceremus ab occasu unius diei ad occasum alterius,prout per Did.Couaru.dignissimum episcopum Segobien.varia.Reso.libro quarto,capi.19.tomo secundo,post num. nonum.

In indulgentijs quæ conceduntur pro constructione,reparatione,seu utilitate ecclesiæ,monasterij, loci pij, uel pro captiuis apud infideles,apponuntur uerba (Quòd illas consequi uolentes,manus adiutrices, seu liberales porrigant) de quibus etiam per Ludoui.Roma.consi.266. Iste Petrus, post prin.Manus adiutrices porrigant inter prętor extendant,seu dilatent, & hoc modo intelligo tex. in l.à diuo Pio.§.sed si emptor,ibi,utrum aduersus emptorem porrigere manus debeant idem iudices ff.de re iudi.sed ibi in alio sensu. Et in alio sensu ẽt apud Horat.carmi.lib.4. Famaque & imperi porrecta maiestas ad Ortum. Magis ad rem facient uerba. M. Tullij pro Cælio Licinio,cum iam manum ad tradendam Pyxydem portexisset, retraxisse. Immo etiam sine illa dictione,adiutrices,eadem significatio eliceretur: cum porrigere manum sit adiuuare,seu opem ferre, per metaphoram tractam ab ijs qui lapsos tensa dextera humo attollunt.

Pro indulgentijs uidere poteris Chrisost. in illud Matthæi 16. Tibi dabo claues.Homini mortali cœli & terræ, & omnium,quæ in eis sunt,com misit potestatem &c.Melius in Codice græco quã in interpretatione Trapesiuntij. & Tho.in Cathena aurea.ar.4.dist.20.

LICENTIA AVDIENDI leges, & phisicam.

MAgnum fuit dubium, an clericis, an præsteris, an monachis, de iure liceret Leges seu phisicam audire, uel expediret illas audiendi, uel illis operam dandi prædictis licentiam impertiri: super quibus Summi Pontifices diuersimodè cauerunt, & statuerunt prout ex infra adducendis apparebit.

Episcopis, & alijs personis ecclesiasticis prohibitum uidemus libros gentilium legere,etiam eos, qui dialecticam,& phisicam docent.ca.1. cum pluribus.sequentibus,distinc.37.cap.cum multa. 86. distinctio.

Contra uerò uidemus Moysen, & Danielem omni scientia Ægyptiorum, & Caldeorum eruditos fuisse, quorum exemplo homines Deo inseruientes non uidentur prohibiti scientias discere.c. legimus. §. sed è contra.cum pluribus sequen. dicta 37.distin.& not.glo.j. dictæ distin.in fin.quòd sola voluptas reprobatur, quasi dicat,quòd non scientiæ,& artes,ac seculares disciplinæ prohibentur clericis, sed illarum abusus, & glo.sequen.in c.episcopus in fi.dicit, leges per ora principum diuinitus promulgatas esse, easque audire licere, ut per eas melius canones percipiantur. argum.text. in cap. summopere, vndecima quæst. 3. & notat Luc.de Pen.in l.unic.colum.4.uerfic. & ideo iudices. C.de conduct. & procura. lib.11.& idem voluit Abb.in c.super specula, ne cler. uel monach. ubi quòd licet sit prohibitum clericis audire ius ciuile,illud tamen fallit,nisi audiant quoad eruditionem canonum: sine legum enim peritia numquam ius canonicum assequi poterit quispiam, facit tex.in cap.1.de no.ope.no.nunc.ubi quòd sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, & ita sacrorum statuta canonum principum constitutionibus adiuuantur. & in fin. Papa mandat negocium illud secũdum legum, & canonum statua terminari. Et si fateamur prohibitum esse clericis leges legere,illisque operam dare, necessariò nos fateri oportebit illis etiam ueritum fore decretum legere, cum in eo infinitæ leges insertæ sint;idem dicamus de titu.de reg.iur.lib.6. in quo sunt plures leges ad uerbum: quod dicere quàm absurdum sit,nemo est qui nesciat. Sciendũ est,q̃ Alex.3. in Cõc.Turonen.per c.nõ magnopere,ne cler.

cler. uel monac. sub grauibus pœnis prohibuit religiosis professis, leges, uel phisicam audire, ea ratione, ne occasione scientiæ uiri spirituales mundanis rursus actionibus inuoluerentur.

Superuenit Honorius III. qui per c. super specula, sub eo. tit. ne cler. uel mona. extendit, & ampliauit dictum. c. non magnopere, ad Archidiaconos, Decanos, Plebanos, Præpositos, Cantores, aliosque personatus habentes, necnon ad præsbyteros.

Idem Honorius edidit decretalem super Spec. de magi. & c. super specula. de priu. pro quibus, & alijs præmissis ultra scribentes super dictis iuribus uideatur omnino Rebuff. in tract. nomina. q. 5. nu. 14. cum pluribus seq. ubi aliquas difficultates mouet, & soluit: Ex omnibus supra adductis clara colligitur conclusio, quòd monachi professi, præsbyteri & alij supra nominati, leges audire prohibentur, illasque aliis publicè legere, & declarare: an autem prohibitio simplices clericos comprehendat, credo quòd non.

Necessario igitur indultum, seu licentia audiendi leges, seu phisicam, uel illas, seu alterutram explanandi alijs, a monachis professis, & à præsbyteris, & aliis personis, supra expressis, obtineri debebit, ad cautelam autem etiam ab ipsis simplicibus clericis impetrari poterit, eis tamen illam non necessariam semper asserui, licentiaque præmissa ab ipsis præsbyteris, & alijs prænominatis ab ipso Papa impetratur, & ita Roma. Cu. seruat, cui consuetudini post discussionem ad partes acquiescit. D. Pet. Rebuff. ubi supra num. 33.

Dum sacerdotes & aliæ personæ ecclesiasticæ petunt licentiam studendi, audiendi, & legendi leges, tollitur uerbum, legendi; cætera uero conceduntur.

Licentia legendi, dum conceditur, adduntur hęc uerba, uidelicet (Non tñ in publico) seu (Non tamen publicè.) quæ limitatio operabitur, ut sic dispensatus non possit legere in loco ubi ex priuilegio, uel consuetudine iura legi solent, per text. in procœ. ff. §. hæc autem uolumina tria. c. tuæ, de cler. non resi. clem. dudum. §. in studiis autem generalibus, & ibi per gl. & Doct. de sepul. per gl. pragma. in rub. §. quibus attentè, in uersi. generalium. Putarem uigore dictæ licentiæ sic limitatæ, tales posse etiam legere Romæ, Senis, Bononiæ, & in alijs locis, ubi sunt studia uniuersalia, sed in domibus dũtaxat priuatis, non autem in scholis, vel locis publicis.

Addi etiam semper debet clausula in licentijs audiendi leges, uidelicet. (Et ad quinquennium.) Illud enim quinquennium sufficit leges à præceptoribus audire. iuxta sententiam Iustiniani in procœm. ff. intelligo si interim scholaris continuo, & totis neruis legibus operam det, non autem (ut per plerosque fit) quibus vel negligentibus, vel ignauis, nec decennium sufficit. credo etiam limitari licentiam prædictam ad illud tempus, ne sub prætextu per longius, seu prolixius tempus studẽdi, præsbyteri, & alij præmissi a suis ecclesiis absentes vagentur, & ad ea quæ tenentur negligãt.

Licentia leges audiendi, uel illis studendi nunquam datur religiosis, & sic quoad eos iura, de quibus supra, indistinctè seruantur, & facit tex. in cap. 2. §. fin. iunct. glo. in versi. dimissio, ne cleri. uel mona. lib. 6. Et quòd Doctor expellere debeat monachum intrantem scholam suam, uide glo. in capitu. primo, in versic. expellant. de usup. eodem lib. sexto.

Immo religiosi prohibentur accedere ad studia generalia, seu vniuersalia, causa studendii in quauis scientia, & sic etiam in studijs uniuersalib. theologiæ operam dare non poterunt, propter generalitatem tex. in præalleg. c. 2. ne cler. vel mona. lib. 6. nisi habita licentia a Papa, uel a suo prælato, & hoc casu cum consilio sui conuentus, vel ipsius maioris partis, vel iuxta consuetudinem hodiernam solius ipsius Abbatis, vel ipso sine causa recusante ipsius Episcopi, sub cuius diœcesi monasterium existit, pro quibus omnibus videatur Rebuff. super concor. sub rub. de collatio. §. uolumus, in versicu. religiosus pagina. 421. Et de priuileg. schola. priuile. 156. versiculo, Item potest monachus.

Studio Patauino (ut audiui) concessum fuit, vt quæcunque personæ ecclesiasticæ, leges ibi audire possint, credo etiam aliquibus alijs ciuitatibus illud indultum concessum fuisse. Maria. Socy. in ca. ad audientiam, post num. 27. uersic. item clericus audiens leges, de homici. testatur studium Senense habere priuilegium, quòd in eo regulares & alij clerici possint leges audire: in alijs igitur studijs, quibus priuilegium huiusmodi concessum non fuit, necessaria erit licentia præmissa, priuilegium enim, seu indultum alicui uniuersitati, seu loco concessum, extra illum seruandum non erit, ad tex. in l. penul. iunct. glo. in uersi. orientis. C. de fun. patri. & saltuen. lib. 11. & arg. tex. in c. 1. & c. 2. §. statuta, de consti. lib. 6.

LICENTIA DOCTORANDI.

Doctoratus ad gradum promouere ad principem spectat, uel ad collegium studij uniuersalis ex auctoritate principis, præuio examine, & relatione Doctorum, vel septem secũdum aliquos, vel ad minus quatuor Perusij, & in aliquibus alijs studijs uniuersalibus, ac subsequuta approbatione Cancellarij, archidiaconi, vel similium, prout omnia præmissa traduntur per Ioan. Andr. in c. 1. super gl. fin. de celeb. missa. per Bart. in l. magistros. C. de profess. & medi. lib. 10. & in procem. ff. nu. nono, glo. fin. in clemen. fin. de magi. & per Salyce. in l. nemini. C. de aduoc. diuers. iudic. numero secundo.

Licentia doctorandi concedi solet, aut in Rom. Cu. aut extra eam; si in Curia per solam Signaturã, & cõiter alicui. D. Card. uel prælato, quem doctorandus desiderat; si extra Rom. Cu. per breue extensum, seu supplicatione introclusa, & committitur alicui, seu aliquibus probis uiris in dignitate ecclesiastica constitutis, ut assumptis secũ duob. vel trib. in decretis, seu legib. uel atrib. & medicina Doctoribus,

ctoribus, rigoroso præcedente examinare, si oratorem idoneum, & sufficientem esse repererint, eum ad doctoratus gradum huiusmodi promoueat, eũque doctorem creent seu creet, solita insignia exhibeant, seu exhibeat &c.

A communiter accidentibus taliter ad doctoratus gradus ascendentes parum de seipsis confidũt uerenturque, si coram doctoribus alicuius vniuersitatis periculum faciant, seque eorum censuræ subicijciant, non honorem, sed infamiam perpetuam se reportaturos. De his loquitur Guid. Papæ dec. Gratio. 88. num. 3. & dec. 388. num. 11. vers. sed an recipiens gradum, & Rebuf. in tract. Nomi. q. 10. num. 4.

Aliquando vero turpis ægestas efficit, ne illi, qui diu insudarunt, & valde profecerunt, propter graues expensas, quæ in studijs vniuersalibus (vt omnes norunt) in suscipiendo doctoratus gradu fiunt, in similibus studijs ad optatos, eisque debitos honores peruenire possint, vnde merito talib. licentia hæc indulgenda esset; alijs verò indistinctè, mea quidem sententia, denegãda, pauperibus enim pleraque conceduntur, seu indulgentur, & remittuntur, quæ non diuitibus, ad l. si procuratorem. §. si ignorantes. ibi, Quid tamen si paupertas eis non permisit? excusata est eorum inopia. ff. manda. cap. ex ratione, ubi omnes, de appell. Bald. in l. 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cau. Cassa. decis. 6. de appella.

Dum (vt præmisi) supplicatur, quòd assumptis secum duobus, uel tribus doctoribus &c. delentur illa uerba (Duobus vel.)

Si in supplicatione non sint posita illa verba, uidelicet, (Rigoroso examine præcedente.) illa omnino per Signaturam addi debent, hac præsertim ratione, ne imperiti ad hunc gradum promoueantur, ijque postea doctrinam adulterinam discipulis tradant, iux. text. in procœ. ff. §. hæc autem tria. Doctorandus autem instar Athletæ post trinum examen, trinamque comprobationem ad illum summum honorem promouetur, ad l. vni. & nota. Barto. C. de athle. lib. 10. & l. magistros. C. de professio. & medi. eo. lib. & per Abb. in c. proposuisti, col. pen. num. 13. de proba. Pro hac clausula (Rigoroso examine.) seu (De rigore examinis.) videatur Rebuff. super concor. sub rub. de Reg. ad præla. nomi. §. 1. in uer. cum rigore examinis. pag. 130. & seq. de collatio. §. præterea, in versic. cum rigore examinis.

Scholaris autem ualdè cognitus, an absque examine doctorari possit, arguo ad partes in 13. quæstione 24. Regu. de Ma. Prom. ubi pro affirmatiua concludo.

Siue licentia doctorandi committatur in Rom. Cur. siue extra eam, semper addi debent verba, uidelicet (Assistentium uotis iuratis.) Doctores enim semper iurare debent super petitia, & habilitatib. ad doctoratum promouendi, ut per Bart. in proœ. ff. & per Abb. in c. proposuisti, col. pen. num. 12. & seq. de proba. pro quo, & aliquibus ex præmissis uideatur per Staphi. super Signat. in vers. licentia doctorandi. fol. 190. & per Sarnen. de Breui. num. 43. & sequen.

Quando quis petit, q̃ gaudere possit priuilegijs & fauoribus, quibus gaudent alij eiusdem facultatis doctores quarumcunque vniuersitatum, addi debent verba, videlicet. (In quibus studuit dũtaxat.) Et prudenter Signatura potius utitur, verbo, studuit, quàm studuerit, ad euitandum illud dubium. Quid si talis post impetratum rescriptũ, seu post adeptionem gradus studuisset in alijs uniuersitatibus, an etiam alijs priuilegijs gaudere deberet: hanc quæstionem, licet ad alium finem, ad partes disputat Petr. Rebuff. super concor. sub rubrica, de collatio. §. præterea, in versiculo, studuerint.

Illa verba. (Quarumcunque vniuersitatum.) comprehendunt etiam vniuersitates insignes, tum propter illam dictionem uniuersalem, quarumcũque, ad l. quacunque. cum ibi nota. ff. de procur. l. hoc articulo. ff. de hæte. insti. c. solitæ, ante fi. de maio. & obed. c. 2. de præb. lib. 6. tum propter illa uerba (in quibus studuit) quæ accipi possunt non minus restrictiuè, quàm demonstratiuè, ad tradi. per per Bar. & alios in l. omnes populi. ff. de iure. & in l. cunctos populos. C. de summ. Trini. Tum etiam propter identitatem rationis, eadem enim est ratio, ut gaudeant priuilegijs Doctorum graduatorum in insignibus uniuersitatibus, si in illis studuerunt. Illæ autem uniuersitates dicuntur insignes, & celebres, ubi primarij Doctores cũ magno Auditorum numero legunt, prout per Rebuff. super concor. §. præterea, de collatio. in versic. famosa.

In theologia, quoad seculares, & religiosos, hic in curia committi consueuit Magistrato Sacri Palatij.

Religiosi doctorantur de licentia superiorum, Hostien. in summ. de Magi. §. qualis debeat. Doct. in cap. quia nonnullis. eo. Abb. in cap. de multa, de præben. & consil. 89. Doctorantur autem in theologia, & aliquando in iure canonico. Collecta. tamen in c. 1. nu. 2. de sta. mona. & Cald. consi. 2. sub rit. de magi. probare nituntur, q̃ religiosi etiam in legibus doctorari possint, quibus obstare uidentur quæ diximus supra de licentia audiendi leges, ubi quòd non conceditur religiosis: si igitur leges audire non possunt, quomodo eas docebunt: contra tex. in cap. sic uiue, ibi, Multo tempore disce, quæ postmodum doceas, & in cap. seq. 16. quæst. 1.

Apostatæ nullo modo doctorari debent, nec eis doctorandi licentia conceditur, ad not. per Barto. in prima constitu. C. §. hæc quæ. num. 12. uersic. & ideo dico, quòd infames, apostatæ &c. Firma. in tracta. Episcop. in prima par. 7. lib. 35. quæstio. uersicu. apostata, verò. Lamber. de iure patrona. in nono articul. nona quæstio. prima part. secundo lib. numero quarto, folio ducentesimoquadragesimoprimo, & num. primo, declarat tribus modis dici Apostatam.

Inter clausulas non obstantiarum, pro Carlo de Negron Baccalaureo Hispalen. concedi vidi infrascriptas clausulas (Ac quòd dictus orator cursus lecturarum per licentiatos, & Doctores ante promotionẽ ad gradus huiusmodi fieri cõsuetos, & requisitos forsan non fecerit, seu non compleuerit, ac constit. & ordina. Apostolicis, ac quarum cunque

cunque vniuersitatum,& locorum etiam iuramẽto &c. roboratis,statutis,& consuetudinibus,priuilegijs quoque,indultis,& literis Apostolicis quomodolibet in contrarium facien.tam sub plumbo, quàm in forma breuis per quoscunque Rom.Pontifices. S.V. prædecessores concessis, confirmatis, & innouatis,etiam forsan disponentibus,quòd in illis pro tempore studentes, ibidem gradus consuetos accipere debeant, & ꝙ nullus ad huiusmodi,& alios gradus,nisi prius certos cursus, videlicet legendi, & alia faciendi ad id requisitos compleuit, promoueri possit, quibus omnibus &c. latissimè derogare placeat,cæterisquè contrarijs quibuscunque.)

Iudæis concedi solet licentia, se doctorari faciẽdi in medicina;absque licentia igitur non possunt, cum doctoratus sit dignitas.c.quanto,& ibi Abb. de magi.Bart.in l.1.col.4.nu.10.C.de no.compo. Gui.Papæ dec.388. Quo uero ad doctores.nu.9. & hæc est communis opinio,prout per Dec.consi. 161.num.2.uersi.tertiò considerandum est. Iudæi autem infames sunt,Bart.in l.si C.de iudæ.& in l. omnes.C.de decu.li.10.& in l.fi.C.de postu.Ana. in rub.de iude.col.2.& And. Tiraq.de Nobili.ca. 29.nu.12.per Staphi.ubi supra fo.190.ante fi.Pro præmissis omnibus uide Claud.Seysel qui alios citat super proœ.ff.nu.5.

Iudæis autem nunquam indulgetur, ꝙ legum Doctores creari possint, nec ꝙ aduocare possint, nec mirum,leges enim sacratissimæ sunt. l.leges sacratissimæ. C. de legi.l.1.§.proinde ibi. Est enim quidem res sacratissima ciuilis sapientia &c. ff.de uar.& extra.cogni.auth.habita,ibi. Et maximè diuinarum, atque humanarum legum professorib. & ibi, Quorum scientia mundus illuminatur, & ad obediendum Deo &c. C.ne fil.pro pa. & si iudæi à legibus ciuilibus arcentur, fortius a iure canonico,uideant medici quanto legistis,& canonistis inferiores sint,cum iudæis soleat aperiri uia ad eorum doctorat vm perueniendi, ad ciuilem autem sapientiam nunquam admittantur.

Rursus & serui,qui pro nullis habentur.l.quod attinet,cum vulga.ff.de reg.iur, medicinam exercere non prohibentur. Genes.c.ult.in princ.Præcepitquè seruis suis medicis ut aromatibus condirent patrem. Ad quæ autem indęi admittantur, uel nnn Seysel.super dicto proœ.ff.

Sanctiss. D.N.Paulus IIII. Iudæos à Christianis pœnitus segregauit,antiquamque commixtionem sustulit, propriam regionem muro cinctam illis concessit, & legem posuit, ne transirent fines suos,ne Christianos mederi auderẽt,seu illis pharmaca,ut prius,subministrarent, ne ve Christiani ad illos infirmos curandum accederent,neque nutrices ad c.iudæi.2.adhæc.& c.& si iudæos. de iude. Amplia etiam extra domos iudæorum. Io.de Ana.Mar.Soc.& Felyn.in d.c.adhæc.neve mulieres Christianæ, quæcunque sunt,illis inseruirent, immo tam viri,quàm fœminæ habitum colore distinctum ab illo Christianorum in capite gestare coacti fuerunt, & summa ratione illi ab ijs, qui Deum uere colunt,segregati esse debent.Dominũ enim nostrum Iesum, & prophetas occiderunt,& Apostolos persequuti sunt,& Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur,super quos peruenit ira Dei usque in finem,Pau.1.ad Thessa.11. Et in oratione pro iudæis in die Sabbati sancti nõ dicitur,Flectamus genua.

Interrogatus quid sentirem circa delationem prædictam habitus distincti,& diuersi ab illo christianorum, uel delatione alicuius signi, respondi idem iamdiu constitutum fuisse in concilio,prout in text.ca.in nonnullis prouinciis a Christianis iudæos, seu Seracenos habitus distinguit &c. de iudæ. subdebam consuetudinem contrariam abusũ potius,seu corruptelam dici debere,parumq; laudabam Martini V.priuilegium in fauorem Iudęorum, ne cogi possent ad deferendum aliquod signum ultra antiquam consuetudinem, damnabãquè Fulg.consil.155. proponitur quòd in ciuitate Ferrarię.ubi conatur defendere priuilegium illud etiam quòd non esset in specie derogatum concilio prædicto,comprobatquè consuetudinem non deferendi aliquod signum diuersum, quam ego, vt præmisi, abusum uoco etiam auctoritate text. in allega.c.nonnullis, ibi, Sic quædam inoleuit confusió; Et con. illud uenale asserebam. prout alia quædam quæ tempore meo emanarunt.Et ego hic Romæ aliàs ab vniuersitate Hebræorum magnis mihi propositis pręmijs,ut defenderem quendam eorum librum Talmut nominatum ne combureretur,ignique ne liber huiusmodi damnaretur, super eorum pluribus priuilegiis, & consuetudinib. parum decentibus scriberem, ea facere renui,respondens,me aurum non sitire.

Et ꝙ etiam in iure canonico prohibitum sit,pro infirmo sanando adhibere medicum iudæum aut ab eo medicinam percipere.probat tex.in c.nullus eorum.28.q.1.quem notant Doct.in c.1.de iudę. De quo ẽt in reper. Inqui. in uers.comedere.circa prin.ubi ẽt ꝙ comedere,& conuersari cum iudęis prohibitum est.Et illum. Limitatur palle.text.dupliciter,ut per tex.in d.c.1.de iudæ. tex.ibi limitãt Doctor.& Luc.de Pen.in l.ne cui liceat.col.4.post princ. C.de comme.lib.12. nisi periculum mortis immineat, aliusque emdicus inueniri non possit, prout sæpe accidit in aliquibus oppidis, & in c.sæpe,& in alijs 28.q.1.probatur prohibitam esse cõuersationem,communionem,& familiaritatẽ cum indæis,& in c.2.c.ad hæc,& in alijs,de iudæ. & in c.iudæi,ad fi.de resti.Clau.Seysel.super d.proœ.ff. nu.20.& Rip.de Remed.ad curan.pestẽ,nu.52.cũ plurib.seq.Aug.Bero.in c.1.nu.166. de consti.ubi ꝙ Christiani iudæis famulari non debent, & hæc Romæ inconcussè seruantur,secus aũt alibi,ut hisce oculis uidi. An aũt inter Christianos,& iudæos possit esse societas occasione mercium, Ange.post Bar.qui non decidit in l.1.ff.ad leg.Iul.maie.& idẽ Ange.in l.utimur.ff.de sepul.uio.& Abb.in c.post miserabilẽ,per illum text.de usur.concludunt pro affirmatiua.Corset.uerò in suis singularib.in vers. societas an cadat in iudæum,dicit ꝙ licet hęc theorica sit sequenda,tamen sibi ui detur dura,& periculosa,& sortè de rigore iuris non uera.

Neophitis vero, i. nouiter ad fidem conuersis, an absque aliqua licentia doctoratus insignia in studijs vniuersalibus, vbi studuerunt, & vbi aliàs licentia opus non est, concedi debeant, dubibitari posset, ad singu. Ludo. Roma. 672. inueniamus, versic, sed quid de eo, qui est factus de Iudęo Christianus, cum ijs quę subijcit, ideo ad cautelam licentia impetrari posset, quæ nulli denegaretur.

LICENTIA AD ORDINES se promoueri faciendi.

Prima tonsura, seu corona, an sit ordo, diuersę fuerunt opiniones, ego puto non propriè dici ordinem, sed potius dispositionem ad ordines, nec illam inter ordines, officium & exercitium habentes, connumerari debere, prout in cap. accolitus, cum quatuor sequ. 33. distin. Innocen. in cap. cum contingat, uersi. ratio diuersitatis, de ætat. & quali. uideri poterunt quæ scripsi in 1. q. 24. Reg. de male Promo.

Ordines sacri sunt subdiaconatus, diaconatus, & præsbyteratus. cap. erubescant. 32. distinctio. cap. à multis, de æta. & qualita. & ad ea, quæ latius prosequor in dicta prima quæst. 24. Regu. num. 7. & seq.

Ab alio, quàm à proprio episcopo nemo clericali caractere insigniri debet. cap. pœn. 71. distin. c. quod translationem. de temp. ord. & extraua. Pij II. incipien. cum ad sacrorum. super qua scripsi in 24. Regul. Cancel. de male. promot. & de illa extra. mentionem faciunt Didac. de Villa diego in tracta. de irregularitate. in cap. de suspensione. colum. secunda, & summa Syluestri. in versiculo, Irregularitas. §. 10. quæritur. & propterea pro licentijs ad Roman. Cur. recurri solet.

Pro licentia ad primam tonsuram in Roman. Cur. sola supplicatio sufficit, cuius est hæc formula. Supplicat. N. qui militiæ clericali ascribi desiderat, quatenus ipsum specialibus fauoribus &c. vt à quocunque Catholico Antistite, quem maluerit aut ad hoc elegerit in Roma. Cur. residente, clericali caractere se insigniri facere, ac primam clericalem tonsuram recipere, & habere possit; nec non ipsi antistiti desuper licentiam & facultatem respectiuè concedere, & intelligere &c.

Additur, (si non sit in ventre supplicationis) clausula hæc, videlicet (Et promoueatur per aliquem Catholicum Antistitem gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentem in Rom. Cur. residentem.) quid autem velint illa verba (Catholicam Antistitem gratiam, & communionem &c.) declarat tex. iunct. gloss. fin. in cap. quod Sedem, de offic. ordi. & in c. veniens, versi. si quidē catholicus fuerit, & gratiam Sedis Apostolicæ habuerit &c. de præscr.

Si extra Roma. Cur. ratio, seu causa adduci solet, puta sibi qui in diœcesi Alerien. residet, ac in qua, & tota Corsica nullus Antistes existit, vt à quocunque Vicario, seu officiali alicuius Antistitis Corsicæ diœcesis, uel Ciuitatis clericali charactere insigniri &c. in fin. additur (Et promoueatur per aliquem Antistitem) extra Roma. Cu. residentem per oratorem eligendum, & conceditur per breue extensiuum, seu supplicatione introclusa.

Licentia promoueri se ad sacros ordines faciendi, aliqua die Dominica, uel festiua, ac extra tempora, & a quocunque in Rom. Cur. uel extra eam conceditur, qua licentia non obtenta, nec quis ab alieno Episcopo, nec extra tēpora ordinari posset, de primo constat per præallegat. cap. penultimū 72. dist. & 9. quæst. secunda, per totam & c. nullus, de patrona.

De secundo habemus tex. in cap. fin. 75. distin. & in cap. de eo, de temp. ordi. immo extra tempora ordinatus suspenditur, donec cum eo dispenset tur. c. cum quidam. eo. tit.

Subdiaconatus igitur, & superiores ordines de iure conferri debent in ieiunijs quattuor temporum, in Sabbato sancto, & Sabbato mediæ hebdomadæ quadragesimæ, licet secus dicendum sit in quatuor minoribus, ad ea quæ adduco in 1. q. 24. Reg. num. 29.

Super utroque habemus Constitutionem Pij II. quæ incipit, Cum ex sacrorum, & etiam Regu. Cancel. de malè promo. quæ est 24. iuxta ordinem modernum, super qua scripsi, ad ibi dicta me remitto.

Additur per Signaturam in fine supplicationis clausula hæc, uidelicet (Et quatenus arctatus, aut sufficienter beneficiatus sit.) quæ dictio, quatenus, uel conditionem faciet, ad l. stichum qui meus erit uersi. sad conditio talis. ff. de lega. 1. Bart. in l. 1. nu. 10. ff. de conditio. & dem. uel erit limitatiua, & exponitur, quatenus, idest inquantum. l. si quis crediderit, ubi glo. ff. de pact. c. placet, de conuer. coniu. Dec. consi. 385. iuridicam, num. 2. & Ruin. consil. 114. uol. 4.

Vel sic additio concipitur (Et si, uel postquam orator arctatus, vel competenter beneficiatus fuerit.)

Si impetrabat licentiam non graduatus, aliquādo per Signaturam addebatur (Et examinetur in Camera Apostolica.)

Religiosi in Camera Apostolica non examinabantur, sed eorum supplicationibus addi consueuerat (Et de licentia sui superioris.)

Additionem aliam ponit Staph. folio 191. dum de hac licentia loquitur, vult enim licentię se promoueri faciendi extra Roma. Cu. addi debere clausulam, uidelicet (Et de licentia sui ordinarij) ego super hoc dubito, immo contrarium seruari uidi, & legi in supplicationibus uerba hæc, videlicet (Absque litteris dimissorijs sui ordinarij) & frustra impetraretur licentia promouendi a quocunque (non dico extra tempora) si ordinarij licētia requiri deberet, posset enim ordinandus ab ordinario literas dimissorias obtinere, æquiuocauit forsan propter clausulam, quæ in licentijs religiosorum addi solet, de qua supra, à quorum superioribus tales litteræ dimissoriæ obtineri non possunt.

Nec quis miretur, me differentiam constituere inter

inter Episcopos, & Abbates regulariter circa literas dimissorias concedendas; de iure enim illi concedere possunt, isti non, vt probatum ex c. clericum alienum. 72. distin. cap. cum nullus Episcopus, de tempo. ord. lib. 6. & ex alijs, quæ adduco in 2. q. 24 Reg. nu. 6.

Si tamen adderetur dicta clausula [De licentia ordinarij] illa plures remoueret, seu tolleret abusus solent enim infames, & imperiti loca propriæ nationis fugere, ad aliosq; ordinarios confugere, a quibus sæpe ea, quæ ab ordinarijs obtinere non possent, extorquent. Circa quos incognitos maxima cura adhiberi debet in perquirendo, cuius uitæ, cōditionis, & morum sint, iuxta tex. iunct. gloss. 2. in cap. qui episcopus 23. distin. & tex. in c. veniam, versi. Eustachium verò à me sæpissime comprobatum. 35. q. 6.

Quando quis petit, quòd promoueri possit in vno, duabus, vel tribus Dominicis, aut feriatis, vel non feriatis diebus simul, vel successiuè, tunc deleri debent verba, videlicet [In vno, vel duob.] postea illa [Vel non feriatis]

Solis Episcopis. & superioribus conceditur, ꝙ vno die Dominico, vel festiuo ad ordines promoueri possint; istis enim non solum circa hæc, sed & circa alia plurimum deferri solet. c. quia periculosum, de sent. excom. lib. 6. cap. 2. de offic. deleg. Et isti dicuntur oculi Dei. ca. oues. 6. quæstio. 1. & angeli, & Dij. cap. sacerdotibus. 11. quæstio. 1. ca. cum ex iniuncto, de hæret. & Apostolorum vices gerunt, illorum locum tenent. c. in nouo. 21. dist. c. videntes. 12. q. 1.

Si in supplicatione petatur committi alicui antistiti etiam extra Roman. Cur. tolli debet illa dictio etiam, quæ est implicatiua, & inclusiua diuersorū, & maiorum expressis. l. etiam. ff. solut. matrim. l. 2. & ibi gl. in princ. C. de testi. C. etiam ob chirogra in rub. & nigro. cap. intantum. versiculo, prauam etiam, de simo. cap. vni. de commo. vbi Io. And. colum. 2. post princ. hanc dictionem ibi positam dicit implicare culpam latam, & leuem. Gemi. consil. 120. nu. 8. versi. & ponderandum est, in terminis nostris vigore talis licentiæ, non solum extra Rom. Cur. sed & in eadem Cur. quis se promoueri facere posset: & sic ambigua, & captiosa esset hęc impetratio, & si in Curia in vim dictæ supplicationis quis se ad ordines promoueri fecisset, euitasset illam clausulam olim addi solitá, videlicet [Et examinetur in Camera apostolica]

Hodie licentia promoueri se faciendi in Rom. Cur. conceditur cum clausula [Quod orator examinetur, & promoueatur per deputatum à vicario Vrbis] & cum clausula (de qua supra) videlicet [dummodo arctatus, & competenter beneficiatus existat.] Extra Curiam verò cum clausula, [Quòd promoueatur à suo ordinario, vel ab alio de eius licentia] similiter cum illa clausula [Dūmodo arctatus &c.

Vide Conc. Tridentinum in Decreto Reformationis Sessio. 7. sub Paulo Tertio, c. XI. incip. Facultates de promouenda a quocunque. Item c. procedens. quòd prohibet capitula ecclesiarum sede vacante infra annum licentias promouendi, & literas dimissorias concedere in fauorem non arctati occasione beneficij.

Nouissimè circa ordinationes ad sacros ordines & circa licentias ab alio etiam statutis temporibus promoueri se faciendi, habemus decretum conc. Trid. Ses. 23. alias 7. sub Pio IIII. c. 8. incip. ordinationes sacrorum ordinum.

Sciendum est, quòd si clericus in excommunicatione existens ordinem recipiat, pœnam depositionis ab illo ordine incurrit. c. cū illorū. & ibi Abb. in 2. not. de sent. excom. cum quo solus Papa dispēsat, vt ibi. Amplio etiam si ab excommunicatione, qua erat ligatus ab alio citra Papam absolui poterat. Abb. post Io. And. vbi supra. Ratio est, quia effectus fuit irregularis, & cum irregularibus solus Papa dispensat, put etiam in sum. Ang. vbi tamen dom. Abb. ubi supra nulla fit mentio. hoc inuenies in versiculo, irregularitas. §. 22. incip. secundo contrahitur, & in Syluestri. in eod. ver. vers. secnndo quæritur. Hostien. vero in sum. titu. ex communicatio. ministrant. aliud vult, ꝙ imò ordinatio secum dispensare posit, consuetudinem tamen refragari affirmat.

ALTARE PORTATILE.

Altare uiaticum, quod mobile, seu portatile vocant, de quo loquitur tex. in cap. fi. de priui. li. 6. paruum, seu modicum esse solet, quòd sæpe portatur de loco ad locum, eoque utuntur in exercitu præsettim, & peregrinatione, & alijs in locis, in quibus quis continuò persistere non solet, super quo ritè celebratur. c. concedimus, de consec. dist. 1. Gemin. in dicto cap. fi. numero 5. sic & horreum mobile de quo loco ad locum portari potest, iuxta tex. in l. Titius horreū frumentariū. ff. de acq. rer. do.

Viaticum seu viatorium, quòd etiam portatile uominant, omne id dici potest, quicquid iter agendi causa necessariū est, seu viā qđ ad ptineat, vnde uiatorum uas, iuxta text. in l. pen. quæ incpit, his uerbis legauit uxori meæ lateralia (uel iuxta Pand. Floren.) lateraria mea uiatoria. ff. de legat. 3. & ibi gloss. 1. & 2. Tapeta, & lintei, quibus inscernuntur uehicula instrumenta uiatoria sunt. l. de tapetis. ff. de supel. lex. uiatorium argentum habemus in l. medico. ff. de au. & argen. legat. & uiatoriam cubile. Plin. lib. 16. eap. 10. Vasa etiam uiatoria ex taxo uinis in Gallia facta mortifera fuisse compertum est, & libro 37. c. 2. Qui sceptra, & personas, & cubicula uiatoria unionibus. Cic. ad Casiū li. 12. Cętera cuiusmodi sint ex hoc iudica, ꝙ legato tuo uiaticum eripuerunt. Idem ad Atti. lib. 4. Viaticum Crassipes præripit. Nihil prælatis, uel dominis temporalibus, seu alijs personis insignibus tam utile, & tam necessarium est pro suo itinere faciendo, & dum in aliquo loco morantur, ubi missas audire non possent, quam huiusmodi altare portatile, merito uiaticum, seu uiatorium dici poterit. De uiatico, & uiaticulo habemus tex. in l. cum filiusfamilias, & ibi gloss. declarat. ff. si cert. petat. & in l. si longius. ad fin. ff. de iudi.

Via-

col.1.C.de preci.imp.offe.Bauer. in trac. Iuram.in secunda quæstio.princ.Hyppo.de Marsi. in singul. 515.Boe.dec.296.no.5.Ferrat.cau.55. Fel. in cap. constitutus,post numerum tertium, versiculo, simi liter Alexan.de rescrip.Affl.decisio.Neapo.5.vbi etiam quod nemine discrepante, & conclusum,& executum fuit.& dec. 111. num. vigesimoquarto. Est bene verum quòd Boe.præall.dec.296.dicit hoc de iuramento hodie non seruari ex quo saluus conductus redderetur inutilis, cum omnes creditores habeant sua credita roborata iuramentis, ꝙ tamen ego non probo, tum quia communis opin. est contra ipsum: tum quia falsum est illius suppositum ꝙ obligationes iuramento roborentur, vt omnibus notum est.

Pro firmiori validitate similis salui conductus, qui etiam moratoriæ dilationi nonnunquam comparari potest, ad cons. Alexan.proximè citandum, & ad euitandum dispositionem.l.vniuersa.C. de preci.imp.offe.& per Alex. consilio 205. visis his, colum.1.versiculo, secundo casu, libro secundo. obtineri debet clausula [quòd saluumconductum obtinens,non teneatur aliquam satisdationem, seu cautionem præstare de soluendo saluiconductus, seu dilationis tempore finito] Et expediret addere [Non obstante lege, seu constitutione contraria] prout per Bald.in dicta l.qui vniuersa, numero 4. versicu.quærit gl.& per Catal. de Boncom. de sindica.post nu.92.versic.Adde quòd habens saluum conductum.

Voluerunt aliqui saluum conductum pro delictis concessum, præsertim grauioribus, non esse seruandum ea ratione, ne delictorum impunitas sequatur, vel supplicium nimis differatur. Et argum. tex.in l.1.§.non fuit de dol.versi. maximè si aduersus hostem, latronemque quis machinetur. Nec de lege, vel iustitia conqueri possit, qui eam contempsit.argumen.tex.in l.auxilium, in fin.ff.de minor. Hanc opinion. tenet etiam gl.in.versicu.neque custodies.§.sed neque hoc.in Auth.de manda.princ. Nonnulli distinguunt, prout Bald.d. l.1. §.non fuit ff.dolo.versiculo, ego dico. Nellus in alle.trac.Banito.in 2.par.2.tempo.uersicu.quoad tertium.& Vita. de Gamba.in dicto tracta. clausu. in versi.nil nouari.numero sexto,& sequen.Cyn.verò in l.præsenti.C.de his qui ad eccles.confu.concludit in distinctè securitates huiusmodi seruari debere, & hæc opin.Cyn.taquam æquior, & rationabilior ac humanior mihi semper placuit. Nec illam Bal. in dicto §.non fuit, negat æquiorem esse. Hanc opi. ꝙ saluusconductus indistinctè seruari debet, tenuerunt etiam Oldr. per Bart. relatus in l. is qui reb. colum.fi. ante numerum 13.uer. dico tamen ꝙ fidantia si datur, est seuruanda.ff.de public. iud.& & Paris.consi.86.dubium exoritur, numero.168. subdens causam, ne saluum cōductum habens sub fide publica deceptus remanear. Quòd si saluusconductus à summo Pontifice concedatur, nulli dubium quin ad vnguem ab omnibus seruari debeat.

Limita nisi habēs saluumconductum denuo delinquat, seu illo abutatur, tunc enim fide publica non obstante puniri debebit, ad tex.in cap.priuilegium omnino mereretur.11.quæstione 3.& in cap. cum accessissent.de constitut. Nico. Boer.dec.176. nu.3.Rationes huius limi.vide per Vita.de Gamb. d.tract.clauf.in ver.nil noua.col.pen.post nu.9.ver. contrarium.

Saluusconductus sæpe conceditur pro Titio,& socijs, an comprehendat etiam iudęos socios? pro affirmatiua concludit. Angel.in l.1. ff.ad leg.iul.maiest.& in l.vtimur.ff.de sepul.viola. sequitur Dom. meus Phil.Dec.in c.1.de proba.nu.95. Barb.consilio 63.Corset.in sing.verb.societas, incipit an societas.Felin. in cap.ego N de iureiuran.verum hoc nō caret dubio, affirmantibus nonnullis saluum conductum christiano concessum, pro se,& socijs, non prodesse iudæis, hæreticis, vel saracenis, vt per D. meum consil.51.num.3.per Boe.decis. 179. nu. 7. videantur Gig.in tract.de crim.læsę maie.li.1.rub. quali. & a quibus crimi.lę.maiest. committatur.q. 43.ad fi.Marsy.sing.540. incip. Hodie. ac Tiraqu. in tract.primogen.q.66.num.4.Prima opin. procederet si princeps saluumcōductum huiusmodi ex causa concedens intellexisset iudæos, hæreticos, vel alios infideles esse sub saluoconducto, tunc enim non horum infidelium personæ, sed ipsius principis concedentis ratio habetur. Quo ad iudæos pro prima opin. concludit Rol. à Valle consil. 29. visa, num.33.lib.1. ea ratione, quòd hebræorū societas non sit reprobata: cautius esset nonnulis verbis in rescripto additis omne dubium remouere.

In saluo cōdu ctu apponitur clausula, quòd orator venire, ire, stare, morari, & redire possit, hæc securitas in vno actu tantum venien di, eundi, seu redeundi consumitur.argum.tex.in l.boues.§.hoc sermone.ff.de uerbo.signi.& in terminis voluerūt Alex.consi.16.breuiter in casu.in princip. volum. 4.D.meus Phil.Dec.consi.512.nu.6.Natta in cle. sæpe.col.62.de verb.sign.Curt.iun.consi.178.nu. 24.Mar.Socin.Iun.consi.25.col.2.lib.2.Magalot. in trac.saluicondu.fo.61.Tu si sapis hac clausula, vel simili vtaris, videlicet quòd possit venire, ire, morari, redire, semel, pluries,& pluries, & toties quoties sibi videbitur, iuxta verba Virgilij.Itaque reditq; uiam toties. In quodam saluoconductu erat expressum, quod venire, stare, & commorari posset tutè & liberè in urbe, respondi interpretationem faciendā esse vt etiam liberè, & impunè redire, & reuerti posset non enim securè venit, qui non potest securè recedere.l. sciendum. §. 2.ff.de legatio.& ad trad.in l.utimur eo iure.ff. de sepul.uio.Abb.in cap.ego N.& ibi Fel. num.8.de iureiu.Idem Fel.in c.fi.nu.1. de tre.& pa. Hercula.in trac.de caut.& de non osten.c,35.Alex. consi.46.li.2.vbi vult priuilegium concessum euntib. ad nundinas, intelligi etiam pro redeuntibus a nūdinis.Affl.in consti.Neapo.lib.3.rub. 35. de fide mercatorum.in ver.pœnas.in fi.Goz.consi.27.nu. 13.Ferret.in tract.de Gabel.& public.nu.95. Idē, ꝙ saluusconductus operari videtur tolerantia superioris.Fel.in c.1.col.8.de treu.& pa.Bero. consi. 181.in causa.nu.3.lib.3.

Saluus conductus si concedatur per statutum, uel priuilegium uenientibus ad habitandum in aliqua ciuitate, non proderit bannitis illius loci, seu rebellibus, nisi expressa mentio de illis fuit, vt conclu. Bar. in l. 1. post princ. ver. Et licet statuto huius ciuitatis. ff. ad leg. Iul. maie. Sequitur Nel. in tracta. Bannit. in 3. p. 2. tempo. q. 40. Ampliat Bal. etiã si iniustè essent banditi. in l. 1. C. de. nundi. & voluit catel. Cot. in suis memoria. in versi. Nundinæ. Ideo cautus sit, qui in tali casu reperitur, vt nouũ rescriptum suppletiuum, vel declaratiuum impetret, ne contingat dubitari &c. & apponat clausulam, Etiam si ipse impetrans esset forsan banditus vel rebellis illius loci &c. Tunc enim tutus erit, eique fides seruanda erit. vt per Barto. vbi supra.

CONFESSIONALE, SACRAMENTA, & sepulturæ

EPiscopis, & alijs prælatis exemptis à iure indulgetur absque alicuius superioris licentia ut sibi confessorem eligere possint. c. fi. de pœ. & remi. Alijs verò denegatur, quacunque contraria consuetudine non obstante. c. 2. eo. li. 6.

Licentiam confitendi peccata sua cui quis vult laico etiam Papa concedere potest, & consueuit, vt etiam per Ludo. Rom. consil. 266. iste Petrus, versus fin. ver. hoc similiter. Apponitur clausula. Qđ possit sibi confessorem eligere, de qua dictione liberè tracto in 15. reg. de infir. Et cessat contentio illa de qua in clem. dudum. de sepult. an requiratur licentia proprij sacerdotis. quæ tamen cle. fuit declarata quòd non requiratur alia licentia, per constitutionem Eugenij IIII. incipientem, gregis nobis crediti. confirmatam per Nicolaum V. prout per Fel. in c. 1. post nu. 9. versi. similiter consuluit, latè, de rescrip. quicquid etiam sentiat Rip. de Remed. ad curan. pestem, cap. 8. nu. 35.

Religiosis non exemptis si a Papa indulgeatur licentia liberè eligendi sibi sacerdotem pro cura suarum animarum, ipsi eligent confessorem, ordinarius verò loci illum confirmabit, si vera est opi. Fel. in c. 1. col. 7. vers. & ex prædictis pridie. de rescrip. pro quo, & ijs quę prius tractat idem Fel. ibidem de priuilegio religiosorum audiendi confessiones quoruncunque, an requiratur licentia proprij curati, seu rectoris, vide Ioan. Fran. Rip. de Reme. ad curan. pestem, nu. 35. vers. sed hic dubitare quis posset. Ego in vtroque casuum per Feli. positorum, semper obseruari vidi, quòd absque alia licentia, seu confirmatione, vel assensu parrochi iuxta thema propositum, quisque peccata sua confiteatur.

Confessionale continet plenariam absolutionẽ omnium peccatorum semel in vita, & in mortis articulo, etiam si postea mors non sequatur, constitutus autem in articulo mortis ille dicitur, qui est morti uicinus, seu in extremo vitæ momento, seu in discrimine vitæ constitutus est, 1. Reg. 4. in ipso autem momento mortis eius. & ad tex. in l. fi. versi. an verò quæ potuit etiam extremo vitæ momẽto impleri. ff. de cond. inst. l. Pamphilo. §. propositum. ibi, in discrimine vitæ. ff. de lega. 3. vel est in ultimo vitæ tempore. c. fratres. versi. ꝙ si contra 16. q. 1. seu (vt aiunt) in extremis laborat. ad tex. in l. quoniam. C. de testa. Sal. in l. iubemus. in princ. C. eod. Dec. consi. 175. in causa, col. 3. vers. quarta quando Papa, Ang. in l. in fraudem. §. j. ff. de mil. test. Ang. & Imo. in l. aduersa. ff. de test. Barto. in Repe. l. 1. nu. 39. C. de sacros. eccl.

In articulo etiam mortis eum constitutum esse dicere possumus, qui adeo infirmitate laborat, vt iam articulatè loqui nõ possit, ad tex. in l. iubemus & ibi Bar. num. 1. C. de test. Vel est constitutus in vltimo vitæ spiritu, seu in puncto mortis, Abb. in c. cum ad monasterium, num. 15. de sta. mon. Et in articulo mortis constitutus mortuo similis dicitur Bald. in authen. dos, post prin. C. de don. ante nup. per tex. in l. in hac. ff. de triti. cond. & ꝙ in terminis nostris facienda sit interpretatio de mortis articulo præsumpto, licet non verò, post Archie. Floren. qui refert Eugenium Quartum, eiusque pœnitentiarios ita declarasse, firmat Fel. in tract. seu sermone de indulgen. plena. col. 5. circa medium. versi. ulterius aduertendum utiliter an intellectum indulgentiæ, quæ conceditur quotidie pluribus a Papa per viam specialis indulti, quòd in articulo mortis per idoneum cõfessorem, quem elegerint, possint auctoritate apostolici indulti absolui plenariè.

Notandum est, ꝙ in articulo mortis pleraque conceduntur, quæ aliàs denegarentur, imò casus articuli mortis semper exceptus videtur. c. si quis suadente. 17. q. 4. c. sanctum est baptisma, ad fi. de consecra. dist. 4. c. pastoralis, versi. ad quod, cum glo. in versic. preterquam, de offi. ordin. c. fundamenta. §. quòd si secus, iun. glo. in uersic. mortis, de electio. lib. 6. c. non dubium, de sent. excom. cle. 1. §. penul. iunct. glo. antepen. & clem. 2. ibi, A qua non possint absolui præterquam in mortis articulo. de hæreti. Hinc etiam concluditur in repe. inquisi. in ver. reconciliatio. versus fi. quòd in existente in extremis non valente confiteri, si appareat de signis pœnitentis, non sunt necessario seruandæ solemnitates ibi positæ.

Siquis exquisitius inuestigans quærat, quando quis dicatur mori, vel quòd sit mortis momẽtum, adeat Philosophos, qui discutiunt, quando moriẽs moreretur cum iam in morte esset, an tunc etiam cum in vita foret. Sic & quando surgens surgeret cum iam staret, an tunc etiam, cum sederet, utrum horum quis dicat, absurdè loquetur, multoque absurdius si vtrumque esse dicat, aut neutrum. Aliqui moriendi verbum, atque momẽtũ manente adhuc vita dici, atque fieri putauerunt. alij nihil in eo tẽpore vitę reliquerunt, totumq; illud ꝙ mori dicitur, morti vendicauerunt. Epicurus in Episto. Menicæo, quam habes in eius vita per Diog. Laert. inquit. Quoniam cum nos sumus, mors non adest, cum vero mors adest, nos iam non sumus, neque igitur ad viuentes, neque ad mortuos pertinet, nã his qui sunt illa non est, quibus verò adest iam illi non sunt. Plato autem in libro 9. cui titulus est, Parmenidis, neq; vitæ id tempus, neque morti dedit, idemque in omni consilium rerum in discrepatione

ne fecit, sensit enim vtrunque pugnans esse, nec posse ex duobus contrarijs altero manente alterũ constitui, quæstionemque fieri per diuersorum inter se finium, mortis, & vitæ cohærentiam, & ideo ipse aliud quoddam nouum in confinio tempus expressit, quòd verbis ꝓprijs Ἰλωεξαίφνης φυσιν, appellauit, vt per Aulum Gel. lib. 6. Noctium Atti. c. 13. Cic. Tusc. libro primo, mortem ad punctũ temporis fieri asserit. vide tex. in l. qui duos. §. hæc conditio cum moriar. ff. de manu. testa. & in l. Lucius, quæ est 70. §. quæ habebat, ibi cum mori cœperit id restituat, vel iuxta Pandect. Floren. det, restituat. ff. ad Treb. Et quòd non intersit inter stipulationem, cum morieris, & si morieris, vide tex. in l. quodcumque, quæ est 45. §. fi. ff. de verb. obli. Et pro illa propositione, aut sedet, aut ambulat, & similibus, vt sicut nemo potest vtrunque simul facere, possit autem neutrum, vt accumbens. & pro disiunctiuis, & subdisiunctiuis orationib. habemus tex. in l. hæc verba, quæ est. 124. ff. de uerb. signif. Demum an moriens dicatur viuus, an mortuus reiicio te ad diuum August. qui latè discutit libro 13. de ciui. Dei. capitu. 9. cum duobus sequent. & ad Ias. in l. si quis posthumos. §. si filium. nu. 39. ff. de lib. & posth.

Circa terminos nostros in confessionali continẽte, vt præmisi, plenariam absolutionem in articulo mortis, interpretationem veram sumere poteris ex verbis per Ludo. Roma. consilio 346. circa, post numerum quartum, ibi. Ego arbitror primum mõdum esse salubriorem, scilicet, ꝙ in articulo mortis constituti non tamen articulo extremo, sed piè, ac ciuili modo arbitrato, dum sunt compotes rationis, & sacramenti capaces, confiteantur generaliter, & facta confessione petant absolui, & eis præmissã indulgentiam elargiri, non autem expectari debet extremum momentum uitæ, ex quo infirmus, incapax, & omnino indispositus redditur ad faciẽdam confessionem, & agendam mentalẽ pœnitentiã &c. ita etiam intelligi debent illa uerba tex. in cap. eos quos. de consecra. distin. 4. ibi. Quibus laica tantum communio in morte est reddenda, expone tũ idest in articulo mortis, & dummodo sint compotes rationis, & aliàs vt per Roma. vbi supra. Et qđ tam in terminis nostris, quàm dicti. c. eos quos. interpretatio fieri non possit de vltimo vitæ spiritu, seu quando quis in extremis laborat, ostendo, nam talis non præsumitur habere animi consilium, deficiente enim corpore deficit intellectus, qui sine corpore nihil agit infra orbem lunæ. Aristot. in 1. de Anima. Bald. in l. fi. numero 14. C. de bon. quæ lib. vbi etiam ꝙ talis nec omnino viuit. & Psal. 6. dicitur, Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Hæc, etiam cõsideranda sunt in illo quæsito, an cõstitutus in articulo moris possit contrahere matrimonium? in quo affirmatiuè responderunt Bal. cõsi. 318. li. 3. D. meus, in c. si pro debilitate. in princ. de offic. deleg. in consi. 175. in fin. & consil. 489. & Dida. Couaru. super 4. Decret. 2. par. cap. 8. nu. 11. Socin. iun. consilio 86. libro 2. Lud. de Sard. in tracta. de legiti. quæ fit per matrimonium. q. 1. Pro præmissorum & aliorum huc pertinentium declaratione quæri posset, an confessionale concedens plenariam absolutionem semel in articulo mortis, vel constitutiones, priuilegium, vel indulgentiæ concedentes præsbytero facultatem absoluendi ab excõmunicatione seu a peccatis in articulo mortis, etiã a solo Papa alioqui tollendis, vindicent sibi locum quando quis constitutus est in periculo mortis, & sic idem dicendum sit in periculo mortis, quod in articulo mortis. Exempla de articulo mortis poni possunt in periculis mortis, in illis casibus, in quibus mors frequenter accidere solet, puta in bello, in nauigatione maris turbati vehementer, in morbo graui, in fœminis prægnantibus, seu parturientibus, ad tex. in l. mortis. & seq. ff. de mor. cau. don. c. si quis suadente. 18. quæstione 4. cap. pastoralis. §. pręterea. de offi. ord. c. ea noscitur. &c. decætero. c. quod de his. de sent. excõmu. vbique Doct. Hic articulus satis dubius apparet, & pro vtraque parte adsunt argumenta, quæ inuenies apud Couaru. super cap. Alma mater. de senten. excommu. lib. 6. p. 1. post num. 8. versi. Qua in re distinguere oportet articulum mortis, a periculo mortis. In summa verior opin. videtur quòd hæ voces inter se differant, & propterea concessa in articulo mortis non procedant in simplici mortis periculo, si ab vsitata, & ꝓpria verborum significatione recedere nolimus, argumen. tex. in l. non aliter a significatione verborum recedi oportet. ff. de leg. 3. & in l. Labeo. versi. Non enim ex opinionib. singulorum. ff. de suppel. lega. Quod verò sub verbis, in articulo mortis, veniat periculum mortis, negari non potest.

In Signatura confessionalis semper addi debet; In forma.

Confessionale etiam conceditur confraternitati, & conuentui, & additur clausula videlicet [Dũmodo confratres non excedant numerum ducentum] & olim compositio soluebatur, & confessionale, seu indultum confraternitati, vel conuentui concessum, nõ proderit familiarib. ad tex. in c. pen. ver. non sic autem in familiaribus, de priuileg. lib. 6. & ibi glos. & Doct. rationem differentię a casu pręcedenti adducunt.

Confessionale pro confratribus, non debet de religiosis mentionem facere, & si faciat, addi debet (Et de licentia superioris) confratres eos voco, qui gręcè phratores idest eiusdem fratriæ appellantur, inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit, quive cultus diuini gratia conueniunt, ut declarat Bud. in Annotat. in pandect. ff. de offic. quæsto.

In confessionali iuxta clausulam. [Et quo ad casus reseruatos, & plenariam remissionem.) Si tunc sit annus iubilei, additur (Post finitum annum iubilæi.) Quod iubileum prius erat centesimo quoquo anno, extrauagan. Antiquorum. Boni. VIII. inter commu. sub tit. de pœn. & remiss. quod postea redactum fuit ad annum quinquagesimum, extraua. Dudum. Clem. 6. eo. tit. Postremò verò annus iubileus redactus est ad breuius tẽpus & sic quolibet vigesimoquinto anno iubilei annus constituitur, extrau. quemadmodum, Sixti. eo. titu. inter commu.

Sem-

Semper in clausula (De casibus reseruatis.) Addi debent hæc verba videlicet (Casibus in Bulla cœnæ Domini contentis duntaxat exceptis.) Vt per Staph.super sign.fo.191.& per Sarnen.de Breui.post nu.25.

Præfatis addo, quòd habemus extraua. Et si dominici, primam, Pau.II.inter commun. vbi inserta alia constitutione, expressionem casuum Papæ reseruatorum continente, considerans ipse Papa, ꝙ plerunque contingebat suam sanctitatem facultates, & confessionalia tam præsentibus, quàm absẽtibus concedere, ne pretextu concessionis huiusmodi pœnitentes vel confessores in illis casibus fallerenrur, statuit, & decreuit suæ intentionis fuisse, & esse, per quascunque concessiones & facultates, per ipsum, tam scripto, quàm verbo factas, & in posterum faciendas, nemini licere irretitos dictis casibus absoluere &c.

In confessionali aliquando datur clausula, seu facultas absoluendi ab excommunicatione.

Quando quis petit, quòd ecclesiastica sacramẽta à quocunque sacerdote recipere possit, addi debent hęc verba videlicet.] Præterquam in pascate, & sine pręiudicio.] Propter. c. omnes vtriusq; sexus, de pœn.& remi.& c.fi.de pœ.dist.6.

Aduertendum est ad glo.in d.c.fi.de pœn.dist.6 & ad Staph.super signa.fo.191.ver. similiter conceditur petentibus, quòd possint recipere sacramẽta ecclesiastica.dum declarant, quis sit proprius sacerdos, quod is quinque modis accipi potest, vno pro eo, qui præest parrochiæ, vt parrochus, rector seu plebanus, qui habet potestatem, sed modo inferiori, Alioqui præest modo superiori, & sic episcopus proprius, & immediatus est sacerdos omniũ suæ diœcesis.c.vlt.vbi Hostien.de offi.Archi.ca. duo ista.post princ.23.q.4.ca. cum non liceat, &c. cum olim, post princ.de præscr.c.cum Episcopus, de offic.ord.lib.6.Vel qui præest modo principalissimo, vt Papa, qui est proprius sacerdos omnium Christianorum.c.cuncta per mundum.9.q.3. c.ad honorem, de aucto.& vsu pal.ca.2.de præbend. lib.9.cle.1.in fin.vt lit.penden. Tertiò proprius sacerdos dicitur habens iurisdictionem delegatam ab aliquo prædictorum, vel a legato Papę.ca.1.& ibi gloss.de offic.lega. Quartò habens iurisdictionem permissione iuris, & si proprij sacerdotes dicuntur illi, quos Episcopi, & Abbates exempti eligunt in confessores.c.de pœn.& remi.Quintò proprius sacerdos peregrinorum, seu vagabundorum est is, ad quem tales deueniunt.Inno.& Host.Ioan. And.& alij in præalle.c.omnes vtriusq; sexus.Proprius sacerdos quis dicatur quoad effectum concedendi licentiam confitendi alieno præsbytero vide Lap.Alleg.58.ad secundam.nu.5.

Quando parrochiani a matrice distantes non possunt propter aquarum inundationes, aut alia pericula ad matricem ecclesiam commodè accedere iuxta tex.in l.2.§.si quis in iudicio, & §.quod diximus.ff.si quis cautio.c.ad audientiam. in princi. de eccle.ædifi.& Lap.Alle.67.quoddam monasterium, col.3.ves.sed quæro nunquid tunc eis conceditur, ꝙ in eorum cappella diuina audire, & sacramenta recipere possint, additur tamen semper clausula videlicet.[Sine pręiudicio.]

Quãdo petunt, quòd si contingat eos decedere tempore interdicti auctoritate ordinaria appositi, eorum corpora ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ, quod de iure prohibitum est.c.cum & plantare. §.quòd si templarij.de priuile.c. quod in te.de pę. & remi.cle.1.de sepul.addi debent hæc verba videlicet (Sine funerali pompa.) Vel (Asque solemnitatibus consuetis.) Arg.tex.in præalle.c.quòd in te, ibi, sine campanarum pulsatione, cessantibus solemnitatibus, cum silentio tumulentur.de pœ. & rem.

An autem si aliquibus concessum sit, quòd diuina officia celebrari facere, & ecclesiastica recipere sacramenta posint tempore interdicti, si tales decedant dicto tempore interdicti, in vim huius indulti seu priuilegij ecclesiasticam sepulturam habere debeant? licet in dubio sepultura deneganda non sit, cum regulariter sit permissa nisi in certis casibus prohibitis relatis in c.ex parte.de sepult.quod etiã firmat Anch.consi.189. tribus de causis.ante nu.5. tamen in partem negatiuam decidir Fed. de Sen. in consi.186.factum est tale.

Interdicti tempore auctoritate Apostolica appositi, nullis, nisi solis Principibus conceditur, ꝙ eorum corpora ecclesiasticæ tradi possint sepulturæ, & tunc similiter addi deberet illa clausula. (Sine funerali pompa.) Vel (Absque solemnitatibus consuetis.) Iuxta præalleg.c quod in te, & satis videtur principibus deferri, si quod omnibus denegatur, illis conceditur, quoad substantiam, & effectum, licet non quoad mundi pompam: pompa enim funerum, solemnis exequiarum apparatus, sepulcra preciosa magis sunt vixorum solatia, quàm mortuorum subsidia.iuxta tex.in cap. animæ. 13. quæstio.2.

Interdicti tempore qui familiares, & qualiter admittantur tractant Ioan.And.in c. qui sentit.nu. 3. & seq.de reg.iu.li.6.& Cagn.in l. secundum naturam.nu.8.ff.eo.

Quando petunt, quod extra parrochiam sepeliri posint, adduntur verba. (Sine præiudicio.) Quę sunt ualde rationabilia, immo etiam nõ addita sub intelligi deberent.c.ex multiplici, ver. vnde, quia non fuit nostræ intentionis.de deci.c. super eo, ante fi.de offi.dele.c.quamuis.de rescri.lib.6.& in terminis nostris facit tex.in c.1. de sepul. Host. in c. quia nonnulli, col.1.ver. ideoque & vnusquisque, de cle.non resi. & ita concludit Abb.in cap.certificari, nu.10.de sepult.

Illa clausula (Sine præiudicio) In casu nostro præseruat rectori parrochialis ecclesiæ iura funeralia, & ea quæ ex illis, ac exequijs, & oblationibus, canonica portione, & alijs de quibus in c.primo, c. cum duob.sequen. & toto titu.de sepultu. & in, c. ex transmissa.iunct. gloss. in versicu. funerali, de præscriptio.

Monacis non consueuit concedi electio sepulturæ, seu ꝙ extra monasterium propriũ sepeliri possint: ratio est, quia non habent velle, seu posse, vnde non debet sibi sepulturam eligere posse, iuxta text. in c.fi.de sepul.li.6.

Quan-

Quando petunt posse corpus de vna ecclesia ad alteram ex rationabili causa tranferri facere, quod aliàs de iure non liceret.l.fi.ff.de sepul. vio.C.de re li.& sum.fune. l. nemo. cum gloss.ibi, sine Augusti affatibus idest Papæ.cap.corpora,de conse.distinc. 1.& hoc est principi reseruatum.l. ossa,in princ.& l.cum in diuersis.§.cum autem, iun.gloss.in versic. impetratur.ff.de reli.& sum.fune.Roma.in l.imperium. colum. 2. circ. medium versicu. item potestatem dispensandi, quòd corpus vno loco humatum extrahatur, & alibi ponatur, per text. in l.fin. C.de legi. Additur similiter clausula videlicet. (Sine præiudicio.)

Ecclesiastica sepultura qui carere debeant, colligi potest ex uerbis Apoc.21.Timidis autem, & incredulis,& execratis,& homicidijs,& fornicatoribus,pars illorum erit in stagno ardenti, in igne,& sulphure,& est tex.in c.quibus peccata, & alijs.12. q.2.& c.quia in omnibus.de vsu.& ca.sacris.de sepul.Rip.de Remed.contra pestem,post nu.106. Et quòd sepultura cuilibet manifestè decedenti in peccato mortali deneganda sit voluit glo. in ca. ex parte secunda,de sepult. Ancha.in præalle.consilio 189.in princ. ibi propter non habitam de peccato mortali contritionem.& nu. 4.versi. secunda causa principalis,& August.Bero.in c. quia in omnibus. nu.36. de vsur. Et priuatio sepulturæ est maxima pœna,& ignominia.l.vni.C. de his qui paren. aut libe.occide.Bald.consi. 426. præmittendum,nu.5. ver.item quia corpus non traditur sepulturæ.lib.1. sequitur Rip.vbi supra.num. 139. Et quod priuatio sepulturæ sit magna pœna, & homicida in regione interfecti sepeliri non deberet, sensit Plato dialogo nono.de legib.dum de pœnis homicidarũ tractat. Et de sacrilegis & impijs extra regionis fines insepultis eijciendis tractat idem Plato ad calcẽ.x. dialogi de legibus. Postquam de sepulturis,& de excommunicatis loquuti sumus, non omittam referre pulchrum dictum Bal. in l.1.in 11. q.C.de inst.& subst.quòd si per testatorem relicta sint centum fratribus prædicatoribus pro sepultura, & ille decedat excommunicatus,debetur legatum,conditio enim pro impleta habetur, ex quo stat per testatorem quo minus impleatur . Tres causas propter quas ecclesiastica sepultura denegari potest prosequitur Anch.d.consi.189.

VOTI COMMVTATIO.

VOtum ὁμολογία deliberatio,ẽ promissio facta Deo, alicuius faciendi, vel non faciendi, quæ etiam apud gentiles in vsu erat. Cæsar. lib.6. Belli Galli.Natio est omnium gallorum admodum dedita religionibus, atque ob eam causam qui sunt affecti grauioribus morbis,quique in prælijs, periculisque versantur,aut pro victimis homines imolant,aut se imolaturos vouent. Cic. 3. de Natura Deo. Nonne animaduertis ex tot bellis pictis, quàm multi uotis vim tempestatis effugerint? Liuius lib.1.ab urbe condita. Romulus & ipse turba fugientium actus arma ad cœlum tollens,Iuppiter tuis inquit, auibus iussus hic in palatio prima vrbi fundamenta ieci,arcẽ iam scelere ereptam Sabini habent,inde huc armati superata ualle media tendunt, ac tu pater Deum hominumque hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis, fugamque fœdam siste,hic ego tibi templum statori Ioui, quod monumentum sit posteris tua præsenti ope seruatam vrbem esse noueo.& libro. 5. Dictator è Veijs Deos euocans, tuo ductu (inquit) Pythice Apollo,tuoque numine instinctus pergo ad delendum Vrbem Veios,tibique hanc decimam partem prædæ voueo &c. Plinius in Paneg. Nuncupare vota,& pro æternitate imperij, & pro salute ciuiũ solebamus.Cic.3.Philip.Neglectisque sacrificij solemnib.ante lucem ea vota,quę nunquam soluent nuncupauit.Et nuncupare vota,erat alicui Diuorũ vota polliceri,& destinare.

Vota complurima pro Principe nũcupabantur, Cornel.Tacitus.li. 4. & Tranquil. in Augusto, & est tex.in l.si calumnietur. §. post calendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur,vbi videatur Alcia.ff.de ver.sign.

Votum à principio voluntarium. est. Num.29. in fi.Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris præter vota,& oblationes spontaneas.& Deut. cap.23.ad fi.si nolueris polliceri, absque peccato eris.c.ex parre.ante fi.ibi.Quoniam,cum huiusmodi vota gratuita fecerint ab initio . de censibus.sed postquam factum est,seruari debet, Psal.71.Vouere,& reddite Domino Deo vestro.Num.30.in princip.Si quis viuorum uotum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. Deuteron. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo,non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus,& si mortuus fueris reputabit tibi in peccatum. Et postea. Quod aut semel egressum est de labijs tuis,obseruabis,& facies,sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es.Iudic.3.Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primum fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrit &c.vbi Lepte propter votum imolat Deo vnicã filiam virginem respondentem patri,si aperuisti os tuum ad Dominum;fac mihi quod vnquam pollicitus es. Prouerbio 20. ad fi. Ruina est homini deuotare sanctos, & postea vota retractare. Ecclesiastes.5.si quid vouisti &c.Ionæ 2.In fi. Quæcunque voui reddam.cap.nuptiarum.in fi.27.q.1.c. quod Deo,in princ.& c.per tuas,de vot.l.2.ff.de pollicita.Bar.Brixien.in q.Domi. q.40. dum disputat, an maritus inuita vxore peregrinari possit,in princ.& in q.41.post nu. 2.ver. item votum istud voluntarium fuit a principio.

Amplio ut filius votum patris implere teneatur 2.Paralipo.5. Intulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater suus. Asa rex Iuda ea quæ vouerat pater suus obtulit in domum Domini argentum, aurum, vasorumque diuersam supellectilem. 2.Paralip.15.c.licet de voto. Quòd maximè procedit quando pater ad id filium grauauit,seu quando filius ad id se obligauit, iuxta tex.in dicto cap.licet,aliàs non videtur filius obligatus uotum patris im-

implere.gl.fi.versicu. Quid autem si voueat.ff.de pollicita.Bald. in l.1.§.si defunctus,per illum text. ff.de reb.eo.

Amplio ad hæredem etiam extraneum vt votū defuncti reddere teneatur:& ad id per excōicationem compelli possit, ea ratione,quia adeūdo quasi contraxit.Rot.338.in anti.Anto.de But.& Abb.in alle.c, licet.de voto.

Amplio ad votum etiam incertum, seu in genere vt obliget vouentem, & ad illud implendum is cogi possit, puta si promisit Deo intrare religionem,compelli poterit vt aliquam ex religionib.intret.c.porrectum,cum ibi no.de reg.c.ex par.& ibi Abb.nu.1.& 2.de censi.Barba.consi.33. clementissimi,col.4.nu.17.vers.idem dicimus in voto, vt incertum valeat.li.1.

Votum stultum, temerarium, iniquum, seu impium non ligat.Ecclesiast.5.Displicet enim ei infidelis,& stulta promissio. Hmōi voti exemplum habes Actuum.c.23. Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos donec occidamus Paulū. & postea. Qui se deuouerunt non manducare,neque bibere, donec interficiant eum &c.Idem etiam dicimus in simili iurō,prout in illo Hærodis,de quo Marci.6. Pete a me quod vis & dabo tibi,& iurauit illi &c. Et quod tale votum,seu iuramentum impleri nō debeat,habemus tex.in c.in malis promissis rescinde fidem,in turpi voto muta decretum, quòd incautè vouisti,ne facias.& c.præced. & plurib. seq. 22.q.4.

Reus voti,vt declarat gl.in l.i.ff.de duo.reis,quā sequitur Rip.super rub. ff.de verb.obl. nu.12.appellatur qui voto astrictus est,de quo Nu.30. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iurō, quæ est in domo patris sui,& in ætate adhuc puellari,si cognouerit pater votum, & pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit,voti rea est.Vel dicitur voti reus,qui in euentum conditionis promittit, quod hodie sæpissimè accidit, Aliquis enim vouet Deo, si sanitatem sibi, vel aliud restituat, templum, seu cappellam erigere,vel aliquid aliud facere.

De hoc habemus Gene.27. Item vouit Iacob votum dicens,si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, reuersusq; fuero prospere ad domū patris mei,erit mihi Dominus in Deū, & lapis iste,quē erexi in titulum. vocabitur domus Dei, cunctorū quæ dederis mihi decimā offeram tibi.Et Nu.21. At Israel voto se domino obligans ait,si tradideris populum istum in manu mea,delebo vrbes eius.Anna item uouit dicens,si dederis mihi sexum virilem dabo eum Domino.

Hic mos uouendi apud antiquos frequentissimus erat,& apud quos reus voti dicebat,qui Dijs in euentum cōditionis promitebat,at vbi conditio euenerat,dānatus voti nuncupabatur, male autem interpretatus est Macrobius, voti dānatos eos, qui uota soluerunt, & non potius iccirco obligatos ad uoti obseruationem.Vota rub conditione hoc modo fiebant, Mars pater,si mihi, Populoque Romano hodie uictoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. ita accepit Virg.in 6.Aen.Tum Phœbo,& Triuiæ solido de marmore tēpla Instituam &cæte.hoc ita facto, qui vouit,statim factus est reus voti;nihil tamen cogitur præstare, nisi adepta uictoria,tunc demū dicebatur dānatus voto,hoc est astrictus, & obligatus ad persoluēdum votum.Verg.in Daphn.ut Cereri,Baccoque, tibi sic uota quotannis Agricolæ facient, damnabis tu quoq, uotis.Liuius li.7.Ab Vrbe condita,dictator (inquit) Deorum quoque opes adhibendas ratus,inter ipsam dimicationē ædem Iunoni Monetę uouit,cuius damnatus uoti, cum uictor Romā reuertisset dictura se abdicauit. & postea subdit, Subsequenti anno uotum persolutum fuisse.Dictator igitur statim parta uictoria damnatus fuit uoti, cum tamen uotum adhuc non persoluisset. & sic Macrobius & alij ipsum sequuti non bene declararunt,prout etiam aduertit Alci.in l.nominis,& rei in uer.rei,ad fi.ff.de uerb.sign.Et quod etiam in iure uerbum,damno, ultra notam significationem accipiatur pro obligo,& damnatus pro obligatus,est tex.in l.si hæres.ff.de actio.empt. in l.si quis in fundi uocabulo.ibi damnas esto tot dare.& in l.legata inutiliter,post principium.in l.nō amplius. §. pri. ff.de legat.prim. & Institut. eod.§.sed olim. iunct. gloss.

De implente uotum, seu uoto satisfaciente habemus 1.Paralipo.31.Filij Israel, & Iuda obtulerunt decimas, quas uouerant Domino. Iudith. 10. Et obtulerunt omnes holocausta, uota, & promissiones suas.

Votum ex causa commutari pōt.c.1.& 2.& c.magnæ,de uoto.In rege,uel prælato legitima causa esset,quando ex illorum discessu,seu absentia perturbatio immineret.c.quāto.& c.intellecto.de iureiu. cum ibi no.Bero.consil. 17. nume. trigesimotertio, libro 3.

In clausulis cōmutationis uotorum, præsertim in confessionalib.addi debent uerba,uidelicet [Hierosolymitano,uisitationis liminū beati Petri,& Pauli Apostolorum,& Sancti Iacobi Compostellæ,ac religionis,& continentię uotis duntaxat exceptis] De liminibus Apostolorum per episcopum immediatè Papæ subiectum uisitandis, habemus tex.in c.iuxta.93.dist.& in c.ego.N.iun.gl.fi.de iureiu.& Io.An & Abb.post nu.6.& Fel. nu.9. declarant limina Apostolorum,& Rom.Cur. pro eisdem accipi.

Limina apostolorum exponimus, id est domū seu ecclesiā, prout etiam per Catel. Cot.in suis memoria.in ver.Limen.

Illæ exceptiones uotorum Hierosolymitani, & ingressus religionis,sunt tanti ponderis, ut aliqui tenuerint uota omnia tolli per indulgentiam anni Iubilæi, exceptis istis duobus, de quibus uidendum est per gloss.in extrauagan.1.de pœni. & remi. in uersiculo,quod autem; uersic. dixit etiam quod uota.

Papa an possit ex causa uotum remittere? cōcludunt pro affirmatiua. c. non est uoti, & ita oēs ibi firmant,de uot.Abb.in c.proposuit.nu.12.de conceff.præb. & in cap. ad monasterium, numero 21.

de stat.mon.ubi post Innocen.& Ioan.And.& Hẽri.Boic,dicit ex causa Papam posse dispensare, vt monachus contra votum solemne ducat vxorem, & licet Bea.Thom.in hoc variauerit,cum in summa secunda secundæ quæstione 88. articu. vltim. contrarium tenuerit,& sic partem negatiuam,affirmatiuam tamen tenuit in 3.distin. 38. q.1.artic.3. cir.medium, & hæc est magis communis opin. vt per Fel.in c.si quando, nume.5.de rescrip.& per Paris.consi.68.dubium exoritur.num.147.& seq. volum.4.

Verum opinio negatiua tutior videtur, & magis ex mente sancti Thomæ,ipse enim in 4.sent.ex aliorum mente loqui videtur relatiuè potius, q̃ decisiuè,insuper illum librum iunior edidit, vnde non mirum, si postea ætate maiori, maiorique doctrina,ac rerum cognitione, experientia superuenientibus,sententiam mutauerit, & dixit Philo.in 2.de Anima, ꝙ propter diuersa fantasmatã in nobis quotidie diuersæ opiniones generantur, idem notauit Bal.in l.de tutela.num.4.& ante.C.de in integrum restitutio.hanc opinionem negatiuam (vt audio) diuus Paulus IIII. Pontifi. Opt. Max. comprobat.

Votum Hierosolymitanum de mense Nouembris 1558.(vt audiui) per summum Pontificem cõmutatum fuit in fauorem cuiusdam Nobilis Veneti ex præclara familia Delphina, qui præsertim propter senium absolutus fuit a voto prædicto, solutis ducẽtumquinquaginta ducatis pro luminib. & alijs ad vsum, & seruitium, ac decorem sanctissimi sepulchri. D. N. Iesu Christi, & senectus fuit legitima causa dispensandi,seu commutandi. c.magnæ.vers.verum ætatis vitæ senescentis defectus,atq; canities,quæ vix labores, & dolores suos tolerare possuut &c.de vot.& arg.tex.in l.ciuitatib. versi. hoc amplius, vbi senectus dicitur ætas infirma,& pueritiæ æquiparatur.ff.de lega.1.& ad rem nostram est bonus tex. in cap. tempora, ibi etiam habentes ætatis senilis intuitum.26.q.7.cap.tanta. 26. distinct.

Votum de nunquam petendo dispensationem à Papa non valet, Riccar.in 4.senten.distinct.38.q.6. art.3.quem sequitur Fel.in c.cæterum.ante fi. & in c.cõstitutut,col.4.in fi.ver.similiter dixit, de rescr. & consi.26.quidam M. nu.10. & Staph.super sig. folio 167.

Quæro,duo exercent opus pium, seu aliàs Deo gratum, alter astrictus voto, vel professione,alter verò omnino liber,quis eorum magis mereatur?Illa regula,ꝙ nemo in necessitatib.liberalis existit,ad donari uidetur.ff.de dona.l.si quis pro vxore. ff. de dona.inter vi.& vxo.l. rem legatã.in fi. ff.de adi. leg.pro secundo concludere vr̃. Idẽ elicitur ex verbis diui Hyeronimi de virginitate, vbi inquit plus alijs amat virgines Christus, quia Christo sponte tribuunt quod sibi non fuerat imperatum: Maioris est enim gratiæ offerre quod non debes,q̃ reddere quod teneris,vt ẽt per Lud. Ro.in suo sermone,vos æstis lux mundi,col.pen.ad fi.post numerũ 29. Pro præmissis vide etiam quod voluit gloss. fi. in cap.fin.de obser.ieiun. In contrarium faciunt rationes adductæ per beatum Thom.secunda secundæ q.87.art.6.& glo.in clem.vni.in versic.seipsum de reli.& vene.sancto.cum qua transeunt ibi Card. in ver.singularis,post nu.2.& Imo.nume.22.idem etiam concludit Fel.in c.de hoc,nu.8.de simon.Limitarem hanc secundam opi.vt nõ procedat si votum,seu professio non simpliciter,& cã non præexistente,seu ad euitandum mortis periculũ, vel aliud emanauerit: tunc enim cessarent rationes dictę gl. in cle.vni.& rñsio Card.ad cõtraria post nu.3. vbi distinguit secundũ Stepha. ꝙ est quædam necessitas coactionis &c. Nõne votum quasi coactum, & quasi necessitas vouendi,& promittendi Deo nuncepari poterit, siquis infirmus morti uicinus,uel conquassara fluctibus naui in mari constitutus socios submergere videat, & se se iam periturum cernat. Quòd ego anno ætatis meę lxII.expertus sum in mari cum Fabio filio meo existens,prope pottũ Metri fluminis dum Venetias iremus,tunc Deo uouimus & reddidimus: uel si cum alio ultimo supplicio condemnatus,socium criminis in exequutionẽ sententię latæ iam truncum capite uideat,uoueat sanctum Christi sepulchrum se aditurum, uel in aliqua religione professionẽ emissurum, uel ecclesiam ædificaturũ,seu in pauperes patrimonij partẽ erogaturum,si enim uoti compos euadat.Deo persoluere,quòd promisit (si ęternam damnationis salutem euitare uelit) tenebitur.

LICENTIA TESTANDI, ET spoliorum concessio.

Clericus, siue prælatus de bonis acquisitis, siue mobilibus, siue immobilibus, ex hęreditate,artificio, uel doctrina,ad libitum testari,& de illis disponere potest,& in illis habet etiam hæredẽ ab intestato non secus ac laicus. c.1.& 2.12. q.3.c. quia nos,&c.relatum.2.uer.cęterum, quę ex hæreditate,& c.requisisti,ante fi.de test.Iac.Butrig.in l. 2.ad fi.C.de epis.& cle.auth.licentiam.& ibi Bald. nu.1.& seq.C.eo.Alex.consi.101.super primo.nu. 1.& seq.uol.7.

De acquisitis uerò per ecclesiam, seu ecclesię intuitu de iure testari non potest, pręalle.c. 1.c.cum in officijs,pręalle.c.quia nos,& c.relatum.de testa. Phil.Fran.super rub.de testamen.libro 6. Hostien. in sum. de pecu. cleri. §. quot sunt. & Cardinal. in rub. eod. titul. uersiculo, sed quo ad clericos.

In dubio autem,an bona per prælatum, seu clericum acquisita pręsumantur esse de bonis ecclesię an prælati,seu clerici, Doct.in locis supra adductis diuersimodè loquuti sunt: mihi placet illa distinctio, ꝙ aut constat clericum habuisse proprium tẽpore promotionis,aut cõstat nõ habuisse,aut dubitatur: in primo membro pro clerico, seu prælato, & pro ualiditate eius testamenti iudicandum sit: in secundo,& tertio membro pro ecclesia,& siccõtra testamentum,ita uidentur concordari posse omnia iuta suprà adducta, & hęc distinctio uidetur ex mente.c.1.& 3.de pecul. cleri.facit Lap. alle. 113. nu.1.

num.1.versi. pro declaratione huius materiæ. Pro præmissis omnib. videantur consi.20. punctus quidam Franciscus, Benedicti de Bene. qui vulgo Capra nuncupatur in 1. quæsito. Abb. in c. cum esses. post nu.24. ver. Quòd aut dubitatur an illa de quibus est contentio. de test. consi. Lud. Ro. 159. super eo, & consi. Soci. 216. accuratè, vbi etiam concordat opi. li. 2. Videatur omnino Dec. Paleot. 229. incipiẽs, Mortuo Episcopo Cõstantiẽ. vbi etiã de spoliis vel non spolijs episcopis defuncti.

Defuncto prælato, præsbytero, seu clerico beneficiato cui de iure ecclesia uel futurus prælatus, vel beneficiandus succederet. c.1. de testa. in fin. c. hæc huius iun. gl. in ver. conseruare. c. illud cum glo. in ver. successoris. c. nõ liceat 12. q. 2. c. psenti. de offi. ord. li. 6. c. quia sæpè, post prin. de electio. eo. libro. vel aliquando illi, pro parte heredes, ad ea, quæ latè adducit glo. pragm. de Annat. §. Item quòd si ecclesia, in ver. acquisitos, Camera Apostolica. in locum ecclesiæ succedit in bonis, quæ spolia uocant, prout in c. sicut dignum. §. eos insuper. de homi. Rot. Bisi. vni. de solutio. in antiquo. incipien. cum Camera Apostolica recipit spolia, & est eadem cum illa in anti. 855. Bell. dec. pe. incipien. si rector. colum. 3. versi. item quia vitas. Et quòd Papa bona huiusmodi quæ aliàs futuris beneficiorum successoribus reseruanda essent, decernere possit ad se pertinere, & decernat, vide D. meum consi. 157. quæritur, ante nu. 2. vers. Et hoc facere consueuit in bonis Cardinalium, & post num. 3. versic. Nam Papa concedendo potestatem testandi in talibus bonis, quæ ad ipsum solet pertinere. Commissarius Apostolicus, seu ab eo substitutus, vel collector bonorum mobilium, & immobilium, possessionem asse qui solet non expectata declaratione an defunctus testamentum condiderit, & an illud facere potuerit, vel super quibus bonis disponere potuerit, & disposuerit, consanguineos, siue defuncti hæredes, si quid prætendunt, contra cameram agere, seu experiri necesse est. Qui mos antiquus est. Cardi. Zabarella in c. nisi, ver. intueri. in 3. not. de renun. Et ꝙ Camera hodie succedat etiam suffulta quadam cõstitutione Pauli vt testatur dignissimus Cardinalis Paleot. in eius Dec. 27. incip. Rogatus fuit. circa princ. Verum nunc. nemo de hoc dubitat.

An credendum sit prælato dicenti se de bonis proprijs emere, etiam si haberet industriam? Pro negatiua citatur Abb. in alle. colum. 3. de pecu. cleri. ante nu. 4. ver. Et hoc intelligo etiam si prælatus emerit. Contrarium tenuerunt Alex. consil. 116. lib. 3. & Sozzi. consi. 91. colum. 4. lib. 3. ex quo nemo præsumatur immemor salutis æternæ. Verum dictum Abb. intelligi pst iuxta ea quę immediatè dixerat, quando prælatus non conficiebat rationes, & promiscuè vtebatur redditibus ecclesiæ cum patrimonio. Quo verò ad principalem illationem Abb. Rota sequi visa fuit opin. Alex. & Sozz. præmissam, quando ex patrimonio, uel industria prælatus, uel beneficiatus id poterat probabiliter acquirere, ex quo potest clericus viuere de bonis ecclesiæ, & patrimonium, vel lucrum conseruare, Inno. in c. episcopus, de præb. quem sequũtur Host. & Abb. ibidem ac Sozz. d. consi 91. Et quòd stetur dicto prælati dicentis se emisse nomine proprio quãdo ante pmotionẽ habebat bona, vel post pmotionem exercitium. voluit Innoc. d. c. 3. in fi. de pecun. cleri. Pro quibus videnda est Dec. And. Gãba. 53. incipiens Die 19. octobris præsertim, col. 2. ver. In quantum tamen videtur concludere Abb.

Spolia, de quibus tractamus, ut ex pmisis colligi potest, dici possunt quæcunque bona per prælatum, seu beneficiatum ex fructibus beneficiorum, vel intuitu ecclesiæ acquisita, quæ superfuerunt tẽpore illorum obitus, vel etiam eis debita, vel quæ peti poterant, tam huiusmodi puta fructus, percepti ex prædijs ecclesiarum, quàm fructus decimarum, ac census, & alia percepta intuitu ecclesiæ, prout etiam per Guid. Papæ alle. decis. 110. & per Steph. Bert. cons. 21. viso casu, in primo dubio. li. 3. in primis.

De spolijs in alia significatione habemus tex. in l. diuus. versic. spolia quibus indutus est quis cum ad supplicium deducitur. ff. de bo. damna. M. Tullius pro Roscio Amerino. Cruenta spolia cuipiam detrahere. Vir. 4. Aeneid. Egregiam verò laudem & spolia ampla refertis. Psal. 138. Lætabor supra eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Psal. illũ de spolijs nostris loqui sentit Gui. Papę deci. 110. versus fi. quod ego non probo.

Amplio, ꝙ non solum Camera, seu Papa succedat in spolijs, seu bonis beneficiati defuncti, sed ꝙ etiam hodie percipiat fructus quorumcunque beneficiorum vacantium, etiam manualium, gloss. in cle. vni. de supplen. negli. præla. post medium versi. vnde & hodie Papa, qui recipit fructus vacantium, recipit fructus talium &c. & postea versicu. & ob hanc causam si assisterem Papæ consulerem declarari &c.

Aliquando familiaris Papę, vel aliàs gratus bona prelati, seu cuiusuis beneficiati defuncti sub spoliorum nomine impetrat, & sic in locum Cameræ Apostolicæ sufficitur, in forma motus proprij, seu per supplicationem, super quo breue plerunque expeditur.

Qui spolia huiusmodi impetrant, parum differunt à delatorib. de quib. in l. 2. & l. deferre. ff. de iu. fi. & in l. nec supina. ff. de iu. & fac. igno. vel quadruplatoribus. i. his qui pro delationis pręmio quartã partem in bonis delatorum consequebantur, de quibus apud Cic. in Verrem actio 3. sub ijs verbis. Quis detulit? nemo, nisi fortè existimatis ei quadruplatores ad fretum pręsto fuisse. Seu a sectoribus, ut apud Cice. in 2. Philip. Et eius uiri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse facere. De omnib. istis uidere est p Bud. in Anno. pandect. super dicta l. nec supina. quàm declarat in l. plurimum eo. tit. de iu. & fac. igno. ubi inter alia dicit, tales, qui delationibus faciendis, cõfiscationes à principibus impetrant, homines interdum insontes fortunis omnibus euertere. Sæpè ego audiui spoliorum (de quibus loquutus sum impetratores, etiam prælato semiuiuo in bona, & consanguineos prelati more ferino sæuisse.

Spoliorum defuncti concessionis formula hæc est. Motu proprio &c. dilecto filio N. familiari nostro continuo commensali, vt decentius sustentari valeat, de aliquo subsidio prouidere volentes, omnes, & singulos fructus, pecuniarum summas, iura, actiones, bona mobilia, & immobilia vbicunque existant, & in quibuscunque rebus consistant, ad quondam P. dum viueret, clericũ &c. de pñenti mense vita functum spectan. tpe sui obitus, etiam debitorum nomina, & alia p eum acquisita, & quo modocunque tpe obitus eiusdem relicta, seu dimissa, etiam per Q. eius fratrem, tam ante, quàm post eius obitum quouismodo occupata, ablata, extracta, & trãsportata, etiam si ad nos, & Camerã Apostolicam, mediate, vel immediatè pertineant, quorum qualitates, quantitates, denominationes, & valores haberi volumus pro expressis, eidem N. gratiosè damus, concedimus, & elargimur, ac donata concessa, & elargita existere, & ad eum pertinere, ac sibi integrè tradi, & relaxari debere, eumque illa exigere, & legitimè recuperare in iudicio, & extra, pro illis agere, & expediri, ac veluti, & prout de proprijs bonis disponere, omniaque alia, & singula facere posse in præmissis, & circa ea necessaria. Et ita iudicandum fore &c. Districtius inhibendo &c. Irritum &c. Non obstantibus &c. et dispensationib. & indultis per eundem defunctum, nisi forsan sufficiẽti à sede Apostolica suffultus esset obtẽtis &c. & cum absolutione &c. Et de concessione, elargitione &c. Et cum opportuna exequutorum deputatione, qui assistant, etiam sub censuris, cum facultate aggrauandi &c. Et quòd præmissorum &c.

Addit aliquando Signatura clausulam limitatiuam, videlicet [Et vsque ad summam, seu valorem quingentorum ducatorum] ne sub prætextu incertæ quantitatis, seu valoris, Papa, seu Camera decipiatur, & defraudetur, putans ꝙ spolia sint parui momenti, & tamẽ magni sint valoris, & sic vnus sibi stipendia plurimorum vendicaret, contra tex. in c. quia nonnulli de cleri. non resid. & Papa valorem spoliorum ignorans non posset ea iuxta personarum qualitatem distribuere, & sic ille, qui paruo contentus esse deberet, facilè ditissimus efficeretur contra ea, quę in simi. notat Abb. in c. ad aures, ante nu. 5. de rescri.

Illa clausula ad fi. præmissæ formulæ concessionis spoliorum & in nonnullis alijs rescriptis, poni consueta, videlicet (Et ita iudicandum fore.) seu (Et iudicari debere &c. Sublata aliter iudicandi facultate &c.) magni est effectus, & operatur vt imponatur necessitas iudicibus iudicandi, & si aliter iudicauerint, inualida sint iudicia, & inde secuta, prout etiam declarat Caro. Rui. consi. 76. primo est, post nu. 6. ver. & eadem intentio, vol. 5. Paris. consi. 5. vnio istius, post nu. 133. versi. & quia ipse Leo X. & consi. 38. licet, nu. 7. vol. 4.

Si bona ecclesiæ intuitu acquisita sint, prælatus, seu beneficiatus de illis testari non poterit, nisi in casu Bullæ Sixti, & Leonis, vtramq; inuenies post 6. lib. statutorum, seu post librum Reformationum vrbis, sub titulo, Bulla testandi, ædificandi &c. Et illius bullæ primæ Sixti IIII. continentia, & substãtia inseritur in illa Leonis X. quæ est ad perpetuam rei memoriam, & incipit, inter curas multiplices.

Vel nisi sit ex officiariis Ro. Cu. quoniam aliqui ratione suorum officiorum testari possunt, prout sunt Milites S. Petri, inter quos ego sum, similiter scriptores Apostolici, & quidam alii.

Cæteri facultatẽ testandi impetrare debent, quæ aliàs indifferenter cõcedi solebat, & si ultra formã Quinterni Cancellariæ, quæ extracta fuit ex c. relatum 2. de testa. soluebatur compositio regulariter ad rationem decem pro centum.

Verum dubitant aliqui, an Papa àrbitrio suo clerico testandi licentiam ve bonis quæsitis intuitu ecclesiæ concedere possit? Abb. in reper. c. cum esses, col. pen. ante nu. 22. concludit pro negatiua, per rationes, quas ibi adducit. & cum Abb. residere vr̃ Fel. in c. consti. nu. 20. de rescr. Ias. in l. & militibus. colum. 1. ver. præterea est dubium. C. de mil. test. Idem voluit Barb. in c. cum in officijs. col. 5. de test. Et idem Barba. in tract. de præstan. Cardi. p. 1. q. 4. voluit licentiam hanc testandi à Romano Põtifice concessam clericis de redditib. beneficiorum, esse intelligendã ad pios usus nõ aliàs. Contraria opin. & sic affirmatiua est vera, & cõis, pro qua sentire inuenies Oldr. si subtiliter eius verba, & mentẽ perscrutaberis, cons. 243. quæritur vtrum, in positione tertii quæsiti, iun. resolutione, de qua nu. 3. ver. ad tertium. q̃rit i pse inter alia, an epus cui per statutum licebat vsq; ad mille de bonis ecclesiæ testari, dicti statuti mẽtione nõ facta possit ex priuilegio Papæ ultra dictam summam testari? Concludit priuilegium non esse subreptitium pp non expressionẽ statuti prędicti, supponit ergo Papam testandi priuilegium huiusmodi concedere potuisse. Hãc opi. affirmatiuã expresse tenuerunt Alex. consi. 101. volum. 7. Idem in alle. l. & militib, nu. 3. versi. & facit ꝙ si Card. C. de mil. test. D. meus qui eam cõem testatur consi. 157. quæritur. col. 7. ver. licet. n. non sit disputandum. & hoc idem tenuerunt alij, quos infra citabo, ver. aduertendum tamen est, qui etiam loquuntur in fortiorib. terminis, videlicet in licentia testandi monacho concedenda.

Indultum huiusmodi testandi a Papa concessũ debet intelligi, secundum ius cõe, & sine præiudicio alterius, ad l. si quando, & ibi per Bal. C. de inoffic. test. & in proprijs terminis conclud it D. meus præalle. consi. 159. col. 2. versi. Tamen tale priuilegium, & post nu. 4. ver. & priuilegium testandi.

Cardinales an testari possint licentia non obtenta, & quid in Cardinalib. religiosis, quid in secularib. Videatur Host. in sum. de pœn. & remiss. §. cui confitendum, ver. cui Cardinales. Bald. in alleg. l. si quando. C. de inoff. testa. Alex. consi. 101. Domini, uol. 7. Illustr. & præclar. Card. Hier. Alba. in tract. Card. q. 48. Glo. pragma. tit. de num. & quali. Card. §. sint viri, in ver. morib. cum addi. Probi. Et quod non possint, supponit D. meus præalleg. consi. 137.

Cardinali licentiam testandi petenti concedi vidi, quòd testari, seu aliàs disponere possit etiam in articulo mortis, de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus, castris, villis, palatijs, domibus, prædijs tam vrbanis, quàm rusticis, alijsque omnib. tem-

tpalib.ac iurisdictionalibus cuiuscunq; qualitatis,
quantitatis,valoris, speciei , pretij , & conditionis
existentib.debitorũ nominib.iurib.& actionib.tam
rõne tituli, quàm aliarũ quæruncunque cathedra-
liũ,ẽt metropolitanarum,necnon monasteriorum
prioratuũ, dignitatũ , cæterorumque beneficiorũ
ecclesiasticorum cum cura,& sine cura secularium
& quorumuis ordinum regularium, quę ex quib.
~vis concessionib.& dispositionib. apostolicis in ti-
tulum,commendam,& administrationem,& aliàs
quomodolibet obtinuit,& obtinet,ac in posterum
obtinebit. Nec non fructuum, reddituum,prouen
tuum ecclesiasticorum , ac pensionum annuarum
super similib.fructib.redditib.& prouentib.sibi re
seruatorum,&~ assignatotum, ac reseruandorum,
& assignandorum. Nec non emolumentorum quo
rumcunq: officiorum Ro.Cur.per eum pro tpe ẽt
tã ex indulto Apostolico obtentorum,q̃ suis indu
stria,laborib.ac aliàs ~vndecunq; acquisitis, & ac-
quirendis,& quæ ad eum quauis occasione,vel cã,
seu contẽplatione pro tpe prouenerint, ẽt si in pe-
cunia numerata, iocalib.gemmis,alijsq;prætiosio-
ribus rebus consistant. Nec non domesticę cappel-
læ,quam nunc habet, & pro tempore habebit,or-
namentis,& paramentis ac alijs quibuscunque re-
bus suis in dicta curia,& extra vbilibet etiampenes
eum ecclesias,&beneficia ipsa adhuc existẽtib.quo
rum omnium qualitates , & ~veros etiam annuos
valores,ac si specifice,& sigillatim exprimerentur,
& demonstrarentur,ẽt si talia forentquæ in genera
li appellatione bonorum , & suppellectilium non
~venirent,seu specialib.indigerent vocabulis, præ-
sentibus pro sufficiẽter expressis,& declaratis habe
ri placeat. Ac etiam de ipsis prouentib.& pensioni
bus debitis,& debendis , & nondum perceptis , &
exactis, etiam si earundem pensionum solutionis
termini nondum aduenerint pro illa rata,pro qua
sibi tam tempore conditi per eum testamenti, seu
alterius dispositionis,quàm obitus sui si non non-
dum decessisset,debitæ essent,tam pro decentib.&
honestis impẽsis funeris sui,quàm etiam remune-
ratione illorum,qui sibi viuenti seruierint,etiã ~vl
tra seruitij meritum. Ac in suorum fratrum,consã
guineorum,affinium,nepotum,&germanorum,ac
aliarum personarũ,etiam extranearum, ac de iure
incapacium,prohibitarum,&quomodolibet repro
batarum. Nec non communitatum, vniuersitatũ,
collegiorum,& aliorum etiã priorum,& non piorũ
locorum fauorem,ac in pios, & non pios vsus, &
aliàs pro suo arbitrio, & voluntate absolutis ; tam
donatione inter ~viuos, quàm causa morris,ac per
~viam testamenti,codicillorum,fideicommissi,lega
torum , & alijs quibuscunque modis , & titulis,tã
~verbo,quàm scriptum,etiam minus solemni, etiã
coram duobus,~vel tribus testibus tantũ,aut sche-
dula manu sua subscripta,& aliàs in omnib. & per
ómnia prout sibi videbit,etiam in dicta curia,& in
mortis articulo,ẽt nulla facta mentione præ sentis,
vel aliarum sibi pro tempore concessarum faculta-
tũ. Aut ꝙ in vim illarum testari,vel disponere velit
vel intendat etiam semel,& pluries vsque ad quan-
cunque summam,quantitatem,&valorem,quantũ
libet grãdem,& notabilem testari,ordinare,statue
re,& disponere: illaque donare,legere,ac aliàs pro-
ut sibi videbitur distribuere, ita ꝙ quicquid per eũ
gestum,ordinatum, seu dispositum erit omni me-
liori modo, & in vim simplicis distributionis , va-
leat,& obseruari omnino debeat. Ipsaque testamen
tum,dispositiones,ordinationes,donationes,lega-
ta,& statnta,etiam pluries,ac toties quoties sibi ui
debitur,moderari,limitare , & reuocare , ac etiam
denuò edere libere, licitè valeat. Et nihilominus si
contingeret ipsum ab intestato,& sine ulla bonorũ,
rerum,ac fructuum,reddituum, & prouentuũ præ
dictorum dispositione decedere , ꝙ illa omnia , &
singula non ad cameram Apostolicam,seu suos in
dictis beneficijs successores pertineant,sed inter hę
redes,consanguineos , & familiares suos, arbitrio
trium Cardinalium &c. distribuantur, nisi de alia
dispositione,vel intentione sua, etiam uerbo , ~vel
scriptura etiam minus solemni,~vel efficaci suis ap
pareret,quam tũc veluti efficacem ipsi tres Cardi-
nales,aut alij iudices, uel exequutores pro tpe exi
stentes, oĩno exequi,& adimplere, illiq; se confor-
mare in oĩb.& per omnia debeant,plenam,& libe-
rã auctoritate Apostolica cõcedere facultatem. Ac
solemnitatũ tunc forsan omissarũ,nec nõ substãtia
les,aliosq.oẽs,& singulos iuris & facti defectus &c.
Ac decernẽdo ~valida &c. Nõ obstan. Alex.VI.ter
tiam partem omnium bonorum de quibus ꝑ qua-
scunque personas vigore facultatum eis concessa-
rum testari,~vel aliàs disponi contingeret dictæ ca
meræ Apostolicæ deberi disponente , ac Pauli III.
& Iulij etiam III. Ro.Pontifi.prædecessorum no
strorum,& super fructib.reddilib. & prouentib.ec
clesiasticis,& pecuniarijs tpe non exactis,spolijsq;
prælatorum & clericorum pro tempore decedere.
Nec non alijs per alios quoscunq; Rom.Pont.etiã
paædecessores vestros, ac etiam per S.V. & sedem
præfatam quomodolibet editis, & edendis, aiijsq;
Apostolicis & prouincialibus &cæt. Nec non
quaruncunque ecclesiarum ordini. &c.ac varium
locorum &c.

Per formulam præmissam, & clausulas in ea po
sitas infinita dubia tolluntur,& inter alia illud , an
licentia huiusmodi testandi per Papã ẽt Cardinali
li concessa,restringatur ad primum testamentum,
quod videretur , ex quo priuilegium hõi est odio-
sum,prout per Abb.in Repe.c.cum esses, col. pen.
de test.& per D.meum infra citandum,ac in dispo
sitione odiosa semper sit restrictio ad primum actũ
prout in simi.dicimus de dispẽsatione,iuxta tex. in
c.non potest.§.1.de præb.lib.6.Arch.in c.1. in fin.
de fil.præsby.co.li.& in proprijs terminis nostris
concludit præceptor meus D.Phil Dec.consil.512
quod incipit.cum Reueren.Soc.Iun.consi. 89. nu.
27.& seq.li.1.Cur.Iun.consi.178. habita diligenter
versus fi.vers.si ergo debemus in proposito nostro
dicere, ꝙ talis licentia testandi. Tiraq.in l. boues.§.
hoc sermone.in 1.reg.nu.12.ff.de ~verb.sign. Vide
tamen Alban.in tract.de præstan.Cardin.q.98. &
Rolan.consi.99.nu.28.& 33.lib.2. In indulti autẽ
formula ut ad oculum ostendo,præmissa difficul-
tas remouetur.

Alia etiam ambiguitas tollitur, videlicet an data licentia restandi alicui, idem virtute licentię huiusmodi possit codicillari, in qua Soc.consi.13.prę sens, num.12.& seq.lib.1. propter odium licentiæ huiusmodi concludit pro negatiua contra regulã illam, ꝙ qui testari põt, poterit & codicillari.l.2.ff. de legat.1.& ibi latè Rip.nu.2.l.diuus.§.codicillos & l.conficiuntur.§.1.de iu. codicil. Et communior videtur testamenti appellatione contineri codicillos. Doct.in l.1.ff.de test. Torniel. super rub.ff. de leg.1.nu.1. & cum Socin. vbi supra concludit, & residet. D.meus.consi.512.col.1.ad fi. Quæ etiam opin.affirmatiua comprobatur ex illa iuris conclusione, ꝙ isti casus testandi, & codicillãdi de iure antiquo æquiperati sint.l.sciendum.ff.de lega.1. l.1. ff.de tut.& ratio.distra. vnde quod de nouo in vno casuum ex æquiparatus statuiuit iuxta legem antiquam intelligi debet. Barto.in l. Marcellus.in prin. ff.ad trebel.& in authen.sed cum testator.C.ad leg. falcid.gloss.in l.quod verò.ff. de legibus. Immo ẽt ꝙ codicillus non sit species testamenti idem cũ Socin.concludunt Moderni Fontellaten.in tract. de Notis Crauet.li.3.cap.6. per totum, præcipuè nu. 13.& nonnulli Doct.in alle.l.2. ff. de lega.1. Idem quod præfatus Socin. voluerunt alter Socin.Mar. Iun.consi.89.& nouissimè D. Barth.Romul.Florẽ. in Academia Ingolstadien. legum professor ordinarius primarius in alle.l.sciendum. num.12.& sequen. qui postea nu.15. & seq. subtiliter ostendit posse facile opin.affirmatiuam sustineri, ea præsertim ratione, ꝙ facultas testandi, & disponendi in vltima voluntate sit iuris publici, & a iuregentiũ cognita: Iniquumque leges clament auferre alicui liberè in suprema voluntate disponendi, ad l. non vsque adeo.ff.si quis a paren.su.manu.l.ex facto.& ibi Doct.ff.ad trebel. Alia etiam dictus Romul. ibidem adducit que videri poterunt. Iuxta formulã præmissam poterit etiam codicillari, & alia plera que facere quæ aliàs vel non posset, vel dubium esset an posset. Hæc pragmatici nostri Romani cõmuniter ignorant, & casu quodam formulas suas conficiunt, vel alibi repertas ad literam transcribunt, quo fit vt plerunque rescripta impetrantes ob pragmaticorum inscitiã, desidiam, & ignauiã, operam, & impensam perdant. Non loquor de doctissimis, & oculatissimis D. Abbreuiatoribus, & nonnullis alijs, quorum studijs, & dignissimis laborib. Ro.Cu.eiusque stylus instar fulgentissimi sideris corruscat.

Eremitæ an licentia testandi indigeant, videamus. Pro opin.affirmatiua pondero ꝙ eremus, siue ἔρημος solitudinem significat. Et eremita dr̃ quasi separatus ab hominum consortio, vt voluerũt Host. in sum.de hæret.& Archid in c.hæret. 24.q.3. sequitur Pau.Ghirlan.in tract.hęreti.q.1.nu.4.versi. inde dicitur etiam eremita, monachus item, siue μόναχος, solitarius dicitur, & μόνος vnus, seu solitarius.c.placuit 1.& 2. 16.q. 1.cum igitur eadem deriuatio, seu denominatio competat eremitæ quę monacho, idem iudicandum est de vtroque. Et monachos & eremitas æquiparat gloss.l.2.in versiculo, non possunt.ff.de in ius vocan. Et ꝙ eremitę personæ ecclesiasticæ dicantur, est tex.in cap.cum monasterium.ibi. In quendam, qui cum fratribus tuis in eremo est laudabiliter conuersatus, & ibi Innocen. concludit eremitas esse personas ecclesiasticas. de electio.c.qui verè, cum glo.16.q.prima. Pro opi.negatiua ꝙ eremitæ hac licentia testandi non indigeãt & sic liberè testari possint, habemus exẽplum Pauli primi eremitæ, qui testamento reliquit colobium suum Athanasio episcopo, tunicam verò beato Antonio, 19.q.3.c.perlatum.§.econtra Paulus, vbi gl. notat ꝙ eremitæ habent propria. & idem cõcludit Abb.in c.2.nu.decimo, de fo.comp.vbi latè Fel.nu. 5.ver. Eremitæ sunt de foro ecclesiæ, & ante ipsum (de quo tamen ille mentionem non facit) latius tractauit Mar. Soc.in c.primo, nu. vndecimo. & seq. in 8.Declara.cum aliquib.seq.eo.tit. vbi de eremitis fratrib.& sororib. tertii ordinis, & pœnitentib. Iesuatis, & alijs. Quantum ad rem nostram attinet eremitæ magis videntur laicis æquiparari posse, q̃ clericis secularibus, seu regularibus: est uerũ ꝙ non sequitur, eremitæ possunt tenere propria, ergo testari poterunt, clerici enim seculares habent ꝓpria, testari tamen indistinctè non possunt vt supra ostẽdi. Hæc tamen sola qualitas quòd sit eremita, non operabitur ꝙ testandi licentiam impetrare teneat.

Formulam ordinariam facultatis testandi, cum clausula per signaturam addi solita videlicet. Volumus autem, quòd in dicti prioratus, seu pręposituræ, & aliorum beneficiorum dispositione, bonorũ iuxta quantitatem residui erga ipsum prioratum, seu præposituram, & alias ecclesias, à quibus illa percipisti, te liberalem exhibeas, prout conscientia tibi dictauerit, & animæ tuæ saluti uideris prouicendum, ponit And. Barba. consilio trigesimotertio. Clementissimi Dei.colum.prima.lib. primo, versiculo, Stat modo difficultas in gratia, & ibi latè disputat super illa Additione ad effectum irritandi testamentum: Meo tamen arbitrio nimis rigorosa, & aspera est eius sententia contra testamentum de quo ibi.

Formula melior, tutior, ac potentior est illa, quã supra extense posui, ꝙ si eam, quæ regulariter concedi solet, scire desideras, lege hãc quam tibi breui sermone hic subijcio. Tibi vt de oĩb.& singulis pecunijs, & mobilibus, ac immobilibus bonis per te ratione N. & M: ecclesiarum, & quoruncunq; aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per te nunc, & pro tempore obtentorum, & eorum fructuum &c. acquisitis, & in posterum acquirẽdis, quęcunque, quotcunque, & qualiacunque, & vbicunque sint, ac in quibuscunque rebus consistant, tam in uita, quàm in ultima voluntate inter consanguineos, & quascuuq, alias personas prout tibi libuerit, vsque ad summam mille ducatorum auri de camera, de reliquis verò bonis tuis undecunque non tamen ꝑ ecclesiam, seu ecclesias, aliàs licitè acquisitis, & acquirendis, & ad te pro tempore spectantib. testari, codicillari, & aliàs de illis pro libito tuæ voluntatis tã in vita, q̃ in vltima voluntate tuis præfatis disponere, illaque donare liberè, & licitè possis & valeas apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus &c.

Alia

Alia circa hanc licentiam testandi vide per Staphil.super sign.fo.187.in fi.ver.solet etiam per breue,& per Sarnen.in tract. Breuium, nu.16.ver.Facultas etiam testandi.

Aduertendum tamen est, ꝙ supponunt difficilius,& magis limitate religiosis facultatem testādi concedi.ad Rot.Bellame.247.Frater minor.Socin.consi.13.lib.1.Barbat.in c. cum in officijs, col.penul.de testa.Et tunc cum clausula. [Et de licētia superioris.] Arg.tex.in c.ad monasterium.de sta.regula.Staph.super signa.fol.18.col.i.Et quod Papa etiam monachis testandi licentiam dare possit,voluerunt Bal.in l.certum,post nu. 24. C. vnde legi. versic.Illud non est.idem Bald.in l.si quando.in 2.oppo.uer.& ex lege ista.C.de inoffi.testa.& in authen.nisi.nu.23.C.ad trebel.Soci.consi.13.præsēs post nu.12.cum pluribus seq. li.1. Ias.in auth. ingressi nu.11.in 1.limi.C.de sacro. eccle. Caccialu. pensi.q.19.in fi.Phil.Fran.super rub.de testa. li. 6. D.meus consi.512.cum reueren. col.1.ver.quibus tamen.Rebuf.in praxi.de Refor.mistis,nu.2. Hodie monachis testandi facultas denegatur.

Occurrit pulchrum dubium ,an testamentum factum ante licentiam obtentam subsistat,plura ꝓ vtraq. parte adduci possent, & inter alia discutiendum veniret,an habilitas superueniens respectuali cuius actus,seu effectus procedendi, ita operetur: cum superuenerit,sicut si à principio ad fuisset, super quo plura scripsi in 12.q.18.Reg. hic conclusiue loquor,& teneo concessionem,seu indultum respicere,seu validare testamētum iam factum , ꝓut in terminis nostris voluit Alex. Post Paul. Cast. in l.vt militib.in prin.C.de mili.test.& voluit in simili Gemi.in c.vni.col.2.in prin.de exces.præla.li.6. Indultum concessum fratrib.de obseruantia.Bon. vt possent ædificare ecclesiam in monte,extendi ad ecclesiam iam ædificatam. Et dixit Bal.in l.fin.col. vlr.D.de sent.quæ sine cer.quāti.ꝙ si testator legat centum Bertę maritandæ,& ipsa iam maritata erat tpe testamenti,ꝙ sibi debentur illa centum per l.si iam facta.ff.de condit.& demon.& concludit Pau. Cast.in l.si quis filio.§.irritum.ff.de inoffi. testam. ꝙ si data sit licentia alicui,vt faciat molendinum in flumine publico,si ille habebat iam factum,potest illud retinere virtute illius concessionis. pro quib. videatur Barba.in c.constitutus, pen. & vlt.col.de rescri.& Fel.in c.quoniam,col.12.de consti.& Hippol.de Marsi.qui loquitur in proprijs terminis nostris in l.quæstionis habendæ,nu.45.& seq. ff.de q.

Disputatum fuit in Rota 25. Octobris 1566. prout Dec.Paleot.27.incip.Rogatus fui vt ponerē an ex priuilegio Mōtis Iulij Anconæ possent hæredes ab integro consequi pecunias depositas super eodem Mōte a quodam clerico beneficiato? Nam cum quæsita a clerico præsumantur de bonis ecclesiæ comparata.glo.in auth.licentia.c.de epi.& cleric.Abb.in c.1. in 4. not. de testa. volebat Camera Apostolica via spoliorū has pecunias habere mortuo clerico,ad Rot.in anti.855.& ad alia supra adducta. Hæredes defendebant se ex priuilegio illius Montis,contra quod replicabat Camera, ad tantū sibi concedi vt possit vnusquisque ex pecunijs depositis sibi fructus licitè assequi absq; vllo consciētiæ scrupulo,alioqui vsura fuisset.Verum id intelligi de pecunijs proprijs,non alienis, prout sunt clericorum,quæ post mortem eorum non transeunt ad hæredes.gl.in c.præsenti.de offic.ordi.li.6. Nec enim verisimile est tā grauiter pręiudicare voluisse iuri ecclesiæ,ac quasi occasionem dare clericis expilandi bona ecclesiarum,vt eas conuertant in hos census,vel redditus Montium,ac transmittant adhęredes. Sed quoniam intelligere hoc priuilegium in pecunijs tantum proprijs videbātur supervacanei versiculi,& clausulæ ibi positi,cum satis certum sit pecunias proprias hęredib.acquiri,Rota conclusit in fauorem hæredū ex plurib. causis,sed præcipuè quia verba priuilegij sint adeo ampla, vt omnem tollerent dubitationem,& nonnullæ clausulæ in eo essent superfluæ,nisi id ita intelligatur,& ita post tertiam consultationem fuit in hanc sententiam deuentum .

INDVLTVM PERCIPIENDI fructus in absentia.

ABsens à beneficio fructus percipere non debet,arg.tex.in c.charitatem. 12. q.2. immo monitus non residens a beneficio priuatur, cap.ex tud,& c.fi.de cleri.non resi.c.fi.de rescr.li.6.glos.in ver.adiuuantur.in prin.in §. 1. & ibi Doct.Inst.de mil.test.Oldr.consi.95.art. Anch.consilio.17.super primo.deci.Nea.Affli.229. Serenissimè.Io.de Silua,de bene.p.4.q.3.& seq.Rip.in c.1.in 9.no.num. 28.de iudic.

Priuilegiatus autem a iure non residens fructus percipere poterit, puta absens pro Episcopo, seu Episcopi causa,præsentium priuilegijs gaudebit.c. scire 7.q.1.c.de cætero. c.ad audientiā.ver.decernimus,de cleri.non resi.c.fi.in fi.de verb.signi.lib.6. Bald.per illum tex.in l.iurisperitos.ver. no. ex hac lege argumentum,vbi ꝙ clericus,qui in seruitio sui prælati,ab est pro præsente habetur, nec est facienda distinctio loci.i.vbi sit.ff.de excusa.tut.

Absens similiter pro sua ecclesia fructus percipere debet.c.ex parte 2.& d.c.ad audientiam,in fi. de cler.non resi.c.vni.post medium.ibi, aut euidēs ecclesiæ vtilitas excusaret,eo.tit.li.6.Old.cons.48. ius commune,in prin.& Par.consi.31. licet regulariter,nu.218.& seq.& toto consi.vol.4.

Absens etiam pro Romana ecclesia, seu pro sede Apostolica,præsens existimatur,& pro præsente tractari debet c.cum dilectus, de cleri. non resi optimè per Old. dicto consilio quadragesimooctauo. vbi ꝙ tanto magis procedat in absentibus pro seruitio Romanæ ecclesiæ, quæ aliarum mater , & magistra est, & quæ omnium ecclesiarum curam gerit.Fede.de Sen. consil. 246. de iure communi, post medium,ver.item si canonicus est absens pro seruitio ecclesiæ suæ,vel D. Episcopi, uel Papæ,in reperto. post princip. in uersiculo, absens in seruitio Papæ . Ioan.And. in cap.fin. numero tertio.Gemin.numero 6.Phil.Franc.num.7.versi. quid autē si consuetudo.de consue.lib.6.Pari. consi.22.licet circa.nu.44.lib.2.

Præsens in concilio ex declaratione facta in concilio Constan. Sessio. 19. omnes fructus sui beneficij, etiam distributiones quotidianas percipiet, nõ obstantibus statutis contrarium disponentibus. Et hoc seruari vidi in persona. R.P.D. Angeli Massarelli tunc Secretarij Concilij Tridenti. nunc verò dignissimi Episcopi Thelesini, ac Secretarij dicti concilij.

Indultum fructus in absentia percipiendi impetrabunt hi, qui à iure communi desuper priuilegiati non reperiuntur, quod quidem illis concedi vidi, qui sunt in Ro. Cu. seu in studio generali morantur, vel illi, qui in altero beneficiorum, quæ obtinet, residet.

Voluerunt aliqui existentibus in studio generali non esse necessarium hoc indultum, cum id à iure illis concedatur, argum. tex. in l. quæsitum est. 1. respon. ver. Responsum est, si studendi causa misisset, non quòd de fundo eum aliorsum transferret, deberi. & ibi no. Bartol. non uideri abesse eum qui studiorum causa abest. ff. de leg. 3. similis est tex. in l. Seiæ. §. Pamphilæ. uer. Respondi si studiendi causa misisset. ff. de fun. instru. pro quo etiam est tex. l. nec non & si quis, in princ. ff. ex qui. cau. maio. l. 1. C. qui æta. & profess. se excu. lib. 10. c. de quibusdã iunct. gloss. 1. in princ. quę ex illo tex. sumit argumentum, ꝙ scholares in scholis existentes ecclesiarum suarum præbendis gaudere debent. 37. dist. Et Reipublicæ interest, vt mundus viris peritis illuminetur, ad tex. in authen. habita. C. ne fili. pro pa. & no. per Alex. & moder. in l. 1. colum. pen. ff. solu. matrim. Bar. Brixien. in q. Domini. q. 75. consuetudo erat, ante nu. 5. ver. præterea isti absentes ad vtilitatem ecclesiæ scientiam addiscunt. Boe. dec. 17. quæstio fuit. nu. 3. Rebuff. de priui. schol. priui. 29. & priui. 30. vbi latè.

Contrarium concluserunt alij, & melius, mea quidem sententia, ꝙ immo causa studiorum absentes, fructus beneficiorum percipere non debeat nisi petita, & obtenta licentia c. licet, de præben. ca. relatum, ibi, nisi forte de licẽtia &c. & c. inter quatuor. ibi tuo pręsertim non accedente consensu. & c. tuæ. ibi, quibus studiorum gratia est indultum, iunct. gloss. quæ supplet, ab Episcopo vel Papa. de cler. non resid. c. cum ex eo, de electio. libro 6. glo. fi. in c. 2. versi. nec intelligas ꝙ de iure &c. de priui. eo. lib. 6. & ex ijs, quæ subdit ibi dicta gl. colligitur, ꝙ ad hoc, vt existens in studio fructus beneficij percipere possit, vnum ex tribus requiritur, vel ꝙ ad id sit dispensatus, vel ꝙ cõsuetudo id uelit, vel ꝙ statuto ecclesiæ id cautum sit. Et ꝙ dispẽsatio super absentia causa studiorum non includat perceptionem fructuum, nisi hoc expresse dicatur. uoluit. Lap. Alleg. 58. ad seruandam, nu. 6.

Regulam Cancellarię habemus 55. iuxta ordinem antiquum, de fructibus in absentia percipiendis pro existentib. in Ro. Cu. vel studio, super qua scripsi. Et ꝙ Romæ studentes non obstante statuto ecclesię fructus percipere possint in vim priuilegij Bonifa. VIII. uoluit Oldra. consi. 117. incip. bo. me. quem sequitur Staph. super sign. fo. 99. uer. post dicta uerba. Indultum huiusmodi Boni. VIII. inuenies extensum in princip. 6. libri statutorum vrbis, sub titul. Bulla priuilegiorum Romanæ Academiæ &cęt.

Indultum habens à Papa percipiendi fructus in absentia, si sit in studio, an absque licentia sui pręlati illos percipere possit? Dec. consi. 541. Visa donatione. nu. 17. & 695. num. 25. post Card. & Imo. in c. tuæ, de cle. non resi. conludit pro negatiua. Ego opin. affirmatiuam contra præceptorem meum, ꝙ absque alia licentia fructus percipere possit, veriorem puto, saltem ex consuetudine uniuersali, iuxta quam hæc licentia in clericis secularibus nõ requiritur, quæ consuetudo valida est, Innoc. Hostien. & alij in c. inter quatuor, de cler. non resi. & c. relatũ, eo. alternatiue loqui videtur: de licentia suorum prælatorum, vel studio literarum &c.

Stante indulto percipiendi fructus in absentia, propter studium, tempus etiam interpolatum coniungetur. Ias. in l. si ita stipulatus essem abs te. num 17. ff. de verb. oblig. Quando autem tempora in quacunque materia coniungantur tracto in 13. q. 32. Reg. & in 2. q. & seq. super Reg. de Anna.

Concedi vidi facultatem rectori parrochialis ecclesiæ infirmo, vt residendo in una ciuitate pro sanitate recuperanda vsque ad certum tempus fructus dictæ parrochialis ecclesiæ perciperet: Hæc licentia iuri ciuili, & canonico conformis videtur. Infirmitatis enim impedimentum a quacunque cura excusat, & à quocunque seruitio. §. item propter aduersam valetudinem. Insti. de excu. tut. l. quæsitum, & ibi Alex. col. 1. ff. de re iudi. ca. cum in tua. qui. matri. accu. pos. Host. & Io. An. in c. non iniustè de appel.

Nec conqueri potest ecclesia si non seruiat, cum quicquid illa habet, destinatum, & deputatum sit pietati. Io. An. in c. fi. col. 2. de cler. non resi.

Canonico seni cõcessum fuit, ꝙ non teneat inter esse missæ maiori, & nihilominus distributiones pcipere, nec mirũ, quia si infirmo id indulgetur, vt ꝓximè dixi, eadẽ rõne, & seni, qui infirmo æquiparat. c. vni. ibi. [Senio, aut valetudine.] de cler. ægro. lib. 6. & poeta dixit. Pallentesq; habitant morbi, tristisque senectus. & Horatius de Arte poetica, Multa senem circũveniunt incõmoda &c. & per Luc. de Pen. in l. decurio fortunã, post mediũ, ver. qñ totius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat, dum oculi caligant, auris grauiter audit, capilli fluũt, facies in pallorẽ mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis aret, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur &c. C. de decu. li. 10.

Indultum de fructib. in absentia percipiendis, nõ se extendit ad distributiones quotidianas, quas etiã priuilegiati habere non debent, nisi diuinis intersint, est tex. in terminis nostris in c. licet. de pręben. cap. decætero, iunct. glos. fin. de cleri. non residen. c. vni. eod. libro 6. cap. fin. de rescrip. eod. libro. Old. præalle. consi. 117. post princ. ibi Quotidianis distributionibus duntaxat exceptis. Ioan. Calde. qui consuluit cum Io. And. con. vni. sub titu. de cler. nõ residen. incipien. an dispensatio, numero 2. in secũdo dub. Paris. consilio 32. licet regulariter. num. 4. vol. 4. Videantur quæ subdit Paris. in dicto consil.

quando

quando non dicantur propriè distributiones quotidianæ, & quando etiam de illis absens participare debeat.

Priuilegiatus, q fructus in absentia p bieniū, uel quinquenniū pcipere posset, per annum rescriptum non pñtauit, quęritur, an à die presentationis, an a die datę fructus sibi debeātur. Post Oldr. cōs. 56. Tullius impetrauit. Io. And. in addi. ad Spec. super rub. de cleri. non residen. versi. circa quam quero qn inci piat currere quinquennium, cum ijs quæ subijcit, concludit, q a die datæ, quam opi. sequuta est Rota in Conchen. fructuum coram bo. me. Marco Antonio Marescotto, uoluit enim vt annotatum inueni, quòd ille, qui habuit priuilegium capiendi fructus, & distributiones quotidianas in absentia, perinde, ac si esset præsens diuinis, debeat prædicta consequi a die datæ priuilegij, non autem a die intimationis. Pro hac opin. duo adducuntur, primum est, quòd ad hoc vt priuilegium operetur, sufficit quòd transeat in notitiam priuilegiati, non autem requiritur quòd transeat in notitiam eius contra quem conceditur. c. 1. §. dicebatur. de conces. præb. lib. 6. Alterū est, quòd ex quo priuilegium huiusmodi habere solet decretum irritans, illud operetur ante aliquam certificationem, & liget ignorantes etiam ante impletas conditiones. c. si eo tempore. & ibi glo. de electio. c. dudum. & c. penul. de præb. c. 1. & c. si soli. de conces. præb. lib. 6. Tamen si distributiones fuerant per capitulum bona fide distributæ, tunc contra capitulum agere non possit, ad consil. Oldr. supra adductum. Videnda tamen erit Dec. Putei 176. incipiens Franciscus de Miranda. lib. 1.

Aliquando indultum huiusmodi petitur cum clausula [Vbilibet, vel alibi residendo] Hæc verba tolli debent.

Aliquando tñ conceditur existenti in seruitio Imperatoris, seu alicuius Regis, puta Secretario, Consiliario, Confessori eiusdem Imperatoris, seu Regis, additis verbis infrascriptis videlicet [Quamdiu in seruitio Imperatoris, vel Regis fuerit] seu [durante seruitio huiusmodi] Nec mirum si talibus mos geritur, & illis aliqua a sede Apostolica conceduntur, quæ cæteris denegantur. Ratio enim est præcellens dignitas, & splendor Imperialis, seu Regius, ad tex. in l. cum multa, ante fi. ibi. Vt enim Imperialis fortuna omnes supereminet alias. C. de bo. quæ libe. & iux. illud. 1. Pet. 2. siue Regi tanquam præcellenti, & postea: Deum timete, Regē honorificate, & ad text. in c. solitæ, de maio. & obed. c. magnum, ante fi. vers. siue Regi tanquam præexcellenti. 11. q. 1. c. fi. versi. nec aliquis, de off. deleg. lib. 6. De indulto in fauorē Consiliarij Principis, in alia materia loquitur tex. in l. verum. ver. vel hi qui sunt circa Principem occupati, ut in consiliarij Menandri persona est indultū. ff. de mino. l. iurisperitos, in prin. ff. de excu. tut. Nic. Boer. decis. 17. quæstio fuit, nume. 13. vbi de priuilegio Pij II. in fauorem Regis & Reginæ Franciæ, quòd eorum Capellani familiares, & domestici fructus beneficiorum in absentia percipere possent.

Ego tempore fœ. re. Pauli III. obtinui indultum huiusmodi pro D. Ludouico Nigro Canonico Sulmonen. familiare a secretis Illustrissimæ D. Isabellæ Columnę Principissæ Sulmonæ, & ultra stilum Ro. Cu. & alia iura ad rem meam facientia, adducebam clem. vni. de baptis. per quam solis Regibus, & principibus conceditur, quòd illorum filios domi baptizari facere possint. per quem tex. inferebam, quòd iura de Regibus loquentia, etiam in Principibus locum sibi uendicare deberent: Item quòd Principes Regibus æquiparentur. Et illam glos. clem. vni. sequitur, ad eam se remittens, Abb. in c. 1. ante nu. 3. de re. permut. Sic etiam videmus, quòd literæ iustitię sine supplicationibus expediri possunt, ad not. in cap. ad hæc, de rescrip. & in c. preterea, de confir. vti. vel inuti. & in lib. nuncupato prouinciale. fol. 14. versicu. item nota quòd literæ de iustitia, cum concedi soleant absque supplicatione &c. Limita, nisi literæ huiusmodi sint contra Reges, & Principes, seu magnos Duces, tunc enim non dantur literę iustitiæ sine signatura Papæ, prout in eod. lib. dicto Prouin. fol. 20. versi. contra Reges, & princi pes, seu magnos Duces &c. Quo fit, ut æquiparatis duobus per legē antiquam, disposito posteà super uno tantum ex ęquiparatis, censeatur etiam super alio dispositum. l. vt tantum. §. 1. ff. de ser. corrup. iun. l. si quis seruo. C. de furt. cum alijs, quæ adduco in 13. qō. Reg. de vnio. Si igitur intuitu regum hæc facultas concedi solet, ergo & principum.

Rursus dicebam, quòd dicta clem. vni. Principes ab illa regula excipiens, non poterat de aliis principibus intelligi, licet glos. & ibi Docto. diuersas dent interpretationes, quam de principibus aliquarum prouinciarum sic nominatis, sub quib. uenient princeps Sulmonæ, princeps Bisignani, Stilani, & similes, & glos. prædicta iuxta hunc intellectum dat exemplum in principe Achaiæ, & similibus. Et glo. illa, quæ singularis, & no. est, in illa opin. residere ui detur, quòd princeps ibi accipiatur pro habente secularem dignitatem, seu potestatem, & dominium, qui sit post Regem, & Regi comparandus, prout ēt declarat ibi Cardi. in 6. q. Pro præmissis est tex. in c. fundamenta. §. proinde. ibi: Vel Rex, princeps, Marchio, Dux, Comes, aut Baro, &c. de electio. lib. 6. Et sic princeps post Imperatorem, & Reges, & ante Marchionem, Ducem, Comitem, & Baronem nominatur. Ita etiam accepit Bal. in l. vni. §. an autem. nume. 16. C. de cad. tollen. ubi quærit, an compaternitas per procuratorem contrahi possit? negatiuè concludens, subdens in contrarium esse consuetudinem presertim in principibus. Pro quibus etiam, & quod principis appellatione veniat etiam Baro, & episcopus temporalem habens iuris administrationem, ui de Paris. consil. 351. ad solutionem. num. 28. & seq. volu.. Principes a nonnullis appellātur omnes Domini, qui tamen (saltem de facto) non recognoscant superiorem, quippe qui omnia facere possint quæ quiuis principes. Paris de Put. de syndi. titu. de exces. princ. & p Phil. Fran. super rub. de appell. col. 4. & nouissimè Æmilia. con. 84. circa dubium. num. 2. & seq. Exemplum ponere possumus in Illustris. Dominis Alberico Cibo principe Massę, ac Carrarię, & Thoma Malespina Marchione Villę Franchę, nō minus nobilitate maiorum, quam propria fulgentibus, & quorum proprium est omnes, præsertim non

obscuri

obscuri nominis per eorum regiones pertranseuntibus in proprijs larib. honorificè hospitari, in eosq; omnia splendidioris animi officia exercere. Principem etiam nuncupant legatum a latere. ad tex. sing. in c. si abbatem. de elect. lib. 6. & notat Barba. consil. 44. secundum ea, nu. 2.

Amplio vt etiam in materia pœnali sub nomine principis veniant principes, de quib. loquutus sum c. pro humani, ver. sacri approbatione. de homi. lib. 6. Cardi. Alex. in c. 1. 15. dist.

In priuilegijs huiusmodi derogare consueuit Signatura statutis, & priuilegijs ecclesiarum. Nec dubium est quin Papa possit singulares cuiusque ecclesiæ, & loci consuetudines tollere, ad l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de sepultu. uio. cap. 1. de consti. libro. 6. Oldrad. cons. 117. bonæ, versicu. nullum enim dubium.

Formula supplicationis facultatis percipiẽdi fructus in absentia hæc est. Beatiss. Pater supplicat humiliter deuotus illius orator. N. clericus &c. quatenus ipsum, qui sacristiam parrochialis ecclesiæ &c. obtinet, specialibus fauoribus, & gratiis prosequendo sibi quoad uixerit, vt in Ro. Cu. uel altero beneficiorum suorum ecclesiasticorum, per eum pro tempore obtentorum residendo, aut literarum studio in loco, vbi illud vigeat generale insistẽdo, omnes, & singulos fructus, redditus, & prouentus, tam dictæ sacristię, quàm quorumcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, cũ cura, & sine cura qualitercunq; qualificatorũ de iure, statuto, cõsuetudine fundatione, ac aliàs quolibet personalẽ residentiam requiren. quæ in quibusuis ecclesiis, siue locis obtinet, & in posterum obtinebit, cũ ea integritate. (Hic per signaturam addi solet. [Quotidianis distributionibus duntaxat exceptis.] Ad tex. in c. fi. ibi (distributionibus quotidianis duntaxat exceptis, de rescr. lib. 6.) percipere, cum qua illos perciperet, si in iisdem ecclesijs, siue locis personaliter resideret, & ad residendũ interim in iisdem ecclesiis, siue locis nullatenus teneatur, nec ad id a quoquam inuitus compelli possit, indulgere, sicq; per quoscunque &c. Sublata &c. Iudicari debere, irritum &c. decernere dignemini de gratia speciali. Non obstan. si dictus orator in eisdem ecclesijs, seu locis præuiam non fecerit residentiam personalem consuetam, ac fœ. re. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris vestri constitutione, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, & quibusuis aliis Apostolicis, ac prouincialibus, & synodalibus consti. & ordi. nec non prædictæ, & aliarum quarumuis ecclesiarum etiam iuramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque &c. cæterisq; contrariis quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et cum absolutione à censuris &c.

Hodie habemus cõc. Trid. sess. 6. sub Paulo III. in Decre. Refor. c. 2. contra indulta perpetua de nõ residendo, in hæc verba. Nulliq; priuilegia, seu indulta perpetua de non residendo, aut de fructibus in absentia percipiendis suffragentur, indulgentiis verò, & dispensationibus temporalibus ex veris, & rationabilibus causis tantum concessis, & coram ordinario legitimè probandis in suo robore permansuris.

Aduertant impetrantes a sede Apostolica, ut studendo possint percipere fructus in absentia, ꝙ illos non faciant suos nisi studeant, & sic non sufficit esse in loco studij, uel intrare scholas, ut multi faciũt, prout in terminis concludit Guil. de Cun. in l. nemi nem. C. de sacros. eccle. quem sequitur Io. de Plat. in l. vni. C. de collegiat. & carthopat. lib. 11. de quo per Doct. in c. 2. de priuil. lib. 6.

ERECTIONES.

Erectiones oẽs dantur cũ clausula [Et sine præiudicio] pro qua clausula ad effectum erectionũ adduco tex. in c. ecclesię antiquitus, & c. seq. 16. q. 1. c. 1. ante fi. ibi. & quia nulla ecclesia in præiudicium est alterius constituenda, de no. ope. nuncia. ca. cum olim, in fi. de elec. c. ad audientiam. 1. cum ibi no. de eccle. ædifi. extrauag. ad apostolatus, quæ est vltima. de conces. præben. Io. xxii. Card. cons. 8. quidam Syndicus, nume. 3. Guido. Papæ deci. Delphin. 360. vtrum ecclesia.

Sine præiudicio intellige de alio, quàm in gratia expresso. Old. cons. 330. ad idem, in fi. Paris. cõsil. 70. inhærendo, num. 12. lib. 1. Sarnen. in 1. q. Reg. de non tol. iu. quæsi. versus fi. Rebuf. in praxi, in for. Nouę prouisio. num. 6.

De priuilegio fratrum S. Augustini Clemen. i iij. ne liceret religiosis ædificare infra 300. cõmun. tracta. rubr. 41. inhibit. In creditore cuiusdam dignitatis non fuerat facta mentio de mansionariis, de quorum præiudicio tractabatur, fuit conclusum in nota xj. Februarij 1547. gratiam nõ fuisse subreptitiam, quia si Papæ illud dictum fuisset, non minus cõcessisset, tum attenta paruitate præiudicij, tũ quia non solet nisi fieri mentioni si de capitulo, & cuius cõsensus solus sufficit, tanquam ꝙ de alijs, qui non habent vocem non sit habenda ratio, quia Papa erigendo nouam dignitatem, quam vult de distributionibus quotidianis participare, intelligit hoc non posse fieri sine præiudicio aliorum, ideo gratia non esset subreptitia. ad ea, quæ uoluerunt Abb. & alij in c. dudum. de priuile. & Cassad. dec. 1. eo. tit. prout Dec. Peregrni Fabij 39. lib. 1. sub titu. de Erectione nouæ dignitatis incipien. proponente Domi. Prospero.

Pro noua erectione archidiaconatus sine præiudicio aliarum dignitatum apposita clausula, quòd resultaret augmentum cultus diuini, ac narrato ꝙ erectio fiebat ad instantiam Regiam. Ac non narrato, quòd in ecclesia erant viginti quatuor portionarij, & quadraginta cappellani de numero nuncupati, & an cadat subreptio uideatur Dec. Mohed. 260. incipiens, Erectio noua Archidiaconatus Palentin. Nouas dignitates solus Papa erigit ca. primo. & ibi glo. prima. 22. dist. c. cum olim. de elec. Feli. in ca. cũ accessissent. nu. 14. in 3. conclu. de consti.

Inferiorum beneficiorum erectio etiam ad Episcopum spectat cap. nemo ecclesiam, de conse. dist. prima. glo. prima. ad fi. in cle. 2. de deci. Rot. 19. quidam patronus, in anti. & 17. de præben. in antiquio.

Collecta.

Collecta.in c.pen.in prin.& Anch.in c.2.col.2.ver. quid enim refert, de institutio.

Quando quis petit in aliqua cathedrali, vel collegiata ecclesia, nouam dignitatem erigi, per eũ dotandam, ac sibi conferendam, quodque sit in illa ecclesia vltima dignitas, si concedatur, tunc addi debent verba videlicet. [Sine pręiudicio.] pręalle.c.cũ olim.in fi.de elec.] Item additur [& de consensu illorum quorum interest.]

Quando Decanus, & capitulũ supplicant, tunc signatura addit verba videlicet [De consensu ordinarij.] Et hoc vt debitus honor Episcopo, uel cuiuis ordinario deferatur, & ne sperni videatur, tum etiam quia Episcopus in sua diœcesi, uel plebe est dominus absolutus, instar diuitis regentis familiã suam, mariti regentis coniugem, & patris regẽtis prolem suam.c.duo ista, post princ. 23. q.4.ca.cum non liceat, & c.cum olim, post prin. de præscri.ca. omnes basilicæ.& c.nullus.16.quæst.7. ca.sic quidam.& c.nouerat.x.q.1.Inn.in ca.in Lateranensi. in fi.de præb.Card.in clem.1.q.14.ad fi.ut li.penden. Abb.in c.venerabilem, nu.19.de elec. non conuenit igitur aliquid graue, seu notabile in ciuitate, vel diœcesi fieri, seu mutari, ordinario inscio, & non consentiente.

Erectio non solet concedi absque causa rationabili, & vidi concedi erectionem fontis baptismalis, cuius supplicationis, & concessionis formulã extensam subijciam, vt ex illius clausularum lectura plura dubia, quæ oriri possent, tollantur.

Beatiss. Pater exponitur. S.V. pro parte deuoti illius oratoris Io. Macha. clerici Leodien. diœcesis, ꝙ cum in loco Luigni Leodien. diœcesis vltra quinquaginta habitatores Christi fidelium hominũ reperiantur, & ibidem quædam parrochialis ecclesia sub inuocatione S. Lamberti, absq; tamen sacro fonte baptismali erecta, cõstructa, fundata, ac sufficienter dotata existit, & propterea cum contingit pueros, seu infantes hominũ dicti loci baptizari, homines dicti loci pueros, seu infantes illorum ad quandam parrochialem ecclesiam loci, N. eiusdem diœcesis, ab eodem loco Luigni per spatium trium miliarium, uel circa distantem, pro baptismi sacramento suscipiendo, & consequendo, non sine graui labore, & vitæ periculo, propter quoddam flumen, seu illius decursus aquarum, quæ quandoq; abundant inter dictum locum Luigni, & parrochialẽ ecclesiam N. prædictam consisten. portare coguntur, vnde aliquando propter distantiam loci, præsertim dum flumen, ac decursus aquarum prędictarum abundant, ac nonnunquam propter tempestates calamitosas, & vim ventorum contingit pueros, seu infantes prædictos, absque sacramenti baptismatis susceptione, ab hac luce decedere, seu migrare, & in fluminis prædicti transitu periculoso frequẽter homines ibi pertranseuntes perire, ac in eodem suffocari, in diuinæ maiestatis offensam, & Christi fidelium animarum periculum, & scandalum plurimorum. Verum Pater sancte si in dicta ecclesia parrochiali Luigni vnus fons baptismalis instar aliarum parrochialium ecclesiarum pro inibi pueris baptizandis erigeretur, & institueretur, ex hoc profecto animarum Christi fidelium habitantiũ in loco Luigni prædicti saluti plurimum consuleretur, ac scandalis, & periculis obuiaretur. Supplicat igitur humiliter. S.V. Io. orator præfatus, quatenus sibi specialem gratiam faciendo, vt in dicta parrochiali ecclesia Luigni, vnum sacrum fontem baptismalem instar aliarum parrochialium ecclesiarum constituere, erigere, instituere, & consecrare, ac sacramentum baptismatis huiusmodi, quibus opus fuerit, alicuius licentia super hoc minimè requisita, ministrare, seu construi, erigi, institui, consecrari, & ministrari perpetuis futuris temporibus facere licentiam, & facultatem concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali: Non obstan.&c.ac statutis &c. Nec non fundatione, & dotatione Luigni roboratis, priuilegiis quoque &c. Cum clausulis opportunis, Fiat vt petitur. A. Et cum absolutione &c. Et de erectione, institutione, constructione, consecratione, ministratione, concessione, indulto, derogationibus & aliis præmissis in forma gratiosa, etiam si videbitur, ad perpetuam rei memoriam, cum deputatione iudicum, & exequutorum, seu conseruatorum, qui in præmissis assistant, eaque omnia, & singula præmissa, sub sententiis, censuris, etiam pecuniarijs pœnis eorum arbitrio imponendis obseruari faciant, cum potestate contradictores &c. Et quòd præmissorum omnium, & singulorum &c. fieri possit in literis per breue. S.V. expedien. Signatura cassat, per breue, & addat: Et sine alicuius præiudicio, Fiat. A. Datum Romæ apud S. Petrum. Quinto idus Octobris. Anno Quarto.

Per hanc erectionem parrochialis ecclesię in baptismalem, mutatur status ecclesiæ; de iure enim parochialis ecclesiæ ius baptismi noa competit, sed soli ecclesiæ maiori baptismali; quę matrix nuncupatur.cap.1.& cap. transmissa, de præscr.c.pręterea. de transac.Pet.de Perus.in trac.de muta.de sta.ecclesia, post prin.vers.inter mutuum.

Et dicitur matrix ecclesia, quia sicut mater generat, ita illa regenerat per baptismum, Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusancto, non potest intrare in regnum Dei.c.filius Dei, de conse. distin.4.c.debitum, versi.in baptismo quippe. de baptis. videatur tex.in clem.1. §.nos igitur, ibi, Cũ cathedralem, vel matricem, seu parrochialem loci ecclesiam, de sen.excomm.ubi ista tria pro diuersis ponuntur, & ibi gl.in ver.matricem. declarat quare sic dicatur, illam gl. sequitur, & veram dicit Imo. num.9. Et etiam declarat Card. in clem.vnica. in 3. not.de baptis.& Lap. Alle.15.idem est dicere, in 1. conclu. Videantur omnino Abb.in c.ex transmissa, in 5.not.de præscrip. idem Abb.& præceptor meus in c.ex parte 2.ille post num.1.hic num.2.de rescri. & Pet. Rebuf.in tract. Decima.in 6.q.princ. vbi ꝙ ecclesia matrix duobus modis sumitur, primo pro cathedrali, ad tex.in c.sacrorum.§.cum ergo, ibi. An clericorum maioris ecclesiæ tantum. & postea. Vt ad eligendum episcopum sufficiat ecclesiæ matricis arbitrium.63.dist.& cap.venerabili, in fi. ibi. Nos enim per matricem ecclesiam cathedralem intelligi uolumus.de uerbo.sign. Altero modo matrix ecclesia dicitur quasi aliarum ædicularum. & cappellarũ

mater, & principalis quando sub se cappellas habet, quæ etiam plebania nuncupatur, iuxta tex. in c. 1. ad fi. ne cler. uel mona. lib. 6.

Ex formula præinserta colliguntur causæ cõcessionis prædictæ erectionis, & quidem vrgentissimæ, videlicet distantia loci. c. ad audientiam. 1. de eccle. ædifi. c. temporis. in prin. à contrario sensu. 16. q. 1. Item itineris periculum, præsertim propter flumen, & aquarum inundationes, ad text. in l. 2. §. si quis in iudicio, & §. quod diximus. ff. si quis cau. & præalleg. c. ad audientiam. in princ. ibi. Vt tempore hiemali cũ pluuiæ inundãt &c. Lap. alleg. 67. quoddam monasterium. col. 3. ver. sed quæro nunquid prædictæ causæ sint sufficientes. & de impedimento inundationis aquarum, & niuium loquitur iuxta alios terminos, Archid. in ca. episcopum, post nu. 2. 2. quæstio. 1.

Tempestas calamitosa, de qua in præfata supplicatione, & de qua in l. ex conducto. §. si uis tempestatis calamitosæ. ff. loca. vim maiorem, seu vim diuinam appellant. de qua per Plin. lib. 18. cap. 28. de sterilitatum causis. Ante omnia autem (inquit) duo genera cœlestis iniuriæ meminisse debemus, unum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteraq; similia intelliguntur, quæ quum acciderunt vis maior appellatur: Hæc ab horrendis sideribus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hædis. De vi, seu uiolentia ventorum loquitur text. in l. fluminum. §. Seruius quoque putat. ff. de dam. infec. Vis autem omnis est, quæ periculo aut decedere nos aliunde cogit, aut prohibet accedere, ut apud Cic. pro Au. Cecinna.

Insuper mortis periculum quoad fieri potest euitari debet, hoc enim suadet natura, & ius humanũ, ac diuinum. c. si quod verius, 33. q. 2. cap. 2. in fi. de obser. ieiu. multo magis periculo perdendi animas occurri, ac animarum saluti consuli debet. c. Petrus. 39. dist. & ad rem nostram facit in ratione sui tex. in clem. vni. uers. aut talis necessitas. de baptis.

Aliam causam erectionis nouæ parrochialis ponit, & super ea valde discutit, Lap. dicta alleg. 67. subdens remedia parrochianorum impeditorum sacramenta ecclesiastica à rectore prioris parrochialis ecclesiæ percipere, & plura alia ad rem nostram ponit, quæ videantur.

Baptisma, & pœnitentia vt prẽstari possint omnino prouidendum est, prout etiam elicitur ex verbis diui Gregorij lib. 1. epist. 15. Peruenit ad nos, inquit, quòd populoniensis ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta, vt nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus, huius igitur tam piæ rei, tamq; necessariæ mole præmoniti iubemus &c.

Amplius vbi fidelium multitudo excreuit, erigitur nouus episcopatus, noua baptismalis, seu parrochialis ecclesia, cum clausula [De consensu] prout in c. præcipimus. 16. q. 1. c. 1. & ibi per Doct. de se. vacan. extraua. Saluator, vers. sanè considerantes attentius, de præben. inter communes.

Et generaliter dicimus numerum præsidentium secundum quantitatem subditorum constituẽdum esse. clem. dudum, versic. extra ciuitates, & ibi glo. in ver. exigit. de sepultu.

Vnde Episcopatus in Flandria, & unus Episcopatus in Archiepiscopatum hoc mense Maij. 1559. efflagitante Catholico Rege Philippo, & supplicantibus vniuersitatibus clericorum, & laicorum Flandriæ, erecti fuerunt à summo Pontifice, & orator Theologus ad hẽc destinatus pluries me (cui negocium audiendum, & referendum demandatum fuerat) adijt, certiorem reddens, populos ita in illis diẽcesibus creuisse, quòd in earum singulis, singulorũ vultus nequibat, ut decebat, vnicus Pastor inspicere, aut alias partes boni pastoris implere salubriter, iux. cap. 32. Ecclesia. & tex. in extraua. sedes, in prin. de offic. deleg. inter commu. Docebat etiam dictus orator in solennibus, & frequẽtioribus locis has nouas erectiones faciendas esse, & quòd non poterat dubitari, quod episcopalis dignitas vilesceret, iux. tex. in c. episcopi. 80. dist. & in c. 1. de priu.

Propter excrescentiam redditũum fit etiam noua erectio, de qua proximè loquutus sum, & etiam præbendarum, arg. tex. in c. quoniam, in prin. de ui. & honest. cle. c. cum M. & ibi Abb. & Fel. nu. 5. ac Rip. num. 35. & seq. & c. pen. cum glo. in ver. diminuti, de consti. Bar. in l. non plnres, num. 3. C. de sacrosan. eccles. & ad tex. in præalleg. extrauag. Saluator. versic. tendentes etiam, quòd licet Tholosanus Episcopatus.

Erectionum supplicationes hodie in Signatura Papæ proponuntur.

Non solum autem concedũtur erectiones in forma gratiosa, sed etiam mandata, seu concessiones de erigendo, prout euenit super mandato de erigendo supplicante Antonio de Raude perpetuo Commendatario S. Petri de Laude ordinis S. Benedicti, narrato, quòd cum monasterium quod cõuentu caret, in commendam obtinuerit, & ratione dicti monasterij curam animarum exercere, & alia sibi incumbentia onera perferre teneatur, idq; per seipsum facere nequeat, cupiatq; in ecclesia dicti monasterij vicariam perpetuam pro uno presbytero seculari perpetuo vicario nuncupato, qui curam animarum huiusmodi exercere, & ecclesiæ sacramenta ministrare, & alia supportare teneatur, ac illi pro eius dote, & ipsius sustentatione annuum redditũ 24. duc. au. de ca. ex tot bonis monasterij præfati applicari, & appropriari, quod si fiat, diuinus cultus in ipsa ecclesia maximum suscipiet incrementum. Et committatur episcopo, seu vicario &c. quòd vicariam huiusmodi de ipsius exponentis expresso consensu arbitrio suo erigat, & instituat &c. & illi pro eius vicarij substentatione dictum annuum redditũum applicet, & appropriet: decernendo erectionem, & alia præmissa, postquam per vos, vt præfertur, facta sint, ualere &c. Et sic per quoscunque iudices etc.

Verba illa (Diuinus cultus maximũ recipiet incrementum) uel alia, ut in similibus dici solet, Diuinus cultus augebitur: super qua clausula thema sequens in Rota propositum fuit, coram Mohed. Laici administratores cuiusdam ecclesiẽ deseruientes illi per decem cappellanos obtinuerunt à Leone x. ꝙ possent illi deseruiri facere per unum, uel plures

cappellanos

cappellanos ad nutum amouibiles,& ne in titulum erigi posset, fuit impetrata per Cardinalem Neapolitanũ pro perpetuo beneficio cum clausula, Quòd ex hoc diuinus cultus augeretur. Dicebatur pro Cardinali, ꝙ gratia subsistebat: ex gratia enim Leonis erat in facultate laicorum deseruiri facere etiam per vnum, & sic non fiebat præiudicium si Cardinalis per vnum deseruiret. Ad quod respondebatur, ꝙ status impetrationis considerandus erat, non autem quod euenire poterat. Item pro Cardinali allegabat ꝙ aderat clausula in sua gratia. Consuetis supportatis omnibus,& sic si opus esset, Cardinalis deseruire faceret per decem. Conclusum fuit non augeri cultum diuinum, & consequenter gratiam Cardinalis esse nullam, prout Dec. Putei 65. incipien. Die 26. Nouemb. 1543. Et ratio adduci potest, quia impetrans tenet verificare narrata, quæ principem faciliorem reddere potuerunt ad concedendam gratiã, per communem doctri. Io. And. in c. 1. de lit. conte. lib. 6. Fely. in c. in nostra. & in c. cõstitutus. de rescr. D. meus cons. 403. quamuis. nu. 17. ac 541. visa. nu. 16. Paris. cons. 138. post prin. vol. 4.

Vicaria huiusmodi perpetua non facit, quòd monasterium desinat esse curatũ, prout declarat Rot. 2. de offi. vica. in anti. & Fasto. dub. 25. & Abb. in c. extirpandæ. §. qui verò. in 1. lectu. nu. 6. vers. & not. & in 2. lectu. num. 15. de præb. Card. in clemen. prima, nume. 9. vbi etiam Imo. numero 7. de offi. vic. Rebuf. de cong. portio. q. vlt. num. 15. & seq. tracta. Nomina. q. 16. nu. 23.

Et proximè dicta maximè procedunt, vt de huiusmodi cura sit facienda mentio in impetratione, seu alijs rescriptis. ad tradi. per Card. cons. 30. ver. aut perpetuus, & per Fel. in ca. postulasti, colum. 1. ver. & vide, & in cap. in nostra, in x. core. de rescri. vbi de mentione quòd beneficium per vicarium deseruiri solet.

Concil. Triden. sessio. 21. ca. 4. prouidet quando crescente populo vnus rector non sufficit, ꝙ alius adiungatur. Rursus in 2. parte propter incommodum percipiendi sacramenta nouæ parochiales constituuntur iuxta formam præalle. c. ad audientiam, de eccle. ædific.

TRANSLATIONES.

Translatio est de vna ecclesia, seu beneficio ad aliam, seu aliud, mutatio, ut probat tex. in cap. mutationes, in prin. 7. q. 1. vbi pro eodem accipitur mutatio, & translatio. cap. rogamus. 24. quæst. 1. Roman. consil. 352. quæritur, nume. 17. & seq. & Paris. cons. 45. ruit, post nu. 6. volu.

Transferuntur aliquando personæ ecclesiasticæ, prout his diebus translatus fuit Episcopus Thelesinus ad episcopatum S. Agatæ, de hac translatione loquitur tex. in præall. c. mutationes, ubi agit de trãslatione Petri Apostolorum Principis ab ecclesia Antiochiæ ad Romanam. c. in apibus. §. ecce. 7. q. 1. cap. si quis iam translatus. 21. q. 2. vbi de effectu huius translationis, & quòd sic translatus penitus liberatur à prima ecclesia, & addicitur, seu obligatur illi ad quam transferrur. Et quòd translatus de una ecclesia ad aliam nihil retineat de priori, uoluerunt D. meus Phil. Dec. in l. 1. §. fi. ad fi. ff. de offic. eius. in c. translato, de constit. & in l. non vult. ff. de reg. iur. ac Cagnol. in l. cuius. quæ est 125. no. 2. ff. eod. De translationibus tractat etiam. c. post translationem, de renun. & totus tit. de transla. epis. & Hostien. eo. in sum. & de diuersis translationibus, seu mutationibus personarum ecclesiasticarum, videatur Pe. de Perus. in tract. de muta. sta. perso.

Translatus episcopus non solum liberatur, & penitus eximitur à prioris ecclesiæ cui præerat, uinculo, ut præmisi, & ut moris est, & iuxta tex. in ca. 2. §. sicut ergo. de transla. episc. & in c. bonæ. 2. de postu la. præla. & uoluit Paris. præalle. cons. 43. post num. 16. volu. 4. ita ut amittat ius, & possessionem prioris ecclesiæ, ad supra adducta, & per Ioan. And. in c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. & Io. Fran. Pausi, in tract. de offic. & potesta. cap. se. vacã. in 7. & ult. prælu. nume. 7. immo etiam aliorum beneficiorum quæ ante translationem obtinebat, prout dec. Mohed. 1. sub tit. de resti. spol. incip. fuit dubium propositum in Rota.

Quæro, episcopus successor obligatus ad debita prædecessoris post litem contestatam ad aliam ecclesiam translatus, an teneatur ad illa debita soluta, dum: Ex proximè dictis videtur negatiuè respondendum cum a prioris ecclesiæ uinculis fuerit pœnitus liberatus, ergo & ab accessoriis, seu consecutiuis. Contrarium conclusum fuit in causa Zamorren. pecuniaria contra Petrum Emanuelem translatum ab ecclesia Zamorren. ad Compostellan. per cons. Gemin. 3. & in specie est dec. Put. 40. incip. Vigesima tertia Maij. 1547. lib. 3.

Sciendum est, ꝙ si Papa transtulit episcopum absentẽ, & eum absoluit a vinculo priori, prior cathedralis ecclesia non dicitur vacare antequam episcopus se translatum sciat ac consentiat, & ita Doct. supra citati in Cu. Rom. declaratum fuisse testãtur. & respondit Paul. Castren. cons. 172. in causa præsenti visis omnibus. lib. 2. in nouis. mulierem posse repudiare donationem sibi factam, nondum acceptatam omissa statuti solennitate consensum consanguineorum requirentis in alienatione.

Translationes Episcoporum, solus summus Põtifex concedere potest. c. 1. & 2. c. quanto, & c. licet, de transla. epis. c. nisi, &c. quod translationem, & ibi glo. de offi. lega. c. si quis Episcopus. 7. q. 1. Rom. cons. 467. vt clara, nu. 6.

Aliquãdo ecclesiæ de uno loco ad alium transferuntur, seu ecclesiæ, & personæ, iuxta tex. in præall. cap. 1. ibi, ac per hoc translationes Episcoporum, &c. sedium immutationes, de transla. episco. De muta. sta. eccle. tractatum fecit Pet. de Perus. vbi plura ad rem nostram.

Translatio ecclesiæ non nisi ex causa fit, causę autem tres principales adducuntur per tex. in c. tribus ex causis, de consecr. distin. 1. Propter persecutionẽ hostium; vt etiam per Oldra. cons. 62. & circa. post prin. Propter difficultatem locorum, & propter malorum societatem. c. ecclesias, iunct. glo. & c. si quis vult monasterium, cum sua glo. 16. q. 7. alibi dicitur, quòd translationes, seu mutationes huiusmodi

conceduntur, ex causa necessitatis, uel vtilitatis. cap. mutationes. 7. q. 1. cap. si quis iam translatus. 21. q. 2. Hostien. in sum. de translat. Episc. vel eccle. nu. 6. in vers. quæ sit causa transferendi. Rom. cons. 352. quæritur. post nn. 18. Plures causas adducit Lap. alleg. 68. quæris an liceat. Vide etiam Firma. de episc. lib. 4. q. 35. vers. ex quo no. causas transferendi ecclesias. Lud. Rom. cons. 345. circa num. 4. ubi quòd episcopus propter sua merita, & vt magis honoretur, transferri potest. Item si propter eius personam ecclesia patitur persecutionem, & sic propter pacē, & quietem: & hoc son. citare voluit Ant. Corset. in suis singu. in ver. pax. 2. ubi notat propter pacem habendam, quem de vna ecclesia ad aliā transferri.

Caueat autem prælatus ne sui tantum intuitu, & ob honoris, vel commodi, seu vtilitatis cupiditatē, in populi detrimentum, & perniciem quærat ad alteram transferri prælationem, exemplo Moysis, cui cum diceret Dominus quousque detrahet mihi populus iste? Feriam ergo pestilentia, te quoque faciā principem super gentem magnam, & fortiorem, quàm hæc est, noluit ipse Moyses ad maiorem trāsferri prælatione. Nume. 14.

Quando parrochialis ecclesia trāsfertur ad aliū locum, tūc semper addi debēt verba, videlicet [Cū superficie terræ, & ossibus inibi existentibus.] Ratio est, quia illa ecclesia prima, quę ad alium locum transfertur, desinit esse parrochialis, & talis ut prius erat. Doc. in c. 1. de transla. epis. & facit tex. in ca. in apibus. §. ecce. 7. q. 1. arguendo a personis ad res, ad l. qui furere. ff. de sta. homi. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de leg. primo. Bartol. in l. miles ita. §. j. ff. de milit. testa.

Additur etiam supplicationi translationis parrochialis ecclesiæ per signaturam, clausula hæc videlicet [Dimisso ibidem aliquo sacello, seu oratorio in signum translatæ parrochialis ecclesię huiusmodi.]

Si in parrochiali, uel alia ecclesia, quæ transfertur, sint corpora sanctorum, illa etiam transferūtur, præsertim concurrente vna ex quatuor causis, de quibus in præalle. cap. tribus ex causis, iun. glo. quæ addit quartam, videlicet meliorationis. & c. seq. de consecra. dist. 1.

Monasterium etiam de licentia summi Pōtificis, immo etiam ordinarij adhibito consilio fratrū ad alterum locum transferri poterit, & tunc addi deberet clausula videlicet [Dimisso presbytero in priori loco ad ministeria ecclesiæ, seu qui ibi ministret.] iux. tex. in cap. si quis vult monasterium. 16. q. 7. Petrus de Perus. de muta. sta. eccl. post num. 6. ver. sed debet eidem ecclesiæ antiquę, si hoc posset fieri, per sacerdotem deseruiri &c. Vēditio tamen nunquam fieri potest, quia locus remanet sacer etiam diruto ędificio. l. æde. ff. de cōtrah. emp. l. intantum. §. sacræ. ff. de re. diuis. & §. locus. Insti. eo. tit.

In translatione monasterij, & ecclesiæ de loco ad locum, ne priuatum monasterium seu ecclesia destruatur, addatur clausula [Prouiso quod ad prophanos vsus non redigatur] Prouin. fo. 61. ver. in trāslatione, pro qua additione facit tex. in cap. semel Deo dicatum, de regu. iur. libro sexto. §. sacræ res, Insti. de rer. diui.

De translationibus religiosorum tractaui supra, dum de licentijs in genere loquutus sum.

Addo ibi dictis, quòd domus religiosa ex toto ad arctiorem religionem transferri potest, cum superioris tamen, & sic vel Papæ, uel episcopi auctoritate. c. sicut vnire, de exces. præla. c. recolentes, versic. cæterum, & ibi ad hoc no. Abb. de sta. mon. nu. 2.

Pro quibus, & alijs huc spectantibus vide omnino Pet. de Vbal. de Peru. in tracta. vnio. eccle. cap. 4. num. 27. versi. Bene tamen possunt religiosi transire ad arctiorem religionem.

Addo etiam, quòd propter malam vitam, et pessimos mores religiosorum possunt religiosi, et debent priuari domo, et conuentu, illaq; in alios religiosos transferri poterit, et debebit. cap. relatum. ne cler. uel mona. Paris. consilio 21. iustissimam, in princip. uolum. 4.

Sed quæro, monachus, qui prius erat in monasterio. A. illique bona aliqua donauerat, transfertur ad monasterium. B. cuius erunt bona illa? Respondeo, quòd proprietas remanebit apud monasterium. A, usus fructus uerò illius monachi uita durāte spectabit ad monasterium, B. c. de lapsis, iun. glo. fi. ad fin. 16. q. 6 gl. fin. de regula. Spec. in tit. de sta. mon. §. 2. ver. sed quæritur, et q. 22. Calde. cons. 23. quidam secum, sub rub. de regula. Lap. alleg. 62. quidam, post num. 8. ver. glo. quę est et versus fi. ver. Et esto quòd licitus esset. et alij adducti per Rebuf. super concor. de reg. ad præla. nomi. §. ultimus, in ver. concessa, ver sicu. quid si monachus dederit.

Scias etiam, quòd nisi trāslatus ad monasterium secundū liberatus fuerit omnino ab obedientia primi, primo monasterio acquirit, ut per Lap. alle. 61. dudum Frācīscus. ad fi. Fede. de Sen. cons. 35. Bero. cons. 83. Ceph. cons. 212. nu. 5.

Postremò quæro, an, si ecclesia exempta trāsferatur, perdat exemptionem? Cōcludendum est, quòd non, vt per Fran. in c. cum persona. in fi. de priui. libro 6. prout etiam dicimus, quòd si ciuitas destruatur, et alij ciues subrogentur, illi gaudebunt priuilegijs datis prioribus ciuib. illius ciuitatis, ut per Bertran. consil. 162. multa, num. 16. li. 2. ex noua impres. cum prefatis residet Rebuf. ubi supra in ver. cōcessa. vers. et Perusi.

Papa autem inuitum absque urgenti causa non consueuit transferre, de quo per Io. And. in alle. cap. quod ob gratiam. de regu. iur. lib. 6. per Nic. Mil. in reper. in uer. Papa licet de æquitate, per Roma. consilio 345. circa primum. num. 2. per Fel. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 43. de consti. et per Paul. de offic. et pote. cap. sede vacan. in ult. prælu. nu. 7. Hinc dixit Boer. deci. 122. castrum nouum circa antiquū censeri subrogatum loco antiqui, et illius naturam, ac easdem conditiones assumit. An autem subrogatum naturam eius, in cuius locum subrogatur assumens, sit uerè ipsum in cuius locum subrogatur, Gomes. in §. fuerat. nume. 8. Insti. de actio. negatiuè respondit. And. uerò Barbat. affirmatiuè cons. 2. col. fi. ver. præterea facit, lib. 2.

De translatione de una ecclesia ad aliam. Grego. li. 1. epi. 77. et li. 2. epi. 25. scribens episcopo Squitateno. propterea, inquit, te Ioannem ab hostibus etc.

Quæstio-

Quæstionem illam, an translatio de vna ecclesia ad aliam facta post inhibitionem, postquam fuerit taliter iustificata, vt si non esset facta veniret denuo facienda, tanquam attentata reuocanda veniat, posui in tract. inhibit. q. 89.

REDVCTIONES AD secularitatem.

MOnasteria semel Deo dicata, monasteria perpetuò esse debent, nec secularia habitacula fieri, iuxta concilium Calcedonen. de quo in cap. quæ semel. 19. q. 3. & hæc est iuris regula, prout per Lap. alleg. 68. quæris an liceat, post prin. ibi, Quia regula est in contrarium, & regulariter mutatio status ecclesiæ prohibita est. c. 2. de suppl. negli. præla.

Locus religiosus de iure hoc modo reformatur, vt si deficiant religiosi alicuius monasterij, sumantur religiosi aliorum monasteriorum eiusdem ordinis; quibus deficientibus, deueniendum est ad regulares alterius ordinis, & in defectum omnium regularium, monasterium ad secularitatem reducendum erit, in illoq; clerici seculares ordinari debebunt. c. iuter quatuor, & ibi Ioan. And. & Abb. circa mediũ. de reli. dom. verum iuxta iurium dispositionem huiusmodi raro, vel nunquam reductioni ad secularitatem locus esset.

Reductiones beneficiorum regularium ad secularitatem aliàs fieri solebant, & compositio soluebatur, habita ratione fructuum, seu redditũum: et illa dicuntur beneficia regularia, quæ in fundatione ita ordinata fuerunt, quòd per religiosos regantur, vel quæ pro eos regi consueuerunt spatio quadraginta annorum cum titulo, vel tanto tempore, cuius initij non sit hominum memoria. c. cum de beneficio, de præben. lib. 6. Sel. de Bene. par. 1. q. 4. nu. 22. versi. dicens quòd beneficia regularia.

Ecclesia secularis facilè regularis efficitur, prout sentit Lap. alleg. 44. an fratres, post nume. 4. Et etiã auctoritate Episcopi. Tamẽ siue Episcopus, siue Papa id concedat, addi debet clausula, videlicet [Sine præiudicio clericorum, seu beneficiatorum dictę ecclesiæ secularis] vel [æquè prouiso alibi clericis, seu beneficiatis dictæ secularis ecclesiæ] omnia hæc probantur ex c. pen. de eccle. ædif. c. apostolicæ, de donatio. gl. in c. possessiones, in ver. monachi, de rebus eccle. non alien. Pet. de Perus. de muta. sta. eccle. post prin. nu. 2. vers. unde dicebat glo.

Ecclesias verò regulares ad seculares solus Papa reducit. ad tex. in præal. c. quæ semel. 19. q. 3. arg. tex. in c. fi. §. sed obijcitur, in fi. vbi, ꝙ religiosè viuentes, si à religione cessant, priuilegijs eximuntur. 25. q. 2. & ꝙ alius à Papa ad seculares reducere non possit, probat tex. in c. possessiones, de reb. eccle. nõ alie. & tex. in cle. quia contingit, post prin. arguendo à pari, seu à fortiori, vel ab identitate rationis, de relig. domi. & arg. tex. in l. 1. ff. de administra. re. ad ciui. perti.

An autem, si ecclesia regularis reducitur ad secularem, perdantur, & euanescant priuilegia prius concessa ecclesiæ, dum erat regularis? Pro negatiua videatur Innoc. in cap. 2. de nou. ope. nuncia. Rip. li. 2. respon. cap. 2. canonici, in vlt. q. cum quibus residet Rebuf. super concor. rub. de reg. ad prælat. nomi. faci. §. ultimus, in ver. concessa post prin.

Sciendum est, quòd antiquitus quasi omnes cathedrales, & Metropolitanæ Ecclesiæ Galliæ erant regulares, & plura, ac diuersa monasteria fuerunt redacta ad secularitatem tempore Pau. III. & Iulij III. de simili reductione habemus tex. in cap. 1. ne se. vacan.

Quid circa præmissa concilium Tridentinum nouissimè statuerit, vide cap. 21. sessio. ultimæ, sub Pio IIII. tit. de regula.

RESERVATIONES iurispatronatus.

IVs patronatus ex clara iuris regula acquiritur, seu prouenit ex trib. causis, videlicet. ex soli, seu fundi collatione, ex constructione, & dotatione ecclesiæ. c. filiis & c. quicunque. 16. q. 7. c. quamuis. c a. nobis, de iu. patro. Hostien. in sum. eo. & omnes super rub. vbi versum subijciunt: Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Ius patronatus reseruatur uolenti ædificare denuò ecclesiam solo æquatam, aut illam sufficienter dotare, uel dotem ad tantundem augere. Additur clausula videlicet, Postquam ædificauerit, uel sufficienter dotauerit, seu auxerit ad tantundem.

Magna est disputatio, an reædificans acquirat ius patronatus, duobus tamen concurrentibus, videlicet, quòd obtineatur licentia, secundo quòd illa ecclesia sit omnino destructa. Pro parte affirmatiua concludendum esset. arg. tex. in c. consuluit, de Iudę. Inn. super rub. de iu. pat. & glo. in c. quoniam. eo. ca. de fabrica, iun. glo. in ver. innouata, de consec. dist. 1. ubi quòd ecclesia reædificata non est eadem cũ prima, sed diuersa, licet secus quo ad euitandam sacramenti consecrationis iterationem; si ergo est alia à prima, reædificans ius patronatus acquirit, pulchrè per Gemi. cons. 117. in quæstione. nu. 5. & seq. expedit ad omne dubium tollendum iurispatronatus huiusmodi concessionem, seu reseruationem a Papa modo præmisso obtinere.

Si beneficium haberet annuũ redditũ quatuor, uel quinque ducatorum, non concederetur iuspatronatus alicui, nisi ultra illum arbitrio Signatoris auxerit, alioqui assignando, seu dando ecclesiæ redditum unius, uel duorum ducatorum patronus efficeretur, & sic ecclesia libera cum parua utilitate serua euaderet, quòd non solum in ecclesia iam cõstructa, immo nec in constituenda, seu dotanda id admitteretur, insufficienter enim dotans non efficitur patronus, glo. singula. in cap. quicunque. 2. 16. q. 7. Abb. in cap. 3. in 3. no. de eccle. ædi. ubi concordant illam glo. cum alia glo. in sum. 63. dist. in fi. & idem Abb. super rub. de iu. pat.

Datur reseruatio iurispatronatus petenti in aliqua ecclesia cathedrali, seu collegiata nouam dignitatem erigi per eum dotandam, prout supra de erectionibus.

Aliqua pro pręmissis, & circa patronatus videre poteris in nouissimo concil. Triden. sessio. ult. sub Pio IIII. cap. 9. in decr. Refor.

EXEM-

EXEMPTIONES AB EPISCOPIS.

EXemptio (iuxta terminos nostros) est quædam libertas qua exemptus eripitur, uel liberatur ab ordinarij iurisdictione.cap.nulla,iun.gl.93.distinc. gl.in cap.olim.1.in ver. diœcesani.& ibi Abb. post alios.de priui.præceptor meus D.Phil. Dec. consil. 113.viso tenore.nume.7.vel exēptionem dicamus esse iurisdictionis priuationem, & libertatis concessionem,ex mente Gemi.in cap.1.in 1.not.de priuile. lib.6.Alibi persona exempta.i.excepta,seu liberata, prout in l.Vranius,quæ est 73.vers.sed cum duo.ff. de fideius.Exempti ęquiparantur filijs emancipatis, vel seruis manumissis,ad Bal.in l. si quis ad declinandam.C.de episc.& cler.§.in omnibus.nu.6.ver. sed loquor,& postea ver.secunda conclusio.

Non tamen putes,exemptionem huiusmodi dici omnimodam libertatem,cum persona, seu ecclesia exempta recognoscunt ius subiectionis respectu Papæ,nullaq; ecclesia acephala possit esse. ad tex.in c.nulla.93.dist.& in terminis nostris cōcludit Abb. in c.cum tempore,in 4.not.de arbit.Io.And.in cap. cum instantia.de censi.Mar.Soc.de visitatio. li.11. in 2.q.prin.post num.46.uers.mouetur,quia ecclesia Romana.& Felyn.in cap.cum non liceat. col.fi. nu.14.de pręscrip.

Amplio, ut exemptio a Papa cōcessa a iurisdictione cuiuslibet ordinarij, non inducat exemptionem à iurisdictione legati ipsius Papæ. ad tex.in c.si abbatem,de elec.li.6.& prout notauit Io.And.in ca.1. post prin.versic.ergo cum legatus liget eos,per illū tex.de verbo.signif.eo.lib.6. sequitur Lud. Roma. sing.507.an exemptus.

Limito in legatis natis, Bal.consil.337. super primo.vol.4.iuxta nouam impressionem. & Mar.Socin.de visitatio.lib.11.in 2.q.15.q. prin.post nu.46. vers.sed in legatis natis.

Eximere propriè est apostolicæ sedis. cap. frater, ver.& cum oportuisset, 16.qō.1. cap.1.iunct.glo. in uer.exemptionis,de priui.lib.6.

Et ꝙ Papa posit eximere subditos ab ordinarii potestate,indubitati iuris est, vt etiam per Anchar. cons.132.in primo.nu.5.

Exemptio aliquādo conceditur personæ,aliquando rei,nonnunquam personæ & rei,prout in pręall. cap.frater,ibi,per quam eum, ecclesiamque eius de tuæ iurisdictionis potestate exemit.præall.c.1.& ibi Doct.de priui.lib.6.

Per quæ verba inducatur, seu probetur exemptio,& per quæ non,videatur in ca.1.in prin. de verbo.sig.lib.6.in c.si Papa, in pluribus locis,ad quem tex.se remittit glo.1.in d.c.1.de priuil.eod.lib.6.& in cons.Dec.consil.152.in causa exemptionis. nu.2. & per totum cons.

Et de clausula priuilegij,recipimus in protectionem,quòd non inducat exemptionem, vide text.cū glo.in ver.protectionis,& ibidem per Doc.in c.recepimus,de priuil.sed in contrarium facit,quia ex tacita submissione protectioni Papæ,seu sedis Apostolicæ quis eximitur à iurisdictione,ac potestate ordinarii,prout videmus in appellante ad Papam,uel sedem Apostolicam,quo casu ligatæ sunt manus omnium inferiorum.c.sollicitudinem.c.dilecti.& c.ad audientiam.de appel.ac Fran.in c.vt debitus. col.3. eo.Expressa igitur receptio in protectionem non solum idem,imò plus operari debebit, quam tacita.l. ult.C.de nouatio.l.a Titio. ff.de furt. ubi si res expressè legatur,dominium in legatarium transit. Secus si in tacito relicto.Bar.in l.emptor.§.Ancilla.ff. de rei vindi.vers.Ex quo nota. ac in l. seruum filij. §.ult.in fi.ff.de leg.j.& facit regula,expressa nocent. ff.de regu.iur.

Et quòd aliud sit esse exemptum,& habere priuileginm exemptionis,vide Old.consil.67. quæstio talis, ad fin.

Omnes ecclesiæ, omnia monasteria, siue monachorum,siue monialium,omne denique hominum genus in diœcesi cuiuslibet episcopi existentes, de iure canonico sub episcopi cura, & iurisdictione sunt,quoad spiritualia videlicet laici,quoad omnia clerici,siue seculares,siue regulares.c.obitum.61.distin.c.omnes basilicæ,cum alijs.16.quæst.7.c.monasteria,uel monachorum.c.abbatibus,& c.seq.18.q. 2.c.cum episcopus,de offic. ordin. lib.6. capit.cum olim,de præscrip.in princ.cap.cum venerabilis, de excep.c.1.de off.ord.

Amplio etiam,si fundator ordinasset, seu disposuisset,quòd institutio non spectaret ad episcopum. c.sic quidam,& cap.nouerint.20. quæst.1. Bart.in l. quoties.§.fi.ff.de admin.tut.Abb.in c.dilectus,in 4. not.de consue.Idem Abb.in ca.requisisti. num.22. versicu.ex quo infero,de testam.Felyn.in præalleg. cap.cum uenerabilem.nu.33.de excep. Dec.consil. 121.in causa.num.2.

Amplia vt episcopus habeat liberam potestatē scelera inquirendi, & iudicandi,ac puniendi absq; aliquo impedimento. cap. episcopus in sinodo.35. q.6.cap.cum contingat.de fo.compet.c.irrefragabili,de offic.ordin.

Ad probandam in criminalibus exemptionem ab episcopo,eiusque officialibus, quòd debeat probari etiam alium prælatū præscripsisse iuxta Dec.1. de præscri.1 no.aliàs 239. & ad ea quæ uoluit Abb. in c.cum non liceat.num.15.versicu.sed contra hoc sic oppono.eo.tit.ubi etiam,quòd aliud est quādo habet effectum abnegatiuum,puta quia dicit se liberum ab obedientia episcopi,ut sic libertas præscribi posit. Hæc quæstio discutitur per Paul. Castren. & Fran.Aret.in l.si is,qui putat. ff.de acqu.hæredit. & per Felyn.post alios in d.cap.cum non liceat. colum.4.& seq.ibi,Circa elegantem distin. Calder. Videas omnino Dec.Paleot.in Burgen.iurisdiction. 395.incip.Dubium facit an ex infrascriptis.

Amplia principalem conclusionem, vt etiam clericos alterius diœcesis in sua delinquentes punire, & contra eos inquirere, & eos cōdemnare posit. cap.placuit.6.q.3.c.postulasti,de fo.compe. Lap.alleg.10.disputat hic.num.3.Corn.cons.193. pro decisione,nu.1.& 2.lib.2.

Verum succedente tempore cōpertum est, quòd monachi, eorumque monasteria, & capitula ab episcopis,archiepiscopis,& Patriarchis plerunq; male tractabantur,& opprimebātur diuersimodè,prout in c.nimis iniqua,& cap.nimis praua, ubi describuntur

buntur viginti septem grauamina, quæ prælati religiosis inferebant. de excessil. prælat. clement. vnica. eodem, vbi Papa prouidet contra triginta grauamina per episcopos, & superiores inferri solita, & propterea expediens visum fuit per Sedem Apostolicam exemptiones concedi infinitis capitulis, & religiosis, puta ordinis Sancti Benedicti Cluniacensis, & Cisterciensis, prout per Bald. præallegat. consilio 337. super primo. vol. quarto, in princip. Docto. in capitu. recolentes, de statu monacho. Nico. Boe. de stat. eremi. Eremita. numero octauo. Cælestinorum, & alijs ordinibus, religionibus, & congregationibus, prout in illorum priuilegijs, seu concessionibus Apostolicis, quas bullam auream, seu mare magnum vulgares appellant.

Antiquæ igitur, & modernæ religiones quasi similes exemptiones obtinuerunt: & si noua religio fundaretur, facile similem exemptionem obtineret. Pro huiusmodi exemptionibus, illorumque causis videatur vtilis tractatus Bal. de Perigilijs Perusini, qui de exemptionibus inscribitur.

Milites, seu fratres Hyerosolimitani, de quib. habemus tex. in capitu. dilecti filij, de priuileg. hodie exempti reperiuntur per literas Clem. VII. eximunt Hospitale Hierosolymitanum, illiusque baiuliuas, prioratus. &c. domos, & loca &c. nec non magistrum, baiuliuos, castellanum, familiares, &cæt. ab omni iurisdictione ordinaria Archiepiscoporum, & Episcoporum &c. eosque Sedi Apostolicæ immediatè subijciunt.

Milites Sancti Petri exempti sumus à quocunque Episcopo, seu ordinario, immo & à quocunque magistratu Romano, prout in bulla per Leonem X. a successoribus confirmata. Milites etiam Sancti Pauli, Sancti Georgij, Lilij, & Lauretani, ac scriptores Apostolici, & plerique alij officiales Sedis Apostolicę exempti sunt: & officiales prædicti non solum à iurisdictione aliorum à Papa, sed & à communibus regulis exempti sunt, in pragma. sub rub. de causis. §. Romanæ, & ibi latè per gloss. in versiculo, comprehendi. & ad ea, quæ scripsi in 14. quæstione 32. Regulæ. nu. 6. & 10.

Præfati, & omnes infradicendi, & alij exempti ab Episcopis, etiam si delinquant, ab ipsis episcopis & superioribus idest Archiepiscopis, & Patriarchis puniri non poterunt, ad c. frater noster. decimasexta, quæstione prima, capitu. sicut nobis. §. final. à contrario sensu, de suppl. neglig. prælat. Hostien. in summ. de priuileg. colum. antepenult. versiculo, in contrarium probo, exempti enim &c. Et quòd exemptis nullus sit superior nisi Papa, vltra adducta super versiculo, non tamen putes, & versiculo, sequen. probat text. in capit. auctoritate, de priuileg. libro sexto. & glos. pragma. de causis. §. si verò in versiculo, subiecto in princip. vbi subdit quòd legatus à latere habet iurisdictionē super exēpto, licet non possit cognoscere de appellatione ad Papam interposita, videantur quæ ibi adducit. Et pro officiarijs Papalibus exemptis videatur consil. Bertran. 102. nobilis, in secundis, li. 1.

Exemptus à iurisdictione episcopi, an dando mandatum vel aliàs possit iurisdictionem prorogare, & consentire in non suum iudicem? Licet regulariter dicamus quem posse iuri, & fauori pro se introducto renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de episcop. & cler. cap. ad apostolicam. de regula. verum quia hic non solum concurrit fauor exempti, sed etiam ipsius superioris, qui talem exemit, & eximendo suæ iurisdictioni subiecit, vnde interest sua perdere istam immediatā subiectionem, & propterea concludendum est pro opin. negatiua, ad tex. in cap. cum tempore, vbi Abb. Pro negatiua concludit in quint. not. de arbitr. Huc spectat quod voluerunt R. D. de Rota in Legion. Matrimonij, coram D. Pisauren. vt refert Crescen. dec. 250. sententiam latam contra militē S. Iacobi de Spata exēptū fuisse nullā. Tanto magis, quia priuilegium Martini V. habet decretum irritans, cui partium consensu renunciari nō potest. ad gl. in c. statutum. §. in nullo quoque. de rescr. li. 6.

Exempti beneficia sua in manibus Episcopi renuntiare non possunt, sed solum in manibus Papæ, prout dixi supra, dum de renunciationibus tractaui. per tex. in cap. fin. de renunciat. & in cap. cum venerabilis, de consue. & per Prob. in 6. addi. ad Glo. pragma. de collatio. §. item voluit, in versi. vicario.

Clerici Episcopo subiecti propter litem criminalem, vel ciuilem, eximuntur ab eius iurisdictione, aliquando per rescriptum gratiæ, addita clausula per signaturam, videlicet (Durante lite) quæ gratia, reclamante postea episcopo moderari solet ad tempus breue, puta ad semestre, vel ad tempus longius, uel breuius, iuxta personarum, causarū, ac aliarum circunstantiarum qualitates. hæc autē exemptio conceditur, ne prelatus propter litem sæuiat, aut contra subditū aliquid iniuriosè agat, gloss. Hostien. & Abb. in c. dilectus. in 9. casu. de seq. poss. & est decisio in terminis Cassa. vltim. de priuil.

Aliquando verò committitur iudici quòd eximat, & sic per rescriptum iustitiæ, & tunc additur clausula, uidelicet [Constito de sæuitia] & ante omnia illa probari debet, alioqui exemptio data, & omnia alia corruerent propter illam conditionem adiectam, seu modum datum in drocedēdo, ad cap. si constiterit, & ibi Felin. num. quinto, de accusa. Paris. consilio quadragesimoprimo, ex his, numero decimoquarto, & vigesimoprimo, volum. quarto. Nec mirum, quòd eximatur clericus, clerus, seu præsbyter à iurisdictione episcopi, qui loco patris, & pastoris est. 1. Pet. c. 5. pascite qui in uobis est ad gregem Dei, nō coactè, sed spōtanee, secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes &c. cā. esto subiectus Pontifici 95. distinct. Et bonus Episcopus domui suę bene præpositus familiam, & filios

Q suos

suos exemplo, & verbo bene gubernat. 1. ad Timoth. cap. 3. & quarta distinct. §. necesse. Et bonus episcopus presbyteros, clericos, & clerum corrigit, & docet exemplo Samuelis, qui inquit. Et docebo vos viam rectam, & bonam, vt 1. Reg. 23. quòd si non pastor homo pater sit, sed sęuus, immanis, crudelis, contra ipsum cōcedenda erit exéptio, prout etiam filio in patrem.

Amplio, vt non solum hæc procedant in exemptione clerici a suo Episcopo, sed & in quocunque, qui a suo superiore durius grauatur, sic ꝙ possit ad sæuitiam existimari, quòd tunc eximi debeat a superiori iurisdictione, & subiectione, ad not. per Io. Fabr. in §. sed hoc tēpore, ante fi. super illum tex. & alia iura, quæ adducit. Institut. de his qui sunt sui, uel alie. iu.

Exemptio ab ordinario ad postulationem patroni petentis hoc in fundatione ecclesiæ concedi non consueuit, propter cap. primū & secundū, & sequen. decima quæstio. prima. Innocen. in cap. in Lateranen. in fi. de præben. Bart. in l. quoties. §. fi. num. primo. ff. de administr. tuto. optimè per Fed. de Sen. cons. 247. quidam episcopus. Dec. consil. 135. ad iustificationem, col. 2. in prin.

Aliquando tamen per summum Pontificem concessa fuit, licet eam ordinarius dare non possit, vt per Sarnen. de breui. nu. 53.

Pater item si filium contra paternam pietatem malè afficiat illum emancipare compellitur. l. fin. ff. si quis a paren. man. gl. in §. fi. insti. quib. mo. ius pa. potest. solui.

Vir etiam propter sæuitiam ab uxore separatur. cap. litteras. de restit. spoliat. & opposita exceptione sæuitiæ vir agens ad recuperationem vxoris, repelli potest. Corset. in tract. Quòd spoliatus ante omnia resti. fallen. 16. ac Rip. in l. naturaliter §. nihil commune. numero 64. ff. de acquirenda possessio.

Sic dominus in seruos sæuiens, eos vendere cogendus est. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. ac §. sed & maior asperitas. Insti. eo.

Sic etiam feudo priuatur nimium sæuiens in vasallos, Cy. & Bald. in alle. l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Alexand. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præscrip.

Episcopus non potest in totum eximere ecclesiam suæ diœcesis. Io. And. & Abb. nume. tertio, & in cap. cum venerabilis, de censi. Cald. cons. 12. versic. tamen per hanc vnionem, in tit. de rebus eccle. non alie. Abb. in c. cum inter. num. 13. de re iudi. Dec. cons. 152. in causa. nu. 1.

Exempta ecclesia, clerici ecclesiæ, canonici, conuersi, & perpetuo oblati exempti dicuntur: exemptis verò canonicis ipsi soli, non autem ecclesia, uel alij clerici exempti censentur. exemptis verò clericis alicuius ecclesiæ, tunc canonici, & alii clerici eximuntur: non autē ecclesia. omnia hæc probantur in cap. per exemptionem. de priuile. lib. 6. per Nic. Mil. in reper. in versic. priuilegium si eximit ecclesiam, & per Dec. in prælleg. consil. 152. numero tertio.

Gratia exemptionis aliquando petitur, seu signatur indistinctè, aliquando limitatè, puta, vt nullus præter Romanum Pontificem, uel Legatū ecclesiam N. uel eius clericos interdicere, seu excommunicare possit, extra illum casum episcopus iure suo vtetur. cap. primo. §. in eos autem, de priuil. lib. 6. & præall. consi. Dec. 152. post nu. 1. ver. in alijs verò exemptio limitata videtur.

Exemptio in plerisq; casibus non prodest, prout in cap. ex ore. de priuileg. in ca. primo, de testa. libro 6. clemen. vnica. de supplen. negligen. præla. in clem. attendentes, de sta. monach. & per glos. pragma. de causis. §. item quod monasteria, in ver. non exemptis.

Casus speciales, in quibus diœcesani habent iurisdictionem in exemptos, sunt in cap. irrefragabili, de offic. ordin. in cap. ad abolendam, de hær. in cap. tuarum, & in cap. parentibus, de priuileg. in cap. primo. de cle. ægrot. lib. 6. & in aliis locis, de quibus per glo. pragma. de Anna. §. item quòd ratione, in ver. apostolica. præmissis addi poterunt Staphil. super Signa. fol. 193. versi. datur per breue exemptio ab ordinario.

An autem exemptio liberet etiam a reuerentia Episcopi, videtur negatiuè respondendum, argu. tex. in l. alia, in fi. ff. solu. matrimo. & ibi Alexan. in §. eleganter. in 1. not. num. secundo. pro hac opinio. & ad ea quæ uult Fely. post Abb. in cap. cum inter, nume. tertio, de re iud. ubi quòd per exemptionem non abdicatur reuerentia episcopo debitā, & per Rot. 333. no. glo. in antiq. Breuiter contrarium concludendum est in exemptionibus a Sede Apostolica, de quibus loquimur, argu. text. in l. fi. C. de bo. liberto. & ibi post Bald. Pau. Cast. nume. secundo. ubi infert ad casum nostrum, & respondet contrarium procedere in exemptionibus, quas concedunt episcopi: idem etiam voluit Ias. in l. sed & fi. §. patro. nume. secundo, quem legit cum l. in ius vocare, in 4. no. ff. de in ius vocā. Si exemptio obtenta sit a Papa, & sit plena, exempti non tenebuntur ad ius reuerentiale episcopo, ut per Fely. ubi supra, & conclusit Rota in Meleuitan. coram Prospero. prout Dec. Putei 115. li. 3. incip. Decimasexta Martij 1548.

Ecclesias exemptas hodie visitabunt locorum ordinarij singulis annis auctoritate Apostolica iuxta Decretum Reforma. concil. Triden. Actione, seu sessio. 7. sub Paulo III. cap. 8. incipien. locorum ordinarij.

Cappellanos sedis Apostolicæ religiosos quorumcunque ordinum superioribus, & correctoribus suis subesse, illisque obedire debere, perinde ac si ijdem sedis Apostolicæ cappellani nō essent, habemus Bullam, seu extrauag. Gregorij XI. sub data Auinioni V. idus Nouembris anno tertio, quæ incipit, Ad Romani Pont.

Circa exemptionem cappellanorum regiorum, & quando, seu in quibus talis exemptio non operetur, habemus tex. in capitu. cum cappella. de priuileg. Et circa eosdem cappellanos, & Romæ residentes, nec non Cardinalium familiares, & alios exem-

exemptos, habemus hodie Concil. Trid. sessio. 24. alias 8. sub Pio IIII. in Decr. Refor. c. 11.

PROTHONOTARII & Accoliti.

NOtarij septem (quos Prothonotarios appellant) creati fuere sub Clem. I. ad res gestas martyrum conscribēdas, ut post Damasum, & Platinam dicit Sarnen. in 1. q. procœ. regu. dum de origine & officio Prothonotariorum tractat, pro quibus videatur gl. magna Pragma. sub rub. de causis, in §. Romanæ, in ver. Prothonotarios, fol. 270. cum addi. Probi.

Isti septē notarij, participes, seu participantes dicūtur, eò quia proprios distinctos introitus, & redditus habent à sede Apostolica, & habent quædā emolumenta in expeditione quarundam literarū Apostolicarum, & habent locū proprium, seu banchum in Cancellaria. Non est dubiū, quin ab omni ordinariorū iurisdictione sint exēpti, prout in consti. Leonis X. in 10. sess. in conci. Lateran. super exēptione, immunitate, ac libertate, quibus notarij, ac alij sedis Apostolicæ officiales, tā in ciuilib. quàm in criminalib. vti, ac potiri possunt, facta, seu promulgata sub dat. quartò Non. Maij Pōt. Leonis X. anno III. & prout ex priuilegijs ipsorū Prothonotariorum patet, & ij soli sunt officiales, qui non iurant, prout alij. & Boni. de Vita. qui fuit vnus ex septem in clem. 1. nu. 152. de hære. reprehendit notarios, qui iurant, & qui cappam, & rocchetum a manibus Camerarij Papæ recipiunt.

Prothonotarij tam participes, quàm alij, in dignitate magna constituti sunt, ut patet ex supra adductis, qui ēt nuncupari possent magistri scriniorū, habes rub. c. de magist. scrinio. li. 12. ubi Luc. de Pen. dicit se putare tales fuisse similes prothonotariis, & in l. vni. iuxta opi. And. de Baru. vult, magistrū scriniorum in regno dici posse prothonotariū. Pro prothonotario, uel illi simili alias ponderabā accipi debere notariū, de quo in l. vni. C. mād. princip. ibi. Nec vllius dignitate terreri, siue vllius Tribuni, siue notarij, siue comitis proferat dignitatē. Rursus in tex. l. 1. & 2. C. de primice. & secund. li. 12. & Luc. de Pen. super rub. illius tit. hanc interpretationē sentire videtur, asserens notarios, de quibus ibi, dignitatē habere, si illos prothonotarijs assimilemus; si enim de simplicibus notariis intelligeremus, ab illa conclusione recederemus, quæ est, ꝙ notariatus simplex dicitur officiū, seu ars absq; dignitate, prout per Ang. cons. 33. inci. supra dicta. & per And. Barba. de præstā. Cardi. post prin. nu. 17. vers. idem dicimus in notario.

Et hos notarios, & referendarios principis immunes esse a muneribus extraordinariis affirmat Bart. in l. eos qui. C. de excu. mune. lib. 10. Multitudo aūt prothonotariorū, & referendariorū ex sententia Abb. in c. 1. de priuil. inquit Ioan. Bapt. Castel. in addit. ad Dictio. Albe. de Ros. hoc ipso ver. prothonotarius, eorū auctoritatē vilescere facit, qđ ego non probo in septem notarijs participantibus, qui non numerosi, sed pauci, ac probatissimi, & dignissimi sunt. Nec etiam in Referendariis pontificiis, quocunq; sint numero, qui non nisi præstātissimi, integerrimi, ac scientiis referti eliguntur: quique diu, noctuq; pro litigantium præsertim commodo enixè laborant. Et illis Rom. curia nō secus ac ipsum cęlum claris sideribus ornatum refulget.

Prothonotariorū beneficia esse reseruata, ēt illorū non de numero participantiū tenuit Rota, put Dec. 248. in antiqui. ac Put. 317. lib. 1. & Peregrini: alijs 109. li. 1. inci. In vna Paduana custodiæ: & qui Peregrinus Dec. seq. discutit, an ēt sint reseruata antequā illi assignent insignia prothonotariatus. Et ꝙ Prothonotarij ēt non participantis beneficia sint reseruata sic decisum fuisse in Rota curia Sarnen. affirmat Ptolo. Dec. 280. incip. In eadē dixerūt beneficiū verum aduerte ꝙ in fi. Dec. subijciuntur hæc verba videlicet. Sed Sarnen. nō pronunciauit, quia expectabatur declaratoria Papę, & sic colligi pōt, ꝙ Rota non habuit conclusionem hanc pro clara, alioqui ad quia expectanda Papę declaratio?

Accoliti latinè Ceroferarij nuncupātur, ab Aaron, & filijs eius ministerij sumere possunt exemplum, scriptū est enim in Exod. Pręcipe filijs Aarō, vt offerant oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloq; contusum, vt ardeant lucernę semper in tabernaculo testimonij, & collocabunt eā Aarō, & filij eius, & vsque mane luceat coram domino, quod ergo tunc sacerdotes agebant, hoc nunc accoliti faciunt in ministerio lucernarum.

Accoliti etiam de numero participantiū exempti, & immunes sunt ab omni ordinariorum iurisdictione, ut in bulla priuilegiorum ipsorū. hi hābent locum deputatum in cappella Papæ, & in plerisq; alijs actionibus publicis, illorum vnus in cōsecratione episcopi interesse solet. & præfati habēt proprios, & distinctos redditus, ac emolumenta, illorum officium iuxta canones est lumen accendere, & cereum, quando Euangelium cantatur, portare, non solum, ut tenebras aeris illuminent, sed & proximis opera lucis ostendant, vrceolum cum aqua, & vino in missa suggerere. cap. clericos, ante fi. 22. dist. cap. accolitus. 23. dist.

Dubium est, an Prothonotarij, seu Accoliti à Papa, uel Legato creati, qui nō sunt de numero participantium, sint etiam exempti, præsertim stāte decreto concilij Lateranensis, quod hic subijcio.

Constitutio Leonina in Concilio Lateranen. edita (de qua supra) huius est tenoris. Notarij autem dictæ Sedis, quorum officium in ipsis primitiuæ ecclesiæ initijs à fœlic. record. Clemente Papa I. ad sanctorum gesta perquirenda, atque conscribenda noscitur institutum: ad Prothonotariatus officium assumpti habitum, & rocchettum deferentes, & alij nostræ, & dictæ Sedis officiales actu sua officia exercentes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ab omni ordinariorum iurisdictione sint exempti; alij verò notarij habitum non deferentes Prothonotariatus, nisi illud infra trimestre post præsentium publicationem assumpserint, & ipsi, ac alii in posterum assumēdi habitum, & rocchettum huiusmodi continuè non gestantes, atq; alii nostræ, & dictæ Sedis officiales officia sua actu non exercentes, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus ratione causæ summam vigintiquinque ducatorum auri de ca-

de camera non excedentis dũtaxat eorundẽ diœcesanorũ, & ordinariorũ iurisdictioni subiaceant: in ciuilibus vero causis summã hmôi excedentibus plena gaudeant exemptione, & dictorũ diœcesanorum, & ordinariorũ iurisdictione penitus sint exẽpti: Exemptiones autẽ decętero absque rationabili causa, & quorum interest minime citatis pro tempore concessę, nullius roboris, & momenti esse decernimus.

Omissa disputatione, quę super dicta cõstitutione conciliari, & aliis pręmissis caderet, cõcludo inspiciẽdum, & seruandum esse priuilegii tenorem. c. accepimus, & c. seq. de fide instr. ca. cum plãtare, ante fin. c. porro, & cap. appetistis, de priuil. Videamus igitur, quid Signatura hactenus (quantum ad rem nostram attinet) concedere, uel cancellare consueuerit.

Et primò suppono, ꝙ retroactis tẽporibus concedi solebat prothonotariatus qui componi cõsueuerat ad ducatos centum, ut ẽt supponit Dec. Put. 334. inci. In vna Valentin. parro. li. 2. & accolitatus, qui cõponebatur ad ducatos vigintiquinque, nũc nec componi, nec concedi audiui. Formulas supplicationum, quæ super accolitatu, & prothonotariatu signari solebant, hic subiicio.

Motu proprio &c. Dilectum filium. G. &c. Specialibus fauoribus, & gratijs prosequendo, in nostrum, & sedis Apostoliiæ accolitum, & capellanũ facimus, creamus, deputamus, & ordinamus, numeroque, & consortio aliorum capellanorum nostrorum, & sedis Apostolicæ accolitorum aggregamus, ac uolumus, & sibi cõcedimus, ut ẽt habitum accolitorum, & capellanorum nostrorum non deferendo omnibus, & singulis, priuilegiis, prærogatiuis, fauoribus, gratiis, indultis, exẽptionibus, antelationibus, insigniis, honoribus, & oneribus, quibus dicti nostri capellani, & eiusdẽ sedis Apostol. accoliti utuntur, potiũtur, gaudent, seu uti, potiri, & gaudere poterunt, & possent, quomodolibet in futurũ vti, potiri, & gaudere possit, & ualeat. Nec nõ dicto G. concedimus, & uolumus, ꝙ in quibuscunque literis, tam gratiam, quàm iustitiã concernentibus per nos eisdem concessis, & concedendis, se familiarem nostrum continuum commensalem scribere, & nominare, appellare, seu scribi, nominari, & appellari facere, & debere, perinde, ac si in tinello nostro, cum alijs nostris familiaribus cõmensalibus comederet, ac biberet, ac seruitijs nostris actu, & non fictè insisteret, etiam prærogatiuis &c. quibus dicti nostri familiares utuntur, potiuntur, & gaudent, seu vti, potiri, ac gaudere poterunt, ac possent quomodolibet in futurum ipse G. vti, potiri, & gaudere, ac qualcunque literas per nos, & sedem Apostolicam eidem concessas, & concedendas, tam gratiam, quàm iustitiam concernẽtes, gratis, vbique expediri facere possit, ac ualeat, simili motu mandantes rescribendario &c. Abbreuiatoribus &c. expediant, & expediri permittant omni exceptione, & excusatione cessante, Ac Lateranen. & quorumuis aliorum Conciliorum Constitutionibus &c. cæterisque contrariis non obstan. quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis. Et cum absolutione à censuris &c. Et de deputatione, aggregatione, certo numero, ut præfertur, non obstante, indulto, mandato, cõcessione, ac omnibus præmissis &c. Et cum opportuna exequutorum deputatione, qui assistant &c.

Deleri consueuerunt illa uerba uidelicet [Ac quascunque literas per uos, vsque ibi, & excusatione cessante] Et sic denegabatur, quòd gratis expedire possint, Rõnem denegationis, quòd tales gratis expedire puto esse, quia soli ueri continui cõmensales Papæ, aliqui officiales, & quidam alii gratis expediunt: cæteri verò omnes solum. Et cum officiales Cancellariæ habeant sua officia, ex titulo oneroso, & in uim pacti, nunquam Papa, seu Signatura censetur eorum priuilegiis derogare velle, ad theo. Bald. in l. qui se patris, col. 7. C. vnde libe. Anch. in cap. 1. num. 8. de consti. lib. 6. Rom. consi. 252. nu. 3. Abb. in c. nouit, nu. 25. de iudi. Iafr. dec. 225. & 321. Cur. Iun. cons. 174. nu. 24. & 33. Alia concedebantur, ut supra.

Iste Accolitus sic creatus poterit forsan gaudere etiam priuilegio extrauagan. cum Matthæus, de hære. inter communes, quia est Capellanus Papæ. ad Rot. Bisigne. 5. de renun. quidam Cardinalis, in antiquio.

Formula Prothonotariatus, a præmissa accolitatus parum distans, hæc est: Motu proprio &c. Dilectum filium. N. in nostrum, et Apostolicæ Sedis Notarium creamus etc. ac aliorum nostrorum, et dictæ Sedis Notariorum consortio aggregamus, volentes, quòd omnibus priuilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, ac honoribus, quibus alij nostri, et eiusdem Sedis notarij utuntur, et gaudent, siue vti, et gaudere poterunt in futurum, vti, et gaudere valeat: Non obstan. const. etc. Ac de certo numero etc. Cæterisque contrarijs quibuscunque: Et cum absolutione etc. Et ꝙ gaudeant priuilegijs etc. vt præfertur: Et de aggregatione certo numero non obstante, ut pręfertur.

Circa prothonotarios, et Accolitos vt ij subditi sint Episcopo ratione beneficiorum, habemus nouissimè concil. Triden. de Decre. Reform. cap. 11. incip. Quoniam priuilegia. Sessio. 24. aliàs 8. sub Pio IIII.

Scias creationem in accolitum apostolicum esse nullam propter subreptionem, quia nõn fuerit facta mentio illegitimitatis eius, qui fuit accolitus creatus: priuilegium enim, & literæ beneficiales parificantur quoad nullitatem propter subteptionem. Inno. in c. cum dilecti. de rescrip. Abb. in cap. ad audientiam. 2. post numerum 14. versicu. Quod autem dixi in litteris impetraris ad beneficia. eod. tit. de rescrip. Et ita in specie conclusit Rota prout Dec. Guidobon. 87. incipien. Fuit tentum 19. Decembris.

Quæro an p susceptionẽ muneris cõsecrationis, & suffectionẽ in epm cesset prothonotariatus, & familiaritas, ex eo proueniẽs? Pro opi. affirmatiua arguo sic. Eps nõ põt notariatus officium exercere ut est casus in c. sicut. ne cleri. vel mon. secu. nego. & a fortiori id probatur in l. vniuersos. C. de decu. & eo. fil. lib. 10. & voluerunt Bar. & alij in l. seruus ff. de

ff.de testa: nisi respondeas, quòd clericus pôt ratione suæ ecclesiæ notariatus officium exercere. exemplum si scribat testm̄ alicuius, qui instituat ecclesiam suam, prout voluerunt Ioã. And. & Anton. de But. in c. cum inter uos. de reg. iu. Matthe. Mathesi. no. 86. fortius prothonotarius scribet in fauorem ecclesiæ vniuersalis. Videmus etiam quòd clericus potest esse tabellio in causa inquisitionis hæresis. iuxta tex. in c. inquisi. de hæreti. li. 6. Et hic Romæ videmus notarios Rotæ, & alios plerosque esse clericos: præter id, ꝙ prothonotarij non exercent officium notariorum nisi accideret scribere gesta martiris alicuius. Redeundo ad nostrum quæsitum, vid∣emus etiam per maiorem dignitatem, quem amittere minorem. iuxta glo. cõiter comprobatam in c. honoratus. 74. distin. Et de prothonotariatu, siue dignitas, siue officium sit, sicut de beneficio ecclesiastico iudicandum est, ad nota. per Sozzi. consilio 63. col. 2. uer. Ita dicamus. iun. ver. præceden. lib. 3. vbi voluit expectatiuas non concedi in officijs huiusmodi sic, ut nec in beneficijs ecclesiasticis, vt ẽt voluit Nic. de Vbal. in tracta. de succes. ab inte. cleric. in penult. col. nu. 45. & seq. versi. Vnde considerabam. & ver. Quid de prouentib. Et sicut quodlibet etiam simplex. bñficiũ cõpatibile ẽ cũ Ep̃atu. c. cũ in cunctis. §. cum verò. de electio. vbi oĩa beneficia epo denegant, ẽt simplicia, vt declarat Abb. in c. ecclesia vr̃a 2. col. 2. ver. Aut habebat beneficia. de elec. Et ẽt incompatibile erit tale officiũ, ex quo pro beneficio hr̃. Et ex stilo videmus in prouisione beneficiorũ ecclesiasticorũ poni solitam clausulã. Etiam cũ ecclesia cui præsunt, præesse dignosceris.

Circa secundã partẽ dubij propositi, etiam si prothonotariatus cessaret seu vacaret, beneficiã semel affecta durarent affect. a Rot. 616. si beneficium. & 699. Dic quòd beneficia. in ant.

CONSERVATORIA.

Conseruatoriæ à Signatura gratiæ denegari non consueuere, quæ ab ordinarijs etiam eximunt, hæque iure canonico incognitæ, ac ab illo dissonæ non sunt, prout videre est in c. 1. & 2. ac fi. de offi. deleg. lib. 6.

Conseruatores dn̄r Papæ delegati in causis sibi cõmissis, non autem ordinarij, dictis c. 2. & fi. & patet, quia de illis tractatur sub tit. de off. dele. Et hoc modo arguit gl. 2. in c. tibi qui. de rescri. li. 6. volẽs probare executores datos à Papa, ac pariter conseruatores habere p̃tãtem delegatam. sequit Ias. super rub. Instit. de act. col. 6. post nu. 14. ver. secundò sumitur argm̄, vnde sequitur, ꝙ nec ab ordinarijs, nec a Legatis ẽt de latere impediri, seu molestari in eorũ iurisdictione, seu exercitio poterũt, immo in causis sibi cõmissis erunt maiores quolibet ordinario, ẽt legato à latere. c. 2. de offi. deleg. & in terminis n̄rts Pet. de Anch. conf. 132, in 1. n. 4. quẽ sequitur Caro. Rui. consi. 3. circa illud, vol. 4. de conseruatorib. & ꝙ sint magnæ dignitatis, videatur per Ber. consi. 102. nobilis, in prin. in secundis.

Alius à Papa conseruatorem dare non potest. c. 3. & ibi Doct. & Io. An. & alij in præalle. c. fi. de off. dele. li 6. & in addit. ad Spe. sub tit. de iud. dele. §. fi. in ver. lib. 6.

Conseruatores deputantur solum Episcopi, Abbates, & in dignitate ecclesiastica in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis constituti. c. fi. 1. respon. & ibi glo. penul. de offi. deleg. li. 6.

Sed quoad canonicos cathedralis contrariũ sentire vr̃ Spe. in pręal. §. fi. de iud. dele. post nu. 24. dũ dicit, ꝙ hodie nullus pôt esse conseruator, nisi soli Ep̃i, Abbates, & Canonici cathedraliũ ecclesiarũ p̃sertim in dignitatib. constituti. illa dictio, p̃sertim exprimit casum minus dubitabilẽ, & implicat casus magis dubitabiles, & in eis vult idẽ eẽ. l. 1. §. pater vel maximè. ff. de colla. bon. l. fi. post prin. iũ. gl. in ver. p̃sertim. ff. de libe. hom. exhi. l. qui se patris, C. vnde lib. gl. in l. illud. in ver. existimari. ante fi. ff. ad leg. Aqui. mens igi Spe. fuit ꝙ Canonici cathedralium in dignitate ecclesiastica. constituti, absque dubio conseruatores creari possint, & non solum illi dignitatem hñtes, verũ & alij simplices canonici. Quicquid velit Spe. veritas est, ꝙ canonici conseruatores eẽ non cõsueuerunt, aliqñ aliud seruatur, prout supponit etiã Bertr. pręal. consi. 120. in prin.

Addi deberet per Signaturam ex mente Io. An. in d. c. fi. de of. dele. li. 6. nu. 3. & in addi. ad Spec. in ver. contrariũ, ver. est scdm dubiũ, de clausula illa multũ hodie in conseruatorijs vsitata hæc. vel similis clausula in cõseruatorijs, vcȝ. (Et ad quinquẽnium duntaxat) vel [p̃sentib. post quinquenniũ minime valituris] Qua clausula non addita, vel non subintellecta, priuilegiũ ppetuo durabit, ad l. quod semel. ff. de decre. ab ord. facien. l. iurisperitos. ibi, & honor delatus finem certi tp̄is, ac loci non haberet. ff. de excu. tut. §. illud quoque, ibi. Quoniam omne beneficium, quod siue a Deo acquiritur hominib. siue imperio sequente Deum, decet esse mãsurum. in Auth. consti. quę de digni. & epis. §. propterea, in Authen. vt Refer. sa. Pala. & l. 1. C. in qui. cau. resti. non est neces. & ibi nota. Nouissimè comprobatam inuenies opi. Io. And. de qua supra, per concil. Triden. infra citandum, ver. nemo etiam similium literarum beneficio vltra quinquennium gaudere possit. Et quoad causas non inchoatas per obitum concedentis expirat iurisdictio conseruatoris. c. fi. & ibi communiter Doc. de offi. dele. li. 6. Bero. consi. 49. visis. nu. 20. lib. 3.

Conseruatores dantur ad tuendũ, & defendendum, seu conseruandum aliquem, bona, res, seu beneficium, ac priuilegia à manifestis iniuriis, ac violentiis, præal. c. 1. & fi. de offi. deleg. li. 6. & vtrobiq; per gl. & doct. Pœnam conseruatorum potestatis limites excedentium, pono inter casus annales, post nu. 52. Nonnunquam religiosi diuersorum ordinũ inter se litigantes coram diuersis litigant conseruatorib. a quibus obtinent inhibitiones, ac censurarũ fulminationis, ꝓut accedit inter collegium societãtis Iesu, ac fratres S. Augustini, prout in Dec. Pal. 177. incipien. collegium societatis. Et licet ille conseruator solus procedere deberet, qui præuenit, ad tex. in l. vni. ff. de offic. consu. & per Roman. consilio 412. pro habenda. colum. secunda. Tamen in illa causa necessarium fuit, recurrere ad Curiam

tiam Romanam & ad signaturam, præsertim quia inhibitiones hincinde (ut præmisis) emanauerant, ac censurarum fulminationes.

An autem vltra præmissa, & ea de quib. in dictis c. 1. & fi. aliquid possint, Arch. (quem ibi Gemi. in §. conseruatores autem, versi. quæro, an indistinctè & nu. 5. Vers. circa intellectum, & alij referunt) no tauit, q conseruatores simpliciter dati non possunt cognoscere, & citare, nisi prout in dictis iuribus disponitur, aliquando verò forma conseruatoriæ latior, seu uberior est, prout in illa concessa Parmen. Episcopo Vicecancellario Boni. per quam dabatur conseruatoribus potestas quòd etiam in ijs, quæ iudicialem requirebant indaginem, per se, uel alios, procedere possent, & citare vsque ad quatuor dietas, illamque formam in stilum Curiæ venisse dicunt, vt quo ad hoc parum valeat dictum c. fi. Quę sit hodie forma conseruatoriæ, quidve continere soleat, hic subijcio.

Beatissime pater, supplicat humiliter S. V. deuotus illius orator. N. rector parrochialis ecclesiæ P. quatenus ipsius oratoris, ac dictæ ecclesię omniumque aliorum, & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & regularium, quæ in titulum, & in commendam obtinet, & in posterum obtinebit, indemnitati opportunæ prouidendo, aliquos conseruatores dare, & deputare, qui ecclesiam, beneficia huiusmodi, ac oratorem ipsum aduersus inferentes sibi ecclesiæ, & beneficijs præfatis in fructibus, decimis, obuentionibus &c. alijsque bonis spiritualibus, & temporalibus, iniurias, molestias, iacturas, atque damna iuxta formam militantis ecclesiæ in quinterno Cácellariæ descriptam, & cum potestate aggrauandi, & reaggrauandi, toties, quoties opus fuerit, ac etiá citandi per edictum publicum, quatenus ad citandos tutus non pareat accessus, etiam inuocato &c. ad hoc auxilio brachij secularis, dare, deputare dignemini de gratia speciali, Consti. & ord. Apostolicis, etiam Boni. Papæ VIII. de vna &c. stilo Palatij, cæterisque contrarijs non obstan. quibuscunque, cum clausulis opportunis, & consuetis, Et cum absolutione à censuris &c. Et de conseruatoria in forma, vt supra. Et cum potestate citandi, etiam per edictum publicum, quatenus ad citandos constito &c. Et cum inuocatione brachij secularis, quatenus opus fuerit, Et cum potestate aggrauandi, & reaggrauandi, vt præfertur. Et cum derogatione præmissorum &c.

Ptura de conseruatorijs, & cōseruatoribus reperies apud Gui. Pa. dec. Delph. 18. in causa, & dec. 247. an Papa, vbi etiam quis dicatur conseruator, ad quid constituatur, & an per obitum Papæ potestas conseruatorib. data expiret.

Hodie circa huiusmodi conseruatorias, & conseruatores habemus cap. 5. in Decre. Refor. Concilij Triden. Actio. seu Sessio. 14. aliàs 4. sub Iulio. 3

PROROGATIONES.

Prorogationem quatuor modis fieri contingit, aut. n. fit prorogatio de persona ad personam vt in l. si conuenerit. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. & 2. ff. de iudi. & in c. statutum. §. in nullo, de rescri. lib. 6. Aut de re ad rem. l. inter conuenientes. ff. ad muni. l. de qua re, cum ibi not. ff. de iudi. l. si idem cum eo dem. l. penul. §. quoties. & l. fi. cum gl. fi. ff. de iuris. omn. iud. Aut de loco ad locum, vt per Barto. in l. quæro. ff. de solu. Alex. in l. fi. post nu. 5. quem sequuntur ibi communiter moderni, licet aliqui hác prorogationem non admittant. ff. de iurisdi. omn. iudi. Aut prorogatur tempus. Cice. Phili. 2. Vnum ne in quinquennium Cæsari imperium prorogaretur. l. consensisse, versicu. si & iudex, ubi glo. magistra. in ver. inhibita. ff. de iudic. pro præmissis videri poterit Augu. Bero. in cap. de causis. nume. 5. & sequen. de offic. deleg. Hic tractamus de ultima prorogationis specie, videlicet, De tpis prorogatione, non quoad iurisdictionis prorogationé, cui hęc & aliæ tres prorogationis species applicari possunt: sed inquantum a Bald. describitur quòd sit temporis labentis, nondum lapsi, extensio. in repet. in l. Aemilius, nu. 6. in 5. not. de min.

Prorogationum vsus Romæ frequens est, illarúque effectus est, vt tps prorogatum idem cum primo censeatur, qualitatesque & conditiones omnes primi termini assumat. l. 2. §. sed si iudex. ff. de iud. l. Aemilius, iun. gl. in uer. restitui, vbi etiam Bal. in reper. nu. 6. ff. de min. l. sed & si manente. ff. de pre. l. Labeo. §. hęc autem. ff. de arbi. Bar. in l. 1. §. & post operis. uersicu. sed si in bannum, & ibi Castren. & Alex. ff. de no. oper. nunc. Innoc. & Host. in c. præterea. versus fi. de appel. Bald. in l. si constante. col. 1. ver. sed pone. C. de dona. prop. nup. Imo. consi. 11. col. 1. ver. & licet terminum. Bar. Cæp. consi. 8. col. 1. ver. pręterea hoc etiam. Maria. Soc. in c. significasti. col. 2. ver. assumo nunc septimum. de fo. comp. Boe. dec. 284. nu. 9. Cur. Sen. consi. 57. nu. 42. versi. quia est eiusdem naturæ. D. meus consi. 394. col. 3. ver. sed prædictis. Paris. consi. 43. ad ver. quod quidem, li. 1. hinc voluit Bar. in l. 4. in fi. prin. ff. de dam. infec. officium prorogatum idem numero dici, idé vult Bal. in l. meminisse. in ult. q. ff. de offic. procó. & Dec. consi. 597. accuratè. post nu. 1.

Parochialem ecclesiá obtinéti, qui de iure infra annuú ad sacros ordines promoueri se facere debebat. c. licet canon. cap. cum ex eo. & c. commissa, de elec. li. 6. concedi solet prorogatio d. anni; diuersimodè autem olim, & hodie, prius. n. quasi omnib. id petentib. concedebatur, etiam ad biennium, vel triennium, nunc uerò non sine legitima causa, & ad breuius tempus, excepta. causa studii, tunc enim etiam ordinarius ad septennium dispensare potest per tex. in c. cum ex eo. sed tunc cum clausula (q infra illum annum ad subdiaconatus ordinem se promoueri faciat.

Non solebant concedi prorogationes, de non promouendo ad sacros ordines vltra triennium, nisi subdiaconatus ordinem habenti, ego autem plerumque aliàs vidi etiam prorogari tempus prędictum, tá quo ad suspiciendos ordines præsbyteratus, q̃ diaconatus, & subdiacónatus: & eo res deuenerat, vt plures curiales p multos annos parrochiales ecclesias, etiam plures insimul retinerét,

seu

seu potius occupatas detinerent cum sola prima tonsura, interimque fructus vsurpabant contra tex.in c.commissa.§.cæterorum, de elect.li.6.tandemque illorum aliquib. dimissis,& aliquãdo distractis parrochialib.vxores accipiebant,nũc Deo dante, & Diui Pauli IIII. cura & vigilantia præmissi & alij plerique abusus à Ro.Cu. exulant,& exulabunt.

Prorogatio Regulæ (de Annali) et olim, & hodie concedi consueuit,tam quo ad primam,quàm quoad secundam partem,prout latè prosequor in 76.q.d.Regulæ, vbi etiam prorogationum huiusmodi formulas subijcio.

Prorogationes etiam Regularum [de Trienna-li) & (De publicandis) aliquando conceduntur, de quibus loquor in dictis regulis.

An autem stante prorogatione Regu.de Trien. sit locus, Alleg. Lapi. 89. tracto super illa Alleg. quæst.13.

Et an prorogatio d.Reg.per vnũ ex litigantib. contra possessorem Triennalem obtenta prosit venientibus pro interesse suo infra tempus prorogatum post triennalem tamen possessionem, disputat Sarnen.in 21.q.dictæ Reg.de Trien.

In prorogationibus huiusmodi poni solet clausula uidelicet(A fine termini a iure præfixi, seu p Regulam concessi) addi debent verba videlicet (Nõdum elapsi) aut(de proximo instãtis) Si enim lapsus sit terminus non prorogatione, sed noua opus est concessione, ad l. sed & si manente. ff.de precario.l.si cum dies,in princ.ff. de arbit. l. cum stipulatus sim mihi a Proculo, & ibi nota. ff. de ver.obl.gl.in l.4.in princi.in ver.protelare, & ibi Bar.ver.quæro de quæstione.& Ang. ver. in text. ibi renouari.ac Rom. Cuma. & Imol. ff. de dam. infect.Spe.in titu.de iudi.deleg. §. excepi potest. versic.item quòd iurisdictio ad tẽpus. Idem Specu.in tit.de dila.§.nunc videamus,ver.& sunt hęc. Saly.in authẽ.si tamen.in fin. C. de tempo.appel. Alexan.in l.dies cautioni,in princip.ff.de dam.infect.vbi differentiam facit inter prorogationem, & renouationem.

Sciendum etiam est, quod adhuc prorogatio fieri potest in ultimo temporis momento.Bald.in c.de causis.num.6.versi. Quid si prorogatio fit.& ibi Fel.colum.3.in 2. declaratio.& D. meus col.3. versic.prædicta conclusio.de offi.deleg. Tiraq.de vt.retra.§.1.Glo.7.nn.41. Verum nonnulli declarant ex mente Bal.in l.si ate. C. de pact. inter empto. & vendit. Si modo actus perfici poterat in dicto ultimo temporis momento,secus si perfici non potuisset.exemplum ponamus in prorogatione sex mensium in breui pro possessione beneficij reseruata capienda ad expediendas literas apostolicas,& iura Cameræ Apostolicę soluenda (de qua prorogatione intra loquar) certè in ultimo termino esto quòd posset soluere iura Cameræ, inuerisimile est, quòd literas expedire posset pro quibus expediendis requiritur confectio minutæ per Abbreuiatorem: scriptura per scriptorẽ Apostolicum,& ꝙ adueniat statuta dies cancellariæ, & in totum illæ expediuntur, vel saltem ad Bullarium transmittantur. Quòd si supponimus tempore prorogationis iã minutam confectam, literas scriptas,ipsoq; die impetrationis prorogationis esse diem cancellariæ, concedi poterit præsumendũ esse eo die negocium omne perfici potuisse,& sic pro validitate actus, præsertim si expeditio supponatur per Camerã, quæ facilior, & breuior videtur.Et declarationem Bal. sequuntur Fely.Dec.ac Tiraq.vers. verũ ne erres.ubi sup.

Ex præmissis ẽt sequitur, ꝙ si prorogatio hoc modo concederetur,prorogamus ad tale tempus incipiendũ finito isto,inualida esset,ea rõne, quia paria sunt aliquid fieri tpe inhabili, vel tempore habili si referamus ad tempus inhabile.per tex. in l.in tẽpus.ff.de hære.insti.& in l. quod sponsæ.C. de dona.ante nup.ac in c.de uxore. & ibi Abb.de sepul.& iuxta terminos nostros Bal.in c. de causis. & post ipsum Fel.in.4.decla.de off.dele.And. Barba.in c.P.& G.nu.57.eo. Amplio etiam si terminus lapsus non esset tempore datæ, sed bene tẽpore præsentationis rescripti,cuius vigore prorogatio facienda erat, vt voluit Rip.in ca. eam te. col.fi.vers.solum instabo.de rescri.

Prorogatio,vel breuior,vel saltem æqualis, nõ aũt maior,seu longior primo termino concedi solet,immo nec debet,alioqui rationibus,& legibus repugnaret,ar.tex.in l.sancimus.C.de fideius.authẽ.qui semel.C.qũo & quan.iud. l.si iudex. ff.de iudi.c.præsenti.5.q.2.Bal.in c.fi. col.pe. vers.vnde quælibet prorogatio.de consuet. Cæpol.in l.si fugitiui.col.7.vers.pro hoc facit.C.de ser.fug.Frã. in c.tua nobis.col.2.vers.& hęc faciunt.de appel. Fely.in c.de causis.col.2.in 2.limit. de off.delega. Afflict.in cap.1.colum.fin.quib.mod. feu.constipo.Soc.iun.cons.63.nu.6.lib.2.

Prorogatio suscipiendi munus consecrationis alias concedi solebat,& pluries pro eademmet psona, & hæc prorogatio ẽt antiquo tpe dabatur, ut supponunt Inn.& Io.And.in c.cum in cunctis, de electio.& Rot.575.vtrum episcopus,in antiq. hodie non absque maxima causa concederetur, sed non iteratis vicibus.

Quoties sup eadem re pluries terminus prorogat,ultimæ prorogationes debent esse primis breuiores,& ultimæ prorogationi addi solet clausula videlicet[Et sine spe vlterioris ꝓrogationis] Quę clausula excludit,& denegat oẽm ulteriorẽ prorogationem,arg.tex.in l.si vnius,in prin. ff.fam.erc: & prout in simili dicimus de clausula[spe promotionis omnino sublata] & de altera[omni alia spe dispensationis adempta] quæ præcisè futuras promotionem, & dispensationem denegant, denegandasque esse declarant,seu mandant: de quibus clausulis habemus tex.in c.quicunq; pęnitẽs,ibi si adempta sibi omni spe promotionis.50. dist.in c. fœlicis.§.qđ si quis prædictorum,in fin. & §.nulli pterea,in fi.de pœnis lib.6.& in c.1.ad fi.ibi.Nullam super hoc de misericordia spẽ,aut fiduciã habiturus,de elec.eo.li.Et sine spe recipiendi gradus c.si quis a proprio 21.q.5.Sine spe reconciliationis.cap.si quis episcopus,in fi.ea.cau.& q.sine spe restitutionis cap.quoniam,de simon.cap. veritatis,

tis,ad fi.de do.& cont. sine spe coniugij maneat. c.quidam fornicatus.aliàs est c.fi.34.q.1.Idem significatur per similia verba puta, omni spe impetrandi adempta,prout apud Cæsarem lib.5. belli Galli.parum post prin. & eo.lib.omni spe deposita contentionis.& li.7 versus fin. Męsti prope victoria desperata,& postea Galli nisi perfregerint inūctiones de omni salute desperant. Iterum desperata salute copias a munitionib.reducunt.li.2. belli Ciui.Hi de sua salute desperantes. lib.3.belli Galli.post prin.prope idem desperata salute.& li.6.parum post princ. Ne desperata salute aut se in Menapios abderet.simile in l.euictis, ibi spes hahabendi abscissa est.ff.de euict.

Prædicta tamen clausula [Sine spe vlterioris prorogationis] non obstante, aliqñ aliá prorogationē,seu prorogationis concessionem dari vidi, præsertim si aliqua causa prorogationem petentē à negligentia,& desidia excuset. arg. tex. in alleg. c.1.ad fi.ibi.Nisi manifestissimis &c. de elect.li.6. Et quòd in omni re,& in omni tempore spes aliqua supersit & sperandum semper sit, ostendunt exempla Ruth, Tobiæ Senioris,immo & vtriusq; ac Mardochei,& aliorū, de quib. in sacra pagina. Nec desperauit Abraam iam centenarius filiū ex Sarra suscipere posse. Genes.21. Nec desperarunt Israelitæ in Aegypto flagellati, & 40.annis in deserto agitati,& tentati in terram promissionis tandem peruenire posse. Prout in lib.Exo. & Nume. Nec iidem a tribu Beniamin debellati spem illam superandi amiserunt,Iudi.cap.20. Iob item afflictus corpore, filijs orbatus: ab uxore, & amicis derisus: & rebus omnibus spoliatus dicebat. Et si occiderit me in ipsum sperabo. Iob 13.

Verba Cæsaris libro 3.belli ciui. huc spectant. Qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus excipiebat.& Ouid.in Elegiis.victique resurgunt. Et sicut priori casu infringebatur spes, hoc secundo casu spes redintegratur,iuxta verba tex. in l.statuliberum,in fi.ibi, Libertatisq; spes infringitur, sed adita postea hæreditate spes libertatis fauore sui redintegrabitur.

Si prorogatio obtenta fuerit, & altera petatur, debet uel præinseri prima obtenta,uel saltē in substantia narrari ad euitādum subreptionem, & ne, quæ impetratur,inualida reddatur.arg.tex.in c.2. de fil.presby.lib.6.Oldra.cons.215.puncta breuiter.Staphi.super signa.fo.186. ver. dudum tecū ut ratione quoruncūque beneficiorum, & ibi ponit formulam breuis de non promouēdo infra certum tempus ad sacros etiam subdiaconatus ordines.

Concessa fuit prorogatio patronis præsentandi post quatuor, vel sex menses, ut possent melius deliberare pro idoneo præsentando, uel propter discordiam inter patronos in iure præsentandi: quam prorogationem etiam ordinarius concedere posset,ex quo non ageretur de præiudicio alicuius,nisi ipsius prorogantis,ad theoric. Bart.in l.1. §.& post operis,nu.5.ff.de no.ope.nun.& Alex.in l.cum stipulatus sim, ad fin.vers. & quia si terminus.ff.de verb.obl.Et ita conclusum fuit in Rota, prout dec.Crescen.148.alias 11.incip. ordinarius potest,& dec.seq.sub titu.de dilat.

Breue pro capienda possessione alicuius beneficij reseruati,de quo, & illius effectu,latè tracto in 23.q.16.Reg.de Concur.super bene.semper continere solet clausulam [Quòd infra sex menses dictum breue obtinens literas expediri facere,& iura cameræ Apostolicæ soluere teneatur. Et quòd nisi literas expedierit,& iura camerę infra dictum tempus persoluerit, breue non suffragetur] uide in simi.supra de nouis prouisio.ad fi. ver.quæro in breui Apostolico.

Prorogatio illorum sex mensium ad expediendum literas,& iura Cameræ soluendum, concedi non cōsueuit,ea ut puto ratione, quia camera apostolica,& officiarij,qui cameræ administrationem habent,prout per D.meum cons.404 viso eleganti,num.3.non possent debitis temporibus sua iura,& emolumenta exigere, seu consequi, & plerunque aperta uia similibus prorogationibus,contingeret beneficiatū mori nulla literarum expeditione facta. Nuper tamen Io.de cano.clericus Pāpilonen. prorogationem expediendi literas post semestre obtinuit,me ipsi, ac negocio huiusmodi patrocinium præstante.

Hæc sunt quæ mihi super signatura Gratiæ notatu digniora visa fuerunt,quæ,& omnia alia scripta mea iudicio ecclesiæ,& iurium peritissim i cuiusque,ac in ijs plurimum experti subijcio.

F I N I S.




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm